Universidad de Nariño
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 3
Plúteo 7

39,3

Universidad de Deusto
Biblioteca

5-5-9

QVARTVS TOMVS

OPERVM D. IOAN. CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

EA COMPLECTENS QVAE AD ENARRATIONEM

faciunt omnium epistolarum beati Pauli apostoli,

exactissima diligentia nuper

recognita.

* *

*

HORVM OMNIVM INDICEM,

sequens pagina indicat.

Accessit & alter index sententiarum & rerum locupletissimus.

Ex bibliotheca collegij Societatis Iesu Matritensis



Beatus vir, cuius est dominus spes eius: & non respexit in vanitates, & insanias falsas.

BIBLIOTECA COLEGIO SOCIETATIS IESU MATRITENSIS

Venetijs ad signum Spei.
1549.

Es de la Compañia de Jhesus de la casa de Alcalá

Universidad de Deusto
Biblioteca

GVLIELMVS POSTELLVS APOSTOLICA PROFESSIONE SACERDOS LECTORI.

TYPOGRAFVS nullum non mouens lapidē ut tuis rationibus summopere consulat, ideſt maximos theſauros ueluti in minima mole pyxi de abditos tibi uili pretio promercales exponat, obnixe me rogauit candide lector, ut ſublata à fronte huius tomi uariarum epiſtolarum farragine, quantum fieri poſſet, & breuitati operis conſulerem, & interpretum, eorúmue Mecœnatum aut amicorum laudi nil detraherem: quod ideo lubenter me facturum recepi, quoniam præter Muſculum, omnes quorum hic præfigitur memoria, mihi ſint aut fuerint ut chariſsimi, ſic & notiſsimi. Eſt quidē certè Chriſtus in Philippo Montano uiro apprime docto & bono laudandus admodum, non tantum ob illa quæ ex codice Budaico poſt Muſculum & Brixiū huic operi addidit marginique adpoſita hac nota ⌜ ſignari uoluit, quāquod pleraque alia ex bonis Græcis optima latina fecit. Debeo uero etiam ipſe Claudio Dodeo Rhedonum Antiſtiti hoc ipſum eodem cum Montani uoto ut non fraudem eius diuinæ erga Deum obligationis creditorē Chriſtum ſuis laudibus ample in eum collatis. Vnum certe optarim eius nomine ut mihi tam amicus homo non incidiſſet in eam tam duram, ſi pro rei dignitate uelis exequi, epiſcopes prouinciam, cui hodie aut ægre reſpondeas aut reſpondendo omnium riſum aut inuidiam ſubeas. Egit uero cum ſumma laude legatum apud Cæſarem. De Brixiī præcipui interpretis epiſtolis ad lectorem. & Eraſmum nil aliud habeo quod dicam, niſi quia homo æternitati ſcribere ſatagens in ſua uerſione edenda ideo fuit moroſior, quòd Landembergenſe exemplar ſibi ab Eraſmo miſſum tanquam fidiſsimo interpreti, & Veronenſe erant lacera admodum. Nam nunquam uidentur laborem perat (nunc unà cū Brixio uita functus) Auguſtinus Cardinalis Triuultius. Et illis & Budaico adiutus Montanus extremam admouit manum. Sed ſecula ſemper proficiunt. Vale, & noſtrā diligentiam æqui bonique conſule, téque & me unà homines eſſe memento. Nā nec in hoc opere tibi defuiſſe uoluimus licet humani nil à nobis putamus alienū.

ELENCHVS OPERVM QVARTI TOMI.

In epiſt.ad Romanos.hom.xxxij. 4.g
In locum Pauli ad Rom.ca.xvi. Salutate Priſcā & Aquilā, & de colēdi ſacerd.73.f
In epiſt.Pau.ad Cor.priorē hom.xliiij.76.e
De libello repudij, in dictū Pauli.1.Cor.7. Mulier alligata eſt legi, quanto tempore uixerit uir ſuus: ſi autem &c. 153.g
In dictum Pauli.1.Cor.10. Nolo uos ignorare frēs, quod patres noſtri oēs ſub nube fuerunt, & oēs p mare trāſierunt.155.c
Homilia in dictum Pauli.1.Cor.11.Oportet hæreſes eſſe. 157.d
Ex apoſtolo.1.ad Cor.cap.13.De fide, ſpe, & charitate, ſermo. 158.l
De eleemoſyna, & collatione in ſanctos ſermo ex priore Pau.ad Cor.epi.c.16.159.h
In epi.Pa.ad Cor.poſteriorē, ho.xxx.160.l
In dictū Pa.2.Cor.11.Vtinā toleraſſetis paululū quiddā inſipientię meæ, hom. 205.d
In epiſt.Pauli ad Gala.enarratio. 208.a
In epiſt.ad Epheſios, hom.xxiiij. 223.a
In epi.ad Philip.hom.xv. 260.l
De profectu euan.ho.in dictū Apo.ad Philip.1. Siue occaſione, ſiue ueritate Chriſtus annunciatur. 232.
In epiſt.ad Coloſ.hom.xij. 286.f
In epiſt.ad Theſſ.priorem hom.xi. 306.e.f
In epiſtolam ad Theſſalonicenſes poſteriorem, hom.v. 322.l.m
In epiſt.ad Timo.priorem hom. xviij. 329.k
In epiſt.ad Timot.ſecundam hom. x. 352.k
In epiſt.ad Titum hom.vi. 366.k.l
In epiſt.ad Philemonem hom.iij. 375.l
In epiſt.ad Hebræos hom.xxxiij. 379.g.h

A D. IOAN. CHRYS. ARCHIEPIS. CONSTANTINOPOLIT. IN EPI. ad Rom. interpretationem proœmium: Germano Brixio Altiſsiodorenſi interprete.

BEATI Pauli epiſtolarum lectionem aſsiduè dū auſculto, perq; hebdomadas ſingulas bis, ſæpe & ter, & quater, peragēda ſanctorū martyrū memoriæ celebratiōe, gaudio. cultoq; interim tuba illa ſpūāti plruēs, exurgo quidē, & deſiderio incaleſco, uocē mihi amicā agnoſcens: quin & tm nō pūtem ipm imaginatus, diſſerentē audire uideor. Idē tm ergo p dolore diſcrutior hoc ipſo, cp utrū hūc nō oēs, ſic ut par eſt, intelligūt: uerū ita illū nonnulli ignorāt, ut ne epl'am quidem eius numeq; planè norint. Hoc uerò nō ignorātia facit: ſed qđ nolint beati huius uiri ſcripta aſsiduè ī manib; hr̄e. Neq; n. nos q ſcimus (ſi qua ſcimus) ab ingenij bonitate atq; acumine ſcimus: ſed quòd illi nos uiro impenſe affecti ab illius lectione nunq; diſcedimus: ſiquidē q amāt, ij ante oēs eorū facta norunt, quos amāt, ut q de ijs ipſis ſint ſolliciti. Id qđ beatus hic ueluti † plauſum captās, † ad Philip. ait: ſicut eſt mihi ſuſtū, ut hoc de uobis omnib. ſentiā, eò cp habeā uos in corde & in uinculis meis, & i defenſiōe & cōfirmatiōe euā. Quapp ſi & uos quoq; in alium iduxeritis huius lectioni ſtudioſā ac diligētē operā naue, nihil ſanè erit, qđ aliud regrēdū uobis ſit. uerax eſt. n. xpi ſermo dicētis, Quærite & inuenietis, pulſate & aperiet uobis. Cęterū qñquidē cōplures ex iis, q huc nobiſcum conuenere, et liberorū educationē, & uxoris curā, & familiæ prouidentiā ſuſcepere, ob idq; totos ſeſe huic labori dare nō ſuſtineāt: attñ; ipſi uos excitātes cōparate, ad ea demū capienda, q alij collegerint, ſtudij tātundem iis, q dicta fuerint, auſcultandis, quantum pecunijs colligēdis impertiēdis. rameſſi. n. ſordidū eſt à uobis nihilo amplius poſtulare, tñ uel hoc ipſo cōtenti erimus. tātundē ergo date. Siqdem hinc infinita exorta ſunt mala, ab ipſa uidelicet ſacrarū ſcriptionū ignoratione: hinc multa hęreſeon lues pullulauit, hinc uitę in multis neglectus, hinc inutiles ac lucro carētes labores. Nā quēadmodū q luminis huius uſura ſūt priuati, nequaq; rectà ingredi poſsint: ita q ad diuinarū ſcripturarum radios, oculos non intendūt, neceſſariò in multa frequēter errata incurrūt, pinde ac ſi i tenebris piculoſiſsimis ambularēt. id qd ut ne eueniat, oculos ad ipsū apl'i; uerborū fulgorē adapiamus. Etenim huius līgua ſupra ipsū ēt Solē illuxit, cęteros oēs uerbi doctrina exupans. Nā cp pluscq; cęteri laborauit, magnā ēt ſpūs ſibi cōciliauit grām. Id qđ non ex illius epliis tñ, ſed ex actis ipſis ita eſſe cōtēderim. ſicubi. n. cōcionādi locus ſe offerret, ei paſsim cōcedebāt oēs, quo noie & Mercurius eſſe credebat ab iis, q ī xpō uerba nōdū iuraſſēt, q uidelicet oratiōis, eloquētięcp pſes eſſet. pinde quū ad hāc nobis epl'am deſcēdendū ſit, neceſſe eſt et ipſe. quo ſcripta ea fuit cōmōſtrare. Neq; n. ut multorū fert opinio, cæteras oēs tpe pceſsit. Bas qdē oēs, q Roma ſcripte fuere, anteiit: cæteras alias, quāuis nō oēs, ſubſecuta eſt. Nā q ad Corinthios ſcriptæ ſunt, ambę, ante hāc ſcripte fuere. argumento ſunt uerba ea, q ad huius epliē finē adſcripſit, ita loquēs: Nūc aūt, pficiſcor Hieroſolymā miniſtrās ſanctis: uiſum eſt. n. Macedonię et Achaiæ cōicationē aliquā facere in paupes ſanctos, q ſunt Hieroſolymis. Corinthiis aūt ſcribēs ait: Quòd ſi fuerit opæprectū, ut ipſe proficiſcar, mecū, pficiſcētur: de iis loquēs q eo pecunias deportādas colligebāt. Vnde liquet, dū Corinthiis ſcripſit incertā fuiſſe talē ipſius pegrinationē: dū aūt Romanis, cōſtitutū iā illi fuiſſe de, pfectiōe. Quo cōfeſſo, & illud cōſtat, hāc epl'am poſt illas ſcriptā fuiſſe. Quin & ad Theſſ. epl'a uidetur mihi pceſsiſſe epl'am ad Corin. Nam illis ptius cū ſcripſiſſet, dęcp eleemoſyna apud illos ſermonē mouiſſet, his uerbis: Cæterū de fraterna charitate nō neceſſe habetis, ut ſcribā uobis: ipſi. n. uos à deo didiciſtis, ut diligatis uos inuicē: etenim hoc facitis erga cūctos fratres q ſunt in tota Macedonia: tū demū ad Cor. ſcripſit, id qđ illius uerba hęc declarāt. Noui. n. prōptitudinē aī ueſtri, quā de uobis iacto apud Macedones, cp Achaia parata eſt ab anno ſupiore, et ueſtrū exēp ū, puocauit cōplures, Quib. ex ÿbis declaraunt ſe cū illis prius hac de re collocutū. His igitur epliis hęc ad Rom. ſcripta poſterior eſt, † eadem prima iter eas, † q Roma miſsæ ſunt. Nondū. n. Romā aduenerat, q ipe hāc ſcripſit epl'am. id qđ his ÿbis idicat: Deſidero. n. uidere uos, ut aliqđ uobis imptiar donū ſpūale. Roma aūt ad Philī. ſcripſit. ideo ait. Salutāt uos oēs ſancti, maxiē uerò q ſunt ex Cęſaris familia. Quo ex loco et ad Heb. quoq; ſcripſit. ob qđ ait, eos oēs ſalutari ab iis q in Italia eſſent. Iā ad Tim. epl'am et ipſam de uiculis ſcriptā Roma miſit: q qdē iudicio meo epl'arū oīum eſt poſtrema. id qū cius finis arguit: Ego. n. ait, iā immolor, et ipſ reſolutōis meę inſtat. cp autē inibi è uiuis deceſſerit, undequaq; liqt. Sed ad Philē. epl'a inter poſtremas ē & ipſa, eaq; ſub extremā ipſius ſenectā ſcripta. Ita ꝑ ait nēpe Paulus ſenex, nunc aūt etiam uinctus Ieſu xp̄i: eadem tñ præceſsit epiſt. ad Coloſſ. Id quod ab epiſt. ſine manifeſtum eſt. Coloſſēn. ſcribens, ait: De omnibus rebus meis certiores uos faciet Tychicus, quē miſi unà cum Oneſimo fidō & dilecto fratre, hic aūt Oneſimus is erat, pro quo epiſt. ad Philē. cōpoſuit. ac cp non alius eſſet illi cognominis, patet ab Archippo. quem. n. in epi. ad Philē. ſociū accepit exhortationis pro Oneſimo ſuſceptę, hunc & ad Coloſſ. ſcribens excitat, his uerbis: dicite Archippo, uide miniſterium quod accepiſti, ut illud impleas. Videt porro mihi epiſt. ad Gal. præceſsiſſe epiſt. ad Rom. cp ſi in bibliis alium obtinent ordinē, mirum eſſe non debet. Siquidē & 12. prophetæ cū ſe inter ſe deinceps non ſubſequant, ſi tpa inſpicias: ſed multū inter ſe ipſi tpe cū diſtent, ſi ipſam tm bibliorę ſeriē inſpexeris, inter ſe ordine ſunt collocati. Siquidē & Aggæus, & Zach. & alij aliquot poſt. Ezec. & Dan. prophetias ædiderunt. & multi item poſt Ionam, & Soppho. cæteroſcp oēs: ſed tñ cum illis oībus cō iuncti ſunt, à quib. tanto tpis interuallo diſtant. Proinde hunc laborē nemo extra rē, néve hanc indagationē ſuperuacaneę curioſitatis eſſe putet. Cōfert. n. nobis non paꝛ ed qōnes explicādas ipſum epl'arę ipſ. Nam cū video Rom. ac Coloſſ. Paulum iiſdem de reb. ſcribentē: nō eodem tñ modo iiſdē de reb. ſed illis quidē magna cū indulgentia, cū ait: Porrò eum qui infirmatur fide, ad ſumite, non ad diiudicationes diſceptationū: alius quidē credit, veſcendū eſſe quibuslib. alius aūt, qui infirmus eſt, holeribus veſcitur. Coloſſ. aūt, non perinde iiſdē de reb. ſed maiore cū libertate ac fiducia: Itaq; ſi mortui, inquit, eſtis cum xp̄o ab elemētis mundi, quid tanq; viuētes in mundo decretis teneminiſ? ne tetigeris, ne guſtaueris, neq; cōtrectaueris, q̄ oīa ipſo pereunt abuſu, non p honorē aliquē ad expletionē carnis: huius dr̄iæ nullā aliam inuenio cām, cp ipm epl'arę ipſ. Initio. n. indulgendū erat, poſtea aūt non ītē. Atcp hoc identidē inuenias ipm multis alijs locis factitantē. Hunc morē videre eſt & medicū, & magiſtrum obſeruare. neq; n. medicus cū ijs q ī morbi adhuc ſint initio, & ijs q ad valetudinis finē iam declinarint: neq; magiſter cū diſcentib. ab initio pueris, & cū ijs qui pfectioris doctrinæ indigeant, eadē rōne agit. Igit aliis alta q̄dam cā & argumēto adductus ſcribebat Paulus. Hoc ipm declarat cū Cor. ſcribēs, De ijs aūt q ad me ſcripſiſtis, tū Gal. ſtatim ex, pœmio & epl'a tota hoc manifeſtās. Rom. uerò quo nomine, & quāobrē? Etenim teſtificari apud ipſos vī, cp ſint pleni bonitatis, pleni oīs ſcięt̄iæ, q et poſsint inuicē alius aliū admonere. Rom. inq;, quāobrē epl'am miſit? Propter grām, inqt, mihi à deo cōceſſam, vt ſim in poſteꝛ miniſter Ieſu xp̄i. ob quod & i epl'æ exordio dixit: Debitor ſum, ita quantū in me eſt, paratus ſum vobis quoq; q Romæ eſtis, euangelizare. Nā q mō diximus, videlicet cp poſsint & alios cōmonefacere, & q id genus ſint, laudationis potius fuerint, & exhortationis. Ac neceſſaria ēt & his erat p epl'as correctio. Nā qm nondū ꝑſens eſſet, duplici rōne eos ad honeſtæ vitæ normā informat, & epl'arę utilitate, & aduētus ſui expectatione. Talis. n. erat diuina illa aīa, uniuerſum terræ orbē circūplexa erat, & in ſeipſo circūferebat oēs: cognationē eā maximā arbitratus, q̄ iuxta deū ēt, atcp adeo oēs amabat ſic, ut ſi genuiſſet: qn potius maiorē p ſe ferebat charitatē, q̄ quis pr̄. Talis eſt. n. grā ſpūs, vincit carnis partus, & feruentius deſiderū exhibet. Id in primis videre licet i Pauli aīa, qui q dē veluti uolatilis p charitate effectus, oēs aſsiduè circuibat nuſquā manēs, nuſq; ſtans. Poſteaquā. n. audiuit xp̄m dicentē, Petre ſi amas me, paſce oues meas: atcp hunc maximū charitatis terminū pronunciantē, dixi non pōt q̄ eximiè hunc præ ſe tulerit. Hūc igitur & nos æmulari, ſi minus orbē uniuerſum, ſi minus ciuitates totas, ac gentes: at certè ſuā quiſcp familiā, vxorem, liberos, amicos, vicinos, ad bonos cōpoſitoſcp mores informemus. neq; verò mihi quiſquā dicat, Rudis ſum, & imperitus. Petro nihil in doctius Paulo nihil imperitius: & hoc ille profitebat, nec eū hoc fatentē pudebat. Etſi imperitus ſum ſermone, non tñ ſcięt̄ia. Sed tñ hic imperitus, & ille indoctus 600. philoſophos ſuperarunt, 600. rectorib. os obturarunt, ſuo ipſoꝛ ſtudio, propēt̄aq; uolūtate & dei grā oīa peragentes. Quānā ergo vſurpabimus defenſionē, q ne viginti quidē nominib. capitibusq; ſufficimus? ac ne ijs quidē, quib. cū habitamus, vtiles nos ꝑſtamus? Cauſatio hæc & excuſatio. neq; n. inſcita & imperitia dicendi munus, phibet, ſed ignauiæ, ac ſomnolētia. Hac igit ſomnolētia excuſſa, cū oī ſtudio mēbra domeſtica curāda ſuſcipiamus, enixęcp amplectamur, vt cū hac in vita magnā trāquillitatē aſſequamur, pro nr̄o erga deū timore neceſſarios nr̄os ad moꝛ rectitudinē cōponētes, tū in futura infinitoꝛ bonoꝛ participes efficiamur, grā, & ſūma erga nos benignitate dñi nr̄i Ieſu xp̄i, per quē, & cū quo, p̄ri gl'ia, una cum ſcto ſpū, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculoꝛ. Amen.

Universidad de Navarra Biblioteca

D. IOAN. CHRYSOSTOMI IN EPIST. AD ROMANOS, HOMILIA PRIMA: GERMANO Brixio Altisiodorensi, canonico Parisiensi interprete.

PAVLVS *seruus Iesu Christi uocatus ad munus apostolicū, segregatus in euangelium dei, quod antè promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis.* Moyses libris quinq; à se scriptis, nusq; nomen suum addidit, neq; qui illum subsecuti, quæ post illum gesta sunt, scripsere: sed neque Matthæus, neq; Ioannes, non Marcus, nō Lucas At beatus Paulus ubiq; epistolarum suarum nomen suū præponit. Quid ita? quòd illi quidem præsentibus scribebant, ac superuacanea illis erat presentiæ suę declaratio. Hic aūt è longinquo literas mittebat, & H sub epistolari figura: iccirco necessaria erat nominis additio. Quòd si in ea quā ad Hebræos scripsit, epistola, secus facit: id suo quodam proprio consilio facit. Nam quòd inimico essent Hebræi erga illum animo, ut ne è proœmijs, audito eius nomine, sermoni aditum occluderent, illorum audientiam occultanda nominis sui declaratione artificiosè captauit. Quòd si prophetæ nomina sua apposuere, & Salomon: id uero uobis inuestigandū relinquo, qua de causa alij quidem apposuere, alij autem no apposuere. Neque.n.uos oportet à nobis omnia discere, sed & ipsos uos elaborare, & exquirere, ut ne segniores efficiamini. *Paulus seruus Christi.* Cur eius nomen immutauit deus, & Saulus qui esset, Paulū uocauit? ut ne hac quidem parte reliquis apostolis inferior esset, sed quod selectum, eximiumq; habuit discipulorum antesignanus, hoc & ipse indipiscere tur, & maioris necessitudinis argumentum obtineret. Christi porrò seruum seipse non temerè dixit. etenim seruitutis modi sunt plures. Alius per creationem, atq; opificium: unde ait, Seruiunt tibi omnia: & item illud, Seruus meus Nabuchodonosor. I *Ps.118.m* ipsum.n.opus authori suo seruum est. Alius à fide, *Hie.25.b* de qua ait, Gratia autē deo, quòd serui peccati era- *Rom.6.d* tis, obediuistis autem ex corde puro in eum doctri næ typum, in quem traditi estis: liberi autem à pec cato iustitiæ seruiuistis. Alius ⁊ uita, ac moribus, ⌊ quem dictum est, Moyses seruus meus obiit. quanq; *⌈πολιτείας. De.34.b* & Iudæi omnes serui erant, sed præcipue Moyses ⌈ui ta ac moribus ⌈eluescens. Paulus itaq; quòd seruitutis modis omnibus seruus esset, ideo maximæ di *⌈πολιτεία. i. administratiõe siue muneris functione.* gnitatis loco ponit uerbum hoc, *Seruus Iesu Christi.* ac dispensationis nomina obtēdit, ab inferioribus ad superiora conscendens. Etenim Iesu nomen angelus ferens uenit è cœlis, tum cùm è uirgine natus est. Christus autem quòd unctus sit, dicitur: quod & carnis erat. dices, quo tandē unctus est unguento? unguento certè minimè est unctus, sed spiritu. cōsueuit autem & hos sacra scriptura Christos uocare. quod.n.in ipsa unctione principē locum obtinet, spiritus est, & unguentū ob id assumitur ubinam uerò oleo minimè unctos xp̄os appellat? ubi *Ps.104.b* ait, Nolite tangere xp̄os meos, & in prophetis meis ne peruersè quid agatis. tum.n. ne reperta quidem erat sacri olei confectio. *Vocatus ad munus apostolicū.* A Vbiq; uocatū se appellat, suā ostēdens modestiam, & quòd non ipse qrendo inuenerit, sed uocatus, p̄sto fuerit, & obediuerit. quin & eos q in xp̄i fidem sunt recepti sic appellat, uocatos sanctos. Illi quidē ad fidē usq; uocati sunt: ipsi aūt aliud qddam concreditum est, nimirum ap̄li munus, res bonis infinitis exundans, gratijs omnibus maius, ac dona omnia complectens. Quid.n.amplius dixerimus, q̄ id? uidelicet Christum quod nobiscum dum uersaretur feciſſet, hoc ipsum illis cōmisisse, ac sic demum à nobis abijsse? Id qđ Paulus exclamans, ap̄lorumq; dignitatē extollens, ait, pro Christo legati sumus. ⌈tanq; Christo⌉ per nos consolante, hoc est, Christi uice. *Segregatus in euangelium dei.* Quemadmodum *2.Co.2.d* enim in familia aliqua ad diuersa q̄q; opa segregatus est, sic & in eccl'ia diuersæ sunt administratio- *⌈tanquā deo.* nū distributiones. mihi porrò uidetur hic nō sortition.m modo significare, sed qđ iam pridem atq; è supnis ad hoc ordinatus esset. Quod & Hieremias ait de se deum dixisse: Anteq; ex uulua egrederetis, *Hier..b* sanctificaui te: prophetā inter gentes te costitui. Nā L quod Paulus ad arrogantē ciuitatem scriberet eandemq; undequaq; fastu turgidā, modis oībus ostendit dei decretū hoc esse. etenim ip̄e est, qui uocauit. ipse est qui segregauit. hoc aūt facit, ut fide dignam & plausibilem reddat ep̄lam. *In euangelium dei.* Non igitur Matthæus euāgelista solus, neq; Marcus, quēadmodum neq; hic solus ap̄ls, sed & illi. quanq; per excellentiam, alius quidem hoc, alij autem illud ali quod esse dicuntur. Ipsum autem euangelium non propter bona ea tātum, quæ iam extitissent uocat, sed pp ea, quæ futura essent. Cæterum quo pacto deum, Paulus ait, per ipsum euāgelizari? ait.n.segregatus in euangelium dei. cum pater ante ipsa etiam euāgelia cognitus esset. uerū quātus cognitus esset, Iudæis solis cognitus erat: ac ne his quidem oībus, ut decebat. neq;.n.patrem ipsum esse nouerant, atq; adeò multa tum de eo imaginabantur cū illius dignitate minimè conuenientia. unde & dicebat xp̄s Venient ueri adoratores, & rursus, Pater tales quæ- ⌊ *oan.4.e* rit, qui ipsum adorent. Post aūt & ipse una cū Iesu *Ibidem.* filio uniuerso terrarū orbi apparuit. Quod denun- M cians xp̄s dicebat, Vt te solum uerum esse deum cognoscāt: &, quē misisti Iesum xp̄m. Dei porrò euan- *Ibid.17.c* gelium uocat, ab ipsis statim exordijs erigens audi *Ibidem.* torem. neq;.n.uenit triste quiddam renuncians, ueluti prophetæ, accusatiōes, crimina, increpationes, sed euangelia, & euāgelia dei, firmorū & immutabiliū bonorū thesauros infinitos. *Quod antè promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis.* Dominus.n.ait, *Psal.67.e* scriptura, uerbum dabit euangelizantibus uirtute multa, & rursus, Quàm pulchri pedes pacē euange- *Ro.10.c* lizantium. Vides & p̄scripte ipsum quoq; euangelij nomen, & modum in ueteri etiam testō appositū. non.n.per uerba tantùm ipsum annunciamus, inquit, sed per res. neq;.n.euangelium id humanum erat, sed diuinum, & arcanum, & oēm transcendēs naturam Postea uerò, q̄ nouitatem rei incusarent, ostendit ipsum tum gentilibus antiquius esse, tum in prophetis antè scriptū. Quòd si idipsum non ab initio dedit, in cā sunt, qui id noluerunt admittere. Nā quib.uoluntas affuit, audierunt: Abrahā pater *Ioan.8.g* uester gestiebat, ut uideret diem meum, & uidit, & gauisus est. Quo igitur ait, Multi prophetæ ac iusti *Mat.13.b*

A desiderauerunt uidere q̄ uos uidetis, nec uiderūt? ita sanè intelligito uerba hæc, ut uos uidetis & ⌈intelligitis, ⌉ipsam uidelicet carnē, & ipsa signa: q̄ qdē & i'hominū conspectu facta esse cōstat. Mihi nerò contēplator, quot antè tpibus prædicta hæc fuerint. Etenim quoties deus magna q̄dā moliturus est, ea multo antè tpe denunciat, hominum aures præparans, ad ea quum aduenerint, excipienda. *In scripturis sanctis.* Non enim dixerūt prophetę tātū, sed & scripserunt quæ dixerunt: non scripserunt *Ge.21.a* aūt solū, sed & p res figurarūt: Veluti Abrahā quū *Nū21.a* Isaac adduxit, & Moses quū serpentem exaltat, quū *Ex.017.c* manus ad Amalec extendit, quum agnum paschalem immolat. *De filio suo, qui genitus fuit ex semine Dauid secundum carnē.* Quid tibi nunc uis ô Paule? Aios nostros posteaquā in sublime raptos subuexisti, iidemq; magna q̄dā & arcana intra se ut cōciperent, perfecisti, tum autē euāgelium ubi nominasti, & quidē dei euangeliū, ubi item prophetarum chorū in mediū adduxisti, omnesq; ostēdisti futura multis antè annis p̄dixisse: quorsum rursus nos ad Dauid reuocas? d hoie uerba facis, quòn̄ā? B dicito quæso. ac patrem illi das Iessæ filium? quī, obsecro, possūt hęc digna esse iis, q̄ à te dicta sunt? Nempe de nudo hoie, ait, nobis haudquaquā est sermo: ppea hoc ipsum addidi, Secūdum carnem. subindicans, & sedm spiritum eiusdem esse generationem. & quamobrē hinc orsus est, & non illinc à sublimioribus? quoniam & Matthæus hinc, & Lucas, & Marcus. Eum.n.qui ad cœlum deducturus sit, ab inferioribus ad superiora deducere necesse est: hac.n.demum ratiōe ipsum negotium œconomiam accepit. Primū igitur uouerunt illum hominem in terra, ac tum cogitauerunt deū. Qua igitur doctrinam ipse instituerat, hac & discipulus ipsius uiam init illuc ferentem. primùm itaq; tangit generationem eam, quę sedm carnem est. non quòd prima sit, sed quòd ab hac ad illum auditorem deducebat. *Qui declaratus fuit filius dei cū potentia secundū spiritū sanctificationis, ex eo qđ resurrexit è mortuis Iesus Christus dominus noster.* Obscurum est qđ diximus C ob dictionū inuolucrū: ob quod necessaria est illius distinctio Quid igitur est quod ait? p̄dicamus inquit, eū qui ex Dauid natus est. sed hoc qdē apertum. Vnde autē & filius dei est idē hic è carne cōflatus? primū à prophetis: ob quod ait, Quod antè promiserat p prophetas suos i scripturis sanctis. nō paruæ aūt demōstrationis hic tropus. deinde & ex ipso generationis modo, qđ & ipse declarauit, quū dixit, Ex semine Dauid sedm carnē: ipsam.n.naturæ legē soluit. Tertium à miraculis, quę edidit, magnæ potentiæ argumētum præbens. hoc enim est, *Cum potētia.* Quartùm ab ipso spiritu, quem quidē dedit credētibus in se, & per quem omnes, sanctos reddidit. unde ait, *Secundum spiritum sanctificationis.* Dei.n.solius erat, id genus dona largiri. Quintùm à resurrectione domini. primus.n.hic & solus seipsum excitauit: quod & ipse ait signū maximè omnium idoneū esse, & qđ impudentibus os obstrue *Ioan.2.d* re posset: Soluite.n.inquit, tēplum hoc, & post tres *Ibid.8.d* dies excitabo ipsum. &, Quū exaltaueritis me à ter- *Mat.12.c* ra, tum cognoscetis, qđ ego sim, & rursus: Signum q̄rit generatio hæc & signum non dabitur ei, nisi signū Ionæ. qd igitur est, declaratus? nempe ostensus, demonstratus, iudicatus, cōfessus, ab oium sentētia & calculo, à prophetis, à nec opinata natiuita D te, natiuitate inquam sedm carnem: à potentia ea, quæ in signis esset: à spiritu per quem sanctificationem dedit: à resurrectione, per quā mortis tyrannidem sustulit. *Per quem accepimus gratiam ac muneris Apostolici functionē, ut obediatur fidei.* Vide famuli modestum, gratumq; animum. nihil suum ipsius esse uult, sed oia domino accepta refert. atq; spiritus, id quod diximus, donū est. unde dixit, Multa habeo *Ioā.16.c.* q uobis dicturus sum, sed iis ferendis impares nūc estis: quū autem ille uenerit, nēpe spiritus ueritatis, dux uobis erit ad omnem ueritatem. Et rursus, Segregate mihi Paulum ac Barnabā. & in epistola ad *Act.13.a* Corinthios ait: Huic qdem p spiritum datur sermo *1.Co.12.a* sapientiæ, alij autem sermo scientiæ. Et illud, Oia *Ibidē. &* ille diuidit, quatenus uult. & Milesiis itē dū cocio- *Ro.12.a.* natur, ait: In quo posuit nos spiritus sanctus pasto *& Ephe.* res & episcopos. Vides quòd q̄ spūs sunt, ea filij: & q̄ *4.c.* filij sunt, eadem spiritus esse ait: *Gratiam et Apostolici muneris functionem.* Hoc non est, non nos hoc uirtute nostra præstitimus, qđ Apostoli simus. neq;.n. nostris multis sudoribus aclaborib. hanc dignitatem sortiti sumus, sed gratiam inuenimus, & supni doni beneficiū id fuit. *Vt obediatur fidei.* Non igitur E Ap̄li fuere, qui egregia illa facinora p̄stitere, sed gratia illos p̄uenien s. Illorum.n.erat circunuagari, ac prēconium facere: persuadere autē, dei erat in illis uim exerentis. Vnde & Lucas ait, Aperuit cor ipso- *Act.16.c.* rum. & rursus, Quib. datum erat auscultare uerbū dei. *Vt obediatur.* Nō dixit, ut inquæstionem aut uociferationem trahatur: sed, ut obediatur. neque.n. missi sumus, inquit, ut argumēta, ut syllogismos afferamus: sed ut reddamus, qđ nobis concreditum est. quum.n.dominus aliquid pronunciauerit, audientes minimè oportet curiosè scrutari, scifcitarīue, super iis q̄ dicta fuerint, sed excipere tantū. Etenim Ap̄li ppea missi sunt, ut quę audiuissent, ea dicerent, non ut de suo aliquid adderent & nos quoque ut credamus. quid ut credamus? *super ipsius nomine.* Non quidem, ut eius essentiam ac naturam cu F riose perscrutemur, sed ut in nomen credamus. Illud.n.erat, quod signa ædebat. In nomine.n.Iesu *Ibid.3.b.* Christi, ait, surge & ambula. hoc ipsum porrò fidei indiget, neq; fieri ullo modo pōt, ut harum rerum quicquam animi cogitatione comprehendas. *Inter omnes gentes super ipsius nomine, quorum de numero estis & uos uocati Iesu xpi.* Quid igitur? oibusne gentibus Paulus prædicauit? Certè quòd ab Hierosolymis usq; ad Illyricum percucurrit. atque illinc rursus ad *Infr.15.e* ipsas terræ transiit extremitates, ex iis liquet, quæ scripsit. quod si ad omnes non accesit, ne sic qdē, qđ dicit, mendacium fuerit. neque.n.de se ipse tantùm loquitur, sed & de duodecim Ap̄lis, deq; omnibus iis, qui post illos uerbum annnnciarunt. alioq; autem ne de ipso quidem Paulo si intellexeris, dictum ipsum coarguere possis, si modo illius propē sum studium cōsideres, & quòd post obitū et nō cessat ubiq; terrarum prædicare. Considera porrò quònam modo ipsum donum attollit, ostenditq; tum magnum esse, tum priori longè excellentius. Siquidem quæ prisca fuere, ad unam duntaxat gētem pertinuerūt. hoc autem donum & terrā & mare ad se illexit. Mihi autē illud considerato, ut adulatione omni uacet Pauli anima. Cum Romanis enim uerba faciēs, ueluti in uniuersæ terrę fastigio

G quodam constitutis, nihilo tamen amplius illis tri
buit, quã reliquis gentibus: neq; uerò, quoniã tum
dominarentur ac regnarent, ne in spiritalibus qui
dem illos amplius reliqs habere ait. Sed quemad
modũ, ait, gentibus oĩbus prædicamus, ita & uo
bis: cum Scythis ac Thracibus eos recẽsens. quan
doquidẽ nisi hoc significare uoluisset, superuaca
neum erat hoc dicere, *Quorum de numero estis & uos.*
Hæc autẽ facit, illorum fastum deiiciens, inanẽ mẽ
tis turgiditatẽ euacuans, eosq; docens æqualitatẽ
erga nos seruare. Vnde hoc adiunxit, *Quorum de*
numero estis & uos uocati Iesu Christi. Ac si dicat, nobis
cum estis & uos. neq; sanè dixit, alios uobiscũ:
sed, uos una cũ aliis uocauit. si. n. in Christo Iesu
non est neq; seruus, neq; liber: multò magis neque
rex, neq; priuatus. etenim & uos uocati estis, nõ per
uos ipsi aduenistis. *Omnib. qui Romæ estis dilectis dei*
uocatis sanctis gratia uobis & pax à deo patre nostro &
domino Iesu Christo. Vide ut assiduè nomen uocati
usurpet. vocatus Apostolus, inquiens. quorũ de nu
mero estis & uos uocati. oĩbus q Romæ estis, uoca
tis. hoc autẽ nõ superuacaneo sermone facit, sed qđ
H eos uelit beneficij cõmonefacere. quãdoqdẽ enim
uerisimile erat inter eos, qui iã in Christũ crederẽt,
aliquos esse & consules, & magnates, & prouinciæ
præsides, & pauperes itẽ & priuatos, abiiciens, ac
repudians dignitatum inæqualitatem, oẽs una ap
pellatione ac salutatione dignatur. quod si in ijs q
magis necessaria sunt, quæq; ad spiritum pertinẽt,
cõmunia omnia tum seruis, tum liberis proposita
sunt: qđ genus sunt, charitas in eos q illuminãtur,
uocatio à deo, euangeliũ, adoptio in dei filios, gra
tia pax, sanctificatio, cætera omnia: q postremẽ nõ
fuerit dementię, quos deus copulauerit, æquales in
maiorib. effectos, hos à terrenis negotiis distin
guere? Ea pp ab ipso protinus procœmio periculo
sum hunc illurũ morbũ expellẽs dicit, ad bo
norũ omniũ matrẽ animi humilitatẽ ipsos subue
hit. hoc ipsum & seruos meliores efficiebat, dũ edo
cerentur, qđ ẽ seruitute detrimenti nihil acciperẽt,
ut q libertatẽ eam, quæ uera sit, adepti essent. hoc
ipsum & dominos ad modestiam componebat,
dum di cerent, quòd nihil emolumenti ab ipsa li
bertate habituri essent, nisi q̃ ad fidẽ spectant, præ
I cessissent. Atq; ut intelligas Paulũ dum hoc facti
tat, confusionẽ nõ uti, neq; omnia miscere, sed opti
mam diuisionem nouisse, non simpliciter scripsit:
Omnibus, qui Romæ estis, sed cum definitione, *Dile*
ctis dei. Hæc. n. optima discretio, & declarat unde
sanctificatio. Vnde igitur sanctificatio? à dilectio
ne. quum n. dixisset, dilectis: addidit & illud, uoca
tis sanctis: ostendens qđ hinc nobis bonorũ fons
omnium: sanctos autẽ uocat, fideles omnes. *Gra*
tia uobis & pax. O salutationem bonorum infinita
tem adferẽtẽ. Hoc & Christus Apostolis in domos
Ma.10.b ingredientibus primũ enunciare uerbũ mãdauit.
propter hoc & Paulꝰ hinc ubiq; exorditur à gratia
& pace neque enim paruum bellum Christus con
fecit, sed uarium & omnifarium, & diuturnum: &
hoc nõ ẽ nostris laboribus, sed per suã ipsius gra
tiam. Quoniã igitur dilectio gratiam, gratia autem
pacem largita ẽ, salutatiõis loco hęc ubi posuit, ad
precatur, cõtinua & imota ea ut maneãt: ut ne rur
sus aliud bellũ redintegretur. & obsecrat eũ qui
dedit solida hæc asseruare, sic inquiens: *Gratia uobis*
& pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Ecce K
hoc loco præpositio hæc, apo, id est è, cõmunis est
tam patri quã filio: quòd perinde est, ac si dixisset,
ex oũ id est, ex quo. nõ. n. dixit, gratia uobis & pax
à deo patre, per dominũ nostrũ Iesum Christũ: sed
à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Papæ,
quã potẽs est dei charitas? inimici & repudiati, san
cti & filij repentè effecti sunt. quum. n. patrem uo
cauit, filios ostendit: quũ autem filios dicit, uniuer
sum bonorũ thesaurũ detexit. Morale.

Perseueremus igitur uitam quisq; suam dignam
tanto dono præstante: tum autem pacẽ & sanctifica
tionẽ seruare: Cæteræ qdẽ dignitates temporaneæ
sunt, atq; una cum hac uita depereũt, quæ & pecu
niis sunt uenales, quasq; haudquaquã quis digni
tes dixerit, sed dignitatum noĩa dũtaxat, in uestiũ
ornatu, & in satellitũ adulatione potestatẽ obtinẽ
tia. hoc aũt, tanquam à deo datum donum sanẽti
fications, itẽq; & adoptionis ne morte quidem in
tercidit, sed hac in uita splendescentes ubi effecit,
ad futuram usq; nobiscum peregrinatur. Qui enim L
adoptionẽ asseruat, tum autẽ sanctificationẽ accu
ratè custodit: splendidior multò est, & fœlicior eo,
qui diademate idutus, ac purpura ornatꝰ est, p hãc
uitã magna tũ trãquillitate tum pace exũdãs, una
cum spe bona educatus, ac nullũ tumultꝰ, turba
tionisq; argumentum habens, sed uoluptate perpe
tua pfruẽs. Animi. n. tranquillitatem, & lętitiã non
principatus magnitudo, nõ pecuniarũ copia, non
potẽtiæ tumor, non corporis fortitudo, non men
sæ sumptus, non uestiũ ornatus, non aliud qcquã
rerum humanarũ adferre consueuit, præterquã re
ctè factum solum spiritale, ac cõscientia bona: quã
certè qui puram habet, ut pannosus sit, ut cũ fame
luctetur, tamen tranquillior beatiorq; est iis, qui in
ter delicias magnopere degunt. Quemadmodum
& qui sibi malè conscius est, ut oĩum bona possi
deat, oĩum est miserrimus. quapropter Paulus in as
sidua fame, ac nuditate uictitans, tum aũt & quo
tidie flagris cæsus, gaudebat, ac deliciabatur supra
eos oẽs, q tũ regnabant. Achaab autẽ, rex quum 3.Re.21.g
esset, ac deliciis sumptuosis perfrueretur, commisso
peccato illo gemebat, aium despondens, eratq; illi
facies collabens, & post peccatum & ante peccatũ.
Igitur si uoluptate frui uolumus, ante omnia alia
fugiamus uitium, uirtutemq; sectemur: aliter. n. no M
bis non licet uoluptatis participibus fieri, ut ad ip
sum etiam regium solũ cõscenderimus. Quo noie
& Paulus dicebat: Spiritus autem fructus est, dile
ctio, lætitia, pax. Hunc fructum apud nos enutria- Gala.5.d
mus, ut & lętitia secuti huius perfruamur, & futurũ
regnũ asseq̃mur gratia & benignitate domini no
stri Iesu Christi, per quẽ & cũ quo, patri gloria unà
cum sãcto spiritu nunc, & semper, in secula sęculo
rum, Amen.

Homilia secunda.

Primũ quidẽ gratias ago deo meo per Iesum Chri
p stũ super omnibus uobis, qđ fides uestra annun
ciatur in toto mundo. Conueniens beatæ illi primitias
animę procœmium, ac quod satis sit, ad oẽs eruditẽ sic et Ho.
dos, tum operum, tum sermonum bonorum ꝯdeci x x. ma
mas deo esse offerendas, neq; solũ pro propriis, sed nuũ, pe
& pro alienis successibus, ac rectè factis gratias agẽ dũ et oris
das. qđ qdẽ aiam ipsam ab inuidentiæ ac maligni primitias
atis morbo liberat, ac deum magis allicit ad eos dicit.

A amandos, quos grato erga se aĩo esse cognouerit.
Ephe.1.a quapp & alibi ait, Benedictus deus, & pater domi
ni nostri Iesu xpi, qui benedixit nobis, in oi benedi
ctione spirituali. gratias porrò agere conuenit non
diuites modò, sed & pauptate oppressos: nõ sanos,
sed & ægrotantęs: non eos qbus prospa oia, sed &
eos, quib. aduersa contingunt. Deo. n. tum gratias
agere, quum secundo cursu res feruntur, nihil mirũ
fuerit. at uerò quum ingenti suborta tempestate, ia
ctata undiq; nauis piculum incurrerit, tum demũ
magna existit patientię, ęquanimitatisq; probatio.
Quo certè noie & Iob hinc coronã reportauit, &
diaboli impudens os obturauit: planũ faciens, se,
quum fœlix esset, non ob pecunias, sed ob multam
erga deum charitatẽ, gratias agere. Dispicito autem
tum q̃ ea sint, ob q̃ Paulus gratias agat, non ob ter
rena, ac peuntia: nempe ob principatũ, authorita
tem, gl'iam. hęc. n. nihili æstimanda sunt, sed ob ea,
q̃ uerè bona sunt, fidem, libertatem, ac fiduciam:
tum autem quanto cum affectu gratias agat. nõ. n.
dixit, deo: sed, deo meo, qđ ipsum & prophetæ facti
B tant, quod commune est, sibi priuatim uendican
tes. & qd mirum si prophetæ? hoc. n. deus ipse in ser
uis quoq; facere identidum uidetur, deum. Abrahã
& Isaac, & Iacob, de se propriè loquẽs. *Quòd fides ue*
stra annunciatur in toto mundo. Quid? omnis ne terra
Romanorum fidem exaudiuit? omnis ex illo. ac ni
hil, non uerisimile. neq; enim obscura, & ignobilis
urbs erat, uerùm tanquã in fastigio quodã sita, un
dequaq; illustris. Mihi ipse porro cõsidera pdicatio
nis euangelicæ uim, ut breui tpe publicanorum ac
piscatorum opera, in ipsum urbium caput inuase
rit, ut homines Syri Romanis pręceptores, atq; insti
tutores extiterint. duo igitur merita ipsis testifica
tur, & quòd crediderunt, & quòd cum fiducia cre
diderunt: & qdem tanta, ut q̃ de illis fama circun
ferretur, oẽm terrarũ orbem occuparet. *Vestra enim,*
inquit, *fides annuntiatur in toto mundo.* Fides, inquam,
non uerborum conflictus, neq; mutuæ disputatio
nes, neq; syllogisini. quãquã multa inibi erant, quæ
C obstare poterant, ne euangelii doctrina recipetur.
Etenim nuper orbis principatum adepti fastu mul
to turgebãt, in diuitiis ac deliciis uitã agentes. euã
gelium autem ipsum piscatores Iudæi ferebant, &
quidem ex Iudæis, gente, quam oẽs oderant, atq;
abominabantur. quin & crucifixum adorari iube
bant, eumq; in Iudęa eductũ. Iam & unà cum ipso
dogmate duram uitã agendã pscribebant magistri
hominib. qb. semper curæ fuerant delicię, quiq; re
rum uitæ psentis admiratiõe attoniti essent. Adde,
quòd qui hæc nunciabant, pauperes erant & priua
ti, ignobiles, & ex parentib. ignobilibus orti. sed ta
men nihil horum sermonis euangelici cursum im
pediuit: tanta erat crucifixi potentia, ut ipsum uer
bum quoquo uersum circumageret. *Annunciatur. n.*
inqt, *in uniuerso mundo*. Nec dixit, manifestatur: sed,
annunciatur: pinde quasi in oium ore uersaretur.
Thessalonicensib. qdem hoc quum testificatur, &
1. Thes.1. aliud quiddã adiungit. nã quum dixisset, A uobis
c. pertonuit sermo domini: addidit, ut non sit nobis
necesse loqui quicquam. qui. n. discipuli fuerant, ij
in doctorum gradu consistebant, per suam ipsorũ
fiduciam omnes instituentes, ad sese; illicientes.
nusquam. n. euangelii prædicatio constiterat, sed
igne uehementius in oẽm terrarum orbem inuase-
rat. hoc autem loco hoc solum ait, quòd uidelicet D
annunciatur. ac rectè, inquit, annunciatur: planũ
faciens, quòd dictis nihil quicquã, neq; addendũ,
neq; demendum esset. Angeli. n. opus hoc est, quæ Mala.2.b
dicuntur, ea sola deferre. ob qđ & sacerdos angelus
uocatur, qđ non sua ipsius, sed ea tantũ nunciat, q̃
ab eo acceperit, à quo delegatur. quanq̃ Petrus ini
bi ẽt pdicauit. sed illius facta, sua esse ducit. usque
adeo, qđ ante diximus, inuidentia omni supra mo
dum uacabat. *Testis est enim mihi deus, quem colo spiri*
tu meo in euangelio filii ipsius. Verba hęc ex Apostoli
cis uiscribus expressa, paternum nobis aium uerè
repsentant. Quid autem est qđ ait? & quãnã de cau
sa deum testem citat? Agebatur de animi affectu. ac
quãdoquidẽ nondũ Romanos uiderat Paulus, ob
id neminẽ hoiem, sed eum potius, cuius est humana
corda pscrutari, testatur. Nam quòd dixit, Amo
uos (cuius rei argumentum hoc ostendit, qđ semp
in precibus oret, ac uelit ad eos accedere) id ipsum Hic infr.
quum non innotesceret, confugiendũ sibi putauit b.
ad testimonium fide dignum. Nũ poterit quisq; ue
strum gloriari, quòd dũ domi orat, uniuersę eccle- E
siæ faciat mentionem? nõ arbitor, quũ tamen Pau
lus non pro ciuitate una, sed pro uniuerso orbe cũ
deo ageret. Idq; non semel, non iterũ, non tertium,
sed continenter. Vt autem continenter aliquem in
memoria circunferamus, fieri nõ põt, nisi à magno
quodã amore ac charitate: assidue porrò in pcibus
habere, & indesinenter habere, considera, quantũ
ea res affectum amoremq; reqrat. quum autẽ dicit,
Quem colo spiritu meo in euangelio filij ipsius. sil quidem
dei gratiam, simul autẽ suam nobis modestiam spe
ctatam facit. dei gratiam, qđ tam arduum negotiũ
commisit: suã modestiam, qđ non suo proprio stu
dio, sed spũs auxilio rem totã acceptam refert. euã
gelij porrò additio, speciem indicat administratio
nis. Multi. n. ac diuersi sunt administrationis mo
di, & latriæ itidem. Quemadmadum. n. apud ipsos
reges, oẽs quidem unius regnantis imperium agno
scunt, subseruiunt autem non oẽs iisdem in rebus: F
sed illius munus est, exercitibus imperare, huius ur
bes regere, ac dispensare: illius rursus, pecunias eas
asseruare, q̃ in thesauros reconditæ sunt: Ita & in re
bus spiritualibus, hic quidem suam in deum serui
tutem ac cultum ostendit in fide ipsa, in recta uitæ
propriæ dispensatione: ille autem suscipiẽda hospi
tum cura, alius pertractandaſ rerum necessariarũſ Indigen
pręfectura. quemadmodum & iter ipsos Apłos, Ste tium.
phani munus erat, uiduarum pręsidium, ac patro- Actlo.6.a
cinium, atq; hac quidem in parte deo inseruiebat.
alius porrò euangelici sermonis doctrinam susce
perat. cuinsmodi erat Paulus, seruiens in euangelio
pdicãdo, & erat talis seruitutis ipsius modus. ea. n.
prouincia defungebatur. qua de causa non ipsum
modò deum testẽ citat, sed & curam sibi creditam
allegat: declarans sese, cui tantũ munus cõcreditũ
esset, eum in falsarũ rerum testẽ nunq̃ fuisse uocatu
rum, q munus ipsum credidisset. Adde qđ & illud
itẽ ostendere uult, charitatẽ ac solicitudinẽ pro eis
necessario se suscepisse. nam ut ne dicerẽt Romani,
Tu quisnam, & unde ciuitatis tam magnæ tamq;
regiæ curam suscipere te profiteris? ostendit huiuſ
cemodi curam sibi esse necessariam. siquidem ser
uitutis modus hic, nempe euangelii annunciatio,
ipsi erat commissus. cui. n. huiusmodi functio de-

legata fuerit, huic necessarium est ppetua eos cogitatione circunferre, q uerbum ipsum excepturi fuerint. ostendit autem & aliud itē p hæc uerba, spiritu meo. qđ uidelicet cultus hic & gentili, & Iudaico multò est pstantior. gentilis.n.& erroneus, & carnalis est Iudaicus autem, uerus qdem, sed tamen & ipse carnalis. At ecclesiæ cultus Gētili qdem aduersatur, Iudaico autē multis modis sublimior est. neq; enim p oues ac uitulos, per fumum, ac nidorem latriæ nostrę modus fit, sed per ipsum aīm, ac spiritū.
Ioan. 3.c. quod & xps declarans ait, Spiritus deus: atq; eos, q illum adorāt in spiritu & ueritate, adorare oportet.
In euangelio filij ipsius. Superius dixit euangelium patris esse, hic filio attribuit: hac ratione indifferēter & patris & filii esse ait. didicit n.ab illa uoce sancta quòd quæ patris sunt, ea & filii sunt: quæ rursus filii, ea & patris. Omnia enim, inquit, mea, tua sunt, & tua mea. *Quòd indesinenter mentionem uestri faciam*
Ioā.17.b. *in precibus meis.* Hoc ad germanam charitatē spectat porrò unum quiddam dicere uidetur, quatuor autem hic ponit: & quòd memor sit, & quòd indesinēter, & quòd in precibus, & quòd magnis de reb.
H *Orans, si quo aliquando prosperum iter contingat, uolente deo, ut ueniam ad uos.* Vides & summo affectu desiderantem eos uidere, nec sustinentem tamen id facere, præter dei placitum: sed habentem desiderium suum cum dei timore coniunctum. Amabat quidē illos, ad quos & solicitè festinabat: sed tamen ēt si amaret, pter dei uolūtatē, uidere eos nolebat. quæ ipsa demum germana est charitas. quum tamē nos longè secus afficiamur, ut q utrinq; ab ipsis charitatis legib. excidamus. Vel. n. neminem prorsus amamus, uel quum fortè amamus, pter dei uoluntatē amare consueuimus: utrunq; contra diuinam legē factitantes. quòd si cui inuidiosum uidebitur, qđ dixi, factū certè ipsum inuidiosius fuerit. Quo contra dei uoluntatem amamus, dixerit aliquis? quum xpm inopia tabescētem despicimus, liberis autem, amicis, & cognatis suprà quā necesse sit, elargimur.
Aposiopesis. Quum. Sed qđ attinet oratione longius progredi? nam si suam quisq; conscientiam examinauerit, plurib. certè in reb. hoc à nobis fieri inuenerit. At uerò
I non talis erat beatus Paulus, q & nouerat amare, ut oportet, utq; cōueniens est: tum autem oēs in amore quum exuperaret, ipsum tamen charitatis modū haudquaquam transgrediebatur. Vide ergo utrunque eximiè in eo abundare: hinc dei timorem, hinc Romanorū desiderium. Nā quòd indesinenter precaretur, quodq; uoti ēt sui minimè compos, à precibus tamen haudquaquam desisteret: id uerò à summa charitate manabat. quòd autem amore incensus, sic tamen maneret, dei uoluntati cedens, atque obsecundans: id ab intensa religione, ac circunspectione nascebatur. Alibi qdem ter dominum aduocans non solū non accepit, sed & contrà, quum nō
2.Co.12.a accepisset, magni beneficii loco duxit, quod non esset exauditus. sic ille sese ad deum oīb. in reb. conuertebat. hoc loco accepit qdem, non quū petiuit, sed serò, ac ne sic qdē molestè tulit. Hæc autē dico, ut ne ægrè feramus, quum nō exaudimur, uel quū serò exaudimur. neq;.n. sumus Paulo meliores, qui ob utrunq; gratias agit. & id qdem oppidò q conuenienter. se.n. semel totum manui res oēs undequaque gubernanti quum dedidisset, ac cum tāta lutum figuli pedib. se supponit, seq; batur quacunq; deus duceret. quū K
ergo dixisset precari se, ut eos uideret, addit & desiderii causam. causa autem q̄nam est? *Vt aliquid uobis impertiar gratiæ, ut confirmemini.* Non.n. temerè, nec ut multi nunc superuacaneas ac stultas peregrinationes suscipiunt, ita ille suscipiebat: sed pro necessariis, ac ualde urgentib. reb. neq; uerò apertè suam aperit uoluntatem, sed obscurè. non n. dixit, ut doceam uos, ut uoce erudiā, ut qđ deest, expleam: sed, ut aliqd impertiar, ostendens se non sua ipsius dare, sed q acceperit communicare. atq; hic rursus orationem temperat, quum ait, ut aliqd. pusillum aliquod, inqt, & iuxta modulum meum. & quòdnam hoc est pusillū, qđ nobis es impertiturus? hoc autē est, qđ mox ait, *Vt confirmemini.* Nunquid & hoc gratiæ est? non quassari, non uacillare, sed firmiter consistere? Porrò autem gratiæ noie audito, caue putes exclusam esse mercedem eam, quā ob propositum, uoluntatemq; accipimus. Nā gratiā dixit. non ut reprobet, ac cōemptui habeat laborem eum, quem quisq; sibi uoluntarium proponere debet ad bene L
agendum, sed ut succidat, atq; adimat fastū eum, ac superbiā, quam insolentia atq; arrogantia afferre solet. uide igitur ne aio cōcidas, qđ Paulus gratiam dixerit. Consueuit.n.q̄ magna illius est gratitudo, & modestia, rectè facta ac merita, gratias ac dona uocare, ppea quòd in his plerunq; meritis superno ⌈ *In his quoque multum.*
indigeamus auxilio. qđ.n. dixit, *Vt cōfirmemini.* clàm indicauit, eos magna correctiōe indigere. quod. n. uult dicere, hoc est: A multo iam tempore desidera ui, & in uotis habui, uos uidere, ob nihil certè aliud, q̄ ut constanter uos firmem, atq; in dei timore consolidem, ut ne aſsiudè uacilletis. Verùm sic non dixit: perstrinxisset. n. illorum aios sed aliter, idq; remissè ipsum hoc significauit. quum enim dicit, ut confirmemini, hoc declarat. deinde quum & hoc ualde molestum uideri posset, uide quo modo orationem mitigat per ea quę addidit. Nam ut ne dicerent, qđ? uacillamúsne, circumagimur, aut linguæ tuæ auxilio indigemus ut firmiter ipsi cōsistamus? ob id anteuertentes, tollit hmōi obiectionem, sic inquiens: *Hoc est, ut communē capiā consolationē in uobis* M
per mutuā fidem uestram simul ac meam. ac si dicat: Ne suspicemini quòd hoc dixerim uos incusans, ac redarguens. non hac mēte sum locutus: sed quòdnā illud est, qđ uolo dicere? Multas passi estis afflictiones iactati ab iis, q uos sunt persecuti: desidero igitur uidere uos, ut aliquā consolationem afferā, seu potius ut non consolationem tantū uobis afferā, sed ut & ipse à uobis accipiā. Hic tu expende magistri sapientiam. dixerat, ut confirmemini: uidit id dictum graue & inuidiosum discipulis esse, addidit consolationis uerbum. sed & hoc rursus graue, nō perinde tamen, ut q đ prius dixerat, sed tamen graue: eius igitur grauitatem, asperitatemq; succidens resecat, orationem undiq; edulcās acceptabilemq; reddens. non.n. simpliciter dixit, consolationem: sed, mutuam consolationem. ac ne sic quidem satis factum sibi putauit, sed & aliam, & quidem maiorem delinitionem adhibuit, quum dixit: *Per mutuā fidem uestram simul ac meā.* Papæ quanta hęc est animi humilitas? ostendit & se quoque illis indigere, non illos solùm ipso. ac discipulos ipsos in magistrorum numero habuit, nihil sibi præstantiæ relinquens: sed æqualitatē magnam ostentans. Com

A mune est, inquit, lucrum, & ego uestra egeo consolatione, & uos item mea. qui uerò id fit? p mutuā fidem uestrā simul & meā. Quemadmodum.n. ignis naturā talem esse uidemus, ut si qs multas in unū lampadas coegerit, splendidā reddat, & incēdat lucem: sic & in ipsis fidelibus ac credulis usu uenit. Quū.n. a nobis mutuò auulsi sumus, fit nesio quo pacto, ut mœstiores reddamur. quum autē mutuo nos cōspiciētes membris domesticis hinc inde impliciti, fit ur magnam consolationem accipiamus. Mihi enim hic tēpus præsens ne exa minaueris per quod dei gratia, multi fidelium ordines, & per uicos, & p urbes, & in ipsa eremo inhabitāt, ⌈ tum autem & pietas ois, ac religio profligata est: ſ uerū memoriæ tuæ obuersetur tps illud, quantum inde bonum existeret, quū & discipuli magistros contuerē tur, & à fratrib. fratres ex alia ciuitate profecti conspicerentur. Atq; ut rem ipsam planius eloquamur, exemplo utemur. Nam si fortè cōtingeret ac fieret, quod tamen omen deus auertat, abductos nos in Persarum, uel Scytharum, uel cæterorum barbarorum regionem binos, ternōsue, in illarum gentium urbibus à nobis mutuò auelli, deinde repentè quē piam illinc aduenientem uidere: considera quantā caperemus ex ea re cōsolationē? Nónne uidetis eos qui in carcere uitā degunt, si quem familiariū suorum uiderint, exurgere, ac præ uoluptate exilire? Quòd si captiuitati, ac uinculis tēpora illa cōfero, mirū esse non debet: illi.n. multò his grauiora passi sunt, dispersi, ac profligati, in pauptate ac bellis uictitantes, quotidianum interitum timentes, amicos, domesticos, cōsanguineos suspectos habētes, in ipso terrarum orbe tanquā in terra hospita, atq; extera habitantes. seu ut uerius dicā, grauiora longè tolerantes, q̄ tolerare solent, q in aliena terra degunt. Quapropter ait, *Vt confirmemini, & mutuam capiam consolationem per mutuam fidem.* Hoc autem dixit, non quòd illorum auxilio indigeret: absit hoc. quo.n. pacto q ecclesiæ columna esset, quiq; idē & ferro & petra firmior, idem spiritualis ille adamas, idem infinitis ciuitatib. sufficiens, alieni auxilij indigēs esse posset? sed ut ne orationē molestā, increC pationēq; acrem reddat, fatetur & ipse se illorū indigere consolatione. Quòd si qs hic consolationē, lætitiā eam interpretetur, quam fidei illorum incrementum afferebat, ea certè Paulum indigere si dixerit, minimè aberrauerit. Dices? Si igitur desideras Paule, ac p̄caris, si & cōsolationē partim acceptui⁹, partim impertiturus es: qd illud tandē est, qđ aduētum tuum prohibet? hāc igitur diluens suspicionē, adiicit: *Nolo autem uos ignorare fratres, quòd sæpe propo*
fuerā uenire ad uos, licet præpeditus fuerim ad hunc usque diem. Vide seruilis obediētiæ modum, & simul animi admodum grati argumentum. Quòd fuerit prohibitus, dicit: quāobrem autē, nō item: neq; n. examinat domini mandatū, sed paret tantùm. quā quam par erat hęsitare, quānam de cā urbem tam splendidam, tam magnam, & ad quam sese totius orbis oculi conuerterēt, prohiberet deus, quò minus talem magistrum, tanto iam tpe assequeretur. Siquidem quisquis imperantem, dominātemq; urbem uicerit, is & subditos paruo negotio adoriatur. At quisqs regaliore urbe missa, subditis subigē dis insidias parauerit, idem caput se negligere ostē dit. Sed tamē nihil horum Paulus curiosè indagat. quin potius incomprehensibili prouidentię cedit: D
partim animi sui moderationem spectatā faciens, partim nos omneis erudiens, à deo nunq; exigendā esse eorum, quæ facit ratione, etiā si ea multorum animos turbare uideantur. Domini.n. solius est iubere, famulorum autem parēre. Atq; hac quidē de causa, quòd prohibitus sit, dicit: non ēt, quare sit prohibitus. Neq;.n. ego id scio, inquit: ne me igitur interrogetis, quænā sit dei uoluntas, aut sententia. Nam neq; figmentum opifici dicit, qđ me sic finxi- *Infr.9.d.*
sti? qua igitur, obsecro, de causā id & tu scire elabo ras? nescis illum omnium curā habere? illum sapiētem esse? illum nihil frustra, nihil temerè agere? illū te magis amare, q̄ proprij parentes ament: illum uehementissimè ac longo qdem interuallo, & patris pietatem & matris curam superare? itaq; nihil amplius peruestiga, néue ulterius progreditor. Etenim ad consolationem hæc tibi sufficiunt. Siquidem & tum Romanorum imperium sapienter regebatur: qui si modum ignoras, nolito ægreferre. hoc.n. maximè fidem arguit, administrationis modum ignorantem, prouidentiæ rationem admittere. Quum E
igitur ex animi sententia ea confecisset Paulus quæ studiosè cupiebat (quid autem id erat? nempe ut te statum faceret, se quod adhuc ad eos non accessisset, non id feciſſe, quòd illos cōtemneret, sed quod uel maximè desiderans, prohiberetur) tum aut segnitiei crimen quum à se remouisset, illisq; psuasisset, se nihilo minore desiderio illorum uidendorū teneri, q̄ illimet ipsi tenerētur: rursus & alijs quidē rationibus charitatem suam ostendit. neq;.n. quoniā prohibitus sum, inquit, destiti ab ĩcepto semel conatu: sed semper quidem rem attentaui, semper autem prohibitus fui, neq; tamē unquā destiti: uoluntati quidem diuinæ non resistens, charitatē autem conseruans. quòd.n. Paulus in proposito perse ueraret, ac minimè ab eo desisteret, amoris uim probabat. quòd aūt prohiberetur, ac minimè resisteret, omnimodā ergo deū charitatē ostendebat.
Quò fructum aliquem habeam inter uos quoque. Quanquā & superius desiderij sui cām aperuit, eamq; sibi ipsi conuenire ostendit: tamen & hic quoque eā F
attexit, illorum fastum atq; insolentiā etiam atque etiā contundens. Quoniā.n. Roma ubique conspicua, atq; illustris siue terra, siue mari, ciuitas esset, cuius peruidendæ desideriū solum multos eò impellebat: ut ne quid tale, & de Paulo quoq; Romani opinarentur, néue suspicarentur, quòd uenditās sese ille solùm de ipsorum familiaritate ac coniunctione, desideraret illuc aduenire, assiduè ponit de siderij argumentū & cām. ac supra qdē ait, ut imptiar uobis gratiam spiritualem: hic aūt apertius, ut fructum aliquem habeā inter uos quoq;. *Quemad-* *Hic sup.b*
modum & inter reliquas gentes. Principes in subditorum numerum cogens, post infinitos triumphos, ac uictorias, ipsamq; adeò consulū claritatem, cum barbaris ipsis committit. & id certè admodū decēter. nam si ad fidei nobilitatem spectes, nullus tibi erit barbarus, nullus gētilis, nullus aduena, nullus ciuis, sed in unū, idemq; dignitatum fastigium conscendunt oēs. Vide porrò, ut hic quoq; Paulus modestè se habeat: neq;.n. dixit, ut doceam, ut instituā sed quid? ut fructum habeam. neq; simpliciter fructum, sed fructum aliquem: rursus corripiens partes suas, quemadmodum superius dixit, ut aliquid

⌈ *Ista desunt in Veronēsi editione. sed margini Brixius adscripserat attamē p ἐυσεβεία*

B *pietas ac religio, ἀσεβεία id est, impietas legendum uidetur.*

G impertiar: deinde & ipsos quemadmodum iã dixi, compescens. *Quemadmodum & inter reliquas gentes.* Neq; n. hoc noie quod diuitis, quòd cæteris pstantiores est is, minus studij erga reliquos præstamus: quum non ipsos diuites, sed eos tantũ, q fidem suã xpo addixerunt, q̃ramus. Vbi, obsecro, nunc sunt quos Græcia sapientes habuit, iidem barbã submittentes, exomidas amicti, magnopere intumescentes ac turgidi? En tabernaculorum texendorũ artifex non ipsam tantũ Græciã, sed & barbarã terrã oẽm conuertit: q̃uum q apud illos quã ageretur, quã circumageretur Plato, ter in Siciliam profectus, cum uerborum illorum fastu ac fumo, cum magna illa, quam de eo conceperant, opinione, ne unius qdem tyranni compos euaserit, qn potius ab illo tam infœliciter se explicuerit, ut & ipse libertatẽ amitteret suam. At tabernaculorum texendorum artifex hic, non Siciliam modò atq; Italiam, uerùm uniuersum terrarum orbem uerbũ dei pdicans, pagrauit. quũ interim artem non intermitteret, sed uel tum quó-
H que pelles consueret, officinãq; suæ pesset. neq; uerò ea res patricios, ac magnates offendebat. idq; iure optimo. Non. n. artes ac studia, sed mendacium, & cõficta dogmata despicabiles reddere solent ptores. ppea illum qdem Athenæ irridebant, huic aũt assiduam operam dãt, & barbari, & imprudentes, & idiotæ. nam euangelij prædicatio communis oibus proposita est, q̃ quidem nec dignitatis differentiam, nec generis excellentiam, nec aliud quicquã id genus nouit. sola n. fide opus est, nõ syllogismis. quapp admiratione digna esse in primis debet, nõ solũ quòd & utilis, salutaris, sed quòd & facilis, & procliuis, & oibus susceptu facilis. id quod dei maximè prouidentiam arguit. communia. n. ea sunt, quæ oibus proponit. Quod enim in Sole ac luna, in terra ac mari, cæterisq; deus fecit, non diuitibus quidem ac sapientibus plus partiẽs maioremq; copiam faciens, minorem autem pauperib sed æqualem oibus usum fructũ proponẽs: id & in ipsa quã
I dico, euãgelii pdicatione fecit. idq; tanto ẽt magis, quanto ea rebus illis magis est necessaria. quapp & Paulus assiduè ait, oib. gentib. deinde declarans se nihil illis largiri, sed mandatum domini implere, tum autem illos relegans ad dei uniuersalem œconomiã, ait: *Debitor sum.* Quod & ad Corinthios scribens ait. hoc autem dicit, ut oia deo ipsi tribuat. *Ita quantum in me est, paratus sum uobis quoq; qui Romæ estis euangelizare.* O animam genero sam, hominis rẽ tot, tantisq; periculis obnoxiam suscipientis, peregrinationem maritimam, tentationes insidias, defectiones. par. n. erat eum qui disputaturus esset cũ tanta ciuitate, & ea impietatis tyrannide oppressa, tentationem agmen, ac ueluti grandinem perferre. itaq; & inibi mortuus est, imperatoris iussu capite truncatus. Sed tamen quum pericula tanta expectaret, nihilo pigrior reddebatur, sed festinabat ac parturientis more appetebat, & pröptus erat ppea ait, *Quantũ in me est, paratus sum uobis quoq; qui Romæ estis euangelizare non enim me pudet euangelij xpi.* Quid ais ô Paule? Quũ conueniret ut diceres, glorior, ac mei ipsum iactito: non hoc, sed quod hoc minus est, dicis, quod uidelicet te minimè pudeat. quam locutionem in reb. non admodum insignibus, usurpare consueumus. qd igitur est quod ait, & quamobrem sic loqtur? quũ pertim alioq ob id magis euã-
gelium, q̃ uel ob ipsum cœlum glorietur. Siquidem K
ad Galatas scribens, Mihi autem ait, absit gloriari, *Gal.6.d.*
nisi in cruce domini nostri Iesu xpi. Cur igitur hic non ait, glorior, potius q̃, non me pudet? Romani admodum stupescebãt ad res mundi huius, ob diuitias, ob principatum, ob uictorias, quin & suos iidem impatores diis pares existimabant. quos certè etiam eo noie dignabantur. unde & templis, & aris, & sacrificiis illos colebant. quũ ergo sic illi turgerẽt, esseteq; Paulus Iesum pdicaturus, Iesum inquã fabri filium existimatum, eundemq; in ludæa eductũ, idq; in tenuis mulieris domo, satellitib. nullis stipatum, non opib. abundantem, sed ut reum condemnatũ, interq; latrones mortuũ, tum autẽ eum, q alias multas ignominias ptulisset: ac uerisimile q dem esset, fore, ut Romani ad Iesu nomen pudore suffunderentur, ut q nihil dum rerum arcanarũ ac magnarũ caperent, ppea ait, non me pudet, illos in terim erudiens non erubescere. nouerat. n. qd si id
L illi essent assecuti, statim progressi ulterius eousque peruenirent ut & gloria ẽtur. Ad eundẽ modum, si & tu quoq; quempiã audieris dicentem, Cruci suffixum adoras? ne te pudeat, neu ad terrã oculos deicias: sed gloriare, ac tibi ipse placeas, liberisq; oculis, & facie erecta cõfessionẽ admittito. q si rursus dixerit, Crucifixũ adoras? & tu rursum ad illũ, adoro qdem, sed non adulterũ, nõ parricidã, nõ libero rum propriorũ cæsorẽ (tales. n. apud illos dei oẽs) uerũ eum q p crucẽ dæmonib. os obstruxit, eorũq; infinitas incantationes, imposturasq; sustulit. Etenim crux pp nos, ineffabilis humanitatis opus, eadem magnę curę symbolum. pter hæc autem q dixi, quandoquidem & dicendo ualde sibi placerent Romani, ac pegrina ornati sapientia turgidi essent, uestris istis oib. inquit Paulus, syllogismis multam salutem dicẽs, ad uos accedo, crucem pdicans: nec me propterea pudet. *Potẽtia siquidem est dei ad salutẽ.*
Quoniam. n. dei potentia & ad pœnam quoq; existit. etenim quum Aegyptios puniret, Hæc mea in- N
quit, magna est potentia, & potentia ẽt ad exitium. Timete, inquit, eum qui & animam & corpus gehe- *Mat.10.c*
na põt perdere. Propterea ait Paulus, non hæc ad uos aduenientes affero, non q̃ ad pœnam, ac supplicium, sed q̃ ad salutem faciunt, qd igitur? nonne & hæc nunciabat euangelium? de gehenna sermonẽ? *Matt.8.b*
de exterioribus tenebris? de uerme pestifero? ex nul *Mar.9.g.*
lo enim alio loco, quam ex euangelio hæc cognoscimus. q igitur potentia dei ad salutem? sed audi & quæ sequuntur. *Omni credenti Iudæo primum & Græco*
Nõ enim simpliciter omnibus, sed suscipientibus. quanuis enim gentilis fueris, quanuis per omne uitiorum genus uolutatus, quanuis Scytha, ac barbarus, quanuis mera belua, quanuis omnis rationis expers, & peccatorum sarcinis sexcentis onustus, si mutatq; de cruce sermonẽ excepisti, & baptizatus es, fit certè, ut illa omnia deleas. Quare autẽ hic ait, Iudæo primùm & Græco? quid hæc sibi uult differentia? atqui persæpe dixit, quòd neq; circuncisio, *Gala.5.b*
neq; præputium quicquam faciunt. quomodo igitur hic distinguit, Iudæum Græco anteponens? qd tandem esse potest? neque enim quòd primus sit, idcirco maiorem accipit gratiam: idem enim donũ & huic & illi datũ est. Verũ ordinis dũtaxat honos est uerbũ id, primũ. neq;. n. superiores partes in hoc obtinet, quòd maiorẽ iustitiam acceperit: sed

in hoc

A in hoc solum honoratur, quòd primus eã accepit. quandoqdem & in eorum qui illuminantur numero (nostis qd dicam, q mystæ estis) oẽs qdem ad baptisma accurrunt, non oẽs autem eadem hora: sed hic primus, ille secundus. nõ tamẽ primus plus accipit, q̃ secundus: neq; hic plus eo, q post eum accedit: uerum eadem oẽs assequuntur. igitur hoc loco, primũ, uerbi honos est no, gratiæ abundantia. deinde quum dixit, ad salutem, rursus auget ipsum donum, ostendens non ad tps tantùm pñs pertinere, sed & ulterius progredi. hoc. n. declarauit quũ dixit, *Iustitia enim dei per illud patefit.* Qui igitur iustus effectus est, is nõ p pñs tantũ seculum sed & per futurum uiuet. Neq; uerò hoc solũ, sed & aliud quiddam subindicat: nempe splendorem, ac claritatem eiusmodi uitæ. quandoqdem. n. licet & cũ dedecore seruari (qd in multis nonnunquam usu uenire uidemus, q benignitate regia debitã pœnã euadentes seruãtur) ut neqs tale aliquid suspicetur audito salutis noie, addidit & iustitiam: iustitiam,
B non tuam, sed dei, abundantiam ipsius ac facilitatem subindicans. Non. n. ex sudorib. ac laboribus ipsam assequeris, sed à superno dono accipis, unũ duntaxat ex te afferens, fidem. deinde quandoqdẽ quod dixerat, suasibile minimè uidebatur, si adulter, mollis, sepulchrorum cõpilator, incantator cõfertim, nõ modò à pœna liberatur, sed & iustus effi citur, & iustus qdem iustitia superna, à ueteri testamento sermoni fidem astruit: ac primũ qdẽ breui uerbo uastũ historiarum mare unicuiq; intueri ua lenti adapit. qd. n. dixit, ex fide in fidem, relegauit auditorem ad dei ordinationes eas, quas in ueteri instrumento factas legimus. quas ipsas ad Hebrẽos scribens magna cum sapientia edisserit, & iustos, &
He.11.bf peccatores ẽt tum sic iustificatos ostendit. ppea & Raab, & Abrahæ mentionem fecit. postea autẽ sub indicans ipsum hoc solum (currebat. n. ac festinabat ad aliam quandam contemplationem) à prophetis rursus sermoni fidem conciliat, Abbacuc in mediũ adducens, clamantem, ac dicentẽ, qd nõ licet aliter uiuere, ei qdem certè q uicturus est, nisi p
C fidem. Iustus. n. inqt, ex fide uiuet, de futura uita loAbac.2.a quens. Quandoqdem. n. q̃ deus largitur, ea oia humanæ cogitationis captũ superant, meritò fide nobis opus est. Qui. n. plus æquo sibi tribuens præ fastu, atq; arrogantia, reliquos contemnit: is certè nihil quicq̃ proficiet. Audiant miseri hęretici spiritua lem uocem. Talis est. n. cogitationũ natura. Labyrintho cuipiam ac gryphis similis est, nullum usquam finem habens, neq; concedens cogitationem stare supra petrã, originem ab arrogantia, ac nimia sui opinione assumens. quum. n. quosdam pudeat ad fidei susceptionem accedere, ut ne uideantur cœlestia ignorare, ipsi sese in cogitationum ueluti quisquilias, ac minutias coniiciunt. Itáne uerò miser & infelix, atq; infinitis prosequende lachrymis, si quis te roget, cũ cœlum sit confectum cũ terra: & qd dico cœlũ ac terram? cũ tute formatus? cũ enutritus, & auctus, te tuæ minimè pudet ignorantiæ: sin uerò de unigenito sermo existit, præ pudore te ipse in exitij barathrum cõiicies? quòd te uidelicet indignum existimes, cui non oia cognita sint. Atq indignitas potius ea censenda est, quoties contendis, quoties intempestiuè, ac curiosè nimis, quòd tute ignoras, pscrutaris. Sed quid hìc de dogmatib. loquor? A malitia. n. nobis per hanc uitam contra- D
cta non aliunde liberamur, q̃ per ipsam fidem. Sic & ueteres illi omnes claruere, sic Abrahã, sic Isaac, sic Iacob, sic meretrix salutem inuenit & in ueteri, *He.10.f.*
& in nouo instrumento. Fide enim, ait, Raab meretrix speculatoribns ab ea exceptis, non interiit unà cum incredulis. neq; secum ipsa dixit, Quí poterũt hi, quum sint captiui, fugitiui, exules, uitamq; erronum agant, ipsos nos urbis, mœnium, ac turrium dominos sub suam uictos potestatem cogere? quã doquidẽ si hæc secum elocuta fuisset, & seipsa, & illos unà perdidisset: qđ ipsum & fecerunt maiores illorum, q tum seruati sunt. Illi. n. quandoquidem cõspectis uiris magnis, ac pgrandibus uictoriæ mo- *Nũ.14.g*
dum disquisiere, omnes nullo bello, nulla instructa acie perierunt. Vides quanta incredulitatis pernicies, quantus itẽ fidei murus sit? Illa. n. multa milia pessundedit: hæc autem uel meretricem mulierem non seruauit modò, sed & tam magni item populi pñsidem effecit

Morale.

Hæc ipsa igitur, itemq; & his longè plura quum E
ita se habere cognoscamus, à deo eorũ, q̃ aguntur, rõnem nunquã exigamus. Verùm quicqd ordinauerit, id oẽ admittamus: nihil anxiè indagantes, nihil curiosè pscrutãtes, ut ẽt in humani animi ratione non cadat, qđ ille mandauerit. quid. n. q̃so, absurdius fuerit, q̃ parentẽ, iugulare unigenitum suũ filium, eundemq; legitimum? sed tamen iustus ille *Ge.22.a.*
id facere iussus, non curiosè de mandato scisitatus est, sed iubentis dignitate ppensa, mandatũ duntaxat admisit. Et alius item iussus à deo prophetam percutere, quandoqdem, qđ illi res absurda esse uideretur, curiosius de ea perscrutatus est, ac simplr non paruit, pœnas extremas dedit: pcussor autem probatus est. Et Saul item, hoiem quũ pter dei pla- *1.Re.15.b*
citum seruasset, regno priuatus est, incuranda mala perpessus. Iam & alia pter hęc pmulta exẽpla inuenias, per q̃ oia edocemur, & quidem magnopere, diuinorum mandatorum rõnem nunquã esse exigẽdam, sed cedendum tantũ ac parendum: Quòd si F
periculosum est q̃ ille mandauerit, de iis curiosius indagare, extremumq; supplicium curiosis proposi tum est: quámnam tandem defensionem habituri sunt, q ea curiosè pscrutãtur, q̃ sunt his multò & secretiora & horribiliora? Verbi gratia, qũo deus filium genuerit, & quánam ratione? quam porrò in deo substantia? His igitur ppensis bonorum oium parentem, fidem, magna cũ beneuolentia suscipiamus, ut tanquã in tranquillo portu uela explicantes tum q̃ recta sunt dogmata obseruemus, tum ui tam nostrã, cum securitate dirigentes, æterna tandem bona assequamur, gratia & benignitate domi *rimperiũ honor & adoratio cũ sancto spiritu.*
ni nostri Iesu xpi, cum quo patri gloria, runà cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

Homilia: III.

Alam sit enim ira dei de cœlo, aduersus oẽm impie
p *tatem, & iniustitiã hominũ, qui ueritatẽ in iniustitia detinent.* Vide Pauli prudentiã, ut ab iis q̃ mitiora sunt exhortatus, ad ea q̃ formidinẽ incutiunt sermonẽ uertat. nã quum dixisset euangelium salutis, ac uitæ causam esse, tum autem & dei nobis potentiam, ac iustitiã repsentare: enarrat & ea, q̃ terrere quidẽ possunt eos, qui illud respuerint. Quandoquidẽ. n. perspæpe euenire uidemus, ut bona hoium pars non perinde bonorum promissio-

Gne, atq; minarum terrore ad uirtutem ptrahantur, utrinq; ipsos allicit. ppea & deus ipse non solũ cœlorum regnum promisit, sed & gehennam comminatus est: & prophetę item cum iudęis hac ratione agebant, mala bonis assiduè temperantes. Quapp & Paulus sic orationem uariegat, haud tamen simpliciter, ueru, q læta, ac mitia sunt, ea proponit, deinde & q molesta: ostendens qđ illa quidem a dei antegressa sententia obueniunt, hæc autę a negligentium malitia. Sic & propheta primo loco bona obtendit, quum ait: Si uolueritis, ac me exaudieritis, terræ bona comedetis: sin nolueritis, ac dicto meo parętes nõ fueritis, machęra uos absumet. hac rõne & hic Paulus sermonẽ promouet. Considera autem: uenit, inq;, domin⁹ afferens remissionẽ, iustitiã, uitã. nec hęc simplr, sed p crucem. qđ autem maximum, & mirabile, non quòd talia largit⁹ sit solũ, sed quod & talia passus. Si igitur iniurij fueritis in ipsa dona, tũ manent uos q̃ molesta sunt, uide porro, quemadmodum orationem attollat: *Palã fit. n. ira dei de cælo*. Vnde hoc liquet? hoc si fidelis qspiã dixerit, xp̃i apophthegmata, ac sententias allegabimus: sin autem infidelis, & ethnicus, ei Paulus os obstruit, per ea q̃ sequuntur, nempe p ea argumenta, q̃ dei iudicium argunt: ab iis, q per eum olim facta fuere, irrefutabile argumentum in medium adducens. qđ ipm maximẽ est ab inexpectato, quum uidelicet eos, q ueritati aduersantur, p ea, q̃ quotidie & faciunt ipsi, & dicunt, declarat, ueritatis dogmata commẽdare ac probare. Sed hęc quidem in subsequentib⁹. Interim autem propositum sequamur. *Palã fit n. ira dei de cælo*. Atqui & hac quoq; in uita id pśpe usu uenit: uidelicet dum pestis, dum fames, dum bellum ingruunt: etenim priuatim singuli & cõmuniter uniuersi puniuntur. Quidnã igitur noui tum erit? Nempe qđ supplicium & maius, & commune, & ꝓterea non earundem rerum cã. nunc. n. q̃ fiunt, ad correctionem fiunt: tum autem ad pœnã. Id qđ Paulus declarãs, dixit, Erudimur nunc, ut ne cum mundo condemnemur. ac nunc quidem multi sunt, quib, aduersa pmulta accidere uidentur, nõ a supna ira, sed ab horum ui atq; iniuria. tum autẽ palã fiet, supplicium à deo immissum: quum uidelicet sedens iudex pro terribili tribunali, alios quidẽ iubebit in caminos trahi, alios uerò in tenebras exteriores, alios ad alia, & ea ineuitabilia, & minimè ferenda supplicia. & quãobrem non sic aptè enunciauit, uidelicet, quòd filius dei uenturus est cũ infinitis angelis & ab uno quoq; factorum rationem exacturus: potius q̃, palã fit ira dei? Auditores etiam dum ex neophytorum numero erant, ob qđ ipsos primum allectat, ita q̃ apud illos ualde in confesso erat: ꝓter hæc autem q dicta sunt, & aduersum gentiles inuehi mihi uiderur: quapp hinc exorditur. postea autem & de xp̃i iudicio sermonem inducit. *Aduersus oẽm impietatem & iniustitiam hominũ, qui ueritatem in iniustitia detinent*. Hic ostendit multas esse impietatis uias, sed ueritatis unã tantùm. Etenim uaria, multiformis, & confusa q̃dã res est impostura. Veritas autem, una. posteaq̃ uerò de dogmatib⁹ dixit, dicit & de uita, iniustitiã horum allegans. Iniustitiæ. n. multæ. Alia siquidem circa pecunias fit: nempe quum quis in iis proximo fraudi est. alia ad rem uxoriam spectat: quum quis coniugij fidẽ fallens, uxore derelicta, alterius nuptias diriimit. etenim & hoc, fraudem Paulus uocat, his uerbis, Ne quis opprimat ac fraudet in negocio fratrem. Alij rursus uxoris ac pecuniarum loco, proximi gloriã labefactant, ac denigrãt. & hoc porrò iniustitia est. etenim melius nomen bonũ, q̃ diuitiæ multæ. non nũllis autem placet & hoc à Paulo de dogmatibus fuisse dictum, sed tamen nihil prohibet qn de utroque dictum intelligas. quid autem illud est? *Qui ueritatem in iniustitia detinent*, Per subsequẽtia discito: *Propterea quòd id quod de deo cognosci potest, manifestũ est in illis. Deus enim illis patefecit*. Verũ hmõi gloriam lignis circũposuerũt, & lapidib⁹. Quemadmodum igitur cui regales pecuniæ creditæ fuerint, mandatumq; acceperit, ut eas in regis honorem ac decus insumat. Is si in prædones, scorta, magos, eas insumpserit, hosq; regijs pecunijs splendidos reddiderit, tãq̃ q maximè regẽ offenderit, pœnas pendit: ita, & hi, quũ accepissent notitiã de deo, deq; eius glia, deinde idolis illã circũposuissent, in iniustitia ueritatẽ detinuerũt, ac qđ in ipsis qdem fuit, cognitionẽ iniuria affecerũt, quũ ea ipsa, quatenus decẽs fuit, usi nequaq̃ fuerint. Apertum ne uobis est qđ diximus? an aptius denuò dicendum illud est? quidnã igitur illud est, qđ dicimus? cognitionẽ sui deus hominibus iã inde ab initio indidit. Verũ hãc cognitionem ethnici lignis ac lapidibus circũponentes, ueritatem, quod in ipsis fuit, iniuria affecerunt. Illa. n. immutabilis manet, ut q̃ habeat propriã gloriam immotam. at undénam liquet, quòd ipsis indidit deus sui cognitionẽ ô Paule? ppea quòd, inquit, quod de eo cognosci potest, manifestũ est in illis. Hoc ipm uerò sententia est, nõ demonstratio. Tu porrò mihi adstruito, probato, ac declarato, quòd cognitio de deo illis manifesta fuerit, & qđ spõte sua illã ꝓtermiserint. undénam igitur manifesta erat? uocẽ è supnis imisit illis deus? nequaq̃. sed quod illos uoce ualidius illicere poterat, id fecit, mũdi creatiõe ĩ mediũ propositа, ut posit sapiẽs, rudis, Scytha, Barbarus, ex ipso aspectu, eorũ q̃ oculis subiecta sunt, pulchritudinem edoctus, ad deũ conscendere, ppea ait: *Si quidem quæ sunt inuisibilia illius ex creatione mundi dum per opera intelliguntur, per uidentur*. Quemadmodum & propheta inqt, Cœli enarrant gloriã dei. Quid. n. eo die dicent gentiles? te ignorauimus? Itáne uerò nõ exaudiistis cœlum, uocem ab aspectu emittẽtẽ, nõ exaudiistis cõpositam rerũ omniũ harmoniã tuba illustrius clamãtem? noctis ac diei leges non pspicitis perpetuò stantes, atq; immobiles? hyemis, ueris, cæterorumq; annitemporum compositũ ordinem, firmum & immotum? maris clementiam, idq; in tanta fluctuum conturbatione? denique omnia ordinem seruantia, eademq; tum à pulchritudine, tum à magnitudine ipm opificem ueluti præconio annũciantia? hęc enim omnia & his etiam plura cõtrahens Paulus, dixit: *Siquidem quæ sunt inuisibilia illius ex creationẽ mundi dum per opera intelliguntur, peruidentur, ipsaque æterna eius potentia ac diuinitas in hoc ut sint inexcusabiles*. Quanq̃ non hoc nomine ea fecit deus, & si hoc usu uenit. non enim ut ipsos defensione priuaret, doctrinam tantam in medium proposuit, uerũ ut ipsum cognoscerent. Ingrati autem effecti, se ipsi defensione priuarunt. deinde ostendens quomodo defensione sint priuati, ait: *Propterea quòd quum deum cognouerint, non ut deum glorificauerunt, neque gratis fue-*

rati fuerunt. Vnũ hoc crimen maximũ, s alterum ab illo, nempe ab idolorũ cultu, quod & Hieremias increpans, ait: Duo mala patrauit ꝓpulus iste, me dereliquerunt fontẽ aquæ uiuẽtis, & foderũt sibi cisternas dissipatas. deinde quòd dei notitiã habuerint, neq; tamẽ notitia, ut decuit, usi fuerint, adducit hoc ipsum, nempe quòd deum cognouerint. ob qđ adiecit: Propterea quòd cum deum cognouerint, nõ ut deũ glorificauerũt. & causam quidẽ addit, ob quam in tantã amentiam dilapsi sint. quanã igitur ea? cogitationibus rem totã cõmiserunt. uerũ non sic dixit, sed qđ multò erat terribilius: *Frustrati sunt enim per cogitationes suas, & obtenebratum est insciens cor eorum*. Quemadmodum. n. in nocte illuni, siquis peregrina uia ingredi conetur, aut mare nauigare, nõ solũ non perueniet ad finẽ destinatum, sed peribit protinus: sic & isti iter ad cœlũ ferens aggressi, à se lucem cum ademerint, ac pro ea cogitationũ tenebris sese inuoluerint, in corpore incorporeũ, in figura infiguratum exquirentes, naufragiũ infestissimũ fecerũt. Cum ijs aũt quæ dicta sunt, & aliã erroris illorũ causam ponit, cũ ait: *Cũ se crederent esse sapientes, stulti facti sunt*. Magnum. n. quiddã de se imaginantes, nec sustinentes ea uia ingredi, qua deus eos ingredi iussit, amentiæ cogitationibus immersi sunt. deinde ostendens, atq; ob oculos ponens ingentẽ illorũ fluctuationẽ, ut uidelicet infesta, & uenię ois expers esset, addidit: *Et mutauerũt gloriam immortalis dei in similitudine imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedũ, & reptilium*. Primũ crimen, quòd deum non inuenerunt. secundũ, quòd causas magnas, & apertas habe rent. tertiũ, quòd dicerẽt se esse sapientes. quartum, quòd non solũ nõ inuenerũt, sed quòd uenerationẽ illam in dęmonas, in saxa, ac ligna deflexerũt. Deijcit quidem in epistola ad Corinthios illorũ fastum, sed non perinde illic, ut & hic. Illic. n. ipsis ex cruce plagã infert, dicens: Quòd stultitia dei, sapientior est, q̃ homines. hic uerò citra ẽt comparationem, ipsorum sapientiam per se taxat, ostendens stultitiã esse, & arrogantiæ duntaxat ostentationẽ. deinde ut intelligas quòd cũ haberent de deo notitiam, sic eam prodiderunt, hoc uerbo, mutauerũt, usus est. qui aũt mutat, tanq̃ aliud habens mutat. uoluerunt enim amplius quiddam inuenire, finibus sibi datis non contenti. quapropter & ab ijs exciderunt, ut qui nouitatẽ appetiuerint. Etenim huiusćemodi oĩa Græcorum fuere, ob quod aduersum semetipsi mutuò steterẽ. Et Aristoteles quidem aduersus Platonem insurrexit. Stoici aũt in hunc insremuerunt, & alius alijs hostis extitit: ut nõ tam illos cõueniat ob sapientiam admirari, q̃ auersari, & odisse, quoniam quidẽ ob hoc ipsum & stulti fuere. Nisi. n. se ipsi cogitationibus, sylogismis, ac sophismatis cõmisissent, illis non accidisset, quod accidit. deinde accusationem in illos intendens, taxat oẽm illorum idololatriam. mutatio certè qualiscunq; in primis ridicula, eiusćemodi autẽ mutatio extra omnem est excusationem. In quæ igitur mutauerunt, & quibus tandem rebus gloriam circũposuerunt? Considera. Cogitare de illo oportebat, quòd deus, quod omnium dominus, quòd cum minimè essemus, nos fecerit, quòd prouideat, quòd nostri curam habeat. hæc enim dei gloria. quibus igitur hanc acceptam tulerunt? ne hominibus quidem, uerùm similitudini imaginis corruptibilis hominis: ac ne hic quidẽ constitere, sed & ad bruta usq; animantia deuenere: immo uerò & ad horum imagines. Mihi porrò Pauli sapientiam contẽplare. quemadmodum duo summa posuerit, deũ, supernè: & reptilia, infernè, seu potius, ne reptilia quidẽ uerũ horum similitudines, ut illorum luculentam insaniam apertè ostendat. Quam. n. notitiam habere decebat de eo, qui citra cõparationem, omnium excellentissimus est, hanc omnium sine cõtentione uilissimo applicarunt. Dices, quid hæc ad philosophos? Ad hos maximè omnium q̃ dicta sunt pertinent. Etenim illi rerũ harum inuentores Aegyptios præceptores habent. Et Plato, qui cæteris tamen grauior esse uidetur, hisce gloriatur: quin & huius præceptor hęc ipsa admiratus, ad ea obstupescit. hic enim est, qui gallũ iubet Esculapio sacrificari. hinc brutorum horũ animantium, & reptilium imagines, atq; adeò cum his reptilibus & Apollinem & Liberum coli uideas. Nonnulli aũt philosophi & in cœlum quoq; subuexerũt Tauros, Scopios, Dracones, reliquasq; omneis nugas. Vbiq; enim diabolus operam nauauit, homines ad reptilium similitudines submittere, & animantibus minus rationis inter cætera habentibus, eũ suppone re, quẽ deus supra ipsum cœlũ sublatum esse uoluit. Neq; uerò hinc tantũ, sed & aliunde uideas eorundẽ antesignanũ ijs, quæ diximus, obnoxium esse. Nam cum poëtas in unũ cogit, illisq; fidem esse habendã affirmat, in ijs quidem, quæ de dijs sentiũt, tanq̃ exactè callentibus, nihil aliud, q̃ nugamentorum congeriem accumulat. & horum multũ risum quia oportere ait, uerum esse ut existimemus. *Quamobrem tradidit eos deus per cupiditates cordium suorum in immunditiam, ut ignominia afficiant corpora sua inter se mutuò*. Declarat hinc ipsam impietatem in causa fuisse cur leges deprauatæ ac uiolatæ fuerint. tradidit aũt hoc loco, significat, permisit. Quemadmodum enim siquis exercitus præfectus prælio ingraescente retrocedens abscesserit, hostibus milites tradit, haudquaquam ipsos impellens, uerum suo ipsius auxilio nudãs: sic & deus, eos dimisit, qui admittere ipsius præcepta noluerunt, sed statim inter primos ab eo defecerũt, & ipse nihilominus partes suas omneis explẽs. contemplare porrò, pro doctrina mundũ in mediũ proposuit. dedit mentem & cogitationem quæ posset, quod cõueniens erat, intelligere. nulla re eiusmodi ad salutem usi sunt, qui id temporis uixerunt homines: quin potius, quod acceperunt, id detorquentes, in contrarium inuerterunt. Quid igitur faciendũ erat? ad necessitatem, ac uim ueniendum? At nõ hoc licet fortibus ac uirtute præditis: cæterum reliquum erat, missos facere: id quod & fecit, ut uel sic periculo facto, fugerent mortales cupiditatũ suarum turpitudinem. Etenim siquis rege natus, patre ignominia affecto, uersari malit cum prædonibus, sicarijs, ac sacrilegis, illorumq; conuictui paternã domum postponat: hunc dimittit pater, sic ut tandem experimẽto probet propriæ dementiæ magnitudinem. Quãobrem porrò nullius alterius peccati meminit? uidelicet cædis, auaritiæ, cæterorum id genus, sed intemperantiæ? uidetur mihi subindicare eos, qui tum audirent, epistolãq; acciperent. *In immunditiam, ut ignominia afficiant corpora sua inter se mutuò*. Vide emphasim maximè perstringentẽ. ait enim illos alijs haudquaquam indigere, à quibus cõtumelia afficiantur: uerùm eadem aduersum seipsos patrare: ad quæ ab inimicis inuitari ac cõponi possent. Postea causam

Romani olim intẽperantiæ multum obnoxij.

G resumens, rursus ait: *Qui ipsi commutauerunt ueritatem dei mendacio: & uenerati sunt, coluerũtq; ea, quæ condita sunt supra eum qui condidit.* Quæ ualde erant ac magnopere ridicula per speciem ponit: q̃ autem uidentur alijs esse grauiora, generaliter .. atq; oĩbus modis demonstrat, earum rerũ quæ conditæ sunt cultum ad gentiles pertinere. uide porrò quemadmodũ orationem apertam reddat. non. n. dixit simpliciter, coluerunt ea, quæ condita sunt. sed, supra eum qui cõdidit, ubiq; hac ratione crimen attollẽs, atq; adeò ipsa contentione illos omni uenia priuans. *Qui est laudandus in secula. amen.* Cęterũ non propterea, inquit, ipse detrimentum accepit: manet enim laudãdus ac benedictus in secula. hoc loco demonstrat, quòd deus illos dimisit, nõ ut sibi ipse auxilio foret, quandoquidem illi nihil incõmodi accidit. nam q̃q̃ illi iniuriam fecerunt, tamen ipse non accepit, neque sanè eius gloria aliqua ex parte lacera, ac mutila facta est, sed manet ipse omnino laudandus. Si enim sæpe fit, ut qui philosophatur, nihil incõmodi ab ijs patiatur, à quibus in contumeliam trahitur: multò magis de
H deo id sentiendũ nobis est, cuius natura neq; lædi, neq; uerti, cuius gloria neq; immutari, neq; moueri potest. Etenim hoies hac potissimum in re similes deo efficiuntur, quoties mali nihil patiuntur ab ijs, q ipsis incommodare uolunt: quoties nihil lædunter, ab ijs qui lædunt: nihil uapulant, ab ijs qui uerberãt: nihil irridentur ab aliis ipsos irridẽtibus. Dices, Id uerò quí fieri potest? fieri, fieri admodum potest: cum ille uidelicet factis nõ indoluerit. quí uero fit, inquis, ut ille minimè indoleat? quí? datur quidem & nõ indolere. Etenim, quæro ego ex te. Si te ĩfantulus tuus contumelia afficeret, ecquid contumeliam existimares? quid autem? doleret tibi? nequaquam: sin autẽ doleret, tum esses risu dignus.

Morale.

Ad eundem modum erga proximos afficiamur, sic fiet, ut molesti nihil patiamur. nam qui nos iniuria afficiunt, sunt infantulis demẽtiores: ſneq; tamẽ id laboremus, ut ne iniuria afficiamur, uerũ ut iniuria affecti, forti ac generoso animo feramus. hic. n. demum est solidus honor. quid ita? quoniam hoc,
I nempe iniuriam fortiter ferre, in manu tua positum est: illud, nempe iniuriam inferre, in alterius. Nónne uides adamantem, dum feritur, percutere? At natura huius, inquis, ita habet. & tibi quoq; ab ipsa uoluntate accidere illud idem potest, quod à natura illi accidit. quid autem? nõne uides, Infantes in fornace minimè uri? &, Danielẽ in lacu nihil mali pati? Idipsum & nunc quoq; existere potest. Adsunt & nobis leones, ira, & cupiditas, pernicios dentibus armati hostes, discerpentes quisq; in illos inciderit. Danielẽ igitur imitare, minimè concedens, ut affectus eiusmodi, dentes animæ tuæ infigant. At ille gratiam suppetias sibi afferentem habuit rectè, quandoquidem hanc gratiã uoluntas ipsa præuenit. Quamobrem si uoluerimus & ipsi, tales nos præstare, præstò est & nunc gratia: atq; ut etiam feræ illæ efuriant, latus tuum haud quaquam cõtingent. Si enim corpus seruile conspectum reueritæ sunt, membris Christi cõspectis (hoc enim sumus, qui fideles sumus) quí fiet, ut minus conquiescant? quòd si non conquiescent, in causa erunt, qui feris illis obiecti fuerint. Etenim hisce leonibus multi impensam subministrant, scortantur adulteres, alienas nuptias perfringentes, inimicos ulciscẽtes: quo fit ut antequam ad ipsum solum accedant, discerpantur. At hoc in Daniele non accidit, neq; in nobis si uoluerimus, id usu ueniet: sed & amplius quiddam reportabimus, iis quę tum euenerũt. Illum enim non læserunt leones. Nobis uerò si sapiemus, & usui erunt, qui nos iniuria afficient. Sic certè Paulus inclaruit, nempe ab iis, qui ei incommodum molirentur, insidiasq; struerent. Sic Iob, à non paucis plagis illis. Sic Hieremias, à lacu cœni. Sic Noë, à diluuio. Sic Abel ab insidiis. Sic Moyses, à Iudæorũ inuidentia. Sic Helisæus. Sic unusquisque magnorum illorum uirorum, non à requie, nõ à deliciis, uerum ab afflictione, à tentationibus insignes coronas reportarunt. Quapropter & Christus cum intelligeret, hoc demum esse argumentũ, per quod quis deo cõmendari posset, discipulos sic appellabat: In mundo afflictionẽ habetis, sed tamẽ bono animo estote: Ego uici mundum. Dices, quid? Nonne multi dejecti sunt, malis, quibus premerentur, fracti? Nequaquam sanè per tentationum naturam, sed per suam ipsorum socordiam. Cæterùm qui unà cum tentatione præstat etiam modum, quò sustinere, atque à
L malis eluctari possis, ille idem manu porrecta, omnibus nobis adsit, ut magna nostra gloria tanquã præconiis uoce uictores declarati, æternas coronas assequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi: per quem, & cum quo, patri gloria, unà cum sancto spiritu, in secula seculorum, Amen.

Homilia quarta.

Vamobrem tradidit eos deus in affectus ignominiosos. Nam & fœminæ illorum mutauerunt naturalem usum in eum, qui est præter naturam: similiterq; & masculi, relicto naturali usu fœminæ, exarserunt per concupiscentiam sui alius in alium. Animi mori bi quidem omnes ignominiosi, sed maximè in masculos insania. Etenim ab ipsis delictis anima magis patitur, dedecoraturque, quàm ab ægritudinibus corpus. Contemplare porrò, ut & hic quoque ipsos uenia priuet, quemadmodum & cum de dogmatibus uerba faceret, de fœminis quidem sic locutus: *Mutauerunt naturalem usum, in eum, qui est præter naturam.* Neque enim, inquit, dicere possit quisquã, quòd à naturali coitione prohibitæ, ad hoc morbi confu- M gerint: neque quod dum non haberent, unde cupiditatem suam complerent, ad hanc absurdam impegerint rabiem. Verbum enim hoc, mutare, eorum est, qui habent: quo etiam usus est, cum de dogmatibus ageret. Veritatem dei mendacio mutauerunt: aliter autem & ipsum hoc declarauit, de masculis loquens. *Relicto*, inquit, *fœminæ usu naturali*. Ac iuxta tum illas, tum hos ab omni defensione excludit, increpans ipsos non solum quòd fruitionem haberẽt, eáque, quam haberent, relicta, ad aliam se contulerint, sed quòd naturali usũ p eos reprobato, ad eũ: qui est præter naturam adcurrerint. Difficiliora autem, atque insuauiora ea sunt, quæ præter naturam fiunt: quapropter ne uoluptatem quidem se capere, dicere possint: uera enim ac germana uoluptas ea demum est, quæ secundum naturam est. At cum deus destituerit, tum omnia sursum, ac deorsum feruntur. Quamobrem non ipsum modò dogma illis satanicum erat, sed & uita diabolica. Proinde de dogmatibus cum loqueretur, mundum ipsum in medium adduxit, & cogitationem item humanã, dicens, quòd intellectu dato à deo, per ea, quæ ui. *Hic sup. c*

A derentur, poterant ad ipsum opificem, ueluti manu pręeunte perduci: quòd cum in animum sibi inducere noluissent, manserunt indigni, qui ueniam assequerentur. Hoc loco pro mũdo, uoluptatẽ eam substituit, quæ est secundum naturã, qua quidem poterant ipsi maiore cum libertate ac licentia frui, & pleniori lætitia sucepta, à dedecore ac turpitudine sese eximere: id quod tamẽ noluerunt, unde & ueniam haudquaquã sunt assecuti: quin & ab ea omnino sunt excluſi in ipsam naturam iniurij: ac quod in his ignominiosum quidem est, ipsas etiam mulieres ostendit, id genus coitiones uenari quas tamen uiris oportebat esse uerecundiores. Pauli porrò prudentia meritò hic nobis admirabilis est, ut qui cum in duas res sibi inuicem aduersantes incidisset, utrasque exactè absoluerit, uolebat enim grauitate, ac reuerentia seruata loqui, & auditorem tamen interim mordens percellere. at hæc ambo non dabantur, sed alterũ alteri impedimento erat. Nam ſiquid reuerenter dicas, haudquaquã posis auditorem per-
B stringere: quòd si rursus ueheméter perstringere uoleueris, necesse tibi est aperta ac nuda oratione rem designare. At prudens ac beata Pauli anima utrũq; exactè præstitit, ipso naturæ noie & increpationem augens, & hac tanquã parapetasmate ad enarrationis uerecundiã usus. Deinde mulieribus prius perstrictis, ad uiros progreditur, dicens: *Similiter & masculi relicto naturali usu fœminæ.* Quod ipsum est extremæ perditionis indicium, cũ scilicet utrunq; genus corruptũ est, quumq; tum qui mulieri pręceptor est ordinatus, tum quę uiro auxiliatrix iussa est esse, hostium inter se officijs funguntur. Considera autem quanta cum emphasi dictiones usurpet. nõ enim dixit illos amasse, ac desiderasse inter se mutuò, sed exarsisse mutuò per appetẽtiã sui: Vides ab auiditate omne malũ exortũ, cum ipsum desiderium uidelicet non sustineat intra proprios terminos consistere. Quicquid enim terminos à deo statos transgreditur, id absurdarũ, ac minimè legitimarum rerum appetens est. Quemadmodũ enim fieri sæpe uidemus, ut q ciborũ appetitionẽ amiserint, terrã, ac lapillos comedant: quiq; impotenti siti correpti fuerint, ij & cœnum quoq; nonnunquã ad bibendũ apertãt: ita & illi ad huiusmodi amorem illegitimũ efferbuerunt. Quòd si dixeris, & unde desiderij huius intentio? à dei destitutione: dei autem destitutio unde? ab eorum improbitate, qui illum reliquerunt, *Masculi in masculos turpitudinem peragentes*. Ne enim posteaquã audieris, ait, quòd exarserunt, desiderij solius morbum esse putes. Etenim bona mali huius pars ab eorũ manat socordia, q̃ desiderium ipsum incẽdit: quapropter nõ dixit, pertracti, aut occupati, quod quidem alibi ait, quid ergo? *Peragentes*. Opus cõstituerũt peccatũ, nec simpliciter opus, sed & studio absolutum: neq; dixit desiderũ: sed, turpitudinẽ & quidẽ propriè. etenim & ipsam naturam dedecorarunt, & leges calcarunt. Vide porrò magnam consusionem utraq; ex parte natam. neque enim caput solùm infernè, sed & pedes supernè erant positi. & hostes ipsi inter se extitere, pernicios quandam & quouis bello intestino iniquiorem pugnam, eandemq; uariam introducentes. Etenim in quatuor ipsam species nouas, & illegitimas diuisẽrũt. neque. n. duplex, aut triplex, sed & quadruplex bellũ hoc existebat: Cõsidera porrò, oportebat duos unum esse, mulierem & uirũ dico: erũt enim, inquit, duo in car- D ne una: præstabat autem hoc consuetudinis desiderũ, & copulabat genera ipsa inter se. hoc desiderũ, diabolus tollens, & in alium deriuãs modum, sic ipsa eadẽ à se genera diremit, ut quod unũ erat, duos patres faceret, contrà quã lex diuina instituisset. ea enim ait, duo erũt in carne una. hic aũt una in duo *Gene. 2. d* dissecuit. ecce bellum unũ. rursus ipsas has duas partes, & cõtra se, & inter se ipsas infensas reddidit: ipsæ enim fœminæ fœminas cõtumelia afficiebant rursus, nõ uiros solũ: & uiri itẽ cõtra se ipsi steterant, & contra fœmineum genus, perinde ut si in pugna aliqua nocturna uersarẽtur. Vides secundũ, & tertium bellũ, & quartũ & quintũ? est & aliud. nã unà cum ijs, quæ diximus, & ipsam quoque naturæ legẽ uiolarunt. posteaquã enim uidit diabolus desiderio genera eadẽ maximè coniungi, studuit uinculũ discindere, sic ut genus dissoluerit, non ex eo solũ, quòd iuxta legis ordinẽ semẽ nõ proferret, sed ex eo quòd inter sese idẽ illi infensi mutua seditione cõflictarentur. Et *mercedem quã oportuit, erroris sui in semetipsis recipiẽtes*. Vide quomodo rursus ad mali fontem se cõ E fert impietatem à dogmatibus natam, & mercedẽ esse ipsam ait iniquitatis illius: posteaquã enim non usum est illis, impijs, & ijs, qui sic uitã instituere malunt, supplicij ac gehennæ fidem facere nũc posse, sed risui se potius fore, ostendit in ipsamet demum uoluptate hoc supplicium resídere. quod si minimè persentiunt, sed delectantur, ne mirum tibi sit. Etenim qui insaniunt, ac phreneſim patiuntur, ij certè multas, & eas miserandas in semet iniurias dum inferunt, ob quæ facta alijs lachrymas ciẽt, ob ea ri- *2ª comparatio* dent quidẽ ipsi, & insolescunt, nec tamẽ illos propterea dixerimus supplicio liberatos, sed hoc noie pœna grauiori affligi, quod ne ipsi quidẽ norint, quib⁹ quãtisq; in malis uersentur miseri. neq; n. ab ægrorum, sed à sanorũ calculo sententiã ferre nos oportet: quandoquidẽ antiquitus & lex esse res ea uidebatur. ac legislator quidã apud illos sanxit, ut serui neq; in sicco sese ungerent, neq; puerorum amorib⁹ uacarent, hanc scilicet prærogatiuã ingenuis solis cõcedens, seu ut uerius dicam, hanc turpitudinẽ: cum *1ª comparatio* tamen ne turpitudinẽ quidem factum eiusmodi es- F se crederent, sed ueluti uenerandum, honestum, ac maius quã quod seruorum personis conueniret, liberis ipsis permiserit, tum sapientissimus Atheniensiũ populus, tum q magnus apud illos habitus est Solon: cum eo quoq; quòd & multos philosophorũ libros hocce morbo refertos inuenias. Nec tamẽ hinc rem legitimam esse, quin eos potius, qui legem huiſmodi admiſere, miserabiles, multisq; lachrymis persequendos dicimus. quæ enim dedecora admittunt mulieres eæ, quæ corpora prostituunt sua, eadẽ atq; adeò ijs miserabiliora & hi quoque patiũtur. Nam illis si minimè legitimus, at certè naturalis est coitus: hic autem & illegitimus & præter naturã. Vt enim nec gehennam, nec supliciũ comminatus esset deus, certè id quouis supplicio deterius fuerit: quòd si delectantur, pœnæ certè additamentum mihi narras: neque enim si quem uidero nudũ, cur rentem, cœnò corpus totum, ut colore, sordidãtem *a* *3. comparatio* tum autem sese minimè præ pudore obtegẽtẽ, quin potius sibi hoc nomine placentẽ, huic sanè de eo sacto gratulabor, quin eũ potius deplorabo, quòd ne se quidem indecorè agere persentiscat. Vt autem &

G contumeliam ipsam manifestius declarem, patiamini si placet, & me aliud exemplū usurpare. Si enim uirginē hāc pœna mulctares, ut sola in cubiculo uersans cū brutis animantibus rem haberet, postea autem eadē illa huiusmodi coitione delectaretur: nōne, obsecro, fieret, ut, uel hoc potissimū nomine, lachrymabilis foret, quòd morbo liberari eo nequiret, non ob aliud, nisi quòd morbum ipsa suum nesentiret quidē? omnino ita liquet. Quòd si illud graue, ne hoc quidem minus illo: etenim contumelia à dorensticis accepta, ea sanè miserabilior est, quā externi adferunt. Hos equidem ⌜ijs etiam, qui sibiipsi mortem consciscunt, ⌜deteriores esse affirmo: præstat enim mori, quā tanta contumelia accepta uiuere. nam⌜ qui se ipse interimit, ⌜is animam à corpore dissociat: at hic animam unà cum corpore perdit. Quodcunq; porrò delictum nominaueris, nullum huic peccato par dixeris: qui si facta sua sentirent, q patiuntur, sexcētas utiq; mortes obierint, ut ne hoc paterentur: neque enim est, neq; inquam est hac iniuria alia ulla nec grauior, nec rationis minus habēs.

H Nam si de scortatione Paulus differens dixit, peccatū omne quodcūque commiserit homo extra corpus esse, q aūt scortatur, eum in propriū corpus delinquere: quid de insania hac dixerimus, q̄ ipsa tantò est scortatione deterior, quantū ne uerbis quidē exprimere licet? Neq; enim hoc solū dico, quòd, fœmina effectus sis, sed quòd perdideris ipsum hoc, nimirum uirum esse, & quòd neq; in hāc transieris naturā, neque quam haberes asseruaueris, sed communis utriusq; effectus sis proditor, dignus quem tum uiri tum fœminæ lapidibus à se exigant, tanquā qui utrunq; genus iniuria affeceris. Atque ut intelligas, quantum hoc demum sit siquis ad te adiens promitteret fore, ut te ex uiro canem efficeret: nōne ab eo tanquā exitioso declinares? Tu uerò dispicito, te ipse non ex uiro canem effecisti, sed animal hocce animante infamius: id.n. ad usum accomodum: at catamythus nullibi usui esse possit. Quid autē? quæso. Siquis profiteatur præstaturum se, ut uiri pariāt, & à partu in lecto decumbāt: nōne fieret, ut ira, atq; excandescentia cōpleremur? At uerò uide nunc, certe qui sic rabiunt, perfecerunt ipsi, ut deteriore conditione essent. Neque enim par, idemq; fuerit, in muliebrem naturam migrare, & uir interim dum manes, fœminam fieri, quin potius neque hoc, neq; illud fuerit. Quòd si & aliunde mali enormitatē pernoscere uis, interrogato, quamobrem, qui se ipsi eunuchos faciunt, eos legislatores pœna afficiāt: & intelliges, id non ob aliud esse, nisi quòd naturā mutilent: quanquā non eouspiam illi iniurij sunt. sunt enim uel post mutilationem, multis quidem locis usui, q execti fuerint. At quisquis scortum se facit, hoc nihil esse queat inutilius: neq; enim anima solùm uerū & corpus eius, qui hæc patrat, infame est, ac certè dignum quòd undequaq; exterminetur. quot tandē, obsecro, gehennæ his plectendis suffecerint? Quòd si audito gehennæ nomine, irrides, ac fidem nō habes: illum ignem recordare Sodomorum. Vidimus enim uidimus, & in præsenti quoque uita, gehennæ effigiem: quādoquidem enim multi futuri erāt, qui ijs fidem minimè habituri essent, quæ post resurrectionem futura sunt, nunc cum iidem audiant, esse ignem inextinguibilem, à rebus præsentibus illos deus eruditit: tale est igitur Sodomorum incendiū & uastatio illa: id quòd sciunt ij, qui ad ea loca profecti, plagam illam diuinam, ac cœlestium fulminū opus oculis subiecere. Cogitato quàm graue illud sit peccatum, ut quod ipsam gehennam etiam ante tempus existere coëgerit. Nam posteaquàm permulti uerba despicerent, illis deus per ipsa demum opera, gehennæ effigiem ostendit, noua quadā ratione: erat enim præter omnium opinionem pluuia illa, quoniam quidē & præter naturam ipsa coitio: atq; ea quidem pluuia terram exusit, quoniam & illorū animos desiderium, ob quod pluuia eadem fereba tur, contrà quā solita ista, ac quotidiana ferri soleat: neque enim non excitabat modò terræ uterum ad fructuū generationē, sed & ad seminum susceptionem inutilem efficiebat. Talis enim erat ipsa. Sodomitarū coitio, eiuscemodi corpus inutilius reddens. Quid enim uiro corpus suū meretricio more prostituente abominabilius? Quid autē sceleſtius? ô insaniam, ô stupiditatem. unde, malum, hæc debachata est concupiscētia, humanam naturam hostiū incommodis, atque adeò tantò grauioribꝰ afficiēs, quantò anima corpore præstantior est? ô uos & bru L tis insipientiores, & canibus impudentiores: nusquā enim huiusmodi congressus apud illos: sed agnoscit proprios terminos natura. Vos autem genus uestrū infamius brutorum genere effecistis, & in his, quæ dico iniurij, & per uos inuicem iniurij. Vnde igitur mala hæc enata sunt? à delicijs, à dei ignoratione. cum enim excusserit quis dei timorem, protinus bona omnia pessum eunt.

Morale.

Vt ne igitur hoc eueniat, dei exactum timorem ante oculos habeamus. nihil enim ita hominē perdit, quā si illum contingat ab hac anchora excidere: quemadmodū nihil contrà ita illum seruat, quā assiduus in illum aspectus. Nam si hominē cum præsentem contuemur, tum ad peccandum tardiores reddimur, sæpe autem & seruos modestiores subuerti, absurdi nihil admittimus: considerato quantam adepturi simus securitatem, si nos contingerit, deum assiduè in oculis ferre. nusquam enim diabolus nos sic compositos adorietur, tanquam frustra laboraturus: qui si aberrantes, ac sine fræno palantes uiderit, sumpto à nobis exordio poterit ubiq;, ut scabiosas oues, à grege summotos depellere. Et qđ ignauis famulis usu uenire in foro solet, ut ministerijs necessarijs posthabitis, ad quæ peragenda à dominis suis dimittūtur, inconsulto, ac temerè sibi occurrentibus affixi, ocium illic absumant: hoc ipsum sanè & nobis quoque accidat necesse est, quoties à dei mandatis aberramus. Stamus enim admirati diuitias, corporis pulchritudinem, & alia item ad nos nihil pertinētia, illorum famulorū exemplo, qui mēdicis morionibus, ac per præstigias quasdam miracula repræsentantibus intenti, serò domum ubi redierint, extremis plagis cęduntur: multi autē & propositum iter prętereunt, secuti alios turpiter & inhonestè in huiusmodi facinoribꝰ sese gerentes. Nos uerò caueamus, ne similia patremus. etenim dimissi quidem sumus ad multa, & ea urgentia, peragen a: qui si, omissis illis, steterimus oscitantes ad hęc infructuosa, tempore omni nobis frustra & incassum absumpto, extremū luituri sumus supplicium. Etenim si te ipse exercere uis, habes quæ admirari, & circa q̄ totū tempus ore hianti esse debes, quę quidē non risu,

A risu, sed admiratione, multisq; laudibus digna sunt: idq; eò magis, quòd qui ridiculārū rerū admirator est, & ipse quoq; sæpe talis euadit, atq; adeò illo deterior, qui risum alijs excitat. Quod ut ne tibi accidat, pedem inde q̄ primū refero. Cur enim, quæso, stas ad diuitias hians, ac ueluti attonito similis? quidnā, obsecro, mirandū spectas, ac tale, quod oculos tuos morari debeat? equos auro stratos, famulos, illos q- dem barbaros, illos autē eunuchos, & sumptuosas item uestes, & mollicies deditū in ijs animum, & contractum illorū supercilium, & circuitiones, & tumultus. hæc ipsa, obsecro, quorsum admiratione digna fuerint? Hi aūt quid à mendicis differunt in foro tripudiantibus, ac fistula canētibus? Siquidem & ij magna uirtutis fame correcti choream agunt, q̄ illi, magis ridiculam, acti & circūacti, nunc quidem ad lautas extructasq; mensas, nunc ad meretricium fornicem, nunc ad adulatorum gregem, & paralitorum turbam. Qui si auro splendescunt, hoc potissimum nomine miserabiles sunt, ut quibus præcipuo studio ea sint, quæ ad ipsos nihil spectant. Mihi enim ne ue

B stes ipsas intueare, uerū ipsorum animā denudato, ac dispicito, num ea uulneribus innumeris abundet: num pannos induta, desolata sit, & à nemine recta. Quid igitur externa insania opus est? etenim longè melius fuerit, pauperem esse cū uirtute uictitātem, q̄ regem cum malitia. pauper enim apud se animi deli cijs perfruitur, exteriorem non sentiens paupertatē, ob diuitias interiores. At rex deliciatus in ijs, q̄ ad ipsum nihil spectāt, in ijs sanè, quæ ad ipsum in primis pertinent plectitur, nimirum in anima, in cōscientia, in cogitationibus, illum uel mortuum comitantibꝰ. His igitur intellectis aureas quidē uestes exuamus, uirtutem aūt amplexi induamus, tum uoluptatem ex ea nascentem: sic enim & hac in uita, & in futura multis delicijs perfruemur, ac bona pro ⁊ assequemur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi: per quem, & cum quo, patri gloria, unà cum spiritu sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia quinta.

C *T quemadmodum non probauerunt ut deū agnoscerent, ita tradidit eos deus in reprobam mentem, ut facerent quæ non conueniebat.* Vt ne uideatur ipsos subindicare, dum nimius est in lasciuo puerorum amore uituperando, transit deinceps ad alias peccati species: quapropter & sub alijs personis
1. Thessa. 4.a orationem totam prosequitur. Ac sicuti cum fidelibus de peccatis uerba faciens, & ea uolens ostendere fugienda esse, gētes in medium adducit, cum ait: non cum affectu concupiscentiæ, ueluti reliquę gen
Ibidem.c tes, quæ deum non nouere: ac rursus, Ne doleatis quemadmodum & cęteri non habentes spem: sic & hoc loco ostēdit, peccata ad illos pertinere, eosdēq; omni uenia priuat. non enim ea facinora ab ignorātia, sed à meditatione, ac studio orta affirmat. quapropter non dixit, & quemadmodum non cognouerunt, sed non probauerunt, ut deum agnoscerēt. peccatum id tale esse significās, ut ad id iudicio corrupto, ac peruicacia potius prolapsi, quā ui pertracti fuerint: unde & ostendere uult, peccata non carnis esse, sicuti hæretici quidam dicunt, sed cogitationis, ac malæ concupiscentiæ, atq; illinc malorum fontē scaturire. Mens enim reproba cum semel facta fue-

D ⌜Πονηρία malitia legis seuidetur. Πορνεία, utrunq; habetur in uulgari editione, quæ utitur ecclesia.
1. Cor. 5.a

E

Matt. 24.a

Eccl. 13.e

F

rit, necessario fit, ut omnia distrahantur, ac subuertantur, nimirum auriga iam corrupto. *Repleti omni iniustitia⌜ scortatione, auaritia.* Vide omnia cum intentione dicta: etenim repletos esse ait omni iniustitia. Ipsam porrò uitiositatem generaliter ubi extulit, & huius quoque partes eximiē persequitur, dicens, pleni inuidia, cęde: hoc enim ex illo ortum est, quemadmodum de Abel, ac Ioseph ostēsum est. Deinde ubi eos dixit cōtentione, dolo, malis præditos moribus susurrones, obtrectatores, dei osores, cōtumelioſos, & quæ multis indifferentia esse peccata uidentur, ea criminum loco ubi posuit, ipsam rursus accusationē auget, in ipsam malorū arcem conscendens, cum ait elatos, ac glorioſos: grauius enim peccatū admittit, qui de peccato admisso sese effert, gloriaturq; q̄ qui simpliciter peccat, ob quod & Corinthijs idipsum uitio uertit, cum ait: & uos inflati estis. nā si qui ob meritum aliquod suum inflatus est, illius fructum omnem amittit: quā obsecro, pœnam nō mereatur, qui ob peccatū à se admissum gloriatur? neq; enim qui talis est, pœnitentia unquam compungetur. posteā ait: *Excogitatores malorum.* Hic ostendit eos haud quaquam peccatis iam natis fuisse contentos, sed & alia quædam adinuenisse. quod rursus eorū est qui meditantur, ac student, nō autem qui ui rapiuntur, ac pertrahūtur: cum autem uitiositatem per partes explicasset, ostendisset q; quòd & contra naturā rursus stetisset (ait enim parentibus immorigeri) deinceps ad huiusmodi pestis radicem progreditur, eos dictitans à charitatis affectu alienos, ac fœderis minimè obseruantes: Hanc enim & Christus malitiæ causam esse ait, dicens, cum repleta fuerit iniquitas, tunc frigescet charitas. Hoc igitur & hic Paulus ait, eos appellans pactorum haudquaquam tenaces, alienos à charitatis affectu, nescios fœderis, immisericordes, & ostendens quòd naturæ donum prodiderint: ita enim comparatum est, ut habeamus genuinam, ac naturalem quandam inter nos necessitudinem, quem & feræ quoq; bestiæ inter se obseruant. Vnumquodque enim animal, ait ille, sui simile amat: & homo item proximum suum. At hi illis exti terunt efferatiores. Eum igitur morbum, qui à malis dogmatibus in terrarum orbem inuasit, per hæc nobis repræsentauit, ac planum fecit laborantium ignauiam ac desidiam utriusq; ægritudinis authorem esse. ostendit prętera, quod & dum de dogmatibus ageret fecit, & hic quoque illos ipsos uenia esse priuatos. propterea ait: *Qui cū dei iustitiam nouerint, nempe quòd ij, qui talia faciunt, digni sunt morte, non solùm ea faciunt, uerumetiam ijs assentiuntur qui faciunt.* Obiectionibus duabus hic positis, utrasq; præcipuè sustulit. Quidnam enim, ait, allegare possis? quòd ne scias quæ agenda sint? tu uerò, ut id maximè ignores, in causa sanè es, utpote qui deum id tibi indicantem deseruerit. nunc autem & multis quidem rationibus ostendimus te id nec ignorare, & ultro tamē peccare: at ab ipso traheris affectu? quid igitur & adiuuas, & laudas? non enim solùm ea faciunt, inquit, sed & assentiuntur ijs, qui faciunt. Difficiliore igitur obiectione, & ea quæ nullam planè ueniam meretur, prius posita, ut aduersarium euincat: est enim peccante multò deterior qui peccatum commendatione prosequitur, sed hoc ipsum prius cum dixisset, per id quod uehementius est, rursus in subsequē tibus eundem aduersarium mancipat, ita dicens:

G Cap. II. *Quapropter inexcusabilis es ô homo quisquis es, qui iudicas, nã hoc ipso quod iudicas alterum, teipsum condẽnas.* Hæc in ipsos principes inuehens, dixit. Nam ea quidem urbs, tum totius orbis principatũ tenebat. anteuertens igitur, ait: tuam tibi defensionẽ eripis heus tu, quisquis es. quoties enim adulterũ condemnas, interim autẽ ipse es adulter, ut te nullus homo iudicet, quod ad rei damnandi iudicium pertinet, cõtra te sniam tulisti. *Scimus autem quòd iudicium dei est secundũ ueritatem aduersus eos qui talia agunt.* Vt nequis enim diceret, interim quidem elapsus sum: territans ait, non perinde esse apud deum, ut & hic. hic enim alius quidem peccati sui pœnas luit: alius aũt illo eodem peccato admisso, suppliciũ euadit: at illic non perinde se res habet. Iam quòd ipse iudex nouerit, quod iustum est, addidit Paulus, nõ etiam unde nouerit. superuacaneum enim erat. Suprà de impietate dum ageret, utrunq; certe ostendit, & quòd deũ qui cognouisset, impius tamen esset, & unde cognouisset: nempe à mundi fabrica: quandoquidẽ enim omnibus non innotescebat, causam addidit. Hoc uerò
H loco quod oibus ueluti confessum est, præterit: porrò ubi ait, Quisquis es qui iudicas: nõ solũ cum principibus, sed & cũ priuatis ac subditis uerba facit. Siquidem omnes homines, ut thronum non conscendant, ut carnifices, ut fidiculas, ac cõpedes minimè habeant: attamẽ & ipsi quoq; eos, quos peccare intelligunt, iudicant in colloquijs, in cõmunibus cœtibus, in conscientiæ calculo, ac pronunciare quidem nullus audeat, quòd adulter supplicium non mereatur: sed alios, ait, iudicãt, non seipsos: hanc enim ob causam in eos acriter insurgit, dicens: *Cogitas autẽ hoc ô homo, qui iudicas eos, qui talia faciunt, & facis eadem, quòd tu suffugies iudicium dei?* Posteaquam enim multiplex esse ostendit orbis terrarũ peccatum, ab ipsis dogmatibus, ab ipsis rebus, & quòd sapiẽtes essent, quòd ipsam creaturam haberent, à qua ueluti porrecta manuductarentur, quòd non ob id solũ quòd deum reliquissent, sed quòd reptilium similitudines elegissent, quòd uirtutẽ respuissent, quòd obluctãte natura ad uitium trãsfugissent: uitium, inquã, quod præter naturam esset: progreditur deinceps, ut ostẽdat, quòd & qui talia faciũt, pœnas luunt. Porrò aũt ipsam pœnam irã declarauit, cum actionem ipsam dixit. Præmium enim, inquit, quod oportuit, erroris sui in se recipiunt. Sed tamen quoniam hanc ipsi pœnam non persentiscunt, expressit & aliam quam maximè reformidant, quam & ipsam iam demonstrauit: cum enim dixit, quod dei iudicium est secũdum ueritatem, aliud nihil q̃id, quod dico, exprimit: ueruntamen & hoc idem alijs pluribus probat rursus, sic inquiens: Cogitas autẽ ô homo, qui iudicas eos, qui talia faciunt, & facis eadem, quòd tu suffugies iudicium dei? iudicium ipse tuum non effugisti, & dei iudicium effugies? quis tandem hoc ita esse dixerit? quanquam tute te ipsum iudicasti. Sed posteaquam tanta fuit iudicij exuberantia, ut ne tibi quidem ipse parcere potueris: nõne deus, qui peccandi nescius, suprà quã dici potest, iustus est, idipsum multò magis effecturus est? Teipsum tutemet condemnasti, deus autem admittet probabit, ac laudabit? quid, obsecro, rationi cõsentaneum est? quanquam quòd ille abs te cõdemnatur, hoc maiorem tute pœnam mereris. Neq; enim perinde est, si simpliciter pecces, atq; si alterum, qui peccauerit, cum punieris, in eadẽ
I cum illo peccata rursus prolabaris: uides quo pacto K crimen auxit? Etenim si tu, inquit, de eo pœnas sumis qui in leuioribus deliquerit, præsertim cum futurum sit, ut tibi interim ignominiæ notam sis allaturus? nõnne deus præsertim nullam sibi inde dedecoris notam inusturus te, te inquam à proprijs cogitationibus iam damnatum, grauius cõdemnaturus est? Qui si dixeris non nescire, te supplicio dignum esse, sed contemnere, propter illius lenitatem, atque inde fiduciam tibi sumis, quòd in præsentia pœnas non das: certè hoc ipso nomine conueniens fuerit ut formides, ac contremiscas. Neq; enim ille differt ob hoc, ut ne ipse pœnas des, sed ut grauiores des: si modò incorrigibilis perseueras: quod tibi nũquam usu ueniat, quapropter addit: *Aut diuitias bonitatis illius, aut tolerantiæ lenitatisq; contemnis, ignorans quòd bonitas dei ad pœnitentiam te inuitat?* Dei ubi lenitatẽ laudauit, ac declarauit illam maximum afferre lucrum, ijs, qui attenti fuerint (hoc ipsum autem erat peccantium ad pœnitentiam illecebra) timorem auget. nam quemadmodũ ijs, qui ea lenitate rectè usi
L fuerint, salutis argumentum est: sic ijs, qui eam contempserint, grauioris supplicij causa esse solet. Hoc enim quod uulgo circũfertur, nempe quòd bonus, ac lenis deus cum sit, pœnas minimè reposcit: sed tritum hoc uerbum cum dicis, inquit, aliud sanè nihil dicis, quàm supplicij ipsius intentionem: mansuetudinem enim præfert deus, ut à peccatis te eximas, non etiam, ut peccata peccatis accumules, qui nisi id feceris, terribilius certè iudicium te manet. Quam obrem quandoquidem lenis est ille, danda est in primis opera, ut ne peccemus, néue illius beneficẽtiam improbitatis ingratitudinisque argumentum efficiamus. Vt enim lenis ille sit, punit tamen prorsus. Vnde hoc nobis liquet? ab ijs quæ subsequuntur. Nam si uitium maximè regnat, nec mali tamen pœnas dedere, prorsus necesse est, aliquando ut dent: si enim hæc haud negligunt homines, quî deus negleturus est? Quare & iudicij sermonem induxit. Nam quòd ostenderit multos pœnæ esse obnoxios nisi eos pœnituerit, deinde illos eosdem pœnas non dedisse, hic iudicium prorsus futurum colligit idq; cũ
M intentione. quapropter ait: *Sed iuxta duritiam tuam & cor pœnitere nescium colligis tibi ipsi iram.* Cũ enim neque mansuetudine molliatur, neque terrore flectatur, hoc quid magis induratum esse queat? posteaquam enim dei benignitas quanta sit ostendit Paulus, tum demum terribilis est ei, qui ne sic quidem ad pœnitentiam redierit. Vide porrò quàm propriè dictionibus utatur. Colligis enim, inquit, tibi ipsi ἑαυτῷ θησαυρίζεις iram: manifestans quod prorsus reconditum est, ac demonstrans non eum, qui iudicat, sed eum qui iudicatur, huius rei authorem esse. Tibi enim ipsi, ait, colligis, non tibi deus: etenim ille omnia præstitit, quæ oportebat. perfecit enim ut cognosceres, tum quæ bona essent, tum quæ mala, præterea & lenitatem exhibuit suam, ad pœnitẽtiam te uocauit, diem cõminatus est terribilem, modis omnibus ad pœnitentiam te illiciens. Qui si inflexus manes, *Tibi ipsi colligis iram in die iræ & reuelationis, & iusti iudicij dei.* Vt ne enim audito iræ noie, affectum, animiq; morbum esse putes, addidit, iusti iudicij dei. rectè aũt reuelationis uerbum usurpauit: tum enim hoc reuelatur, cum pro sua quisque dignitate recipit. Nam hac in uita multi sæpe, contrà quàm æquum, iustumq;

A est alijs incommodant, atq; insidiantur, at non sic in futura. *Qui redditurus est unicuique iuxta facta sua, ijs quidem qui perseuerantes in bene agendo.* Postquàm se terribilẽ ac grauẽ ostendit, inferenda iudicij ac futuri supplicij mentione, continuò supplicium ipsum ad id quod auditores expectabant non contecit, sed orationem ad suauius quiddam uertit, nempe bonorum operum retributionem, sic inquiens, *Iis quidem qui perseuerantes in benefaciendo gloriam & honorẽ & incorruptionẽ quærunt, uitam eternã.* Hoc loco eos, qui animum perferendis tentationibus desponderint erigit: ostenditq; non oportere fiduciam omnino suam in ipsa fide sola habere. nam illud prætorium & facta item examinat. Vide porrò, uti, cum de futuris bonis loquitur, manifestè ac liquidò bona ipsa, qualia sint, explicare nequeat, sed & gloriæ & honoris nominibus abutatur. nam quandoquidem ea bona humanis omnibus bonis superiora sunt, non habet, unde rerum earum imaginem proferat: sed ea nobis, ab iis quæ apud nos splẽdida, & illustria esse uidentur, utcunq; repræsentat, à gloria,
B ab honore, à uita. hæc enim ab hominibus maiorem in modum expetuntur. Illa autem non eiusce modi sunt, sed his eo etiam præstantiora, quòd & incorruptibilia & immortalia sunt. Vides ut & nobis corporum resurrectionis ualuas adaperuit, incorruptionis uerbo usus. nam incorruptio de corpore eo quòd corruptioni obnoxiũ est, dicitur. Postea, quandoquidẽ ne hoc quidẽ satis erat, addidit, gloriã & honorẽ. Omnes. n. incorrupti resurgemus: sed non omnes ad gloriam, uerũ hi quidem ad pœnam, illi uerò ad gloriam. *Iis uerò qui sunt contentiosi.* Rursus. n. uenia eos priuat, qui in uitiositate uiuunt ostenditq; à contentione atq; ignauia in malitiam illos prolabi. *Et qui ueritati quidẽ nõ obtẽperant, sed parent iniustitiæ.* Ecce & aliam rursus incusationem: quámnam enim excusatio- em habeat, qui luce relicta, tenebras sequi mauult? nec dixit illos à ui aliqua, ac tyrannide cogi, sed iniustitiæ parere, ut intelligas uoluntatis lapsum esse, non necessitatis crimẽ. *Afflictio, & anxietas aduersus omnẽ animã hominis perpetrantis malum.* Hoc est ut diues ut consul, ut imperator sis, neminem ueretur iudicij ratio: nullus enim hic locus ipsis dignitatibus relictus est. Postquam igitur declarauit morbi enormitatem, causamq; addidit, uidelicet quòd morbus is ab ægrotantium ignauia ortus sit, denique quòd perditio illos exceptura est, tum autem ubi correctionis facilitatem ostendit, rursus Iudæum in ipso supplicio grauat. nam qui maiorẽ assecutus est doctrinam, is legem transgrediens maiori supplicio dignus fuerit. Quapropter quò prudentiores fuerimus, aut potentiores, eo punimur magis, cum delinquimus: etenim si diues es, plures ipse pecunias exigeris, quã qui pauper est: si prudentior, maiorem obedientiam: si principatu ornatus, illustriora facinora: breuiter in omnib? aliis eadem ratione, pro uirili, proq; modulo cõferes. *Gloria uerò & honor & pax omni operanti bonũ, Iudæo primũ, & gentili.* Quémnam Iudæũ hoc loco dicit? aut de quibus tandem gentilibus uerba facit? nẽpe de iis, qui ante Christi aduentum uixere: nõdũ enim ad gratiæ euãgelicæ tempora peruenit authoris sermo, sed adhuc immoratur in superioribus tẽporibus, Iudæi & gentilis differentiã è lõginquo tolens, ac perimens, ut cum hoc idem in gratiæ tẽpo-

Iudicium diuinum nõ fidem solũ, sed facta ẽt expẽdit.

ribus fecerit, nequid nouum, atq; inuidiosum enũciare uideatur. Nam si priscis illis temporibus, cum nondũ tanta effulgeret gratia, cũ apud omnes Iudæorũ conditio illustris, celebris, uenerandaq; esset, differentia tamen nulla extitisse cẽsenda est: quã demum rationem afferre poterunt, post tantã gratiæ exhibitionem? quãobrem huius rei argumentum ac curatissimè ponit. Etenim auditor edoctus id superioribꝰ tẽporibus ita ualuisse, melius multò, fide iam recepta, idem ipsum admittet: gentiles autem hic appellat, non eos qui idololatræ essent, sed eos qui deũ colerent, qui naturæ legi parentes, exceptis Iudaicis ceremonijs, ea omnia quæ ad pietatẽ cõferrẽt, obseruarent. Qualis erat Melchisedec cum suis omnibꝰ qualis erat Iob, quales erãt Niniuitæ, qualis erat Cornelius. Iam hinc igitur circuncisionis, ac præputij discrimen præfodit, atque è longinquo eiuscemodi differentiam anteuertẽs, destruit, ut posteà cũ de ea re aget, & hoc quidem facere sine suspicione, & alia quadam necessitate impulsus uideatur: quod quidẽ proprium semper est prudentiæ Apostolicæ institutũ. Nã si id ita se habere gratiæ temporibus ostẽdisset, eius certè oratio magna suspicione non caruisset: cũ uerò enarraret uitiositatẽ ac malitiam orbem occupauisse, atq; ab ea demũ consequentia eò deuenisset, ut de rebus hisce uerba faceret, id uerò minimè suspectam eius doctrinã reddebat. Quòd autẽ hãc sibi uoluntatem præsumpserit Paulus, ac propterea sic epistolæ locũ hunc coposuerit, hinc liquet. nam nisi in animũ sibi induxisset hoc q̃d dico astruere, ac probare satis superq; erat illũ dixisse. Iuxta duritiam tuã, & cor pœnitere nescium colligis tibi irã. Quo dicto, ab hoc argumento abstinere poterat. absoluta enim erat oratio, sed quoniam nõ hoc q̃rebat ipse, nempe ut de iudicio futuro tantum loqueretur, ostendere enim præterea uolebat, Iudæũ nulla re gentilem eiusmodi, cuiusmodi diximus pcellere, ut ne uidelicet Iudæus cristas tolleret, ad ulteriora progreditur, ordinẽ seruans. Rem porrò consi
C dera. Auditorem terruit, effecit ut illius aures extremi iudicij tinnitu personarent, dixit quantum malum sit uitam in malitia transigere, ostendit neminẽ ignoratione peccare, neminem impunè abiturũ, sed ut pœnas nunc minimè det, daturũ tamẽ omnino: hinc autẽ uult deinceps astruere, quòd legis doctrina non esset rerum admodũ urgentiũ. Siquidem in ipsis operibus sita est pœna & honos, nõ in circuncisione & præputio. postquã igitur dixit, quòd omnino punietur gentilis hocq; ipsum cõfessum, ac minimè controuersum habuit: tum autem ab hoc argumentatus est, quòd & ille idẽ honorabitur, deinceps legẽ superuacaneã esse ostendit, ac cicuncisionem: maximè enim hic cum Iudæis depugnat. nam quoniam illi contentiosiores essent, primùm quidẽ præ fastu, indignos se esse iudicantes, qui cum iis cẽ ferentur, qui à gentibus ortum ducerent: deinde quòd irriderent, nec iis fidem haberent, qui dicerent per fidẽ peccata omnia deleri: propterea prius gẽtiles accusauit pro quibus uerba facit, ut citra omnem suspicionẽ, liberè Iudæos carpat: deinde ad supplicij examen quum deueniisset, ostendit Iudæum non solũ ab ipsa lege nihil subleuari, sed & aggrauari, & hoc à superioribus adstruit. Nam si gentilis ipse hoc nomine inexcusabilis est, quòd cum & ipsa creatura, & cogitationes illum inducerent, melior

G tamen inde non euasit: maiori certè ratione Iudęus inexcusabilis futurus est q quidē unà cum his, & legis item doctrinam accepit. Illum igitur iam persua sum facilè in aliorum peccatis admittendā esse hanc rationem, cogit deinceps, uel nolentem, hoc ipsum in suis propriis factitare: atque ut plausibilior fiat sermo, & in ijs quæ leniora sunt ipsum prosequitur, ita loquens: *Gloria uerò, & honor, & pax omni operanti bonū, Iudæo primum & gentili.* Etenim hac in uita quæcunque bona habemus, ea non absque bello habemus, atque ut diues, ut princeps, ut rex fuerit quis, is si minus cum altero, certè secum ipse persæpe dissidet: nec paruum in animi sui cogitationibus bellum sentit: cum in futura uita eiusmodi nihil quicquam, sed omnia tranquilla, omnia à turbatione libera, omnia germana pace perfruentia. Igitur ubi ex ijs, quæ suprà dixit, id perfecit, ut ostenderet quòd q etiam lege carent, ij eadem tamen assequentur, adiicit & rationem sic loquens: *Non enim est personarum respectus apud deū.* Etenim cum dicit tam Iudæum, quàm gentilem peccati sui pœnas luere, tum illi id
H rationibus firmare non opus est: cum autem ostendere uult, ne gentili quidem honorem suum deesse, tum sanè id illum probare oportet. Siquidem minū uidebatur atq; à communi hominum opinione abhorrens, si qui neque legem neque prophetas audierit, honorem tamen assequitur, uitam in bonis operibus transigens: quapropter, quod & superius dixi, illorum quidem aures, in ijs exercet temporibus, q̄ gratiam euangelicam præcesserunt, ut minore negocio, unà cum ipsa fide, & in his quoque assensionem introducat. hic enim suspectus minimè est, ut qui id adstruit, quod ad ipsum minimè spectat. Igitur cum dixisset, gloria, & honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primū, ac gentili: addidit, non enim est personarum respectus apud deum. Papæ quāta cū exuberantia uicit. ostendit enim, oratione ad absurditatem adducta, non esse etiam in deo, ut ne id ita sese habeat: etenim res ea personarum alioqui respectus fuerit. Deus autem talis minimè est: nec dixit,
I quòd si id nequaquam fiet, personarum respiciens est deus: sed grauius, neque enim personarum respectus est apud deum: hoc est, deus non personarum qualitatem, sed rerum expendit differentiam: quo dicto ostendit Iudæum à gentili non re, sed persona discrepare: quibus uerbis consequebatur ut adderet. non enim quandoquidem hic Iudæus, ille autem gentilis, hoc certè nomine hic quidem honore, ille autem contumelia afficitur: sed ab ipsis rebus utrunque efficitur. Verū nō sic dixit. Iudęi enim stomachū excitasset. sed tamen aliud quiddam, & quidem amplius ponit: inferius illorum spiritus deturbans, ac deiiciens, ut illud exciperent. quídnam porrò illud est? nempe quod deinceps subsequitur. *Quicū q; enim sine lege peccauerunt, sine lege & peribunt: & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.* Hic enim, ut antè diximus, non solùm inter Iudæū ac gentilem æqualitatem indicat: sed & ipsum etiam Iudæū à lege data multum esse grauatum demonstrat. Gentilis enim sine lege iudicatur. hic autē uerbum hoc anomos, id est, sine lege, non seuerius iudicium, sed remissius denotat: hoc est, non habet ille legē accusantē. Ipsum enim anomos, hoc est, sine illius damnatione, ab ipsius naturæ cogitationibus solū condemnatur. Iudæus aūt in lege, hoc est, unà cū ipsa natura & legem quoque accusantem habitu K
rus est. quātò enim maiori cura à deo dignatus est, tantò maiores pœnas dabit. Vides ut maiorē Iudęis necessitatē ad gratiā accurrendi indixerit. quandoquidem enim dicebāt se gratia non indigere, quòd à sola lege iustificarentur: ostendit illos magis, quā Græcos indigere. Siquidem magis puniēdi sunt. Deinde rursus adiicit & aliā rationē, quæ iam dixit adiuuans, ac cōfirmans: *Non enim qui audiunt legē, iusti sunt apud deū.* Rectè addidit apud deū: etenim apud homines fortasse probi, ac graues, & magnopere se iactitantes uideri possint: apud deū aūt longè secus. *Qui legem factis exprimunt, iusti habebuntur.* Vides quanta exuberantia utitur, orationē suam in cōtrarium conuertens. si. n. propter legem, inquit, censes seruatum te iri, tum te præcedet gētilis, ut qui uisus fuerit ea exequi, quæ scripta sunt: dices, qui uerò fieri potest, ut qui legem minimè audierit, eā factis exprimat? fieri quidē potest, Paulus ait, non hoc solū, sed & hoc ipso amplius multò: neq; enim solùm absq; auditione possis legē factis exprimere, sed & unà cū auditione à factis ipsis discedere. Id qđ po- L
steà apertius ponit, ac maiore cū exuberantia. q docens aliū, te ipsum non doces. Hic aūt interim quod suprà dixit, probat. *Nā cū gentes, ait, quæ legē non habent, natura quæ legis sunt fecerint, eæ legē nō habētes sibiipsis sunt lex.* Non excludo, inquit, legē, sed & hinc gentes iustifico, Vides ut suffodiens, ac clā subruens Iudaismi gloriam, nullā prorsus aduersum se ansam largiatur: quòd legem uilipendat. sed contrà, ut eā ipse attollens, ac magnificam ostēdens totum argumentum probè adstruat. per naturæ autem uerbū, naturales intelligit cogitationes, ac ratiocinationes. ostenditq; alios illis esse probiores: &, quod maius est, hoc ipso probiores, quòd legem minimè accepe
rint, neq; id habeāt, per quod uidētur Iudæi ipsos p̄stare. propterea enim, inquit, admiratione digni sunt, quòd nec lege illis opus fuit, & omnia q̄ legis erāt p̄stiterunt, suis ipsorū mentibus opera non literas insculpētes. hoc. n. ait: *Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, simul attestante ipsorum cōscientia & cogitationibus inter se accusantibus, aut ēt excusantibus, in eo die, cū iudicabit dominus occulta hominū, iuxta euā geliū meū per Iesum Christum.* Videt ut rursus repræ- M
sentauerit diē illū, ac propius admouerit, illorū mentem concutiens? ostendens illos ſolum honore dignos, qui citra legē, quę legis essent, factis exprimere curauerint: quod aūt in prudentia Apostolica in primis admirari possis, meritò hic dicendū à nobis est. Nam cum ab ipsa argumentatione ostendisset gentilem Iudęo esse probiorem: hic in ipsa collectione, ac conclusione rationum, illud idem non ponit, ut ne Iudæum exasperet, ut autē apertius quod dixi reddam, ipsa Apostolica uerba referam: posteaquā enim dixit, Non enim qui audiunt legem, sed qui factis eam exprimunt, iusti sunt apud deum. Consequens erat ut diceret, Nam cum gentes quæ legem non habent, natura quæ legis sunt fecerint ijs multò probiores sunt, quos lex edocuit. Verū non hoc ait, sed intra gentilium laudationem consistit, nec orationem interim per comparationem prosequitur, ut uel sic Iudæus, dicta ipsa admittat: quapropter non sic dixit, ut dixi: quī uerò? Cum enim gentes quæ legē non habent, natura, quæ legis sunt fecerint, eæ legem non habentes sibiipsis lex sunt, qui

ſ μᾶλλον .i. magis habet editio Veronēsis, etsi Brix. ad marginē libri sui adscripsisset μονον id est solū

A ostendunt opus legis scriptū in cordibus suis, simul attestāte ipsorū cōscientia. Sufficit enim loco legis cōsciētia, & cogitatio per hæc rursus ostēdit deū sic hominem finxisse, ut posit per se uirtutē eligere, ac uitium declinare: ac ne tibi mirū uideatur, si semel, bis, ac sępius hoc astruit: hoc. n. caput ualde erat necessarium, propter eos qui dicerent. Quā tādem ob rem nūc Christus aduenit? & ubi nā priscis illis tēporibus ipsa prouidentia erat? Aduersus quos nunc obiter depugnans, ostendit, quòd uel superioribus illis temporibus, antequā etiam lex lata esset, hominum natura omnimodam prouidentiā assecuta fuerit. Etenim quod de deo cognosci potest, illis manifestū erat: tū autem quid bonū, quid rursus malū esset, per ea nouerant, per quæ alios iudicabāt, id quod ipsis exprobrans, dixit: Hoc ipso quòd alterū iudicas, te ipsum cōdemnas. Iam quod ad Iudæos spectat, unà cū his quę dicta sunt, & lex quoq; inerat nō cogitatio solū, nec cōscientia: quamobrē igitur apponit uerba hæc, accusantibus aut excusantibus. nā si legē habēt scriptam, & opus exhibent: quid tandē est, quod accusare habeat cogitatio? Verū nō iam de illis solùm ait,
B quū uerbo hoc utitur, accusantibus, sed de uniuersa natura. Tunc. n. nostræ cogitationes erectę sunt, aliq; quidem accusantes, aliæ autem excusantes. nec indiget homo accusatore alio, illo quidem in iudicio. Posteà terrorem augens, hominum peccata non expressit: posteaquā enim dixit, Cogitas ô homo, qui eos iudicas, qui talia faciūt, & facis eadē, quòd tu effugies iudiciū dei, ut ne talem recipias sententiam, qualem & ipse fers: sed intelligas dei sententiam, tua longè esse exactiorem: addidit, occulta hominum: & adiecit, secundum euangeliū meum per Iesum Christum. Homines enim rerum manifestarū tantùm iudices sedēt. Atqui suprà de patre tantū loquutus est: quum autem ipsos terrore molliuit, & de Christo itē mentionē intulit: nec id tamē simpliciter, sed & hic quoq; patris mentione facta, ita demum Christū introduxit: quin & euangelicę prędicationis dignitatē per eos attollit. Hęc enim, ait, p̄dicatio ea denūciat, quæ anteuertēs natura demōstrauit. Vides ut prudēter unū euangelio, tū Christo ipsos admouens illigauerit: tum aūt declarauerit, quòd nostra hominū facta intra humani iudicij cancellos non cōsistunt, sed
C ulterius progrediuntur: quod & suprà argumētatus est, quū dixit, Colligis tibi ipsi irā in die iræ: & hic rursus, Iudicabit deus occulta hominum. Morale.
Vnusquisq; igitur in suam ipse conscietiam descēdēs, peccatis suis diligenter expensis, exactam uitæ ante actæ rationem sibi reposcat: ut ne tum ipsi damnemur, quuū orbis uniuersi iudiciū fiet. Nā illud quidem iudicium terrificū, horrendum tribunal, timoris plenæ eiusdē quæstiones ac disquisitiones. Igneū
Ps.48.b. flumen rapitur, frater non redimit, redimet homo? Eorū enim te meminisse uelim, quæ in euangelio dicuntur, angelorum circūcursantium, cōclauis clausi, lampadarum extinctarum, potestatū in fornaces trahentiū: & præterea illud perpendito: Si nostrū cuiusquam occultum crimē aliquod hoc ipso die in medium delatū, huic modò confessui innotescret: nōne fieret ut ille interire, ac terrā sibi potius dehiscere, quā tam multos peccati sui testes habere mallet? quid igitur tū nobis fiet miseris, quum omnia orbi uniuerso palam facta, in tā aperto, tamq; illustri theatro denudata, hominū nobis paritim cognitorū, par-

tim incognitorū oculis subiiciētur? Enimuero prohdolor, undénam ipse territare uos cogor? Nempe ab hominum opinione: quū id facere cōuenientius fuerit, ſ ab ipsius dei tum terrore, tum condemnatione. Qui enim, obsecro te, tum futuri sumus, quū uinctis frendentibus in exteriores tenebras dētibus abducemur? seu potius quid facturi sumus (qđ ipsum oium terribilisimū est) quum deum offendemus, illiq; occurremus? Nā si quis est, qui sensu ac mēte præditus sit, is certè gehennæ pœnam tolerare malit, quā aduerso deo stare: hoc uerò quum nobis graue nō sit, propterea ignem ille nobis cōminatus est æternum. Etenim oportebat tum demū nos dolore affici, non quū supplicio afficimur, sed quū delinquimus. Audi igitur Paulum ingemiscentem, ac conquerentē uel pro peccatis ijs, ob q̄ tamē pœnas daturus non erat. Non sum, inquit, idoneus q apostoli nomine cēsear, 1.Co.15.b
hoc ipso, quod dei ecclesiā fuerim persecutus. Audi & ipsum Dauid à supplicio quidem iā exemptū: post eaquā tamen conferet deum se offendisse, suppliciū aduersum semet inuocantē, ac dicentem: Domine 2.Re.24.c.
uertatur, obsecro, manus tua in me, & in domū patris mei. Nā dei offensio nullo nō supplicio grauior E
est. At nunc tā miserè animati, affectiq; sumus, ut nisi gehennę timor esset, ne propositum quidē nobis sit, bono aliquo opere defungi. quapropter si nullā aliā ob causam, certè ob hanc unā gehēna digni sumus, quòd uidelicet plus gehennā, quàm ipsum Christum timemus. At non sic beatus Paulus, quin potius obuerso, oppositoq; modo. Nos aūt ob id, quòd diuersum affectū gerimus, gehennæ supplicio dānamur. q si Christū sic amaremus, ut amare certè oportet, iudicaremus utiq; amati offensionē gehenna esse graiorem. quādoquidem autē amore nullo capimur, certè supplicij huius magnitudo quāta sit nescimus. Atq; hoc ipsum quidem est, quod maximè omniū lamentor, ac deploro: quāquam quid tandē est, quod deus nō fecerit, ut à nobis ipse amaretur? quid autē non est commentus? quid autem omisit? Illū iniuria affecimus, nihil sanè commeritum, sed acceptis ab illo infinitis, ijsq; arcanis beneficijs. Auersati sumus uocātem, & undequaq; illectantē, ac ne sic quidem de nobis ille pœnas sumpsit: sed adcurrit ipse, ac restitantes fugitantesq; inhibuit, ipsi tamē ab illius manibus excussi, ad diabolū trāsfugimus: ac ne sic quidē F
destitit ille, sed & sexcentos rursus, qui nos hortarentur, misit, prophetas, angelos, patriarchas. At nos legationē non solū non admisimus, sed & legatos nobiscū agentes iniuria affecimus: Ille autē ne per hæc quidem nos respuit, sed quod facere ij solent, qui uel uehementissimè quū amant, negligunrur tamē, circūiens ad oēs adit, tum in cœlo, tum in terra sese manifestans, congressusq; nunc cum Hieremia, nūc cū Michæa, non ut grauaret, sed ut defensione uteretur, uel super iis, q̄ in ipsum à nobis commissa fuerant: quin & unà cū prophetis ad illos accesit, qui ipsum auerserentur, paratus etiā, ac postulans ad rationis reddendæ calculos descendere: tū autem ad
omnia surdos ad colloquium secū trahens. Populemi, inquit, quid feci tibi, aut qd te attristaui, respondemihi. Secundum hęc oia, interfecimus prophetas, Mich.6.a
lapidauimusq; & præterea infinita alia mala commisimus. quid igitur ille horū omnium loco? non iam prophetas, non iā angelos, non iam patriarchas, sed suum ipsius legauit filium, & hic ubi accesit, de m-

G dio est sublatus. ac ne sic quidem amorē extinxit, sed eo etiam magis incēdit, quin etiam uel filio proprio interempto perseuerat, exhortans, obsecrans, rogās, omnē deniq; lapidem mouens, uti ad se conuertamur. ꝓter hæc & Paulus quoq; his uerbis acclamat,
2.Co.5.d. Pro Christo igitur legatione fungimur, tanquā Christo per nos exhortāte, obsecramus Christi nomine, conciliate uos deo. Sed tamen nihil horū nos illi cōciliauit. ac ne sic quidē nos ille destituit, sed persistit, quā gehennam minitans, quā cœlorū regnum promittens, ut uel hac demum ratione ad sese nos illectet: nos autem adhuc ueluti stupidi facti nullū erga illū affectū exhibemus. Quid hac feritate deterius? nā si hæc ab hoīe aliquo in nos merita collata fuissent, nōne illi sæpissimē seruitutem addixissemus nostram? deū autem sic nobiscum agētem auersamur. O deus immortalis, miram nostrā tum ignauiā, tū ingratitudinem? assiduè quidē peccamus, nunquam non in peccatis uiuimus, qui si quando uel tātillum boni officij præsteriminus ingratorū seruorum more, id certè accurata, ac ueluti institoria cum supputa
H tione examinamus, curiosē de ipsa remuneratiōe soliciti, ecquā mercedem res à nobis gesta habere debeat. Atq maior tibi merces, si modò citra mercedis spem feceris. hæc enim dictitare, & curiosē indagare mercenarij potius uerba sunt, quā grati serui: sunt enim omnia propter Christum agenda, nō propter mercedem. ob hoc & gehennā cōminatus est, & cœlorum regnū promisit, ut à nobis ametur. amemus igitur illum, ut amare quidē par est. hoc enim magna certè merces, hoc cœlorum regnū, & uoluptas, & deliciæ, & gloria, & honor, hoc lumē, hoc beatitudo infinita, quam ipsam nec oratio repræsentauerit, nec mens cōprehenderit. Sed nescio quo pacto in huiusce modi sermonem abductus sum, q iubeā homines neq; principatus neq; gloriæ præsentis contēpto
I res, propter ipsum Christum regnum cœlorum contemnere. quāquam magni illi ac generosi uiri uel ad hunc charitatis modū peruenerunt. Audi igitur ut Petrus illius amore ustus ardeat, & animæ & uitæ & omnibus rebus illū anteponens: quem dū abnegasset, non ob suppliciū luxit, sed quòd, quem amabat, eū abnegasse se uideret. id quod nullo non supplicio amarius illi erat. & quidē hæc omnia spiritus gratia nondum accepta præ se tulit, assiduè quidem instās,
Ioā.13.d. ac dicens. Quò uadis? & anteā, ad quem nos recipiemus? ac rursus, sequar te quocūq; profecturus fueris.
Ibid.6.g Matt.8.c Omnia enim ipse illis erat, ac neq; cœlum, neq; cœlorum regnum amato præferebant: tu enim mihi illa omnia, inqt. Enimuero quid miraris, si Petrus ita esset erga deū animatus. etenim audi quid propheta
Psal.72.d dicat, Quid enim mihi est ī cœlo? Et illud, A te quid
Ibidē. uolui in terra? ac si dixisset, nulli? prorsus alterius rei, nec cœlestis, nec terrestris, sed tuo unius desiderio teneor. Hoc sanè amor est, hoc amicitia: hoc modo si amauerimus, nec ꝑsentia bona, nec futura quicquā esse, prę amore eo, arbitrabimur. atq; hinc cœlestis regni fructum decerpemus, copiosa atq; abundāti dei charitate affluētes. Dices: At quo id esse queat pacto? Si considerauerimus, quā sæpe in illū iniurij sumus, uel post multa ab eo beneficia, & quidē eo interim nihilo secius nos exhortāte: si cōsiderauerimus quoties illū prætereamus, ipse autem nos non negligat, sed adcurrat, attrahat, ad se alliciat. nā si hæc & his similia reputauerimus, poterimus hūc, quem dico, amorē incendere. Si. n. qui sic quidem amat, uilis qs- K
piam, qui autem sic adamatur, rex esset: nónne abamoris magnitudine erubesceret? erubescret quidē admodū, nisi fallor. nunc uerò ubi prorsus res è cōtrario se habet, estq; eius, qui nos amat, tāta tamq; excellens pulchritudo, gloria, opulētia: nostra autē tenuitas, uilitasq; tam ingens: nōne infinitis supplicijs digni sumus? utpote qui sic tenues, & abiecti, à tāto, tam magno, tamq; admirabili, supra omnē quū adamemur modum, delicias tamen faciētes, illius erga nos amori sic illudamus? Ille quidem nullius rei nostræ indigens est, ac ne sic quidē amare nos desinit. Nos uerò illius admodū egemus, ac ne sic quidem illius amori adhærescimus. Verū tū fortunæ bona, tum hominum amicitias, tū corporis ocium, tū prin cipatū, tum gloriā illi ꝑserimus, qui nobis tamē nihil quicquam anteponendum sibi putat? Vnum enim *Infr.8.f.*
quū haberet filium unigenitū, ac legitimum, ne huic quidē propter nos pepercit: nos autē quàm multa sunt, quæ illi pręponimus? Nónne igitur meritò gehē nam nobis ac suppliciū cōminatur? quod suppliciū si uel duplicatum, uel triplicatū, si uel decies millies L
grauius foret, esset ne quamobrem meritò conqueri possemus, quū diabolica mandata Xpi legibus anteponamus, quum uel salutē propriam proiiciamus, ut malitiæ opera illi præferamus, qui nihil non causa nostra perpessus est? Quam tandē hæc ueniam meretur? quā defensionem? nimirum nullam prorsus. Stemus igitur in futurum, ac ne per præcipitia feramur: quin potius respiscamus, omniaq; hęc nobiscū reputantes, gloriam illi per ipsa opera reddamus. neque. n. satis est per ipsa uerba. Vt & nos quoq; gloriæ ab illo emanantis fructum capiamus, quā gloriam utinam oēs assequi possimus, gratia domini & dei, & seruatoris nostri Iesu Christi, per quem & cū quo gloria, patri, unà cum sancto spiritu, nunc & semper in secula seculorum, Amen.

Homilia.vi.

Cce tu Iudæus cognominaris, et aquiescis in lege,
e *& gloriaris in deo, & nosti uoluntatē, ac probas eximia, institutus ex lege.* Quum ostendisset, gentili ad salutem nihil deesse, si legem factis expresM
serit, illa admirabili contentione adhibita, ponit deinceps Iudæorū honestamenta, ob quæ aduersus gentiles efferebantur. ac primū quidem ipsorum nomē admodū uenerabile erat, quemadmodū nūc Christianismus. Etenim ab ipsa appellatione magna erat etiam rum differentia: unde & hinc auspicatur. ac uide, ut ipsum hoc nomē eleuat ac deiicit. neq; enim dixit, Tu Iudæus es: sed, cognominaris, & gloriaris in deo: hoc est, tanquā ab eo adamatus, atq; ante alios homines honori habitus. Hic autē mihi tacitè uidetur illorum insolentiam & insanum gloriæ amorem uellicare, quòd hoc dono non ut saluti suæ prospicerent, sed ut in alios insurgerent, eosq; despicerēt, abuterētur. *Et nosti uoluntatem, & probas eximia.* Atqui & hoc sine opere, inferioris est meriti, sed tamen uidebatur esse superioris. quapropter & exactè uerbo utitur: non enim dixit, facis: sed, nosti: &, probas: nō, exqueris: aut, agis. *Confidisq; teipsum ducem esse cæcorum.* Neq; hic item dixit: Tu dux es cæcorū: sed, confidis: usqueadeo, ait, gloriaris inturgescisq;. magna enim erat Iudæorū insolentia, ac fastus. ob quod illa ipsa propemodū uerba enunciat, quæ illi iactitātes sese, usurpabāt. Vide igitur in ipsis euangelijs quid di

A cāt: Totus in peccātis genitus es. & tu nos doces? at- D
Ioan.9.f. que aduersum omnes magnopere elati cristas tollebant. id quod Paulus arguens præcidit, aliās quidem eos attollens, aliās autē eleuans, ut hac demū ratione magis ipsos perstringat, grauioremq; efficiat criminationē. propterea progreditur augens idipsum, ac diuersa appellatione enuiciationeq; multiplicans: *Confidis enim te ipsum ducem esse cæcorum, lumen in tenebris uersantiū, eruditorē insipientiū, doctorem imperitorū, habentem formam cognitionis, ac ueritatis in lege.* Neque item dixit, in conscientia, & in operibus, & in meritis: sed, in lege. porrò quod de gentilibus quū ageret, dixit, id & hic quoq; ait. ⌈nam quemadmodū inibi dixit: Hoc ipso quòd iudicas alterū, temet cōdemnas, sic & hic ait: *Qui igitur alium doces, teipsum non doces?* Verū illic quidem rigidius, hic autem mollius loquitur. neq; enim dixit: atq hoc nomine grauiori dignus es supplicio, quòd quū tibi tot ac tanta à deo sint cōcredita, tamē horum nihil quicquā in decentē usum uertis, sed per interrogationem orationem promouet, illos pudore suffundēs, ac dicens: Qui igitur aliū doces, teipsum non doces? Mihi autem & aliūde Pau
B li prudentiam considera. Iudæorum enim prærogatiuas, prestantiasq; eas enumerat, nō quas illi suo studio parassent, sed q̄ superno illis dono obuenissent: ostenditq; eas non solùm superuacaneas iis esse, qui neglexerint, sed & supplicij additamentum afferre. Neque enim, quòd Iudæi uocarentur, ipsorum erat benefactum, neq; quòd legē accepissent, neq; quòd cætera ea haberent, quæ modò enumerauit, sed à superna gratia ea obuenerāt, ac principiò quidē dixit,
Hic sup.c legis auditionem nihil quicquā iuuare, nisi opus adfuerit: non enim qui audiūt legē, ait, iusti sunt apud deum, sed qui legem factis exprimūt. Nunc autē multò amplius ostēdit, quòd uidelicet nō solū auditio, sed quod auditione maius erat, doctrina, ne ipsa quidem docentem tueri poterit, non ea agentē quæ docet: quæ certè doctrina non modò non tuebitur, sed & plenius puniet. rectè autē dictionibus usus est. neque enim dixit, legē accepisti: sed, in lege acquiescis. neq;. n. laborauit Iudæus hac illac circūiens & cōquirens quæ agēda essent, sed nullo negocio legem adeptus est, quæ uiam ostenderet ad uirtutē ferentē. Nā
C ut gentes ipsæ habeāt naturæ rationē, unde ipsos superant Iudæos, quum citra auditionē omnia faciāt, tamen ibi maior erat facilitas. qui si ais, te nō audire solū. sed & docere, certè uel hoc supplicij corollariū est: nam quòd hac re magnopere sibi placerēt, hinc maximè illos ridiculos esse ostendit. quum autem dicit, ductorem cæcorum, eruditorem insipientium, doctorem imperitorum, illorum fastū exprimit. magnopere enim proselytis abutebantur, ipsosq; hisce nominibus uocabant. Propterea & Paulus eximiè abundat iis oībus, quæ illorū encomia esse uiderentur, ut qui intelligeret dicta hęc maioris accusationis argumentū esse. *Habentem formam cognitionis, ac ueritatis in lege.* Haud aliter quàm si quis regiam apud se effigiem quū habeat, nihil tamen ad illius exemplar
⌈*alii uerò quibus effigies illa nō fuerit cōcredita* effigiare conetur. ⌈qui uerò illi non cōfidant, ⌈uel si ne ipso archetypo eam tamen exactè exprimāt. Proinde quum ea dixisset, in quibus potiores aliis essent quę ipsi à deo accepissent, ea item dicit, in quibus cęteris essent inferiores, ea in mediū afferens, quæ prophetæ incessebant. *Qui igitur doces alium, te ipsum non doces? qui prædicas nō furandū, furaris? qui dicis nō adul-* *terandū, adulteriū cōmittis: qui execraris simulachra sacri legium admittis?* Etenim apud eos in primis interdictū erat, nequis eas contingeret res, quæ idolorū cultui dicatæ essent: idq; pp execrationē: at pecuniæ tyrannis, ait, uobis persuasit, legē hanc cōculcare. Post ea⌉, quod grauius multò, attexit dicens: *Qui de lege gloriaris, per legis transgressionem deum dehonestas?* Duo hìc posuit crimina, atq; adeò tria, quòd uidelicet dehonestant, tum quòd iis rebus dehonestant, quibus honestati ipsi fuere, tū quòd eū ipsum dehonestant, qui honestauit, quæ summa illorū erat improbitas atque ingratitudo. qui ne ex se ipse increpare illos ui
⌈*Iam quidem.* deatur, prophetam citat illorum accusatorē⌉ aliquo ties⌈ paucis, ac compendiosè. & tanquā summatim: pòst autem per partes, ac nūc quidē Esaiam, posteà autem Dauid. ⌈unde⌉ & plures ostendit in eos conie ⌈*quando.* ctas redargutiones. nam quòd non ego, inquit, uos cōuiciis incessens hæc proferā, audi qd dicat Esaias:
Esa.52.ſb *Nomen dei propter uos malè audit inter gentes.* Ecce & duplicem rursus accusationem aliam. neq; enim ipsi solū, ait, contumeliosi sunt, sed & alios ad id præparant. qui igitur doctrinę usus, quum uosmetipsos nō doceatis? Verū superius quidem hoc solū dixit. hic autem in contrarium detorsit: neque enim solùm uos ipsos, sed ne alios quidē docetis, quæ agēda sint: &, quod longè grauius est, nō solū non docetis ea quę legis sunt, sed iis pugnantia docetis: nempe cōuiciis deum afficere: quod quidem legi aduersatur. At magnum quiddam est, inquis, circuncisio. fateor & ipse. sed tum, quum intus circuncisionem habuerit. Cōsi dera porrò prudētiā, quàm opportuno loco de ea mentionē intulerit: neq; enim statim ab ea exorsus est, quoniā magna de ea opinio uigebat. sed ubi ostēdit illos à maiori re offendisse, authoresq; esse cōiecti in deū conuicij, tum demum auditorē nactus illos iam condemnantem, eisdemq; pręsidentiā ubi ademit, in medium affert de circuncisione sermonē, confidens neminem fore, qui illi suffragetur. atq; ait:
Nam circuncisio quidem prodest, si legem seruaueris. Atqui licebat aliter ipsam excludere, ac dicere: quid. n. est circuncisio? num illius est meritum qui eā habuerit? num rectæ uoluntatis demonstratio? etenim in ætate ⌈ exoleta⌉ fit. Et qui in eremo uixerunt, multos F
an nos incircuncisi manserūt. & aliunde multis argu *ἀώρως. i immatura.*
mentis uidere possis, illam nō admodum necessariā esse. sed tamen nō hinc ipsam excludit, sed unde maximè oportebat, ab ipso Abraham. nā ea demū est uictoriæ excellentia, perficere ut ostendas, hinc illā despicabilem esse, unde ipsis uenerabilis erat: quam quā dicere poterat, quòd & prophetę incircūcisos Iudæos appellār. Verū nō id est, circuncisionē eleuare, sed eos potius, qui ea malè utuntur. Pauli porrò scopus is est, ut ostendat, ne in optima quidē uita illam robur habere. quod deinceps adstruit. Et hic qdē patriarchā nō adducit: sed prius alia ex parte ipsam deiiciens, posteà illum obseruat, quum uidelicet de fide uerba facit, ita loquens: Quomodo igitur imputata
Infrà.4.b est fides Abrahæ, quum esset in circūcisione, an quū esset in præputio? Donec enim hęc aduersus gentilē & pręputiatum decertat, nihil horū enunciare uult, ut ne nimis molestus sit. at quū ea aduersus fidē depugnat, tum demum aduersum illam accingitur. ad huc quidem aduersus præputium pugna exibit: qua propter remisse loquitur, & ait: *Circuncisio quidē prodest, si legē seruaueris quòd si transgressor legis fueris, cir-*

G *circuncisio tua in præputium uersa est.* Duas.n.hìc ait circũcisiones,ac duo item præputia, quemadmodum & leges duas. Est.n.lex naturalis,& est lex scripta,sed & harum media,quæ per opera fit. ac uide ut tres has leges ostendat, & in medium adducat: *Quum enim gentes,quæ legem non habent,* inquit.quàmnã obsecro legem? nempe scriptam. *Natura q̃ legis sunt, fecerint.* Cuiusnam? eius quæ operibus constat. *Hi legem non habentes.* Quàmnam? scriptam. *Sibi ipsis lex sunt.* Quo pacto? naturali usi. *Qui ostendunt opus legis.* Cuius? illius quæ ab operibus est.lex enim ea,quę literis constat,exterior est.hæc autem interior,uidelicet naturalis.quæ autem operibus constat,medium tenet. & illam quidem literæ dictant, alteram autẽ natura. tertiã ipsum opus. Qua sanè tertia opus nobis est,p quam ipsam duæ illæ,tum quæ à natura,tum quæ à litera.quæ quidẽ nisi adfuerit,illarũ nullus usus, sed nocumentorum maximum.quod ipsum ostendit Paulus, quũ de naturali quidẽ agit, sic dicens: Hoc ipso quod iudicas alterum,teipsum cõdemnas.quũ autẽ de scripta, qui prædicas non furandũ,furaris? Sic & præputia duo,alterũ quidẽ à natura, alterum autẽ à

Hic sup. c.

H uoluntate.& circuncisio una quidem in carne,altera à uoluntate. Verbi gratia: Circuncisus est qs octauo, quàm natus est die.hæc carnalis circuncisio. expressit quis factis quæ legis sunt oia. hæc uoluntatis circuncisio,quã maximè Paulus quærit, immo uerò & ipsa lex.uide igitur,ut uerbo eã cõcedens, re sustulerit.non enim dixit, superuacanea res est circuncisio, stulta,inutilis:sed quid? Circuncisio quidẽ prodest,si legem seruaris. Admisit interim ipsam, dicẽs:fateor, nec contradico,quòd bona quidem circuncisio:sed quando? quũ & legem custodierit. qui si legis transgressor fueris,circuncisio tua præputiũ facta est.non dixit,amplius non prodest,ut ne eã contumelia afficere uideatur:sed Iudæum ea ubi denudauit,tum demum illum perstringit, quòd nõ iam circuncisionis est cõtumelia, sed eius qui ipsam ignauia sua amiserit. Quod igitur facere solẽt iudices ij,qui quos in dignitate constitutos, grauioris alicuius criminis cõuictos habent, eos prius honoris sui ornamẽtis spoliant, q̃ supplicio mulctatos abdicãt:hoc ipsum & hic quoq; Paulus fecit.quũ enim dixit, qui si legis transgressor fueris,adiecit,circuncisio tua præputiũ facta est.atq; recircuncisum ubi ostendit, eum iã intrepidè cõdemnat. *Quũ igitur præputiũ iustificationes legis seruauerit,nõnne præputiũ illius ⌜pro circuncisione imputabitur?* ⌝ Vide quid facit. non dicit circuncisionẽ à præputio uinci(hoc enim graue,inuidiosumq; ualde auditoribus illis futurũ erat) sed quòd ⌜ circuncisio præputiũ facta est. ⌝ ac quærit deinceps, quid sit circuncisio,quid itẽ præputiũ: aitq; circuncisionẽ, bonum quoddã esse opus, præputiũ aũt malũ opus:ac prius in circuncisionẽ transmutans præputiatũ bonis operibus præditũ & circuncisum corruptè uiuentem in præputium intrudens, ita demũ præputiato uictoriã tribuit.nec dicit præputiato, sed ad ipsam rem trãsit, sic inquiẽs: *Nõnne præputium illius ⌜pro circuncisione imputabitur?* ⌝ Nec dixit, conuertetur:sed, imputabitur ⌜ quod quidem significãtius erat. quemadmodũ nec superius dixit, circuncisio tua præputiũ reputabitur: sed,facta est *Et iudicabit quod est ex natura præputium.* Vides,ut duo præputia statuat, alterum quidẽ à natura,alterum autẽ à uoluntate? hoc quidem loco de naturæ præputio loquitur, sed tamẽ intra hoc nõ cõ

I ⌜ *in circũcisionẽ cõuertetur?* ⌜ *præputium circuncisio factũ sit.* ⌜ *Germanicus codex hic multũ discrepat ab æditione Veronẽsi: quæ sic habet, incircũcisionẽ uertetur?* ⌝ ⌝ ΤΤΩΝ

fisitit,sed addit: *Si legem seruarit, te qui per literã & circuncisione transgressor es legis.* Vide subsilisimã eius prudentiam.non dixit, quod naturæ præputium circuncisionem iudicabit. Verũ ubi uictoria quidem sita erat,huc præputium introducit. Vbi autẽ rem contrà cessuram uidet,hìc non iam circuncisionem uictã esse ostendit,sed Iudęum, qui illã ipsam habet,ueritus per ipsa uerba auditorem percellere. nec dixit,te qui habes legem,ac circuncisionem:sed mãsuetius, te,q per literam, & circuncisionem transgressor es legis. hoc est,& circuncisionem tutatur huiusmodi præputium,læsa est enim.& legi opem affert, incommodũ enim passa est.unde illustre statuit trophæũ.nam uictoria tum demum insignis est, quũ non à Iudęo Iudæus,sed à præputiato iudicatur. Quẽadmodũ quũ ait: uiri Niniuitæ exurgent, ac generationẽ hanc condemnabunt. Igitur non ipsam legem reprobat (illã enim magnopere ueneratur)sed eum qui in legẽ inuirius est.deinde quũ hæc liquidò adstruxit,magna tũ fiducia definit, quídnam sit Iudæus:ostẽditq; quòd nec eum qui Iudæus sit,nec ipsam circuncisionẽ,sed eũ,qui minimè Iudæus, ac minimè circuncisus sit excludit. ac uidetur quidẽ illam defensitare,subuertit autẽ illius opinionẽ & exstimationẽ ab ipso rei euentu suffragia reportans. Ostendit enim non solũ nullum esse discrimen Iudæum inter & præputiatũ, sed & præputiatum superiorem esse,si modo sibi attenderit, eundemq; uerè Iudæũ esse, ob quod ait: *Nõ.n. qui in manifesto Iudæus sit, ille Iudæus est.* Hoc loco ipsos ferit, ut qui ad ostentationẽ nihil non factitaret. *Sed qui in occulto Iudæus fuerit,is Iudæus est.& circũcisio cordis circumcisio est, quæ spiritu constat,non litera.* Hoc dicto excluſit corporalia oia. Etenim circũcisio propalam fiebat,& sabbata,& sacrificia,& purgationes, quę omnia unico uerbo subindicauit, quũ uidelicet dixit: Neq; enim qui in manifesto Iudæus fuerit, is Iudęus est. Verùm quandoquidẽ circuncisio in ore hominum multa erat, ubi & sabbatũ item illi cedebat, meritò plura alia ad ipsam extenduntur. per uerbũ autẽ spiritus,uiam sternit ecclesiæ politiæ, ipsamq; fidem introducit. Etenim illa corde ac spiritu quũ cõstet,laudem à deo obtinet. proinde quid causæ est, cur non ostẽderit, quòd gentilis uitã rectè instituẽs, Iudæo,& eo uitam rectè agenti,non sit inferior, sed quòd gentilis rectè uiuens Iudæo legem transgrediẽte potior sit? ut indubitatam reddat uictoriam. hoc enim cõfesso, fit necessariò,ut circuncisio à carne excludatur.atq; ostendit uitę integrę usum necessarium ubiq; esse. quũ enim gentilis citra ea adminicula saluus efficitur,Iudęus autem unà cum his supplicio afficitur,ipse Iudaismus ignauus, atq; iners manet.gentilem autem rursus appellat,non eũ,qui idola colat, sed qui deũ reuereatur,ac qui uirtute prędituS à legalibus obseruationibus,ac ceremoniis liber sit. *Quid igitur habet,in quo præcellat Iudæus?* Posteaquàm oia explosit,auditionem,doctrinam,Iudęi titulũ,circũcisionem,cætera omnia,per id uidelicet quod dixit, Quòd qui in manifesto Iudęus sit,Iudęus nõ est,sed q in occulto,uidet deinceps obiectionẽ existere,aduersus quam se firmat.Quęnã porrò obiectio ea est? dicet aliquis.Si quæ dixit,ea nihil iuuãt: quamobrẽ, quæso,uocata est Iudæorum gens? quamobrẽ circũcisio data? quo igitur pacto sese Paulus explicans,ipsam obiectionẽ soluit? p ea sanè,per q̃ & superius. Nã quemadmodũ illic, non illorum laudes commemorauit,

Nec dixit,impũtabitur, sed,uertetur

Matt.12. & Luc. 12.d

L

Cap.iii.

M

A rauit, sed dei beneficia, non illorũ merita (Iudæum enim uocari,uoluntatem dei nosse, probare eximia haudquaqam ab illorum rectefactis,sed à dei gratia

Psal.147.b. obnenerat) Id q̃d & illis exprobrãs propheta dixit, Nou sic fecit omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.& Moyses rursus:Interrogate, si tale quid

Deute.5. piam accidit,si audiuit gẽs uocem dei uiuentis è medio ignis, ac uixit. Sic & hoc ipsum hoc loco facit. Quemadmodũ enim quum de circuncisione loqueretur, non dixit quòd circuncisio sine uita nihil prosit,sed quòd prosit unà cũ uita,idẽ certè significans, sed tamen blandius loquens. ac rursus ubi dixit, Sin

Suprà .2.d. uerò transgressor legis fueris:non addidit, nihil proficis,tu qui circuncisus es:sed, circuncisio tua præputium facta est.ac postea,iudicabit, inquit,præputiũ, non circuncisionem,sed te qui trãsgressor es legis:legalibus quidem parcens, hoies autem perstringens. Sic & hìc item facit.obiiciens enim illi hoc, ad dicẽs: *Quid igitur habet in quo præcellat Iudæus?* non respondit:nihil illum habere, sed sermone ipso assensus est, ac per ea quæ sequuntur, rursus ipsum hoc sustulit, ostenditq; uel ob eiusce modi præstãtiam illos supplicio affici.& quo pacto, ego dico,ipsa obiectiõe i me diũ adducta. *Quid enim est,in quo præcellat Iudæus,* inquit,*aut, q̃ utilitas circũcisionis? Multũ per omnẽ modũ. nam primùm quidem illud,quòd illis commissa sunt oracula dei.* Vides quod prius dixi, ut nusquam illorum rectè facta,sed dei beneficentias cõnumeret. Quid autẽ id uerbi sibi uult, commissa sunt? nẽpe quòd ipsis cõcredita lex est, q̃d tãti illos fecerit deus,ut illis oracula è supernis delata crediderit.Nec me certè prætexerit quosdam esse qui uerbum id, commissa sunt,non de Iudæis,sed de sanctis interpretẽtur:hoc est, quòd commissa lex est. Verũ quod sequitur, nõ patitur ut ita sentias.primũ enim hæc dicit,illos increpans ostẽdens q̃ eosdem magna à deo beneficia accepisse, sed magnam tamẽ præse ingratitudinem tulisse:deinde quæ sequuntur hoc ipsum declarant: adiecit enim, *Quid enim si quidam fuerint increduli?* Sin autem increduli fuerint,quo pacto nonnulli dicũt, quòd illis credita sunt oracula? quid igitur ait, Quòd deus ipsis ea credidit,non quòd ipsi oraculis crediderunt,quãdo quidem quãnã rationem habeat quod sequitur? et-

C enim addidit, Quid si quidam fuerũt increduli? hoc etiam declarat id quod sequitur. adiecit enim rursus dicẽs: *Num incredulitas illorum fidem dei faciet irritam? abſit.* Hoc igitur quòd credita illis sint oracula,ipsius dei donum prædicat. Mihi porrò & hìc quoq; Pauli prudentiam cũsidera.accusationem enim eam, quã in illos detorquet,rursus non ipse à se introducit, sed ueluti ex obiectione. tauquã si dixisset: Sed fortasse dicturus es: & quænã circuncisionis huius utilitas? neque enim usi ea sunt,ut cõueniebat. Illis enim credita lex est, & tamen illi non credidere. atq; interim accusator non est admodum uehemens,sed tanquã deum criminationibus liberans:sic totam accusationem in illos randem detorquet.quid enim, inquit, ui tio uertis,quòd non crediderint? & q̃d ipsum hoc ad deum? num illius beneficẽtiam subuertit illorum ingratitudo, de q̃bus bene ille est meritus? aut honorẽ cõcessũ mutat, efficitq;, quò min⁹ ille honos sit? hoc enim uerba hæc sonãt: *Num illorum incredulitas fidem dei irritam faciet? abſit.* Tãquã siquis dixerit: Ego quẽdam honestaui, ille autem si honorem à me ad se delatum recusauit, hoc nomine incusandus nõ sum, ne

D que ea sanè honoris deprecatio benignitatẽ erga illum meam labefactat,sed illius stupiditatem arguit. Paulus autẽ non hoc solùm ait,sed & multò etiã amplius.quòd uidelicet illorum incredulitas deo nõ solùm crimen non inurit,sed maiorem etiam illius honorem,maiorem benignitatẽ declarat, quum eũ honestare uisus fuerit, qui ipsum tamẽ dehonestaturus sit. Vides quo pacto illos criminũ eorum reos facit, quibus sibi ipsi placant? Siquidẽ deus tanto illos honore dignatus est,ut ne prouidens quidẽ quod futurum erat,à beneuolẽtia erga illos abstinuerit,quũ illi tamen honestatem ipsos deum, uel per ea metipsa per quæ honestati sunt,cõtumelia affecerint. deinde ubi dixit,Quid enim siquidam fuerunt increduli? apparet aut oẽs fuisse incredulos. ut ne rursus iuxta historiam loquens uideatur acer esse accusator tãquã hostis, loco rationis ac syllogismi, id quod uerè factum fuit ponit,ita dicens: *Immo sit deus uerax, omnis autem homo mendax.* Quod autem ait,hoc est: Nõ dico, inquit, fuisse quosdam, qui non crediderint: sed si ita placet,fac oẽs fuisse incredulos: quod uerè factũ est, per assensionem concedens ut minimè tum molestus,tum suspectus esse uideatur. et enim sic magis E iustificatur, inquit, deus. quid porrò est, iustificatur? Si æstimãda ea sint, atq; examinãda, tum quę Iudęis ultrò beneficia contulit deus, tum quæ Iudæorũ in deũ facta extitere, ipsa certè uictoria à deo stabit, ut qui iura omnia secũ habeat. atq; id manifestè declarans ex ijs, quæ suprà dixit, tũ & prophetam in medium attulit his suffragantem, ac dicentem: *Vt iustificeris in sermonibus tuis,& uincas quũ iudicaris.* Ipse enim oia ⌜ ex se fecit: illi autem ne sic quidem meliores euasere. deinde ex hoc rursus obiectionẽ exurgẽtem in medium adduxit,& ait: *Quòd si iniustitia nostra dei iustitiã cõmendat, quid dicemus? Nũ iniustus deus qui inducat irã? Humano more loquor. Abſit.* Absurditatẽ absurditate soluit. Hoc autẽ quoniam obscurũ, necesse est ipsum apertius reddere. Hoc porrò est quod ait: Iudæos deus ornauit. Ipsum illi cotumelia affecerunt. ea res pstat,ut deus uincat, magnamq; illius benignitatem arguit, quòd uel tales quũ essent, honoribus dignatus sit. Igitur quandoquidẽ quòd nos in illũ iniqui,ac cõtumelios fi extiterimus, hoc ipso deus uictoriam reportauit, illiusq; iustitia illustris reddita est: quorsum, inqes, supplicio afficior, q ipse author extiti, cur ille uicerit, per ea etiã, per quæ iniurius fui? hoc igitur quomodo soluit? nẽpe alia quadã, quod dixi, absurditate: nam si tu, inquit, author extitisti uictoriæ illius,& post hęc pœnas pẽdis, res ipsa iniusta quidem. sin autem iniustè plecteris, nõ iã illi author uictoriæ extitisti. ac uide circunspectionẽ apostoli eam. quum enim dixisset, Num iniustus deus, q induF cat iram? adiecit, Humano more loquor: tãquam siquis, ait, humana ratione rem perpendẽs, loquatur. Dei enim iustitia uel ea, q̃ hìc apud nos iusta esse uidentur, lõgè exuperat, habetq; arcanas quasdam, & eas à nostris diuersas rationes. quandoquidem autẽ obscurum erat quod dixerat, idipsum rursus repetit: *Si enim ueritas dei per meum mendaciũ excelluit in gloriã ipsius, quid posthac et ego ueluti peccator iudicor?* Si enim deus, inqt, benignus, iustus, ac bonus uisus est ob ea ipsa, in quibus minimè illi obtẽperasti, nõ solũ nõ debes plecti, sed & beneficiũ reportare: quòd si hoc, inuenietur absurdũ illud, & quòd à multis circũfertur, quòd uidelicet ex malis bona, & quod mala bo-

⌜ quæ suarum essent partium præstitit.

norum causa existāt. ex duobus autem alterū necessario subsequitur, aut deū dum plectit, iniustum existere: aut dum nō punit, à malis peccatisq; nostris uictoriam reportare. q utraq; supra modum absurda. Id quod declarās & ipse huiusmodi dogmatū parentes gentiles in medium adduxit, satis esse arbitratus, ad ea quę dicta sunt incusanda, personarū ea proferentium qualitatem. ita.n.nos illi taxantes dicebant, facimus mala ut bona ueniāt. Propterea hoc ipsum apertè posuit, sic inquiēs: *Ac non potius (quemadmodū de nobis malè loquūtur, et sicut quidā aiunt nos dicere) faciamus mala, ut ueniāt bona, quorū dānatio iusta est.* Quā doquidē enim dixerat Paulus, Vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia: taxantes ipsum, ac lōgè diuersa sententia dictum detorquētes, dicebāt, oportet uitio adhæresci, ut bonis fruamur. Paulus uerò non sic dixerat. Corrigēs igitur illud, ait, quid igitur? in peccato perseuerabimus, ut gratia abūdet? Absit. Iocuti enim sumus de tempore elapso, nō ut hoc ad meditationē, exercitationemq; trahamus. Ab hac igitur suspicione illos abducēs, dixit, illud ipsum ipsorū sibile esse. Qui.n.inquit, peccato mortui sumus, quomodo adhuc in eo uiuemus? Proinde gentiles facilè strauit. illorum enim uita admodum corrupta uitiataq; erat. Iudæorū autem uita tametsi & ea neglecta esse uideretur, tamen illorū uelamenta magna erāt, lex, & circuncisio, tum autē & quòd deus cum illis uersaretur, & quòd omnium essent doctores: quāobrē & hisce illos denudauit, & eos magis ob ea plecti demonstrauit. in quod & hic orationē ipsam cōclusit. Si enim minimè puniūtur, inquit, qui talia cōmittunt, necesse est blasphemum illud prouerbiū circūferri: Faciamus mala ut ueniant bona. Sin uerò impium illud est, & qui illud proferunt pœnas dabunt, hoc enim significauit quum dixit, Quorum dānatio iusta est: liquet planè quòd plectūtur. Si enim suppliciō quidem digni sunt qui id dicunt, multò magis, q faciūt: qui si supplicio digni, digni quidē, tanquā qui peccauerint, neq; enim homo est q suppliciū infert, ut neqs calculum susp ectū habeat: sed ipse deus qui quidem nihil non iustè facit, quòd si iustè plectūtur, iniustè ea dixerunt, qui nos cauillantur. Nam deus nihil nō tū fecit, tum facit, quò nostra hominū uita eluceſcat, & undiq; recta existat. Morale.

Itaq; omnem operā nauare ipsi debemus, ut ne socordia torpescamus: hac enim demum ratione & ipsos quoq; gētiles ab errore submouere poterimus. at uero quoties uerbis tantū philosophi, ipsis in operibus decorum minimè seruauerimus: quibus tandē oculis illos contuebimur? quo deniq; ore de dogmatibus disputabimus? nam q apud illos rebus in leuioribus deliquerit, ad unūquēq; nostrū dicet, heus tu, quo tandem modo cēses me à te super grauioribus edocendum, qui nōdum didiceris, auaritiam, malū esse? qui fit, qso, ut talis quū sis, de cœlestibus rebus tractandum, ac disputandū tibi sumas? At auaritiā, malum esse nosti? Igitur & ipsum crimen grauius quidem est, quòd sciens delinquis. & quid de gentili uerba facio? neq;.n.leges eę, quibus utimur, nobis permittunt, hāc in dicendo libertatē usurpare, quoties uita nostra uitiata, ac minimè syncera fuerit: Scriptū est enim, Peccatori dixit deus, ut quid iustitias meas enarras? Iudęi olim captiui abducti quū fuissent, Persis instātibus, postulātibusq;, ut sibi diuinos illos cātus canerent, respondērūt: Quomodo cātabimus cāticum domini, in terra aliena? quòd si in terra barbara domini oracula canere phas non erat, quātò minus id animę barbarę? barbara est enim anima, quę crudelis, immitisq; est. Nā si eos q captiui sunt, quicq; extera in regione serui agunt, lex silere iubet: quanto magis eos, qui & peccati serui sunt, & exteram uitā uiuut, obserato, mutoq; ore esse cōuenit? Atqui & organa habuere tum illi. In salicibus.n.in medio ipsorum suspendimus organa nostra. Verū tamen ne sic quidē canere illis licebat. igitur ne nobis quidē (etiā si os habeamus, etiam si linguā, quę ipsa sunt sermonis organa) in dicēdo libertatem usurpare phas erit, donec peccato barbaris oībus crudeliori tyranno seruierimus. Etenim quidnam, obsecro, gentili dictu rus es, rapacitati interim atq; auaritiæ operam dās: Ab idolorum cultu recedito? deum agnoscito? ne argento, ne auro adhærescas? hęc si dixeris, nonne ex illo ridente audies? Tibi ipse hæc prius disputato. neq; enim perinde est gentilem aliquem idolorum cultui addictum, & Christianū hominem eidem peccato obnoxiū esse. qui enim ualebimus alios ab ea idolatria submouere, quū nos ipsi ab ea nō recedamus? nos enim nobis ipsis propinquiores, quā proximo sumus. quū igitur nobis ipsi non persuademus, aliis quī persuadebimus? nā siqui suā domū miminus rectè administrat, is ne ecclesiæ quidē curam habiturus est: quī fiet, ut qui ne suam quidem ipsius animā tuetur, alios corrigere posit? Mihi porrò ne hoc dixeris, te aureum idolum nō adorare: quin potius illud mihi probato, te ea non facere, quæ ipsum aurū faciēda iubet. Varij enim sunt idololatriæ modi. & hic quidem Mammonam sibi dominū, alius autem uentrem sibi deum facit, alius aliam concupiscentiā perniciosiorē. at nō ipsis sacrificas boues, quemadmodum gentiles? sed quod multò pestilentius est tuā ipsius animam pro uictima offers. at genua nō flectis, nec adoras? sed magis audiens dicto es, siquid præceperint & uenter, & aurum, & concupiscētiæ id genus alterius tyrannis: quando & gētiles hoc nomine execrabiles sunt, qd hominū affectus, deos effecerunt: cōcupiscentiam, Venerem: irā, Martem: ebrietatem, Bacchum appellantes. at nō idola sculptis illorum exēplo: uerūm maiore cum animi studio te ipse iisdem illis animi morbis submittis, q̄ Christi mębra sunt, ea meretricis membra efficiēs, cæterisq; sceleribus te coinquinas. ob quod obsecro absurditatis huius magnitudine pensitata, idolorum cultū ut deuitemus: sic enim Paulus auaritiam appellat. nec pecuniarū tā tùm cupiditatē immoderatam, sed & appetentiam omnem malā, tum in uestium, tum in mensæ apparatu, deniq; rebus in cæteris, Siquidē grauiores certè, quā reliqui pœnas luituri sumus, nisi domini legibus obtēperauerimus. Scriptū est enim: Seruus uoluntatem domini intelligens, neq; illi parens, uerberibus multis uapulabit. Vt igitur pœnam hanc effugiamus, ac tum aliis, tū nobis ipsis usui simus, uitio omni ab anima expulso, uirtutē sequendam nobis proponamus. Ita fiet, ut & futura quoq; bona assequamur: q̄ utinā oibus nobis contingant, gratia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, unà cum sancto spiritu, in secula seculorum. Amen.

Homilia septima.

Vid igitur? p̄cellimus eos? Nullo modo. Antè.n.causis redditis ostendimus tū Iudæos tum gētiles omnes peccato esse obnoxios,

sicut scriptum est: Non est iustus, ne unus quidē, nō est qui intelligat, non est qui exquirat deū, omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: nō est q exerceat bonitatem, non est usq; ad unum. Sepulchrū apertū guttur eorū: linguis suis ad dolum usi sunt, uenenū aspidum sub labus eorum. Quorum os execratione & amarulentia plenū est: ueloces pedes illorū ad effundendum sanguinē: contritio & calamitas in uiis eorum, & uiam pacis nō cognouerunt. *Non est timor dei coràm oculis eorum.* Insimulauit gentiles, insimulauit Iudæos, sermonis tenor postulabat, ut deinceps iustitiam eam exprimeret, quā fides parit. Nam si neque naturæ lex adiumento fuit, neq; quæ scripto cōstat, quicquam profecit, sed utraq; eos grauauit, qui illis non sunt rectè ac conuenienter usi, atq; adeo ut grauius suppliciū illi merei ētur, præstitit: restat, ut ne cessāria sit per gratiā salus. Igitur hāc tu nobis ò Paule exprimito, ac demonstrato. sed quòd Iudęorū petulantiam suspectam habeat, id nodum audet, imo rursus orationē Iudæis incusandis continuat. prius autē introducit accusatorem Dauid, ea multis recensentem, quæ omnia per compendiū dixit Esaias, durum apparans illis frenum: ut ne auditorum quisquā restitet, neu ab iis sermonibus resiliat, qui de fide ab eo præparātur, occupatus uidelicet, quantū satis est, à prophetarum incusationibus. tria enim summa ponit propheta, & quòd omnes simul mala fecerint dicens, & quòd bona malis nō miscuerint, sed uitiū dū taxat exercuerint, & quòd id omni cum intentione: deinde ut ne dicerent, qd igitur, si aduersus alios hęc dicta sint? addidit, *Scimus autem quòd quæcunq; lex dicit, iis, qui in lege sunt, dicit.* Quapropter post Esaiā sine ulla controuersia in illos inuehentem, introduxit Dauid, ut ostēdat & hæc quoq; eiusdē esse consequētiæ. Quid enim, ait, necesse, ut q ad uos corrigendos missus est propheta, is alios incusans reprehendat? neq; enim lex aliis data est, sed uobis. Quāobrē porrò non dixit, scimus quòd quęcunq; propheta dicit: sed, quæcunq; lex dicit? nempe quoniā uetus omne instrumentū, legē appellare solet Paulus. et enim alibi ait: Legē nō auditis, quòd Abrahā duos filios habuit? & hic itē ipsos psalmos legis nomine apellauit, quū ait: Scimus quòd quęcunq; lex dicit, iis, q in lege sunt, dicit. Deinde ostendit nec simpliciter hæc dici reprehensionis causa, sed ut lex rursus ipsi fidei uiam præsternat. tanta sanè est cognatio ac concordia ueteris testamenti ad nouū. atq; hoc certè nomine rēp̄ hensiones ac redargutiones extiterunt, ut relucens fidei ualua apud auditores adaperiatur: quando uel hoc ipsum in primis ipsos Iudęos perdidit, quòd sibi plus æquo placerent. qd igitur progrediens dixit, nimirū quòd dei iustitiā minimè quū agnoscerent Iudæi, ac propriā iustitiā statuere uellēt, dei iustitiæ nō se submiserint, anteuertens tū lex, tum propheta, ipsorum altos spiritus deiecere, fastumq; ac turgiditatem cohibuere, ut sua ipsi edocti agnoscentesq; peccata, fastu oi exinanito, suoq; periculo, & eo quidem extremo cognito, magna cū alacritate ac propēsione ad eū festinabundi accurrant, qui ipsis peccata remittit, gratiamq; eam admittāt, quā fides affert: hoc ipsum sanè & hic Paulus subindicās, dixit: *Scimꝰ quòd quæcunque lex dicit, iis, qui in lege sunt, dicit: ut omne os obturetur, & deo omnis mūdus obnoxius fiat.* Hoc.n.loco ostēdit ipsos ea qdē fiducia ac libertate nudatos esse, quā opera párere solent, uerborum autem fastū tantū, & impudentiam habere: quapropter & dictio ne propriè usus est, ut omne os obturetur: Illorū impudentem, & retineri contumacem iactantiā declarans, tum autem & illorum linguā planè obstructā. In morem enim rapidi ac uiolenti fluminis ea fereba tur. uerùm illam propheta obstruxit. porrò quū Paulus ait, Vt omne os obturetur: non hoc inquit, illos uidelicet hoc nomine peccauisse, ut ipsorum os obturaretur: sed ea de causa fuisse conuictos, ut ne hoc ignorarent, se uidelicet peccasse. Et *obnoxius fiat uniuersus mundus deo.* Non dixit Iudæus: sed, uniuersa natura. hoc.n.nempe, ut omne os obturetur, illos subindicat: quanquā non apertè illud positū est, idq; ut ne sermo asperior sit. Illud aūr, nempe, ut obnoxius fiat deo uniuersus orbis, simul tū de Iudæis, tum de gentilibus dictū est. non parū autem hoc facit ad cohibendam illorum contumaciam atq; arrogātiam, quum uidelicet hic meliore non sint cōditione quā ipsi gentiles, sed ęquè conuicti ac cōfutati per salutis uerbum. nam hypodicos, hoc est reus, obnoxiusq;, ille propriè dicitur, qui sibi ipse ad defensionē minimè sufficere quū possit, alterius patrocinij indiget, sicuti nostra erat cōditio, qui remedia ea oia amiseramus, quæ ad salutem pertinerent. *Per legem enim, peccati agnitio* Rursus legi insultauit, parcè quidē: neque enim quod dictū est, ipsius legis est increpatio, sed Iudæorum ignauiæ: ueruntamē hic studuit, quā doquidē de fide sermonē introducturus est, ipsam legem admodum infirmam ostendere. Si enim, ait, dē lege gloriaris, ea te magis pudefacit, ea peccata tua traducit. Verū nō sic aspērè locutus est, sed molliter rursus. per legē.n.agnitio peccati. Igitur & supplicium maius, sed ab ipsis Iudęis. et enim ipsa quidē lex perfecit, ut peccatum tibi patefieret, tuū iam erat ut fugeres. non fugiens igitur, maius tibi accersiuisti supplicium, ac legis beneficium maioris supplicij tibi causa extitit. Postquā itaq; terrorem auxit, tū demū ipsam gratiā adducit, Iudæos eò constituens, ut peccatorum suorum remissionē magnopere desiderēt: atq; ait, *Nūc autē absque lege, iustitia dei manifestata est.* Magnū quiddā hic prolocutus est, ac tale, ut id magno argumentationis probationisq; fundamento indigeat. nam siqui in lege uixere, supplicium nō asusgerunt, quin potius eo magis grauati sunt: q fieri potest, ut sine lege non solū supplicium effugias, sed iustificeris? duo enim summa hoc loco posuit, & quòd iustificaris, & quòd citra legē bona hæc assequeris. propterea non simpliciter dixit, Iustitia: sed, dei iustitia, à personæ dignitate maius esse ipsum donū declarās, ac promissionem factu facilem. omnia enim ille potest, nec dixit, iustitia data est: sed, manifestata est, ipsum nouitatis crimen amouens. nā quod manifesta tum est, ut uetus & occultū manifestatur: nec hoc solùm, sed q̄ sequuntur ostendunt, hoc non esse nouū. quippe ubi dixit, manifestata est, attexuit, dū cōprobatur testimonio legis ac prophetarum. Caue enim, inqt, hoc ipso quòd nunc data est, tumultueris: caue turberis, quasi si res ipsa tēporaria sit, noua, ac peregrina. eam enim tum lex tum prophetæ iam inde ab initio prædixerunt. ac partem quidē adstructionis, probationisq; huius iam ostendit, partem autē ostēsurus est. in superioribus quidem in mediū adduxit Abbacum dicentē, Iustus ex fide uiuet. In subsequētibus autem Abrahā, ac Dauid, & ipsos item de hisce nobiscum uerba facientes. magna enim erat harum

Universidad de Sevilla Biblioteca

G personarum apud illos ratio, atq; authoritas, alter. n. patriarcha erat, & propheta: alter rex, & propheta. tũ autẽ & promissiones his de rebus factæ, ad horum utrunq; factæ fuerant. ob quod & Mattheus, euangeliũ dũ auspicatur, utriusq; huius primũ meminit, ac tum per cõsequentiam in medium maiores ipsos
Matt. 1. a adducit. nam quum dixisset, Liber generationis Iesu Christi, non tum substitit, quũ post Abrahã & Isaac & Iacob dixisset, sed unà cũ Abrahã & ipsius Dauid meminit: ac qd mirũ est, & ipsum eundẽ Dauid ante Abrahã posuit, quũ ait, filij Dauid, filij Abraham. ac tum demũ recensẽre cœpit Isaac ac Iacob, cæterosq; deinceps oẽs. ob quod & hoc loco Apostolus ipsos assiduè circũuersat, atq; ait: *Iustitia autem dei testimonio approbatur legis ac prophetarum.* Porrò ut nequis di ceret: & quî fieri potest, ut qui nihil ad id, quod propositum nobis est, contribuimus, salui simus? ostendit & nos ad idipsum non parũ cõferre: nempe fidẽ. quũ igitur dixisset: Iustitia dei, addidit: *Per fidem in oẽs & super omnes eos qui credunt.* Hìc rursus tumultuatur Iudæus, nihil sẽlectum, nihil eximiũ præter alios ha
H beus, ut qui uel cum uniuerso orbe censeatur. ut ne igitur hoc illi accidat, terrore rursus illũ reprimit, addẽs: *Non enim est distinctio. omnes enim peccauerunt.* Ne que enim mihi allegaueris, Illum esse Græcum, illum Scytham, alium Thracem. omnes enim eadem cõditione sunt. nam si legem accepisti, unum modò didicisti, nimirum ipsius peccati agnitionem, non illius fugam. deinde, ut ne dicerent Iudæis: Peccauimus q dem & ipsis, sed non perinde atq; illi, attexuit: *Et destituuntur gloria dei.* Ita ut, quanuis non eadẽ cũ illis peccata admiseris, gloria tamẽ dei æquè priueris. es enim ex iis unus, qui offenderũt, qui porrò offendit, is non inter eos, qui glorificantur, sed inter eos, qui pudefiunt, recẽsetur. at tu ne terrearis. ob hoc enim hæc à me dicta sunt, non ut te in desperationẽ conicià, sed ut ostendã domini benignitatẽ. ob qd adiecit: *Iustificantur autẽ gratis per illius gratiam, per redemptionẽ, quæ est in Christo Iesu, quẽ proposuit deus recõciliatorem per fidẽ, interueniente ipsius sanguine ad ostensionem iustitiæ suæ.* Vide quot modis id probet quod dixit. primũ a personæ dignitate: neq; enim homo est qui hæc facit, ut ne illũ nõ posse dicas: sed deus ipsẽ, qui nihil non potest. dei enim, ait, est iustitia: deinde, a lege ac prophetis. Testimonio. n. ait, approbatur legis ac prophetarũ. ne enim quòd uerbũ id, absq; lege, audieris, terreare. hoc. n. ipsi legi ita uidetur. tertiò à uictimis, quæ in ueteri testamento fierent. ob hoc enim, ait: interueniente ipsius sanguine: memoriã illis refricans ouium illarum, ac uitulorum. Si enim pecudum, ait, mactationes peccata abluebant, multò magis sanguis hic. nec simpliciter dixit, emptionem: sed, redemptionẽ, ut ipsi amplius ad eandem rursus seruitutẽ ne redeamus. quo nomine & ipsum uocat reconciliatorẽ, declarãs, quòd si typus tantũ robur habuit, multò magis ueritas ipsum hoc præstabit. ac rursus ostendens, non hoc esse recens ac nouũ, usus est hoc uerbo, proposuit. & proposuit deus. ac patris hoc extitisse beneficiũ ostẽdens, illud idẽ & filij quo que extitisse declarat. pater. n. proposuit, Christus aũt interueniente suo ipsius sanguine rem totã cõfecit. *Ad ostensionem iustitiæ ipsius.* Quid hoc sibi uult, ad ostensionẽ iustitię ipsius? quemadmodum diuitiarũ ostensio facit, ut non solũ ipse diues sit, sed & alios diuites reddat: & uitæ ostensio, ut non ipse solùm u i uens sit, sed & mortuos uiuificet: & potentiæ, ut nõ K ipse solũ potens sit, sed & infirmos confirmet: sic & iustitiæ ostensio facit, ut non ipse modò sit iustus, sed & alios in peccatũ collapsos de repẽte iustos effi ciat. hoc igitur & ipse interpretans, addidit, quid sit ostensio. *Vt sit ipse iustus, & iustificans eũ qui est ex fide Iesu.* Ne igitur dubites. non enim ex operibus, sed à fide: neu dei iustitiam declines. duplex enim illius bonum, quod uidelicet tum leue est, tũ omnibus propositum: neu pudore atq; erubescentia tenearis. si. n. ipse, dum hoc facit, ostẽtat sese, ut sic dicam, & gloriatur, & sibi placet: quî fit ut tute ob id erubescas, ac pudeãs, ob qd dominus tuus glorificatur? Quũ igitur erexit auditorẽ, hoc ipso quod dixit, ⌜dei iusti *ostentio.* tiã esse, ⌝ quę facta sunt: rursus detrectantẽ, & accede *nem iusti* re pigrescentẽ terrore impellit, sic dicẽs: *Propter remis tiæ dei es* *sionem præteritorum peccatorum.* Vides ut assuè illis *se.* memoriam renouet peccatorum, superius quidem dicens, Per legem enim agnitio peccati: postea aũt, *Hic sup.* Quòd omnes peccauerint. hic autem acrius. neque *rà. c* enim dixit, per peccata: sed, per remissionẽ. hoc est mortificationẽ. non iam enim salutis spes erat, sed si L cuti corpus paralyticum cœlestis manus indigebat, sic & aĩa mortificata. & quod grauius est, tanquã crimini loco ponens, ostendit maiorem esse accusatio nem. quid autẽ illud est? In dei tolerantia remissionẽ extitisse. neq; enim uobis, ait, dicere liceat, quòd mul tam tolerantiam, ac facilitatem nacti non fitis. uerbum autẽ id, *In præsenti tempore*, eius est qui magnã tolerantiam ac clementiam exhibet. quum enim in desperationem, inquit, essemus adducti, ac sententiæ tempus adesset, tum aũt adaucta essent mala, ac pec cata ad complementum usq; peruenissent, tum deus suam ipsius potentiam ostendit, ut intelligas quanta sit apud eũ iustitiæ exundãtia. neq; enim hoc à principio factum si fuisset, sic admirandum atq; incredibile uisum fuisset, ut nunc, quum medicinæ modus omnis refutatus, deploratusq; est. *Vbi igitur gloriatio? excluſa est*, inquit, *per quam legem? operũ? nequaquã: sed per legem fidei.* Magnopere elaborat Paulus ut ostendat, fidem tantũ ualuisse, quantùm ne ipsa quidem lex imaginatione concipere potuerit. quando quidẽ M enim dixit, quòd à fide deus hominẽ iustificat, legẽ rursus attingit. nec dicit, ubi igitur sunt Iudęorũ merita? ubi iustorum operũ pręstatio? sed, ubi gloriatio? ubiq; ostendens illorum nudam iactitantiã, tanquã ij essent, qui cæteros præcellerent, sed nullum tamen uirtutis opus ederent. porrò quum dixisset, ubi gloriatio? non addidit, extincta prorsus est ac periit: sed, excluſa est. quod uerbi de re iam exoleta dicitur. neque. n. ea gloriatio amplius tempus habet. nam quẽ admodum iudicii tempus quum instat, non iam tẽpus habent, quos pœnitentiæ capit uoluntas: sic & sententia quũ lata fuerit, sintq; oẽs iamiam perituri, atq; is pręsto fuerit, qui mala ea, sua gratia eluat, non iam tempus habent, correctionẽ eam obtendendi, quam à lege sumere possent. nam si illis adminiculis nitendum erat, ante illius aduentũ id faciendũ erat, eo autem iam præsente, cuius est per fidem seruare, sublatum est in futurum ipsum certaminũ tempus. Is enim sic fide salutem affert, quasi illa oĩa refutata iam ac cõuicta forent. quapropter nũc ille aduenit, ut ne, si à principio aduenisset, dicerẽt, fieri quidẽ po tuisse, ut quis per ipsam legem seruaretur, & laboribus propriis & meritis. hanc igitur illorum obserans impudentiam,

λύτρωσιν sed ἀπολύτρωσιν. ἱλαστήριον, *utrunq; generis esse põt. i. propitiatorium siue recõciliationẽ, ut ad Iudæorũ propitiatorium. respiciat. quod & Origeni et Theophyl. placet.*

A impudentiã, magnã ille temporis morã interposuit anteq; aduenirẽt, ut oĩbus iam refutatis, cũ illi sufficere sibi non iam possent, tum demũ ipse per gratiam eos seruaret. quapropter & superius cũ diceret, Ad ostensionẽ iustitiæ, addidit: In præsenti tpe. quòd si nonnulli cõtradixerint, perinde illi facturi sũt, ut si quis magnis à se delictis admissis, quibus in iudicio defendendis par minimè sit, iudicis sníia damnatus, aliud nihil, q̃ suppliciũ expectet: pòst aũt liberalitate, ac gratia regia, supplicio eo liberatus cũ fuerit, ita demum impudens sit, ut dimissus glorietur, ac se nihil commeruisse, nihil peccati admisisse profiteatur. gratia. n. nondũ accepta innocẽtiam probare oportebat, qua adepta iactantiæ locus relictus nõ fuerit. quod quidẽ & Iudæis usu uenit. quandoquidẽ enim ex se ipsi cõuicti essent, ob hoc aduenit ille suo, aduẽtu illorũ iactantiam tollens. qui enim se infantiũ præceptorem esse profitetur, legisq; noĩe gloriatur, tum aũt insipientium institutorẽ se dictitat, æquè atq; illi præceptore interim ac seruatore indigens, is sanè nõ iam gloriandi causam habuerit. si enim antea circũ
B cisio præputium facta est, multò magis nunc. nã ea ab utrisq; temporibus eiecta, explosaq; est. cum aũt excluſam dixit, ostendit & quo pacto. quî igitur excluſa est? per quã legem? operum? haudquaquã: sed per legem fidei. ecce & fidem quoq; legẽ uocauit, libenter in ipsis uerbis perseueras, ut nouitatem, quæ esse quidẽ putabatur, leniat. quæ porrò fidei lex est? per gratiam seruari. hoc loco dei potentiã ostendit. quòd uidelicet nõ seruarit solũ, sed & iustificauerit, & in gloriationẽ duxerit, operum quidem nihil indigens, sed fidẽ tantũ exigens. hæc aũt, ait, tum Iudæũ eum, qui iam crediderit, ad modestiam præparans: tum eũ, qui nondũ crediderit, compescens, ut eum ad se illiciat. nam qui salutem iam fuerit adeptus, si sibi hoc nomine placeat, quòd legi intentus sit, audi turus est, quòd ea quidẽ lex ipsius os obturauit, ea ipsum reprehendit, ea ipsius salutẽ interdixit, ac gloriationẽ excluſit: qui uerò nondũ crediderit, rursus p hæc eadẽ animos remittens, poterit ad fidẽ accedere. Vides quãta fidei exundantia? ut submoueat à su perioribus factis, ne ob ea quidem gloriari sinens?
C *Arbitramur igitur fide iustificari hominem absq; operibus legis.* Vbi ostendit eos ab ipsa lege Iudæis esse superiores: tum demum magna cũ fiducia, & de ipsa uerba facit, ei rei medelam rursus afferens, q̃ res hoc quidem loco turbationem afferre uidebatur. nam duo hæc erant quæ Iudæorũ animos turbabant. unum quidẽ, si qui ab operibus seruati minimè essent, eos sine operibus seruari posibile esset: alterũ aũt si præputiatos æquum esset eadem illa assequi, quæ assequerentur ij, qui tantũ temporis in ipsa lege enutriti permãsissent. quod posterius priori illo ipsos magis perterrefaciebat, propterea illud ubi adstruxit, ad hoc deinceps se confert, quòd Iudæos sic turbabat, ut & ipsum Petrũ, fide iam accepta, hac de causa increparent, ob Corneliũ, eaq; facta, quæ de illo euenisse narrant. Quid igitur ait? *Arbitramur igitur fide iustificari hominem, absq; operibus legis.* Non dixit Iudęũ, aut eum qui sub lege esset, sed orationem in campũ latiorem educens, ac salutis ualuas uniuerso terrarũ orbi pandens, ait, hominem, cõe naturæ nomẽ adhibens. deinde ex eo ansam capiens, nõ positam obiectionem soluit. quãdoquidem enim uerisimile erat fore, ut Iudæi, ubi audiissent, quòd fides quẽuis homi-

nem iustificat, ægre ferrent, atq; offenderentur, D addidit: *Num Iudæorum deus tantũ?* Ac si dixisset, Quãobrem enim hoc absurdum esse uidetur? quòd uidelicet quiuis homo seruatur. num deus, singularium deus est? hoc ipso declarans, quòd qui gentibus incommodare, illisq; iniuriã inferre uolunt, dei potius gloriam labefactant: siquidẽ minimè illũ cõcedant omniũ esse deũ. qui si omniũ deus est, & oĩbus certè consulit: si autẽ oĩbus consulit, omnes per fidem æquè seruat. ob quod ait: *Iudæorum ne tantùm, an non & Gentium? certè & Gentium.* Neq;. n. singulorũ est, quales ij sunt, quos Græcorum nobis narrant fabulæ: sed omnium cõis, & unus. ob quod & attexit: *Quandoquidem unus deus.* Hoc est, Idẽ & horum & illorũ dominus. sin uerò uetera mihi allegas, & tum quoq; ipsa prouidentia cõis erat. quãuis diuerso modo. tibi enim lex scripta data est, & illis lex naturalis. qua quidẽ in parte nihilo illi inferiores fuere, si modò uoluere. quin & superiores facti, uictoriã reporta re potuerunt. quapropter & adiecit, hoc ipsum innuens: *Qui iustificabit circumcisionem ex fide & præputium,* Ea sũggerens, quæ suprà de præputio & circun E cisione dicta sunt, per quæ ipsa nullum planè esse in ijs discrimen declarauit. quòd si tum ita se haberet res, multò magis & nunc. quod quidem & apertius nunc adstruens, ostendit utrunq; pariter fidei indigere. *Legem igitur irritam facimus per fidem? absit. Immo legem stabilimus.* Vides prudentiam uariam & immensam. per hoc. n. uerbum, stabilimus, ostẽdit nõ stantẽ, sed dissolutam. ac uide Pauli prudentiæ excellentiã, quanta cũ abundantia, q̃ uult, adstruit. hic. n. ostendit fidẽ non solũ non labefactare legẽ, sed illi esse auxilio, sicuti & ipsam legẽ, fidei uiã aperientẽ. Quemadmodũ. n. lex anteuertens, fidei testimoniũ *Hic sup. c* attulit: cõprobatur enim, ait, testimonio legis ac prophetarum: sic & hæc fides ipsam legem inualidam stabiliuit. Et quo pacto stabiliuit inquies? quodnam obsecro, erat legis opus? & in quo tandẽ illi erãt omnia? nempe ut iustum faceret hominẽ. uerũ illa quidem hoc præstare nõ ualuit. Oẽs enim, ait, peccaue *Ibidem.* runt. fides aũt superueniens id præstitit. simul enim ut quis credidit, iustificatus est: Igitur legis uoluntatem firmauit, atq; ipsum illud ad finem deduxit, cu- F ius gratia omnia lex eadem faciebat. non igitur legẽ fides irritam, sed ratam, absolutamq; fecit. Tria igitur hic demonstrauit: & quòd sine lege fieri põt, ut iustificeris: & quòd hoc nõ potuit ipsa lex: & quòd fides cũ eadem lege non pugnat. Nã quandoquidẽ hoc Iudæorum animos maximè turbabat, quòd uidelicet uideretur fides legi esse cõtraria: ostẽdit plus etiam, q̃ uelit Iudæus, non solùm non esse contrariã, sed ualde sociam, auxiliariam & cooperariam: Id qd maximè cupiebant audire.

Morale.

Enimuero quandoquidẽ post gratiam hanc per quam iustificati sumus, & recto quoq; uitę instituto opus est, agè studium tanto dono dignum exhibeamus. Exhibebimus porrò, si bonorũ matrem charitatem studioſẽ, accuratęq; seruauerimus. Est autem charitas, nõ nuda uerba, nõ salutationes simpliciter præstitæ, sed præsidium ac patrocinium, operibusq; ipsis coniuncta uoluntatis demonstratio. uerbi gratia: Si quẽ paupertatis uinculis soluis, si quibus morbo afflictis opitularis, si quem à periculis, in quibus uersatur, asseris, si quibus afflictione ac necessitate

G presis ades, si fletū tuum cū alterius fletu, si gaudiū cum gaudio coniūgis, nā & hoc quoq; charitas est. atqui pusillum quidē hoc uidetur esse, uidelicet, siqs una cum gaudentibus gaudeat: sed tamē id permagnū sanè est, ac tale, ut & animū philosophicū postulet: permultosq; inuenias, qui molestius illud officiū cū præstent, leuiori tamen hoc fungi nō possint. Nā multi unà cum flētibus, flent quidē & ipsi, iidem tamen non ēt unà cū gaudentibus gaudent: quin potius alijs gaudio exilientibus, illachrymantur. quod ipsum sanè est inuidentia, ac malignitas. Itaq; non tenue ego, sed altero illo præstantius meritū arbitror, quōties quis fratre gaudente gaudet. fortasse autem nec illo altero solū præstantius, cū quis uidelicet unà cum flentibus flet & ipse, sed & illo, cum quis in periculo uersanti proximo adest. quippe multi alijs in periculum adductis, & se quoq; unà in idem periculū coniiciunt: iidem tamen alijs laudatæ uitæ institutoseſe cōmendantibus, ac uulgo bene audientibus, se ipsi mordent, atq; excruciant. tanta est inuidentiæ ipsius tyrannis. q̄q̄ hoc quidem nō nisi à laboribus sudoribusq;, illud aūt ab ipsa solū uolūtate atq; animi H sententia proficiscitur: nihilo tamen secius quod molestius est permulti cū ferāt, quod procliuius, haudquaquam perficiunt: quinimmo macerantur: discreuntq;, quoties alios uita cōmendabili seſe hominibus probare uiderint, quoties dei ecclesiam uel uerbo, uel alio quouis modo auctā, adiutamq; intellexerint, qua re quid exitiosius esse queat? neq; n. qui hæc cōmittit cum fratre tantū, sed & cū dei uoluntate depugnat. hoc ergo considerans, morbū hmōi sedato. & si minus proximū, at certè te ipsum à malis infinitis eximito. quid bellum cogitationibus tuis infers? quid animā perturbatione coples? quid tempestatem cies? quid cœlū terris, mare cœlo misces? q sic affectus poteris peccatorū ueniam postulare? nā si qui aduersum se admissa, alijs nō remittunt, ijs de⁹ peccata non condonat: quā tandem peccatorū condonationem ijs largiturus est, qui in eos iniurij sunt, à quibus nulla ipsi tentati sunt iniuria? summę enim malitiæ argumentū hoc est. ac certè id genus hoīes unà cum diabolo ecclesiæ bellum inferunt. Fortasse I etiā & multò pestilentius. Nam diabolū euitare sanè possis. at hi sumpta amicitiæ persona clàm ignē succendūt, se prius ipsos in caminū coniicientes, ac morbo laborantes non solū misericordia indigno, sed & admodū ridiculo. quid enim, quæso te, impallescis? quid tremis? quid formidolosus es? quid tandē mali accidit? quòd clarus, quòd splēdidus, quòd bene audiens frater est? Igitur coronari oportet, ac lętitia exilire, deumq; glorificare: quòd uidelicet membrū tuū relucens, & illustre. At tibi dolet quòd deus glorificatur? uides quò bellum ipsum pertineat? Dices: At nōn mihi molesta dei gloria, sed fratris, uerū per hūc fratrem gloria ad deū conscendit: igitur & bellū itidem à te exortum. at nō hoc, inquis, mihi dolet, sed uelim deum per me glorificari. Igitur fratre bene audiente gaude, ac tum per te ēt iterum deus glorificabitur: dicentq; oēs, benedictus deus, qui tales famulos habet, ab omni inuidentia liberos de alienis bonis inter se congratulantes. Sed enim quid hic de fratre uerba facio? Nā ut hostis is sit, atq; inimicus, per quem deus glorificatur, hoc certè nomine cōuenit, ut tu illū tibi amicum reddas. At tu qui iam amicus est, eum tibi inimicum reddis, posteaquā deus per illius uitam inculpatam glorificatur. Itáne uerò qui K corpus tuum affectū curauerit, inimicus tibi antea cū esset, hunc protinus amicum tibi in posterum cēses: eum aūt qui Christi corpus, hoc est ecclesiā exornat, amicus antea cum esset, hunc tu inimicū ducis? quánam alia melius ratione bellum te aduersus deū susćipere ostendas? Ob hoc certè ut signa quis edat, ut uirgo permaneat, ut sobrius sit, ut humi ēt decubet, atq; eiusmodi uirtutib⁹ uel ad ipsos angelos accedat, omniū tamen sceleratissimus fuerit: hoc uitio si laborauerit, & adultero, & scortatore, & prędone, & sacrilego iniquior. Ac nequis me quòd sermonis modū minimè seruem insimulet, illud libēs uos interrogauerim. Siquem uideremus ignē manibus, ac ligonem gestantē, hanc ędem unà cum altari demoliri, euertere, incendere: nōne fieret, ut ab oībus ijs q̄rem fortè spectarent lapidibus obrueretur, tanq̄ impius, & exlex? quid igitur? si quis flāmam gestet, hoc, quo utimur, igne edaciorem, inuidentiam dico, nō lapidum ædificia demolientem, neq; aureum altare euertentem, sed, quod lōgè & lapidibus & altari pretiosius est, præceptorum ædificiū subuertentem, ac L deuastantē: hic qua tādem uenia dignus esse queat? Absit enim ut mihi hic rei exitū excuses, dicasq; usu sæpe eueniſſe, ut rem quis aggressus sit, nec perfecerit, tamen. rei enim cuiusq; iudiciū, pro authoris animo pensatur. quandoquidē & Saul, Dauidem interfecit, uel uoti sui compos minimè effectus. An non, obsecro, aīo uersas, te Christi ouibus insidias struere, quoties cū pastore depugnas? pro quibus ouibus & sanguinem ille effudit, & nihil non nos tum facere, tum pati iusit? non te ipse commonefacis, quòd dominus tuam quidē gloriam, non ēt suam exquisiuit, cum tu tamen non domini, sed tuam unius gloriam persequaris? q̄q̄ si illius gloriam sequereris, tum demum & tuam quoq; assequereris. Vbi illius gloria posthabita, tuam dum quæris, ne hāc quidē unquā assecuturus es. Quænam ergo morbi huius medela *furore*
inueniri queat? Coniunctim oēs, preces fundamus, *agitatis*
unam eandemq; pro ipsis uocem tanq̄ pro energu- *aut à dæ*
menis edentes. hi enim hoc infeliciori sanè cōditio- *mone ob-*
ne sunt, q̄ illi, quòd furor hic non nisi à certo animi *sessis.*
proposito ortum habet. precetaq; ac supplicatione M
permulta morbus hic indiget. Nam si qui fratrē nō amat, ut etiam pecuniarum impensæ non parcat, ac martyrio illustretur, is nihilo inde magis proficit: cōsidera, quanto is sit supplicio dignus, qui illi aduersatur, à quo nulla unquam iniuria est affectus? Certè hic ipse gentilibus deterior est. si enim mutuus inter nos amor, nihilo nos illis meliores, superioresq; efficit: quem tandem, obsecro, gradum obtinebit, qui amorē sibi prestitū inuideūa remuneratur? etenim bello quidē perniciosior est inuidentia. nam qui bellum gerit, sublata belli causa, inimicitias desinit. At inuidentiæ morbo qui laborat, amicitiam nunquā inierit. & præterea aperto ille marte rem agit, hic aūt adumbrato. Ille honesta quadam ratione bellū excusare potest: hic aūt aliud nihil, quā insanit, animo præditus satanico. Cui nam igitur huiusmodi animum contuleris? cui uiperæ, cui serpenti, cui lumbrico, cui cantharo? hoc certè animo neq; deterius, neque sceleratius quicquam. hoc enim malū, hoc, inquam, malum Christianorum cōuentus subuertit, *Cain in-*
hoc hæreses peperit, hoc fraternam manum armauit, *uidia mo*
perfecitq; ut iusto sanguine dextra madesceret: *tus fratrē occidit.*

A hoc naturæ leges à suis compagibus motas reuellit, hoc morti ualuas adaperuit, & execrationem illam ad opus deduxit, ac neq; parturiginū, neque parentū, neq; alterius cuiusuis rei memorē esse miserū illum permisit: uerū tali furoris, atq; insaniæ œstro extimulauit, ut uel deo exhortante, ac dicente, Sub *Gen. 4. a* te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius: ne sic *Sad te cō*
quidem animum emolliret. atqui & crimine eū ab- *uersio e-*
soluit, ac fratrē etiā illi submisit: sed tamen morbus *ius. ita*
ita erat imedicabilis, ut uel sexcētis pharmacis adhi- *ēt habēt.*
bitis pus scaturiret. Quamobrē igitur omnium mi- *lxx. quos*
serrime doles? ánne quòd honoratus sit deus? hoc *hic sequi-*
ipsum uerò mētis est prorsus satanicę. an potiꝰ, quòd *tur.*
frater à uitæ morūq; integritate uulgo melius te audit? tibi uerò rursum licet illū exuperare. quamobrē si uincere uis, ne iugules, neu interficias: sed finito illū, ut luctæ subsistat argumentū, ac uiuentē uincito. sic enim futurum est, ut honorificā laureā reportes. nūc autē illum cū sustuleris, mereris sanè, ut omnibus etiam calculis uictus pronūcieris. Sed scilicet nihil quicq̄ eorum quæ dixi, inuidētia respicit. quā-
B nam autem de causa & gloriæ appetens es, tali in solitudine? Ipsi enim tum soli terram inhabitabant. uerū ne hoc quidem illum cohibuit: quin omnibus ab animo excussis, à diabolo stans, in acie seſe collocabat, animo ad confligendum parato, Etenim diabolus idem tum una cum Cain belli ducē agebat. nā quandoquidē illi nō satis fuit, quòd homo mortalis iam effectus fuisset, ipso etiā mortis genere tra- *Ibidem. b*
gœdiā ipsam amplificare enixus est, sic ut illi persuaserit, fratris paricida ut fieret. urgebat enim ac desiderabat dei sententiam in opus editam uidere, qui ipse nostris mortaliū malis nullo unquam tempore satiatur. Nā quemadmodū siquis aduersariū in neruo ac compedibus habens, & quidē mortis in eum sententia iā lata, antequā urbe egrediatur, festinet, ac tēpore congruo minimè expectato, illum uel intra urbē trucidatū uidere percupiat: sic & tum diabolus fecit. Is enim tametsi audiisset fore, ut homo ī terrā reuerteretur, concupiuit amplius quiddā uidere: filiū uidelicet morientē ante patrem, & fratrem à fratre intereuntē, & intempestiuam & uiolētam necem. uides quā multas ad res subseruierit inuidētia? C ut insatiabilem diaboli animum impleuerit, eidēq; mensam tantā apposuerit, quantā uidere ille expetiuerat. Igitur morbū hunc fugiamus. non enim licet: non, inquā, licet præparatū illum diabolo ignē effugere iis, qui hoc morbo liberati non fuerint. liberati porrò erimus, si cogitauerimus quem nam in modum nos tum amauerit, tum inter nos amare iusserit Christus. quo igitur modo nos amauit? sanguinē illū pretiosum dedit pro nobis qui & inimici, & quā grauissimis criminibus affines, obnoxiiq; eramus: *Ioā. 13. d*
hoc pacto & te ipse erga fratrē gere. propterea enim inquit, nouum mādatū uobis do: sic inter uos amate, ut & ego dilexi uos. Immo uerò nō intra hos terminos amoris inter nos mutui modus cōsistit. Ille enim id, quod dixi, inimicorū causa præstitit. At tu *Mat. 18. c*
recusas tuum sanguinem pro fratre dare? quid igitur *Γdecē mi-*
illius sanguinē effundis, præcepto ex diametro repu- *lia talēto*
gnās? quanquā quod ille fecit, id nullo debito fecit. *rū cōdo-*
tu aūt cum id facis, mandatum imples. quādo & il- *nata fue-*
le cuiΓ talenta mille condonata fuerant, decē tamen *rāt cēsū.*
denarios exigens, non ob hoc solū condemnari meruit, quòd exigeret, sed quòd ne ob beneficētiā qui-
dem sibi factā, melior euasisset, nec domini exēplū D
secutus, debitum exoluisset. etenim debitum quoq;
erat, quod ab illo seruo erga cōseruū suū, præstitum
fuisset, si modò præstitum fuisset. quæcunq;. n. facimus, ea debitū implētes facimus. propterea & ipse
ait: Omnia cū feceritis, dicite, inutiles serui sumus: *Luc. 17.*
q̄. n. facere debebamus, ea fecimus. Charitatē igitur
cū exhibuerimus, indigentibus pecunias cū largiti
fuerimus, debitum implemus: non solū quòd ille
prior beneficus in nos fuerit, sed quòd q̄ illius sunt,
distribuimus, si quādo damus. quid te igitur ijs priuas, quorū ille dominū esse te uoluit? ob hoc enim
iusit, ut tu eas pecunias alteri dares, ut tu eas haberes. quandiu enim tu solus eas retines, ne ipse quidē
tenes: cum autem & alteri das, tumet ipse eas capis.
Num quicquam est, quod amorē hunc exæquare
queat? Ipse sanguinem pro inimicis effudit, nos aūt
ne pecunias quidem pro eo q de nobis bene meritus est: ipse sanguinē suū, nos autē ne pecunias quidē ad nos, minimè spectantes damus: ipse ante nos,
nos aūt ne post ipsum qdem: ipse pro nostra salute,
nos aūt ne pro nostro quidē cōmodo. nihil. n. quicq̄ E
illi accedit ex nostra benignitate, uerum lucrum ipsum totū ad nos ad postremum reuertitur. propterea enim iubemur pecunias dare, ut ne iis excutiamur. quemadmodū enim cum argentum puerulo
quis donat, iubet diligenter ut uel asseruet, uel famulo asseruandum credat, ut ne possit quispiam uolue- *Mat. 6. e*
rit illud eripere: sic sanè & deus factitat. da. n. inquit, *& luc. 12. d*
indigenti, ut nequis abs te auferat, aut calūniator,
aut diabolus, aut fur, aut post hos omnes mors. donec. n. ipse eas retines, tutò non retines. quòd si mihi per pauperes dederis, tibi ego oia accuratè asseruo, atq; eas tibi in tēpore debito magno cū fœnore
rependam. non enim, ut auferā capio, sed ut plures,
quàm sint efficiā, ut accuratius custodiā, ut tibi ad
illud usq; tempus asseruē, cū nullus erit qui mutuò
det, nullus qui misericordia moueatur. quid igitur
nobis est immanius, qui ne post tot promissiones
quidē sustinemus ipsi mutuò dare? propterea n. soli
tarij, nudi, ac pauperes ad eū discedim⁹, pecunijs ijs
amissis, q̄ nobis cōcreditæ fuerant, quòd eas nō deponimus apud eū qui accuratissimè omniū asserua- F
re pōt, quo noie extremas pœnas luituri sumus. qd
enim in iudiciū tracti dicere ipsi poterimus pro illarum amissione? quā causam quā defensionē præterdere? quamobrem. n. non dedisti? diffidis te rursus
eas accepturum? quî uerò id ratione constet? nam q
ei dedit, abs quo nō acceperat, nōne multò magis,
cū acceperit, daturus est? At te delectat aspectus? ob
hoc igitur multò etiā magis dato, & pecunias spargito, ut illic plenius delecteris, cum nullus eas interuersurus est: quandoquidē si nunc retinueris, mala
lues infinita. Diabolus. n. diuitibus insilit, canis exēplo, offulam aut placentam de pueruli manibus auferre uolētis. patri ergo eas demus quòd cū à nobis
factū diabolus uiderit, recedet: is ubi recesserit, tum
tibi omnes pater cū securitate redditurus est, cū tibi obstrepere ille non poterit, futuro scilicet seculo.
usqueadeo in præsentia diuites nulla re differunt à
puerulis iis, quibus canes infesti esse solent. quos circum uidelicet diuites, allatrare oēs solent, quósque
lacerant, ac trahunt non homines solùm sed & illiberales affectus, gula, ebrietas, adulatio, intēperātia
omnis. Iā si quid mutuò dare uelimus, disquirimus,

G à quibus multũ capere posimus: eosq; circunspicimus quos gratos futuros sperauerimus, hic aũt secus facimus. deũ relinquimus, qui sic gratus esse solet, ut uel centuplũ prębeat, interim eos disquirẽtes, Mat.19.d qui ne ipsam quidẽ sortẽ reddunt, quid.n.nobis uẽter redditurus est, multa cum absumpserit? stercus ac corruptionẽ. quid autem inanis gloria? inuidentiam ac malignitatẽ. quid autem parsimonia? curã ac solicitudinẽ. quid autẽ intẽperantia? gehennam, ac uermem uenenatũ. hi.n.sunt diuitum debitores, ab ipsa summa ac sorte usuras id genus pendentes, nimirum hic incommoda, tum autem & quæ expectantur mala. His ergo, obsecro, debitoribus tantũ supplicij, usuræ loco, afferentibus pecunias nostras mutuas dabimus, ac non potius ipsas Christo credemus, cœlũ, uitam immortalem, arcana bona offerẽti? quámnã uerò defensionẽ usurpabimus? nã quã obrẽ nõ das ei, qui daturus, ac qui ẽt omnino plura daturus est? fortasse ob id quod multo pòst tempore dat. atqui & hac quoq; in uita dat. Verus est enim Mat.6.d sermo ille. Regnum cœlorũ quærite, & hæc omnia H addentur uobis. Vides liberalitatis ac munificẽtiæ magnitudinẽ? Illa tibi, inquit, asseruata sunt, nec minuũtur, cũ iterim seculi huius bona tanq̃ additamẽti ac corollarij loco largior. Adde his qd redditum longo pòst tempore debitum, opes tibi tuas auget. nam fœnus quidem maius fit. Etenim in fœneratitijs pecuniis id usu uenire uidemus, ut fœneratores libẽtius ijs expensum ferant, qui quod mutuò acceperint, multo post tẽpore soluturi sint. nam qui protinus resoluit, is fœnoris cursum interrumpit, q aũt in soluendo serus est, is quæstũ maiorẽ efficit. Itáne uerò obærandis hominibus moram non ægrè ferimus. sed & modis oĩbus, maior illa ut fiat, excogitamus: obærando autem deo sic nos pusillanimes gerimus, ut hoc noĩe cũctemur, ac tergiuersemur? quanq̃ ille, quod iam dixi, uel hìc dat, atque unà cũ ea, quã dixi, causa, & aliud quiddã maius dispẽsans i cœlis totum recondit. nã rerũ earũ quas ille largitur magnitudo, doniq; illius pulchritudo, uitæ præsentis uilitatẽ transcendit. neq;.n.fieri potest ut in corpore mortali ac marcido illas immortales coronas 1 capias, neq; in uita hac tumultus ac turbationis plena, tum aũt multis mutationibus obnoxia, stabilẽ illã & immotã quietẽ recipias. Iam uerò si fortè aliena in terra ageres, nullos inibi famulos habens, ⌈neque te domũ tuã recipere ualẽs, tibi qui aurum deberet, polliceretur, id se tibi numeraturũ multis utiq; precibus ab eo contenderes, ut tibi illud domi potius, quã in extera ea regione persolueret: at uerò spiritualia illa & arcana bona hìc tibi numerari postulas. quantæ, quæso, id dementiæ fuerit? nam si hìc accipis, mortalia prorsus accipis: qui si tempus illud expectaueris, ĩmortalia tibi & integra reddet. si hìc accipis, plumbũ accipis: sin uerò illìc, aurũ permultum purum putum. ueruntamen ne præsentibus qdem bonis te priuat. nã & unà cũ illa pollicitatione Mat.19.d & aliam adiecit, ita inquiens: Quisquis rerum cœlestium amore capietur, centuplũ accipiet in hoc seculo, & uitæ æternæ hæreditatem assequetur. Quòd si centuplũ minimè accipimus, in causa sumus ipsi, q mutuum non damus ei, qui tantũdem dare potest. hi enim omnes qui dederunt, tantundẽ ipsi receperunt, ut etiã pauca dederint. quid enim, obsecro, magni Petrus dedit? nõne rete confractum, & calamũ, & hamũ solũ? sed tamen terræ illi uniuersæ domos K deus aperuit, & terram, & mare expandit. ac nemo nõ illum in suas ædes uocauit. atq; adeò omnes bona sua à se diuendita ad illius pedes deferebant: Actor.2.g neque enim in manus coniiciebant, ut qui non id sibi audentiæ sumebãt: tantũ illi honorẽ unà cum munificentia tribuebant. Dices: At ille Petrus erat. quid Mat.19.d tum ô bone? neq;.n.uni Petroshæc deus promisit, neque dixit: Tu uerò ô Petre cẽtuplũ accipies solus: sed, quisquis reliquerit domũ aut fratres centuplum accipiet. neque enim personarũ differentiam ille nouit, sed rerũ merita. At me, inquis, liberorũ chorus circũsistit, atque ego illos diuites relinquere aueo. quorsum igitur illos pauperes efficimus? nã illis omnia si reliqueris, rursus incertæ custodiæ tua oĩa cõmittis: qui si illis deũ relinquis cohæredem ac curatorem, infinitos thesauros relinquis. Quemadmodũ.n.cũ de nobismetipsis ultionẽ sumimus, nobis tum deus nõ opitulatur, cũ aũt illius arbitratui rem permittimus, tum expectationẽ nostrã rei exitus superat: sic & in pecuniarũ ratione usu uenit. si nostrã in eis cogitationem fixerimus, desinit ille de illis curam habere: sin illi negotiũ totũ cõmiserimus, fiet, L ut & illas, & liberos item in omni securitate collocet. porrò quid admiraris si in ipsõ deo hoc usu uenit? etenim & id ipsum quoq; in ipsis hoĩbus euenire uidemus. nã si moriens propinquorũ neminẽ ad liberorũ tuorũ curã suscipiendã uocaueris, pudore ac uerecundia suffunditur persæpe, uel qui admodũ tutelæ suscipiẽdæ cupiẽs est, quo minus ultrò ad eã accurrat: qui si in illum curam hãc reieceris, is ut cui honos hic à te habitus fuerit, uoluntati tuæ magnopere satisfacere curabit. Itaq; si liberis tuis magnas opes relinquere uis, dei prouidẽtiam relinquito. Nam qui nullũ tuũ opus cũ extaret, ⌈tibi & animam dedit, & corpus formauit, & uitã item largitus est: is ubi te tale tantumq; studium præstare, tũ autẽ liberorum tuorũ facultates unà cũ ipsis liberis sibi impertiri uiderit, nónne illis diuitias omnes adaperiet? Etenim si Elias tenui farina nutritus, postea quã uidit mulierculam illã se sic excipere, sic amplecti, ut uel proprijs liberis anteponeret, tantam in uiduæ domo bonorũ abundãtiã exhibuit, ut inibi & M area tritico, & torcular uino exundaret: cogitato q̃tam Elię dominus benignitatẽ exhibiturus est. Absit igitur ut hoc cõsideremus, quemadmodũ liberos relicturi simus diuites, sed quemadmodũ uirtute p̃ditos. nã si opibus cõfisi fuerint, nullius rei alterius curã suscepturi sunt ut q habituri sint, unde morũ prauitatẽ adũbrare possint: nempe à facultatum abundantia. qui si uiderint sese illo solatio atque auxilio destitutos, omnem operã nauabunt, ut uirtute ipsa magnũ paupertati solatiũ acquirant. Ne igitur opes illis relinquas, ut uirtutẽ relinquas. nã summæ quidem est amentiæ, illis dum uiuimus facultatũ omniũ nostrarũ dominiũ nõ permittere, ab obitu uerò nostro magnam iuuẽtutis leuitati licẽtiam relinquere. quãquam dũ uiuimus ipsi, possumus qdem eos ad rationis calculos uocare, facultatib⁹ nõ rectè utẽtes emẽdare, ac cohibere. uita uerò functi, si unà cum orbitate ac iuuentute, & opum quoq; licẽtiam addiderimus: fiet profectò, ut in infinita præcipitia miseros illos ac calamitosos impellam⁹, ignẽ igni adiicientes, & oleum foco instillantes. Quapropter si illos citra periculũ uis diuites relinquere, relin

⌈*illis. de liberis. n. intelligẽdum Budæus annotauit.*

3.Reg.17.c

quito

A quito eis deũ debitorem, ipsi deo has testamẽtarias tabulas porrigito. nã pecuniæ tuæ si ad liberos tuos deuenerint, ne hi quidem sciẽt cuinam largituri eas sint. quin potius in sycophantarum & quidẽ ingratorum manus incident. qui si anteuertens illas deo mutuas dederis, incolumis in posterũ thesaurus manebit, ac nullo certè negocio subsequetur mutui redditio. Nam gratiam habet deus, & cũ nobis debet, & cũ dependit: libentiusq; fœneratores suos contetur, q̃ eos à quibus nihil mutuò accepit: ac quib⁹ maximè ille debet, hos & maximè amat. quamobrem si perpetuam cũ illo amicitiã inire uis, perficito multum tibi ille ut debeat. neq; enim perinde delectatur suis debitoribus creditor, ut deus suis creditoribus. ac quibus nihil debet, eos auersatur: quibus aũt debet, ad eos accurrit. Oẽm igitur operam nauemus, ut illũ in ære nostro habeamus. hoc enim tẽpus fœnerationibus maximè accõmodum est, ut quod indigentijs constet. Si igitur in præsentia deo nihil dederis, tui sanè nõ egebit, postquam hinc aliò fueris profectus. hìc enim sitit, hìc esurit. sitit aũt quando B tuam salutẽ sitit: ob hoc & mẽdicat, ob hoc nudus errat, omni ope tibi æternam uitam conquirens. ne igitur illũ despicias. neq; enim ⌈nutritum iam sese esse uult, sed nutriri: nõ indutum, sed indui: & tibi aureũ illud uestimentũ præparare, stolamq; regiam. Nõne uides medicos eos, qui curiosiores quidẽ sunt, cum ægroti lauantur, & ipsos quoq; lauari, ut ẽt lotione nõ egeant. haud aliter & deus ipse pp te laborantẽ, nihil non facit. propterea à te nulla cũ uiolentia postulat, ut tibi copiosius retribuat: ut intelligas, quòd nullla quidem indigentia pressus postulat, sed salutẽ tuam nutantem, lapsabundamq; erigẽs. ob hoc ad te ille uili in habitu accedit, dextram porrigens: cui si obolum modò dederis, haud auerſatur. quem si cõtempseris, nõ abscedit, sed rursus ad te adit. amat enim, amat ualde nostram salutem. pecunias igitur contemnamus ne contẽnamur à Christo, pecunias contemnamus, ut & pecunias assequamur. nã si hìc eas asseruauerimus, eas omnino tum hìc tum illic amittemus. quod si liberaliter eas dispertiemur, magna nimirum opulentia in utraq; uita perfruemur. q C ergo diues fieri uult, fiat pauper ut diues fiat, insumat ut colligat, spargat ut congreget, quæ ipsa si tibi noua ac parum credibilia uidentur, eum contemplator, qui sementem facit: ac cõsidera, ne illum quidẽ plura cogere aliter posse, nisi bona sua spargat, nisi q̃ parata habet, effundat. sementem igitur & nos faciamus, cœlumq; tanquam agrum colamus, uti & multa cum abundantia metamus, & perennia bona assequamur: gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, una cum sancto spiritu in secula seculorum. Amen.

Homilia octaua.

Ca.IIII. *Vid igitur dicemus inuenisse Abrahã patrem nostrum secundum carnẽ? Nam si Abraham ex operibus iustificatus fuit, habet quod glorietur, sed non apud eum.* Vbi dixit, quòd mũdus deo obnoxius Sup.3.c.d factus est, quòd oẽs peccauerunt, quòd gloriatio excluſa, quòd aliunde salutẽ assequi non licet, nisi à fide: deinceps ostendere studet, quòd ne dedecori qdem est hæc salus, sed relucentis gloriæ causa, ac maioris q̃ quę operibus cõstat. Nam quòd & salus ea, q̃ cum dedecore paratur, tristitia quadam coniuncta est, & hãc quoq; suspicionem tollit: q̃q & ipsum hoc

iam innuit, cũ non salutem modò sed iustitiã appellauit. Iustitia.n.dei, ait, ĩ ipso reuelatur. Qui enim sic D Sup.3.b saluus fit, ut iustus, cũ fiducia saluus fit: nec iustitiã solũ appellauit, sed dei ostensionem. deus porrò rebus in gloriosis, splẽdidis, ac magnis se ipse uẽditat. ueruntamen & ex ijs quæ proposita sunt, ipsum hoc adstruit per interrogationẽ ipsum sermonem prosequens. quod quidẽ solẽne illi semper est, tum ut perspicuitatem, tum ut fiduciã dictis suis afferat. etenim & superius ita fecit, cum diceret: Quid igitur habet ĩ quo præcellat Iudæus? &, Quid igitur præcellimus Ibid.4.a eos? Nullo modo. ac rursus: Vbi gloriatio? excluſa Ibidem.b est. & hìc quoq;. Quid igitur dicemus Abraham patrem nostrũ? Quando quidem.n.hunc Iudæi sursum Ibidem.d ac deorsum uersabant, quòd uidelicet patriarcha cũ esset, tum autem deo amicus, circũcisionem primus omniũ accepisset: ostendere uult quòd & ipse quoq; ex fide iustificatus sit. quod quidem magnæ uictoriæ exuberantia erat. nam absq; operibus unum aliquem ex ipsa fide saluũ fieri, nihil sanè inconueniens fuerit. Eũ uerò qui meritis ac rectè factis insolescat, E non quidem hinc, sed à fide iustum efficiri: id uerò mirabile erat, ac tale quod fidei uim ac robur maximè declararet. Quapropter alijs oĩbus prætermissis, ad hunc orationem reuocat. Ipsum porrò patrem secũdum carnem nominauit, ⌈hac ratione eum depellẽs ⌈*excludẽs eos a uera ipsius cognatione.* ab ea germana cognatione, q̃ illi cũ eis intercederet, ac gentibus quasi uia strata indicãs propinquitatẽ, quam cũ illo haberent. deinde ait: *Si enim Abraham ex operibus iustificatus fuit, habet quod glorietur, sed non apud deum.* Cum igitur dixisset, quòd deus circuncisionem ex fide iustificat, & præputium item per fidẽ, atq; hoc satis superq; adstruxisset ijs, q̃ suprà posuit: & per ipsum quoque Abraham plenius ipsum idem demonstrat, q̃ promiserit. committitq; ipsam fidem cum operibus, quandam ueluti pugnã proponens, totumq; certamen circa ipsum iustum firmat. nec id simpliciter. undę & grauitatem ualde asseruat, patrẽ illum uocans, eosq; ad necessitatẽ cogens, illi in omnibus parendi: Ne enim mihi, ait, Iudæum ad leges, neu uel hunc uel illum in medium adducas. Ego.n. ad ipsum demum fastigium, atq; unde ipsa circuncisio initium cepit, conscendo. Si enim Abrahã ex operibus iustificatus est, ait, habet quod glorietur, sed non apud deum. Obscurum quidem dictum hoc: igitur necessariũ est manifestius ipsum reddere. Sunt enim gloriationes duæ, altera ab operibus, altera à fide: cum igitur diceret, si ex operib⁹ iustificatus est, gloriationem habet, sed non apud deum: ostendit quòd & à fide posset gloriationem, & quidem longè maiorẽ, habere. Magna enim Pauli uis in hoc maximè declaratur, quod in contrarium detorsit quod F propositum erat. & quòd ipsa operum salus habebat, in quo & gloriaretur, & confideret: hoc ipsum multò magis à fide existere ostẽdit. Nam qui ob ipsa opera gloriatur, labores proprios habet quos obtẽdat. at qui ob hæc effertur, ac sibi placet, quòd deo fidem addixerit suam: multò maiorem gloriandi occasionem ostentat, ut qui dominũ glorificet, ac magnificet. Quæ.n.natura minimè dictauit (de ijs loquor, quæ oculis nostris subiecta sunt) hæc à fide erga illũ præstita admittit, tum germanã charitatẽ aduersus illum præ se fert, tum illius potẽtiã illustri præconio celebrat. Hoc ipsum porrò generosissimi est animi, & philosophicæ sententiæ, & sublimis cogitationis.

G Etenim nec furem esse, nec parricidā, uel cuiuslibet esse posit. at credere quòd impossibilia possit deus, hoc uerò magni admodū animi indiget, & magnopere erga illū affecti. etenim germanæ charitatis hoc signū est. Siquidē & deum quoq; honorat quisquis illius mandata implet: multò uerò melius hic, q fide philosophatur. Ille.n.ei obedit: hic aūt cōuenientem de eo opinionē accipit, eumq; glorificat atq; admiratur uehementius ipsa operū demonstratione. Illa ergo gloriatio eius est, qui rectè aliquod factū præstiterit. Hæc aūt deum ipsum glorificat, ac quanta est, tota ipsius est. gloriatur enim ob hoc quòd magna quædā de eo concipiat, q̄ quidem in illius gloriā redundant. unde ait erga deū habere ipsum gloriationem, non ob hoc aūt solū, sed ob aliud. gloriatur.n. rursus fidelis, non quòd deū amat solū germanè, sed & quod ab illo magnū honorem assecutus est, magnam itē dilectionem. Quemadmodū enim ipse illum adamat, magna quædā de illo imaginatus, hoc enim dilectionis argumentū: sic & deus illum diligit sexcentorū criminum reum, nō tantū supplicio liberans, H sed & iustū efficiens. Habet igitur quamobrem glorietur, se magna admodū charitate dignū habitum fuisse. *Ei uerò qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam. sed secundum debitum.* Igitur hoc maius, inquies? nequaquā. etenim credenti imputatur. nunq̄ autem imputaretur, nisi & ipse quidpiam attulisset. Quapropter & hic debitorem habet deū, nec uulgarium rerum debitorē, sed magnarum ac sublimium. Illius rerò animi sublimitatē ubi ostēdit, & spiritualem cogitationē, nō simpliciter dixit, *Credenti: sed, credēti in eum qui iustificat impium.* Cogita enim quantū hoc sit, nempe credere, ac certam persuasionem concipere: quòd possit deus, eum qui in impietate uitā trāsegerit, de repentè nō modò merito supplicio liberare, sed & iustū efficere, tum aūt immortalibus illum honoribus dignari. Ne igitur existimes hunc imminui, quòd illi nō secdm gratiā imputatur. ipsum enim hoc maximè facit, ut fidelis elucescat, quòd uidelicet tantā assecutus sit gratiam, tantamq; exhibuerit fidem. ac uide & retributionē maiorem: illi enim merces datur, huic aūt iustitia. Iōgè autem I præstat mercede iustitia. est enim multiplicē mercedem cōprehēdens remuneratio, ipsa iustitia. Id ergo Abrahæ exemplo cū declarauit, & ipsum quoq; Dauid adducit ijs quæ dicta sunt suffragantē. Quid igitur ait Dauid? & quem tandē beatum dicit? eum qui operibus turget, an eū qui gratiam assecutus est? eū qui remissionem ac donū obtinuit, an eum qui fidē ac beatitudinem? beatitudinē porrò cū dico, bonorum omnium fastigiū dico. sicuti enim iustitia amplius quiddā est ipsa mercede, ita beatificatio maius quiddam est ipsa iustitia. cū igitur ostendit iustitiam potiorē esse, non ob hoc solū, quòd eam Abraham acceperit, sed ab ipsis ēt cogitationib⁹, habet enim, ait, quod glorietur, sed nō apud deum: & alio rursus modo ipsam augustiorē, ac magis uerendā ostēdit, adducēs Dauid illi suffragantē. etenim hic (ait) eum beatum facit, qui ita fuerit iustificatus, cū dicit: *Beati* Psal 31. a *quorum remissæ sunt iniquitates.* Videtur porrò nō cōuenientes testimonium adducere. neq; enim dixit, beati quorū fides ad iustitiam imputata est. Id quod prudens quidem facit, non ēt ignorans, ut maiorē ostēdat hyperbolen. nā si beatus est hic, qui à gratia remissionem accipit: multò magis qui iustificatus est, quiq; fidem præ se fert. porrò ubi beatificatio, ibi certè dedecore omni sublato magna gloria existit. est enim ipsa beatificatio mercedis cuiuslibet intentio, incrementū & gloria. quapropter ī quo ille præstat, id non scripto expressum ponit, dicens: Ei uerò qui operatur, merces non imputatur secdm gratiam. In quo aūt fidelis præcellit, id per testimoniū scripto expressum adstruit, dicēs, Sicuti dixit Dauid, Beati quorum remissæ sunt iniquitates. Quid.n. dicit, inquis, quòd non secundū debitū, sed secundū gratiam accipit remissionem: sed ecce, hic est qui beatur. quemutiq; minimè bearet, nisi eundē magnā obtinere gloriam intelligeret. nec ait, remissio igitur hæc in circūcisionem: sed quid? *Beatificatio hæc (quod amplius quidem erat) in circuncisionem, an in præputium?* Quæstionis est enim, bonū hoc & magnū cū utro cōsistat, cum circuncisione, an cum præputio? ac uide hyperbolen. ostendit.n. illud non solū præputium auersari, sed libēter cum eo uersari, uel ante circuncisionē. quādoquidem enim qui sic beat, & ipse circuncisus erat, Dauid, & circuncisos alloquebatur: uide, ut studuerit Paulus, quod dictum est ad præputiatum appellere. Connectens enim iustitiæ beatificationem, ostendensq; utrunq; unum esse, quērit quo pacto iustificatus fuerit Abrahā. Videamus quo pacto iustificatus est præputiatus cum esset, an circuncisus. præputiatus īquit: *Dicimus enim quòd imputata fuit Abrahæ fides ad iustitiam.* Superius scripturam cum citauisset, Quid enim (ait) scriptura dicit? Credidit autem Abraham deo, & imputatū est illi ad iustitiam. Hic Gen.15. b & loquētium quoq; fidem assumit, ostenditq; in præputio iustitiam extitisse: deinde ab his obiectionem aliam exurgentem soluit. Si.n. qui præputiatus erat, inquit, iustificatus est, qua tandē causa circuncisio introgressa est? *Signum accepit*, inquit, *& signaculum iustitiæ fidei: quæ inerat illi in præputio.* Vides, ut ostenderit Iudęos ueluti asseclarum comitumq; loco esse? ⌜uel ipsos præputiatos illis adiectos adiūctosq; fuisse?⌝ Si enim iustificatus quidem est tum, cum præputiatus esset, ac coronatus est, postea aūt circuncisionem accepit, certè posteriores introgressi sunt Iudęi: Igitur præputiatorum prius ⌜est pater Abraham, eorum, inquam, qui illi per fidem fuerint cōsanguinei, & tunc qui in circuncisione. duplex enim est pater. Vides fidem splendescere? quousq; enim ea accederet, non iustificatus est patriarcha. Vides præputium impedimentum nullum afferre: etenim præputiatus erat, nec prohibitus est iustificari. fide igitur posterior est circuncisio. & quid miraris si fide circuncisio posterior est, quando & præputio quoq;? nō solùm aūt fide posterior, sed & ipsa ēt longè inferior: ac tantò certè inferior, quantò signum re ipsa cuius est signum inferius est. Verbi gratia, Quantò militis insigne milite ipso inferius est. dices, & quamobrem signaculo egebat? non ipse egebat. quamobrem ergo illud accepit? Vt *esset ipse pater cōis, & credentium per præputium, & eorum qui in circuncisione essent.* Sed non simpliciter eorum qui in circuncisione, idcirco adiecit: *Iis qui non solū genus ducerent à circuncisione.* Si enim præputiatorum ille pater, non quòd præputiatus est, quanquam in præputio iustificatus, sed quòd ipsius fidem sunt æmulati: multò minus circuncisorum erit pater, propter circuncisionem, si fides abfuerit. Circuncisionem enim accepit, ut utrique, ait, ipsum habeamus patrem, nec ⌜qui circ-

K

L

⌜quatenus & istos præputiatis illis adductos fuisse ostendit hoc è Budæi codice mutatum.

⌜al. primum.

⌜præputiati circuncisio expellāt.

A circuncisi fuerint præputiatos expellāt. uides ut præputiati hi ipsum priores patrē habuerint? Quod si uenerandum quiddā est circuncisio, quòd iustitiā uidelicet prædicet, non paruā & præputium præstantiam obtinet, ut quòd iustitiam eā ante circuncisionem acceperit. tum ergo tibi licebit patrem illū habere, cum ingressus fueris uestigiis fidei, nec contenderis, nec tumultuatus fueris, legē introducēs. quānam, obsecro, fidem mihi narras? nempe eam quæ fuit in præputio. Rursus Iudaicam turgiditatē ac fastum cōpescit, iustitiæ tempus in memoriā redigēs. & rectè dixit, *Vestigijs*: ut tu æquè atque ille in corporum mortuorū resurrectione credas. etenim ille circa hoc ipsum fidem exhibuit. Quare si præputium explodis, apertè discito, ne ipsam quidem circuncisionē tibi prodesse. nisi enim fidei uestigiis insistiteris ut sexcenties circuncisus fueris, nō eris Abrahæ filius quādo & circuncisionem hoc noie accepit, ut ne q in præputio esset, te fastidiret ac reiiceret. Caue itaq; ab illo id exigas: factū enim eiusmodi tibi, nō illi auxilio fuit. At illud & iustitiæ signum ait. & hoc pro
B pter te: quando nunc ne hoc quidē est. tum enim tu corporeorū signorum egebas: nunc aūt his minimè opus. dicet aliquis: Num à fide licebat animæ ipsius uirtutē perdiscere? licebat quidē. Verū & hoc item additamento indigebas. quandoquidem enim animæ uirtutē nequaquā es æmulatus, neq; uidere potuisti, data tibi est sensibilis circuncisio: ut posteaq; te hac in re corporali exercueris, sensim deducaris & ad animi contēplationē: ac studiosē ipsam complexus, tanquam dignitatē maximam, imitari ac reuereri patrem edocearis. atq; hoc non in circuncisione modò deus instituit, sed & in aliis itē omnibus: nimirū in sacrificiis, in sabbatis, in festis. Nam quòd causa ille tua circuncisionē acceperit, audi quæ sequuntur. cū enim dixisset, quòd signū accepit, & signaculum, causam apponit, dicens: Vt *ipse esset pater circuncisionis*, iis qui & mentalem assumunt. nā si hāc solū habueris, nihil tibi amplius accedit. Signū enim & hoc est, cū ipsa res penes te extiterit, hoc est ipsa fides. quandoquidem si hac carueris, ne ipsum quidē signum, signum esse potest. cuius.n. signū erit: cuius signaculum? cum ⌜non sit qui obsignetur. haud aliter quā si nobis balteum ostenderis, signaculum habens, nulla re intus repositā: quapropter ridicula circuncisio fuerit, nisi fides intus adfuerit. nam si ea iustitiæ quidem signum est, iustitia autem carueris, sit, ut ne signū quidē habeas. hac.n. de causa signū accepisti, ut rem exquireres cuius signū habes. quādoquidem si ipsam citra hoc exquisiturus esses, huius non indigeres. non hoc aūt prædicat solū circūcisio, iustitiam uidelicet, sed iustitiam, quæ in præputio esset. Aliud igitur nihil circuncisio prædicat, nisi quòd circūcisione minimè opus. *Etenim si ij qui ad legē pertinent, hæredes sunt, inanis facta est fides, & irrita facta est promissio.* Declarauit quòd necessaria esset fides, quòd circuncisione uetustior, quòd lege fortior, quod legē cōmēdet. nā si oēs peccauere, necessaria: si qui ꝓputiatus esset, is iustificatus est, uetustior. si per legē agnitio peccati, absq; autem lege manifestata est, fortior. si legis testimonio probatur, & legē firmat, nō aduersaria, sed amica, & socia: declarat rursus & aliunde fieri non potuisse ut per legem hæreditatē assequereris. quā fidē cū cōparasset circuncisioni, uictoriamq; reportasset, eandē rursus le-

C

⌜nulla res sit q̄, aut pro qui, lege, quod.

gi opponit, sic inquiens: *Si enim qui ad legē pertinent, hæredes sunt, inanis facta est fides.* Vt nequis enim diceret fieri posse, ut fidem habeas, legēq; serues: ostendit id esse impossibile. Nam qui ipsam legem amplectitur, tanquam quæ salutē afferat, is fidei uim improbat: ob quod ait, Inanis facta est fides: hoc est, non opus est salute ea, quæ per gratiā fit: neq; enim ea potest suū ipsius robur declarare. etenim Iudæus fortasse dixerit, Quid enim mihi fide opus? Igitur si hoc uerū unà cum fide & promissio pessum ut. uide ut in oibus, ab ipso patriarcha à summo rei totius initio cū ipsis depugnet. nam cū ostendit illinc iustitiam unà cū fide hæreditariam factam, ostendit & promissionem similiter. ut ne enim diceret Iudęus, Quid mihi curæ est, si per fidē iustificatus est Abraham? dicit Paulus, Ne id quidem quod ad te maximè pertinet, nēpe possessionis promissio, potest sine illa ad opus deduci: quod maximè illos territat. quāmnam porrò promissionē ait? ut mundi hæres sit, & in eo omnes benedicantur. & quo tādē pacto irrita facta est hæc promissio? dixerit aliquis, *Nā lex irā operatur. Cuius n. lex non est, huius nec transgressio.* E Quòd si irā operatur, & trāsgressioni obnoxios facit: liquet planè quòd & execrationi quoq;. porrò q execrationi, supplicio ac trāsgressioni obnoxij sunt: ij ne digni quidē sint, qui hęreditatē cernāt, immo & pœnas dare, & expelli merētur. Quid igitur? Accedit fides gratiā illiciēs, ut promissio ad opus deducatur. ubi.n. gratia, ibi uenia: ubi uenia, ibi nullū supplicium: supplicio porrò sublato, ac iustitia à fide accedente, nihil prohibet hæredes nos fieri promissionis eius, q̄ à fide datur. *Idcirco igitur ex fide*, ait, *datur hæreditas, ut secundum gratiam firma sit promissio uniuerso semini nō ei quod est ex lege tantū, uerumetiam ei q̄d est ex fide Abraham, qui est pater omniū nostrum.* Vides quod nō solū legem stabilit fides, sed & ipsam hāc dei promissionē perire non patitur. Lex autē è diuerso & fidem irritam facit, præter tēpus obseruata, & promissionem impedit. propterea ostēdit non solùm non superuacaneam esse fidē, sed & sic necessariam, ut sine ea ne seruari quidē possis. Lex.n. iram gignit: omnes enim eam transgressi sunt. hæc autē irā prorsus coalescere nō patitur. *Cuius enim non est lex*, ait, *huius ne-* F *que trangressio.* Vides ut non solùm peccatū exortū deleat, sed ne ipsum quidem exoriri sinat. propterea ait: *Per gratiam.* Quamobrem tandem? non quidem ut pudefiamus, Sed *ut firma sit promissio uniuerso semini*. Duo bona hic ponit, quòd uidelicet & firma ea sint, quæ dantur: & quòd uniuerso semini ea parata sint. eos q à gentibus oriūdi sunt cogēs, Iudęosq; ostendens exclusos esse, si ad fidei auditū nomē cōtētionē mouerint. Hoc enim firmius illo. neq; enim te fides damno afficit, ne cōtētionem cieas, sed te à lege in periculum adductū, seruat. deinde posteaq; dixit, uniuerso semini, diffinit, qualinā semini. *Quod est ex fide*, inquit, Connectens cognationem quæ ad gentes pertinet, ostendensq; non posse eos ob ipsum Abraham sibi placere, qui non perinde crediderint, atq; ille. ecce & aliud quiddā tertiū fides operata est. nam cognationem eam, quæ ad iustū pertinet, accuratiorem fecit, tum aūt plurium liberorū patrē declarauit. Vnde nō simpliciter dixit Abrahā, sed nostri credētiū patris, deinde testimonio dictū obsignans: *Sicut scriptum est*, inquit, *patrē multarū gen-* Gen.7.a *tium constitui te.* Vides hęc iam inde ab initio ordina

G ta? Quid igitur, dixerit aliqs, si de Ismaëlitis aut Amalecitis, aut Agarenis hęc dicit? Hoc certè ulterius progressus manifestius ostendit non de illis prolatum fuisse. sed interim ad aliud festinat, per quod & ipsum hoc declarat, propinquitatis huius modũ desiens, ac ⌜magno cũ consilio⌝ hoc adstruẽs. Quid. n. ait? *Ad exemplũ dei cui credidit.* Quod porrò ait, hoc est: Quemadmodum deus non est singulariũ deus, sed omnium pater: sic & ipse. & rursus, sicuti deus pater est nõ secũdum naturalem cognationem, sed secundum fidei necessitudinẽ: ita & ipse. obedientia enim patrem facit, ac genitorem omnium nostrũ. quandoquidẽ enim hãc cognationẽ nihili faciebãt, crassioremq; illã retinebant, ostendit hanc esse magis ratam, orationem ad deũ deducẽs, ac unà cum his & illud demonstrans, quòd uidelicet fidei retributionẽ hanc acceperit. quare nisi hoc adfuerit, omniumq; extiterit pater terrã inhabitantium, uerbum id, ad exemplum, locum non habet, sed mancũ factum est dei donum. ad exemplũ enim sonat, perinde. quí enim mirum fuerit, obsecro te, patrem illũ esse suorũ, & à se genitorũ? hoc. n. quiuis homo assequitur. quod. n. nec opinatum est, illud quidẽ est: quòd uidelicet, quos à natura nõ habuit, eos ut dei dono acciperet. Quare si credere uis, patriarchã fuisse honorẽ assecutum, credito & illũ eundem omniũ esse patrẽ. Vbi autẽ dixit, ad exemplũ dei, cui credidit, non intra ea uerba constitit, sed & addidit: *Qui uitæ restituit mortuos, ac uocat ea, quæ non sunt tanquam sint:* Iam hinc ueluti iactis fundamentis, de resurrectione sermonem præparans, ut qui ei ad rem propositam accõmodus esset. Si enim possibile illi mortuos uitæ restituere, & ea quę non sunt, tanq̃ ea quę sunt producere: possibile eidem & eos, qui ab ipso nati non fuerint, ipsius filios efficere. ob quod non dixit, qui producit ea quæ non sunt: sed, qui uocat, maiorem facilitatem ostendens. quemadmodũ. n. nobis facile est uocare ea, quæ sunt: ita ei facile, ac multò facilius, ea quę nõ sint, in rerum naturã producere. porrò cũ dei donũ magnũ esse dixisset, & immẽsum, deq; illius potestate disseruisset, ostẽdit & Abrahę fidẽ dono ipso dignã esse, ut ne putes eum I temerè honestatũ fuisse: excitatoq; auditore, ut ne Iudęus obturbet, obstrepat, aut animi pẽdeat, ac dicat: quî fieri potest, ut qui filij minimè sunt, filij tamẽ fiant? traducit orationẽ ad patriarchã atq; ait: *Qui præter spẽ sub spe credidit, se fore patrẽ multarũ gentiũ, iuxta id quod dictũ est, sic erit semẽ tuũ.* Quo pacto pter spẽ sub spe credidit? præter spẽ humanã, sub spe dei. ostẽdit. n. & rei magnitudinẽ, nec finit tamẽ fidẽ dicto abrogari, quæ inter se pugnantia sunt, fide ipsa temperante. Quòd si de illis loqueretur qui ab Ismaële ortum habuerunt, superuacanea hæc esset oratio. illi enim non secundũ fidem, sed secundum naturã geniti sunt. Sed & Isaac in mediũ adducit. nõ enim pro illis gẽtib⁹ credidit, sed pro eo qui ab uxore sterili edendus esset. si igitur merces est, patrẽ multarũ gentiũ fieri: de illis gẽtibus intellige, pro quibus credidit uidelicet. nã ut scias de his illũ loqui, audi q̃ sequuntur: *Ac non infirmatus fide, haud consideravit suum ipsius corpus iam emortuum.* Vides ut impedimẽta ipsa ponat, & altum iusti animum omnia transcendentẽ. præter spẽ, inquit, quod promissum erat: primũ hoc impdimẽtum. neque enim ipse alterum Abrahã habuit, quem uideret sic susceptisse filium. nam qui ab illo extitere, ad illum respexere. ille aũt K A ad nullum, sed ad deũ solũ. quapropter, præter spẽ, dixit. deinde, corpus emortuum: hoc secũdũ. & mortificatio uuluæ Sarræ: hoc & tertiũ & quartum. *Verũ ad promissionem dei non hæsitavit ob incredulitatem.* Neque enim demonstrationẽ dedit, neque signum fecit deus, sed uerba erant nuda solum, promittentia ea, quæ natura non pollicebatur. sed tamen nõ hæsitauit, inquit. non dixit, illũ nõ incredulum fuisse: sed, non hæsitauisse, hoc est ne animo quidem suspenso, ancipiti, ac dubio fuisse. porrò autẽ quòd tot ei impedimenta existerent, inde edocemur, ut in numera etiã, quæ impossibilia quidẽ uideantur, promittat deus, nec ea admittat qui audierit, eam imbecillitatem non ab ipsarũ rerum nasci ingenio, sed ab eius stultitia, qui nõ admittit. *Sed robustus factus est fide.* Vide Pauli philosophiam. nam quandoquidem agebatur tum de iis, qui opera præstant, tũ de iis qui credunt, fidemq; exhibẽt suã, ostendit eum q credit, maius opus illo præstare: tum aũt maiori fortitudine, maiori robore indigere, nec contemptibilem ac uulgarem laborem sustinere: etenim eleuabant Iudęi, attenuabantq; fidẽ, tanquam quæ laborem nõ haberet. Igitur aduersus id sese obfirmans, ostendit non eũ solũ, qui temperantiã, aut aliud id genus meritũ præstat, sed & eũ quoque qui fidem credulitatẽq; affert, magna admodũ uirtute ac potentia indigere. Quemadmodum enim roboris ille eget ad propellendos à se adorientis intemperantiæ insultus, ita & huic quoq; ualido ac potenti animo opus est, ad defendẽdas, explodẽdasq; incredulitatis cogitationes. Quí igitur fortis extitit? Fidei, inquit, non cogitationibus rem ipsam cõmisit. alioq futurum erat, ut laberetur, animumq; desponderet. qui porrò fidem præstitit? *Tribuens gloriam deo,* inq̃t, *certa persuasione concepta quod* ⌜*is qui promiserat, idem potens esset & præstare.* Igitur ipsum hoc non curiosẽ indagare scilicet, est deum glorificare, sicuti curiosẽ indagare, est peccare. Quòd si quoties inferiora hęc curiosẽ nimis perscrutamur, inquirimúsque, deũ minimè glorificamus: multò magis quoties domini ortum superuacanea curiositate inquirimus, tãquã qui iniuriam inferamus, extrema patiemur. si enim M resurrectionis typum exquirere minimè oportet, multò minus arcana illa, & horroris ac reuerentiæ plena. nec dixit, credens, simpliciter: sed, certa persuasione concepta. nã tale quiddam fides est, ⌜nimirum apertior, manifestiorq; demonstratione ea, quam perpendẽtis animi ratiocinatio parit, atq; adeo maiorem in suadẽdo uim obtinet. neq; enim fluctuat, si qua fortè alia cogitatio in eam introgressa fuerit. etenim qui perpendentis hinc inde animi ratiocinationibus paret, is certè & sententiã mutare possit. at qui fide se obfirmat, auditionẽ suã cogitationibus iis quæ nocere possunt, ueluti uallo munitam occludit. Cum igitur dixisset, quòd à fide iustificatus esset, declarat quod & deum à fide glorificauerit qđ ipsum uitæ maximè proprium est. Luceat enim lu- Mat.5.b men uestrum coràm hominibus, ut uideant bona opera uestra, & glorificent patrem uestrũ qui in cœ iis est. ecce hoc fidei esse apparuit. Rursus autem ut opera indigent roboris, ita & fides. In ipsis quidem operibus præstandis usu sępe uenit, ut sudorem corpus patiatur: in ipsa autem fide, animæ simplicis, ac nudæ meritum existit. quamobrem maior est la

⌜*multa cũ magnificentia.*

Gen.15.b

⌜*id quod promiserat. potẽs.*

A bor, quum ea uidelicet certaminũ sociũ, participẽq; non habeat. Vides ut omnia, quæ operis erant, ostẽdit maiori cũ exuberantia ipsi fidei inesse. Verbi gratia, Gloriari erga deũ, fortitudinis ac laboris egere, ⌜*Quod p* deũ rursus glorificare. per hæc porrò uerba⌝ *Qui pro-* *miseræ.* *miserat, idem*⌜ *potens esset & facere.* Videtur mihi & de futuris aliquid prædicere. neq; enim præsentia solũ promisit, sed & futura. Hæc enim illorũ typus erant. Est igitur incredulitas mentis infirmæ, pusillæ, ac miseræ. Quamobrẽ quoties nobis nonnulli credulitatẽ uitio uertent, illis contrà uitio uertamus incredulitatẽ, ut miseris, pusillanimibus, insipientibus, infirmis, & asinis ipsis nihilo melius habẽtibus. Quemadmodum enim credulitas, animi est magni, ac sublimis: ita incredulitas animi est exilis, ratione maximè carẽtis, & ad pecudum amentiam depressi. Itaq; illis omissis ipsum patriarcham æmulemur, ac deum glorificemus, quemadmodum & ille gloriã illi dedit. Quid porrò illud est, gloriam illi dedit? illius iustitiam, illius immensam potentiam considerauit, tum autẽ conuenientem de eo cogitationẽ sibi sumpsit, atq; ita demũ plenã ac certã promissorum persuasionẽ B induit. Morale.

Igitur & nos quoque illum glorificemus, tum per ipsam fidem, tum per ipsa opera, ut mercedem hãc accipiamus, ab illo scilicet ut glorificemur. Eos enim q Luc.12.a. me glorificant, ait, glorificabo. quanquam si nulla etiã proposita esset merces, uel hoc ipsum gloria fuerit, nempe quòd digni habiti fuerimus, qui deũ glorificemus. Nam siqui regum laudes decantant, celebrantq;, ij ob hoc tantummodo magnopere sibi placent, ut nullus inde alius fructus existat: considera quãtę demũ glorię fuerit, si dominus noster per nos glorificetur? quemadmodũ & quanti supplicij, si authores ipsi fuerimus, ut per nos ille blasphemetur, ac malè audiat. quanquã hoc ipsum, nępe glorificari, causa ille nostra fieri uult. ipse enim re ipsa minimè indiget. Quantũ enim esse putas deum inter & homines discrimen? an quantum inter homines & lumbricos? sed nullum prorsus dixi discrimen uel tãto à me posito. neque enim id quantum sit uerbis exprimere queas. Igitur num uelles ipse à lumbricis gloriã capere magnam ac splendidam? nequaquã. ergo si tũ te glorię sitiens, hoc nolles: qui hoc affectu uacat, at C que ab eo intãtum est remotus, is quo tandẽ pacto gloriæ à te manantis indiguerit? Sed tamẽ uel minimè egens quum sit, ait se illam cupere propter te. si enim sustinuit, ut propter te seruus fieret, quid demiraris, si hac eadem de causa, & alia quoq; suscipit, amplectiturq;. nihil enim se esse indignũ existimat, quod quidem saluti nostræ conducat. Hęc ipsa igitur quũ ita se habere nouerimus, peccatũ id omnes effugiamus, per quod deus blasphemia afficiatur. ait. n. scriptura, tanquam ab aspectu serpentis, fuge à peccato nã si ad illud accesseris, ⌜mordebit⌝ te. nõ enim illud ad nos accedit, uerùm ipsi ad illud transfugimus. Siquidem & huic quoq; rei deus ita prouidit, ut ne uidelicet diabolus sua tyrannide superior nobis esset. alioqui. n. nullus inueniretur contra illius robur stare ualens. propterea habitare illũ uoluit, tanquam latronem quempiam, ac tyrãnum. qui nisi quẽ apprehenderit inermem ac solitarium in suas spelũcas descendentem, accedere sanè non sustinet: nisi nos per desertum iter faciẽtes uiderit, appropinquare nõ audet. desertus autem diaboli locus alud nihil est, quã ipsum peccatũ. opus est ergo nobis fidei scuto, salutis galea, spiritus gladio, non quidem ut ne malũ aliquod patiamur tantũ, sed ut illius caput, irruere uolentis, obtruncemus. opus est item & assiduis precibus, ut ille sub pedibus nostris conteratur. impudẽs est enim & impurus, & quidem ab inferiori loco depugnans: sed tamẽ uel sic uictor euadit. cuius rei causa ea est, quòd studiũ nullum adhibemus, quo ipsi illius plagis altiores nos collocemus. neq; enim ille potis est sese admodum sursum attollere, sed deorsum trahitur, ⌜serpentis formam gerens. ⌜quod si initio sic ordinauit illũ deus, multo magis & nunc. qui si ignoras, quid tandẽ sit ab inferiori loco depugnare, tibi hic ego enitar pugnæ huius modum declarare. Quid igitur est ab inferiori loco depugnare? nępe à rebus quæ infra nos sunt, digladiari, a uoluptate, à diuitiis, deniq; à secularibus quibusuis rebus. quapropter si quẽ ille uiderit uolatu ad cœlũ ferri, primũ saltu eousq; cõtingere haudquaq̃ potest, deinde id aggressus, celeriter cõcidet. neq;. n pedes habet, ne formides, non alas, ne terreare. super terrã traluitur, iis q̃ in terra sunt adhærescens. Igitur nihil quicquam sit tibi cum terra commune, ac labore nullo egebis. ne E que enim pugnã eam nouit, quæ aduerso utrinque cornu geritur. sed ueluti serpens spinis occultatur, intra diuitiarũ impostura assiduè latitans. qui si spinas incideris, facilè ausugiet, timidus redditus, si & in illũ diuinas incãtationes canere nouerit is, statim uulnerabitur. sunt enim nobis, sunt inquã nobis incantationes spirituales, ipsum nomẽ domini nostri Iesu Christi, tum ipsius crucis potentia. huiusmodi incantatio non solùm draconem à spelæis abigit, atq; in ignem conicit, sed & uulneribus quoque medetur. quòd si multi extitere, qui dictis illis carminibus sanati minimè fuerint, accusent illi modicã suam fidẽ, nõ dicti infirmitatem: quando & ipsum Iesum multi quidem pellebant, ac premebant, ac nihil tamẽ inde lucri reportabant. At quæ sanguinis profluuio laborabat Matt.9.c mulier, ne tacto quidẽ corpore, sed ipso tantũ uestis limbo, diuturnos sanguinis fontes stitit. hoc nomen & dæmonibus terribile, & perturbationibus, & ægritudinibus. hoc igitur ornemur ipsi, hoc tanquã muro nos muniamus. sic & Paulus factus est magnus, quanquam & ille eadem nobiscum natura constãs. sed illum ipsum fides sibi immutatum, aliũ pro alio effecerat. quin & tanta erat in illo fidei abundantia, F ut uel eius uestes magna pollerent potestate. quo igitur pacto nos ipsi excusabimus? si illius quidem & umbræ & uestes mortem exegere, ipsos aũt affectus ne nostræ quidem preces compescant. quid tandem causæ est? nępe ingens animi discrepantia. nã quòd ad naturam spectat, ea æqualis quidem est, & cõmunis. Ille enim perinde atq; nos natus est, & educatus, tum autem terram habitauit, & aerem respirauit. at cætera nobis longè maior ac melior, zelum, fidem, charitatem. Ipsum igitur imitemur, præstãtes ut per nos Christus loquatur. hoc ille cupidius auet, quã ipsi nos, atq; ob id organum hoc apparauit. quod qui dẽ non uult infructuosum atq; iners manere, sed assiduè id in manibus habere, quin igitur illud artificis manui accõmodũ apparas? nõ ẽt remittis chordas, iisq; mollioribus per delicias effectis, citharam totã illi inutilem reddis? quum eam oporteat constringere, & intendere cantus, & fale spirituali constipare. nã si eam hac ratione aptatam uiderit, per nostrã etiam

Ecclesiastici.21.a. λυξε-τα, *id est, mordebit alii legunt.* λεξε-τα, *id est suscipiet, sive excipiet.*

G animā reſonabit Chriſtus. quod certè quū à nobis factum fuerit, & angelos uidebis exultantes, & archāgelos, & Cherubim. Digni igitur inculpatis illis manibus efficiamur, ipſum exhortemur, ut & noſtrum quoq; cor pulſet. imò uerò ne exhortationis quidem ille eget. duntaxat eo attactu cor idem dignū compārato. Sic fiet, ut ille ad te prior accurrat. Nam ſi impāratis ultrò etiam accurrit (Paulo enim tali nondum effecto encomiſ telam orditur) is quum te paratū uiderit, quid tandē facturus non eſt? quod ſi Chriſtus reſonuerit: tum certè & ſpiritus omnino præſtò aderit, erimusq; cœlo meliores, non ſolem habētes ac lunam corpori impreſſam, ſed Solis & lunæ & angelorum dominum inhabitantem, & inambulantē in nobis. Hæc autē dico non quò mortuos ſuſcitemus neq; quò leproſos expurgemus: ſed ut horum omnium ſignum charitatem exhibeamus. Vbicūq; enim bonum id affuerit, ſtatim filius præſtò eſt, unà cum patre, imò ubi etiam & ſpiritus gratia frequentat. Vbicū que enim fuerint (ait) duo uel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio ipſorū. quod quidē magni eſt affectus, pertinetq; ad eos qui ualde amant, H amatos ſcilicet utrinq; habere. Dices, ecquis autē ita miſer eſt, ut nolit Chriſtū ipſum mediū habere? Certè ipſi nos illi ſumus, qui mutuis inter nos ſeditionibus conflictamur. ac fortaſſe me ridebit quiſpiā, dicetq;: Quid ais? uides oēs nos intra eoſdē parietes eſſe, intra unum idemq; eccleſiæ clauſtrum, ſub eandē mandram unanimiter coactos, neminem depugnātē, ſub uno eodemq; paſtore communiter acclamātes, communiter quæ dicta fuerint exaudientes, cōmuniter preces fundentes, & tu hic tamen pugnæ ac ſeditionis mentionem infers. pugnæ quidē mentionem infero, neq; inſanio aut mente alienata ſum. Video enim, quæ uideo. nec me latet nos ſub unū ſtabulum coactos, unū paſtorē habere: propterea autē mirum in modum lamentor, quòd quū nos tot res copulauerint, ſeditione tamē agitemur. Et quámnā, inquis, ſeditionem hic uides? hic ſeditionē quidem nullam. Verùm concione hac ſoluta, hunc ille accuſat, alius apertè iniuriam affert: alius inuidet, auaritię & rapacitati ſtudens: alius úim affert, alius perditè amat, alius ſexcentos conſuit dolos: quòd ſi noſtras I animas detegere daretur, tum demum hæc, quæ dico, omnia exactè perſpiceretis, cognoſceretisq; me hac in parte non delirare. An non uidetis in exercitibus id uſu euenire, ut milites pacis tēpore armis poſitis nudi & inermes alteri ad alteros commeent? uerùm ubi armis ſeſe illi muniunt, ubi & cuſtodiæ, & præſidia, & inſomnes noctes, ubi & aſsidui itē ignes incenduntur, iam non pax, factum eiuſmodi, ſed bellum. Hoc ipſum & in nobis quoq; uidere eſt. Etenim à nobis ipſi inuicem cauentes inter nos timemus, & ad aurem proximo unuſquiſq; uerba facimus: ac ſi alium accedentem uiderimus, ſilemus, eoq; ſermone medio omnia contrahimus: quod quidē nequaquā conſidentium eſt, ſed hominum ſibi admodū cauētium. At hæc, inquis, à nobis fiunt, non quò iniuriā faciamus, ſed ut ne patiamur. ob hoc ipſe lugeo, qd quum inter fratres uiuamus, ut ne tamen iniuria afficiamur, cuſtodiæ egemus, tot ignes incēdimus, tot cuſtodias ac præſidia adhibemus. Cuius rei cauſa q dem eſt mendacij fraudiſq; copia, tum autē ingens charitatis extinctæ penuria, uno uerbo bellum irreconciliabile. Ob quod non paucos inuenias gētilibus plus fidentes, quàm Chriſtianis. at qui quā hæc indigna, quàm hæc inuerecunda, quā lachrymāda, quā deploranda ſunt? Dices, quid facias? hic difficilibus atq; in cōmodis moribus præditus eſt. & ubi philoſophiam iſtam didiciſti? ubi ſunt leges Apoſtolicę, quę ipſæ iubent, ut onera inter nos noſtra feramus? nam ſi fratris conſuetudine uti neſcis, quando unquā poteris externi hominis uſum rectè ferre? ſi men. brū neſcis contrectare tuum, quando unquam alienū illicere, & tibi ipſe cooptare poteris? Enimuero qd iā faciā? ad lachrymas effundendas natura propenſus minimè ſum. quandoqdē abundantes ex oculis fontes emitterem iuxta prophetam illū, hoc ipſo quòd hoc in campo bella conſpiciā infinita, illis perniciōſiora. Ille quidē barbaros irruētes intuitus, dicebat, Vterus mihi, uterus mihi dolet: ego uerò ſub uno imperatore inſtructos quū uideam, deinde contra ſe mutuò ſtātes, mordentes, ac ſua inuicē membra cōcidentes, hos quidem pecuniarum, illos gloriolæ nomine, alios temerè, ac nulla cauſa ſubſannantes, atq; irridentes, ac uulnera inter ſe multa infligentes, & mortuos itē iis, qui in bello pereūt, grauius enectos, denique fratrum nomen nudū duntaxat relictum eſſe, tum demū ne me habere quidem ſentio quámnā deplorationem hac tragœdia dignam excogitē? Vereamini igitur, uereamini mēſam eam, cuius omnes participes ſumus, Chriſtum propter nos trucidatū, ſacrificium eidem menſę ſuperpoſitum. Prędones ſalem eundē ſimul comedētes, prædones eſſe deſinūt, duntaxat aduerſus eos quorū conuictu uſi fuerint, menſa eouſq; illorum mores immutante, ut qui feris immaniores eſſent, eos ouibus māſuetiores reddat. Ipſi autem eiuſmodi menſæ ac cibi participes aduerſum nos mutuò armamur: quū hoc ipſum aduerſus diabolum hoſtem communem facere cōueniat: ob quod nos quidem infirmiores, ille autem fortior in dies ſingulos euadit. neq; enim cōiunctis uiribus aduerſus illum munimur, ſed nobis inuicem contrarii ſtamus, atq; eo duce ad eiuſmodi acies conflictusq; utimur: quū conueniat aduerſus illum ſolùm depugnare, ſed quo tamē relicto aduerſus fratres ſagittas dirigimus. quáſnam, inquis, ſagittas? eas inquam, q à lingua, atque ore exeunt. neq; enim ipſa ſolū iacula, ac tela, ſed & uerba quoq; telis ipſis multò letaliora uulnera inferunt. At qui poterimus, inquis, bellum hoc cōficere? Si cogitaueris quòd fratri tuo dum obtrectas, cœnū ab ore tuo profundis. Si cogitaueris, quòd Chriſti membrum calūniaris, quòd carnē propriam deuoras: quòd iudiciū tibi ſeuerius reddis, iudicium inquam illud terribile, & incorruptum: quòd telum nō eum, qui ictus eſt, ſed te qui eiaculatus es, occīdit. At me, inquis, iniuria quadā affecit, ac mihi damno fuit? Suſpira, neu malē dixeris. Lachrymare non ob tuam iniuriam, ſed ob illius exitium. quēadmodum & tuus dominus Judā lachrymatus eſt, nō quando quidem ipſe crucifigebatur, ſed quādo qdē ille prodebat. iniuria te, & conuicio affecit? deum obſecra ut ſtatim propitius illi fiat. Frater tuus eſt, membrum eſt tuum, idem tecum naſcendi initium cepit, ad eandem tecū menſam uocatus eſt, ſed eo magis, inquis, mihi ille inſultat. Igitur hac quidem ratione, maior tibi merces. hac ratione potiſſimū par eſt, ut iram ponas: quoniam quidē letalem accepit plagā, quoniam quidem ipſum uulnerauit diabolus. neigitur & tu præterea ferias, néue ipſum unà cum illo

A deiicias. nam tantiſper dum ſuperſedes, potes ipſe
ἰσασαι, id eſt, ſtas. & illum ſeruare: qui ſi iniuriam iniuria retalians, te ipſe quoq; deieceris: quis tandem uos humi iacentes tollet? ille uulneratus? certè haudquaquam poterit, humi proſtratus, an tu qui unà cū illo collapſus es? ita ne uerò qui tibi ipſe manū porrigere nequiuiſti, alteri poteris? Sta igitur generoſo pectore, ac ſcuto oppoſito, uel mortuū illum è pugna (frater tuus eſt) per lenitatem trahito. Vulnerauit illum ira: ne uulnerauieris & tu, ſed prior iaculum abiicito. nam ſi ita inter nos uixerimus, è ueſtigio ſani oēs erimus. ſin autem arma in noſmet inuicem ſumpſerimus, ne diabolo quidem opus erit ad noſtri internecionem: nā quum omne bellum perniciōſum, tum in primis inteſtinum. hoc porrò bellū uel inteſtino, tantò eſt perniciōſius, quantò maiora nobis ſunt uitę eius quā uiuimus, ſeu potius cognationis ipſius iura. Quodam frater interfecit Abel cognato ſanguine effuſo. Verū tamen hęc cędes tantò illa eſt iniquior, quātò & propinquitatis maior, & mortis grauior cōditio. Etenim
B ille corpus uulnerauit. tu autem aduerſus ipſam animam enſem acuiſti. At tu iniuriā prior paſſus es? Verùm non quòd paſſus fueris, ſed quod feceris, hoc ipſum eſt iniuriam paſſum eſſe. Conſidera porrò: truci dauit Cain, trucidatus eſt Abel. Ver igitur mortuus
Gen.4.b erat? Is qui poſt mortē clamabat, (Vox enim, inquit, ſanguinis Abel fratris tui clamat poſt me.) an qui dū uiueret timidus, trepidusq; erat. hic enim, hic quouis mortuo miſerabilior erat. Vidiſti ut melius præſtantiusq; ſit iniuria affici, etiam ſi ad cædē uſq; quis proceſſerit: diſce ut iniuria afficere deterius ſit, etiamſi ad ſanguinem uſque quis peruenerit. percuſsit ille ac deiecit fratrem. Verùm hic coronabatur, ille contrà puniebatur. ſublatus trucidatusq; eſt prēter ius Abel, ſed tamen hic quidē moriens accuſabat, damnabat, ac mancipabat. Ille autē uel uiuēs obmutescebat, & pudore ſuffundebatur, & reus peragebatur, re ipſa illi cōtra animi ſententiā cedente. Interficiebat enim, quando quidē dilectū uidebat, expectans à dilectione illum exturbare. extendit autē dilectionem ma-
C gis ac magis, & ipſum ſanè mortuum deus magis in
Vbi ueſtigabat quū diceret, Vbi eſt Abel frater tuus? non enim inuidentia amorem extinxiſti, quin potius incendiſti magis: honorem cædę non imminuiſti, ſed eò intendiſti magis. antea enim illū tibi ſubduxerat deus, poſteaquàm uerò illū interemiſti, uel mortuus te ulciſcetur, tanta eſt mea erga illum dilectio. Vter igitur eſt reus peractus, qui ſupplicium affert, an qui ſupplicium patitur? qui tantum à deo honorem aſſequitur, an qui nouo cuidā & inſperato ſupplicio addicitur? Illum, inquit, uiuentem non timuiſti. igitur mortuum timeto. nō territus es, gladiū impacturus: tremore aſsiduo corripieris, uel ſanguine iam effuſo. Viuēs tibi ſeruiebat neq; tuliſti, ob hoc mortuus tibi factus eſt territans dominus. Hæc igitur conſiderantes dilecti, inuidentiā fugiamus, extinguamus uitioſitatem, charitatem mutuò retribuentes, ut illius fructus tū in hac, tū in futura quoq; uita decerpamus: gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti: per quem, & cum quo, patri gloria, unà cū ſancto ſpiritu, in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia nona.

n On ſcriptum eſt autem propter illū tantū, imputatū fuiſſe illi ad iuſtitiā, ſed etiam propter nos, quibus imputabitur credentibus in eū, qui excitauit Ieſum dominū noſtrum à mortuis. Poſteaquā multa magnificè de Abraham loquutus eſt, tum autē & de illius fide, de iuſtitia, de honore eo, quē eſt ille à deo aſſecutus, ut ne auditor diceret, Id uerò quid noſtra refert? ille enim eſt qui iuſtificatus fuit, ipſos nos rurſus propter patriarcham collocat: ea eſt ſpiritualium uerborū uis. Eum enim qui à gentibus ortus fuerit, quiq; nuper ad fidem ſe cōtulerit, uel nullis operibus ab eo præſtitis, nō ſolùm ait nihilominus reportare, quàm Iudęus fidelis, ſed quàm ipſe etiam patriarcha reportauerit, atq; adeò, ſiquid admiratione dignum proferendum ſit, multò etiā amplius. Tāta eſt enim noſtra nobilitas, ut illius fides noſtræ fidei typus exiſtat. nec dixit, ſin autē illi imputatum eſt, ueriſimile eſt, fore, ut & nobis quoq; iputetur, idq; ut ne dictū ipſum ad ſyllogiſmum trahat. ex diuinarum autē legum authoritate loquitur: perficiēs ut ipſum hoc totum, ſacræ ſcripturæ ſententia ſit. quámnam enim, inquit, ob rē ſcriptū eſt? nempe ut pernoſcamus, quòd & nos quoq; eadem ratione iuſtificamur: eidē enim deo iiſdem de rebus credidimus: quanquam non iiſdem de perſonis. noſtræ porrò fidei ubi mentionē E fecit, & dei item immenſam erga humanū genus benignitatem enumerat, quam nunquā non circūfert, crucem in mediū afferens. quod & nunc declarauit, inquiens? *Qui traditus fuit propter noſtra peccata, et excitatus eſt propter iuſtificationē noſtri*. Vide ut dicta mortis cauſa, eandem & reſurrectionis probationem faciat. Cur enim, ait, cruci ſuffixus fuit? nō ob propriū delictū id quod ex reſurrectione litquet. ſi enim peccator erat, quomodo reſurrexit? qui ſi reſurrexit, planum eſt illum peccatorē non fuiſſe. peccator porrò ſi minus erat, quí crucifixus fuit? aliorū cauſa. quòd ſi aliorum cauſa, omnino reſurrexit. Nam ut ne diceres, quo tandē pacto tot, tantisq; peccatis affines, obnoxiiq; cum ſimus, iuſtificari poſſumus? oſtēdit illum peccata omnia deleuiſſe ut tum ex fide Abrahā per quam iuſtificatus eſt, tū ex ſeruatoris morte, per quam peccatis liberati fuimus, ſermonē confirmet. Illius autē mortem ubi dixit, dicit & reſurrectionem. neq;.n. hoc nomine mortuus ille eſt, ut nos ſibi reos factos damnaret, puniretq;, nocētes repertos, ſed ut de nobis bene mereretur. propterea.n. & mortuus F eſt, & reſurrexit, ut iuſtos nos efficeret. *Iuſtificati igitur ex fide, pacem habeamus erga deū per dominū noſtrū Ieſum Chriſtum.* Quid hoc ſibi uult, pacē habeamus? quidam aiunt Paulum id ſentire, ut ne amplius ſeditionibus inter nos agitemur, contendentes uidelicet ipſam legem introducere. Mihi autem uidetur de uitæ noſtræ ratione iam diſputare: nam quum multis uerbis de fide diſſeruiſſet, eandemq; uel iuſtitiæ ab operibus pſtitę antepoſuiſſet, ut nequis exiſtimaret illius uerba ueluti ſocordiæ atq; ignauiæ argumētū eſſe, ait, pacem habeamus: hoc eſt, ne amplius peccemus, neq; ad priſtina facta noſtra reuertamur. hoc enim eſt, bellū gerere aduerſus deum. dices: quī uerò fieri poteſt, ut ne amplī⁹ in peccatū prolabamur? quí, obſecro, prius illud fieri potuit? Etenim ſi tot, tāq; peccatis obnoxij quū eſſemus, omnibus tamē per Chriſtū liberati fuimus, quanto magis illius opera fiet, ut in quo ſumus ſtatu perſeueremus? neque enim perinde fuerit, pacem, q minimè ſit, accipere, atq; datam retinere. eſt enim ipſum acquirere, quàm tueri difficilius. ſed tamen quod difficilius quidem erat, id factu perfacile fuit, atque in opus exiit. Igitur Cap. v.

G quod facilius quidem est, nullo negocio à nobis prę
stari poterit, si modò illi assiduè adhæserimus, q̃ no
bis illa perfecit. Porrò autē hoc loco non mihi mo
dò tacitè significare uidetur, quod facilitatis, sed &
quod rationis est. Nā si ille infensos nos conciliauit,
par est, ut in ipsa cōciliatione persistamus, hasq; illi
uices reddamus, ut ne uidelicet, uideatur ille rudes,
imperitos, improbos, & ingratos patri cōciliauisse.
Per ipsum enim, ait, *& nobis cōtigit, ut fide p ducere mur.*
Nam si nobis procul distantibus accessum prębuit,
multò magis propinquos iam factos retinebit. Mihi
porrò considera, ut ubiq; duo ponat, tum illius uide
licet facta, tū nostra: sed illius quidem uaria, multa,
ac diuersa: etenim causa ille nostra mortuus est. tum
autem nos conciliauit, nobis accessum dedit, nobis
gratiam immensam largitus est: nos autem fidem tā
tummodo attulimus. quapropter ait, *Fide in gratiam*
hanc. Quamnam, obsecro, gratiam mihi narras? nem
pe quòd digni habiti sumus, qui deū cognoscerem⁹:
quòd errore liberati, ueritatem tandē agnouerim⁹:
quòd bona ea omnia obtinuerimus, q̃ p baptismū
obtineri solent. Hoc. n. ille nomine nobis aditum, ac
H cessum q; præbuit, ut hæc dona assequeremur. neq;
enim simpliciter ut peccata nobis nostra cōdonarē
tur, ut reconciliaremur tātum, sed ut infinitis bonis,
ac dignitatibus potiremur. nec intra hęc ipsa cōstitit.
quin & alia pollicitus est: Illa uidelicet arcana bona,
& mentem, & orationē excedētia: qua de causa utrū
que attexuit. nam quum dixit, gratiam: præsentia,
quæ accepimus, bona indicauit. quum autem dixit,
Et gloriamur sub spe gloriæ dei, futura omnia detexit:
ac rectè dixit, in qua stamus. Talis enim ipsa dei gra
tia: finem nullum habet, terminum non nouit, sed
& ad maiora semp propagatur, atq; progreditur. Id
quod nō ita in hominibus usu uenit. uerbi gratia: As
secutus est quis magistratū, gloriā, principatū, tum
in eo perpetuus non manet, sed cōfestim ab eo excu
titur: nam ut honorem illū humana manus non eri
piat, certē superueniens mors omnino ereptura est.
At quæ deus bona largitur, haud quaquā talia sunt,
à quibus uidelicet non homo, non tempus, nō rerū
aduersarum uis, non ipse diabolus, nō mors ingruēs
I deturbare nos poterit, quin uel mortui quū sumus,
tum demū firmius ea possidem⁹, atq; adeò quò pro
gredimur magis, eò pluribus semp, maioribus q; illis
effectis fruimur: quapropter si futuris fidem non ha
bes, saltē præsentia, & quæ iam es assecutus, de illis
tibi fidem faciant. Idcirco enim ait, *Gloriamur sub spe*
gloriæ dei, ut intelligas quali animo præditum eum
esse oportet, qui fidem suā deo obstrinxit: neq; enim
illi solum plenā factam esse persuasionem oportet,
de iis quæ data sunt, sed de futuris, tanquā iam da
tis. gloriatur enim quis super iis, quæ iā in manu ha
bet. Quoniā igitur rerum futurarum spes sic firma
est, atq; euidens, ut & iam datarum, æquè, inquit, &
sup illis gloriamur: quapropter & gloriæ nomine il
las designauit. si enim ad dei gloriam conferunt, om
nino euenīet: si minus propter nos, attamē propter
ipsum. & qd dico, inq̃t, futura bona idonea esse ob
quæ gloriemur? certè ipsa etiam præsentia mala satis
esse queant, ad nos sic honestandos, sic ornādos, ut
nobis illorū nomine placere debeamus. Quapropter
& addidit: *Nec id solū, uerùm etiam gloriamur super af-*
flictionibus. Cogitato igitur quāta ea sint, quę nos fu
tura expectamus: quum uel in iis, q̃ molesta esse ui-
dentur animo attollamur. Tale est dei donū, cuius K
quidem particula nulla insuauis. Aliis quidem in re
bus certamina laboriosa esse solēt, pariūtq; tum do
lorem, tum afflictionē: corollæ autem, ac pmia uo
luptatem adferunt. At hic non ad eandē rationem
se res habet, quin potius luctę, atq; certamina iucūdi
tatis haud paulò plus habent, quàm uel ipsa præmia.
Quandoquidem enim multæ quidem tētationes id
temporis essent, cœlorū autem regnum in spe situ,
& aduersa in manibus, suauia in expectatione, ea aūt
res infirmiores frangeret: iccirco uel ante corollas,
illis præmia largitur, inquiens, oportere etiam in af
flictionibus gloriari. nec dixit, oportet uos gloriari:
sed, gloriamur nos, sub propria persona admonitio
nem introducens. postea quandoquidē nouum, ino
pinatumq; id esse uidebatur, quod dixerat, quòd ui
delicet gloriari illū oporteret, ac sibi placere, qui cū
fame colluctatus, in catenis atq; quæstionibus uersa
retur, tum autē & contumelias & opprobria pate
retur, ipsum hoc deinceps cōfirmat: ac quod maius
est, non illa quidem digna esse ait gloriatione, ob ea
tantum, quæ futura expectamus, sed ob ipsa etiā prę
sentia. etenim uel ipsæ per se afflictiones bona quędā L
res est: quamobrem? nempe quòd ad patientiam ac
cingunt, atq; exercent. quapropter quū dixisset, glo
riamur in afflictionibus, & causam dein addidit, in
quiens: *Scientes quòd afflictio patientiam parit.* Vide rur
sus Pauli solicitum studium, ut in contrarium cir
cumagat orationem. quandoquidem enim ob affli
ctiones potissimum, animū illi despondebant, in fu
turorum præmiorū desperationem adacti, ait, ob il
las ipsas maximē bono, firmoq; aio esse oportere,
nec futura desperanda. *Afflictio enim*, inquit, *patien-*
tiā efficit, patientia uerò probationē, probatio autem. spē,
spes porrò non pudefacit. Afflictiones enim spem ipsam
non modò non tollunt, sed & præparāt. habet enim
afflictio, uel ante ea, quæ futura expectantur, maxi
mum fructum, patientiam: cum eo quoq; quòd pro
batum illum efficit, qui tentationes sustinet. Cōfert
autē aliquid & ad futura: spem enim in nobis uige
re facit: quū nihil sit, quod sic nos ad bonorū spem
comparet, quàm bona cōscientia. Itaq; illorū nullus,
qui uitā rectè atq; sanctè exegere, de futuris diffidit. M
quemadmodū & plerosq; inuenias ex eorum nume
ro, qui uita negligenter acta malæ conscientię stimu
lis fodiuntur, qui i animum inducunt suum, nullum
esse nec iudicium, nec retributionem. Quid igitur in
spe nobis, bona? in spe certè, sed nō humana, quę qui
dem interdicit, atq; identidem pudefacit sperantem,
eo, abs quo præsidiū expectabatur, uel mortuo, uel
adhuc uiuente, à uoluntate deducto. At nō talis est
rerum nostrarū conditio: immo firma atq; immo
bilis spes. nam qui spopondit, is semper uiuit: nos au
tem ad quos promissorum fruitio pertinet, ut mori
endum nobis sit, tamen iterum resurgemus: ac nihil
prorsus est, quod possit nos pudefacere, tanquā te
mere, tanquā frustra, tanquam spe, sublatos fragili.
ab eorum igitur animis ubi satis superq; omnem du
bitationē per hæc uerba sustulit, orationem nō in
tra p̄sentia sistit, sed & ad futura rursus adducit: qd
intelligeret eos qui imbecilliores essent, cū quæ præ
sentis uitæ sunt, quærere, tum uerò non esse his con
tentos. Fidem porro illis conciliat ab ijs, quæ iam da
ta sunt. Vt ne enim quis dicat: Quid igitur fier, si no
bis deus nolit gratificari? nam quòd ille potest, quòd

manet

A manet, quòd uiuit, omnes quidē scimus: quòd autē
& uolet, id uerò unde sciemus? nempe ab iis quæ fa
cta iam sunt, ab ea, quā iam erga nos præ se tulit, di
lectione. dices: quid ille iam fecit? spiritum sanctum
dedit. Itaq; quum dixisset, spes nō pudefacit, addidit
& demonstrationē, inquiens: *Quòd dilectio dei effu-*
sa est in cordibus nostris. nec dixit, data est: sed, effusa
est in cordibus nostris: largitatē ostendens. quod. n.
maximum erat donum, hoc dedit: non cœlum, non
terram, non mare, sed quod his omnibus antiquius,
pretiosusq; erat, & angelos ex hominib⁹, & dei filios
& Christi fratres effecit. quid autem hoc est? spiritus
sanctus. quòd si nollet magnis nos coronis post la
bores donare, nunquā ante ipsos labores tot tantá
que donasset bona. nūc uerò dilectionis suę feruorē
hinc declarat. quòd nō sensim, ac pedetētim nos ho
nestauit, sed cumulatè ac plena manu bonorū fon
tē effudit, idq; ante ipsa certamina. Quamobrē ut ēt
non sis admodum dignus, ne desperes, quū magnū
in causa patronum habeas, iudicis dilectionem. Iccir
B co enim & ipse per hæc uerba, Spes nō pudefacit: nō
ad nostra merita, sed ad dei dilectionē, charitatem q;
erga nos totius negotij laudem retulit. spiritū autem
ubi datū dixit, transit deinceps ad crucē, ita inquiēs:
Christus enim quū adhuc essemus infirmi iuxta tēporis ra
tionem, pro impiis mortuus est. nā uix pro iusto quisquā mo
rietur: siquidē pro bono forsitan aliquis etiā mori sustinet.
Commendat autē suam charitatē erga nos deus. Quod
autem ait, hunc habet sensum: Si pro uiro probo ac
uirtute prædito non statim emori quis uelit, cōside
ra domini charitatem, ut quem non pro uirtute prę
ditis, sed pro peccatoribus, & inimicis cruci suffixum
fuisse constat. Id quod & postea ait: *Quòd quū adhuc*
essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus fuit: multò
igitur magis iustificati nūc sanguine eius seruabimur, per
eū ab ira. nā si inimici quū essemus, reconciliati fuimus deo
per mortē filii eius: multò magis recōciliati seruabimur per
uitā ipsius. Quod dictū est, eorundem sermonum ite
ratio esse uidetur: diuersus tamen illius sensus est, si
quis accuratè attendat. Cōsidera porrò. uult illos in
futurorum fide confirmare. ac primum quidem à iu
C sti sententia illos pudefacit: quum ait illum plenam
Fid quod promise rat deus. persuasionē concepisse, quod is qui promiserat, idē
potens esset & præstare, tum à gratia data. deinde ab
afflictione, quòd idonea quidem sit nos ad spem de
ducere: præterea à spiritu, quē accepimus: postremò
autem & à morte, atq; à uitiositate nostra, ea uideli
cet, q̃ antè in nobis erat, hoc ipsum adstruit. ac quod
iā dixi, uidetur qd dictum est, unū idemq; esse. Duo
autem & tria & multò etiam plura esse inueniemus.
primum quidem, quòd mortuus est: secundū, quòd
pro impiis: tertium, quòd reconciliauit, quòd seruā
uit, quòd iustificauit, quòd immortales reddidit:
quòd filios effecit, & hæredes. non igitur à morte so
lū corroborari hoc ait, sed & à dono nobis p mortē
dato, quanquā si uel mortuus tantū pro nobis, qui
tales eramus, fuisset, fuisset factū eiusmodi magnū di
lectionis argumentum. Quum autem constet illum
morientem dona largitū tot, ac tanta nobis, qui ta
les eramus: certè id genus facta omnem hyperbolē
excedūt, eumq;, qui etiā magnopere stupidus sit, ad
fidē traducunt. nemo est enim alius qui sit nos serua
turus, quam ille met ipse, qui sic peccatores nos ama
uit, ut & seipsum dederit. Vides quātum locus hic
fundamentū habeat ad adstruendam futurorū spē.

ante hunc enim, duo quidē erant ad salutem nostrā D
difficilia: & qd peccatores essemus, & qd salus p do
mini mortē necessaria. quod ipsum minus psuasibi
le erat, ante quam fieret, ac magnā adeò charitatem
requirebat, ut fieret: nunc uero postea quā hæc eue
nere, reliqua faciliora sūt. Etenim amici facti sumus:
nec morte amplius opus est. Qui igitur inimicis sic *Infr. 8 f.*
pepercit, ut ne filio quidem pepercerit: nunc amicis
nobis factis non aderit? quū uidelicet iam nulla de
dendi filij necessitas imminet. uel enim quis salutem
non affert, quòd nolit: uel qd, etiā si uelit, non possit:
quorum neutrum in deo dicere possis. nā qd ille uo
luerit, hinc declarauit, quòd filium dediderit: qd aūt
potuerit, æquè hinc demonstrauit, quòd peccatores
quū essemus, iustificauit. Quid igitur iam prohibet,
quominus futura præmia assequamur? nihil. Deinde
rursus ut ne audito & peccatorum, & inimicorū, &
infirmorum, & impiorum nomine pudore & erube
scentia suffundaris, audi, quid dicat: *Non solum autem*
hoc uerum etiā gloriantes in deo per dominū nostrū Iesum
Christum, per quem nunc reconciliationem assecuti sumus,
Quid hoc sibi uult, non solum autem hoc, nō solū, E
inq̃t, salui facti sumus, sed & gloriamur ob id ipsum,
unde existimat quis nos pudore suffundi. nā quòd
seruati fuerimus uel tanta in malitia uictitantes, hoc
uerò summum est argumentum eius, qui seruauit, er
ga nos beneuolētiæ: non enim per angelos aut archā
gelos, sed per ipsum unigenitum seruauit: quo fit ut
ipsum hoc quòd salui effecti fuerimus, & quod tales
quum essemus, salui tamē fuerimus effecti, tum autē
quòd ea nobis salus per unigenitum obuenerit, nec
simpliciter per unigenitum sed per ipsius unigeniti
sanguinem, infinitas nobis gloriationis corollas ne
ctat. Nihil est enim quod te sic ad gloriam ac fiduciā
excitare queat, quā si te contingat tum à deo amari,
tum illum uicissim amantem tui redamare. Hoc ip
sum angelos splendidos reddit, hoc ipsum principa
tus, & potestates: hoc ipsum cœlorum regno maius.
Iccirco & Paulo regnum cœlorū hoc uno posterius
erat: propterea & incorporeas potestates beatas dī
co, quod & deum amant, & illius dicto ubiq; parēt.
Hinc igitur illas & propheta admirabatur, quum di- *Ps. 102. d*
ceret. Potentes uirtute, facientes uerbum eius. Hinc F
& Seraphin Esaias prædicabat, magnam illorum uir
tutem ostendens, hoc ipso quod pp immensam illā
gloriā assisterent. Id quod maximæ dilectionis argu- *Esa. 6. a.*
mentum fuerit. Morale.
Aemulemur igitur & nos quoq; cœlestes illas uirtu
tes: nec studeamus modo, locum throno proximū,
sed & eum, qui ipso in throno sedet, in nobis habitā
tem habere. Ille enim sui osores etiam amauit, nec
amare quidē cessat. nam Solem super bonos ac ma- *Matt. 5. g*
los expromit, pluitq; super iustos & iniustos. Itaq; tu
te bene tibi cupientē amato: amat. n. Dices, quī fit,
ut qui amet: gehennam, supplicium, pœnam minite
tur? Certè iccirco minitatur, quod amet. nam mali
tiam rescindens, & terrore, tanquam frēno quodā,
tuum ad deteriora impetum compescens, nihil non
agit, ac molitur, ut tū per blanda ac lenia, tū per mo
lesta, ac grauia, tuum ad res terrestres motum repri
mat, & ad se traductum à scelere (qua nulla gehēna
grauior est) abducat. qui si ad hæc rides, milliesq; in
peccato uitam transigere, quàm diem unū supplicio
affligi mauis, nihil mirum. hoc enim signum est ani
mi tui minus perfecti, & ebrietatis, & morbi immedi

G cabilis, quando & infantuli ipſi medicum dū uidēt, uel ignem, uel ſectionem apparare, fugitant ac reſtitant, eiulantes, ac ſeſe lacerantes: maluntq; perpetuæ corporis uomicæ, ac purulentiæ immori, quàm tem porarium laborem perpeſi, ſanitatem in poſterū aſſequi. At qui mentis cōpotes ſunt, probè intelligūt, ægritudinem ſectione eſſe perniciōſiorem: quemad modum & ſceleratū eſſe, ſupplicio deterius eſt. Hoc enim curari eſt, ac ſanū eſſe: at illud perire, atque per petuo i morbo eſſe. quòd porrò ſanitas morbo meli or ſit, undiq; liquet: quando & prædones non tum, quum illorum latera perfodiuntur, ſed quum parie tes ipſi perfodiunt, aliisq; mortem adferunt, lachry mis ac miſericordia digni ſunt. Nam ſi anima corpo re melior eſt, ut omnino eſt, hac certè pereūte lamē tandum potius ac gemendū: quòd ſi ea minimè ſen tiat, tanto magis ob id lugenda ea eſt. nā & qui im pudico amore capti ſunt, grauiter febricitantibus, & qui uino ſe obruunt, quæſtionem tolerantibus miſe rabiliores ſunt. Dices, hęc ſi perniciōſiora ſunt, quî fit, ut ea potius eligamus? quādoquidē pleriſq; omni
H bus, qd eſt in prouerbio, quę deteriora ſunt, arridēt: & ea illi, repudiatis melioribus, malunt. Id quod uidere eſt tum in cibi genere, tum in uitę inſtituto, atq; æmulatione, tum in uoluptatis fruitione, tum in mu lieribus, tum in domibus, tum in mancipiis, tum in agris, tum aliis itē in omnibus. Etenim quæro ex te, utrum ſuauius, fœminarū, an marium commixitio? fœminarum, an mulorū? ſed tamen multos compe riemus, relicto fœminarum cōſortio, cum brutis ſeſe commiſcere, ac maſculorū corporibus contumeliā afferre. ac tametſi quæ ſecundū naturā fiunt, iis ſunt ſuauiora quę aduerſante natura: tamē pleriq; exiſtūt qui q̄ execranda ſunt, atq; inſuauia, quæq; ſupplicio non carent, ea ut ſuauia perſequātur. Dices, illis qui dem ſuauia ea eſſe uidentur. Verū hoc ſanè nomine infœlices illi fuerint, quòd quę inſuauia ſunt, ea ſua uia eſſe putant: ſic iidē ſuppliciū uitioſitate deterius ducunt, res autem prorſus ſeſe ſecus habet. Nā ſi de linquentibus additum ſupplicium malum eſſet, nun quā deus malis mala addidiſſet, neq; illos deterio res fieri uoluiſſet. qui enim pro uiribus omnibus an nititur, ut ipſa uitioſitas extinguatur, utiq; eā nūquā augeret. non igitur delinquenti malum eſt, quū plē
I ctitur, ſed quū in peccandi ſtatu permanens non ple ctitur: quemadmodum & ægrotanti malū eſt, quū nō curatur. homini enim nihil perniciōſius quā ab ſurda appetitio. abſurdam autem quū dico, & deli ciarum, & gloriæ intēpeſtiuę, & principatus, uno uer bo rerum earum omnium, quarum neceſsitas nulla impendet, appetitionē intelligo. nā qui talis eſt, quiq; mollem, & ſolutā uitam agit, is omnium quidē for tunatiſsimus eſſe uidetur, omnium autem eſt miſer rimus, dominas permoleſtas ac tyrannos in animā ſuam introducens. itaq; deus nobis uitam præſentē laborioſam reddidit, ut nos ſc ilicet illa ſeruitute libe raret, tum autem ad ſynceram libertatē traduceret. qua de cauſa & ſupplicium minatus eſt, & uitam no ſtram laborū conſortē fecit, ſtultam oſtentationē,
Exo. 1. c. & ſeq. ineptamq; de nobis perſuaſionem coercens ac repri mens. Sic igitur & Iudæis dū & luto, & lateritio ope ri adſtricti, addicti, colligatiq; eſſent, comes erant & faciles, deumq; aſsiduè inuocabant: at cum libertati reſtituti, tum murmurare, deū irritare, ac ſeſe malis infinitis conficere. Quid igitur, inquiet aliquis, de iis dicas, quos ſæpenumero afflictio tranſuērſos egit, at K que in errorem induxit? nēpe quòd erroris inductio non ab afflictione, ſed ab illorū imbecillitate profecta ſit. neq; enim ſiquis ſtomacho laborans medica menacre, quo purgari ipſe queat, non admittat, ſed il lud atterat, medicamē incuſabimus, ſed membri ua letudinē: quemadmodū & hic animi infirmitatē. nā q ab afflictione perculſus in diuerſum agitur, id mul tò facilius à laborum relaxatione patietur. ſi enim li gatus cadit (hoc enim afflictio) multò facilius ſolu tus, ſi conſtrictus, ac coercitus in diuerſum agitur, fa cilius multò in ſtultā ſui perſuaſionem adductus. Di ces, quî uerò fiet, ut afflictio euertere me nequeat? ſi cogitaueris, uelis, nolis, ferendū eſſe, quod tibi incō modum illatum eſt. ſed ſi interim gratias agis, te ma ximum facere lucrum: ſin autē ægrè fers, mœres, ac conuicia in deum iacis, te non ſolū præſentem leua re calamitatem, ſed tempeſtatē maiorem ac ruinam tibi adſciſcere. Hæc igitur animo uerſantes, quod ne ceſsitatis eſſe uiderimus, ita nos comparemus, ut uo luntatis ac propoſiti noſtri eſſe incipiat. uerbi gratia: Filium quis legitimum amiſit, alius facultates omnes. ſi cogitaueris fieri non poſſe, ut quod factū eſt, L infectum fiat, fieri uerò poſſe, ut caſum generoſo ani mo ferens, fructum etiam aliquem ex irreparabili illa calamitate reportes, tum autem ſi pro maledictis ac conuiciis, laudem domino referas. ita fiet, ut quæ tibi incommoda minimè uolenti allata erunt, in uo luntatis ac propoſiti merita uertantur. filium tibi an te tēpus ereptū uides? dicito: Dominus dedit, domi- Iob. 1. d.
nus abſtulit. Vides exhauſtas tibi eſſe facultates? dic, Ibidem.
Nudus è materna aluo egreſſus ſum, nudus & reuer tar. Vides impuros, improbosq; homines fortunatos a gere iuſtos aūt infortunatos eſſe, multisq; afflictari incōmodis, nec tibi tamē facti hui⁹ ratio cōſtat? dic, Pſal. 72. c
ut iumētū fact⁹ ſum apud te, uerūtamē ego ſemp te cū. qd ſi & cauſam q̄ris: cogitato, deū diē cōſtituiſſe, in quo uniuerſum orbē iudicaturus eſt: Ita fiet ut ab animo omnē excutias dubitationē. tum. n. pro me ritis quiſq; ſuis mercedē recipiet, ad Lazari ac diuitis Luc. 18. e.
exemplum. In mentem tibi ueniat Apoſtolorum: ete nim illi dum flagellarentur, dum exagitarentur, dū Act. 5. g.
infinita tolerarent mala, gaudebant ſe dignos habi tos, qui pro dei nomine contumeliam ferrent. Hac igitur ratione, & tu quoq; ſi fortè ęgritudine aliqua M
laboraueris, generoſo fer animo, deo gratias agens: ſic fiet, ut qualē Apoſtoli, talem & tu mercedem reci pias. qui uerò media in ęgritudine, ipſis in doloribus deo gratiam habere poſsis? ſi ipſum uerè atq; ex animo amaueris. Nam ſi tres illi pueri in fornacem coniecti, ſi & alij item in uinculis maliſq; infinitis conſti Dani. 3. e
tuti, à gratiis deo agendis non intermiſerunt: multò ſanè magis qui morbis afflictantur, hoc ipſum præ ſtare poterunt. Nihil enim, nihil, inquā, quicquā eſt, quod non uincat amor: quum autē & dei amor exi terit, tum demū omnia infra ſe poſita habet: quo quidē amore quis quis incenſus fuerit, huic certè ne que ignis, neq; ferrū, neq; paupertas, neq; morbus, ac ne ipſa quidē mors, aut quiduis aliud id genus graue, moleſtūq; uidebitur: quin is potius omnia ea deri dens, cœlum uerſus uolitabit, nihilo ſecius affectus, animatusq;, q̄ animati ſunt, qui inibi uitā tranſigūr, oculos non alio inten dens, non cœlum, non terrā, non mare cōtuens, ſed ita animo compoſitus, ut tp ſius oculis diuinæ illius gloriæ pulchritudo una ob-

A uerſetur: quem neq; uitæ præſentis incommoda de primere, neq; blanda, ac uoluptatē in ſe habētia at tollere, inflatē ue poterunt. Huic igitur amori adhæ reſcamus (neq; enim quicquam eſt, quod cū hoc cō ferri poſsit) tū ob præſentia, tū ob futura, atq; adeò uel in primis, ob ipſam amoris naturā. per eum enim amorem à ſupplicijs uitæ tum præſentis, tum futurę liberabimur, ac tandem cœlorum regno potiemur. Immo uerò neque à gehenna liberatio, neque cœlo rum regni aſſecutio quicquā eſſe debet præ eo quod dicturus ſum. omnium enim horum maximum, ſi Chriſtum unà & abs te amatum, & tui amantem na ctus fueris. nam ſi hoc inter homines dum cōtingit, nullam non uoluptatē exuperat, quum in ipſo deo amando hæc utraq; euenerint: quæ tandem oratio, quæ immo cogitatio aiæ ſic affectæ felicitatem re præſentare poterit? Certè nec oratione nec cogitatio ne ulla, ſed ipſo ſolum periculo facto, quā dico fe licitatem, comprehendere poſsis. Nos igitur, ut ſpiri tualem huiuſmodi lætitiam, beatam uitā, infinitorū bonorum theſaurum experiamur, cæteris omnibus poſthabitis, unum hunc amorem amplectamur, tū
B in noſtram lætitiā, tum in amati dei gloriam: quo niam quidem ipſi gloria cum unigenito eius filio do mino noſtro Ieſu Chriſto, ac ſancto ſpiritu, nunc & ſemper, in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia decima.

Ropterea quemadmodū per unū hominem pecca
p *tum in mūdum introiit, ac per peccatum mors: ſic*
& in oēs homines mors peruaſit, ſ *quatenus om*
ſ in quo oēs pecca uerunt. *nes peccauimus.* Quemadmodum qui præſtantiſsimi ſunt medici, ægritudinū radicem curioſius ſemper indagant, atq; ad ipſum mali fontem ante omnia ac cedunt: ſic & beatus Paulus. Nam quū dixiſſet, quòd iuſtificati ſumus, idq; oſtendiſſet tū à patriarcha, tū à ſpiritu, tū ex eo, quòd mortuus eſſet Chriſtus (neq; enim obiiſſet ille, niſi iuſtificatus⁹ fuiſſet) adſtruit de inceps & aliunde quæ per hæc demōſtrata ſunt, pro poſitum uel à cōtrariis fulciens: hoc eſt, tum à mor te, tū à peccato. quî id, & quo modo? exquirit & un de introierit mors, & quo dominata fuerit pacto.
ſ in quo oēs peccaue runt? Illo lapſo etiā qui deligno nō cō mederūt, facti ſunt ex illo oēs mortales. ut hæ pariculæ, in quo, et, ex illo, ad Adā referri poſſint ex Chryſoſtomi et uerbis qđ et Thophylactus aperte dicit. Quo igitur pacto mors itroiit, ac dominata fuit? per peccatū unius. quid porrò ſibi illud uult, ſ Quatenus omnes peccauimus? Illo lapſo & ij item, qui de ligno non comederunt, effecti ſunt ex illo tempore omnes mortales. ſ *Vſque ad legem enim peccatum erat in mun-*
do. porrò peccatum non imputatur, quum non eſt lex. Ver bum id, uſq; ad legem, nonnulli Paulum exiſtimant tempus illud ſignificaſſe, quòd legis promulgationē præceſsit: ueluti tēpus quo Abel, quo Noe, quo Abra ham uixerunt. deniq; illud omne tempus, donec Mo ſes genitus eſt. quòdnam igitur tum peccatū extitit? ſunt qui uelint ipſum loq de eo peccato, quod in pa radiſo admiſſum eſt: nondum enim id extinctū erat, inquit, ſed ipſius fructus florebat. Illud enim pecca tum mortem attulit communem, quæ dominaba tur, ac tyrannidem exercebat. quamobrē igitur ad iungit, Peccatum autē non imputatur, quū nō eſt lex? Qui nobiſcum ſentientes dogma noſtrum fulci re uolunt, ex eo, quod Iudæi obiiciebant, ipſum aiūt hoc poſuiſſe, dicentē, quòd ſi peccatum non eſt ſine lege, quo pacto mors oēs eos abſumpſit, qui ante legem fuere? mihi uerò uidetur quod dicturi ſumus, rationi magis conſentaneū eſſe, & Apoſtolicæ mē ti conuenire. Quid porrò illud eſt? quum dicit, quòd uſq; ad legem peccatum erat in mūdo: utiq; hoc mi- D
hi uidetur dicere, uidelicet qđ lege lata, peccatū do minabatur: peccatum, inquā, quod ex trāſgreſsione ortum eſt, ac tantiſper dominabatur donec lex eſſet. neque enim, ait, cōſiſtere poteſt peccatū, quum nō eſt lex. ſi igitur hoc peccatum, inquis, ex legis trāſgreſ ſione mortē peperit, quo pacto qui ante legē fuere, omnes interiere? Si enim ex peccato mors radicem egit, lex autem quum non eſt, peccatum nō imputa tur: quomodo mors dominabatur? unde liquet, qđ non ipſum peccatum, quod à legis trāſgreſsione or tū eſt, ſed illud, quod ab Adam inobedientia: ipſum illud, inquam, peccatū erat, quod omnia perdebat. & quænam rei huius probatio fuerit? nempe quòd omnes ante legem interiēt. *Regnauit enim mors*, ait, *ab Adam uſque ad Moſen, in eos quoq; qui nō peccauerāt.* quomodo regnauit? *Ad ſimilitudinē trāgreſſionis Adā qui typum gerit illius futuri.* propterea enim & typus eſt Ieſu Xpi Adam. quomodo typus, dixerit aliquis: quoniam quemadmodū ille omnibus à ſe (etiamſi de ligno nō comediſſent) author mortis extitit, eius quę ob cibū illum introducta eſt: ſic & Chriſtus om nibus à ſe, quāuis iuſtè non agentibus, iuſtitiæ tamē E
cōciliator extitit, eius, quam omnibus nobis per cru cē largitus eſt. ob id ſurſum ac deorſum uoci huius unius, inſiſtens, eam aſsiduè in mediū affert, quuū di cit: *Quemadmodū unius hominis cauſa peccatū in mundū introiit: &, ſi unius peccato multi mortui ſunt: &, nō ſicut p unū qui peccauerat uenerat mors, ita donū, & iudiciū ex unius delicto ad cōdēmnationē: &* rurſus, *ſi. n. p unius deli ctū mors regnauit per unū: &, itaq; ſicut per unius delictū: &* rurſus, *quemadmodū enim per inobedrētiā unius homi nis peccatores effecti ſunt multi:* nec deſiſtit: ut quū tibi Iudæus dixerit, quo pacto uno rectè agente Chriſto uniuerſus orbis ſaluus factus eſt? poſsis illi reſponde re, Quo pacto uno non obediente Adā uniuerſus or bis condemnatus eſt? quanquam nihil ſimile inter ſe habēt peccatum, & gratia: mors, & uita: diabolus, & deus: ſed horum diſcrimen infinitum. Ergo quū & à rei natura, & ab agentis, exercētisq; poteſtate, & ab ipſo decoro (deo enim lōgè decētius, ſeruare, quàm ſupplicio afficere) quuū igitur in his excellentia, ac ui ctoria, qua tandē, queſo, ratione incredulitatem tue ri tuā poſsis? Certè quòd ratione nitatur id quod fa F
ctum eſt, demonſtrauit, quum dixit: *At non ut pecca tū ita et donū. Nā ſi unius delicto multi mortui ſunt, multò magis gratia dei & donū per gratiā, quæ fuit unius ho minis Ieſu Chriſti, in multos exuberauit.* Quod. n. ait, ſenſum hunc habet: Si tantū ualuit peccatum, & ho minis unius peccatum: gratia, & ea dei gratia, nec pa tris ſolū, ſed & filii, quomodo non ſuperabit magis? Hoc. n. multò rationabilius. alterum enim alterius peccato puniri, non admodū equum atq; cōueniens eſſe uidetur: at alterum propter alterū ſeruari, & de centius multò, & rationi magis cōſentaneum. Igitur ſi illud factū fuit, multò magis hoc. Proinde quòd hoc ueriſimile, tum autem rationi conforme, ex his oſtēdit. etenim illo probato, relinq̄batur, ut & hoc admiſsibile fieret: quod autem & neceſſarium, ex ijs quæ ſequuntur adſtruit. *Non ſicut per unum qui pecca uerat, ita & donum*, ait. *Nam iudiciū quidē ex uno in con demnationē: donū autē ex multis delictis ad iuſtificationē.* Quid tandem hoc dictū ſibi uult? Nempe quòd & mortem, & condemnationē, unum quidem peccatum afferre potuit: gratia autem nō illud modò pec-

G catum sustulit, sed & quę post illud superuenere. Nā ut ne uoces hæ sicut & ita, positæ, æqualem inducāt mensuram bonorum ad mala: neq; putes, dum Adā nominari audis, illud solum peccatū sublatum esse, quod ille introduxit, dicit multorum delictorum interitum factū esse: unde hoc liquet? quoniā post infinita peccata, quę peccatum illud in paradiso perpetratū subsecuta sunt, res ipsa deniq; in iustificationē exiit. Vbi autē iustitia, necessariò & uita omnino cōsequitur, tum autem bona infinita: quēadmodū & ubi peccatum, mors. Nā iustitia plus est quàm uita: quadoquidem & uitæ radix est. Proinde quòd plura sint aduecta bona, nec sublatum tantūmodo peccatum illud, sed & cætera omnia, his uerbis ostendit: *Donum autem ex multis delictis ad iustificationē*. Vnde necessariò simul & illud ostensum est, mortem uide licet radicitus conuulsam. Superest autem ut necessariò & hoc quoq; adstruat (quandoquidē maius esse
Hic sup. c dixit secundū factum priore illo) Antè enim dixit: Si unius peccatū peremit omnes, multò certè magis unius gratia seruare poterit. posteà ostendit nō illud modo peccatū per gratiam extinctū, sed & reli-
H qua omnia: nec ipsa tantū peccata esse extincta, sed & iustitiam datam: atq; adeò Christū nō modò tantū iuuisse, quantùm læserat Adam, sed & multò magis ac multò plenius. Postquā igitur tot ac tanta pronunciauit, opus habet & hic rursus argumēto, fundamentoq; maiore. Quo igitur modo id adstruit? *Nam si per unius delictū*, inquit, *regnauit mors, multò magis ij, qui exuberātiā gratiæ, & doni iustitiæ accipiūt, in uita regnaturi sunt per unum Iesum Christum*. Quod autē ait, hoc tandem est: Si hominem unum de ligno solùm comedisse, mortem per uniuersum terrarum orbem armauit, si mors tantū robur accepit ab unius delicto, quando inuenti sunt quidam multò maiorē peccato illo gratiam & iustitiā accepisse: quo tandē pacto poterunt posthac morti obnoxij esse? propterea non hic dixit, gratiam: sed, gratiæ exuberantiam. nō enim quantum indigebamus ad peccati interitū, tātū accepimus modo ex ipsa gratia, sed & multò amplius. nā & supplicio liberati sumus, & uitiositatem omnē deposuimus, & de integro regenerati sumus, & resurreximus sepulto uetere homine, & redempti
I sumus & sanctificati, & in adoptionē adducti, & præterea iustificati, & fratres effecti unigeniti, & cohæredes', & in eādem corporis unitatem redacti, & in ipsius carnē censemur, atq; ut corpus capiti, sic illi uniti sumus. Hæc igitur omnia gratiæ exuberātiam appellauit Paulus, interim declarans nos nō medicamē uulneri par accepisse solū, sed & sanitatē, & pulchritudinem, & honorē, & gloriam, & dignitatem longè naturam nostrā superantem, atq; horū unūquodq; per se ad mortē soluendā sufficerit. quum autē omnia in unum simul cōcurrere apparuerit, relinquitur, ut ne uestigium quidē ullum, aut umbra illius prorsus deletæ apparere usquā posit. Quemadmodum enim si quis eum, qui obolos decē sibi debeat, in carcerem coiiciat, nec eum tamē solū, sed eius causa, tū uxorem, tū liberos, tū famulos, atq; hic superueniēs unus aliquis decem, quos dixi, obolos nō numeret modò, sed cū infinita item auri talenta largiatur, tū uerò in aulas regias uinctū illū introducat, in principatus altissimi thronū imponat, cum eo summum honorem, reliquūq; principalē splendorem communicet, non possint utiq; postea oboli illi decem illius memoriæ obuersari, qui eos numerauerit, mutuaue K ritq;: sic & in nobis euenit. multò. n. plura ijs quæ debebamus dependit Christus, atq; adeò tanto plura, quanto mare immēsum ad pusillam guttā collatū, maius esse possit. Nolito ergo ambigere homo, quū tantam bonorū opulentiā uideas: neq; interrogato, quī id fieri potuerit, ut illa mortis ac peccatis scintilla, tāto bonorū ueluti mari restincta, soluta sit. Hoc enim & Paulus clam significauit, quum dixit, exuberantiā gratię & iustitię q acceperint, in uita regnaturi sunt. atq; ubi id liquidò commonstrauit, rursus primo utitur syllogismo, colligans illum ac constringēs repetitione ac dicēs: quòd si propter illius peccatum in omnes animaduersum fuit, possint utiq; uel hinc iustificari, propterea ait: *Igitur sicut per unius delictum in oēs homines in condemnationē, sic & per unius iustitiā in omnes homines ad iustitiam uitæ*. Et patrocinatur rursus sibi, in eodemq; persistit argumēto, ita dicens: *Sicut. n. per inobediētiā unius hominis peccatores multi effecti sunt, sic per unius obedientiā multi efficiētur iusti*. Ac uidetur quidem quęstionē non pusillā habere quod dictum est. sed siquis accuratè attēderit, & hoc quo que perfacilè soluētur. quænā igitur quæstio fuerit? L dicere uidelicet, multos ob unius inobediētiam peccatores extitisse. Illo enim peccante ac mortali effecto, & q ex eo orti sint, eos tales esse, nihil absurdū. at ex illius inobedientia alterum peccatorem extitisse, id uerò quā (obsecro) congruentiam, consequentiamq; habeat? Inuenietur enim sic ne pœnas quidē debere, qui talis fuerit, siquidem non ex se ipse peccator extiterit. Quid igitur hoc loco, uerbum hoc, peccatores, significat? mihi uidetur tantundē significare, quantum illud supplicio obnoxij ac mortis rei. Quòd porrò Adā mortuo, omnes simus mortales effecti, apertè ac multis demonstrauit. Quod autem in quæstionē cadit, est, qua id de causa factum est? sed nondum hoc addit. neque enim ipsi ad præsens cōducit. nam aduersum Iudæum constituta pugna est, ambigentem, ac deridentem quam per unū iustitiam factam esse uult. Iccirco quum ostendit & suppliciū ex uno in omnes deriuatum fuisse, qua id de causa acciderit, nondum addidit. neque enim superuacaneus est, sed ea tantū persequitur, quæ necessaria sunt. Hoc enim iam non ipsum magis, quàm Iudæum cogebat certaminū lex dicere: quapropter insolutum relinquit. Quod si quis uestrū quærat discere, id dicemus. Quod non solū nihil nocumenti accepimus à morte huiusmodi & condēnatione, si sapuerimus, sed mortales effecti lucrum etiā fecimus: primum hoc uidelicet, ⌜ut mortali in corpore non peccemus,⌝ deinde ut infinita habeam⁹ philosophię argumenta. Nam & modum ut seruemus, & temperantes, compositi, ac sedati simus, itemq; uitiositate oī liberati, & p̄senta nea & expectata mors suadet. Cum hisce autē seu potius ante hęc ipsa, & plura alia attulit bona. Hinc enim tum martyrū coronæ, tum Apostolorum præmia. Ita Abel iustificatus est, Ita Abrahā mactato filio, Ita Ioānes propter Christum interemptus, Ita pueri tres, ita Daniel. Si enim uoluerimus non mors modò, sed ne ipse quidem diabolus nocumento esse nobis potuerit. extra hęc autē & illud itē dicendū est, quòd & immortalitas nos excipiet, atq; ad modicū admoniti tēpus, cum securitate, ac libertate futuris bonis potiemur, tāquā in schola aliqua uita præsenti per morbū, per afflictionē,

per tentationes,

⌜*ut nein corpore immortali peccemus.*⌝ Nῶ ἀθανατῶ *habet Veronen.* θνητῶ *uerò Germ.*

A per tentationes, per paupertatē, per cætera item, quę mala esse uidētur, eruditi, ut apti efficiamur ad futurorū bonorū perceptionem. *Lex autē obiter subijt, ut abundaret delictum*. Posteaquā. n. ostēdit ab ipso quidem Adā uniuersum terrarū orbē condemnatū, ab ipso aūt Christo saluum effectū, & à condēnatione liberatū: opportunè & de ipsa deinceps lege quærit rursus, opinionē eam, quā de ipsa haberent, succidēs atq; adimens. neq;. n. solū, ait, ea iuuit, auxiliataq; est nihil: sed, & ea obiter cū subiisset, recruduit, auctusq; est morbus. Hic aūt uox hæc, ut, non causam dicit, sed rei euentū denotat. neq; enim lata lex est, ut abūdaret, sed lata quidem, ut minueret, & tolleret peccatum: euenit aūt secus, non à legis natura, sed ab eorū ignauia ac socordia qui legē accepere. Quamobbrem porrò non dixit: lex autē data est, potius, q̄ lex aūt obiter subijt? Tēporarium illius usum fuisse ostēdit, non aūt ipsam magistram, aut principalē. Quod
Gala. 3. d quidem & in ea, quā ad Galatas scripsit, epistola ait, aliter hoc idem declarans: Antequam enim accederet fides, ⌜sub legē, inquit, inclusi custodiebamur:⌝

B Quare non alteri, sed sibi fidem seruabat. Quoniam enim mechanici quidā erant Iudæi & dissoluti & ad ipsa dona supini, idcirco lex data est, ut illos uidelicet uehementius coargueret, aperteq; doceret, quo in statu essent, atq; accusationem augens, ipsos magis constringeret. Tu uerò ne terreare. non enim ut maius existeret supplicium, id factū est, sed ut maior appareret gratia. Quapropter adiecit: *Vbi aūt exuberauit delictum, ibi magis exuberauit gratia*. Non dixit, exuberauit: sed, magis exuberauit. non enim supplicio liberauit solū, sed & peccatorum cōdonationē, ac uitam largita est. & alia item q̄ sæpenumero diximus. Haud secus ac si quis febrientem nō morbo solum liberet, sed & formosum & fortem & honoratū efficiat: aut esurientē nō alat solum, sed efficiat multarum possessionum dominum, deniq; & ad maximum promoueat principatū. Et quo pacto, inquis, abundauit delictū? Infinita mandata lex dedit. Posteaquam igitur omnia prætergressi sunt, tum abundauit peccatū. Intelligis quantum intersit inter gratiam & legē. Hæc enim & additamentum condēnationis facta est: Illa aūt doni abundantia. porrò ubi
C dixit, q̄ immensum fuerit dei erga nos studiū, exquirit rursus initium ac radicē mortis atq; uitæ. quę igitur mortis radix? peccatū. propterea ait, Vt *sicut regnauerat peccatum in morte, ita & gratia regnaret per iustitiam ad uitam æternam per Iesum Christum dominum nostrum*. Hęc aūt dixit, ostendens peccatū quidem loco regis fuisse, mortem aūt loco militis sub peccato in acie stantem, & ab illo armatam. Ergo si peccatū idem mortem armauit, perspicuū quidem est, quòd iustitia per gratiam aduecta, quæ ipsa peccatū idem tollit, non modò mortem armis spoliat, sed & illam de medio tollit, illiusq; regnum omne dissoluit. qua tenus eadem iustitia regno hoc maior præstātiorq; est, non illa quidem per homines ac diabolum, sed per deum & gratiam inducta, & ad melius uitā traducens nostram, atq; adeò ad bonū infinitum. nōdum enim ipsius erit finis, ut & hinc discas qd amplius est. Illud quidē à præsenti uita eiecit, gratia aūt ubi aduenit, non præsentem tantum, sed immortalem ac sempiternam nobis largita est uitam. Horum autem omnium conciliator nobis Christus. Ne igitur de uita dubita, cū iustitiam habeas. Etenim iusti tia melior est uita, quandoquidem & illius parēs est. D *Quid ergo? manebimus in peccato, ut gratia abundet?* Ab- *Cap. VI.* sit. Rursus ad moralē sermonem digreditur, nō præcipuo loco illum inducens, ut ne grauis ac molestus multis esse uideatur, sed ex dogmatum congruentia ac consequentia. si enim uel sic uariegans orationē, cauebat, ne fortè ægrè ferrent illi, ob ea quę diceret, unde & alicubi dixit, Audacius autē scripsi uobis à *Infr. 15. d* parte, multò magis nisi id fecisset, asperior illis uisus esset. Igitur postquam ostendit ingētem esse gratiā, hoc ipso quòd ingentia sanasset uulnera, ex eo autē uidebatur dictum hoc insipientibus esse inuitamentum ad peccatum: si enim, aiebāt, ob id maior apparuit gratia, quòd magna peccauimus, peccare ne desinamus, ut amplior gratia ostendatur: ut ne igitur talia dicerent, cogitarēntue, uide ut obiectionē subuertat. Primum quidem interdictione, dicens, absit. quod quidem facere ipse consueuit ijs in rebus, quæ sine ulla controuersia ualde essent absurdæ. deinde & ratiocinationē adijcit irrefragabilē. quāmnā aūt eā? *Qui mortui*, inquit, *peccato sumus: quomodo posthac uiuemus in illo?* Quid hoc est, mortui sumus? an qd, E quantùm quidem ad illud spectat, sententiam accepimus omnes. an quod mortui sumus illi, fide accepta, & illuminatione. quod quidem potius dicendū est. Hoc enim & quod deinceps positum est, declarat. Quid autē est, mortuos illi esse? nempe nulla re posthac illius dicto parētes esse. Hoc enim semel baptisma effecit. Conuenit itaq; ut omni nostro conatu ac studio hoc rectè factū assiduè præstemus sic, ut, licet millies iperauerit, ne amplius illi pareas, sed *Infr. 7. b* immotè mortui in morē permaneas. atqui alibi ait, quòd ipsum peccatum mortuum est. Verū illic ostēdere uolens uirtutem quæsitu facilē, hoc ponit. Hic uerò quoniam excitare auditorem accelerat, ad ipsum transfert mortem. posteà quando obscurum erat quod dictum est, id rursus interpretatur eo sermone utens, qui acriter feriat. Ait enim, *An ignoratis fratres, quòd quicunq; baptizati sumus in Christum, in mortem ipsius baptizati sumus? sepulti igitur sumus unà cum ipso per baptismum in mortem*. Quid ea sibi uerba uolunt, In mortem ipsius baptizati sumus? ad hoc ut & ipsi moriamur, sicut ille. Crux enim est F baptisma. Quod igitur Christi crux & sepulchrum, hoc nobis baptisma fuit, quāuis non iisdē in rebus. Ille enim carni & mortuus & sepultus est, nos autē peccato utrunq;. Quapropter nō dixit, insititij facti sumus morti: sed, similitudini mortis. mors enim & hoc & illud, sed non eiusdem subiecti. illa enim carnis, Christi uidelicet: hæc autem peccati, nostra scilicet: ut igitur uera illa, sic & hæc. Verum quanuis uera, ⌜oportet & partes quoque nostras simul ad eam adferri. Vt *quemadmodum Christus excitatus est è mortuis per patris gloriam, sic & nos in uitæ nouitate ambulemus*. Hoc loco unà cum uitæ cura, & resurrectionis quoq; meminisse clàm uidetur. quo pacto? Credidisti, inquit, quòd Christus & mortuus fuerit, & resurrexerit? Igitur & quod ad te pertinet, credito. Hoc enim illi adsimile: nam & ad te quoque spectat tum crux tum sepulchrum. Si enim communionem es adeptus in morte atq; sepultura, multo certè magis in resurrectione, atque uita: nam cum id quod maius est, nimirum peccatum, solutum sit: iam nō oportet de eo, quod minus est, dubitare, nimirum de mortis exitio.

si etiam.

Morale.

G Verùm hæc Paulus ad præsens auditorũ cõscientiæ considerãda relinquit. Ipse aũt resurrectione, q̃ de nobis futura est, proposita, aliam à nobis resurrectionẽ postulat: nẽpe nouum uitæ præsentis genus, atq; institutũ, à morũ immutatione factũ. Nam ubi scortator fit castus: ubi auarus, misericors: ubi asper, mansuetus: & hic quoq; existit resurrectio, quę tanq̃ illius alteri⁹ procœmiũ est. Et quo pacto resurrectio? peccato quidẽ mortificato, iustitia aũt exurgente: ac uita quidẽ pristina deleta, noua autẽ hac & angelica regnante. Porrò aũt cum audis nouam uitã, magnã uarietatem, magnam mutationẽ quære. Enimuero iam mihi in mentẽ uenit, ut illachrymer, ac magnopere ingemiscã cogitanti, q̃ magnam à nobis moderationem atq; constantiam Paulus exigat, q̃ magnæ aũt nos ignauiæ dediderimus, à baptismo ad priorẽ senectutem reuersi, atq; in Aegyptum reflectẽtes, & allia post ipsum manna memoria recolẽtes: decem enim & uiginti diebus ab ipso statim baptismo ĩmutati, pristina de integro studia aggredimur. At uerò H Paulus non ad præscriptũ dierum numerum, sed ad oẽm nostram uitã hmõi politiam requirit. Nos autẽ ad priorem uomitũ redimus, post iuuẽtutem à gratia acceptam, senectutẽ à peccatis exorientẽ excitantes. Siquidem pecuniarũ amor, absurdarũ appetionum seruitus, denicq; quoduis peccatũ senem efficere eum solet, qui illud commiserit: quod aũt inueterascit iam ac consenescit, interitui proximũ est. neq; enim sic ipsum corpus tpe dissoluitur, ut anima per peccatorum multitudinem marcescit, flaccescit, ac de gradu deiicitur. etenim ad summam iam ea educitur nugationẽ, uerba nihil significãtia enuncians, ut facere solent, qui senectute cõfecti delirant: eadẽ muco ac pituita referta, stupida interim atq; obliuiosa, lippitudinem in oculis gestans, hominibus abominabilis, ac talis. ut eam diabolus non ita magno negocio capere queat. Sunt enim tales peccatoribus animæ: è diuerso aũt iustorum animæ iuuenescunt, uigent, in ipso ætatis flore semper cõsistunt, ad quã uis pugnam ac luctam nullo nõ tpe comparatæ, cũ interim peccatrices animæ uel ad paruam irruentis I aciei impressionẽ statim prosternũtur, ac pereunt: id quod propheta declarans, ait quasi puluis à uento
Psal.1.b eiaculatus à terrę facie, ita sunt increduli & infideles. Adde quòd qui in peccatis uitã degunt insidijs obiecti, cõtumelię obnoxij sunt, neq; enim sano aspectu, neq; syncero auditu, neq; loquela distincta ualent, sed multo singultu abundãt, ingentem ab ore profluentem spumam circunferentes, atq; utinam spumam tantũmodo: nihil enim absurdi esset. nunc aũt quouis cœno putidiora uerba euomunt, ac quod grauius est, ne uerborũ quidem eiusmodi sputũ expuere queunt, sed manu excipientes magna cũ execratione de integro ipsum atterũt, crassum quidem illud, ac non facilè sectile. Fortasse nauseatis ad narrationẽ hanc, magis ergo ad ipsam actionem hoc facturi sitis. nam si corpori cum insunt, insuauia quidem sunt, quantò magis cum ipsi animæ? Talis erat filius ille, qui sua omnia bona obliguerierat, ad summam nequitiã perductus, quouis nugante, aut ęgrotante deterius habens: qui tamen ut uoluit, statim nouus factus est totus, ab ipsa solũ animi animad-
Luc.15.d uersione, ac mutatione. Posteaquam enim dixit, Reuertar ad patrẽ meũ: uerbum hoc, illi bona omnia attulit: sed potius non uerbum simpliciter, sed opus K uerbo additum. Vbi primũ enim dixit, Reuertar: reuersus quidem est, & totũ illud iter rediens confecit. Sic & ipsi nos faciamus, ac si uel extra ipsos patriæ fines abducti fuerimus, ad paternam tamen domũ reuertamur, neq; nos longioris uiæ pigeat: nam uolentibus nobis facilis ac celerrimus reditus fit. hospitam modò & alienam terram deseramus: hoc enim ipsum est peccatũ, procul nos à domo paterna abducens. Illud ergo relinquamus, quò mox domũ paternam reuertamur. Est enim pater propenso erga nos affectu, qui si nos de sñia priore deductos esse senserit, nihilo certè minoris, sed & pluris ęstimabit, q̃ qui perpetua uita integri, inculpatiq; uixere. Nam & illũ, cuius paulò antè meminimus, tum pater pluris fecit. recuperato enim quem amiserat filio, magis gauisus est. Et quo, inquies, reuertar modò? Rem tãtum aggredior, & totum cõpleueris. Sistito, ac peccare desinito, ulterius nõ progressus: ac tibi iam in manu res tota aderit. Nam quemadmodum usu uenire uidemus in ijs, qui morbo laborãt, ut cum morbus nõ ingraueſcit, tum sanitatis initium fiat: sic & in ip- L sa uitiositate, ulterius ne processeris, & tibi malitia finem habuerit. qui si id duos dies feceris, tertio facilius abstinueris, ac si post dies tres decẽ addideris, fiet, ut uiginti deinceps addas, ac deinceps centum, tum aũt uitam totam. quantò enim magis progressus fueris, eò magis facilè uiam offendes. ad postremum in ipso constitutus fastigio bonorũ multorũ fructum simul decerpes. quando & tum, cũ Prodigus ille reuertit, & citharę, & chori, & liberalitates, & publici conuentus extitere: ac qui pro perdita impẽsa, pro tam longa peregrinatione à filio pœnas repoſcere debebat. Vsqueadeò nihil horum fecit, ut & illum tanq̃ uita proba, tanq̃ fama esset incolumi, conspexerit, ac ne uerbo quidẽ quicquam illi exprobrauerit, atq; adeò ne leuiter quidem res illi præteritas in memoriam redigere sustinuerit: sed & illum complexus atque osculatus, uitulum ſ sacrificauerit, ſ stolam induerit, multo ornatu composuerit. Id genus igitur exempla nobis proponentes bono animo simus, nihil prorsus desperantes. neque enim sic ille lætatur, cum dominus, ut cum pater audit: neq; cum M seruum, ut cum filium habet, atque adeò hoc maiuult quàm illud. Propterea omnia ille fecit, quæ fecit', ac ne unigenito quidem filio pepercit, ut adoptionem reciperemus, ut non tanquam dominum
Rom.8.f solum, sed tanquam patrem se amaremus. quod cũ à nobis assecutus est, ita sibi placet, ut qui glorificatur, idq; apud omnes præ se fert, qui tamen nullius rei nostræ indigens est. Hoc igitur in ipso Abraham, hoc in Isaac, hoc in Iacob fecit: ubique dicens, ego
Exo.3.b deus Abraham, & Isaac, & Iacob. Atqui seruos oportebat in hoc sibi placere: nunc uerò, ut apparet, dominum habemus hoc factitantem. Idcirco & Petro
Ioan.21.c ait, Amas me pluſquam omnes hi? ostendens se id à
Gen.22.d nobis primo loco quærere. Itaq; & Abraham ut filium ſ sacrificaret iussit, ut omnibus palàm faceret, quòd à patriarcha magnopere amaretur. Velle autem magnopere amari ex eo nascitur, quòd & magnopere amet. Propterea & Apostolis dicebat, Qui
Mat.10.d patrem matrémue pluſquam me amat, non est me dignus. quo nomine animam ipsam, rem nobis ante omnia propriam, iubet ut charitati erga se nostræ postponamus. ſ nam ille maiorem in modum uult à

A nobis amari. Etenim & nos quoque cum non admodũ erga aliquem afficimur, illius amore non magnopere indigemus, ut præpotens ille atq; illustris sit. Sin uero feruido aliquẽ, ac uerò amore prosequimur, ut tenuis atq; humilis ille sit, qui à nobis amatur, illius erga nos amorẽ magnæ gloriæ loco ponimus. qua de causa & ipse non solũ à nobis amari, sed & pro nobis probrosa illa perpeti, gloriam uocabat. Illa porrò ob charitatẽ tantũ gloria erant. Quæ autem nos pro ipso passi fuerimus, ea non propter charitatem tantũ, sed & propter amati magnitudinem ac dignitatem, gloria meritò tum uocentur, tũ fuerint. Tanquã igitur ad magnas coronas accurramus, sic pericula illius noſe obeamus: ac neq; paupertatem, neq; morbũ, neque uexationem, neq; calumniam, neque ipsam ẽt mortem molestam, grauemq; existimemus, quoties ea nobis pro eo tolerãda fuerint. nam si sapuerimus, summũ ab iis', q̃ dixi, omnibus lucrũ faciemus: quemadmodũ nisi sapuerimus, à rebus cõtrarijs boni nihil decerpemus. Agè itaq; rem ita considera. Incõmodat tibi aliquis, atq; B aduersatur. Author tibi ille est, ut experrecto animo
Mat.5.g sis, ac tibi occasionẽ affert, unde deo similis existas. nam si illũ tibi uel insidias struentẽ amaueris, illius similis fueris, quo authore sol super bonos iuxta ac malos exoritur. Alius pecunias tuas interuertit id si generoso animo pertuleris, mercedem eandẽ feres, cũ iis qui omnia sua pauperibus erogant: ſ Etenim rapinam bonorum uestrorũ, inquit, cũ gaudio ac cepistis sciẽtes potiorẽ uos habere substãtiã in cœlis ac manentem ſ hic dormitat se uidetur inter pres in euangelio esse putãs quod est apud Paulũ ad Hebræ. c. 10. g Mat. 5. a Luc. 18. b Rom. 8. f

Ephe. 6. b c

cũ iis qui omnia sua pauperibus erogant: ſ Etenim facultatũ rapinã nobis præcepit deus cum lætitia excipiendam, meliorem in cœlis subſtãtiam, eamq; permanentem habituris. ¶ Maledicta in te ac probra alius coniecit: sint ea uel uera, uel falsa, ingentẽ tibi lauream ille contexuit, si conuicium æquo animo tuleris. nam quisquis in nos sycophãtã agit, is mercedem non paruã nobis conciliat. Gaudete enim, ait, & exultate cum malum uerbũ dixerint aduersum uos mẽtiẽtes, quoniã merces uestra copiosa est in cœlis. Rursus q̃, quod uerũ est, nobis exprobrat, is magno usui est: si modò æquo animo tulerimus, quę in nos dicta fuerint. Etenim Phariſeus q̃ uera essent proferebat tum cũ publicano malè diceret: sed tamen pro publicano iustũ effecit. Quid porrò me attinet singulatim de omnib⁹ loqui? Licet enim nobis Iob certamina percensentibus, omnia hęc accuratè perdiscere. Propterea & Paulus dicebat: Si deus pro nobis, qui contra nos? Quemadmodũ igitur si studium adhibuerimus, lucrum etiam ab iis reportabimus qui nobis molesti fuerint, ita socordiæ deditи, ne ab iis quidem, qui nobis præsidio fuerint, meliores euademus. Quid enim obsecro, Christi cõsuetudo Iudææ profuit? quid autem Iudęis lex? quid aũt Adamo paradisus? quid autem iis qui in eremo erãt Moses? Quamobrem prætermissis omnibus unum nobis tantũ uidendũ est, nimirum quemadmodũ rerum ad nos pertinentiũ statum rectè administrabimus. Hoc enim si præstiterimus, ne ipse quidem diabolus unquam nobis superior euadet, quin & magno etiam usui erit, ad uigilantiam, ad sobrietatem, ad castimoniã nos pręparans. Sic sanè & Ephesios Paulus excitauit, illius feritate enarranda. Sed nos nimirum altum dormientes stertimus, cum tamen hostem usqueadeò improbum habeamus. At qui, si serpentem ad lectum nostrum latitare sciremus, hic magno admodum studio ad illum perimẽdum ferremur: diabolo autem in nostris ipsorũ animis latitante, nihil aduersi nos pati arbitramur, sed D supini, ac desides, animisq; concidẽtes, malis nostris indormimus. Cuius rei causam hanc esse arbitror, quòd illũ corporeis oculis nõ contuemur, quanquã hoc potissimũ nomine uigilantes nos ac sobrios esse oportebat. nam sensibilẽ quidem hostem facilè declines: at inuisibilẽ, nisi undiq; armati fuerimus, difficilè euitare possimus: & quidẽ ob id potissimũ, quòd recta ille depugnare non nouit: alioqui enim, euestigiò à nobis uictus caperetur. Verùm amicitiæ identidem specie, crudelitatis uenenũ eiaculatur. Ita sanè Iob uxorem induxit induta pietatis persona pernicioſum consilium adferre: sic & cum Adam uerba faciens, orationem simulat, qua ostendat se illorum curam ac patrocinium sucipere, cum diceret, adaperientur oculi uestri quacunque die de ligno comederitis: Sic & Iephthe pietatis ac religionis ſpe- *Gen.3.a* cie persuasit, filiam ut immolaret, illegitimũq; sacri- *Iudi.11.g* ficium offerret. Vides insidiosas illius uias? uides bellum multiforme? Caueto igitur, te undique spiritualibus armis sepiens, illius commẽta atque artes exactè perdiscito, ut cum te ille capere nequeat, tũ uerò E non magno illum negocio capias, quando & hac quidem ratione Paulus illo superior euasit, hęcce diligenter perdiscens. Quamobrem & dicebat, Neque *2.Cor.2.e* enim illius cogitationes ignoramus. Itaque & nos quoque illius insidias tum sentire, tũ declinare studeamus, ut reportata nobis de illo uictoria, & in hac uita & in futuro seculo uictores prędicemur, immortaliaq; bona assequamur, gratia ac clementia domini nostri Iesu Christi, per quẽ & cum quo patri unà cũ sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, in secula seculorum, Amen.

Homilia undecima.

ſ *I enim cõplãtati sumus similitudini mortis eius, nimirũ & resurrectionis erimus.* Quod prius diximus, id nunc quoq; dicemus: quòd uidelicet in moralem orationẽ assiduè digreditur, nõ sicut aliis in epistolis, quas quidẽ in duo diuidit. ac priorem illarum partem dogmatibus, posteriorem morum curæ partitur. quam tamen hic rationem non sequitur, sed per totam ipsam epistolam mix- F tim hoc factitat, ut plausibilis, acceptabilisq; sit oratio. Duas igitur hic ait mortificationes, & mortes itẽ duas: alteram quidem à Christo factã in baptismo, alteram autem à nobis fieri debere per subsequens studium: Etenim quòd priora quidem peccata sepulta fuerint, illius dono tribuendum est: quòd autem à baptismo mortui peccato maneamus, studij nostri opus existat oportet. quanquã uidemus deũ & hic quoque multas ad res uel maximè nobis præsidio esse. neque enim istud baptisma ualet tantũ ad priora peccata delenda, sed & aduersum futura confirmat. Itaq; quemadmodum in illis fidem contulisti tuam, ut ea delerentur: sic & in subsequentib⁹ studij mutationem exhibe, ut ne te ipse rursus sordides. Hæc enim & his similia consulens ait: Si enim complantati sumus similitudini mortis eius, nimirum & resurrectionis erimus. Vides ut auditorem erexerit, ad suum statim dominum illum subuehẽs, ac multam ostendere conatus similitudinẽ? Propterea nõ dixit morti, ut ne cõtradicas: sed, similitudini mortis. neq; n. hęcce substãtia mortua est, sed homo is, quẽ peccata genuerãt hoc est uitiositas. nec dixit,

G Si enim participes facti sumus similitudinis mortis: sed quid? Si complantati sumus. Plātæ quidē nomine, & fructum ex ea nascentem nobis clā significās. Nam quemadmodū illius corpus sepultum in terra, fructum uniuersi orbis salutē tulit: ita & nostrū sepultū in baptismate, fructum tulit, iustitiam, sanctificationem, adoptionem, bona infinita, ferret autem & resurrectionis postea donum. Quandoquidem igitur nos quidem in aqua, ille autem in terra, nos per peccati rationem, ille per corporis, sepultus est: ob id non dixit, complantati morti: sed, similitudini mortis. mors siquidem tam hoc quā illud, sed non eiusdem suppositi Si igitur, ait, in morte sumus complantati, & resurrectionis erimus: de ea resurrectione hic agens, quæ futura est. Nam superius cum de morte disputauisset, dixissetq; : An ignoratis fratres, quòd quicunque baptizati in Christum sumus in ipsius mortem baptizati sumus? nihil de resurrectione apertè egit, sed de eo uitæ genere, quod baptismum sequitur, iubens in uitæ nouitate ambulare. Propterea hoc loci eundem resumens sermonē, il
H lam demū resurrectionē denunciat. atq; ut intelligas non eū sentire de ea resurrectione, quæ à baptismo existit, sed de illa futura, aduertito. Nam cum dixisset, Si complantati sumus similitudini mortis eius: non dixit, quòd & similitudini resurrectionis erimus: sed, & resurrectionis, non addito similitudinis uerbo. ut ne enim diceres: Quomodo, nisi sic mortui fuerimus, ut mortuus ille est, resurgemus, ut resurrexit? Mortis quidem mentionem ubi fecit, non dixit, cōplantati morti: sed, similitudini mortis. cum autem resurrectionis, non iam dixit, similitudini resurrectionis: sed, ipsius resurrectionis erimus, nec dixit, iam sumus: sed, erimus. & hoc rursus uerbo indicās, eam resurrectionem quæ nondū facta est, sed eam quæ futura est. Postea uolens sermoni fidē cōciliare, ostendit, alteram resurrectionem hic factam ante illam, ut à præsenti resurrectione ei fidem habeas, quæ futura est. cum enim dixisset, complantati erimus resurrectioni, addidit: *Hoc cognoscētes, quòd uetus homo noster simul crucifixus est, ut aboleretur corpus peccati*, coniūctim & causam, & probationē, futuræ resurrectionis ponēs. nec dixit, crucifixus est:
I sed, simul crucifixus est, proximè admouēs baptismа sepulchro. ob qđ & superius dixit: Cōplātati similitudini mortis eius sumus, ut deleatur corpus peccati. non corpus hoc sic uocās, sed malitiā oēm, quē
Colos.3.b admodū & ueterē hoiem appellat totā uitiositatē: ac quòd nō id coniectamus, ab ipso Paulo hoc ipsum p ea q̄ deinceps sequūtur interpretāte, audi. nā cū dixisset, ut deleatur corpus peccati, tū addidit: *ut ne amplius peccato seruiamus*. Huic. n. ipsum uolo esse mortuum, nō quidem ut deleatur & moriatur, sed ut ne peccet. ac progressus, manifestius adhuc illud reddidit: *Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato.* De quolibet homine hoc ait. Quòd quemadmo-
Ascendit dū qui è uita decesit, in posterū peccato liberatur, mortuus cū iaceat: sic & is, q à baptismo descēdit. quādoquidē. n. illic semel mortuus est, peccato omnino mortuo maneat oportet. Si igitur in baptismo mortuus es, mane mortuus. etenim unusquisq; mortuus cū est, amplius peccare nequeat. qui si peccas, labefactas dei donū. Tantam ergo à nobis philosophiā ubi exegit, & coronā statim adiecit, dices: *Si autem mortui sumus cum Christo.* Atqui & hoc ante coronā: magna quidē corona, cōmunionē habere cum K
domino. Verūtamē & aliud tibi præmiū, ait, largior. quódnam id? uitam æternā. *Credimus enim*, ait, *fore ut cum illo uiuamus*. & unde id liquet? *Quòd Christus qui à mortuis resurrexit, non amplius moritur.* Ac rursus ipsius contemplare contentionem, utq; à rebus inter se pugnantibus illud adstruat. Quandoquidem enim uerisimile erat nōnullos turbari audito & crucis & mortis nomine, ostendit ob hoc ipsum potiśi mum posthac oportere nos bono animo esse. Caue enim, inquit, putes, quòd semel mortuus sit, illū mortalē esse. nā hac ipsa de causa imortalis manet. nā mors mortis, eius mors extitit. ac quoniā mortuus est, ob id non moritur. etenim illā mortē peccato mortuus est. Quid est, peccato? hoc est, ne illi quidē morti obnoxius erat, sed pp peccatū nostrū. nā ut illud tolleret, ipsiusq; nertuos, ac uim oēm rescinderet, ob id mortuus est. Vides quo pacto terruerit. Si enim non iterū moritur, nec iterū lauacrū est. quòd si lauacrū nō est iterū, caue & tu ad peccatum inclines. Hæc. n. omnia dicit cōtra illud stans
L seq; obfirmans, uidelicet, faciamus mala, ut ueniāt
Supr.3.b bona: & itē contra illud, maneamus in peccato, ut
Hic sup.a gratia abūdet. huiusmodi igitur suspicionē radicitus tollēs, oīa hæc ponit. *Quod autem uiuit, uiuit deo:* hoc est, indissolubiliter, ut nullū amplius i id dominatū mors habeat. Si. n. mortē priorē, obnoxius cū non esset, mortuus est, sed pp nostrum peccatum: multò magis nunc non morietur, cum illud pessundederit. Quod & ad Hebræos ait: Semel in consum
Heb.9.g matione seculorum ad abrogationem peccati per hostiam suā apparuit. Et quatenus statutū est homi nibus semel mori, sic & Christus semel oblatus est ad multorū exhaurienda peccata: secundò sine peccato apparebit omnibus expectātibus ipsum in salutē. Ostendit aūt & uitæ secundū deum actæ uim, & peccati item potētiam. Vitæ quidem secūdum deū actæ, quòd non ultra morietur: peccati autem, qđ, si hoc ad mortem obeundam illum præparauit, qui minimè peccauerat, quomodo non eos perimet, q obnoxij sunt? deinde quoniam de ipsius uita uerba fecit, ut ne quis diceret: quid uerò ad nos dictum hoc? addidit: *Ita & ipsi existimate uos mortuos quidem* M
esse peccato uiuentes autem deo. Rectè dixit, existimate, quandoquidem aspectu ipso repræsentare quod dictum est nūc nō licet. & quid existimabimus, inqt, mortuos quidā esse peccato, uiuētes aūt deo i Christo Iesu domino nostro, nā qui ita uiuit, omnē complectetur uirtutē ipsum Iesum habēs. hoc enim est, in Christo. Si enim qui mortui essent, eos excitauit, multò magis uiuos retinere poterit. *Ne igitur regnet peccatū in mortali uestro corpore, ut illi obediatis per cupiditates eius.* non dixit, ne igitur uiuat caro, neq; operetur: sed, peccatū ne regnet. neque enim uenit, ut naturam destrueret, sed ut uoluntatem corrigeret. Postea ostendens non ui ac necessitate, sed uoluntate nos nostra à malitia posśideri, non dixit, ne tyranni dem agat quod ipsum necessitatis est: sed ne regnet. Etenim absurdum planè, atq; indecens, ad cœlorū regnū uocatos, pro regina, peccatum habere: uocatos, ut cū Christo regnēt, peccati captiuos esse malle perinde ac siquis diademate à capite abiecto, intemperiis actæ mulieri, mendicæ ac pannosæ seruitutem seruire uelit. Porrò quandoquidem graue qui dem illud ac difficile, nempe peccatū superare, uide

A ut id leue esse ostendat, utque laborē ipsum molliat atq; leniat, per hæc uerba, In mortali uestro corpore. Hoc. n. declarat certamina ipsa tēporaria quidem esse, statimq; finē habere. simul autē & priora nobis mala in memoriā reducit. atq; adeò ipsius mortis radicem. Hinc enim uel ab ipso initio mortale illud effectum est: sed tamen fieri etiam potest, ut qui mortale corpus habet, non peccet. Vides Christi gratiæ abundantiam? Adam. n. corpus nondum mortale cum haberet, lapsus est: tu aūt morti obnoxiū cum acceperis, coronam ferre poteris. Et qūo regnat peccatum, inquies? nō à propria uirtute, sed à tua socordia atq; ignauia. Itaq; cum dixisset, Ne regnet: & modum quoq; regni huiusce ostendit, addens, ac dicēs, Vt illi per eius cupiditates parentes dicto sitis. non enim honos fuerit corpori licentioſē omnia gratificari, atq; idulgere, sed summa planè seruitus, & ignominiæ intentio. cum enim quę uult facit, tum demū omni libertate orbatum est. cum aūt distinetur, prohibeturq;, tum uel maximè propriam dignitatē tuetur. *Ne aūt exhibeatis membra uestra arma iniquitatis*
B *peccato, sed arma iustitiæ.* Consequitur ergo ut corpus medium sit, uitium inter & uirtutem, quemadmodum & ipsa arma. Vtracunq; autem opera fiant, ea ad eos referuntur, qui eisdem armis utūtur: ut si tam miles pro patria decertans, q̄ sicarius contra domesticos armatus, eisdem armis muniantur: neq; enim armatura crimē id sustinebit, sed ij potius, qui illam in malum cōuertunt usum. quod & in ipsa carne dicere possumus, uel hoc, uel illud effecta, pro ipsius animi sententia, non pro propria natura. Etenim si alienam pulchritudinem curiosius perscrutatus fueris, hic arma iniqtatis effectus est oculus, non à propria efficientia: oculi enim est uidere, non impudicè uidere, sed à iubentis cogitationis malitia. qui si illū continueris atq; refrenaueris, tum iustitiæ arma effectus est, eadem ratione & in lingua, in manibus, in reliquis aliis. rectè aūt peccatum iniquitatis nomine designauit. uel enim semet quis uel proximum, peccans, iniuria afficit: seu potius se ipsum prius, q̄ proximum. abducens igitur à malitia, ad uirtutem ducit, dicens. *Sed exhibete uos ipsos deo, tanquam qui ex mor-*
C *tuis uiuatis.* Vide ut à nudis nominibus exhortetur. Illic quidem peccati uerbo usus, hic autem dei. ostēdens enim quanto inter se interuallo ipsi regnantes dissideant, omni uenia militē eum priuauit, qui dei desertor, sub peccati regno nomē dare, merere, atq; in acie stare cōcupierit. non hac aūt solū ratione, sed & per subsequentia hoc adstruit, dicens: Tanquam qui ex mortuis uiuatis. p hęc enim tum peccati eiusdem perniciem, tum doni dei magnitudinem ostendit. Cogitatote enim, inquit, cū qui essetis, tum quid facti fueritis: quinam ergo eratis? mortui, & perditionem perditi nulliunde emendabilē (neq; enim quisquam erat, qui opem ferre posset) & qui tandem ex mortuis illis redditi estis? uiuentes uitā immortalē: & per quem? per eū qui potest omnia, deū. Ergo sub hoc ipso par est militare, & quidem tanta cū alacritate, cū quanta conuenit eos, qui ex mortuis uiui sunt effecti. *Et membra uestra arma iustitiæ.* Igitur non malum est per se corpus, siquidem fieri et potest, ut arma iustitiæ effici illud queat. armorū autem uerbo usus, ostēdit & bellū quoque graue imminere: qua de causa armatura nobis forti opus est, generoso itē animo, quiq; belli eiusdem naturam probè calleat, tum uerò ante omnia duce. Ac dux quidem præstò D
est, ad ferendas suppetias semper paratus. Idem inexpugnabilis manens, fortibus ab eo armis nobis apparatis. supereſt aūt, ut ea uoluntate præditi simus, quæ decenter atq; ex usu arma pertractet, sic ut ducis dicto parens, arma pro patria sumat. Nos igitur ubi ad tam magna hortatus est, in memoriamq; reuocauit & arma, & pugnā & bella: uide ut rursus miliți animos addat, ut inungat, ac præparet alacritatē, dicens: *Peccatum enim uobis non amplius dominabitur, non enim sub lege estis, sed sub gratia.* Si igitur non amplius nobis dominaturū est peccatū, qua tandē causa tot, tantaq; præcipit atq; interdicit? dicens, Ne regnet peccatū in mortali uestro corpore: &, Ne exhibeatis mēbra uestra, arma iniquitatis peccato. Quid igitur dictum hoc sibi uult? orationis cuiusdā seminariæ fundamenta hic iacit, quam postea explicaturus est, ac diligēter adstructurus. Quænam igitur est ista oratio? Corpus nostrum ante Christi aduētum facilè expugnabatur: unà enim cum morte, magnū etiam affectuum ueluti examen introierat. Itaq; cor
pus idem nō ualde agile erat ad eum cursum, qui ad E
uirtutem ferret. neq; enim spiritus aderat, qui opem afferret: neq; baptisma, quod mortificare posset. Sed effrenis equi ritu currebat quidem, aberrabat autē identidem lege, tum quæ agenda, tum quæ uitanda essent, dictitante quidem, nihil tamē amplius, extra uerborum admonitionem ijs, qui dimicarent, adferēte. At posteaquam Christus aduenit, faciliora certè certamina sunt effecta. Propterea maiores & nobis certaminum campi, maiora theatra proposita sunt, tanquam maioris auxilij participibus effectis.
unde & Christus dicebat: Nisi abundauerit iustitia *Mat.5.c*
uestra supra scribarum ac Pharisæorum iustitiā, non intrabitis in cœlorum regnum. Sed hoc ipsum quidem in subsequētibus apertius dicit. Interim autem hic breuibus illud clam indicat, ostendens peccatū, nisi magnopere succubuerimus neutiquam nobis superius euasurum. neq; enim lex adest, quę tantùm iubet, sed gratia: ea inquam gratia, quæ cum priora condonat, tum uerò ad futura nos munit, ac confirmat. Etenim illa post susceptos labores, coronas pollicebatur. Hæc autē prius coronauit, ac tum de- F
mum ad certamina traxit. Mihi porrò uidetur Paulus non omnem hominis fidelis uitam hic significare, sed comparationem facere baptismatis ac legis.
Id quod & alibi ait, his uerbis: Litera quidē occidit, *2.Co.3.b*
spiritus autem uiuificat. Nam ipsa quidem lex redarguit prætergressionem, gratia aūt soluit prætergressionem. Quemadmodum igitur illa redarguens cōstituit peccatum, sic hæc concedens non sinit esse sub peccato. Quo fit, ut duplici ratione sis hac tyrānide liberatus, partim quòd sub lege nō amplius sis, partim quòd gratia potitus sis. Atq; ubi per hæc fecit, ut auditor respiraret, illum rursus confirmat, ex obiectione admonitionem inducēs, ac sic locutus: *Quid ergo? peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit.* Primum quidem interdictione usurpat, quòd uidelicet ualde absurdum id dictum sit: pòst autem & orationem ad admonitionem educit, ostenditq; certaminum magnam esse facilitatē, sic inquiens: *Nescitis quòd cui exhibuistis uos seruos ad obediendum, serui estis eius, cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obedientiæ ad iustitiam.* Nondum, inquit, de gehenna disputo, nec de uehementi illo suppli-

G cio:sed de præsenti probro ac turpitudine, cum uos serui efficimini,& serui uoluntarij,& serui peccati: & quidem tali cum mercede,ut moriẽdum uobis rursus sit. Si enim ante ipsum baptisma mortem effecit corporalem, uulnusq; tanta curatione indiguit, ut qui omniũ esset dominus,ad mortem usque deuenerit,atq; ita demum malũ soluerit, post tãtum donũ, post tantam libertatem, hoc ipsum rursus peccatũ te ultrò sibi succumbentem ac manus dantẽ si fortè deprehenderit:quid tandem effecturum non fuerit? Ne ergo ad tantũ barathrum accurras,neu ultrò te ipse prodas. Nam in bellis quidem uel nolentes & inuiti produntur sæpe milites: Hic aũt nisi ipse ultrò transfugeris,superabit te nemo. Illos igitur ubi à decoro pudefecit,terret & à præmijs, ac ponit utriusq; mercedem,iustitiam ac mortẽ, mortem non quidẽ talem,sed multò quidẽ pestilentiorem. Si enim Christus nõ ultra est moriturus, ecquis illam soluet mortem? certè nullus. Igitur æternum supplicium ac pœna sempiterna necessario subeunda . neq; enim amplius mors adest sensibilis,ut hic,ipsum corpus con
H sopiens,atq; ab anima separãs. Postremus enim hostis aboletur,mors,unde immortale futurũ est supplicium. At uerò deo obedientibus non sic continget,ut quibus iustitia,& quę ex ea germinant bona, præmia sunt futura. *Gratia est autẽ deo,quòd serui peccati eratis,obediuistis autem ex corde in eum dectrinæ typum, in quem traditi estis*. Vbi pudefecit à seruitute, ubi terruit à præmijs, & adhortatus quidẽ est, illos corrigit,emẽdatq; rursus à beneficiorum memoria: per hæc enim ostendit,quòd ingentibus malis liberati sunt,& quòd non proprijs laboribus, & quòd q̃ futura sunt,ea faciliora erunt. Nam quemadmodũ cum quis crudelis tyranni alicuius captiuum,captiuitate ea à se liberatum,hortatur,posthac ad tyrannum ne reuertatur,tum illi memoriam refricat grauissimæ durissimæq; illius tyrannidis: ita & Paulus quæ præteriere mala,per eas,quas deo agit, gratias manifestissima ac significãtissima reddit. neq; enim humanæ,ait,potẽtiæ fuit,quòd ab illis malis erepti, erutiq; fuerimus:sed deo & habendæ & agendæ gratiæ,qui id & uoluerit,& potuerit. ac rectè dixit:obe-
I diuistis ex corde. neq; enim ui coacti aut necessitate adacti estis,sed uoluntate uestra,studio,atq; alacritate cõiuncta uos ab illis malis subtraxistis. Hoc porrò & laudantis est simul, & morsu illos attingentis. qui enim ultrò accessistis nullam uim perpessi, quã tandem habere ueniam,quam defensionem obtendere possitis,ad pristina reuersi? Deinde ut intelligas negotij totius laudem non tam ad illorum gratum beneuolumq; animum, quàm ad dei gratiam ac beneficentiam referẽdam,cum dixisset, obediuistis ex corde:addidit,in eum doctrinę typum, in quem traditi estis . nam obedientia ex corde profecta liberũ arbitrium denotat: traditos autem illos esse,dei auxiliũ significat. quis porrò doctrinæ typus hic? nempe uita recta, uita optimè & honestissimè instituta. *Cæterùm liberi à peccato,serui facti estis iustitiæ*. Hoc loco Paulus dei ostẽdit dona duo,alterum, quòd nos ille peccato liberauerit: alterum, quòd iustitiæ mancipauerit. Id quod omni etiam libertate antiquius, præstantiusq; est. Nobiscum enim ille similiter egit, atq; siquis puerum orphanum nactus,à barbaris raptum,inq; illorum regionem abductum,ipsum non solùm captiuitate liberet, sed & patrem sese illi offi-

K cioſum, ſtudioſumq; præbeat, tum præcellenti aliqua dignitate cohoneſtet. Quod ſanè in cauſa noſtra effectum eſt. neq; enim priſtinis peccatis ſolùm liberauit nos deus,ſed & ad angelicam uitam deductis, optimi inſtituti, ac regiminis uiam nobis muniuit: eoſdẽ nos iuſtitiæ tutelæ,ac præſidio tradens, uetera omnia mala perimẽs,ueterem hominẽ mortificans,denique ad immortalẽ uitam præitator deducens. Morale.

In hac igitur uita perſeueremus ipſi. Nam multos ſanè inuenias,qui quanquam tibi & ſpirare & pedibus ingredi uideantur,tamen infeliciſtris ſint conditionis, ijs,quos mortuos eſſe conſtat. Etenim uarij ſunt mortis modi. Alius eſt, corporis, iuxta quem Abraham mortuus cum eſſet,haudquaquam mortuus erat. ait enim ſcriptura, Deus non eſt mortuo- *Mat.22.d*
rum,ſed uiuorum deus. Alius, animæ: quem Chriſtus ſignificare nobis cum uoluit,dixit: Sine ut mortui ſuos mortuos ſepeliant. Alius,qui per ſapientiam *Mat.8.c*
fit, qui idem commendabilis, laudabiliſque eſt: de quo Paulus, Mortificate,ait,membra ueſtra, ea di- *Coloſ.3.e*
co, quæ in terra ſunt. Alius, qui in baptiſmate fit, L
eius quidem author,quem poſtremum poſui: Nam *Hic ſup.a*
uetus, inquit, noſter homo crucifixus eſt: hoc eſt, mortificatus. His ergo intellectis illam quidem mortificationem fugiamus, per quam uel uiuentes morimur. hanc uerò ne exhorreſcamus, per quã mors ea quæ omnium communis eſt,oboritur. duas porrò alias(quarum altera beata eſt,eadem à deo data: altera commendabilis, eadem partim à nobis,partim à deo effecta) & deligamus, & æmulemur. Atq; harum duarum alteram quidem Dauid beatam affirmat,cum ait, Beati quorum remiſſa ſunt peccata: *Pſal.31.a*
alteram Paulus admiratur, ſic ad Galatas ſcribens: *Gala.5.d*
Qui Chriſti ſunt,ij carnem crucifixerunt. ex duabus autem illis, quas paulò antè uno ueluti iugo copulauimus,alterã quidem cõtemnendam eſſe ait Chriſtus,dicens:Nolite timere ab ijs,qui corpus quidem *Mat.10.e*
occidunt,animam uerò occidere non poſſunt. alteram autem timendam: Eum enim,ait, timete,cuius *Ibidem.*
in manu eſt animam ac corpus in gehennam perdere. Itaq; hac morte euitata,illam mortificationẽ deligamus, quam & beatam & admirabilem diximus, M
ut aliarum duarum alteram deuitemus,alteram extimeſcamus. nihil enim nobis profuerit Solẽ intueri,comedere,bibere, niſi uita bonis operib⁹ conſtãs adfuerit. Quid enim obſecro,prodeſt regi ei,qui cõchyliatus,purpuratusq; eſt,quiq; bellicorum armorum inſtructu non caret,ſi idem ſubditos nullos habeat? ſed omnibus obiectus ſit,inſultare,iniuriãmque afferre uolentibus. Eadem ratione nullum Chriſtiano ei lucrum acceder,qui fidem habuerit,ſuúmque ad credendum deo animum induxerit,'tum donum id acceperit, quod baptiſma ipſum conſequitur: Affectibus autem obiectus, obnoxiusq; interim fuerit. ſic enim maior illi contumelia,maius dedecus inuretur. Nam quemadmodum ille diadema te redimitus, purpurea ueſte amictus, ab eo quidem ornatu non ſolùm nihil quicquam lucri ad dominesticam dignitatem tuendam aſſequitur, ſed & illam quoque per priuatum dedecus contumelia afficit: ita & fidelis corruptè ac perditè uiuens, non ſolùm non uenerationedignus, ſed uel magis ludibrio habendus. Quicunq; enim, inquit, ſine lege pec *Supr.2.b*
cauere,ij & ſine lege peribunt: & quicunque in lege

A peccauere,ij per legem iudicabuntur. & ad Hebręos
Heb.10.e ſcribẽs: Qui Moyſi,ait legem aſpernatus fuerit,abſque miſericordia ſub duobus aut trib⁹ teſtibus moritur. Quanto putatis grauioribus illũ affligendum ſuppliciis,qui filiũ dei conculcarit? Et id quidem iure optimo ſuppoſui ſubiecíq; tibi inquit, per baptiſmũ omnes affectus: quid igitur cauſę eſt cur tute in tantũ donum iniurius extiteris, alius pro alio effectũs? Interemi ac ſepeliui priſtina tua peccata, tanq̃ lumbricos. quid igitur alia peperiſti? Sunt.n.lumbricis peccata deteriora: nam hi corpus,at illa animam labefactant,ac maiorẽ ſanè putorem pariũt. id nos tamen minus ſentimus inde fit, ut animam expurgare negligamus. Neque enim q ſe uino obruit,ſentit, quanta ſit uini putrefacti abominatio: qui uerò ſobrius eſt, id probè nouit. Idem & in peccatis uſu uenit. Qui temperatè, qui caſtè uiuit,huic ignota nõ eſt illorum execratio,cœnũ, macula: qui uerò ſe totum ad malitiam dedit, quadam tanquam ebrieta
B te oppreſſus,ne ipſum hoc qdem nouit, quòd ęgro tet: habetq; ipſa in primis uitioſitas malũ hoc grauiſſimum,quòd qui in illam collapſi fuerint, eos ne dignoſcere quidem ſinit perniciei propriæ magnitudinẽ: qn potius ſic affectos illos reddit, ut in cœno cum uolutentur,unguentis tamen ſe delibutos putent. qua illi de cauſa eximere ſeſe inde non queunt, ſed uermiculis referti, tanquam lapillis pretioſis ornati,ita ſibi placẽt,ut eos uermes interimere nolint, ſed intra ſe enutriant,adoleſcere ſinentes, donec illos ad futuri ſeculi uermes reiiciant. nam hi illorum ſunt conciliatores,nec conciliatores tantũ,ſed & pa
Eſa.66.g rentes nunquam intereuntium. Ipſorum enim uermis,ait,non morietur. hi uermes gehennam incendunt eam,quæ nunquam extinguitur. ut ne igitur id fiat malorũ fontẽ exſiccemus,fornacẽ extinguamus,malitiæ radicẽ ab imo extirpemus . nam malã arborem ſi à ſummo excideris,nihil quicquam proſeceris,radice infernè adhuc manente, atque de integro germen idem producente. Quænam igitur malorũ radix eſt? Diſcito à bono plantatore, talia probè callente, uitem ſpiritualem ueram curante, uniuerſum terrarũ orbem colente. quámnam ergo hic
C eſſe ait malorũ omnium cauſam? pecuniarum cõ-
1.Tim.6. cupiſcentiam. Radix enim, inquit, malorum omniũ
b eſt auaritia: hinc pugnæ, hinc inimicitiæ, hinc bella, hinc contentiones, conuicia, ſuſpiciones: contumeliæ, hinc cædes, furta ſacrilegia . propter hanc non ciuitates, ac regiones modò, ſed & uiæ ipſæ,& qui habitatur, & qui minimè habitatur orbis, tum montes, ſaltus, colles, unoq; uerbo, omnia ſanguinis ac cædis plena ſunt. ac ne à mari quidem malũ hoc temperauit, ſed & illouſque inſanè admodum debacchans certa cum pernicie irrepſit, piratis illud undique obſidentibus, ac nouum quendam depræ dationis modũ comminiſcentibus: propter hanc & naturæ leges ſubuerſæ,& cognationis inſtituta ſedibus ſuis conuulſa,& ſubſtantiæ ipſius iura corrupta ſunt. pecuniarum enim tyrannis non contra uiuos modò,ſed & cõtra uita iam defunctos, tales tamq; impias armauit dextras. ſuntq; qui ne cũ morte q-
ſ ac ne morte qui dẽ interueniente ipſis recõciliatur. dem fœdus illos cõtingens feriunt. quinimo ſepulchris perfractis contra demortua corpora ſceleſtas, impurasq; manus intendunt: ne eum quidem q à uitæ huius moleſtiis exemptus iam ſit, ſinẽtes à ſuis ipſorum inſidiis eximi. Iam quotquot inuenias ſiue in

D domo,ſiue in foro ſiue in iudiciis, ſiue in curijs, ſiue in regiis,ſiue ubicunque uis,indidem mala omnia pullulare uidebis. hoc.n.hoc inquã malũ eſt, qđ omnia tum ſanguine,tum cæde cõpleuit: hoc gehẽnæ flammam incendit: hoc perfecit,ut ciuitates ipſę nihilo melius, immo multò deterius haberent quã loca uaſta,ac deſerta. nam qui obſeſsis uiis inſidias nobis ſtruunt,ab iis cauere perfacilè,utpote qui nõ continenter nos adoriantur: qui uerò medijs in urbibus illorum exemplũ imitantur, tantò ſunt illis peſtilentiores, quantò difficilius fuerit ab his, quã ab illis cauere. quod enim illi ſcelus clã & obſcurè audent,hi palam ac fidentes aggrediuntur. Nam quæ leges hac de cauſa latæ ſunt,ut illorum tollatur malitia,eas illi leges ad ſui auxilium cum pertraxerint, huiuſmodi cædibus,ac ſceleribus ciuitates cõplent. An non,obſecro cædes ac cædeetiã deterius eſuriei pauperẽ addicere, in carcerem coniicere, atq; adeò unà cum fame,qua tu illum confeceris, & tormentis item dedere,infinitisq; uerberibus cædere. quanuis enim hæc tu non facias tamẽ ſi cauſa à te fuerit, E
qua cauſa ea fiant: facinoris author potius cẽſeri debes, quã quibus adminiſtris facinus idẽ peragitur. Etenim paricida mucrone ſtatim impacto, ad breue tẽpus dolorẽ inurens, tormentũ ulterius nõ intẽdit. At tu ſycophantijs,uexationibus,inſidijs, lumẽ illi tenebras reddens, eo fraudis ac calamitatis illum adigens, ut millies mortẽ ſibi adfore precetur: cogitato, quæſo, quot mortes pro una adferas? Et quod omniũ grauiſsimũ eſt,rapinæ atq; auaritiæ in cumbis,interim nõ paupertate preſſus,non fame te ad id impellente,ſed quo equi tui frẽnũ, domus tectum,columnarũ capita copioſe inaurentur. hoc ipſum uerò quantam gehennam meretur? cũ tute fratrem tuum, qui uidelicet bonorũ arcanorum tecũ particeps effectus,atque eouſque à domino honoratus eſt tuo,in infinitas calamitates præcipitẽ agis, ut lapides,ut domus tuæ pauimentũ, ut animantiũ ratione carẽtiũ,ornatumq; huiuſmodi minimè ſentientiũ corpora exornes? Te ne tam ſolicitã alendi-
F canis curam gerere,hominẽ autem, ſeu uerius dicã, Chriſtum ipſum propter canẽ,& ea, quæ modò diximus,omnia ad ſummã famem adigi? quid hac cõfuſione peſtilentius? qd hac iniquitate letalius? quot tandem ignei fluuij ad huiuſmodi animã depaſcendam ſatis eſſe poſsint? Hem qui ad dei ſimilitudinẽ expreſſus eſt,pannoſus, indecorusq; iacet, p tuã inhumanitatem,muli autem uxorẽ tuam portantes, tum autẽ pelles,& ligna,quibus tectũ illud texitur, multo auro ſplendeſcunt. ac ſi ſedile, ſi ſcabellũ conficiendum eſt,ubiq; aurũ,ubiq; argentũ: Chriſti aũt membrũ,& iis quẽ propter è cœlo ad nos deus deſcendit,ſanguinemq; pretioſum effudit, auaritia tua ne neceſſarium quidem cibum habet. & lectuli quidem argento undique cincti undique ornati ſunt: ſanctorũ uerò corpora uel neceſſario operculo carent. ac tibi minoris ſit ipſe Chriſtus, quã famulorũ grex quam muli,quã lectus, quam ſedile, quàm ſcabellũ. Omitto enim uaſa his etiam uiliora, quæ ipſa quęnã eſſe poſsint,uobis cogitãdũ relinquo. Qui ſi horreſcis ad harum rerum auditionem,ab his peragendis manus abſtineto, ita fiet, ut tibi nihil noceant,quæ diximus,abſtineto inquã,atq; eiuſmodi inſaniã deſinito. manifeſtaria enim inſania eſt, adhibitum tantum in iis,quæ diximus,ſtudium. Quã-

G obrem illis prætermiſsis in cœlũ, uel ſerò tãdem intueamur. diem illũ qui neceſſario futurus eſt, in memoriam redigamus: animo uerſemus terribile illud iudiciũ, tum autẽ exactas illas diſquiſitiones, incorruptũq; ſuffragium. Conſideremus, deum hęc oía uidere, nec tamen ſulmina in nos è cœlo uibrare: etiã ſi nõ fulmẽ modò id genus facta mereãtur. ſed neque hoc, factitat tamen ille. non mare in nos immittit, nõ terram mediã perrũpit, nõ Solẽ extinguit, non cœlũ unà cum aſtris eiaculatur, deniq; nõ omnia de medio tollit. Verũ in ſuo ordine eſſe, nobisq; ſubſeruire creaturam uniuerſam permittit. Hæc igitur expendentes clementiæ eius magnitudinẽ exhorreſcamus, ad propriã nobilitatẽ reuerſi: quando quidem, ut animatos nos uideo, certè nihilo melio
H re, ſed deteriore conditione ſumus quã quæ ratione carent animalia. Illis enim conſanguineorũ amore captis naturæ communio ſatis eſt ad mutuum inter ſe affectum atq; amorẽ. Tu uerò unà cũ naturæ uinculo, infinitas cauſas cũ habeas, te membris cum propriis conſtringentes, atq; connectentes, rationem, qua ornatus, prædituſq; es, pietatis ac religionis conſortium, infinitorũ bonorũ comunionẽ: nihilominus tamen brutis iiſdem inhumanior es effectus, ut qui cum erga ea, ⌜quæ ſenſu omnino carent, ⌝ſtudium impenſum præ te feras, tum uerò dei templa fame ac nuditate perire negligas, illa eadem perſæpe mala in infinita obtrudẽs. Qui ſi ea facis, gloriæ amore captus, fratris certè tui multò maiorẽ curam te habere conueniebat q̃ equi. quò.n. melior is fuerit, qui liberalitatẽ ſentit tuã: hoc tibi ſplẽdidior ab illius cura ac ſtudio laurea texitur. neq; ſanè intel ligere te puto in contraria te incurrere, ſexcentosq; aduerſum te accuſatores comparare. quis enim nõ de te oblocuturus ſit? quis te nõ inſimulet ſummæ crudelitatis, atq; inhumanitatis, cum uideat humanum te genus uilipendere, bruta autem hominibus anteponere, atq; unà cũ brutis domeſtica uaſa ac ſũ pellectilem maiore à te in pretio quã homines ipſos haberi? An non audiuiſti, Apoſtolis dicẽtibus, eos qui primi uerbum excepere, & domos & prædia diuendidiſſe, quò fratres enutrirent? Tu uerò tum do-
I mos diripis, tum prædia interuertis, ut equum, ut ligna, ut pelles, ut parietes, ut pauimenta exornes: &, quod grauius quidẽ eſt, hãc adeò inſaniam non uiri tantũ, ſed & fœminæ quoq; inſaniunt: quę ſanè maritos ſuos ad ſtultum hunc, infrugiferũq; laborẽ componentes, illos ubique potius, quã ubi opus eſt ſumptũ facere cogunt: quas tamen ſiquis fortè hoc nomine improbauerit', ac reprehenderit, meditatã ſtatim ac cogitatam audiet defenſionem, criminationis plenam: Et hæc enim, aiunt, & illa item fiunt. Quid ais? te non pudet hæc proloqui? te non pudet unà cũ equis, mulis, lectis, ſcabellis eſuriẽtẽ Chriſtũ annumerare, ſeu uerius dicã, ne cũ his quidem illũ, ſed maiorẽ partẽ hiſce, illi autem uix modicam impertiri. an uerò neſcis tum tui, tum tuarum fortunarum, rerumq; omnium dominium penes illũ unum eſſe? an neſcis illũ corpus tuum finxiſſe, animam tibi gratuitò contuliſſe, mundum uniuerſum fuiſſe largitum? cum tu interim ne puſillam quidem horum remunerationem rependis. Iam ſi paruam domunculam certa penſione locaueris, penſionem ipſam ſeuerus, rigidusq; exigis, creaturę autem illius fructũ percipiens, orbem tam latum inhabitans, ne tantilum quidem mercedulæ penſitare ſuſtines: ſed inaK ni gloriæ tum teipſum, tum tua omnia dedis. Illinc enim omnia hæc ueluti appenſa ſunt. nã neq; equus melior, quantum ad ipſius uirtutem euaſerit huiuſmodi ornatu ac phaleris ſuperbus, neque illius item ſeſſor: qui & hoc nomine nonnunquam uilior, contemptibiliorq; redditur. multi enim ſeſſore præterito, ad unius equi phaleras oculos traducunt ſuos, tum autem ad famulos hinc inſequentes, hinc antecedentes, eoſdemq; ſubnixis alis ingredientes, atq; obuios quoſq; cubito propulſantes: eũ uerò qui huiuſmodi ſatellitio cinctus incedit, & oderunt, & tanquam publicum auerſantur hoſtem. At uerò animũ cum exornas, non hoc euenire ſolet. tum enim & homines, & angeli, & angelorũ domin⁹, deniq; omL nes lauream tibi intexũt. Quapropter ſi glorię ſitiẽs es, faceſſe ab iis, quæ tibi in manibus ſunt, animũq; non domum exornato, quò ſplendidus ſis & illuſtris. nam ut nunc quidem animatum te uideo, nihil quicquam te uilius eſſe queat, qui animam deſolatam cum habeas aliud nihil, quam domus tuę pulchritudinẽ oſtentes. Qui ſi quæ hic à me dicta ſunt, ferre non potes, audi, quid olim peregrinus quidã ac prophanus homo feciſſe dicatur: pudeatq; tandẽ te uel exteræ philoſophiæ. Ferunt quendam ex eorũ quem dixi numero hominum, in domũ quampiam ſplendidam, multo quidem auro radiãtem, magna adeò lapillorum ac columnarũ pulchritudine fulgurantem ingreſſum fuiſſe. cum autem domus eiuſdẽ ſolũ uariis tapetibus ac periſtromatis ſtratum uidiſſet, in domini os conſpuiſſe, deinde ob hoc increpitum, hoc colore ſe excuſaſſe, quòd tota in domo, nihil uideret ad excipiendum oris recrementũ opportunius, ob idq; coactũ ſe illius os ea contumelia affi
M cere. Vides ut ridiculus omnibusq; deſpicabilis ſit, iis quidem certè qui mentis compotes ſunt, quiſq; externo ſeſe ornatu uenditat. & quidem iure optimo. neq; enim ſiquis uxore tua poſthabita, in pãnis, ſi uili ac lacero habitu relicta, illius ancillas ſumptuoſis ueſtibus induat, factum hoc æquanimiter feras, uerũ & excandeſcas, & inexpiabilem tibi iniuriam factam interpreteris. Hoc ipſum igitur in animę cauſa expẽdito. Nam quoties parietes, ipſamq; domus tuæ ſupellectilem exornas, eleemoſynã autem abũdantem non præbes, neq; te reliqua colenda philoſophia exerces: profecto aliud nihil, quã id, quod dixi, quodq; eo etiam peſtilentius eſt, facis. Nam ſeruã inter, ac dominam diſcrimen nullum, at animam inter & carnem ingens differẽtia. quòd ſi ita eſt: multo certè magis animã inter & domum, animam inter & lectum, & ſcamnum. quãmnam igitur defenſionem, quæ idonea quidem ſit, obtendere poſſis? qui hęc omnia argento contegas, includasq; : illam autem pannoſam, ſqualentem, eſurientem, uulneribus refertam, infinitorum canum dentibus diuelli negligas, tum autem cenſeas magnam ab hoc cererum externarum ornatu gloriam tibi eſſe conquiſitã. Id qđ ſanè ſummæ amẽtiæ eſt: ab is uidelicet rebus tibi placere unde & ludibrium, & probrũ, & dedecus, & infamiam, unoq; uerbo, extremum tibi accerſas ſuppliciũ. Quamobrem exhortor, omnibus iis perpenſis, uel ſero tandem ut reſipiſcamus, nosq; nobis ipſis aſſeramus: tum rerum externarũ ornatum hũc, ad animã deriuemus. Hoc pacto & incolumis ornatus idẽ manebit, & nos angelis pares effi-

Aſſo.1.g

A ciet, & immortalia itẽ bona cõciliabit: quę utinã aſſequi oẽs poſsimus, gratia & clementia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria in ſecula ſeculorũ, Amen.

Homilia duodecima.

Vmanum quiddã dico, propter infirmitatẽ carnis
h *ueſtræ. Sicut enim præbuiſtis mẽbra ueſtra ſerua immunditiæ & iniquitati ad iniquitatẽ, ita & nũc præbete mẽbra ueſtra ſerua iuſtitiæ ad ſanctificationẽ.* Poſteaquam magnam uitę curam, diligentiamq; poſtulauit, iubens mundo ac malitiæ mortui ut ſimus, atq; ad peccatorũ opus immobiles maneamus: uiſuſq; eſt magnũ quiddam, atq; oneroſum dixiſſe, ac tale, quod humanum tranſcenderet ingenium, oſtẽdere uolens, nullũ ſe poſtulare onus, quod humeris noſtris impar ſit, neq; quantum oporteat eum ferre, qui tantũ à deo donũ ſit cõſecutus, ſed admodũ moderatũ & leue, idipſum à contrariis argumẽtatus adſtruit. itaq; inquit: Humanum quiddam dico, ac ſi di
1.Cor.10 ceret ab humanis cogitationibus, ab iis quę in cõſue
6. tudinem cadunt: nam modũ nobis, moderationẽq; uerbi huius, humanũ, appellatione denotat. etenim
B & alibi quoq; ait, Tentatio in uos nõ inuaſit, niſi humana: hoc eſt, moderata & puſilla. *Sicut enim præbuiſtis membra ueſtra ſerua immũditiæ & iniquitati ad iniquitatẽ, ita nunc præbete membra ueſtra ſerua iuſtitiæ ad ſanctificationem.* Quanquã magno inter ſe domini ipſi interuallo diſsidẽt, tamẽ parẽ, inquit, ſeruitutis modum flagito. Oportebat quidẽ multò etiã amplius adferre, ac tantò etiam amplius, quantò ipſa hæc ſeruitus dominatu illo tum maior, tum melior eſt: ſed tamen nihil ego amplius depoſco, propter infirmitatẽ. nec dixit, infirmitatẽ ueſtræ uel uolutatis, uel propenſionis atq; alacritatis, ſed carnis, orationẽ minus inuidioſam ita reddens. atqui illud quidem immũditia, hoc autem ſanctificatio: illud iniquitas, hoc autẽ iuſtitia. Dices, Quis tãdem eouſq; miſer, eouſq; infœlici ſydere natus eſſe queat, ut ne ſtudij quidẽ tantũdem Chriſti, quãtum peccati ac diaboli ſeruituti impendat? Igitur audi quæ ſequuntur, atq; apertè intelliges, ne iſtud quidem puſillum nos impẽdere. quãdo quidem enim prolatũ hoc ſic ſimpliciter, nec credibile eſſe, nec acceptabile uidebatur, nec audire quiſ-
C quã ſuſtinuiſſet, ſe Chriſto tãtundẽ nõ deſeruire, quãtũ diabolo deſeruiſſet, per ea quæ inſequũtur ipſum hoc adſtruit, ac credibile facit, illam ſeruitutẽ in medium afferens, ac dicens quo pacto illi ſeruiere. *Quũ enim eſſetis*, inqt, *ſerui peccati, liberi eratis iuſtitiæ.* Qđ autem ait, hunc habet ſenſum: Dum in malitia uiueretis, in iniuſtitia, in ſummis malis, tanta cum obediẽtia uiuebatis, ut prorſus boni nihil ageretis. Hoc.n. ſignificant uerba hęc, liberi eratis iuſtitiæ: hoc eſt non eratis illi ſubditi, ſed alienati ab ea prorſus: neq; enim ſeruitutis modum diſtribuebatis partim iuſtitiæ, partim peccato, ſed ipſos uos totos debebatis malitiæ. Igitur & nunc quoq; poſteaquã ad iuſtitię cultũ uos traduxiſtis, ipſos uos totos ad uirtutem date, nullũ prorſus uitio locum relinquentes, ut in eo uel æqualẽ ſaltẽ modum ſeruare uos oſtendatis: quanquã nõ ipſius dominij ſolũ, ſed & ſeruitutis quoq; magnum adeò ſit diſcrimen. Id quod liquidò admodum explicat, demonſtrans quibus in rebus tum ſeruirẽt, qbus autem nunc ſeruiant. nec dum tamen exprimit damnum è re naſcens, ſed erubeſcentiã interim. *Quem.n.* inquit, *fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis?* Talis enim erat ſeruitus, ut illorum etiam re-
D cordatio, pudorẽ uel nũc pariat. quòd ſi recordatio ſola pudore afficit, quantò magis ipſa actio: quamobrẽ duplici nomine nũc lucrifeciſtis: tum erubeſcẽtia liberati, tũ edocti, quibus in ſordibus uerſaremini: quemadmodum id tẽporis quoq; dupliciter lædebamini, tum ea perpetrantes, quæ erubeſcentiã mererentur, tum ne erubeſcere quidẽ ſciẽtes, quod prio re maius erat: ſed tamẽ uel ſic in ſeruitute perſeuerabatis. Quum igitur plus ſatis oſtendit, quale fuerit facinorum tum perpetratorum nocumẽtũ, ab ipſa uidelicet erubeſcentia exortum, ad ipſam rem progreditur. res uerò quæ tandẽ erat? *Nam finis illorum mors eſt.* Quandoquidẽ enim erubeſcentia, non admodũ graue malum eſſe uidebatur, ad id, quòd ualde terrificum eſt, accedit, mortẽ dico: quãuis & quod prius dictum fuerat, ſufficeret. Cogita enim, quouſq; uitio ſitas ipſa progreſſa eſſet, quum uel ſupplicio liberati, erubeſcentia liberari nequirẽt. ecquam igitur mercedem, ait, ab actione expectas, quũ præſertim ſupplicio liberatus, uel ab ipſa ſola memoria erubeſcis, ac pudore ſuffunderis? quanuis in tanta etiã gratia cõſiſtas. At non perinde ſe habẽt quæ dei ſunt. *Nunc uerò*E *manumiſsi à peccato ſerui autem facti deo, habetis fructũ ueſtrum in ſanctificationẽ, finem autem uitam æternam.* Illorum enim operum erubeſcẽtia uel poſt manumiſſionem, horum autem fructus ſanctificatio. Vbi aũt ſanctificatio, ibi fiducia ingẽs. Illorũ finis, mors: horum autem, uita æterna. Vides ut horum partim iam data eſſe oſtẽdat, partim in ſpe repoſita? atq; ab iis q̃ iam data ſunt illa confirmat, à ſanctificatione uitam æternã. ut ne enim dicas oía in ſpe eſſe poſita, oſtendit & te iam fructum percepiſſe. primùm quòd malitia liberatus ſis, maliſq; huiuſmodi, quorũ uel recordatio in animũ influens, pudorẽ parit: deinde quòd ſis iuſtitiæ ſeruus effectus, tum quòd ſanctificationẽ ſis aſſecutus, tum quòd uitã adeptus ſis, & quidẽ nõ temporariam, ſed æternam. Quę ipſa omnia quũ ſic ſe habeant: tamẽ uel ex æquo, inquit, ſeruite. Tametſi.n. ipſe dominus ualde præcellens eſt, eſtq; ſeruitutis & præmiorum pro quibus uos in ſeruitutẽ datis ingens diſcrimen, tamẽ amplius nihil hic poſtulo. deinde quoniam armorum, ac regis mentionem fecit,
F in metaphora perſeuerat, dicens: *Stipendia enim peccatis, mors: gratia autẽ dei, uita æterna in Chriſto Ieſu domino noſtro.* Peccati ſtipendia quũ nominaſſet, de bonis uerba faciens nõ eundẽ ſeruauit ordinẽ. neq;.n. dixit, merces rectè factorum ueſtrorum: ſed, gratia autem dei. oſtendens illos ſuo marte liberatos non eſſe, neq; quod debitũ eſſet accepiſſe, nec id quod datum illis eſt, eſſe aut retributionẽ, aut remunerationẽ laborũ, ſed omnia gratia obueniſſe. Quapropter & hinc excellentia exiſtit: nõ quòd deus liberauerit, neq; quòd ad meliora illos traduxerit: ſed quòd ne laborantes quidẽ, aut ſudãtes, nõ liberauerit ſolùm, ſed & multò maiora illis dederit, & ea item per filiũ dederit. Hæc porrò interſeruit omnia, quoniã quidẽ & de gratia uerba fecerat, & legẽ iam deiecturus eſt. ut ne enim hæc utraq; ſegniores illos redderent, media interpoſuit. quæ ad exactam uitę rationem pertinent, auditorem ad uirtutis ſummam curam ubiq; excitans. Quum autem peccati ſtipendia mortẽ appellat, terret rurſus, & aduerſum futura cõfirmat. nã per quę illis priorum memoriam refricat, per ea eoſdem præparat ad gratias deo agẽdas, ſimul cõfirmatiores ad omnia quæ imminere poſſent reddit. Hoc

Cap.7. Igitur loco institutū de moribus sermonē absoluēs, ad dogmata rursus transit, ita inquiens: *An ignoratis fratres, scientibus enim legē loquor.* Posteaquā enim dixit, quòd mortui peccato sumus, ostendit hoc loco quòd nō solū illis peccatū nō dominatur, sed ne lex quidē quòd si lex nō dominatur, multò minus peccatū. orationē porrò cōdulcans, leniensq́, ab exemplo ad homines pertinēte hoc ipsum apertum facit. ac uidetur quidem unum dicere, duo aūt ponit pro positi argumenta ac fundamēta. alterū quidē, quòd mortuo uiro, non subdita est mulier legi uiri: nec est qui eam prohibeat, quò minus alterius fiat uxor. alterū, quòd hic non solū uir mortuus est, sed & mulier, sic ut duplicē nacta sit libertatem. Si enim mortuo uiro liberata ea est mariti imperio, quum & illā mortuam constiterit, multò magis liberata est. nā si res una illam mariti potestate liberat, multò magis duæ cōcurrentes. Descēsurus igitur ad harū rerū probationem, cum auditorum laude incipit, dicens: An ignoratis fratres, scientibus enim legem loquor: hoc est, quod admodum ab oībus cōfessum est, & apertum profero: & eos alloquor, quibus hæc oīa accuratē nota sunt, *Quòd lex tātisper* [r] *in homine* [r] *dominetur quoad uixerit.* Non dixit, in uiro, neq; in muliere: sed, in homine, quòd ipsum commune animātis utriusq; nomen est. Qui enim mortuus est, iquit, iustificatur a peccato. Igitur uiuis lex lata est: mortuis autem nō item. Vides ut duplicem libertatē [l] aperuit. deinde in proœmiis hoc clām significās in muliere, in ipso argumēto & fundamento prosequitur orationē, sic dicēs: *Nā quæ sub uiro est mulier, uiuēti uiro alligata est per legē. Si autem mortuus fuerit uir eius, liberata est à uiri. Proinde uiuēte uiro iudicabitur adultera, si se iunxerit alteri uiro. Sin autē mortuus fuerit uir, liberata est à iure uiri, ut nō sit adultera, si iuncta fuerit alteri uiro.* Assiduè hoc ipsum uersat, in oreq́ habet, & id magna, exactá que cū cura. quoniā admodū cōfidit argumentationi, probationiq́ quā adstruit. ac ponit quidē in uiri ordine ac loco ipsam legē. In mulieris autē loco eos oēs, qui credidere. deinde cōclusionē adducit nō iuxta propositionē. cōsequebatur. n. ut diceret: Itaque fratres mei, non dominabitur uobis lex: mortua. n. est. sed nō sic dixit, sed in ipsa quidem propositione hoc clām significauit. In ipsa autē inductione, ut ne uidelicet Iudæos oratio offenderet, mulierē inducit mortuam, dicēs: *Itaque fratres & uos mortui estis legi.* Posteaquā enim & hoc & illud factum eandē afferret libertatē, quid prohibebat quominus legi hac in parte gratificaretur, re ipsa incolumi manente? *Nam quæ obnoxia uiro est mulier, uiuēti uiro alligata est, legi.* Vbi nunc sunt, qui legē calūniantes suggillāt? Audiāt illi, ut Paulus uel in necessariū incidens locum, illius dignitatem nō deiiciat, sed magnificè etiam de illius potestate loquatur. siquidē ea superstite, uinctus est Iudæus, & adulteri audiunt, qui illam prætergrediūtur, ac uiuentem relinquunt. Sin autem mortuam dimiserunt, nihil id mirum fuerit. nam in ipsis hominibus, calumniæ obnoxius minimè est, qui id facit. *Quòd si mortuus fuerit uir, liberata est à lege uiri.* Vides ut in ipso exemplo legem ostendat mortuā? sed hoc non facit in inductione. *Proinde uiuente uiro iudicabitur adultera.* Vide ut immoretur in illorū accusationibus, qui legem uiuentem transgrediūtur. Quū autem antiquauit illam, atq; abrogauit, tum demū oī cū securitate illud fidei gratificatur, nihil inde læsionis afferens. *Viuēte enim uiro, ait, adultera iudicatur mulier, si fuerit cum altero uiro.* Itaq; fratres mei & uos, cōsequens erat dicere, lege mortua adulterij nō damnamini, sic cum altero uiro fueritis. Verū non sic dixit. sed quo pacto? mortificati estis legi. Si ergo mortui estis, iam non estis sub lege: nam si mortuo uiro nō est obnoxia mulier, multo magis hæc eadē mortua ubi est, eo liberata est. Vides Pauli sapientiā, ut legem ostenderit hoc etiam uelle, ut à se deficias, & cum altero uiro sis? neq; enim prohibet, inquit, quo minus cū altero uiro te coniungas mortuo priore. quidni enim? quū etiā à uiuo marito permittat diuortij libellū capere? Verū & hoc non addit, quod quidē mulierum crimen potius erat: tametsi enim id concederetur, tamen à crimine non uacabat. Quum enim Paulus à necessariis iisdemq́ probatis rebus uictoriam ferat, non quærit quæ superuacanea sunt: neque enim est exactor petax. quod igitur admirari debemus, illud est, quòd ipsa etiā lex criminibus nos liberat, à se deficientes: ut uoluntatis eius sit, quòd nos Christi efficiamur: etenim & ipsa mortua est: & nos itē mortui sumus, & duplici nomine potestas sublata. Hic autē ne his quidē solis cōtentus est, sed & ipsum authorē addit. neq; n. simpliciter mortē posuit, sed crucem, quæ hæc effecerit, introduxit, illi nos obnoxios faciens. nō enim simpliciter, inquit, liberati estis, sed per mortem domini. *Mortificati enim, inquit, estis legis per corpus Christi.* Neq; uerò hinc tantū adhortatur, sed & à secundi uiri excellētia. Ideo addidit, *Vt sitis uos alterius, qui ex mortuis resurrexit.* Deinde ut ne decerent, Quid igitur nobis fiet, nisi alterius uiri cōsuetudine uti uelimus? lex enim quæ uidua sit, hāc adulteram esse non uult nuptiis iteratis: non tamen illam iterare cogit. Vt ne igitur hoc illi dicant, ostendit uel ab iis beneficiis, quæ priores ipsi accepimus, oportere ita nos uelle: quapropter & alibi rē apertius ponit, inquiens: Non estis uiris uestri. &, precio empti estis. &, ne hominum serui efficiamini. & rursus: Vnus pro omnibus mortuus est, ut qui uiuūt amplius sibi nō uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est. Hoc igitur & hic clām significauit, quum dixit, per corpus. deinde & per bonam spem cohortatur, dicens: *Vt fructificemus deo. tunc enim fructificabatis morti*, inquit, *nunc aūt deo. Quū enim essemus in carne, affectiones peccatorum q̄ per legē, uigebāt in mēbris nostris ad fructificandū morti.* Vides prioris uiri lucrum. nec dixit, quum essemus in lege, ubiq́ cauens hæreticis ansam præbere: sed, quū essemus in carne: hoc est, in malis actionibus, in uita carnali. neq; enim hoc ait, illos antea quidē in carne fuisse, nūc autem incorporeos effectos circūire. Hoc porrò quū dicit, neq; legem peccatorū causam existere dicit, neq; illam tamen inuidia liberat. amari. n. accusatoris locum obtinebat, peccata denudans. nā qui plura ei iniungit, qui nusquam parere uelit, is delicta multiplicat. Ideo non dixit, affectiones peccatorum, quæ sub lege fierent: sed, affectiones quæ per legē. nec addidit, fierēt, sed simpliciter, quæ per legē: hoc est, quæ per legē apparerent, aut dinoscerentur. deinde ut ne carnem accusaret, nō dixit, quas membra facerent, sed quæ in membris nostris uigebant, ostendens aliunde malitiæ initium existere, à cogitationibus uidelicet opus suum ædentibus, nō à membris [r] peragentibus. [r] anima enim artificis locū obtinebat, citheræ autē carnis natura, ita resonans, ut citharista cogeret. igitur non huic absona cātio, sed illi

[r] homini sic mox uiro, & mulieri, sine præpositione.

audiunt ponit pro dicūtur, siue indicantur.

[r] agitatis.

potius imputāda est. *Nunc autem liberati sumus à lege.* Vides ut rursus & hic quoq; carni parcit, ac legi? neq; enim dicit, legem esse [r] liberatam, neq; carnem: sed, nos ipsos liberatos esse. & quonā ipsi pacto sumus liberati? detēto à peccato homine uetere mortuo, eodemq́ sepulto. hoc enim his declarauit uerbis, *Mortui ei, in qua detinebamur.* Ac si diceret, Vinculū id per quod detinebamur, mortuū est, atq; dissolutū, sic ut quod detineret, iā nihil detineat, hoc est, peccatū. Sed tu ne animo concidas, neu segnior efficiare. liberatus enim es, ut rursus seruias, nō perinde tamē, sed *per nouitatem spiritus.* Quid autem est quod ait? Necesse enim nobis est idipsum iā detegere, ut quum in locum inciderimus, ne perturbemur. quū enim, ait, peccauit Adam, tum & illius corpus mortale effectū est, ac patibile, receptis naturæ uitijs permultis, equo pterea grauiore atq; effreni reddito. at Christus ubi aduenit, per baptismum nobis illum leuiorem fecit, alis spiritus eundem excitās. Hāc sanè ob causam nobis nō eadem cum priscis hominibus stadia sunt cōstituta: quando quidem ne tum quidē usqueadeo facilis erat cursus. Iccirco & ille non postulat tātùm, ut à cæde mundi simus, quo & ab antiquis postulabat, sed & ab ira: neq; adulterio solū, sed impudico aspectu abstinere nos iubet: neq; à periurio tātū, sed à iureiurādo alienos esse: adde quòd unà cum amicis & inimicos quoq; diligēdos præcipit. denique omnibus alijs in rebus lōgiora nobis stadia esse uoluit: q nisi paruerimus, & gehēnam minitatus est: ostendēs supradicta non à decertantiū liberalitate nasci, sicut uirginitas & inopia, sed omnino perfici illa oportere, ut quæ ex eorū sint numero, quæ urgentia ac necessaria sunt: estq́ extremas ille pœnas luiturus, q ea nō præstiterit. propterea dicebat: Nisi abūdauerit iustitia uestra supra Pharisæorum & scribarum iustitiā, non intrabitis in regnum cœlorum. Quisquis porrò cœlorū regnum non uidet, is omnino in gehennam collabetur. quamobrē & Paulus dixit: Peccatū enim uobis nō dominabitur: non. n. estis sub lege, sed sub gratia. neq; enim est litera quę condemnet, hoc est lex illa uetus, sed ipse spiritus qui opē, auxiliumq́ adfert. quo nomine licubi qs prisco illo seculo uisus esset uirginitatem colere, uehementer admiratione digna ea res erat: nunc autem ubiq́ terrarum disseminata eadem res est. ac mortem id temporis homines uix pauci contemnebant: nunc autem in uicis, & in urbibus martyrum populi innumeri, non ex uiris tātū, sed ex mulieribus cōflati. deinde posteaquā hæc dixit, obiectionem rursus emergentem soluit, in ipsa solutione id adstruēs, quod uult. quāobrem solutionem principaliter non inducit, sed ex cōtradictione, ut à solutionis necessitate occasionē capiat, ea dicēdi q̄ uult, minuq́ inuidiosam reddat accusationem. nam ubi dixit, per nouitatem spiritus: & non, per uetustatem literæ, attexuit: *Quid ergo dicemus? lex peccatum est? absit.* Etenim prius dixerat, quòd affectiones peccatorum, quæ per legem, uigebant in mēbris nostris. &, peccatū uobis non dominabitur: non enim estis sub lege, sed sub gratia. &, ubi. n. non est lex, ibi neq; transgressio. &, lex obiter subiit, ut abūdaret peccatum. &, lex iram efficit: post quā igitur hęcce omnia uiderentur legi calumniam adferre, tāquam corrigens suspicionem eā, quæ ab his nasceretur, adfert & oppositionē, atq; ait: *Quid igitur? lex peccatum est? absit.* Antequā dictum adstruat, prohibitione atque interdictione usus est, hac ratione auditorem sibi cōcilians, offensumq́ deliniēs. Nam quum iam audiuisset, & de illius affectu plenissimè certior redditus esset, interrogat unà cū eo id, quod dubium esse uidetur, nec suspectum habet dicentē. quare & obiectionem illam anteuertens posuit. neq; enim dixit, quid igitur dicam ego? sed, quid dicemus nos? quasi cōsilium ac sententia proponeretur, esset q́ cōmunis q́ ecclesia in unū coacta, nec ab ipso, sed à legum consequentia, rerumq́ ueritate ipsa obiectio existeret. Nā quòd litera occidit, nemo, inquit, cōtradicturus est: & qd spiritus uiuificat, & hoc quoq; liquet, ac nemo contenderit. Si igitur hæc confessa sunt, quid dixerimus de ipsa lege, quòd peccatū sit? absit. Solue igitur dubitationē. Vides ut secum aduersarium statuit, & docentis dignitate in se recepta, ad solutionē pergit. quænā igitur solutio? Peccatum certè nō est, inquit: *Sed peccatum non cognouissem, nisi per legem.* Vide sapientiæ intētionē. Quod enim non est lex, id ex obiectione posuit: ut hoc sublato, & hac quidē in parte gratificatus Iudęo, persuadeat illi, quod minus est admittere. Quòd uidelicet peccatum non cognouisset, nisi per legē. *Et concupiscentiam*, inquit, *nesciuissem nisi lex dixisset, Non concupisces.* Vides ut paulatim nō solū ipsam legem ostēdit peccati esse accusatricem, sed & sensim apparatricē? haud tamen ab ipsius culpa, sed à Iudęis ingratis demonstrat istud euenire. Et enim Manichęorum ora conatus est obseruare legē accusantium. quū enim dixisset, peccatū nō cognouissem, nisi per legem: & concupiscentiā nescisuissem, nisi lex dixisset, Non concupisces: subdidit, *Occasione autem accepta peccatum per præceptum genuit in me omnem concupiscentiam.* Vides ut ipsam legem criminationibus liberet. occasione enim, inquit, accepta peccatum, non lex, auxit cōcupiscentiam, factumq́ est cōtrà, quàm lex uellet. quod infirmitatis quidē erat, nō malitiæ. quū enim quidpiam cōcupiscimus, deinde prohibemur, cōcupiscētiæ flamma magis attollitur. Verū non id per legem: illa enim prohibuit, ut te ab eo abducat. Peccatū uerò, hoc est, segnicies tua, & mala mens bono in contrarium usa est. Verū non id medici crimen, sed ægroti, qui quod accepit medicamen, eo non rectè usus est. nō enim ob id legem dedit, ut concupiscentiam accenderet, sed ut restingueret. Secus autē euenit. at non illa insimulāda, sed nos. Neq; enim in ius ille meritò uocandus, incusandusq́ fuerit, qui quòd febrienti alicui, & frigidam intempestiuè concupiscenti minimè potestatem fecerit, ea sepotione ad satietatem usq́ implendi, perniciosæ eius modi uoluptatis appetentiam auxisse uisus est. Medici enim est monere tantū, abstinere autem eius, qui æger sit. Quid enim si peccatū occasionē ab ipsa lege accepit? Plericq́ enim ex malorum etiam numero quum sint, à bonis præceptis suā augent malitiam. quādo & hac ratione diabolus Iudam perdidit illū ad auaritiam impellēs, furemq́ rerum ad inopes pertinentium efficiens. neq; enim credita marsupii cura id effecit, sed animi malitia. Et Heua item Adam cōponens, ut de ligno comederet, è paradiso exclusit. neq; illic tamē arbor causa fuit, quāuis p ipsam occasio extiterit. Quòd si uehemētius sermone eo utitur, qui ad legē pertinet, ne demireris. ad id enim quod urget Paulus se firmat, nō permittens, ne iis quidem qui aliter suspicantur, dicta hæc occasionē præbere, studium autem permagnum adhibēs rem præsentē

Matt.5.c

Supr.6.c

1.Cor.6. & 7.d.

2.Cor.5.a

Ibidē.

Ibid.4.c.

Ibid.5.d.

Ibid.4.c.

Luc.22.a

Gene.3.a

Exo.20.c et Deu.5.b.

corrigere. Caue igitur nuda examines, q̃ hìc dicuntur, sed eã tibi suppositionẽ proponito, propter quã, hæc ut dicat, adducitur: ac Iudaicã insaniam cõsidera, & uehementem illorum contentionem, quam cõuellere studebat. Videtur autẽ multus aduersus legẽ spirare, non ut illam calumnietur, sed ut horũ contẽtionẽ, uehementiámque obruat ac dissoluat. Si enim in hoc legis crimen est, quod ab illa peccatum occasionem nactũ sit, inuenietur & in nouo instrumẽto hoc ita euenire, utpote in quo infinitæ leges, & qdẽ multò maioribus de rebus cõstitutæ sunt: atq; idem hoc tamen uideas & inibi quoq; accidere, nõ in ipsa modò concupiscentia, sed in omni demũ uitiositate. Si enim non uenissem, ait, & ipsis locutus nõ fuissum, peccatum non haberent. num igitur hinc peccatum & pœna grauior suppositionem accepit? Ac rursus de gratia Paulus disputans ait, quãtò putatis maiori dignum supplicio futurum eum, qui dei filiũ cõculcarit? num igitur & maius supplicĩũ occasionem hinc habet, à maiori uidelicet beneficẽtia? Et gẽtiles item eò ait esse inexcusabiles, quòd & ratione pditi, atq; ornati, & craturæ pulchritudinem perdocti, atq; ab ea ualentes ad ipsum opificem deduci, dei sapientiam in usum decentem non uerterũt. Vides ubique iis, qui mali quidẽ sint, occasiones maioris supplicij à bonis rebus existere? Verũ non ob id certè accusabimus dei beneficẽtias, quin eas potius maiori admiratione prosequemur: illorum autem cõsilium crimi nabimur, qui bonis rebus partem in cõtrariã usi fuerint. Hoc igitur & in legis causa faciamus. Sed hoc qdem facile & procliue, quod autem dubiũ, illud est. Quo tandẽ modo ait, cõcupiscentiam nescĩuissem, nisi lex dixisset, non concupisces? Si enim concupiscẽtiam nescĩuisset homo, antequã legem acciperet: unde diluuiũ extitit? unde Sodoma exusta? quid igitur ait, nempe concupiscentiam intelligit auctam & intẽsam. quapropter nõ ait, genuit in me cõcupiscentiã: sed, omnẽ concupiscentiam, rei uehementiam hoc loco significans. Dixerit aliquis, quòdnam uerò legis lucrum, si affectionẽ adauxit? nimirum nullũ, quin potius fraus, detrimentumq; ingens. Verũ non id legis fuerit crimen, sed ignauiæ eorum qui illam acceperant. peccatũ enim hoc ipsum effecit, sed per legẽ. Verũ lege non ad id laborem ac studium afferente suum, sed secus agente. peccatum igitur, inquis, uehemẽtius atq; adeò fortius extitit, sed ne hoc quidẽ crimẽ rursus legis fuerit, sed illorum improbi, ingratiq; animi. *Absque lege enim peccatum mortuum erat*: hoc est, non sic notum. Cognouerãt enim & qui ante legem uixerãt, se peccauisse: exactius uerò id didicere, lege data, quo quidem nomine maiori reprehẽsioni se illi obnoxios reddidere. Neq; enim perinde fuerit, naturam habere quæ accusẽt, atq; unà cũ natura, legem etiã apertè omnia dictitantẽ. *Ego autem uiuebã sine lege quondã*. Quãdo, obsecro? ante Moysem. uide ut enitatur ostẽdere legẽ tũ ab iis quę fecit, tũ ab iis, quę non fecit, humanã grauauisse naturã. quũ enim absque lege uiuerem, ait, non sic condemnabar. *Vbi autem acceßit præceptũ, peccatũ reuixit, ego autem mortuus sum*. Hoc uidetur quidem esse legis accusatio. Sin uerò exactè perpenderis, & illius quoq; laus apparebit. non enim peccatum. quod nullũ esset in rerum naturã produxit, sed occultũ, quod esset, patefecit. Id quod legis laus fuerit. siquidem, ante hanc quidẽ nullo sensu peccabant: ea autem ubi accesĩt, si aliũ fructum nullũ illi tulere, hoc ipsum certè exactè sunt edocti, quòd uidelicet peccarent. quòd quidẽ nõ parum cõtulerit ad hoc, ut te à uitio eximas. quod si à malitia se illi minimè exemere, nihil hoc ad ipsam legem, omnia hoc nomine factitãtẽ: sed quæcunque esse posit accusatio, ea omnis in illorum cõsiliũ recidit, præter omnem spem corruptum. neq; enim ratione nitebatur quod ab illis fieret, ab iis uidelicet læ di quæ iuuarent. Iccirco ait: *Et repertum est mihi mandatum, quod institutũ erat ad uitã, mihi cedere ad mortẽ*. Non dixit, mors extitit, neq;, peperit mortem: sed, repertum est, hac ratione interpretans nouã atque inopinatam rei absurditatem, ac totum in illoru caput deflectit. nã si mandati scopum inspicere uelis, ad uitam ducebat, inq̃t, ac propterea traditũ est: quòd si mors hinc euenit, eorũ fuerit crimen, qui mandatũ accepere, non mãdati, quod ad uitã ducit. apertius porrò hoc ipsum & per ea de qb⁹ deinceps agit, declarauit. *Nam peccatum occasione accepta per præceptum decepit me, & per illud occĩdit*. Vides ut ubiq; peccati uerbo adhærescat? legem omni accusatione liberãs. quare & addidit. *Itaque lex quidem sancta, & præceptũ sanctum, & iustum & bonum*. Sed si ita uidetur, & deliratium super hisce enarrationes in mediũ hunc sermonẽ afferamus: ita. n. clariora dicta à nobis erunt. Hoc enim loco nonnulli uolunt, quę dicit Paulus, ea non dicere de Mosis lege, sed alij quidem de naturali illum lege loqui, alij de mãdato in paradiso tradito: atqui ubiq; huc respicit Paulus, ut legem hanc cõsopiat, abroget q̃, illarum autẽ nullam habeat rationẽ, & quidẽ iure optimo. Hanc enim legem Iudæi extimescentes, exhorrescentesq;, gratiæ obstrepebãt. mãdatum porrò in paradiso traditum ne legẽ quidem uocasse unquam uidetur, neq; Paulus, neq; alius quisquam. Atq; ut ab ijs etiam, quæ dicta iam sunt, hoc magis innotescat, uerbis digrediamur, paulò altius oratione prouecti. De uitę. n. recto instituto magna adeò diligentia cũ illis uerba dum fecisset, addidit: An ignoratis fratres, quòd lex tãtisper in homine dominatur quoad ea uixerit? Itaq; uos mortificati estis legi. Igitur si de naturali lege hæc dicta sunt, inuenie mur naturalem legem non habere. quòd si hoc uerũ est, brutis ipsis isipiẽtiores, stupidioresq; erimus. Sed non est ita, non est ita: nã de ea lege, quæ in paradiso data est, ne necessarium quidem fuerit cotendere, ut ne superuacaneum laborẽ subeamus, cõponentes, accingẽtesq; nos ad ea, quę confessa, ac minimè controuersa sunt. Quo igitur pacto, ait, peccatum nõ cognouissem, nisi per legem? de ea nõ loquitur ignorãtia, qua fit nihil prorsus rerum omnium ut cognoscamus, sed exactiorem cognitionẽ intelligit: nã si hoc de naturali dictũ sit, quomodo rationi cõsentanea esse queant, q̃ insequuntur? Ego enim, inquit, uiuebã absq; lege quòdam. Neq; enim Adam, neq; alius quiuis homo uisus est unquã absq; lege uixisse naturali. nam simul atq; illum finxit deus, ei indidit illam legem, quam legem ueluti constantem ac fidũ conuictorem apud unumquenq; deponit, ac cõmittit: extra hæc autem nusquam uidere est, mandatũ à Paulo legis naturalis nomine fuisse designatum. Hãc autem & mãdatum sanctum, & iustum, & bonum uocat, & legem item spiritualem: quũ naturalis non à spiritu nobis data sit. nam & barbari & Græci, & omnes mortales hac lege utũtur. Vnde liquet ipsũ de lege Mosaica suprà, & infrà, & ubique uerba facere. Iccirco

Iccirco & sanctam illam uocat, dicens: *Itaque lex quidẽ sancta, & iusta, & bona*. Nam ut Iudæi impuri atq; immundi fuerint, etiam lege accepta, & iniusti atq; auari, hoc tamen legis uirtutem nequaquam facit irritam. quomodo dei fidem non tollit, nõ subuertit, illorum incredulitas. quãobrẽ ex iis omnibus liquet de Mosaica lege hęc illum disputare. *Quod ergo bonũ erat, ait, mihi factum est mors? Absit, imò peccatum, ut appareat peccatum*. hoc est, ut ostẽdatur, quantũ sit malum, ipsum peccatum, ignaua uolũtas, & in deterius ruens impetus, & ipsa item actio, & mens corrupta. Hoc enim demum malorũ omniũ causa est. auget autem id peccatum, quũ declarata Christi gratię magnitudine aperit, ac docet quãto ille malo humanũ genus liberauerit, quod quidem malum uel per medicorũ remedia deterius euadebat, incrudescebatq;, uel per eos qui illud arcebant, atq; prohibebãt. Iccirco addidit: *Vt fieret maiorem in modum peccans peccatũ per mandatum*. Vides ubiq; ut se eidẽ peccato complicet & connectat, ac per quę illud accusat, p ea demũ rursus legis uirtutem magis ac magis ostendat. neq; enim parũ præstitit, ut quæ ostenderit, quam ingens malum sit peccatũ, illius q; uirus omne in mediũ prolatũ detexerit. Hoc enim declarauit per hæc uerba, Vt fieret maiorem in modum peccans peccatũ per mandatum: hoc est, ut appareret quantum malũ, quanta pernicies sit peccatũ. hoc autẽ per mandatũ ostensum est. Ex his & excellentiã ostendit gratię ad legem, non pugnam. Ne enim hoc spectes, illos uidelicet qui legem accepere, deteriores euasisse: sed illud potius considera, legem non solũ noluisse uitiũ ad intentionem, incrementumq; perducere: sed studuisse etiam, operamq; nauasse, ut siquod anteà esset, cõuelleret, rescinderetq;. quòd si huic rei præstãdæ parnõ fuit, coronato quidem illam ab animi sententia, adorato autẽ magis ac magis Christi uirtutẽ: quòd ea tam multiforme malũ, tamq; expugnatu difficile deleuit, & funditus excisum reuellit. Peccati porrò nomen quum audis, caue putes potentiam aliquã esse stabilem ac firmam, sed actionẽ malam succedentẽ semper ac decedentem, quæq; nec antequã existat, sit, & postquã extiterit, rursus extinguatur: propterea enim lex data est. Lex porrò nunquã ad naturaliũ interitum datur, sed ad correctionẽ emendationẽq; peruersæ secundum uoluntatem actionis. Idq; non nesciunt profani etiã iudices, tum uniuersa hominũ natura. ea enim tantũ coercent mala, quę ab ignauia proficiscuntur: quæ naturæ cohærentia sunt, ea non profitentur se cõuellere. neq;. n. licet. naturalia enim quæ sunt, ea immota manẽt: quod me sæpenumero apud uos aliis in disputationibus dicere memini.

Morale.

Quamobrem causis exercitamentisq; his prætermissis orationem rursus mores spectantẽ exerceamus: quin potius & hæc illorum exercitamentorum pars est. Nam si uitiositatem excluserimus, & uirtutem introduxerimus, & per hæc docuerimus uitiositatem natura non esse malũ: certè eos qui quærunt, unde mala eueniant, nõ uerbis ipsis tantũ, sed rebus ẽt facilẽ cõuincere poterimus, illisq; os obturare, eiusdẽ quidem naturæ communionẽ cũ illis habẽtes, ipsorum autem malitia liberati. Ne enim hoc spectemus ipsi, uirtutẽ non nisi labore comparari: quin illud potius, uirtutis opera perfici à nobis posse, eaq; facilia & sub manu esse, laborare qdẽ, ac studere uolẽtibus. qui si mihi inhęrentẽ uitiositati uoluptatem allegas, allegato item & illius exitum. Ea enim in mortẽ denique erumpit. quemadmodũ contrà, uirtus ipsa, dux nobis uitæ, & author est. quin potius, si ita uidetur, horũ utrunq; uel ante exitum cuiusq; suum, expẽdamus. ita fiet, ut percipiamus uitiũ quidẽ magno dolore, uirtutem autẽ magna adeò uoluptate cõstare. Quid enim, quæso, magis triste, quid minus lętum esse queat, uitæ malè actę conscientia? Quid rursus minus mœstũ, magis suaue spe bona? certè nihil sic animos nostros ferre, nihil sic premere cõsueuit, ut mala expectatio: rursus nihil sic illos sustentare, erigere, ac ueluti uolatiles reddere, ut conscientia bona. Atq; hoc sanè uel ab iis rebus, quę in nostrum hominum usum cadunt, pernoscere licet. Nam qui carcere clausi tenentur, sententiam contra se expectantes, ij ut deliciis infinitis, ac uoluptatibus interim perfruantur, maiori sanè cũ animi mœstitia uictitant, quam inopes ij qui per urbium angiportus quũ mendicent, nullius tamen sceleris sibi conscij sunt. supplicij enim expectatio illos non sinit præsentium uoluptatũ sensum capere. Et quid hìc de custodiis loquor? quũ uideamus ipsos etiam cerdones diurno, nocturnoq; labore uitam sibi uel ægrè cõparantes, longè meliore esse conditione, iis, qui liberi ac diutes quũ sint, sceleris tamen alicuius conscientia solicitantur. Quamobrem gladiatores miseros ducimus, ut eos etiã uideas in cauponis, ac popinis uino se obruere, uoluptati operã dare, uentri deseruire, eosdemq; omniũ infelicissimos hoc nomine dictitamus, quod uoluptate illa multò uberior sit eius, quę expectãt, exitus calamitas. Quę si tamen illis uita suauis esse uidetur: in mentẽ uobis ueniat, sermonis eius, quem ego assiduè apud uos usurpare soleo, nihil mirum esse, si minus fugiant uitiositatis amaritudinem, mœstitiamq; in uitiositate. Ecce enim, res eousq; inamabilis, amabilis iis esse uidetur, qui illam pertractant. sed nõ propterea tamen illos beatos esse affirmamus. Verũ uel hoc ipso infelices pronunciamus, quòd nesciãt ipsi, quibus, quantisq; in malis uersentur miseri. Iã quid de scortatoribus dicas? qui modicam ob uoluptatẽ tantam seruitutis turpitudinem, tantum pecuniarũ sustinent sumptum, tum uerò terrorem assidũ, breuiter uitam Cain uiuunt, seu uerius dicam, illa etiam uita multò duriorem? hinc præsentia pertimescẽtes, illinc futura formidantes, & amicos, & inimicos, & conscios, & minimè conscios suspectos habentes: à qua quidẽ solicitudine, atq; anxietate ne somnũ qdẽ dum capiunt, eximũtur: somnia diuersis timoribus plena, identidem illis alternante, ac renouãte cõsciẽtia, ficq; illos territante. At nõ eadem est hominis castè temperateq; uiuentis conditio, ut qui otiosa in libertate, libero in otio uitam transigit. Opponito igitur paruæ illi uoluptati magnos terrorum huiusmodi fluctus, tum autem breui continentiæ labori, uitę perpetuo duraturę trãquillitatem: ac tum demum intelliges hanc illa esse longè suauiorem. Atque ut hinc exemplũ desumamus, qui rapere & alienis rebus manus iniicere instituit: huic, obsecro, nonne infiniti necessariò labores sunt perferendi, circuncursanti, adulanti, seruos, liberos, ædituos territanti, minitanti, impudenter agẽti, uigilanti, tremẽti, anxio, suspecta habenti omnia? At non talis quidem est, cui pecunię cõtemptui sunt, quin hic è diuerso magna fruitur uoluptate, liber idem, atq; rerum omnium securus uitam

G agens. Quòd ſiquis reliquas uitioſitatis partes percẽ
fuerit, magnam certè tumultuationẽ, pleroſq; ſcopu
los inibi reperiet: ac quod maius eſt, in uirtute quę an
tecedũt, laborioſa quidem ſunt, quæ inſequũtur, ſua
uia: ut hac demum ratione ille labos leuetur, mollia
tur, leniatur. In uitioſitate autem ſecus, poſt uoluptа
tem dolores, atq; ſupplicia, ita ut hinc prorſus ſi qua
ineſt uoluptas, pereat. Nã quemadmodũ fit, ut qui
laureã expectat, is labores eos, in qbus uerſatur, nul
lo modo ſentiat: ſic qui uoluptate peracta ſupplicia
ſibi parata intelligit, fieri nõ poteſt, ut iuſta lætitia p
fruatur, timore omnia conturbante, ſeu ut uerius lo
quamur, ſiquis diligẽtia adhibita examinet, uel ante
eam pœnam quę uoluptatem conſequitur, magnos
itẽ dolores in ipſa uitij perpetratione ineſſe cõperiet:
ac ſi placet, eorum qui alienarũ rerũ rapina diteſcũt,
uel qui quauis ratione diuites euadunt timoribus,
periculis, terroribus, ſolicitudinibus, curis, reliquisq;
id genus anguſtiis omiſsis, demus aliquẽ eſſe qui fa
cilè, nulloq; negotio diteſcat, quiq; de facultatũ ſua
rũ cuſtodia animi ſecurus uiuat, quod reperire qdẽ
haud quaquã licet, ſed tamẽ uel ipſo ſermone ille no
H bis exiſtat: quãnam igitur uoluptate hic perfruetur?
quòd opibus multis abundet? ſed ſcilicet ea res non
patitur delectatione illũ capi. nã tantiſperdum aliarũ
rerum, & earum maiorũ, cupiditate tenetur, intendi
tur cruciatus: ſtante enim appetitione, tũ deniq; uo
luptas percipitur. nam & ſiti quũ laboramus, tũ ipſi
nos recreamus, quum quantũ uolumus, tantũdem
bibimus: quandiu autem ſitimus, ut omnes etiã fon
tes exantlemus, maius nobis tormentũ exiſtit. Eadẽ
ratione, ſi res mundanas fueris aſſecutus, nec tamen
cupiditati tuæ modum impoſueris: certè quò plura
guſtaueris, hoc tibi maius ſupplicium adſciſcis. Abſit
ergo ut exiſtimes uoluptatem tibi eò adfore, quòd
multis opibus abũdes, ſed eò potius, quòd maiorũ
diuitiarũ ambitione non traharis. nã ſi diteſcendi de
ſiderio tenebere, nunquam nõ cruciabere: hic enim
amor finem nullũ habet, ac quò plus ſis uiæ progreſ
ſus, eò remotior à fine fueris. Nõne igitur ænigma
hoc eſt, & demẽtia & ſumma inſania? Abſtineamus
igitur à prima quaq; uitiorũ libidine, ſeu potius nulla
I ex parte libidini eiuſmodi hęreamus, ſtatim ipſo in
exordio pedem ab ea referẽtes. quod quidẽ Prouer
biorum author admonet, de meretrice uerba faciẽs:
Prou.5.b Abſcedito, ne moram feceris, neu accedas ad ianuã
domus ipſius hoc tibi à me & de pecuniis monitum
ſit. nã ſi ſenſim in huius inſanię pelgaus illapſus fue
ris, ſemel ingreſſus, difficilè regredi poteris: ac quem
admodũ uſũ uenire ſolet in uorticibus, à quibus uel
millies periculo euadendi facto, haud facilè tamen
euadere poſsis: ſic & multò item moleſtius in huius
libidinis altitudinem demerſus, te ipſe unà cũ rebus
omnibus perditũ ibis. Propterea exhortor, initiò ut
caueamus, uel puſilla fugientes mala. nã magna ab
his naſcuntur. Etenim qui in unoquoq; peccato dice
re edoctus eſt, non in hoc poſitum eſt ſalutis momẽ
tum, is pedetẽtim omnia peſſundabit. Hoc igitur ui
tioſitatem ipſam attraxit, hoc ianuas reſeruit prędo
ni, hoc urbis mœnia deiecit. nimirũ quoties ad unũ
quodq; peccatum dicis, Nõ hoc ad rem magnopere
ptinet: ſic & in ipſis corporibus uſu uenire uidemus,
ut magnæ ægritudines augeãtur, quoties paruas ne
Gen.25.d gligimus. Eſau niſi primigenia prodidiſſet, nũquam
benedicentiis indignus habitus fuiſſet: niſi ſe ipſe be
nedicentiis indignum reddidiſſet, non concupiuiſſet K
ad fraternam necẽ progredi. Cain ſi primigenia nõ *Gen.4.a*
amaſſet, ſed dei arbitrio illa permiſiſſet, ſecundas nõ
habuiſſet, ſecundas habens: ſi admonitioni auſcultaſ
ſet, cędem nõ parturiiſſet: rurſus cędẽ patrata, ſi, deo
ipſum uocante, ad pœnitentiam rediiſſet, ac non im
pudẽter reſpondiſſet, mala ea nõ toleraſſet, quę poſt
ea tolerauit. Quòd ſiqui ante legẽ uixerunt, ij per hãc
pigritiam ſenſim ad ipſam uitioſitatis radicem deue
nere: cõſidera qd nobis euenire poſsit ad maiora ſta
dia uocatis, niſi diligẽter nobis attenderimus, ac ma
lorum ſcintillas, nondum ſaccenſas ſanteuertẽtes re- ſpyra ac-
ſtinxerimus. uerbi gratia, Peieras aſsiduè, ne adhoc cenſa.
ſolũ te obfirmaueris, ſed & iuſiurãdum tolle, ac tibi
res citra laborẽ ſuccedet. multò enim difficilius eſt
iurantem non peierare, quàm prorſus à iureiurando
abſtinere. Iniuriarum illator es, cõuitiator, percuſſor:
legem tibi præſcribito, nec ſuccẽſurum te, nec quouis
clamaturum modo: ſic fiet, ut unà cũ radice fructus ſtibi ipſi
intereat. Laſciuus es, nepos, luxu perditus, ſte ipſe rur rurſus ter
ſus ad iuſiuraudum hoc adigito, ſut neq; mulierẽ aſ minũ hũc
picias, neq; in theatrũ aſcendas, neq; in foro formæ præſigito.
alienæ pulchritudinem curioſe perſcruteris. Minus L
enim laborioſum fuerit, prorſus abſtinere à formoſę
mulieris aſpectu, quàm ea conſpecta, ac deſiderio ſe
mel admiſſo, animi motũ ab eo deſiderio proficiſcẽ
tem repudiare. Sũt enim certamina ipſis in exordiis
leuiora: imò uerò ne concertationis quidem indige
mus, niſi aduerſario ualuas adapuerimus, uitioſita- *Mat.5.d.*
tisq; ſemina admiſerimus. Propterea & Chriſtus eũ
ſupplicio mulctauit, qui mulierẽ impudico aſpectu
fuerat cõtuit, ut maiore labore nos liberaret, iubẽs
aduerſarium antè domo expellendum, quã uires ca
piat, quũ uidelicet extrudi facilè poteſt. Quid enim,
quæſo, te tibi cogit ſuperuacaneam negotiũ faceſſe
re, manuſq; cum aduerſariis conſerere, in manu tua
quum ſit, citra omnem conflictum, trophæũ ſtatue
re, & uel ante luctam præmium ferre: non enim tan
tus homini labor, à formoſæ mulieris aſpectu omni
no abſtinenti, quantus illi eſſe ſolet, qui poſt aſpectũ
ſe cõtinet. Atq; adeò prius illud ne labor quidem fue
rit, quin potius poſt ipſum aſpectũ multus ſudor, ac M
labor ingeneratur. Ergo dũ labor leuior, ſeu uerius
dicam, dum omnino ne labor quidẽ, aut ſudor, ſed
lucrum etiam maius exiſtit: quid cauſę eſſe debet, ut
ſtudeamus in tam multorum malorum mare præci
pites ferri? nam qui mulierem ne aſpicit quidẽ, is non
ſolùm facilius, ſed & purius quoq; concupiſcentiam
eiuſmodi ſuperat: quemadmodũ qui aſpicit, is & ma
iore cum labore, & præterea cum macula quadã in
de ſe eximit, ſiquando fortè ſe eximit. nã qui pulchrã
ſpeciem non eſt intuitus, is & ab appetentia quoq; in
de enaſcente purus, caſtusq; euadit: at qui uidẽdi de
ſiderio paruit, uicta, deiectaq; prius animi ratiocina
tione, eademq; identidẽ conſcelerata, tum demũ no
tam à deſiderio inuſtam eluit, ſi modò eluit. propter
ea & Chriſtus, ut ne id nobis uſu ueniat, non cædem
modò prohibet, ſed & irã: non adulteriũ, ſed & aſpe
ctus intemperantiam: non periurium, ſed & iuſiurã
dum omne: neq; uerò intra hunc uirtutis modũ con
ſiſtit, ſed legibus his ſancitis, ulterius etiam progredi
tur. Cædem enim ubi ſuſtulit, iuſsitq; ab ira purũ, ua
cuumq; eſſe, tum iubet paratus ut ſis, ad malũ ſuffe
rendum, nec tantũ quidem, quantũ qui tibi inſidiatur in animũ ſibi induxit, ſed ut ulterius progreſſus

A inſaniæ illius magnitudinem conſtantiæ tuæ abun
dantia exuperes. Neq; enim ait, ſiquis te in genam
dextram percuſſerit, generoſo ſer animo & quieto:
Ma.6.f.et ſed & alteram illi uoluit eſſe offerendam. Verte enim
Luc.6.c. illi, inquit, & alteram. nam hæc demum ſplendida
eſt uictoria, ſi illi plus indulgeas, quàm uelit, atque
adeò ſi lenitudinis patientięq; tuę prolixitate impro
bi illius deſiderij terminos tranſilieris. ſic enim ſimul
illius inſaniam ſedabis, ſimul prioris facti mercedem
ex poſteriore capies, ſimul iram, quam propter illum
cõcepiſti, depones. Vides in noſtra omnino manu eſ
ſe, ne quid mali patiamur: non in eorum qui iniuriã
inferũt, atq; adeò & in nobis quoq; ſitum, nõ modò
ut ne incommodo, ſed etiã ut beneficio afficiamur.
& quidem id in primis admirandum eſt, quòd uideli
cet iniuria nequaquã afficiemur ſi ſapiemus, ſed uel
ab ijs iniuriis, quas nobis intulerint alii, beneficiũ fe
remus. Rem porrò cõſidera. Iniuria te quiſpiam affe
cit: potes ipſe præſtare, ut ea iniuria laudi tibi cedat. ſi
enim iniuria iniuriam remenſus fueris, probrum per
te accreſcet: at ſi iniurię illatorem laudaueris, tum ui
B debis eos omnes, qui aderunt, & laureã tibi impone
re, & præconio laudes ad cœlum tuas efferre. Etiam
ne intelligis, quemadmodũ à quibus rebus iniuria af
ficimur, ab ijs ſi ſapuerimus, etiam beneficium accipi
mus? Hoc ipſum & in pecuniis, hoc & i plagis, hoc &
in reliquis item omnibus uſuuenire uidemus. Nã ſi
contraria illis rependerimus, fiet ut duplicem nobis
lauream cõtexamus, alterã ab ijs malis, quæ perpeſsi
fuerimus: alteram ab iis bonis, quę malorum loco re
poſuerimus. Quum igitur ad te adiens quiſpiam tibi
dixerit, quidam te iniuria affecit, neq; finem facit, de
te apud quoſuis obloquẽdi. tum demũ laudato ob
loquentem, apud eos, qui tibi recitant, quę ex illo au
dierint. hac certè ratione, ſi illum ulciſci uolueris, po
teris de eo pœnas ſumere. etenim qui rem exaudiẽt,
ut ſenſu etiã maximè careant, te ſolũ collaudabunt.
illum contrà, utpote quauis noxia fera deteriorem,
odio habebũt, quòd ille quidẽ nulla prouocatus in
iuria, moleſtus tibi fuit, tu è diuerſo uel malè ab illo
habitus, beneficium pro iniuria repoſuiſti: ſic fiet, ut
perficias ſanè, quæ in te ille maledicta coniecerit, ea
omnia ut futilia eſſe uideantur. Siquidem qui ſuggil
C latur, mordeturq; is quum propterea dolet, palã fa
cit criminationis obiectæ cõſcium ſe eſſe: qui uerò ri
det, is profectò riſu ipſo apud eos, qui rei teſtes, con
ſciiq; ſunt, ſeipſum omni ſuſpicione liberat. Expẽdi
to ergo quot, quantaq; inde bona decerpis. Primùm
eximis te à tumultuatiõe, ac cõmotione: deinde (ſed
hoc ipſum potius primas obtineat) licèt criminibus
obiectis nõ careas, & hæc tamen eluis, ad publicani
exemplũ Phariſæi criminationẽ æquanimiter feren
tis. His adde quòd hac exercitatione philoſophicũ ti
bi, ac conſtantẽ animum comparas: tum autem mi
rificè à circunſtantiũ corona collaudaris, poſtremò
omnem amoues à te criminationis ſuſpicionẽ. Qui
ſi illum ulciſci cupis, & hoc quoq; plus ſatis ſubſequę
tur, partim deo criminationis in te intentatæ pœnas
ab eo exigente, partim cõſtãtia tua, uel ante eas pœ
nas, illi tanquam letale uulnus infligente. Nihil enim
tam eos, à quibus lædimur, urere ſolet, quã iniuriæ
illatio riſu excepta. Quemadmodum igitur per eam
quam dico conſtantiã, tot tantaq; tibi aderũt bona:
ſic à puſillanimitate cõtraria omnia contingent. nã
& ipſi nos infamamus, & obnoxii, affinesq; crimina-
tioni, apud eos, qui audiũt, uidemur, & aĩum tumul D
tuatione iplemus, & aduerſariũ delectamus, & deũ
ipſum irritamus, & peccatis prioribus ueluti corolla
rium addimus. Hæc ergo omnia perpendentes puſil
lanimitatis barathrũ euitemꝰ, atq; ad lenitudinis por *Matt.11.d*
tũ confugiamus, ut tum hic animis noſtris requiem
inueniamus, ſicut Xps pronũciauit, tum futura bo
na aſſequamur: gratia & benignitate domini noſtri
Ieſu Chriſti, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia.xiij.

Cimus enim quòd lex ſpiritus eſt, at ego carnalis
ſum uenditus ſub peccatum. Quum dixiſſet in
gentia fuiſſe exorta mala, & peccatum uehe
mentius, impotentiúsque redditum mandato accep
to, omniaque eueniſſe contra legis uoluntatem, ac
ſtudium, quumq; auditorem in dubitationẽ nõ par
uam conieciſſet: adfert deinceps ratiocinationẽ, per
quam hęc euenere, prius legem praua ſuſpicione libe
rãs. nã ut ne quum audias, quòd peccatum occaſio
nem per mandatũ accepit, quòd eodem accedente
mandato, peccatum referbuit, quòd per illud decep
it, atq; interfecit: ut ne igitur legem malorum eiuſ
modi authotem eſſe putes, prius illius defenſionẽ & E
eam uberrimam adhibet, illam accuſatione nõ ſolũ
liberans, ſed & maximã illi laudem texens. idq; non
tanquam ipſe gratificetur, ſed tanquã cõmune pro
ferat ſuffragium. Scimus enim, inquit, quòd lex ſpiri
tualis eſt: ac ſi diceret, Confeſſum hoc eſt, & apertũ,
quòd ſpiritualis eſt: tãtũ abeſt ut peccati author ſit,
& malorum perpetratorũ crimen ſuſtinere debeat.
Ac uide ut non illã modò accuſatione liberet, ſed &
ſummè laudet. ſpiritualem enim quum appellat, ma
giſtram illam uirtutis eſſe declarat, & uitioſitatis ad
uerſariam: nã hoc demum eſt ſpirituale eſſe, ab om
nibus abducere peccatis. id quod lex factitabat, ter
ritans, commonefaciens, animaduertens, corrigens,
deniq; oĩa ea conſulens, quæ ad uirtutis ſtudium fa
cerẽt. Dicet aliquis, Vnde ergo peccatũ extitit, ſi tan *Matt.9.c*
admirabilis, tamq; eximius pceptor? à diſcipulorum
ignauia. Itaq; addidit: At ego carnalis ſum, exprimẽs
nobis hominẽ tam eũ, qui ſub lege, quàm eum qui
ante legem uixerit. *Venditus ſub peccatum*. Vnà enim
cum morte, ait, & effectum turba introiit. quũ enim
corpus mortale affectuũ eſt, tũ deniq; neceſſariò ad
miſit & concupiſcentiam, & iracundiã, & dolorem, F
& cætera omnia, quæ magnæ admodũ cõſtãtiæ ac
ſapientię indigebant, ut ne inundãtis æſtus uis, ac tẽ
peſtas rationẽ in nobis obrueret, in peccati uoragi
nem demerſam. Illi enim affectus, peccatũ haudqua
quam erãt, ſed illorum immoderatio effręnata hoc
efficiebat. Verbi gratia, ut exemplo unum aliquem il
lorum affectuum pertractemus, Concupiſcentia, pec
catum quidem non eſt: at quũ ea modum non ſer
uat, non ſuſtinens ſe intra nuptiarum leges cõtinere,
ſed ad alienas uxores deſultoria ſe transferens, tũ res
ea in adulteriũ deniq; erumpit: non ab ipſa quidẽ cõ
cupiſcentia, ſed ab illius immodica cupiditate. Ac ui
de Pauli ſapientiam. nã legẽ ubi laudibus extulit, cõ
tinuò accurrit ad tempus illud ſuperius, ut declara
ta prius conditione, qua in cõditione eſſet genus no
ſtrum, uel quo tempore legem accepit, tũ demũ oſtẽ
deret neceſſariam fuiſſe gratiæ abundantiã. quod ip
ſum ubiq; adſtruere enixus eſt. Nam quũ dicit, Ven
ditus ſub peccatum, id dicit, nõ modò de iis, qui ſub
lege, ſed & de iis quoq;, q ante legem, atq; adeò, qui

G iam inde ab initio uixere. deinde & uenditionis, dedi
tionisq; modum docet. *Quod enim ago, non intelligo.*
Quid hoc uerbi sibi uult, no intelligo? Ignoro. Id uero
quãdo fuit? nemo enim homo unquã præ ignorã
tia peccauit. Vides, nisi cum decenti circunspectione
dictiones ipsas deligamus, & ad apostoli scopũ, men
temq; attẽtius respiciamus, fore, ut hinc absurditates
infinitæ consequantur. nam si ignorãtes illi peccaue
re, indigni quidem erant, qui pœnas darẽt. Itaq; quẽ-
Hic sup. b admodũ superius dixit: Sine lege enim peccatũ erat
mortuum, non hoc indicans, qui peccassent, eos se
peccauisse nesciisse, sed sciuisse quidem, non tamẽ us-
queadeo exactè. Itaq; peccati pœnas quidẽ luebant,
Ibidẽ. sed non tam graues. ac rursus: Concupiscentiam ne-
sciuissem, non in genere ignorantiam indicans, sed
apertissimam cognitionem significãs. dixit porrò, ge
nuit in me omnẽ concupiscentiam, non hoc profes-
sus, mandatum concupiscentiam effecisse, sed cõcu-
piscentiæ intentionem, atq; incrementũ peccatũ per
mandatum induxisse: Ita & hoc loco non rerũ pror-
sus omnium ignorantiam indicat, quum ait: Quod
enim ago, non intelligo. quomodo enim illũ dei lex
H delectaret, secundum internũ hominem? quid igitur
id uerbi est, nõ intelligo? tenebris obducor, ait, corri-
pior, uim atq; iniuriã sustineo, nescio quomodo sup-
plantor: qui loquendi modus nobis solẽnis est, quũ
dicimus, nescio quo pacto talis res meas diripuit: nõ
ignorantiã obtendentes, sed imposturam quãdam,
circunuentionẽ, insidias significantes. *Non enim quod*
uolo, id facio. Quî igitur non id cognoscis quod facis?
Si enim bonum expetis, & malum odisti, cognitio-
nis hoc perfectę est. Vnde liquet, illum hoc uerbum,
non uolo, usurpasse, non tollens liberum arbitriũ, ne
que necessitatem quandam coactam inducẽs. Nã si
non uolũtarij, sed coacti peccamus, rursus illa suppli
cia superioribus seculis illata, ratione non niterẽtur:
sed quemadmodum quum dicit, non cognosco, nõ
ignorantiam indicauit, sed quæ diximus: sic & quũ
id uerbi addit, nõ uolo, necessitatem nõ denotauit,
sed quòd rem non laudaret. quandoquidẽ nisi hoc
ita essẽ declarasset per hæc uerba, quod non uolo fa
cio, quomodo non addidit, sed qđ cogor, & cõpel-
lor hoc facio? Hoc enim ipsum uoluntati & libertati
opponitur. nunc autem nõ hoc dixit, sed loco huius,
I uerbum hoc, odi, posuit: ut intelligeres illum usurpã-
do uerbum hoc, non uolo, non sustulisse libertatẽ.
Quid igitur est illud, quod non uolo? nempe qđ nõ
laudo, quod non admitto, qđ nõ amo: ad cuius op-
positã distinctionẽ & quæ sequuntur addidit, dicẽs:
Sed quod odi, hoc ago: si autẽ quod non uolo, hoc facio, con-
sentio legi quòd bona sit. Vides interim mentẽ non cor
ruptam, sed in ipsa actione propriam seruantẽ nobi-
litatem? etsi enim uitiositatem pertractat, tamen illã
odio habens pertractat. quod legis tã naturalis, quã
scriptę maxima laus fuerit. nã quòd lex bona sit, ait,
cõstat ex ijs, ob quæ me ipse accusõ, dum legi nõ au
scultans, id ipsum odi, qđ feci. atqui si lex peccati au-
thor foret, quónã pacto ipsi ⌜cõsentiens, ⌜quod fieri
⌜con dele-ctians. illa iubet, odio haberet? *Consentio enim legi, quòd bo-*
na sit. Nũc autẽ iam non ego perpetro illud, sed quod inha
bitat in me peccatũ. Noui. n. quòd non habitat in me, hoc
est, in carne mea, bonum. Hoc loco irruunt, qui carnẽ ca
lumniantes, illã à dei opificio abalienãt. Quid ergo
dixerimus? ea scilicet q̃ paulò antè de lege quũ dispu
taremus, diximus. quod quemadmodũ illic rem to-

tã ad peccatũ refert, sic & hic. neq; enim dixit quòd K
caro illud efficit, sed contrariũ: quod scilicet, no iam
ego perpetro illud, sed qđ inhabitat in me peccatũ.
quòd si dicit, quòd non inhabitet in ipsa bonum, nõ
dum hoc carnis crimen est: non. n. non in ea habita
re bonum, malã ipsam esse declarat. Nos porrò car-
nem quidem anima inferiorẽ atq; imbecilliorẽ esse
fatemur, non tamen illi aduersantem, aut cum ea de
pugnantem, malám ue: sed eandẽ sic animę esse sub-
ditam, ut citharistæ citharam, ut gubernatori nauẽ:
quę quidẽ aduersaria nõ sunt agentibus, utẽtibusq;,
sed uel maximè cõuenientia: haud tamẽ honore cũ
artifice adæquata. Quemadmodũ igitur quisquis af
firmat, nec in ipsa cithara, nec in ipsa naui artem resi
dere, sed i gubernatore, atq; in citharœdo, is istrumẽ
ta ipsa minimè calumniatur, sed declarat quãtum in
tersit artem inter & artificem: ita & Paulus quũ ait,
non habitat in carne mea bonũ, ipsum sanè corpus
non suggillauit, sed animæ excellentiã declarauit. ea
enim est, cui gubernationis, atq; cãtus negociũ totũ
concreditum est. quod & Paulus hic declarat, animę
authoritatẽ ponẽs: hominemq; in ista duo diuidẽs,
animam, & corpus, ait ipsam carnẽ magis quidẽ bru L
tam esse, & prudentia nudatum, deniq; eas inter res
annumerandam, quæ agantur, non q̃ agant. ipsam
uerò animam sapientiorem, ac ualentem intelligere,
quid agendum, à quibus abstinendũ, nõ sufficientẽ
tamen ad equũ pro suo arbitratu regẽdum. Id quod
non carnis modò, sed & animæ quoq; crimẽ fuerit,
intelligentis uidelicet quę facere oporteat, nõ etiam
ad opus proferentis, quæ uisa ipsi fuerint. *Nam uelle*
adest mihi: at ut faciam bonum, non reperio. Hic rursus
quum dixit, non reperio, ignorantiã nõ fatetur, neq;
dubitationem, sed molestiam quãdã & insidias pec
cati, quod & apertius declarans, addit: *Nõ enim quod*
uolo facio bonũ, sed quod non uolo malũ, hoc ago. Porrò si
quod nõ uolo ego, hoc facio, nõ iã ego perpetro illud, sed in-
habitans in me peccatum. Vides ut tum animę, tum car
nis naturam criminibus liberans, omnẽ culpã in sce
leratam transtulit actionem. nã si anima à malo ab
horret, liberata illa est. & si id minimè perpetrat, libe
ratur & corpus: ac quæcũq; culpa esse potest, ea om
nis uolũtatis est. Neq; enim unũ idemq; sunt animę
natura, & corporis, & uoluntatis: sed illa quidẽ sunt
dei opa, hoc aũt ex nobis ipsis exoriẽs motus, quo M
cunq; deducere illũ uoluerimus. Voluntas enim res
est à deo insita: at huiusmodi uolũtas, nostrũ & mẽ
tis nostræ opus est. *Reperio igitur ⌜per legem ⌜uolẽti mi-*
hi facere bonum, quòd mihi malũ adiunctũ sit. Obscurũ
hoc dictum. quid igitur sibi hoc uult? Laudo, inqt, le
gem iuxta coscientiam, & illam mihi bonum uolẽti
reperio patroni partes agentẽ, mihiq; uoluntatẽ in-
tendentem. nam sicuti illa me delectat, sic & illa sen
tentiã meã laudat. Vides ut declaret rerum tum bo-
narũ tum malarũ cognitionẽ nobis ab initio quasi
fundamentum quoddã præstructam, cõstitutamq;
fuisse, Mosis autẽ legẽ laudare illã, & ab illa laudari.
neq; enim suprà dixit, à lege erudior: sed, cõsentio le-
gi. neque hic dixit, erudior ab ipsa: sed, ipsa me dele-
ctat. qd aũt est, illa me delectat? assentior illi tanquã
rectè habenti, sicut & illa mihi uolenti bonũ facere.
Quamobrẽ & id uelle quod bonũ sit, & nolle quod
malũ, iam inde ab initio quasi fundamentũ, præstru
ctum constitutumq; erat. lex autem accedens, & ijs
quę mala essent, accusatrix rerum multarũ extitit, in

⌜legẽ⌝ sine ⌜ppositiõe quã nec textus habet, nec Chrysostomi interpretatio admittit.

in ijs

A in ijs quæ bona essent, plurimarũ laudatrix. Vbi ubi-
que intentionẽ quandã & additamentũ legi suo te-
stimonio tantũmodo tribuere Paulũ, prẽterea nihil.
illa enim laudante, & me delectante, ac uolente bo-
nũ, malũ adhuc adest, & illius actio sublata non est.
Quare lex ei q̃ iam proposuerit bonũ aliquod face-
re, ea quidẽ parte auxiliatrix tantũ existit, quatenus
& ille idẽ iisdem in rebus cũ illa ⌜conspirat & consen-
tit. deinde posteaq̃ ipsum hoc obscurè posuit, pro-
gressus, id interpretatur ac manifestius reddit, decla-
rans, quo pacto malũ adest, & quo pacto uoleti bo
num facere, lex simul præsto adest. *Delectat enim me,*
inquit, *lex dei secundum internum hominem.* Noueram
enim & antea, ait, bonũ, illo autẽ reperto & in literis
laudo. *Sed uideo aliam legem in membris meis, rebellantẽ*
legi mentis meæ. Legẽ hic rursus peccatũ repugnãs uo
cauit, non ob illius dignitatẽ, sed ob uehementem
obedientiam eorũ, qui illi parẽt. Quo igitur dominũ
Mammonã uocat, & deum uentrẽ, non ob propriã
dignitatem, sed ob magnã subditorũ seruitutem: sic
& hic, legẽ uocauit peccatum, pp illos qui ita illi ser-
B uiunt, uerenturq; ab eo discedere, ut uerentur qui le
gem accepere, legem deserere. Hoc igitur peccatum,
ait, opponitur legi naturali. id enim est quod ait, legi
mentis meæ, quin & aciem introducit, & pugnã, cer
tamenq; totũ opponit naturali legi. Nam Mosis lex
ex abundantia postea addita fuit, sed tamen & hæc
& illa, hæc quidẽ docens, illa aũt laudãs honesta, ni-
hil magni facinoris hac in pugna præstitere, talis tan
taq; erat peccati tyrannis, uincens uidelicet, & supe-
rior effecta. Id quod Paulus palàm faciens, ac p uim
cladem factam declarans, ait: *Video autem aliam legẽ*
repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuum reddentem me.
Neq; enim dixit, uincentẽ, simpliciter: sed, captiuum
reddentem me legi peccati. Nõ dixit, impetui carnis,
neq; naturæ carnis: sed, legi peccati: hoc est, tyrãnidi
ac potentiæ. quo igitur ait, quæ est in mẽbris meis?
& quid hoc est? neq; enim uerbũ hoc facit, ut mem-
bra ipsa peccatũ sint, quin potius uel maximè à pec
cato separat. diuersum est enim id qđ in aliquo est,
ab eo in quo illud aliquod est. Quemadmodum igi
tur mandatũ non est malum, posteaq̃ per ipsum occa-
C sionẽ accepit peccatũ: sic nec carnis natura mala, et
si per ipsam peccatũ nos debellet. quandoquidẽ ea-
dem ratione & anima mala fuerit, idq; eò et magis,
quòd rerum agendarũ authoritatem habet. Sed nõ
est ita, non est ita. neq; enim si admirandas aliquas
ædes & regalia palatia tyrannus quispiam, ac latro
capiat, propterea culpandæ, & in calũniam uocãdæ
sint ædes: sed omne illud crimen illorũ fuerit, q̃ ædi-
bus insidias hmõi struxerint. At uerò hoc ueritatis
dum reuoluuntur, non sentiunt. neq;. n. carnem so-
lùm insimulãt, sed & legẽ calumniantur: q̃q̃ si caro,
malũ est, lex ipsa, bonũ fuerit: repugnat enim & ad-
fuerit: depugnat enim iuxta illos, & cũ illa bellum ge
rit. Quî igitur utrunq; diaboli esse dicunt, inducẽtes
quæ inter se sunt pugnãtia, atq; cõtraria? Vides quan
ta ista sit amẽtia, cũ impietate et coniuncta? Sed nõ
ea sunt ecclesiæ dogmata, quinimmo peccatũ solũ
damnant, & legẽ utranq; tum naturæ, tum Mosis à
deo datã, eidem peccato aduersariam esse uolũt, nõ
carni: neq; enim carnem peccatum esse, sed dei opus
ad uirtutẽ uel maximè nobis accõmodum, si sapue-

rimus. *Miser ego homo, quis me eripiet ex hoc corpore mor* D
ti obnoxio? Vides quanta sit peccati tyrannis, q̃ uideli
cet mentẽ uel legi congratulantẽ, atq; in ea delectan
tem uincat? neq; enim, ait, dicere habeas, me, qui le-
gem oderim & auersер, à peccato mãcipari. ea enim
me delectat, & illi ipse assentior, & ad illã profugio:
sed tamẽ illa ne sic quidem ad se fugientẽ saluum ef-
ficere potuit. at Christus uel à se fugientem saluum
effecit. Vides quanta gratię magnitudo? Verũtamen
non sic locutus est ipse apostolus. deplorans aũt so
lùm & altè lamentatus, quasi qui auxilio destitutus
esset, per dubitationẽ ostendit Christi potentiã, atq;
ait: *Miser ego homo, quis me eripiet ex hoc corpore morti*
obnoxio? lex nequiuit. Cõscientia nõ suffecit, etiamsi
quæ bona essent laudarẽ, nec laudarem modò, sed
etiã aduersantibus obsisterẽ, depugnaremq;. quod τὴν πᾶ
enim dixit, rebellantẽ, declarauit, & se aduersa acie ρουσίαν
stantẽ dimicare. unde igitur erit salutis spes? *Gratias,* id est pra
inquit, *ago deo meo per Iesum Christũ dominum nostrũ.* sentiam
Vide ut necessariam fuisse ostẽdat gratiæ ⌜abundan siue adẽ
tiã, ⌜cõmuniaq; esse patris ac filij beneficia ⌜nã ut pa- tum.
tri gratias agat, hmõi tamẽ gratiarũ actionis author E
est filius. Porrò autẽ cum Paulũ audis dicentẽ. Quis
me eripiet ex hoc corpore mortis, caue putes illum
carnẽ ipsam incusare. neq; enim dixit, corpus pecca-
ti: sed, corpus mortis, hoc est, mortale corpus: à mor
te. ſ. mancipatum, non aũt quòd mortẽ generauerit.
quod non est malitiæ carnis, sed uiolentiæ eius, quã
sustinebat, signum. Quemadmodũ siquis captiuus
à barbaris, barbarus uocatur, nõ quòd barbarus sit,
sed quòd ab illis detinetur: sic & corpus mortis dici-
tur, qđ ab ea detentũ sit, nõ quod ipsam procurauerit.
Itaq; non ipse à corpore eripi uult, sed à mortali
corpore, significãs quod sæpe dixi, corpus, ex eo, qđ
patibile effectũ sit, à peccato ẽt facilè expugnari pos
se. Dicet aliquis: Et quamobrẽ si talis, tantaq; pecca-
ti tyrannis ante gratiã fuit, animaduersum est i eos,
qui deliquissent? Nempe quòd ea erant ordinata, &
constituta, quæ ẽt dominante peccato perficere, &
exequi illi possent. neq;. n. ad summã illos deus per-
traxit politiam. sed & permisit pecunijs illos frui, plu
ribus uxorib⁹uti nõ prohibẽs, & iræ gratificari quo- F
ad iustum esset, & uoluptatũ moderatarũ usum ha-
bere. deniq; tanta erat indulgentia, ut scripta lex mi-
nora ẽt exigeret, q̃ naturalis lex dictitaret. Nã naturę
lex uirum unũ mulieris unius cõsuetudine contentũ
esse iusit. quod & Christus indicans, ait, Qui ab ini-
tio fecit, marẽ & fœminã eos fecit. At Mosis lex, neq; *Mat. 10. 4*
hãc repudiari, neq; illã repudiatæ in locum admitti
prohibuit, neq; duæ quominus eodẽ haberẽtur tpe
interdixit. prẽter id aũt uideas, qui ante Mosis legem
uixere, sub naturali lege eruditi, eos plura præstitisse,
q̃ Mosis lege contenta essent. Quas ob res qui in ue-
teri lege uersabantur, ij uim nõ patiebãtur, ut quorũ
in remp. legis latio admodũ moderata introducta
esset. qui si nec sic quidẽ uincere potuere, illorũ igna
uiæ crimẽ esto. Idcirco & Paulus gratias agit, quòd
Christus his oibus nulla ex parte excusãris, nõ solùm
ad delictorũ nostrorũ calculos nos nõ uocauit, sed
aptos ẽt ad maiorem cursum conficiendũ reddidit.
Itaq; ait, Gratias ago deo meo per Iesum Christũ, ac
prætermissa salute, tanq̃ ab omnibus cõfessa, ex ijs, q̃
iam illi adstructa, fundataq; essent, ad aliud maius
transit, dicens, nos non pristinis tantũ periculis libe-
ratos, sed tales effectos ut in futurum capi, ac man-

Capi. VIII. Gcipari nequeamus. *Nulla enim*, inquit, *nunc condemnatio ijs, qui sunt in Christo, qui nō iuxta carnem ambulant.* sed no id prius dixit, donec commonefaceret rursus pristini status, prius enim dixit: Igitur ego seruio legi dei, carne aūt legi peccati. deinde adiunxit: Nulla ergo nunc condēnatio, ijs qui in Christo sunt. postea quoniā obsistebat illi, multos esse, qui uel à baptismo peccarēt, propterea ad illud urges properat: nec simpliciter ait, ijs qui non iuxta carnem ambulant: declarans quicquid id est, nostræ ignauiæ opus esse. licet. n. nunc nō iuxta carnem ambulare: tum aūt difficile erat. atq; hoc & alia ratione adstruit, per ea q̄ deinceps, sic inquiens: *Lex enim spiritus uitæ liberauit me*, legē spiritus hoc loco ipsum spiritum appellans. Quemadmodū. n. legē peccati, peccatū: sic legem spiritus, spiritū dicit. atqui & Mosis legē sic uocauit. scimus enim, ait, quòd lex spiritualis est. ecquodnam igitur discrimē? certè magnū & immēsum. illa enim lex, spiritualis lex: hæc aūt lex, spiritus lex. & quid hoc ab illo differt? quòd illa quidem à spiritu tantū data est: hæc aūt & spiritū prolixum, atq; abūdantē se suscipientibus suppeditabat. Itaq; & ipsam uitæ legē appellauit, ut illam secernat atq; distinguat à lege illa peccati, non Mosaica. cum enim ait, *Liberauit me à lege peccati & mortis.* Nō hic Mosis legē intelligit. nusquam. n. illam appellat peccati legem. quī enim? ut quam iustam ac sanctā sæpe nominauit, & peccatū extinguentē? sed legem illam significat, quam mentis legi aduersantem dixit. Hoc enim pestilentissimū bellū spiritus gratia sustulit, q̄ & peccatū mortificauit, & certamē nobis leuius reddidit, & prius coronā imposuit, ac tum demum magno cū præsidio ad certamina uocauit. Quod aūtē nunq̄ non facit à filio ad spiritum transiens, à spiritu ad filiū & patrē, ac trinitati nostra omnia imputans: hoc ipsum & hic facit. nā ubi dixit, Quis me eripiet de hoc corpore mortis? ostendit patrē per filiū hoc facere, pòst aūt & spiritum sanctum per filium. lex. n. spiritus uitæ in Christo Iesu liberauit me, ait, deinde rursus patrem & filium. *Nam quod lex præstare minimè poterat, ea parte, qua imbecillis erat per carnē, hoc deus filio proprio misso sub specie carnis peccato obnoxiæ præstitit, ac de peccato condemnauit peccatum per carnem.* Rursus uidetur quidem legē calumniari, sin uerò quis diligenter attendat, uel maximè illam laudat, cōueniss̄e eam cū Christo ostēdens, & res easdem cū illo uoluisse. neq; enim dixit, quod in lege malū erat, sed qđ illa minimè poterat: & rursus, quatenus imbecillis erat, non quatenus malè agebat, aut insidiabatur: nec imbecillitatē illi adscribit, sed carni, dicens, quatenus imbecilla erat per carnē. Carnē hic rursus non substantiam ipsam, & subiectū, sed carnaliorem sensum uocans. quibus uerbis tum corpus, tum legem criminatione liberat: non per hęc aūt solùm, sed per subsequētia. Nam si lex cōtraria fuisset, quī Christus in illius auxilium aduenit? & illius iustificationē impleuit? & manum præbuit, condemnans peccatum in carne: hoc enim restabat. quoniam quidē in anima iam olim lex peccatū idem condēnabat. Quid ergo? lex quod maius quidem erat fecit, quod aūtē minus, id dei unigenitus? nequaquā. maximè enim & illud deus fecit: ut qui cū naturalem legem dedit, tum uerò scriptam addidit. alioqui aūt nihil profuisset, quod maius erat, ⌜nisi id ēt fuisset propositum,⌝ quod minus erat. quid enim profuerit quæ agenda sint scire, ei qui ea ad opus nō perducit? Certè nihil, immo maior inde condemnatio existit. quare q animam seruauit, hic idē est, qui & carnē frēno parentē effecit. Siquidē docere quidem, facile: cæterū uiam mōstrare, qua uia nullo negotio hæc facta sint, hoc demum mirū est. Propterea sanè uenit unigenitus: nec prius absc̄essit, donec illa nos difficultate explicauerit. Quod aūt maius censendū, id uictoriæ modus est. neq;. n. aliā assumpsit carnem, sed ipsam hāc afflictā, laboribusq; confectam. Quemadmodū. n. siquis uilem, ac circūforaneam mulierem in rerum uenalium foro uapulantem intuitus, se illius esse filiū profiteretur, reuera regis filius cū esset, atq; hac ratione illā è manibus eorum à quibus malè haberetur, eriperet: ita & ipse fecit, fassus se esse hominis filium, patrocinium auxliumq; illi afferens, ac peccatum damnans. non ergo ausus est postea illā uerberare: seu potius illā quidem uerberauit mortis plaga. Inde effectū est, ut nō ipsa caro uerberata, sed ipsum peccatū uerberans damnatū sit, ac perierit: id quod omniū est maximè admirādū. nisi enim in carne uictoria parta fuisset, non tam mirandū foret, quādo & lex hoc efficiebat. mirū aūt, id est, quòd unā cum carne trophæū erectum est. & quę millies à peccato deiecta fuerat, hæc eadem splendidā contra illud uictoriā tulit. Vide. n. quot noua, atq; inopinata extiterint. Vnū quidē, quòd peccatū carnem non uicit. alterū quòd uictum est peccatū, & à carne uictū. neq; enim simile fuerit, non uinci, & uincere quod anteà semper deiiciebat. tertiū quòd non modò uicit, sed & puniuit. nam minimè peccādo, nō uictus est: moriendo aūt uicit & damnauit illud, terribilē illi carnē efficiens, quæ prius despicabilis esset. Sic igitur & illius potentiā fregit, & mortē per illud introductam sustulit. donec enim peccatores offenderet, iure optimo obitum affereb at. posteaquā uerò corpus minimè peccans repperit, illudq; morti tradidit: condemnatum illud est tanq̄ quod iniuriā attulisset. Vides q̄ diuersæ uictoriæ partæ sint? quòd non uicta sit caro à peccato: quòd ea peccatū uicerit ac damnarit: quòd non simpliciter damnarit, sed damnarit tanq̄ quòd peccauisset. prius enim illud coarguit iniuriā feciss̄e, ficq; ipsum damnauit, nō simpliciter fortitudine ac potestate, sed iure ac ratione. hoc enim patefecit, dicēs, De peccato damnauit peccatū in carne: ac si dixisset, quòd conuicit illud magno admodū de peccato, ac tum demū illud dānauit. Vides ubiq; peccatum dānari, nō carnem: sed hanc & coronam accipere, & sniam contra illud reportare? Quòd si in specie carnis, ait, misisse filiū, nō propterea existimes aliam esse carnē. quoniam enim dixit, peccati, idcirco & speciei uerbo usus est. neq; enim peccatricē carnem habuit Christus, sed similē quidē nostræ peccatrici, minimè aūt peccatricem, & natura eandem nobiscum. quare & hinc uidelicet nō erat mala carnis ipsius natura. neque enim alia prioris loco accepta, neq; hac ipsa mutata sc̄dm substantiam, ipsam Christus expugnare molitus est, sed illam manere sinens in eadem natura, fecit ut coronam contra peccatū reportaret, & tunc ipsam post uictoriam excitauit, & immortalē effecit. Dices, Quid hoc ad me, si hæc in illam carnem euenere? ad te certè maximè. idcirco addidit: *Vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus.* Quid est iustificatio? finis, destinatio, ipsa operis perfectio. quid enim

Sup. 7. c

Hic habetur. 61. i. te. ubi ēt Eras. testatur legere Chrysostomum sed in columni sententia.

Ibidem d

μὴ προκειμένου. fortè legendum μὴ προσκειμένου. i. nisi etiā adiectum fuisset.

illa lex uolebat? quid autē imperabat? sine peccato ut esses. hoc igitur nobis per Christū prēstitum est, atq; ipsum quidē obstitisse, & superauisse, illius fuit: uictoriæ aūtē fructum cepisse, nostrum. Itaq; nō amplius peccabimus: nō, inquā, amplius peccabimus, nisi admodū fracti animis cōciderimus. Idcirco addidit, Qui non secundū carnē ambulabamus. Vt ne enim, quod audieris Christū peccati bello te liberasse, atq; in te impletam esse legis iustificationem dānato in carne peccato, apparatū omnē euertas: ob hanc causam illic cum dixisset, Nulla igitur condemnatio, addidit his qui, non secundū carnē ambulāt: & hic item cum dicit, Vt impleretur in nobis iustificatio legis, ipsum hoc attexuit, seu potius non hoc ipsum solū, sed multò amplius, posteaquā enim dixit, Vt iustificatio legis in nobis impleretur, qui non secundum carnem ambulamus, addidit, Sed secundū spiritū: ostendens non oportere modò à malis abstinere, sed & in bono florescere. nā tibi coronam donasse, illius: donatā aūt retinere, tuum. etenim, q̄ legis erat iustificatio, non esse execrationi obnoxiū, id tibi perfecit Christus. ne igitur tātū donū prodas, sed perpetuò asseruato pulchrū hunc thesaurū. tibi enim hic commōstrat lauacrū nobis non sufficere ad salutem: nisi & lauacro accepto, uitam dono dignā exhibeamus. Itaq; rursus legi patrocinatur hæc dicens. nā posteaquam in Christum crediderimus, sunt omnia facienda ac præstanda, ut illius iustificatio, quod impleuit Christus, in nobis hæreat, non ēt corrumpatur. *Qui. n. secundum carnem sunt*, ait, *quæ carnis sunt sapiūt: qui uerò secundū spiritum, quæ sunt spiritus. Nā sensus carnis, mors est: sensus aūt spiritus, uita, et pax: quoniā sensus carnis inimicitia est in deū. legi. n. dei nō subditur, neq; enim potest.* At ne hoc qdē carnis calumnia fuerit. donec enim suum ordinē seruat, absurdi nihil fit. at cum illi omnia cōcedimus, ac proprios trāsiliens terminos cōtra animā insurgit, tum omnia perdit, ac corrūpit, nō à propria natura, sed ab immoderatione, ac cōfusione inde nata. *Qui uerò secundum spiritum, quæ sunt spiritus.* Nam sensus carnis mors. nō dixit: nam carnis natura, neq; nam substātia corporis: sed, sensus, q ipse corrigi quidē queat ac tolli. Hoc aūtē ait, nō ipsi carni propriā cogitationem tribuens, absit, sed crassiorem mentis interpretationē ostentās, & à peiori illā uocans: sicuti & carnem sæpenumero totū hominem & animam habentem appellare assueuit. *Sensus aūtē spiritus.* & hic rursus spiritualem cogitationem dicit. Quemadmodum & progressus ulterius ait: Qui autem scrutatur corda, nouit q sit spiritus sensus. ac declarat multa ex hac spirituali cogitatione bona proficisci, cū in p̄senti uita, tū in futura. malis. n. iis, quæ sensus carnalis affert, multò plura bona exhibet spiritualis sensus. quod palam fecit his uerbis, uita, & pax. quorū alterum oppositū est priori illo. Nam sensus carnis, mors. alterū autem, huic quod sequitur. pacē enim ubi dixit, subiunxit, quoniam sensus carnis inimicitia est in deū quod quidem morte deterius est. Deinde ostēdit quemadmodū & mors & inimicitia eueniant. Legi enim dei nō subditur, neq; enim pōt. sed tu ne commoueare tamē dum id uerbi audis, Neq; enim potest. Hęc enim dubitatio facilē habet solutionem. Nā hoc quidem loco, carnis sensum appellat terrestrem cogitationē, crassam, secularibus rebus malisq; actionibus intētā, atq; affixā. Hāc adeò cogitationē non posse, ait, deo subditam esse. Et q̄ tandem salutis spes, si fieri nō potest, ut qui malus est, is bonus fiat? nō hoc est qđ ait. alioqui, q Paulus talis euasit? quī latro? q Manasses? q Ninuitæ? quī David lapsus se ipsum sibi recepit? quī Petrus Christū inficiatus seipsum collegit? q stuprator rursus i Christi gregem annumeratus est? quī Galatæ gratia lapsi ad priorem rediere cognationē? Nō ergo hoc dicit, fieri non posse, ut qui malus est, bonus fiat: sed fieri nō posse, ut q malus esse perseuerat, deo subdatur. facile tamen esse factu, ut si animū mutet suū, bonus euadat, ac deo subdatur, neq;. n. dixit, hominē nō posse deo subdi, sed malam actionē nō posse bonam esse. ac si diceret: ⌜malitia nō pōt esse modestia neque scelus, uirtus. Quemadmodū & in euangelio ait dominus: Nō potest arbor putris & uitiosa fructus bonos facere: non prohibens uitii mutationē in uirtutem, sed dicēs ipsam i uitio perseuerantiam bonos fructus haudquaquā ferre posse. non. n. dixit, nō posse arborem malā bonā fieri: sed, fructus bonos illā ferre non posse, tātisper dū mala esse perseuerat. quādoquidē fieri posse, ut immutetur quis. id certè tum hinc, tū ex alia declarauit parabola, cū inducit zizania triticū esse facta. Itaq; & extirpare illa uetat. nequando. n. inquit, unà cū illis & frumentum reuellatis: hoc est, id frumentū, quod futurum est ex illis. Sensum igitur carnis, uitiū ait: & sensum spiritus, gratiam datam, opusq; bona uolūtate temperatum: nusquā hic neq; de hypostasi, nec de substantia loquēs, sed de uirtute, ac uitiositate. Quod enim nequisti in lege, ait, hoc nūc poteris, recta scili licet ingredi, ac nulla pedū offensiōe, si spiritus auxiliū apprehenderis. nō. n. sufficit non ambulare sc̄dm carnem, sed oportet & sc̄dū spiritum ingredi. quā doquidem non satis est nobis ad salutem à malo declinare, sed & bonis operibus operā dare oportet. Hoc porrò erit, si spiritui animā dediderimus, tū carni persuaserimus propriū ordinem seruare, locumq; agnoscere suum. nam ita demū & illā efficiemus spiritualem: quemadmodum si nos ipsos ad socordiā ignauiamq; dederimus, animam etiā carnalem efficiemus. Posteaquā enim naturæ necessitatē dei donum imposuit, sed uoluntatis libertatē præbuit, in te positum est, & hoc fias & illud. quę. n. illius officia erāt, ea omnia sunt peracta. neq; enim ueluti aduersa in acie stans mētis nostrę legi peccatum repugnat, nec captiuā illā sicut antea abducit: sed cuncta illa submota, & abrogata cōquieuere, suntq; animi affectus ipsi repressi, timētes ac perhorrescētes spiritus gratiā. Quod tu si lumen restinguis, aurigā excutis, gubernatorē exigis: tibi ipse fluctuationē, tempestatemq; adscribito. Nā quòd hoc quidē tēpore uirtus minoris negocii egeat, unde & cōstantiæ, tolerātiæ continentiæ incrementum ingēs, expēdito, quē nam in modum, quo tēpore dominaretur lex, mortalium res sese haberēt, quemadmodū rursus nunc se eædem illæ habeāt, posteaquā gratia illuxit. Quæ enim nemo uidebatur præstare posse, uirginitas, & mortis cōtēptus, cōplures q; alij affectus, ea ipsa ubique iam terrarum nunc præstātur: neq; apud nos solū, sed & apud Scythas, apud Thracas, apud Indos, apud Persas, reliquosq; quamplurimos barbaros, & uirginum chori, & martyrū populi, & monachorū sodalitates, q omnes iam plures ijs esse cœperunt, q uxores habent. Adde huc & ieiunij, & paupertatis

Hic sup. a

Hic infrà. e

Topria, fornicatio siue scortatio. Mat. 7. c & Luc. 6. f

Mat. 13. d

G intentum atq; ingens studiū. Quæ tamen ipsa extra unum aut duos, ne in somnijs quidem imaginari, q legis tẽpore uixerunt homines potuere. Cũ igitur uideas rerum ueritatẽ tuba clarius clamitantem, ne mollem, ne dissolutum, ne remissum te geras, neu tantam gratiã prodas, neq; enim licet, ne fide quidẽ iam accepta, pigrescentem saluum fieri. facilia enim proposita sunt certamina, ut tu media in palęstra uincas, non ut obdormias, neq; ut gratiæ magnitudine ad ignauiæ argumentũ abutare, priori in cœno rursus uolutatus, quapropter & adiungit, *Qui autẽ in carne sunt, deo placere nõ possunt*. Dicet aliqs, quid? Nũ corpus nostrũ discerpemus, nũ è carne excedemus, deo ut placeamus? qd? homicidásne fieri nos censes ad uirtutis studiũ à te deductos? Vides quot absurditates enascantur, si simpliciter exceperimus quæ ab authore dicũtur? Carnẽ. n. hic nõ corpus appellat, neque corporis substantiã, sed uitã carnalẽ, mundanã, uoluptate & luxu diffluentẽ, quæ hominẽ ipsum, quantuscunq; est, carnẽ esse facit. Quẽadmodum enim qui spiritu erecti, ac ueluti uolatiles
H uiuunt, ij & corpus quoq; spirituale efficiunt: sic qui à spiritu sunt auersi, uẽtri autẽ, ac uoluptati seruiũt, ij & animã carnẽ efficiunt, non substantiã quidem immutantes, sed illius nobilitatẽ perdentes. Atque huiusmodi dictionis tropus identidem & in ueteri quoque extat instrumẽto, carnis nomine significãs crassam & terrestrem uitã, & eã quæ impuris atq; absurdis uoluptatibus implicata sit, & irretita. Nam ad
Gene. 6. a Noë ita loqtur deus, Nõ permanebit spiritus meus in hominibus istis, qa caro sunt. quãquã & ipse Noë carne obductus erat. sed hoc ipsum in crimẽ nõ uocabatur quòd uidelicet carne essent obducti: hoc. n. naturæ erat, sed quòd carnalẽ sibi uitam delegissent. Itaque & Paulus ait, Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt atq; addidit, *Vos autem in carne non estis, sed in spiritu*: rursus non simpliciter carnem dicens, sed eiusmodi, quam modò diximus carnem, quæ uidelicet ab affectibus, animiq; morbis tracta, ueluti tyrannide oppressa, seruiat. Dices. Et quamobrem non ad hunc modũ locutus est Paulus: quamobrem differentiã hanc non adhibuit? attollere uo-
I lebat auditorẽ, atq; ostendere, qui rectè & sanctè uiuit, hunc ne in corpore quidẽ esse. Nam quod planè constaret spiritualem hominẽ in peccato minimè esse, iccirco hìc, quod maius quidem erat, ponẽdũ sibi duxit. Quod uidelicet non solũ in peccato, sed ne i carne quidem amplius esset spiritualis homo. nimirũ hinc iam angelus effectus, ad cœlũ euectus, corpusq; simpliciter circũferres. Quod si tute carnẽ calumniaris quòd illius nomine carnalẽ uitam appellites: & mundum itẽ calumniaris, quòd hinc sępenumero malitia designetur: ita enim ad discipulos ait
Ioã. 15. & 17. c Christus, Vos nõ estis ex mũdo hoc. & rursus ad fratres idem suos, Nõ potest mũdus uos odisse, me autem odit. Iã & anima à deo aliena esse dicetur, quòd
Ibid. 7. a qui in errore uiuunt, animales uocauit. Sed non est ita, non est ita. Necesse enim est nõ ad uoces simpliciter, sed ad loquentis mentem ubiq; aduertamus, ex actamq; dictorũ discretionẽ pernoscamus. Alia enim sunt bona, alia mala, alia media. uerbi gratia: Anima & caro, ex eorũ numero sunt, q̃ media uocãtur: possuntq; & hoc & illud fieri. at spiritus ex eorũ semper est numero, quæ bona sunt, nec aliud unquã efficitur. Rursus, carnis sensus, hoc est, scelerata actio ex eorũ semper est numẽro quæ mala sunt lege enim dei nõ subditur. Si igitur parti ei, quæ melior sit, animã & corpus tradideris ea illi⁹ partis fiẽt: si peiori rursus, exitij eius, quod inibi est, particeps efficeris, non ab animæ & corporis natura, sed ab ipsa mente ac sententia, q̃ domina est, potestq; utrũ que hoc eligere. Ac quòd hęc ita sese habeant, nec sint, quæ diximus carnis calũnia: rursus dictionẽ ipsam pertractãtes, accuratius examinemus. *Vos autem nõ in carne estis, sed in spiritu*, ait. Quid? in carne illi nõ erãt? sed incorporei obãbulabãt? Quî id & quãnã ratione? Vides ut uitã carnalẽ significauerit? & quãobrem non dixit, Vos aũt nõ estis in peccato? ut intelligas, Christũ non solũ extinxisse peccati incẽdium, ac tyrannidem oppresisse, sed & carnem leuiorem ac spiritualiorem reddidisse, natura nõ mutata, sed uelociore atque agiliore effecta. Nã quemadmodũ ferrũ ab ignis assiduo usu, & ipsum quoq; in ignem euadit, propria in natura remanẽs: sic fideliũ, spiritũq; habentiũ caro, in illã demũ efficientiã transmutatur, tota spiritualis undiq; cruci suffixa atq; unà cũ anima & ipsa uolatilis reddita: quale quidẽ erat eius L corpus, qui hæc ipsa profert. Qua de causa oẽs ille quidẽ delicias, uoluptatesq; ridebat: fame autẽ, flagellis, ergastulis, delectabatur nec dolebat illa dũ toleraret, atq; hoc declarans dicebat: Afflictio. n. præsens leuis est. Vsqueadeo ille carnẽ edocuerat cũ spiritu cõsentire atq; conspirare. *Si modò spiritus dei habitat in uobis*. Verbum id, si modò, identidẽ non am
2. Co. 4. d bigẽs addit, se uel maximè credẽs: & loco huius uocis, quandoquidem, ut cũ ait: Si modò iustum est
1. The s. 3. b apud deũ reddere iis, qui affligunt uos, afflictionẽ. rursus: Tot ac tãta passi estis frustra, si modò & frustra. *Siquis uerò spiritum Christi non habet*. Non dixit,
Galat. 3. a si autem uos nõ habetis: sed sub aliis personis, quod molestum erat, prosequitur. *Hic non est eius*, ait. *Si autem Christus in uobis est*. rursus Christũ in illis esse ait: atq; qđ molestũ quidẽ erat & dictũ inuidiosum, id breue, & mediũ posuit: quod aũt optabile, utrinq;, & multis uerbis ut illud inũbraret. Hoc aũt ait non spiritum Christum esse dicẽs, absit hoc: sed ostẽdẽs quòd qui spiritũ habet, non solũ Christi appellatur, sed & ipsum habet Christũ. neq; enim datur spiritu M
præsente, non & Christũ adesse. Nam ubicunque spirit⁹, una triadis substãtia, adfuerit, adest & ipsa trias: à se enim ipsa diuelli nõ potest: estq; ea exactissimè sibi unita. Et quid nobis, inquies, futurũ est, si Xps in nobis fuerit? *Corpus quidem mortuum propter peccatum, spiritus uerò uita propter iustitiam*. Vides quot mala, ex eo quòd qs sanctũ spiritũ nõ habeat? Mors, inimicitia erga deũ, nõ posse illius legib⁹ placere, quod Christi est, id nõ ut Xpi esse: ipsum nõ habere inquilinũ. Considera igitur & quot bona ex eo quòd qs spiritum habeat, Christi esse: ipsum Christum habere, cũ angelis de dignitate certare. hoc enim est carnem mortificauisse, uitam immortalem uiuere, iam hìc resurrectionis pignora habere, facilitate magna uirtutis cursum currere. neque. n. dixit, corpus iam à peccato retardari, sed & mortuũ esse, cursum facilitatem itendens. Nam qui talis est, is demum nulla iam molestia nullo iã labore coronatur. Itaque & peccati uerbum addidit, ut intelligas, illum corporis semel malitiam, non naturam sustuliss e. Hoc enim si eueniat, multa ẽt ex iis, quæ aiæ cõducere possunt, sublata fuerint. Non hoc ergo ait, sed corpus ipsum

uiuum

A uiuum ac manens mortuũ esse uult. Nã hoc demũ signum est, Christũ nos habere, spiritumq; in nobis esse, cũ corpora quidẽ nostra ab ijs corporibus nihil differunt, q̃ tumulis recondita iacẽt, duntaxat quod ad corporis opus pertinet. Sed tu ne terreare, audito mortificationis noie. habes enim uerã uitam, quam nulla mors est exceptura. Talis est enim spiritus uita: nõ iam morti concedit, sed illam attrit atq; absumit, quod semel cepit, illud immortale cõseruãs. Quapropter ubi dixit, corpus mortuũ, nõ dixit, spiritum uiuentẽ: sed, spiritum uitam, ut ostẽdat illum & alijs quoq; præbere hoc posse. postea rursus cõstringens auditorẽ, & uitæ quoq; causam probationẽq; dicit: Hæc aũt est iustitia. peccatum enim si abest, ne mors qdẽ cõparet: morte porrò non cõparente, uita indissolubilis est. *Quòd si spiritus eius qui excitauit Iesum à mortuis, habitat in uobis: is qui excitauit Christum ex mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, propter ipsius spiritum inhabitantem in uobis*. Rursus Paulus ser
B monem ad resurrectionẽ pertinentẽ mouet: quoniã hæc potissimũ spes auditorẽ cepit: atq; illum ab ijs confirmat, q̃ in Christum euenerũt. Caue. n. inquit, eo terreare, quòd mortuũ corpus induisti: spiritum habeto: & omnino resurget. quid igitur? quæ spiritu
Omnes. Rom. 14. & carent corpora nõ resurgũt? quî uero omnia oportet ad Christi suggestum repræsentari? quî porrò is uerax ac fide dignus erit sermo, qui de gehenna circunfertur? nã si qui spiritum nõ habent, ij nequaquã resurgunt, ne gehenna quidẽ existet. quid igitur sibi uult dictum hoc? Certè oẽs quidem resurgent, non
1. Co. 15. g omnes aũt ad uitam: sed alij quidem ad pœnam, alij aũt ad uitã. Itaq; Paulus nõ est hoc uerbo usus, excitabit: sed, uiuificabit, quod amplius quidem erat, q̃ excitatio: quodq; solis iustis datum est. Cuiusmodi honoris causam cũ posuisset, addidit & hoc, propter inhabitantẽ in uobis spiritum: quare si uiuẽs adhuc, spiritus gratiam exegisti, atq; ea penes te minimè salua, decessisti, peribis omnino, uel si resurrexeris. Nã quemadmodum deus tum nõ sustinet, supplicio te tradere, cum spiritum suum in te lucere uidet: sic extinctum ubi uiderit spiritum, te nõ recipit, nec in nuptialem thalamum introducit: quemadmodum ne
C illas quidem uirgines. Morale.
Mat. 25. a Ne igitur corpus nunc uiuere sinas, ut tum uiuat: fac, illud ut moriatur, ut ne moriatur. nam si uiuum manserit, nequaquã uiuet: sin uerò mortuum fuerit, tum deniq; uiuet. Hoc ipsum & in uniuersa resurrectione fit. prius enim illud moriatur oportet ac sępe liatur, ac tum demũ immortale fiet. Hoc idẽ & in lauacro usu uenit, prius enim crucifixũ est ac sepultũ, & tum demũ excitatũ, hoc & in corpore dominico. illud enim cruci suffixũ, mortuũ, sepultumq; est, actum demũ resurrexit. Itaq; & hoc quoq; in illius operibus factitemus. assiduè illud mortificemus, nõ essentiam dico, absit hoc: sed impetus motusq; eos, q̃ ad prauas actiones ferũt. Nã hoc demũ uita, seu potius hoc solũ uita est, nimirum nihil quicquã tolerare, quod humanũ sit, nec uoluptatibus addictũ seruire: quibus sanè quisquis sese subdiderit, huic ne uiuere quidem postea licet idq; propter iniusta ab illis probra, ac dedecora, pp eos quos afferunt terrores ac pericula, propter infinitarũ turbationum agmen. Si enim mors expectata uoluptario illi fuerit, is profectò ante ipsam ẽt mortẽ timore emoritur, si morbum, si iniuriam, si paupertatem, si aliud quidpiam

nec opinatũ suspicatus fuerit, perijt iã & absumptus D
est miser. Hac ergo uita quid tandẽ miserabilius esse queat? At nõ talis quidẽ est, qui spiritu uiuit. quin & terrore, & dolore, & periculis, & quauis mutatione superior existit: non quòd nihil ei sit tolerandũ, sed quia (multò, id est, maius) ea, dum impẽdent, mala despiciat. Quî uero id fieri queat? Nimirũ si nunq̃ nõ spiritus in nobis habitauerit. neq; enim simpliciter uult Paulus, ut spiritus idem in nobis ad breue aliqd tempus, sed ut assiduè inhabitet. Idcirco nõ dixit, pp spiritum qui inhabitauerit: sed, qui inhabitat, ostendens moram, mãsionẽq; eam perpetuam esse debere. Ergo uiuere is maximè dicitur, qui uita mortificatus est. Itaq; dixit, spiritũ uitam esse, pp iustificationem. Atq; ut euidentius nobis res ipsa ante oculos uersetur: hoies duos exempli gratia in mediũ proferamus. Alterũ luxui, uoluptatibus, uitæ pellaciæ deditum: alterũ ijs, quæ dixi, mortuum: tum dispiciamus, uter horum magis uiuat. Horũ porrò duorum alter prædiues, in primisq; illustris, parasitos adulatoresq; pascat, ijs se oblectans. Idẽ totos dies in lu-
E stris ac popinis uinolentus, ac comessabũdus consu mat. Alter rursus paupertatẽ colens, ieiunia exercẽs, in educatione dura, in austeræ uitæ tolerantia uictitans, sub uesperũ cibum, dũtaxat necessariũ, capiat: atque adeò, si ita uis, duos ẽt trés ue dies ieiunus maneat: Ex his, obsecro, duob⁹ uter nobis magis uiuet? pleriq; oẽs, sat scio, eum magis uiuere arbitrabũtur, qui delicijs affluens, bona sua omnia gurges deuorat, profundit, ac dissipat: at nos eũ, q̃ uictus moderatione, modestiaq; delectatur ac perfruitur. Itaque quandoquidẽ in præsentia, hac de re lis nobis quodãmodo & controuersia mota est, in utriusq; ædes introëamus: ac tum demũ, cũ tibi ille dies maximè uiuere uidetur, dico, in ipso deliciarũ illius pũcto. Ingressi porrò dispiciamus utriusq; studiũ, ac statũ. nã ab ipsis demum operib⁹ liquet, tum qui uiuat, tum qui mortuus sit. Agẽ itaq;, Alterũ quidem inueniemus seu libris, seu precibus, seu ieiunio, seu cuipiam alij rei perneces sariæ operam dantẽ, uigilantem, sobrium, cũ deo disputantem: Alterũ aũt cũ nimio uino madentẽ, obrutumq;, tum uerò nihilo melius habentẽ, q̃ quiuis mortuus. qui si & ad uesperã usq; ex- F
pectauerimus, licebit nobis spectare mortem eam, quã dico, in eo abundantiorem esse, atq; inde rursus somnũ succedere, cũ interim ille alter noctem in sobrietate insomnẽ agat. Vtrũ igitur dixerimus magis uiuere? eum qui stupidus ac sensu carens cũ iaceat, risum oibus mouet: an eum potius, qui opere aliquo delectatus cũ deo uerba facit? Etenim ad illũ si adieris, dixerisq; necessariũ quidpiam, eũdem sanè haud aliter loquentẽ auditurus es, q̃ si cum homine mortuo colloquaris. At cum hoc si uel luce, uel in tenebris congredi libebit, angelum cernes potius, q̃ hominem, quem eundẽ & de rebus quoq; cœlestibus disputantẽ audies. Vides, ut hic quidẽ uel supra eos omneis qui uiuunt, uiuat: ille aũt uel mortuis misera bilior prostratus iaceat? q si quod fortè opus in manibus habere uisus fuerit, alia certè pro alijs cernit, eorum similis, quos animi furor, atq; insania uexat, ac potius illis miserior. Nam illos quidem si quando quis iniuria afficit, iniuria affectos miseramur, iniuriæ aũt illatorem increpamus. At huic si quẽ insultare uiderimus, non solũ non ad misericordiam flectimur, sed & iacentẽ prostratumq; calculo ẽt nostro

G condemnamus. Hoccine igitur, obsecro te, uita est? ac non potius quiddã mille mortibus grauius? Etiã neuides eũ qui in delicijs uitã sibi constituit, nõ solùm mortuũ esse, sed & mortuo deterius habentẽ, & intẽ perijs acto miseriorem? Illum.n. homines misericordia, hunc odio prosequuntur. Ille ueniam impetrat: hic ægritudinis suæ pœnas pendit. Quòd si foris sese hic sic ridiculũ præbet, cõputrefactũ sputum ac magnopere uinũ redolens ore fœdo eructans, eiusdem miseram animã considera, hmõi in corpore, quodã tanq̃ in sepulchro, infossam, quẽ tãdem in modum par sit illã se habere. Tale enim hocce spectaculum est, quale esse possit, siquis ex cõposito moliatur, ut puellæ honoratæ, castæ, ingenuę, nobili, pulchrę ancilla quæpiam barbara, deformis, impura, magna adeò cũ licentia, iniuria pari insultet. Nã tale quiddã est ebrietas. Ecquis igitur, de ijs loquor qui mentis compotes sunt, sexcenties emori non malit, q̃ sic uel diem unũ uictitare? Nam ut postridie, ubi diluxit, uideatur ille ab ea comœdia experrectus, uinolẽtiam edormiisse, atq; exhalasse suam, tamẽ ne tum quidẽ
H synceræ temperantiæ restitutus est, nebula ab ebrietatis tempestate suffusa, ante oculos adhuc oberrante. qui si & illum dederimus syncerã iam sobrietatẽ assecutum, quid illi ea res profuerit? ea enim sobrietas in nullũ illi usum alitũ cedit, q̃ ut eos contueatur, qui sibi uinolentiã obiiciunt. cũ enim uino madens turpe sui spectaculũ exhibet, id lucri facit, ut ne eos quidẽ sentiat, quibus ridiculus est: die aũt insequẽti exorto & solatio hoc priuatur, tum sentiens & famulos murmurãtes, & uxorem erubescentẽ, & amicos suggillantes, & inimicos irridentes. Quid tandẽ uita hac miserabilius? de die risui oibus esse, uesperi i eandem turpitudinẽ de integro recidere? Sed quid? placẽtne auaros in mediũ proferamus, & hæc enim rursus alia est, & quidem ea quam modò diximus, pestilentior ebrietas. quòd si ebrietas, certè & mors omnino, ea ẽt quam paulò antè posuimus, multò deterior, quando & ebrietas letalior. Neq; enim tam detrimentosa fuerit ebrietas, q̃ pecuniarũ concupiscentia: Illic enim detrimentũ intra perturbationem, atq; afflictionem, consistit, terminaturq; sensus stupore,
I atq; ebrij exitio. At hìc damnum ipsum infinitas animas peruadit, uaria undequaq; bella succẽdẽs. Agè itaq;, & hunc cũ illo componentes uideamus, quas tandem causas cũ illo cões habeat, quibus porrò in rebus plus illo abundet. Rursus & ebriorum inter se hodie contentionẽ faciamus. Nam cũ illo, quẽ beatum esse, ac spiritu uiuere diximus, ne isti quidẽ iam componantur, sed inter se ipsi examinentur. Itaq; & hìc quoq; mensam rursus in medium proferamus, mensam dico cędibus mille refertã. Quarũ igitur rerum inter hos cõmunitas esse potest? & in quo tandem uterq; alterius similis est? Nimirũ in ipsa morbi natura. nam ægritudinis genus differens est. alterũ enim à uino, alterum à pecunijs existit: at affectus ipse consimilis. uterq; enim absurdæ ex æquo cõcupiscentiæ seruit. Nam & qui uino ebrius est, is quò plures uini calices hauserit, eò plures appetit: qui aũt pecuniarũ amori seruit, quò magis ditescẽdi desiderio capitur, eò maiorem concupiscentiæ flammã incendit, pestilentioremq; sibi desiderij sitim accersit. In hoc igitur uno adsimiles sibi inuicem sunt. At in altero rursus auarus superiora omnia habet. Quòniã quæso hoc? nempe quòd ille quidem rem eam patitur, quæ iuxta naturã est. Vinum.n. natura cũ sit ca- K
lidum, insitamq; siccitatẽ intendat, facit qui eo potiebrijq; sint, ij ut sitiant adhuc. Auarus uerò ille unde plura semper cõcupiscit? unde? Certè cũ magnopere ditescit, tum maximè pauper est. est porrò morbus hic talis, ut cognitu sit difficilis, ænigmati potius similis. Sed tamẽ illos dispiciamus, si placet, uel ipsam post ebrietatem. q̃q̃ auarũ, uerè ut loquamur, post ebrietatem nullo uidere tpe licet: usqueadeo in ipsa semper est ille ebrietate. Quamobrem utrunq; tanti sper dum ebrietate occupãtur dispiciamus, considere
remusq; uter eorũ risu dignior. qn & eos effingamus exactè rursus exprimentes. Videbimus igitur eum, q̃ uino nimio potus delirat desipitq;, sub uesperã ocu lis apertis neminẽ tamẽ uidere, sed temerè huc illuc circũferri, atq; ad unumquenq; sibi obuium pedib⁹ offendere, eundemq; euomere, dilacerari, indecorè denudari, ac si uel uxor adfuerit, si filia, si ancilla, si quiuis alius, maiorem in modũ ludibrio haberi. Agè itaq; & ipsum quoq; auarum in mediũ proferamus. hic enim nõ iam ad risum res pertinet, sed ad execra
L tionẽ, ad ingentem excandescentiã, unoq; uerbo ad infinita fulmina: risum tamen in ꝑsentia spectemus. Etenim hic ut ille omneis ignorans, & amicos, & inimicos, similiter oculis quidẽ apertis occæcatus est: ac qũo illius oculis omnia uinũ, sic huius omnia pecuniæ sunt. & præterea uomitus ipse longè letalior. neq; enim cibũ eructat: sed conuitij, sed cotumeliæ, sed belli, sed mortis uerba, infinita cœlitus in ipsius caput fulmina attrahentia. ac quemadmodũ ebrij corpus liuidũ esse solet, ac diffluens: sic & huius anima, atq; adeò ne huius quidem corpus ab hoc morbo uacat: sed magis ẽt eo detinetur, cura, solicitudine, iracundia, uigilãtia totũ illud sic arrodẽte, ac sensim absumẽte, ut à uino celerius, letaliúsue absumi nequeat. Adde quòd qui à uinolẽtia possidetur, trãsacta nocte ad sobrietatẽ redire potest. Hic aũt continenter ebrius est, & interdiu & noctu, & euigilans & dormiens, maiori in cruciamẽto cõstitutus, q̃ cõstituatur, uel qui uinctus in custodia degit, uel q ad effodienda metalla relegatus est, uel siquis est, q grauiori supplicio addictus sit. Hoccine igitur, quæso, uita, ac non potius, mors est, atq; adeò quiddã quauis M
morte miserabilius? Siquidẽ mors corpus quidẽ consopit, illud tum ludibrio, tum indecentia, ac turpitudine, tum peccatis liberãs: at ebrietates hmõi in ista omnia illud præceps agunt, aures obturando, oculos occæcando, menti deniq; ipsi multã offundẽdo caliginẽ: neq; enim audire, neq; prorsus eloqui aliud quicq̃ auarus potest, q̃ fœnora, q̃ ex fœnorib⁹ fœnora parta, q̃ lucra turpia, q̃ quęstus inuidiosos, q̃ negociationes seruiles ac minimè liberales, canis in morẽ ad oẽs adlatrans, oẽs exosus, omnes auersatus, cum omnibus bellum gerens, & quidem nulla causa. In pauperes insurgens, diuitibus inuidens, neminem benignè salutans, appellans comiter neminem. Nam ut uxorem habeat, ut liberos, ut amicos, nisi undequaq; aliquid corradat, undiq; lucrũ aliquod faciat, hos ille omnes sibi magis hostes ducit, quàm qui natura hostes sunt. Hac igitur insania ecquidnã perniciosius esse queat? quid porrò miserius? cum tibi ipse nusquam non scopulos, nusquam non saxa latentia, nusquam non præcipitia, fossas, infinita barathra cõparas? & quidem corpus unũ interim cum habeas, atq; uni tantùm uentri seruias. ac si te quis

A fortè ad reipublicæ obeunda munia adleget, fugites, sumptui parcens, tibi autem ipse asciscas sexcenta munia, omnibus illis non sumptuosiora solùm, sed & molestiora, & periculosiora, Mammonæ initiatus, nec pecunias modò scelesto huic tyranno, neq; corporis tui sudorem, animæ tormentum ac dolores, sed & ipsum sanguinem offerens, ut tu amplius nescio quid ex hac barbarica seruitute miser & infelix acquiras. An non uides, qui in singulos dies ad monumenta efferuntur, ij ut nudi rebusq; omnibus destituti ad ea sepulchra rapiantur, adeò nihil quicquam rerum domesticarum capere ualentes, ut uel ea, quibus succinguntur ad lũbricos ipsos cõportent. Hos quos dico mortuos quotidiana animi cogitatione lustrato, ac tibi fortasse auaritię morbus iste quiescet, nisi si tute, quod nolim maiori insania corripiendus es, ab eo sumptu quẽ immodicũ in extruendis sepulchris fieri uidemus. affectus enim hic pestilens, morbus periculosus. ob quod sanè & nos singulis concionibus apud uos hac de re uerba facimus, assiduè id auribus uestris inculcãtes, ut uel
B ipsa assiduitate profici à nobis aliquid queat. Vos porrò ne contendatis: neq;.n. in illo tantum die quẽ futurũ expectamus, sed & ante illius aduentũ multi formis morbus hic uaria importat supplicia: qui si eos cõmemorauero, qui perpetuis in uinculis uitã degũt, si uel eum qui longæ, diuturnæq; ægritudini affixus adhæresci, uel qui cũ fame colluctatur, denicq; si uel aliũ quẽuis: haud ullũ sanè inuenire possim tot tãtaq; tolerantẽ supplicia, quot quantaq; ij tolerãt, i quorũ animos pecuniæ amor inuasit. Quid enim esse pestilẽtius queat, quã ab omnibus passim odio haberi, quã omnes odisse, q̃ semper ringi, nemini se comẽ, nemini suauẽ præbere? q̃ nunquam satiari? nunquã non sitire? famem perpetuam, & quidem ea, qua omnes assueuere, grauiorem pati, cumq; ea colluctari? angoribus quotidianis affligi? nũquam sano ac tranquillo esse animo? assiduè in tumultuationibus, perturbationibusq; uersari? Hæc.n. oĩa, & his itẽ plura auari sustinent. etenim lucrũ, capturãq; aliquam dum faciunt, ut omnium ẽt bona habeant, nullam inde uoluptatẽ capiũt, plura semper appetẽ
C tes. iidẽ iacturã dũ faciunt, ut uel obolũ perdãt, grauissimè omniũ se affligi, ac uel uitam amisisse arbitrãtur. Quænam ergo oratio hisce calamitatibus repræsentandis par esse queat? Quòd si q̃ hic illos pati uidemus, eiusmodi sunt, expẽdito uitę alterius mala quæ sint futura: regni cœlorũ priuationẽ, à gehenna inustum dolorem, uincula perpetua, exteriores tenebras, uermem uenenatũ, dentiũ fremitũ, pressuram, loci angustiam, igneos fluuios, fornaces nunq̃ restinguẽdas, atq; omnia hęc simul ubi composueris, pecuniarũ uoluptati oppositа radicitus morbũ hũc extirpato, ut ueras tandẽ opes adeptus, pestifera hac paupertate liberatus, bona tum præsentia, tũ futura assequaris, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi: per quẽ, & cũ quo, patri gloria, una cũ sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

Homilia. xiiij.

Roinde fratres debitores sumus nõ carni, ut secũ
P *dũ carnẽ uiuamus. Nam si secundũ carnem uixeritis, moriemini: at si spiritu facta corporis mortificetis, uiuetis.* Vbi ostẽdit quantũ sit uitæ spiritualis præmiũ, quodq; ea uita præstat, ut Christũ intra te inhabitantem habeas, tum quæ mortalia sunt cor-

pora uiuificat, eadẽ ad cœlũ ueluti alis additis subuehens, & simul uirtutis uiam faciliorẽ reddit, necessario deinceps admonitionem affert, dicẽs: Itaque secundum carnẽ uiuere non debemus. nec tamẽ sic dixit, sed acrius multò, ac fortius eos feriẽs, his uerbis: Debitores sumus spiritui. Nam dicendo, quòd non sumus debitores carni hoc planũ fecit. atq; id ubique adstruit, ostẽdẽs, quòd ea q̃ à deo erga nos collata fuere beneficia, nõ debiti fuere, sed merę, ac nudę gratiæ: quę aũt nostra subsecuta sunt facta, non ita ea studioseę uolũtatis, sed debiti. Etenim cum ait, Pretio empti estis, nolite fieri serui hominũ, id ip- 1.Co.7.d
sum significat. & cum scribit, Non estis uestri ipsorũ idẽ illud declarat. & alibi rursus hæc eadem in memoriam redigit, ita inquiens: Si unus pro omnibus 2.Cor.5.e
mortuus est, igitur omnes mortui sunt, ut uiuentes nõ amplius sibi ipsis uiuant. Hoc itaq; & hic quoq; agens, ait, debitores sumus deinde ubi dixit, Nõ sumus debitores carni: ut ne rursus illius dicta ĩterpreteris in carnis naturã dici, nõ cõticuit, sed attexuit, Vt secũdũ carnẽ uiuamus. multa.n. sunt q̃ nos illi debemus. Nã illã educare, fouere, reficere, curare labo- E
rantẽ, induere, & infinita alia illi suppeditare debemus. ut ne igitur existimes illũ eiusmodi ministeriũ tollere, per hæc uerba, Nõ sumus debitores carni: illud interpretatur, dicens: Vt secundũ carnem uiuamus. illud enim, inquit, studiũ tollo, quod ad peccatum ducit. nam quæ ad illius curam faciũt, fieri nõ prohibeo. id quod & progressus declarauit. nam cũ dixisset, Carnis curã ne habeatis: nõ in eo subticuit, Infr.13.d
sed addidit, Ad concupiscentias. quod quidẽ & hic docet, dicẽs, illã ut curemus. debemus enim illi hoc. absit tamen ut secundũ carnẽ uiuamus. hoc est, ne ad illam deferamus uitæ nostræ dominiũ. illam.n. necesse est sequi, non præire. neque illam oportet uitæ nostræ normam dare, immo spiritus leges accipere. Hoc ergo ubi definiuit, atq; adstruxit, quòd uidelicet debitores sumus spiritui. tum aũt ubi ostẽdit, quorũ beneficiorum debitores simus, nõ ea in mediũ affert, quæ iam pręteriere (unde nobis admiranda est illius prudentia) sed quæ futura sunt. atqui sufficiebant & illa, sed tamen non allegat illa nunc. neq; mentionẽ facit immensorũ illorum beneficio- F
rum iam acceptorum, sed futurorum. neque enim sic donatum semel beneficium, ut expectatum ac futurũ illicere multos solet. atq; hoc ubi proposuit, primũ ab iis terret molestiis, malisq;, q̃ eueniunt ex ea uita, quæ est secundũ carnem, ita dicens: *Nam si secundum carnem uixeritis, moriemini:* illam nobis innuẽs mortẽ immortalẽ, in gehenna uidelicet pœnã, ac suppliciũ: seu potius si quis exactè hoc examinauerit, & in hac quoque uita mortuus est ille talis. qd sanè ea, quæ hanc præcesit, disputatione planũ uobis fecimus. *Quòd si spiritu facta corporis mortificetis uiuetis.* Vides ut non de corporis natura loquatur sed de actionib⁹ carnalibus? neq;.n. dixit quòd si spiritu naturã carnis mortificetis, uiuetis, sed actiones, ac ne has quidẽ omnes, sed paruas: atq; hoc liquet in subsequentibus. si enim hoc feceritis, uiuetis, inquit. & quo id fieri liceat modo? si illi de omnib⁹ ratio habetur. Etenim & ipsum uidere, & ipsum audire, & ipsum loq, & ipsum ingredi, & q̃ sunt eiusmodi, corporis actiones sunt. ac si eas mortificemus, tãtũ aberit, ut uiuam⁹, ut & homicidij rei pœnas daturi sim⁹. quãnã igitur actiones mortificare nos uult?

G nempe eas, quæ ad malitiã mouẽtur, eas quę ad uitiositatem pergunt. quas ne aliter quidẽ mortificare licet, quã per spiritũ: illas enim alias interficere, se ipsum est perimere. quod fas minimẽ fuerit. Has autem per spiritum tantũ. Si enim hoc adfuerit fluctus omnes compescuntur, affectus ipsi sunt repressi, ac nihil omnino contra nos insurgit. Vides ut à futuris nos, quod prius dixi, hortetur, & ostẽdat debitores nõ ab iis solũ, quę iam facta sunt? nõ. n. hoc solũ est, inquit, beneficium spiritus, quòd præteritis nos peccatis liberauit, sed quòd & ad futura inexpugnabiles reddit, & uita dignatur immortali. postea & aliam mercedem proponẽs, addidit: *Etenim quicunq; spiritu dei ducuntur, hi sunt filij dei.* Hæc. n. rursus corona, priore multò est maior. quapropter neq; simpliciter dixit, Quicunq; enim spiritu dei uiuunt: sed, quicũq; spiritu dei ducuntur: ostendens, quòd sic uult illum uitæ nostrę dominũ esse, ut gubernatorẽ nauigij, & aurigã currus equorũ. nec corpus solũ, sed ipsam ẽt animam habenis huiusmodi subiicit. neq;. n. illam uult dominari, suoq; quodã instituto uiuere, sed &
H illius authoritatẽ spiritus potestati suppositum. ut ne enim lauacri dono confisi uitam subsequentem negligerent, ait: Quanuis baptisma acceperis, nisi spiritu postea ducaris, dignitatem datam perdidisti, & adoptionis prærogatiuam. Propterea non dixit, quicunque spiritũ acceperũt: sed, quicunque spiritu ducuntur. Hoc est, quicunq; omnẽ uitã ita uiuunt, hi sunt filij dei. deinde quandoquidẽ hęc dignitas & lu-
Psal.81.b dęis quoq; data erat, Ego. n. dixi, inqt, dij estis, & filij
Esa 1.a altissimi omnes. ac rursus Filios genui, & exaltaui. &,
Exod.4.f Primogenitus meus Israel. quin & Paulus ait, quorũ est ipsa adoptio. adstruit deinceps quantũ sit honorem inter illũ, & hunc, discrimẽ. quãquam enim nomina eadem sunt, inquit, tamen res ipsæ non eædẽ. quorũ quidem apertam exhibet probationẽ, comparatione quidem inducta, tũ ab iis qui rectè agũt, tum à rebus iam datis, tum à futuris. ac prius ostendit, quænam ea essent, quæ illis data fuissent. quę nã ergo ea erant? Spiritus seruitutis. idcirco addidit, dicens: *Non enim accepistis spiritũ seruitutis iterũ ad timorem.* Deinde prętermittens dicere id quod oppositũ
I contrariumq; seruituti est, hoc est, spiritũ libertatis, quod maius multò est, posuit, nẽpe adoptionis spiritum, per quem libertatis ille cõflabatur, sic dicens: *Sed accepistis spiritum adoptionis.* Et hic quidem spiritus quis sit, liquet. at seruitutis spiritus quisnam sit, non liquet. necesse igitur fuerit ipsum id quid sit, manifestius reddere. neque enim obscurum solũ, sed & ualde ambiguum ancepsq; dictum id. spiritũ enim nequaquã accepit ludæorũ populus. quid igitur est quod hic ait? certè literas ita uocauit, quandoquidẽ
Supr.7.c spirituales erãt. sicuti & legem spiritualẽ, & aquam
Exo.17.b à petra emanantẽ, & ipsum item manna. omnes. n.
Ibid.16.c inquit, eandem escam spiritualem manducauerũt,
1.Co.10. & omnes poculũ idem spirituale biberunt. petram
a porrò sic uocat, dicens: Bibebãt autem ex spirituali
Ibidem. sequenti petra. quandoquidẽ enim naturam excedebant omnia ea, quæ fierent, spiritualia ipsa uocauit. non quòd spiritum accepissent ij, qui rerum illarum tum participes erant. & quomodo literæ illæ seruitis erãt literæ? omnem uitæ illorum formam profert o, ac tum demũ id apertè intelliges. etenim supplicia illos euestigio excipiebãt, & merces statim sequebatur, mensurã suã habens, quotidiani frumẽti ritu famulis admensi ac traditi. & magnus undiq; timor K
ob oculos uigens, & circa corpora purgationes, & intra actiones continẽtia. apud nos uerò nõ ita, sed cogitatio, & conscientia expurgatur. neq; enim dicit deus, ne occidas tantũ, sed ne irascaris. neq; ne mœ- *Mat.5.d*
cheris, ẽd ne aspicias lasciuè, ut ne amplius uidelicet ob præsentaneæ pœnę timorem, sed ob ipsius amorẽ, tũ uirtutis habitus, tũ reliqua officia, ac rectè facta in nobis existant. neq; promittit terram melle, lacteq; affluentem, sed unigenito cohæredes efficit, à rebus nos præsentibus, modis omnibus arcẽs, tum illa potissimum daturũ se pollicitus, quæ illos capere oportet, q filij dei effecti fuerint, sensibile qdẽ ac corporale nihil, uerum spiritualia oia. quamobrem illi quidem quanquam filij uocabantur, tamẽ tanq; serui, nos autem ut liberi facti, adoptionem accepimus, tum uerò cœlũ expectamus. adde his quòd cũ illis uerba per alios facit, nobiscum aũt per seipsum. illi pœnæ formidine adducti omnia agebant, hi autem spiritus desiderio & amore. & ipsum hoc argumento est, quòd iussa prętergrederẽtur illi, ut mercenarii & ingrati, nunq; non murmurãtes, hi aũt quòd L
spiritui placeant. atque illi quidẽ uel beneficiis dum afficerentur, blasphemabant, nos aũt uel inter ipsa pericula gratias agimus. atq; adeò si de delinquentiũ pœna ratio ineunda est, & hic quoq; discrimẽ ingens. neq; enim ut illi lapidati, usti, manus, pedesve à sacerdotibus trũcati, sic & nos conuertimur: sed sufficit à paterna mẽsa eiectos, & à cõspectu, certum dierũ numerũ, subinotos esse. Iã & apud Iudęos uerbi honos erat adoptio tãtũ: hic autẽ & res consecuta est: nempe per baptismũ purgatio, spiritus datio, aliorum bonorum suppeditatio. quibus ipsis alia plura afferri possunt, ex iis quæ nostrã nobilitatem, illorum autem tenuitatem arguũt. quę omnia spiritum, per timorẽ, per adoptionẽ ubi significauit, & aliud item argumẽtũ adfert, quò dignoscas spiritus ipsius adoptionẽ nos habere. Quòdnam id, obsecro? *Per quem clamamus, abba pater.* Hoc autem quale, quantũq; sit, sciunt myste ipsi, q ritè iubẽtur hoc primũ in prece mystica uerbum effari. Quid igitur, inquies, deũ illi etiam non uocabant patrem? Non M
audis Mosen, dicentem, Deum qui te genuit, reliqui sti? nõ audis Malachiam exprobrantẽ ac dicentem: *Deu.32.e*
Deus unus est & pater omnũ nostrũ? sed ut hæc, *Mala.2.b*
& his item plura dicta sint, nusquam inuenire est illos hoc uerbo uocare deum, aut sic preces fundere, at nos omnes & sacerdotes, & priuati, principes, & subditi, ita precari iussi sumus, & hãc primam uocẽ edimus, post admirabiles illas parturigines, post nouam, ac mirificam enitẽdi legem. alioqui ut demus illos aliquando deũ ita uocauisse, tamen id illi à propria cogitatione, cum qui in gratia uiuunt, à spiritus efficientia idem agant. Quemadmodum enim sapientiæ spiritus est, per quem qui insipientes erãt, ij sapientes efficiebãtur, & hic à doctrina manifestus fit, & spiritus item est potentiæ, per quẽ infirmi mortuos suscitarunt, & dæmones exegerunt, & spiritus est doni medicinarũ. & spiritus prophetiæ, & spiritus linguarum, ita sanè & spiritus est adoptionis. Ac sicuti cognoscimus prophetię spiritum ab iis rebus, unde qui ipsum habet, futura prædicit, non propria mente loquens, sed à gratia motus: sic sanè & spiritum adoptionis cognoscimus, ab iis, unde qui spiritum eundem accepit, patris nomine deum appellat, ab ipso uidelicet spiritu motus. Hic autem ostendere uolens germanam legitimamq; cognationẽ, & Hebræorum quoque usus est lingua. neq; enim solũ dixit, pater: sed, abba pater. quæ potissimum uox est germanorum ac legitimorum ad patrẽ liberorũ. Itaque quum differentiam eam posuisset, quæ est tũ à uita, & moribus, tum à gratia data, tum à libertate, & fiducia: adducit & aliud argumentum excellentię eius, quæ per huiusmodi adoptionẽ existit. quòdnã id quæso? *Idẽ spiritus testatur unà cũ spiritu nostro*, inqt, *quòd simus filij dei.* Neque enim ab ipsa tantùm uoce
Gala.4.b id affirmo, ait, sed & à causa, à qua uox ipsa nata est. spiritu. n. dictante atque in uerba præeunte hæc dicimus. Quod quidem alibi apertius declarãs dixit: Misit deus spiritum suũ in corda nostra, clamantẽ, abba pater. Quid porrò sibi uult, Spiritus unà cum spiritu testatur? paracletus, inquit cũ dono nobis dato. non enim doni solum uox hæc est, sed & paracleti, qui donum largitus est. nam hic ipse nos per donum docuit sic loqui. quum autem spiritus testatur, quæ tandẽ restat ambiguitas? Nã si uel homo, uel angelus, uel archãgelus, uel alia huiusmodi potestas hoc
B pollicereturꝑ conueniens q; esset nonnullos hæsi-
Ꝛ etiã per eos quos. tare. quũ autẽ summa essentia, & ea quidẽ, quæ hoc largita sit donum, Ꝛ uel ab iis, unde preces fundere iussit, nobis testimonium afferat: quis tandem de dignitate ambiget? neque enim rege suffragio suo aliquem eligente, aut honorem alicui apud omnes pręconio suo decernente, sustinebit subditorũ quisquã contradicere. *Quòd si filij, igitur & hæredes.* Vides ut pedetentim donum augeat? quandoquidem enim licet & filiis esse, ac non hæredibus fieri. neq; enim q filij, ij omnes hæredes sunt: attexit & hoc, quòd uidelicet & hæredes. Iudęi autẽ cum eo quòd adoptio-
Mat.11.d nẽ talem non habuerint, ab ipsa etiã hæreditate eiecti, abdicatiq; sunt. malos enim malè perdet, uitẽ tradet agricolis aliis. & antè hoc dixerat, Multi ab Oriente & Occidente uenient, & recumbent cum Abra-
Ibid.8.b. ham: filij autem regni, foras eiicientur. neque tamen intra hos fines se ipse continuit: sed & quod hoc maius est, ponit. quòdnã id? quòd uidelicet dei hęredes. iccirco & addidit: *Hæredes dei.* & quod etiã amplius, quòd non simpliciter hæredes, *Sed cohæredes Christi.*
C Vides ut contendat nos prope dominum sistere? quoniam enim non omnes filij, hæredes, ostendit nos tum filios, tum hæredes. quoniam porrò non omnes hæredes, magnificarum rerum hęredes sunt, ostẽdit nos id esse assecutos, quũ dei hęredes simus. Rursus quandoquidem hæredes quidem dei esse cõtigit, non omnino autem unigenito cohęredes, ostẽdit nos & hoc assecutos. ac considera sapientiã. nam
Hic sup.c quæ molesta quidem sunt corripiens: in pauculaq; cõtrahens, quũ dixit, quidnam iis accidet, qui secundum carnẽ uiuunt, nẽpe quòd morientur: ubi ea attigit, quæ leniora, dulciora q; sunt, orationẽ educit in latiorem campum, illam extendens declaranda mercedis retributione, ostenditq; & diuersa, & magna esse dona. nam si filium esse immensa sit gratia, cogitato quàm magnum sit, & hæredem esse. quòd si hoc magnũ, multò magis & illud, cohæredẽ. deinde ostẽdens quòd non gratiæ solũ donum est, simul dictis suis fidem arrogans, addidit: *Siquidem simul cum eo patimur, ut & una cum illo glorificemur.* Nam si rebus in molestis, ait, communionem cũ eo habuimus, multò magis in iocundis id erit. qui enim tot tantisq; bonis eos donauit, qui nihil boni operis fecerant, is ubi D
uiderit nos labore impendisse, ac tam multa esse perpessos: quo pacto non remunerabitur magis? Quũ enim ostendisset rem ipsam esse retributionem, ut fides dicto arrogetur, ac nullus hæsitet: ostẽdit rursus illam & gratiæ uim habere. partim quidẽ ut & apud eos, qui dubitant, dicta fidem faciant, & eos qui gratiam eam accipiunt non pudeat, tãquam qui dono salui sint effecti. partim autem ut intelligas deum retributionibus labores nostros uincere. & hoc quidẽ tum declarauit quum dixit, Siquidem simul cum eo patimur, ut & unà glorificemur: tum autem quũ adiunxit & addidit, *Quòd non sunt pares afflictiones præsentis temporis, ad gloriam quæ reuelabitur erga nos.* In præcedẽtibus quidem morum correctionem exigit ab eo, qui spiritualis sit: quum dicit, Nõ debetis secũdum carnem uiuere, nempe ut qui talis fuerit, concupiscentiam, iram, auaritiam, uanam gloriam, inuidiã uincat. Hic autem postea quam illum uniuersi muneris commonefecit, tum dati, tum futuri, & extulit, &
Ꝛ *ideſt, Christo* exaltauit spe, & Ꝛ propter Christum stitit, tum uerò
ꝓpinquũ. unigeniti cohæredem pronunciauit, bono illum animo esse iubens: educit deinceps & ad pericula. neq; E
enim perinde fuerit, affectus, q intra nos sunt, uincere, atque tentationes illas tolerare, flagella, famẽ, exilia, uincula, cathenas, pellacias, & inductiones. Hæc enim admodũ indigent animo generosiore ac iuuenili ore. ac uide ut simul deprimat, atque attollat cõ certantium sensum. quum enim ostẽdit, maiora esse præmia laboribus, tũ magis inuitat, nec sinit cristas illos tollere, utpote qui uincantur coronarum retri-
butione. & alibi quidem ait: Nam momentanea leui *2.Co.4.d*
tas afflictionis nostræ, mirè supra modum æternũ pondus gloriæ parit nobis. ad eos enim tum illi sermo erat, qui in philosophia pręcellebant. hoc aũt loco leuia quidem illa non patitur esse: mitigat autem ipsa futurorum retributione, dicens: Reputo aũt nõ esse pares afflictiones præsentis temporis: nec dixit, ad futuram requietem, sed quod maius erat, ad futuram gloriam. etenim ubi requies, ibi nõ omnino gloria: ubi autẽ gloria, ibi omnino requies. deinde postea quam futuram illam dixit, ostẽdit ipsam iam essẽ. neq; enim dixit, ad gloriam, quæ futura est: sed, quæ reuelabitur, tanquam quæ nũc quidẽ sit, occultetur F
tamen adhuc. quod & alibi manifestius ait, Vita no- *Colos.3.a*
stra occultata est cũ Christo in deo. Bonũ ergo animũ de ipsa susципito. ꝑparata. n. iam est, labores tuos manẽs. Quòd si dolet tibi rem in futuro esse positã, illud ipsum saltem te delectet. nã quòd magna quædam, atque ineffabilis sit ea gloria, & præsentium rerum conditionem superet: illic recondita, repositaq; est. neq; enim simpliciter posuit uerba hæc afflictiones præsentis temporis, sed ut ostenderet non qualitate tantùm, sed & quantitate illam superiorem esse. Siquidem afflictiones, eæ, quales quales sunt, uitæ ꝑsenti cohærẽtes sunt. Futura autem bona ad immortalia usque prorogantur secula. quæ quandoquidẽ sigillatim dicere non habuit, neque oratione repræsentare, ab eo, quod apud nos maximè amabile esse uidetur, nẽpe à gloria, ipsa nominauit, bonorũ autẽ fastigiũ & caput hoc esse uidetur. attollens porrò & aliunde auditorum, & ab ipsa creatura orationẽ auget, duo adstruens per ea, quæ dicturus est, & præsentium contemptum, & futurorum desiderium, atq; unà cum his tertium, seu potius primum: dum uidelicet

Ostendit, quanto deus studio humanũ genus amplectatur, quantoq; in honore ac pretio naturã nostrã habeat, adde quòd & philosophorũ dogmata oĩa de mundo hoc meditata, tanquam araneæ telam, & puerorũ delectamẽta hoc uno dogmate disturbat, ac deiicit. sed ut nobis apertiora hæc fiant, ipsam Apostolicã dictionẽ exaudiamus. *Etenim solicita creaturæ expectatio*, ait, *expectat, ut palàm fiant filij dei. quippe uanitati creatura subiacet, non uolens, sed propter illũ, qui subiecit eam sub spe.* Quod enim ait, hũc habet sensum: Hæc creatura uehementer dolet, hæc, quæ modo uidimus, bona expectans. nam apocaradocia uehemens expectatio est. ut autem oratio significãtior fieret, & mũdum hunc uniuersum loquentem induceret, quod & prophetæ factitant, inducentes tum fluuios manibus plaudentes, tum colles saltantes, tum montes subsultantes, non ut hęc animata esse putemus, neq; ut illis cogitationẽ aliquã attribuamus, sed ut bonorũ amplitudinẽ intelligamus, ut quę uel ea etiam, quæ sensu carent, pertingat. Hoc ipsum aũt & in rebus molestis persæpe faciunt, inducentes & uitẽ lamentantem, & uinum, & montes, & templi laquearia etiulantia, ut & hinc rursus malorum grauitatem reputemus. Hos itaq; Apostolus imitatus hoc loco ueluti personam, creaturam inducit, eamq; ait suspirare, ac dolere. non quòd suspirium aliquod à terra, & cœlo editum audierit ipse, sed ut futurorũ bonorũ declaret immensitatem, & desiderium quod habet, ut malis præsentibus liberetur. *Quippe uanitati creatura subiacet, non uolens. sed propter illũ, qui subiecit illã.* Quid hoc sibi uult, Vanitati creatura subiacet? corruptibilis effecta est. quo nomine, & quamobrẽ? propter te hominẽ. quãdoquidẽ enim corpus accepisti mortale, & patibile, iccirco & terra execrationem accepit, & spinas tulit, ac tribulos. Quòd porrò cœlum una cũ terra ueteraſcens, in melius desinens mutabitur, audi prophetã dicentẽ: Initio tu domine terram fundasti, & opera manuũ tuarũ sunt cœli: ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes tanquam uestimentũ ueteraſcẽt, & quasi amictũ conuolues ipsos, & immutabuntur. Et Esaias item hæc plana faciens, dixit: Inspicite in cœlum sursum, atque in terrã deorsum, quòd cœlum tãquam fumus firmatũ est, terra autem tanquam uestimentum ueteraſcet, illiusq; incolæ tanquam hæc peribunt. Vides ut uanitati seruiut creatura? & quo pacto liberatur à corruptione? Ille enim ait, quasi amictum cõuolues ipsos, & immutabuntur. Esaias autem, illius incolę tanquã hęc peribunt, nõ omnimodum dicens interitum. neq; enim illius incolæ, hoc est, homines ipsi talem interitũ patienter, sed temporalem, ac per illum ad immortalitatem transmutabuntur, quemadmodũ & creatura. quæ omnia his uerbis, tanquam hæc, significauit, sicuti & Paulus in progressu ait. Nunc uerò de ipsius seruitute disputat, ostenditq; qua causa talis effecta est. causam autẽ ipsos nos ponit. quid igitur, iniuria ne illi illata est, quũ ob alterum hęc passa sit? nequaquã. etenim propter me facta est. quę igitur propter me facta est, ea quo pacto iniuria afficiatur, si hæc illã pati cõtingat in mei correctionẽ? ⌜alioqui autem quoties iusti & iniusti ratio habetur, non debet me mouere, si quis mihi obstrepat de inanimatis ac sensu carẽtibus. ⌝sed Paulus quãdoquidẽ ipsam p prosopeiã induxit, nulla rationũ harum, quas dixi, usus est, sed alia quadam auditorem supra modum cõsolari studens. quali quæso? quid ais, inquit, malè affecta propter te, & corruptibilis facta est? uerũ nullã ille ne sic quidẽ iniuriã accepit. Etenim propter eundẽ te rursus immortalis futura est. Hoc enim sonat uerbum id, sub spe. quum autem dicit, nõ uolens subiacet: id non dicit, ut illam ostendat sententiæ dominã esse, sed ut intelligas negotium totum, Christi curã fuisse, non creaturæ eiusdem beneficium. Hoc uerò dicito, & quãnam spe? *Quoniam & ipsa creatura liberabitur.* Quid id uerbi est, & ipsa? non tu solùm, sed & quod te inferius est, quodq; particeps non est nec cogitationis, nec sensus, uel hoc ipsum bonorum tecũ communionem habiturum est. *Liberabitur enim*, ait, *à seruitute corruptionis.* Hoc est, non amplius erit corruptibilis, sed corporis tui uenustatem sequetur. nã quẽadmodũ corruptibili te effecto, & ea quoq; corruptibilis est effecta: sic icorruptibili effecto te, & ipsa quoque subsequetur, comesq; tibi erit. quod declarans, addidit: *In libertatem filiorum dei*. hoc est, propter libertatem. Nam quemadmodũ nutrix ea, quæ infantem alit regium, illo ad paternum principatum euecto, & ipsa quoq; bonorum fructum percipit: ita & creatura, inquit. Vides hominem nusquam nõ præcedere, ac propter illum omnia fieri? Vides ut leniat ac mitiget concertãtem, tum autem dei immensam ostendat benignitatem? quid enim doles, inquit, obtentationes? tute propter temet pateris: creatura propter te. nõ solũ autẽ lenit, sed & dictis fidem adstruit. Si enim creatura sperat, propter te modis omnibus facta: multò magis tu, quem propter creatura bonis illis omnibus fruitura est. Nam ueluti homines ipsi, dum filius dignitate aliqua adepta proditurus est, & seruos quoque splendidiore uestẽ ad filij gloriã exornant: ita & deus creaturam incorruptione uestit, in libertatem gloriæ filiorũ. *Scimus enim quòd omnis creatura congemiscit simulq; nobiscũ parturit usque ad hoc tẽpus.* Vides ut auditorem pudefaciat? tantumnõ hoc proferens, ne creatura efficiare deterior, neu tu præsentibus rebus acquiescas. non enim illas solum nõ amplecti oportet, sed ingemiscere, ob retardationẽ nostræ ab hoc orbe profectionis. si.n. creatura hoc facit: multò magis conuenit te, qui ratione præditus ornatusque es, hoc ostẽdere. sed nondũ hoc magno pere facit, ad pudorem inurendum, iccirco addidit: *Non solũ autẽ illa, sed & ipsi, qui primitias spiritus habemus, & nos ipsi in nobis ipsis gemimus.* Hoc est, futura q iam gustauimus. Vt enim saxeus admodum quis sit, quæ data iam sunt, ea uel idonea fuerint, quæ illũ excitent, & à præsentibus abducant, tum autẽ ad futura, duplici quidem de causa, ueluti alis subnixum traducant: partim qđ magna ea sint, quæ data sunt, partim quòd uel tot, tantaque ea, primitiæ sint. Si.n. primitiæ tales ac tantæ, ut per eas & peccatis fuerimus liberati, tum iustitiam, ac sanctificationẽ assecuti: qui autem id temporis fuere, ij & dæmones exegerint, & mortuos per umbram, per uestimenta suscitarint, cogitato, ipsa tota res quanta esse posit? Et si creatura mẽtis, rationis ac sermonis expers, rerum harũ ignara gemit: multò magis nos. deinde ut ne hęreticis ansam det, usus quę præsentis uitæ sunt, suggillare: gemimus, inquit, non presentia incessentes, sed maiora expetentes. Hoc enim declarauit, quum ait: *Adoptionem expectantes.* Quid ais, obsecro? sursum ac deorsum assiduè uersauisti, atq; acclamasti, quũ diceres, Filios nos iã esse effectos, nũc uerò bonũ hoc in spe

Reponis, qui scribas adoptionẽ ipsam expectari oportere? Hoc igitur inductione corrigens, ait: *Redemptionem corporis nostri.* Hoc est, numeris omnibus absolutam gloriam. nunc enim rerum nostrarũ status in obscuro est collocatus, quoad extremũ emiserim' spiritum. nam multi ex filijs, canes effecti sunt, & captiui. quòd si bona cum spe decesserimus, tum donũ ipsum immotum, & apertius, & maius, non amplius exhorrescẽs mutationẽ eam, quam mors, peccatũq; afferunt. tum demum ergo firma erit gratia, quum corpus nostrũ morte, & affectionibus mille, quas patimur, liberatum fuerit. Hoc enim est redemptio, nõ simpliciter solutio, sed ut ne amplius rursus ad priorem reuertamur captiuitatem. Nã ut ne hæsites, animiq; pendeas, dum assiduè glorię nomen audis, interim de ea nihil, quod apertũ quidẽ sit, intelligens, ⌜à particula subaperit, quæ futura sunt, corpus tibi immutans, & cum illo creaturam uniuersam commutãs. quod & alibi apertius declarauit per hæc uerba: Qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ, ut cõformetur corpori gloriæ ipsius. & alibi rursus ita scribit: Quum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in uictoriam. Porrò autẽ quum ostenderet fore, ut unà cum corporis interitu, & rerũ item humanarũ status euanescat, intereatq;, scripsit rursus alio quodã loco: Præterit figura huius mundi. *Spe enim*, ait, *seruati sumus.* Nam quãdoquidem in futurorum pollicitatione commoratus est, ui debatur aũt id imbecilliorẽ auditorẽ molestè habere, si in spe bonorũ adoptio consisteret, prius adstruens illa apertiora ijs esse, quę & præsentia sunt, & oculis conspiciuntur: tũ autem multa disputans de donis iam datis, atq; ostẽdens nos bonorum eorundẽ primitias accepisse, ut ne omnia hic quæramus, nobilitatemq; nostrã prodamus, eam uidelicet, quam à fide habemus, ait: Spe enim seruati sumus. quod autem ait, hunc habet sensum: Hic non omnia quærere, sed & sperare oportet. Hoc autem solum donũ deo contulimus, nẽpe datam illi futura promittenti fidem, hacq; una seruati sumus uia. si igitur illam amiserimus, collationis nostrę summam totam amiserimus. Interrogo enim te, ait, non sexcentis malis obnoxius eras? non deploratus, non sententiæ subiacens? nõ omnes salutem tibi restituere minimè ualentes? quid igitur te saluum fecit? quod in deo spem tuam solũ collocaueris, illiq; crediderís, super iis quæ promisit, ac dedit. nec aliud amplius conferre habuisti. Hęc igitur fides si te saluũ fecit, hãc magnopere etiam nunc retineto. quę enim iam tibi tot, tantaq; bona est largita, liquet planè eã ne de futuris quidem ementitam esse. Vbi enim mortuum, perditum, captiuum, inimicum nacta, amicũ effecit, & filium, & liberum, & iustũ, & cohæredem: deniq; ubi tot, ac tãta largita est, quot quãtaq; ne expectauit quidem unquã quisquam: quĩ fieri queat, ut post tantam liberalitatem atq; necessitudinem te in subsequentibus nõ excipiat? ne igitur dicas, rursus spes, rursus expectationes, rursus fides: ita.n. ab initio saluus es effectus, & hãc dotem sponso solam attulisti. retineto igitur ipsam, & asseruato. Si enim hic omnia exigis, officiũ meritumq; omne tuũ perdidisti, per quod splẽdidus effectus es: propterea inducit dicens: *Spes autem si uideatur non est spes. quod enim quis cernit, cur idem speret? si uerò quod nõ uidemus speramus, id per patientiam expectamus.* Hoc est, si oia hic quæsiturus es, quid spe opus? qd igitur est spes? de futuris fiducia? qd enim magnum a te deus postulat, qui ex se ipse perfecta tibi largitus est dona? Vnum à te postulat solum, ⌜fidem. ut habeas & tu aliqd, qđ ad tuam cõferas salutem. id quod significare uoles, addidit: *Si uerò quod non uidemus speramus, id per patiẽtiam expectamus.* Nam deus sic sperantem coronat, ut qui se ipse laboribus infinitis afficit, affligit, excruciat. Patientiæ enim nomen sudorum est, & toleratiæ multæ: sed tamen largitus est & hoc speranti, ut animum laboribus exercitum consoletur: deinde declarat nos ad leue, modicumq; hoc, magnum etiã asequi auxilium, dicens: *Consimiliter autem & spiritus auxiliatur infirmitatibus nostris.* Patientię enim pars altera tua quidem fit, altera autẽ ad spiritus ipsius suppeditationem spectat, ut qui te ad spẽ cõponat, exerceatq;, & per eandem item spem labores tuos leuet. postea ut intelligas, quòd no in tuis solũ laboribus, ac periculis hæc gratia præstò adest: sed in ijs quoq;, quæ facillima esse uidẽtur, opitulatur, suum ubiq; cõferens auxiliũ, addidit: *Siquidẽ hoc ipsum quod oraturi sumus, ut oportet, non nouimus.* Hæc autem dixit, tum ostendens, magnopere nos spiritui curæ esse, tũ illos docens, nõ omnino existimare debere, ea utilia esse, quæ humanis cogitationibus utilia uidentur. nã quãdoquidem ueri simile erat, illos inter flagella, inter exilia, inter sexcenta, quæ paterẽtur mala, requiẽ quærere, existimareq; sibi eam esse utilẽ: tum autẽ hanc à deo gratiam postulare, ait: Ne quæ uobis utilia uidentur, ea omnino esse existimetis. etenim ad id dei auxilio egem', usqueadeò imbecillus est homo, ac p se nihil. itaq; dixit: Siquidem hoc ipsum, quid oraturi simus, ut oportet, nõ nouimus. Vt ne enim ampli' discipulum ignorãtię pudeat suę, palam facit & magistros in eadem ignorantia uersari. neq; enim dixit, non nouistis: sed, nõ nouimus. ac quòd ea non dixerit modestiam præ se ferens: per alia indicauit. nã indesinenter in precibus suis Romã uidere orabat, nec quum precaretur id assecutus est. præterea & pro stimulo, sibi in carne dato: hoc est, procellis, tæpenumero preces fudit, ac omnino uoti incõpos euasit. quin & Moses in ueteri lege, obsecrans, Palæstinẽ ut uideret. & Hieremias pro Iudæis supplicans, & Abraham pro Sodomitis. *Verùm ipse spiritus intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Obscurum est hoc dictum, propterea quòd multa ex ijs miracula, quæ tũ fierent, fieri nunc desierint: ea propter necesse nobis est rerum illarum statũ uos docere, atq; ita demum apertior erit sermo. quis igitur tum reiũ status erat? diuersa iis omnibus dona deus largiebatur, q baptismum susciperẽt, quę quidem & spiritus uocabãtur. Prophetarũ enim spiritus, ait, prophetis subiecti sunt. & hic quidem obtinebat prophetiæ donũ, ac futura prædicebat. ille aũt sapientiæ ac plebem docebat. ille autẽ sanitatum, & ægrotantes curabat. ille autem potestatũ, ac mortuos excitabat. ille autẽ linguarũ, ac uariis loquebatur uocibus. porrò autẽ una cũ his omnibus, erat & precum donũ, quod & ipsum, spiritus dicebatur: quo qui præditus erat, pro plebe uniuersa preces fundebat. quãdoquidem enim permulta quum ignoremus, eorum q̃ nobis conducũt, quæ minimè cõducunt postulamus: accesit donum precum ad unum aliquem eorum, qui tum uiuerẽt, qui quod communiter uniuersitati ecclesiæ cõducebat, id tum ipse pro omnibus postulans, staret, tum autẽ

Psal. 101. d

Esa. 24. a

Phil. 3. d

1. Co. 15. g

Osee 13. d

1. Cor. 7. f

Supr. 1. b

2. Co. 12. b

Hier. 9. a

Gen. 18. c

1. Co. 14. f

1. Co. 12. b

Galios edoceret. Spiritum igitur hic uocat tũ donum tale, tum animã eam, quæ donũ id susciperet, quæq; apud deum intercederet, ac gemeret. Qui enim huiusmodi gratia dignus est habitus, is magna cũ animi compunctione stans, multis item cum gemitibus, iis dico, qui ipsa quidẽ mente, deo se prosternũt, quæ omnibus usui sunt, postulat. cuius & nũc signũ diaconus est, pro populo preces deo offerẽs. Hoc igitur Paulus sentiens, dixit, ipse spiritus intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus. *At ille qui scrutatur corda.* Vides non de paracleto uerba fieri, sed de corde spirituali? quoniã nisi hoc esset, dicere oportebat: At ille qui scrutatur spiritum. Verùm ut intelligas hic agi de homine spirituali, & eo q precũ donũ habet, addidit: *at qui scrutatur corda, nouit, quis sit sensus spiritus*: hoc est hominis spiritualis. *Quoniam secundum deum intercedit pro sanctis.* Neque enim, ait, ignorantẽ deum docet: uerũ hoc fit, ut nos discamus ea precari, q̃ oportet, atq; à deo postulare, quę placita illi fuerint. hoc enim sonat uerbum id, secundum deũ. Itaque & hoc fiebat consolationis eorum, & doctrinæ
H optimę causa, q accederẽt. Etenim paracletus is erat, q dona largiebatur, quiq; infinita iã bona dederat.
1. Co. 12. a Hæc enim omnia ait, operatur unus & idem spiritus. fitq; hoc ipsum nostræ institutioni gratia, atque ut spiritus charitas declaretur, quòd uidelicet eousque se submittat, nobiscum se accommodans: unde & fiebat, ut qui preces fundebat, exaudiretur, hoc ipso quod secundum deum preces ipsæ fierent.

Morale.

Vides quantopere illos doceat amorem pro ipsis susceptum, tum honorem erga ipsos exhibitũ? Quid enim tandem est, quod pro nobis deus nõ effecerit? corruptibilem mundum propter nos, & eundẽ incorruptibilem fecit propter nos. Vexari propter nos & affligi prophetas permisit, misit in captiuitatẽ propter nos, in fornacem incidere propter nos siuit: infinitaq; tolerare mala, & prophetas propter nos ipsos fecit, & Apostolos propter nos. unigenitum propter nos dedit. diabolũ propter nos punit. nos in dextra
Psal. 68. b sedere uoluit. probris affectus est pp nos. probra. n. inquit, eorum, qui te probris afficiunt, super me deciderunt. Sed tamẽ post tot, tantaq; nos uel à se deficientes non dimittit: sed & hortatur rursus, & alios
I componit, ut pro nobis obsecrẽt, ut nobis gratificetur, quod in Mose effectum est. Etenim illi dicit: Mitte me, & illos delebo: ut illum adducat ad suscipiendam pro illis supplicationem. & nunc idem facit. Propterea & precum donũ dedit, id quod fecit, non ipse obsecrationis indigens, sed ut ne ipsi dum simpliciter salui simus, deteriores reddamur. Quo sanè nomine sępenumero uel propter Dauid, uel propter alium quempiam, illis se cõciliari ait, hoc ipsum moliens rursus, ut figuram cõciliationi addat: quanquã benignior multo uisus ipse fuerit, si nõ per illum, uel per illum, sed per se ipsum diceret, illis se iram remittere. Verũ non ita in animum ille suum induxit, ut ne conciliationis uidelicet argumentum, iis qui salui
Hie. 11. c. fiunt, ignauię causa existat. Propterea & ad Hieremiã dixit: Ne roges pro populo hoc: nam te ipse non exaudiam. nõ quòd illũ à precibus cessare (salutẽ enim nostram magnopere desiderat) sed quia illos terrere uellet. quod quidem propheta quum intelligeret, à precibus non abstinuit. Atq; ut intelligas illum uerba ea protulisse, nõ ut à se illum auerteret, sed ut pu-

A admodũ uestis unà nobiscum semper esse solet, ita sit & misericordia. neq; uerò simpliciter misericordiã dixit: sed, misericordiæ uiscera: nimirum ut naturalẽ imitemur pietatem, atq; necessitudinẽ. At nos secus factitamus, ac si ad nos quis accesserit obolum unũ flagitans, iniurij sumus, conuiciamur, aggressorem uocamus. Non horrescis ô bone, non rubore perfunderis, ob panis frustum aggressoris uerbum usurpare? quòd si ille urgens aggressionem facit, hac certè de causa misericordia dignus est, ut qui sic fame premat, ut talem coactus personã induerit, estq; hoc crudelitatis nostræ crimen. Nam quandoquidem faciles nos illis exhibere non sustinemus, artificia mille commentari coguntur, ut importunitatem inhumanitatemq; nostram decipiant, tum autem duritiem emolliant: alioqui sanè si argẽtum, aurũm ue postularet ille, non ab re suspectus tibi fuerit: sin autem necessarij uictus causa accedit, quid intempestiuè disputas, quid, quæ ad rem nihil faciunt, exactius perscrutaris, inertiam, otium, pigritiam illi obiiciens? Nam si hæc dicenda, non aliis sanè, nisi nobis ipsis dicẽda fuerint. Ad deum igitur quum accedis, peccatorũ ue
B niam flagitatum, hæcce tibi uerba in mentẽ ueniãt, ac tum intelliges decentius, conueniẽtiusq; esse, ut eadem hæc tute ex deo, quã ex te pauper audiat. Nihilominus tamẽ nunquam hæc tibi uerba deus dixit, abscede. etenim molestus, insidiatorq; es, in ecclesiã quidem assiduè ingrediens, legumq; mearum dictionem auscultans: in foro autem, & aurum, & libidinẽ, & hominum amicitiam, deniq; cætera omnia mandatis meis anteponens. Et quidem nunc humili, demissoq; animo iaces, prece autem peracta, confidẽs, audax, crudelis & inhumanus. facesse igitur hinc, neque posthac accedito. hęc. n. & his item plura audire meremur: nunquam ille tamẽ quicquam tale expro brauit. Sed lenis est, & patiens, tum autẽ suas omneis partes implens: plura etiam, quàm postulemus, largitur. Itaque hæc expendentes, mendicos paupertate liberemus. qui si etiã negotiũ nobis facessent, neqd plus iusto indagemus: eiusmodi. n. & nos quoq; salutis indigemus, uidelicet quæ uenia, humanitate, misericordia magna cõiuncta sit. Fieri. n. non potest, fieri inquã nõ poest, salui ij ut euadãt, quorũ uita sũmo,
C acriq; examine fuerit excussa: sed supplicio omnino afficiãtur, ac pereant ij necesse est. Absit igitur ut cũ aliis summo iure agamus, ac seueriss̃imo iudicio utamur, ut ne & nos quoq; exactè rationẽ reposcamur. peccata. n. habemus quauis uenia maiora. quapropter illos potius misereamur, etiamsi ea peccata perpetrẽt, quæ ueniã non mereantur, & ut ipsi quoq; talem misericordiã, ueluti per nos prius reconditam, recipiamus, quanquã quantuncunque liberales, munifici, ac misericordes fuerimus: certè talem conferre benignitatẽ nũquam poterimus, quali ipsi nos à benigno deo indigemus. quî igitur absurdũ non est, tãta in indigentia quum simus, tanto cum examine in ratione à conseruis exigenda uersari, & aduersantia nobis omnia facere? neq; enim sic illum beneficẽtia tua indignum pronuncias, ut te ipsum dei clemẽtia. nam qui cõserui in rebus tam exactè, tamq; exquisitè disceptat: multò magis deũ habiturus est hoc contra se factitantẽ. Ne igitur ipsi aduersum nos loquamur: uerũ ut per otium, ac pigritiam inopes ad nos adierint, illis largiamur. etenim & nos multa quidẽ, atq; adeò omnia per socordiam delinquimus: nec ta-

D mẽ eueſtigiò pœnas exigit deus, sed nobis pœnitẽtię tẽpus indulget, nutriens per singulos dies, erudiẽs, edocens, cætera omnia suppeditans, & quidẽ ut & nos ipsius misericordiam hanc æmulemur. Deponamus igitur crudelitatem hãc, expellamus feritatem, tãquam nos ipsos potius, quàm alios beneficio afficientes. His enim argentum quidem, panẽ ac uestẽ largimur: nobis autem maximam reponimus, ac recondimus gloriam, atq; adeò talẽ, ut eam nobis oratione repræsentare minimè liceat. Nam corporibus non amplius corruptibilibus resumptis simul regnabimus, simulq; glorificabimur cũ Christo. hoc quale quantumq; sit, hinc sciemus, immò uerò nulla id quidem ratione apertè unquam sciuerimus: ut autẽ tantę eius rei paruam saltem cogitationẽ capiamus, utcunque potero, quod dixi, repræsentatre cõabor. Quęro enim ex te, siquis tibi fortè seni iam effecto, & in paupertate uictitanti polliceretur fore, ut te repentè adulescentem efficeret, atque ad ipsum ætatis florem perductum, prævalidum, supraq; omnes formosum redderet, tum autem totius orbis regnũ ad annos mille largiretur, regnum inquam altissima pace abundans: quid tandẽ pro hac pollicitatione tibi E
non sumeres tum faciendum, tum patiendũ? En igitur Xps̃ non hæcce, sed his multò sanè maiora pollicetur. neque enim quale est senectutem inter, & iuuẽtutem discrimen, tale est mortalitatem inter & immortalitatem: neque perinde inter se discrepant futura illa gloria, & præsens, ut regnũ & paupertas. sed similiter se res habet, ut si insomnia cum ueritate cõponas: imo uerò nihil quicquã adhuc expressimus. nulla enim oratio satis esse queat ad repręsentãdam differentiæ magnitudinem futurarum rerum ad prę sentes. quod autẽ ad ipsum tempus pertinet, ne cogitatione quidẽ prorsus complecti differentiã queas. Quo enim quis modo cũ uitæ huius rebus, ac citò interituris, uitam sine fine duraturã comparet? Nam pacis illius, & præsentis discrimen tale quidem est, quale pacis & belli. porrò mortalitas ad immortalitatem collata, qualis gleba lutea ad purũ, ac lucidũ unionem composita. immo uerò qualicunq; cõparatione uti ualeas, rem ipsam nullo repręsentare modo posis. Nam ut uel Solaris radij lumini, uel splendidissimę coruscationi illorum corporum pulchritudinem comparem, nihil tamẽ quod ad splendoris illius dignitatem accedat, dicturus fuero. pro his itaq; F
quot opes, quot corpora exponere, imò uerò quot animas proiicere dignum non fuerit? Agè uerò si te quis in regiã deducat, perficiatq; ut in conspectu omniũ tecũ rex in colloquiũ ueniat, tum autem eadẽ te mensa, eodẽ secum uictu dignetur, te certè ipse omnium felicissimũ censeres: in cœlum autẽ cõscensurus quũ sis, inibiq; propter ipsum rerũ uniuersarũ regem adsessurus, tum autẽ splendorem angelico splẽdori oppositum redditurus, & arcana illa gloria fruiturus: dubitas num tibi sit pecuniarum iactura faciẽda? quum tamen si uel uita ipsa deponenda foret, exultare, gloriari, prę uoluptate nimia erigi, ac ueluti uolucrem fieri conueniret. Tu porrò ut magistratũ adipiscaris, furtorum tibi occasionem daturũ (neq; enim id genus commodũ, lucrũ ipse appellauerim) facultates extrudis, atque adeò ære alieno cõtracto, si necesse sit, & uxorem quoq; unà cũ liberis pignori opponere nõ uereris: proposito autem cœlorũ regno, principatu successorem nullum habẽte, uel deo

Universidad de Sevilla Biblioteca

C ipso iubente, non ut partem anguli terræ, sed totũ ipsum cœlum capias, cunctaris, ac tergiuersaris, & ad pecunias ore hianti stas, nihil cogitans, si cœli huius partes eæ, quas ad nos cõuersas uides, tãta sunt tum pulchritudine, tũ delectatione: quales tandẽ esse possint superiores illæ partes, quale item cœli cœlũ esse debeat? quandoquidem autẽ nobis id non licet corporeis oculis nunc contueri, cogitatione sursum ascẽdito, supraq; hoc cœlum stans, oculos cõuertito ad cœlum illud hoc nostro superius, ad illam altitudinẽ nullo fine circunscriptam, ad horroris plenũ lumẽ, ad illos angelorum populos, ad illas archangelorũ nationes immensas, ad illas alias incorporeas uirtutes: ac rursum à superioribus illis plagis quum descẽderis imaginem eam, quæ apud nos est, contingito: uidelicet depingito regis eius ornatũ, quẽ apud nos uersari uides: nimirum homines aureis uestibus indutos, mulorum alborum auro ornatorũ, eoq; sese efferentium paria, currus lapillis intertextis fabrefactos, stratum candidum, laminas circum currus uẽtilatione sese agitantes, dracones fericis in uestibus effigiatos, clypeos, aureos habentes umbilicos, lora
H ab his ad summum rotarũ gyrum, multos per lapillos extensa, equos aureis stratis ac frenis conspicuos. quũ autẽ rex sese aspectui nostro offert, tum demũ nihil eorũ, quæ dixi, contemplamur: nam ille nos ad se unus conuertit, tum autem & purpurea indumẽta & diadema, & cathedra, & sibula, & soleæ, & ingens oris splendor. His igitur omnibus exactè simul coactis, inde rursus cogitationem ad superiora traducito, atque ad illam diem terribilem in qua Christus aduenturus est. neq; enim tum mulorum iuga uidebis, neque aureos currus, neq; dracones clypeosue,
Mat.24.c sed quæ horrore multo plena quũ sint, tantã nobis mentis perculsionẽ, emotionemq; afferunt, ut uel ipsæ incorporeæ uirtutes ad ea obstupescant. Cœlorũ enim, inquit, uirtutes quatientur. tũ enim uniuersum cœlum aperitur, tum conuexorum illorum ualuæ relaxantur: descendit autem unigenitus dei filius, nõ uiginti, non centum hastatis satellitibus stipatus, sed chiliadibus myriadibus angelorum, archangelorũ Cherubin, Seraphin, cæterarumq; uirtutum, eruntq; omnia & tumore, & terrore plena, terra ipsa cum uehementia ac fragore elisa, hominibus iis omnibus, q unquam fuerunt, ex quo natus est Adam usque ad illum diem è terra exurgentibus, & euulsis: ipso Christo tanta cũ gloria sese ostendente, ut luna, & sol, & omne aliud lumen occultetur à splendore illo illumi natum. Quæ tandem oratio repræsentabit illam beatitudinem, claritatem, gloriam? heu me miserum. Etenim succurrit mihi nunc, ut lachrymer, & ingemiscam ualde, dũ animo lustro, quibus excidimus bonis, à qua alienati sumus felicitate: nã alienati certè sumus (uicem interim narro meam) nisi si quod magnum, admirandumq; opus ediderimus. Ne mihi igitur quisquam hic gehennam alleget. quauis enim gehenna grauior tantæ illius gloriæ priuatio, quibus uis suppliciis deterior quietis illius alienatio. Nihilominus tamẽ ad præsentia inhiamus, nec diaboli astũ intelligimus, qui per parua magnis nos priuat, q largitur lutũ, ut aurum rapiat, atque adeò ut cœlum eripiat, qui umbram obiectat, ut à ueritate deturbet, qui insomniis illudit (hoc enim sunt mundi huius uitiæ) ut quum dies illuxerit, omnium pauperrimos ostẽdat. Hæc igitur animo uersantes tandem aliquã do, uel serò, dolum fugiamus, & ad futura traducamur. K neque enim hac nos ratione tueri possimus, qđ uidelicet præsentis uitæ fragilitatem ignorauerimus, rebus ipsis i dies singulos tuba clariùs clamitãtibus præsentium rerum tenuitatem, risum, dedecus, pericula, barathra. Quam igitur defensionẽ usurpaturi sumus, qui quæ periculosa quidem sunt, & turpitudinis plena toto studio persequamur, quæ uerò minus periculosa quum sint, nobis tum gloriam tũ nominis claritatem afferũt, fugitemus: denique nos ipsos totos pecuniarum tyrãnidi dedamus? harum enim rerũ seruitus qua uis tyrannide pestilentior est. atq; id certè sciũt, qui ut ea tyrannide liberarentur, digni inuenti sunt. ut igitur & uos quoq; pulchram hanc libertatẽ edisc atis, uincula abrumpite, à laqueo resilite, neu uobis aurum domi iaceat: sed quod uel immensis opibus pretiosius est, misericordia, & benignitas auri loco. Ea enim fiduciam erga deũ nobis præstat, illud autem magnam in nos infamiã infundit præpotẽtẽ aduersum nos reddens diabolũ. Quid igitur hostem contra te armas, uiresq; illius auges? dexteram potius contra illum tuam armato, uniuersamq; domus pulchritudinem in animam introduci
L to. omnem porrò opulentiam in cogitationẽ reponito, ac tibi cœlũ pro arca, ac domo opes, aurumq; asseruet: denique nostra omnia ipsi nos circunie cti simus, muris enim multò præstantiores, ac solo hoc nestiores sumus. quid igitur nobismet neglectis, in iis studiũ omne nostrum reponimus, q̃ tantũ abest ut hinc decedentes capiamus, ut ne hic manentes quidem retinere possimus, quum tamen sic nobis detescere liceat, ut non hic solùm, sed & illic quoq; opulentissimi appareamus. Nam qui agros, qui ædes, q aurum in animo circunfert, is ubicunq; gentium apparuerit, cum his ipsis diuitiis apparet. Et quo id, inquis, fieri potest modo? potest quidẽ, idq; nõ ita magno negotio. nam si eas opes per pauperũ manus in cœlum transtuleris, uniuersas in tuam ipsius animã transtuleris, sic ut uel morte ingruente eripere eas tibi possit nemo: uerũ sic hinc decedas, ut uel illic diues sis. Id genus thesaurum habuit Tabitha: itaque *Acto.9.* illam domus sua celebrem non reddidit, non muri, non lapilli, non columnæ, sed induta uiduarum corpora, sed lachrymæ effusæ, sed mors fugitãs, sed uita M reuersa. Eiusmodi & nos quoque nobis ipsis apothecas cõparemus, eiusmodi ædes extruamus: sic fiet, ut & deũ socium operis habeamus, & nos illi operis cõsortes simus. Ille enim pauperes in rerũ natura quũ non extarent, perfecit tamen ut extarent, à se in medium adducti: tu autem illos in mediũ adductos, nõ siuisti fame, reliquaq; afflictione deperire, eos curãs, & reficiens, atque undique dei templum excitãs. cui rei quæ tandem alia par esse queat, si officij auxiliiq; præstiti, si famæ, existimationisq; ratio habẽda est? q si necdũ edoctus es, quãto te deus mundo ornauerit, dum tibi paupertatis curam ac studium iniunxit, illud tecum sic reputato. Si tantam tibi potestatẽ faceret, ut collabens cœlũ erigere, ac restituere posses: nónne hoc facto interpretareris, honore te eo honestatum, qui conditionem maximè superaret tuã? Ecce igitur maiori te honore dignatus ille est. Nã quod illi uel cœlis ipsis honoratius est, huius tibi erigendi, restituendiq; curam credidit. deus enim, ea inter omnia quæ uidentur, homine nihil maioris æstimat: propter quem uidelicet & cœlum, & terram, & mare

nobis ipsis circunuiecta hoc beamus.

A cit. In quo ipso sanè inhabitare magis gaudet, quã in cœlo. Nos tamen uel hæc quum intelligamus, nullã planè curam, prouidentiám ue dei templorum susci pimus: sed illis relictis, neglectisq;, nobis ipsis ingentes & splendidas ædes extruimus. ppea bonis omnibus orbi sumus, atq; admodum inopibus pauperiores, qđ ędes eas, ornamus, quas nõ possumus nobiscum hinc discedentes asportare, illis relictis, quas liceret aliò unà nobiscum trãsferre. Nam pauperum corpora demortua omnino resurgẽt, ac tum deus, q hæc iniunxit, illis in mediũ productis, eos collaudabit, qui illorũ curã susceperint, admirabiturq;, quòd illos collapsuros nũc præ fame, nũc præ nuditate, & algore modis omnibus sustentarint. Sed tamen quũ nobis tot tantæq; sint laudes propositæ, cũctamur adhuc, pulchrã hanc curã detrectantes. Atque ipse quidem Christus non habet quo diuertatur, sed circumit peregrinus, nudus esuriens: tu autem suburbana, tu balnea, tu pgulas, tu ambulacra, deniq; tu mille cubicula extruis temerè, ac frustra, ac Christo ne paruum quidem tectum impertiris, coruis autem ac
B uulturibus cœnacula exornas. quid hac amẽtia deterius? quid hac insania pestilentius? Nam summæ profectò insaniæ argumenta hęc sunt. Immo uerò quod cunque quis huic furori nomen indiderit, nullum sanè satis idoneum indiderit. Sed tamẽ si uolemus, poterimus sanè morbum hunc, licet admodum pestilẽtem, à nobis arcere: nec poterimus solùm, sed nobis facilè, nec facilè simpliciter, sed & multò facilius hac liberari pernicie, quàm corporalibus morbis, idq; eo magis, quòd medicus ipse præstãtior est. Eum igitur medicum adsciscamus, obsecremusq; nobiscum negotium capessere, partesq; ad id nostras cõferamus. Voluntatem dico, alacritatẽ, studium, nulla enim re alia illi opus erit. uerũ si hæc tantùm à nobis acceperit, suas ille omneis partes conferet. nostras igitur conferamus, ut & hic pura sanitate fruamur, & futura item bona assequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria, & imperiũ, in secula seculorum, Amen.

Homilia.xv.

Cimus aũt quod iis, qui diligunt deum, omnia simul adiumento sunt in bonum. Videtur mihi
C s hic omnem hũc locum ad eos mouisse, qui in periculis uersantur, seu uerius dicam, non hũc solum, sed & qui paulò antè explicati sunt. Nã & illud, non sunt pares afflictiones præsentis tẽporis, ad gloriam quę reuelabitur: & illud, omnis creatura gemit. & quod dixit, Spe seruati sumus: &, per patientiã expectamus: & illud, quod oraturi simus, ut oportet, non nouimus: hæc inquam omnia ad illos eosdẽ dicta sunt. docet enim illos non ea omnino eligere debere quę ipsi utilia sibi esse existimauerint. sed quę ipse spiritus suggesserit. Accidit enim nonnunquam, ut quę ipsis conducere, ac prodesse uiderentur, ea detrimentum ingens importarent. Itaq; laborum relaxatio, & periculorum liberatio, & uita in libertate, ac securitate acta, illis cõducere uidebatur. & quid mirũ si illis? quãdo & ipsi quoque beato Paulo id ita se habere uidebatur. ueruntamen postea didicit, quòd q̃ his sunt cõtraria, ea cõducibilia sunt: eodoctusq; boni ęqui ea consuluit, in eisq; acquieuit. Ter itaq; Christum quũ obsecrasset, ut periculis defungeretur, ubi illius uocem hanc exaudiuit, Sufficit tibi gratia mea:
2.Co.12.b uirtus enim mea in infirmitate perficitur: exultabat D persecutionem sustinens, iniuria affectus, mala incurabilia perferens. mihi enim placeo, ait, in persecutio *Ibidem.c* nibus, in contumeliis, in necessitatibus. quapropter dicebat: Siquidẽ hoc ipsum, quod oraturi simus, ut oportet, nõ nouimus: & omnes admonebat, spiritui huic cõcedere. etenim ipse spiritus sanctus nostri curam admodum habet, idq; deo est placitũ. modis ergo omnibus illos cõponens, atque exercens, inducit & quæ hodie dicta sunt, ratiocinationẽ mouẽs, quæ idonea sit ad illos refocillãdos. Scimus enim, inquit, quòd iis, qui diligunt deum, omnia simul adiumẽto sunt in bonum. quum autẽ dicit, omnia, & ea item, quæ molesta esse uidentur, dicit: Nam ut afflictio, ut inopia, ut carcer, ut fames, ut mors, ut qđ uis aliud ingruat: potest deus hæc omnia in contrariũ commutare, quandoquidem & hoc immensæ potentiæ eius est, q̃ grauia esse uidentur, ea nobis leuia reddere, & ad auxilium nostri conuertere. Quapropter nõ ait, quòd iis, qui deum diligunt, nulla accedit res, quę aduersa sit, sed quòd ea adiumẽto est ad bonũ. Hoc est, deus malis, aduersisq; rebus utitur ad eorum existimationẽ, probationemq;, quibus insidię struũtur: E quod multò maius est, quã si prohibeas, aduersa ne *Dan.3.b.* accedant, aut ubi acceserint, tollas. Hoc igitur & in *c.* Babylonica fornace præstitit. Neq; enim prohibuit quominus in illã sancti inciderent, neque illi quum incidissent, flammam restrinxit, sed ardere sinẽs, per hanc ipsam admirabiliores illos effecit: & in ipsis itẽ Apostolis id genus alia miracula modis oĩbus edidit. Si enim homines philosophiæ gnari, natura rerum in contrarium abuti possunt, & qui in pauperta te uictitant, ditescentibus opulentiores apparere, & per obscuritatem lucere: multò magis deus in iis, qui ipsum diligunt, & hæc & multò his maiora præstat. una enim solũ re opus est, ut illum uidelicet germano amore prosequare, & oĩa alia subsequũtur. Quẽadmodum ergo his auxilio sunt ea etiam, quæ nocumentum afferre uidentur: sic ijs, qui illũ non amant, uel ea nocent, quæ auxilium afferũt. Iudæis igitur dã no erant, & signorum ostensio, & dogmatũ rectitudo, & philosophiæ doctrina, ac propter illa quidẽ intemperiis Christum agi dictitabant: propter hæc autem antitheum, hoc est deo aduersantẽ esse aiebãt: F ob signa porrò edita, & extinguere illũ aggressi sunt. Latro uerò in crucem sublatus, clauis effixus, conuiciis affectus, mala infinita tolerans, hinc non solũ no cumẽtum nullum accepit, sed uel lucrum maiorem in modum tulit. Vides ut iis, qui deum diligunt, omnia auxilio sunt in bonum? Quum igitur magnum hoc bonum expresit, & quod ualde humanam trãscenderet naturam, quoniam multis incredibile esse uideretur, à præteritis hic fidem conciliat, sic dicẽs: *Iis qui iuxta propositum uocati sunt.* Cõsidera enim statim ab ipsa uocatione dictum. Cur enim nõ ab initio omnes uocauit? neq; ipsum Paulũ post alios statim? cuius dilatio uidebatur damnosa esse, sed tamẽ à rebus, operibusq; declarata est utilis fuisse. proposi tum porrò hic dicit, ut ne totũ uocationi tribuat. Ita enim contradicturi erant & Græci & Iudæi. Nam si uocatio solùm sufficeret, qua tandẽ causa non omnes salui facti sunt? Propterea ait non uocationẽ tantũ, sed & ipsum propositum, uocatorum salutem effecisse. neque enim coacta aut uiolenta facta est uocatio, omnes igitur sunt uocati, at nõ omnes obediuere. *Quoniam quos præscierat, eosdẽ & præsciuit, con-*

G *formes imaginis filij sui*. Vides honoris cumulum? Quod.n.unigenitus natura fuit,id ẽt illi per gratiam sunt effecti. Nec tamen hoc cõtentus fuit, quod uide licet dixerit, conformes, sed & aliud addidit, V*t ipse sit primogenitus*. Nec hic subsistit, quin & unà cũ hoc rursus aliud adiũgit, dicens: *Inter multos fratres*, modis omnibus manifestam ostendere uolẽs cognationem. Hæc porrò omnia dicta esse de dispẽsatione existimato. secundũ enim diuinitatem, unigenitus. uides quot, quantaq; nobis largitus est? ne igitur de futuris dubita. Etenim & aliunde illius curà ostendit, dicendo iam inde ab initio illa ita esse præfigurata. homines enim à rebus sententias de ipsis concipiũt, deo autem iam olim hęc uisa sunt, & à summo initio erga nos affectus est, ait igitur: *Et quos uocauit, hos & iustificauit*. iustificauit per regenerationis lauacrum. *Quos autẽ iustificauit, hos & glorificauit*. glorificauit per dona, per adoptionem. Quid igitur dicemus ad hæc? ac si dicat: Ne igitur posthac ipsa mihi pericula alleges, & quas ab omnibus insidias patimur. nã ut nonnulli sint qui futuris fidem non habeãt, certè ad ea bona quæ iam facta sunt, adferre nihil possint. uer
H bi gratia, ad eam amicitiam, quã deus iam inde ab initio erga te habuit, ad iustitiam, ad gloriam. Hæc enim tibi per ea quæ inamœna esse uidẽtur, largitus est. Atq; adeò quę tu dedecus esse existimaueris, crucẽ, flagella, uincula, hęc sunt, quę orbi uniuerso suũ ordinem addidere. Quemadmodum ergo, q̃ passus ipse est, etiamsi ea austera, atq; inamœna uideantur, iis ad libertatem, ad uniuersæ naturæ salutẽ abusus est: ita & in iis, quę tute sustines, facere assueuit, malis afflictionibusq; tuis ad tuam tum gloriã, tum existimationem abutens. *Si deus pro nobis, quis contra nos?* Quis enim non contra nos, ait? Etenim terrarum orbis contra nos, & tyranni, & populi, & cognati, & ciues, sed tamen hi contra nos quum stent, tantũ abest, ut nobis incõmodent, ut uel nolentes coronarũ nobis authores existant, & bonorum infinitorũ procuratores, ipsa dei sapientia illorum insidias in nostram salutem ac gloriam uertente. Vides ut nullus
Iob.1.c. contra nos? Etenim Iob hoc ipsum splendidũ reddidit. quòd uidelicet diabolus contra eum armatus esset. Nam & amicos contra illum, & uxorem contra
I illum, & uulnera, & seruos, & mille alias diabolus suscitauit artes, ac nihil omnino contra illũ extitit, ac nondum hoc illi magnum, quanquã admodũ magnum, sed quod multò erat maius, id demum erat, quòd uidelicet res illæ omnes exitum illi felicem attulere. quandoquidem enim deus ab illo stabat, certè & quæ contra illum stare uiderẽtur, ea omnia ab illo steterunt. Hoc & in Apostolis item usũ uenit. Nã & Iudæi, & qui è gentibus essent, & falsi fratres & principes, & populi, & mortes, & paupertates, & infinita contra illos erant, & nihil tamen contra illos. Hæc enim ipsa sunt, quæ illos cùm maximè splendidos, atque illustres, tum uerò apud deum, hominésque laudatos effecerunt. Considera igitur quale, quantumq; uerbum protulerit Paulus de fidelibus, & exactè crucifixis, quod ne diademate quidem ornatus qui sit, assequi possit. Contra illum enim stant multi, & barbari armati, & hostes adorientes, & corporis custodes insidias struentes, & ex subditis plures identidem insurgentes, & alia id genus infinita: at contra fidelem & eum, qui diligenter dei legibus attentus est, non homo, non dæmon, nõ aliud quic quam stare poterit. Si enim pecunias ademeris, mercedem ipsi procuraueris: si maledixeris, per conuicium illustriorem illum apud deũ reddideris: si ad famem adegeris, maior illi & gloria, & retributio. Præterea si quod omniũ grauissimum esse uidetur, morti tradideris, martyrij coronam texueris. quid igitur cum hac uita conferri queat? quum nihil cotra illum esse possit, sed & qui insidiari uidentur, ij ipsi illis non minori sint adiumento, quã qui de illis bene mereri studeant. propterea ait, Si deus pro nobis, quis contra nos? deinde non contentus iis, quæ dixerat, maximum charitatis erga nos signum, & quod assiduè circunuersat, ac semper celebrat: id & hoc item loco ponit, nati cędem. non enim iustificauit solùm. ait, & glorificauit, & conformes fecit imaginis illius: sed ne filio quidẽ pepercit, propter te. propterea & attexuit, dicens: *Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quũ fieri potest, ut non cũ eodẽ omnia nobis donet?* Ac cum hyperbole multaq; seruiditate dictiones usurpat, ut illius declaret charitatẽ. quomodo ergo nos destituet, pro quib⁹ proprio filio non pepercit, sed pro omnibus nobis illum tradidit? Considera enim quantæ id fuit bonitatis, ne pro
L prio quidem parcere filio, sed illũ dedere, & pro omnibus dedere, & uilibus, & ingratis, & inimicis. quî igitur fieri potest, ut non cũ eodẽ omnia nob's donet? Quod porrò ait, sensum hunc habet: Si filium suũ largitus est, nec simpliciter largitus, sed cædi tradidit: quid iam super aliis rebus addubitas, dominũ cũ acceperis? quid hæsitas super possessionibus, herum quum habeas? nam qui quod maius erat, inimicis dedit: quî fiet, ut quæ minora sunt, amicis nõ det? *Quis intentabit crimina aduersus electos dei?* Hic aduersus eos qui dicunt, fidem nihil prodesse: quicq; densæ ac cumulatæ mutationi diffidunt. ac uide ut illis repẽtè os obstruat, ab illius dignitate, qui elegit. nec dixit, qui intentabit crimina aduersus seruos dei, neq; aduersus fideles dei? sed, aduersus electos dei. nã electio uirtutis signum est. si. n. posteaquã equorum domitor equos elegit ad cursum idoneos, nullus est qui insimulare possit, sed ridiculus habetur quisquis uitio id uerterit: multò magis quum deus animas M elegerit, maximè ridiculi ij fuerint, qui electionẽ eam incusauerint. *Deus est qui iustificat. Quis ille qui condemnet?* Non dixit deus est, qui remisit peccata: sed quod maius multò, deus est qui iustificat. quũ enim iudicis calculus iustum aliquem pronũciauerit, & iudicis talis, quanti æstimandus fuerit, qui accuset? Igitur ne que tẽtationes exhorrescere conuenit. est enim deus pro nobis, idq; demonstrauerit p ea, q̃ edidit, opa: neque nugas formidare Iudaicas. etenim elegit nos & iustificauit. & quod admirãdũ est, uel per filij cædem iustificauit. quis igitur nos condemnabit, quũ deus coronet? quum propter nos Christus cæsus sit? nec cæsus tantũ, sed quum idem ille postea pro nobis intercedat? *Christus*, inquit, *qui mortuus est, immo qui & suscitatus est à mortuis, qui est ad dexterã dei, qui et intercedit pro nobis*. Etenim in propria dignitate qui apparuit, nostri curam non deposuit, sed & pro nobis intercedit, & adhuc eandem charitatem constanter seruat. neque enim contentus est occisione solũ. quod quidem maximi est amoris argumẽtum, officiis iis quæ ad ipsum pertinent, non fungi modò, sed & alium quoque obsecrare. Hoc enim solùm per id uerbi, intercedit, demonstrare uoluit,

more ho-

A more hominum loquẽs, ac nostræ sese imbecillitati attemperans, ut charitatem declaret: Nã uerbum id, non pepercit, nisi cũ hoc sensu acceperimus, multa absurda subsequentur. Atq; ut intelligas hoc esse qd adstruere uult, prius ubi dixit, Illũ esse ad dexteram: tum addidit, illum pro nobis intercedere: qd æqualitatem ac paritatem declarauit, ut iam ipsa intercessio non iminutionis, sed charitatis solius esse uideatur. Si enim ipse uita cum sit, & fons bonorũ omnũ, & parem cũ patre authoritatem obtineat, mortuos suscitans, ac uiuificans, omniaq; alia faciens: quo intercessionis egeat, ut nobis adiumento sit? qui despe
B ratos & condemnatos, propria authoritate ab illa condemnatione liberauit, & iustos, & filios fecit, & ad honores supremos subuexit, & quę nunq; sperata fuerãt, ea ad opus deduxit: is quo tandẽ modo post omnia à se perfecta, post naturam nostram in throno regio ostensam, ac collocatam, ad ea quæ facilio ra sunt, intercessionis indigeat? Vides ut undiq; ostẽ dat, se alia nulla de causa uerbi id, intercedit, dixisse, quàm ut feruorem ac uigorem illius erga nos charitatis declaret? quãdo & pater item uidetur homines
2.Co.5.d adhortari, ut sibi cõcilientur. Pro Christo enim, ait, legati sumus, tanq; deo exhortante per nos. Verunta men & deo exhortãte, & hominibus pro Christo legatione apud homines fungentibus. nihil hinc animaduertimus quod dignitate illa sit indignum: sed unũ solũ ex ijs omnibus, quæ dicta sunt, colligimus, nempe dilectionis intentionem. Hoc itaq; & hic faciamus. Si igitur spiritus intercedit gemitibus inenarrabilibus, & Christus mortuus est, & pro nobis intercedit, & pater proprio filio non pepercit propter te, & elegit te, & iustificauit: qd restat quod timeas? quid exhorrescis? tantam charitatem, tantã adeptus tui curam? Quapropter ubi ostendit magnam cœlitus erga nos prouidentiam: iam cum fiducia quę sequuntur inducit. nec dicit, debetis & uos ita illum amare, sed tanquam numine afflatus esset, de immẽsa hac prouidentia, ait: *Quis nos separabit à dilectione Christi?* nec dixit, dei. sic illi indifferẽs est, & Christũ, & deum nominare. *num afflictio? num angustia? num persecutio? num fames? num nuditas? num periculum? num*
C *gladius?* Vide beati Pauli prudentiam. neque enim ea protulit, quibus quotidie capimur pecuniarũ amorem, gloriæ appetitionem, iræ tyrannidem: sed quæ multò sunt his truculentiora, atq; impotentiora, & talia, ut possint ipsi naturæ uim adferre, & cogitationis firmitudinẽ loco diuellere sæpenumero, uel nobis nolentibus: hæc ponit, afflictiones uidelicet & angustias. Etsi enim numero constent, q̃ dicta sunt, tamen habet unaquæque dictio infinita tentationũ tãquam agmina. nam cum dicit, afflictionem, & carcerem dicit, & uincula, & calumnias, & exilia, & alias omneis calamitates, uno uerbo immensum periculorum pelagus prætercurrens: deniq; ea omnia, quę hominibus aduersa eueniunt, per unam significans dictionem. sed tamen contra hæc omnia audax insurgit. Idcirco & per interrogationẽ id profert, quasi tale sit, quod contradici minimè possit. quòd eum qui sic amatus, quiq; tantam sui prouidẽtiam sit assecutus, nihil prorsus inueniri queat, quod separare ac dirimere possit. deinde ut ne uideantur hæc destitutionis signa esse, & prophetam inducit multo antè tempore hæc denunciantem, ac dicentem: *Propter te morti tradimur tota die. Habiti sumus ueluti oues*

Tomus quartus. F

destinatæ mactationi. Hoc est, omnibus sumus obiecti, atque expositi, ut mala toleremus: sed tamẽ con
D Psa.43.d tra tot, tantaq; pericula, contra nouas hasce tragœdias sufficiens consolatio, f certaminum nobis suppositio, data est. seu uerius dicam, non sufficiens solùm, sed abundantior multò. neq; enim propter homines, aut aliud seculare quicquam hæc patimur, sed propter uniuersarum rerum ait, dominum: nec hac solùm illos, sed alia rursus, & ea uaria, & multiformi, corona reuinxit. quandoquidem enim fieri minimè poterat, ut qui homines essent, ij infinitas mortes tolerarent, ostendit, ne hac quidem ratione præmia esse imminuta. nam ut natura sortiti id simus, semel tantùm ut moriamur: tamen uoluntate id quotidie perpeti, si id in animum induxerimus, dedit deus. unde liquet fore, ut cùm tot hinc coronis decedamus, quot dies hic uixerimus, immo uerò multò plurib⁹: licet enim die uno, & semel, & bis, & sæp⁹ mori. qui igitur ad ipsum comparatus fuerit, is semper mercedem absolutam recipit. Hoc igitur & propheta significans, dixit: Tota die. quapropter & illum Apostolus introduxit, illos uehementius excitans. Si enim qui in ueteri lege, ait, uixerunt homines, terram laborum suorum præmium cum haberent, & alia item unà cum præsenti uita finem capientia, ij usq; adeò præsentem uitam, tum autem tentationes ac pericula desperexerunt: quam tandem nos ueniam habituri sumus, si post cœlum ipsum, post regnum supernum, post arcana bona, molles adhuc, ac segnes effecti, ne ad parem quidem cum illis uirtutis mensuram accedamus? ita tamẽ orationem non extulit: sed hoc ipsum auditorum conscientiæ relinquens, testimonio solo contentus est: ostenditq; illorum corpora uictimam fieri. nec tumultuari, aut turbari oportet, cum deus sic dispensauerit. porrò autem & aliunde eos hortatur. Vt ne enim diceret aliquis, quòd hæc simpliciter philosophatur, nondum facto rerũ periculo, addidit: Habiti sumus tanquam oues destinatæ mactationi: quotidianas Apostolorum mortes significans. Vides fortitudinem, ac comitatem. quemadmodum enim illæ, inquit, dum mactantur, non resistunt: ita neque nos. sed quandoquidem humanæ cogitationis imbecillitas post tot, tantaq; aduersa, tentationum multitu
F dinem exhorruisset, uide ut rursus auditorem excitet, sublimémque ac superbum efficiat, inquiens: *Sed in his omnibus plusquam superamus, per eum qui nos dilexit*. Quod enim mirabile est, hoc est: Quòd non superamus solùm, sed quòd per ea ipsa superamus, per quæ insidias patimur: nec simpliciter superamus, sed plusquam superamus. hoc est, omni cum facilitate, citra sudores, ac labores. non enim molestias tolerantes, sed animum modò præparantes, sic ubique trophęa contra hostes statuimus. & id iusta de causa. Deus est enim, qui nobiscum decertat: ne igitur diffidas. si qui flagellamur, flagellantes superamus: si qui exigimur, persequentes uincimus: si qui morimur, uiuentes f uertimus. Cum enim dei tum uirtutem, tum charitatem adhibueris, nihil erit quod prohibeat miracula hæc, & incredibilia euenire, tum autem uictoriam supra omnem modum elucere. neque enim simpliciter uincebant. sed magno cũ miraculo, sicq; ut facilè intelligerent omnes, non esse insidiatoribus illis bellum contra homines susceptum, sed contra inexpugnabilem illam poten

f *bonorũ nobis materia*, ἐγκεῖται ὑποθέσις, *habet Veronense exẽplar, sed margini Brixius adscripserat* ἐγκεῖται *ex Germa.co dice ni fallor.*

E

σφετερο. μεθα ῥ. *uertimus siue in sugam uertimus.*

G tiam. Iudæos igitur dispice, in manu illos sua dum
Actu. 4.c haberent, addubitantes tamen ac dicētes, Quid his faciemus hominibus? Nam quod mirum est, id demum est, quòd illos dum detinerent, dum reos haberent, dum uincirent, dum cæderent, mentis, consilijq; inopes hæsitabant adhuc, per hæc ipsa manus dantes, ac uictos sese agnoscentes, per quæ tamē uictoriam reportaturos se sperabant. ac neq; tyrānus neque carnifices, neq; dæmonum phalanges, neque ipse diabolus superare illos ualebat. sed longè exuperabātur omnes, apertè intuiti, quas in illos artes intendebant, eas illis iisdem auxilio cedere. Propterea dixit, plusquam superamus. noua enim uictoriæ lex hæc erat, per ipsa demum aduersantia superare, ac nunquam superari, sed illos ipsos ita ad certamina descendere, quasi exitus domini iam essent. *Nam mihi persuasum habeo neque mortem, neque uitam, neque angelos, neque principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura, neque altitudinem, neque profunditatem. neque ullam creaturam aliam posse nos separare à dilectione dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.* Magna
H quidem sunt dicta hæc, sed nobis incognita, hoc ipso, quòd tantam ipsi charitatem non habemus. ueruntamen ut magna sint, uolens Paulus ostendere, nihil ea esse, præ ea charitate, ac dilectione, qua esset à deo dilectus, post dei dilectionem: tum demum suam attexit, ut de se nihil, quod magnum esset, præ dicare uideretur. quod autē ait sensum hunc habet, Quid tandem hæcce præsentia, & quæ uitæ huic cohærent, incommoda allegare opus est? nam ut res etiam mihi futuras alleges, ac potestates, res quidē, ut mortem ac uitam: potestates autem, ut angelos, archangelos, uniuersamq;, quæ supra nos est, creaturam, certè uel ea ipsa animo quidē meo pusilla fuerint, si ad Christi charitatem conferantur. neq; enim si quis mihi mortem illam perpetuam, ac nullo unquam fine desituram minitaretur, ut à Christo separarer. neque si promitteret fore, ut uitam nullo fine terminandam producerem, ne hancce quidem conditionem admitterem. Iam quid reges mundi huius ac consules allegare conuenit? quid illum, aut illum? Nam si uel angelos mihi allegaueris, si uel cœlestes omnes potestates, si uel ea omnia, quæ in rerum natura prodita, prodendáue sunt: profectò mihi omnia perparua, tum quæ in terra, tum quæ in cœlis, tum quæ sub terram, tum quæ supra cœlos, præ eo, quem dico, amore. deinde perinde quasi ne ea quidem satis esse possent, ad eum amorem, quo captus erat, repræsentandum: totidem alia rursus in rerum naturam producens, ait, Neq; ullam creaturam aliā. Quod porrò ait, eiusmodi est: Si uel aliud tale ac tantum mūdi opificium existeret, quale quantúmque uel hoc ipsum quod spectamus, uel quod in mentis humanæ cogitationem cadere possit: nulla tamen res esset, quæ me ab eo amore submoueret. Hæc autem dicebat Paulus, non quòd uel angeli ipsi, uel reliquæ potestates id tentare, aggrediq; uellent, absit hoc, sed quòd quem amorem erga Christum præferret, eum omni cum excellentia ostentare uellet. Neq; enim Christum propter Christi opera, sed propter illum, illius opera amabat, atq; ad illum unum respiciebat, unum tantū ueritus, ne ab eo amore excideret. Hoc enim uel gehenna illi terribilius erat. quemadmodum & in eo amore persistere, uel cœlorū regno desiderabilius.

Morale. K

Quanti igitur æstimandi ipsi fuerimus, cum ille ne ea quidem quæ in cœlis sunt, præ Christi amore admiretur: nobis uerò quæ in cœno, ac luto sita sunt, ea Christo antiquiora sint? Et ille quidem ob Christi amorem uel in gehennam decidere libens admittit, paratúsque est uel à cœlorum regno excidere, si utrunque hoc proponatur: nos autem ne præsentem quidem uitam despicimus. Digni ne igitur sumus uel illius calceamentis, qui eousque distamus ab illius animi præstantia? Etenim ille ne cœlorum quidem regnum quicquam esse censet, propter Christum. Nos contrà, ipsum Christum despicimus: res autem, quæ illius sunt, permagni facimus. atque utinam illius saltē res magnifaceremus. Nunc uerò ne id quidem est: sed uel cœlorum regnum nobis palàm cum offeratur, eo à nobis relicto, umbras ac somnia quotidie sectamur. Atqui deus benignus cum sit, admodúmque mansuetus, perinde egit, ut si pater liberorum amans, filio malè ferente assiduā ipsius consuetudinem, alia ratione ac solertia illum sibi coniungat. Nam quando quidem nos illum, ut L
par est, minimè amamus: quàm multa sunt, quæ nobis ille palàm offert, ut nos ad sese illiciat? cum tamen ne sic quidem persistamus, sed ad puerilia delectamenta transuolemus. At non sic Paulus quin tāquam ingenuus quispiam, ac patris amans filius, paternam consuetudinem ac congressum solùm ex petit, exquirítque, cæterarum rerum nō perinde curam habens: seu uerius dicam, hac quidem in parte & filij quoque eius, quem dixi, erga patrem affectum longè exuperans. Neque enim unà & patrem, & res paternas æstimat. Verùm quoties ad patrem respicit, res eas nihili facit, sed maluerit uel inter flagella, ac supplicia cum patre esse, quàm ab eo diremptus delicijs frui. Horreamus ergo quicunque ne pecunias quidem propter deum contemnimus, seu dicam uerius, quicūque ne pecunias quidem propter nos ipsos contemnimus. Paulus enim solus erat, qui propter Christum ingenuè omnia ferret, non propter cœlorum regnum, nō propter ⌜illius pretium, ⌝ sed propter eam, qua erga illum afficiebatur beneuolentiam: cum nos neque ipse Christus, neq; quæ Christi sunt, à rebus abducant secularibus. sed ueluti serpens, aut uipera, aut porci, aut hæ simul omnes bestię, sic & nos in limo reptamus. quid enim, feris illis meliores nos sumus? quibus tot ac tanta cùm exempla suppetant, oculos tamen in terram etiamnum deiicimus, ac ne tantillum quidem illos in cœlum attollere sustinemus? Et quidem deus filium dedidit, tu uerò ne panem quidem illi propter te tum dedito, tum trucidato impertiris. Illi pater, etiamsi filius esset legitimus, propter te haudquaquam pepercit: tu uerò uel fame tabescentem despicis, præsertim cum sumptum facturus sis, ab ijs, quæ illius sunt, tum autem tua ipsius causa. Quid hac iniquitate deterius fuerit? propter te ille deditus est, propter te trucidatus, propter te esuriens circumcursat: da ex ijs, quæ ad illum spectant, ut ipse inde commodum, adiumentúmque desumas: at uerò ne sic quidem erogas. Nōne uel lapidibus quibuslibet stupidiores, minúsque sensibiles ij fuerint, qui tot inter res, quibus moueri, pertrahíque debe rent, in hac adhuc diabolica crudelitate sese obfirmant? Neque enim illi mors, crúxque ipsa satis fuit,

⌜suum ipsius honorem. M

A quin & pauper fieri libens admisit, & hospes, & erro, & nudus. adde his, carcerem, in quem cōiectus: adde, ægritudinem, quam perpessus est, ut uel hac demum ratione te ad se pertraheret. Si enim, ait, mihi tanquā pro te mortuo, in amore non respondes, nec benefacta benefactis mutuis repēdis: at pauperatis te misereſcat, quē si uel paupertas ad misericordiam commouere non potest, certè ipsa ægritudine flectaris, ipso carcere frangaris. sin uerò ne hæcce quidem animum tuum emolliunt, atque ad humanitatem pertrahunt, saltem ob petitionis tenuitatē annuito. Nihil enim à te quod sumptuosum sit, postulo, sed panem, sed tectum, sed uerborum consolationem. qui si uel post hæcce omnia agrestem adhuc, inhumanumq; animum geris: certè uel propter ipsum cœlorum regnum, uel propter ea, quæ pollicitus sum, præmia, melior euadas. At nullo illa apud te loco ac pretio sunt? Ipsius ergo naturæ ui frangaris, nudum me cum uideas: ac nuditatis illius in mentem tibi ueniat, quam ipse propter te, in cruce sustinui. quòd si ne ea quidem nuditas te mo-
B uet, moueat ipsa hæc qua per pauperes denudor. Egens sui tum propter te, quin & nunc item propter te, quò siue hinc siue illinc adductus, persuasúsque, aliqua tandem misericordia capiaris: ieiuniis me maceraui propter te, rursus propter te esurio: sitiui in cruce suspensus, per pauperes item sitio, ut tū ab illis, tum ab his te ad meipsum illiciam, neque nō benignum salutis tuę causa efficiam, qua de re mihi infinitorum benefactorum remunerationem cum debeas, non ipse tanquam à debitore reposco, sed te tanquam gratis largientem corona orno, ac cœlorum regnum pro pusillis his tibi largior, neque.n. hac te ego oratione compello. paupertate me solui to, neque hac diuitias mihi largitor, quanuis te propter, pauper fuerim, sed panem solum, ac palliū postulo, tenuemq; famis definitionem. qui si & in carcerem coniectus fuero, non cogo ut tu uincula soluas, eaq; abiicias: uerùm unum tantum requiro, ut tu propter te uinctū aspicias: qua me gratia dignatus si fueris, mihi satisfeceris: tibiq; hoc solo nomine cœlū largiar. te ego grauissimis uinculis exolui,
C mihi tamen duntaxat sufficit me uinctum contueri, si tibi collibuerit. possum equidem & citra hęc coronam tibi imponere, sed tamen tibi debitor esse non recuso, ut tibi etiam fiduciam aliquam corona afferat. ob hoc qui me ipse educare possum circunuagor mēdicans, pro foribus tuis dexteram porrigēs: a te enim educari concupisco. tui enim maiorem in modum amans sum: quo nomine & mensam tuam appeto, qui amantium mos esse solet. mihiq; hac qdem in re placeo. teq; in ipso totius orbis theatro uictorem pronuncio, atque adeò cunctis ex audientibus me uenditans altorem te meū declaro. Atqui nos quoties alicuius impensa educamur, erubescimus sanè, remq; adumbrantes dissimulamus. Verū ille, qui summus est eius erga nos amor, ut taceamus ipsi, rem ipsam deprædicat, magnis cum laudibus ad cœlum tollens: nec eum fateri pudet, quòd cum nudus esset, se ueste induerimus: cū esuriret, se aluerimus. Hæc omnia igitur animo lustrātes, non intra ipsas tantum laudes cōsistamus, sed & quę dicta quidem sunt perficiamus: quid enim profuerint id genus plausus, ac clamores? Vnum à uobis quęro tantum, nimirū per ipsa opera probationem, per ip-

sas res obediētiā. hoc ipsum laus mea. hoc ipsum lu D
crum uestrum. hoc ipsum diademate mihi splendidius. Itaq; ubi ab hac cōcione discesseritis, hanc per pauperū manus, tum uobis, tum mihi lauream apparate: ut & per præsentē uitam bona cum spe educemur, & ad futuram cum peruenerimus, infinita assequamur bona: quę utinam assequi omnes possimus gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo, patri gloria, unà cum sancto spiritu in secula seculorū, Amen.

Homilia. xvi.

Eritatem dico in Christo, nō mētior, attestāte mihi simul conscientia mea, per spiritum sanctum. Cap. IX.

Nonne magna quædam, & quæ supra naturæ captum essent, hesterno die, de Pauli erga Christum dilectione, uobis dixisse uisus sum? Etenim natura ingentia, & omnem excedentia orationem fuere: At quæ hodie dicta sunt, tantam habent ad illa hyperbolen, quanta illa ad rerum nostrarum conditionem. quanquam non existimabam illa habere hyperbolen, sed tamen superuenientia ea, quæ hodie sunt lectitata, multò illis omnibus illustriora uisa sunt. Id quod & ille cū intelligeret, ab ipso statim E
exordio, palàm fecit, tanquam qui ad maiora progressurus, à multis minimè credēdus esset. prius aūt ea confirmat, de quibus dicturus est. quod facere multi consueuere, quoties dicturi aliqd sunt, quod multis fidem non faciat, sed quod tamen uerū esse magnopere sibi persuaserint. ait enim, ueritatem dico: &, non mentior: &, mihi conscientia simul attestatur. *Quod dolor mihi est magnus, & assiduus cruciatus cordi meo. optarim enim ego ipse anathema esse à Christo.* Quid ais ô Paule, à Christo, illo inquam Christo, qui à te desideratur? à quo te nec cœlorum regnum, nec gehenna separabat, neq; ea, quæ uideri, neq; ea quæ cogitari possunt, neque alia totidem, ab hoc nunc precaris anathema esse? quid accidit? num desideriū illud excussisti, ac deposuisti? Haud-
F quaquam, inquit, ne uereare. nam & illud intendi magis. qui igitur fit, ut preceris anathema esse, & alienationem quæras, ac diuortium tantum, post quod inueniri aliud non queat? quoniam, inquit, etiam atque etiam uehementer illum amo. Qui id, obsecro, & quo nam pacto? etenim ænigmati simile hoc est. Immo uerò si ita uidetur, primum intelligamus, quid sit anathema, ac tum demum illum interrogemus super his: sic fiet, ut arcanam hāc & nouam dilectionem perdiscamus. Quid igitur est, anathema? audi ipsum ita loquentem: Siquis 1.Co.16.d
non amat dominum nostrum Iesum Christum, is Anathema.
anathema sit: hoc est, ab omnium commercio segregetur, alienus ab omnibus sit. Nam quemadmodum anathema, donumq; id quod deo oblatū dedicatur, nemo est, qui temerè manib⁹ cōtingere audeat, neque ad id propius accedere: sic & eū, q ab ecclesia separatur, ab omnibus abscindens, ac tanq; longissimè abducens, hoc nomine, à contrario, scilicet appellat, magno cū terrore omnibus interminatus, ab eo ut separentur, ac pedē referant. Anathemati enim honoris gratia appropinquare nemo audebat: ab eo autem qui ab ecclesia abscissus erat, ex opposita omnes sinia separabantur. quapropter separatio quidem, tū hęcitū illa, ex æquo à uulgo abalienatio erat: separationis uerò modus non unus, sed illi contrarius. ab illo enim abstinebā, tanq; deo,

G dicato:ab hoc autem decedebant, tanquam à deo alienato, & ab ecclesia abscisso. Hoc ipsum igitur & Paulus sentientes dixit: Optarim anathema esse à Christo. nec simpliciter dixit, uelim: sed id intẽdens, ait, optarim. Quòd si dicta hæcce tanquã infirmiora te conturbãt, rem considera, non solũ quòd separatum se esse uellet, sed & causam, pp quam uellet: ac tum demum, quasi ea quæ oculis cernuntur, uidebis illius magnitudinẽ dilectionis. quando quidẽ
Actо.16.a & circuncidit, nec ipsum factum attendimus, sed facti ipsius consilium, & causam. ac propter ea ipsum magis admiramur. nec uerò circuncidit modò, sed rasit, ac sacrificauit, nec sanè ob id Iudæum illum esse dicimus, sed hoc ipso nomine à Iudaismo maximè exemptũ, purumq; esse, tum Christi germanum, uerumq; cultorem. Quemadmodum igitur circuncidentem illum cum uides, ac sacrificantem: non propterea condemnas, tanquam Iudaizantem, sed ob id ipsum maxime coronas, ut a Iudaismo alienum: Ita cum uides desiderantem anathema esse, ne propterea turberis, sed ob hoc ipsum illum maxime prædicato, causam perdoctus, ob quam id
H *3.Reg.18.* ault. Nam nisi causas examinauerimus, & Heliam homicidam dicemus, & Abraham non homicidã solùm, sed filij percussorem. Itemq; & Phinees, & Petrum cædis rursus accusabimus. nec de ipsis solùm
a Gen.22.b Num.25. b Actо.5.a sanctis, sed & de ipso rerum uniuersarum deo, quisquis regulam hanc minimè obseruauerit, multa absurda suspicabitur. ut ne igitur hoc accidat, hisce in omnibus & causam, & consilium, & occasionem, & omnia, factorum defensione à nobis susceptа, in unum componentes, ita demum res ipsas examinemus. quod & nunc de beata hac anima faciendum nobis est. Quænam ergo causa? rursum ipse amatus Iesus. atqui, non ob ipsum inquies, optarim enim, ait, ab ipso anathema esse, pro fratrib⁹ meis. & hoc humilitatis eius est. neque enim uideri ipse uult, tanquam magnum quiddam id dicere, ac Christo gratificari. propterea dixit, pro fratribus: ut nimium affectũ occultet. nam quod, quicquid id est, propter Christum uellet. audi quæ sequuntur. cum enim dixisset, cognatis meis secundum carnem. addidit,
I *Quorum est adoptio, & gloria, & testamenta, & legis constitutio, & cultus, & promissiones, quorum sunt patres, & ij, ex quibus est Christus, quantum attinet ad carnem. qui est in omnibus deus laudandus in secula, Amen.* Et quid hoc, inquis? nam si, ut alij crederent, anathema fieri uellet, si autem & pro Iudæis precatur solis, declarat non propter Christum id uelle, sed propter eam, qua illos contingebat, necessitudinẽ. atqui si pro gentibus solis precatus fuisset, non perinde id uisum fuisset. quoniam autem pro Iudæis solis, declarat purè se id propter Christi gloriã studiosè uelle. nec me sanè fugit, quæ à me dicuntur, ea uobis & noua, & incredibilia uideri. Veruntamen, nisi obturbaueritis, ea statim enitar aperta reddere. neq; enim simpliciter hæc dixit, quæ dixit. sed quoniam omnes dicebant, deumq; incusabant, quòd qui digni habiti essent dei filij uocari, legem accipere, ante omnes illũ nouisse, tali tantaq; gloria frui illum eundem ante uniuersum orbem colere, tum autem promissiones accipere, patresq; earundem tribuum, quodq; omnium maximũ, ipsius Christi maiores esse (hoc enim est, ex quibus est Christus, quantùm attinet ad carnem) electi, atque inhonorati essent: pro illis autem introducti, qui nunquam K
illum agnouissent homines, ij uidelicet qui à gentibus ortum duxissent: hæc igitur q dicebant, quoniã deum conuiciis afficerẽt, audiens hæc Paulus, ægre ferens, ac pro dei gloria dolens, precatus est anathema esse (si modò fieri posset) ut illi salui fierẽt, & cõuicium eiusmodi cessaret, nec uideretur deus illorũ maiores decepisse, quibus dona pollicitus est. atq; ut intelligas, illum ob id angi, excruciariq;, ne uideli cet dei promisio intercidere uideretur, qua Abrahę dictum est, Tibi dabo terram hanc, & semini tuo: *Gen.12.b* hæcce precatus est. nam cum hæc dixisset, addidit: *Non autem hæc loquor, quòd exciderit sermo dei,* Declarans quòd hæc omnia propter dei sermonem perferre sustinebat, hoc est propter promisionem, ad Abraham factam. Quemadmodum enim Moses uidebatur quidem pro Iudæis legatione fungi, rem uerò totam pro dei gloria agebat. Dei enim iram sedaturus ait, ut ne dicant, propterea quòd seruare eos non posset, eosdem eduxit in eremo perdendos: Ita sanè & Paulus, ut ne, inquit, dicant, quòd dei promis L
sio excidit, & quæ promisit, falsò promisit, illiusq; sermo ad opus nõ exiit uelim anathema fieri. Quapropter non pro gentibus ait. neque enim ad illos promissum illud erat, neq; illi erãt, qui ipsum coluissent, propterea neque ipsum per illos conuicio afficiebant, sed pro Iudæis, qui uidelicet promisionem susceperissent, quiq; ante alios necessitudine cum ipso coniuncti erant, hæc precabatur. uides quemadmodum, si pro gentibus precatus fuisset, non sic uisus fuisset purè pp Christi gloriam hoc factitare. quandoquidem autem pro Iudæis uoluit anathema fieri, tum maximè constitit, illum propter Christum hæc desiderare. propterea dixit, Quorum est adoptio, & gloria, & cultus, & promisio. Etenim inde lex, ait, existit: lex, inquam, de Christo loquens. inde & pacta, pacta inquã, ea omnia, q̃ ad illos pertinẽt. tum autem & ipse ex ijs natus, & patres ij, qui promissa acceperunt, ex iisdem omnes. sed tamen contrà accidit, bonisq; omnibus lapsi sunt. propterea

καὶ εἰ γε M *& si liceret ut infinitiui, se parari alienari ad uerbũ sustinuerim, refetantur.*

discrucior, ait: ⌜ac si diceret, uellem ⌟ab eo choro separari, atq; alienari, q Christũ circundat, nõ ab ipsius amore. abest hoc. quãdoquidẽ pp amorẽ hæc faciebat. sed & illa fruitione & gloria priuari sustinuerim, ut ne dominus meus conuicio afficiatur, maleq; audiat, ut ne exaudiam eos, qui dicũt, quòd res ipsæ ueluti scena factæ sunt. aliis promisit, & aliis dedit. ex aliis genitus est, & alios saluos fecit. Iudæorum maioribus pollicitus est, illorum autem prole derelicta, eos qui ipsum nunquam agnouerant, in illorum bona introduxit. illi in legis meditatione, in prophetarum lectione laborarunt: & qui ab aris, & ab idolis nupertimè rediere, ij facti sunt illis superiores. ubi hæc prouidẽtiæ? ut ne igitur hæc, ait, de domino meo efferantur, quanquã iniustè efferũtur, & à cœlorum regno libens exciderem, & ab illa arcana gloria, tum aduersa omnia tolerarem, maximam omnium existimans consolationem mihi adfore, si amplius non audiam conuiciis eum affici, cuius amore tantopere ardeo. Quod si nondũ accipis, quod dictum est, cogitato, quòd parentes multi pro liberis hæc admisere, non recusantes ab illis separari, ut illos magis inclarescere uiderent, illorum existimationem reputãtes cõsuetudine sua suauiorem. sed quoniã procul ab hoc amore absumus, ne

A mus, ne animi quidem cogitatione dicta hæc complecti possumus. Sic enim quidã Pauli appellationẽ ne digni quidem sunt qui audiant, suntq; ab illius uehementia tam longè, tamq; procul distantes, ut illũ sentiant, hęc de temporaria morte dicere. quos equidem tantundem Paulum ignorare dixerim, quantũ cæcos radium solarem, seu uerius dicam, multò etiã plus. Qui enim per dies singulos moreretur, ac periculorum ueluti grãdinibus suppositis, dixisset: Quis
Sup. 8.g ⌜Christi habet Veronensis editio. nos separabit a dilectione⌝ dei? ⌜num afflictio? num angustia? num fames? num persecutio? nec contentus seculi huius rebus, sed supergressus cœlũ, & cœlum cœli, & angelos & archangelos, & omnia superiora circuncurrens, tum comprehẽdens simul præsentia, futura, ea quæ uideri, ea quę cogitari possunt, itèmque & molesta, & suauia, & quæ in utrisque, nihilque prorsus omittens, ⌜ac ne sic quidem satiatus, sed & aliam talem ac tantam creaturam non existẽtem supponens. is, obsecro, quo tandem modo, tanquam magnum quiddam post illa omnia proferẽs, mortis temporariæ mentionem faceret? non est ita,
B non est ita. quin potius lumbricorum in fimo latitantium eiusce modi opinio fuerit. nam si id diceret, quo modo anathema se ipsum à Christo esse preca retur? mors enim eiusmodi illum magis choro ei cõiungebat, cooptabatq;, qui Christum circũdat, tum efficiebat, ut gloria illa perfrueretur. Sed enim sunt nonnulli, qui & quæ hisce ridicula sunt magis, dicere sustinent. non enim mortem aiunt, sed donum Christi reconditum esse precabatur. Et quis hoc uel hominum admodum tenuium, ac supinorum non precatus fuerit? Quomodo autem pro suis ille cognatis hoc fieret? Itaque fabulis ac nugis omissis, neque enim ad hæc cõtradicere dignum fuerit, quemadmodum ne ad pueros quidem balbutientes, ad ipsam rursus dictionem redeamus, oblectati pelago dilectionis illius, ac liberè ubique natãtes, tum amoris eiusdem flammam immensam animo uersantes: seu potius quodcunque quis dixerit, nihil quod idoneum quidem fuerit, dixerit. etenim omni pelago latior, omni flamma uehementior erat hæc dilectio, ac nulla illam pro dignitate dictabit oratio, sed ille
C solus eam nouerit, quisquis eadem exactè præditus fuerit. Agè itaque rursus ipsa uerba in medium adducamus. *Optarim anathema esse ipse ego.* Quid est, ipse ego? qui omnium magister sum effectus, qui officia, meritaq; infinita coegi, qui coronas infinitas expecto, qui sic illum amo, ut meus erga illum amor mihi sit rebus omnib⁹ antiquior, qui quotidie propter illum uror, qui omnia duco ⌜secunda esse, præ
⌜posthabẽda esse amori. amore, ⌟quem erga illum habeo. neque enim curæ illi erat à Christo solùm amari, sed & illum magnopere amare, hocque in primis curabat. propter hoc enim ad hoc respiciebat solùm, atque omnia facilè ferebat. Vnum enim per omnia considerabat, nempe quomodo pulchrum hunc amorem expleret. & precatur quidem hæc. Cum uerò res non sic se habitura esset, neque futurum erat, ut anathema fieret: de reliquo tentat, & ad criminationum defensionẽ descẽdere, & quæ rumore omnium iactitata essent, ea in medium prolata subuertere. atque antequam ad apertam horum defensionem descendat, ipsius semina ac fundamenta iam hinc iacit. nam cum dicit, *Quorum adoptio & gloria, & legis constitutio, & cultus, & promissiones:* aliud ait nihil, q̃ deum uoluisse ilD los quidem seruare. atque hoc palàm fecit per ea, q̃ antea fecit, per ea per quę Christus ex illis extitit, per ea, quę patribus promisit. illi autem à propria ingratitudine, atque improbitate beneficentiam repulerunt. Itaque & illa ponit, non quę illorũ laudes sunt, sed quæ dei donum solummodo arguunt. Etenim ipsa adoptio ab eadem gratia manauit, & gloria, & promisiones, & lex. quę ipsa omnia dum excogitasset, secumq; reputasset, quale, quantumq; deus unà cum filio suo studium pro illorum salute impendisset, inclamauit magnũ, ac dixit: *Qui est benedictus in secula seculorum, Amen.* unigenito dei filio referẽs pro omnibus gratiarum actionem. Quid enim si & alij blasphemãt, ait? cum nos qui illius arcana nouimus, & immensam sapientiam, & prouidẽtiam multam, apertè sciamus, illum dignum esse, non qui blasphemetur, sed qui glorificetur. non contentus aũt conscientia ipse sua Paulus, tentat & deinceps ratiocinationem adhibere, ac uehementiore uti contra illos oratione. nec prius in illos inuehitur, q̃ illorum suspicionem circunciderit, ademeritq;. ut ne enim uideatur tãquam cum hostibus uerba facere, progressus E
Inf.10.a ait: Fratres uoluntas quidem cordis mei, & obsecratio apud deum pro ipsis est ad salutem. Et hic item unà cum alijs, quæ dixit, ita orationem præparauit, atq; adstruxit, quæ cõtra illos dicturus erat, ut ne ea hostili animo dicere uideatur. Idcirco ne cognatos quidem illos ac fratres appellare recusat. Etsi enim quę dixit, ea propter Christum dixit, tamen illorum animum sibi cõciliat. & uerbis suis uiam munit, seq; omni suspicione liberat, pp ea quæ contra illos dicẽ da sunt, ac tum demum ad eum sermonẽ descẽdit, qui ab omnibus in quęstionem uertebatur. Etenim quærebãt permulti (quemadmodũ prius dixi) quãobrem qui promisionem accepissent, ij ab ea excidisset: qui aũt eam nũquam audiissent, ij ante illos salui effecti essent. Hanc igitur soluens dubitationẽ, ante obiectionem solutionem adducit. ut ne enim quis dicat, quid? tibi maiori curæ est dei gloria, quã illi sua ipsius? num ille tuo subsidio indiget, ut ne ipsius sermo excidat? contra hæc stans ait: Hæc dixi, non scilicet, quòd sermo dei exciderit, sed ut ostendam amorem erga deum. Etenim cũ sic res euene- F
rint, ⌜dubij nobis non sunt, ait, sermones ij, q de deo circunferuntur, nec hæsitamus ostendere, ⌟quòd ipsa dei promisio firma est. quo pacto igitur firma est? Dixit Deus Abrahæ: Tibi & semini tuo terrã dabo, & in semine tuo benedicentur oẽs gentes. Videamus igitur quale sit semen, ait. non enim oẽs qui ex eo sunt, ij semen ipsius sunt. Itaq; ait: *Non enim omnes qui sunt ex Israel, ij sunt Israel. neq; quia sunt semen Abrahæ, omnes filij.* Si igitur cognoueris, quòdnã sit semen Abrahæ, uidebis datam esse promisionem semini ipsius, & cognosces, quòd non exciderit sermo. Quòdnã igitur est, obsecro, semen? non ego, inquit, dico, sed ipsa lex uetus exponit, ita dicẽs: In Isaac uocabitur tibi semen. quid est, in Isaac? exponito. hoc est, *Non filij carnis, ij filij dei: sed qui sunt filij promissionis, ij recensentur in semen.* Ac uide Pauli prudentiam, animiq; magnitudinem. nam dum exponit, nõ ait, ⌜quod qui filij sunt carnis, ij filij sint Abrahæ, sed qui dei filij sunt, ⌟uetera cum præsenti connectens, ostẽdensq; quòd ne Isaac quidem simpliciter Abrahæ filius fuerit. Quod porrò ait, eiusmodi est, Qui cunq; secundum Isaac geniti sunt, ij filij dei sunt, & semen

⌜non destituimur sermonibus quibus pro deo respõdeamus & ostendamus. *Gen.12.b* *Ibid.21.b* *⌜non qui filij sunt carnis, ij filij Abrahæ, sed filij dei.*

G Abrahæ.propterea enim dixit:In Isaac uocabitur tibi semen:ut intelligas quòd qui hoc modo generantur,uidelicet secũdũ quem ipse Isaac, ij maximè sunt semẽ Abrahæ.quo igitur Isaac generatus est modo? non secundum legem naturæ, neq; secundum potestatem carnis, sed secũdum potestatem promissionis? *In tẽpore hoc ueniam ad te, & erit Sarræ filius.* Hæc igitur promissio, & dei uerbum hoc, ipsum Isaac effinxit, & genuit. quid enim si & uulua suberat, & matrix mulieris? sed ipsum promissionis robur filiũ peperit. sic & nos generamur per uerba dei. nam in ipso aquarum lauacro uerba dei sunt, quæ nos generant atq; effingunt. In patris enim nomen, & filij, & spiritus sancti baptizati generamur. Hæc porrò non naturę generatio, sed promissionis dei. Quemadmodum enim Isaac generationem dum prædixit, tum ipsam expleuit: sic & nostram multis antè temporibus prædixit, per prophetas omnes, ac postea ad opus eduxit. Vides quantam rem demõstrauerit, & ut magnum quiddam dum promisisset, illud ipsum omni cum facilitate adstruxerit? Quòd si Iudæi dicent uerba hæc, In Isaac uocabitur tibi semen, id ipsum esse, omnes uidelicet, qui ex Isaac generãtur, ipsi Abrahæ imputari semen, oportebat & [Iudæos, & omnes qui ab illo descenderunt, filios illius uocari. nam Esau illorum progenitor, filius fuit Isaac. nunc uerò non solùm non uocantur filij, sed & ualde sunt alieni. uides ut non qui carnis filij sunt, ij dei filij sint, sed in ipsa etiã natura generatio, quæ per baptisma existit, iam inde ab initio expressa sit? quòd si mihi matricem allegas, possum & ego aquã allegare. sed quemadmodum hic res tota spiritus est, sic & illic promissionis. nam matrix, unda frigidior fuit, propter sterilitatem], ac senectutem. Exactissimè igitur perdiscamus quænam nostra sit nobilitas, uitamq; exhibeamus illa dignam. neq; enim habet quicquã quod carnale sit, ac terrestre. Igitur ne ipsi quidẽ nos quicquam, quod tale sit, habeamus. neq; enim somnus, neq; uoluntas carnis, neque complexus, neque desiderij stimulus, sed dei benignitas rem totam peregit. ac quemadmodum illic ætas desperata cum iam esset, sic & hic peccatorũ senectus cum ingruisset, repentè nouus redijt homo, omnesq; filij dei effecti sumus, & semen Abrahę. *Non solùm autem hoc, sed & Rebecca ex uno conceperat Isaac patre nostro.* Magnũ quiddam erat, quod in quæstionem ueniebat. Itaq; & multas mouet rationes, undique dubitationem soluere conatus. Nam si mirabile ac nouũ, illos post tot, tantasq; promissiones, excidisse: multò certè mirabilius, nos in illorum bona ingressos fuisse, qui uidelicet tale expectauissemus nihil. ac similiter euenit, ut si regis alicuius filius, cui principatus successio promissa foret, in obscurorum, uiliumq; hominum ordinem cogeretur, atque illius loco quispiam iudicio damnatus, scelerum infinitorum sordibus refertus, è carcere exactus, principatum accipiat ad illum pertinẽtem. quid enim, inquit, allegare possis? quòd ille filius principatu indignus? sed & hic quoque indignus, & multò magis. igitur conueniens erat, aut simul pœna affligi, aut simul honore affici. Talis sanè res & in Gentibus & in Iudæis accidit, atq; adeò multò etiam hac incredibilior. ac quòd omnes quidem indigni, declarauit in superioribus, cum dixit: Omnes quidem peccauerũt, & priuãtur gloria dei.

H

[*fortè Idumæos legẽdum ab Edom qui & Esau. & regio etiã quæ Edõ hebraice* ιδουμαία *græce dicitur. Idumæorũ autem terra, repromissionis terræ aduersaria erat. Hiero. in prin. Abdiæ*

Quod autem nouum, id est, quòd omnes indigni cum essent, Gentes solæ seruatæ sint. Cum his porrò & aliud rursus, inquis, dubitauerit quispiam: Si enim deus promissiones illis suas expleturus non erat, quamobrem promittebat? Etenim homines, ut qui uidelicet quid futurum sit, non norunt: errore aliquo ducti identidem uel indignis munera promittunt sua. at uerò qui & præsentia & futura prouidit, probeq; nouit fore, ut quibus promittit, ij sese promissionibus indignos reddent, ac propterea nihil prorsus capiẽt eorum, quæ promissa fuerint: quã tandem ob rem is promittit? Quo igitur modo hęc soluit Paulus? ostendendo uidelicet, quisnã sit Israel, cui promiserit. hoc enim ostẽso, & illud item simul ostensum est: quòd uidelicet impletæ sint promissiones omnes. quod sanè sentiens dixit: *Nõ enim omnes, qui sunt ex Israel sunt Israel.* propterea ne Iacob quidem nomẽ posuit, sed Israel. quod quidem signum erat uirtutis iusti, & doni cœlitus dati, tum autẽ dei coràm ab illo uisi quanquam ait, oẽs peccauerunt, & priuantur gloria dei. si igitur omnes peccauerũt, quo tandem pacto alij quidem seruati sunt, alij autem perditi? nempe quòd non omnes accedere uoluerunt. nam, quod quidem ad illum spectat, salui omnes effecti sunt, etenim uocati sunt oẽs. Veruntamen hoc nunc non ponit, sed ex abundanti illud soluit, atq; alijs ab exemplis, aliam quæstionem proponens, & quemadmodum in superioribus, maximã dubitationem per aliam soluit dubitationem. Cum enim hæc quæstio mota esset, quí fit ut Christo iusto effecto, omnes eandem illam iustitiam adepti sint? Adæ factum introduxit, dicens: Si enim unius peccato mors regnauit, multò magis qui gratiæ exuberantiã accepere, in uita regnabunt: atq; argumentum ad Adam spectans non soluit, suum autem ex illo soluit, ostenditq; maiorem in se rationem habere, quòd qui pro illis mortuus sit, illorum potestatẽ pro libito habeat. Nam quòd omnes puniantur, ob id, quòd unus peccauerit, multis non admodum ratione esse consentaneum uidetur: quòd autem unò rectè faciente omnes iustificentur, id uerò & rationi consentaneum fuerit, & deo conueniens magis. Veruntamen dubium illud non soluit. nam id quantò M obscurius manebat, eo Iudæus ipse os obserabatur magis. atque huius dubitatio ad illud transibat, & apertius hoc illinc redditur. Sic itaq; & hoc loco, ex alijs quæ in dubitationem ueniunt, soluit quæstiones. aduersus enim Iudæos certamẽ illi erat. quamobrem ea quidem exempla, quę proposuit, non admodum soluit. neq; enim ijs obnoxius erat, ut in pugna aduersus Iudæos susceptа: quæ autem sua sunt, ea omnia ex illis apertiora facit. Quid enim admiraris, ait, quòd ex Iudæis, alij seruati quidem sunt, alij autem non seruati sunt? Etenim ab initio hoc in patriarchis factum uidere quis possit. Cur enim Isaac solus semen uocatur, quanquã hic & Ismael, & aliorum pluriũ pater fuit? at à serua matre fuit, inquies. & quid hoc ad patrem? Veruntamen nihil contendo. eiiciatur hic propter matrem. quid dixerimus de ijs, qui à Chettura geniti sunt, num liberi, & ex libera? Quamobrem non easdem cum Isaac prærogatiuas, nõ eosdem sunt honores sortiti? Et quid de his loquor? Rebecca. n. uel sola Isaac mulier fuit, duósque filios enixa, utrunque ex Isaac peperit. sed tamen qui uno, eodemq; patre geniti fuere, ab eadem

K item matre nati, eaſdem parturigines soluẽre: simul eundem patrem, simul eãdem matrem sortiti, adde etiam gemelli iidem qui fuere, ij non eandem sortẽ adepti sunt: quanquã hoc loco matris seruitutẽ incusare non potes, ut in ipso Ismaël. neque hunc quidẽ ex hac, illum autem ex alia matrice natum esse, quẽadmodum in Chettura, & in Sarra, quando & eandem parturiginum horam cõmunẽ inter se habuere. Propterea & Paulus tãquã ad manifestius egressus exemplũ: non solũ autẽ, ait, in Isaac hoc euenit, sed in Rebecca, quæ ex uno conceperat Isaac patre nostro. *Nondũ. n. geniti cum essent, nullo dum ab illis uel bono uel malo opere facto, ut iuxta electionẽ dei propositio maneret, non ab operibus, sed à uocante, dictũ est illis. Maior seruiet minori. quemadmodum scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Qua igitur de causa hic qui dem amori, ille autẽ odio habitus erat? qua de causa hic seruiebat, ille autem imperabat? quoniam qui dem hic malus, ille autem bonus erat. quanquã illis nondum natis, alter quidem honorabatur, alter autem condemnabatur, adhuc enim nati cum non essent, dixerat deus, maior seruiet minori. Cur igitur hoc dixit deus? quòd non expectat quemadmodũ homo, à rerũ exitu uidere, quísnam bonus sit, quísnam item non talis, sed etiam antea nouit quísnam malus, & quis non talis: & hoc in Israëlitis usu uenit maiori cum miraculo. Quid enim loquor, ait, de Esau, & de Iacob: quorum ille malus erat, hic autẽ bonus? Nam in Israëlitis commune erat peccatum. omnes enim uitulum adorauerunt, sed tamen alij quidem misericordiam assecuti sunt, alij non. *Misebor enim cuiuscunq; misereor, & commiserabor quemcunque commiseror.* hoc ipsum & in his, qui puniuntur, uideas. Quid enim dixeris de Pharaone, qui punitus est, ac tantas luit pœnas? quòd durus erat, & inflexus. num igitur solus ipse, alius autẽ nemo? quo igitur pacto tã acerbè punitus est? quídnã aũt & in ipsis Iudæis, eũ, qui populus nõ esset, uocauit populum? & rursus, non omnes eodẽ honore dignatus est? Si enim fuerint, inquit, ut arena maris, reliquiæ saluæ erunt. & quamobrẽ reliquiæ solũ? Vides quanta dubitatione compleuit quæ proposita sunt? & id C quidem iure ac meritò. cum enim aduersarium in dubitationem coniicere licet, non statim solutionẽ adducito. nam si & ille uisus fuerit eidem ignorantiæ obnoxius, quid ipse pericula sustinens superuacanea? quid illum audaciorẽ reddis, negotij totius molem in te attrahens? Dicito enim mihi ô Iudæe qui ipse tot, tantasq; addubitas, & nihil tamen eorũ potes soluere: quo tãdem pacto super gentiũ uocatione nobis negotia facessis? atqui possum equidẽ iustã causam dicere, propter quã gentes iustificatæ sunt, Vos autẽ excidistis. quęnã igitur causa? Quòd illi quidem à fide, uos autem tanquam ex operibus legis: & hac ratione in contentionẽ acti, proditi undique estis. Ignorantes enim dei iustitiã, & propriã iustitiam quærentes stabilire, iustitiæ dei non subditi sunt. Loci igitur totius solutio, ut summatim rẽ to tam comprehendã, sic à beata illa anima profertur. ut autem apertiora hæc fiant, examẽ per singula dicta faciamus, illud edocti, beati eiusdem Pauli studium in hoc potissimum uersari, ut per ea quæ dicit omnia, doceat, deũ unum esse, qui dignos nouerit: hominum autem neminem, ut etiam ualde nosse uideatur: nam sæpenumero intercidit, ac fallitur humanum iudiciũ. qui enim cogitationis arcana solus D nouit, is apertè nouit, quinam digni sunt, qui coronas, reportẽt, qui rursus pœnam, ac suppliciũ mereã tur. quo sanè nomine complures ille coarguit, puniuitq;, qui hominum opinione boni esse putabãtur: rursus idem ille permultos coronauit, malos ab hominibus existimatos, hac ratione declarans, illos minimè tales fuisse, non à uulgi sententia, sed ab exacto, incorruptoq; iudicio calculum ferens: neque expectans à rerum ipsarum exitu dignoscere, quis bonus, quis item non talis sit. ueruntamẽ ut ne rursus obscuriorem reddamus orationem, ad ipsa uerba Apostolica accedamus. *Non solum autem hoc, sed & Rebecca ex uno conceperat.* Poteram quidem, ait, & de Chetturæ filijs loqui, sed de his minimè loquor. Verũ ut tanquam ex abundanti ratione uictoriam reportemus, ex uno patre, ex una item matre natos *Gen.21.b* in medium produco. Etenim à Rebecca uterque natus erat, & ab Isaac legitimo filio, probato, eodẽq; ante alios omnes honorato, de quo dixit: In Isaac uocabitur tibi semẽ, qui noster omnium pater fuit. quòd si ille noster pater, & eos item, qui ab illo orti E sunt, patres oportebat esse: sed non fuerunt. Vides ut non in Abraham hoc solũ contingit, sed & in ipsius filio? & ubique fides, ubique uirtus est, quæ elucet, quęq; exactam exprimit cognitionẽ? hinc enim cognoscimus, quòd non modo ob genituræ modum, sed ob id demum quòd digni sint uirtute patris, filij uocantur illius filii. nam si genituræ modus spectaretur tantùm, cõueniens erat, ut & Esau eadem illa assequeretur, quę est assecutus Iacob. etenim & hic quoque à uulua effœta erat, & sterilis erat illius mater, sed non hoc solũ est, quod in quæstionem uenit, sed ipsa uoluntas, quæ quidem non uulgariter nobis ad uitæ institutionem conducit. nec dicit, quandoquidem hic bonus, ille autem malus, idcirco in honoribus assequendis præpositus est, ut ne illi statim hoc obsisteret, Quid? boni ij fuere, qui à gentibus potius, quàm qui à circũcisione? etsi enim ita habebat rei ipsius ueritas, tamẽ nõdũ hoc ponit. inuidiosius enim uidebatur. sed in dei cognitionem rem totã reiecit, cum qua depugnare nullus audeat, ne si ualde quidem insaniat. nondum F enim genitis illis ait, dictum est illi, Maior seruiet minori: ac declarat nobilitatem eam, quã caro affert, nihil prodesse, sed animæ uirtutem quærẽdam esse, quam uel ante ipsa opera deus nouit. nõdum enim natis pueris, ait, cùm neq; boni quippiam fecissent neque mali, ut secundum electionem propositum dei maneret, dictum est illi, Maior seruiet minori. hoc enim præscientiæ est, ab ipsorum uidelicet partu electionem facere. ut appareat, inquit, dei electio secundum præscientiam facta. à primo. n. die bonum, & eum itẽ qui talis nõ est, & nouit, & pronunciauit. Ne igitur mihi dixeris, legem te legisse, ac prophetas, & tam multum temporis seruiuisse. qui enim animam probare nouit, is nouit etiã quis dignus sit saluus fieri. Cede igitur incõprehensibili electionis iudicio: etenim solus ille exactè nouit coronare. Quàm multi ergo Matthæo meliores esse uidebantur, ab apparenti operum argumento? Verũ qui arcana nouit, quíq; cogitationis aptitudinem probare potest, is & in cœno margaritam iacentem nouit. omissisq; alijs, admiratus huiꝰ pulchritudinẽ, illum elegit. uoluntatisq; nobilitati suam cũ adiun-

Gxisset gratiam, probatum illũ esse pronunciauit. Si. n. artib⁹ his in fragilibus, cęterisq; omnibus in rebus, qui iudicare ualent, ij non ab ijs argumentis, per q̃ imperiti calculũ ferunt, quæ proposita sibi sunt, eligunt: sed ab ijs quæ probè ipsi norũt, quòd que imperiti probarunt, identidem improbant, quod improbarunt, sua probant sententia. Et equorũ item domitores hoc idem perfæpe in equis factitant, & qui lapidum pretiosorum iudices sunt, & qui cæterarum artiũ opifices: multò magis benignus deus, ipsa immensa sapientia, qui solus omnia apertè nouit, non sustinebit hominũ opiniones, sed à propria sapientia, & ea exacta, atque incorrupta de omnib⁹ calculum ferat. propterea sanè publicanum elegit, & latronem, & meretricẽ: sacerdotes autem, & senes & magistratus improbauit & eiecit. Hoc & i martyribus usũ uenire uideas. Multi igitur, ex ijs, qui ualde abiecti erant, certaminum tempore corona sunt donati, è diuerso, qui magnorum uirorum apud multos opinionem habuerunt, supplantati, prolapsiq; sunt. Ne igitur ad reddendæ rationis calculos opificem aduoces. neque dicas, Quamobrem hic corona donatus, ille autem supplicio affectus est? nouit
Mala. 1.a enim exactè hæc præstare. Itaque dixit: *Iacob dilexi, Esau uerò odio habui.* Nam quòd id iustè ac merito, tu quidem ab ipso exitu nouisti, ille autem & ante exitum apertè nouerat. neque enim operũ probationẽ quærit solũ deus, sed & uoluntatis nobilitatem, ac probam gratamq; mentem. quisquis enim talis fuerit, quanuis casu, circunuentusq; aliquo peccauerit, actũtum ad se rediẽs, se sibi restituet. quanuis in uitio fortè aliquo commoratus fuerit, nõ negligetur, sed illũ euestigiò reuocabit, qui omnia nouit deus. quemadmodũ qui mente corrupta præditus est, ut etiam uisus sit bonũ aliquod facere, in ipso opere, unà cum mala sua mente, peribit. quãdo & ipse Dauid uel cæde, adulterioq; admisso, quod uidelicet ea patrasset, à casu aliquo circũuentus, nõ à meditatione, exercitationeq; uitiositatis correptus, confestim peccata ea absterſit. At Pharisæus nihil horum scelerum cum perpetrasset, sed aliis sese bonis uendi tans insolescret, praua uoluntate omnia perdidit. *Quid igitur dicemus, num iniustitia apud deum? absit.* Igi
I tur neq; in nobis, & in Iudæis. Deinde inducit aliud
Exo. 33.d hoc ipso obscurius. & quòdnam? Nam Mosi dicit: *Miserebor cuiuscunque, misereor, & commiserabor quemcunque commiseror.* Ac rursus auget obiectionẽ, illam mediam abrumpens, ac soluens, & aliam rursus dubitationem mouẽs. ut autem quod dicimus apertius fiat, explanare illud necessarium est. Dixit deus, iuquit, Maior seruiet minori ante ipsum partũ. Quid igitur, num iniustus deus? nequaquam. igitur audi & quæ deinceps sequuntur. illic enim tum uirtus, tũ uitium, rei discrimen fecerint: hic autem unum erat peccatum cunctorum Iudæorũ, peccatum, inquã, uituli factitij. & tamen alij quidem puniti, alii autem non puniti sunt. Itaque dixit: Miserebor cuiuscunq; misereor, & commiserabor quẽcunque commiseror. neque enim tuum est scire ô Moses, qui potissimum digni sint benignitate, sed mihi hoc concedito. Quod si Mosis non erat scire, multò minus nostrum fuerit. propterea enim simpliciter non posuit. quod dictũ est, sed ad quẽ uerba faceret, meminit: ait enim, Mosi dicit, ut ipsa personæ dignitate cõtra dicentem pudefaciat. dicta igitur dubitationũ solu-
K tione, orationem mediã abrumpit, rursus aliam ob iectionem introducens, ac dicens: *Itaque non uolentis est, neque currentis, sed miserẽtis dei. Dicit enim scriptura Pharaoni, In hoc ipsum te excitaui ut ostendam in te potentiã meam, & ut annuncietur nomen meum in uniuersa terra.* Quemadmodũ. n. illic ait, alij quidem salui effecti sunt, alij autẽ puniti: sic & hoc loco, idẽ hic in ipsum hoc asseruabatur. deinde rursus obiectionẽ inducit: *Itaque cui uult, miseretur: quem autem uult, indurat. dices ergo mihi, Quid adhuc conqueritur? Nam uoluntati illius quis restitit?* Vides ut studuerit illud oibus modis dubium reddere, nec statim solutionẽ affert, ex usũ & hoc faciens, sed scisciranti os primũ obturat, his uerbis: *Atqui ô homo, tu quis es, qui ex aduerso respõdens deo?* Hoc autem facit intempestiuam, nimiamq; illius curiositatem compescens, frænoq; adhibito, eundem docens, scire, quid deus, quid aũt homo, ut incomprehensibilis illius sit prouidentia, ut nostram exuperans cogitationem, ut omnes parere illi oporteat. ut cum hoc adstruxerit apud audi torem, & cõpescuerit mollieritq; animum, tum demum magna cum facilitate solutionem afferens illi plausibile, atque acceptabile dictũ suum reddat. L
Nec dicit, fieri nõ posse, ut q̃ sunt eiusmodi, soluãtur, sed quid? iniquum esse eiusmodi scisciтari. parere enim dei dictis oportet, nõ curiosè de illis scisciтari, ut etiam illorum rationẽ ignoremus. Iccirco ait, Tu quis es, qui ex aduerso respondes deo? Vides ut attenuauerit, ut deiecerit fastum? tu qs es? particeps ne es principatus? immo uerò iudex deo assides? nã ad illum collatus ne esse quidem aliquid potes. non hoc, aut illud: sed ne esse quidem quicquam. cum n. dicit quis es, te multò ostendit minus esse, quàm si diceret, nihil es. & alioqui maiorem declarat indignationem ab ipsa interrogatione, nec dixit: Tu qs es, qui deo respondes? sed, qui ex aduerso respondes? hoc est, qui contradicis, qui resistis. dicere enim sic oportebat, & non sic oportebat, eius est, qui ex aduerso respondet. uides ut terruerit, ut perstrinxerit, ut illos eò adduxerit, ut tremerent potius, quàm scisciтarentur, & curiosè indagarent? Hoc ipsum opti mi præceptoris officium est, discipulorum appetitionem, ac desiderium non ubiq; sequi: sed illos ad id quod ipse uult deducere, spinasq; reuellere, ac tũ
M sementẽ facere, neque statim ad interrogata ubique
Nũ. 24.b respondere. *Num dicet figmẽtũ ei, qui finxit, cur me finxisti ad hunc modũ? An non habet potestatẽ figulus luti, ut ex eadem massa fingat aliud quidẽ uas in honorẽ, aliud uerò in ignominiam?* Hoc loco nõ liberũ arbitrium tol lens hoc dicit. Verum ostendit quoſque deo parendum sit. Nam in exigenda à deo ratione perinde affici oportet, ut ipsum lutum. neque enim solùm te non oportet contradicere, aut quærere, sed ne loqui quidem prorsus, aut cogitare, sed similem esse rei illi inanimi, quæ figuli manus subsequitur, quæ q̃ circumagitur, quacunque ille uoluerit, ad hoc enim solum, exemplum sumpsit, nõ ad uitæ probationẽ, se ad subditam obedientiam, ac taciturnitatẽ: estq; id ubique obseruandum, quòd ipsa exempla non omnia oporteat in uniuersum assumere, sed selecto eo, quod in illis utile est, ac cuius gratia usurpata ea sunt, quod reliquum fuerit, id totum missum facere nos oportet. Quemadmodum igitur cum ait, Colla psus ut leo sopitus est: qd inexpugnabile ac terribi le est, excerpimus, non quod ferinũ, aut siquid aliud

A leoni conuenit. ac rursus quum ait, Occurrã illis tanquam ursa saddubitãs: quod ad ultionem pertinet.
Ose. 13.b. & quũ ait, Deus noster ignis absumens: quod consumit, à supplicio uidelicet manans: Ita & hic lutum, &
γαστρουμένῳ, cibo indigens. figulum, & uasa desumere necesse est. ac quum indu
Deu. 4.d. cit ac dicit: An nõ habet potestatem figulus luti, ut ex eadem massa fingat aliud quidem uas in honorẽ, aliud uerò in ignominiam? Caue ad opificij rationẽ existimes hæc à Paulo dicta fuisse, aut sententiæ necessitatẽ, sed ad œconomiarum potestatem, ac differentiam. nam nisi ita acceperimus, multa absurda sequẽtur. Etenim si de animi sentẽtia hoc loco sermo habetur, & bonorum, & nõ bonorũ erit ille opifex, uidebiturq; tum homo extra omnẽ culpam esse, tũ Paulus ipse, qui ubiq; ipsam uoluntatẽ coronat, hac ratione secum ipse depugnare. hìc igitur aliud nihil agere uult, quã ut persuadeat auditori, ut maximopere, ac supra quàm dici possit, deo pareat, nulláque de re ab eo rationẽ exigat. Quemadmodum enim
B figulus, ait, ex eadem massa, quæ uult, uasa facit, ac nullus cõtradicit: ita & hic eodẽ ex hominũ genere, alios quidẽ supplicio, alios autẽ honore dum afficit, ne curiosus, solicitusq; sis causæ perueſtigator, sed hunc adorato tantũ, & lutũ imitare. ac queadmodũ illud figuli manus sequitur: sic & tu sententiam eius, qui hæc dispensat. nihil enim temerè, nec fortuitò facit, ut etiam ignores sapientiæ arcanum. Tu porrò si gulo permittis, ut massa ex eadem, dissimilia, ac differẽtia uasa fingat, nec uitio uertis. A deo autem rationem exigis tum suppliciorum, tum honorũ? nec concedis, ut sciat ipse, quis dignus, quis rursus indignus sit? sed quoniã eadem massa eiusdẽ substantiæ est, tu
τὰς αὐτὰς cum Budæo τῆς αὐτῆς legẽdum puto ut sensus sit, Tute uolũtates eiusdẽ cẽses dignitatis esse? tes easdem uoluntates censes dignas esse? quãtam, quæso, hęc insaniam arguunt? Atqui ne in figulo qui dem est, ut ex eadem massa prodeat & quod honoratũ, & quod ignominiosum est, sed ab eorũ est usu, qui uasa pertractant: quemadmodum & hìc, à uolũtate. Veruntamen quod prius dixi, in unum hoc solũ accipiẽdum est ipsum exemplum. quòd uidelicet nõ oportet deo contradicere. quin potius incomprehẽsibili illius sapientiæ concedere. nam exempla oportet maiora esse proposítis, iisq;, pro quibus ea in medium adducũtur, & quidẽ ut auditorem magis afficiant. nam nisi maiora essent, maioremq; haberent hyperbolen, ea non quemadmodum oportet, cõtra dicentẽ perstringere, ac pudefacere possent. Proinde importunam illorum contentionem ita obturauit cõueniẽti cũ hyperbole. adducit autem deinceps & solutionẽ. quæ igitur solutio? *Quòd si deus uolens ostẽdere iram, & notã facere potentiã suam, tulit multa animi lenitate uasa iræ apparata in interitũ, & ut notas faceret diuitias gloriæ suæ erga uasa misericordiæ, quæ præparauerat in gloriã, quos et uocauit, nimirũ nos, nõ solũ ex Iudæis, uerũ etiam ex gentibus.* Quod autem ait, eiusmodi est: Vas iræ erat Pharao, hoc est homo, dei irã accendẽs per suã duritiã. dei enim lenitatem ingentem nactus, melior nequaquam euadebat, sed incorrectus manebat: itaq; illum non solũ iræ uas uocauit, sed & ad perditionẽ præparatũ, hoc est apparatũ, à se quidem, & suopte ingenio. neq; enim deus quicquã præ termisit eorum, quæ ad illius correctionem, emẽdationemq; facerent: neq; ille quicquã omisit eorum, quæ ipsum perderent, omniq; uenia priuarent. sed tamen hæc deus quum probè nosset, tulit multa cũ lenitate, uolẽs ipsum ad pœnitentiã adducere. si enim
D hoc noluisset, ne lenitatem quidem tantam exhibuisset: ubi autem noluit ille lenitate ad pœnitentiã uti, sed se ipse ad iram præparauit, usus est illo deus ad aliorum correctionẽ, per supplicij genus, quo illum affecit, cùm alios ad uirtutis studia addictiores, intẽtioresq; reddens, tum suam ipsius potentiam hac ratione spectatam faciens. Quòd. n. non uult deus sic suum robur innotescere, sed aliter, nempe per beneficentiam, liberalitatemq; erga nos suam: id uerò modis omnibus, iã inde ab initio, declarauit. Nã si Pau- *2. Co. 15.c*
lus non sic uult apparere potens, nõ enim, ait, ut nos probati uideamur, sed ut uos bonũ faciatis: multò minus deus. At uerò posteaquam prolixa uteretur lenitate, ut illum ad pœnitentiam adduceret, illum autem non pœniteret: tulit illum ad multum tempus, simul quidem suam declarans bonitatem, simul autem & potentiã, nisi uellet ille lucrum aliquod facere à multa hac lenitate, ac tolerãtia. Ergo quemadmodum sumpto de eo, qui incorrectus permãserat supplicio, potentiã ostendit suã: ita plerosq; peccatores ad pœnitentiã reuersos miseratus, benignitatẽ nobis suam spectatam, probatamq; reddidit. nec dixit, benignitatẽ: sed, gloriã, ostendens uidelicet, quod hoc E
ipsum maximè gloria dei est, quodq; ea curæ ac studio illi in primis est. quũ autẽ ait, Quæ præparauit in gloriam, non dei rem totam esse ait. quando quidẽ si hoc esset, nihil esset, quod omnes saluos fieri prohiberet. sed rursus illius præscientiam declarat, Iudæorumq; ac gentium differentiam tollit. neq; uero paruam hinc sermoni suo rursus defensionẽ adstruit. neque enim solũ in Iudæorum gẽte, alij quidem perire, alij autem salui sunt effecti, sed & in ipsis item gentibus id usu uenit. itaq; non dicit, omnes gentes: sed, ex gentibus: neq; Iudæos omnes: sed, ex Iudęis. Quẽ admodũ igitur Pharao uas iræ effectus est, à sua iniquitate: ita & hi uasa misericordiæ à sua probitate, gratoq; erga deũ animo. quanquã enim quod plus est in re, ipsius dei est: tamẽ & ipsi etiã paruulũ quiddam attulerunt. quapropter non dixit, uasa rectè factorũ, neq; uasa fiduciæ: sed, uasa misericordię, ostendens rem totam dei esse. nam illud, Non uolentis, neque currentis, etsi in obiectionis ordine, ac loco dictũ est, tamẽ à Paulo dictũ, nullã affert dubitationẽ. quum enim dicit, Non uolentis, neq; currentis, libertatem non tollit: sed ostendit rem totam nõ illius esF
se, sed superna indigere gratia. opus est enim & uelle. & currere: considere autẽ nõ propriis laboribus, sed
1. Co. 15.b dei benignitati. quod & alibi ait: Non ego autẽ, sed dei gratia, quæ mecum est. ac rectè dixit: Quæ prępararat in gloriam. quãdoquidem enim id exprobrabant, quòd gratia salui essent effecti, sicq; pudore illos afficere putabant, ex rationibus, q̃ illi permultæ supererant, tollit suspicionẽ. Si enim deo res ipsa gloriam attulit, multò magis illis, per quos deus glorificatus est. Considera porrò illius probitatẽ ac sapientiam infinitã, nam quum posset, de iis, qui supplicio adficiuntur agens, non Pharaonem, sed eos, qui ex Iudæis peccauissent, proferre, atq; hac ratione orationẽ apertiorẽ reddere, tum ostendere, quod ubi iidẽ parentes, ubi eadẽ peccata, alij quidẽ perierint, alij autem misericordia donati fuerint, sicq; persuadere nõ amplius dubitandũ esse, si ex gentibus quoq; nonnulli salui effecti essent, Iudęis perditis: sed id Paulus quũ posset, tamẽ ut ne orationem inuidiosam redderet, supplicij quidem argumentum ac probationẽ à bar-

G baro profert, ut ne illos uidelicet iræ uasa appellare cogatur: eos autem qui misericordiam assecuti sunt, à Iudæorum populo assumit, quãquam, quod satis est, pro deo defensione utitur. quòd is uidelicet quũ intellexisset illum admodũ seipsum præparantẽ uas perditionis, tamẽ sua officia contulerit: tolerãtiam, lenitatem, nec simpliciter lenitatem, sed multã lenitatem, nec in Iudæis quidẽ id argumenti uoluit exercere unde ergo alij quidem uasa irę, alii autem misericordiæ? à propria uoluntate. Deus autẽ admodũ bonus quum sit, in utrisq; eandem ostẽdit bonitatẽ. etenim nõ eos modò, quos seruabat, miseratus est, sed & Pharaonẽ ipsum, quantũ quidẽ in ipso fuit. eãdem enim lenitatem & illi, & hic sunt assecuti. qui si seruatus minimè fuit, rei totius culpa ab illius animo accidit: nam dei partes atque officia nihilominus accepit, quàm qui seruati sunt. Solutione igitur ad propositam quæstionem reddita, & quidẽ per res ipsas ut & aliunde fidem sermoni magis conciliet, prophetas introducit, eadem multo antè tempore prædicẽtes. Etenim Osee inquit iã inde ab initio hæc scripsit, sic dicens: *Vocabo populum, qui meus non erat, populum* Osee.2.d.
H *meum: & eam, quæ dilecta non erat, dilectam*. Vt ne.n. dicerẽt, Imponis nobis per hęc uerba Paule, Osee testem citauit, clamãtem, ac dicentem, Vocabo populum, qui meus non erat, populum meum. quis enim nõ populus? gentes uidelicet. & quæ non dilecta? eædem rursus. sed tamen illos dixit & populum, & dilectam, & filios dei fore. *Ibi enim uocabuntur, inquit, filij, dei uiuentis.* Quòd si dixerint de Iudæis iis, qui crediderc, hoc dictũ fuisse, & ita quoq; sermonis ratio cõstat. Si.n. tãta in iis mutatio facta est, qui sese post tot, tantaq; beneficia accepta, ingratos exhibuerũt, abalienarunt, ac populus esse amiserunt: quid impedimẽto fuit, quò minus ij, qui nõ post acceptã necessitudinẽ, ac familiaritatẽ sese abalienassent, sed qui iã inde ab initio alieni, extraneiq; essent, uocarentur, & obedientes effecti, iisdẽ honoribus, ac præmiis digni haberẽtur? Quũ igitur Osee protulisset, hoc solo cõtentus non est, sed & Esaiam post illum introducit cõsentanea huic loquentẽ. *Esaias enim clamat, inquit, super Israel.* Hoc est, cum fiducia uociferatur, nec réformidat, dissimulátue. Quid igitur nos insimulatis,
I quum illi tuba clarius, hęc multo antè tẽpore clamãtes denũcient? Quid igitur illud est quod Esaias clamat? *Si fuerit numerus filiorum Israel, ut arena maris, reli-* Esa.10.f. & Osee. 1.d.
quiæ saluæ erunt. Vides ut ille etiam nõ omnes ait saluos fien, sed eos q salute digni sunt? Neq; enim multitudinẽ, ait, moror, neq; uereor genus sic effusum: sed illos salute dono tantũ, qui seipsi dignos præstãt: nec uerò temerè arenæ maris mentionem fecit, sed illos ueteris promissi cõmonefaciẽs, quo quidem se se indignos reddiderãt. Quid ergo tumultum cietis, tanquam promissio exciderit, quum prophetę oẽs declarẽt, nõ omnes saluos fieri? deinde & salutis modum dicit. Vides diligentiam propheticam & prudẽtiam apostolicam, quale testimonium induxit? quã ualde aptum? non enim solũ nobis declarat, quòd nonnulli sint, qui salui fiant, & nõ oẽs: sed &, ut salui erunt, addit. quo igitur pacto salui erũt? & quo modo illos deus beneficentia dignabitur? *Sermonẽ perficiens, & abbreuians cũ iustitia, quoniã sermonẽ abbreuiatum faciet dominus in terra.* Quod autẽ ait, hũc habet sensum: Non opus est circuitione, non laboribus, nõ afflictione ea, quę ab operibus legalibus existit, sed magno cũ compendio salus præstò erit. Tale enim K
est fides, in paucis uerbis habet salutẽ. Si enim cõfessus fueris, ait, in ore tuo dominũ Iesum, & credideris *Inf.10.b.*
in corde tuo, quòd deus illum excitauerit è mortuis saluus eris. Vides quid sit, sermonem abbreuiatũ facit dominus in terra? & qđ sanè mirum, id est, quòd uidelicet breuis hic sermo nõ salutem modò, sed & iustitiam attulit. *Et quemadmodũ prius dixit Esaias: Ni-* Esaiæ.1.b
si dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, ut Sodoma fa-
cti fuissemus, & Gomorrhæ assimilati fuissemus. Rursus hoc loco aliud qddã declarat, qđ uidelicet ne pauci quidẽ illi ex sẽ ipsi salui effecti fuerint. Etenim & hi quoq; periissent, & Sodomę casus illis accidisset, hoc est internecionẽ perpessi essent (etenim illi oẽs radicitus perierunt, nec ex se semen quod uis reliquerũt) & hi igitur ait, ut illi facti fuissent, nisi multa deus bonitate usus per fidẽ illos asseruasset. Hoc autem & in ea, quam sensserunt, expertiq; sunt, captiuitate factũ est. plures enim qui erant, abducti sunt ac perierũt: q autẽ pauci, salui effecti sunt soli. *Quid igitur dicemus,*
inquit? *Quòd gentes quæ nõ sectabãtur iustitiã, apprehẽderunt iustitiam.* Manifestissima iam hic solutio: *Iusti-*
tiam autẽ eam, quæ est ex fide. Contrà, *Israel qui sectaba-* L
tur legẽ iustitiæ, ad legẽ iustitiæ non peruenit. Posteaquã Hic sup.B
enim & ab operibus ostẽdit (non enim eẽs qui sunt ex Israel, sunt Israel) & à maioribus Iacob, & Esau, & à Prophetis Osee, & Esaia ualidissimã iducit solutionem, prius dubitatione per eũ adaucta. Etenim duo sunt, quæ in quęstionem ueniunt: Quòd uidelicet & gentes assecutæ sint, & non sectando assecutæ: hoc est, studiũ impendentes nullũ. ac rursus in Iudæorũ causa consimiliter dubia duo: quòd uidelicet Israel nõ est assecutus, & studiũ impẽdes nõ assecutus est. Itaq; dictionibus ipsis significãtius, expressiusq; usus est. neq;.n. dixit, iustitiam habuerunt: sed, apprehẽderunt. Quod enim maximè nouum, in opinatumq; est, id demum est, quòd qui sectabatur, nõ apprehẽdit: qui uerò minimè sectabatur, is apprehẽdit. Et qdem gratificari illis uidetur dicendo, qui sectabatur. posteà tamen letalem infert plagam. posteaquã.n. fortem potest inducere solutionẽ, nihil reformidat grauiorẽ obiectionem facere. propterea ne de fide quidẽ disputat, nec de ea iustitia, q̃ inde manat: sed ostendit ante ipsam fidẽ, uel in propriis factis uictos M
illos, atq; condemnatos. Tu siquidem, ô Iudæe, ait, ne eã quidẽ iustitiam, quæ ex lege esset, inuenisti: legem enim trãsgressus, & execrationi factus es obnoxius. Hi autem, qui nõ per legem, sed per aliã ingressi essent uiam, maiorem hac inuenere iustitiam, eã scilicet, quę est à fide: quod & superius dixit. Si enim Abrahã ex operib? iustificatus est, habet gloriationẽ, sed non apud deũ. declarans quòd hæc iustitia maior est illa. Proinde suprà dicebã duo esse, quæ dubitationem afferrent, nunc autem & tres sunt effectæ quęstiones: quòd uidelicet gentes & iustitiã inuenerunt, & non sectantes inuenerunt, & maiorem inuenerunt ea, quæ à lege esset. quę sanè eadẽ & in Iudęorum causa è contrario rursus in dubitationẽ cadũt, quòd uidelicet Israel non inuenit, & studium impendens non inuenit, & minorem non inuenit. Cõiecto igitur in dubitationẽ auditore, inducit deinceps breuem solutionem, causamq; dicit eorum omniũ, quæ dicta sunt. Quænam igitur est causa? *Nempe quòd non*
à fide, sed tanquã ab operibus Hęc manifestissima loci totius solutio, quã statim in proœmiis si dixisset, nõ

A ita acceptabilis fuisset. posteaquam autẽ illam post multas dubitationes, post argumenta, ac probationes posuit, infinitis prius correctionibus usus, tum demum intelligibiliorem, ac magis plausibilem reddidit. Hanc enim ait illorum exitu causam esse. Quia non ex fide, sed tanquam ex operibus legis iustificari uoluerunt. Et non dixit, ex operibus, sed tanquam ex operibus legis. ostendens quòd ne hanc quidem habuerint iustitiam. *Impegerunt enim in lapidem offen-*
Esa.28.b *diculi, quemadmodum scriptum est: Ecce pono in Sion la-*
pidem offendiculi, & petram offensionis, & omnis qui credit in eum, non pudefiet. Vides rursus ut à fide existat fiducia, & uniuersum donum? neque enim de Iudæis dictum est solùm, sed de uniuerso hominum
Inf.10.c genere. quisquis enim, ait, sit ille uel Iudæus, uel Græcus, uel Scytha, uel Thrax, uel quiuis alius, qui crediderit, magna perfruetur fiducia. Quod autem in propheta mirum, quòd non quòd credunt solùm dixit, sed quòd & diffidunt: nam uerbum id, impingo, diffido significat. Quemadmodum igitur superius, quum eos qui & perirent, & salui fierent declarasset,
B dixit: Si fuerit numerus filiorũ Israel, ut arena maris, reliquiæ saluæ fient. &, Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, ut Sodoma facti fuissemus, & Gomorrhæ assimilati fuissemus. &, Vocauit non solùm ex Iudæis, sed & ex gentibus. sic sanè & hic dicit, quòd alij quidem credent, alij autem impingent. impingit porrò quisquis non attendit, quisquis ad alias res hianti ore fertur. quoniam igitur & hi legi attenderent, impegerunt in lapidem, offendiculi autem lapidem, & petram offensionis dicit, ab ipsa mente & ab exitu eorum, qui non crediderunt. Num uobis aperta sunt, quæ diximus? an ea maiori indigent perspicuitate? Equidem ea facilè ab ijs capi posse puto, qui animum attenderint. quòd si nonnullos latent, licet illis priuatim mecum congressis interrogare, sicq; discere: propterea enim longiore usus sum sermonis enarratione, ut ne tenoris continuatione interrupta, dictorum claritatem obfuscare cogerer. Itaque & hic orationem finiam, nihil de ijs apud uos differens, quę magis ad mores faciunt: quod alioqui consuetudinis est nostræ, ut ne rursus dictorum copia meorum, memoriæ uestræ luminibus obstruat.
C Tempus itaque iam fuerit in conuenientem finem definere, orationem claudentes, referenda illi gloria, qui uniuersarum rerum deus est. Communiter ergo conquiescentes, tum nos, qui loquimur: tũ uos, qui auditis: reddamus illi gloriam, quòd illius regnũ, & potentia, & gloria, in secula: Amen.

HACTENVS GERMANVS BRIXIUS. *Reliquæ sedecim per Musculum quidem prius uersæ fuerant. Sed nunc multis in locis per Philippũ Montanũ au-*
ctæ sunt & emendatæ ad exemplar Veronense, quod Brixius plerisque in locis correxerat è manu scripto codice, quẽ ab Erasmo acceperat.

Homilia.xvij.

Cap. X. f *Ratres, propensa quidẽ uoluntas cordis mei, & de-*
precatio quæ fit ad deũ, pro ipsis est ad salutem.
Quoniam illos iterum est reprehẽsurus, idq; uehementius quã antea, iterum quoq; omnis inimicitiæ suspicionẽ tollit, multaq; utitur præparatione. Non est, inqt, quòd uerbis meis, & reprehẽsionibus simpliciter intendatis: sed obseruandũ, quòd ista nõ hostili mẽte dico. Neq; enim eiusdem est animi, salutem illorum desiderare, immo & precari, & rursus ex odio auersari. Propensam quippe uoluntatem hic ue D
hemens desiderium uocat. Et uide quo pacto ipsa etiam precatio ab hoc animo fiat. Non enim hoc tantùm, ut supplicium euaderent, sed ut & saluarentur, multum impendebat & studii & precationis. Non autem hinc solùm, sed & in sequentibus ostendit, quàm propensa in illos uoluntate fuerit. Ab illis enim, quæ Iudæis concedi poterant, quantum possibile erat umbram saltem quandam defensionis & excusationis inuenire instanter & contentiosè quærit quidem, uerùm ab ipsa rerum natura uictus non ualet. *Testimonium enim, inquit, illis perhibeo, quòd Zelum dei habent, sed non secundum scientiam.* Hæc itaque non accusatione, sed uenia digna sunt. Si enim non propter hominem Christum, sed propter zelũ auulsi sunt: oportebat ut misericordia illis impenderetur, magis quàm ut punirentur. Sed uide quàm cautè uerbo quidem illis gratificetur, & tamen interea simul ostendat intempestiuam illorum esse contẽtionem. *Nam ignorantes, inquit, dei iustitiam.* Rursus & hoc ueniam exigere uidetur: sed quod sequtur, & uehementem habet reprehensionẽ, & omnẽ tollit apo E
logiam. *Et propriam, inquit, iustitiam statuere quærẽtes,*
iustitiæ dei non fuerunt subditi. Hoc autem dicens, ostẽdit quòd per cõtentionem & primatus ambitũ, magis, quã per ignorantiam errauerint, & quòd neque eã iustitiã, quæ ex legalibus est obseruationibus statuerint. Quòd.n. dicit, quærẽtes statuere, hoc ipsum ostendẽtis est, licẽt apertè quidem illud nõ posuerit. Nõ.n. dicit, quòd ab utraq; iustitia exciderint. Hoc ipsum tamen admodũ scitè, decentiq; sapiẽtia subindicat. Nam qui illam adhuc statuere quęrunt, satis ostendunt se nondum statuisse: & si huic nõ fuerũt subditi, patet, quòd & ab ea exciderint. Propriã uerò iustitiam illã uocat, uel ob id quòd lex antiquata amplius nõ uigeat, uel quòd laborum esset ac sudorũ. Hanc uerò iustitiam dei uocat, nimirum quæ ex fide est, propterea quòd omnino ea ex superna gratia sit, nec laboribus, sed dei dono iustificamur. Verũ quoniam illi perpetuò spiritui sancto resistẽtes, per legẽ iustificari contendebant, ad fidẽ non accedebãt. Ad fidem uerò non accedẽtes, neq; iustitiam quæ ex illa est, apprehendentes, deinde per legem etiã iustificari non ualentes, undiq; exciderunt. *Finis enim legis* F
Christus est, ad iustitiam omni credenti. Vide Pauli prudentiam. Quoniam.n. & hic iustitiã, & illic quoq; iustitiam dixerat, ne putarent ex Iudæis credentes, hãc se habere quidẽ, illa uerò priuatos esse, atq; ideo iniquitatis damnari (credibile enim erat qđ illi non minus timuerint, utpote in fide adhuc recẽtes) néue Iudæi rursus illam se præstare posse putantes, dicãt etiã si illã nondum impleuimus, implebimus tamen omnino, uide quid agat. Ostendit unam esse iustitiam, illamq; in ista consummari, & quòd qui istã acceperit, q̃ per fidem est, illam quoq; impleuerit: qui uerò eã repudiauerit, quòd is ab utraq; exciderit. Si enim legis finis est Christus: sequitur, quòd q Christũ non habet, etiam si legis iustitiam habere uideatur, eã tamen nõ habeat: qui uerò Christũ habeat, etiam si legẽ nõ præstiterit, totũ tamẽ acceperit. Etenim medicinę finis est sanitas. Quemadmodũ igitur qui sanũ facere potest, etiã si medendi artem nõ habuerit, totumt amẽ habet. Qui uerò curare non nouit, etiã si uideatur artẽ exercere, prorsus tamẽ excidit, ita quoque in negotio legis habet & fidei: fidẽ enim siquis

Universidad de Antioquia
Biblioteca

habet, is etiam legis finem habet. Extra fidem siquis fuerit, utriq; alienus est. Quid enim lex uult? Hominē iustum facere? sed non potest, nemo siquidē illā impleuit. Hic itaq; legis quidem erat finis, atq; huc respiciebant omnia, ad hoc oia fiebant, siue sol ēnitates festiuæ, siue mandata, siue oblationes, & si qua sunt reliqua, ut homo iustus redderetur: sed hūc finē Christus magis per fidē assequutus est. Nō est itaq; quod timeas, inquit, uelut legis transgressor, posteaquā ad fidem accessisti. Tunc enim legē transgrederis, quando Christo propter illam non credis. Quòd si illi credideris, & hanc implesti, & multò plura quā ea præceperat: multo siquidē maiorem iam accepisti iustitiam. Quoniam uerò ista à Iudæis negabātur, ex scripturis deinceps ea denuò firmat. *Moses*, inquit, *iustitiam quæ ex lege est, scribit*. Quod autē dicit, hoc est: Moses ostēdit nobis eam quę ex lege est iustitiā, qualis illa sit, & unde constet: nimirum, ut quæ mandata sunt, adimpleantur. *Qui fecerit ea*, inquit, *uiuet in illis*. Neq; enim aliàs licet in lege iustificari, nisi eū qui cūcta adimpleuerit. Id uero nemini dū possibile factū est. Intercidit itaq; iustitia illa, sed dic nobis ô Paule alterā quoq; iustitiā quæ ex gratia est. Quæ est igitur ista, & in quo cōsistit? Audi quā clarè eam describat. Posteaquā enim illā perstrinxit, deinceps & ad istam transit, dicens: *Quæ uerò ex fide est iustitia, sic dicit, Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cœlū? hoc est, Christū deducere. aut, Quis descēdet in abyssum? hoc est, Xp̄m ex mortuis reducere. Sed quid dicit? Propè est uerbū in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est uerbū fidei quod p̄dicamus. Nēpe, si cōfessus fueris ore tuo dominū Iesum, et credideris in corde tuo, quod deus illum excitauerit à mortuis, saluus eris.* Ne Iudæi dicant qūo maiorem iustitiā inuenerunt, qui minorem non repererunt? rationē adducit cui contradici nequeat, nimirū quòd hæc uia illa sit leuior. Illa siquidē omnium exigit adimpletionē: nam quando cuncta feceris, tum primū uiues. Quæ uerò ex fide est iustitia, istud non loquitur. Sed quid? Si cōfessus fueris ore tuo dominū Iesum, & credideris in corde tuo, qđ deus illum excitauerit à mortuis, saluus eris. Deinde ne rursus illam cōtemptibilem reddat, ob id quòd facilem & simplicē esse demonstrat, uide quo pacto sermonē, de illa disserēs, dilatet. Nō enim subitò huc accessit, quēadmodū dixim⁹. Sed quid dicit? Ea uerò iustitia quæ ex fide est sic loqtur: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cœlū? hoc est, Xp̄m deducere: aut, Quis descendet in abyssum? hoc est, Christū ex mortuis reducere. Quemadmodū enim uirtuti, q̄ per opera est, socordia, laboresq; remittens animi dissolutio, resistit, ita ut admodū uigilanti mēte sit opus, ne illi cedatur: ita & quādo credendum est, occurrūt rationes, multorū animos & interturbantes, & uastātes, ut uiridiore animo opus sit, quatenus propulsentur. Atq; ideo illas ēt in medium adducit. Et quod ī Abrahamo fecit, idē & hic facit. Nā & illic, cùm ostendisset illum ex fide iustificatum esse, ne quasi frustra uideretur, & præter causam tantā accepisse coronam, ut apud quem si res ad fidem referatur nihil esset operis, fidei naturā extollēs, dicit: Qui præter spem in spem credidit, in hoc ut fieret pater multarum Gentium. Neq; infirmatus fide, considerauit suum ipsius emortuū iam corpus, & emortuum uterum Saræ: uerū ad promissionem dei non hęsitabat ob incredulitatē, dans gloriā deo, certoq; persuasus, quòd qui promiserat, idem potēs esset & præstare. Atq; ita ostēdit quòd fortitudine sit opus animoq; sublimi, ea quę præter spē sunt ample ctente, atq; in uisibilibus no offendēte. Hoc igitur & hic facit, ostenditq; quòd philosophi mēte animoq; cœlesti quadā sublimitate excelso ac magnifico sit opus. Et non dicit, ne dixeris simpliciter: sed, ne dixeris in corde tuo: hoc est, neq; cogites etiā ut dubites dicasq; apud teipsum: Et quo pacto poterit hoc fieri? Vides qđ hoc potissimū peculiare sit fidei, ut omni infra nos relicta rationis sequela, qđ supra naturā est inquiramus, cogitationūq; infirmitate per diuinam uirtutem & potentiā erecta, promissa dei cuncta complectamur? Quanquam non ista solū dicebant Iudæi, sed quòd impossibile sit etiā ex fide iustificari. Paulus uerò istud ad aliud factū ducit, ut posteaquā ostēderit illud usqueadeò magnū esse, ut fide etiam postquā fuerit factū, opus habeat, meritò uideatur credentibus coronā texere. Vtitur autem uerbis in ueteri testamento positis, perpetuò studēs, no uitatis inimicæq; impugnationis, conuicia effugere. Quod. n. hic de fide dicit, istud & Moses illis de mādato dicit, ostēdens quòd multa essent potiti dei beneficentia. Nō enim est, inquit, quòd dicas, qđ in cœlum conscendere oporteat, magnumq; trāsire pelagus, atq; inde mandata desumere, sed q̄ tam magna sunt & grauia, leuia uobis fecit deus. Quid uero est quod dicit, propè est tibi uerbū? Hoc est, facilè est: in mente siquidē, linguaq; tua salus est. Nō opus est, ut aut longo emenso itinere, aut pernauigato mari, aut superatis montibus salueris: sed si ipsum etiā limen transgredi nolueris, licet tibi, domi quoq; sedēti salutem cōsequi. In ore nanq; tuo, & in corde tuo salutis est causa. Deinde ut & aliunde facilē faciat fidei sermonem, dicit, quòd deus illū excitauerit à mortuis. Considera siquidem excitātis dignitatem, & uidebis nullam amplius in hac re difficultatē esse. Quòd autē Christus sit dominus, ex resurrectione manifestū est: id quod & cùm epistolam hanc ordiretur, dixit: Qui declaratus est, inquiēs, filius dei ex resurrectione mortuorum. Quòd autem & ipsa resurrectio facilis sit, ex ipsa suscitantis fortitudine ostēsum est, & quāuis incredulis probatum. Cùm itaq; & maior sit fidei iustitia, & leuis ac susceptu facilis, sitq; impossibile aliunde iustificari: an nō extremæ fuerit cōtentionis, relictis quæ leuia sunt, & facilia ad impossibilia contendere? Nequeunt enim dicere, qđ hanc rem, uelut grauem & onerosam deuitauerint. Vides quomodo omni illos uenia priuet? Qua nanq; poterunt excusatione digni haberi, qui qđ grauius est & inefficax ac ceptantes, id negligunt, quod præterquā quod leue est, saluare etiā illos poterat, eaq; præstare quę lex dare non ualuit? Nihil itaq; aliud in causa est, quàm cōtentiosus animus, dęoque seditiosē repugnās: lex. n. grauis est, gratia uerò facilis. Deinde lex etiam si innumeris modis contenderint, nō saluat: gratia uerò & suam, & quæ legis est, iustitiam præstat. Quis itaq; sermo hinc illos eximet, cū tam contentiosi sint aduersus gratiam: legem uerò frustra & inaniter quidē, mordicus tamen complectātur. Deinde quoniā magnum quid dixerat, idipsum rursus ex scriptura confirmat. *Dicit. n. scriptura*, inquit, *Omnis qui credit in illū, non pudefiet. Non. n. est distinctio uel Iudæi, uel Græci. Nam idem dominus omniū, diues in omnia, & in oēs inuocātes se. Quisquis. n. inuocauerit nomē domini, saluus erit.* Vides qūo & fidei & confessionis testimonia adducat? Cū enim dicit: Omnis qui credit in illum, fidem declarat: cùm uerò dicit. Quisquis enim inuocauerit, confessionem manifestat. Deinde rursus cōmunionem & æqualitatem gratiæ prædicās, Iudæorūq; fastum cōstringens, quæ multis antea declarauerat, ea iam breuibus admonet, iterum ostendens nihil inter Iudæum & præputiatum esse differentiæ. Non. n. est distinctio, inquit, Iudæi & Græci. Et quid in horū probatione de patre dixerat, illud hoc loco & de Christo dicit: Quemadmodum enim in præcedentibus, cū idē ageret, dixit: Nū Iudæorū deus tantū? Nū quid & Gentium? Quoniam quidem unus est deus: ita & hic inquit, nam idem dominus omniū, diues in oīa & in omnes inuocantes se. Vides quomodo deum salutis nostrę uehementer cupidū ostendat, si quidē illā diuitias suas peculiares æstimat, ita ut illi iā nihil habeant causę, qua uel desperent, uel si respiscere uoluerint, nullā se reperturos ueniā arbitrentur? Qui enim peculiares suas putat esse diuitias, si nos saluet, ditescere utiq; non cessabit. Nā & istæ sunt diuitiæ, quòd donū suū in omnes effundit. Quoniam uerò illos & hoc maximè disturbabat, quòd cū præeminētia totius orbis essent potiti, nūc per fidem ab illis thronis deiicebantur, ita ut nihil reliquis haberent amplius, continuò prophetas qui eam honoris æqualitatē illis præcinuerant, inducit. Omnis enim, inquit, qui credit in illum, nō pudefiet. Et quisquis inuocauerit nomē domini, saluus erit. Vbiq; autē uniuersale illud, omnis aut quisquis posuit, ne qđ haberent quod contradicerent. Morale.

Sed nihil est inani gloria peius, ipsa quippe, ipsa, inquam, omnium maximè illos perdidit. Vnde & Christus illis dicebat: Quomodo potestis credere, q̄ gloriam à uobis inuice captatis, & gloriam quæ a solo deo est, non quæritis? Hæc scilicet inanis gloria cum perditione multam simul & irrisionē inducit, & ante supplicium illud futurū innumeris hic quoq; malis inuoluit. Itaque, si placet, ut hoc intelligas, relictis interea cœlis è quibus nos excludit, præteritaq; gehenna in quā nos deiicit, rem omnē, ut hic geritur, scrutemur. Quid igitur illa sumptuosius? Quid illa turpius? quidnam poterit esse difficilius? Quòd enim hic morbus equo sumptuosior sit, ex iis patet, q̄ theatris quę equorum certaminibus, aliisq; eiusmodi intempestiuis ambitionibus frustra & inaniter insumūtur, ut sunt eorum etiam qui splendidas & pretiosas domos ædificant, aliaq; oia quę ad abundantiā inutilē faciunt studiosē comparāt, quæ quidem singula sermone iam complecti propositū non est. Quòd aūt oporteat eum qui adeò sumptuoso prodigoq; morbo laborat, rapacē simul & auarum esse, oibus modis clarum est: ut enim habeat unde uenatorē alat, in aliorum substātias manus iniicit. Et quid dico substantias? Neq; enim pecunias solū, sed & animas hic ignis deuorat, non solū præsentem, sed & futuram mortem parans. Mater enim gehennæ est inanis gloria, ignemq; illum uehemēter accēdit, uermemq; pestiferum confouet. Videre est illam & in mortuis uires obtinere, qua re quid poterit fieri peius? Alię siqui dē passiones, morte finiuntur: ista uerò & post mortem uiolēter instat, naturamq; suam, etiam in emortuo iam corpore, ostēdere cōtendit. Quū enim splēdida sepulchra omnemq; ipsorum substantiam cōsumentia morientes sibi erigi curent, atq; ut in sepultura multus antea luxus adhibeatur affectent: quúmque uiuentes qdē pauperes ipsos pro obolo & pane uno accedentes cōtumelia adficiant, moriētes uerò tam sumptuosam mēsam uermibus præbeant: quā, quæso, aliā quæres in hoc morbo tyrannidis excellētiam? Ab hoc etiam malo absurdi nascūtur amores. Multos siquidē, neq; faciei uenustas, neq; cōmistionis concupiscentia, sed quod habeāt unde gloriētur, & dicant, hanc & hanc ego decepi, in adulterium cōieci: & quid opus est reliqua mala quanta hinc pullulent recēsere? Elegerim potius innumerorum barbarorum seruitutem, quam semel unius inanis gloriæ. Neq; enim captiuis illi suis talia præcipiūt, qualia subditis suis ista iubendo mādat. Omniū, inquit, seruus esto, siue fuerint te splēdidiores, siue etiam uiliores. Animam contemnito, uirtutem negligito, libertatē rideto, salutem tuam destruito: & si bonum quid feceris, nō ad hoc facito ut deo placeas, sed ut multis ostētes, & coronā quę benefacientes manet, perdas. Et si eleemosynam dederis, aut ieiunaueris, laborem quidem sustineto, lucrū uerò perdere studeto. Quid quæso, poterit hisce præceptis crudelius fieri? Hinc & inuidia initium suum habet. Hinc quoq; malorum omniū mater, pecunię cupido oritur. Multitudo qppe famulorū, aurigeri barbari, parasiti, adulatores, uehicula argento cōspicua, aliaque istis uaniora, neque uoluptatis, neq; necessitatis cuiusquā, sed solius uanę glorię gratia fiunt. Ista profectò sic habēt, inquies: uerū quòd malus quidē sit hic morbus planè manifestum est, quō autem illum effugiamus, necesse erit ut dicatur: Maximè sanè. quòd si tibi hoc potissimum persuaseris, nempe hunc morbum esse grauē, optimum iam correctionis initiū feceris. Tum enim ægrotus confestim de medico cogitat, cū ante omnia primū egrotare se cognouerit. Quòd si & aliam uiam, qua morbū hūc effugias, quęsieris, respice ad deum continuò, & ea quam ab illo expectas gloria cōtentus sis. Si quādo te morbus hic titillauerit incitauerítque, ut cōseruis tuis q̄ rectè facta gesseris gloriādo narres, rursus cogitās, quòd nihil inde fructus, etiam cū dixeris, sis accepturus, absurdam hanc concupiscentiam extinguas, animę tuę ad hūc modum immurmurans: ecce tantum temporis parturiēdo laborasti, ut quę rectè gesseras aliis inuulgares, & cùm tantum temperantiæ non haberes, ut silentiū seruares, omnibus ea obtrusisti: iam dic, quæso, quid utilitatis amplius inde ceperis? Nihil planè, nisi extremū damnum, nimirum quòd irrita facta sunt omnia, q̄ magno labore congesseras. Post hæc & illud perpendas, quòd multorū sententia sit corrupta, corruptūq; iudicium: immò non solū corruptum, sed & quòd subitò marcescat. Nam etiam si ad horam admirētur, puncto tamē temporis uix præterito, omnium oblituiscuntur. Atq; ita fit, ut à deo tibi datam coronā eripiant, & eam quam ab ipsis expectabas, conseruare tibi nequeant. Quanquā etiam si manserit, multę tamen miseriæ fuent, diuinam illam ista commutasse. Cùm uerò nec ista maneat, sed prorsus diffluat: quā habebimus excusationem, qui propter instabilē perpetuam illam prodimus, propter paucorū prœconia tanta bona perdentes? Quanquā etiam si multi fuerint laudatores, ⌜& ipsi tamen quoq; digni sunt, qui uelut miseri nō æstimētur, ⌝ idq; tū magis, quū plures sunt qui hoc faciūt. Si uerò mirum uidetur quod dico, audi Christum ipsum idem censentē: Væ enim uobis, inquit, quando laudauerint uos omnes homi

Sup. 4. c. ὁ ἐπηγγελται. id qđ p̄ misit, uel quod pro missum est.

Sup. 3. a.

Melior lectio habet σημεῖα λαμπρα. i. *sepulchra splēdida.*

Ioel. 2. ℔ πλοῦτον εἰς πάντα, καὶ ἐπὶ πάντας

Præcepta inanis gloriæ.

Ibidem.

Luc. 6. d.

etiā sic cōmiseratione dignus es.

Universidad de Antioquia
Biblioteca

G nes:& ualde meritò. Si enim cuiuis arti,nõ quoſuis, ſed ipſos opifices iudices requiris,quomodo uirtutis probationem multis committis, & nõ pręomnibus uni illi:qui quum omnia ſciat,ſolus etiam uel exturbare,uel coronare poteſt?Hoc itaq; Chriſti uerbũ in ſcribamus,& parietibus,& ianuis,& menti, dicamús
Luc.6.d que cõtinuè nobiſipſis:Væ nobis, ſiquãdo laudauerint nos oẽs homines.Nam ipſi etiam laudatores te poſtremò uelut uanę glorię,uani honoris,præconiique qđ ab ipſis ſit,ſtultè amantẽ uituperabũt. Deus autẽ non ita,ſed quũ uiderit te eius,quæ ab ipſo ſit, gloriæ cupidum, tum te potiſsimum laudabit,celebrabit,prędicabit.homo uerò aliter:nam is poſtquã pro libero ſeruũ te acceperit, nudo plerũq; uerbulo, tibi falſam laudem gratificatus ueram abs te mercedẽ aufert,& ſibi magis quã quẽuis emptitiũ,ſubiicit: habẽt enim illos præceptis ſuis obedientes qui illorũ dominantur, tu uerò etiã ſine præceptis ſeruis.Neq; enim expectas ut quicquã præcepti ab illis audias, ſed quamprimũ cognoueris tantũ,quo pacto gratificari queas,omnia facis,ipſis etiam nihil præcipienti
H bus.Quanta igitur gehenna digni nõ erimus, qui cũ flagitioſis hominibus uſqueadeò delectamur,ut ẽt quum nihil præceperint, ſeruiamus:deum tamẽ nullo non die præcipientem, & adhortantẽ,neq; ſic etiã audientes colimus? Quòd ſi omnino glorię,laudũq; factus es amator,fac laudem quę ab hominibus eſt fugias, atq; tunc uerè innumeris laudibus & apud deũ,& apud homines frueris. Nihil enim ſolẽt æquè admirari,atq; eũ qui nec celebrari, nec laudari ſuſtinens, oĩa iſta contemnit. Quòd ſi nos ita ſolemus, multò magis qui omniũ deus eſt. Quãdo uerò is te glorificauerit,ac laudauerit:quis, quęſo,te fuerit beator?Quantũ enim inter gloriã, & ignominiam:tantũ inter cœleſtẽ illam gloriam, & hãc humanam eſt differentiæ.Imò multo ac infinitò plus. Si enim iſta nulli collata,turpis eſt ac deformis:cogita quanta futura ſit turpitudo, ſi quando eam ad alterius collationẽ exquiſierimus. Quemadmodũ enim phrana mulier in proſtibulo conſiſtens, ⌜quibuſuis⌟ ſui copiã facit:ſic & q uanæ gloriæ dediti ſunt.Imò turpius etiã q iſtiuſmodi mulieres.Illę ſiquidẽ quoſdam amatores ſuos cõtemnere ſępenumero ſolent, tu uerò teipſum qbuſuis,& fugitiuis, & latronibus,& furibus exponis. Ex illis quippe & eiuſmodi theatra,unde laudemini cõſtituta ſunt.Et quo ſeorſum in ſeipſis,ne tãtillo qdẽ dignos æſtimas, illos collectos tuę ipſius ſaluti præponis, teq; ipſum oĩbus iſtis uiliorẽ eſſe decernis. Quomodo enim nõ es uilior qui illorũ opus habes pręconio,quiq; tibi teipſum ſufficere nõ putas,niſi gloriã aliunde capias? Nõ conſideras,dic quæſo,præter ea quæ dicta ſunt, & iſtud quòd cũ illuſtris fueris,omnibusq; conſpicuus, ſi peccaueris in numeros habiturus ſis accuſatores,ignobilis uerò ſi fuiſſęs,ſecurior multò manſurus. Verum eſt,inquies, ſed uiciſsim ſi rectè feceris, innumeros quoq; habebo,qui admirentur. Atq iſtud utiq; graue eſt, quòd hic uanæ gloriæ morbus te nõ ſolũ quũ peccaueris, ſed & quum rectè quid geſſeris, dãno afficit:illic qui
⌜quàm plurimos ſubuertens. den⌟ mille ludibriis exponens, ⌞hic uerò omni prorſus uirtutum mercede ſpolians. Graue quidẽ fuerit, omniq; ignominia plenum, in politicis rebus gloriã ſectari. Cęterũ quum in ſpiritalibus quoq; hoc idem feceris, quis ueniæ locus tibi erit relictus, ſi ne tantũ quidem honoris deo tribuere uelis, quantũ ipſe à domeſticis habes?Seruus quippe ad oculos heri ſui reſpicit:mercenarius operator ad operis ſui dominũ pmia daturum, diſcipulus ad præceptorem. Tu uerò omnino contrarium facis, deum qui remunerat, dominumq; relinquens ad cõſeruos reſpicis, etiã ſi ſcias quòd deus rectè factorum tuorum etiam in futurũ recordetur: homo tamen ad præſens tantũ, & quũ habeas in cœlo theatrum conſtitutum,ſpectatores tamen in terra tibi colligis. Athleta quidẽ ubi certat ibi & probari cupit: tu quum in ſuperioribus certes, in inferioribus coronari quæris. Et quidnã poterit hac amentia peius fieri? uideamus autem, ſi placet, & coronas.Illa quidẽ ex arrogantia cõſtat, iſta uerò ex inuidia quæ aduerſus alterũ eſt cõcepta,quędam ex ironia & adulatione,propter pecunias alia,nõnulla etiam ex ſeruili miniſterio.Et quemadmodũ pueri ludentes ex fœno coronas inuicẽ imponũt,coronatum autẽ ſæpenumero eius rei ignarum, poſt tergũ irrident:ita ſanè & nunc qui te in faciem prædicant, apud ſeipſos clanculum ſubſannãt, atq; ita qui aliud ſit, quàm quòd & nobis inuicem fœnum coronãtes imponimus?Et utinã nihil aliud quàm fœnũ. Nunc autẽ multo etiã nocumento plena eſt hæc noſtra co
L rona:nam omnia noſtra rectè facta perdit.cõſidera ta itaq; ipſius uilitate,dãnum iſtud effugito. Sed dic quęſo, quot uelis habere laudatores, centũ?ſeu bis, ſeu ter,ſeu etiam quater totidẽ?imò ſi uolueris,pone uel decies,uel uigeſies totidem:quin ſint duo milia, aut etiã quatuor,uel ſi ita placuerit, innumeri qui applaudant, nihil tamen illi oẽs à graculis deſuper garrientibus different: Imò ſi angelorũ theatrũ perpenderis, apparebunt illi uermibus etiã uiliores, illorũq; pręconium araneatũ textura fumoq; & ſomniis infirmius. Audi uerò quomodo Paulus iſta diligenter cõfirmet,nõ ſolũ inania hæc non quærens,ſed & de precãs,quũ dicit:Mihi uerò abſit gloriari, niſi in cruce domini. Hanc itaq; gloriationẽ tu quoq; æmulare,ne dominum exacerbes.Iſta quippe faciens,nõ ſolùm tibiipſi, ſed & deo contumelioſus es. Neq; n.ſi pictor exiſtens diſcipulum aliquem habuiſſes, qui q artis ſunt tibi oſtendere cõtemnens, tabellam foras ſimpliciter obſeruantibus & imperitè oſtentãdi gratia propoſuiſſet, manſuetè tuliſſes. Quòd ſi iſtud in cõſeruis cõtumeliæ loco eſt, multò magis erga dominũ.Si uerò rem hanc cõtemnere, aliunde quoq; diſcere uoles,fac mente ſublimi ſis,irride quæ uiſibilia ſunt.Auge ueræ glorię amorem.Plenus eſto grauitatis ſpiritualis.Dic ad animam tuam, quemadmodũ Paulus dixit:ignoras quòd angelos iudicaturi ſumus atq; ab hoc cœno excitatam increpato deinceps ac dicito:Angelos iudicatura es, & uis ab immũdis iudicari,cumq; ſaltatoribus,mimis,beſtiariis atq; aurigis laudari? Eadem enim & illi præconia ſectantur. Tu uero horum clamore ſublimiores alas tibi para, æmularéque illũ ſolitudinis ciuem, inhabitatorem Ioannem,ac diſce, quomodo ille multitudinem cõtemſerit, adulatoreſque uidere non curauerit, neq; quum uideret totius Paleſtinæ habitatores circũ ſe fuſos, admirari ſtupereq;, uel tantillum, tamen eiuſmodi fuerit inflatus honore:ſed ipſis non aliter quã adoleſcentulo cuipiam ex aduerſo inſtiteriit,cum tãto populo diſſerẽs,obiurganrer diceret,⌜Cennemataſ uiperarum, & quæ ſequuntur. Et tamen propter illũ relictis ciuitatibus,cõcurrebant, quatenus ſaerũ illud caput uiderent. Verùtamen ipſum nihil horum

Gala.6.d

Luc.3.b
Matt.3.b
⌜ſerpentes germina.

A emolliuit.Procul enim erat à gloriæ ſtudio,& ab omni faſtu liber. Sic & Stephanus, quũ populũ uideret non ſe honorantem,ſed inſanum, dẽtibusq; fremen-
Act.7.f tem,ira illorum ſuperior factus,dicebat, Dura ceruice & incircunciſo corde. Ad eum modum & Helias
3.Re.18.g pręſentibus militum caſtris,regeq; & populo cũcto, dicebat: Vſquequo utroq; poplite claudicatis? Nos uerò ſeruili miniſterio qbuſuis adulamur, quatenus honorẽ ab illis emamus. Atq; ideo ſurſum ac deorſum turbantur oĩa, ob eamq; gratiam prodũtur quę cũq; Chriſtianiſmi ſunt, negliguntúrq; omnia propter eam quæ à multis eſt,acquirendam laudẽ.Exterminemus itaq; morbum iſtũ,& tunc uerè ſciemus quæ ſit animi libertas,qui portus,quę tranquillitas. Vanę ſiquidẽ gloriæ cupidus, ſimilis illis eſt qui tempeſtates ferunt,ſemper tremens,ſemper timens, innumerosq; dominos obſeruans. Qui uerò extra illã eſt tyrannidem, rectè comparatur iis qui in portu cõſtituti,integra iam libertate potiuntur. Alius uerò nõ itẽ, ſed quã multis eſt cognitus, tã multos habet dominos oĩbus ſeruire coactus. Quomodo ergo ab hac dura ſeruitute liberabimur?Si aliam gloriam adamauerimus,nempe eã quę uera eſt gloria. Quemadmo
B dum enim eos qui corpora amant, alia ſplẽdidior facies uiſa à priore ſeparat:ſic & eos qui gloriam hanc depereunt, ſplendida illa cœleſtis gloria conſpecta ſi fuerit, ab iſta abducere poterit. Videamus igitur illam, diligentérque perdiſcamus, quatenus illius admirati pulchritudinem, huius turpitudinem fugiamus,multáque uoluptate freti, in illa ſine intermiſſione delectemur:quam ut omnes adſequamur, gratia fiat & benignitate &c.

Homilia.xviij.

Vomodo igitur inuocabãt eũ, in quem non crediderunt?Quomodo autẽ credent in eũ, de quo non
q *audierũt? Quomodo uerò audiẽt ſine prædicãte? Quomodo aũt prædicabunt niſi mittãtur? ſicut ſcriptũ eſt.*

Hic ſup.a Rurſus eos uenia priuat:quoniã enim dixerat, Quia
Ibidẽ. teſtimoniũ illis perhibeo quòd zelum dei habeant, ſed non ſecundum ſcientiam:&, Ignorantes dei iuſtitiam,iuſtitiæ dei non ſunt ſubditi:iam deinceps oſtẽdit,quòd huius etiam ignoratię pœnas deo debeãt. Hoc autem licẽt apertè ad eum modũ nõ dicat,huc tamẽ conatur per interrogationem ſermonem inſti-
C tuens,argumẽtumq; clarius facit,dum per obiectionem ac ſolutionem omnem hũc locũ texit. Obſerua uerò:ſuprà,inqt,dixit propheta,quòd quiſquis inuocauerit nomẽ domini,ſalu⁹ ſit futurus. Sed dicet fortè quiſquã, & quomodo poterunt inuocare eum in quem non crediderunt? Deinde & poſt hãc obiectionem ſequitur ipſius interrogatio,nimirũ, quare non crediderint? poſt hæc & alia obiectio: poterit enim oĩno dici,& quomodo credent,cùm non audierint? Atqui audierũt, inqt. Deinde & alia rurſus obiectio: Et quomodo potuiſſent audire abſq; pdicãte? Cuius iterum ſolutio ſubiungitur. Atqui prędicarunt multi
Eſa.52.b ad hoc miſsi ſcilicet: & unde manifeſtum qđ iſti ſint
Num.11.d miſsi illi? Tum rectè prophetam inducit, dicentem: *Quã ſpecioſi pedes annunciantium pacem, annũciantium bona?* Vides quomodo à prædicationis modo ipſos prædicatores declaret? Circuibãt enim nihil dicẽtes aliud,quã ineffabilia illa bona,pacémque quæ inter deũ & homines facta erat. Itaq; dũ incredituli perſiſtitis,non nobis,inquit,diffiditis,ſed Eſaiæ q ante multos etiã annos prædixit quòd mittẽdi eſſemus,quòd prædicaturi, & quòd illud quod diximus,dicturi. Sa
D lus itaq; cũ in eo ſit ut inuocetur nomẽ domini,inuocatio uerò fidem exigat,fides autẽ ut auditũ ſit, audire uerò ut prædicetur,pdicatio ut mittatur, miſsi autem ſint ac prædicauerint, circũeunte cũ illis etiam propheta,qui de illis prædicet ac dicat:Hi ſunt illi quos ante multa tempora manifeſtaui, quorũq; pedes laudaui. manifeſtũ relinquitur propter ipſum prædicationis apoſtolicæ modum, Iudæorũ tãtum modo culpa factum eſſe,quòd nõ crediderunt. Omnia ſiquidẽ à deo impleta ſunt. *At nõ omnes obedierũt euangelio: Eſaias enim dicit:Domine, quis credidit ſermonibus noſtris? Ergo fides ex auditu eſt, auditus aũt per uerbum dei.* Quoniam rurſus & aliam obiectionem induxerant,dicẽtes:Quòd ſi hi ſunt q miſsi, atq; à deo miſsi ſunt, oportebat ut omnes illis obedirent: uide Pauli prudẽtiam, quomodo hoc ipſum quod turbabat,tale eſſe oſtẽdat, qđ turbas illas tumultuatio nemq; etiã prorſus tollat. Quid enim te, inquit, ô Iudæe,poſt tale ac tantũ teſtimonium rerumq; declarationẽ offendit,quòd euangelio nõ omnes obedierunt? Hoc enim ipſum, nimirum quòd non omnes obediũt,ſimul cũ aliis,poterat tibi eorũm quę dicũtur,fidem facere. Nam & illud iã antea propheta fu-
E turum prædixit, & uide ineffabilẽ ſapientiam, quomodo plus probet,quã illi expectauerint,aut contradicturos ſe ſperauerint. Quid.n.dicitis,inquit? quòd euãgelio non oẽs crediderũt?Quin hoc ipſum eſt qđ Eſaias olim prędixit:Immo nõ ſolũ iſtud,ſed & multò plus. Vos quidem obiicitis, quòd non oẽs obedierint:Eſaias uerò plus etiam quã hoc ſit. Quid autem dicit?Domine,inquit, quis credidit ſermonibus noſtris? Deinde poſtquã tumultuariam hanc obiectionem per interpoſitũ prophetæ teſtimoniũ excuſsit, rurſus priori ſe quelæ adhæret. Quoniã enim dixerat,qđ inuocare oporteat,inuocaturos uerò credere, creditúros aũt audire primum, audituros uerò prędicatoribus opus habere,prędicatores aũt mitti oportere,oſtenderatq; & miſſos eſſe & prædicaſſe, eſſetq; rurſus & aliam quandã obiectionem inductu rus,occaſione primũ ab alio quoq; prophetæ teſtimonio ſumpta,unde & obiectionẽ q hanc paulò an teceſsit,ſoluerat,prioribus illam connectit. Quoniã enim prophetam ſubinduxerat,dicentem:Domine, F qs credidit ſermonibus noſtris?opportunè illius apprehẽſo teſtimonio,dicit:Ergo fides ex auditu. Hoc uerò nõ ſimpliciter poſuit,ſed quoniam nullo nõ tẽpore ſigna Iudæi,ipſúmque reſurrectionis aſpectũ q rebant,& multi ad huiuſmodi inhiarent,dicit?Atqui propheta pronunciauit,quòd ex auditu nos credere oporteat.Iccirco pri⁹ id adſtruit, & dicit:Igitur fides ex auditu. Deinde qa hoc humilius uidebatur, uide quo pacto ipſum,ut ſolidius reddat,reducat. Nõ.n. ſimpliciter, inquit, auditũ dixi, neq; quòd humana uerba audire oporteat & credere, ſed ſublimis eſt hic auditus, de quo loquor:eſt.n.auditus per uerbũ dei.Neq; enim q ſua eſſent, ſed quæ à deo didicerũt, annunciarunt,hoc.ſ.excellentius eſt ſignum.Deo ſiquidem tam loquenti, q mirabiliter operanti, æquè credere & obedire oportet, quandoquidem & opera illius & mirabilia ex uerbis illius ſunt. Hinc.n.& cœlum,& reliqua perſtant omnia. Oſtenſo itaq; qđ oporteat prophetis,nunquã non quę dei ſunt loquẽtibus,credere,nihilq; præter uerbi dei auditũ quęrendum eſſe amplius, obiectionẽ deinceps quã dixi in-

G ducit, dicens: *Sed dico, an non audierunt?* Quid enim, dicet quis, si prædicatores missi quidem sunt, missiq; quæ in mandatis acceperant prædicarũt, illi uerò nõ audiuerunt? Iã scilicet cum omni deinceps excellentia obiectionis solutionem inducit. *Atqui in omnem terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terrarũ uerba eorum.* Quid dicis, inquit? Nõ audierunt? Ipse terrarum orbis, ipsiq; terræ fines audiuerunt: & uos cũ quibus prædicatores isti tãtum temporis commorati sunt, ex quibus & prodierunt, nõ audistis? Quánam potest istud ratione fieri? Si enim fines orbis terrarũ audierunt, multò magis uos. Deinde rursus & alia obiectio. *Sed dico, Nunquid non cognouit Israel?* Quid enim si audierunt quidem, dicta tamen nõ perpenderũt, neq; itellexerũt quòd hi illi à deo missi essent? An nõ ob hanc ignorãtiam uenia digni erũt? Nequaquam. Esaias enim diligẽter illos notauit, & expressit dicẽs: Quàm speciosi pedes annunciantium pacẽ, & ante hunc ipse etiam legislator, unde & subiungit: *Primus Moses dicit: Ego ad æmulationẽ puocabo uos per gentẽ quæ non est gens, per gentẽ stultã ad irã commouebo uos.* Itaq; & hinc oportebat p̃dicatores istos agnoscere, nõ solũ ex eo quòd hi non crediderunt, quòd pacem illi prædicarunt, quòd bona illa annũciarũt, quòd ubiq; terrarum uerbum dei seminatum iam esset, sed & ex eo quòd inferiores se nimirum eos qui ex gentibus erãt, uidebãt in maiore honore cõstitutos esse. Quæ enim nũquam uel ipsi uel progenitores ipsorum audierant, illa cõfestim philosophabantur, id quod auctioris erat honoris Iudæos iritãtis, inq; zelũ perducentis, ac in Mosaicæ huius prophetię memoriam, dicentis, A d æmulationem prouocabo uos per gentẽ quæ non est gens. Neq; enim honoris huius magnitudo ea erat, ut sola illos in æmulationẽ cõiicere potuisset: sed quòd hæc gens quæ illo potiebatur adeò uilis esset, ut neq; digna haberetur, q̃ pro gente æstimaretur. Ego enim ad æmulationẽ, inquit, prouocabo uos per gentem quæ non est gens, per gentẽ stultam ad iram commouebo uos. Græcis enim qd erat stultius? quid item uilius? Vide quomodo per oẽs undiq; notificationes temporum quoq; illorũ manifesta desuper signa deus illis dederit, quatenus ipsorũ illustraret cæcitatem. Nõ istud in modico quodã angulo, sed & terra & mari atq; ubiq; orbis terrarũ factũ erat, uidebãtq; innumeris frui bonis, quos antea penes se cõtepserãt. Cogitare itaq; debebant quòd hæc esset gens illa, de qua dixerat Moses: Ad æmulationẽ prouocabo uos, per gentem quæ non est gẽs. Moyses igitur solꝰ hoc dixit? Nequaquã, sed & Esaias post illum. Vnde & Paulus dicit. Primùm Moses, ostẽdens quòd & secũdus testis sit accessurus, eadẽ manifestius ac clarius exprimens. Quemadmodum igitur suprà dixit, clamat Esaias, ita & hìc: *Esaias autem audet ac dicit.* Quod autem dicit, tale est: Potenter institit & contendit, nihil adumbratum dicere, sed res ipsas nudas ob oculos exponere, magis eligens ob manifestam loquutionẽ periclitari, quã propriæ salutis respectu, umbram uobis ac prætextum uestrę relinquere perfidiæ, quanquã prophetiæ non esset tãclarè hoc eloq. Sed ut copiosè ora uestra obseraret, admodum clarè ac palã omnia prædicit. Quæ omnia? Et uestrum scilicet excidium, & illorum introductionem, sic autem dicit: *Inuentus sum his qui me non quærebãt, cõspicuus factus sum his qui de me nõ interrogabant.* Qui sunt non quærentes? qui non interrogan-

Psal.18.a

Deu.32.c

ἐκπτῶσιν

Esa.65.a

tes? Apertum satis quòd non Iudæi, sed ex Gentibus sint, qui deum nunquã cognouerant. Quemadmodum igitur Moses illos signanter ex presserat dicẽs, quæ non est gẽs, & per gentem stultam: ita & hic ex eodem singularis uehementisq; ignorantiæ argumẽto illos declarat propheta. Maxima uerò Iudæorum erat accusatio, quòd quę non quæsierant, inuenerũt: & qui quæsierant, perierunt. *Ad Israel autem dicit: Toto die expandi manus meas ad populũ non credentẽ & cõtradicentem.* Vide quomodo illud qd à multis dubitabatur, atque in quæstionẽ uocabatur, reperiatur olim & in propheticis uerbis positũ, clareq; solutũ. Quid uerò illud est? Audisti Paulum aliquãtò antè dicentem: Quid ergo dicemus? Quòd Gentes quę iustitiam non sectabantur, iustitiam apprehẽderũt. Israel uerò sectatus legem iustitiæ, ad legem iustitiæ nõ pertigit. Hoc & Esaias hoc loco dicit: illud enim, Inuẽtus sum his qui me non quærunt; cõspicuus factus sum his qui de me non interrogant: idem est, ac si dicat, quoniã gentes quæ iustitiam non sectabantur, iustitiam apprehenderunt. Deinde ut ostendat non solũ diuinæ gratiæ opus esse hoc factum, sed & uolũtatis eorum qui accesserunt, quemadmodũ, & quòd illi exciderunt, ex contẽtione est immorigerorum, audi quid subiungat: Ad Israel autem dicit: Toto die expãdi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem. Diem hic uniuersum uocat retro tempus, quod iã prẽterierat. Illud uerò quòd manus suas extendisse dicit, uocasse, attraxisse, adhortatúmque esse declarat. Deinde ostendẽs quòd uniuersa huius inobedientiæ culpa illorũ fuerit, dicit: Ad populum non credentem & contradicentem. Vides quãta illorum sit accusatio. Ipsi quippe neq; adhortanti quidem obedierunt, sed & contradixerunt: idq; quum non semel, non bis, non ter, sed per uniuersum tempus eadem perseueranter facientem uiderent. Alteri uerò qui deũ nunquam cognouerant, ipsum tamen attrahere potuerunt. Attamẽ nõ dicit, quòd ipsi deũ per se attrahere potuerint, sed & eorum qui ex Gentibus credebant fastus deiiciens, ostendens q; qd totũ hoc dei gratia perfecerit, dicit: Ego cõspicuus factus sum, & ego inuentus sum. Oĩum ergo illi uacui sunt, dices? Nequaquam. Sed quòd inuẽta apprehẽderũt, conspicuaq; facta agnouerũt, hoc scilicet de suo attulerunt. Deinde ne Iudæi dicant: Quare non & nobis quoque conspicuus es factus? plus q̃ hoc sit, posuit. Nimirum, quasi dicat, non solùm conspicuus illis factus sum, sed & extensis manibus usq; perstiti, & adhortans, & paternam beneuolẽtiam qualemq; erga suam prolem mater habet curam ostẽdẽs. Vide quo modo omnium eorũ quæ suprà posuerat, dubiorũ apertissimam solutionem adduxerit, probans perditionem illorum ab ipsorum obstinata uolũtate profectam esse, ita ut omnino iã uenia indigni sint. Licèt enim & audierint, & quæ dicebãtur intellexerint, nec sic tamen accedere uoluerunt: & quod adhuc multo plus est, non solũ audire illos fecit, neque intelligere solũ, sed & adiecit, quòd tales habebat aderigendum excitandũq; uires, ut & contentiosos & cõtradicentes attrahere debuisset. Quòdnã hoc est? Quòd eos concitabat, atq; ad æmulationem prouocabat. Scitis enim passionis huius tyrannidem, quãtasq; uires, ad omnem contentionem dissoluẽdam, & ad erigendum languidos ac remissos habeat zelo typiq; natura. Et quid opus est de hominibus istud dicere,

Ibid.

Supr.9.g

Esa.53.a

Ibid.65.a

Vide qd Chrysost. Paulo tribuat.

A cere, quando & in ijs quæ ratione non admodũ ualent, & in puerorũ ætate adhuc immatura, multam potentiam ostendat zelotypia. Fit enim sæpenumero, ut puer qui ad patrẽ uocatus non accedebat, sed contentiosè abnuebat, quamprimum uiderit alium quempiam puerum patri obsequi, ultro iam ad paternos sinus accurrat, ita ut quod sedula nõ potuit aduocatio, id æmulatio efficiat: hoc igitur & deus fecit. Non.n. aduocauit solũ, manusq; expandit, sed & zelotypiæ passionem in ipsis excitauit, dum eos, qui multò uiliores erant (id quod potissimum æmulationem facit) non in ipsorum bona introduxit, sed quod multò maius est ac uiolentiorem facit passionem hanc, in ea quæ multò sunt bonis illorum maiora necessariorąq;, & quæ illi ne in somnis quidem imaginari potuissent, introduxit. Verũ neq; sic accesserunt. Qua ergo uenia digni essent, qui cũ tanta excellentia uehementiaq; contentionem usq; seruarũt & exhibuerunt? Nulla sanè. Sed hoc quidem ipse nõ dicit, relinquit uerò auditorũ cõscientiæ, ut illud ex dictorum conclusione sua sponte colligant. Rursus
B aũt idem & per ea quæ sequuntur, pro sua consueta sapientia probat. Quod enim in præcedentibus retro fecit, obiectiones inducens quæ tam legis q̃ populi accusationem, re ipsa existenti maiorem continerent: deinde & in ipsa solutione qua obiectionem subuertit, tanta concedens quanta uolebat, eáque condonans, unde sermonem acceptabiliorem faceret: illud scilicet & hìc facit, sic scribens: *Dico igitur, Num repulit deus populum suum quem antè cognouerat? Absit.* Personam habitumq; dubitantis assumit, tanq; ex his quæ dicta sunt, occasionem nactus: & postea quàm id addita responsione planum reddidisset, qd deinde sequitur acceptabile facit: hìc quoq; adstruës quod passim per superius dicta demõstrare studuit. Quòdnam est hoc? Nimirum, quòd etiam si pauci sunt qui saluantur, nihilominus tamen firmum sit quicquid ad diuinam illam promissionem attinet. Propterea nõ simpliciter dicit, num repulit deus populum, sed addit, quem antè cognouerat. Deinde ut
C & probationem inducat, quòd populũ suum deus non repulerit, dicit: *Nam & ego Israelita sum, ex semine Abrahæ, de tribu Benamin.* Ego, inquit, doctor & prædicator. Quoniam igitur istud ijs quæ antea dixerat, contrarium uidebatur, nimirum: Quis credidit auditui nostro? &, Toto die expandi manus ad populum non credentem, & contradicentem: & ad æmulationem prouocabo uos per gentem, quę nõ est gens, non contentus abnegasse simpliciter ac dixisse, Absit: resumendo illud probat, dicens: Non repulit deus populũ suum. Sed dices: Atqui istud nondum est probare, sed simpliciter negare. Vide ergo probationem, tam priorem, q̃ posteriorem. Prior quidem est, quòd se quoq; ex Israelitis esse ostendit. Neq; enim si populum suum deus repulsurus fuisset, hunc sibi ex Israelitis elegisset, cui omnem prædicationem, cui res orbis, mysteria cuncta, uniuersámq; dispensationem concrederet. Hæc ergo una est probatio: post illam est altera, cum dicit, Populum suũ, quem antea cognouerat: hoc est, quem clarè cognouerat aptum fore fidemq; recepturum. Nam & tria milia, & quinque milia, alij quoque innumeri credẽtium ex illis erant. Etenim nequis dicat: Num tu populus es? Num ideo statim ipsa gẽs uocata est, quòd tu uocatus es? subiungit: *Non repulit deus populum suũ*

Tac res ipse patefierentur, ut Cap.XI.

Emendatum exẽplar φαγερὸν habet pro φοβερὸν

quem antea cognouerat. Quasi dicat, Habeo mecum D tria milia, habeo innumeros. Quid igitur? Num in tribus illis, aut quinque milibus, aut in illis etiam innumeris, stabit semen illud, quod multitudine sua astra cœli, arenámque maris imitari debeat? An ita nos decipis, falsisq; rationibus circunuenis, dum teipsum cum paucis hisce, quos tecum habes, pro uniuerso populo ponis, dúmque uanis nos spebus inflas, ut putemus impletam esse promissionem, quasi perditis omnibus in modicos illos deriuata sit salus illa? Superbiam & fastum habent ista, nos tamen huiusmodi sophismatis nequaquàm cedemus. Ne ergo ista dicant, uide quomodo in sequentibus solutionem inducat. Obiectionem quidem nõ posuit, ante illam tamẽ solutionem ipsius ex ueteri historia probat. Quæ ergo solutio est? *An nescitis de Helia quid dicat scriptura? Quomodo interpellat apud deum aduersus Israel: Domine, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua sub* 3.Re.9.b *ruerunt, & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit ei diuinum responsum? Reliqui mihi ipsi septem milia uirorum, qui non inflexerunt genu ante* E *Baal. Sic igitur & in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ fuerunt.* Quod autem dicit, tale est: Non repulit deus populum suum: si enim repulisset, neminem utique ex illo suscepisset. Si uerò quosdam suscepit, manifestum est, quòd illum non repulerit. Atqui dices, si non repulit, omnes ergo suscepit? Nequaquàm. Nam & tempore Heliæ cõsistebant, quæ salutis erant, in septem milibus. Iam uerò negari nõ potest multos esse qui crediderunt. Hoc si uos ignoratis, nihil est quod admiremini, quando & prophetа ille tantus ac talis uir, idem suo tempore ignorauerit. Nihilominus tamen sua opera dispensabat deus, propheta etiam ignorante. Obserua uerò Apostoli prudentiam, quomodo dum in eo est, ut propositum suum probet, Iudæorum accusationem latenter augeat. Propterea quippe & totius testimonij integrè meminit, quatenus ipsorum quodammodo perfidiã, ostentui exponat, ostendátque iam ab antiquo tales esse. Quòd si enim non istud, sed unũ hoc ostendere sategisset, quòd in paucis esset comprehensus populus: dixisset utique tantummodo, quomodo & tempore Heliæ septẽ milia relicta sint, F nunc uerò, ab initio totum testimonium recenset. Nusquàm enim non studet ostendere, nihil illos no ui erga Christum & Apostolos fecisse, sed consueta & exercitata. Etenim ne dicant, Christum ut impostorem morte sustulimus, & Apostolos uelut deceptores, persequimur, inducit testimonium quod ita loquitur: Domine, prophetas tuos occiderunt, & altaria tua subruerunt. Deinde ne grauem reddat sermonem, aliam adfingit adducto testimonio causam: Neque enim principaliter ad hoc illud adduxit, ut accuset, sed uelut alia quædam probare instituës, omni tamen ipsos uenia etiã per ea quæ retro sunt, facta priuat. Vide uerò quàm uehemens sit illorum accusatio, & à Prophetæ persona. Neque enim qui accusat, Paulus est, neque Petrus, neq; Iacobus, aut Ioannes: sed qui apud illos potissimum præ omnibus erat in pretio & admiratione, Prophetarum caput, dei amicus, qui in illos tanto erat zelo, ut & fa-
3.Reg.17.a mi*ꝰ traderet, ꝰqui necdum in hodiernum usq; diem mortuus est. Quid igitur ille dicit? Domine, Prophetas tuos occiderunt, & altaria tua subruerunt, & relictus sum ego solus, & quærunt animam meam.

ſ traderetur.

G Quidnam poterit hac feritate crudelius fieri? Debebant magis pro commiſsis iam criminibus orare. At illi etiam hunc interficere uolebāt, quæ quidem omnia omni illos uenia priuabant. Neque enim dum adhuc obtineret omnia fames, ſed reddita iam fertilitate, ſublato pudore, dæmonibuſq; confuſis, ac dei oſtenſa potentia, rege etiam ſuccumbente, iſta auſi ſunt, de cædibus in cædes tranſeuntes, doctoreſq; & eos qui mentem eorum corrigere nitebantur, è medio tollentes. Quidnam hic cauſari poterūt? Num quòd & illi ſeductores fuerint? Num quòd & illos unde eſſent, non cognouerint? Sed triſtitiam uobis intulerunt? Quin & bona ſimul obtulerunt, ſed eſto. Quid uerò altaria? An & illa contriſtarunt? An & illa ad indignationem prouocarunt? uide quā obſtinatæ contentionis, quantæq; cōtumeliæ ſigna perpetuo protulerint. Propterea & alibi Paulus Theſſalonicenſibus ſcribens, dicit: Eadē paſsi eſtis & uos
1.Theſ.2.e à proprijs contribulibus, quemadmodum & ipſi à Iudæis, qui & dominum ac proprios ſuos prophetas occiderunt, qui nos etiam perſecuti ſunt & deo
H non placent, omnibuſq; hominibus aduerſantur, id quod & hic dicit: Et altaria tua ſubruerunt, & prophetas occiderunt. Sed quid dicit illi diuinum reſpōſum? Reliqui mihiipſi ſeptem milia uirorum, qui genu ante Baal non incuruauerunt. Sed dices, quid illa ad noſtrum inſtitutum? Plurimum ſanè. Nā hinc probat quòd perpetuò deus, licèt ad uniuerſam gentem lata ſit promiſsio, non niſi dignos tamen ſalua
Supr.9.f re conſueuerit. Atque id etiam ſuprà oſtendit, cum dixit: Si fuerit numerus filiorū Iſrael uelut arena maris, reliquiæ ſaluabuntur: & niſi dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen, uelut Sodoma facti fuiſſemus. Ex quo ſanè loco idem quoque oſtendit, unde & ſubiungit, dicens: Sic & in præſenti iſto tempore reliquiæ ſecundum electionem gratię factæ ſunt. Vide quomodo quæque dictio cuique ſuam ſeruet nobilitatem, nimirum & dei gratiam, & ſaluatorum beneuolentiam manifeſtans. Dicendo ſiquidem, ſecundum electionem, illorum probationem: addendo uerò gratiæ, donum dei exprimit. *Quòd ſi per gratiam, nō iam ex operibus. Alioqui gratia iam non eſſet gratia. Si uerò ex operibus, non iam eſt gratia. Alioquin opus iam non eſſet opus.* ⌜Quoniam⌝ rurſus & hic Iudæorū contentioni, ſimul cum illis quæ dicta ſunt, obuiat, omni uenia illos pariter & hinc ſpoliat. Non enim, inquit, poteſtis dicere: Prophetæ quidem nos uocarunt, adhortatuſq; deus eſt, ac res ipſæ clamarunt, ad hæc & ipſa æmulationis prouocatio ad attrahendum nos ſatis magna fuit: uerùm quæ ⌜præcipiebantur, erant æquo grauiora, unde factum eſt ut uocati accedere non potuerimus. Operum nanq; exhibitionem ac quæ rectè facta laborioſē præſtantur, exigebamur. Hoc, inquam, cauſari nō poteſtis. Nā quo pacto iſtud à uobis exegiſſet deus, quando ſuam ipſius gratiam eoipſo magis obſcuratus fuiſſet? Iſta uerò ideo dicit, ut oſtendat q̄ uehementer uoluerit illos ſaluos. Neque enim hoc pacto ſalus illis facilè tā tummodo obtigiſſet, ſed & deo maximæ gloriæ fuiſſet, utpote, quo ſuam ipſius beneuolentiam demonſtraſſet. Quid ergo uereris accedere, cum nihil operū poſtulatus ſis? Quid propoſita gratia tumultuando contendis, legemq; mihi temere & inaniter obijcis: Neq; enim ex illa ſaluaberis, ſed & hoc dei donū inde tibiipſi perdis. Nam ſi ex illa ſaluari contende-

I ⌜ἐπιπη δᾶ, *habet emēdatus codex. i. inſilit.*

ris, gratiam hāc dei è medio tolles. Deinde, ne nouū K
& peregrinum iſtud eſſe putent, præueniendo, ſeptē quoque milia illa per dei gratiam ſaluata eſſe dixit. Cū enim diceret, quòd & in hoc tēpore nunc quoq; reliquię ad eum modum ſecundum electionem gratiæ factæ ſint, oſtendit & olim ſeptem illa milia per gratiam eſſe ſalutem adepta. Iſtud autem nō ſolùm ex hoc, ſed & ex eo oſtendit quod dicit, reliqui mihiipſi. Nam & ipſum oſtēdentis eſt, quòd potiorem partem ad ſalutem attulerit ipſe. At dices, ſi ex gratia ſalus eſt, cur non omnes ſaluamur? Quia noluiſtis. Gratia ſiquidē, licèt gratuita ſit, uolentes tamen tantummodo ſaluat, non eos qui nolunt, qui contiNuò auerſantur, qui contradicunt. Vides quomodo omnino hoc probet, quòd ſcilicet impoſsibile ſit ſermonem dei excidiſſe, oſtendens quòd promiſsio ad eos pertigerit qui digni fuerūt, & quòd illi utut pauci ſint, populus tamen queant eſſe dei? Quanquam & ab initio epiſtolæ maiore uehementia idem poSup.3.A ſuit dicens: Quid enim ſi quidam non crediderunt? Et neq; hactenus conſiſtens, ſed ſubiungens: ſit uerò, inquit, deus uerax, omnis autem homo mēdax. L
Nūc autem rurſus alia uia idem quoque probauit, oſtenditq; gratiæ uires, ſemper inculcans, hos quidē ſaluatos, iſtos uerò perditos.

Morale.

Gratias itaque deo agamus, quòd de ſaluatis ſumus, quodq; cum ex operib⁹ ſaluari nequiuerimus, dono dei gratis ſaluati ſumus. Gratias uerò agentes, non uerbis tantùm, ſed & operibus, ſed uera gratitudine, ſed rebus ipſis grati ſimus. Ea quippe diligens ac uera demum erit gratiarum actio, ſi ea per quæ deus glorificari poterit, fecerimus, eaq; fugerimus à quibus liberati ſumus. Etenim ſi cū regem cōtume- κεὶ γὰρ
lia adfecerimus loco pœnarum, quas dare debuerā ἔι.
mus honore adfecti ſimus, deinde rurſum cōtumelia regem adficiamus, tanquàm extremæ ingratitudinis rei meritò extremas pœnas dederimus, ac prioribus multò maiores. Neq; enim nos adeò ingratos prior contumelia declarauit, quemadmodū ea quæ ad honorem illum & magnam medelam ſecuta eſt. Fugiamus ergo illa, à quibus liberati ſumus, & non ore tantùm gratias agamus, ne & de nobis dicatur: Populus hic labijs me honorat, corde uerò longè diM
ſtat à me. Eſa.29.d Nam quomodo non eſſet abſurdū, quòd cum cœli gloriam dei enarrent: tu cuius gratia cœli deum laudantes facti ſunt, talia facis, unde blaſphePſal.18.e matur propter te qui fecit te deus? Atq; ideo non ſolùm is qui deum blaſphemat, ſed & tu ipſe ſupplicio redderis obnoxius. Neq; enim cœli deum per uocē aliquam emiſſam laudant, ſed per eos quos aſpectu ſuo ad laudandum deum permouent, & tamen ipſi narrare gloriam dei dicuntur. Sic & qui uitam exhibent ſuſpiciendam, etiam ſi taceant: deum tamē glorificant, dum propter eos alij ipſum glorificant. Nō enim tantùm ⌜habent unde admiratione digni ſint ⌜admirā
cœli, quantùm uita pura ac munda. ⌝ Siquando ergo cum Gentibus diſſeruerimus, non cœlum addu- dus ac ſpiciēdus
camus in mediū, ſed homines, quos perſuaſit Apo- eſt per cœ
ſtolus, cum beſtijs eſſent peiores, tales fieri, qui & cū lum quā-
angelis uitæ puritate decertent: atque per iſtam ho- tum per
minum immutationem ora illorum obſtruamus. uitam pu
Eſt enim homo, ipſo cœlo melior multò, qui & ani- ram.
mam poſsidere poteſt pulchritudine cœli ſplendidiorem. Cœlum nanque, licèt tanto ſit tempore

A uiſum, non tamen admodum permouit. Paulus uerò exiguo concionatus tpe, totū orbem attraxit. Mē tem quippe poſsidebat non minus ipſo cœlo, quoſuis attrahere ualentem. Noſtra quidē, terra etiam indigna eſt: illius uerò cœlos ipſos dignitate adæquat. Cœlū ſiquidē ſuū ſeruans terminū & canonē, eadem ſtatione conſiſtit: mentis uerò Paulinæ ſubli mitas omnes cœlos trāſcendit, ipſiq; Chriſto conuerſatur. Eſt aūt eius tāta pulchritudo, ut & deus illam deprædicet. Aſtra quidē cum fierent, admirabā tur angeli. Hunc uerò deus ipſe admiratus eſt, dicēs:
Actio.9.c Vas electionis iſte mihi eſt. Cœlum iſtud ſepenume ro nubes obtegit: Pauli uerò mentem nulla obnubilauit tentatio, ſed in mediis quoq; tempeſtatibus ipſam meridiei claritudinē ſuo ſplendore ſuperauit, non minus illuſtris, quā ante tentationum nubila. Sol enim iſte, qui in Paulo luxit, tales radios nō emit tebat, qui tentationum concurſu potuerint obumbrari, ſed & tum potiſsimū illuceſcebant. Vnde & di
2.Co.12.b cebat: Sufficiat tibi gratia mea. Nam uirtus mea in infirmitate perficitur. Aemulemur itaq; illum, & niB hil erit etiam nobis collatum cœlū iſtud ſi uolueri mus, neque Sol, neq; uniuerſus iſte mundus: hæc. n. omnia propter nos facta ſunt, non nos propter illa. Re ipſa oſtendamus dignos nos eſſe, pp quos iſta fierent. Si nanq; iſtis apparuerimus indigni, quo pacto ipſo regno digni erimus? Etenim ſi Solis indigni ſunt aſpectu, qui ad blaſphemādū deū uiuūt: indigni utiq; ſunt blaſphematores dei, q operibus deū
Sup.c.& 8.d glorificantibus fruātur. Nā & filius patrē contume lia adficiēs, indignus eſt, qui famulorum probatorū miniſterio fruatur. Propterea opera quidē dei multa potientur gloria, nos uerò ſupplicū pœnasq; da bimus. Quātæ fuerit ergo miſeriæ, creaturam dei, q̄ propter te facta eſt in libertatem gloriæ filiorū dei complantari configurariq;: nos uerò, qui filij dei facti ſumus, pp multam noſtram ſocordiam in perditionem & gehennam immitti cū creatura dei pp nos magna illa felicitate potitura ſit? Ne hoc ergo fiat, quicunq; mentem poſsidemus puram ac mūdam, talem eam diligēter cuſtodiamus: immo ſplēdorem ipſius intendamus etiā, auctioremq; reddaC mus. Qui uerò ſqualidam habemus ac ſordidā, non
Eſaiæ.1.e ideo ſtatim deſperemus. Si enim, inquit, fuerint pec cata ueſtra rubicunda uelut color phœniceus, tanq̄ nix albeſcent: & ſi fuerint uelut coccinū, quaſi lana alba erunt. Cū deus itaque promittat, nō erit quod dubites, ſed ea potius facias, quibus quæ promiſſa ſunt in te quoq; accerſere queas. Innumera tibi ſunt perpetrata mala delictaq;? Quid hoc? Nōdum. n. ad infernū uſq; deueniſti, ī quo nemo cōfitebitur. Nōdum ſolutū eſt theatrū, ſed adhuc intus in ipſa ſtas cauea, potesq; uel in extrema lucta omnes reuocare conflictus. Nondum' es eo loci ubi diues ille eſt,
Luc.16.g ut audiendum tibi ſit illud, Quoniā magnū chaos inter nos ac uos eſt. Nondum aduenit ſponſus, ut timēdum ſit, quis tibi de ſuo daturus ſit oleo. Adhuc licet ut emas ac recondas. Neque enim dum eſt qui
Mat.25.a dicat, Ne nō ſufficiat nobis ac uobis: ſed adhuc multi ſunt qui uendunt, nudi. ſ. eſuriētes, ægroti, quiq; in carceribus ſunt. Paſce illos, iſtos ueſtibus indue, iacentes uiſita: quę ſi feceris, adcurret oleum uberiore copia, quàm ſoleant aquarum fontes. Nondum aduenit dies, quo reddenda ſit ratio. Temporis commoditate, ut oportet, utere, debitaq; ampu-

tando: dic ei, qui centum batos olei debet, accipe D
cautionē tuā, & ſcribe quinquaginta. Idem fac & in Luc.16.b
pecunijs, & in uerbis, alijſq; ſimiliter omnibus, imitatus œconomū illum euangelicum. Atq; iſta tibiipſi cognatiſq; tuis admonēdo inculca. Nam adhuc in tua poteſtate eſt, ut iſta dicas. Nondum enim in ea cōſtitutus es neceſsitate, ut alius tibi ſit ſuper iſta conſtituendus, ſed poteſtatē habes tam tibi ipſi, q̄ aliis conſulendi. Quamprimum uerò hinc deceſſeris, nihil horū, ut oportebat, facere poteris. Idq; non immeritò. Cum enim tantum præfiniti tēporis ac ſpatij acceperis, & tamen in illo neque tibi ipſi neq; alijs profueris: quomodo deinceps poteris in iudicis poteſtate conſtitutus, iſtam conſequi gratiam? His itaque collectis omnibus, incumbamus diligenter ſaluti noſtræ, preſentisq; uitę opportunitatē non prodamus: licet enim, licet, inquam, ut ad extrema uſque ſuſpiria deo gratias agas: licet ut & ab ipſo te- Teſtamē-
ſtamento commenderis, etſi non quemadmodū, ſi ta.
dum uiuis, bene ageres, licet tamen. Quo pacto? Si Chriſtum in ipſo cum hæredibus tuis conſcripſeris, partēq; illi totius ſortis tradideris. Non pauiſti Chri E
ſtum dum uiueres? Saltem abiturus hinc, quando iā non amplius eorum quæ poſsidebas uſum ac poteſtatem habes, tua illi contribue, non erit, quemadmodum benignus eſt, curioſus aut difficilis erga te. Maioris quidem amoris ſignum fuerit, maioreq; dignum mercede, ſi Chriſtū dum uiuis, paueris: ſi uerò iſtud non feciſti, uel quod ſecundo loco licet aggredere, nimirum, relinque illum filijs tuis cohæredem. Quòd ſi iſtud quoque negligenter facis, cogita quòd illius cohæredem te pater effecerit, atque ita uel hac ratione inhumanitatem iſtam tuam abii ce. Quam enim habiturus es excuſationem, ſi neq; filiorum tuorum cohæredē Chriſtū feceris, cum iſte cœlorum ipſorū conſortem reddiderit, immo & mortem propter te ſubierit? Atqui ipſe quæcunque fecit, non uelut debitum perſoluens, ſed gratiā oſtēdens fecit. Tu uerò licet poſt tanta beneficia debitor etiam conſtitutus ſis, rebus tamē ſic quoque habentibus, non aliter te propter ea quę reddideris coronat, quàm ſi gratiam quandam non debitū exactum abs te tulerit, tameſi nihil, niſi quæ ſua ipſius F
ſunt bona, recipere queat. Contribue ergo illi pecunias tuas tibi iam deinceps inutiles, & quarū dominus eſſe in poſterū non poteris: dabitq; is tibi regnū illud, quod perpetuo uſu tibi futurum eſt, quin & cum illo ea quoque quę hic ſunt, ſimul donabit. Nā ſi factus fuerit filiorum tuorum cohæres, & orphaniam illorum alleuiabit, & uiolentias illatas diſſoluet, ac inſidias repellet, ſycophantarūq; ora obturabit: & ſi ipſi teſtamēto legatis præeſſe nequiuerint, præerit ipſe, neque feret ut perrumpantur. Si uerò & iſtud fieri permiſerit, adimplebit per ſeipſum quæ ſcripta ſunt omnia, idq; multa cum liberalitate, eò quòd ſemel abs te teſtamento inſcriptus honoratus ſit. Relinque ergo ipſum hæredē. Ad ipſum quippe abiturus es. Ipſe quæcunque in hac uita commiſiſti, in iudicium uocabit omnia. Sed ſunt quidam adeò miſeri ac deplorandi, qui cum neque filios habeant, iſtud tamen facere non ſuſtineant: ſed paraſitis potius, adulatoribuſque, aut ſimilibus ſua diſtribuenda curent, quàm Chriſto, qui tot illos beneficijs adfecit. Qua re quæſo quid poterit fieri inconſideratius? Nā etiam ſi aſinis tales aut lapidibus

G comparaueris, nihil tamen adhuc istа illorũ amẽtia stupiditateq; dignum dixeris. Neq; enim similitudinẽ quis facile inuenerit, qua uesaniam ipsorum ac desipientiam repræsentare queat. Quam igitur sibi uenia parant, qui ultra id quòd Christũ dum uiuerent, non pauerũt: neque etiã cum ad ipsum iam abituri sunt, uel de pecunijs illis quarum ultrà domini non sunt, aliquid illi, uel modicum largiri uolunt: sed adeò inimicè adeoq; hostiliter se habent, ut nec de iis rebus quarum usu iam destituũtur, ei contribuant? Nõ uides qũo plerique hominum huiusmodi morte donati non sint, sed subitaneo raptu decesserint? Te uerò deus tuorum dominũ ita fecit, ut quibus quæque cõueniant dispicias, edicasq; de bonis tuis, ac quæ domum tuam concernunt disponas. Quam igitur excusationem habebis, siquãdo post hanc acceptam ab eo gratiam, beneficentiã istam prodideris, & uelut ex diametro fidei tuę maiorib⁹ contrarius fueris? Illi quippe uiuentes etiam uẽdidерunt omnia, atque ad pedes Apostolorũ detulerũt. Tu uerò nec moriens aliquã tuorũ bonorũ partem pauperibus tradis. Melius quidẽ fuerit, multumq; adferens fiduciæ, dũ adhuc uiuis, paupertati egentium succurrere. Si uerò istud nolueris, uel moriẽdo generosum quid facias. Id.n. licẽt non multum habeat dilectionis erga Christum, aliqua tamen est dilectio. Nam etiamsi nõ habiturus sis priores partes cum agnis, non tamen parũ erit, uel hoc pacto scũ Christo, esse, & neq; cum hœdis, neq; à sinistris stare. Quòd si istud quoque non feceris, qua quæso ratione poteris, ne pereas, excipi, quando te, neque timor dei, neque quòd pecuniæ inutiles tibi deinceps sunt, neq; quod posses hoc pacto securitatem relinquere liberis tuis, nec quòd multũ tibi uenię res ista pręcondere posset, benignũ & humanum facit? Propterea maximè quidẽ hoc uos obsecro, ut uiuentes bonorum uestrorum pauperibus, potiorem offeratis partẽ. Si uerò quidam adeò sunt pusillanimes, ut hoc facere non sustineant, illi uel cogente necessitate reddentur benigni. Quãdo.n. uita eras incolumi nõ aliter, quã immortalis, ita tuis obnixe adhęrebas bonis. Nũc uerò cũ te mortalẽ esse cognoueris: nũc saltem dogma illud excute, & ut mortalis de bonis tuis statue, uel potius tanquam qui uita immortali perpetuò frui debeas. Nam tametsi dictu graue sit quod dicturus sum, plenumq; horroris: necesse tamẽ est, ut dicã: Numera dominũ cũ seruis tuis. Libe ras seruos? Libera Christum fame, necessitate, carcerib⁹, nuditate. Horres audiẽdo? Atqui isto horrẽdũ magis est, quòd nec hoc facis. Et si hic uerbo tantũ obstupefact⁹ es, quãdo illò abieris, multoq; his graviora audieris, uideriscq; tormẽta immedicabilia, qd dices? Ad quẽ confugies? quẽ implorabis auxiliatorem ac adiutorẽ? Abrahamũ? Sed non audiet. Virgines illas? Sed neque ipsæ tibi de oleo suo dabũt. Patrem implorabis aut auum? Sed neque horum quisquam, etiam si uehementer sanctus fuerit, sententiã illam iudicis soluere poterit. His itaque consideratis omnibus, eum, qui solus chirographum tuum delere, flammamq; illam extinguere potest, suppliciter uenerare & obsecra, propitiumq; redde, iam scilicet illum continuò & pascens, & uestiens, ut & hinc bona spe abeas, & illic constitutus æternis bonis perfruaris: quæ nos liceat omnes apprehendere, gratia & benignitate &c.

Homilia. xix. K

Vid igitur? Quod quærit Israel, hoc non assecutus est, sed electio assequuta est: reliqui uerò excæcati sunt. Dixerat deũ nõ repulisse populum suum, ostensoq; quõ non repulerit, ad prohetarũ testimonia cõfugerat, perq; illa maiorem illius partem periisse declarauerat. Sed ne uideretur Iudæos ex seipso reprehendere, grauiq; facto sermone hosti liter ac inimicè taxare, ad Dauidis & Esaiæ testimonia cõfugit, dicens: *Quemadmodũ scriptum est, Dedit eis deus spiritũ cõpunctionis.* Quin magis ex superioribus sermonibus exordia nobis ducenda sunt. Nam cum dixisset ea quæ ad Heliam pertinent, ostendisset q; quidnam sit gratia, subdit: Quid igitur? Quod quærit Israel, hoc non est assequutus. Hoc autẽ non magis interrogãtis est quã accusantis. Nam sibi ipsi repugnat, inquit, Iudæus: dum iustitiam, quã quærit, nõ sustinet accipere. Deinde rursus uenia illos priuans, ab acceptis perfidiam atque ingratitudinẽ illorũ demonstrat, cum dicit: Electio autem assequuta est. Consequuti ergo iustitiam, non consequutos condemnant, id quod & Christus dixit: Si autẽ ego, L inquiens, in Beelzebub eiicio dæmonia, filij uestri in quo eiiciunt? Propterea ipsi iudices uestri erũt. Et enim nequis culpam ipsius rei naturę adscribat, sed potius peruersæ illorũ menti quosdam adeptos esse iustitiam ostendit. Propterea significanter quoq; eiusmodi dictione utitur, qua tam supernã gratiam, quàm ipsorum studium exprimat. Neque.n. ideo consequutos esse dicit, quòd liberam arbitrij potestatem sublatã uelit, sed ut bonorum magnitudinẽ declaret, & quòd potior qdẽ pars gratię sit, nõ tamẽ totum. Nam & nos subinde dicere solemus: iste consequutus est, iste inuenit, quando uidelicet quod factum est, multum adferre lucri uidetur. Non enim humanis laboribus, sed diuino dono fit potior hæc pars. *Reliqui uerò excæcati sunt.* Vide quando tãdem ex seipso reliquorũ eiectionem proferre ausus sit. Dixerat iam quidem illam, sed ita ut prophetas induceret illos accusantes: hic uerò deinceps illam & ipse definit. Veruntamen neq; hic sua contentus est sententia, sed rursus prophetã Esaiam inducit: Cum.n. dixisset, reliqui uerò excęcati sunt, subiungit: Quem admodum scriptum est: Dedit eis deus spiritum cõpunctionis. Et undénam est ista excæcatio? Causas illius & suprà quidem dixit, totumq; in eorum ipsorum caput deduxit, ostendens quòd istud ex intempestiua contentione pasi sint. Idem uerò & nunc dicit, quãdo subiũgit: *Oculos, ut nõ uideãt, & aures, ut non audiant.* Nihil calumniatur aliud, quam animum illorum nimis cõtẽtiosum. Nam cum oculos haberent, quibus uidebant admiranda, auresq; quibus mirabilem illã doctrinam audiebant: nihilo tamen horum, quemadmodum oportebat, usi sunt. Illud uerò quod dicit, dedit eis: non operationem quandam dei, sed cõcessionem, hoc loco signi ficare putabis. Compunctionem autem hic dicit habitum quendam animę ad id quod peius est immedicabiliter & immutabiliter se habentem. Quandoquidẽ & Dauid alibi dicit, Vt psallat tibi gloria mea, & non conpũgar: hoc est, nõ immutabor, non desistam. Quemadmodũ enim is qui in pietate compungitur, non facilè in aliud transfertur: sic & qui in malitia compungitur, non facilè immutatur. Compungi siquidem nihil est aliud, quàm quasi incusso

Esa.6.e

Psal.29.c [quiescã. κατανύγηναι τὸ ἔμπαγες, κατὰ πρόσκλωσιν

clauo

A clauo ad aliquid infigi solideq; cõpingi. Vt igitur immedicabilem mẽtis illorũ morbum immutabilẽq; significanter, exprimeret, spiritum cõpunctionis posuit. Deinde ut ostenderet illos incredulitatis huius extremas pœnas daturos, Prophetam rursus inducit eadem minitantem, quę quidẽ euenerunt etiam,

Psa.68.c finemq; ceperunt. *Fiat enim, inquit, mensa, ipsorum in laqueum, & in captionem, & in offendiculum.* Hoc est, oẽs illorum deliciæ, omniaq; bona, immutentur ac perdantur, reddanturq; prehensibiles quibusuis. Et ut declaret, quòd ista patientes pœnas peccatorum luant, subiungit: *Et in retaliationẽ ipsis, obscurentur oculi eorum, ne uideant, & tergum illorum semper incurua.* An ista aliquã expositionẽ desiderant? An non clara sunt, ẽt uehementer stupidis? Etiam ante nostra uerba ipse rerum euentus præueniendo de his quæ dicuntur, testimoniũ exhibet. Quando.n. usqueadeo facti sunt prehensibiles? Quando captiuitati exposi ti? Quãdo tergũ illorum ita incuruauit? Quando talem seruitutem tulerũt? Et quod maius est, quòd finis etiam malorum horum non erit: quod & ipsum

B propheta subindicauit. Non.n. simpliciter dixit, Tergum illorũ incurua, sed, semper incurua. Si uerò de fine contenderis, ô Iudæe, disce uel ex præteritis præsentia. In Aegyptũ descẽdisti, sed ab ista seruitute statim ducentis annis elapsis liberauit te deus, idq; impiè agentem, fornicationẽq; grauissimam cõmittentem. Liberatus ab Aegypto, uitulum adorasti, filios tuos Beelphegor immolasti, templũ, uiolasti, oẽm malitiæ speciem attentasti, naturã ipsam ignorasti, mõtes, saltus, colles, fõtes, fluuios, hortos, nefandis hostijs implesti, prophetas trucidasti, altaria subruisti, oẽm nequitiæ & impietatis excessum ostendisti. Attamen cum septuaginta annos te Babylonijs tradidisset, pristinæ rursus libertati restituit, tẽplum ac patriam reddidit, simulq; uetus uiuendi institutum, rursus & prophetæ, & spiritus gratia: immo in ipso quoq; captiuitatis tpe derelictus non fuisti, sed illic dati sunt tibi, & Daniel, & Ezechiel, & in Aegypto Hieremias, & i solitudine Moyses. Post illa rursus ad priorem deuolutus malitiam, & debacchatus, & ad Gentiliũ conuersationem sub Antiocho impio auersus es. Sed tunc quoq; tribus tantum annis & paulo amplius in manus Antiochi traditi, splendida rursus trophæa per Machabæos statuistis. Nunc uerò nihil horũ est, sed contrarium euentũ habent omnia: & quod potissimũ admiratione dignũ est, quæ ad malitiam pertinent, cessarunt quidẽ: quæ uerò ad supplicium, crescunt adhuc, nec ullam immutationis spem habent. Non.n. septuaginta tantummodo prę terierunt anni, neq; etiam centum solùm, aut duplo totidem, sed trecenti iam ac multò plures: & tamen ne umbram quidem alicuius spei adhuc inuenire datur, idq; cum neq; idololatriam cõmittatis, neq; alia faciatis quæ olim ausi estis. Quænã ergo huius supplicij causa est? Typum excepit ueritas, legemq; exclusit gratia. Hæc itaq; olim prędixit propheta, cum

Psa.68.c inquit: Et tergũ ipsorum semper incurua. Vides prophetiæ certitudinem ac diligẽtiam, quomodo & illorum incredulitatem prædixerit, & contentionem ostenderit, & subsequẽtem pœnam manifestauerit, infinitúmque supplicium patefecerit? Quoniã enim multi ex crasioribus non credentes futuris, ex præsentibus uolebant futura cognoscere: utrinque iam Christus potentiæ suæ specimen exhibuit, dum ex

ἔσφαξας habet codex emendatus & μοχλοστρέπτους, subruisti. πωλιτεύσω σχῆμα.

Gentibus quidem credentes supra cœlos extulit, in- D credulos uerò ex Iudæis in extremam uastitatẽ deducens, insolubilib⁹ malis tradidit. Vehementer itaq; illos cum taxasset, tum ob eorum incredulitatem, tum ob ea, quæ & passi sunt, & passuri essent: rursus quæ dicta sunt, cõsolandi gratia mitigat, sic scribẽs: *Dico igitur, Num ideo impegerunt ut conciderent? Absit.* Quãdo ostẽderat illos innumeris malis obnoxios, tunc & consolationem meditatur. Et obserua Pauli prudentiã. Accusationem quidem à prophetis sumptam induxit, consolationem uerò à seipso ponit. Quòd enim magna, inquit, ab ipsis peccata sint, nemo est qui contradicat. Videamus aũt, num talis illorum ruina, quę nec sit curabilis, nec ullam habeat correctionem. Sed non est talis. Vides qũo illos denuò reprehendat, atq; in ipsa ẽt consolationis expectatione cõfessorum delictorum reos faciat? Sed uideamus quãmnam illis consolationem meditetur. Quæ est igitur illa? Quando uerò plenitudo Gentiũ *Hic inf.c* intrauerit, inquit, tunc omnis Israel saluus erit, circa tempus uidelicet secundi aduentus Christi, mundique consummationem. Sed istud non statim dicit. E Postquàm uerò diligenter illis per aduersum occurrendo restitissет, accusationibus accusationes subiũxisset, Prophetas super prophetas aduersum illos clamitantes induxisset, utpote Esaiam, Heliam, Dauidem, Moysen, Oseam, idque semel, bis ac sæpius, ne uehementi hac occlusione ac ueluti segregatione & illos de regressu ad susciendam fidem desperabũdos faceret: & eos qui ex Gentibus crediderãt, è regione in arrogantiam extolleret: atq; ita etiã ipsi arroganti inflatione aduersus fidei sermonem noxij redderentur, rursum illos consolatur, dicens: *Sed per lapsum illorum, salus contigit Gentibus.* Oportet uerò, ut quæ dicuntur, non audiamus simpliciter, sed dicentis cognoscamus & mẽtem & scopum, quidq; corrigere uel instituere conetur, cuius perpetuò uestram admoneo charitatem. Nam si tali intellectu dicta apostolica perceperitis, in nullo illorũ aliquã difficultatem inesse uidebitis. Conatus aũt Apostoli hoc loco est, ut arrogantiam quam ex dictis sibi, qui ex Gentibus erant, concepisse poterant, demoliatur. Sic enim & ipsi purius ac manifestius in fide mã- F suri erant. siquidem modestiam didicissent, & ijs qui ex Iudæis erant, à desperatione liberatis, ad gratiam alacrius accedendi ansa dabatur. Ad hunc itaq; scopum spectantes, quicquid hoc loco dicitur, audiamus. Quid ergo dicit? Et unde probat, quòd nõ incurabiliter ceciderint Iudæi, neq; finaliter prorsus eiecti sint? Ex Gentibus scilicet, sic dicens: *Per lapsum illorum salus contigit Gentibus, ut eos ad æmulandũ prouocaret.* Hic autem sermo, nõ Apostoli tantùm est, sed & in euãgelijs idem uolunt Christi parabolæ. Nam *Mat.22.a* & qui filio suo nuptias parauerat, quando qui uocati erant, uenire nolebant: tunc uidelicet eos qui in tuijs erant, uocauit. Et qui uineam plantauerat, cum *Ibid.21.d* hæredem occidissent agricolæ, tunc uineam suam alijs elocauit. Sine parabola uerò dicebat: Non sum *Ibid.15.c* missus nisi ad oues domus Israel perditas. Syrophœniciſſæ autem perseueranter instanti amplius quid denuò dicebat, nimirum, Nõ est bonum sumere pa- *Ibidem.* nem filiorum, & dare canibus. Et Paulus in aduer- *Actо.13.g* sum tumultuantibus Iudæis: Vobis, inquit, primùm oportuit annũciari regni dei sermonem. Quoniam uerò illo uos ipsos iudicatis indignos, ecce conuer-

timur ad Gẽtes. Atq; ita undiq; patefcit, quòd iuxta rerum quidem feriem ac conſequentiam oportuerit eos priores ad fidem accedere, deinde qui ex Gentibus ſunt: uerũ quoniam incredduli fuerunt, factũ eſt, ut inuerteretur hic ordo. Iudæorum itaq; incredulitas atq; delictum effecit, ut Gentes introductæ ſint priores. Propterea dicit: Per lapſum illorum ſalus cõtigit Gentibus, ut eos ad æmulandũ prouocaret. Si uerò de eo quod contingenter ex conſequentia euenit, tanquam ſi præmeditatò factũ ſit loquitur, non eſt quod mireris. Vult enim perculſos illorũ animos conſolari. Quod autem dicit, tale eſt: Venit ad eos Chriſtus Ieſus, hunc non ſolùm non receperunt innumera mirabilia operantem, ſed & crucifixerunt: quo facto, attraxit ad ſe Gẽtes, ut illarũ honor iſtorum ſtupiditatem mordens ac iritans, uel ex contentione aduerſum alios accedere eos pſuaderet. Oportebat quidem eos gratiam hanc complecti primũ, deinde tandem & nos. Vnde & dixit: Virtus quippe dei eſt ad ſalutẽ, Iudæo primùm & Græco. Quoniã uerò reſiluerunt, qui poſteriores fueramus facti, ſumus primi. Vides ergo quantum honoris illis etiam hinc adſcribat, primùm quidẽ, quòd tunc demũ uocatos nos dicit, quãdo ipſi uenire noluerunt: deinde quòd propterea nos eſſe uocatos dicit, nõ ut ſaluaremur tantummodo, ſed ut & ipſi per noſtram ſalutem ad æmulationem inducti, meliores redderẽtur. Quid igitur dicit? An niſi fuiſſent Iudæi, uocati ſalua tiq; non fuiſſemus? Certè ante illos nequaquam, ſed conuenienti poſt ordine. Atq; ideo cũ diſcipulis præciperet, non dicebat ſimpliciter, ite ad perditas oues domus Iſrael, ſed ite potius, oſtẽdens quòd & ad eas poſtea quę ex Gentibus erant, oporteret illos abire. Et Paulus rurſus non dicebat, neceſſarium eſt annũciari uobis ſermonem, ſed uobis oportuit primùm annunciari, ſignificans quòd & nobis ſecundo loco annũciari oportuerit. Hæc aũt & facta ſunt & dicta, ut ne impudentem quidem haberent excuſationem Iudæi, tanq; qui meritò non crederent, quòd fuiſſent contempti. Atq; ob id Chriſtus omnium præſcius, primũ ad ipſos acceſſit. *Quòd ſi lapſus illorum diuitiæ ſunt mundi, & diminutio illorum diuitiæ Gentium: quanto magis plenitudo illorum?* Ad gratiam illis hic diſſerit. Nam etiãſi millies illi cecidiſſent, ſaluatę tamen non fuiſſent Gentes, niſi fidem recepiſſent, quemadmodum & Iudæi utiq; non periiſſent, niſi increduli contentioſiq; fuiſſent. Sed quemadmodũ dixi, conſolatur illos abiectos, copioſẽ ſatagens, ut cõfidentes de ſua ipſorum ſalute faciat, ſiquidem immutarentur. Si enim, quãdo expulſi ſunt, inquit, tam multi ſalute potiti ſunt, atq; ex eo quòd eiecti ſunt illi, tam multi uocati ſunt, perpende quid futurũ ſit, quando cõuerſi fuerint. Non enim dicit, quantò magis conuerſio ipſorum, aut immutatio ipſorum, aut correctio ipſorum: ſed quantò magis plenitudo ipſorum, hoc eſt, quando uniuerſi ad fidem acceſſuri ſunt. Hoc uerò dicens, oſtendit tunc plus fore gratiæ doniq; dei, ac propẽ totum. *Vobis autem dico Gentibus, quatenus ego quidem ſum apoſtolus Gẽtium, miniſterium meum illuſtro, ſi quo pacto ad æmulandum prouocem carnem meã, & ſaluem nonnullos ex illis.* Rurſus mala ſuſpicione ſe ipſum liberare ſatagit. Videtur autem eos quidẽ qui ex Gentibus erant, obiurgare, mentesq; illorũ humiliare: ſenſim tamen Iudæum uellicat. Circunquaque quidem quærit, qũo tantam illorum perditionem componat, ac mitiget: ſed nihil inuenit, propter rerũ ipſarum naturam. Nam & ex ijs ipſis quæ dixit, maiore reddebantur accuſatione digni, quãdo quæ illis apparata fuerant, cæteri, qui longè ab illorum ſorte deficiebant, receperunt. Propterea relictis Iudæis ad Gentes tranſit, deq; hiſce medium interponit ſermonem, oſtendere uolens, quòd hæc omnia in hoc dicat, ut ad modeſtiam eas inſtruat. Nam duplici nomine, inquit, uos laudo: Primũ quòd neceſsitas hoc exigat, ut cui ueſtrũ concreditum eſt miniſterium. Deinde ut per uos alios quoq; ſaluos reddã. Et nõ dicit, fratres meos, cognatos meos, ſed carnẽ meam. Et pòſt, ut contentionem Iudæorum demonſtret, non dicit, ut perſuadeam, ſed ut ad æmulandũ prouocem, ſaluosq; reddam. Et neq; hìc dicit oẽs, ſed ali quos ex eis, adeò ſcilicet duri erãt. In hac aũt ipſa increpatione rurſus ſplendida eſſe, quę ad Gentes pertinent, oſtendit: licèt enim utriq; alteris alteri ſalutis cauſam dederint, non tamen eiſdem rationibus ac mediis. Iudæi ſiquidem iſtis ſua incredulitate, iſti uerò Iudæis fide ſua bonorum facti ſunt procuratores: unde uidentur, quæ Gentium ſunt, adæquare, imo exuperare Iudęos. Quid ergo dices ô Iudęe? Niſi nos eiecti fuiſſemus, uos nõ adeò ſtatim uocati fuiſſetis? Sed hoc quoq; qui ex Gentibus eſt, nõ minore ratione dicit. Niſi ſaluatus eſſem ego, tu ſanè æmulãdi cauſam non habuiſſes. Si uerò uoles cognoſcere, unde excellamus etiam, accipe: Ego quidem te credulitate mea ſaluo: tu uerò lapſus, priorem nobis ingreſſum ad ſalutẽ tradidiſti. Deinde cognito quòd illos denuò reprehendiſſet, priora reſumit, dicens: *Nam ſi reiectio illorum reconciliatio mundi eſt, quæ erit aſſumptio, niſi uita ex mortuis?* Sed & hoc rurſus illos condemnat. Siquidem alij ex eorũ peccatis lucrũ tulerunt, ipſi uero neque ex aliorum benefactis adiuti ſunt. Si uerò illud quod ex neceſsitate contigit, illorũ eſſe dicit, non eſt quod mireris. Vt enim & iſtos, id quod ſæpenumero dixi, contrahat, & illos adhortetur, ad eum modũ ſermonem format. Quemadmodum enim dicebam, etiamſi innumeris modis reiecti fuiſſent Iudæi: non tamen ideo ſaluatæ fuiſſent Gentes, niſi fidem ſuſcepiſſent. Sed ægrotanti parti adſiſtit, opitulaturq; laboranti. Verũ uide in quibus gratificetur, uerbis illos conſolans. Nam ſi reiectio illorum, inquit, recõciliatio eſt mundi. Et quid hoc ad Iudęos? Quę erit aſſumptio, niſi uita ex mortuis? Sed neq; hoc ad illos, niſi ipſi quoque aſſumpti fuerint. Quod uerò dicit, tale eſt: Si Iudæis iratus, tanta largitus eſt Gentibus: quando illis reconciliatus aliquando fuerit, quid non largietur? Sed quemadmodum reſurrectio mortuorũ non eſt pp illorũ aſſumptionem, ita neq; ſalus noſtra propter illos eſt. Electi ſunt quidem propter eorum dementiam, nos uerò per noſtram fidem cœleſtemq; gratiam ſaluati ſumus. Horum uerò nihil illis prodeſſe poterit, niſi & ipſi conuenientem fidẽ oſtẽderint. Verũtamen pro ſua conſuetudine faciens in aliud encomium ſermonem inducit, tale tamen, quod encomiũ re uera nõ ſit, ſed eſſe tantummodo uideatur, imitatus in hoc medicorum optimos, qui tantum largiuntur ægrotis, quantum ipſa infirmitatis natura conceſſerit aut exegerit. Quid autem dicit? *Quòd ſi primitiæ ſanctæ, ſancta eſt & conſperſio. Et ſi radix ſancta, ſancti ſunt & rami.* Primitias hic atque radicem, uocat Abraham, Iſaac, Iacob, prophetas, ac patriarchas, eòſque

Gup. 1. b

κατόρθωμας.

omnes qui in ueteri teſtamẽto celebres habiti ſunt: ramos uero, qui ex illis ſunt credentes. Deinde quoniam occurrebat, multos non credidiſſe, uide quo pacto illud rurſus abſcindat, dicens: *Si uerò quidam ex ramis defracti ſunt.* Atqui ſuprà dicebas plures eſſe perditos, paucos uerò ſaluatos: qũo igitur hic de peditis ponis illud, quidam, qua dictione utiq; nõ multitudo ſed paucitas ſignificatur? Non contrarius, inquit, mihiipſi ſum, ſed laborãtes curare recuperareq; ſtudeo. Vides qũo per omnẽ hunc locum unũ hoc ſatagat, ut illos conſoletur? Hoc ſi detraxeris, multa ſequentur contraria. Tu uerò mihi uelim ſapientiã ipſius conſideres, quomodo cum uideatur pro ipſis dicere, conſolationémque meditari, occultè interea illos feriat, omniq; excuſatione priuatos oſtẽdat, idque ab ipſa radice, ab ipſis ſuis ipſorum primitijs. Perpende ſiquidem in hoc ramorum malitiam, quòd cũ radicem habeãt dulcem, ipſam tamen nullo pacto imitẽtur, & conſperſionis malitiam, quòd neque ab ipſis primitijs, immutetur. Si uerò quidam ex ramis defracti ſunt. Atqui potior illorum pars defracta eſt. Sed quemadmodũ dicebam, uult illos cõſolari. Atque ideo ſermonem non de ſeipſo, ſed de ipſis inducit, in eo etiam ipſo clanculum illos taxãs, oſtẽdẽnſque quòd ex Abrahæ cognatione exciderint. Hoc.n. erat qđ dicere ſtudebat, nimirũ quòd nihil commune haberent cũ illo. Licèt enim ſancta ſit radix, ipſi tamen non ſancti, atque ideo procul à radice ſunt. Deinde cum uiſus eſſet Iudæum conſolatus eſſe, rurſus eos qui ex Gentibus erant, per reprehenſionẽ percutit. Cũ enim dixiſſet, ſi uerò quidam ex ramis defracti ſunt, ſubiũgit: *Tu uerò cum eſſes oleaſter, inſitus fuiſti illis.* Quanto enim uilior eſt Gentilis tantò magis dolet Iudæus, uidens illum in iis quæ ſe concernunt, deliciantẽ. Gentili uerò tantum non eſt ex ſua uilitate pudoris, quantum ex immutatione honoris: & uide ſapientiam. Non dicit, inſertus es, ſed arboris in medium inſitus es, hoc ipſo iterum Iudæum mordens, oſtendensq; Gentilem in ipſius arbore ſtantem, cum interim ipſe humi iaceat. Propterea neque hìc pedẽ figit, etiam cum dixiſſet, inſitus fuiſti illis: non tamen uel ſic illũ dimittit, quanq; totam rem hoc dicto declarauerit, ſed felicitati huius immoratur, celebritatémque eius dilatat, dicẽs: *Et conſors radicis ac pinguedinis oleæ factus.* Videtur quidem Gentilem in ordinẽ ſecundariæ cuiuſdam additionis & appendicis poſuiſſe: oſtendit uerò nihil iſtud illi nocere, ſed habere eum quicquid habuerit ramus ipſe de radice aſcendens. Etenim ne cùm audis tu uerò inſitus fuiſti illis, naturali illum ramo cõferens, putes imminutũ inferioremq; eſſe: uide quo eum illi adæquet dicens: & conſors radicis ac pinguedinis oleæ factus: hoc eſt, ĩ eandẽ poſitus es nobilitatem, in eandem naturam. Deinde increpans ac dicens: *Ne glorieris aduerſus ramos.* Videtur quidem conſolari Iudæum, ſed oſtendit magis multam illius uilitatem & ignominiam. Propterea non dicit, ne glorieris, ſed ne glorieris aduerſus ramos: hoc eſt ne glorieris aduerſum Iudæos, quaſi eradicati ſint. Nam in illis ſtas quę eorum ſunt, illisq; frueris. Vides quomodo uideatur quidẽ increpare Gentiles, mordeat autem Iudæos. *Quòd ſi gloriaris*, inquit, *non tu radicem portas, ſed radix te.* Quid hoc ad ramos illos qui exciſi ſunt? Nihil. Quemadmodum enim dicebã umbram quandam conſolationis modicam ac tenuem meditari quidem uidetur: in eo tamen ipſo quòd aduerſus gentilem inuehitur, tempeſtiuam Iudæis plagam incutit. Cum enim dicit, ne glorieris aduerſum ramos: &, quòd ſi gloriaris, non tu radicem portas, ſatis oſtendit Iudæo digna eſſe quę Gẽtibus obtigerunt, unde glorientur: licèt non oporteat eas aduerſum Iudæos gloriari, atque ita ad fidẽ illum incitat, ſeq; coniicit in locũ patroni, oſtendẽs illi quid damni ſuſtinuerit, ac quomodo quæ ipſius ſunt, obtineant alii. *Dices igitur, defracti ſunt rami, ut ego inſererer?* Rurſus per modũ obiectionis inſtituit quod priori contrarium eſt, oſtendens quòd quæ paulò ante dixerat, non principaliter, ſed ad hoc dixerit, ut Iudęos attraheret. Non enim delicto illorum ſalus conſtat Gentium: neque delictum illorũ diuitiæ ſunt mundi: nec ideo ſaluati ſumus quòd illi ceciderunt, ſed potius contrarium eſt. Oſtendit autem & eam quæ de Gentibus eſt prouidentiam principalẽ eſſe, licèt q̃ dicta ſunt, aliter finxerit. Totũ etiam locum per obiectionem texit, ut ſe ab inimicitię ſuſpicione liberãs, acceptabilẽ reddat ſermonem. *Bene.* Laudat obiectũ. Deinde rurſus territat, dicens: *Per incredulitatem defracti ſunt, tu uerò fide inſitus es.* Ecce rurſus aliud credentiũ ex Gentibus encomium, ſimul & Iudæorum accuſatio. Sed iterũ ipſorum faſtum contrahit, ſubiungens ac dicens: *Ne eſſe ueris animo ſed timeas.* Non enim naturæ negotiũ eſt iſtud, ſed fidei & incredulitatis. Videtur autem rurſus eius, qui ex Gentib⁹ eſt, os obſtruere, ſed potius Iudæum docet, quòd non oporteat naturali attendere cognationi. Vnde & ſubdit, ne efferaris animo: & non dicit, humiliare, ſed, time. Arrogãtia ſiquidẽ contemptum ac ſocordiã parit. Deinde deploraturus ipſorũ calamitatẽ, ut tolerabiliorem faciat ſermonem, per modũ increpandi illũ qui ex Gentibus eſt illud facit, ſic dicens: *Nam ſi deus naturalibus ramis non pepercit.* Non dicit, neque tibi parcet: ſed, *Vide ne qua fiat, ut nec tibi parcat.* Abſcindens quod grauitate ſua poterat offendere, credentemq; ſolicitum ac uigilantem faciens, & illos attrahit, & iſtos aſtringit. *Vide igitur bonitatem ac ſeu eritatem dei, in eos quidem qui ciderunt, ſeueritatem: in te uerò bonitatem ſi permãſeris in bonitate, alioquin & tu excideris.* Nõ dicit, uide igitur uirtutem tuam, aut labores tuos, ſed dei bonitatẽ: oſtendẽs quòd uniuerſum ex ſuperna ſit gratia factum, inſtituensq; credentem, ut tremat. Abuſus quippe gratiæ dei, tremere facit. Nã ob ipſum, inquit, quòd bonus factus eſt erga te dominus, timẽdũ tibi fuerit. Non.n. immota tibi bona manebũt, ſi torpeſcere uolueris, quemadmodũ nec illis mala, ſiquidem immutati fuerint. Nam & tu, inquit, niſi in fide perſtiteris, excidẽris. *Illi autem, ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur.* Non enim illos amputauit deus, ſed per ſeipſos defracti, exciderunt. Et bene dicit, defracti ſunt. Nunq;.n. ad eũ modũ illos eiecit, tametſi multa, ſæpenumero peccarint. Vides quãtũ ſit liberi propoſiti dominũ? quãta mẽtis poteſtas? Nihil enim hìc, ſiue illorum malũ, ſiue tuũ bonum, fixum eſt aut immobile. Vides qũo Iudæum propẽ deſperantem reſtituerit, eum uerò qui ex Gẽtibus eſt, æquo cõfidentiorẽ cõtraxerit? Sed neq; tu Iudæe cũ amputationẽ audis, deſperes: neq; tu qui ex Gẽtibus es, cũ bonitatem dei audis, æquo cõfidẽtior reddaris. Propterea, quippe trũcatim te Iudæe abſcidit, ut reuerti deſideres. Erga te uerò, qui ex Gẽ

ἐμφύτους ἐν αὐτοῖς καὶ συγκοινωνὸς τῆς ῥίζης τῆς πιότητος τῆς ἐλαίας ἐγένου.

συγγνώμην ποιοῦ.

προηγουμένως.

γενέσθαι.

κατὰ φύσιν.

χρηστότητα.

G tibus es, ideo bonitatem suam ostẽdit, ut in illa maneas. Et non dicit, si permãseris in fide: sed, si permãseris in bonitate: hoc est, si feceris, quæ diuinę bonitati dignè correspõdeant. Non.n. sola fide opus est. Vides quõ neq; illos humi iacêre permittat, neque istos nimium sibi arrogare, immo & ad æmulationem illos prouocet? Rursus per ea q̃ dicit, Iudęo tribuit in huius stare loco, quẽadmodũ & iste locũ illius præoccupauerat. Et eum quidem qui ex Gentibus est per Iudęos, perq; ea quæ Iudęis contigerunt terret, ne aduersum illos insletur: Iudęũ uerò, per ea quę Græco cõcessa sunt & exhibita, confidẽtę facere conatur. Nã & tu inquit, si obtorpueris, excideris. Iudęus etenim licèt sit amputatus, denuò tamẽ insertur, siquidẽ diligentẽ operã impẽdent. Etenim & tu insitus es. Valde uerò prudẽter oẽm sermonẽ hic ad eum uertit, qui ex gẽtibus est: id qđ perpetuò cõsueuit, dum per firmiorũ increpationem, imbecilles restituere laborat. Hoc & in fine epistolæ facit, ubi de ciborũ obseruãtia disserit. Deinde nõ solũ ex futuris, sed & ex præteritis illud probat: id quod auditorem
H maximè persuasit. Obseruaturus uerò ineuincibilẽ rationum consequentiã, primũ à potentia dei probationem ponit. Nam etiã si amputati sunt & abiecti, alijq; quæ illorum sunt præoccuparunt, neq; sic tamen desperes. *Potest enim*, inquit, *deus denuò illos inserere*. Qui & quæ sperari non poterãt, facit. Si uerò rerum quoq; ordinem ac seriem quæris rationumq; consequentiam: subsidium huius apud teipsum maiore copia habes. *Etenim si tu*, inquit, *ex naturali exectus es oleastro, ac præter naturã insitus es in uerã oliuam: quantò magis hi, qui naturales sunt, inserentur propriæ oliuæ*: Si.n. quod præter naturã est, potuit fides: multò magis poterit quod naturale est. Si.n. iste qui iuxta naturã patrum ipsius exectus est, præter naturã ad Abrahamum uenit, multò magis tu quod cognatum tibi ac propriũ est recipere poteris. Ipsius quippe Gentilis malũ iuxta naturã est. Oleaster etenim iuxta naturã erat, bonũ uerò illius prẽter naturã est. Prẽter naturã siquidẽ Abrahę insitus est. Cõtrario uerò modo bonũ tuũ secundum naturam est. Nõ.n. in alienam radicẽ, quemadmodũ Ethnicus, sed in propriã ac domesticã, si redire uolueris, inserẽ ris. Itaq; qua uenia dignus eris, quòd, (cum Ethnicus quod præter illius est naturã, poterit) tu quod iuxta naturam tuã est, non potes, immo & prodis? Deinde quoniam dixerat, præter naturã, & insitus es, ne putes amplius quid habere Iudæũ, rursus hoc ipsum corrigit, dicens & ipsum inseri. Quãtò magis, inquit, & ipsi inserentur propriæ oliuæ? Potẽs est.n. deus denuò inserere illos. Et antẽ hoc dixerat, quòd nisi in incredulitate permãserint, inserẽtur. Quod uerò continuò dicẽtẽ audis illa, prẽter naturã, & iuxta naturam: non putabis immobile quiddã illũ dicere, naturã hanc esse, sed decens quid & cõsequens, ac rursum indecens, nominibus istis manifestare uelle. Nõ.n. naturæ sunt, q̃ bona uel mala sunt: sed mentis tantũmodo ac propositi. Obserua uerò quã odium & inuidiam uitet. Cũ enim dixisset, & tu amputaberis, nisi in fide manseris, & illi inserentur, si in incredulitate non perstiterint: relicto quod tristius erat, qđ iucundius est ponit. Adhæc & in eo ipso finẽ huius loci facit, magnificas spes, si ita uoluissent, Iudæis texens. Vnde & subiungit, dicens: *Non enim uolo uos ignorare fratres mysterium hoc, ne sitis penes uosmetipsos*

I Γπαγκ-
σν

arrogantes. Mysterium hic dicit, quod incognitũ est K φρόνι-
atque ineffabile, & multum habens quod mirabile sit & præter opinionem. Quemadmodum & alibi dicit, Ecce misterium uobis dico, Non omnes quidẽ dormiemus, omnes tamẽ immutabimur. Quid ergo mysterium hoc est? *Quòd excæcatio ex parte accidit Israeli*. Et hìc rursus Iudęum percutit, licèt uideatur perstringere eum qui ex Gentibus est. Quod uero dicit, tale est: Quod & antea dixit, nimirum quòd incredulitas Iudæorum non sit oĩum per uniuersum, sed ex parte. Quemadmodũ & cũ alibi dicit, Si uerò quis cõtristauit, non me contristauit, nisi ex parte, ne aggrauem omneis uos: &, si primũ uestra consuetudine ex parte fuero expletus: ita & hìc dicit idem quod & suprà: Num repulit deus populũ suum, quem antè cognouerat? Et iterũ, Quid igitur? Num impegerunt ut cõciderent? Absit. Hoc sanè & hic dicit, nimirum, quòd non tota sit in uniuersum Iudæorũ gens euulsa, sed quòd & nunc multi crediderint, multiq; rursus crediturí sint. Deinde quoniã magnũ quid promiserat, prophetam eius rei testẽ, sic dicentem inducit: quòd quidem cæcitas illis obtigerit, nullo testimonio probat: Manifestum enim illud erat omnibus. Quòd uero crediturí saluandiq; sint, Esaiam prophetam inducit rursus clamantẽ ac dicentem: *Adueniet ex Sion qui liberat, & auertet impietates à Iacob*. Deinde insigne quoque salutis huius ponens, nequis hoc dictum prophetæ ad anteriora tẽpora trahat, præteritisq; adapter, dicit: *Et istud erit illis à me testamentum, quando peccata illorum abstulero*. Non quando circuncisi fuerint, non quando obtulerint, non quando alia legalia fecerint: sed quãdo peccatorũ remissione potiti fuerint. Cũ ergo istud promissum sit quidem, illis uero nondũ obtigerit, neque per baptismũ peccatorũ remissionem adepti sint, omnino necesse est, ut adhuc futurũ sit. Vnde & subdit: *Nam dona quidẽ & uocatio dei talia sunt, ut eorum illum pœnitere non possit*. Et neq; isto solũ illos consolatur, sed & eo quod iam contigerat: quodq; ex consequentia contigerat, illud quasi principale ponit, cũ dicit: *Secundũ euangeliũ quidem inimici propter uos, secundum electionem autem dilecti propter patres*. Ne qui ex Gentibus est insletur dicens, Ego isto, ne mihi dicas, quidnam fieri possit, sed quid factum M
sit, & hinc quoque illum contrahit dicens, secundũ euangelium quidẽ inimici propter uos. Nam posteaquã uocati estis uos, contentiosiores facti sunt illi. Veruntamẽ neque sic uestram uocationem abscidit deus, sed expectat, donec quotquot ex Gẽtibus crediturí sunt, ingressi fuerint, atq; tunc demũ & illi ueniẽt. Deinde & aliam quandam gratiam illis largitur, dicens: Secundum electionem autem dilecti pp patres. Et quid hoc? Nam ubi inimici sunt ipsorũ est supplicium: ubi uerò dilecti, nihil ad eos progenitorũ uirtus attinet, nisi crediderint. Verũtamen, quem admodum dicebam, non cessat illos uerbis consolari, ut atrahat. Atque ideo aliunde etiam quod antea dictum est, astruens dicit: *Quemadmodũ enim & uos quondam increduli fuistis deo, nunc autem per illorũ incredulitatem misericordiam adepti estis: sic & isti nunc increduli facti sunt, ob id quòd uos misericordiam consequuti estis, ut & ipsi misericordiam consequantur*. *Conclusit enim deus omnes sub incredulitatem, ut omnium misereatur*. Ostendit hic primùm eos qui ex Gentibus sunt uocatos, deinde quoniam non uolebant

A Iudęos electos esse, id quod & ipsum post ista uicissim istis quoq; contigerit. Posteaquã enim Iudæi credere noluerunt, rursus adductę conciliatæq; sunt Gẽtes. Sed gradũ hic non figit, neque totum in illorum electionem uertit: sed magis huc, quòd rursus & ipsi misericordiam sint adepturi. Vide quantum dat illis qui sunt ex Gentibus nimirum quãtum antea dederat Iudæis. Posteaquam enim uos, inquit, qui ex gentibus estis, aliquando non credidissetis, accesserunt Iudęi. Rursus postquã & illi non crediderunt, accessi stis uos. Non enim in finem usque pereunt. Nam sub incredulitatem deus omnes cõclusit: hoc est, arguit, ac demonstrauit incredulos esse, nõ ut increduli persisterent, sed ut per aliorum contentionem saluaret alios, istos per illorum, illos per istorum. Obserua uerò: Increduli fuistis uos, & saluati sunt illi: rursus increduli facti sunt illi, & saluati estis uos. Non quidem ita saluati estis, ut denuò, quemadmodum Iudæi, exire debeatis? sed ut illos manendo per æmulationem attrahatis. *O profunditatem diuitiarum & sapientiæ & cognitionis dei, quã inscrutabilia sunt iudicia eius*. Ad prio
B ra tempora hoc loco reuersus prouidentemq; dei di spẽsationem, ab initio, quo mundus ipse factus est, adhęc usque tempora contemplatus, perpenso uide licet quã prudenter ac uariè cuncta instituerit deus, obstupuit & exclamauit, ut certos faceret auditores omnino quæ dixerat, ita fore. Nam non exclamasset utique, neque obstupefactus fuisset, nisi istud omnino futurũ esset. Quòd quidem hac in re profunditas sit, cognouit: quata uerò sit, non item. Admirantis quippe est hic sermo, non omnia scientis. In admirationem uerò stuporemq;, propter hanc dei bonitatẽ raptus, quantum licuit, duobus nominibus excellentiam habentibus, illam deprædicauit, nimirum diuitiarum & profunditatis. Atq; ob hoc potissimũ obstupuit, quòd ista deus & uoluerit & potuerit, quòd contraria per contraria curauerit, ac perfecerit, ita ut sint illius iudicia inscrutabilia. Nõ enim incomprehẽsibilia tantummodo sunt, sed & inscrutabilia. Et *imperuestigabiles uiæ illius*. Hoc est, dispensationes. Nam *Phili.3.e.*
& ipsæ non solũ cognosci nequeunt, sed nec quæri. Neque enim ego, inquit, omnia inueni, sed modicã
C tantummodo partẽ, nõ totum. Ipse quippe solus instituta sua clarè cognouit. Vnde & subiungit: *Quis.n. nouit mentem domini? aut quis illi fuit à consiliis? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei*? Quod autem dicit, tale est: Quòd adeò sapiens est, non hoc ab alio quopiã habet, sed ipse per se fons est bonorum. Et quòd tanta perfecit, nobisq; contribuit, non ab alio mutatus est, sed de suo copiosè effudit. Neq; aliquid retributionis cuiquã debet, quasi quid ab illo acceperit, sed ipse perpetuò in beneficiis prior est. Nã illæ ueræ demum sunt diuitiæ, in omnibus exuberare, neq; alterius cuiusquã opera indigere. Vnde & subdit: *Quoniam ex illo, & per illum, & in illum omnia*. Ipse fecit, ipse conseruat. Nam & dies est, non opus habens ut â quoquam accipiat, & sapiẽs, nullius indigens cõsilio. Quid dico cõsilio? Neque cognoscere quæ illius sunt opera quis poterit, nisi ipse qui solus est & dies & sapiens. Multarum siquidem diuitiarum est, quòd eo qui ex Gẽtibus sunt, adeò diuites, & multæ sapiẽtiæ, quòd eos qui Iudæis erant inferiores, Iudæorum magistros fecit. Posteaquam itaq; obstupuisset, laudem quoq; ac gratiarũ actionem deo refert, dicens: *Ipsi gloria in secula, Amen*. Quandocunque tale quid magnum atque ineffabile dicit, in gloriam dei, admi D
rando sermonẽ terminat: id quod & de filio loquẽs facit. Nam & illic in admirationem raptus idem ipsum quod hic subiunxit, dicẽs: Ex qbus est Christus *sup.9.b.*
secundum carnem, qui in omnibus est deus laudandus in secula, Amen.

Morale.

Huncitaq; imitemur & nos, ubiq; deum per uitam diligenter ac piè institutam glorificantes, neq; progenitorum uirtutibus confidamus, Iudæorũ exemplũ scientes. Non enim nobis eadem est, non est, inquã, cognatio, nisi ea quæ iuxta spiritum est. Sic autẽ & Scytha fit Abrahæ filius, & illius filius rursus quouis Scytha ab hac cognatione alienior constituitur. Nõ fidamus ergo patrum uirtutibus, sed etiã si celebrẽ habeas paretem, ne putes illud tibi ad salutem sufficere, aut ad honorem & gloriam, nisi & moribus illi cognatus sis. Quemadmodũ & si uilem habueris, non putandum quòd ex eo uel condemnandus sis uel dedecore adficiendus, siquidẽ quæ ad re attinet probè institueris. Quid.n. Gentibus ignominiosius? Attamẽ per fidẽ subitò facti sunt sanctorũ cognati. E
Rursus quid Iudæis erat deo familiarius? Et tamen p incredulitatẽ ab alienati sunt. Illa qppe cognatio, naturæ est, & necessaria, iuxta quã cognati sumus omnes. Ab Adam enim sumus omnes. Neq; enim alius alio plus cognationis hic habet, siue eã quæ attinet ad Adamum, siue quæ ad Noah, seu quæ attinet ad terrã communem omnium matrẽ, rationẽ spectes. Ea uerò cognatio, quæ pmiis digna est, à malis nos separat. Non enim possunt omnes hic esse cognati, nisi qui moribus sunt eisdem. Neq; fratres hic uocamus, qui ex eodem nobiscum utero prodierunt, sed qui eundem zelum ostendunt. Sic & filios dei uocat Christus, sic quoq; ex cõtrario filios diaboli: ita & filij dicuntur incredulitatis, ita gehẽnę, ita perditionis.
Ad eum modũ & Timotheus Pauli Γab initioΓ filius *Γemend.*
erat, genuinusq; illi filius uocabatur. Filij uerò soro- *codex*
ris illius ne nomen quidem scimus. Quanquã etiam ἐξάρε-
si iuxta naturam illi propinquus uel affinis fuisset, ni- τῆς
hil tamen lucri tulisset. Iam uerò qui & natura & lo- *i. â uirtu-*
co nihil habebat cum illo propinquatis, (erat enim *te. Act.*
ex Lystris ciuis) omniũ nihilo minus factus est pro- *16.a.*
ximus. Simus itaq; & nos sanctorum filij, imò & dei F
filij. Quòd enim liceat & dei filios fieri, audi quid di- *Matt.5.g*
cat: Estote igitur perfecti, inquit, sicut pater uester qui in cœlis est. Propterea illum & orantes patrem uocamus, non solũ factam nobis rememorãtes gratiam, sed & nos ipsos ad uirtutem admonẽtes, ne quid tali cognatione indignum committamus. Et quomodo poterit quis, inquies, filius dei fieri? Si oĩbus fuerit affectuum passionibus liberatus, si mansuetudinẽ erga conuiciatores atq; iniuriam facientes ostenderit. Nã & pater tuus talis est erga blasphematores suos. Atq; ideo licet multa sæpenumero dixerit, nunquã tamen dixit, Vt sitis similes patri uestro, sed quando dicebat: Orate pro calumniantibus uos, benefacite *Ibidem.*
iis qui uos oderunt, tunc istud etiã præmij subiungebat. Nihil.n. adeò uicinum deo conformemq; facit, quemadmodum ista uirtus. Propterea & Paulus cũ dicit, Imitatores estote dei, ad hoc dicit, ut isti studeatur uirtuti. Nã omnibus quidẽ uirtutibus opus ha- *Ephe.5.a*
bemus, maximè tamẽ benignitate & mansuetudine, quandoquidem & nos benignitate, quę nobis cõtingat, indigemus: multa siquidẽ singulis diebus delin-

G qmus. Vnde & multa nobis opus est misericordia. Multum uerò aut minutum, nō datorum mensura sed iuxta facultatem contribuentium pōderatur. Ita que neque qui diues est, insletur: neque pauper, tanquā qui modica det, deiiciatur: fit enim sępenumero ut plus diuite det pauper. Non oportet ergo uos ipsos propter paupertatem miseros æstimare: facilioré enim uobis eleemosynam illa facit. Nam qui multa possidet, maiore detinetur uel arrogantia uel cupidine, quàm ea sint quæ habet. Qui uerò parum habet, ab utraq; ista tyrannide liber est: unde & plures inuenit benefaciēdi occasiones. Is enim & in carcerē ad captiuos facilè igreditur, & ægrotos uisitat, & potū aquę frigidæ præstat. Diues uerò nihil horum ample ctitur, diuitiis suis inflatus. Nō ergo despondeas animum propter paupertatem. Cœli quippe opulentiā faciliorem tibi facit paupertas. Quòd si nihil etiā habeas, habeas autē animum condolentē, opponetur tibi merces, uel huius quoque gratia. Atq; ob eā rem
Infrà.12.c & Paulus præcepit flere cū flentibus, & erga uinctos esse tanquam ipsi quoque uincti simus. Non enim solis flentibus consolationem quandā adfert, si pleri
H que fuerint, qui condoleāt, adfert, & his qui aliis premuntur afflictionibus. Fit enim subinde ut compatiētis sermo iacentem & adflictū non minus resocillet quàm datæ pecuniæ. Propter hoc enim & pecunias egenis dare iussit deus, non solū ut illorum succurratur paupertati, sed ut & nos doceat condolere proximi malis. Atque ideo auarus, non solū ob id odibilis est, quòd eos q in paupertate sunt, contēnit: sed quòd & ipse ad crudelitatem, multamq; inhumanitatem instituitur. Quemadmodū & is qui pauperum gratia pecunias contemnit, propterea amabilis
inūgitur. ἀλεί φε ται est, quòd misericors est & humanus. Et Christus
Matt.5.a quādo beatos uocat misericordes, nō eos solos intelligit, qui datis pecuniis misericordiam exhibent: sed & eos beatificat & laudat, qui animi proposito id faciunt. Hanc itaque commoditatem animiq; habitū ad misericordiam præstandam exhibeamus, & oia bona sequentur. Qui nanque animum habet benignum ac misericordē, si pecunias habuerit, proferet: & si in calamitatibus quempiā uiderit, flebit & lamētabitur: & si inciderit in aliquem cui facta sit iniuria, patrocinabitur: & si calumniis pressum conspicatus
I fuerit manum porriget. Thesaurum enim bonorū habens, animum scilicet benignum ac misericordē, omnia ex eo scaturiginis instar, pro fratribus effundet, unde & omnibus fruetur præmiis à deo deputatis. Vt itaque & nos illis potiamur, ante omnia mentem procuremus nobis mansuetam ac benignā. Ita enim & innumera, dum hic sumus, operabimur bona, & futuris coronis fruemur: quas contingat, oro, nos omnes apprehendere gratia & benignitate, &c.

Cap.12. *Homilia.xx.*

Bſecro igitur uos fratres, per miserationes dei: ut, præbeatis corpora uestra, hostiā uiuētem, sanctā acceptam deo, rationalem cultum uestrum. Posteaquā Apostolus multa iam de benignitate dei disseruisset, ineffabilemq; illius curam pro nobis ac prouidentiam simul & bonitatem, quam nemo scrutari queat, ostendisset: eandem deinceps ipsam proponit ad hoc, ut iis quibus tanta contigerunt beneficia, persuadeat cōuersationem etiam uitæ diuino dono dignam ostendere. Et cùm tantus sit ac talis, nihil tamen dubitat eos obsecrare. Idque non earum rerū gratia quibus ipse frueretur aliquando, sed quarum K ipsi potius fructum ac lucrum haberēt. Quid autē miraris, quòd obsecrare non dubitat, quando & miserationes dei proponit? Cū sint enim, inquit, innumera uobis per miserationes dei in hac etiā uita collata bona, uel illas reuereamini, uel illæ sint quæ moueant. Nam & illæ suppliciter obsecrāt, ne quid se indignum designetis. Per illas igitur ipsas, inquit, obsecro, per quas saluati estis. Quēadmodū si quis eum cui magna sint p̄stita beneficia pudore suffundi uolens, benefactorē ipsum supplicē inducat. Et qd obsecras, dic quæso? ut præbeatis corpora uestra hostiā uiuentē, sanctam, acceptam deo, rationalem cultū uestrum. Cùm enim hostiam dixisset, nequis putet, quòd præcipiat mactari corpora, statim subiunxit, uiuentem. Deinde hostiā hanc à Iudaica discernens, sanctam dicit, acceptam deo, rationalem cultum uestrum. Corporalis enim est Iudaica illa, & non admodum accepta. Quis enim, inquit, quæsiuit ista è manibus uestris? Et aliās sæpenumero illas repellere deprehenditur, istam uerò nequaquam, sed cū daretur Iudaica, hanc nostram quærebat. Vnde & dicebat: *Psa.49.d* Hostia laudis glorificabit me. Et iterū, Laudabo nomē dei cū cantico, & placebit deo plus quā uitulus *ibid.68.g* nouellus, cornua producēs & ungulas. Et alibi quo L que illam reiiciens ac dicens: Nū māduco carnē tauro- *ibid.49.c* rum, aut sanguinem hircorum bibo? subdit, Sacrifica deo sacrificiū laudis, & redde altissimo uota tua. Ita & Paulus hic iubet: Præbete corpora uestra hostiā uiuentē. Et qūo corpus, inquies, hostia fiet? Nihil mali respiciat oculos, & factus est hostia. Nihil turpe loquatur lingua, & facta est oblatio. Nihil iniqui cōmittat manus, & facta est holocaustoma. Imò nō sufficiūt ista, sed ut bona etiā faciamus opus est: nimirū, ut eleemosynā faciat manus, calumnias inferentibus benedicat os, auditus diuinis continuò sermonibus uacet. Nihil enim habet immundi hæc hostia. Aliorum primitias complectitur hæc hostia. Et nos igitur tam manuum quàm pedū, tam oris quā omnium aliorum primitias deo reddamus. Talis hostia deo placet, cū interea Iudæorum immunda etiā fuerit. Sacrificia enim eorū, inquit, panis sunt luctus ipsis: sed nostra hostia non item. Illa quod consecratum est & oblatū, mortuū: ista uerò uiuū facit. Quā do enim mēbra nostra mortificauerimus, tūc demū uiuere poterimus. Noua siquidē ista huius sacrificij M nostri lex est. Atq; ideo mirabile etiam est hoc ignis genus. Neque enim lignis opus habet, aut alia eiusmodi materia subiecta: sed in seipso noster ignis uiuit, nec uictimā comburit, sed magis uiuificat. Hanc scilicet uictimā iā olim deus quærebat. Vnde & propheta dicebat: Sacrificiū deo spiritus contritus. Hāc *Psal.50.d* ipsam tres etiam pueri illi offerebant, dicentes: Non est princeps, neque propheta, neque locus quo misericordiā liceat acquirere & inuenire, sed in animo cōtrito & spiritu humilitatis suscipiamur. Obserua uerò quomodo singulis dictionibus multa utatur dili- *Dani.3.d* gentia. Nō enim dicit, facite corpora uestra hostiā, sed p̄bete, ac si diceret: Nihil deinceps cōmune uobis sit cum ipsis, alij siquidem ea elocastis. Nam & illi qui equos bellicosos aliis elocant, nihil deinceps cōmune in illis habent. Et tu igitur mēbra tua ad bellum, quod contra diabolum est, præliumq; illud terribile exhibuisti, non erit ut ad proprias operas illa tibi retrahas. Et aliud quoq; ex hoc nobis ostēdit, nimi-

A rū quòd oporteat illa probata facere, siquidē ea exhibituri fuerimus. Non enim illa cuipiam terrestriū hominū, sed ipsi omnium deo exhibituri sumus: nō ut in illis prælietur tantummodo, sed ut & ipsum regem sessorem habeant. Neq; enim detrectat insidere mēbris nostris, sed & uehemēter uult hoc ipsum. Et quod rex qui conseruus est noster non uult, hoc eligit etiam ille qui dominus est angelorū. Quoniā igitur membra tua deo sunt sistenda, quoniā hostia sunt, omnē ab illis maculam auferto. Nam si maculam habuerint, hostia iam utiq; nō erunt. Neq; enim offerri poterit oculus scortationi seruiēs, neque manus rapiēs ac defraudās, nec pedes claudicātes, theatraq; uisitantes, nec uenter delicijs seruiens, uoluptatumq; desideria inflāmās, nec cor irā aut amorē fornicariū fouēs, neq; lingua turpia loquēs. Opus fuerit propterea corpus nostrum diligenter à mendis eiusmodi curandum considerare. Nā siqui ueteres hostias offerebant, iubebātur omnia prius cōsiderare, nec qd auribus esset incisis, aut cauda mutilata, aut scabiosum, aut ipetiginē habēs, p̄mittebātur offerre: multò magis nos, q nō irrationales oues, sed nos ipsos offerimus, maiorem oportebit impendere diligentiam, atq; ex omni parte mūdos esse, ut & nos cū Paulo dicere queamus: Ego enim iā immolor, & tēpus resolutionis meæ imminet. Erat enim quauis hostia purior, unde & libamen seipsum uocauit. Erit autem hoc, si ueterem hominem sustulerimus, si membra nostra quę sunt super terram mortificauerimus, si mundū nobisipsis crucifixerimus. Ita neq; machęra deinceps, neq; altari, neq; igne opus habebimus. Immo istis oibus opus habebimus, ueruntamen nō manufactis, sed de sursum nobis omnia dabūtur. De sursum est ignis, desursum machæra, altare nostrum erit ipsa cœli latitudo. Si enim Heliæ sensibilē ac corporalem hostiam offerenti delata desuper flamma *3.Re.18.b* omnia consumpsit, & aquā, & ligna, & lapides: multò magis hoc in tua oblatione erit. Et si habueris fluxū quid ac tēporale, obtuleris autem hostiā tuā mēte recta: aduenies spiritus sancti ignis & temporale illud consumet, & oblationē omnē perficiet. Quid uerò est rationalis cultus? Spiritalis seruitus, conuersatio uitæ iuxta Christum institutæ. Quemadmodū igitur qui in domo dei seruit, & sacris addictus est, qualiscunq; is fuerit, cōtrahitur, ac seuerus magis castiorq; redditur: ita & nos oportet omnem uitam di spositam habere, quemadmodū cultores dei ac sacerdotes. Erit autē hoc si pecunias tuas illi singulis diebus obtuleris, si proprij corporis sacerdos fueris, eiusq; q̄ iuxta mentē est uirtutis, utpote quādo modestiam, quando eleemosynā, quando mansuetudinem ac patientiam obtuleris. Hæc enim faciens, rationalem cultū offers: hoc est, nihil habentem corporei, nihil crassi, nihil qood sit sensibile. Quū itaq; auditorē ipso cultus nomine excitasset atq; declarasset ununquenq; per suā ipsius carnem, uitaq; cōuersationem sacerdotem esse modū etiā dicit per quem omnia ista instituī poterunt. Quis autem ille? Ne *Cōsiguemini.* *conformemini, inquit, huic seculo: sed trāsformemini p renouationem mentis uestræ.* Est.n. huius seculi figura humi depressa, uilis, temporalis, nihil habens sublime, nihil stabile, nihil recti, sed oia peruersa. Itaque si rectā incedere uoles, ne adaptes teipsum ad præsentis uitæ figuram. Nihil enim in illa est quod maneat, firmumq; sit. Vnde & figuram appellat. Et alibi rursus: Præterit enim figura huius mundi. Nihil enim habet D quod duret, aut quod fixum sit: sed omnia illius tem- *1.Cor.7.f* poralia sunt. Vnde & dicit, huic seculo. Per hoc siquidem marcidum esse: per figuram uerò, nullam habere subsistentiam declarat. Nam etiā si diuitias obieceris, si gloriam, si delicias, siue aliud quodcūq; ex ijs quæ magna esse uidētur, figura tantūmodo sunt, nō ipsius, q̄ in rebus est, ueritatis demonstratio: persona quædam scenica, non consistens rerū subsistantia. Sed tu uide ne illi configureris, quin magis transformeris, inquit, per renouationē mētis. Nō dicit trāsfigureris: sed, transformeris, ostēdens, quæ mūdi sunt, figuram: quæ uerò uirtutis, non figuram, sed ueram quandam esse formam, naturalem pulchritudinē habentem, quæ nō habeat opus externis illis cultibus ἐπι- ac figuris, quę simulatque comparauerint, intereūt. τρι̃μμα Omnia enim illa, antequā appareant etiam, dissoluuntur. Figuram itaq; si proieceris, cōfestim ad for- τῶν. mam uenies. Nihil enim malitia infirmius est. Nihil *ptigmēis facis.* adeò facilè inueterascit. Deinde quoniam homines cū essent, consequens simul erat, ut & quotidie peccarent, consolatur auditorem, dicens: quotidie teipsum quoque renoua. Quemadmodū in ædibus fa- E cimus, inueteratas perpetuò restituentes: ita & in teipso facias. Peccasti hodie? inueterasti mentē tuam? Ne desperes, neq; decidas, sed renoua ipsam resipiscentia, lachrymis, cōfessione, bonorumq; operū stu- τῶν σ(ω dio. Hoc autē facere, nunquam intermittas. Et quo- θῶν, ἐρ modo poterimus istud facere? *Vt probetis uos quæ sint* γασία. *potiora, q̄ sit uoluntas dei bona accepta, & perfecta.* Aut hoc dicit, renouemini, ut discatis, quæ sint utilia, & quæ sit uolūtas dei: aut, sic poteritis renouari, si quę utilia sunt, didiceritis, quidq; deus uelit. Nam si hoc cognoueris, rerumq; naturas cognoscere didiceris, omnē iam ad uirtutē uiam apprehendisti. Et quis, inquies, q̄ utilia, quæq; uoluntas dei sit, nō agnoscit? Qui præsentibus rebus afficiūtur, qui diuitias beatas existimant, qui paupertatem uilipendūt, qui potētatus sectantur, qui ad externā gloriam anhelant, qui seipsos magnificiunt, si quando splendidas domos ædificarint, sepulchra pretiosa cōparauerint, mancipiorum greges habuerint, multamq; eunuchorū copiam circuntulerint. Illi scilicet ignorant & quæ sibi utilia, & q̄ dei sit uoluntas. Sunt autē utraq; ista unū quiddā. Nam quæ utilia nobis sunt, illa uult deus: & F quæ deus uult, illa demum & utilia nobis sunt. Quæ sunt ergo q̄ deus uult? ut in paupertate uiuamus, in humilitate, in contēptu gloriæ: in temperantia, non in delicijs: in tribulatione, non in quiete: in luctu, nō in cachinno ac risu: inq; alijs, quæ singulis decreuit. Sed multi sunt qui ista tanquā malū omen auersantur, tantū abest, ut putent esse & utilia, & dei uoluntatem. Atq; ob eam rationem nunquam propè poterunt ad eos, qui uirtutis gratia obeundi sunt, labores accedere. Illi enim, qui ne sustinent quidē unquā in uirtutem attendere, quidnam sit, sed pro illa malitiam admirantes, pro casta coniuge meretricem sibi ipsis includunt, quo pacto à præsenti seculo abstinere poterunt? Propterea ante omnia rerum firmū & rectum oportet nobis esse iudicium, ut etiā si uirtutē non exerceamus, laudemus tamen: & si malitiā non fugiamus, improbemus saltem, calculósque interea seruemus incorruptos. Nam si ita uiam hanc procedendo teneremus, possem⁹ ipsa quoq; opera aliquādo apprehēdere. Propterea & ipse Paulus iubet reno

Guari,ut probetis quæ ſit uoluntas dei. Videtur autē mihi hoc loco & Iudæos legi adhęrētes taxare. Erat enim & uoluntas dei, uetus illa conuerſationis inſtitutio,uerūm non principalis,ſed propter infirmitatē illorū conceſſa. Perfecta uerò & accepta dei uoluntas eſt,noua illa uitæ conuerſatio. Cū enim rationalem cultum dicit, ut illum diſtinguat ac ſeparet ab illorum cultu,hoc nomine utitur. *Dico enim per gratiā quæ data eſt mihi,cuilibet uerſanti inter uos, nequis arrogāter de ſe ſentiat, ꝑter quā oporteat de ſe ſentire: ſed ita ſentiat,ut modeſtus ſit, quē admodū unicuiq; partitus eſt deus menſurā fidei.* Hic ſup.a Supra dixerat, Per miſerationes dei obſecro uos:hoc loco rurſus dicit, Dico enim p gratiam. Vide doctoris humilitatem, uide animum depreſſum. Nuſquam ſeipſum dignū dicit, cui ad eiuſmodi adhortationem ac conſiliū credatur: ſed nūc quidem miſerationes dei, nūc autem gratiam dei ſecum adſumit.Non enim meū,inquit, ſermonem uobis adfero,ſed dei.Et non dicit:Dico enim uobis per ſapientiam dei, dico enim uobis per legis diuinæ poſitionem:ſed,per gratiam, cōtinuò illos beneficiorū dei admonēs,ut illos eo reddat feliciores, oſtēdatq; uel ob ea ipſa dictorū obediētiæ & admonitioni obnoxios eſſe. *Cuilibet uerſanti inter uos.* Non illi uel iſti tātūmodo,ſed & primati & ſubdito, ſeruo & libero, idiotæ ac ſapienti,mulieri ac uiro,iuueni ac ſeni.Cōmunis enim hæc lex eſt, quandoquidem dominica eſt. Facit autem hoc pacto tolerabiliorem ſermonem,quòd doctrinam hanc omnibus proponit illis etiam qui rei non ſunt, ut qui rei ſunt, increpationē hanc & correctionem eò facilius amplectantur. Et quid,quæſo,dicis? *Nequis arroganter de ſe ſentiat, præterquam oporteat de ſe ſentire.* Matrem hinc bonorum inducit,humilitatē uidelicet, præceptorem ſuū imitatus. Matt.5.a Quemadmodū enim ille conſcenſo mōte moralem illum ſermonē contexturus, hinc primum ordiebatur, eademq; fundamēta iaciebat dicens:Beati pauperes ſpiritu:ita & ipſe Paulus hic à dogmatis ad moralem magis ſermonē digreſſus, ſummatim quidem uniuerſalem illam uirtutem docuit, cùm admirabilem illam hoſtiam à nobis exegit: deſcripturus autē illā per partes,uelut ab ipſo capite, ab humilitate orditur ac dicit: nequis arroganter de ſe ſentiat, præter quā oporteat de ſe ſentire. Eſt enim iſtud uoluntas dei, *Sed ita ſentiat ut modeſtus ſit.* ⌜Non ut ad arrogātiā donis dei abutamur, ⌟ſed ad modeſtiam. Et non dicit,ut humilis ſit,ſed ut modeſtus ſit,modeſtiā hic dicens:non eam uirtutem quæ petulantiæ ac laſciuię contraria eſt, neq; ab intemperantia liberum eſſe,ſed ſobriū mēteq; ſanū:ſophroſyne ſiquidē dicitur,apo tu ſoas tas phrenas echin, hoc eſt abeo qd mentes habeantur ſanæ. Oſtēdens igitur,quòd is qui modeſtus non eſt,neq; mente ualere queat, hoc eſt firmū cōſiſtere ac ſanū eſſe, ſed deſipiat exorbitaritq; q eiuſmodi eſt,quouiſq; demēte furioſior ſit, modeſtiam uocat humilitatem. *Quemadmodum unicuique menſuram fidei partitus eſt deus.* Donorum enim elargitio ad arrogātiā multos & apud iſtos & apud Corinthios extulerat. Vide quomodo morbi illi⁹ cauſam clarā faciat,& propè ſubmoueat. Cùm enim dixiſſet, quòd ad modeſtiā ſapere oporteat, ſubiūgit: quemadmodū unicuique deus mēſuram fidei partitus eſt,fidem hic, donū uocans. Dicens uerò partitus eſt deus,& eū qui minus acceperat,conſolatur: & eum q pluribus potiebatur, cōtrahit. Si enim partitus eſt deus,& qd habes, non ex tua uirtute eſt, qd ſuperbis? Quòd ſiquis fidem hic non donum uocari dixerit, & hoc ipſum rurſus magis oſtēdit Apoſtolū ſuperbos humiliātem. Si enim doni cauſa eſt fides, iuxta quam miracula fiunt,atq; ea ipſa à deo eſt,unde ſuperbis? Nā niſi uenifſet, incarnatusq; fuiſſet:utique quę fidei ſunt, ⌜non conceſsiſſet. ⌟Itaque quicqd uſpiam eſt bonorum, hinc ſuum habet initiū. Si uerò ipſe partitus eſt,nō ignorauit certè quo pacto partiretur. Omnes quippe ipſe fecit, omnesq; pariter curat. Et quemadmodum quod tribuit, per illius factū eſt benignitatem: ita & quod tantū uel tātū tribuit. Nam qui in eo quod ſummarium eſt, bonitatē ſuam demonſtrauit, dona uidelicet largiendo: tēne in diſtribuendo proditurus eſt? Etenim ſi ignominia adficere uoluiſſet, quod primū eſt, utiq; nō dediſſet. Si uerò ſeruare honorareq; ſtuduit (propterea enim & uenit & tanta partitus eſt bona) qd tumultuaris ac turbaris atq; ad ſtultitiā ſapientia abuteris, maiori quā qui natura talis eſt dedecore teipſum afficiens? Natura ſiquidem ſtultū eſſe, nihil habet criminis: magnificè uero de ſe ſentiendo, ſtultum fieri uenia caret, & maius adfert ſupplicium.

Locū non habuiſſent.

Morale de arrogantia.

Tales ſunt, qui in ſapientia ſuperbiunt, inq; extremam incidunt arrogantia. Nihil enim adeò ſtultum facit, quemadmodū arrogantia. Vnde & Propheta Barbarū ita uocabat, dicens: Stultus ſtulta loquetur. Vt autē & ab ipſis uerbis ſtultitiam illius diſcas, audi quid dicat? Supra aſtra cœli, inquit, ponā thronū meum, eroq; ſimilis altiſsimo. Apprehendam manu mea orbem ſicut auiculæ pullū, & ſicut oua relicta tollam illum. His itaque uerbis, quidnam poterit fieri ſtultius? unicuiq; uerò iactantiæ facilè incumbit hoc probrum. Et ſi ſingula arrogātium uerba in me diū adduxero, cognoſci nō poterit, uerbāne ſint arrogantis an ſtulti: ita unum eſt atq; idem in utroque uitium. Nam & alius iterū barbarus dicit: ego ſum, & non homo. Rurſus & alius: Num poterit deus eripere ex manibus meis: Et Aegyptius ille: Dominum, inquit, non noui, & Iſraelem nō dimittam. Et ſtultus ille apud Prophetam talis eſt, dicēs in corde ſuo, nō eſt deus, Cain etiam, Nunquid cuſtos ego ſum inqt, fratris mei? Non poteſt ergo dignoſci, utrū hæc uerba arrogantium ſint an ſtultorum. Arrogantia ſiquidem, quæ extra modeſtiam decidit atq; à mente ſit, (nā & ideo aponœa dicitur) & ſtultos facit & ſuperbos. Et ſi principiū ſapientiæ eſt timor domini, principiū ergo ſtultitię erit, non cognoſcere dominum. Extrema igitur ſtultitia eſt ſuperbia. Talis erat & Nabal, tametſi non erga deū, ſed erga hominem, exarrogantia ſtultus factus ſit: poſtremò tamē prę timore mortuus eſt. Quando enim extra menſuram prudentiæ quis decidit: & timidus ſimul redditur ac temerarius, animo iā infirmo factus. Quemadmodū enim corpus commenſurata cōplexione amiſſa: intēperatumq; factū, quibuſuis paſſionibus eſt obnoxium: ita & animus poſteaquā prudentiam humilitatemq; perdiderit, habitum quendā nactus diuerſum, ifirmus, timidus, temerari⁹ ac ſtultus redditur, ſeq; ipſum deinceps ignorabit: qui aūt ſeipſum ignorat: quomodo q̄ ſupra ſe ſunt, cognoſcet? Quemadmodum.n. qui phreneſi laborat, cùm ſeipſum non agnoſcat: neque q̄ ante pedes ſunt, nouit. Et oculus, cū ipſe cæcus eſt, omnia reliqua membra in tenebris ſunt: ita

Iſa.32.b

Ibi.14.d.

Ibi.10.d

Exod.5.a

Pſal.13.a

Gen.4.b

Prou.9.c

1.Reg.25.b

A ſunt: ita & cum arrogantia ſe habet. Vnde & inſanis iisq; qui natura ſtulti ſunt, miſeriores ſunt arrogātes. Aequè ſiquidem cum his riſum mouent, atq; æqua cum illis moleſtia laborant: & exorbitant quidē non aliter quàm illi, eorum tamen nemo miſeretur, quēadmodum illorum. Deſipiunt autē ſimiliter ut hi uenia tamen quemadmodum hi nō merētur, ſed ſolùm exoſi ſunt. Et cùm utrorumq; uitia habeant, uenia tamē utrorumq; priuantur, non ſolū propter uerba, ſed & ipſam corporis figurā ridiculi. Quid enim, dic quæſo, ceruicem in altum extēdis? Quid ſummis Matt.5.f. pedū articulis incedis? Quid ſupercilia extollis? Quid pectus inflas? Capillum capitis tui nō potes uel albū uel nigrum facere, & non aliter quàm ſi dominus eſſes omniū elatus, quaſi in aere, incedis. Forſan optares tibi & pennas innaſci, ne ſuper terram incederes: forſan & prodigiū eſſe deſideras. Iam uerò num prodigium ac monſtrum ex teipſo feciſti, qui cū homo ſis, uolare conaris? imò & ab intus uolas, & undiq; φλεγμονῶν. accenſus furis? Quid te uocabo? Quomodo arrogātiā tuam deiiciā? Si cinerem te dixero, & puluerem, & ſumum, & cœnum, uilitatem quidē dixero: nondū B tamen ſatis exactè ſimilitudinem eam quā uolebā, cōſequutus fuero. Nam & inflammationem ipſam, omnemq; ſimul ipſorum uanitatē repræſentare uolo. Quam ergo ſimilitudinē reperiemus, quæ conueniat illis? Mihi uidentur accenſæ ſtupæ ſimiles eſſe. Nam & illa poſt incendium tumidū quid eſſe, & inneſcio quid præcipui immutata uidetur: modicū uerò paſſa cōtactum totum amiſit, omni cinere uilior apparens. Tales ſunt & illorum animi. Nam & illorū inanem inflationem ſi facilis quidam contactus apprehenderit, humiliare deiicereq; poterit. Oportet enim omnino ut infirmus ſit, qui arrogās eſt. Altitudo ſiquidem ualida nō eſt: ſed quemadmodū aquaticæ ampullæ facilè rumpuntur, ita & illi facilè pereunt. Quod ſi dubitas, da mihi temerarium quēdam & arrogantem, & uidebis illum quouis elanguido timidiorem factum, idq; qualicunq; apprehenſum incommodo. Quemadmodū enim flamma illa quæ in ſtupis aridis ſurſum fertur, ſimulatq; contacta fuerit, in cinerē uertitur, ſolidorū uerò lignorum ea natura eſt, ut neq; facilè incendantur, neq; cū accenſa fuerint, ardentem flammam facilè dimittant: ita & illi quidem animi, qui ſolidi ſunt ac firmi, neque facilè incenduntur, neq; facilè extinguuntur, iſti uerò utraque illa unico temporis momento patiūtur. Hæc ita que ſcientes, humilitatem exerceamus. Nihil enim illa potentius, ſed & petra eſt fortior, & adamāte ſolidior, & in maiorem nos ſecuritatem collocat quàm queant uel turres, uel urbes, uel muri, omnibusq; diaboli machinamentis ſublimior facta, contingere uolentibus inſuperabiles facit: quemadmodū uiciſsim arrogantia, etiā quibuslibet captu faciles reddit, ampulla quauis, ut dixi, facilius rumpitur, aranearū textura citius ſcinditur, fumo leuius diſſoluitur. Vt igitur in ſolida ſimus petra firmati, relicta arrogantia humilitatē eligamus. Ita ſiquidem & in præſenti uita quietem inueniemus, & futuris ſeculis omnibus frue mur bonis, gratia & benignitate, &c.

διὰ φρονήσεως.

Homilia.xxi.

Vemadmodū enim in uno corpore membra habemus multa, omnia uerò mēbra, non eundē habent
q *actū. ſic multi unū corpus ſumus in Chriſto, ſingulatim autē alij aliorū membra.* Eodē rurſus utitur exemplo, quo & ad Corinthios uſus fuerat, cū eundē quo D que morbum & apud illos ſedaret. Multum quippe potentiæ habet hoc pharmacum, multaq; huius exē pli uirtus ad corrigendū arrogantiæ morbū eſt. Cu iuſnam, inquit, gratia ſuperbis? Aut quā ob rē alius quiſpiam ſeipſum extenuat? Nunquid omnes unum corpus ſumus, ſiue magni ſiue parui? Quando ergo iuxta caput noſtrū unū ſumus, atq; inuicē membra: cur à concordia teipſum abſcindis? Quid erubeſcis de fratre? Quemadmodū enim ille membrum tuū eſt, ita & tu uiciſsim illius. Eſt autem & ob hanc rem multa honoris æqualitas. Duo ſiquidem poſuit, quę ad deiiciendā illorum arrogantiam ſufficiūt: nimirū, quòd alij aliorum membra ſumus, nō quòd qui minor eſt maioris tātummodo, ſed quòd & is qui maior eſt, minoris quoq; ſit mēbrū. Et quòd oēs unū corpus ſumus, imò & tria poſuit. Nā & donū quod datū eſt, unū eſſe oſtēdit. Ne igitur ſuperbias. A deo quippe tibi datum eſt, ſiquid habes, per teipſum nō es adeptus, neq; tuopte ingenio illud inueniſti. Propterea & donorū mentione faciens, non dicit, quòd hic quidē plus, iſte uerò minus, ſed diſcretū quid acceperit. Habentes enim, inquit, dona: non addit, ma E iora, uel minora, ſed uaria. Quid enim quòd non eadem tibi commiſſa ſunt, dummodo corpus idē ſit? Incipiens uerò à donis, in rectè factis terminat. Cùm enim poſuiſſet prophetiam, miniſterū, & quicquid eiuſmodi eſt: ad eleemoſynam, diligentiam, & ſubſidium ſermone delatus, deſinit. Quoniam enim ita cōtingebat, ut quidā eſſent uirtute quidē prędīti, prophetiæ uerò donū non haberent: oſtendit quòd & illis donum dei iſto etiā multò maius, datū, ſit, (quēadmodū illud & i epiſtola ad Corinthios oſtēderat) tantoq; maius, quòd huic deſtinata ſit merces, prophetiæ uerò dono nō item. Illud.n. in uniuerſum nihil eſt, niſi donum & gratia. Vnde & dicit: *Habentes uerò dona iuxta gratiam nobis datā uaria, ſiue prophetiā, iuxta portionem fidei.* Quoniam iam ſufficienter illos conſolatus eſt, uult eos deinceps permouere, ut inci tatiores diligentioresq; ſint, oſtendens quòd ipſi potiſsimū ſint, qui cauſas preſtēt uel plus uel minus donorum dei accipiendi. Dicit quidem ipſum & à deo dari, ut cū inquit, Quemadmodum unicuique partitus eſt menſuram fidei: & iterum iuxta datā nobis gratiam, ut hoc pacto contrahat arrogātes. Et tamē F & ab ipſis principia fieri dicit, ut pigros excitet: id quod & in ea quę ad Corinthios eſt, facit, utraq; iſta mouens. Cū enim dicit, Aemulamini dona, oſtēdit 1.Cor.12.d. ipſos in cauſa eſſe eius, quæ in datis donis erat differentię. Dicens uerò, Omnia iſta operatur unus & idē *Ibidem.b* ſpiritus, diuidens unicuiq; ſicut uult, huc tendit, ut q dona acceperūt, nihil efferantur, undiq; morbū illorum curans. Hoc ſanè & hic facit, deinde rurſus languidos ac remiſſos erigens dicit, ſiue prophetiā, iuxta portionem fidei. Tametſi enim gratia ſit & ipſa, nō tamē ſimpliciter effunditur, ſed menſurā à recipientibus ſe accipiens, tantum inſluit, quātum inuenerit oblatum ſibi fidei uaſculum. *Siue miniſteriū in adminiſtratione.* Rem hic generalem ponit. Nam & Apoſtolatus miniſterū dicitur, & quoduis ſpirituale bonumq; opus, miniſteriū eſt. Eſt quidē & priuatę œconomiæ hoc nomen, hic uerò generaliter dicitur. *Siue qui docet in doctrina.* Vide quomodo iſta indifferēter ponat, quod minutum eſt primo: quod magnū, poſteriore loco: iterum idem docens, ut neque inſtē

ἐνεργοῦντος

τὸ μεγαλοφυές

Hic ſup.a Supra dixerat, Per miſerationes dei obſecro uos:hoc loco rurſus dicit, Dico enim p gratiam. Vide doctoris humilitatem, uide animum depreſſum. Nuſquam ſeipſum dignū dicit, cui ad eiuſmodi adhortationem ac conſiliū credatur: ſed nūc quidem miſerationes dei, nūc autem gratiam dei ſecum adſumit. Non enim meū, inquit, ſermonem uobis adfero, ſed dei. Et non dicit: Dico enim uobis per ſapientiam dei, dico enim uobis per legis diuinæ poſitionem: ſed, per gratiam, cōtinuò illos beneficiorū dei admonēs, ut illos eo reddat feliciores, oſtēdatq; uel ob ea ipſa dictorū obediētiæ & admonitioni obnoxios eſſe. *Cuilibet uerſanti inter uos.* Non illi uel iſti tātūmodo, ſed & primati & ſubdito, ſeruo & libero, idiotæ ac ſapienti, mulieri ac uiro, iuueni ac ſeni. Cōmunis enim hæc lex eſt, quandoquidem dominica eſt. Facit autem hoc pacto tolerabiliorem ſermonem, quòd doctrinam hanc omnibus proponit illis etiam qui rei non ſunt, ut qui rei ſunt, increpationē hanc & correctionem eò facilius amplectantur. Et quid, quæſo, dicis? *Nequis arroganter de ſe ſentiat, præterquam oporteat de ſe ſentire.* Matrem hinc bonorum inducit, humilitatē uidelicet, præceptorem ſuū imitatus. Matt.5.a Quemadmodū enim ille conſcenſo mōte moralem illum ſermonē contexturus, hinc primum ordiebatur, eademq; fundamēta iaciebat dicens: Beati pauperes ſpiritu: ita & ipſe Paulus hic à dogmatis ad moralem magis ſermonē digreſſus, ſummatim quidem uniuerſalem illam uirtutem docuit, cùm admirabilem illam hoſtiam à nobis exegit: deſcripturus autē illā per partes, uelut ab ipſo capite, ab humilitate orditur ac dicit: nequis arroganter de ſe ſentiat, præter quā oporteat de ſe ſentire. Eſt enim iſtud uoluntas dei, *Sed ita ſentiat ut modeſtus ſit.* ⌜Non ut ad arrogātiā donis dei abutamur, ⌟ſed ad modeſtiam. Et non dicit, ut humilis ſit, ſed ut modeſtus ſit, modeſtiā hic dicens: non eam uirtutem quæ petulantiæ ac laſciuię contraria eſt, neq; ab intemperantia liberum eſſe, ſed ſobriū mēteq; ſanū: ſophroſyne ſiquidē dicitur, apo tu ſoas tas phrenas echin, hoc eſt abeo qd mentes habeantur ſanæ. Oſtēdens igitur, quòd is qui modeſtus non eſt, neq; mente ualere queat, hoc eſt firmū cōſiſtere ac ſanū eſſe, ſed deſipiat exorbitaritq; q eiuſmodi eſt, quouiſq; demēte furioſior ſit, modeſtiam uocat humilitatem. *Quemadmodum unicuique menſuram fidei partitus eſt deus.* Donorum enim elargitio ad arrogātiā multos & apud iſtos & apud Corinthios extulerat. Vide quomodo morbi illi⁹ cauſam clarā faciat, & propè ſubmoueat. Cùm enim dixiſſet, quòd ad modeſtiā ſapere oporteat, ſubiūgit: quemadmodū unicuique deus mēſuram fidei partitus eſt, fidem hic, donū uocans. Dicens uerò partitus eſt deus, & eū qui minus acceperat, conſolatur: & eum q pluribus potiebatur, cōtrahit. Si enim partitus eſt deus, & qd habes, non ex tua uirtute eſt, qd K ſuperbis? Quòd ſiquis fidem hic non donum uocari dixerit, & hoc ipſum rurſus magis oſtēdit Apoſtolū ſuperbos humiliātem. Si enim doni cauſa eſt fides, iuxta quam miracula fiunt, atq; ea ipſa à deo eſt, unde ſuperbis? Nā niſi uenifſet, incarnatusq; fuiſſet: utique quę fidei ſunt, ⌜non conceſsiſſet. ⌟Itaque quicqd *⌜locū non* uſpiam eſt bonorum, hinc ſuum habet initiū. Si ue- *habuiſſent.* rò ipſe partitus eſt, nō ignorauit certè quo pacto partiretur. Omnes quippe ipſe fecit, omnesq; pariter curat. Et quemadmodum quod tribuit, per illius factū eſt benignitatem: ita & quod tantū uel tātū tribuit. Nam qui in eo quod ſummarium eſt, bonitatē ſuam demonſtrauit, dona uidelicet largiendo: tēne in diſtribuendo proditurus eſt? Etenim ſi ignominia adficere uoluiſſet, quod primū eſt, utiq; nō dediſſet. Si uerò ſeruare honorareq; ſtuduit (propterea enim & uenit & tanta partitus eſt bona) qd tumultuaris ac turbaris atq; ad ſtultitiā ſapientia abuteris, maiori quā qui natura talis eſt dedecore teipſum afficiens? Natura ſiquidem ſtultū eſſe, nihil habet criminis: magnificè uero de ſe ſentiendo, ſtultum fieri uenia caret, & maius adfert ſupplicium.

Morale de arrogantia.

Tales ſunt, qui in ſapientia ſuperbiunt, inq; extremam incidunt arrogantia. Nihil enim adeò ſtultum facit, quemadmodū arrogantia. Vnde & Propheta Barbarū ita uocabat, dicens: Stultus ſtulta loquetur. Vt autē & ab ipſis uerbis ſtultitiam illius diſcas, audi quid dicat? Supra aſtra cœli, inquit, ponā thronū meum, eroq; ſimilis altiſsimo. Apprehendam manu mea orbem ſicut auiculæ pullū, & ſicut oua relicta tollam illum. His itaque uerbis, quidnam poterit fieri ſtultius? unicuiq; uerò iactantiæ facilè incumbit hoc probrum. Et ſi ſingula arrogātium uerba in me diū adduxero, cognoſci nō poterit, uerbāne ſint arrogantis an ſtulti: ita unum eſt atq; idem in utroque uitium. Nam & alius iterū barbarus dicit: ego ſum, & non homo. Rurſus & alius: Num poterit deus eripere ex manibus meis: Et Aegyptius ille: Dominum, *Exod.5.a* inquit, non noui, & Iſraelem nō dimittam. Et ſtultus ille apud Prophetam talis eſt, dicēs in corde ſuo, nō *Pſal.13.a* eſt deus, Cain etiam, Nunquid cuſtos ego ſum inqt, *Gen.4.b* fratris mei? Non poteſt ergo dignoſci, utrū hæc uerba arrogantium ſint an ſtultorum. Arrogantia ſiquidem, quæ extra modeſtiam decidit atq; à mente ſit, M (nā & ideo aponœa dicitur) & ſtultos facit & ſuperbos. *Prou.9.c* Et ſi principiū ſapientiæ eſt timor domini, principiū ergo ſtultitię erit, non cognoſcere dominum. Extrema igitur ſtultitia eſt ſuperbia. Talis erat & Na- *1.Reg.25.b* bal, tametſi non erga deū, ſed erga hominem, exarrogantia ſtultus factus ſit: poſtremò tamē prę timore mortuus eſt. Quando enim extra menſuram prudentiæ quis decidit: & timidus ſimul redditur ac temerarius, animo iā infirmo factus. Quemadmodū enim corpus commenſurata cōplexione amiſſa: intēperatumq; factū, quibuſuis paſſionibus eſt obnoxium: ita & animus poſteaquā prudentiam humilitatemq; perdiderit, habitum quendā nactus diuerſum, ifirmus, timidus, temerari⁹ ac ſtultus redditur, ſeq; ipſum deinceps ignorabit: qui aūt ſeipſum ignorat: quomodo q̄ ſupra ſe ſunt, cognoſcet? Quemadmodum.n. qui phreneſi laborat, cùm ſeipſum non agnoſcat: neque q̄ ante pedes ſunt, nouit. Et oculus, cū ipſe cæcus eſt, omnia reliqua membra in tenebris ſunt: ita

τὸ μεγαλοφυές

A ſunt: ita & cum arrogantia ſe habet. Vnde & inſanis iisq; qui natura ſtulti ſunt, miſeriores ſunt arrogātes. Aequè ſiquidem cum his riſum mouent, atq; æqua cum illis moleſtia laborant: & exorbitant quidē non aliter quàm illi, eorum tamen nemo miſeretur, quēadmodum illorum. Deſipiunt autē ſimiliter ut hi uenia tamen quemadmodum hi nō merētur, ſed ſolùm exoſi ſunt. Et cùm utrorumq; uitia habeant, uenia tamē utrorumq; priuantur, non ſolū propter uerba, ſed & ipſam corporis figurā ridiculi. Quid enim, dic quæſo, ceruicem in altum extēdis? Quid ſummis Matt.5.f. pedū articulis incedis? Quid ſupercilia extollis? Quid pectus inflas? Capillum capitis tui nō potes uel albū uel nigrum facere, & non aliter quàm ſi dominus eſſes omniū elatus, quaſi in aere, incedis. Forſan optares tibi & pennas innaſci, ne ſuper terram incederes: forſan & prodigiū eſſe deſideras. Iam uerò num prodigium ac monſtrum ex teipſo feciſti, qui cū homo ſis, uolare conaris? imò & ab intus uolas, & undiq; φλεγμονῶν. accenſus furis? Quid te uocabo? Quomodo arrogātiā tuam deiiciā? Si cinerem te dixero, & puluerem, & ſumum, & cœnum, uilitatem quidē dixero: nondū B tamen ſatis exactè ſimilitudinem eam quā uolebā, cōſequutus fuero. Nam & inflammationem ipſam, omnemq; ſimul ipſorum uanitatē repræſentare uolo. Quam ergo ſimilitudinē reperiemus, quæ conueniat illis? Mihi uidentur accenſæ ſtupæ ſimiles eſſe. Nam & illa poſt incendium tumidū quid eſſe, & inneſcio quid præcipui immutata uidetur: modicū uerò paſſa cōtactum totum amiſit, omni cinere uilior apparens. Tales ſunt & illorum animi. Nam & illorū inanem inflationem ſi facilis quidam contactus apprehenderit, humiliare deiicereq; poterit. Oportet enim omnino ut infirmus ſit, qui arrogās eſt. Altitudo ſiquidem ualida nō eſt: ſed quemadmodū aquaticæ ampullæ facilè rumpuntur, ita & illi facilè pereunt. Quod ſi dubitas, da mihi temerarium quēdam & arrogantem, & uidebis illum quouis elanguido timidiorem factum, idq; qualicunq; apprehenſum incommodo. Quemadmodū enim flamma illa quæ in ſtupis aridis ſurſum fertur, ſimulatq; contacta fuerit, in cinerē uertitur, ſolidorū uerò lignorum ea natura eſt, ut neq; facilè incendantur, neq; cū accenſa fuerint, ardentem flammam facilè dimittant: ita & illi quidem animi, qui ſolidi ſunt ac firmi, neque facilè C incenduntur, neq; facilè extinguuntur, iſti uerò utraque illa unico temporis momento patiūtur. Hæc ita que ſcientes, humilitatem exerceamus. Nihil enim illa potentius, ſed & petra eſt fortior, & adamāte ſolidior, & in maiorem nos ſecuritatem collocat quàm queant uel turres, uel urbes, uel muri, omnibusq; diaboli machinamentis ſublimior facta, contingere uolentibus inſuperabiles facit: quemadmodū uiciſsim arrogantia, etiā quibuslibet captu faciles reddit, ampulla quauis, ut dixi, facilius rumpitur, aranearū textura citius ſcinditur, fumo leuius diſſoluitur. Vt igitur in ſolida ſimus petra firmati, relicta arrogantia humilitatē eligamus. Ita ſiquidem & in præſenti uita quietem inueniemus, & futuris ſeculis omnibus frue mur bonis, gratia & benignitate, &c.

διὰ φρονήσεως.

Homilia.xxi.

Vemadmodū enim in uno corpore membra habemus multa, omnia uerò mēbra, non eundē habent
q *actū. ſic multi unū corpus ſumus in Chriſto, ſingulatim autē alij aliorū membra.* Eodē rurſus utitur exemplo, quo & ad Corinthios uſus fuerat, cū eundē quo D que morbum & apud illos ſedaret. Multum quippe potentiæ habet hoc pharmacum, multaq; huius exē pli uirtus ad corrigendū arrogantiæ morbū eſt. Cu iuſnam, inquit, gratia ſuperbis? Aut quā ob rē alius quiſpiam ſeipſum extenuat? Nunquid omnes unum corpus ſumus, ſiue magni ſiue parui? Quando ergo iuxta caput noſtrū unū ſumus, atq; inuicē membra: cur à concordia teipſum abſcindis? Quid erubeſcis de fratre? Quemadmodū enim ille membrum tuū eſt, ita & tu uiciſsim illius. Eſt autem & ob hanc rem multa honoris æqualitas. Duo ſiquidem poſuit, quę ad deiiciendā illorum arrogantiam ſufficiūt: nimirū, quòd alij aliorum membra ſumus, nō quòd qui minor eſt maioris tātummodo, ſed quòd & is qui maior eſt, minoris quoq; ſit mēbrū. Et quòd oēs unū corpus ſumus, imò & tria poſuit. Nā & donū quod datū eſt, unū eſſe oſtēdit. Ne igitur ſuperbias. A deo quippe tibi datum eſt, ſiquid habes, per teipſum nō es adeptus, neq; tuopte ingenio illud inueniſti. Propterea & donorū mentione faciens, non dicit, quòd hic quidē plus, iſte uerò minus, ſed diſcretū quid acceperit. Habentes enim, inquit, dona: non addit, ma E iora, uel minora, ſed uaria. Quid enim quòd non eadem tibi commiſſa ſunt, dummodo corpus idē ſit? Incipiens uerò à donis, in rectè factis terminat. Cùm enim poſuiſſet prophetiam, miniſterū, & quicquid eiuſmodi eſt: ad eleemoſynam, diligentiam, & ſubſidium ſermone delatus, deſinit. Quoniam enim ita cōtingebat, ut quidā eſſent uirtute quidē prędīti, prophetiæ uerò donū non haberent: oſtendit quòd & illis donum dei iſto etiā multò maius, datū, ſit, (quēadmodū illud & i epiſtola ad Corinthios oſtēderat) tantoq; maius, quòd huic deſtinata ſit merces, prophetiæ uerò dono nō item. Illud.n. in uniuerſum nihil eſt, niſi donum & gratia. Vnde & dicit: *Habentes uerò dona iuxta gratiam nobis datā uaria, ſiue prophetiā, iuxta portionem fidei.* Quoniam iam ſufficienter illos ἐνεργοῦντος conſolatus eſt, uult eos deinceps permouere, ut inci tatiores diligentioresq; ſint, oſtendens quòd ipſi potiſsimū ſint, qui cauſas preſtēt uel plus uel minus donorum dei accipiendi. Dicit quidem ipſum & à deo dari, ut cū inquit, Quemadmodum unicuique partitus eſt menſuram fidei: & iterum iuxta datā nobis gratiam, ut hoc pacto contrahat arrogātes. Et tamē F & ab ipſis principia fieri dicit, ut pigros excitet: id quod & in ea quę ad Corinthios eſt, facit, utraq; iſta mouens. Cū enim dicit, Aemulamini dona, oſtēdit 1.Cor.12.d. ipſos in cauſa eſſe eius, quæ in datis donis erat differentię. Dicens uerò, Omnia iſta operatur unus & idē *Ibidem.b* ſpiritus, diuidens unicuiq; ſicut uult, huc tendit, ut q dona acceperūt, nihil efferantur, undiq; morbū illorum curans. Hoc ſanè & hic facit, deinde rurſus languidos ac remiſſos erigens dicit, ſiue prophetiā, iuxta portionem fidei. Tametſi enim gratia ſit & ipſa, nō tamē ſimpliciter effunditur, ſed menſurā à recipientibus ſe accipiens, tantum inſluit, quātum inuenerit oblatum ſibi fidei uaſculum. *Siue miniſteriū in adminiſtratione.* Rem hic generalem ponit. Nam & Apoſtolatus miniſterū dicitur, & quoduis ſpirituale bonumq; opus, miniſteriū eſt. Eſt quidē & priuatę œconomiæ hoc nomen, hic uerò generaliter dicitur. *Siue qui docet in doctrina.* Vide quomodo iſta indifferēter ponat, quod minutum eſt primo: quod magnū, poſteriore loco: iterum idem docens, ut neque inſtē

G tur neq; superbiāt. *Sine qui exhortatur in exhortatione.*
Act.13.c Est & hoc doctrinæ quoddam genus. Si enim in uobis est, inquit, exhortationis sermo ad populū, dicite. Deinde, ut ostendat, non multum fructus ex uirtute prodire, nisi cū competente lege ac ratione fiat, subiungit: *Qui impertit, in simplicitate.* Non enim sufficit
Mat.25.a dare, sed oportet & largiter istud facere. Simplicitatē enim istud esse nouit ubicunq; fiat. Quandoquidem & uirgines illæ oleum quidem habebant, quoniam uerò quod sufficeret non habebāt, in uniuersum excideruntIllud. *Qui præest in diligentia.* Non enim satis est præesse. *Qui miseretur in hilaritate.* Neq; enim sufficit misereri, sed oportet id & largiter, & animo non tristi facere: immo non solūnon tristi, sed & alacri & læto. Non enim par est, non tristari, & gaudere. Hoc au
2.Co.9.b tem ipsum & ad Corinthios scribens, multa diligentia agit. Ad largitatem enim excitans dicit: Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, in benedictionibus & metet. Animum uerò dirigens, addit, non ex tristitia, aut ex necessitate. Nā utrunque oportet misericordem adesse, & quòd abundè, & quòd cum uoluptate det. Quánam gratia cū
H eleemosynam das, ploras? Quid doles, omnē boni operis fructum prodens? Si nanq; doles, non misereris utique, sed crudelis es & inhumanus. Quomodo enim eum qui in tristitia est refocillabis, si tu doles? Satis enim fuerit, si ille mali nihil suspicetur, etiā si cū gaudio dederis. Nā quoniam nihil adeò uidetur hominibus turpe, atq; ab aliis accipere, nisi excellenti hilaritate suspicionem illam sustuleris, ostenderisq;, qd magis accipias quàm des, magis deiicies accipiētem quam refocillabis. Propteeea dicit, qui miseretur in hilaritate. Quis. n. regnū accipiens mœstus est? Quis peccatorum remissionem recipiens, in mœrore manet? Noli itaque pecuniarum respicere sumptum, sed magis eum, qui exillo sumptu est, prouentū. Si enim qui seminat, gaudet, tametsi in incertū seminet: multò magis qui cœlum quasi agrum colit. Nam sic etiā si modica dederis, multa tamen dedisti: quemadmodum & si cum mœstitia dederis, licet multa dederis,
Mar.12.d & Lucæ. 21.a. ex multis tamen pauca feceris. Sic & uidua illa multa talenta duobus obolis superauit: larga siquidē mēte dedit. Et quomodo poterit illud, inquies, promptè facere, qui in extrema paupertate omnibus bonis carēs uiuit? Interroga uiduā, & audies modū ac rationem, sciesq; mentis angustiam nō ex paupertate, sed ex uoluntate & illam, & quicquid illi contrarium est fieri. Potest enim quis & in paupertate magni, & in diuitiis pusilli animi esse. Propterea & in dando simplicitatē, & in misericordia hilaritatē, & in præsidētia diligentiā requirit. Neque enim pecuniis tantūmodo sed & uerbis, & rebus, & corpore, & aliis oībus, uult nos iuuare egenos. Cōmemorata uerò præcipua p̄sidētia, ea quæ per doctrinā est, atq; ea q̄ per adhortationem (tantò enim illa necessarior est, quātò animi cibus corporeo præstat) ad eam deinceps trāsit, quę per pecunias atq; res alias fit. Deinde ut ostēdat, quo pacto illa dispensari debeant, matrē ipsorū, dilectionem, inducit. *Dilectio enim,* inquit, *sine simulatione sit.* Hanc si habueris, neq; pecuniarū senties sumptum, neq; corporis laborem, neq; molestiā uerborum, neq; ministerij sudorem. Sed omnia generosè feres, siue corpore, siue pecuniis, seu sermone, seu quouis alio proximo succurrendum sit. Quemadmodū igitur non solū largitionē exigit, sed eam quæ sit in
I simplicitate: neq; solū præsidentiam, sed simul & diligentiam: neq; solū misericordiam, sed & adiunctā hilaritatem: ita & dilectionem non simpliciter exigit, sed eam quæ sit sine simulatione: nam ea demū uera dilectio est. Quòd si sic fuerit, omnia sequētur. Nam qui miserebitur, hilariter miserebitur: sibi enim ipsi dabit. Et qui prœrit, diligenter prærit: sibi enim ipsi prærit. Et qui dabit, largiter ac copiosē dabit: sibi enim ipsi dabit. Deinde quoniā & dilectio quædā in malis rebus est, qualis est lasciuorū, eorumq; qui in pecuniis & rapinis eiusdem sunt animi, eorū etiam qui ebrietati ac sympotiis studēt, ab illa hāc, de qua loquitur, auellens, dicit: *Sitis odio prosequētes quod malum est.* Nō dicit, abstinentes à malo: sed, odio quod malum est prosequentes. Neq; simpliciter odientes, ἀποστυγοῦντες sed uehementer odientes. Intentionē habet passim apud Apostolum illud, apo: ut qunado dicit, hi gar apocaradocia tes ctiseos, hoc ē, etenim solicitia creaturæ expectatio: & hiotesian apodechomeni hoc ē, adoptionē cupidè expectātes, ten apolytrosin tu somatos hemō, hoc est, exactā corporis nostri redēptionē. Quoniam. n. multi sunt, qui licet mala opere ipso nō faciāt, malorū tamē interea concupiscentiā habent: propterea dicit, odio prosequētes quod malum est. Mētē quoq; nostrā purgatam uult, multāq; nos aduersum malitiam habere inimicitiam, multū odij, multum belli. Non enim putandum, inquit, cū iubeo ut inuicem diligatis, quòd uelim uos & in malis mutuam alterum alteri operam exhibere. Nam omnino contrarium præcipio, nimirum, ut nō solū ab opere, sed & ab affectu qui ad malitiam sit, alieni sitis: & non solū ab affectu, sed ut & uehementer illam auersemini, odioq; prosequamini. Et non contētus hoc solo, uirtutis etiam studium ac lucrum induc it, dicens: *Adhærentes ei quod bonum est.* Non dicit, facientes solū, sed & animo erga bonum appositi. Hoc enim declarat, qđ adhærere bono iubet. Ita & deus mulieri uirum coniungens dixit: Adhærebit enim uxori suæ: deinde & causas dicit, propter quas debeamus alius alium diligere. *Per fraternam dilectionē alius in alium propensi.* Fratres, inquit, estis, eosdem partus doloris soluistis. Igitur & propterea, ⌜siquidem iusti fueritis, diligentis uos inuicem. ⌜Hoc & Moses altercantibus in Aegypto dicebat, Fratres estis, ut quid alter alteri iniuriam facitis? Quando de externis quidem dicit, Si fieri potest, inquit, quantū in uobis est, cum omnibus hominibus pacem habetote. Quādo uerò de domesticis differit, Per fraternam, inquit, dilectionem alius in alium propensi. Illic quidē exigit ut non impugnemus, non odiamus, nō auersemur: hic uerò, ut & diligamus, neq; simpliciter diligamus, sed & deamemus. Non enim dilectionē tantummodo sine simulatione esse oportet, inquit, & sed & auctā & feruentē & ignitā. Quæ nanque fuerit utilitas, si prēter dolum quidem dilexeris, non dilexeris autē feruenter? Vnde & dicit: alius in aliū dilectione propensi: hoc est, & feruenter dilige. Noli in hoc cōsistere, ut diligaris ab alio, sed tu potius erga alium prior diligendo prosili. Ita quippe & eius, qua ipse te diliget, dilectionis mercedem recipies. Posita itaq; causa qua debeamus nos inuicem diligere, subiungit etiā quomodo fiat, ut immotè persistat nostra dilectio: unde & subdit, *Honore alius aliū præcedentes.* Hac qpe ratione & nascitur dilectio, & nata pdurat. Nihil enim ita facit amicos, ut studium illud proximū ho-

φιλόστοργοι *Sup.8.d*

φιλαδελφία *Gene.2.d*

⌜ *iustum fuerit ut inuicē diligatis. Exod.2.c Hic infrà.d*

σπουδῇ

A norando uincendi. Non autem dilectio solùm hinc nascitur, sed & maior honor. Nam ex dilectione qui dem, quæ suprà dicta sunt, oriūtur: ipsa uerò dilectio ex honoris exhibitione, quemadmodū & honorandi studium uicissim ex dilectione est. Deinde ne solū honoremus fratres, aliud quoq; maius quiddam requirit, dicens: *Studio non pigri.* Nam & istud dilectionem parit, quando adiuncto honore præsidentiæ beneficium exhibuerimus. Nihil enim ita diligi facit, ut iuncta honorandi studio prouidētia. Neque enim satis est ut diligas, sed oportet ut & prouidentiæ studio ferueas: immo & ipsum ex dilectione nascitur, quemadmodum & dilectio ab illo accenditur: atq; ideo utraq; inuicem utrinq; adstruuntur. Sunt enim multi, qui licet mente diligant: manus tamē adiutrices non porrigunt. Propterea dilectionem undiq; instituit. Et quo pacto fieri poterit, ut studio nō redda mur pigri? *Spiritu feruentes.* Vide quomodo ubique uehementiam requirat. Non enim dicit, date tantūmodo, sed date largiter: neq; præsitis solū, sed cum
B solicitudine: neque simpliciter, misereamini, sed cum hilaritate: neq; tātùm honorate, sed præcedite ac prę uenite: neque diligite tantūmodo, sed fine simulatione: neque simpliciter, abstinete à malo, sed odio prosequamini: neq; adhærete solùm bonis, sed conglutinemini illis: neq; tantùm diligite, sed propensè amico affectu diligite: neque studete tantummodo, sed non pigrè: Ita & hic non simpliciter dicit, spiritū habetote, sed feruentem exigit spiritum: hoc est, ut sitis feruentes ac concitati. Nā si quæ dicta sunt, habueris, spiritum attrahes. Si enim hic penes te fuerit, faciet ad prædicta diligentem, reddēturq; per illum & per dilectionem omnia facilia, siquidem utrinq; fueris incensus. Non uides quomodo tauri illi flammā
Simile. in tergo ferentes, omnibus sint intolerabiles? Nō aliter tu quoq; diabolo eris intolerabilis, si utranq; hāc flammam adeptus fueris. *Domino feruentes.* Per ista siquidem omnia deo seruire potes. Quicqd enim in fratrem feceris, in dominū tuum pertingit: & quasi beneficium abs te accepisset, ita tibi & mercedem rependet. Vides quomodo cōstantiam animi ista operantis refocillarit? Deinde ut ostendat quomodo stā ma illa spiritus accendatur, dicit: *Spe gaudentes, in adflictione patientes, precationi instantes.* Omnia siqdē
C ista ignis huius inci tamēta sunt. Quoniā enim & pecuniarum exegit sumptum, & corporum laborē, & præsidentiam prouidentem, & diligentiā, & doctrinam, & reliqua laboriosa: athletam Christi rursus inungit, dilectione, spiritu, & spe. Nihil enim mentem hominis adeò uirilem facit & ad omnia audentem, παρὰ δόλον ut spes bona: deinde & ante illa bona quæ sperātur, aliud iterum præmiū dat. Quoniam enim spes futurorū erat, dicit, in adflictione patientes. Et ante futura quippe bona in presenti etiam uita magnū bonū, inquit, ex adflictione capies, nimirum, quòd tolerās ac probatus redderis. Præter hoc & aliud quoq; auxilium præbet, dicens: precationi instantes. Cū ergo & dilectio facilitatem præstet, & spiritus adiuuet, & spes alleuet, & adflictio probatū reddat, & ad cūcta generosè ferenda aptum & idoneū: habeasq; præter hæc & aliam armaturam, nimirum, precationē, & quod per precationem uenit, auxiliū: quidnā erit in præceptis istis quod sit laboriosum? Nihil. Vides quomodo athletā Christi undique firmum reddat, & quæ iubentur, plurimū facilia esse ostēdat? Obser-

D ua rursus quomodo eleemosynæ inhæreat, imo nō simpliciter eleemosynæ, sed ei eleemosynæ, q̄ fit in sanctos. Suprà quidem cùm dixit, in hilaritate, erga omnes aperiendā esse manū docuit: hic uerò de credentibus loquitur. Vnde & subiungēs dicit. *Necessitatibus sanctorum communicantes.* Non dicit, Necessitatibus illorum subuenite, sed, necessitatibus illorū communicantes: ostendens, quòd plus accipiāt, quā præstent: & quòd res ista negociatio sit: comunicatio si quidem est. Tu pecuniam adfers? Illi fiduciā tibi erga deum adferunt. *Hospitalitatem sectātes.* Non dicit
Simile. facientes, sed, sectantes: instruens nos, ut non expectemus egenos, donec ad nos ueniant, sed ad ipsos curramus & sectemur. Sic Loth fecit, sic Abrahā. To
Gen.18.a tū nanq; diem in hoc consumebat, bonā expectans uenationem: & siquādo quempiam uidebat, insiliebat, occurrebat, ad terrā supplicando procidebat, dicens: Si gratiam inueni in conspectu tuo, ne transeas seruum tuum. Non quemadmodū nos qui cùm peregrinum aut pauperem uidemus, supercilia attollimus, neq; dignos estimamus, quos alloquamur. Et siquādo innumeris supplicationibus uix tandē molliti, modicum argenti per famulos dare iussimus: uniuersum quod ad beneficiētiā attineat, probe nos
E præstitisse putamus. Abraham uerò non ita, sed sumptam famuli personā induit, tametsi ignoraret quòd nam susceptur us esset. Nos autē licet manifestè sciamus, quòd in pauperibus Christū suscipiamus, neq; sic tamen mansueti reddimur: sed cū ille contrariò, & obsecret & supplicet, & prōcidat, nos nihilominus accedentes conuiciis obruimus. Et Abraham quidē omnia per seipsum & uxorē adimplebat obseqa, nos uerò neq; per famulos. Si uerò & mēsam cognoscere uoles, quā ille peregrinis parabat: multā & illic liberalitatem uidebis, non quā exhibebat ipsa cibariorū copia, sed potius abundans animi promptitudo.

Morale de hospitalitate.

Quàm multi tum temporis diuites erāt in Israel? & tamen nemo illorū Eliam hospitio susc epit. Quā multi diuites erāt tēporibus prophetæ Elisæi, & tamen sola Sunamitis hospitalitatis fructū uindemiauit. Quemadmodum & Abraham suo tēpore largiter ac prōptè fecit. Et profectò potissimū est, quod quis admiretur, quòd ista fecerit, cùm ignoraret, qui essent, qui aduenerant peregrini. Itaq; neq; tu pauperes curiosè inquiras. Propter Christū enim illos susci- F pis. Quòd si perpetuò curiosè scrutatur⁹ es pauperes fiet, ut sæpenumero probatum coràm deo uirū prætergrediare, mercedemq; quā ex eo habiturus eras, perdas. Atqui etiam is, qui reprobum recipit, sine culpa erit, immo & mercedem habebit. Prophetā enim Mat.10.d in nomine prophetæ recipiens, mercedem prophetę accipiet. Qui uerò intempestiua sua curiositate prœcipuum quenquā neglexerit, pœnas etiam dabit. Nescruteris igitur curiosè pauperum uitā atque negotia: nam extremæ illud insolentiæ est, pro uno pane totam hominis miseri uitam curiosè inquirere. Nam etiā si homicida, si latro, aut aliud huiusmodi fuerit: an nō uidetur tibi uel pane, uel modico argento dignō? Et tamē dominus tuus Solē suū illi producit: tu uerò quotidiano cibo indignum iudicas? Ego uerò quod adhuc maius est, pono: nimirum, quòd etiā, si manifestè cognoueris, innumeris illū refertum esse malis: neq; sic tamen excusationē habeas, si quotidiano cibo illū priuaueris. Seruus enim illius es, qui

4.Re.4.b

G dicit: Nescitis cuius spiritus sitis: famulus es illius qui
Luc.9.g. lapidãtes se curare laborabat, imo qui & crucifixus
est pro eis. Non est quod mihi dicas, quòd alium interfecerit. Nam etiam si teipsum interrẽpturus esset,
neq; sic tamen fame laborantẽ cõtemnere deberes.
Discipulus enim illius es, qui crucifigentium se salutẽ
Ibid.23.c cupiebat, quiq; in ipsa cruce dicebat: Pater remitte illis, nesciunt enim quid faciũt. Illius es seruus, qui percutientem se curauit, qui latronẽ in ipsa cruce coronauit. Cui, quẽso, quid poterit adequari? Nã & utriq;
Christum à principio conuicijs affecerant, & tamen
alteri illorũ paradisum aperuit: interfecturos se de-
συγχεῖ ραυι. plorauit. Sup conspicato proditore suo turbatus est & contristatus, non ideo quòd crucifigẽdus ipse, sed quòd ille perierat. Turbatur itaq;, quòd præsciret illius & strangulationem, & post strãgulationem supplicium. Et licet nõ ignoraret illius malitiam, ad extremam tamen usque horam illũ tulit, non repellẽs,
H sed & tametsi proditorem, diligẽs. Dominus tuus dilígit, labiisq; osculando excipit eũ, qui statim sanguinem illum suum pretiosum fusurus erat: tu uerò pauperem neque pane dignaris, neq; legem quam Christus dedit reuereris? Per hæc enim, quæ recensui, satis ostendit, quòd nõ solũ pauperes, sed & eos qui nos ad mortem usq; impellunt, auersari nõ oporteat. Ne dicas igitur mihi, quòd uel hoc uel illud operatus sit mali, sed perpẽde quid Christus fecerit, qui ad crucẽ usq; proditorem suum osculo, quo tradendus erat,
Luc.22.c emendare studebat. Et uide quã modestè & ad uerecundiam monẽdam appositè, Iuda siquidẽ, inquit, osculo filium hominis tradis? Quem nõ deliniuisset? Quem nõ flexisset ipsa uox? Quam bestiam? Quem adamanta? Infelicem tamen illum nõ flexit. Ne dicas igitur, quoniam illũ uel illũ interfecit, atq; ideo ipsum auersor. Nam etiam si teipsum ense impeturus, dexteramq; suã in tuũ ipsius guttur immersurus esset, nihilominus tamen ipsam eandem dexteram osculare: quoniam & Christus os illud, quod mortẽ operatũ erat, osculatus est. Et tu itaq; insidiantem tibi nõ odio, sed lachrymis ac misericordia prosequere. Dignus enim est huiusmodi cuius misereamur, quémque deploremus. Sumus enim illius famuli qui proditorẽm suũ exosculatus est (neq; enim cessabo quin factũ illud continuò uersem) quiq; teneriora ẽt
I uerba, quã osculũ sit, erga illum loquutus est. Neq; enim dicebat, ò sceleste, ò pdite, ò proditor, hanc nobis pro tanto beneficio gratiã rependis? Sed quomodo? Iuda, inquit, propriũ illius nomẽ ponẽs: id quod magis erat miserẽtis & reuocantis quã indignantis. Neq; dixit præceptorem tuum, dominũ tuum, bene factorem tuum, sed filium hominis: quasi dicat, etiã si non esset p̃ceptor tuus, nõ esset dominus tuus: eũ tamen, qui tam mansuetè, tã cãdidè erga te affectus est, ut & i ipso proditionis articulo te cõsoletur, idq; cũ proditionis ipsius symbolum sit osculum, tradere potes? Benedictus sis domine, quantę humilitatis, Exclamatio. quantæq; nobis patientię exemplũ tradidisti? Sed ad istum quidem ita se habuit, ad eos uerò, qui cum fustibus ac lampadibus irruebant, non ita. Et qd, quæso, mansuetius uerbis illis quæ ad eos loquutus est?
Mat.26.c Cũ enim simul omnes perdere posset, nihil quidem horũ fecit, sed modestè illos alloquutus: qd, inquit, existis, tanquã ad latronem, cũ gladiis, & fustibus? Et cũ illos ad terram supinos proiecisset, & tamen uel sic nihil permoti essent: uoluntariè seipsum illis tradidit, sustinuitq; uidere uincula sanctis manibus K
iniicientes, cũ tamen posset omnia rũpere ac proiicere. Sed tu post ista omnia, ferocis erga pauperem. ἀγριαίνεις, *ferocis.*
Atqui si innumeris etiam malis esset obnoxius, ipsa tamen indigẽtia, ipsaq; fames sufficerent ad animũ, nisi uehementer sit obduratus, emolliẽdũ. Tu uerò efferatus, leonumq; imitatus furorem, perstas. Quan quam illi mortuorum corpora nunquam degustãt. Tu licet uideas tantis attenuatum malis: iacenti tamen insultas, corpúsque illius cõuiciis laceras, atque adflictionem adflictioni, uelut tempestatem tempestati superaddis: fugientemq; ad portum, in scopulum incidere ac naufragiũ, marino grauius, pati facis. Et quomodo ad deum dicis, miserere mei? Quomodo peccatorum tuorũ ueniam petis, qui eum cõ uiciaris, qui tibi nihil peccauit, pœnãq; pro fame tanta necessitate exigis, quasuis bestias crudelitate exu perans? Illæ siquidem cogente uentre deputatũ sibi cibum attingũt: tu uerò nemine impellẽte, nemine γαστρὸς, *i. uẽtre, habet codex emẽ.* cogente, fratrem tuũ deuoras, mordes, laceras, licet non dentibus, uerbis tamen morsibus quibusuis gra uioribus. Quomodo ergo sacrã oblationem sumes, L
qui linguã humano sanguine rubefecisti? Quomodo pace das, ore bellis adeò referto? Quomodo sensibili etiam cibo frueris, cũ tantam rubiginem tibi concilies? Non succurris paupertati? Quid & conteris? Non erigis iacentem? ut quid & deiicis? Non tollis pauperis tristitiam? Quid & auges? Non das pecuniam? Cur uerbis etiã conuiciaris? Non audisti quãtam daturi sint pœnã, qui pauperes nõ pascũt? Quibus supplicijs condemnandi sint? Ite, inquit, in ignẽ, præparatum diabolo, & angelis illius. Si ergo nõ pascentes ita condemnabuntur, quã putas pœnam da
Mat.25.d bunt, qui non solũ non pascunt, sed & conuiciãtur? Quantum patientur supplicium? quantam gehennã? Ne itaque tanta mala erga nos ipsos incẽdamus, do nec facultas est: malum hũc morbum corrigamus, linguæq; frenum imponamus, non solùm non conuiciantes, sed & consolantes tam uerbis quã factis, quatenus multa nobis recondita in futurum misericordia: promissa bona apprehendamus, quorum omnes nos participes fore contingat gratia & benignitate, &c. M

Homilia.xxij.

Ene loquamini de ijs qui uos insectãtur. Bene loquamini, inquã, *& ne malè precemini.* Tradito
b iam qũo inuicem alius erga aliũ affecti esse debeant, mẽbrisq; mutuò diligẽter adglutinatis, educit eos deinceps ad externi prælij aciem, quã & hinc faciliorẽ facit. Quemadmodũ enim, qui q̃ ad domesticos suos pertinent, nõ probè instituit, difficilius q̃ ad alienos spectãt dispensabit: ita qui se in his quę dicta sunt bene exercet, externa quoq; eò facilius exuperabit. Propterea & Paul⁹ uiã quasi præstruẽs, post illud ista ponit, dicens: Bene loquamini de ijs q uos insectãtur. Nõ dicit, iniuriarũ ne reminiscamini, neq; ulciscamini. Sed quod his multò plus est, exigit. Illa siquidẽ philosophici uiri, istud uerò angeli est. Et cũ dixisset: bene loquamini, subiungit: & ne malè precemini, ut ne & hoc & illud, sed illud, solũ faciamus. Præmiorum quippe procuratores nobis sunt, q nos νήφων *uigilauerit, attentus fueris.* insectãtur. Si uerò ⌜sobrius fueris ⌝ aliam etiã præter istam tibi ipsi mercedem cõparabis. Persequutor siquidem mercedem tibi q̃ propter toleratam persequutionẽ dabitur, procurabit. Tu uerò illã, q̃ ex eo

A est quòd de illo bene loqueris, referes, magnũ uidelicet signũ dilectionis eius quæ in Christũ est. Quẽadmodũ enim qui persecutori malè precatur, hoc ipso declarat, quàm non uehemẽter gaudeat quòd pro Christo ista patitur: ita q bene loquitur, multũ erga Christum amorẽ demonstrat. Ne uituperes ergo insectantem te, ut & tu maiorem recipias mercedem, & illum doceas, quòd alacritatis negotium istud tibi sit, non coactionis, festiuę iucũditatis, nõ calamitatis aut tristitiæ. Propterea & Christus dice-
Mat.5.a bat: Gaudete, si quãdo dixerint omne malũ uerbũ
Act.5.a aduersum uos, mentientes. Propterea & Apostoli gaudentes ad suos reuertebantur, nõ solũ quòd malè audissent, sed quòd & flagellati essent. Prẽter ista & aliud non modicũ lucrũ acquires, nimirũ quòd aduersarios stupefacies, atq; re ipsa docebis, quòd ad aliã uitam tendas. Cũ n. uiderit te aduersarius in eo ipso quòd malè afficeris, gaudẽtẽ atq; alacrem: reb⁹ ipsis apertè cognoscet, quòd spes habeas alias, præsentibus maiores. Quòd si istud non feceris, sed & fleueris, & lamentatus fueris: unde poteris ille di-
B scere, quòd aliam uitã expectes? Et cũ hoc & aliud lucraberis. Nam si te uiderit nihil pp cõuicia sua dolere, sed magis bene loqui ẽt, ab insectando cessabit. Vide ergo quot hinc bona nascantur. Tibi maior merces & minor sit tentatio. Ille à persecutione abstinebit, deus glorificabitur, delinquenti doctrina philosophiaq; pietatis præstatur. Propterea nõ solũ cõuiciantibus, sed & insectantibus, rebusq; ipsis nocentibus contraria repẽdere iussit. Et nunc quidem bene de illis loqui præcepit: progrediens uerò ipsis etiã operib⁹ benefacere adhortatur. *Gaudete cũ gaudentibus, & flete cum flentibus.* Quoniam fieri potest ut & bene quis loquatur, & nõ malè precetur, cùm tamen utrunq; ex dilectione nõ faciat, uult ut & dilectione ardeamus. Propterea & illud subiunxit, ut non solũ bene loquamur, sed & condoleamus, &
C compatiamur, siquando calamitate pressos illos uiderimus. Sed bene est, inquies, quòd lamẽtantibus condoleamus, meritò præcepit: aliud uerò, cũ nihil magni sit, ut quid iusserit? Atqui illud ipsum maiore philosophia opus habet, nimirũ gaudete cũ gaudẽtibus, q̃ quòd flendũ dicit cum flentibus. Istud. n. & ipsa natura ultro facit. Nemo siquidẽ adeò lapideus est, ut eum qui in calamitatibus est nõ defleat. Illud uerò ualde generosam mentẽ requirit, ut nõ solùm non inuideat ei qui clarus est ac celebris, sed & congaudeat. Vnde & priore loco illud posuit. Nihil. n. ita dilectionem conciliat, q̃ quòd & in gaudio & in tristitia alterutrũ cõmunicamus. Noli ergo siquãdo procul es ab aduersis, propterea extra cõpassionẽ quoq; consistere. Nam proximo tuo malè adfecto, cõem tibi calamitatem illius facere debes. Cõmuni ca ergo plorantibus, ut tristitiam illorũ alleues: cõmunica gaudẽtibus, ut & lætitiam illorũ radices, & dilectionem consolides, & ante illos teipsum iuues.
ἀγενναῖος. Lachrymãdo siquidẽ misericordẽ te facis: congratulando uerò, liuore & inuidia teipsum liberas. Vide uerò, quã non sit molestũ & odiosum quod tradit Paulus. Non. n. dicit, solue proximi calamitatẽ, ne sępenumero dicas, impossibile est: sed quod facilius est præcepit, & qd facere potes. Nam si quod proximum urit, tollere non potes: produc lachrymas, & maiorem partem sustuliſti. Et si prosperitatem illius augere non uales, congaude, & multum augmenti D
attulisti. Propterea non solũ hortatur, ut non inuideas: sed quod multò plus est, congaudeas etiam. Longè. n. maius est illud, q̃ si non inuideas. *Eodem animo alij in alios affecti, non arrogãter de uobis ipsis sentientes, sed humilibus uos accommodantes.* Multã rursus de humilitate inculcanda diligentiã impendit, unde & sermonẽ inceperat. Consequens enim est, plenos arrogantia fastuq; illos fuisse, cũ propter urbe, tum multis alijs causis. Propterea & sine intermissione morbum illum submouet, & tumorem cõstringit. Nihil enim adeò corpus ecclesiæ scindit, atq; super- Vnde sint sectæ. bia. Quid uerò est quod dicit, idem inuicem sentientes? Aduenit tibi pauper in ædes tuas, fac ut affectu te illi accommodes, non maiorem propter diuitias tuas animi tumorem concipias. In Christo neq; dines, neq; pauper est. Ne ergo pudore afficiaris propter externam amictus uilitatẽ, sed suscipe propter internam fidem. Neq; si lugentem uideris, indignũ putes quem consoleris. Nec si prosperè habentem conspicatus fueris, gaudio ipsius communicare cõgratulariq; pudeat: sed quemadmodum erga teipsum affectus es, ita sis & erga illum. Eodem enim, E
inquit, animo alius in alium affecti: ut, magnum te putas esse? Igitur & illum. Humilem & exilem illum suspicaris? itaque & de teipso illud decerne & omnem inęqualitatẽ abiice. Quomodo uerò fiet istud? Si arrogantiam reieceris. Vnde & subiunxit, Non arrogãter de uobis ipsis sentientes, sed humilibus uos accommodantes. hoc est, in illorum uilitatem descende, simul huc illuc congredere: nec animo tantum humiliare: sed & adiuua, & manum porrige, nõ per alium, sed per teipsum, quemadmodum pater solet filio prouidus, quemadmodum caput corpori, id quod & alibi dicit: Erga uinctos tanquã & ipsi Heb.13.a uincti. Humiles uerò hic, non simpliciter eos qui humili sunt affectu, sed humili sorte & contemptibiles dicit: Ne *sitis arrogantes apud uosmetipsos*. Hoc est, ne putetis uos sufficere uobis ipsis. Nam & alibi dicit scriptura: Væ prudentib⁹ apud semetipsos, & in ocu Esa.5.e lis suis sapientibus. Et propterea rursus arrogãtiam & fastum amolitur, tumoremq; istum constringit. Nihil. n. ita à reliquis auellit & abscindit, quemadmodũ siquis se sufficere sibi putauerit. Vnde & ita nos deus cõstituit, ut alter alterius opera indigeat. Vtut enim prudens sis, altero tamen opus habes. F
Quòd si te nullius opera indigere putaueris, omnibus factus es stultior & imbecillior. Talis enim nudum se omni auxilio reddit, & in delictis suis neque correctionẽ neq; ueniam recipiet, sed & deum arrogantia sua iritabit, & omnino multùm peccabit. Fit enim sæpenumero, fit inquam, ut prudens, qd oportebat, non uideat, & stultior aliquid eorum, quæ cõueniunt, inueniat: id quod in Mose & socero suo factum est, in Saule & puero suo, in Isaac & Rebecca. Ne putes ergo ideo te deprimi, quòd alio indigeas. Nã hoc ipsum est, quod te exaltat magis. Quod ualidum facit, quod splendidiorem, quod securiorem reddit. *Nemini malum pro malo reddentes.* Si. n. aliũ qui tibi insidiatur, uituperas: quid te ipsum accusationi reddis obnoxium? Si malè is fecit, cur æmulationẽ non fugis? Et uide quomodo hic nihil discreuerit, sed cõem legem posuerit. Non. n. dicit, fideli malum non reddas, sed nemini, ẽt si Græcus, si sceleſtus, aut quisquis alius fuerit. *Prouide parantes bona coram omnibus hominibus, si fieri potest, quantũ in uobis est, cũ omni-*

G bus hominibus in pace uiuentes. Hoc est, Luceat lux uestra corā hominibus, non ut ad uanę gloriæ ſtudiū uiuamus, ſed ne demus anſam ijs qui cuperent, adMat.5.b uerſum nos ipſos. Vnde & alibi dicit: Inoffenſi eſtote & Judæis, & Græcis, & eccleſiæ dei. Bene uerò cō
1.Co.10. & ſequenter quid uelit declarat, dicens: ſi fieri poteſt, quantū in uobis eſt. Contingit. n. ſubinde, ut poſſibile non ſit. Nimirū, quando de pietate ſermo eſt, quando certatur de iniuria adfectis. Et quid miraris, ſi inter alienos homines hoc nō ubiq; fieri poſſit, quandoquidem ēt inter uirum & uxorē neceſsitatem illā & uinculum pacis diſſoluat, cū dicit: Si ue
Ibid.7.c ro infidelis abſcedit, abſcedat? Quod aūt dicit, tale
Quō ſit ſeruanda concordia eſt: Quæ tui ſunt officij, præſta, nemini dans anſam ſeu belli ſeu diſſidij, ſiue Iudæo ſiue Græco. Si uerò alicubi pietatem labefactari uideris, ne pręponas cō cordiam ueritati, ſed generoſē perſiſtas ad mortem uſq;. Et tamen neq; ſic animo eris erga aduerſarium hoſtili, neq; mente illū auerſaberis, ſed in rebus tantummodo pugnabis. Hoc. n. eſt quod dicit, quantū in uobis eſt, cū oībus hominibus in pace uiuentes.

H Quòd ſi ille pacem nō ſeruauerit, tu uide ne animū tuum inimicitia quaſi tēpeſtate oppleas, ſed uolun tate ſis amicus: ita tamē, quemadmodū dixi, ut ue
Deu.32.e & Ezec. 9.a ritatem nō prodas. *Neq; noſipſos ulciſcētes dilecti: quin potius date locum iræ. Scriptum eſt enim: Mihi ultio, ego rependam, dicit dominus.* Cui iræ? Dei. Quandoquidē enim hoc potiſsimū, qui iniurijs adfectus eſt: uidere cupit, ut ultione fruatur, hoc ipſum deus copioſē & abundē dabit. Nam ſi te ipſum nō fueris ultus, deus erit qui te iuuando ulciſcetur. Permitte itaq;, inquit, illi, ut aduerſarium tuum in ius uocet. Hoc enim eſt quod dicit, date locū iræ. Deinde ut plus conſolaretur, & teſtimonium induxit, quò cū auditorem nō nihil refocillaſſet, maiorem rurſus philoſophiam ab eo exegit, dicens: *Si igitur eſurit inimicus tuus, paſce illum: ſi ſitit, potū da illi. Hoc enim ſi feceris, carbones ignis coaceruabis in caput illius.* Ne *uincaris à malo, ſed uince in bono malum.* Quid. n. dico, inquit, quòd in pace ſit uiuendū? Nam & benefaciēdum inimico præcipio. Paſce enim illū, & potū da, inquit: deinde quoniam ūalde laborioſam rem pręceperat & magnam, ſubI iungit: Hoc. n. ſi feceris, carbones ignis coaceruabis in caput illius. Hæc aūt dicens, & timore illū cōtrahit, & iſtum ſpe retributionis promptiorē facit. Nā
κατέχε ται. qui iniuriam paſſus eſt, ſiquando debilitatus fuerit, nō ita proprijs ſuis bonis afficietur, ut ſupplicio eius per quem cōtriſtatus fuerat. Nihil. n. adeò iucundū eſt, atq; de inimico ſumptū uidere ſuppliciū. Quod igitur cupit, id ipſi primū largitur. Deinde poſtq; uenenum illud abſtulit, tum deinceps ad altiora hortatur, dicens: Ne uincaris à malo. Sciebat enim, etiā ſi beſtia ſit inimicus, inimicū tamē ſi paſtus ſit, nō manſurum. Etſi ſæpenumero, qui iniurijs eſt adfectus, puſillanimis fuerit, inimicū & paſcēs & potās, neq; tamen ipſe ſuppliciū illius deinceps cōcupiſcet. Atq; ideo concepta fiducia de rei ipſius exitu, non ſimpliciter interminatus eſt, ſed affatim ſupplicio indulget. Non. n. inquit, uindictam ſumes, ſed carbones ignis cōgeres ſuper caput illius. Deinde & declarans illi quid uelit, dicit, ne uincaris à malo, ſed uince in bono malum. Atq; ita ſenſim ſubindicat, qūo non oporteat illud tali animo facere. Iniuriæ ſiquidem memoriā adhuc retinere, à malo uinci eſt. Sed iſtud primo loco nō dicit. Neque enim dum tēpus erat. Poſtquam uerò iram illius euacuauit, tum ſubK iungit dicens: Sed uince in bono malū. Quandoqui συμόν. dem & iſtud uincere eſt. Pugnans enim tum potiſsimū uincit, nō quādo ſuum ipſius corpus pugnę exponit, ut plagas excipiat: ſed quādo ſeipſum eruens, efficit, ut oēm ſuam potentiam aduerſarius in aēra fruſtra & inaniter effundat. Sic enim nec ipſe plagas excipit, & omnes aduerſarij uires diſſoluit: id quod & in conuicijs fit. Nam quando uiciſsim cōuicia regeris, uinceris nō ab homine, ſed quod turpius eſt, ab illibero illo iræ affectu permotus exuperaris. Si uerò tacueris: & uincis, & trophæū figis, & innumeros acquiris qui te coronent, quiq; conuiciū ipſum, mendacij condemnent. Qui enim cōtradicit, ut qui cōuicij morſum ſenſerit, contrà luctari uidetur. Mor ſum uerò ſentiens ſuſpicionem de ſe prębet, dictorū ſe cōſcium eſſe. Si uero deriſeris, riſu ſtatim ſniam & iudicium quod qui audierant, cōtra te laturi erant, exoluiſti. Et ſi uolueris, apertū dictorum argumentum accipere, ipſum tuū inimicum interroga, quan do magis doleat, an cùm prorſus accenſus uiciſsim conuiciaris, an cū conuiciantē derides. Atq; hoc po L ſtremum magis audies. Neq; enim tantū iuuat conuicijs non impeti, quantū mordet, quòd te ad iram permouere & accendere nequit. Non uides ira percitorum ingenium, qūo plagarum ſuarum nō adeò multā rationem habentes, magno impetu irruant, proximiq; uulnera, peius ij ſoleāt agreſtes ſues quę rant, & ad hoc unum reſpiciant, inq; eo magis ſint quām ut quid patiantur, obſeruent? Quando ergo eum qui hmōi eſt, ea potiſsimum re priuas, quā ipſe potiſsimum concupiſcit: omni iam illum propoſito euacuaſti, ſpoliaſti, contemptibilemq;, puerum magis q̄ uirum, oſtendiſti. Et tu quidem interea philoſophi calculum adeptus es, illum uerò malæ beſtiæ diffamia & opinione induiſti. Illud & cùm uerberamur, faciamus, & quādo uerberare uoluerimus, nō reuerberemus. Sed letalem plagam infligere uelles? Obuerte illi & alteram maxillam, & hoc ipſo innumeris ipſum uulneribus confeciſti. Facilius quippe qui ſe lapidarent, ferret, q̄ eos qui patientiam tuam plaudentes admirantur. Ante illos ēt conſcientia ipſum cōdemnabit & maximas ab eo pœnas exiget, M ac ueluti extrema paſſus, ſic pudore effuſus abſcedet. Si uerò & gloriam apud multos quæris, eandē quoq; hac uia magis acquires. Nam & aliās quidem compaſsionem quandā erga eos qui malè adficiuntur, habemus. Quando uerò uiderimus eos non ſolùm non reuerberare, ſed & ſeipſos improborū iniuriæ patientes exponere, non tantùm miſeremur, ſed & admiramur.

Morale.

Propterea mihi iam ſuſpiria ſuboriūtur, quòd cū poſſemus & habere præſentia, ſi leges Chriſti, quēadmodum oportebat, audiſſemus, & acquirere futura: ab utriſq; excidimus, dum q̄ dicta ſunt, negligētes in uanis ac ſuperfluis philoſophamur. Nā & utiliter ille præcepit oīa, & oſtēdit quid nos uel celebres faciat uel dedecoret. Quòd ſi iſtud diſcipulos ſuos ridiculos facturū fuiſſet, utiq; non præcepiſſet. Verū quoniā illuſtriores facit oībus, quòd cùm malè audiant, uiciſsim non maledicunt: quod cū malè adficiantur, uiciſsim nō maleſaciunt: propterea iſta illis tradidit. Quod ſi hoc eſt, multo magis glorioſum erit, ſi cū malè audieris, bene uiciſsim dixeris: ſi con

A uicijs ipetitus, encomiū repēderis: ſi inſidias paſſus, ecōtra benefeceris. Vnde & iſta quoq; decreuit. Parcit enim diſcipulis ſuis optimè ſciens, quid paruū faciat, quid magnum. Si ergo illis rerū nō ignarus parcit: quid quæſo, illi reniteris, aliam uiam ingredi uolēs. Ex diabolicis quippe legibus eſt, malefaciendo uincere. Propterea & in olympiacis certaminib⁹ diabolo conſecratis, ad eū modum uincūt, quotquot illic decertant. In ſtadio uerò Chriſti, non eſt ea certandi lex, ſed omnino contraria. Hic enim non eum qui percutit, ſed qui percutitur, coronari decretum eſt. Tale ſiquidem illius eſt ſtadiū, ut contrario modo habeant quæcunq; hic ordinata ſtatutaq; ſunt: ita ut non ſolū ipſa uictoria, ſed ipſo etiam uictoriæ modo fiat, quod maius habeat miraculū. Quando enim quæ alibi fragilia, deuictaq; uidentur, talia reddūtur, ut ea ipſa uictoriam parare deprehēdantur, illud demū diuinæ uirtutis, illud cœleſte ſtadium, angelorum illud theatrū fuerit. Scio uos nunc accēſos ceraq; quáuis molliores eſſe factos: uerū diſcedētes, omnia effunditis. Atque ideo doleo, quòd quæ
B dicuntur, opere non oſtendimus: cū tamen maximos inde fructus collecturi eſſemus. Nam ſi manſuetudinē oſtenderemus, inſuperabiles eſſemus oībus, neq; eſſet quiſpiā hominū ſiue paruus ſiue magnus, q̄ uel tantillū nocere poſſet. Siue. n. quis male diceret, te nullo, ſeipſum uerò maximo dāno afficeret: ſiue iniuriam inferret, incōmodū in illius ſinum redundaret, qui iniuriam feciſſet. Nō uides quomodo in foro, qui iniuriam paſſi ſunt, ſplendidi appareant, multaq; fiducia liberè lo quātur: qui uerò iniuriam intulerunt, cū pudore ac timore demiſſo ſint capite? Et quid de accuſatione & iniuria dico? Etiā ſi gladium aduerſus te acuerit inimicus, dexteramq; ſuā in guttur tuū immerſerit: te quidem neq; ſic aliAbel. quid læſit, ſeipſum uerò occidit. Atq; huic ſermoni teſtimoniū feret, qui primus fraterna dextera interfectus eſt. Nam ipſe quidē ad tranquillę ſedis portū,
Gain. immortalē adeptus gloriā, cōceſsit: Alter uerò uitā quáuis morte miſeriorem uixit, ſuſpirans actremēs, inq; ſuo ipſius corpore facti reprehenſionē circunferens. Non itaq; iſtud, ſed illud perſequamur. Qui
C enim malè adſicitur, nō habet ſtabile domi ſuę malū. Non enim ipſe malū peperit, ſed aliunde acceptū, in bonū patientia ſua mutauit: malū uerò faciens, in ſeipſo malitiæ plagam habet. An non in carcere erat Ioſeph, quæ uerò inſidias illi tetenderat, adultera illa, in ædibus ſplendidis & illuſtribus? Vtrius ergo loco haberi uelles? Neque dum uolo retributionem mihi utriuſq; dicas: ſed ipſa utrinq; facta per ſe perpendas. Nā & ſic milies carcerē cū Ioſepho, ædibus illis in quibus mœcha erat, præferes. Etenim ſi utrorūq; animū inſpexeris, uidebis iſtū in ſumma latitudine, multa fretum fiducia: Aegyptiacæ uerò, in anguſtia, pudore, mœrore, turbatione, multaq; triſtitia. Tametſi. n. uideretur illa uiciſſe, nō tamē erat uera uictoria. His itaq; cognitis, ad mali patientiam nos ipſos præparemus, ut & à malis liberemur, & futura bona apprehendamus, quę ut omnes acquiramus, gratia fiat & benignitate, &c.

Homilia. xxiij.

Ca.XIII. • M*nis anima poteſtatibus ſupereminētibus ſubdita ſit*. Huius rei plurimū & in alijs epiſtolis meminit, quemadmodum famulos heris ſuis, ita & ſubditos principibus ſubiiciens. Facit aūt

D hoc ideo, ut oſtendat Chriſtū leges ſuas nō ad hoc induxiſſe, ut politias euertat: ſed ut ad melius inſtituat, & ut pariter doceat ſuperflua & inutilia bella nō eſſe ſuſpiciēda. Sufficiūt. n. inſidiæ, quæ ueritatis gratia nobis intēduntur, ut nō ſit opus, uanas & inutiles, tētationes ſuperaddere. Cōſidera uerò quomodo non ſimpliciter, ſed opportunè de his rebus ſermonē inſtituat. Poſtquā enim magnā illam philoſophiā exegit, inſtituitq; ut & amicis & inimicis commodi: & iis qui proſperè & iis qui infeliciter haberent, egenis ſimul atq; ſimpliciter omnibus utiles eſſent: politiamq; talem plantauit quæ & angelos deceret, iręaffectū euacuauit, arrogātiā ſedauit, omninoq; mentem eorū explanauit: tunc ſcilicet & de his rebus adhortationem inducit. Si enim eos qui iniuriam faciunt, contrario modo benignè ſuſcipere oportet: multò magis illis qui benefaciunt obaudire cōuenit. Sed iſtud in fine adhortationis ponit. Interea uerò eas ratiões quas cōmemoraui, nō mouet: ſed eas q̄ poteſtatibus ex debito obedire iubēt, oſtendēs quòd iſta imperētur omnibus, & ſacerdotibus & monachis, nō ſolū ſecularibus: id quod ſta- E tim in ipſo exordio declarat, cū dicit: omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubdita ſit. Etiam ſi Apoſtolus ſis, ſi euāgeliſta, ſi propheta, ſiue qſquis tandem fueris. Neque enim pietatē ſubuertit iſta ſubiectio. Et non ſimpliciter dicit, obediat, ſed, ſubdita ſit. Eſt autem prima cōſtitutionis huius iuſtitia, quæ & fidelibus cogitationibus ac mētibus ſatis & decora eſt & honeſta, nimirū quòd à deo ordinata ſint iſta. *Non enim eſt poteſtas niſi à deo*. Quid dicis? Omnis ergo princeps à deo cōſtitutus eſt: iſtud, inquit, nō dico. Neq; enim de quouis principū ſermo mihi nunc eſt, ſed de ipſa re. Quòd n. principatus ſunt, quòd hi quidē imperāt, iſti uerò ſubiecti ſunt, quodq; nō ſimpliciter ac temerè cūcta ferūtur: nec fluctuum inſtar populi huc atq; illuc circunagūtur, diuinæ ſapientiæ opus eſſe dico. Propterea non dicit: Non enim princeps eſt, niſi à deo, ſed de re ipſa diſſerit, dicens: nō enim poteſtas eſt, niſi à deo. *Quæ uerò ſunt poteſtates, à deo ordinatæ ſunt*. Ita cū ſapientū quis dicit, quòd à deo cōglutinetur mulier uiro: nō aliud dicit, quā deū inſtituiſſe nuptias: nō quòd quiſF quis mulieri utcunq; cohabitat, à deo illi ſit cōiunctus. (Videmus. n. multos in malo, nō iuxta nuptiarū leges, ſimul cōmorātes: quod tamē deo utiq; nō imputamus.) Sed quod Chriſtus ipſe dixit, qui homi- *Mat.19.a* nē ab initio fecit, maſculū & fœminam fecit eos: propterea relinquet homo patrē ſuū ac matrē, & adglutinabitur uxori ſuæ. Idē & ſapiēs ille dixit, Quo- *Eccle.3.d* niā. n. honoris ac conditionis æqualitas pugnas ac diſſidia plerūq; iducit, multos fecit principatus, multasq; ſubiectiones: utpote uiri & uxoris ſuę, filij & patris, ſenis & adoleſcentis, ſerui & liberi, principis & ſubditi, præceptoriſq; ac diſcipuli. Et quid miraris quòd in hominibus iſtud fecit, quādo idē & in corpore noſtro fecerit? Neque enim hic paris honoris oīa fecit, ſed hoc quidē minus, iſtud uerò melius: & hæc quidem reliquis membris imperantia, iſta uerò ſubdita. Idem & in beſtijs uidere eſt, ut in apibus, in gruibus, in gregibus ouium agreſtiū. Quin & mare ab iſta diſciplina deſtitutum non eſt, ſed illic quoque multa piſcium genera ſub uno regūtur ac militant, longasq; ita peregrinationes exequūtur. Libertas enim illa diſſoluta ac moderamine carens, ubiq;

G mala, cõfusionisq; causa est. Postq; itaq; dixit, unde sint principatus, subiungit: *Itaque qui sqis resistit potestati, dei ordinationi resistit.* Vide quo rẽ deduxerit, unde terruerit, & quo istud iuxta debitum factum esse ostenderit. Etenim ne dicerent fideles, attenuas nos contemptibiles q; facis, qui cœlorum regno potituri sumus dum principibus subdis: ostẽdit quòd hoc faciens, non principibus illos, sed deo subiiciat. Illi siquidem obedit, qui principatibus subditus est. Sed ita nõ loquitur, nimirũ quòd deo obediat, qui principib⁹ morem gerit, sed per cõtrariũ terret, atq; idem diligentius probat, & exactius, dicens: quòd q potestati obediẽs non fuerit, deo aduersetur, q ista ita cõstituerit. Atq; hoc ubique probare satagit, nimirũ, quòd nõ gratiã illis, sed debitũ obediẽdo præstemus. Qui.n.ita se habuerit, is & incredulos magistratus magis ad pietatẽ attrahet, & fideles ad obediẽtiã. Plurima quippe tũ tẽporis circũferebatur fama traducẽs Apostolos, ueluti seditiosos rerũq; nouatores, q oia ad euertẽdũ leges cões, & facerẽt & dicerẽt. Cũ itaq; ostẽdit cõem nostrũ dominũ istud
H suis oĩbus præcipientem, & eorũ, qui Christianos innouationis crimine traducebant, obstruit ora, & meliore fiducia cũ ueritate sua dogmata tradit. Noli itaq; talẽ, inquit, subiectionẽ tui pẽ tibi putare. Deus enim istud cõstituit, q & uehemens ista cõtemnentiũ ultor est. Neq; n. uulgares pœnas reposcet, si nõ obedieris, sed quã maximas. Nec quicquã erit quod contradicentem eximat, quo minus & ab hominibus grauissimum feras suppliciũ. Et nemo siquidẽ tutabitur, & deũ ipsum magis iritabis. Quę quidem omnia subindicans, dicit: *Qui autẽ restiterint, sibiipsis iudiciũ accipient.* Deinde ut & posteaq; terruit, rei quoq; utilitatẽ ostendat rationibus illos instruit, cũ dicit: *principes enim bene agẽtibus terrori nõ sunt: sed malẽ.* Postquã.n. profundam plagã inflixerat, atq; perterruerat rursus illos refocillat, quẽadmodũ sapiens medicus, blanda imponens pharmaca, consolansq; ac dicens: Quid times? Quid horres? Nunquid de bene agente pœnas sumit magistratus? Nunquid timẽ dus est uirtutis studioso? Vnde & subdit: *Vis autem non timere potestatem? Quod bonum est facito, & feres laudem ab ea.* Vides quo ipsum magistratui familiarem & amicũ faciat, dum ostendit eum illius etiam laudatorem, si bene egerit, constitutum? Vides quo fastũ euacuauerit? *Dei enim minister est tibi in bonum.* Tantùm abest quòd terrori tibi sit, ut & laudet. Tã tùm abest, quòd i bono te remoretur, ut & magis adiuuet. Cùm igitur magistratum habeas & laudatorẽ & adiutorem, cur non subdereris? Nam & aliãs faciliorem tibi uirtutem facit, quòd & malos quidem punit, & bonos uerò beneficijs afficit & honore, uoluntatiq; dei cooperatur, unde & ministrum dei illum uocat. Obserua uerò: Ego, inquit, ut modesti fitis consulo: atque is eadem legibus suis dicit: Adhortor nequis alium circunueniat, ne quis rapiat, atq; is sup ista iudex sedet. Cooperari⁹ itaq; noster est & adiutor, atq; à deo ad hoc missus. Est ergo utroque noie suspiciendus: cũ quòd à Deo missus, tum quòd ad tale ministerium missus est. *Quòd si malum feceris, time.* Timorem enim non facit princeps, sed uestra malitia. *Non enim frustra gladiũ portat.* Vides quomodo ora illius obstruat, dum magistratum uelut militem armatum, delinquentibus terribilem præficit. *Nam dei minister est, ultor ei qui malefacit.* Ne rursus pœnam, supplicium, & gladium au
K diens resilias, iterum memorat principem legem dei implere. Quid enim si istud etiam ignorauerit princeps? Sed deus ita formauit atque instituit. Si ergo, siue puniat, siue honore adficiat, minister dei est, uirtutem uindicans, malitiam abigẽs, id quod deus ita uult: qua ratione illi tanta bona adferenti, rebusq; tuis præeunti, ac uiam paranti, contendendo repugnas? Multi siquidẽ sunt, qui cum uirtutẽ primũ respectu magistratus exercuerint, postea etiam illam propter dei timorẽ amplectuntur. Crassiores enim non adeò futura tãgunt atq; ꝑsentia. Qui itaq; multorum animos & timore & honore præparat, ut doctrinæ sermoni reddãtur accõmodatiores, is meritò minister dei uocatur. *Quapropter oportet esse subditos, non solũ propter iram, uerumetiã pp conscientiã.* Quid est, non solũ propter iram? Non solũ, inquit, quòd deo, nõ subditus aduersaris, neque quòd maxima tibi ipsi mala, & à deo & ab hominibus concitas: sed quòd & in maximis tibi benefacit magistratus, dum & pacẽ, & administrationem politicã
L procurat. Nam innumera bona ciuitatibus per magistratũs proueniunt, q̃ si sustuleris, omnia simul pessum ibũt: ita ut neq; urbes, neq; agri, neq; dom⁹, ne forũ, aut aliquid aliud, cõsistere queant, sed omnia simul subuertantur, potentioribus imbecilliores impunè deuorantibus. Itaq; etiamsi inobedientem nulla ira consequeretur: sic quoq; tamẽ subiici te oportebat, ne cõsuẽtia carere uidereris atq; erga beneficũ ingratus. *Propter hoc enim & uectigalia soluitis: Siquidem ministri dei sunt, in hoc ipsum incũbentes.* Omissis quæ singulatim recensere poterat, beneficiis per magistratũ urbibus exhibitis, utpote ordinata disciplina, pacifico cõuictu, reliquisq; ministerijs, ut sunt militum, eorũq; qui cõmunia quæ ad rẽpublicam pertinent, administrant, ex hoc uno probat uniuersum: quasi dicat, quòd bene tibi magistratus faciat, tu ipse testaris, mercedem illi persoluens. Vide sapientiã ac prudentiã beati Pauli: Quod in uectigaliũ repetitionibus graue uidebatur & onerosum, signum istud facit prouidentiæ ipsorum. Cur enim inquit, uectigalia regi damus? Nunquid tanq̃ prospiciẽti? Nunquid tanquam præsidenti curæ tui
M tionisq; mercedem soluentes? Atqui nihil illi soluissemus, nisi ab initio utilem nobis talem fuisse præfecturam cognouissemus. Verũ propterea ab antiqs temporibus communi omniũ sententia principes à nobis sustentari debere uisum est, ob id, quòd suaipsorũ negligentes cõmunes res curãt: uniuersumq; suum otium ad ea impendunt, quibus non solùm ipsi, sed & quæ nostra sunt, saluantur. Connumeratis itaque quæ ad externa pertinẽt, sermonẽ denuò ad priora reducit. Nam fidelem hoc pacto atrahere magis potuit. Rursus autem ostendit, quòd istud deo ita probetur, qua in re cõsilium etiã suũ cõcludit, dicens: *Siquidem ministri dei sunt.* Deinde ut & laborem miseriamq; magistratuum ostẽdat, subdit: *In hoc ipsum incumbentes.* Hæc enim illis est uita, hoc studiũ, ut tu quoquo modo pace fruaris. Propterea & in alia Epistola non solũ exigit, ut illis subdamur, sed & ut oremus pro illis, communem hanc quoque & illic utilitatem ostendens ac dicens, ut placidam & quietam uitam degamus. Neque enim parũ nobis ad præsentis uitæ statũ conducunt, munimẽta ponentes, hostes propellẽtes, seditiosos in urbib⁹

cohibentes,

Vides quo in statu princi pem exhi buerit, dum ipsum uelut militem armauerit, & de linquẽtibus terribilẽ præfecerit?

Vel, ab antiquo

λειτουργοί.

1.Timo. 2.a

A cohibentes, quásuis ubiq; calamitates dissoluentes. Nolo siquidẽ mihi obiicias, quòd subinde quis potestate hac abutitur: sed cõstitutionis ipsi⁹ decorũ, inspice, & multã eius, q ista ab initio instituit sapientiã uidebis! *Reddite igitur omnibus quod debetur, cui tributum, tributũ: cui uectigal, uectigal: cui timorẽ, timorẽ: cui honorem, honorem. Nemini quicquã debetis, nisi hoc ut inuicem diligatis.* Eisdẽ adhuc inhæret, nõ solũ pecunias magistratibus pẽdere iubens, sed & honorẽ & timorẽ. Et quo cùm suprà dixerit, Vis non timere potestatẽ: fac quod bonũ est: hic dicit, reddite timorem? Imperialem honorẽ dicit, non eũ timorem qui ex mala conscientia est, quem suprà significauerat. Et non dicit, date, sed, reddite: & adiecit, quod debetur. Nihil.n. gratuitò dat, qui hoc fecerit. Debitum si quidem est res ista. Quòd si non feceris, perfidi pœnas dabis. Neq; sanè putes Christianæ philosophiæ dignitatẽ extenuari ac lædi, si præsente principe honoris gratia exurrexeris, siue caput detexeris. Si.n. ista Paulus tum, cũ Gentiles adhuc essent principes, præcepit, multò magis oportet ea fidelibus exhibere. Quòd si maiora tibi concredita esse dixeris, discẽ nõ nunc honoris tui tẽpus esse. Peregrinus.n. hic es, & aduena. Tẽpus erit, quo oĩb⁹ apparebis illustrior.
Colo.3.a Nũc uerò uita tua abscondita est cũ Christo i deo. Quando Christus cõparuerit, tunc & uos cõparebitis in gloria. Ne quæras ergo in præsenti hac fragili uita retributionẽ. Sed ẽt si cũ timore, ut te principi sistas opus sit, nõ putes ex eo cognationẽ tuam de
τυπώσεις. honestari. Deus.n. ita exigit, ut creatus ab eo princeps uires suas habeat. Quòd si enim qui nihil mali sibi conscius est, cũ timore apud iudicem cõparet, multò magis qui malè facit ab eo terrebitur: tu uerò eo eris illustrior. Neq; enim extenuatio ex eo est quòd principi honorẽ suũ reddis, sed magis ex eo, quòd illũ negligẽdo contẽnis. Et ipse princeps eò te magis suscipiet: dominumq; tuum, ẽt si incredulus fuerit, hoc nomine glorificabit. *Nemini quicquã debetis, nisi ut inuicem diligatis.* Rursus ad bonorũ matrẽ, magistram eorum quæ dicta sunt, omnisq; uirtutis effectricem, confugit, eamq; ipsam dicit esse debitũ, non quidẽ tale, quale est tributũ, quale uectigal, sed quod continuò sine intermissione sit præstandum.
C Nunq̃ enim illam reddi uult. Immo semper quidem reddi uult, nõ tamẽ impleri, sed semper deberi. Tale quippe debitũ est, ut & reddatur, & semper debeatur. Cũ ergo dixisset qũo diligere oporteat, illius etiã utilitatẽ manifestat, dicens: *Nam qui diligit alterum, legem impleuit.* Neque enim istud gratiam esse putes. Nam & ipsum uere debitũ est. Debes.n. fratri dilectionẽ, propter cognationem spiritualẽ. Neq; uerò solũ hac ratione, sed & ob id quòd membra sumus inuicem. Et si dilectio ista nos destituerit, omnia discerpta sunt. Dilige ergo fratrẽ. Si enim ex dilectione ipsius tãta lucraris, ut totam legẽ impleas: debes illi
Exo.20.c & Deut. 5.b eam dilectionẽ, ut qui tali beneficio ab eo affectus es. *Siquidem illa: Non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, & si quod aliud præceptum, in hoc sermone summatim cõprehenditur, nempe, Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Non dicit simpliciter, impletur, sed summatim cõprehenditur: hoc
ἀναπεφαλαίωσις. est, concisẽ ac breuiter uniuersum præceptorũ opus perficitur. Virtutis enim principium ac finis est dilectio. Hanc habet radicẽ, hanc materiam, hunc uertex. Si itaq; illa & principium est & plenitudo, quid illi poterit adæquari? Sed non simplicem dilectionẽ D requirit, uerũ etiam uehementem. Non.n. simpliciter dicit: Diliges proximum tuũ, sed addit, sicut teipsum. Propterea & Christus legem ac Prophetas ab hac dilectione pendere dixit. Et uide, cũ duo posuerit dilectionis genera, istam tamẽ quo euexerit. {Cũ enim dixisset: Primum præceptum est, diliges dominum deum tuũ, (neq; enim obticuit, sed addidit) si-
Mat.22.d mile est huic, & proximum tuũ sicut teipsum. Quid nam poterit huic benignitati cõferri? Quid huic mã suetudini? Cũ infinitis modis ab illo diltemus, eam tamen dilectionẽ qua uicissim non diligimus, iuxta eam constituit, quæ in ipsum tendit, similemq; eam illi esse dicit: atq; ideo & mensuram utriq; prope eandem ponens, de illa quidẽ dicit, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua: de ista uerò qua proximus diligitur, sicut teipsum, inquit. Paulus uerò, si ista non fuerit, non multũ utilitatis ab illa fore dicit. Quemadmodum enim & nos, siquando quempiam dilexerimus, dicere solemus, si hunc diligis, meipsum diligis: ita & Christus hoc ipsum declarans dicit, secun
E dum simile est huic. Et ad Petrum, si diligis me, pasce oues meas. *Dilectio proximo malum non operatur. Consummatio itaq; legis est dilectio.* Vides qũo utranq; uirtutem habeat dilectio? nimirum ex uno latere abstinentiam à malo. Malũ enim, inquit, nõ operatur. ex alio, bonorum efficacem operationem: consummatio enim, inquit, legis est dilectio, nõ solũ facien
Ioan.21.f πλήρωμα adimpletio. dorum nobis doctrinam breuiter inducens, sed & ipsorum exhibitionem facilem faciens. Nõ enim solùm hoc studiosẽ fategimus qũo quæ præstare debemus, addiscamus, id quod legis est opus, sed & ut illa præstemus etiã, multam nobis opem adfert
τὴν κατόρθωσιν τῶν. dilectio, non aliquam tantũmodo mandatorũ partem, sed omnem in nobis uirtutem perficiens.

Morale.

Diligamus itaq; nos inuicem, tãquam & eadem dilectione diligentem nos deum dilecturi. Apud homines quidem si eum quem aliquis alius diligit, dilexeris, repugnabit illius amator: hic uerò dignatur te deus amoris sui communione, ac non cõmunicantem odit. Humanus quidem amor zelo & inuidia plenus est, diuinus uerò ab omni huiusmodi affectus morbo liber est. Propterea & quẽrit qui secum F in amore cõmunicent. Dilige siquidem, inquit, mecum, atq; tum potissimùm te magis diligam & ego. Vides uerba uehementis amoris? Si dilectos meos dilexeris, arbitrabor & meipsum plurimum abs te diligi. Vehementer quippe salutem nostram desiderat, atq; hoc ab initio declarauit. Cùm enim hominem formaturus esset, audi quid dixerit: Faciamus
Gene.1.c hominem, inquit, ad imaginem nostram. Et iterũ,
Ibid.2.c Faciamus ei adiutorium: neque enim bonum est eũ esse solùm. deinde cùm transgressum increparet, uide q̃ mansuetè. Non enim illi dicebat: Sceleste, cùm tanta beneficia per me receperis, post illa omnia fidem habuisti diabolo, benefactoremq; tuum relinquens attendisti malo dæmoni? Sed quid dicebat? Quis tibi dixit, quòd nudus sis, nisi quòd de ligno, de quo solo ne comederes tibi præceperam, comedisti? Quemadmodũ si pater cùm filiolo ne macharam contingeret præcepisset, deinde cùm non obediuisset uulneratusq; iam esset, diceret, unde uulneratus es? Hinc scilicet, quòd me nõ audisti. Agno scis uerba plùs amici q̃ domini, amici, inquam, con-

G tempti quidem: neq; sic tamen ab amore cessantis? Imitemur ergo illum & nos, & siquando delinquentem increpauerimus, eandem seruemus mansuetudinem. Nam & mulierē eadem mansuetudine increpauit. Immo ne increpatio quidē erāt quæ dicebat, sed magis admonitio, & correctio, atq; ad futurum prēmunitio. Propterea sanè ad serpentem nihil dicebat. Erat enim is malorū istorū fabricator: neq; habebat cui facti causam imputaret, unde & uehemēter illū puniuit. Et neq; hic metam fixit, sed & terrā de maledicto cōmunicare fecit. Quòd uerò paradiso illos eiecit, laboriq; adiudicauit, eò magis illum adorare & admirari oportet. Quoniā enim ad istā socordiā deliciæ illos deduxerant, abscissa lætitia tristitiā ueluti murū socordiæ propulsandę præstruxit, quatenus ad dilectionē suā reuerteremur. Quid uerò erga Cain? Nunquid & erga illum eodē usus māsuetudinis modo? Nam cùm esset cōtumelia ab illo adsectus, contumeliā non retulit, sed obsecrans dixit, Vt quid cōcidit ultus tuus? Atqui factum illud nullam habet ueniā, ostēdit hoc & frater iunior, sed neq; sic increpat. Verùm quid dicit? Peccasti inquit, quiesce, nihil amplius addas. Ad te conuersio ipsius erit, & tu dominaberis ipsius, fratrē intelligens. Si.n. times, nequando propter fratris hostiam immolatā primogenituræ dignitatē tibi auferam, bono sis animo. Oēm siquidem principatum in illum, in manus tuas pono. Tantūmodo sis melior, & eū qui tibi nihil malè fecit, diligas. Nam utroq; curo. Neq; quicquam libentius uidero, q̄ nihil inter uos esse dissidij. Et quemadmodū mater filiorū amans: ita nihil nō facit deus, nihil non molitur, ne quo pacto alter ab altero diuellatur. Vt aūt per exemplum manifestius quod dico, cognoscas, Rebeccam mihi perpendas, quomodo turbata nusquam nō circūcursiterit, dum erga iuniorem filiū inimicitias senior conceperat. Licet enim Iacobum diligeret, Esau tamen nō auersabatur. Propterea dicebat ēt, nequo pacto duobus filijs orber uno die. Atq; ita & tūc dicebat deus, pecasti, quiesce, ad te erit conuersio illius, ut uel sic eædem præueniēdo cohiberet, atq; utrinq; pacem instituere t. Posteaquam uerò fratrē occidisset Cain, neq; sic tamen prouidētia sua illos destituit, sed rursus mansuetè ad fratricidam respondēs, ubi est, inquit, Abel frater tuus: ut uel hoc pacto factū confiteretur. Is uerò prioribus plura & grauiora contendendo impudenter loquebatur. Neq; sic tamē indignitate rei percitus incandescit deus, sed rursus contumelijs & cōtemptu adfecti amatoris uerba loquitur, dicens: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Atq; iterū simul cū occisore terrā ipsam perstringēs, aduersusq; illam indignationē suam effundēs, dicit: Maledicta terra, q̄ hiauit ad susciendū sanguinem fratris tui, imitatus eos qui suorū casus & calamitates deplorant, id quod & Dauid ad casum Saulis faciebat. Nam & ille malū imprecabatur montibus, q occisionem illius susceperant, dicens: Montes Gelboe, nec ros nec pluuia cadat super uos, quoniā in uobis proiecta sunt scuta fortium. Ita & deus luctū quendam agens dicebat, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me, & nunc maledictus eris à terra, quæ hiauit ad susciendū sanguinem fratris tui. Hæc uerò dicebat, ut uiuidā adhuc illius iram sedaret, persuaderetq; ad diligendū fratrem ēt iam morte sublatum: uitam, inquit, fratris extinxisti, ut quid non inimicitiam quoq; iam deinceps extinguis? Quid ergo faciet hic deus? Vtrunq; diligit: nam utrunq; plasmauerat. Quid ergo? Impunitūmne interemptorē relinquet? Atqui hoc pacto peior euadet. Puniet ergo? Sed benignior est quóuis patre. Vide itaq; quo & puniat, & in eo tamen ipso dilectionē suam exprimat. Immo ne puniat quidem, sed magis corrigat. Neq; enim occídit illum, sed tremore cōstringit, ad exuendum culpā, ut uel sic ad illius amorem reuersus, ad amandū etiam sublatum fratrē induceretur. Neq; enim uolebat illū mortuo fratri adhuc inimicum ex hoc seculo migrare. Talē quippe amantiū est ingenium, ut quando benefacientes nō diliguntur, cogantur uehemētes fieri, & minari, non quidē uolentes, sed amoris uiolētia ad hoc impulsi, ut uel sic contemptores suos ad se pertrahāt. Tametsi.n. talis dilectio coactionem habeat, attamen ipsos ēt per hoc solatur, quod uehemēter amet, adeo, ut & supplicium ex amore progrediatur. Nam qui nō dolent, quòd odio habeantur, illi neq; punire cupiunt. Obserua uerò qūo & Paulus ista dicat ad Corinthios: Quis enim est, inquit, qui me exhilaret, nisi q tristatur ex me? Quādo itaq; fortius supplicium intendit qui diligit, tum potissimum amorem suum ostēdit. Sic & Aegyptia ex eo quòd uehemēter amabat, uehementer ēt Iosephum adfligebat, sed illa in malo quidem. Lasciuus enim amor erat, dens uerò bono illud amore facit. Nam castam hanc esse dilectionem ex ipso diligēte cognoscitur. Propterea nō detrectat etiā ad crassiora uerba descendere, humanorumq; affectuum sermonibus uti, atq; æmulatorem seipsum uocare. Deus enim, inquit, æmulator ego sum quatenus dilectionis uehementiam addiscas. Diligamus ergo ipsum quemadmodum desiderat. Pro magno siquidem habet, si diligatur à nobis. Quòd si auersamur, manet obsecrans: & si conuerti noluerimus punit, quia diligit, non simpliciter ut pœnas sumat. Vide ergo quid in Ezechiele ad dilectam quidē, sed cōtemptricē urbem dicat: Agam post te amatores tuos, tradamq; te i manus illorū, illi lapidabunt te & occident, atq; ita liberabitur de te æmulatio mea, requiescamq;, & non ero solicitus pro te amplius. Quid potuit maius dicere uehemēs amator ab amata contemptus? Et tamen post ista omnia rursus amore illius accēditur. Oia quippe facit deus, ut à nobis diligatur. Propterea neque filio suo pepercit. Nos uerò immites sumus & crudeles. Reddamur uel tandē aliquando mansueti, diligamus deū, quemadmodū oportet, ut cū uoluptate uirtute fruamur. Si.n. qui mulierē habet dilectā, nihil sentit eorū quę quotidie cōtristant, qui diuinum illū ac mundū amorē amauerit, perpende quāta uoluptate fruatur. Istud quippe, istud inquā, regnū cœlorū est, istud bonorū fruitio, istud uera uoluptas, uera lętitia, uerū gaudiū, istud demū ipsa beatitudo est: imo utut magna dixerę, nihil tamen adferre potuero, quo amoris huius dignitatē repręsentē, sed sola experientia quantū hoc bonū sit, docere poterit. Vnde & propheta dixit: Delectare i domino: &, Gustate & uidete, quoniā suauis est dominus. Persuadeamur ergo, deliciemurq; in illius dilectione. Sic.n. regnū exinde uidebimus, angelicamq; uitam uiuemus: & licet in terra cōmoremur, nihil tamē minus habebimus ab illis qui cœlos inhabitant, atq; post eam peregrinationē quam ex hoc seculo faciemus,

Gen.4.a
Eccl.21.a
Gen.4.a
Gen.27.g
Ibid.4.a
Ibidem.b
Codex emendatus. ἀφίσατο. i. desistit.
Gen.4.b
2.Reg.1.d
Exo.20.a
Exe.23.e
Psal.36.d & 33.b

A omnibus illustriores tribunali Christi repræsentabimur, ineffabiliq; gloria fruemur: cuius nos oēs fore participes, gratia fiat & benignitate, &c.

Homilia. xxiiij.

Præsertim cū sciamus tempus, quòd tēpestiuū sit nos iam à somno expergisci. Posteaquam omnia, quæ necessaria fuerant, præcepit: rursus illos ad bonorū operū exhibitionē, ab eo quod urget impellit. Prę foribus enim, inquit, iudicij tempus adstat. Quemadmodū & Corinthijs scripsit, quòd tempus deinceps contractum sit. Et rursus ad Hebræos, Adhuc perpusillū tēporis, qui uenturus est ueniet, & nō tardabit. Sed illic quidem ista dicens laborantes erigit, eosq; qui cateruatim alternis tentationib⁹ adobruti sudabāt, consolatur: hic uerò dormientes excitat. Est enim nobis is sermo ad utraque utilis. Quid autem est quod dicit, hora est ut à somno iā expergiscamur? Hoc est, propè est resurrectio: propè est terribile iudiciū: propè est dies illa uelut clibanus accensa. Oportet ergo ut deinceps pigritia nostra liberemur. *Nunc enim propius adest nobis salus, quā tum cùm credebamus.* Vides quomodo resurrectionem illis iam fixtat & adplicet? Tempore quippe procedēte præsentis quidē uitę momēta, inquit, consumuntur: futuri uerò seculi propius accedunt. Itaque si paratus iam fueris, quæq; præcepi diligēter præstiteris, salutem tibi adferet dies ille. Si uerò contrarium feceris, omnino illam non expectabis amplius. Verū nō tristibus, sed iucundis interea adhortatur, ut hac ratione præsentiū rerū cōpassione fruantur. Deinde quoniā possibile erat, ut in ipsis principijs quidē diligentiores essent, utpote uigente adhuc illorum desiderio, uerū longiore temporū tractu fatigatis omne studium marcidū redderetur & elanguidū, ostendit, quòd contrariū fieri oporteat: nimirum, quòd temporum tractu nō solū non dissolui, sed uiuaciores ac fortiores magis fieri debeāt. Quantò siquidē propius regis imminet aduentus, tantò paratiores esse oportet. Quantò ad brabium propius pertigeris, tāto ad certandū fortius excitari conuenit. Nā & cursores id faciunt, cū ad cursus finem, brabiq; captationē in propinquo iam sitā deuenerunt, nimirum tum magis excitātur. Propterea dicit: Nūc enim propius adest nobis salus, quā tum cùm credebamus. *Nox progressa est, dies autem appropinquauit.* Illa igitur finitur, ista uerò aduenit. Exerceamus quæ huius, non quæ illius, sunt. Nā & in tēporalibus istud fit. Quādo enim noctē ad diluculū usq; properare uidemus, garriētemq; hirūdinem audimus, proximū sibi quisq; excitamus: & licet nondum prorsus nocturnæ solutæ sint tenebrę, quoniā tamen quod reliquū est transit, solicitando alius ad aliū, diem factū esse dicimus: & quicquid diurni est tēporis induti, à somnijs liberati, excusso prorsus sopore, facimus, ne nō paratos orta dies iueniat. Atq; ita nōdū Solis exorto iubare exurgere & ad faciēda cōtendere incipimus. Qđ igitur in tēporalib⁹, ut cōmemoratū est, facimus: istud & hic faciamus. Exuamus phātasias, liberemur ab huius uitæ somnijs, excutiamus profundū mētis sopore, iuduamurq; loco uestimēti uirtutē. Hæc enim oia significans Apostolus, dicit: *Abiiciamus igitur opera tenebrarum, & induamur arma lucis.* Ad actē quippe nos dies, & ad pugnā uocat. Pugnā uerò audiēs & arma, nō est qđ timeas. In sensibili quidē armatura, durum est & exosum armari: hic uerò iucundū, & dignū qđ expetatur etiā. Lucis quippe sunt arma, unde & radijs solaribus illustriorem te faciunt, multū emittentia fulgorē, atq; in tuto etiam optimè munitū constituunt, arma siquidem sunt, deinde & splēdidū faciunt: sunt enim arma lucis. Quid igitur? an nō est necesse ut prælieris? necesse quidē ut prælieris, nō tamen ut fatigeris, aut laboris molestiā subeas: neq.n. bellum hoc est, sed chorea & panegyris. Talis est uidelicet armorū istorū natura, talis ducis huius potestas. Et quemadmodū è thalamo suo spōsus gloriabūdus progreditur: ita & is, q armis istis munitus est. Simul.n. & spōsus est & miles. Diem uerò appropinquasse dicēs, nō in propinquo illā esse permittit, sed planè iamiā illuxisse facit. Dicit enim: *Tanquā in die cū decoro ambulemus.* Iam enim adest dies. Et obserua, qūo illos iis rebus attrahat, quibus potissimum plerique permouētur, nimirū decoro & honesto. Multam quippe gloriæ, quæ à plurimis est, rationem habebāt. Et non dicit, ambulate: sed, ambulemus, ut & adhortationē inuidia liberet, & increpationē eo tolerabiliorē reddat. *Non comessationibus & ebrietatibus.* Bibere non prohibet, sed præter mensurā bibere: neque uino simpliciter uti, sed cū ebrietate uti uetat. Quemadmodū & quod sequitur, eadē ratione mensuratū ponit, dicens: *Non cubilibus ac lasciuijs.* Neque enim hic mulieribus commiscei i prohibet, sed scortari. *Non contentione & æmulatione.* Passionum enim occasiones extinguit, concupiscentiā uidelicet & iram: propterea non illas solū, sed, & illarū fontes aufert. Nihil enim adeò & cōcupiscentiam & iram inflammat, atque ebrietas & uinolentia. Atq; ideo cū primùm dixisset non comessationibus & ebrietatibus: tūc subiūxit, non cubilibus ac lasciuiis, non contētione & æmulatione. Et neque hic gradum fixit, sed malis uestibus exuēs, audi quo deinceps ornatu nos uestiat, dicēs: *Sed induamini dominū nostrum Iesum Christum.* Nihil adhuc de opib⁹ dixit, sed magis illos excitauit. Quādo de malitia quidē dixit, operū meminit. Quando uerò de uirtute, non iam opera, sed arma cōmemorat, ostendens uirtute, eum qui illam habeat, in omni securitate omniq; splēdore, munitum & clarum constitui. Et neq; hic consistit, sed ad maiora sublato sermone, dominū ipsum nobis, ipsum regē, qđ sanè multò horribil⁹ est, uestimēti loco tradit. Hūc enim indutus, omnē simul in uniuersum uirtutum habet. Quando uerò dicit, induamini, undiq; nos illo circundari iubet. Quemadmodum & alibi dicit: Si uerò Christus i nobis: & iterū, In interiore nostro homine habitare Christum. Vult enim animam nostram illi domum esse, illoq; nos ueluti uestimento, circundari, ut is omnia nobis sit, siue interna siue externa respicias. Est.n. plenitudo omnia in oibus adimplētis, est uia, est uir, est spōsus: Despōdi enim, inquit, uos uni uiro, uirginē castā: est radix, potus, cibus & uita. Viuo enim, inquit, non iam ego: sed uiuit in me Xps. Est apostolus, summus sacerdos, præceptor, pater, frater, coheres, & sepultura nobiscū & cruce communicās. Cōsepulti siquidē, inqt, illi sumus, & insititij facti simul cum illo per similitudinē mortis eius. Est etiā supplex nobis factus: Pro Christo.n. legatione, inquit, fungimur tanquam deo uos obsecrāte per nos, rogamus pro Christo, reconciliemini deo. Et ad patrē aduocatus noster est: etenim interpellat, inqt, pro nobis. Domus ēt simul & hospes. Ille

B
C
D
E
F
Rom 8.f
Ephe.5.d
2.Co.11.a
Gala.2.d
Supr.6.a
2.Co.5.d
Supr.8.g

G enim, inquit, in me manet, & ego in illo. Et amicus:
Ioan.6.f Vos siquidē, inquit amici mei estis. Et fundamētū
Ibid.15.b est & lapis angularis, & nos ipsius sumus & mēbra,
1.Co.3.c & agricultura, & ædificatio, & palmites, & coopera
Ephe.2.g rij. Quid enim nobis esse nō uult, oībus modis nos
Ibid.5.f sibi conglutinās & cōiungēs? id quod uehementer
1.Cor.3.b amātis est. Obtēpera igitur, atq; ē somno exurgens,
Ibidem. ipsum induere, indutusq; morigeram illi carne exhi
Ioan.15.a be. Hoc.n. subindicat dicēs: *Et carnis curam ne agatis ad concupiscentias.* Quēadmodū.n.nō bibere, sed ine
briari: nō nubere, sed lasciuire: ita neq; carnis curam
agere simpliciter prohibuit, sed ad cōcupiscētias ad-
didit, quale est, dū necessarius usus exceditur. Alioq
quòd curā illius agere ꝑcipiat ēt, audi quid Timo-
1.Tim.5. theo scribat: Modico uino utere, inquit, pp stoma-
d chū tuū, & crebras infirmitates tuas. Ita & hic curā
illius habet quidē, sed ad sanitatem, non ad lasciuiā.
Neq; enim ea uera demum fuerit carnis cura, siquā-
do flammā accenderis, caminū grauē & intolerabi-
lem feceris. Quatenus uerò & clarius perdiscatis,
quîdnam sit carnis curam ad concupiscentiam age
H re, & eam quę talis est, fugiatis, ebrios, uentricolas,
delicatulos, eos uidelicet, qui uitam uiuūt mollē &
laxam considerate, & intelligetis quid sit quod dici-
tur. Illi siquidem nihil nō faciunt, nō ut sani sint, sed
ut lasciuiāt, ut concupiscentiā inflamment. Christū
uerò indutus, uniuersis istis amputatis, unum hoc
tantummodo quærit, ut sana sit carne: eò uidelicet
usque curam illius habet, ultrà uerò nequaquā, sed
reliquam omnem diligentiā ad spiritualia curanda
insumit. Hoc quippe pacto somno illo poteris exur-
gere, nihil uarijs istis concupiscentijs grauatus. Som
nus.n. est præsens uita, nihilq; ab insomnijs differūt
quæ in illa geruntur. Et quemadmodū qui dormi-
unt, & delirant sæpenumero, & nihil sani uident: ita
& nos. Immo uerò multò etiam peius. Nam qui tur
pe quid in somno uel fecit uel dixit, quamprimum à
somno liberatur, protinus & ab ipsa turpitudine li-
ber, nullas dat pœnas: hic uerò nō ita, sed & turpitu
do & suppliciū perpetuò durāt. Rursus q somniādo
diuites sunt, orto die, frustra diuites se factos appa-
ruisse sibi deprehēdunt: hic uerò & ante diē sępe de-
I prehensio illa incidit, & antequam hinc abeatur, ua
na huismodi somnia iam auolarunt.

Morale.

Excutiamus itaq; malum hūc somnum. Si enim dormientes nos dies ille deprehenderit, mors simul excipiet immortalis. Et ante diem illū, omnibus eri mus hac occasione expositi inimicis, & hoibus & dæmonibus, qui etiam si occidere uoluerint, nemo erit qui prohibeat. Quòd si.n. multi nobis essent uigiles, tantum non esset periculi: nunc uerò cū unus & alter alicubi accensō lychno non aliter quā pro-fundissima nocte reliquis obdormientibus, uigilias teneat, propterea multa nobis opus fuerit uigilātia, multaq; tutela, ne patiamur, quod curari rursus ne-queat. An nō splendidus uidetur nunc esse dies? Nun qd omnes uigilātes nos & sobrios esse putamus? ue-runtamē fortè ridebitis, quod dicturus sum, dicā ta men. Profunda nocte dormiētibus ac stertētibus si-miles sumus omnes. Quòd si incorporalē nostram substantiam uidere liceret, ostenderem utique quō interea dum hi quidem stertunt, diabolus & pari-etes subfodiat, & iacentes iugulet, quæq; intus sunt surripiat, omnia non aliter, quā in profundis tene-bris intrepidè perpetrans: ueruntamen licet oculis K istud uideri nequeat, describamus tamē sermone, cō sideremusq; quot illorum sint, qui malis cōcupiscē-tijs grauati, quot eorū qui graui lasciuiæ petulātięq; insania, quasi quadā ebrietate detenti, spiritus sancti lumen extinguant, atq; ideo aliud pro alio audiāt: ni hilq; eorū quę hic dicuntur, obseruent. Si uerò istud dicēs mētior, & tu uigil perstas: dic, quęso, quid hic hodie sit factum, si non tanquā somnia quæ dicta sunt audisti? Scio equidem quosdam esse qui dicere queāt. Neq; enim ista aduersus quosuis dico. Tu ue rò qui horū reus, frustra huc ingressus es, respon de, quis hodie Propheta, qs Apostolus nobis, deq; qui-bus rebus lectus sit? Sed nō potes. Multa siquidem hic ueraciū rerum de quibus disserui, uelut somno pressus non audisti. Ista uerò mihi & ad mulieres dicta sunto. nam & in illis plurimus est somnus, atque utinam somnus esset. dormiens etenim, neq; malū quid neq; bonū loquitur: qui uerò ad eum modum uigilat, quo uos: multa uerba in malū sui ipsius capi tis profundit, usuras numerans, mutuiq; rationes cō ponēs, impudētis cauponę memor, densē spinas in L suam ipsius animam infigens, neq; permittēs ut in-iectum semen modicū quid, uel per transennam ali quando aspici queat. Expergiscere itaque, spinasq; il las radicitus euelle, ebrietatemq; hanc excute. Hinc enim ille somnus est. Ebrietatem uerò non uini tā-tummodo dico, sed & temporalium curarum, dein de & eā, quæ à somno est. Horū uerò non solùm di-uites, sed & pauperes admoneo, & maximè eos qui sympo sia socialia celebrant. Neque enim istud uerè deliciari est, neq; quiescere, sed magis pœna ac suppli cio adfici. Deliciæ quippe sunt, non turpiter quid lo qui, sed quod honestū, pro naturæ captu satiari, nō disrumpi. Si uerò uoluptatē istud esse putaueris, ostē de mihi uoluptatem illam uesperi: sed utiq; non po-teris. Atqui nondum quid inde damni sequatur cō-memoro, sed de uoluptate interea disputo, quæ fa-cilè adeò marcescit. Nam simulatq; dissolutum est couiuium, omnis etiam lætitia confestim auolauit. Quòd si & ebrietatem dixero, & capitis ex uinolētia grauamen, atq; alios innumeros morbos, mentisq; captiuitatē: quid, quæso, ad ista dices? Nūquid ideo quòd pauperes sumus, turpiter etiā agere debemus? M Hæc autē dicens, non prohibeo cōuentus quosuis, neque conuiuia quæ in cōmuni fiunt: sed ne prętер decorē quid agatur, delicias uolens uerè delicias es-se, non pœnam, non supplicium, non ebrietatē, neq; immodestam commessationē. Discant Græci Chri-stianos maximè esse, qui deliciari sciant, ordineq; & Græcum pro Ethnico pas-sim accipit. cum decoro deliciari. Exultate, inquit, domino cū tremore. Quomodo uerò exultandum est? Si hym-nos dixeritis, preces & uota feceritis, psalmos pro illiberalibus illis canticis induxeritis. Ita & Christus mensæ uestræ aderit, benedictionéque sua totū cō uiuium adimplebit, quando oraueris, quando spiri tualia cecineris, quando pauperes ad eorū quæ ap-posita sunt, communionem uocaueris, quādo mul tam symposio disciplinā & modestiam procuraue-ris. Hoc pacto ex eo etiā loco ecclesiā facies, pro im portunis clamoribꝰ libidinibusq;, oīum dominū col laudās. Neq; mihi dicas, quòd cōsuetudo diuersum, uelut lex obtinuit, sed q̄ malè habeat corrige. Siue comederitis, inqt, siue biberitis, siue qd feceritis, oīa in gloriam dei facite. Etenim à malis istis conuiuijs

τὰ φιλικὰ συγχρότου σύμπ σια.

ὅτι ἔκρης τησε νο μος.

1.Co.10.f

A malæ uobis sunt libidines, hinc lasciuiæ, hinc uxores quidem contemptę, scorta uerò apud uos in pretio: hinc domorū euersiones, inumeraq; mala sunt, hinc sursum ac deorsum uoluuntur omnia. Puro siquidē ac liquido relicto fonte ad immūdi cœni cloacā cur ritis. Cœnum nanq; scorti corpus esse neminem aliū in testē aduoco, quàm teipsum, qui uolutatus in cœ no illo es: pro qua re, quęso, an nō penes teipsum eru bescas, an non impurum te post perpetratū peccatū existimes? Obsecro itaq; fugite fornicationem, ma-tremq; ipsius ebrietatē. Quid seminas, quod metere nō licet: imo si messueris, multum tibi dedecoris ipse fructus adferet? Nam si puerum pepererit, & tibi dedecus attulit, & puero magnā iniuriam, qui propter te nothus & ignobilis natus est. Cui etiā si innume-ras pecunias reliqueris, hoc tamē adhærebit, ut igno miniosus sit i domo, ignominiosus in urbe, ignomi nioſus in foro, siue ex scorto sit, siue ex ancilla. Quin & tu quoq; ignominiosus eris, non solū in uita, sed & post mortem. Nam etiam hinc abscesseris, manēt tamen post te turpitudinis tuę monumēta. Quid igi tur omnia dedecore afficis? Quid seminas, ubi aruū B ipsum fructū corrumpere studet, ubi multa sunt ste-ἑκατόνικα rilitatem causantia, ubi ante generationem cædes? Scortum enim non permittis ut scortum tantūmo-do maneat, sed & homicidium patrare facis. Vides quo ex ebrietate sit scortatio, ex scortatione adulte-rium, ex adulterio cædes, immo cæde ēt peius quid? Neq; enim habeo, quo flagitiū istud enorme exprī-mam. Nam non solū quod natum est, occīdit: sed & ne nascatur, prohibet. Quid ergo & donū dei igno-minia adficis? Quid ipsius legibus repugnas, & qd execrandum est uelut laudabile persequeris, genera-tionisq; promptuarium, promptuariū facis occisio-nis, & mulierem quæ ad puerorum generationē da-ta est, ad necis artificium instruis? ut enim & amato ribus perpetuò sit accōmoda & amabilis, & plus in-terea pecuniæ corradat, neq; hoc, ut ut facinorosum cōtabitur facere, multū ignis inde i tuū ipsius caput accumulās. Licèt enim res ista muliebri agatur auda cia, causa tamen tibi imputabitur. Hinc sunt & idolo latriæ. Multæ siquidem ad hoc, ut amētur, & incan-tationes, & libamina, & philtra, innumeraq; alia ma-chinantur: & tamē post tantam turpitudinem, post cædes, post idololatrias, multis res ista indifferens es se uidetur: multis, inquam, uxores quoq; habētibus. Vbi etiam plurimum malorū cumulus est. Nā hic & uenena parantur, idq; non fornicario utero, sed uxo ri iniuriam passæ, & innumeræ insidiæ, & dæmonū C inuocationes, & mortuorū incantamenta, & bella Φίλτρα pocula sunt amatoria. quotidiana, & irreconciliabiles pugnæ, & assuetę cō tentiones. Vnde & Paulus cū dixisset, non cubilibus ac lasciuijs, subiunxit: nō cōtentione & æmulatione, nō ignarus q̄ hinc nascātur bella, quæ domorū sub-uersiones, q̄ pueris genuinis iniuria inumeraq; mala. Vt itaq; omnia ista fugiamus, Christum induamur, cumq; illo perpetuò simus, quādoquidē istud demū est indutum esse, nunquā ab ipso deseri, ipsumq; un-dique in nobis per nostram sanctimoniā māsuetu-dinemq; conspicuum esse. Ad eum modū & de ami-cis dicimus. Is illum prorsus indutus est, multam di-lectionem irremissumq; conuictū significantes. In dutus siquidem, id esse uidetur quod idutus est. Ap pareat itaq; in nobis undique Xps: & quomodo ap-parebit? Si quæ illius sunt, feceris. Quid uerò ille fe-

ἀλλ' νεκυο μανται ιαι Ro.13.d.

cit? Filius, inquit? hominis nō habet, ubi caput suū re D clinet. Istud tu quoq; æmulare. Siquādo cibus sumē Luc.9.g. dus fuit, hordeacis panibus usus est. Si peregrinandū illi fuit, nusquam equi, nusquam iumenta, sed tantū itineris pedestris confecit, ut fatigaretur etiam. Dor-miendum siquando fuit, super puluinari in prora na uigij iacuit. Accumbēdum fuit, in fœno prosterni iuſ sit, uestimenta uerò erant tenuia. Sæpenumero & so lus conuersatus est, neminem secum ducens. Deinde & quantū ad crucem, quantumq; ad conuicia perti-net, & omnia illius in summa perdiscēs, æmulare. Ita scilicet Christū indutus es, si carnis curam ad con-cupiscentias non feceris. Neq; enim uoluptatem ha-bet res ista, ipsæ quippe cōcupiscētię, alias rursus gra uiores pariunt. Atq; ita nunquā illarum satietatem capies, sed magnū tibiipsi tormentum comparabis. Quemadmodū enim qui cōtinuus in hoc est, ut si-tiat, etiam si innumeros fontes ad manū habeat: ni-hil tamen inde iuuatur, eò qd morbum hunc insa-tiabilē extinguere nequeat: ita habet & qui perpetuò in cōcupiscentijs uiuit. Si uerò necessarium usum ser-uaueris, nūquam hanc febrim patieris, sed omnia il-la, & ebrietates & lasciuiæ simul abibūt. Tantū itaq; E comede, quantum ad tollendā famem faciet: ita in-duere, ut nihil quæras quā tegumentum. Nō est ue-stibus ornanda caro, ne ornatu illā perdas. Nam & molliorem inde facies, & bonam ipsius ualetudinē corrumpes, dū nimia illā mollitie dissoluis. Vt itaq; illam, loco boni uehiculi spiritus habeas, ut guberna tor securus nauigij clauos teneas, ut miles arma bel-lica facilè tractes, fac omnia ista istituas ut opportu na sint & accōmoda. Non enim q multa habet sed qui modicis eget inexpugnabilis est. Ille quippe etiā si nihil patiatur iniuriæ, timet tamen: iste uero etiam quū lædatur, melius tamen habet, maioreq; animi itu cunditate est, quā quibus nihil incommodatum est. Ne quæramus igitur, ut nemo sit qui calumniam in ferat, sed ut nocere nō possit, etiamsi quammaximè quis uelit. Istud uero nequaquam aliunde erit, quā si necessarium rerum usum tantūmodo sequamur, ni-hil ultra concupiscentes. Ita uidelicet & hic delicia-ri poterimus, & futura bona cōparabimus, gratia & benignitate &c.

Homilia.xxv.

F
I *Nfirmū autē in fide suscipite, nō ad diiudicatio-nes disceptationū. Alius quidē credit uescendum esse quibuslibet: alius aūt qui infirmus est, oleri-bus uescitur.* Nō ignoro quā multis intellectu difficile sit, quod hic dicitur. Propterea opus fuerit primū to tius huius loci argumentum exponere, ostendereq; quid corrigere uolēs ista scribat apostolus. Quid igi tur emendare uult? Erant quā plurimi credentiū Iu-dæorū, qui cum legis conscientia, etiam postea quā crediderant, detinerentur, ciborum adhuc custodie-bant obseruantiam, nondum planè in uniuersum le-gis audentes excutere iugum. Illi ne à reliquis Chri-stianis ueluti reprehensibiles notarētur, ut qui à suil la carne abstinerent, omnem omnino carnis esum uitantes, oleribus tantummodo uescebantur, ut qd faciebant, non legalis obseruatio, sed ieiuniū magis uideretur. Rursus alij quidā erant, qui quum perfe-ctiores essent, ne unam quidē legis obseruationculā custodiētes, infirmis istis legis obseruātibus, uitupe rādo, accusando, incq; socordiā coniiciendo, molesti erāt & graues. Veritus itaq; Apostolus, ne perfectio-

Cap. XIIII.

Gres illi, quod minutum erat, emendare uolētes, totū subuerterent: & dū infirmos in ciborum indifferētiā subducere conarētur, efficerēt, ut prorsus ex fide deciderēt: dumq; ante cōuenientis temporis maturitatē omnia in uniuersum quæ tēporaria concernūt corrigere studerent, damnum inferrent: nimirū quòd continua illa increpatione obtusi à Christi cōfessione resilirent, atq; ita utrobiq; inemendati persisterent: uide qua usus sit prudentia, & quo pacto cōsueta sua sapietia utriq; medeatur partibus. Neq; enim legalē obseruantiā carpentibus audebat dicere quòd malefacerent, ne in legis obseruatione obfirmaret infirmos, neq; rursus quòd benefacerent, ne uehemētiores illos in accusando redderet, commensuratā itaq; increpationē instituit. Et uidetur quidē fortiores increpare, uerū quicquid in illos dicit, eo sermone quo infirmos alloquitur, rursus euacuat. Ea siquidē tolerabilior potissimum est correctio, qua ad alium uer
H so sermone, alius percellitur. Neq; enim permittitur, ut qui correptus est, excandescat: & tamē interea correctionis pharmacum latenter insinuando admittitur. Vide igitur quàm prudenter, & quā opportunè, quod dico faciat. Cùm enim dixisset, & carnis curā ne agatis ad concupiscentias, tunc in eum sermonē qui de his rebus esset, egressus est, ne uidelicet pro illis dicere uideretur, qui infirmos increpabāt, indifferenterq; quibusuis uesci iubebant. Infirma qppe pars maiore perpetuo cura opus habet: unde & ad ualentē & fortē cōuersus dicit, Infirmum autem in fide. Vides cōfestim illi plagam unam datam? quū enim dicit, infirmum, ostendit illi quàm sit infirmus. Deinde & secundā addit dicens, assumite. Rursus enim hoc ipso significat, quàm multa cura opus habeat, id qđ extremæ infirmitatis signum est. Nō ad diiudicationes disceptationum, ecce & tertiam plagā subiungit: hinc enim manifestat tale ipsius esse delictū, ut & q
I eadem cum ipso non delinquunt, amicitia uerò simul communicant, curationiq; ipsius obsistunt, diiudicentur. Vides qūo ad firmiores quidem differre uideatur, occultè uerò & tolerabiliter infirmos increpet? Deinde utroscq; inuicem conferendo, hunc quidem cū encomiis, istum uerò cum accusatione ponit. Subiungit enim dicens. Hic quidem credit uescēdum esse quibuslibet, fide illum commendans. Qui uerò infirmus est, olerib⁹ uescitur, ab infirmitate istū improbans. Posteaquàm autem tempestiuam plagā inflixit, rursus subinde solatur dicens: *Qui uescitur, non uescentem ne despiciat.* Non dicit, ne accuset, nō dicit, ne corrigat: sed, ne uituperet, ne auersetur, ostendēs quòd qui talis est, rem committat multo risu dignam: de uescente uerò non ita præcipit. Sed quomodo? *Et qui non uescitur, uescentem ne iudicet.* Quēad modum enim perfectiores, infirmos, uelut qui modicæ fidei, supputridi degenereſq; essent, & adhuc Iudaismū saperent, contemnendo attenuabant: ita & illos isti uicissim, ueluti legis uiolatores, aut qui toti
ἀλλ' ὡς ἐπὶ μακρυσ uoracitati essent dediti, iudicabāt & cōdemnabāt, quorū uerisimile est multos fuisse ex Gētibus, unde & subiicit: *Deus enim illum assumpsit.* De non uescente istud non dicit: atqui despici quidē uescentis erat tāquam heluonis: iudicari uerò non uescentis, tanquā qui modicæ erat fidei, sed permutauit ista, ostendēs quòd qui uescebatur, non solū contemni non deberet, sed & contemnere posset. An & ego illum condēno, inquit? nequaquā. Propterea subdit, Deus enim illum assumpsit. Quid ergo de lege illi, uelut trāsgressori differis? deus enim illū assumpsit: hoc est, ineffabilem suam gratiam erga illū ostendit, atq; ab omni crimine liberauit. Deinde rursus ad sanū & robustū conuersus subdit: *Tu quis es, qui iudicas alienum seruū?* Hinc clarum est, quòd non solū despexerit infirmū, sed & iudicarit. *Proprio domino stat aut cadit.* Ecce alīā rursus plagam, & uidetur quidem indignari aduersus sanum, uerùm infirmum interea reprehēdit, quū dicit: *Imò fulcietur, ut stet.* Ostendit illum adhuc esse fluctuantem, multaq; attentione opus habere, tantāque cura, ut & deus ipse sit implorandus, qui medeatur. *Potens enim est deus efficere, ut stet.* Ita de illis qui uehemēter desperati sunt dicimus: deinde ne desperet, seruum uocat infirmum, dicens: Tu quis es, q iudicas alienum seruum? Hīc uerò rursus illum occultè taxat. Non enim ideo, inquit, nolo illum iudicari, quòd talia committat quæ iudicari nō debeant: sed quia alienus est seruus, hoc est, non tuus, sed dei. Deinde rursum illū consolans, non dicit, proprio domino cadit: sed quid? Stat aut cadit. Siue autem illud, si L
ue istud fuerit: dominum concernet utrunq;. Ad illū quippe tendit cadentis damnum, quemadmodū & stantis lucrum. Ista uerò nisi rursus scopū Pauli, quē ille petit obseruauerimus, nimirū, quòd infirmos ante iustam temporis maturitatem uehementer increpari non uult, indigna erunt ea cura, q̄ Christianos deceat. Verū, quēadmodū perpetuo inculco, oportet inquirere, qua sententia quæque dicātur, de qua materia seu argumēto agatur, quidq; corrigere instituat qui loquitur. Non mediocriter autem rubore illum suffundit, cū istud dicit: Si enim deus, inquit, cū ὡς ἔτυχε damnum ferat, nihil interea facit: quomodo non importunus, præterq; modum curiosus es, qui infirmū & strangulas, & improbè turbas? Videtur autē mihi hoc loco sensim, & de ieiunio nonnihil clanculū notare. Siquidem uerisimile erat quod essent ex ieiunātibus quidam, qui non ieiunantes continuo iudicarēt: quemadmodū & in obseruationibus quidā statos dies abstinebant, proq; statis & ordinatis habebāt: unde & dicit, *Vnicuique mens sua satisfaciat.* Hoc enim pacto & obseruantiū timorē fregit rē esse indifferentem dicens, & eorum qui uehementer illos adoriebantur, contentionem sustulit, ostendens rē hāc tanti momenti non esse, quæ digna sit tam acri cōtinuoq; certamine, quo infirmi turbari debeāt. Tanti uero non esse momenti, non ideo dicit quod natura sua sit leuicula, sed propter temporis immaturitatē, & quod Romani recētes adhuc & nuperi essent in fide. Ad Colossenses scribens magno studio obseruationem huiusmodi prohibet, ⌜quum dicit: Videte ne Co.2.b
quis sit qui uos deprædetur per philosophiam & inanem deceptionem, iuxta constitutionem hominū, ⌜κατὰ παράδοσιν
iuxta elementa mundi, & nō iuxta Christum. Et iterum. Nequis igitur uos iudicet in cibo aut potu. Et nequis uobis brauiū itercipiat. Et ad Galatas scribēs multa diligentia repetit ab eis in his rebus & philosophiam & perfectionem. Hic uero non utitur contentionis uigore, quod nouella esset adhuc Romanorū fides. Non erit igitur ad quæuis rapiendum, quod dicit: Vnicuiq; mens sua satisfaciat. Quādo enim de dogmatis illi sermo est, audi quid dicat: Siquis uobis euangelizauerit, præter quàm quod accepistis, ēt Gala.1.b
si angelus fuerit, anathema ēsto. Et iterū: Metuo uero ne quemadmodum serpens Euā seduxit, ita cor- 2.Co.11.a

A rumpantur sensus uestri. Et Philippensibus scribēs dicit: Cauete malos operarios, cauete cōcisionē. Quo-
Phil.3.a. niam uerò apud Romanos talia corrigendi tempus nondum erat, unicuiq;, inquit, mēs sua satisfaciat. Nā de ieiunio sermo illi est, & illorū itaq; arrogantiam deprimens, & horum timorem dissoluens, ista dicit: *Qui curat diem, domino curat: & qui non curat diem, domino nō curat: & qui nescitur, domino uescitur: gratias.n. agit deo: & qui nō nescitur, domino nō nescitur, et gratias agit deo.* Adhuc eisdem inhæret. Quod autem dicit, tale est: Res ista non uersatur circa necessariò agēda.
οὐ περὶ τὰ κρέα τὸ πρᾶγμά ἐστι. Hoc enim quæritur, An propter deum & hic & ille quod facit faciat, an utriq; in gratiarum actionē desinant. Agunt autem & hic & ille deo gratias. Itaq; si utriq; gratias agunt, non multum erit inter illos differētiæ, Tu uerò mihi cōsideres, quomodo & hic occultè feriat Iudaizātem. Si enim hoc est quod quæritur, ut gratiæ uidelicet agātur: manifestum utiq; erit, non eum qui nō uescitur agere gratias, sed eum qui uescitur. Quomodo enim ageret, quū legi adhuc adhæreat? Quod quidē & ad Galatas dicit: Qui in lege
Gala.5.a iustificamini, à gratia excidistis. Verūm istud hic qui
B dem nō tam apertè declarat, sub obscurè tamen notat. Nondū enim tempus erat, atq; ideo interea patienter illos tolerat, & insequentibus hoc ipsum magis hortando agit, dicit enim: *Nullus enim nostrum sibiipsi uiuit, & nullus sibiipsi moritur: nā siue uiuimus, domino uiuimus: siue morimur, domino morimur.* Et per ista
I clarius facit, quod dixi. Nā qui legi uiuit quo poterit Christo uiuere? Non autē hoc solùm hic agit, sed & ad horum correctionē anhelantem ac properātem cohibet, lōganimitatemq; suadet, ostēdens quòd impossibile sit quòd deus illos cōtemnat, & qđ conuenienti tēpore ista quoq; correcturus sit. Quid igitur? Nemo nostrum sibiipsi uiuit, liberi nō sumus: domi nū habemus qui nos & uiuere uult, & mori nō ult, & quem utraq; ista magis concernunt quā nos. Per hæc enim demōstrat, quòd maiorem nostri curā habeat deus, quā nos ipsi: & quòd uitam nostram diutias suas, & mortem damnum æstimet. Nō enim nobisipsis tantūmodo morimur, sed & si morimur, domino morimur. Mortem uerò hic eā quę ex fide est,
C uocat. Sufficerit quidem & istud ad persuadendum, quòd curā nostri habeat, quòd illi uidelicet & uiuimus & morimur. Veruntamen non contentus isto, aliud quoq; adducit. Cū enim dixisset, siue uiuimus, siue morimur, domini sumus, & ab illa fidei morte ad naturalē trāsmigrasset, ne uideretur asperiorem facere sermonē, aliud diuinæ prouidētiæ signum, idq; maximum subiūgit. Quòdnam illud est? *In hoc enim Christus, & mortuus est, et resurrexit, et reuixit, ut et mortuis simul & uiuentibus dominetur.* Itaq; & istud fidē tibi faciat, qđ nunquā nō & salutis & correctionis nostræ curā habeat. Nisi enim tantam erga nos prouidentiam impendisset, quæ fuisset dispēsationis istius necessitas? Itaq; qui tantam sedulitatem quò nos sibi acquireret impenderit ut & serui formam acceperit, & mortu⁹ sit, iste nos, posteaquā ipsius facti sumus, contemnet? Non est istud, nō est, inquā: neque enim facilè tantū negotij prodere uoluisset. In hoc enim, inquit, & mortuus est: quasi quis dicat, Ille uel ille seruum suum contemnere nō sustinebit, domesticam quippe crumenam curat. Nos enim non ita pecuniā amamus, quemadmodū salutem nostrā Christus: atq; ideo nō pecunias, sed suū ipsius sanguinem pro- D
nobis dedit. Nō feret igitur, ut eos perdat pro qbus tātum pretij deposuit. Vide autē & ipsius potentiā, quomodo ineffabilem esse ostendat: in hoc.n. mortuus est, inquit, ut & morruis & uiuentibus dominetur. Et supra: Siue enim uiuimus, siue morimur, ipsi⁹ sumus. Vides auctum dominum? uides inexpugnabi Supr.8.c
lem fortitudinem? uides diligenter institutam prouidentiam? Non est enim, inquit, qđ mihi de uiuentibus dicas, & mortuis qui hinc decesserunt, prospicit. Si mortuis, manifestum est quòd & uiuentibus: nihil enim omisit quod ad istud dominiū attineat, maiorem sibiipsi iurisdictionem, quàm qđ in homines tātum sit, comparans, in hoc ut seorsim à reliquis omnibus nostri curam habeat. Homo quippe argētum quidem soluit, atq; ob id in proprium suum seruum uehemēs usurpat dominium: Christus uerò & mortem, & quem tāto pretio redemit in quē sibi dominium tanto studio negotioq; acquisiuit, huius salutē nihili faciet? Ista uerò quū dicit, Iudaizantem pudefacit, persuadetq; ut beneficij magnitudinē recolat, qđ quum mortuus esset, reuixit, quodq; nihil emolumenti ex lege cepit, & qđ extremæ sit ingratitudinis, relicto eo qui tanta in sui gratiam designauit, ad Niniuit.c
legem recurrere. Sufficienter itaque taxatū rursum remittit dicens: *Tu uerò, cur iudicas fratrem tuum? aut* E
etiam tu, cur despicis fratrem tuum? Videtur autem ista quidē uelut utriq; adequata ponere, uerū ex dictis ostendit non parum inter se discrepare. Primùm appellatione fratris contētionem dirimit, deinde & terribilis illius diei commemoratione. Cùm enim dixisset, cur despicis fratrem tuum, subiungit: *Omnes enim stabimur apud tribunal Christi.* Et uidetur quidem rursus perfectiorem increpando ista dicere, uerū Iudaizantis animum concutit, non solùm pudore illum suffundens propter acceptum beneficium, sed & territans per futurum supplicium. Omnes enim assistemur tribunali Christi. *Scriptum est enim: Viuo ego, dicit dominus: Mihi sese flectet omne genu, & omnis lingua cōfitebitur deo. Igitur unusquisq; nostrū de seipso rationē reddet deo.* Vides quomodo rursus Iudaizātis animū cōcutiat, tametsi alterum percellere uideatur? Tale siquidē est qđ subindicat, quasi dicat: Quid tibi curę est? Nihil enim huius gratia passurus es, sed ad hūc modum non loquitur: Subindicat tamen māsuetius ipsum ponens ac dicens: Oēs enim stabimur apud F
tribunal Christi: Igitur unusquisq; nostrū pro seipso rationem reddet deo. Et prophetam inducit, oium ipsi testificātē subiectionē, nō subiectionē simpliciter, sed ampliā & eorum hominū q in ueteri testamēto fuerūt, & in summa oium. Nō.n. simpliciter dicit, adorabit illū unusquisq;, sed & cōfitebitur, hoc est, ⌜fáclo-
⌜pœnas factorū dabit. ¡Esto itaq; firmus ac cōstās, rū ratio-
communem dominū pro tribunali sedentē uidens, nem red-
& ecclesiā ne scindas, neq; diuidas, reiecta gratia ad det.
legem recurrens: nā & lex ipsius est. Et quid de lege ἐναγώ-
dico? & qui in lege, & qui ante legem fuerunt, ipsius νιος.
sunt. Lex etiā abs te pœnas non exiget. Exiget autē Christus, nō solū abs te, sed & uniuersa humana natura. Vides quomodo legis metum illi exemerit? Deinde ne uideatur uelut data opera territandi gratia ista dicere, sed tanquam ex propositi consuetia eò deuenisse: eodem rursus argumēto īmoratur, dicēs: *Ne posthac igitur alius aliū iudicemus: uerum illud iudicate magis, ne offendiculū ponatur fratri, aut lapsus occasio.* Ista uerò non minus ad illum quā istum pertinent.

G Propterea utrisq; adaptari possunt: perfectiori, eò quòd scandalū pateretur ex ciborū abstinentia: imperfecto, qd is nimia reprehēsione offenderetur. Tu uero mihi ppendas quas pœnas daturi simus simpliciter scandalizantes. Si enim hìc perfectiorum factū uelut iniquū, propter intempestiuā reprehensionem fieri prohibet, ne frater accepto scandalo offendatur: qua pœna digni nos erimus, qui etiā nihil corrigendo scandalū præbemus? Si enim nō saluare fratrem culpam habet, id quod & euangelici talenti defossor indicat: quid non faciet datum etiā scandalū? sed inquies, Quid si suopte uitio scandalizatur infirmus? Propter hoc ipsum æquum fuerit, ut illū feras. Nam si fortis esset, tali cura opus non haberet: Nūc uero quia imbecillior est, multa etiā curādi diligētia opus habet. Morale.

Præstemus itaq; eam, ubiq; illum portantes: neque enim propriorum tantummodo malorum rationē dabimus, sed & eorum quibus aliis scandalum præbemus. Quod si etiā per seipsas graues sunt nostrorū delictorū pœnæ, ubi & istæ accedent quādo salua

H bimur? Non enim putemus nos excusationem habi-
Gene.3.c turos, si quādo delictorū socios inuenerimus: nam istud supplicū magis augebit. Quādoquidem & ser-
4.Reg.9 pēs magis punitus est quā mulier, quemadmodū &
g. mulier plusquā uir, & Iezabel maiores pœnas dedit quā Achab uineæ raptor. Ipsa qppe uniuersum istud negotiū texuerat, regisq; lapsus occasionē dederat. Igitur & tu quoq; si reliquis perditionis causa fueris, grauiora patieris, quā qui per te subuersi sunt. Neq; enim peccare, tātum in sē perditionis habet, quantū
Rom.1.d quòd reliqui ad peccandum inducuntur. Propterea dicit: Non solū ipsi faciunt, sed & facientibus assentiuntur. Itaq; si quando peccantes uiderimus, nō solùm non impellamus, sed & extrahamus ex ipso malitiæ barathro, ne & alienæ perditionis pœnas demus. Recordemur quoq; perpetuo terribilis illius tribunalis, fluminis ignei, uinculorū insolubiliū, profundarum tenebrarum, stridulorum dentiū, uenenosiq; uermis, sed dicis, benignus est deus. Ergo hæc oia uerba sunt, & neq; punitur diues ille Lazari contemptor, neq; fatuæ uirgines à sponso reiiciuntur? Ergo

I qui Christum non pauerunt, in ignem diabolo præ-
Matt.18. paratū non abibunt? Ergo qui sordidis est uestibus,
c.d. nō peribit manus ac pedes uinctus? Qui centū dena-
Mar.9.g. rios à conseruo suo exegit, nō tradetur tortoribus? Quod de mœchis dictū, est, nimirum, quòd uermis eorū nō morietur, & ignis eorū non extinguetur, uerū non erit? sed minatur ista tantummodo deus? utique inquies. Et unde, dic quæso, tantā rem audes publicè loqui, atq; ex te ipso ferre sententiā? Ego quippe & ex iis quę dixit deus, & ex iis quæ fecit, contrariū probare potero. Quòd si.n. propter futura non credis, uel saltē propter ea q̄ iam facta sunt, crede. Non enim certè minæ sunt, & uerba tantummodo quæ facta sunt, & in opus ipsum exierunt. Quis igitur totum orbē inducto diluuio stagnauit, ac graue illud
Nū.16.e. naufragiū omnimodamq; generis nostri perditionē
περὶ τοῦ διὰ effecit? Quis deinde fulmina illa telaq; flammantia
βίβλου. super terram Sodomorū demisit? Quis uniuersum
sub Da Aegypti exercitum in mari demersit? Quis sexcenta
uid uel Israelitarum milia in eremo consumpsit? Quis synagogam Abirō combusit? Quis subter eos, qui Core
Dauidis & Dathan adhæserūt, telluris os aperuit, deuorareq;
tempore. iussit? Quis septuaginta illa milia, ⌜propter Dauidis peccatū, ⌝uno temporis momēto, peste occidit? Cō
1osue.7.d memoratione & eos qui priuatim puniti sunt? An
Cain illum continuo traditū supplicio? An lapidatū
Numer.15. d. cū omni suo genere Charmen? An eū qui propterea
4.Reg.2. d. quòd sabbato ligna collegisset, idem passus est? An quadraginta illos pueros a bestiis consumptos, quibus neq; propter ætatē parcitū est? Si uero etiā post gratiā eadē uidere uolueris, perpende quanta Iudæi passi sint. Quomodo liberos suos comederint mulieres, illæ quidē assantes, iste uerò aliās consumētes? Quomodo extremæ fami, bellisq; uariis & grauibus traditi omnes superiores tragœdias calamitatū suarum abundantia superauerint? Quòd autē ista Christus illis intulerit, audi quō per parobolas ea prædicat, ut quando dicit: Eos uerò qui noluerūt regnare
Luc.19.d me, adducite huc & interficite. Idem dicit per parabolam uineę, & nuptiarum: manifestè uerò quando minatur quòd casuri sint in ore gladij, quodq; capti
Ibi.21.d. ui abducendi sint inter Gentes: & quòd anxietas in
Matt.24 terra gentiū desperatis rebus futura sit, resonāte mari ac fluctibus, arescentibus hominibus præ timore:
b. & quòd futura sit tribulatio talis, qualis neq; fuerit, neq; futura sit unquam. Et Ananias & Sapphira, quā
Actor.5.b. tas ob modici argenti furtum dederint pœnas, omnes scitis. Quotidianas autē calamitates non uides? An neq; istæ factæ sunt? Non uides & hodie qui & fame pereant, uel elephantiasi, uel alio corporis nocumento corripiātur, qui in cotinua paupertate uiuāt, qui innumera mala, eaq; incurabilia patiantur? Iam L
quō fuerit æquum, illos quidem puniri, istos uerò minimè? Si enim iniustus deus non est, quemadmodū & iniustus non est: oportet ut omnino tu quoq; peccatorū daturus sis pœnas. Si uero ideo nō punit quod benignus est, oportebat neq; istos puniri: ⌜nūc uero hęc nostra uerba sunt. Multos & hic punit de⌝us, ut quū mirarum uerbis non creditur, uel suplicij rebus credatis. Et quoniam uetera nos nō usque adeò territant, per ea quæ cuique generationi accidūt, tūd pro tēpore socordes corrigit. Et cuius gratia, dices, non omnes hìc punit? ut aliis pœnitentiæ spaciū tribuat. Et cur non omnes illic supplicio adficit? Ne plerisque causa detur illius negandi prouidētiam. Quot latrones hi quidem hic capti damnātur, isti uero impunè ex hoc seculo migrant? ubi est ergo diuina bonitas? Meum siquidē fuerit iam uicissim te quoque interrogare: nam si nemo prorsus supplicio fuisset affectus, habuisses eo refugiū. Quum uero illi quidem pœnas dent, isti autē licèt peius deliquerint, non dēt: quānam æquitatis poterit ratione fieri, ut qui eadē pariter peccarunt, easdem pœnas nō luent? Quomodo nō uidebuntur iniuria adfici qui puniūtur? Qua itaq; ratione non omnes hic plectuntur? Audi Chri- M
stum ipsum de his rebus tibi respondentem. De eo si quidē inquirentibus, quod ex ruina prolapsæ turris
Luc.13.d quidam interierant, respondebat dicens: Putatis qd illi ultra reliquos omnes peccatores fuerint? Non dico uobis: imo nisi resipueritis, pibitis & uos omnes similiter: atque ita nos admonet, ne fidētiores proprerea simus, si quādo punitis cæteris nullas nos, licèt multa deliquerimus, pœnas dederimus: nisi.n.im mutati fuerimus, omnino dabimus. Et quō, iquies, æternum puniemur, quū hic breui tātum tempore delinquamus? Quo pacto qui breui tēporis momēto unicam cædē tantummodo committit, cōtinuæ ac perpetuæ metallorū cōdemnationi adiudicatur?

At deus

A At deus ista, inquis, nō facit. Dic ergo quomodo paralyticum illum triginta & octo annos, in tanto sup-
Ioan.5.b. plicio detinuerit? Quòd enim illum propter peccata punierit, audi quid dicat: Ecce, inquit, sanus iā factus es, ne pecces amplius. Atqui solutionē tādē adeptus est, inquis: illic uerò res ad eum modū nō habebūt.
Mar.9.g. Quòd enim illic nullum unquam sint habitura finē supplicia, audi rursus Christum ipsum: Vermis, iquit, eorum non morietur, & ignis eorū nō extinguetur.
Mat.25.d & , Ibunt illi in uitam æternam, & isti in supplicium æternum. Itaq; si uita æterna est, æternum est & supliciū: non uides quanta minatus sit Iudæis? Nūquid
Luc.21.b. illa euenerunt? aut inanis sermo fuit, quòd dicebat:
Mat.14.b Nō manebit lapis super lapidē? Nū mansit? Quid uerò quando dicebat, Erit tribulatio, qualis nunquam
ἰωσή- fuit? An nō facta est? Lege historiā Iosepi, & scio respi-
που. rare non poteris, audiens tantummodo quæ ob hāc causam passi sunt Iudæi. Ista dico, non ut mœrore adficiā, sed ut cautos uos faciam & muniam. Et ne uanis ac superfluis uos demulcens, grauioribus pœnis obnoxios reddā. Dic ita quānā ratione quū pec-
B ces supplicio dignus non sis? An non omnia tibi prę dixit? Nónne minatus est? nō terruit? non innumera salutis tuæ gratia fecit? Nónne largitus est regenerationis lauacrū, & priora omnia condonauit? Nónne post remissionem illam & lauacrum, rursum quod ex pœnitentia est auxiliū, tibi peccanti dedit? Nónne etiam postea ut peccatorum ueniam consequaris, fa-
Matt.6.b cilem tibi uiam reddidit? Audi itaque qualia sint quę
Esaiæ.1.e præcepit: Si dimiseris, inquit, proximo, dimitto tibi &
Ibi. 43.d ego. Quam quæso difficultatē habet res ista? Iudica
δικαίως te orphano, & iustificate uiduam: & uenite, inquit, &
χθώμεν iudicium exploremus. Quòd si fuerint peccata ue-
Dani.4.e stra phœnicio rubore, uelut nix alba erunt. Quid hìc laboris ē? dic tu peccata tua ut iustificeris. Quid hìc difficultatis? Peccata tua eleemosynis redime. Quid
Luc.18.e. hìc sudoris? Dixerat Publicanus, Propitius esto mihi peccatori, & descendit iustificatus. Quanto labore fuerit opus publicanū hūc imitari? sed neq; post tot & tāta pœnā ac supplicū esse credis. Igitur neque dia-
Ma.25.d bolum puniri hoc sanè pactò facilè dixeris: Ite si quidem, inquit, in ignem præparatum diabolo: nā si gehenna non est, neq; ille punitur. Si uerò punitur, manifestum quòd & nos: nam & nos inobedientes fuimus, etiā si non in eisdem quibus ille. Quomodo ita
C que tibi nō times tam audacia loquendo? Quando enim dicis, non punit deus, quia benignus est: si punierit, reperietur, iuxta uos nequaquā esse benignus. Vides in quæ uerba uos ducat diabolus? Quid ergo monachi, qui occupatis montibus maximū pietatis studiū exercent? Nū sine coronis abibunt? nā si mali non puniuntur, neq; ullius est retributio: eadem ratione dixerit alius quispiā, neq; bonos coronari. Etiā, inquies: nam deo istud decorum, ut regnum illius tā tummodo sit, gehēna nō sit. Scortator itaq; & adulter, quiq; innumera mala operatus est, iisdē potietur, quibus qui modestiam & sanctimoniā uitæ conseruauit, stabitq; cum Nerone Paulus: Immo & diabolus ipse iuxta Paulum consistet. Nam si gehenna nō est, omnū autē futura est resurrectio: quid aliud relinquitur, quàm ut māli eadem consequantur cū
Ibid.8.d bonis? Quis istud dicet, licèt uehementer insanus? Imò quis dæmonū hoc afferet? Nā & illi gehennā cō fitentur: unde & clamabant dicentes: Venisti huc ante tempus torquere nos? Quí sit ergo ut non timeas ac tremas, quum neges quod dæmones etiā confitē D
tur? Quomodo nō intelligis quis sit malorum horū dogmatum magister? Qui enim primum hominem decepit, & meliorum sperandarū rerum propositione etiā quæ in manu erant bona excussit, is ipse est q & nunc ista quoq; & sentire & loqui suggerit. Et propterea facit ut gehennam non suspicentur quidam, quatenus in gehennam coniiciat. Quemadmodū è regione deus gehennam & minatur & parauit, ut ita uiuere discas, ne in illam incidas. Atqui si existente gehenna, diabolus ista tibi persuadet: quomodo nō existētem confessi sunt dæmones, à quibus summo studio agitur ne tale quicquā suspicemur, quatenus praua securitate magis atq; magis socordes facti ac negligentes, simul cū ipsis in ignē illum incidamus? Sed dices: Quomodo ergo gehennam tunc confitebātur? Angustiā scilicet illam & necessitatem, quæ incumbebat, non ferebant. Cōsideratis itaq; his omnibus, cessent qui ista dicunt, & seipsos & alios fallere: quandoquidem & ipsorum uerborum pœnas luēt, & quòd terribilia illa amolientes, multos frangunt: qui alias manentibus illis, uel aliquo pietatis studio tenerentur, qua in re neq; barbaros imitantur. Nam Niniuitæ
illi quidē, quāquā omniū horū essent ignari, audito tamen quòd euertenda esset ciuitas: non solū increduli non fuerunt, sed & ingemiscentes plorarunt, sac E
cosq; induti confusi sunt, neq; antea destiterunt, quā tentatis omnibus iram dei soluissent. Tu uerò quum tātam nactus sis & uerborum & rerum experientiā, quæ dicuntur contemnis? Itaq; contraria tibi contingent. Quemadmodum enim illi ad uerba tremētes, supplicium quod reipsa incredulis obtigisset, passi nō sunt: ita & tu cōtemptis uerborū minis pœnam quæ reipsa aderit, persolues. Et si quæ dicūtur fabulæ iā instar habere uidentur, aliud tamē erūt, quādo res ipsæ fidē tibi, nolis uelis, facient. Non uides qd & hìc fecerit Christus? Quomodo duos adeptus latro Luc.13.e.
nes, non eisdē dignatus sit utrunq;, sed hūc quidem f.
in regnum induxerit, illum uerò in gehennam demiserit? Et quid latronem & homicidā dico? Neq; apostolo pepercit, postquàm esset proditor factus. Sed licèt uideret & ad laqueum impetuosè proruētem, & angustiatum, & medium diruptum, (nam medius crepuit, effusaq; sunt omnia illius uiscera) istaq; oia Actor.1.f.
præuideret: ista nihilominus omnia pati permisit, ut à præsentibus tibi futurorum etiam omniū fidem fa F
ceret. Ne itaq; uobis ipsis imponatis, diabolo morē gerentes: illius enim hæc omnia consilia sunt. Nā si & iudices, & domini, & ꝓceptores, etiam si barbari sint, bonos quidē honorāt, malos uerò puniūt: qua ratione putas à deo cōtraria debere fieri, eisdemq; afficiendos & bonū simul & malū? Quando uerò & malitiæ futura est liberatio? Si enim q supplicū nūc expectantes interq; tantos timores, & iudicum & legum uersantes, nunquam tamen à malitia desistūt: quū eò abierint, & timorē illum deposuerint: ut non solùm in gehennam non incidant, sed & regnum assequantur, quando malè agere desistent? An hoc benignitatis sit, dic oro, malitiā scalpendo alere, nequitiæ præmium ponere, eadem utriq; mercede æstimare modestum & lasciuum, fidelē & impium, Paulū & diabolum? Sed quousq; & nos nugamur? Horror itaq; ut ab ista liberati insania uobisq; ipsis redditi, timorem ac tremorē animabus uestris persuadeatis, quatenus & à futura gehenna liberi, & modestè præ

G sentem uitam uiuentes, futura bona apprehendatis gratia & benignitate, &c.

Homilia.xxvi.

Qui & persuasum habeo in domino Iesu, nihil esse commune per se: nisi ei qui existimat aliquid cõmune esse, illi commune est. Posteaquã eũ qui fratrem suum iudicabat, corripuit, atq; hũc ab increpandi uehementia dehortatus est: cõsequenter deinceps & de ipso dogmate decernit, atq; infirmiorem placidè instruit, non modicã hic quoq; mãsuetudinẽ ostendens. Nõ enim dicit, quòd daturus sit pœnas, aut aliud quicquã eiusmodi: sed illius conscientiã à uano tantummodo eius rei metu liberat, ut eò facilius dictis suis credat, atq; ideo dicit: Noui & psuasum habeo. Deinde ne incredulor unquisquam dicat: & quid ad nos, quòd tu persuasus es? Neq; enim ita fide dignus es, ut cõtra tantã dei legem, atq; oracula diuinitus allata tibi credatur, subiungit, in domino: hoc est, ab illo doctus sum, ab illo certus factus sum. Non est igitur humanæ cogitationis ista sententia. Quid ergo persuasus es, & qd nosti? Quòd nihil per se commune sit. Natura, inquit, nihil est immũdum:

A H sed ex uoluntate utentis immundũ redditur. Illi ergo soli immundũ est, nõ oibus: nã ei, iuquit, qui existimat aliquid commune esse, illi cõmune est. Quid igitur nõ corrigis fratrẽ, ne putet aliquid immundũ esse? ut quid nõ illũ ab ista consuetudine ac suspicione omnibus uiribus abducis, nequid commune sibi faciat? Vereor, inquit, ne mœrore illũ adficiam, unde & subdit: *Verùm si propter cibũ frater tuus contristatur, non iam secundum charitatem ambulas.* Vides quomodo familiarem interea sibi faciat infirmũ auditorẽ, ostendens tantã illius rationem habere se, ut ne mœstum reddat, etiam quę uehemẽter erant necessaria, præcipere non audeat, sed indulgentia illum magis ac dilectione attrahat? Neq; enim posteaquàm uanũ exemerat metum, potẽter illum trahit aut cogit, sed suũipsius dominum esse permittit. Nã non conueniebat, ut ita abduceretur à ciborũ abstinentia, ut mœrore circundaretur. Vides quantum diligentiæ dilectioni impendat? Sciebat enim quòd illa omnia corrigere posset. Vnde & maius qd ab eis hic exigit. Nã

I non solũ, inquit, non oportet illos tanquam ad rem necessariã uiolenter adducere: sed & si opus sit, ut cõ descendatis illis, neque istud detrectare. Propterea & subiungit eicẽs: *Ne cibo tuo illum perdas, pro quo Christus est mortuus.* An ne tanti quidem æstimas fratrem tuum, ut salutem illius, neq; ciborum abstinẽtia redimendam ducas? Et Christus quidem neq; seruitutẽ neq; mortẽ illius gratia recusauit: tu uerò nec cibos contemseris, ad hoc ut illum cõserues? Atqui Christus tametsi non esset lucraturus oẽs, nihilominus tamen pro omnibus mortuus est, quod suum erat adimplens: tu uerò quũ scias quòd propter cibũ illũ subuertas in potioribus, adhuc tamẽ cõtendes, & eũ qui Christo tanti est, tu adeò contemptibilem putabis? Et Christus nõ solũ pro infirmo, sed & pro inimico mortuus est: tu uerò neq; pro infirmo uel cibo abstinebis? Ipse quidẽ quod maximum erat, fecit: tu uerò neq; quod minutulũ est. Atq; hoc cũ sit ipse dominus, tu uerò frater. Sufficiũt autẽ ista ad perstringendum illum: ostendunt enim ipsum pusillanimẽ esse, & quum magna nactus sit à deo, modica tamẽ non rependere. *Ne uestrum igitur bonũ blasphemetur: non est enim regnum dei esca & potus.* Bonũ hic aut fidem dicit, aut futuram præmiorum spem, aut perfectam pietatem. Non solũ enim, inquit, fratrem non iuuas, sed & ipsam doctrinam & gratiã ac donũ dei blasphemari facis. Quãdo enim litigas, quando cõtendis, quando contristas, quãdo ecclesiam scindis, quando fratrem conuiciis impetis, proq; inimico habes: facis, ut qui foris sunt, blasphemẽt: atq; ita nõ solùm nihil inde corrigitur, sed contrariũ omnino contingit. Bonum enim uestrũ est dilectio, fraterna charitas, unitas, colligatio, cum pace & mansuetudine uiuere. Deinde rursus & illius metum, & huius contẽtionem contrahens: Non enim est, inquit, regnũ dei esca & potus: nã ex illis deo non probabimur, id qd & alibi dicit: Neq; si comederimus, abundabimus: neq; si nõ comederimus, destituemur. Probatione uerò hic nõ est opus, sed sententiã suã dixisse satis habet. Quod autẽ dicit, tale est: Non. n. si comederis in regnum cœlorum istud te inducet. Atq; ideo ut illos tanquam ea in re magnificè de se sentientes carpat & deiiciat, non cibum solũ dicit, sed & potum. Quæ sunt ergo in regnum cœlorum introducentia? Iustitia, pax, gaudiũ, uita uirtutis studio commendata, & pacificus cũ fratre conuictus, cui contraria est contentio: & gaudiũ illud ex cõcordia, quod ipsa aufert increpatio. Ista uerò non alterutro, sed utriq; dicit: Habet enim iam utroq; alloquendi opportunitatẽ. Deinde quoniam dixerat pacem & gaudium, pax uerò & gaudium etiam in malis rebus est, subiungit: *In spiritu sancto.* Itaq; qui fratrem perdit, & pacem is & gaudium euertit, maioremq; intulit iniuriã, quàm qui pecuniã rapuit: & hoc sanè peius, quoniã quod alius seruauerit, ipse iniuria afficis ac perdis. Cũ itaq; cibus, & quæ uidetur esse perfectio, in regnum cœlorum non inducant, inducant autem quæ istis subuertuntur: quo non modica illa contemnere oporteat, ut quæ magna sunt firmentur? Deinde quoniã studium illud increpãdi ex uana gloria tacitè subori tur, subiungit dicẽs: *Nam qui per ista seruit Christo, acceptus est deo, & probatus est hominibus.* Non enim ita tu perfectionis gratia, quemadmodem pacis & cõcordiæ omnibus admirandus eris. Nam hoc bono fruẽtur omnes, illo uerò ne unus quidem. *Itaque quæ pacis ædificationisq; mutuæ sunt, sectemur.* Aliud ad illũ infirmũ pertinet, ut pacificus sit: aliud ad hunc, ne fratrẽ suũ destruat. Veruntamen rursus utraq; illa communia facit, dũ ædificationis mutuæ meminit, ostẽditq; simul, quòd sine pace difficile sit ædificare mutuum. *Ne cibi causa destruas opus dei.* Salutem fratris ita uocans, timorem auget, atq; ostẽdit quòd cõtrarium facere studeat. Nam non solũ non ædificas, inquit, quod putabas, sed & destruis: idq; nõ humanũ sed diuinum ædificium, atq; ad hoc non eximiæ cuiuspiã, sed exilis rei gratia: nam cibi gratia, inquit. Deinde ne infirmum in mala ista opinione tot indulgẽtiæ confirment, rursus dogmatizat, dicens: *Omnia quidem munda, sed malum homini est per offendiculũ uescẽti.* Qui mala scilicet conscientia uescitur: itaq; etiã si coegeris ut is uescatur, nulla tamẽ suberit utilitas. Non enim immundũ cibus facit, sed animus quo qs uescitur. Hunc itaq; nisi correxeris, omnia frustra feceris, quin magis nocueris. Nam non parum differt, immundum putare cibum, & eũ qui ita putat immũdũ, nihilominus degustare. Igitur dupliciter hic peccas, primũ, quòd falsam opinionem cõtentione tua auges: alterum, quod gustare facis, quod immundũ

A putat. Itaq; donec persuaseris, non cogas. *Bonum est non uesci carnibus, neq; bibere uinũ, neque quicquam per quod frater tuus impingit, aut offendit, aut infirmatur.*

Actо.16.a 18.c. & 21.c Rursus plus exigit, nimirũ, ut non solũ nõ cogat, sed & illi cõdescendat. Istud nanq; & ipse sæpenumero fecit, ut quando circuncidit, quãdo tonsus est, quãdo Iudaicam illam oblationem obtulit. Et non dicit illi quòd hoc faciat, sed per modum generalis sententiæ loquitur, ne infirmiorem illum rursus socordem magis reddat. Et quid dicit? Bonum est non uesci carnibus. Et quid dico de carnibus & uino? etiam si aliud quidpiam tale sit quod scandalũ prębeat, abstineto. nihil enim tanti est, quod saluti fratris adæquari debeat: atq; hoc Christus ipse manifestat è cœlis adueniens, & oĩa quæcunq; passus est propter nos ferẽs. Obserua uerò mihi quomodo & istũ tangat, quũ dicit: Per quod frater impingit, aut offenditur, aut infirmatur. Nam non erit, inquit, ut mihi dicas, quòd prę ter rationẽ faciat: sed quòd corrigere queas. Sufficiẽtem etenim iustitiam habet, qua poterit infirmitati illius succurri, atq; interim tibi nihil accedit dãni: neq;

B κατα-λύεται σου. enim hypocrisis est res ista, sed ædificatio & dispẽsatio. Nam si coegeris illũ, quasi definito bello aduersabitur tibi condemnabitq;, & ędificabitur magis ad hoc ut non comedat: si uerò condescenderis, tandẽ te diliget, neq; pro eo habebit, qui suspiciosè doceas, potestatęq; deinceps accipies sensim in illo recta seminare dogmata. Quòd si semel illi exosus fueris, omnẽ simul accesũ futuro sermoni obsepiuisti. Itaque ne cogas illum, sed & tu ipse abstineas pp illum, non tanquam ab immundo abstinens: sed quoniã ille si comederes, scandalum pateretur, & eò magis te diliget. ita & ipse Paulus fieri pręcipit, quum dicit: Bonũ est non uesci carnibus, non quòd immundę sint, sed quoniam ex eo frater offenditur & infirmatur. *Tu fidem habes? apud temetipsum habe.* Videtur mihi hoc loco & uanę gloriæ tacitè arguere perfectiorẽ. Quod uerò dicit, tale est: Vis mihi ostendere quã sis perfectus & consummatus? Nõ mihi ostẽtes, sed tua ipsius conscientia contentus esto: fidem uerò hic nõ

Sup.10.b Luc.9.d. C κατα-βρέφει habet emẽdatus codex eam dicit, quæ ad dogmata pertinet, sed q̃ propositi est argumẽti. De illa siquidem dicit. Ore uerò confessio fit ad salutem: &, qui negauerit me corã hominibus, negabo ipsum & ego. Nam illa tum subuertit quando confessa nõ fuerit, ista uerò quando intempestiuè. *Beatus qui seipsum in eo quod pbat, non iudicat.* Infirmiorem rursus percutit, istiq; conscientiæ suffi cere coronam ostendit: nã etsi homo nõ uiderit, tu tamẽ tibiipsi satis eris ad hoc ut beatus sis. Postquã enim dixerat, Apud temetipsum habeto, ne modicũ & exile tibi uideatur istud propriæ conscientiæ forũ, dicit illud tibi ipso orbe melius esse. Et si te accusaue rint omnes, tu uerò teipsum non condẽnaueris, neque ipsa conscientia reprehenderit, beatus es. Verũ non simpliciter de oĩbus loquens hoc posuit. Sunt enim multi qui seipsos nõ iudicant, tametsi uehemẽter delinquãt, qui omnes eò sunt miseriores. Sed proposito interea argumento inhæret. *At qui diiudicat si ederit, condemnatus est.* Rursus ad parcẽdum infirmiori adhortans, hoc dicit: Quid enim utilitatis fuerit, si seipsum iudicans & condemnãs ederit? Ego quippe illum probo qui & uescitur, & cũ nulla hæsitatione uescitur. Vide quomodo illũ inducat, non solùm ut edat, sed & munda cõscientia edat. Deinde & causam ponit, propter quam cõdemnatus sit, subdens ac dicens: *Quoniam non ex fide.* Non quòd immundus sit D cibus, sed quòd nõ ex fide: non enim mundũ esse credidit, sed tanquam immundũ attigit. Per ista uerò ostendit quantũ damni dent, qui non persuasos attingere cogunt q̃ ipsis immunda uidẽtur, quatenus uel hoc pacto moti desinant obiurgare infirmos. *Quicquid uerò ex fide non est, peccatum est.* Cùm enim quod edit, mũdum esse nec cõfidat nec credat, quomodo non peccasse credetur? Hæc autem omnia de proposito tantũ argumento à Paulo dicuntur, non de quibusuis. Et obserua quantã curam habeat uitãdi scandali. Nam & suprà dixerat: Si uerò propter cibum frater tuus contristatur, non iam secundũ cha- *Hic sup.c* ritatẽ ambulas. Quòd si contristandus non est, multò minus scandalizandus. Et rursus, Ne cibi causa de *Ibidem.* struas opus dei, Si enim ecclesiã suffodere graue est & sceleștum, multò magis si hoc tẽplo spiritali fiat. Augustior quippe est homo magiq; uenerãdus, quã ecclesia. Nõ enim propter parietes mortuus est Christus, sed propter ista spiritus sancti templa.

Morale.

Circunspectis itaq; singulis, quæ ad nos pertinẽt, E uideamus ne cuiquam uel modicã mali ansam præstemus. Stadium quippe prẽsens hęc uita est, & innumeros oculos, quos circũquaque dirigamus habere oportet, neq; putandũ ad apologiam sufficere ignorantiam: erit. n. erit inquam, quando & ignorantiæ pœnas dabimus, quando. s. & ipsa ignorantia ueniã non habebit. Nam & Iudæi ignorarunt, sed ea ignorarunt, quorum ignorantia ueniam non meretur. & Græci ignorarunt, sed excusationem non habent. Quòd si ea ignoraueris, quæ sciri non possunt, pter culpam erit: si uerò q̃ scitu & possibilia sunt & facilia, extremas pœnas meritò dabis. Nisi enim uehemẽter pigri negligẽtesq; fuerimus, sed quæcunq; ad nos ptinẽt, simul attulerimus, & in his q̃ ignoramus, manũ porriget deus: id quod & Philippensibus scribit Paulus: Et siquid aliter, inquit, sentitis, hoc quoq; *Phil.3.c.* uobis deus reuelabit. Si uerò nihil eorũ, quæ nostræ sunt potestatis, expedire uoluerimus: neq; illius potiemur auxilio. Idem & Iudæis usũ uenit: nã in para- *Mat.13.b* bolis, inquit, illis propterea loquor, quòd uidẽtes nõ uident. Quomodo uidentes non uidebant? uidẽtes expelli dæmones, dicebant dæmoniũ habet: mortuos F excitari conspicientes non adorabant, sed interficere *Matt.5.g* ipsum tentabant. Sed Cornelius nõ ita: atq; ideo quo niam diligenter quicquid poterat, faciebat: quod reli *Ibid.12.b* quũ adhuc deerat, adiecit deus. Ne dicas itaq;, quo- *Ioan.8.f.* modo hunc uel illum simplicem & bonũ contempsit deus, eò quòd Græcus sit? Nam primũ quidem *Græcum* qs simplex sit ab hominibus cognosci neqt, sed ab *passim à* eo solo qui singula corda formauit. Deinde & hoc di *Gẽtili si-* ci potest, quòd plerunq; q talis uidetur, ueritatis nul- *ue Ethnico ponit.* lam habeat uel curam uel diligentiam. Sed dicis: & *Baruc.1.a* quomodo poterit, quum sit homo uehementer simplex & idiota? Simplicẽ itaq; hunc & idiotã in rebus terrenis mihi cõsideres ac discas, uideasq; quã multam illic ostendat diligẽtiam, quam si & spiritalibus impendere uoluisset, contemptus utiq; nõ fuisset. Solę quippe clariora sunt quæ ueritatis sunt, & ubicũq; quis intenderit, facilè suã ipsius salutem apprehendet: siquidem aduertere uoluerit, illamq; non uelut obiter quærendã putauerit. An in Palæstina occlusa sunt salutis negotia. An in modico orbis angulo? Nõ audisti prophetam dicẽtem: Quoniã omnes cogno

Gscent me à paruo uſq; ad magnũ? Nõ uides rem ipſam loqui? Quomodo ergo ueniam habebũt iſti, cũ ueritatis doctrinam expoſitam uideãt, & manifeſtã: & tamen nec ſatagunt, nec curant quò illã diſcant? Et iſta, inquies, ab eo exigis qui agrũ incolit, & à barbaro? Non ſolũ ab agricola & barbaro, ſed & ſiquis barbaris iſtis, qui nunc ſunt, barbarior fuerit. Quanã ratione, dic quæſo, in rebus ſecularibus q talis eſt, & cõtradicere nouit iniuria adfectus, & reſiſtere uiolẽtiam paſſus, omniaq; facere ac moliri, ut neq; calumniam aliquãdo ferat, cũ in rebus ſpiritalibus eadem prudentia nõ utatur? Et quando lapidẽ adorat, deũ ratus, feſtiuitatesq; celebrans pecunias inſumit, multamq; religionem oſtẽdit, per ſimplicitatem ſocors ac negligens non reddit ur: quãdo uerò qui uerè eſt, quærendus eſt Chriſtus, tũ mihi ſimplicitatem & ſtupiditatem memoras? Nihil eſt itaq; quod dicis, nihil eſt iquã, ſed ſolius negligẽtiæ ſocordiæq; culpa perit. Nam quos ſimpliciores agreſtioresq; putas, an q tẽporibus Abrahæ, an qui nunc uiuunt? Manifeſtũ, qđ qui temporibus Abrahæ uixerunt. Quãdo uerò facilius fuit ueram inuenire pietatem, an nũc an Abrahę temporibus? manifeſtũ quòd nũc. Nam nunc quidẽ & dei nomẽ ⌜inuocatũ eſt ab omnibus, ⌟& prophetæ præconizando prædixerũt, & res in effectũ abiit, & Gentiũ nugæ conuictę ſunt. Tunc uerò rudes adhuc erant pleriq;, peccatumq; regnabat. Adhæc neq; lex erat quę inſtrueret, neq; propheta, neq; miracula, nec doctrina, nec multitudo deũ agnoſcentium, nec aliud tale quippiam: ſed uelut tenebris profundis nocteq; denſa & hyemali adoperta erant omnia. Verũ tamẽ admirabilis hic & generoſus uir, licèt tot eſſent impedimenta, nihilominus & deũ agnouit, & uirtutem exercuit, aliosq; multos in eundem zelum induxit: idq; tametſi neq; externæ ſapientiæ aliquid haberet experientiæ. Quomodo enim habuiſſet, quũ nuſquam dum inuentæ eſſent literæ? uerũ quoniã quod ſuum erat, ad hanc rem cõtulit, cõtulit ſimul & deus quod & reliquum & ſui muneris erat. Neq; enim dicere potes, quòd pietatẽ ſuam ex patribus acceperit Abraham. Idololatra quippe erat pater. Nihilo tamẽ minus, licèt talibus eſſet progenitoribus, homo barbarus i medio barbarorũ educatus, nullũ habẽs pietatis præceptorem: & deũ tamen agnouit, & nepotibus ſuis uniuerſis, quibus & lege frui datũ eſt & prophetis, adeò factꝰ eſt clarior, ut exprimi nequeat: unde quæſo? Quòd in temporalibus quidẽ non admodum ſolicitus fuit, in ſpiritalibus uerò ſeſe totum intendit. Quid uerò Melchiſedek? Nunquid & ipſe eiſdem temporibus uixit, tantumq; emicuit, ut & ſacerdos dei appellaretur? Et enim ipoſſibile, uehemẽter, inquam, impoſſibile fuerit, eum qui aduigilauerit aliquãdo contemptũ iri. Ne uerò nos iſtud turbet, ſed ſciẽtes quod ubique mẽtis pręualet dominium, quę noſtra ipſorum ſunt conſideremus, ſiquo pacto meliores reddamur. Ne uocemus deũ in iudicium, neque ſcrutemur, cur hunc reliquerit, iſtum uocauerit. Hoc etenim nihil aliud fuerit, quã ſi ſeruus ſuopte uitio reiectus curioſè excutiat heri œconomiam. Miſer ac ęrumnoſe, quum te rationũ tuarum te ſolicitum eſſe oporteret, & quomodo dominũ tibi conciliares, à domino rationẽ exigis tanquam rationem nõ redditurus? eaq; prætercurris quorũ pœnas ut tulas neceſſe eſt? Quid igitur ad Græcum, inquis, dicã, Hæc ipſa ſcilicet: uide autem ne ſolùm dicas ad Græcum ſed & quomodo ipſum emendes. Quãdo uitã tuam exquirens ſcandalũ ab illa patitur, hic cura qđ dicas. Pro illo ſiquidem etiam ſi ſcandalizetur, rationem non dabis: uerũ ſi ex uita tua nocumenti quicquam acceperit, extremum ſubibis periculum. Quã do de regno dei philoſophantem te uiderit, & tamẽ interim præſentia admirantem & gehennam metuẽtem, & ad ea mala quæ hìc ſunt trementem, tunc qđ dicas uide. Quando. ſ. iſta uidens reprehendet ac dicet: Si regnum dei amas, qua ratione præſentia non deſpicis? Si tribunal quoddã terribile expectas, quid præſentes moleſtias non contemnis? Si immortalitatem ſperas, cur mortem non floccipẽdis? cùm iſta in quam, dixerit: tum cura quo pacto te excuſes. Siquã do te pecuniarum iacturam formidare uiderit q cœlos expectas, pròque unico obolo ipẽdio gaudere, ac rurſus modici argenti gratia quaſi uenalẽ exponere animã, tunc ſolicitos eſto. Iſta qppe ſunt: iſta ſunt, inquã, unde Græci ſcandalizantur. Itaq; ſi tuæ ipſius ſalutis curam habes, pro iſtis reſponde, ueũ nõ uerbis, ſed factis. Nam propter illã quidem quæſtionẽ, deum nemo blaſphemauit unquã, propter malã uerò uitã innumeræ ſunt ubiq; blaſphemiæ. Hoc igitur corrige: alioqui rurſus dicet tibi Græcus, unde diſcã, quòd poſſibilia præceperit deus? Nã ecce, tu quũ ex ipſis progenitoribꝰ Chriſtianus atq; in bona iſta religione enutritus ſis: nihil tamẽ quòd huc pertineat, facis. Quid dices? Omnino reſpondebis, oſtẽdam tibi alios qui faciant, nimirum monachos eremũ incolẽtes. Nõ erubeſces, quòd cũ Chriſtianum te fatearis, ad alios mittas, ut qui quæ Chriſtianorum ſunt, deſignaſſe te demonſtrare nõ ualeas? Ille ſiquidem cõfeſtim dicet: Quam ergo mihi neceſſitatẽ facis eundi ad montes, ſolitudinesq; perſequẽdi? Si enim poſſibile nõ eſt huic incumbere philoſophiæ, eum q in mediis uerſatur urbibus, magna utiq; fuerit cõuerſationis ueſtræ reprehẽſio, ſiquidẽ relictis urbibus ad ſolitudines currendũ ſit. Sed oſtende mihi hominem, qui & uxorẽ habens & pueros ſimul ac domũ philoſophetur: Quid igitur ad iſta dicemus? An non neceſſariꝰ decidemus & cõfundemur? Neque. n. Chriſtus ita præcepit: Sed quomodo? Luceat lux ueſtra, inqt, corã hominibus, non coram montibus, neq; corã ſolitudine, aut receſſibus auiis. Atq; hęc dicẽs, non illis detraho, qui montes occupãt: ſed habitatores urbiũ deploro, eò quòd ex illis uirtutẽ exegerint. Hortor itaq;, ut philoſophiam ex mõtibus in urbes reducamus, ut ciuitates ſint uerè ciuitates. Iſta ſunt q̃ Grę cũ emendare, iſta quæ ab innumeris ſcandalis liberare nos poſſunt. Itaq; ſi uoles & illũ à ſcãdalo liberare, tibiq; innumera nãciſci præmia, tuã ipſius corrige uitam undiq; illam illuſtrem reddens, ut udeãt homines bona opera tua, glorificentq; patrẽ qui in cœlis eſt. Ad hunc quippe modum nos ineffabili illa magnificaq; gloria potiemur, & nunc & ſemper & in infinita ſeculorum ſecula, Amen.

Homilia. xxvij.

I autem qui potens eſt cõfirmare uos ſecundũ enã gelium meũ, & ſecundũ prædicationẽ Ieſu Chriſti, iuxta reuelationem myſterij temporibus æternis taciti, manifeſtati uerò nũc p ſcripturas ꝓphẽticas iuxta præceptũ æterni dei, ad obedientiã fidei in oẽs Gẽtes patefacti, ſoli ſapiẽti deo, per Ieſum Chriſtũ cui gloria in ſecula, Amen. Iſthæc perpetua Pauli cõſuetudo eſt, precatione & glorificatiõe adhortationẽ claudere. Sciebat enim

enim rem hãc nõ leuis eſſe momẽti. Cõſueuerat aũt iſtud ex magno amoris, nimirũ paterno, affectu ſimul ac pietate facere. Ad præceptorẽ quippe, qui & puerorũ & dei ſit amans, pertinet, non tantũ ſermone iſtruere, ſed & precationibꝰ diuinũ auxiliũ inſtructis impetrare, id qđ ſanè & hoc loco facit. Lectionis uerò & ſenſus hæc eſt cõſequẽtia: Ei aũt qui potens eſt confirmare uos, ſit gloria in ſecula, Amen. Rurſus etenim infirmis illis imoratur, ſermonẽq; ad eos dirigit. Cùm. n. increparet, cõi utebatur increpatione. Nunc uerò facta precatione, ſupplicationem pro iſtis ponit. Poſtq̃ aũt dixerat, Qui potens eſt cõfirmare uos, adiecit ẽt iuxta quẽ modũ: Scdm euangelium meũ. Hoc uerò dicens, oſtendit illos nondũ fuiſſe confirmatos. Nã ſteterant quidẽ, uerũ rurſus fluctuabant. Deinde ut fide dignũ faciat ſermonẽ, ſubiungit, & ſcdm prædicationem Ieſu Chriſti: hoc eſt, quã ipſe prædicauit. Si uerò Chriſtus iſta prædicauit, iam nõ noſtra ſunt dogmata: ſed illius leges. Subinde & de illa Chriſti pdicatione philoſophans donum iſtud & magni eſſe beneficij ſimul & magni honoris oſtendit. Et primũ quidẽ ab ipſo prædicante probat, deinde & ab ipſis prædicatis: euangelia ſi quidẽ erant: præterea & ab eo quòd nihil horũ ante nos cognoſcebatur: id qđ ſignificat, cũ dicit: Iuxta reuelationẽ myſterij, quod quidẽ maximè philoſophiæ ſignũ eſt, quòd myſteriorũ participes illos facit. Tẽporibus ęternis taciti, manifeſtati uerò nunc. Olim quidẽ præfinitũ erat, nunc aũt apparuit. Quo apparuit? per ſcripturas propheticas. Rurſus & hic ifirmi timorẽ exoluit. Quid. n. times, inquit? Ne deficias à lege? Atqui hoc ipſum exigit lex, hoc ipſum iã antea prædixit. Si uerò quæſieris, qua rõne nũc tandẽ apparuerit, periculoſam rem facis, myſteria dei curioſè examinans, rationẽq; illorũ exigens. Neq;. n. talia curioſè inquirenda, ſed diligenda ſunt & ample ctenda. Vnde & ad obſtruendã hmõi animi ſniam, ſubinfert: Iuxta præceptũ æterni dei, ad obedientiã fidei. Obedientiam quippe fides exigit, nõ curioſitatem: & quãdo deus præcipit, morẽ oportet gerere, non curioſè inquirere: deinde & aliunde cõfidentio res illos facit, cũ dicit, In oẽs Gentes patefacti. Nõ. n. ſolus, inquit, ita credis, ſed tecũ uniuerſus ẽt orbis: non hominẽ, ſed deũ ipſum adeptus doctorẽ, unde & ſubiungit: Per Ieſum Chriſtũ: Non eſt aũt myſterũ hoc patefactũ ſolũ, ſed & confirmatũ. Vtrũq; uerò ipſius eſt opus. Propterea & ita legendũ eſt: Ei autem qui potẽs eſt confirmare uos p Ieſum Chriſtũ, utrũq; ſiquidẽ illi, quemadmodũ dixi, acceptũ fert. Immo non ſolũ utrunq;, ſed & gloriam illã q̃ patrẽ cõcernit illi adſcribit. Propter qđ & ſubdit: Cui gloria in ſecula, Amen. Glorificat aũt illum ad incõprehenſibilia illa myſteria denuò ſtupefactus. Neq;. n. etiam nunc poſteaquã apparuerunt, cogitationibꝰ illa quiſquam cõprehendere poteſt, ſed oportet ut fide agnoſcantur. Aliter aũt non licet. bene uerò dixit, Soli ſapienti deo. Quando. n. perpenderis, quo Gentes adduxerit, illiſq; qui iam olim rectè uixerũt, commiſcuerit, quo deploratos ſaluauerit, quo tellure indignos ad cœlos euexerit, & eos qui ex præſenti hac uita exciderant in immortalẽ illam & ineffabilem induxerit, & à dęmonibus peſſundatos angelis pares fecerit, paradiſumq; aperuerit, ac uetera mala in uniuerſum ſuſtulerit, idq; breui tpe, uiaq; & facillima & cõpendioſiſsima: hæc, inquam, ſi perpende-

ris, tunc cognoſces illius ſapientiam, quando uideli cet uideris, quod neq; angeli neq; archãgeli uiderũt, id cõfeſtim eos qui ex Gentibus ſunt, p Ieſum Chriſtum edoctos eſſe. Oportebat itaq; illius admirari ſapientiam, ipſumq; glorificare. Tu uerò circa modica uerſatus umbrę adhuc immoraris, id quod non eſt ualde Chriſtũ glorificantis. Qui. n. illi non fidit, neq; fide perſuaſus eſt: factorum illius magnificẽtię teſtimonium nõ prębet. Verũ pro illis gloriam Chriſto refert Paulus, ut & eos ed æmulandũ prouocet: cũ uerò audis dicentem apoſtolũ, Soli ſapienti deo, ne putes ad improbationẽ filij dici. Si. n. omnia iſta, unde ipſius ſapientia demonſtratur, per Chriſtũ facta ſunt, ineq; illo factum eſt illorũ ne unũ quidẽ, facilè liquet, quòd & q̃ ſapientiam ipſam cõcernũt, utrinq; paria ſunt. Quamobrẽ igitur, ſoli, dixit? Ad diſcretionẽ. ſ. uniuerſæ creaturæ. Reddit itaq; glorificationę, rurſus à precatione in adhortationẽ deſinit, uerſoq; ad firmiores ſermone ſubſequẽter dicit. *Debemus autem nos qui potentes ſumus.* Debemus, non donamus. Quid debemus? *infirmitates impotentium portare.* Vides qũo illos encomijs extulerit, non ſolũ quòd potentes, uocauit, ſed & quòd in ſuum ipſius ordinem illos ſecum collocauit? Neq; hoc ſolũ, ſed & utilitatis argumẽto uitataq; omnium inuidia rurſus illos attrahit. Nam tu quidẽ, inquit, potens es, & ſi condeſcenderis, nihil damni feres. Ille uerò extrema periclitatur, niſi portatus fuerit. Et nõ dicit infirmos, ſed infirmitates impotentium, ut ipſorũ miſereantur attrahens & inuitans, quemadmodũ & alibi dicit: Vos qui ſpiritales eſtis, inſtaurate eum qui hmõi eſt. Potens factus es? Repędè deo mercedẽ q talem te fecit. Tum aũt rependes, quando infirmitatem ęgroti correxeris. Eramus enim & nos infirmi, gratia uerò dei potentes facti ſumus. Iſtud aũt non ſolũ hìc oportet facere, ſed & circa eos qui alio infirmitatis genere laborãt: utpote ſi iracũdus quis aut conuiciator fuerit, aut aliud quippiam uitij habuerit, portato: qũo uerò fiet iſtud? Audi ſequentia. Cũ enim dixiſſet, portare debemus, ſubiunxit: *Ac nõ placere nobiſipſis. Vnuſquiſque ueſtrum proximo placeat in bonum, ad ædificationem.* Quod uerò dicit, tale eſt: Potens es? Experimentum potentiæ tuæ ſumat infirmus, ille robur tuũ diſcat. Illi placeas, ſed in bonũ: & neq; ſimpliciter in bonũ, ne dicat perfectus, ecce ad bonũ illum traho, ſed adiicit, ad ædificationẽ. Itaq; ſiue diues fueris ſiue potens, non tibiipſi, ſed pauperi & egeno placeas. Hoc pacto ſiquidem & uera potieris gloria, & multũ feres fructus & emolumenti. Temporalium quippe rerum gloria confeſtim auolat, ſpiritalium uero manet, ſiquidẽ ad ædificationẽ hoc feceris. Propterea ab omnibus iſtud exigit. Nõ enim ille uel ille, ſed unuſquiſq;, inquit, ueſtrum. Deinde quoniam magnũ quid pręceperat, propriamq; demittere perfectionem ad alterius inſtaurandã infirmitatem iuſſerat, Chriſtum rurſus in mediũ adducit, dicens: *Nam & Chriſtus ſibiipſi non placuit.* Qđ quidem & ſemper facit. Nam cum & de eleemoſyna loqueretur, ipſum adducebat dicens: Cognoſcite gratiam domini, quoniam cũ diues eſſet, propter uos pauper factus eſt: & cũ ad dilectionẽ adhortaretur, hinc quoq; adhortabatur dicens. Quemadmodum & Chriſtus dilexit nos. De ferenda ẽt confuſione & periculis conſulens, ad eundem confugit, dicẽs: Qui pro gaudio ſibi propoſito, crucẽ ſuſtinuit,

Hãc eam nidẽ uul gata ædi tio ad ſcnẽ adiecit epiſtolæ.

2.Co.8.b

Ephe.5.c

Heb.12.a

G confusione contẽpta. Ita & hic Christũ quoq; idem fecisse ostẽdit. Prophetãq; q hoc iam olim prædixit, inducit. Vnde & subdit: *Quemadmodum scriptum est,*
Psa.68.b *Opprobria opprobrantiũ tibi ceciderunt super me*. Quid est aũt, nõ placuit sibiipsi? Poterat nulla ferre opprobria, poterat q̃ passus est nõ pati, siquidẽ q̃ sua erant spectare uoluisset. Verũ noluit, sed qd nostrum erat respiciẽs, qd suum neglexit. Et cuius gratia nõ dixit, seipsum euacuauit? Quoniã non solũ ostendere uoluit, quòd homo factus est, sed quòd & cõuicijs impetitus est, & malã à multis adeptus est opinionẽ, ob id quòd infirmus putaretur. Dicebant. n. Si filius dei es, descẽde de cruce: &, Alios saluauit, seipsum sal
Mat.27.c uare nõ potest? Rem ideo cõmemorat talem, q̃ ad
Ibidem. præsentis argumẽti propositũ faceret, multoq; plus ostendit ac probat, q̃ promiserat. Nõ. n. Christũ tan tũmodo opprobrijs adfectũ ostendit, sed & patrẽ: opprobria siquidẽ, inquit, opprobrantiũ tibi incidẽrũt in me. Quod uerò dicit, tale est: Nihil cõtigit noui, nihil peregrini. Qui. n. in ueteri testamẽto studio opprobrandi deo laborarũt, iidẽ & aduersus filium
H insanierũt. Hæc aũt ideo scripta sunt, ne & nos illos hic imitemur. Deinde & ad tẽtationũ tolerantiã munit. *Nam quæcunq; præscripta sunt, ad nostram doctrinã*, inquit, *præscripta sunt, ut per patientiam & cõsolationẽ scripturarum spem habeamus*. Hoc est ne excidamus. Multi siquidem sunt agones à foris & ab intus, ut & corroborati p scripturas & cõsolati tolerantiã ostẽdamus, inq; tolerantia uiuentes, in spe maneamus. Nam uicissim hæ duæ alterã parit altera, tolerantia spem, spes tolerantiã, utraq; uerò ex scripturis nascitur. Deinde rursus ad precationẽ uerso sermone, dicit: *Deus aũt tolerantiæ & consolationis det uobis ut eodẽ alius in alium sitis affectu secundum Christum Iesum*. Nã dilectionis hoc proprium est, ut qd pro se quisq; curat, idẽ faciat & pro altero. Deinde ut ostẽdat quòd nõ simpliciter dilectionẽ quærat, subiungit, secundũ Christũ Iesum: id quod ubiq; facit, eò quòd & alia quędã dilectio est. Et quænã est cõcordiæ huiꝰ utilitas? *Vt unanimiter*, inquit, *uno ore glorificetis deũ & patrem domini nostri Iesu Christi*. Non dicit simpliciter, uno ore, sed & una anima fieri hoc præcipit. Vides
I quõ totum corpus coadunauerit? Quo sermonem rursus in glorificationem cõcluserit? Vnde & potissimũ ad consensum & cõcordiam hortatur & allicit. Deinde rursus hinc eidẽ adhortationi immoratur dicens: *Propterea assumite uos mutuò, quemadmodum et Christus assumpsit uos ad gloriam dei*. Rursus exemplũ è supernis, & lucrũ simul ineffabile. Nã ex hoc potissima gloria deo accedit, quòd in unũ cõplicamur & concludimur. Itaq; siquando tui gratia nonnihil dolens, à fratre dissentis, animo perpendens quòd irã dimittens dominũ tuũ hoc pacto glorificas: etsi nõ propter fratrem, propter hoc tamen ipsum recõcilia
Iqũ.17.b re, immo uerò propter hoc præcipuè. Nam & Christus hoc sursum ac deorsum uersans, & ad patrẽ dis serens dicebat: In hoc cognoscent omnes, quòd tu me miseris, si unum fuerint.

Morale.

Persuadeamur itaq;, coaptemus nos ipsos inuicẽ. Nã hoc loco non iam solos infirmos, sed simul oẽs excitat. Quòd siquis abs te seipsum auellere cupiat, tu uide ne quantũ in te est auellaris ab ipso. Neq; frigidũ istud & imbecilli animi uerbũ proferas, Si me dilexerit, diligã. Si me dexter quoq; nõ dilexerit ocu

K lus, essodiã illum. Satanica sunt ista, publicanorũq; & Græcorũ pusillanimitati cõuenientia. Tu uerò cũ sis ad potiorẽ ciuitatẽ & cõuersationẽ uocatus, inq; ipsum cœlũ inscriptus, maioribus quoq; legib⁹ obnoxius es. Ne dicas itaq; talia, sed siquãdo amare te noluerint, tum maiorẽ ẽt dilectionẽ ostendito, qua tenus ipsum attrahas. Membrũ siquidẽ est. Mẽbrũ uerò si necessitate quapiã à reliquo fuerit corpore abscindendũ, nihil nõ molimur, quò illud uniamus iterũ, ita ut nunq̃ maiorem curã impendamus: ita ti bi quoq; faciendũ. Nã tum demum maior expectãda tibi merces est, quãdo diligere recusantẽ attraxeris. Si. n. eos potissimũ ad prandiũ uocare iubet, qui
Luc.14.d uicem rependere nequeunt, quò aucta nos maneat retributio: multo magis circa dilectionẽ hoc facere oportet. Qui. n. dilectus diligit, mercedẽ tibi eo ipso iam reddidit. Qui uero dilectus non diligit, deũ pro seipso debitorẽ tibi cõstituit. Præterea si te dilexerit, non multa cura opus habebit: si uero nõ dilexerit, tum potissimũ tua cura & adiutorio iuuandus erit. Causam itaq; curæ ac diligẽtiæ, ne causam facias so
L cordiæ ac negligentiæ: neq; dicas, quoniã morbo laborat, ideo ipsum negligã. Morbus siquidem est ista dilectionis frigiditas. Tu uero, qd frigidum est, calefacito. Quid aũt si calefieri nõ sustinet, inquies? Perdura qd tuum est faciens. Quid si eo magis peruertetur? Rursus maiorẽ tibi retributionẽ procurabit.
Ioan.13.d Eoq; te magis imitatorẽ esse Christi declarabis. Si. n. dilectio mutua discipulorũ insigne est (in hoc enim cognoscent oẽs, inquit, q̃d discipuli mei estis, si uos inuicem dilexeritis) perpende quantũ sit, odio prosequentẽ diligere. Nam & dominus tuus osores suos dilexit & prouocauit. Et quãto erant infirmiores, eo maiorem curã impendit clamauitq; dicens:
Mat.9.b Nõ opus habẽt medico qui sani sunt, sed q malẽ habent. Mensa quoq; sua & publicanos & peccatores dignatus est. Et quanta à Iudæis afficiebatur ignominia, tantũ uicissim erga illos & honoris ostendit & curæ. Immo multo plus ẽt, hũc æmulaberis & tu. Neq;. n. modici momẽti uirtutẽ habet hoc factum. Tale siquidem est, ut sine eo martyr ẽt deo placere
1.Co.13.b nequeat, quemadmodũ Paulus dicit. Ne dicas itaq;, quoniã odio habeor, propterea non diligã: pp hoc
M enim ipsum potissimũ diligere debes. Alioqui nõ facilẽ fit ut q diligit, odio habeatur. Nã ẽt si bestia qs
Mat.5.g sit, diligentes tamen diligit: hoc. n. inquit, & Ethnici faciunt & publicani. Si uero diligentes se quisq; diligit, quis nõ eos diliget, qui tametsi odio habeantur, nihilominus diligunt? Hoc itaq; declara, neq; cesses quin perpetuò dicas, quoniã quantũ uis exosus tibi sim, non quiescã tamen, quo minus te diligã. Hoc si feceris, nullã non cõtentionẽ sedabis, nullã non animã emollies. Morbus. n. iste aut ex inflãmatione fit, aut ex frigiditate. Verũ utriq; dilectionis uirtuti suo calore mederi cõsueuit. Non uides turpes illos amatores, alapas, sputa, opprobria, innumeraq; alia incõmoda, q̃ fornicariæ illæ mulieres infligũt, patienter ferre? Quid igitur amorẽ hũc eximet? Illata cõuicia? Nequaquã. Immo magis inde accenditur. Et q̃q̃ ista facientes mulierculæ præterq̃ quòd fornicãtur, obscuro ẽt ac uili genere sint, qui uero talia ab illis patiuntur, illustres sæpenumero progenitores cõnumerare, multamq; maiorũ possent prætendere celebritatẽ: neq; hoc tamẽ illos liberat, aut ab amata cohibet. An non erubescimus quòd tantã erga deum

Ab exemplo turpis amoris.

A dilectionẽ, quantã habet potentiam diabolicus ille ac dæmoniacus amor, ostendere nequimus? Nõ cõsideras quòd aduersus diabolũ maximũ sit hoc munimentum? Non intelligis, quòd malus ille dęmõ insset, quatenus exosum ad se trahat membrũ tuũ circũuenire satagens? Tu uerò neglecto illo transis, pugneq; præmiũ prodis. Nam ueluti præmium in mediũ ponitur frater: quòd si uiceris, coronã adeptus es. Si uerò neglexeris, sine corona discedes. Cessa itaque a satanico illo uerbo: Quoniã si odit me frater meus, ne uisu qdẽ illũ dignabor. Nihil. n. turpius dici poterit, tametsi generosæ mẽtis indiciũ multi hoc esse uelint. Sed nihil illis est ignobilius, nihil stultius, nihil crudelius. Propterea quoq; potissimum lugeo quòd q̃ malitię sunt, uirtutis esse multi putãt, & fratrẽ cõtemnere & despicere splendidũ uidetur & honestũ: quod quidẽ fortissimus est diaboli loqueus, nimirũ quòd & bona opinione malitia circũdatur, unde & difficile adeò uel tollitur uel relingtur. Ego quidem multos audiui hoc ipsum gloriantes, quòd auersos à se non accesserint: atqui dominus tuus in
B eo gloriatur etiam. Quoties illum cõspuerũt hoies? quoties auersati sunt? Ipse uerò nõ quiescit, quin accurrat. Ne dicas igitur, quoniam odiẽtes me nõ possum accedere: sed dic, quoniam auersantes me auersari nequeo. Hoc demum fuerit discipuli Christi uerbũ, quemadmodũ & alterũ diaboli. Hoc illustres fecit & celebres, alterum uerò turpes ac ridiculos. Ad-
Exo.32.b miramur ob id Mosen, quòd cũ diceret illi deus, Di-
Ibidẽ.g mitte me, & ira percitus cõterã & delebo illos, auersari non potuit eos, qui iam toties illum auersati fuerant: sed dixit, Siquidem peccatũ hoc illis dimittis, dimitte, sin minus, me quoq; cum illis dele. Erat. n. & amicus & imitator dei. Ne gloriemur itaque in eo quod magis occultare oportebat. Neq; dicamus q̃ forẽsium sunt & dissolutorũ hominũ, nimirum: Innumeros auersari scio, sed etiam si alius quispiã hoc dixerit, irrideamus illũ potius, atq; os illius obstruamus, gloriãtis illic, unde magis cõfundi oportebat. Quid quæso dicis? Auersaris hominem fidelẽ, quẽ Christus, cũ infidelis adhuc esset, non est auersatus? Quid dico, non est auersatus? Ita quippe illum adhuc inimicũ ac turpẽ dilexit, ut mortuus ẽt pro illo
C sit. Deinde ipse quidẽ illũ adeò fortiter, ac talem dilexit: tu uerò formosum iam & admiratione dignũ, membrumq; Christi, immo dominicũ corpus factũ, dic quæso contemnis atq; auersaris? Nõ obseruas quid dicas? Nõ sentis quid temerè audeas? Caput habet ipsum Christũ, & mẽsam, & uestimẽtum, & uitã, & lumẽ & spõsum. Nã oĩa illi Christus est, & audes dicere, auersor illũ? Et nõ solũ illũ, sed & cum illo inumeros alios? Cõpesce ac cohibe insaniã istã: agnosce fratrem: disce uerba ista stultitiæ esse atque insaniæ, dic cõtraria. Etiam si me millies fueris auersatus, non tamen deficiam. Atq; hoc pacto, & fratrem lucraberis, & ad gloriam dei coges, bonaq; futura adipiscẽris gratia & benignitate, &c.

Homilia. xxviij.

Ico autẽ Christũ Iesum ministrum circũcisionis
d *fuisse pro ueritate dei, ad confirmandas promissiones patrũ*. Rursus de Christi pro nobis cura & solicitudine disserit eidẽ adhuc capiti inhęrẽs, ac ostẽdẽs, quãta pro nobis fecerit, & quo sibiipsi nõ placuerit. Adhæc simul & illud probat, quòd Gẽtes uidelicet maiorũ ac plurimũ debitores deo sint'

Si maiorũ debitores sunt, tenẽtur utiq; patiẽter fer- D
re eos qui ex Iudęis infirmi sunt. Nam posteaq̃ illos uehemẽter reprehẽderat, ne isti sibi ex eo plus ęquo placerent, rursus eorũ contrahit arrogantiã. Iudæis quidẽ bona illa ex promissione patribus facta, data esse ostendit. Gentibus uerò ex sola misericordia & benignitate. Vnde & dicit: Gẽtes uerò pro misericor *Hic infrà.d*
dia glorificẽt deũ. Vt autẽ clarius fiat quod dicit, audi ipsa denuò uerba, ut discas quid sit Christũ proueritate dei ministrum circũcisionis fuisse, in hoc, ut cõfirmentur promissiones patrũ. Quid igitur est qd dicit? Abrahæ facta erat promissio, ita sonans: Tibi *Gene.12.*
dabo terram & semini tuo, & in semine tuo benedi *b*
cẽtur omnes Gentes. Verũ post istam promissionẽ supplicio facti erant obnoxii, quotquot etãt de semine Abrahæ. Lex. n. quam trãsgressi fuerãt, iram illis operata erat, promissionemq; illa patrũ cõsequenter priuauerat. Aduenięs uerò filius apud patrem egit, ut promissiones illæ reuera pręstarentur, & in effectum abirẽt. Omni siquidẽ lege adimpleta, simulq; cũ lege & circumcisione, deinde & p crucẽ, maledictione quæ legis trãsgressionẽ cõcernebat, sublata, E
promissionẽ hãc intercidere nõ est passus. Cũ itaq; Christũ ministrũ circũcisionis fuisse scribit, hoc dicit, nimirũ quod aduenerit, quòd totã legẽ adimpleuerit, quòd circũcisus semenq; Abrahę factus, & maledictionẽ soluerit, & iram dei sedauerit, aptosq; deinceps eos qui futuri erant, ad suscipiẽdam promissionem fecerit, semel ab eo, quòd deũ offenderãt, absolutos. Itaq; ne ob legis obseruantiã reprehẽ si Iudæi dicant: Et qũo Christus circumcisus est, totamq; legẽ custodiuit? in cõtrariũ istud inuertit. Nõ enim legem inquit, ideo seruauit Christus, ut maneret, sed ut illam solueret, teq; ab imminente maledictione liberaret, & ab omni in uniuersum illius dominio. Quoniã enim tu legem transgressus es, ideo illam ipse adimpleuit: nõ ut tu illã adimpleas, sed ut promissiones patribus factas tibi cõfirmaret, quas lex intercidere fecerat, ostendens te deũ offendisse, atq; ideo hęreditate quoq; indignũ esse. Itaq; & tu mediãte gratia saluatus es. Reiectus enim eras. Noli itaq; dissidere, aut intempestiuẽ legi adhęrendo cõtẽdere, quando illa te ex promissione ista reiecisset, nisi tãta pro te passus esset Christus. passus est autẽ F
ista, nõ ideo quòd salute dignus esses, sed ut deus uerax esset. Deinde ne ex isto q̃ ex Gentibus est, occasionẽ inflãdi sumat, dicit: *Gentes uerò super misericordia glorificẽt deũ*. Quod aũt dicit, tale est: Iudęi quidẽ licẽt indigni essent, promissionẽ tamen habebãt. Tu uerò neq; hanc habebas, sed ex sola diuina benignitate saluatus es. Tametsi, quod potissimũ est, nihil illis amplius ex promissione accessisset, nisi Christus aduenisset. Verũtamẽ ut illos in unũ cõmisceat, prohibeatq; ne aduersus infirmiores à fortioribus insurgatur, mentionem facit promissionũ. De istis uerò dicit, quòd sola misericordia saluati sint. Vnde & ęquũ erat, ut potissimũ deũ glorificarẽt. Gloria uerò dei est, quãdo coadunamur, quãdo unimur, quãdo unanimiter illũ laudam⁹, quãdo infirmũ portamus, quando abruptũ etiam membrũ non contẽnimus. Deinde & testimonia inducit, quibus probet, quòd *Psa.17.d*
illis qui ex Gentibus sunt, credẽtes ex Iudæis coaptari oporteat, sic dicens: *Sicut scriptum est. Propterea con* *&.2.*
fitebor tibi in Gentibus domine, & nomini tuo psallã. &, *Reg.22.d*
Gaudete Gẽtes cũ populo eius. &, Laudate dominũ omnes *Psa.116.a*

Gentes, & collaudate ipsum omnes populi. &, Erit radix Esai.11.c
Iesse, & qui exurget imperare Gentibus, in eo Gētes sperabunt. Hęc autē oīa ideo adduxit, ut ostēdat, quòd uniri utrosq; populos oportuerit, simulq; deū glorificare: iterim & eū q ex Iudęis erat, cōtrahēs, ne aduersum istum erigeretur, uidēs ab omnibus prophetis uocari Gentes: & eū qui ex Gentibus erat ad modestiā reuocans, dum ostēdit illū maiori gratiæ obnoxiū esse. Deinde sermonē rursus precatione concludit, dicens: *Deus uerò spei impleat uos omni gaudio in credēdo, in hoc, ut exuberetis in spe, per potētiam spiritus sancti.* Hoc est, ut liberemini ab illa mœstitia quā erga uos inuicē habetis, ut nō deiiciamini aliquando, uincaminiue ab istis tētationib⁹. Istud aūt erit, quādo in spe exuberabitis, id quod bonorū oīum causa est. Erit autē hoc ex spiritu sancto. uerū non simpliciter ex spiritu sancto, sed si q̄ nostra quoq; sunt, simul attulerimus. Propterea dicit, in credendo. Ita siquidē gaudio poteritis adimpleri, si crediderit is, si sperauerit is. Verū nō dicit, si crediderit is, sed, si exuberaueritis in spe, ut non solū cōsolationē malorum reperiatis, sed & gaudium habeatis propter fidei ac spei exuberantiam, atque ita & spiritum sanctum attrahetis, sicq; illo præsente oīa bona conseruabitis. Quemadmodū enim uitā uestram esca cōtinet, atq; istā uita uicissim dispēsat: ita si bona opera habuerimus, spiritū sanctum habebimus: & si spiritū sanctū habuerimus, bona etiā opera habebimus. Quemadmodū & è cōtrario, si opera non habuerimns, spiritus sanctus auolabit: si uerò à spiritu sancto uacui fuerimus, ēt circa opera claudicabimus. Abeūte siquidē illo, accedit spiritus immūdus, id qd in Saule liquet. Quid. n. qd non æquè nos agitat & suffocat quēadmodū illū? Verū alio modo nos strāgulat, nimirū malis actibus. Cithara itaque Dauidica nobis opus fuerit, ut, aīæ oppressæ diuina canamus carmina, & ea quæ Dauidicæ sunt citharæ, & quæ ex bonis sunt operibus. Nā si alterum horū solùm fecerimus, Dauidicamq; cantionē audientes, psallenti malis operibus repugnauerimus, quemadmodū & ipse Saul tū faciebat: & ad iudiciū nobis seruiet hoc pharmacū, & immanior erit nostra insania. Nam anteq̄ carmina illa audiamus, timet quidem malus ille dæmon, ne quādo postquā audiuerimus, uitam nostrā rectè instituamus: quando uerò audita sacra cātione eosdem nos manere uidet, qui fueramus antea, etiā isto protinus timore exuitur. Morale.

Suspicor legi debere εἰ ἓλπίσητε *id est, si sperauerit is.*

Psallamus itaq; operū cantionē, ut peccatum dęmone peius eiiciamus. Dæmon siquidē nō omnino spoliat regno cœlorum: sed subinde fit, ut & prosit modesto ac uigilāti. Peccatū uerò omnino excludit. Voluntarius quippe dęmon est peccatū, spōtaneaq; insania. Atq; ideo neq; misericordiā, neq; ueniā meretur. Incantemus igitur animæ peccatis obsessę, & ex alijs scripturis, & ex beato Dauid. Psallat aūt os, & imbuatur animus. Non est autem uel hoc ipsum modici momēti. Nā si linguā psallere docuerimus psallente illa pudefiet anima, cōtraria ab eo qd psallitur uolens. Non autem hoc solū bonum ex eo capiemus, sed & multa sciemus quę ad nos pertinent. Nā & de futuris differēt tibi Dauidica carmina, & de uisibilib⁹, & de inuisibili creatione, ac de ipso cœlo. Vis discere nū in hac statione cœlū sit māsurū, aut Psal.101. aliquādo immutād ū? Apertè tibi respondebit, ac dicet: Quoniā cœli sicut uestimentū inueterascent, & uelut amictū inuolues eos, & mutabūtur. Et de figura formaq; cœli si uelis audire, audies oīa: Qui extēdit cœlū, inquit, sicut pellem. Et si de superioribus ac superficie illius amplius quid cognoscere uolueris. dicet tibi rursus: Qui tegit aquis superiora eius⁹. Et neq; hìc cōsistit, sed & de latitudine atq; altitudine illius disserit, ostēdēs utrobiq; eādē & ęquā esse mēsurā. Quantū distat ortus, inquit, ab occidente, tātū elongauit à nobis iniquitates nostras, scdm altitudinē cœli à terra corroborauit misericordiā suā dominus erga timētes se. Quòd si telluris quoq; fundamenta scrutari uoluerit is, neq; ista celabuntur, sed audies prohetā psallentē, ac dicentem: Quoniā super maria fundauit eā. Et si de terræ motib⁹ discere cupiueris, unde causentur, ab omni te dubio liberabit, sic dicēs: Qui respicit ad terram, & facit eā treme re. Quòd si noctis usum quęsieris, & hūc cognosces ab illo edoctus, quòd i illa pertrāseāt omnes bestiæ syluę. Et mōtes quā sint utiles respōdet: Mōtes excelsiceruis. Et ad quid petrę? Petra, inquit, refugiū Chęrogryllijs & Erinaciis. Quo usu sunt infrugiferę arbores? Illuc struthia pullos suos collocant. Quo pertinent in solitudinibus fontes? Hic habitant bestiæ agri (extinguūtq; onagri sitim suā. Ad quid uinum?) Nō solū ut bibas, quoniāquidē ad hoc sufficerat aq̄ natura, sed ut & delecteris. Vinū enim, inquit, lætificat cor hominis. Istud edoctus cognosces ēt quousque uino debeas uti. Vnde pascuntur uolucres & agrestes feræ. Audi qd dicat omnia, inqt, ad te suspiciunt expectātes, ut des illis escā suo cuiq; tpe. Si dixeris: Ad qd sunt iumēta? Respōdebit tibi, quòd & ista propter te sint: Qui producit, iquit, fœnū, iumētis, & herbā uirentem seruituti hominum. Quæ tibi necessitas Lunæ? Audi ipsum dicentem: Lunam fecit propter tempora. Et quòd oīa fecerit, siue uisibilia, siue inuisibilia: & hoc clarè docuit, dicēs: ipse dixit & facta sunt, ipse mādauit & creata sunt. Quòd mors etiam aliquando soluenda sit, etiā hoc docet, dicēs: Deus redimet animā meā de manu inferi, quando suscēperit me. Vnde nobis corpus est factū? Et hoc dicit: Recordatus est qdē, quoniā puluis sum⁹. Quò rursus abit? Reuertetur in puluerē suū. Ad quid hęc omnia? Propter te: Gloria enim & honore coronasti eum, & constituisti eū super opera manuū tuarum. Habemúsne cōmune aliquid cū angelis homines? Et hoc dicit, ita canēs: Minuisti eum modicum quid ab angelis. De dilectione dei? Quemadmodū misereturinquit, filiorū pater, ita misertus est dominus timentium se. De iis quæ nos post ista excipiēt, deq; trāquilla illa sorte? Cōuertere, inquit, anima mea, in requiē tuā. Quam ob rem adeò magnū est cœlum? Hoc quoq; dicet: Quoniā cœli enarrant gloriā dei: Ad qd facta est nox ac dies? Nō ut ista luceat solū, & illa refocillet, sed ut & nos imbuāt. Nō enim sunt loquelæ neq; sermones, quorum nō audiātur uoces illorū. Quomodo tellurē circūdat mare? Abyssus uelut uestimētū, amictus eius est. Ita siquidē Hebrai cū habet. Ex iis aūt q̄ dicta sunt capto principio, alia simul oīa cognoscetis, de Christo, de resurrectiōe, de futura uita, de requie, de supplicio, deq; illis q̄ ad mores attinent, quæcūq; pertinēt ad dogmata, deq; innumeris alijs bonis, qb⁹ plenus est scripturę liber, inuenietis. Quòd si in tētationes incideris, plurimū hinc cōsolatiōis accipies. Si i peccata, inumera pharmaca hinc inuenies: si occurrerit paupertas, si tribulatio

A latio, multos hìc uidebis portus. Iustus si fueris, multam securitatē isthinc capies: si peccator, multā consolationem. Si. n. cū iustus sis, mala nihilominus pas
Psa.43.d sus fueris, audies prophetā dicentē: Quoniam pp te mortificamur tota die, æstimati sumus uelut oues
Ibidem.c occisionis. Hæc oīa uenerūt super nos, & tamen tui nō sumus obliti. Et si rectè facta animū tibi erigere tentauerint, audies canentē: Ne intres in iudiciū cū seruo tuo, quoniā nō iustificabitur in cōspectu tuo omnis uiuens, & cōfestim humiliaberis. Si peccator
Ibi.94.b existens de teipso desperaueris, audies cōtinuò psallentē: Hodie si uocē eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, & recreaberis subito. Quòd si capite
Ibid.32.b hìc: Quoniā nō saluatur rex pp multā potentiā, nec gigas i multitudine roboris sui: atq; ita modestē poteris agere. Diues si fueris ac celebris, audies rursus
Ibi.48.b psallentē: Væ cōfidentibus in potētia sua, & in mul-
Ibi.102.c titudine diuitiarū suarū gloriantibus. &, Quoniā homo sicut fœnū dies eius, & nō descendet simul post ipsum gloria eius, nihilq; magnificacies omniū eorū
B quæ sunt super terram. Quando. n. quod oibus est splendidius, nimirū gloria & potentatus, adeò uilescit: qd in omni terra relinquetur dignū, cuius habē
Ibi.41.b da sit ratio? Sed in mœrore es? Audi quid dicat: Vt quid tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in deū, quoniā cōfitebor illi. Vides quosdam
Ibid.36.a præter dignitatē celebres haberi? Dic: Noli æmulari in malignātibus, quoniā sicut fœnū uelociter exarescent, & sicut olera uirentia cito decident. Vides &
Ibid.31.c iustos, & peccatores supplicijs adfici? Audi quòd nō eadem sit utrobiq; causa. Multa siquidē, inquit, sunt peccatoris flagella: De iustis uerò non dicit, flagella:
Ibid.33.d sed, Multę sunt, inquit, tribulationes iustorum, & ex oibus eripiet illos dominus. Et rursus: Mors peccatorū mala. &, Pretiosa i cōspectu domini mors sanctorū eius. Ista cōtinuò dicito, hinc erudire. Vnumquodq; n. iustorū uerborum imensum habet cogitationū pelagus. Nos. n. simpliciter illa, percurrimus. Si uerò q̄ dicta sunt diligenter perscrutari uolueritis, multas uidebitis diuitias. Verū interea & ex dictis iminentes passiones supprimi poterunt. Quando. n.
C neq; inuidere permittunt, neq; dolere, aut mœrere intēpestiuè, neq; diuitias reputare, neque tribulationē, neq; paupertatē, neq; ipsam ēt uitā alicuius facere, oibus te passionibus liberant. Pro his aūt gratias agamus deo, thesaurūq; hunc ita usurpemus, ut per patiētiā & cōsolationē scripturarū, spem habeam⁹, futurisq; bonis perfruamur: q̄ nos oēs adipisci cōtingat, gratia & benignitate domini nostri Iesu Xpi &c.

ἄλλους *i. alios nō* ἀλλὰ λους. *uos inuicē. uti & in Paulo legit Erasmus, etiā si* ἄλλη λους *magis probet.* *Sup.11.b* *Ibidem.c* *Ibid.12.d* *Sup.14.b* *Sup.1.a*

Homilia. XXIX.

P Er*suasum enim & ipse ego de uobis habeo fratres mei, quòd & ipsi pleni estis bonitate, impleti omni scientia, potentes ēt ad admonēdum uos inuicem.* Dixerat: Quoniā quandiu sum Gētiū Apostolus, ministeriū meū glorificabo. Dixerat: Nequo pacto fiat, ut neq; tibi parcat. Dixerat: Ne sitis prudētes apud uosmetipsos. Et rursus: Tu uero quid iudicas fratrē tuū? Et quis es, q seruū alienū iudicas? Et reliqua his multò plura. Quoniā igitur sermonem multis locis asperiorē fecerat, rursus deinceps mitigatur, nō aliter finiens q̄ quēadmodū inceperat. Exorsus quippe dixit: Gratias ago deo meo pro omnib⁹ ob id quòd fides uestra annūciatur in uniuerso mūdo. Hìc uero dicit: Quoniā pleni estis bonitate, potētes ad admonendū uos inuicē. Quod quidē priore illo plus ēt est. Et non dicit, audiui, sed persuasus sum, & nō opus habeo, ut istud ab alio discā, sed ip
ἀλλους. *alios.* se ego, hoc est, qui uos ita increpo, qui accusō. Et quod pleni estis bonitate. Hoc ad eam Parenæsim, quam paulo antè fecerat, respicit. q. d. Quòd admonui, ut infirmos suscipiatis, ut dimittatis, opusq; dei nō dissoluatis: nō ideo feci, quòd crudeles uos & fratrū osores putem. Noui siquidē, quòd pleni estis bonitate. Videtur aūt mihi hoc loco uniuersalē ita uocare uirtutē. Et nō dicit, habetis, sed pleni estis bonitate: & qd sequitur, eādē auxesim habet, impleti oī
ἄλλους sciētia. Quid. n. si benigni quidē fuissent, quo pacto uero benignitate sit utendū, ignorassent? Propterea adiecit, impleti omni scientia, potentes ad admonēdum uos inuicē. Non solū ad discendū, sed & ad docendum. *Audacius uerò scripsi uobis ex parte.* Vide humilē animum Pauli, uide sapientiam, qūo & profundā fecerit incisionē, p ea q̄ iam antea dixit, & postq̄ quæ uoluit correxit, multo rursus utatur remedio. Ad remittendū quippe contentionē illorū, unū hoc sufficit, ēt præter illa quę dicta sunt, quòd audacius E
scripsisse se fatetur. Hoc & ad Hebræos scribit dicēs: *Heb.6.b*
Persuasi sumus aūt meliora de uobis dilecti, salutiq; propiora, tametsi ad eū modum loquamur. Et ad *1.Co.11.a*
Corinthios iterū eodem modo scribit: Laudo uos, inquit, quòd in oībus mei memores estis, & traditiones ita seruatis, quemadmodū uobis illas tradidi. Galatis uero scribens dicit: Confido de uobis, *Gala.5.b*
quòd nihil aliud sensuri sitis. Vbiq; uero in illius epistolis considerationē istā copiosē licet inuenire, hìc aūt plus ēt q̄ alibi. Erant siquidē Romani maiore dignitate prædīti, unde oportebat tumidā illorū mentem sedare, non solū stringendo, sed & remittendo. Nā diuersimodè hoc facit. Vnde & hìc dicit: Audacius scripsi uobis. Et neq; hoc contentus, adiecit, ex
ὑπόμνησις, *commonefaciens.* parte: hoc est, paulatim. Nec hìc cōsistit, sed quid dicit? *Veluti submonefaciens uos.* Nō dicit, ueluti docens uos, neq; ueluti admonēs uos: sed, ueluti submonefaciens uos, hoc est, modicū quid admonēs. Vides quō finis epistolæ proœmio cōueniat? Quēadmodum. n. dixerat: Quoniā fides uestra annunciatur in *Sup.1.a*
F
uniuerso mundo, ita & in fine epistolæ. Nā fides, in- *Ibidem.b*
quit, uestra, ad oēs peruenit. Et quēadmodū exorsus scripserat, Desidero. n. uidere uos, ut aliquam uobis spiritalē gratiam impertiar, ad cōfirmādos uos, hoc est, ut cōem capiam consolationē: ita & hìc ueluti submonefaciens uos, inquit. De throno quippe præceptorio & hìc & illic descendēs, tanq̄ fratribus, amicis, & æqualibus differit, id quod utiq; potissimū doctoris est nimirū, sermonem iuxta auditorū captum & commodum uariè subinde tractare. Vide itaq; quō cum dixisset, audacius uero scripsi uobis, & ex parte, & ueluti submonefaciēs uos: neq; istis cōtētus sit, sed ut humiliorē adhuc faciat sermonē, sub iunxit: *Propter gratiam quæ data est mihi à deo.* Qd & *Ibidem.*
in principio dixit: Debitor sum. Quasi dicat: Hono- ξενιτεῶ. *id est mihi ipsi. cod. emē.*
rem hunc ab illo nō rapui, neq; prior in illā prorupi, sed deus hoc ita mandauit, idq; iuxta gratiā, non tanq̄ dignū ad hoc decernēs. Nolite igitur exasperari. Non. n. ego in uos exurgo. Deus est, qui hoc præcepit. Et quemadmodum illic, Cui seruio, inquit, in *Sup.1.b*
euāgelio filij ipsius: ita & hìc cū dixisset: Propter gra- λειτουργοῦντα.
tiam q̄ data est mihi à deo, subiūgit: *In hoc ut sim minister Iesu Christi in Gentes sanctè administrans euange*

lium dei. Post multã.n.dictorum probationẽ, ad id quod grauius est, sermonẽ ducit: non simpliciter latriam.i.seruitutẽ pones, quemadmodũ initio fecit. Sed liturgian & hierurgian, hoc est, sacrorũ administrationẽ. Ipsum.n.mihi sacerdotiũ est, prędicare, & euangelizare. Hanc offero hostiã, sacerdoti uero nemo uitio uertit, quòd immaculatã hostiam ꝙofferre satagit. Hæc aũt dicens, & simul illorũ mentes erigit, quòd hostia sint ostendens, & q̃ ad se pertinẽt defendit, eò quòd ista in mãdatis diuinitus habeat. Machæra siquidẽ mea, inquit, euangeliũ est, prædicationis uidelicet sermo. Causa uero nõ est, ut ego glorificer, ut ego illustris apparear, sed: *Vt fiat oblatio Gentium acceptabilis sanctificata per spiritũ sanctũ.* Hoc est, ut animæ illorũ quos instruo, acceptentur. Non.n.huc me deus adduxit, tam honoris mei q̃ salutis uestræ gratia. Et qũo fit acceptabilis Gentium hostia? Per spiritũ sanctum. Non sola siquidem fide opus est, sed & cõuersatione spirituali, ut semel datũ spiritũ cõtineamus. Neq; n.lignis, neq; igne, neq; altari, neq; gladio opus est, sed spiritalia sunt apud nos omnia. Propterea oía facio, ne ignis iste extinguatur. Hoc etenim & in mandatis habeo. Quid igitur illis loqueris, quibꝰ nõ est opus? Propter hoc ipsum, inquit, non doceo, sed submonefacio. Quemadmodum sacerdos, ut ignẽ accendat, instat: ita & ego, uestram oblationẽ excitans. Et uide, ne non dicit, ut fiat uestra oblatio: sed, ut fiat oblatio Gentiũ acceptabilis. Cum aũt Gentiũ dicit, ipsum orbem, terram, & mare, in uniuersum intelligit, cõtrahens illorũ aios, ne uidelicet dedignẽtur eum habere doctorẽ, cuius doctrina ad fines usq; totius orbis extenditur, id qd & principio dixit, Quemadmodũ & in reliquis Gentibus, Græcis, & Barbaris, sapientibus, & insipientibus debitor sum. *Habeo igitur quod glorier per Christum Iesum in his quæ ad deũ pertinent.* Quoniam quidem seipsum uehementer deiecerat, rursus sermonẽ erigit, atq; id illorũ gratia faciens, nec contẽptibilis uideatur esse deus. Erigẽdo uerò sermonẽ, moris sui nõ obliuiscitur, cũ dicit: Habeo igitur quod glorier. Glorior, inquit, non in me ipso, neq; in nostra diligẽtia, sed in gratia dei. *Non enim ausim quicquã loqui eorum, quæ Christus per me in obedientiam Gentium, non effecit, uerbo & facto, per potentiam signorum ac prodigiorum, per potentiam spiritus dei.* Neq;.n.poterit quisq̃ dicere quòd fastus meus sint ista uerba. Nam sacerdotij mei symbola, electionisq; multa possum ostẽdere signa, nõ tunicas talares, & tintinnabula, quẽadmodũ habebant ueteres: neq; mitiã, & cidarim, sed illis multo horribiliora, signa & miracula. Neq; enim dici potest, quòd ordinatus quidẽ sim, mãdatum uerò munus non præstiterim: immo neq; ego feci, sed Christus, unde & in ipso glorior, nõ pro rebus fortuitis, sed pro spiritalibus. Hoc.n.est, qd dixit, in his q̃ ad deũ pertinent. Quòd.n.ea quorũ gratia missus sum perfecerim, uerbaq; mea non sint fastus, declarant miracula & Gentiũ obedientia. Non enim ausim quicquã loqui eorũ quæ Christus per me, in obedientiam Gentiũ, nõ effecit, uerbo & facto per potentiã signorum, ac prodigiorũ, per potẽtiam spiritus dei. Vide qũo instet: ut omnia dei esse ostendat, nihil sui ipsius: Siue.n.locutus quid fuero, inquit, siue fecero, siue miraculũ perpetrauero: omnia ipse, omnia spiritus sanctus. Hæc uerò dicens, authoritatem ostendit spiritus sancti. Vides qũo uetesupr.1.a

Cod. emẽdatus habet πεπληρωκὼς. simul et illorũ animos contrahit, et quòd hostia sint ostendit.

φρικωδέστερα

rum ista sint insignijs mirabiliora, & horribiliora, siue hostiam, siue oblationẽ, siue symbola inspicias? Cùm.n.dicit, in sermone & facto, per potentiam signorum & prodigiorũ.h.d.doctrinã scilicet, regni dei philosophiã, operũ ac ipsius cõuersationis ostensionem, excitatos mortuos, dæmonas expulsos, curatos cæcos, salientes claudos, aliaq; id genus prodigia: q̃ quidem omnia in nobis spiritus sanctus effecit. Deinde istorũ probationẽ, quoniã hæc nudã quandam habebãt interea sniam, adiungit, nimirũ discipulorum multitudinẽ. Propterea subdit: *Vt ab Hierusalem, & in circũiacentibus regionibus ad Illyricũ usq; impleuerim euangelium Christi.* Numera itaque & urbes, & regiones, & gentes, & populos, & nõ solũ qui sub Romanis, sed & qui sub Barbaris sunt. Non enim mihi per solã Phœniciã, & Syriam, & Ciliciã, & Cappadociam ibis: sed & q̃ retro illas sunt colligeoía, & Sarracenos, & Persas, & Armenios, reliquosq; Barbaros. Propter hoc enim dixit, & in circuniacentibus regionibus, ne rectã uiã solũ publicam, sed & oẽm etiam Austrãlem Asiam mente percurras. Et quemadmodũ aceruos miraculorũ uno sermone percurrens dixit, per potẽtiã signorum & prodigiorum, ita & infinitas urbes, & gẽtes, & populos, & regiones uno rursus cõplectitur uerbo, cũ dicit, to cyclo, id est, per circuitũ, siue in circũiacentibus regionibus. Procul.n.erat ab omni fastu, atq; ista pp ipsos loquitur, ne magna uidelicet de seipsis sentiant. Et exorsus quidẽ dixit: Vt aliquẽ fructum & in uobis habeam, quemadmodũ & in reliquis Gẽtibus: hic uerò sacerdotij administrandi necessitatẽ ponit. Nam quoniã asperius aliquantò locutus erat, potestatem quoq; suã eò clarius ostendit. Propterea illic quidem simpliciter quemadmodũ & in reliquis Gẽtibus inquit, hic uerò oẽm quoq; laborem suũ adducit, ut illorũ undiq; fastum succidat: Et nõ simpliciter dicit, prædicauerim euangeliũ, sed impleuerim euangelium Christi. *Ita uerò certans euangelizare, ubi non est nominatus Christus.* Vide rursus aliã hyperbolen, quòd nõ solũ tot populis euangeliũ prædicauit ac persuasit: sed quòd neq; ad eos abijt, q̃ prius fuerant edocti, usqueadeo.s.abstinuit, quo minus alienis se discipulis ingereret, gloriæq; gratia quod faciebat faceret, ut & studio uoluerit eos maximè docere, qui nondum audierant de Christo. Non.n. dicit, ubi nondũ crediderant: sed, ubi nondũ nominatus est Christus, id quod plus est. Et quã ob rem hoc ita certauit? *Ne super alienum fundamẽtum ædificarem,* inquit. Hæc uerò dicens, ostendit se q̃ alienissimum esse ab inanis gloriæ studio, illosq; instruit, quòd nõ gloriæ desiderio, aut honoris ab ipsis acquirẽdi studio, scribere ad eos proposuerit: sed ut ministerium suum impleat, sacerdotiumq; suũ perficiat, tanquã qui salutem illorũ amet. Alienum aũt apostolorum fundamentũ dicit, non iuxta personæ qualitatẽ, neque iuxta prædicationis naturã, sed scdm mercedis rationem. Alioqui prædicationes ipsæ alienæ non erant, nisi quantũ ad mercedem pertinebat. Merces enim laborũ qui ab alijs desudati sunt, aliena erat Paulo. Deinde ostendit & prophetiam hoc pacto adimpleri, cũ dicit: *Quemadmodum scriptum est, Quibus non est annunciatum de eo, uidebunt, & qui non audierant, intelliget.* Vides illuc adcurrẽtẽ ubi plus erat laboris, ubi plus sudoris? *Quapropter & præpeditus fum sæpe, quò minus uenirem ad uos.* Vide rursus quo-

Esa.52.d

modo finem procœmio cõformẽ texat. Nã & principio epistolæ dixit: Quoniã sępenumero propositã uenire ad uos, uerũ prohibitus sum ad hunc usq; diem. Hic uerò & causam ponit pp quam sit prohibitus: idq; nõ semel, sed & secũdò, & sæpenumero. Quemadmodũ illic dicit, Sæpenumero propositã uenire ad uos: ita & hic, Præpeditus sum sæpe, quò minus uenirem ad uos. Quod quidem & desideriũ illius potissimũ exprimit, quòd uidelicet sæpenumero tentauerit. *Nunc uerò cum non habeam amplius locũ in his regionibus.* Vide ostẽdit, qp non gloriæ, quã ex ipsis haberet, desiderio ad eos & scribebat & accedebat. *Desiderium autẽ habeam ueniẽdi ad uos, multis iã annis, quãcunq; in Hispaniam perrexero, spero fore, ut in itinere uideam uos, & à uobis producar illuc, si uestra cõsuetudine prius satiatus ex parte fuero.* Ne siquidẽ nõ multi illos facere uideatur, quasi dicat: Quoniã nihil habeo quod agam, propterea uenio ad uos, rursus dilectionis rationẽ mouet, dicẽs: Desideriũ ueniẽ di ad uos multis iam annis habeo. Nõ ideo uenire cupiui, quòd otium agã, sed ut desideriũ quod iam olim parturio, tandem pariã: deinde ne & istud eos rursus inflaret, obserua qũo illos obstringat, dicens: quandocunq; in Hispaniam perrexero, spero fore, ut in itinere uideam uos. Propterea siquidem istud posuit, ne sibi nimium placeant. Simul enim & dilectionem suam ostẽdere uult, & prohibere ne nimiũ glorientur. Propter quod & continuò idem ponit, & subinde ea quibus utraq; cõfirmantur & probantur conciliat. Vnde & rursus, ne dicãt, ergo itineris sui parergon nos facit, subiungit, ut à uobis producar illuc: hoc est, ut uos ipsi mihi testes sitis, quòd nõ propter uestri cõtemptum, sed ipsa necessitate tractus, trãscurrã. Quoniã uerò ẽt hoc nõnihil adhuc ui debatur illos contristare, plenius medetur dicens: *Si uestra consuetudine primũ satiatus ex parte fuero.* Eo enim quod dicit, ut in itinere uos uideam ostendit quã gloriã ab illis nullam quærat. Quòd uerò dicit, si prius uestra consuetudine satiatus fuero: ostendit quã amet illorũ dilectionẽ, & non simpliciter amet, sed uehementer: unde non simpliciter dicit, satiatus fuero, sed ex parte. Nullo quippe tẽpore impleri potero, aut conuictus uestri satietate adfici. Vides qũo dilectionem ostendat, quando ab illis ad perficiendum iter suum, licẽt plurimũ festinet, nõ tamẽ exurrecturum se scribit, donec, fuerit expletus? Est autẽ hoc magni amoris paterniq; affectus signum, quòd uerbis adeò feruentibus utitur. Neque enim solùm dicit, donec uos uidero, sed & donec expletus uestra cõsuetudine fuero, parentũ uerba imitãs, & initio quidẽ dicebat: ut fructum aliquẽ habeã, hic aũt, ut explear, quæ quidẽ utraq; attrahentis sunt. Maximum enim erat illorũ encomiũ, siquidem fructum illi ex obedientia daturi erant. Istud autem genuinũ erat amicitiæ illius indicium. Et Corinthiis scribens, ita dixit, Vt uos me deducatis, quocũq; proficiscar, ubiq; dilectionẽ ostẽdens quã erga discipulos habebat, cui nihil adæquari poterit. Proprerea & epistolas exordiens, perpetuò illinc procœmia ducit: & finiẽs, i hoc ipsum desinit. Quemadmodũ.n.liberorũ amans pater, unigenitum & genuinũ filium diligit: ita hic fideles oẽs. Vnde & dixit: Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?

supr.1.b

1.Co.10.

2.Co.11.g

Morale.

Oportet autẽ, ut ante reliqua omnia hoc in se ha

beat doctor. Vnde & Petro dicebat Christus: Si diligis me, pasce oues meas. Christum enim diligens, & gregẽ illius utiq; diligit. Et Mosen tum primũ super populũ Iudæorũ posuit, quando qua esset in illũ benuolẽtia, re ipsa iã declarauerat. Dauid quoq; simili modo regno inauguratus est, posteaquã apparuerat q̃ amico esset in populũ affectu. Ita quippe iuuenis adhuc populi causa doluit ac zelauit, ut & aiam suam exponeret, cũ uidelicet Barbarũ illum è medio tollebat. Quòd uerò dicebat: Quid dabitur ei, qui alienigenam hũc interfecerit: nõ ideo dicebat, quod mercedem exigeret, sed quo sibi crederetur, & in pugnam cum illo committeretur. Nam cum adepta iã uictoria ad regem esset ingressus, nihil de mercede meminit. Et Samuel quoq; benignus erat, & amator populi Vnde & dicebat: Absit aũt hoc à me peccatũ, ut cessem pro uobis orare dominũ. Ita & Paulus, imo non ita, sed multò plus oĩbus ardebat erga subditos. Vnde & discipulos ita erga se animauit ut diceret: Si posibile fuisset, oculos uestros eruissetis, mihiq; dedissetis. Propterea & Iudæorũ doctoribꝰ istud ante omnia exprobat deus cũ dicit: O pastores Israel. Nũ pascũt pastores seipsos? Nunquid oues pascunt? Isti uerò contrarium fecerũt. Lac.n.inquit, comeditis, & lana uos tegitis, & qd pingue mactastis, oues uerò non pauistis. Et Christus optimi pastoris canonẽ ferẽs dixit: Bonus pastor aiam suã ponit pro ouibus. Hoc Dauid sępenumero multis qdẽ alibi locis fecit, tum uerò maximè quãdo aduersus omnẽ populũ terribilis illa ira diuinitus demissa sęuiebat. Vniuersus.n.iam propè occisis dicebat: Ego qui pastor sum, peccaui: ego q pastor sum, malignè egi: illi uero qui grex sunt, qd fecerũt? Propterea & in optione supplicriorũ illorũ, nõ famẽ elegit, nõ hostilẽ persecutionem, sed immissam à domino mortẽ, per quam sperabat alios quidẽ bene fore securos, se uero ante reliquos omnes è media tollẽdũ. Hoc uero cùm non fieret, lamẽtando dicebat, in me sit manus tua. Si uero ad expiandum facinus nõ sufficio, sit & aduersum domũ patris mei. Ego.n.inquit, qui pastor sum peccaui: quasi diceret, Etiã si illi peccassent, ego tamẽ q illos nõ correxi, suplicij reus essem. Quãdo uero meũ est hoc peccatũ, ego utiq; dignus sum qui pœnas luã. Amplificare siquidẽ crimẽ suũ uolens, pastoris posuit nomẽ. Ita igitur irã dei sistit: ita sententiã diuinã reuocauit. Tantum scilicet ualet cõfessio: Iustus enim primũ accusator est sui ipsius. Tantum ualet cura & compassio optimi pastoris: uellicabantur quippe uiscera ipsius cadẽtibus illis, tã quã si genuini necarẽtur filij. Propterea & precabatur, ut in se uerteretur ira dei. Et in occisionis ipsius principio idem utiq; fecisset, nisi sperasset illã uia sua gradientem ad se quoq; uenturam. Cũ uero uideret istud nõ fieri, istos uero iã depastos, calamitatem illam non tulit amplius, sed magis accẽsus est, quã sũ per Ammõ primogenito suo: tum etenim mortẽ sibi non precabatur, nũc aũt orat, ut præ aliis cadat. Talem oportet esse principẽ, & ob aliorũ magis q̃ ob proprias dolere calamitates. Tale etiã quid sup puero patiebatur, ut discas illũ puerũ nõ plus dilexisse q̃ subditos. Tãetsi.n. & sceleste fuerit adolescẽs & particida, nihilominus tamẽ dicebat: Quis dabit mihi ut moriar pro te? Quid dicis ô beate, omniũq; hoim mitissime? Occidere te iã studiosè cõatus est, inumerisq; malis circũdedit, & quãdo sublatus è me

Ioan.2.d

1.Re.17.e

Ibid.12.d

Gala.4.b

Ezec.34.a

Ibidem.

Ioã.10.b

2.Re.24.c

Prouer.18.c

Absalomũ intelligit.

2.Re.19.g

G dio, trophæumq; iam erectũ est, tum tu tibi mortẽ optas? Certè, inquit. Mihi quippe uictoriã nõ est cõsecutus exercitus, sed adhuc impugnor uehementius quàm antea, & uiscera mihi dirumpuntur nunc multò amplius. Isti itaq; de quibus iã dixi, eos quidẽ qui sibi commissi fuerãt, curarũt: beatus uerò Abraham, multã rationem etiam eorum habuit, qui sibi concrediti non erant, tantã uidelicet ut & grauibus seſe periculis inuolueret. Quòd.n. non fratris tantũ gratia quod faciebat fecerit, sed & Sodomitarum: in hoc apparet, quòd nõ destitit ab insecutione Persarũ illorum, donec Sodomitas omnes ab illis liberasset. Alioq; licebat erepto fratre secedere: uerũ nolebat. Nam omniũ pariter cura tenebatur: id quod & per ea quę post ista fecit, clarũ reddidit. Cũ enim non iam futurum esset, ut Barbarorum illos obsidere t exercitus, sed diuinitus impulsa uindicta urbes illorum funditus subuerteret, atq; non esset amplius uel armorũ, uel pugnæ, uel aciei, sed supplicationis tempus: tantum diligentiæ pro liberandis illis impẽdit, quantũ si ipse interiturus fuisset. Propterea & semel atq; iterum, & tertio, immo & sępius ad deum

H

Gen.18.d accedit, & ad ipsam naturã confugit dicens: Ego autem terra sum & cinis, & quoniã nõ ignorabat illos per se iræ dei traditos, ac proditos, pp alios saluari orat, unde & deus dicebat: Nõ abscondam à seruo meo Abrahã, ut discamus, quã horum sit amãs iustus, quanq; ab obsecrando utiq; non destiterit, nisi deus prior destitisset. Et uidetur quidẽ pro iustis orare, uerũ oĩa pro reliquis iniustis facit. Sunt enim sanctorũ animę uehementer mites, & hominũ amantes, non solũ erga domesticos, sed & alienos, ita ut

Pro.12.b hanc suam mansuetudinẽ etiã ad animantia bruta extendãt. Propterea & sapiens quispiam dixit: Iustus miseretur animarũ iumentorum suorũ: si iumẽtorum, multò magis hominũ. Verũ quoniam pecorum memini, perpendamus & ouium pastores illos qui in Cappadocũ regione sunt, qualia & quãta pro pecorum suorũ custodia patiantur. Illi sæpenumero uniuersum triduum niue adobruti perdurant. Dicũtur autem & qui in Libya sunt, nõ minora mala ferre, dum integros mẽses difficilem illam solitudinẽ, pessimarũq; bestiarum plenam uagando circũeũt.

De pastoribus Cappadociæ et Libyæ.

I Si tantum erga pecora diligẽtiæ impẽdunt pastores illi, quam quæso, excusationẽ habebimus, qbus rationales animę cõcreditæ sunt, quòd profundũ hũc somnũ dormimus? Respirare enim omnino oportebat: quiescere autẽ omnino, & non circũquaq; percurrere, innumerisq; etiam mortib⁹ seipsos pro ouibus istis exponere, id demũ nõ est boni pastoris. An ignoras gregis huius dignitatem? An illius gratia dominus tuus innumera non fecit? An nõ postremò & sanguinẽ suũ fudit? Tu uerò requiẽ queris? Et quid poterit peius esse pastoribus istis? An non perpẽdis quòd oues istas circũstãt lupi multò amaricatiores ac sęuiores? An apud temetipsum non reputas, quamẽte sit opus ei, qui talẽ præfecturã sit administraturus? Et homines quidẽ q populis præsunt, si quãdo de rebus fortuitis consulturi sunt diebus nõ contenti, noctes etiã uigilando adhibẽt: nos uerò q propiſo cœlo certamẽ habemus, ipso quoq; die dormim⁹? Quis, quęso, ab eo nos supplicio eripiet, qd istis debetur? Si enim corpus trucidãdũ exponere, si innumeras mortes ferre oportebat: nũqd ad hoc munus, tanquam ad nundinas currendum erat? Hęc autem non solum pastores, sed & oues audiant, ut alacriores faciãt pastores, aliud quidem nihil, uerũ omnem obedientiam animumq; cui persuaderi queat, exhibẽtes. Ita & Paulus præcepit dicẽs: Obedite ducibus uestris, & subditi estote: nã ipsi uigilãt pro animabus uestris tanquã rationem daturi. Quando uerò dicit, nã ipsi uigilãt, innumeros labores, curas & pericula cõplectitur. Bonus enim pastor & talis qualem Christus uult, cũ innumeris cõponi potest martyribus, siquidem martyr semel propter ipsum moritur: hic uerò millies propter gregem, si modo talis sit pastor, qualẽ esse oportet. Talis enim pastor, singulis diebꝰ mori põt. Propterea & uos cognito isto labore, & precibus, & diligentia, & animi alacritate, & dilectione nos iuuate: ut & nos uestra, & uos uicissim nostra gloriatio sitis. Nã ideo Christus istud apostolorũ coryphęo, & plus ipsum quã reliqui diligẽti, cõmendãs & iniungẽs primũ rogabat, an ab ipso diligeretur, ut discas, quod istud sit ante oĩa reliqua dilectionis in Christum positum signum. Strenuo siquidem animo hic opus est. Hæc uerò mihi de optimis pastoribus dicũtur, nõ de meipso & mei

K

Ioã.21.d

L

similibus: sed si quis talis sit, qualis erat Paulus, quãlis Petrus, qualis Moses. Istos itaq; imitemur, & superiores, & subditi. Licet enim & subdito pro parte pastorẽ agere: nẽpe, domus suæ, amicorũ, domesticorũ uxoris, liberorũ. Et si ita q̃ nos concernunt bene disposuerimus, omnia bona lucrabimur: q̃ nos oẽs acquirere cõtingat, gratia & benignitate &c.

Homilia xxx.

Vnc autẽ proficiscor Hierosolymam, ministrans sanctis. Placuit.n. Macedoniæ & Achaiæ cõmunicationẽ aliquã facere in pauperes sanctorũ, qui sunt Hierosolymis: nam ita uisum est ipsis, & debitores illorum sunt. Quoniã dixerat, locũ in his regionibus amplius nõ habeo: & desideriũ iã multos annos habeo eo ueniendi ad uos: esset aũt adhuc aliquantulum tardaturus, ne putaretur uelut irridere eos, causam etiã adiungit, propter quam aduentũ suũ differat, & dicit: Nunc autẽ proficiscor Hierosolymam. Et uidetur quidem cunctationis suæ morã dicere, uerũ per ista & aliud quiddam agit: nimirũ, incitat & illos ad faciendam eleemosynã, diligentioresq; in ea re facit.

M

Nam nisi hoc disponere uoluisset: sufficisset utiq; dicere, Nunc autem proficiscor Hierosolymã: iam uerò & peregrinationis huius causam adiicit. Proficiscor enim, inquit, ministrans sanctis: deinde & sermoni huic immoratus, cogitationes etiam mouet dicẽs: & debitores illorũ sunt. *Etenim si spiritu alia sua cõmunicauerunt Gentibus, debent & hæ in carnalibus ministrare illis.* Vt discant Romani æmulari istos. Propterea & sapiẽtiã Pauli potissimũ admirari oportet, quòd hunc cõsulendi persuadendiq; modũ excogitauit. Hoc siquidẽ pacto plus effecit, q̃ si per adhortationis modũ dixisset. Putasset enim cõtumelioſẽ fieri, si ad sui incitationẽ Corinthios & Macedonas in mediũ adduxisset. Propterea sanẽ illos quidẽ ita illic hortatur, dicẽs: Certiores aũt uos facio fratres de gratia dei, quę data est ecclesiis Macedoniæ. Rursus & Macedonas per istos stimulat: Zelus enim, inquit, qui ex uobis est, plures excitauit. Per Galatas quoq; similiter hoc facit, cũ dicit: Quemadmodũ p̃cepi ecclesiis Galatiæ, ita & uos facite: cũ Romanis uerò nõ ita, sed dissimulanter magis ac uerecũdius. Facit aũt hoc & in causa p̃dicationis, ut cũ dicit: An ex uobis

Pauperes sanctorũ. 1. pauperes sanctos. phrasi Hebraica, Erasmo teste.

Supr.1.b

Etenim si de spũalibus illorũ participarũt Gẽtes debẽt & in carnalibus ministrare illis.

2.Co.8.d
Ibidẽ.9.a
1.Co.16.d

Ibid.14

A egressus est sermo dei, siue ĩ solos uos deuenit? Nihil

Cãti.8.b .n. tã est forte, quẽadmodũ zelus. Propterea multis ĩ

1.Co.14.f locis hoc ponit: nam & alibi dicit: Quemadmodum

Ibid.4.d in omnibus ecclesiis ordino. Et iterum: Quẽadmodum ubiq; in omni ecclesia doceo. Ad Colossenses

Colo.2.c. uerò dixit: Quoniam frugiferum factum est, & augmentatum euangelium dei in uniuerso mũdo. Hoc sanè & hic circa eleemosynã facit: & uide quàm magnificè dictionibus utatur. Non.n. dicit: Proficiscor eleemosynam deferens, sed ministrans. Si uerò Paulus ministrat, cogita quãtum sit quod fit, nimirum, quòd doctor orbis deferendum recipit, & quòd ad Romanos peregrinaturus, quodq; illos usque adeò uidere desiderans, hoc tamen illi præfert. Placuit.n. Macedoniæ & Achaiæ, hoc est, probarunt & desiderarunt communicationẽ quãdam facere. Rursus nõ dicit, eleemosynam, sed communicationẽ. Illud autem aliquam aut quandam, non simpliciter ponit, sed ne uideatur illis improperare. Et non simpliciter

B dicit in pauperes, sed in pauperes sanctorũ, duplicẽ faciens commẽdationem unam à uirtute, à paupertate alteram. Et neq; isto contentus, adiicit: & debitores illorum sunt. deinde ostendit quomodo sint debitores. Et enim, inquit, si spiritualia sua communicauerunt Gẽtibus, debent & hæ in carnalibus ministrare illis. Quod autem dicit, hoc est, propter Iudæos uenit Christus. Illis qui ex Iudęis sunt, oĩa erãt

Ioan.4.c. promissa, ex ipsis est Xps, unde & dixit: Ex Iudęis est salus. Ex illis sunt Apostoli, ex illis prophetæ, ex illis omnia bona, de qbus omnibus participauit orbis. Itaq; si de maioribus participastis, inquit, cœnamq; quæ illis erat instructa accedẽtes, propositis eduliis iuxta euangelij parabolam freti estis: debetis & carnalia communicare, tradereq; illis. Et nõ dixit communicare, sed ministrare, in locum ministrorũ illos ponens, eorumq; qui regibus tributa persoluunt. Neque dixit, in carnalibus uestris, quemadmodũ de spiritualibus illorũ. Spiritualia quippe illorum sunt, carnalia uerò nõ horum solùm, sed communia omniũ. Pecunias enim omnium esse iussit, non solùm possidentium. *Hoc igitur ubi perfecero, & obsignauero illis*

C *fructum hunc.* Hoc est, uelut in regia promptuaria detulero, tanquam in asylum, locumq; securum. Et nõ dicit, eleemosynam, sed rursus fructum, ut ostendat lucrum acquirere contributores. *Reuertar per uos in Hispaniam.* Hispaniæ rursus meminit, ut ostẽdat quã impiger, quamq; feruidus sit erga illos. *Scio nanque quòd ubi uenero ad uos, cum plenitudine benedictionis euangelij Christi uenturus sim.* Quid est, in plenitudine

2.Co.9.b benedictionis? De pecuniis uidelicet dicit, aut de oĩbus simpliciter uirtutibus. Benedictionẽ siquidẽ ut plurimũ, eleemosynam consueuit dicere, ut cũ dicit, tanquam benedictionem, non uelut auaritiam. Erat autem mos uetus rem hanc ita uocare: quoniam uerò hic adiecit, euangelij, propterea dicimus, non de pecuniis solũ hic dicit, sed & de oĩbus, quasi dicat: Scio autem quòd ubi uenero, uidebo uos in oĩbus probatos bonisq; frugibus fœcundos, & innumeris laudibus dignos iuxta euangelũ. Est autem hoc admirandi consilij genus, quòd encomiis eos præoccupat. Quando siquidẽ per modũ adhortationis hoc facere detrectat, ad hunc correctionis modũ confugit. *Obsecro autem uos per dominum nostrum Iesum Christum, & per dilectionem spiritus.* Iterum hic Christum & spiritum proponit, patris autem nequaquam meminit. Hæc uerò in hoc dico, ut quãdo uideris ipsum D patrem & filium, aut patrẽ solum sine filio, sineq; spiritu commemorare, nihil mouearis. Et non dixit spiritum, sed, dilectionẽ spiritus. Quemadmodũ enim mundũ dilexit Christus, & pater, ita & spiritus. Quid uerò est quod obsecras? dic quæso. *Vt me laborantem adiuuetis precationibus pro me ad deũ, ut liberer ab incredulis in Iudæa.* Magnum illi certamen propositũ erat, unde & illorum preces implorat: non dicit autem ut ad cõfictum committar, sed ut liberer, quemadmo *Mat.26.d* dum Christus iusit: Orate, ne intretis in tentationẽ. Hæc uerò dicens, significat malos quosdã esse lupos molestos sibi & insidiantes, magisq; feras rabidas, q̃ homines. Ex hoc uerò & aliud struit, nimirũ ut ostẽdat, quàm iustè ministerium hoc sanctis præstandũ susceperit, siquidem tot adhuc & tanti erãt in Iudæa increduli, ut pro se orari uelit, quo ab illis liberetur. Igitur qui in medio tãtorum hostium uiuebãt, quid aliud erant quàm fame perituri, nisi aliunde iuuarentur? Necessariò igitur aliunde illis adferebatur. *Vtq; ministerium hoc meum acceptum sit sanctis.* Hoc est, ut grata sit uictima mea, ut cũ alacritate quę data sunt, suscipiantur. Vides quomodo rursus dignitatẽ susci- E pientium extollat, siquidem tãtis precibus agendũ, ut quæ mittũtur suscipiãt? Ex hoc uerò & aliud quid dam ostẽdit, nempe, quòd nõ sufficiat eleemosynã dedisse, ad hoc ut accepta sit. Quãdo enim ex necessitate quis & coactè, quando ex iniustitia, quando ex uanæ gloriæ studio eleemosynam tribuit, perit omnis fructus. *Vt cum gaudio ueniam ad uos per uoluntatem dei.* Quemadmodum & in ipso principio dixit: Si *Sup.1.a.* quo modo tandem aliquando prosperum iter contingat in uoluntate dei, ut ueniam ad uos: ita & hic ad eandem uoluntatem cõfugit, & dicit: Quoniam ad hoc festino, & inde liberari opto, ut cõfestim uos uideam, uideamq; cũ uoluptate, ne unam quidem inde mœstitiam contrahẽs. *Vnaq; uobiscum refocciller.* Vide quomodo rursus modestiam ostendat. Non τοῦτο enim dicit, ut uos doceam & instruã, sed, ut unà uo- φον. biscum refociller. Iam cùm talis fuerit certator ille, ac pugnator: quomodo dicit, ut unà uobiscum refo ciller? Gratificatur eis etiam hoc pacto, alacriores q; reddit, dum præmiorum participes facit, ostendens eos quoq; certare & laborare. Deinde quod nunquã F non facit, & precationem paræneſi subiungit, dicẽs: *Deus autem pacis sit cum omnibus uobis, Amen. Commẽdo autem uobis Phœben sororem, quæ ministra est ecclesiæ Cẽchrensis.* Vide quantum illam honoret: nam illam & *Cap.16.* ante reliquos oẽs commemorat, & sororem uocat. Non est autem modici momenti, Pauli sororem uocari. Dignitatem quoque adiicit, ministram illam uocans. *Vt illam suscipiatis in domino, ita ut decet sanctos.* Hoc est, propter dominũ, ut honore potiatur apud uos. Nam qui propter dominum suscipit, etiam si nõ magnum quempiam suscipiat, diligenter tamẽ suscipit. Cũ autem illa sancta etiam esset, perpende quanta fuerit habenda solicitudine & cura. Propterea & adiicit, ita ut decet sanctos, ut decet eos q tales sunt suscipit: nã duplici nomine à uobis curari debet, primò quòd Christi est, ut Christus in ea suscipiatur: deinde quòd & sancta est. *Et adsitis ei, quacunque in re opera uestra eguerit.* Vides quàm caueat, ne odiosum ἀγεπητ quid loquatur? Non enim dicit, ut liberetis illam, sed ὸς. ut quod poteritis illi adferatis, manusq; porrigatis, ubicunque uobis opus habuerit: nõ in quibuscunq;

G illa sit, sed in quibus opera uestra eguerit. Egebit aũt illic, ubi uos domini estis. Deinde laudẽ rursus ineffabilem adiũgit: *Ipsa siquidẽ multis adfuit, & mihiipsi.* Vides prudentiam? Primũ quidem encomia, deinde mediam immiscet quam exigit consolationem: post rursus encomia ponit, utrinq; necessitatem beatæ illius mulieris laudibus ornãs. Quomodo enim beata non esset, quæ tantis potitur à Paulo testimoniis, q̃ etiam illi auxilio potuit esse, qui ipsum orbẽ instruebat & corrigebat? Hoc enim colophonis uice est bonorum illius, unde & postremò loco ab Apostolo ponitur, cũ dicit, & mihiipsi. Quid est autẽ illud, & mihiipsi? Orbis prædicatori tanta patienti, innumeros adiuuanti. Imitemur igitur sanctam istam & uiri, & mulieres, & eam quoque quę cũ uiro suo, post istam ponitur. Qui sunt illi? *Salutate Priscillam, & Aquilam coadiutores meos in Christo Iesu.* Horum uirtuti
Act.18.a & Lucas testimonium dedit, nimirum, quãdo dixit, & mansit apud eos Paulus. Erant enim artis scenofactoriæ. Ad hęc quando ostendit quomodo Apollo discipulũ mulier ad se susceperit, uiamq; domini instruxerit. Magna quidem & ista sunt, uerũ multò ma
H iora sunt quæ Paulus dicit. Quid dicit? Primùm cooperarios suos uocat, ostendens illos in laboribus illis & periculis ineffabilibus communicare secum: deinde dicit, *Quoniam pro anima mea suam ipsorum ceruicem supposuerunt.* Vides consummatos martyres? Verisimile siquidem est quòd innumera fuerint sub Nerone pericula, quando & præcipiebatur, ut omnes Iudæi urbe Roma pellerẽtur. *Quibus non ego solus gratias ago, sed & omnes ecclesiæ Gentium.* Hospitalitatem hic, pecuniarumq; ministerium significat: celebrans eos quòd & sanguinem suum effuderint, & omnem
Gala.3.c suã substantiã communẽ proposuerint. Vides generosas mulieres, quas in uirtutis cursu nihil impediuit naturæ imbecillitas? Et ualde meritò: In Christo Iesu siquidem non est masculus, non est fœmina. Et qd de priore dixit, hoc & de ista ponit: nam & de illa dixerat, ipsa quippe multis adfuit, & mihiipsi: & de ista rursus, Quoniam non ego solus gratias ago, sed & omnes ecclesiæ Gentium: nã ne uideatur adulando ista dicere, alios quoq; testes mulieribus istis multò
I plures, adducit, dicens: *Item, quæ in domo illorum est ecclesiam.* Ita quippe probati erant, ut & domum suam ecclesiam facerent, tum quia quosuis fideles facerẽt, tum quia peregrinis ipsam quibusuis aperirent. Neq; enim simpliciter domos cõsueuit uocare ecclesias, nisi multa pietas, multusq; timor dei i illis radicatus esset. Propterea & Corinthiis dicebat: Salutate Aquilam, & Priscillam cum ecclesia, quę est in illorum do
1.Co. ult. d. mo. Et de Onesimo scribẽs dicit: Paulus Philemoni,
Ad Philemonem.a & Amphiæ dilectæ, & quæ est in domo tua ecclesię. Licet enim & ei qui in matrimonio est celebrẽ esse & generosum: ecce & illi in matrimonio erant, & uehemẽter illuxerũt, tametsi exercitium ipsorum splendidum non esset. Erant enim ipsi scenofactoriæ artis, uerùm omnia illa uirtus obscurauit, supraq; Solem illustres effecit, ut neque artificium obscurum, neq; cõiugium aliquo esset damno: uerũ dilectionẽ quã
Ioan.15.b Christus exquisiuit, præstiterunt. Maiorem enim dilectionem nemo habet, inquit, quàm ut animam suã ponat qs pro amicis suis: & quod signũ est discipuli Christi, hoc habuerunt: acceperunt enim crucẽ, & sequuti sunt Christũ. Si enim pro Paulo ista fecerunt, multò magis pro Xpo eam ostenderũt fortitudinẽ.

Morale. K

Ista audiant & diuites, & pauperes. Si enim qui manibus suis uictum quærebant, officinæq; præerant, tãtam ostenderũt largitatem, ut multis ecclesiis essent utiles: quam ueniã habebunt diuites, & pauperes despicientes? Nam illi quidem neque sanguini suo pepercerunt, ut deo placerẽt: tu uerò modicis pecuniis parces, tuam ipsius animã sæpenumero cõtemnẽs? Verũ erga doctorem quidem tales illi fortè fuerunt, erga discipulos uerò nó item? sed non est quòd hoc dicatur. Nam & ecclesiæ Gentiũ, inquit, illis gratias agunt: tametsi enim essent ex Iudęis, ita tamen syncre credebant, ut & Gentibus ad fidem conuersis oi alacritate ministrarent. Tales oportet esse mulieres, 1.Ti.3.c
non in tortis crinibus, aut auro, aut uestimento sumptuoso: sed talibus factis adornatas & conspicuas. Quænam, dic quæso, regina adeò splenduit: quænã ita uenerãda fuit, quemadmodum ipsa tabernaculorum textoris uxor? Illa in ore est omnium, nó decẽ, non uiginti annos, sed usque ad Christi aduentũ. Et hanc in talibus prædicant omnes, quæ illi plus adferunt ornamẽti quàm diadema regium posset. Quid enim maius, quid par esse poterit, qd mulier illa Paulo fuerit adiumento? Quòd propriis periculis doctorẽ orbis cõseruarit? Obserua itaq; quot & quantæ re
L ginæ in obscuro sint silẽtio, dum interea tabernaculorum textoris uxor ubique cũ suo tabernaculorũ textore circũfertur, mulierisq; illius gloria quatenus terram Sol iste contuetur, eatenus discurrit. Totus siquidẽ orbis, & Persæ, & Scythæ, & Thraces, & q in extremis habitant, mulieris huius philosophiam uenerantur, beatamq; dicunt. Quantas diuitias, quot diademata, quot uestes purpureas cum gaudio nõ proiiceres, quatenus tale testimoniũ acquireres? Neque.n. est quòd quis dicat: in periculis quidẽ illi fuerunt, & in pecuniis largi, prædicationem uerò neglexerũt: nam propterea cooperatores & coadiutores suos illos uocat. Nec ueretur uas illud benedictionis, mulierẽ coadiutricẽ suam uocare, sed & gloriatur in eo. Naturam quippe fœminei sexus nõ aspicit, sed uoluntatem coronat. Quid splendori huic adæquari poterit? ubi nunc uestræ sunt diuitiæ, quas ubi
M que diffunditis? Vbi nunc facierum ornatus? Vbi uana gloria? Disce mulieris huius ornatum, nõ corpori circundatum, sed animã ornantẽ, nunquam depositum, non in arca, sed in ipso cœlo reconditum. Vide illorum circa prædicationem laborem, in martyrio coronam, in habitibus honestatis studiũ, dilectionẽ erga Paulum, erga Christum amorem. Confer nunc istis tua, studium pecuniarum, certamẽ scortorum, contentionem pro uili gramine: & tunc uidebis quinam illi, quis uerò tu sis: imò non solũ confer, sed & æmulare mulierẽ, depositoq; uilis fœni onere, (hoc enim est uestimentorum sumptus) ornatum accipe cœlestem, & discẽ unde tales facti sint, qui circa Priscillam erãt. Vnde facti sunt? Biennium Paulum habuerunt hospitio. Quid biennium illud in animis illorum non feciſſet? Quid ergo itaque faciam, quod Paulum non habeo? Si uolueris, plenius illũ habebis, quàm illi. Neq; n. aspectus Pauli tales illos fecit, sed uerba. Itaque si uolueris, & Paulum, & Petrum, & Ioannem, & prophetarũ omnium chorum cum Apostolis continuo tibi loquentem, tecumq; cõuersantẽ habebis: Accipe beatorum illorũ libros, scriptaq; eorum cõtinuo interpella: illa quippe efficere poterũt,

τὴν ἐν τοῖς σχήμα σιφίλοτιμίαν.

Vnde talis facta sit Priscilla unde igitur facta est? &c. in singulari nu. poni possunt.

A ut sis instar uxoris scenofactoris. Et qd dico Paulũ? Siquidem uolueris, habebis & ipsum Pauli dominũ. Per Pauli qppe linguam, & ipse tibi loquetur. Rursus illum & aliter suscipere poteris, nẽpe, quando eorũ curam habueris, qui in illum credunt: ita poteris abeuntibus illis multa habere p etatis monumenta. Poterit enim & mensa in qua comedit sanctus, & cathedra in qua sedit, & lectus in quo iacuit, etiã digresso illo susceptorẽ illius compũgere. Quomodo putas,
Sunamitidẽ latini dicere solent sicuti & hic prius fecit homilia. xxj. Somanitim illam compungi in conclaue illud superius, ubi manserat Eliseus, ingressam, mẽsamq; & lectum, in quo sanctus ille iacuerat, uidẽtem? Quantã inde pietatem concipit? Neque enim nisi hoc fuisset, puerum poiecisset mortuum, si non multum utilitatis inde tulisset. Si enim nos post tantum temporis il luc ingressi, ubi Paulus mansit aliquãdo, ubi uinctus fuit, ubi consedit & disseruit, alacres quodammodo reddimur, & ad memoriam diei ab ipsis locis mittimur: quid non patientur rebus adhuc recẽtibus, qui cum pietate sanctos hospitio suscipiunt? His itaq; cognitis suscipiamus sanctos, ut splendeat domus, ut li
B beretur à spinis, ut portus fiat domiciliũ. Et suscipiamus itaque, & pedes illorũ lauemus. Non es Sarrha
Sarrha. melior, neque generosior, aut ditior, etiam si regina fueris. Trecẽtos illa & decem & octo uernaculos habebat, quãdo & duos pueros habere, diuitię erãt. Et quid dico trecentos ac decẽ & octo famulos? Vniuersum orbem in semine & diuinis promissionibus posidebat, amicum dei habebat uirũ, deũ ipsum torem, id quod omni regno maius erat. Veruntamẽ licet in tanto esset splendore tantaq; gloria: ipsa tamẽ
Gen.18.a & farinam miscebat, & reliqua administrabat ofoia, uescẽtibusq; rursus istar famulæ seruitura adstabat. Tu quoq; nõ es generosior ipso Abraham, qui post trophæa illa, post uictorias, post honorem quem illi detulerat rex Aegypti, post insequutionem regũ Persarum, postq; illustria illa erecta trophæa, quæ famulorum erant faciebat. Neq; respicias, quàm uiles appareãt sancti illi, & pauperes, & pannosi, qui sæpenumero ad te deferuntur, sed uocis istius memento, q̃
Mat.25.d dicit: Quandiu feciſtis uni ex minimis istis, mihi feciſtis. &, Ne contemnatis unũ ex pusillis istis, quoniã
Ibid.18.a C angeli illorum semper uident faciem patris nostri qui in cœlis est. Suscipe ergo illos cum alacritate, qui innumera tibi bona per salutationes pacis adferunt. Cum Sarrha etiam Rhebeccam, q̃ & adaquauit, & potũ dedit, & hospitem intro uocauit omni calcato fastu: propterea & magna est hospitalitatis adepta præmia. Tu uerò si uolueris, maiora etiam accipies: non enim campi fructum tãtummodo dabit deus, sed & ipsum cœlũ, & quæ illic bona sunt, & gehennæ liberationẽ, & peccatorum ueniam. Magnus est
Iothor apud Septuaginta qui nobis Iethro Socer Moysi Exod.2. & 3. enim, uehemẽter magn⁹ hospitalitatis fructus: sic & Iothor, tametsi Barbarus esset, generũ adeptus est, tanta potestate mari imperantem. Bonam enim hãc uenationem filiæ illius reti suo ceperant. His itaque perpensis, mulierumq; istarum considerata, & uilitate, & philosophia, præsentẽ fastum supprime, uestimentorũ ornatum, deauratorum uasorum sumptum, odoramentorum unctionẽ, infractionem illam & delicationem, modulatũq; gressum relinque, omnemq; eam curam ad animam transfer, accenso in mente tua cœlorum desiderio. Nam si te cœli ceperit amor, uidebis & cœnum esse & lutum hæc omnia, tidebisque, quæ nũc admiraris. Nequit enim mulier spiritualibus adornata uirtutibus, ridiculum D
istum ornatum, quærere. Proiectis igitur his oibus, quæ & forensium mulieres, & saltatrices, & tibicinę, multa ambitione sectantur: philosophiam ambi, hospitalitatem, & cõtinuas preces. Meliora sunt ista uestib⁹ deauratis, lapidib⁹ pretiosis, inauribusq; honestiora. Hęc & apud homines probatum faciunt, & à deo magnam tibi adferunt mercedem. Hic est ecclesię ornatus ille theatrorum: hic cœlis dignus, ille eqs & mulis. Ille & mortuorum corporibus circundatur, hic uerò in sola splendet anima, in qua Christus habitat. Hanc itaq; mũditiem posideamus, ut ubique uenerãdi simus & nos, & Christo placeamus in secula seculorum, Amen.

Homlia. xxxi.

Salutate Epænetũ dilectum meũ, qui est primitiæ Achaiæ in Christo. Multos putamus etiam eorum qui de uehementer diligentibus esse uidentur, hanc epistolæ partem tanquam superfluã nihilque magni momenti habentem, prætercurrere: atque hoc ipsum in genealogia quæ in euangelio continetur ipsis euenire arbitror. Quoniam enim E
nominum quorũdam est catalogus, nihil arbitrãtur se magni ex hoc loco lucrifacturos. Et aurifusorum quidem pueri, minuta etiam fragmenta curiosè conquirũt, isti uerò tantas auri massas negligũt. Ne hoc itaque patiantur, sufficiunt quidẽ quæ dicta sunt ab ista socordia illos abducere. Quòd enim ẽt hinc nõ parũ sit lucri, ostendimus, & ex ijs quæ iã dicta sunt, quibus alloquutionibus scilicet animas uestras excitauimus. Tentabimus autẽ & hodie eũdem hũc ipsum locum diligenter scrutando rimari. Est enim & in nudis hisce nominibus magnum inuenire thesaurum: nam si didiceris qua ratione Abraham ita uocatus sit, qua ratione Sarrha, qua ratione Israel, qua Samuel, multarum rerũ historias, & hinc inuenies. Poteris autem & à temporibus, & à locis hoc ipsum cõgerere. Diligens quippe lector & hinc ditescet, remissus uerò ac negligens etiam à uehementer manifestis, nihil lucri capiet. Nam Adæ nomen nõ modica philosophia nos imbuet: idem faciet & filij ipsius, & uxoris, & aliorum plurimum. Multarũ siquidẽ rerũ monumenta sunt nomina & diuinam beneficentiã, F
& mulierũ constantiam, ostendentia. Nam quæ ex dono dei cõceperãt, ipsæ & pueris natis nomina imponebant. Sed quid nunc de nominibus philosophamur tantis rebus cogitandis neglectis, multis etiã nelibrorum quidem nomina tenentibus? Veruntamen neq; sic intermittenda nobis fuerit talium diligẽtia. Debebas enim, inquit, argentum deposuisse ad nummularios. Quapropter etiam si nemo sit q recipiat, quod nostrum est faciamus, ostendẽtes nihil in scripturis superfluũ, nihil frustra prolatum esse. Nam siquidem nihil haberent ista quod prodesset, epistolę utique non essent adiecta, neq; Paulus ea scripsisset, quæ quidem scripsit: sed sunt quidam ita rudes mechanici & dissoluti, cœlisq; indigni, ut non solùm nomina, sed & integros libros superfluos esse ducãt, ut Leuiticũ, ut Iesum, & reliquos plures. Ita & uetus testamentum multi rudium reiecerunt, & ab hac praua consuetudine ulterius progressi, multa etiam ex nouo abstiderunt. Verũ horum tanquam ebriosorũ & carni uiuentium, non multa nobis erit ratio. Si uerò quis philosopiæ amator, spiritualisq; auscultationis amicus, audiat, quã non sint frustra & inani-

εὐτοκίαν, uel εὐτοξίαν. i. fœcũdita tem. *Mat.25.c*

Ter posita q̄ in scripturis uidentur esse minuta, quāq; & uetera multum frugis adferant. Omnia enim illa typi sunt, & ad nostram admonitionē, inquit, conscripta. Propterea & ad Timotheū scripsit: Attende lectioni, adhortationi, in omniū librorum lectionē ināciens hominem, tantum habentem spiritus, ut & dęmonia expulerit, & mortuos excitauerit. Persequamur itaq; proposita. Salutate Epænetū dilectū meū. Licet ex hoc loco uidere, quàm discretim suas unicuiq; laudes admetiatur. Neq; enim modica est laus ista, sed & uehementer magna & multæ uirtutis declaratiua, qd Paulū habet dilectum, qui nō temerario gratiæ affectu, sed iudicio diligere nouit. Deinde & aliud encomiū adiungens, qui est, inquit, primitiæ Achaiæ. Aut enim hoc ideo dicit, quod is reliquos oēs credendo præuenerit, ac ueluti præsilierit: id qd nō modicæ laudis fuerit: aut quòd plus pietatis ostēderit, quā reliqui omnes. Propterea cùm dixisset, qui est primitiæ Achaiæ, nō quieuit: sed ne mundanam suspiceris gloriam, adiecit: in Christo. Si enim in ciuilibus negotijs priores obtinens magnus esse uidetur & illustris: multò magis in istis. Itaque quoniam uerisimile erat ipsum humili esse genere: ueram ponit
H nobilitatem & præeminentiam, hinc istum ornans. Et non solū Corinthiorum, sed & uniuersæ gentis eum primitias esse dicit, tanquam qui porta sit & introitus aliorum factus. Talium autem merces nō est modica: nam & ex aliorū benefactis multam retributionē capiet, qui eiusmodi est, utpote qui & ipsis suo principio multùm contulerit. *Salutate Mariam, quæ multùm laborauit erga uos.* Quid hoc? Rursus coronatur mulier & prædicatur. Rursus confundimur uiri, imo non solū confundimur, sed & honestamur. Honestamur siquidē quòd tales apud nos sunt mulieres: confundimur autem quòd adeò longè ab illis post terga relinquimur uiri: uerū si didicerimus unde illæ ornentur, mox & nos illas assequemur. Vnde itaq; ornantur? Audiant & uiri, & mulieres: non ab armillis, nec à monilibus, neq; ab eunuchis & ancillis, nec à uestibus auro intertextis: sed à perpessis pro ueritate sudoribus: nam dicit, Quæ multùm laborauit erga uos. Nō erga speipsam solū, neque erga propriam uirtutem: id quod multæ mulieres nūc quoq; faciunt, & ieiunantes, & humi iacentes, sed & erga
I alios, Apostolorū & Euāgelistarum suscepto cursu. *1.Ti.2.d.* Quomodo ergo alibi dicit: Mulieri uerò docere non permitto? Præsidentiā quæ sit in medio ecclesiæ illi prohibet, sedemq; in pulpito, nō doctrinę uerbū. Ni si enim hoc esset, quomodo uirum infidelem habēti diceret: Qui enim nosti mulier, num uirum saluaturam sis? *1.Cor.7.c* Quomodo cōmisisset ut pueros admoneret, dicens: Saluabitur autem per liberorum generationem, si manserit in fide, & dilectione, & sanctificatione cum castitate: *1.Ti.2.d.* Quomodo Apollo Priscilla instruxit? Non itaq; eam disputationem doctrinæ quæ ad *Act.18.g.* priuatum usum pertinet amputādo hoc dicit, sed eā quę in medio sit & i communi theatro, quę ipsis cōgruit doctoribus. Et rursus, si uir fidelis fuerit, ac uale de absolutus, qui docere uxorem possit, si ipsa sapiētior fuerit, docere & corrigere non prohibet. Et non dicit, quę multa docuit, sed quæ multùm laborauit: ostendens quòd cū sermone, & alia quæ exiguntur, administrauerit, nimirum, quæ attinent ad pericula, pecunias, peregrinationes. Erant enim mulieres illæ leonibus feruentiores, participātes, & cū Apostolis, in laboribus prædicationis gratia subeūdis. Vnde & K
simul peregrinabantur cū illis, & reliqua omnia administrabant: & Christum quoq; sequebantur mulieres, q̄ ex sua substantia ministrabant, adiumentōque erant præceptori. *Salutate Andronicum & Iuniam cognatos meos.* Videtur quidem & hoc encomij uice dici, uerū quod sequitur maius est. Quod est autem illud? *Et cōcaptiuos meos.* Hoc demum magnificentissima corona, hoc magnifica deprędicatio est: & ubi captus fuit Paulus, ut hic dicat, concaptiuos meos? Captiuus quidē non fuit, captiuis tamen multò grauiora passus est: non solū abalienatus à patria & domo, sed & cum fame, continua morte, innumerisq; alijs decertans. Nam istud in captiuo solū est graue: qd à domesticis abalienatus pro libero sæpenumero sit seruus. Nemo autē uerbis consequi ualeat sylluas illas tētationum quas sustinuit beatus iste, iactatus & circumactus, flagellatus, ligatus, lapidatus, submersus, innumeros habēs insidiatores. Et captiui quidem posteaquam abducti sunt, neminē amplius hostē habent: sed & subinde multa curatione potiūtur ab eisipsis à qbus capti sunt. Hic uerò in medijs hostibus, cōtinuò circūquaq; uersatus, ubiq; iacula, hastas acutas, acies, & pugnas uidit. Quoniā igitur uerisimile est & istos in multis illi periculis communicasse, cōcaptiuos suos eos uocat. Quemadmodū & L
alibi dicit: Aristarchus concaptiuus meus. Deinde & *Colo.4.b* alia laus: *Qui sunt insignes inter Apostolos.* Atqui & Apostolos eē hoc ipsum magnum est: Inter illos uerò & insignes esse, perpende quantum sit encomiū. Ab operibus autē & rebus bene gestis insignes erāt. Papæ, quanta fuit mulieris huius philosophia, ut & Apostolica appellatione digna sit habita: & neq; hic cōsistit, sed & aliud rursus encomium adiicit, dicēs: *Qui etiam ante me fuerunt in Christo.* Nam & hæc maxima est commendatio præsiliisse, & ante alios uenisse. Contemplare uerò mihi sanctam hanc animam. quā pura sit ab omni uanę gloriæ desiderio. Post tātam enim ac talē gloriam, alios sibi præponit: non dissimulans quòd post illos uenerit, neq; erubescens hoc apertè confiteri. Et quid miraris quòd in hoc nō confunditur, quando & priorē uitam suam manifestare & diffamare nō detrectat, blasphemū ac persequutorem seipsum uocans? Quoniam igitur nō habebat quibus aliis illos hinc præponeret, quæsiuit q
M post alios uenisset, nimirum seipsum, & reperit etiam quam hinc eis laudem contexeret, dicēs: Qui etiam ante me fuerunt in Christo. *Salutate Ampliam dilectū meum.* Rursus & istum à dilectione cōmendat. Erat enim dilectio Pauli propter deum, innumera habēs bona. Si enim magnum est à rege diligi, à Paulo diligi quantinam est encomiū? neque enim nisi multam uirtutem possedisset, in amorem sui ipsum attraxisset. Sciebat enim in malitia & iniquitatibus uiuētes, nō solū non diligere, sed & anathematizare, ut quādo dicit: Siquis nō diligit dominum Iesum Christū, *1.Co.16.d* anathema esto. Et siquis uobis euangelizauerit præ *Gala.1.b* terquā quod accepistis, anathema esto. *Et Vrbanum cooperarium meum in Christo.* Maius est illo istud encomium: nam & præcedens in se complectitur. *Et Stachyn dilectum meum.* Rursus & hunc ab eisdem coronat. *Salutate Apellam probatum in Christo.* Huius laudi nihil par est, nimirum itreprehensibilem esse, nihilq; prorsus in rebus ad deū pertinentibus damni dare. Cū enim dicit, probatum in Christo, omnē

uirtutem

A uirtutem recensēt. Et cuius gratia nusquam dicit, herum meum, hunc uel illum, & dominum meū? Quoniam ea encomia quæ ponit, illis maiora sunt. Illa si quidem honoris tantummodo sunt, hæc uero uirtutis. Deinde & hoc ipso illos honorauit, quod nō qua si cōtingenter aut obiter posuit, quemadmodū multos inferiorum cum sublimibus & magnis salutauit. Salutādo siquidem, & cum aliis salutando, idq; in eadem epistola, omnes similiter honorauit. Quod uero q̄ cuiusq; seperatim sunt ponit, cuiusq; nobis uirtutem seperatim etiam ob oculos exhibet: ne uidelicet & inuidiam pareret, si illos quidem honoraret, istos autem non item: néue socordiam & confusionē generaret, si omnes eodem honore, non eodē dignos, afficeret. Vide ergo quomodo rursus ad celebres mulieres conuertatur, quum enim dixisset: *Salutate eos qui sunt ex Aristobuli familiaribus, & Herodionem cognatū meum, & qui sunt ex Narcisi familiaribus.* Quos fortè uerisimile est, non tales fuisse, quales priores. Propterea neq; otium nomina commemorat, competens illis encomium præbēs, nimirū quod fideles
B sint. Hoc enim est quod adiungit: *Qui sunt in domino.* Rursus ad mulieres conuersa salutatione, dicit: *Salutate Tryphænam & Tryphosam, quæ laborant in domino.* De illa quidem dixerat, quæ multùm laborauit erga uos: de istis autem, quod adhuc laborent. Nō est autem modicum hoc encomium, nempe, in operibus copiosè uersari: & non solū operari, sed & laborare. Perfidem uero dilectam quoque uocat, ostendens istis maiorē esse. *Salutate enim,* inquit, *Perfidē dilectā.* Deq; multo labore testimonium illi fert, cùm addit: *Quæ multum laborauit in domino.* Ita nouit unumquēq; que pro dignitate cōpellare, istos alacriores reddēs, qd eos nihilo eorū quæ habent, priuat: sed & minutissimā etiā excellentiā deprædicat, alios uero diligētiores faciēs, atq; hisce istorum encomiis in eundem zelum inducens: *Salutate Rufum, electum in domino, & matrem illius ac meā.* Itē & hic uniuersa bona, quādo & filius talis est, & mater talis, & domus plena benedictione, ac radix fructui cōueniens. Neq; enim simpliciter dicit, matrem illius: sed, & meā. An non multæ uirtutis testimoniū mulieri huic exhibet? *Sa-*
C *lutate Asyncritum, Phlegontem, Hermā, Patrobā, Mercurium, & qui cum his sunt fratres.* Hic non respicias, qd istos sine encomiis ponit, sed quòd eos q omnibus sunt inferiores, salutatione sua non dedignatur. Imò neq; istud modicę laudis est, qd & fratres eos uocat: quemadmodū & q istos sequūtur, sanctos appellat. *Salutate enim,* inquit, *Philologum, & Iuliam, & Nereū, & sororē eius, & Olympā, & qui eū his sunt oēs sanctos.* Quod quidē maximæ dignitatis est, honorisq; ineffabilem magnificentiam habens. Deinde ne prorsus quicquam contentionis pâreret, quòd istos quidem hoc, illos autem isto pacto appellat: & hos quidem nominatim, istos uerò præter omnē definitionē: ad hæc illos quidem cum maioribus encomiis, hos uerò cū minoribus, per dilectionis æqualem honorem sanctumq; osculum, rursus eos commiscet & cōiungit, dicens: *Salutate uos inuicem cum osculo sancto.* Per hanc pacem omnem cogitationem qua possent turbari, omnemq; pusillanimitatis occasionem reiicit, ne uel magnus contemnat minorē, nec minor inuideat maiori: sed pellantur, & contemptus, & inuidētia, osculo isto omnia mitigante & adæquante. Propterea non solum salutare illos ad hunc modum iubet, sed & omnium ecclesiarum salutem illis mittit. D
Salutant enim, inquit, *uos.* Non amplius illum uel illū seorsum, sed in communi omnes. *Ecclesiæ Christi.* Vides quomodo non modicum fructum, & ex salutationibus istis tulerimus? Vides quantos thesauros neglecturi fuissemus, nisi & hanc epistolæ huius partē, quātum pro uiribus nostris, licuit, scrutati essemus? Quòd si sapiens quispiam & spiritualis fuerit inuentus, is & profundius introspiciet, & plures margaritas uidebit. Verum quoniam sæpenumero quæsitū est à nonnullis, quānam ratione Apostolus tot fideles in hac epistola salutauerit, quod tamen in nulla epistolarum alia fecerit, hoc utiq; dicemus: nimirum ideo factum esse, quòd Romanos nequaquā dū uiderat. Atqui dices: neq; Colossenses cognouerat, & tamē nihil tale erga illos fecit. Verū: sed Romani celebriores erant aliis, & ex aliis ciuitatibus plurimi illuc sese transtulerant, tanquam in tutiorem quandā & regaliorem urbem. Illos igitur quoniam inter aduenas degebāt, multaq; tuitione opus habebāt, ac q dam illorū Paulo cogniti erant: nonnul i uero multa & magna, cum præsentes essent, pro ipso ministra E
uerant, non immerito ipsos per literas commendat. Pauli quippe tum temporis non modica erat gloria, sed tanta, ut qui epistolas ipsius adepti essent, per solas literas multum haberēt prærogatiuæ. Neq; enim illum ⌜agnoscebant solum, sed & reuerebantur; nisi istud fuisset, utiq; non dixisset: Ipsa quippe multis adfuit, & mihipsi. Et rursus: Optabam ego ipse anathema esse. Et Philemoni scribens dixit; Cū talis sim, nēpe Paulus senex, nunc uerò & uinctus in Christo Iesu. Et ad Galatas: Ecce ego Paulus dico uobis. &, Tanquam Christum Iesum suscepistis me. Corinthiis autē scribens dixit: Tanquā non sim uenturus ad uos, inflati sunt quidā. Et iterū: Hæc autem transfiguraui in meipsum & Apollo, ut in nobis discatis, nihil de uobis ipsis sentire ultrà quàm scriptū sit. Ex quibus omnibus manifestum est ⌜quòd magnā gloriam ex illius commēdatione habuerint, quotquot ab illo commendabātur. ⌜Volens igitur eos in securitate esse & honore, salutauit unumquēq; iuxta qd conueniebat, ornans illos, hunc uocans dilectū, istū cognatum, alium uerò utrunq;: deinde illum concaptiuum, istum cooperarium, hūc probatum, alium electum, & hanc quidem à sua dignitate. Neque. n. simpliciter dicit, quæ ministrauit, ⌜licet hoc fecerit. Et eas quę circa Tryphænam & Persidē posite sunt: ita sanè appellauit: ⌜sed hāc quidem munus & uocationem habentem diaconi, istam uerò cooperariā, & in sacris ministram: illam matrem, aliam uerò à laboribus quos sustinuit. Et hoc quidē à domo, istos uerò à nomine fratrum, alios autem ab appellatione sanctorū: & illos hoc ipso honorat quòd salutat, hos uerò qd & nominatim salutat. Istos quidem primitias appellans, illos autem à temporis senio commendans. Verùm plus omnibus Priscillam & Aquilā. Licet enim omnes fuerint fideles, pares tamē non fuerunt, sed prę miis diuersi. Propterea sanè ut ad maiora excitaret uniuersos, nullius obscurauit encomia si enim qui plura præstiterūt, plus mercedis acceptu
F ri non essent, multi redderentur segniores. Vnde neq; in regno par honor, neq; in discipulis pares omnes, sed præstantiores reliquis tres erant, & in ipsis tribus multum rursus differentię repertum est. Multa quippe diligētia apud deum est etiam usq; ad extremos:

⌜uenerabātur solum, sed etiā metuebant. *Hic sup a Sup.9.a. ad Phile. b.* *Gala.5.a* *Ibid.4.c.* *1.Co.4.d* *Ibidem.a* *⌜quòd p-clare de ipso sentirent oēs.*

⌜Quoniā si id fuisset, Tryphænā ēt & Persidē ita nominasset.

Gnam & astrum ab astro differt, inquit, in gloria. Quā
1.Co.15.e quam omnes fuerint Apostoli, oēs super sedes duo-
decim sessuri sint, omnes sua reliquerint, omnes si-
mul cū ipso uersati fuerint: tamē tres ex illis accepit.
Rursus & horum trium quosdam eminere & excelle
Mar.10.f re dixit. Sedere enim, iquit, à dextris & à sinistris, nō
est meum dare, nisi quibus paratum est. Petrū uerò
Ioan.21.d reliquis præponens, dicit: Diligis me plus his? Et Io-
Ibid 19.e annes plus est dilectus ab ipso, quàm reliqui: erit. n.
diligens omniū inquisitio, & si modicè superaueris
proximū, minimū etiā & utcunq; neq; hoc tamē ne
gliget deus. Et istud antiquitus etiam apud ueteres
uidere est: nā & Loth iustus quidē erat, uerū non ita
quēadmodū Abraham. Rursus & Ezechias, at nō si-
cut Dauid, & prophetæ omnes, sed non ut Ioannes.

Morale.

Vbi sunt igitur, qui post tam exactam diligentiam
gehennam esse nolunt? Si enim non eisdem potiētur
iusti oēs, sicubi uel modicè alij alios excelluerint:
1.Co.15.e. differt enim stella à stella, inqt, in gloria: quomodo
cum iustis eadem gloria fruentur peccatores? Hanc
H etenim confusionem ne homo quidem quisquā fa-
ciet, multò minus deus. Si uerò uoluerit is, & in his q
peccauerūt, & quæ iam facta sunt, istam uobis diffe
rentiam, exactamq; iuris exequutionem ostendā. ob
serua autem: Peccauit Adam, peccauit & Heua, trans
gressi sunt utrique: uerūm ex æquo non peccarunt.
1.Tim.2. Igitur neq; puniti sunt æqualiter. Tantū enim hic dif
d. ferentiæ est, ut Paulus dixerit: Quoniam Adam non
est deceptus, mulier uerò seducta, trāsgressioni facta
est obnoxia? atqui seductio una erat. Verùm diligēs
inquisitio dei tantum differentiæ ostēdit, ut Paulus
hoc dixerit. Rursus Cain quidē punitus est: Lamech
uerò post illum occidēs, nihil tale passus est, tametsi
& illic cędes fuerit & istic, grauior etiā multò quàm
illic, eo quòd iste neq; ex præcedenti exemplo factus
sit melior. Verùm quoniam hic quidem neq; fratrē
post admonitionē occidit, neque accusatore opus
habuit, neq; interrogante deo impudēter respondit:
I sed nemine arguente seipsum & reprehendit, & con-
demnauit, ueniam adeptus est. Ille uerò quoniā con
traria commisit, supplicio affectus est. Vide quāta di
ligentia deus utriusque facta inquisierit. Propterea
& eos qui in diluuio fuerunt, & qui in Sodomis, ali-
ter atq; aliter puniuit. Rursus aliter Israelitas, aliter q
in Babylone, aliter qui sub Antiocho fuerunt, ostē-
dens quòd multam habeat actorum nostrorū ratio
nem. Et illi quidem septuaginta seruierūt annos, isti
uerò quadringentos: illi & liberos suos comederūt,
& innumeras alias grauiores perpessi sunt calamita-
Mat.10.d tes: & neque sic tamen liberati sunt, siue illi, siue ad-
huc uiuentes, Sodomitis etiam miseriores. Tolerabi
lius enim, inquit, terræ Sodomorum erit & Gomor-
rhęorum, quam ciuitati isti. Nam si nulla illi cura est,
siue peccemus, siue probè agamus: meritò poterit
quispiā dicere non esse supplicū. Si uerò tantum im-
pendit studij, quò minus peccemus, & tāta molitur
quò rectè uiuamus: manifestū quòd & peccātes pu-
niat, & rectè agentes coronet. Tu uerò mihi multo-
rū iniquitatē perpende. Nam hic quidē uitio uertūt
deo, quòd longanimiter plerunq; expectat, multòs-
que sceleſtos, lasciuos, uiolentos ita negligit, ut non
statim pœnas de illis sumat. Illic uerò rursus siquan-
do supplicū ipsis minatur, acerbi sunt, molesti, ac q̄-
ruli. Atq; si hoc tristitiā adfert, recipiendū erat alterū
& celebrandū. Sed ô dementiā, ô stultam & asininā K
sententiam, ô mentem peccatorum amatricē, & ad
malitiā respicientem. Nam hinc omnia illa dogmata
nascuntur, ita ut si uirtuti uellent inhærere qui ista di
cunt, mox & de gehenna persuaderentur, omniq; du
bitatione leuarentur. Et ubi, inquies, & in quo loco
erit ipsa gehenna? ut quid istud curas? Quæstio siqui
dē est, ut ostendatur quòd sit, non ubi recōdita sit,
& in quo loco. Nonnulli quidē fabulantes dicūt qd
in ualle Iosaphat, quod de bello quodā præterito di
ctū est, ad gehennā trahentes: scriptura uerò hoc nō
dicit. Sed in quo loco, inquis, erit? Alicubi quantum
ego puto extra omnē hunc mundū. Quemadmodū
enim regum carceres & metalla porrò distant: ita ali
cubi extra hunc orbem erit gehenna. Ne quæramus
igitur ubi sit, sed quomodo illā fanè fugiamus: neq;
propterea de futuris fidem deus non seruabit, quòd
hic nō oēs punit. Benignus enim est, & lōgaminiter
agit. Propterea minatur, & non statim in gehennam
coniicit. Nolo. n. inquit, mortem peccatoris. Quòd Ezec.18.f
si mors peccatorum non est, superfluum est quòd
dicit illam se nolle. Et noui quidē quòd his sermoni-
bus nihil uobis molestius sit, mihi uerò nihil iucun- L
dius. Et utinā in prandiis & cœnis, & balneis, imò &
ubiq; de gehenna disputatū esset. Neq; enim mœro-
re affecti essemus in uitæ huius malis, nec in bonis il
lius deliciati lætatiq; fuissemus. Quid. n. mihi poteris
obiicere incommodi? Paupertatem? morbos? capti-
uitatem? cæcitatem corporis? Sed hæc omnia com-
paratione supplicij futuri ridicula sunt, siue obiicias
omnimoda fame tortos, siue à prima ætate cæcos,
cibūq; emendicātes, ridicula, inquam, ista ad futura
mala sunt. Continuos itaque sermones de illis ueris
mus: non enim sinet in gehennam incidere, gehēnæ
meminisse. Non audis Paulum dicentem: Qui quidē 2.Thes.1
pœnam sustinebunt perpetuam à facie domini? Nō e.
audis qualis factus sit Nero, quem & mysterium An
tichristi uocat Paulus? Mysterium enim iniquitatis, Ibid.2.c
inquit, iā inoperatur. Quid igitur? Nihil patietur Ne-
ro? Nihil Antichristus? Nihil diabolus? Semper igitur
Antichristus erit. Semper diabolus. Neque enim nisi
puniti fuerint, à malitia sua desistent. utique dices:
sed quòd gehenna quidem sit, undiq; manifestū est,
soli uerò infideles patientur. Quamobrē, dic quęso?
Quoniam fideles dominū suum agnouerunt. Et qd
istud? Quando enim uita illorum immunda fuerit, M
maiores etiam pœnas propterea dabunt quàm infi
deles. Quicunq; enim sine lege peccauerūt, sine lege
quoque peribunt: & quotquot in lege peccauerunt, Rom.2.b
per legē iudicabuntur. &, Seruus scies uoluntatē do
mini sui, & non faciens, uapulabit multis. Si uerò nul Luc.12.f
la uitæ dāda erit ratio, sed inaniter ista dicūtur, neq;
diabolus punietur. Etenim deum agnouit, magis ēt
multis hominibus, & dæmones uniuersi, & sciūt illū
& horrent, & iudicem confitentur. Itaque si nō erit
reddenda uitæ ratio, neq; malarum actionū, euadēt
etiam isti. Non sunt ista, non sunt inquam, ne decipia
mus nosipsos dilecti. Si enim gehenna non est, quo
modo iudicabunt Apostoli duodecim tribus Israel?
Quomodo dicit Paulus: An ignoratis quòd angelos I.Co.6.a
iudicaturi sumus, multò magis secularia? Quomodo
Christus dixit: Viri Niniuitę exurgent, & iudicabunt Mat.12.d
generationem istam: & tolerabilius erit terræ Sodo-
morum in die iudicij? Quid igitur ludis in rebus non
Iudicris? Quid teipsum seducis, ac decipis? Quid be-

A nignitatem dei expugnas? Propter hoc ipsum quippe
illam, & parauit, & minatus est, ne in illā incidamus,
timore illius meliores facti. Itaq; qui sermonem de
istis è medio tollit, nihil aliud facit, quàm quòd hac
deceptione in eam ipsam gehennam impellit & cōii
cit. Ne dissoluas itaq; manus illorū, qui pro uirtute
laborant, neque socordiam illorū, qui obdormiūt
adaugeas. Si enim multi crediderint gehennam non
esse quando malitiam relinquent? ubi uerò iustitia
apparebit? Non dico de peccatoribus, & iustis, sed
de peccatoribus & peccatoribus. Quamobrē alius
quidem hic punitus est: alius uerò, licet eadē aut cer-
tè maiora quoq; deliquerit, punitus non est? Si enim
gehenna non est, nihil poterit ista reprehendentibus
responderi. Hortor igitur ut ab istis ridiculis cessān-
tes obturemus ora illorum, qui nobis in huiusmodi
contradicunt. Erit enim tam in peccatis quàm in re-
ctè factis, etiā minutissimorū exacta inquisitio. Ocu
lorum quoque impudicorū pœnas dabimus, & uer
προτρί- bi otiosi, & simplicis cōuicij, ebrietatis quoq; supplicia patiemur, atq; pocula aquæ frigidæ mercedē ac
ου του cipiemus, imo & solius gemitus. Pone si quidē, inqt,
χρου. B regnum in faciebus gementium & lugentium. Quo
Ma.10.d modo igitur audes dicere qd simpliciter & frustra
Ezec.9.b gehennam minatus sit, qui nostras actiones tāta di-
ligētia exquirit? Noli, obsecro, noli, & teipsum, & eos
qui tibi credunt uanis spebus perdere: si nostris ser-
monibus diffidis, inquire Iudæos, Græcos, hæreti-
cos omnes. Omnes ueluti uno ore respōdebūt, & iu
dicium, & retributionē fore. Sed non sufficient ho-
Mat.8.d mines? interroga uel dæmonas ipsos, & audies cla-
mātes: Quid uenisti huc ante tempus torquere nos?
Collectis his omnibus mentē tuam persuade, ne ua
nè nugetur, ne per experientiam discas esse gehen-
nam, sed hinc & resipiscere ualeas, & tormenta illa
effugere, bonáque futura acquirere, gratia & beni-
gnitate, &c.

Homilia.xxxij.

Bsecro autē uos fratres, ut obseruetis eos qui dissi
o *dia & offendicula cōtra doctrinā, quā uos didi-*
cistis, gignunt, & declinetis ab illis. Nā qui tales
sunt, domino nostro Iesu Xpō non seruiūt sed suo uētri, &
per blandiloquentiam decipiunt corda innocentū. Parae-
nesis iterū, & post paranesim precatio: cùm enim
C dixisset, ut eos qui dissidia gignunt, obseruent, illis q̄
Hic inf.c non obtemperent adiicit: Deus autem pacis cōteret
ibidē.d. satanam sub pedes uestros: &, Gratia domini sit uo-
biscū. Obserua uerò quā placidè adhortetur, non in
persona consiliarij, sed in persona domestici, istud,
ἐγκω- multoq; honore faciens. Nam & fratres illos uocat,
μιουσ. & supplicat: Obsecro quippe uos, inquit, fratres. De-
inde ut & cautos eos & solicitos faciat, calumniātiū
dolū ostendit: tanquam enim ex seipsis manifesti
non sint, dicit: Obsecro autē uos ut obseruetis: hoc
est, diligenter satagite, ut cognoscatis & perscrutemi
ni. quosnam, dic quæso? eos q dissidia & offendicula
contra doctrinam quam uos didicistis, gignūt. Ista
siquidē potissimum est ecclesiæ subuersio, in partes
scilicet diuisam esse. Hæc diaboli sunt arma, hoc pa-
cto omnia sursum, ac deorsum uoluuntur. Donec
enim unitum fuerit ecclesiæ corpus, nullū ualet ha-
bere introitū satanas: uerùm à dissidiis nascitur of-
fendiculū. Vnde autem dissidia? Ab eo quòd uentri,
aliisq; affectibus seruitur: nā qui tales sunt, inqt, deo
nō seruiunt, sed suo uētri. Itaq; non erunt offendicu-
la, nō erunt dissidia, nisi dogma quoddā excogitatū D
fuerit quod sit contra Apostoliçam doctrinā: id qđ
& hic manifestans dicit, contra doctrinā, Et non di-
cit, quā docuimus: sed, quam uos didicistis, antici
pans illos, & ostendens persuasos utiq; esse, audisseq;
& suscepisse. Et quid faciemus illis qui ista deprauāt?
Non dixit, aggredimini, & manus conferentes pu-
gnis decertate, sed declinate ab illis: si enim ex stulti
tia quidem aut errore hoc facerent, oportebat cor-
rigere. Quoniam uerò scientes peccant, resilite alio:
& alibi hoc dicit: Subducite uos, inquiens, ab oi fra- 2.Thes.3.
tre q inordinatè se gerit. Et Timotheo de fabro ęra- b.
rio differens, talia adhortatur dicens, Quem & tu ob 1.Ti.4.c
serua. Deinde & talia audentes obiurgans ac mor-
dēs, causam dicit, ex qua dissidium istud excogitaue
rint. Tales enim, inquit, domino nostro Iesu Xpo
non seruiunt, sed suo uētri. Hoc & Philippēsibus scri-
bens, dixit: Quorum deus uenter est. Videtur autē Phil.3.d.
mihi eos hic notare, qui ex ludæris erant, quos potissi
mum perpetuo solet uelut gulosos notare: nā & ad
Titum scribens de illis dixit: Malæ bestiæ, uentres pi- ad Tit.1.
gri. Et Christus eosdem criminādo dixit: Comeditis c.
domos uiduarum. Et prophetę quoq; eadem in illis E
reprehenderunt: Impinguatus est enim, inquit, incras Ma.23.b
satus & recalcitrauit dilectus. Propterea & Moses hor Deu.32.b
tatur dicens: Cùm comederis ac biberis, impletusq; Ibidē.6.c
fueris, recordaberis domini dei tui. Et in Euangelijs
Christo dicentes, Quod signum ostendis nobis, Ioan.2.e.
aliaq; omnia prætercurrentes, ac negligente, manna
cōmemorant. Hoc pacto ubiq; huic passioni dediti
apparent. Quo itaque te non pudebit si seruos uē-
tris pro doctoribus habeas, qui frater es Xpi? Et sedu
ctionis quidem causa hæc est: insidiarum uerò mo-
dus alium rursus morbū habet, nimirum adulatio-
nem: per blandiloquentiā enim, inquit, seducunt cor
da innocentū. Rectè autem dicit per blandiloquen-
tiam: obsequium quippe illorū in uerbis hæret, mēs
uerò talis non est, sed dolo referta. Et non dicit, uos
decipiunt: sed, corda innocentū. Et neq; hoc cōten-
tus est, sed ne grauius reddatur, quod dicit, subiūgit:
Nam obedientia uestra ad omnes permanauit. Hoc ue-
rò faciens, non patitur illos impudentes fieri, sed en-
comijs præoccupat, testiumq; multitudine continet.
Neq; enim ego solus, inquit, testimonium de uobis
fero, sed & uniuersus orbis. Et non dicit prudētia ue F
stra, sed, obedientia uestra: hoc est, fidelis persuasio, id
quod illis est multæ mansuetudinis testimonium dā
tis. *Gaudeo igitur de uobis.* Non modicum & istud est
encomium, deinde & post laudem admonitio: nam
ne pigriores eos occultè faciat, dum à culpis liberat,
rursus illis insinuat dicens: *Sed uolo uos sapientes esse*
ad bonum, synceros ad malum. Vides quomodo illos
rursum tangat, licet occultè? Est enim istud obscurè
significantis, quòd nonnulli iam ex illis decepti, & se
ducti fuerint. *Deus uerò pacis cōteret satanam sub pe-*
des uestros, breui. Quoniam enim dixerat, eos qui dis-
sidia, & offendicula gignunt, obseruate: dicit iā deū
pacis, ut confidant se liberandos aliquando ab illis.
Qui enim pacem amat, utiq; dissoluet quæ illam læ-
dunt. Et non dicit, subdet: sed quod maius est, cōte-
ret, & nō solū deceptores illos, sed & qui ad ista du-
cem illis agit, nempe satanam. Et non solùm conte-
ret, sed sub pedes uestros, ut & ipsi uictoriā auferrēt,
& adepto trophæo illustres redderentur. Deinde rur
sus & ab ipso tempore cōsolatio, subiūgit enim: Bre-

Gui. Hoc uerò simul erat & precatio, & Prophetia. *Gratia domini nostri Iesu Christi sit uobiscũ*. Tutissima arma, murus infractus, turris inquassata: admonet enim illos gratiæ, ut alacriores reddat. Si enim à multò grauioribꝰ liberati, solaq; gratia liberati estis: multò magis liberabimini, & à minoribus: siquidẽ & amici facti estis, & quod uestrũ erat, simul attulistis. Vide quomodo neque precationem sine operibus ponat, nec opa sine precatione. Dato enim illis obediẽtiæ testimonio, precatus est, ostendens utriq; nobis opus esse, & quæ diuinitus dantur, & q̃ à nobis sunt, siquidem diligenter & exactè saluãdi fuerimus, idq; non solùm antea, sed & nunc quoq; etiam si magni, celebresq; fuerimus, diuina gratia opus habemus. *Salutat uos Timotheus cooperarius meus*. Vides rursus consueta encomia? *Et Lucius, & Iason, & Sosipater cognati mei* Iasonis huius & Lucas meminit, fortitudinẽq; illius nobis commendat, dicẽs: & duxerunt illũ ad magistratus urbis clamantes. Et alios quoque credibile est de insignibus fuisse. non enim simpliciter cognatos cõmemoraret, nisi iuxta pietatem similes illi fuissent. *Saluto uos ego Tertius qui scripsi Epistolam.*

H Non modicũ & istud encomium, scribam esse Pauli. Verũ hoc nõ ideo dicit, ut seipsum laudet, sed ut feruentem apud illos dilectionem ministerij gratia attrahat. *Salutat uos Gaius hospes meus & totius ecclesiæ.* Vides qualem illi coronã texat, de tanta illius hospitalitate testificans, integrãq; ecclesiam ĩ domum illius cõgregans? Hospitẽ enim hic, pro hospitio susciptẽ dicit. Audiẽs uerò qd Pauli fuerit hospes, non solũ liberalitatis gratia ipsum celebrabis, sed & eiꝰ diligẽtiæ, qua uitam piè instituit. Nisi enim dignus uirtute Pauli fuisset, apud eum utiq; ille mimẽ hospitatus fuisset. Qui. n. multa præceptorum Christi transcendere etiam studuit. Vtiq; hanc illius legem transgressus nõ est, qua iussi sunt Apostoli exqrere hospites dignos ad quos diuerterent. *Salutat uos Erastus q̃stor ærarius ciuitatis, & Quartus frater*. Nõ simpliciter adiecit quæstor ærarius ciuitatis, sed quemadmodũ Philippensibus scripsit: Salutant uos qui sunt ex Cæsaris familia, ut ostẽdat euangelij prædicationẽ magnos ẽt tetigisse: ita & hic dignitatis huius meminit,

I idem quod illic agens & ostẽdẽs, neq; diuitias, ei qui attenderit, neq; principatus curas, neq; aliud horum quicquam impedimẽto esse. *Gratia domini nostri Iesu Christi sit uobiscũ, Amẽ.* Vides unde exordiẽda, & quo terminãda sint omnia: nã & hinc fundamentũ iecit epistolæ, & hinc quoq; fastigiũ illi iposuit, simul illis matrẽ bonorũ omniũ *im*precans, atq; omnis beneficẽtiæ diuinitus acceptę admonẽs. Illtud quippe potissimũ est generosi doctoris: nõ solũ sermone quos imbuit, ac docet, sed & precibus iuuare, unde & dicebat ille: Nos uerò precationi, & ministerio uerbi adhærebimus. Morale.

Quis igitur & nobis bene precabitur, posteaq̃ Paulus hinc migrauit? Aemulatores illi Pauli, tantum modo dignos nos tali patrocinio exhibeam, ne hic solũ uocẽ Pauli audiamus, sed & illic postquã discesserimus, athletã hunc Xpi uidere mereamur. Immo si hic adiuerimus, & illic ipsum omnino uidebimus, licet nõ ẽ propinquo stantes: uidebimus tamẽ prorsus propè apud regalẽ thronũ splẽdentẽ. Vbi Cherubin deũ glorificãt, ubi Seraphin uolant, illic Paulum uidebimus cũ Petro in sanctorũ choro coryphæum existentem & præsidentem, genuinaq; illic dilectione

Act.17.b.

Act.6.b.

Paulus in choro sctorũ coryphæus.

Phil.4.d

fruemur. Si. n. cũ hic esset, úsqueadeò dilexit homines, ut cũ dissolui ex animi proposito, & cũ Xpo esse cuperet, elegerit hic esse: multò magis illic feruentiorem amorem ostendet. Ego & Romam ppea dilego, tametsi, & aliũde queam illã laudare, nẽpe à magnificẽtia, ab antiquitate, à pulchritudine, à multitudine, à potẽtatu, à diuitiis, & à rebus in bello fortiter gestis: Sed relictis istis omnibus, ob id illã beatã dep̃dico, qd erga illos Paulus dũ uiueret, adeò fuit beneuolus, adeò illos amauit, corã disseruit, & postremò uitã apud eos finiuit. Vnde & ciuitas ista hinc facta est insignis plus q̃ à reliquis omnibus. Et quẽadmodũ corpus magnũ ac ualidũ, duos habet oculos illustres, sanctorũ uidelicet illorum corpora: Nõ ita cœlũ splẽdescit, quãdo radios suos Sol ex sese dimittit, quẽadmodũ Romanorũ urbs duas illas lãpades ubiq; terrarũ effundẽs. Hinc rapietur Paulus, hinc Petrus. Considerate & horrete, quale spectaculũ uisura sit Roma, Paulũ uidelicet repentè ex theca illa cũ Petro resurgẽtẽ in occursum domini sursum ferri. Qua lẽ rosam Xpo mittet Roma? qualibus coronis duabus ornatur urbs ista? Qualibus cathenis aureis cincta est? Quales habet fontes? Propterea celebro hãc urbẽ, non pp copiã auri, nõ pp colũnas, neq; propter aliã phantasiam: sed propter colũnas illas ecclesiæ. Quis mihi nũc dabit circũfundi corpori Pauli, affigi sepulchro, uidere puluerẽ corporis illius, quę adhuc in Christo deerãt adimplẽtis, stigmata illius gestantis, prædicationẽ euangelij ubiq; seminantis? puluerem inquã oris illius, per quod Xps loquutus est, per quod lux emicuit quouis fulgore clarior, & uox exiliit dęmonibus quouis tonitru terribilior, per qd beatũ illud uerbũ loquutus est: Optabã anathema esse pro fratribus meis, per qđ loquutus est corã regibus, & nõ est confusus, per quod Paulũ didicimus, per quod Pauli dominũ. Tonitru ita terribile nobis nõ est, quẽmadmodũ uox illa dæmonibus. Si. n. uestimẽta ipsiꝰ horruerũt, multò magis uocẽ: Ipsa uinctos illos & captiuos egit, hæc orbẽ terrarũ expurgauit, hęc morbos dissoluit, uitiũ expulit, ueritatẽ superinduxit, Christũ habuit inhabitatorẽ. Is ubiq; cũ illo profectus est: & quod erãt Cherubin, hoc erat & uox Pauli. Quẽadmodũ ĩ potẽtatibus illis sedit deꝰ: ita & in lingua Pauli. Digna qppe facta est quę Christum receperit, ea tantũmodo loquẽs, quę Xpo grata erant, & ad ineffabilẽ usq; uolans altitudinẽ, quẽ admodũ Seraphin. Quid. n. sublimius uoce illa qua dicebat: Persuasus sum qđ neq; angeli, neq; principatus, neq; potẽtatus, neq; instãtia, neq; futura, neq; sublimitas, neq; profundum, neq; alia creatura poterit nos separare à charitate dei, q̃ est ĩ Xpo Iesu? Quot uidetur tibi alas, quot oculos habere uox ista? Propterea dixit. Nõ. n. ignoro cogitationes ipsiꝰ hinc fugiũt dæmones, nõ solũ loquẽtem audientes, sed & uestimẽtũ procul cõstituti uidẽtes. Oris huius puluerẽ uidere uellem, per quod Xps magnalia & ineffabilia loquutus est, & maiora etiã quã per seipsum, (Quẽadmodũ enim maiora per discipulos suos operatus est, ita & maiora loquutus est) per quod admirãda illa oracula orbi protulit spiritus sanctus. Quid. n. os illud sanctũ nõ effecit? Dęmonas expulit, peccata absoluit, tyrãnos cõ pescuit, philosophorũ linguas obscurauit, orbẽ deo adduxit, Barbaros ad philosophiã pśuasit, oía coaptauit, quæ in terra, & quę in cœlis, ad quẽ modum uoluit, disposuit, ligans illic & soluens,

Phil.1.d

Laus urbis Rom.

Rom.8.g

Rom.8.f

2.Cor.12

Ioã.14.b

iuxta

A iuxta datam sibi potentiã, quos uolebat. Non solũ aũt oris, sed & cordis illius puluerẽ uidere uellem: quòd siquis totius orbis cor dixerit, innumerorũq; bonorũ fontẽ, & principium, & elementũ primariũ nostræ salutis, certè non errauerit. Hinc. n. spiritus uitæ in omnia suppeditatus est, mẽbrisq; Christi datus, nõ per arterias emissus, sed per bonorũ uolunta-
2.Cor.6.c tem ac propositum. Cor istud adeo fuit latũ, ut i se susceperit & integras urbes, & populos, & Gentes. Cor. n. meum inquit, dilatatum est: uerũtamẽ utut
Ibid 2.b latum fuerit, tamẽ sæpenumero occupauit & prefit illud, q̃ ipsum dilatabat dilectio. Ex multa quippe tribulatione, inquit, & anxietate cordis scripsi uobis. Et dissolutũ ẽt uellẽ uidere cor istud, erga unũquenq; pereuntiũ accensum, & ignitũ secundo par-
Mat.5.b turiens filiorũ abortus, deũ uidens: (mundi. n. cor-
Psa.50.d de deũ uidebunt, inquit) hostiã factum. (Hostia siquidem deo est, inquit, spiritus contritus) cœlis ipsis sublimius, orbe latius, radijs solaribus exhilaratius,
Ioan.7.f igne feruentius, adamante solidius, fluuios emittẽs (fluuij siquidem fluent ex uentre eius, inquit, aquæ
B uiuæ) ubi erat fons exiliens, & rigans, non terræ superficiem, sed animas hominũ: unde nõ solũ fluuij, sed & fontes lachrymarũ noctes, atq; dies emana-
Gala.2.c runt. Cor, inquã, quod nouã uitam, nõ hanc nostrã uixit. Viuo enim, inquit, iam non ego, uiuit uerò in me Christus. Cor itaq; Christi erat, cor Pauli, tabulaq; spiritus sancti, atq; charitatis uolumẽ. Cor illud
Ibid.4.c quod pp aliena quidẽ peccata tremebat. (metuo si quidem, inquit, ne quo pacto frustra laborauerim ĩ
2.Co.11.a uobis. &, Ne quo Heuam seduxit serpẽs: &, Ne cum
Ibid.12.f uenero, non quales uolo inueniam uos) Super seip-
1.Co.9.a so uerò & timebat, & confidebat. Metuo, inquit, ne
Rom.8.g quo pacto alijs prædicans, ipse reprobus efficiar: &, Persuasus sum quòd neq; angeli, neq; principatus poterint nos separare: cor illud qđ Christum adeò dilige meruit, ut illũ nemo alius ita dilexerit, qđ mortem & gehẽnã contẽpsit, quod ex lachrymis illis fraternis coterebatur. Quid enim facitis, inquit, flentes & adfligentes cor meũ? quod licet fuerit tolerantissimũ, ferre tamen nõ potuit præcognitũ tẽpus, quo defecturi erãt Thessalonicenses. Videre, rursus uellẽ
C puluerem manuum illius q̃ in uinculis fuerunt, per quarũ impositionẽ spiritus sanctus suppeditabitur,
Gala.6.c per quas hæ literæ scriptæ sunt. Ecce, inquit, qualibꝰ
2.Thes.3.d literis scripserim uobis mea manu. Et iterũ: Salutatio mea, Pauli manu. Manuũ, inquã, illarũ, quas cũ
Act.28.a uidisset uipera, in rogum ardentem decidit. Puluerẽ uidere uellem oculorũ bene excæcatorum primo, deinde uerò ad orbis salutẽ respicientiũ, qui & Christum in corpore uidere meruerũt, qui terrena uiderunt, & non uiderunt: qui, quæ non uidentur, uiderunt: qui somnum ignorarunt, qui medijs noctibus uigilarũt: qui, quæ solent ferre oculi inuidorũ, passi non sunt. Vellem & pedũ illorum uidere puluerẽ, q per orbẽ currentes non laborarunt, qui ligati erant in ligno quãdo noctu conquatiebatur carcer, q orbem, inhabitabilẽ ẽt circumierunt, qui sępenumero fuerunt in itinere. Et quid opus est singula recẽsere? Vellem uidere sepulchrũ, quo recondita sunt arma illa iustitiæ, arma lucis, mẽbra nunc uiuentia, tum uerò cum in hac uita essent emortua, in quibus omnibus uiuebat Christus, quæ mundo fuerunt cruci fixa, membra Christi, q̃ Christũ induerant, quæ tẽplum spiritus sancti, sanctaq; fuerũt ædificatio, quæ

Tomus quartus.

ligata erant spiritu, confixa timore dei, habẽtia stigmata Christi. Hoc corpus urbẽ hanc munit, quod
Gal.1.d quãuis turri, innumerisq; mœnibus ac uallis est tutius, & cũ isto corpus ẽt Petri. Nam & uiuentem honorauit: Ascendi. n. inquit, uidere Petrum. Propterea & hinc emigrantẽ istum contubernalẽ sibi dignata est facere illius charitas: uellem uidere leonẽ illũ spiritualem. Quemadmodũ enim leo ignẽ in uulpium greges demisit, ita iste in dæmonũ & philosophorũ globum & exercitũ irruit, & uelut fulminis solet impetus: ita in diaboli phalangas delata est. Neq; enim is iusta acie Paulo restitit, sed illũ ita est ueritus, ita ante illum tremuit, ut & uel illius umbram uidens, uel uocẽ audiens procul fugerit. Ita & eũ qui fornicatus fuerat, Satanæ, ẽt lõgè disitus, tradidit, ac rur-
1.Cor.5.b sum ex illius manibus eripuit. Ita & alios, ut discerẽt
1.Tim.1.d non blasphemare. Vide uero, qũo eos quos ordinauerat, stimulet excitans & muniens. Et iam quidem Ephesijs dicit: Non est nobis colluctatio aduersus
Eph.6.b sanguinẽ & carnem, sed aduersus principatus & potestates. Deinde & præmiũ certaminis ponit in cœlestibus, dicẽs. Non. n. nobis certamen, inquit, circa E terrenas res, sed circa cœlos, & quæ ĩ cœlis sunt. Iam uerò alijs: An ignoratis, inquit, quòd angelos iudicabimus, multo magis secularia? His itaq; cõsideratis
1.Co.6.a omnibus, stemus generosẽ & fortiter: nam & Paulus homo fuit ex eadẽ nobiscum natura participãs, aliaq; omnia cõia nobiscum habens. Verũ quoniã multum dilectionis erga Christum ostendit, cœlos ipsos transcendit cum angelis constitutus. Itaque si uoluerimus & nos uel modicũ excitari, ignemq; illũ in nobis accendere, æmulari poterimus hunc sanctum. Neq; enim si impossibile hoc esset, clamasset, dicens: Imitatores mei estote, quemadmodum ego
Ibid.4.d Christi. Non solũ ergo admiremur ipsum, neq; tantummodo stupeamus, sed & imitemur: ut mereamur hinc migrantes, & ipsum uidere, & ineffabilis ipsius gloriæ participes esse: id quod nos omnes assequi cõtingat gratia & benignitate, &c.

Finis commentariorum D. Ioannis Chrysostomi, in epistolam ad Romanos.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI IN LOCVM Pauli, Salutate Priscam & Aquilam, & decolendis sacerdotibus.

F

Rom.16.a *1.Co.16.c* *& Act.18.a.c*

NOnne docti estis, nihil in sacris literis inter superuacanea habendum? Nónne didicistis & inscriptiones, & nomina, & cognomina diligenter in arcanis scripturis excutienda? Ego sanè studiosos arbitror ne laturos quidem, ut uerbulũ aliquod in sacris libris contemptim prætereatur, etiam si tantum nomina recensentur, uel tempus numeretur, uel breuis cuipiam cognomination cõtingat. Attamẽ ut adhuc certior hæc sñia fiat: agẽ, hodie ad ea, quæ nuper in salutatione Priscillæ & Aquilæ relicta sunt, accedamus: tametsi nõ parũ profuerint, & præcedentia. Docuit enim nos, quan-

K

G tum bonũ sit, operari, & quantũ malũ, ignauiæ deditũ esse. Et qualis anima Pauli? Quã uigil, q̃ solicita? Non tantũ ciuitatum & populorũ, & gentiũ, sed & singulorum fideliũ magnã curam gerit. Ostenditq́, qũo hospitalitas nec inopia præpediatur. Et quòd uirtute ac pia uoluntate ubiq́ opus sit, non itẽ diuitijs & facultatibus. Et quòd clarissimi omniũ sunt, qui dei timorem habent, etiamsi in extrema pauper tate degãt. Vnde, Prisc illa & Aquila opifices, nempe pelliones, pauperẽ & honestam agentes uitam, præ omnibus beati prædicantur. Et cũ alij dignitatibus & potẽtia inflati, silẽtio prætereuntur, pellio ille unà cum uxore toto orbe decãtatur. Quòd si tanta eorum in præsenti uita est gloria, cogita quãti eorũ futuri sunt fructus post illũ diem, quando tempus erit coronarũ & retributionũ, qui ante illum diem non paruam uoluptatẽ, utilitatẽ, & gloriam acceperunt, quibus tantilli tẽporis consuetudo cum Paulo fuit? Enimuero sicut prius dicebã, neq́ nunc dicere desinam. Quòd non solũ doctrina, & admonitio, & cõsilium, sed & sanctorum aspectus, atq́ uestium amictus, & calceorum mos, multum habet utilitatis ac uoluptatis. Et inde non exigua uitæ nostræ cõmoditas accedit, cum discimus quatenus hi necessarijs usi fuerint. Nõ enim solũ utendi modum non sunt transgressi, sed & usui fermè necessario nonnunquã renunciarunt: quin & in fame, & in siti, & nuditate uersati sunt. Et Paulus quidẽ imperabat discipulis, dicens: Habentes aũt alimenta & tegumenta, his contenti simus. Et clarũ est quòd de seipso dicit: Vsq́ in hãc horam, & esurimus, & sitimus, & nudi agimus, & colaphis cædimur. Operæpretiũ hic fuerit in medium aliquid afferre, de quo frequẽs est quæstio. Et quidnam hoc? Dicebam, morẽ Apostolicorum calceorum nonnihil nobis conferre utilitatis. Sed cùm hoc dico, incidit mihi lex, quam Christus posuit, dicẽs: Non possidete aurũ, neq́ argentum, neq́ aliud quid in zonis uestris, neq́ calceos, neq́ uirgã in uia. Manifestũ aũt est, Petrum habuisse sandalia. Vnde cũ angelus eum dormientem excitaret, & è carcere educeret, ait: Calcea te sandalibus tuis, & circũda uestimentũ tuum, & sequere me. Et Paulus Timotheo scribit: Penulã, quã reliqui Troade apud Carpum, cũ uenies, affer, & libros, præsertim mẽbranas. Quid dicis Paule? Christus iubet nõ habere calceos, tu aũt penulam habes, & alius sandalia? Quòd, si hi tenues quidã essent, magistro nõ per omnia obtemperantes, nulla erat hic facienda quæstio: sed cũ ipsi præcipui sint, ac primates Apostolorum, & animas suas impẽderunt, Christoq́ per oia obedierunt. Et Paulus non solũ imperata fecit, sed & supra septa totus saltauit: cumq́ præciperet ex euangelio uiuẽdũ, uictum ipse manibus suis quæsiuit, plus q̃ imperatũ erat, faciens. Idcirco dignũ est, ut quæramus, quare qui in oĩbus Christo parebant, legem eius uidentur transgredi? Nam re ipsa non transgrediuntur. Hic sermo nõ in hoc solũ utilis erit, ut excusentur sancti illi, sed & ut Gentilium obstruantur ora. Quandoquidem multi, uiduarũ domos subuertẽtes, orphanos nudãtes, ipsiq́ oĩbus abundantes, & lupis nihil meliores, ex alienaq́ miseria uiuentes. Cũ uident interdum fidelium aliquos pluribus uestiri amiculis, cõtinuo eis legem Christi obiiciunt, & dicunt: nónne præcepit uobis Christus, ne habeatis duas tunicas, uel calceamenta? qũo ergo uos legem illam præuaricamini? Et post hæc, cũ abundẽ fratrem riserint, & probris affecerint, discedũt. Igitur ne talia fiant, agè & illorum obturemus impudentiam. Et possemus qdẽ ab eis facilè liberari, si hoc unũ eis diceremus. Quale hoc? Si Christũ ut fide dignũ probas, Ethnice meritò hæc obiicis, & à nobis quæris: sin ei non credis, quare legem eius opponis? Aut quãdo accusare nos uis, dignus tibi uidetur fidẽ Christus? quando autẽ eũ admirari oportet & adorare, nullius est apud te momenti, totius orbis dominus? Verũ ne hæc inopia defensionis dicere nos putent, ad solutionem eius quod quærebatur ueniamus. Quænam ergo solutio? Videndũ est in hmõi, quibus, & quando ea Christus imperauerit. Non. n. obiter, & nudè inquirenda sunt hæc: sed operępretiũ fuerit simul & personam, & tempus, & omnia hæc diligenter perscrutari. Itaq́ cũ hæc diligenter consideramus, inuenimus, quòd ipsa non sint oĩbus imperata, sed solis Apostolis: & neq́ illis in omne, sed ad præscriptũ & determinatum tempus. Et unde hoc manifestũ? Ex dictis ipsis: dicit enim, Vocatis duodecim discipulis, dixit eis: In uiam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Ite potius ad oues domus Israel quæ perierunt: infirmos curate: dęmonia eiicite: gratis accepistis, gratis date: ne possideatis aurũ uel argentum, uel æs in zonis uestris. Attende quanta magistri sapientia. Qũo leue hoc præceptũ fuerit. Nam cũ prius dixisset: Infirmos curate, leprosos mundate, dæmones eiicite, magnãq́ eis gratiã liberaliter dedisset, tunc tandẽ hæc imperauit, nimirum paupertatẽ, signorũ potestate leuem & facilem reddens: neq́ ex his solũ, sed & ex multis alijs manifestum est solis discipulis esse imperatum. Nam & uirgines, quia oleum in lampadibus suis nõ habebãt, puniuit: & alios quoq́ arguit & increpat, quia esurientem ipsum uiderunt, & nõ pauerunt, & sitientem non potarunt. Porrò is cui nõ est æs neq́ calceamentũ, sed una tantũ uestis, quomodo absq́ his alium pascere, qũo nudum uestire, qũo alium in domum inducere poterit? Sed & aliunde clarum esse poterat. Nam accedente, & dicente quodã: Quid faciendo uitæ æternæ hæreditatem assequar? Cum recensita essent omnia, quæ in lege præcepta, & ille curiosius percontaretur, & diceret: Hæc omnia seruaui ab adolescentia mea, quid adhuc mihi deest? dicit ad ipsum, Si uis perfectus esse, uade, uende facultates tuas & da pauperibus, & ueni sequere me. Hic si præcipere uoluisset, oportebat hoc principio dicere, & legem in ordine præceptorum ponere, & non tanquam cõsilium & exhortationem narrare. Enimuero cũ dicit, Non possidete aurum, uel argẽtum: imperando dicit. Cùm uerò dicit, Si uis perfectus esse: consulendo & admonendo dicit. Non est autem idem consulere, & legem ponere. Nam qui legem statuit, modis omnibus fieri uult, quod præcipit. Qui uerò consulit & adhortatur, sententiæ & arbitrio auditoris permittit, ut ex dictis quod uoluerit eligat, sicq́ faciendorum dominus auditor relinquitur. Propterea nõ simpliciter dixit, Vade, uende facultates tuas: sed ut discas, quòd in arbitrio audientium res sitæ sint. Vnde manifestum, Apostolis solis hæc fuisse præcepta. Verùm quæstio nondum ẽ soluta est. Nam si præcepta sunt hęc solis Apostolis, quid in causa est, quòd, licet præceptum fuerit ne haberent calceos, uel geminas uestes, intuentiſunt eos possidentes: nam alius possedit penulam, alius uerò sandalia? Quid igitur ad hæc dicemus? Christus neque Apostolos semper huius legis necessitate obstringi uoluit, sed eos absoluit ab hac lege, cum iam ad salutarem crucem iturus esset. Et unde hoc liquet? Ex saluatoris sermonibus. Nam passionẽ aggressurus, uocatis illis dixit, Cùm uos mitterem sine marsupio & pera, aliquid ne deerat? At hi respondentes dixerũt: Nihil. Ipse autem dicebat eis: sed nunc qui habet marsupium, tollat & peram: & qui non habet, uendat uestem suam, & mercetur gladium. Iam fortè dicet aliquis, Apostolos quidem his dictis à crimine absolutos. Sed ultra quæritur: Quare Christus cõtraria præceperit? nam interdũ dicit, Ne possideatis peram: interdum autẽ, qui non habet marsupium, tollat & peram. Quare hoc fecit? Sanè hæc admodum dignè fecit, pro sua sapientia: curaq́, quam pro discipulis gerebat. Ab initio enim uocationis hoc faciebat, ut discipuli periculum uirtutis suæ facerent: & posthac in orbem terrarum exituri hoc exemplo animati, se magis fiderent. Verùm, ubi iam potentiam suam agnoscere cœperunt, uoluit ut & ipsi domi uirtutis specimen aliquod præberent, permisitq́ ipsosmet suas ferre tẽtationes, ne scilicet perpetuò ociosi residerent, & ad finem usq́ in omnibus quasi pueri gestarentur. Et quemadmodum qui artem natandi docent, principio multa diligentia discipulos gestant: post unũ autem & alterũ, & tertium diem subtracta dextera illis præcipiunt, ut seipsos iuuent, & nonnunquam illos parumper mergi sinunt, ita ut & multum salsuginis sorbeant: Ita sanè & cum discipulis suis Christus faciebat. Nam initio nihil eos pati sinebat, uel paruum uel magnum, sed ubiq́ aderat muniens, & circunuallans eos, faciensq́ ut omnia ubertim eis affluerent: cũ uerò tempus esset, ut uirilitatem suam ipsi declararent, subtraxit aliquãdiu beneficium p̃cipiens eis, ut etiã per seipsos multa perficerent. Atq́ hanc ob causam, cum non habebant calceos, uel zonam, uel baculum, uel æs, nihil eis deerat. Dicit. n. Num aliquid uobis deerat? Et respondentes dixerunt: Nihil. Cęterũ quo tpe permisit eis, ut marsupiũ haberent & peram, & calceos, inueniebantur & esurientes, & sitientes, & nudi incedẽtes. Vnde liquidũ, cur passim eos periclitari & affligi sinit: nempe, ut mercedem aliquam habeant. Et quemadmodum aues pullos suos fouentes, tandiu in nido sedẽt, donec illorum plumæ increscant: quas dum increuisse uiderint, eos primùm circa nidum uolitare docent, dein, adminiculo suo totos destituũt: Ita faciebat & Christus. In Palæstina enim, quasi in nido nutricabat discipulos, & exin eos uolare docuit præsens, & gestans: tandem permisit eos uolare in totum orbẽ, dato eis mandato, ne sibiipsis deessent. Et quòd ideo omnino eos nudos, & una tantũ ueste amictos misit, & absq́ calceis ambulare iussit, ut suam uirtutem & potentiam cognoscerent: scien.us uerũ esse, si & aliud dictum audiamus. Non enim simpliciter dixit eis, Tollite marsupium & peram: sed priorum memoriã refricando sic dicebat, Cũ mitto uos sine marsupio & pera, aliquídne deerat? hoc est, nónne omnia ubertim uobis affluebant, multaq́ largitate fruebamini? sed nũc uolo uos & paupertatẽ experiri, & eapropter ad legẽ priorem obstrictos nolo, neq́ à uobis idẽ quod antea exigo, ut ne quasi

per inanima organa per uos operari existimer. Adhibete & uos uestram diligentiam & industriam. Quòd sic adhuc dicis: An non maius fuisset beneficiũ, si semp ita securè uersari eos uoluisset? Verũ nõ ita probati fuissent, si nullã uel afflictionẽ, uel persecutionem, uel inopiam, uel angustiã degustassent: sed mansissent ignaui & pigri. Cæterũ oportebat relucere, non solùm beneficium & gratiam Christi, sed & subditorum probationẽ, ut ne sint postea, q dicere possint: Apostolos nihil à seipsis attulisse, sed facta omnia opere Christi. Non. n. difficile erat deo usq́ ad finem in eo successu custodire: sed noluit obuarias, necessariasq́ causas, quas sæpe charitati uestræ diximus. Vna quidem hæc quam diximus. Alia autem hac non minor, nempe ut modestiæ assuefierent. Tertia uerò, ut ne maiorillis, quàm hominibus debetur, honor exhiberetur. Itaque propter hæc, & his multò plura, cũ permissurus esset eis multa inexpectata accidere, noluit priorem legem tam arctam manere, sed eius seueritatem nonnihil relaxauit. Vt & ita non esset eis grauis & intolerabilis uita, si ubique derelinquerentur, & simul duram hanc legem seruare cogerentur. Quoniam autem oportebat obscurè propositũ clarius docere: idcirco postq́ dixit, Qui habet marsupium, tollat & peram: subiicit, Et qui non habet, uendat uestem suam & emat gladium: Quid nam hoc? Armátne discipulos, qui dicit: Siquis te percusserit in dexteram maxillam, obuerte ei & alteram? Qui præcepit, ut benedicamus his, qui nos conuicijs lacessunt, feramus inuadentes, oremus pro persequentibus, nunc armat? armatq́ uno tantũ gladio? Et qũo hæc rationi consona sunt? Nam si omnino armis opus erat, non solo gladio, sed & scuto, & galea, & curralibus armare oportebat. Et profectò si humano more hæc dispensare, & agere uoluisset, ridiculum erat hoc præceptum. Quandoquidem licet sexcenta id genus arma possedissent, aduersus insidias, & impetus populorum, tyrannorum, ciuitatum, gẽtium: qũo potentiores habiti fuissent undecim? Non potuissent præ timore spectare faciem exercituũ, & audire uocem hinnientium equorum, uiri non nisi in stagnis & fluminibus & lembis uersati. Quare ergo hoc dicit: Iudæorum insidias indicare uolebat, idq́ manifestè, & non per ænigmata, ne iterum secum cõsunderentur. Itaq́, sicut cũ audis Christum dicentem: Quod audistis in aurẽ, prędicate super tecta: & qd audistis in tenebris, dicite in luce. Non intelligis, quasi pręcipiat relictis foris & triuijs, eos super tecta debere prædicare: sed cũ dicit, Super tecta, & in luce: fiduciam & libertatem publicè prædicãdi insinuat. Cũ uerò dicit, In aurem & in tenebris: significat, ut ubique terrarum narrent, quod in parua mũdi parte, & in uno Palæstinæ loco audierant. Neque enim in tenebris & in aurem eis dicta erant, sed sæpe in altis montibus, in conuentibus & synagogis. Ita & hic intellige, Nam sicut ibi audimus tecta, ita & hic arma. Nõ igitur sentimus, quòd talib⁹ uerbis iusserit haberi gladios: sed quòd p gladios insinuauit imminere insidias, & passurũ se à Iudęis q̃ & passus est: atq́ hoc ex sequentibus manifestum est. Nã ut dixit emẽdum gladium, mox adiecit: quia oportet adimpleri ea quæ de me sunt scripta. Quòd cum iniquis reputatus sum discipulis autẽ dicetibus, Hic sunt duo gladij: & non intelligentibus dictũ, ait: Satis est. Tã-

Universidad de Belgrano Biblioteca

G etsi non suffecissent uel duo, uel tres, uel centum, si humano auxilio eos uti uoluissel. Quòd si noluit eos humano ꝑsidio uti, sunt utiq; & hi duo superflui. Proinde hic doctrinā suā nō exposuit, id quod ubique facere uidetur, ut quoties dicta minus intelligunt discipuli, euentui rerum doctorū intelligentiā explanandā relinquens prætereat ita & alibi facit. De resurrectione enim differens, sic alicubi dicebat:
Ioan.2.d Soluite templū hoc, & in tribus diebus excitabo illud: & non intelligebant discipuli quid diceret, sicut
Ibidem. & euangelista testatur, dicens: Quando autem surrexit Iesus, crediderunt uerbo eius, & scripturæ. Et
Ibid.20.c iterum alibi: Nondum enim scierant scripturā, quòd oportebat ipsum è mortuis resurgere. Sed quæstio satis soluta est. Nos nunc ad reliquam salutationis partem sermonem flectamus. Quid nam ergo est, quod dicendum? & unde digressi sumus? Priscillam & Aquilam beatos diximus, quòd Paulo cohabitarunt, diligenter addiscentes morem habitus, & calceamentorum atq; omnium, quę agebat. Hinc nobis enata est quæstio, & quæsitū: cuius gratia Chri-
H sto prohibēte aliquid prēter unā uestem haberi, uisi sunt hi habere sandalia, & penulā? & sermone demōstratum est, quòd Apostoli his utendo legē nō trāsgressi sunt, sed diligenter obseruarūt. Hæc autem dicimus, non ut uos ad coaceruandas diuitias exhortemur, & prouocemus, ut plus quā necesitas postulat, possideatis: sed ut in promptu sint, quæ infidelibus nostra carpētib⁹, respōderi debēt. Etenim Christus superiorē legē soluens, nō propterea iussit nos habere domos, seruos, lectos, uasa argētea, uel quippiā horū: sed liberauit nos, ne prius doctorū necesi-
1.Tim.5.b tate urgeremur. Vnde & Paulus sic admonet, dicēs: Habentes uictū & tegumenta, his contenti simus. Tribuēdū enim egētibus, siquid usui nostro superest. Id quod Priscilla & Aquilas perquā studiose faciebāt. Et idcirco eos laudat & admiratur Apostolus, insigne illorū præconiū apponēs. Nam ut dixit, Salutate Priscillam & Aquilā cooperariosmeos in domino: etiam causam ponit tantæ charitatis. Qua-
Rom.16.a lem? Qui pro mea, ait, anima ceruicem suam suppo
I suere. Igitur, dicet fortasse aliquis, hac de causa eos diligis & amas? Maximè. Quia & si id unū egissent, ingenti laude digni erant. Qui enim ducem exercitus saluum fecit, & milites fecit saluos: q medicum liberauit periculis, & laborantes morbis ad sanitatē reduxit: qui gubernatorem fluctibus eripuit, nauē totam ex undis liberauit: sic utique qui magistrum orbis saluarunt, & pro eo illiusq; salute sanguinem suum effuderunt, orbis quoq; totius fuerunt benefactores, utpote sua erga præceptorem beneuolentia discipulos omnes seruantes. Vt aūt discas, quòd non solùm in magistrum fuerint tales, sed & fratribus eandem curam impenderunt, audi sequentia. Nā cū dixit, quòd pro aia mea ceruicem suppositerunt, adiecit dicens: Quibus non ego solus gratias ago, sed & omnes ecclesiæ gentium. Iam quid tantum duo illi tantis prodesse potuerūt ecclesiis? Qua opum abundātia, qua potentiæ magnitudine, quo erga principes fauore claruerunt? Opum quidē abūdantia, & potentia, & gratia apud potentes nihil ualuerunt, neq; talia habebant: sed erat eis, qui his omnibus maior est, animus ad pericula promptus & alacer, magnumq; benefaciendi studium. Hinc est quòd de multis bene meruerunt, multosq; saluarūt. Neq; enim ecclesiis tam prodesse ualent diuites illi K
pompatici, ut pauperes magnanimi. Nemo dictum hoc miretur: nam multæ sunt diuitis molestiæ & negotia. Timet pro domo, pro famulis, pro agris, pro opibus, ne quis aliquid ex his auferat. Et q multorū est dominus, idem multorum seruus esse cogitur. Pauper autem numis parum ualens, & curis his omnibus carens, leo est, ignem spirat, generoso & forti animo aduersus omnes insurgit, facilè omnia agit, quæ prodesse possunt ecclesiis, siue opus sit, ut arguantur aliqui, siue ut increpentur, siue ut Christi nomine ferātur pericula & inimicitiæ. Quoniam qui semel uitam despexit præsentem, magna facilitate conficit omnia. Quid enim timeret, dic obsecro Num ne opes eius auferantur? Hoc nemo dicere poterit. Num neqs imminuat ei ministeria & delicias? sed in omnibus illis gaudere se dicit. Cœli municeps est, & ad futurā festinat uitam. Non deprecabitur item si anima impendenda sit, & effundendus sanguis. Hinc est, quòd talis etiam & tyrānis, & regib⁹, & populis, & oibus potentior est ac ditior. Et ut discas, quòd uerè hæc, & non adulanter sint dicta: & L
quòd qui nihil possidet, hic oīum liberrimus est, & maximè liberè loqui audet. Quot diuites erant tempore Herodis, quot potentes? & quis in medū prorupit? quis tyrannum increpauit? quis contemptas leges dei ultus est? Diuitum quidē nullus, sed pauper ille & inops, qui neq; lectum, neque mensam, neque tectum habebat: ille, inquam, solitudinis inquilinus Mat.4.d
Ioānes, ille solus & primus omni libertate tyrannū & Mar.
arguit, & adulterinas nuptias detexit, & præsentibus 6.c
omnibus ac audientibus pronunciata sententia eū condemnauit. Et ante hūc magnus quoq; Helias, q 3.Re.21.f
nihil præter melotē possidebat, impiū & præuaricatorem illum Achab, solus uiriliter corripuit. Nihil enim nihil omnino sic liberè loqui, & in rerū discrimine fiduciam habere, & cōtra captiuitatem satis munitum & fortem facit, ut nihil possidere, & nullis secularib⁹ adobrui negotijs. Atq; adeò, siquis uirtutum, libertatisq; multū possidere cupit, paupertatē amplexetur, præsentem uitā despiciat, nihil esse putet mortem. Hic nō solùm plusquā diuites & princi
pes, sed & plusquam reges ipsi ecclesiis prodesse po M
terit. Nam regnantes illi & abundantes, quæcūq; faciunt ex opibus faciunt: hic aūt magna plerūq; operatur è periculis & mortibus. Quantò autem auro omni ptiosior est sanguis, tātò paupertas quā abūdantia melior. Tales quidā erant illi Pauli hospites, I.Co.16.d
Priscilla & Aquilas, qui opum carebant abūdantia, & omnibus diuitibus locupletiorem animum possidebāt, expectantes quotidie, ut morerētur: testificantesq; omni tempore cædebantur, & sanguinem effundebat. Sic discipuli magistris, & magistri discipulis colligati erant. Nam Paulus hoc non solùm de his, sed & de multis alijs testatur. Nam Hebrēis, & Thessalonicēsib⁹, & Galatis scribens, asserit oēs multis tētationibus afflictos. Et indicat, quare scripserit, Gala.4.b
nēpe quòd patria excidebāt, substantias perdebāt, Phili.2.d
ad sanguinē usq; periclitabantur, tota eorum uita in grauibus certaminibus erat, & præcidi membrorū summa pro præceptorib⁹ nō detrectabāt. Vnde Galatis scribens dicit: Testor enim, quòd si possibile, oculos uestros effossos mihi dedissetis. Et Epaphrā in Colossis iterum accepit suū. Nam ut dixit, quòd ægrotarit usque ad mortē, & deus eius misertus fuerit, subdit:

A rit, subdit: non solū aūt eius, sed & mei, ut ne tristitiam super tristitiam haberem. Vbi clarè demōstrat se habiturum fuisse dolorē in mortē discipuli. Cuius
Phil.2.d uirtutem alicubi oibus iterum detegit dicens: quòd appropiauit usq; ad mortem, neglecta animæ suę salute, ut impleat, quod in uobis erga me deerat, ministerium. Quid illis fuerit beatius, quid aūt nobis miserius? Quandoquidē illi sanguinem, & animā pro præceptoribus præmittebant: nos autē neq; breue uerbum pro communibus patribus emittere audemus, cū audiamus eis maledici, & cōuicijs eos proscindi, & blasphemari, & à suis & ab alienis. Nā male dicentes neq; compescimus, neq; reprehendimus, neq; prohibemus. Vtinam ne ipsi primi accusatorū simus. Sanè nō tanta ab infidelibus cōuicia & probra, quanta in principes ab his, qui nobis iuncti religione uidentur, fidelibus, iaci uidebit aliquis. Vltra hic quærimus, unde hæc ignauia, & unde hic pietatis contemptus euenit, quòd sic hostiliter erga patres nostros sumus affecti? Nihil est quod ecclesiam dei ita destruere, & dissoluere potest: ut quando di-
B scipuli magistris, & patribus filij, & principibus subditi, non magno studio cohærent. Diuina uoce, siquis fratrum cuipiam maledicit, à sacrarum scriptu-
Psal.49.c rarū lectione excluditur. Vt quid enim accipis, ait, testamentum meū per os tuum? & causa posita dicit: Sedens contra fratrem tuum, obloqueris. Patrē accusans dignum te putas, qui diuina uestibula accedas? Quo hoc congruet? Nam si maledicentes patri
Exo.21.b uel matri, morte moriuntur iuxta legem: quali iudicio dignus eris, qui maledicere audes ei, qui parentibus illis magis necessarius est, & melior? An non times, ne aperiat se terra, & totū te absorbeat, uel fulmen supernè in te adigatur, & maledicam illam linNum.12.c guam comburat? Nō audisti, quid passa sit Mosi soror, principi maledicēs? Quo facta sit immunda, inciderit in lepram, summā sustinuerit ignominiam, fratre deum orante ueniam nō obtinuerit: tametsi illa ipsa esset, quæ sanctū illum olim exposuerat, & pro eius educatione multa excogitauerat, ut eius mater in alumnā & nutricē assumeretur, & ne puellus in barbarico sinu enutriretur, & ab initio tanta
C fecerat, ut fœminarum dux fieret, sicut Moses uirorū, utpote oēs antecellens, uerè soror Mosis existēs. Veruntamen cùm maledixit, nihil ei profuerūt hæc omnia ad effugandam iram dei: sed nec Moses, qui tantum populū, post recentem illam impietatē, precibus obtinuerat, pro sorore supplicans, & ueniam petens, placare deum potuit, sed ab eo ualde increpatur: quo discamus & nos, quantum malum sit, principibus maledicere, & aliorum iudicare uitam. Etenim in die illo magno, non solū de his quæ nos peccauimus, sed & de his ob quæ in alios sentētiam tulimus, omnino iudicabit nos deus. Et quod sæpe natura leue peccatum est, hoc graue & incondonabile fit, dum peccans alium iudicat. Fortè non satis claret, quod diximus, igitur clarius dicemus. Peccauit aliquis, & alium idem cōmittentem peccatū cōdemnauit: is in die illo ualde amaro non eam pœnam luet, quam peccati natura exposcit, sed maiorem ꝙ duplicem, & triplicem: non propter id, quòd ipse peccauit, sed quòd alium iudicauit. Et ideo in eum sententiam feret deus. Et quòd hoc uerum sit, ex his quæ iam facta sunt & contigerunt, demon-
Luc.18.b strabo. Nam pharisæus, quanuis ipse nihil peccaue- D
rat, sed & iustè uixerat, & multa de se prædicare poterat: quia tamen publicanum, ut raptorem, auarū, & iniquissimum condemnauit, iustificatus non est, & ad maiorem ꝙ ille pœnam, seruatus. Quòd si is, q nihil peccauit, & peccantem alium (qui manifestatus erat omnibus) uerbo breui condemnauit, tantum iacturæ fecit, & intantū est punitus: qui multū quotidie peccant, aliorumq; uitam condemnant, ēt ignotorum, cogita quantam sustinebunt pœnam, quomodo omni ueniā excident? In quo enim iudi- Matt.7.a
cio iudicatis, inquit, & uos iudicabimini. Propter hæc utique & supplico, & precor, & exhortor, ut ab hac mala consuetudine desistatis. Nihil enim nocebimus sacerdotibus, quibus maledicimus, siue mēdacia, siue uera sint, quæ de eis dicimus. Quoniam & pharisæus publicano nihil nocuit, sed ei profuit, licet uera de eo diceret. Cæterū nobisipsis mala extrema ipsi accersimus, sicut & pharisæus in seipsum gladiū intrusit, & accepta plaga abijt. Vt igitur ne & nos idem patiamur, imperemus indomitæ linguæ. Nam si is, qui publicano maledixit, pœnam nō effu-
git, nos qui patribus maledicere solemus, qua nos E
apologia tuebimur? Si Maria, quæ fratrē blasphema Num.12.c
uit semel, tantam dedit pœnam: cuius nobis salutis spes, cū nos quotidie principes infinitis cōuicijs, ut aiūnt, abluimus? An mihi hoc quis dicet, Ille Moses erat? Potero & ego dicere, Illa Maria erat. Cēterū, ut & alia ratione hoc manifestē cognoscas, quòd nec si criminum rei sint, illorū tibi uitā iudicare fas sit, audi quid dicat de principibus Iudæorū Christus: Super Cathedram Mosi sederunt scribæ & pharisei: Mat.23.a
omnia igitur quęcunq; dixerint uobis, ut faciatis, facite: iuxta opera aūt eorum ne faciatis. Iam, quid illis erat peius, quorum zelus futuros discipulos corrupit? Attamē neq; sic eos deposuit à dignitate, neq; subditis contemptibiles fecit. Quòd si semel hāc potestatem arripuerint subditi, statim hi qui alios ordinant, à gradu & dignitate deturbari uidebūtur. Eapropter Paulus cùm principē Iudæorum notasset, Act.23.a
ac dixisset: Percutiet te deus paries dealbate: & tu iudicans me, sedes? Postquam aūt alios audiuit sibi re- Ibidem.
sistentes, & dicentes: Pontificem dei conuicijs incessis? monstrare uolens, quantum oportet sacerdotibus dei exhibere honorem, & reuerentiam: Nesciebā, inquit, quòd pontifex esset. Propterea & Dauid, cum Saulem apprehendisset prænaticatorem, & spirantem homicidium, & multis pœnis dignum: non F
solū eius uitæ pepercit, sed neq; ut uerbum asperum in eum iaceretur sustinuit, causamq; ponens, dicit: I. Regū.
Christus domini est. Neq; hinc solùm, sed & aliun- 24.b
de uidere licet copiosè, quomodo subditum procul à sacerdotum correptione abesse oportet. Nam I.Re.6.d
cùm aliquādo arca reduceretur, & subditorum aliqui ad lapsum declinantem uidentes erigerent, eoipso in loco pœnā dederunt, & à domino percussi, mortui māserunt, tametsi nihil agerent absurdum. Non enim subuertebāt, sed lapsuram erigebant. Et ut adhuc copiosioribus testimonijs sacerdotum dignitatem discas, & quō non sit fas subditum, & in ordine laicorum existētem talia erigere: (nam illos in media multitudine occidit, cæteros omnes hoc prodigio terrens, & persuadens, ne adyta sacerdotij accedant. (Enimuero, si quoties indignè aliqua à sacerdotibus fiunt, singuli ad corrigēdum prosiliant: ad hoc ut sacerdotij dignitas honestetur, nunquam

G deerit corrigẽdi occasio, & cõfusis inter se omnib⁹, inter principem & subditũ non discernemus. Nemo hæc me dicere opinetur, quasi à sacerdotibus sim subornatus. Scitis ipsi quã sint mãsueti per gratiam dei, & neminẽ unquam ut scitis, offenderũt. Quòd si & malos haberetis patres, & molestos magistros, neque sic eis maledicere, uobis securũ, & absq; graui periculo. De corporalibus enim parentibus dicit: Si sensu deficiant, ueniam da. Quid enim illis dabis, quale ipsi tibi? Multò magis in spiritualibus hæc lex obseruanda. Præterea uniuscuiusq; officium est, ut suam ipsius uitam diligẽter consideret, ne uidelicet audiamus in die illo: Hypocrita, quid uides festucã in oculo fratris tui, in tuo autem oculo trabem non consideras? Etenim hypocritarum opus est, publicè quidẽ & omnibus uidẽtibus, oculari manus sacerdotum, genua tangere, supplicare ut pro se orent, & baptizandos ad illorũ ianuas deducere: domi autẽ & in conuentibus, tantorũ bonorũ authores & ministros, multis abluere probris, uel opprobratores illorũ ferre. Quòd si uerè malus est pater, qũo fidelem putas tam terribilium sacramẽtorum ministrũ? Si autem fidelis tibi minister esse uidetur, quare sers alios ei maledicentes, & non concludis eorum ora, neq; stomacharis, neque ægrefers, ut & mercedem accipias à deo, & laudem ab illis? Nam licet ualde illudant, omnes tamen te laudabunt, & amplexabuntur ob egregiam in parentes curam: sicut si hoc non facitis, omnes uos condemnabunt, etiam illip si qui maledicunt. Ad hęc omnia accedit illud multò grauius, quòd grauem illic dabimus pœnã. Quia nihil, nihil planè sic offendit ecclesias atq; morbus ille, & sicut corpus neruorũ debita habitudine carens multas gignit ægritudines, & uitam facit non diuturnam: ita ecclesia non circundata forti, & uehementer urgente catena, plurima parturit bella, iram dei auget, & multarum tentationum est occasio. Ne igitur hæc contingant, néue deum exacerbemus, nostraq; augeamus mala, & pœnam certã indeclinabilemq; comparemus, uitam hanc multis implentes doloribus: nostram ad bene loquendũ linguam assuefaciamus: nostram ipsorũ uitam singulis diebus diligenter scrutemur: aliorum autem uitam, ei qui etiam incognita nouit, iudicandam reliquamus, ipsi nostra peccata interim iudicantes. Ita nobis gehennalem ignem licebit effugere. Nam sicut, qui in alienis curiosius explorãdis occupati sunt suorum peccatorum nullam habẽt rationem: ita q ab aliena uita discutienda abhorrẽt, magnam suorum delictorum habebunt curam: & quia sua considerant mala, illãque quotidie iudicant, à seipsis exposcẽtes pœnas, mitẽ habituri sunt iudicẽ. Id quod Paulus declarans dicebat: Nam si nosipsos iudicamus nõ utiq; iudicabimur. Vt autẽ hanc sententiam effugiamus, relictis omnibus alijs, magno studio uita & cõsciẽtia nostra exquirenda, puniendæ cogitationes ad peccandum irritãtes, subinde de factis nostris reddenda ratio. Sic poterimus facilè à peccatorum exonerari sarcina, multa uenia frui, præsentẽq; simul uitam cum uoluptate transmittere, & assequi bona futura gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cũ patre simul & spiritu sancto sit gloria, & honor, & imperium in seculum seculi, Amen.

FINIS.

Ecclꝛ.3.c

Mat.7.a. & Luc.e 6.f

H

I

1.Co.11.g

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI IN EPISTOLAM PAVLI AD CORINTHIOS primam, Francisco Aretino interprete,

ARGVMENTVM.

LECTORI.

Homiliæ istæ in utranq; ad Corinthios epistolã ad exemplar Græcum Veronense per Philippũ Montanum ad hunc modum sunt recognitæ: Quod in Veronensi plus erat, huc illinc adiectum huiusmodi notis ⌜ ⌝ includitur. Diuersa uerò lectio, ea præsertim quæ magis ad Chrysostomi germanũ sensum facere uidebatur, ad marginem adiungitur: remanẽte quidem priore uersione, siquis forte eam desideret, sed talibus signis ⌜ ⌝ intercepta. Hoc modo enim tum quid Basiliensis editio habuerit, tum quid nũc additum sit, facilè cognoscetis. Bene uale.

K

L

CORinthus urbs prima Græciæ, niulta quondam rerum omnium abundantia, maximè uerò pecuniarum florebat. Quamobrem quidam scriptorum illorum diuitem eam regionẽ appellauit. In Isthmo enim Peloponẽsi sita negociationibus quàm opportunissima est. Erant præterea in hac ciuitate plurimi oratores atque philosophi: quorum unus ex septem sapientum numero fuit. Hæc autem nobis non iactationis gratia, neq; ut periti rerum multarũ uideremur dicta sunt. Quid enim huiuscemodi scire opus est? Verum ad subiectam epistolæ materiam facit. multa uerò in hac ciuitate Paulus perpessus est. In hac Christus ei apparuit, dicens: Noli tacere, sed loquere: quoniam populus est mihi multus in hac ciuitate. Idcirco mansit hic duos annos. In hac dæmon egressus est, quẽ cum ludæi adiurarent, passi sunt molestissima. In hac coactos magorum libros pœnitẽtiæ ducti cremauerunt ad milia quinquaginta. In hac ante tribunal coràm Gallione proconsule Paulus uirgis cæsus est. Cùm igitur diabolus ciuitatem magnã, populosam, ueritati inhærentem, diuitiarum & sapientiæ nomine admirabilem, Græciq; caput (Atheniensium enim & Lacedæmoniorum res amisso iam principatu defecerant.) maximè autem promptissimo animo uerbum dei susciperentem uideret, inter ciues discordiam dissẽminauit. Norat enim regna quoque firmissima inter se diuersa desolari. Ad has autem insidias, occasioni ei fuere diuitiæ, sapientia, & inde incolarum factiones. Siquidem multitudo sponte sua quosdam principes constituerat: alij alios tãquam diuites, alios tanquam

Thucyd. des. 1. histo. Periander.

Act.18.c

M

Act.19. c.d

ibid.16.d

Mat.12.b

A sapientes secuti, à quibus persuasi homines maius quiddam hos, quàm Apostolum & dicere & docere posse contendebant: quod Paulus significans, Non potui, inquit, uobis loqui tanquam spiritualibus: quibus uerbis ostendebat, non sua ipsius, sed aliorum imbecillitate eos audire multa non potuisse. Quod etiam his uerbis ostendit, Sine nobis diuites facti estis. Neque hoc paruum erat, sed omnium maximè exitiosum, quòd laceraretur ecclesia. Aliud item peccatum audebant, ut qui nouercæ coiret, non modò non flecteretur, sed alios quoque traheret, & socios alliceret in superbiam. Idcirco, inquit, & uos inflati estis, & non magis luctum habuistis. Præterea quidam fortasse ex melioribus, ingluuie sua idolorum sacrificia gustantes, & sacris penitus dediti omnia polluebant. Alij rursus pugna & contentionibus pecuniarum gratia susceptis, externis iudicijs res suas permittebant. Et comati multi apud illos uersabantur, quos tonderi iubet. Neque parum errabant, cùm in ecclesiis [separatim] comederent, neque indigentibus quicquam elargirentur. Accedebat ad hoc in acceptis donis superbia, & per eam inuicem æmulatio, quod maximè perturbabat ecclesiam, & in resurrectionis ratione infirma apud eos fides. Nonnulli enim corporum suorum resurrectionem nõ credebant, cum adhuc Ethnica illa insania agerentur. Siquidem huiusmodi omnia ab illius Ethnicæ philosophiæ amentia orieban tur, quæ malorum mater est, cuius causa diuersa sentiebant, quemadmodum à philosophis docebantur. Illi enim pro se quisque & principatus & inanis gloriæ studio cõtrarijs semper opinionibus seinuicem oppugnare, & inuentis aliquid addere contendedant. Hæc autem eis contingebant, quòd ratiocinio suo sua omnia cõmisissent. Literas igitur ad Paulum Fortunato: & ⌜Sosteni⌝ & Achaico dederunt. Quibus & ipse suas ad illos dedit, quod in calce epistolæ significauit, non tamen de omnibus, sed de matrimonio & uirginitate. Quare, inquit, de quibus autem scripsistis mihi: ipse autem & eorum petitionibus respondet, & alia plura addit, quibus eorum errata diligenter prosequitur. Cæterum & Timotheum cum literis mittit. Nam cum satis uirium literas habere cognosceret, non paruũ eis incrementum futurum arbitrabatur præsentia discipuli. Cum autem uererentur diuisores ecclesiæ, ne contentionis gratia hæc feciſſe uiderentur, ut suos tegerent affectus, perfectiora docere & sapientiores esse excogitarunt. Contra hoc crimen primùm Paulus instat, & radicem malorum, & ortam dissentionem corripit, & multa loquitur cum libertate. Siquidem inter omnes Corinthiũ maximè Pauli erant discipuli. Idcirco ad eos locutus est, Si alijs non sum Apostolus, sed tamen uobis sum. Nam signaculum apostolatus mei uos estis in domino: & cùm alijs essent imbecilliores, inquit, Non potui fratres uobis loqui quasi spiritualibus, nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis. Hoc autem dicit, ne de præterito loqui putaretur. Quamobrem subdidit, sed ne nunc quidem potestis: ueruntamen non est credibile omnes coinquinatos, sed nonnullos adhuc sanctos superfuisse. Quod etiam circa mediam epistolam his uerbis significat: Hæc autem fratres per figuram transtuli in meipsum, & in Apollo. Cùm igitur, ex arrogantia & amplioris scientię opinione, omnia orta sint mala, hanc primùm euertere annitur.

Infr.3.a

Infr.4.b

Infr.5.a

Ibidem.

B

C

D

Infr.9.a

Infr.3.a

Infr.4.b

E

Homilia. prima.

PAulus uocatus Apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, & Sosthenes frater, ecclesiæ dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, uocatis sanctis cum omnibus qui inuocant nomẽ domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum & nostro, ⌜gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo.⌝ Intuere quo pacto ab ipso statim principio animi tollit elationem, & omnem eorum arrogantiam humi deiicit, cùm se uocatum memorat. Non enim ego, inquit, inueni, quod didici, neque sapietia mea hoc assecutus sum, sed cùm persequerer ecclesiam dei atq; euertere, *Sum uocatus*. Sic enim omnis laus uocantis est, Vocati uerò, ut sic dicam, nulla, præter obsequium tantum. *Iesu Christi*. Magister uester Christus est, uos doctrinæ authores homines ducitis. *Per uoluntatem dei*. Deus, inquit, hoc uoluit, ut ita salutem assequeremur. Nihil enim ⌜nos rectè faciemus⌝ sed dei uoluntate salutem inuenimus: & cùm ei placitum est, nullo nostro merito nos uocauit. *Et Sosthenes frater*. Rursus cohibet superbiam, cum longè inferiorem sibiipsi æquiparet. Etenim multum intererat inter Paulum & Sosthenem. Quod cum ita sit, quid nam de illis dicendum est, qui pares contemnunt? *Ecclesiæ dei*. Non huius aut illius, sed dei, *quæ est Corinthi*. Vide quo pacto singulis uerbis, superbam eorum mentem humilitatẽ docet, & in omnibus eos ad cœlestem erigit consuetudinem. Ecclesiam autem dei appellat, ut ostendat in unum eam redigi oportere. Nam si dei est, una est, non Corinthi solùm, ⌜sed uniuersi orbis ecclesia. Cuius quidem nomen non ambitum, sed unionem⌝ & consonantiam significat. *Sanctificatis in Christo Iesu*. Iterum Iesu nomen, non hominum meminit. Quid autem est, sanctificatio? per lauacrum purgatio: cõmemorãt. n. eis propriã immũditiã, qua liberati sunt: & simul admonet, ne superbia efferantur. Non enim suis meritis, sed benignitate dei san-

F

⌜fecimus.⌝

⌜sed uniuersi orbis. Nam ecclesiæ nomẽ nõ separationem, sed unionem.⌝

G ctificati sunt. *Vocatis sanctis.* & hoc ipsum quòd scilicet fide salutem consecuti estis, nō uestri, inquit, meriti est. Nō enim primi uos accessistis, sed estis uocati. Itaq; neq; hoc exiguum totū uestrū est. ⌜Neq; sic uobis gratia adhibēda est.⌟ sed deo. Idcirco ad Ephesios, Gratia, inquit, estis saluati per fidem, & hoc nō ex uobis: ⌜hoc est, fides uestra nō integra est.⌟ Quippe qui non primi credidistis, sed paruistis uocati. *Cū omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi.* Non huius aut illius nomē inquit, sed domini nostri Iesu Christi. *In omni loco ipsorum & nostro.* Licet enim ad Corinthios hæc scribatur epistola: nō tamen eorum duntaxat, sed omniū qui in orbe sunt fidelium meminit. Ostendit enim in uniuerso orbe unam oportere esse ecclesiam, quanquā locis diuisam pluribus, & longè magis quæ est Corinthi. Quę & si locis separatur, deus tamen eā coniungit, cùm omnibus sit communis. Quamobrē cum in unum ipsam contrahat, has addidit particulas, ipsorum & nostro: longè autem magis hoc, quàm illud ⌜propriū, Quemamodum enim qui eodē in loco sunt, si diuersos habeant dominos, ipsi quoque differūt, nihilq; locorū similitudine⌜ ad concordiam, domi norum differentia proficiunt.⌟ Nō potestis, inquit, deo seruire & mammonæ: sic qui diuersis locis absunt, si eundem habeant dominum, nihil eis locorū diuersitas obest, cū ab uno in concordiam trahantur. Nō igitur dico, inquit, quòd Corinthij cum Corinthijs modò cōcordetis, sed & cum uniuersi orbis hominibus, cū communem dominū habeatis. Idcirco in secundo loco addidit, nostro. Nā cum dixerit, Nomen domini nostri Iesu Christi, ne apud stultiores eum separare uideretur, addidit rursum, ipsorū & nostro. Quod ut apertius appareat, secūdum sententiam textum in hunc modum repetam: Paulus & Sosthenes ecclesiæ dei quæ est Corinthi, & omnibus qui inuocant nomē domini nostri & ipsorū, in omni loco, uel Romæ, uel ubicūque sint, Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Vel sic rursum, quod ego uerius puto: Paulus & Sosthenes his qui Corinthi sunt sanctificati, & uocati sancti, cū omnibus qui inuocāt nomē domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorū & nostro. I Hoc est, gratia uobis & pax qui Corinthi sanctificati & uocati estis, neq; uobis duntaxat, sed etiam omnibus, q ubique inuocant nomen domini nostri Iesu Christi & ipsorum. Quòd si à gratia pax est, quid intumescis, cū per gratiam salutem assecutus sis? Si pacem porrò cum deo habes, quid te alijs addicis? Hoc nanq; argumentum est, quòd à deo dissentis. Quid nam cū hoc & illo pacem initis? quid alijs gratiā habetis? ⌜ego utraq; hæc deū efflagito, ut nobis & ab eo, & per eum elargiantur.⌟ Neq; enim firma permanent, nisi ⌜superno fruamur munere: neque, ni si⌜ à deo proueniant,⌟ quicquam amplius consequi possumus. Siquidem nulla nobis utilitas, si cū omnibus pacem, cum deo autē bellū habeamus: quēadmodum nihil nobis detrimenti aliorū omnium bellum affert, modò cum deo pacem conciliemus. Et rursum, nihil nobis aliorum laudes proficiunt, si deū offendimus: sicut nihil periclitamur, si omnes homines nos recusent, & odio habeāt, modò deus & probet nos & diligat, ⌜& profectò gratia & pax à deo est.⌟ Quippe qui diuinā gratiam habet etsi innumera mala perpetiatur, non modò hoīum neminē, sed ne diabolū quidē formidat. Verū qui deū offendit etsi securus uideatur, omnes tamen ueretur. Instabile nanque est humanū genus: neque amici dūtaxat & fratres, sed parentes nonnunquam leui causa, mutatis animis filios, & filij parētes inuicem omni hoste grauius persecuti sunt. Considera quæso, habuit gratiam Dauid apud deum: habuit Absalō apud homines. Quis utriusq; exitus? Vter maiorēlaudem assecutus est? nemini obscurum. Abraham coràm deo, Pharao coràm hominibus acceptus. Homines enim ut ei rem gratam facerent, iusti uxorē tradiderunt. Vter clarior euasit? uter beatus? Nemo sanè ignorat. Et quid de iustis opus est dicere, habebant gratiam Israëlitæ apud deum, odio ab Aegyptiis habebantur: eos tamen deiectos, in suam rede gerūt potestatem: quod planissimè constat. Hoc igitur omni conatu cotēdamus, & si quispiam seruus sit, apud deū potius quā apud herū suum gratiam inuenire annitatur. Si mulier posthabito uiro saluatoris nostri gratiam quærat: si dux exercitus, supernam potius quā regis, aut principis sibi beneuolentiam efflagitet: hoc pacto hominum etiā tibi amorem conciliabis. Qua nam autem ratione quispiam coràm deo inuenire gratiam poterit, nisi per humilitatem? Deus, inquit, superbis resistit, humilibus autem dat gratiam: &, Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatū deus non despiciet. Quòd si apud homines gratum quiddā uir humilis est, longè magis apud deū. Sic Ethnici gratiam inuenerunt, sic Iudæi eā amiserunt. Iustitiæ. n. dei non sunt subiecti. Qui uerò ita humilis est, & gratiosus omnibus, & iucundus & perpetuæ pacis socius, nullam bellorum habet materiam. Quippe qui si iniuria & contumelijs afficitur, tacitus omnia æquo animo perferet, & incredibili omnes pace utetur ⌜etiam erga deum.⌟ Præceptorum nanq; dei cū hominibus pax est: omnis autem uita ⌜sic nobis ꝓscribitur, ut pacē inuicem habeamus. Nemo enim deum lædere poterit, cuius natura incorruptibilis est, & omni affectu superior. Sed nihil tam admirabilem Christianū, quā humilitas efficit. Audi Abraham, ego autem sum puluis & cinis. Audi deum quid de Mose loquatur, quòd mansuetissimus erat omnium hominum, nemo illo humilior, qui tanti populi dux, & rege & inumero Aegyptiorum exercitu muscarum more demersis, tanta in Aegypto, tanta in rubro mari & in deserto operatus, tanto de se testimonio talē se gerebat, ac si unus esset è multitudine & socero humilior, cuius accepta sententia nunquam id ægrè tulit: neque quippiam tale locutus est, tun' nobis cōsilium des? quale solent qui etsi quispiam rectè eis consuluerit, personæ tamen humilitatem contemnunt. Verùm non ille eiusmodi, sed humilitate sua oīa rectè operatus est. Ille regias aulas neglexit, qđ profectò immēsę est humilitatis argumētū: ueram. n. animi magnitudinē atque præstantiam humilitas facit. Quantæ putas magna nimitatis esse & repias & regiam mensam despicere? Siquidem tanq dij apud Aegyptos reges uenerantur, & diuitijs & thesauris fruuntur innumeris: omnibus tamē neglectis, & Aegypti regno contępto, captiuis & calamitosis in luto & argilla absumptis quos serui abominabātur, (abominabātur. n. Aegyptij, inquit,) auxilium ꝑstitit, & dominis eos prætulit: ex quo satis cōstat, propter humilitatē suam sub-

⌜ego aūt à deo peto, ut hæc uobis utraq; cōtingat: & ab ipso & ad ipsum.

⌜ad deō referātur

⌜Nā quæ uere est gratia q̄ uere pax, à deo est.

⌜sic à nobis perficitur, si pacem, &c.

Gen. 18. d

Num. 12. a

Vide Exodum.

A limis & magnanimis euasisse. ⌜Stultitia nanq; ex animi imbecillitate, māsuetudo autem ex magnanimitate atq; præstantia proficiscitur. Quòd si placet, utrunq; exemplis disquiramus. Dic quæso, fuit ne quispiā unquam animi quàm Abrahā præstantioris? Veruntamē is est qui inquit, Ego sum puluis, & cinis. & rursum, Ne quæso sit iurgiū inter me & te. Atqui hic adeò humulis Persicas prædas & Barbara torphæa contempsit. Quod incredibili animi magnitudine, & mētis præstantia faciebat. Ille enim magnanimus est, q uerè est humilis, nullius adulator, nullius contē ptor: alterū enim magnanimitatis, alterū stultitię est argumentū. quod hinc maximè constat: Sit quispiā qui lutum, lutum esse arbitretur, & tanquā lutū contemnat: alter lutum tanquam aurum, & admiretur & plurimi faciat: uter magnanimus est, nunquid qui lutum nulla admiratione prosequitur? Vter humilis & abiectus, nūquid qui id admiratur? Eadē ratione hoc in loco considera, quòd qui se puluerē & cinere appellat, magni animi est, quod ex humilitate proficiscitur. Qui autē neq; terram se, neq; cinerem esse intelligit, sed intumescit, & maximā de se concipit opinionem: nonne hic omnium est uilissimus, cū minima magna esse sibi persuadeat? Ex quo patet magna nimitate incredibili, non ⌜stultitia locutum patriarcham, cùm inquit, Ego sum puluis & cinis. Nam quē admodum in corporibus aliud est uiuidū & uigens, aliud tumidum: utrunq; tamen carnis habet plenitudinem: sed alterum corruptæ, alterū uerò sanæ: Itidē hoc in loco, aliud est ⌜stultū esse,⌟ quod est tumidū: aliud altum & sublime, quod uiuidum. est itē alius statura corporis altiore, alius breui, q acceptis soleis illo maior apparet. Vtrū magnum dicemus? Nūquid dubium est, qui sua ipsius magnitudine excedit, eū maiorē appellandū? Ille enim non suapte natura magnus est, & soleis breui statura homines utūtur, qui his acceptis maiores uidentur. Quod multis usu uenit, cùm in pecuniis & gloria intumescūt. Verùm in his nihil altum, nihil egregium inuenitur. Is nanq; ex celsi animi est, qui nulla eiusmodi re indiget: sed qui ea omnia contemnit, & in seipso suam seruat magnanimitatem. Efficiamur igitur humiles, ut hāc animi præstantiam assequamur. Quippe qui se humiliat, ex altabitur. ⌜Stultus autem, non huiusmodi, sed oīum abiectissimus apparet. Etenim bulla inflatur, non tamē inflatio illa ⌜satis est:⌟ & propterea inflatos appellamus: uerū grauis & modestus, ⌜in paruis rebus nō multū⌟ intumescit, cū suam nō ignoret imbecillitatē: uilis autem & temerarius in paruis quoq; rebus maximā sibi de se opinionē effingit. Comparemus igitur nobis per humilitatem animi magnitudinē. Cōsideremus humanarum rerum naturā, ut futuræ uitę flagremus desiderio. Siquidem nemo alia ratione humilis effici potest, nisi diuinarum rerū amore & præsentium contemptu. Quemadmodum enim qui regno inhiat, & si purpuræ loco alium quēuis honorem assequatur, nihil se adeptū arbitratur: sic & nos omnia despiciemus præsentia, si honorem illū desiderabimus. Nonne animaduertistis ludētes pueros, cùm aciem struunt, & milites, præcones, lictores præcedunt, medius puer principis loco incedit? Huiusce modi res humanæ sunt, neq; puerilibus differunt ludis, uel etiā abiectiores, quæ hodie existunt, cras nusquam apparent. Altius igitur erigamur, neq; solū nullum horū desideriū nos moueat, sed erubescamus, sīqs ea nobis proposuerit: hoc enim pacto his contē ptis diuinum amorem complectemur, & immortali fruemur gloria, quam utinam oēs assequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cū quo patri simul & sancto benignoq; spiritui gloria, & imperium, in secula. Amen.

Homilia secunda.

Ratias ago deo meo semper ꝓ uobis de gratia dei, quæ data est uobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo. Quod alios docet ut faciāt, cū inquit, In gratiarū actione petitiones uestræ innotescant apud deū: idē ipse quoq; facit, monens ut ab orationibus semper incipiamus, & ante omnia deo gratias agamus, cui nihil gratius, nihil acceptius est quā ⌜ & sibi & aliis gratum esse beneficiorum.⌟ Quamobrem in omni ferè epistola hoc utitur principio. Hoc autem in loco longè etiā maiori quā in aliis necessitate hoc facit. Quippe qui gratiā agit, & tanquā beneficium acceperit, eam agit, & ⌜in gratia⌟ agit. Gratia autem non debitum, non meritū, nō uicem reddere. Quod quidem licet ubiq; necessariū dicere, longè tamen magis Corinthiis, qui erga scindentes ecclesiam oscitabant. *Deo meo.* Ex nimio affectu, deum, qui cōmunis est, suū appellat. Qui mos prophetarum frequentissimus est, deus deus meus: & eos hortatur, ut idem loquantur. His enim uerbis aò humanis oībus rebus secedit ad eum, quem tāto studio appellat: hoc ingenuè dicere potest, quicunq; à secularibus ad deum erectus, & rebus omnibus eū semper præfert, & gratiam agit perpetuò, nō solùm pro iam data gratia, sed siquādo aliquod post hoc acceperit beneficium, pro hoc etiam ipso eandē laudem reddit. Quare non simpliciter inquit, Ggratias ago: sed, semper pro uobis. Quibus uerbis ostendit, semp habēdas gratias, & nemini alteri, ꝑter soli deo. ⌜*In gratia dei.*⌟ Animaduerte quo pacto ubique eos corrigit. Vbi enim gratia est, nō sunt opera: ubi opera, non amplius gratia. Si igitur gratia est, quid superbitis? qua ratione inflati estis? *Quæ data est uobis.* Et per quem data est? Nunquid per me, uel per aliū apostolum? minimè, sed per Iesum Christum: hoc est, cū inquit, in Christo Iesu. Vides ut sæpe, in quo: pro, per quem, ponatur: non tamē minus illud significat quā hoc. *Quia in omnibus diuites facti estis in illo.* In, rursum loco, per, accipitur. Per illum enim intelligit, Neq; solùm diuites facti estis, sed etiam in omnibus: cū igitur diuitiæ sint, & dei diuitiæ, & in omnibus, & per unigenitum, inenarrabilē thesaurū existimare oportet. *In omni uerbo, & omni scientia.* Verbo non externo, inquit, sed dei: est enim scientia sine uerbo & cū uerbo. Sunt multi, qui scientiam quidem habent, sermonem autem minimè: quemadmodū rudiores, q quæ sentiūt, manifestè eloqui non possunt: sed nos, inquit, tales nō sumus, sed & itelligere & dicere sufficimus. *Sicut testimonium Christi confirmatū est in nobis.* In ordine laudum & actionis gratiarum uehemēter eos tāgit. Nō enim exteriore, inquit, philosophia, sed dei gratia, diuitiis, scientia, & dato à deo uerbo ueritatis doctrinā discere, & in domini testimoniū, hoc est, in prædicationem cōfirmari potuistis. Quippe q multa signa, multa ineffabilis gratiæ accepistis miracula, ut prædicationē acciperetis. Si igitur per signa cōfirmati estis & gratiam, quamobrem errore ducimini? Hæc autem & tangētis simul, & præoccupātis eos, uerba sunt: *Ita ut nihil uobis desit in ulla gratia.*

⌜pro tum sibi, tum aliis collatis beneficiis gratiā esse.

⌜de gratia.

⌜de gratia.

Phil. 4. a

Psal. 62. a & 117. d.

Luc. 14. c.

⌜Arrogās

⌜sana.

⌜ne in magnis quidē rebus intumescit.

Universidad de Navarra Biblioteca

G Magnæ hic inquisitionis locus, utrū scilicet, qui diuites facti sunt in omni sermone, ut nihil eis desit in ulla gratia, hic carnales sint? Nā si pricipio tales erāt, longè magis in præsentia. Quānā igitur ratione eos carnales appellat? Non potuī, inquit, uobis loqui, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Quid ergo ad hoc dicendum est? Quòd scilicet à principio crediderant, & gratiā omnem erant assecuti, quippe qui tum desiderio complectebantur: postmodū pigrioresfacti sunt. Vel si hoc non placet, quòd neq; hoc, neq; illud ad omnes loquitur: sed partim ad eos qui criminibus erant obnoxij: partim ad eos, quiſſe laudibus efferebāt. ſQuòd autē adhuc gratiā haberēt, Psalmum unusquisque habet, inquit, doctrinam habet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet, omnia ad ædificationē fiant. Et prophetæ autem duo uel tres loquantur. Potest autem alia afferri sententia. Quòd quemadmodum nobis moris est, omnia maiora facere: itidem hoc in loco locutus est. Præterea arbitror rem suam eum significare, quoniam ipse signa ostendit, quemadmodū in secunda ad eosdē epistola. Signa tamen apostoli peracta fuerunt inter uos in oi patientia. & rursum: Quid est, in quo fuistis iseriores cęteris ecclesiis? Vel quemadmodum dixi, sua cōmemorat, ſ&ſad eos q adhuc probati erāt, hæc loqtur. Multi nanq; illic sancti erant, qui seipsos in sanctorum ordinauerant ministerium: & Achaiæ facti sunt primitiæ, quēadmodum in calce epistolæ significatur. Præterea uerò & si non multū ueritatis laudes habeant, præparant tamen auditorem, & beneuolentiam conciliant. Quippe qui quamprimùm asperius exorditur, imbecilliorum aures claudit. Siue enim pares sint auditores, læsi iraſcūtur: siue multò inferiores, tristitia afficiūtur. Ne igitur hoc eueniat, ab his quæ laudem habere uidētur, facit exordium. Neq; enim eorū laudi, sed diuinæ gratiæ hoc erat adscribendū. Siquidem abstinere se à peccatis & iustos esse, superni id erat muneris: & propterea his immoratur, quę dei ostēdunt benignitatem, ut maximè eorum purget peccatum. *Expectātibus reuelationem domini nostri Iesu Christi.* Quid perturbamini, inquit, quid ægrè fertis? Nunquid quoniā nō adest Christus? Adest profectò, & propè dies adest. Et animaduerte Pauli sapientiā, quo pacto eos ab humanis rebus abducēs, formidolosi tribunalis memoria perterret, ostēditq; non tantū bono opus esse principio, uerū etiā & fine. Siquidem cum his beneficiis, alia quoq; uirtus est necessaria, ut scilicet diei illius recordemur. Et multis opus est laboribus, ut ad finē peruenire possimus. Reuelationē autē dicit' ut significet, quòd & si non uideatur, est tamen: atq; adest etiam in præsentia, & tunc apparebit. Perpeti igitur oportet. Idcirco enim accepistis miracula, ut cōfirmaremini. *Qui & cōfirmabit uos usque ad finē sine crimine.* Hoc in loco ad gratiam eos alloqui uidetur. Verū hæc particula omni uacat adulatione. Etenim ſab se reprehensos intellexit, ſquemadmodum quū inquit: Tanquā non uenturus sim ad uos, sic inflati sunt quidam. & rursum: Quid uultis, in uirga ueniā ad uos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? uel experimentum quæritis loquentis in me Christi? Latenter autem eos reprehendit. Nam quum cōfirmabit, & sine crimine dicat, ſlasciuientes, adhuc, & criminibus obnoxios significat. Tu autem considera, quo pacto Christi nomē frequenter eorū cordibus affigat: non hominis, non apostoli, nō magistri, sed

Infrà.3.a

ſLaudibus erāt ornati.

Infr.14.f

Ibidem.

2 Co.12.d

H

Ibidem.

Vel etiā.

Infr.16.c.

ſipsos reprehendere nouit.

Infr. 4.d

Ibidem.

ſ fluctuā tes.

K semper eius quē desiderat meminit, & tanquā ebrietate quadā oppressos erigere annititur. Neq; enim in altera epistola tam frequenter Christi mentionē facit. Hic uerò paucis uersibus sæpenumero, quo nomine totū ferè intexit exordiū. Cōsidera ab ipso pricipio: *Paulus uocatus apostolus Iesu Christi per uoluntatē dei, & Sosthenes frater ecclesiæ dei, quæ est Corinthi, Sānctificatis in Xpō Iesu, uocatis sanctis cū omnibus qui inuocant nomē domini nostri Iesu Xpi: Gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Xpō. Gratias ago deo meo de gratia dei, q̄ data est nobis in Christo Iesu, sicut testimoniū Xpi confirmatū est in uobis, expectantibus reuelationē domini nostri Iesu, qui confirmabit uos sine crimine in die domini nostri Iesu Christi. Fidelis deus, p quē uocati estis in societatē filij eius Iesu Xpi domini nostri. Obsecro autē uos per nomen domini nostri Iesu Christi.* Vides Xpi nominis frequentiā? Vnde ſtultissimis quoq; persp̄icuū est, nō fruſtrà, neq; temerè ita usum esse apostolum, sed bona & crebra Christi appellatione ipsorum tumorē exhaurit, & morbi tabē expurgat. Fidelis deus per quē uocati estis in societatē filij eius. Papę quantū his uerbis significat, quā immēsum dei beneficiū L ostēditur: In unigeniti, inquit, uocati estis societatē: & uosipsos hominibus addixistis. Quid hoc miseri? quid peius? Et quomodo uocati estis? per patrē. Nā quum per eum & in eo frequēter de filio uerba faceret, ne arbitrarentur illius tanquam minoris meminisse, attribuit id patri. Siquidem non per hunc uel illum, inquit, sed per patrē uocati, & diuites facti estis. & rursum, Vocati estis, inquit, non ipsi sponte uestra accessistis. Quid autem illa uerba significant, In societatē filij eius? Audi ipsum alio in loco manifestius id ostendentem: Nam & si commortui sumus, & cōuiuemus: si sustinemus, & conregnabimus. Præterea quū magnū quiddā dixisset, certam etiā addidit rationem, cui cotradici non potest: Fidelis, inqt, deus: hoc est, uerus: quòd si uerus, quæ pollicitus est, proculdubio faciet. Pollicitus autē est se uos unigeniti filij socio facturū. Ob hoc enim uos uocauit. Siquidē diuina dona atq; uocatio nulla pœnitētia ducūtur. Verum hæc primū in rationibus suis adducit, ne magnitudo scelerum eos in desperationem trahat. Profectò enim, inqt, dei beneficia sequētur, nisi iam maiorem in modum illa reiiciamus: quemadmodū Iudæi, qui uocati, propositā bona cōplecti noluerunt. M In quo non amplius uocantis, sed illorū stultitiæ crimen erat accusandū. Ipse enim largiri uoluit, illi autem quum accipere nollent, sibiipsis repulsæ authores fuerūt. Quòd si ad laboriosum aliquod opus atque difficile eos uocasset, non tamē idcirco ulla uenia digni fuissent, quāuis hāc potuissent afferre excusationē. Verum quū ad piaculū, iustitiam, sanctificationem, redemptionem, gratiam, beneficium, & præparata nobis munera, quæ oculus nō uidit, & auris nō audiuit, aduocentur, & ipse deus hęc nobis spōte sua polliceatur: quānā digni sunt uenia, si eū totis uiribus prosequi nō contendunt? Nemo igitur deū accuset, quum nulla uocantis culpa perstent increduli, sed sua, qui resiliūt. Sed oportet, dicet quispiam, etiā inuitos reuocare. Absit. Non enim ſcogitur neq; cogit. Et quisnam ad præmia, coronas, conuiuia, festos dies ſnolētes atq; inuitos ſtrahat? Nemo, inquam. In iurius nanq; esset. In gehennā inuitos mittit deus: in regnum spontè properantes aduocat. In ignem liga-

Infrà.2.d

2. Tim.2. c.

ſuim adfert ſ inuitos atque uiolentos.

A tos eiicit & gemebundos: nō autē in perpetua bona itidem. Namſhoc, & ipsa bona iniuria afficeret, nisi eiusmodi esset natura, ut uolētibus & his q plurimā se gratiam habituros sciant, sese offerat. Et quānā ratione non omnes ea diligunt? ex propria imbecillitate. & quāobrē eos deus non corroborat? Et quo pacto faciendū sit, mihi respōdeas uelim. Nonne creaturam operatus est deus, quę & benignitatē suam & uirtutem edoceat? Cœli, inquit, enarrant glorī dei.

Psa.18.a Nōne & prophetas misit? nōne & uocauit nos, & honoribus prosecutus est? nōne tot res plurima dignas admiratione condidit? nonne legem tulit, & scriptā & naturalem? num filium misit? num signa fecit? nū gehēnam minatus est? num: cœli regnum pollicitus? num singulis diebus facit oriri solem suū? num præcepta ei⁹ adeò facilia sunt, adeò leuia, ut multi philosophica tantū ratione ea excesserint? Quid oportuit,

Matt.5.g *Esa.5.b.* impudicè quid facere uolūt, legum lator & iudex ad esset, proculdubio longè plus metus posset ad libidinem illam comprimendam, quum etiamsi minorē adducerem necessitatem, cōpi ehensumq; ab amata muliere abducerem, & uinculis coercerem, se continere, & nihil molestum perpeti posset. ſNolumus igitur dicere quempiam natū bonum esse. ſSiquidē natura bonus, nunquā malus fieri posset: & natura malus, nunquā bonus. Nunc autem uarias mutationes, & alterum in alterū transferri uidemus. Neq; hoc in scripturis duntaxat uidere licet, quemadmodū quū publicani, apostoli euaserūt: & discipuli, proditores: & incestæ mulieres, pudicæ: & latrones probati facti sunt, & Magi adorauerunt, & impij pietatē induerūt, & in ueteri & i nouo testamēto: sed i singulis quoq; dieb⁹ multa huiusce modi euenire quis uideri t. Quæ si naturalia essent, nequaquā posset permutari: nam quū passibiles natura simus: nulla ratione impassibiles fieri possemus. Quod.n. natura est, nunquam ab ea recesserit, neq; quispiam quum natura dormiat, in somnis esse, neque à corruptione in corruptionem, neq; à siti, ut nunquā sitiat, mutari perpetuò potuisset. Idcirco peccata non sunt, neq; exprobramus hęc cuipiam, neq; quis unquā aliquem huiusce modi uerbis accusaret, corrupte & passibilis: sed aut adulterū, aut fornicationem, aut alia id genus noxiis uitiodamus, eosq; & iudicibus, q eos damnēt, & supplicio afficiāt, & pœnis prosequātur, adducim⁹. Quū igitur ex his, quæ inuicē facimus, & iudicati perpetimur, & quorū leges scripsimus, & nosipsos, quanuis nemo nos accuset, reprehendimus, & desidia qdem peiores, timiditate aūt meliores efficimur, & alios rectè facere, & summum philosophiæ attingere uidemus. planè cōstet i nostra esse potestate bene facere: quid multi temerè frigidis nos ipsos excusationibus decipim⁹? q nō modò nobis afferūt ueniā, sed supplicū graui⁹, quū formidolosa illa die ante oculos nobis proposita uirtuti uacare liceret, & paruo labore īmortales coronas accipere. Nihil sanè nobis huiusmodi prodest excusatio, sed & cōserui uestri, & q uestris operibus contraria operantur, nos oēs peccatis obnoxios accusant, crudelē misericors, malū bonus, audacē mitis, inuidū benignus, glorioſum philosophus, studiosus segnē, pudicus incontinentem. Sic nos deus iudicabit: utranq; ſtruet aciē, hos quidē laudibus, illos supplicio prosequēs. Sed absit, ut ex hac cōcione quispiam eorum ex numero sit, q & pœna & ignominia sunt afficiendi, sed coronati oēs

B

C

D

ſpp uoli tatē non facit.

Ex.20.et Rom.2.c

E

ſNe igitur dicamus quēpiā natura bonū aut malū esse.

F

ſ ἀπροκοπεις. i. defatigeris.

ſNam tu fortasse qui uxorē habes, nō tēperāter uiuis: alius uerò uxore carēs, castitatē seruat illibatam.

G cœleste regnum utinam assequamur, Gratia & benignitate unigeniti domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, cum spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia tertia.

Obsecro uos fratres p nomẽ domini nostri Iesu Xpi ut idipsum dicatis oẽs, & non sint in uobis schismata. Sitis autẽ perfecti in eodẽ sensu, & in eadẽ sententia. Quòd semper dicebã, paulatim & modicè in iurgia descendere oportere, id Paulus hoc in loco facit: quũ enim rem longè periculosam aggressurus sit, & quæ facilè ecclesiam posset euertere, demẽtio ri uerbo usus est. inqt enim, se obsecrare eos, & obsecrare per Christum, ac si solus non sufficeret, hoc & præponere, & persuadere: quasi dicat, accipio mihi Christum socium, & eius nomẽ iniuria & contumelia affectum auxiliũ imploro: Peruerecũdè sanè, ⌜ne eos pudeat. Temerarios ⌟enim peccatum facit: propterea quòd si quamprimùm uehementius insectareris, ⌜frustra & impudenter ⌟faceres? sed quum hortatus sis ceruicem deiicere, confidentiam ponere, humilitatem amplecti docuisti. Quod ut Paulus in præsentia assequatur, obsecrat iã per nomen domini nostri Iesu Christi. Sed quid tandem obsecras⌋ Paule? *Vt idipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata.* Schismatis significantia satis eos arguit, uel potius satis est eius appellatio, q̃ uehementer eos tangat. Nõ enim plures integræ partes factę sunt, sed una periit. Siquidem integris ecclesijs, multas eas constituerẽt. Per schisma autem & dissensiones id etiam unũ abo letur. Integrum enim si in multa diuiditur, nõ modò non multa fiunt, sed unũ absumitur. Huiusmodi est schismatum natura. Quum uerò acrius eos schismatis appellatione tetigisset, rursus eos his uerbis lenit & mulcet: *Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadẽ sententia.* Nam quum dixisset, Vt idipsum dicatis: No lite arbitrari, inquit, ad uerba usq; debere esse cõcordiam animi nanq; cõcordiam inquiro. Verùm quũ idem quoq; ex animi sententia dici possit, quoniã id non in omnibus usu uenit, idcirco addidit: Sitis autẽ perfecti. Qui enim partim cõuenit, partim dissentit, adhuc nõ est perfectus, neq; in cõsensum adducitur. I Fieri autem potest, ut qui intellectu cõsentit, uoluntate discrepet: quemadmodũ quũ idem de fide sentiamus, discrepamus tamẽ in dilectione. Sic notione unum sumus, quum idẽ cognoscimus: sed non uolũtate & studio, quod tũc euenit, quum alius aliud eligit. Propterea, inquit, quod notitia & uoluntate concordare oportet. ⌜Nõ enim à fidei dissēsione, sed sentẽtiæ humanis cõtentionibus fiunt schismata. ⌟Sed quum sola accusatione, nullo adhibito testimonio quo dãmodo erubescat: uide quo pacto, ne idnegare possint, testes adducit: *Significatũ est.n. mihi de uobis fratresmei à familiarib. Chloes.* Nõ tamẽ hoc pri⁹ locut⁹ est, quã eos reprehenderet quod, credentis est testib. Siquidẽ nisi id sibi relatum esset, nõ sanè accusasset: neq; ita Paulus credidit, neque primo statim principio inquit, significatum est, ne illorũ tantùm uerbis eos accusare uideretur: neq; tacuit, ne ex se dunta xat dicere crederetur. Præterea eos fratres appellat: nam licèt manifestum peccatum sit, nihil tamẽ prohibet, adhuc eos fratrũ appellationibus nuncupare. Et animaduerte, quæso, Pauli prudentiã, quòd propriæ personę nõ adduxit testimoniũ, sed familiam, ne in simultates aduersus huiusmodi nũcij authorẽ concitaret. Idcirco & illũ subticuit, & impauidus in K eos accusationẽ uertit: non enim illius tantùm, sed Corinthiorum utilitatem prospexit. Propterea non inquit, Significatum est mihi à quibusdam. sed etiã familiam ostendit, ne id finxisse ex se uideretur. Et quid nam significatum est? *Quòd cõtentiones inter uos sunt.* Quando quidem eos corripit: Non sint, inquit, in uobis schismata: quando autẽ aliorum uerba ad nunciat, clementius eos alloquitur. Hoc significatũ est mihi, quòd cõtentiones inter uos sunt. Quare no lite, qui nobis hoc adnunciarunt, lædere: deinde cõtentionis genus ostendit, *Quòd unusquisque uestrum dicit, Ego sum Pauli, ego aũt Apollo, ego uerò Cephæ.* Cõtentationes nõ enarrat de uerbis propriis: sed q̃ graiores sunt. Et ex eo uerbo, unusquisq; uestrum, non partem, sed uniuersam ecclesiam morbũ populare significat. Atq; neq; de Paulo, neq; de Petro, neq; de Apollo dicebant, sed ostẽdit, quòd si in his nõ est in sistendum, longè minus in aliis: quòd autẽ nihil de *Infrà.* his diceret, in sequẽtibus his uerbis demõstrat: Hęc L autem trastuli per figuram in me & Apollo propter uos, ut in nobis discatis, ne suprà quã scriptum est, sapere. Nam si Pauli & Apollo, & Cephæ nõ licebat ipsis noia laudare, multò magis neq; aliorum: si magistrum & principem apostolorũ, & tãti populi admonitorem sibi arrogare non debebant, quãtò magis qui ⌜nusquam ⌟essent. A maiori igitur morbo eos ⌜nihil. sanare festinans, his utitur nominibus. Aliter autem intelligi potest, ut quo oratio eius tolerãtius accipiatur, non uerò nomine sediti osos in ecclesia memine rit, sed tanquã laruis quibusdam sub apostolorũ appellationibus eos ostenderet. Hinc ego sum Pauli, inquit, ego autẽ Apollo, ego uerò Cephæ. Neq; qđ se Petro prætulerit, in ultimo loco eum posuit, imò ẽt sibi Petrũ præfert. Auget enim orationem suam, neputaretur inuidia id facere, ut honorẽ illis auferret. Idcirco primo in loco se constituit, nullo honoris desiderio, sed contemptu potius: Primũ igitur impetũ in se accipit, & tũc Apollo inde Cepham subdit. Nõ M igitur ut seipsum laudibus efferat, se præponit: sed in rebus friuolis, & nullius momẽti proprię personę appellatione eos corripit. Verùm quòd huic & illi seipsos atribuentes peccarẽt, planè cõstat: & meritò eos reprehendit, quũ inquit, Non bene facitis dicentes, Ego quidem sum Pauli, ego autẽ Apollo, ego uerò Cephæ. Qua autem ratione addidit, *Ego autem sum Christi?* Si enim qui seipsos hominibus attribuũt, peccauerunt: nunquid illi qui Christo? Sed non id reprehendit, quòd sibi Christũ uindicarent, sed quòd nõ omnes solũ. Existimo autem Paulum hoc ex seipso ad eorum crimen augendũ addidisse, ut ostenderet Christum in partem unam datum: quãuis illi nõ sic facerent. Quòd enim hoc significaret, ex sequẽtibus manifestauit, quum inquit, *Di uisus est Christus?* Hoc est, in partes Christũ, & eius corpus secuistis. Vides ne furorẽ? Vides uerbũ indignationis plenum. Quotiescunq; enim confirmatione non utitur, sed solùm interrogat: ideo facit, quòd res ipsa sine cõtradictione absurda est. Quidam autem aliud quoq; Paulũ significasse asserunt, quũ inquit, Diuisus est Christus: quasi dicat, distribuit ad hoies, & partitus est ecclesiam, & partem alteram ipse accepit, alterã illis dedit. Deinde conatur ⌜Paulum iam abolere, quũ dicit, ⌜Paulus rei absurditatẽ abolere. *Nũquid Paulus crucifixus est pro uobis, aut in nomine Pauli baptizati estis?* Intuere utilem sententiã, quo pacto in proprio

A in proprio nomine omnia huiusmodi superuacanea ostẽdit, quodq; talis honor decet neminẽ. Néue his uerbis inuidia usus uideatur, frequẽter de seipso uerba facit. Et animaduerte eius prudentiam. Nõ enim dixit, nunqd mundũ Paulus condidit? Nunquid Paulus uos ex nihilo ut essetis, effecit? Sed ea tantũ, quæ eximia erant fidelium, & multæ beneuolẽtiæ opera meminit, crucẽ scilicet & baptisma, & quę ex his prouenerunt bona. Mũdi nanq; opificium, sed maximè dei in crucem consensus, eius ostendunt benignitatem: & non dixit, Nunquid Paulus mortuus est pro uobis: sed, nunquid Paulus crucifixus est? In quo ẽt mortis gen⁹ affert. *Aut in nomine Pauli baptizati estis?* & non inquit, Nũquid Paulus baptizauit uos? Baptizauit enim multos. Neq; hoc quærebatur, à quo, sed in cuius nomine baptizati essent. Siquidẽ quũ dissensionum causa & hæc esset, quod scilicet eorũ se esse dicebant, à quibus baptizabãtur, hunc errorem his uerbis corripit: Nunquid in nomine Pauli baptizati estis? Ac si diceret, Noli mihi dicere, quis baptizauit, sed in cuius nomine. Neq;.n. qui baptizat, sed quem
Ioan.1.d. in baptismate inuocamus, inquiritur. Hic enim est q
B dimittit peccata. Et his contentus non ulterius in his euagatur. Neq; quicquã tale inquit. Nũquid Paulus uobis futura bona pollicitus est, nunquid regnũ cœli promisit? Quã igitur gratia non hæc addidit? Quoniam nõ est consentaneum regnum polliceri, & crucifixum esse. Illud enim neque periculum subiit, neq; ignominiam pertulit. Hoc autem ea omnia, & aliter
Rom.3.f illa ex his confirmat. Nam quum alibi dixisset, Qui etiam proprio filio nõ pepercit: subdidit, quomodo
⌜donabit nõ etiam cum illo omnia nobis ⌜donauit? & rursus,
Rom.5.b Si enim quũ inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius. Huius gratia illa non addidit, & quoniam alia quidem nõdum habebant, aliorũ autem ⌜experientiã acceperunt, & alia quidem promissa erant, alia uerò ⌟iam perfecta. *Gratias ago deo, quòd neminem uestrum baptizaui, nisi Crispũ & Gaiũ.* Quid uos insolenter in baptizando extollitis, quando ego gratias ago deo, quòd non fecerim? Quibus uerbis animi in ea re elationem suadendo tollit. Nunquid & baptismatis uirtutem? Absit, sed eorum stultitiam qui in baptizando nimirũ se iactabant: & primũ qui C dẽ quũ ostendat, non eorum id esse beneficiũ: deinde quum pp hoc deo gratias agat. Et profectò magnum quiddam baptisma est, sed eius magnitudinẽ nõ qui baptizat, sed qui inuocatur in baptismate efficit. Nam baptizare nihil est, si humanus labor cõsideretur, sed longè minus quã euangelizare. Magnũ item est, ⌜iquit, ⌟baptisma, sine quo minimè fieri po
⌜inquã. ⌜sed ⌜si ego qui baptisma a dnũciauerim, multos baptizasse m, credibile erat quòd in unũ cõspirantes. test, ut quispiam cœli regnum assequatur, ⌜quando ⌟uir non omnino strenuus hoc munere fungi potest. Euãgelizare aũt plurimũ requirit laboris. Affert autem causam propter quã deo gratias agit, quòd neminẽ baptizauerit. Quæ nam igitur ea est? *Nequis dicat,* inquit, *quòd in nomine meo baptizati estis.* De illis enim hoc dicebat? Nequaquam. Sed timui, inqt, ne in tantũ mali morbus procederet. Nam si abiectis & nulla re bona dignis hominibus baptizãtibus hæresis orta est: ⌜si ergo baptismatis adnunciatione multos baptizaui, credibile erat, qui per me cõfirmati essent, ⌟non modò in nomine meo uocari, sed mihi ipsius baptismatis laudẽ attribuere. Si.n. à minoribus tantũ mali exortũ est, non immeritò uehementius à maioribus processurum poterat existimari. Quũ igi D tur hoc in loco corruptos reprehendat, & eos alloquatur, *Baptizaui,* inquit, *Stephanæ domum.* Et rursum eorum deiiciens tumorem, inquit, *Iam nescio si quem alium baptizaui.* Hinc autẽ iam ostendit non maximè laudi sibi fuisse, quòd ex baptismate à multis honorẽ assequeretur. Neq; gloriæ causa id se aggressum asserit: neq; his duntaxat uerbis, sed in sequẽtibus quo que uehementer eorum sedat tumorem: quũ inquit, *Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare.* Grauius enim & quod multum laborem & ferreũ animũ exigat, hoc est, ⌜Sed quamobrẽ hoc munus ⌟aggressus est Paulus? ⌟Et qua nã gratia quũ non miſ sus esset ad baptizandum, baptizauit tamen? Sed nõ idcirco eius qui se miserat, repugnauit uoluntati, sed ex abundãtia hoc operatus est. Non enim dixit, prohibitus sum: sed non missus sum ad hoc, uerũ ad illud quod maximè erat necessarium: euangelizare enim perpaucorum est, baptizare autem cuiuslibet, modò fungatur sacerdotio: quippe q hominẽ catechumenũ & ad suscipiendũ baptisma persuasum nacti sunt, eorũ quilibet baptizandi subire munus poterit. Voluntas.n. præsentis & diuina gratia iam oia E operatur. Quũ autem incredulos instituere oportet, multò opus est labore & sapientia. Tũc periculũ de se faciendum est. Illic enim omnia perfecta sunt, & persuasus est qui est ⌜erudiendus, ⌟& nullus labor est ⌜ad sacra credẽtem baptizare. Hic uerò plurimum laboris est, adducendus. ut ad tuam adducatur uoluntatẽ, & suã abiiciat sententiam, errorem euertat, ueritatẽ ⌜conferat. ⌟Atqui ⌜inferat. non ita loquitur, neq; ita confirmat, ut nullum laborem baptisma habere dicat. Modestia nanq; uti nouit, sed in comparatione ciuili prudẽtia ualde utitur, quoties sermonem reddere clariorem potest. Nõ igitur quod mittenti se contradiceret, baptizauit. Sed quemadmodum quoq; dixerunt Apostoli super uiduis, Nõ est placitum, ut præteriuisse uerbo dei, mi Act.6.a nistremus mẽsis: Sic in hoc loco ministrauit, illis nõ contradicens, sed ex abundantia operatus. Siquidẽ nunc senioribus quidem, qui inutiliores sunt, hoc munus tradimus. Verbum autẽ quod doceãt, sapiẽtioribus: hic enim & labor & sudor est. Quamobrẽ alibi inquit, Qui bene præsunt presbyteri, duplici ho 1.Tim.5.c nore digni habeantur, maximè qui laborant uerbo & doctrina. Quemadmodũ enim instituere certãtes F hominis est strenui, & sapientia & exercitatione probati: imponere autem uictori coronam, illius etiã esse potest, qui certamina ignorat, quanuis corona clariorem reddit uictorẽ: Itidem in baptismate usu uenit. Nullo enim pacto sine eo salutem quispiam asse qui potest, nihil autẽ magnum qui baptizat, operatur, confirmatam modo nactus sit uoluntatẽ. *Non in sapientia uerbi, ut non euacuetur crux Christi.* Quũ eorum elationem, qui per baptisma superbia efferebãtur, compescuerit, transit iam ad eos qui exteriori sapientia efferuntur, & contra eos armatur uehementius. Ad illos enim qui in baptizando instati erãt, inquit, gratias ago deo, quod neminẽ baptizaui, & qđ non misit me Christus baptizare, in quo neq; uehementia, neq; nimia utitur confirmatione, sed breuibus q̃ uult significans, ad alia se transfert. Hic autem ab ipso principio grauiter eos his uerbis tangit: Non in sapiẽtia uerbi, ut nõ euacuetur crux Christi. Quid igitur superbis, in quo abscondi oporteret? Nã si cruc hostis est, & cum euangeliis pugnat hęc sapientia,

⌜Nõ.n. à dissēsiõe q̃ circa sidẽ est, sũt schismata: sed qđ iuxta humanã cõtẽtione m diuersæ sint sentẽtiæ.

⌜ne illi impudẽtes fiant. Impudẽtes⌜ H ⌟immitẽ & impudentem.

G minimè in ea gloriandum esset, sed potius erubescẽdum. Hęc enim causa fuit, ne apostoli sapiẽtes fierẽt, non gratiæ imbecillitate, sed ne prædicatio offenderetur. Siquidem illi uerbum dei non corroborarunt, sed imbecillius reddiderũt, Rudes autem & indocti id cõfirmarunt. Hoc fecit, ut puniretur superbia, hoc compressit tumorem, hoc persuasit modestiã. At, inquis, si non in sapientia uerbi, qua causa Apollo qui disertus erat, miserunt? Non quod in uerborũ potentia confiderent, sed potens erat in scripturis, & reprehendit Iudæos: prẽterea propositũ erat patronos, & qui primi uerbum dei disseminarunt, non esse disertos. Hi enim erant qui multa indigebant uirtute, ut à principio errorem expellerent. Siquidẽ tunc maximè uiribus opus erat, ut aditus patefieret. Qui igitur primũ non indiguit uiris eruditis, si postmodũ eloquentes suscepit, non ideo suscepit, qđ his indigeret, sed quoniã noluit ullam facere differentiã: quem admodum enim non opus fuit sapientibus ad dirigendã dei uoluntatẽ, sic neq; qui postea inuẽti sunt, eiicere oportuit. Tu autẽ illud mihi ostendas uelim, an Petrus & Paulus sapientes fuerint, sed non posses. Rudes enim & illiterati fuerunt. Vt igitur Christus
H quũ discipulos suos in orbem terrarũ mitteret, eisq; potentiam suam primùm in Palæstina ostenderet,
Luc.22.d dicens, Quando misi uos sine sacculo, & pera, & calciamentis, nunquid aliquid defuit uobis? iam tũ permisit ut perã & sacculum haberent: sic hoc in loco fecit. Propositum enim erat ut Christi potentia ostenderetur, nõ tamẽ exterioris sapientię gratia, qui ad fidem accedebant, erãt eiiciendi. Quum igitur Ethnici Christi discipulos tanquam indoctos accusant, lõgè magis ipsi, quàm discipuli sunt accusandi. Neque quisquã sapientẽ fuisse Paulum contendat. Sed apud illos & claros sapientia & facundia admirabiles uiros extollimus. Nostros autem omnes & rudes & illiteratos fuisse profitemur. Neq; enim parũ illos hac assertione euertimus, sed gloriosam nobis comparamus uictoriam. Hęc autẽ locutus sum, quoniã Christianum quẽdam iam audiui aduersum Ethnicũ ridiculè disputantẽ, quum ambo in certamine inuicẽ sua ipsorum soluerent argumenta. Siquidẽ quę oportebat Christianũ dicere, ea Gentilis afferebat: & quę Gẽtilis partes erãt, eas Christianus adducebat in medium. De Paulo enim & Platone inquirebant. In qua
I disputatione Gentilis conabatur ostendere Paulũ & rudem & indoctũ fuisse: Christianus uerò temerè cõtrà, cõfirmare annitebatur, Platone Paulũ fuisse eloquentiorem: hoc pacto Gẽtilis uictor euasit, quũ ita iudicaretur. Nam si Platone disertior Paulus fuisset, multi nõ immeritò afferere potuissent, nõ gratia uicisse Paulum, sed facundia. Quamobrem Gẽtilis causam tuebatur Christiani, Christianus uerò Gentilis: nã si Paulus ineruditus fuit, uicit autem Platonẽ, profectò, ut dicimus, clarissima fuit eius uictoria, qui indoctus illius discipulos alliciens, in se & ad se oẽs cõuertit. Ex quo satis constat, non in sapiẽtia humana prędicationem factã i esse, sed in diuina gratia. Vt igitur hæc nobis nõ eueniant, neq; huiusce modi aduersus Gẽtiles disceptationibus irrideamur, quum in id certamen uenerimus, apostolos ut indoctos accusemus. Hoc eis & laudi erit, & ornamẽto. Et quum illi dixerint rusticos fuisse apostolos, adiiciamus, itẽ indoctos & illiteratos, pauperes, abiectos, imprudentes, obscuros. Non sunt hęc maledicta in apostolos, sed gloria, quòd tales uiri toto orbe clariores apparuerint. Siquidẽ hi ineruditi, rustici, indocti, uiros & sapiẽtia & uirtute prædituos, tyrannos diuitiis gloria & oibus deniq; extemis rebus seiactantes, ac si uiri nõ fuissent superauerunt. Quocirca cõstat magnã esse crucis potentiam, neq; hæc humanis uiribus facta esse. Non enim secundum naturam sunt, sed naturã longè excedunt. Quando autẽ aliquid longè præter naturam accidit, idq; & decorũ est & utile: profectò constat diuinam quandam uirtutem, atq; auxiliũ in eo operatum. Vide uerò, piscator, tẽtoriorũ opifex, publicanus: indocti, illiterati, è longinqua Palæstinæ regione profecti, philosophos, rhetores, uiros in dicẽdo grauissimos à propriis eiicientes, omnes breui superauerunt: quum tot imminerent pericula, populi & reges infestissimi, natura ipsa repugnãs, temporis uetustas longa, & uehemẽtior cõsuetudinis pugna, armati dæmones, diabolus infestus & uniuersa cõmouens, reges scilicet, principes, populos, gẽtes, ciuitates, barbaros, Græcos, philosophos, rhetores, sophistas, oratores, leges, iudicia, uaria supplicia, uarias mortes atq; innumeras. Veruntamen oia hęc sic deuicta sunt, & piscatorũ uerbis cesserũt, tanquã puluis qui spirantiũ uentorũ impetus ferre non potest.
K Discamus igitur sic aduersus Gentiles disputare, nec
L tanquã pecora inueniamur, sed spe nostra confirmemur, & hoc dũtaxat, uel maximè curemus quod nõ est paruum, & eos his uerbis rogemus: Et quo nã pacto imbecilli, fortes, duodecim, orbem terræ, nullo armorũ præsidio, sed nudi aduersus armatos pugnãtes fortiores inuenti sunt? Dic quæso, duodecim tãtùm uiri rerum bellicarum penitus expertis, in innumerum militum armatorum exercitum irruẽtes, nõ inermi modò, sed imbecilli corpore ab illis nihil perpessi sunt: neq; innumeris petiti sagittis, uulnus acceperunt, qbus cõfixi essent, nudo corpore omnes prostrauerunt? non armis, sed manu impellentes, quorũ alios quidem perdiderunt, alios autem captos adduxerunt. Nunquid hoc ⌜humani⌝ quispiam diceret? At ⌜humanum esse.⌝
qui apostolorum trophæũ longè illo admirabilius. Siquidẽ quòd rudis & illiteratus piscator tantę grauitatis homines uinceret, longè admirabilius est, ⌜quã nudus non uulneraretur⌝. Ille enim neq; paucitate, neq; paupertate, neq; periculis, neq; ea quę prævalerat consuetudine, neq; calamitatũ, quas patiebatur acerbitate, non quotidianis mortibus, non errantiũ multitudine, non decipiẽtium dignitate prohibitus est. Hoc igitur pacto prosternemus eos, si pugnabimus, & longè magis q̃ uerbis, uitæ rectitudine eorũ animos percellemus, hoc maximũ certamen est, hic syllogismus certissimus qui per opera efficitur. Nam & si frequenter uerbis philosopharemur, nõ tamen propterea uitam exhiberemus meliorem, nullũ nobis lucrum accederet. Non enim uerbis attendũt homines, sed opera perscrutantur: & inquiũt, Tu prior uerbis tuis obtẽpera, deinde alios admoneas. Quòd si dixeris, innumera esse in futuro seculo bona, & tamen tanquam non sint, præsentibus rebus affixus uideberis, opera tua quã uerba magis mihi persuadebunt. Siquidem quum alienarum rerum raptorem amissa immodicè deplorantẽ, multis aliis obnoxiũ criminib⁹ animaduerto, qua ratione tibi resurrectionem credam? Et licet hoc non dicant, cogitant tamẽ & animo uersant, & hoc est qđ prohibet, ut infideles Christiani fiant. Reuocem⁹ igitur eos uitę nostræ

A exemplo. Multi etiã indocti uiri, hoc pacto philosophorum mentes perculerunt, tanquã re ipsa philosophiam ostenderẽt, uocem tuba clariorem bonitate uitæ & philosophia emittentes. Ipsa enim quã lingua uehementior est. Quum ergo dicã, quòd non licet succensere cuipiam, deinde Gentilem innumeris malis afficio: quo pacto uerbis ipsum allicere potero, cũ operibus abigam? Quamobrẽ eos uitę integritate alliciamus, & per eorum animas ædificemus ecclesiam, & huiusmodi cõparemus diuitias, nihil est enim quod animæ possit æquiparari, ne uniuersus quidem mundus. Itaq; & si immensas pecunias pauperibus eroges, plus tamen effeceris, si unã conuerteris
Hie.15.d animam. Qui enim educit pretiosum ex indigno, tãquam os meum erit, inquit. Magnũ sanè & laudabile est misereri pauperibus, sed magis errantem ab errore reuocare. Quippe qui hoc facit, Petrũ, Paulũq; imitatur: licèt enim ut illorum prædicationem accipiamus, nõ ut eorum exemplo periclitemur, famem
B & pestem & alia huiusmodi tolerantes: (pacis nanq; prẽsens tempus est) sed ut uoluntate promptiores efficiamur. Siquidem & domi sedẽtes ita piscari possumus. Si quis amicum, si quis cõsanguineum, si quis uicinum habet, ita faciat: sic Petri & Pauli sectator euadet. Sed quid ego hos commemoro: os erit Christi? Qui enim educit pretiosum ex indigno, tanquam os meum erit. Quòd si hodie nemini persuaseris, persuadebis postridie, & si nunquã persuaseris, mercedem tamen integram habes. Etsi non omnibus, paucis tamen ex multis persuadere poteris. Nam neq; apostoli uniuerso orbi persuaserunt: licèt cũ omnibus dispu
Mar.12.d et Lu.21. a. tarint, & mercedẽ in omnibus assecuti sint. Siquidẽ deus non secundum bonorũ operum euentum, sed iuxta factorum propositũ coronas elargiri solet, etiã si duos obolos conferas, & quod uidua fecit, idẽ in docentibus operabitur. Noli igitur quum orbẽ terræ saluum facere non possis, etiam parua contemnere. Neque maiorũ desiderio à paruis te abstrahas. Si centum nequis, decem curã suscipias: si decem non possis, noli quinq; despicere: si quinq; uires tuas excedunt, unũ ne contemnas. Quòd si ne hoc quoque
C possis: noli desperare, noli labori cedere. Nõne uides in negotiationibus, non auro dũtaxat, sed & argẽto mercatores negociantur? Nam si parua nil contemserimus, assequemur & magna. Sin autẽ neglectui nobis illa essent, neq; hæc facilẽ assequi possemus. Sic singuli diuites euadũt, quum magna simul & parua colligunt. Sic & nos faciamus, ut in omnibus ditati cœlorũ regno perfruamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem & cũ quo patri & spirituisancto gloria, honor, imperium in secula seculorum, Amen.

Homilia quarta.

Erbũ enim crucis pereuntibus quidẽ stultitia: his
aũt qui salui fiunt, id est nobis uirtus dei est. Scri
Esa.29.c & 33.c. *ptũ est enim, Perdam sapientiam sapientum, & prudentiã prudentũ reprobabo. Vbi sapiẽs? ubi scriba? ubi disputator huius seculi?* Latronibus & morbo affectis hominibus etiã salubres cibi sunt iniucundi, & amici & cõsanguinei graues, ut sæpenumerò nõ modò non cognoscantur, sed uideantur esse molesti. Haud aliter his quorum animæ perierunt euenire solet. Siquidem quæ ad salutẽ cõferunt, ignorant: & qui sui curam suscipiunt, molestos arbitrantur. Quod nõ rerum natura fit, sed illorum morbo: & quẽadmodũ insaniẽtes amicorum cura, & admonitionibus offen D
duntur, itidem infideles: sed ueluti, qui lædũtur ab illis, non contrà ipsi lædunt, sed tunc maximè, & misericordia & lachrymis eos prosequuntur, quũ inde uehementioris morbi coniecturam faciant, si amicissimos ignorãt: itidẽ & nos erga Ethnicos faciamus & eos muliebri, uel maiori ẽt ululatu deploremus, quoniã communem salutẽ non intelligunt. Neque enim adeò uxorẽ uirum suũ amare oportet, ut nos uniuersum genus humanum, idq; ad salutẽ allicere, siue Ethnicus sit, siue quis alius. Eos igitur deploremus, quoniam uerbũ crucis stultitia eis est, quũ sit & sapientia, & uirtus. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, inquit. Nam credibile erat il
⌜sua sapientia.⌝ los, quũ crux à Gẽtilibus derisui haberetur, huic ⌜suę⌝ sapiẽtię resistere & certare perturbatos ab his quę à gentibus dicerentur. Quos cõsolatus Paulus, Nolite arbitrari, inquit, alienũ hoc esse, & dignum admiratione. Sic secũdum naturam se res habet, ut à pereũtibus eius potentia minimè cognoscatur. Mente. n. commoti sunt & insaniunt. Propterea maledicunt & iniquo animo ferunt salubria medicamẽta. Quid dicis homo? propter te Xps seruus factus est, propter te formã serui accepit, propter te & crucifixus est, & E
resurrexit. Propterea opus est, & resurgentem adorare, & eius admirari humanitatem. Quoniã qd neq; pater, neq; amicus neq; filius pro te fecit, id omne dominus pro te & inimico & infesto opatus est. Decet igitur ut eum horũ beneficiorum gratia ueneremur, tu autem rem tanta sapientia prædituam, stultitiã appellas. Sed nihil mirum: siquidem pereũtium est, quę saluti suæ conferant, minimè cognoscere. Nolite igitur perturbari, neq. n. res noua est neque admirabilis, quòd quispiam à perditis maximè hominibus irrideatur. Neq; qui ita affecti sunt, humana possũt persuaderi sapientia, qua si persuadere uolueris, contrà efficies. Quæ enim humanam excedunt rationẽ, fide duntaxat indigent. Atq; si rationibus uti uelimus ad persuadẽdũ, quo pacto homo factus est deus, & aluum uirginis subiit, neq; fide hoc confirmaremus, magis nos illi irriderent. Nonne qui rationibus omnia inquirũt, hi perditi sunt? & qd de deo loquimur? Si in ipsis creaturis hoc faceremus, multus sequeretur risus. Sit quispiam qui oia rationibus pscrutetur, & sibi abs te persuaderi conetur, quo lucem uidemus, tu autem id experiare: sed non posses. Nã si diceres satis esse ad uidendum, ut oculi aperiantur, nõ
⌜modam.⌝ ⌜causam⌝ adduxisti, sed rei effectum. Quaobrem autem neq; auditu uidemus, neq; oculis audimus, quã obrẽ non audimus naribus, & auribus olfacimus? Si igitur quum de his dubitet, quoniam eorũ rationẽ reddere non possimus, ille nos ridere deberet, longè magis nos illos ridebimus. Nã si utraq; ex uno cerebro principium habẽt, & utraq; inuicem uicina sunt membra, qua nam ratione non possunt eadẽ facere? sed neq; causam ueq; modum inenarrabilis, & uariæ operationis coniectari possumus. Quod si annitere-
⌜sic.⌝ muri, derisui sanè essemus: quamobrẽ diuinę hoc uirtuti & infinitæ scientiæ tribuentes silentiũ agamus. ⌜Nam⌝ si dei opera, exteriori sapientia cõfirmare uoluerimus, maiorem in modum deridebimur, nõ propter rerum imbecillitatẽ, sed propter humanam insipientiam. Magnæ. n. res nulla possunt ratione manifestari. Considera autẽ, si dixero, crucifixus est: Gẽtilis inquit, & qua nã ratione hoc esse potest? sibiipsi

Mat. 27.c

ʳeũ qui i rebus difficilib us uersatur, ipsis difficultatibus superiorẽ euadere: & qui alligatus sit, uincere: immensæ H cuius dã est uirtutis.

Dan. 3.f Ion.c.2.a Esa 29. & 33. & Abdiæ.1.c.

Pſ.101.d

ʳdeũ cognoſcere noluit.

ʳEtenim.

ʳQuid autẽ eſt, I

Copitulatus non est, quũ & crucifixus esset, & tẽtatus in tẽpore crucis, & quomodo postmodum resurrexit, & aliis præstitit auxiliũ? Hoc & Iudæi dicebant, Qui se non iuuit, quomodo alios iuuerit? Absurdum profectò est, inqt: nec immeritò. Etenim ò homo supra rationem est, & inenarrabilis uirtutis crux. Siquidẽ ʳquod i rebus difficillimis fit, ipsis difficultatibus grauius uidetur. Immensæ nanq; uirtutis est, qui ligatus quum sit uincat. ʳQuẽadmodũ igitur in tribus pueris lõgè admirabilius fuit, quòd ingressi in caminum ignis per eum deambularent, quã si nũquã eò ingressi essent: Et in Iona qđ in cete deciderit, & ab eo nihil mali perpessus sit, multò magis fuit, quàm si absorptus nunquam fuisset: sic & in Christo maiorẽ attulit admirationem, quòd mortuus mortẽ soluere t, quam si m rtuus non fuisset. Noli igitur percontari, quamobrem nõ iuuit seipsum in cruce deus: ad ipsam enim mortem properauit. Neq; idcirco nõ descẽdit de cruce, quòd nequiret, sed qđ noluit. Quippe q non est mortis tyrannide superatus, quo pacto claui crucis superare potuerunt: sed hæc nobis nota sunt, incredulis autẽ minimè, idcirco, inquit: Verbũ crucis pereuntibus quidẽ stultitia est, his autem qui salui fiũt, id est, nobis uirtus dei est. Scriptũ est enim, Perdam sapientiam sapientum, & prudentiã prudẽtum reprobabo. Nihil ex se grauius ponit, sed quam primùm ad scripturæ uenit testimonium, qua fretus uehementioribus iam uerbis utitur, atque inquit, *Vbi sapiens, ubi scriba, ubi disputator huius seculi?* ʳ*Nõne stultã fecit deus sapientiã huius mũdi?* ⌋ *Nã quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapiẽtiã deũ, placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credẽtes.* Quum dixisset, Scriptum est: Perdam sapientiam sapiẽtum, à re ipsa id probat inquiens: Vbi sapiens? ubi scriba? quibus uerbis & Gentiles simul & Iudæos reprehendit. Quis nam philosophus? quis syllogismorum studiosus? quis Iudæorum doctrinã eruditus salutẽ dedit, & docuit ueritatem? Nullus profectò, sed à piscatoribus hæc omnia facta sunt. Cõcludens igitur qđ proposuit, & his uerbis eorum cohibens insolentiã, Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mũdi? affert causam quamobrem hęc ita facta sunt. Nam qa in sapientia dei, inquit, non cognouit mundus per sapientiam deum, crux apparuit: ʳhoc est, ⌋ in sapiẽtia dei, quæ per opa apparuit: per ea enim cognosci uoluit. Idcirco hęc & huiusmodi fabricatus est, ut ex uisibilium rerum similitudine, earum cõditor esset ad mirabilis. Immẽsum cœlum, infinita terra, admirare igitur eorum conditorem. Siquidem quum magnũ sit & immẽsum cœlũ, nõ modò ab eo conditũ est, sed cum facilitate: & quũ infinita sit terra, etiã ipsa ut nihil condita est. Propter hoc de illo, inquit, quòd opera manuum tuarum sunt cœli: de terra autẽ, Qui fecit terram, ut nihil. Quoniam igitur per hãc sapientiam ʳdeus cognosci uoluit, ⌋ per eã, quæ prædicationis stultitia esse uidetur, persuasit, nõ rationibus sed fide. Vbi ergo dei sapientia est, nõ amplius humana indigemus. Et profectò humanę erat sapiẽtię, dicere tanti & tam immensi mundi deũ conditorẽ, & tantæ & tã incredibilis potentiæ: eã considerare, & hac gratia ipsum accipere nos oportebat. Nunc autẽ nõ amplius rationibus, sed sola fide opus est. ʳPręterea, ⌋ quòd in crucisixũ & sepultum credatur, neq; dubitatio ulla relinquatur, quoniã resurrexit, & supernè sedeat, neq; sapientia indiget, neq; rationibus, sed fide: qua muniti apostoli, nulla sapiẽtia ad deum se cõtulerunt, & facti sunt externis sapientibus sapientiores atq; pstantiores, eò magis quò maius est, res diuinas fide accipere, quã earũ rationes perscrutari: id enim humanam excedit naturam. Sed qua nã ratione sapientiam perdidit? per Paulũ & alios huiusmodi uiros nobis cognitos deus ostendit, ipsam stultã esse: ad euangelicam enim prędicationem accipiendã, neque sapiens per sapientiam quicquã proficeret, neq; indoctus ingenij hebetudine quicquã afferret nocumenti. Quòd si res admiratione digna dicenda sit, in eruditio, quã sapiẽtia, ad hãc susceptionem & aptior est & facilior. Pastor enim & rusticus citius eã susci pit, & cogitationes penitus cohibet, & seipsum domino tradit: sic igitur sapiẽtiam perdidit. Nã quũ prior seipsam deiecit, nulli iã rei utilis est. Siquidem quum ipsam uiribus suis uti, & per opera deum cognoscere oporteret, id noluit. Quamobrẽ etsi in præsentia se eò conferre uellet, non tamen potest. Non enim eius modi res sunt. Via nãq; theologiæ profectò lõgè est, quàm illa maior. Propterea fide & simplicitate opus est, & ea ubiq; perquirenda, & exteriori pferenda sapiẽtiæ. Stultam, inquit, enim fecit deus sapientiã. Sed quid nam stultam fecit, significat? hoc est stultã ostẽdit ad fidei comprehensionem. Nam quũ maiorẽ in modum se in sapientia iactarẽt, eam primùm arguit. Quæ. n. sapientia est, nisi fontem ipsum bonorũ inueniat? fecit igitur ut stultitia appareret, quũ primũ suum deprehendit errorem. Nã si cum rationibus inuenire poterat, nihil tamẽ inuenit: nunc quũ omnia maiora uideantur, qua ratione quicquã assequi poterit? Siquidem sola fide opus est, nõ ʳgrauitate. Stultam igitur sapientiam ostendit deus, & per prædicationis stultitiã saluos nos facere uoluit. Stultitiã autem dicit, non quòd stultitiã sit, sed quæ stultitia esse uideatur. Et hoc sanè maius est, quòd nõ aliam quãdam sapientiam illa maiorem induxit, sed q̃ uisa sit esse stultitia, hoc pacto superior fuit. Etenim Platonẽ non per alium sapiẽtiorem philosophum superauit, sed per indoctũ piscatorem: hoc pacto maior & clarior fuit uictoria. Deinde ad crucis uirtutem ostendendam, inquit, *Quoniam Iudæi signa petunt, & Græci sapiẽtiam quærunt. Nos autẽ prædicamus Christũ crucifixum: Iudæis quidẽ scandalũ, Gentibus autẽ stultitiã. Ipsis autẽ uocatis Iudæis atq; Græcis, Christũ dei uirtutẽ & dei sapientiam.* Multa in his uerbis prudentia, uult enim significare, quomodo ex contrarijs uicit deus, & qđ non est humana prædicatio. est autẽ quod dicit huiusmodi: Quum dicimus Iudæis, credite: respondẽt, resuscitate mortuos, sanos facite, qui dæmonibus uexantur, ostẽdite nobis signa. Nos autem pro his qđ respondemus? Quòd crucifixus & mortuus est, quẽ prædicamus: hoc uerò sufficiens est, ut non solũ nolentes non alliciat, sed ut uolentes auertat. Non auerti tamen, sed allexit, uicit, superauit. Rursum Græci orationis ornatum, & sophisinatum grauitatẽ à nobis expetunt. Nos uerò his quoq; crucem adnuncia mus, & quòd i Iudęis uidetur imbecillitatis esse, id in Græcis stultitia est: Quũ igitur non solũ quæ petunt non pbeamus, sed contraria. Crux enim non modò non uidetur signum esse secundum rationẽ inquisitum, sed signi abolitio, neq; uirtutis significatio, sed imbecillitatis argumẽtũ, non sapientia, sed stultitiæ uidetur opinio. Quum igitur q signa & sapientiam quærunt, eorum loco contraria accipiant, quã desiderent,

derent, & per cõtraria persuasi sint: quo pacto non ineffabilis est eius, de quo hæc prædicantur, uirtus? Quemadmodũ. n. si cuipiam eorũ qui iactantur in mari, & portũ percontantur, alter non portum, sed aliam pelagi partẽ turbulentiorẽ ostẽderet, & cum gratia persuadere posset, ut eò se sequeretur: & medicus cũ saucium hominẽ, & qui medicinã exposceret, nõ per medicinam, sed per ustionẽ rursum sanũ reddere polliceretur, id ad habendã fidem alliceret, magnæ profectò uirtutis esset: itidem apostoli, nõ per signum, sed per id qđ signis contrariũ esse uidebatur, uicerunt: quod & in cæco operatus est Christus, quem cũ sanare uellet, per rem oculis contrariã cæcitate liberauit, quippe qui lutũ oculis imposuit. Vt igitur per lutum cæcũ curauit, sic orbẽ terrarum per crucem ad se allexit, quod scandali incrementũ non abolitio uidebatur. Eodẽ modo in creatura fecit, contraria per contraria cõstituens. Arena igitur mare muniuit, ut eius uis illius imbecillitate cohiberetur. Aquæ terram imposuit, ut solutæ & diffluenti, graue & densum insidere faceret. Per prophetas rursum ligno paruo ferrum suspendit, eodẽ modo cruce orbem terræ allexit: ut enim aqua terram, sic crux orbẽ terræ sustinet. Magnæ igitur uirtutis atq; sapientiæ argumentũ est, à contrarijs persuasio. Siquidem scandalo uidetur esse crux. Veruntamẽ nõ solũ nõ est scandalo, sed scandalũ abducit. Ergo cũ hæc Paulus intelligeret, & admiraretur, inquit: *Quia quod stultum est dei, sapientius est hominibus:* ʳ*& quod infirmum est dei, fortius est hominibus.* ⌋ Stultum aut & infirmũ de cruce loquitur, nõ quòd stulta aut infirma sit, sed ita uideatur. Ad illorũ enim opinionem respondet, quòd quę non potuerunt philosophi syllogismis facere, id quæ uidebatur stultitia esse, perfecit. Quis igitur sapientior est? qui multis, an qui paucis, uel nemini potius persuasit: & qui maximis de rebus, an qui de his, quæ non sunt, loquitur? Quantùm Plato, quantũ eius sectatores de linea, angulo, puncto: de paribus & disparibus numeris, & æquali bus inter se & inæqualibꝰ, & hmõi araneis nobiscũ disputantes, laborarunt? Illarũ nanq; telis hæc uitæ nostræ sunt inutiliora, quibus ille neq; multũ neq; parũ profecit, & sic uita excesit. Quot modis ostendere conatus est, immortalem esse animã? Nihil tamen manifestum attulit, nihil cuipiam auditorum persuasit, sed ita functus est uita: crux aũt per indoctos persuadendo uniuersum orbem allexit, nõ de quibuslibet rebus, sed de deo, ueritate, pietate, uita euangelica, & futurorũ iudicio disputans: sic oẽs & rusticos & indoctos philosophos reddidit. Intuere quo pacto stultũ dei sapientius sit hominibus, & infirmũ fortius: quòd orbẽ terræ percurrit, & cunctos potenter occupauit. Et cũ innumera hominũ multitudo, crucifixi nomẽ extinguere conarentur, contrà tamen euenit. Nã idcirco ẽ floruit, & longè magis auctũ est. Illi aũt & perditi & corrupti sunt, & uiui cũ ʳmortuis certantes nihil habuerunt uirium. Itaq; si Ethnicus me stultũ appellauerit, tunc stultitiam suam maiorẽ in modũ significat. Quo pacto? quoniam ego apud eũ stultus existimatus, sapiente sapientior appareo. Et cũ me infirmum uocauerit, tunc se longè infirmiorem ostendit. Quæ. n. diuino munere publicani, & piscatores dirigere potuerunt: ea philosophi & rhetores & tyranni, & simpliciter uniuersus orbis innumera percurrens, ne imaginari quide potuerunt. Et quidnam crux nõ aggressa est? de animæ immortalitate disputationẽ, ʳde corporũ resurrectione, ⌋ de præsentium rerũ contemptu, de futurorũ desiderio. Et homines angelos reddidit, & oẽs ubiq; philosophantur, & oẽm præ se ferunt fortitudinem. Sed & apud illos, inquies, multi etiã mortem contempserunt. Quinam? dic quæso. Nunquid qui uenenum hausit? Quòd si ab ecclesia hmõi homines uolueris, innumeros adducam. Nam si orta persecutione ueneni haustu mori potuissent, oẽs illo fuissent clariores. Præterea non in illius erat potestate bibere aut non bibere, sed uellet nollet, bibere eum oportebat: quod nõ iam fortitudinis erat, ⌋ sed necessitatis. Etenim latrones & homicidę in iudiciũ uocati grauiora passi sunt, apud nos aũt omnia cõtrà. Siquidem non inuiti martyres passi sunt, sed spõte sua. In eorum enim erat potestate, ne paterentur, quouis tamen adamante firmius perstiterunt. Non igitur admirabile est, si ille uenenum hauserit, cum id recusare non posset, & in ultima esset senectute. Etenim septuagesimum se annũ agere asserebat, cũ uitam contempserit, siquidem id contemnere est. Neq; enim ego id dicerem, immo neq; alius quispiã. Sed profer aliquem in medium, qui pro tenenda pietate tormenta passi sunt, quemadmodum ego innumeros ubiq; terrarum. Quis diuelli sibi ungues unquam generoso animo pertulit? Quis incisos articulos? Quis sectum corporis? quis caput, quis ossa abscissa? quis in sartagine frequenter positus est? quis in lebetẽ iniectus? Hmõi mihi ostendas. Quippe qui ueneno interijt, nõ absimilis fuit dormienti, etenim somno dulcior huiusmodi mors esse dicitur. Si autẽ tormẽta aliqui passi sunt, eorum tamen laus perijt, pro turpi enim causa perierunt. Alij quidẽ tanquam infanda locuti, alij tyrannide oppressi, alij in turpissimis rebus deprehensi, alij frustra stultè & sine causa aliqua spe deciderũt. Verùm aliter apud nos: propterea res illorum tacentur. Hæ aũt florent, & singulis diebus maiorem in modum propagantur. Hoc cum Paulus intelligeret inquit: Quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Quoniam diuina est prędicatio. Quod hic planè constat. Vnde enim homines duodecim, & indocti tantas res aggressi sunt? Cũ in lacubus, fluminibus, eremis uersati, nunquã in ciuitatem liberè, nunq; in forum proficiscerẽtur, unde in uniuersum orbẽ dispersi sunt? Quòd enim timidi essent & imbecilles, qui de his scripsit significat. Siquidẽ neq; eos excusat, neq; eorum uitia occulere patitur, quod maximũ est ueritatis argumentum. Quid igitur hic de illis scribit? quòd post captũ Christum, post innumera miracula alij quidẽ fugerunt, aliorum aũt princeps qui remanserat, illum negauit. Quomodo igitur qui dum Christus uiueret, Iudæorum impetum ferre nõ potuerunt, post eius mortem & sepulturam, si non resurrexit, ut uos dicitis, neq; eos post allocutus est, neq; fiduciam præbuit, uniuerso orbi obstiterunt? Nõne inter se dixissent, Quid hoc est? seipsum saluũ facere non potuit, & nobis auxilium præstabit: sibijpsi non opitulatus est, dum uiueret, & nobis mortuis manum porriget? Ipse uiuus ne gentem quidem unam subegit, & nos uniuerso orbi terrarum illius nomen asserentes persuadebimus? Et qua nam ratione hoc nõ tantũ facere, sed saltẽ in animum inducere quispiam posset? Hinc sanè constat, quòd nisi resurgentem uidis-

G sent,& uirtutis eius certissimum cepissent argumentum,nunq̃ se tantis periculis exposuissent.Nã si innumeros amicos habuissent:nõne quamprimùm omniũ subissent inimicitias,ꝛnec ueteres permutassent mores,nec legẽ patriam transtulissent?Ꝛ Nunc autẽ oẽs sibi hostes, & proprios & alienos cõpararunt. Quòd si externorũ bonorum gratia in honore habiti fuissent,nõnne oẽs eos qui nouã institutionem inducerent, abominati essent? Verum cũ omnibus indigui,& ab omnibus deserti fuerint, par erat hac quoque causa inuisos esse oibus & contemptos. Et quósnam illis beneuolos dixeris?ludęósne? uerũ hi incredibili illos odio persequebãtur, eorum scilicet gratia, quę ꝛmagister operatus erat.Ꝛ Aut Ethnicos? uerùm & hi non minori conatu eos impugnabant. Neq; ipsi hoc ignorant Ethnici. Plato enim nouam quandã rempublicã, uel potius reipublicæ partem cõstituere conatus,nulla diuinorũ institutione mutata, sed simpliciter alijs pro alijs rebus inductis,'in Sicilia uitæ periculũ subijt,& id nõ assecutus, ipsam amisit libertatẽ. Et nisi barbarus quidã Sicilię tyranno clementior fuisset,nihil prohibuerat philosophũ in alienis terris perpetuò seruiturũ. Atqui non idem est,& regnũ nouum instituere, & nouam religionẽ. Hoc enim maximè humanos animos mouet atq; perturbat.Nam si dicatur,quòd hic uel ille illam ducat uxorẽ,& custodes hoc modo cõstituantur:non satis digna sunt,quæ possint animos perturbare.Et maximè quoniã hæc libris adnotantur, neq; nimiã legislator diligentiam adhibet ad ea exequenda. ꝛ Quòd aũt dicantur nõ esse deos,Ꝛꝛ qui rerum curam habeant,Ꝛꝛ sed eos quidẽ dæmones, crucifixum aũt deum esse:quantam iram excitet, quantũ supplicij, quantum bellũ mouerit nõ ignoratis. Etenim Protagoras apud eos,cũ auderet dicere se deos ignorare,non uniuersum orbẽ prædicationibus peragrauit,sed in una ciuitate ultimũ subijt periculũ. Et Diagoras Milesius,'& Theodorus Atheos appellatus, quanuis & amicos & uim dicendi haberẽt, & in philophia in omniũ essent admiratione,ueruntamẽ nihil horum eis profuit.Et magnus Socrates, qui oẽs apud eos in philosophia superauit, propter hoc uenenum hausit, quoniã in disputationibus de his parum quiddam alienasse animos creditus est. Quod si sola innouationis suspicio tantũ philosophis uiris, & sapientibus,& his qui multa habebant auxilia,periculum attulit,& non solũ nõ assecuti sunt quæ uoluerunt,sed & uitam & patriam amiserunt: quid nõ admiraris,quid non obstupescis, cũ piscatorẽ in terrarum orbe tam admirabilia operatum,& uota sua consecutũ,& Barbaros & Græcos superantẽ intuearis?Sed hi,inquies,nõ induxerunt deos nouos,quẽadmodum illi. Rem igitur mihi maxima dignã admiratione narras, quoniam duplex innouatio est, ut & qui ferebantur dij,tollerẽtur, & crucifixus adnunciaretur.Vnde eis huiuscemodi prædicatio,unde huius exitus fiducia? Quos nam maiorũ suorũ aliquid tale operatos uidere poterant?Nõne oẽs dęmones adorabant?nõnne oẽs elementa deos faciebant?nõnne in cultu differebant? Veruntamen cum hæc omnia sic se haberent, ea dissoluerũt apostoli, & breui uniuersum orbem,tanq̃ alites quidã percurrerunt,nõ pericula, non mortes,nõ rei difficultatẽ, non ꝛhumilitatem suã,Ꝛꝛ non aduersariorũ multitudinem,potentiam,facultatem, non contra se certantium sapientiam reputauũt. Habebant.n.his oĩbus longè maius auxiliũ,crucifixi.s. & eius qui resurrexerat,potentiam. Neq; adeò admiratione dignũ fuisset,si ferro certare in orbẽ terrarũ elegissent,q̃ quem admodum fecerunt.Lege.n.pugnę cõtra hostes starę,& ex aduerso locũ occupare,& ita in aduersarios disponi, & tempus insidiarũ & cõgressionis institui oportuit.In apostolis aũt non ita,quippe qui neque exercitũ habebant, sed ipsis se hostibus cõferentes, superiores euadebant, & in medijs inimicis uersati, eorũ captionibus confutatis clarissimam consecuti sunt uictoriam, quę ꝛimplorata est per prophetamꝚ dicẽtem : Et tu dominaberis in medio inimicorum tuorũ. Et quod maximè stupẽdũ fuit, qui illos ceperant, qui in carcerẽ intruserant,non modò eos non superarunt,sed & flagellantes,& persequẽtes,ab his quos flagellis & persecutionibus agebant,uicti tandem succubuerunt.His nos ad Ethnicos argumentis utamur,immo & alijs pluribus. Magna.n.ueritatis uis est,& si audire uultis oẽm aduersum illos pugnam uos edocebimus.Primũ aũt hoc in loco duo maximè animaduertamus : & quo nã pacto imbecilli fortes uicerint:& qua spe cum tales essent, ausi sunt talia instituere, nisi diuino freti essent auxilio. Sed res nostræ sic se habent.Nos aũt operibus uitæ officia exhibeamus,& uberrimũ uirtutis ignẽ excitemus.Luminaria.n. estis, inquit,in medio mũdi lucentia, & maiorem singulis nostrũ usum,q̃ Soli, cœlo,terræ & mari tribuit deus,& eò maiorẽ quo spiritualia potiora sunt sensibilibus.Cũ igitur ad Solarẽ orbem suspicimus, & eius syderis pulchritudinẽ, & corpus admiramur : reputemus rursum maiorẽ & meliorem in nobis lucẽ esse,quemadmodũ & tenebras grauiores nisi attẽderimus . Etenim profunda nox uniuersum orbẽ occupat,eam nos abiiciamus, dissoluamusq;. Nox non in hæreticis duntaxat est, atq; Gentilibus,sed in multis nostrorum hominum doctrinæ & uitæ gratia.Multi.n.resurrectioni diffidunt,multi genituram sibi pollicentur.Multi obseruationibus se astringũt.Nõnulli sortibus, auspicijs, signis,ꝛalij aũt amuletis,&Ꝛꝛ magicis carminibus utũtur.Sed aduersus hoc postmodũ dicemus, quando Gentilibus,ut oportet, respondebimus.Primũ autẽ quæ dicta sunt memoriæ mandetis uelim,& in pugna mihi succurrite,& per uitæ actiones eos ad nos trahatis,& conuertatis . Quod.n.semper dico , qui philosophiam docet, primũ de seipso id docere , & se auditoribus cõciliare oportet . Cõciliemus igitur nobis Gentilium beneuolentiam:hoc aũt cõsequemur,si nõ malè facere, sed malè pati parati erimus. Nõne pueros uidemus,cũ gestati à parentibus , gestantis se maxillas percutiunt , q̃ libenter illa filio se percutiendum exhibet,ut ira exaturetur,q̃ cum posuisse uidet,lætatur.Itidem & nos faciamus,& quẽadmodum patres erga filios,ita nos cum Gẽtilibus disputemus.Pueri nanq; sunt oẽs Gẽtiles:Et hoc eorum quidam dixerunt, quòd semper pueri illi,& nemo illorũ senex. Vt igitur pueri nullius utilitatis curam suscipiunt,nõ secus Gentiles omni tempore lusibus uacare uolunt, & humi abiecti iacent , & humilium rerũ desiderio tenentur . Pueri nonnunquã cum de necessarijs rebus uerba facimus,quæ dicuntur,nõ intelligunt,sed rident semper.Eiusmodi Gẽtiles sunt,cum de cœlesti regno disputamus,risibus cõcutiuntur.Et ueluti ex ore pueri multa manat sali

ꝛcum ueteres permutarent mores, ac legem patriã trãsmutarẽt?

ꝛerga magistrũ facta erant

ꝛ qui colebantur.

ꝛ suorum paucitatẽ

ꝛimplebat prophetiam. Ps.109.d

Diogenes Cynicus.

A ua,quæ interdum & cibũ & potũ corrumpit:sic quę à Gentiliũ ore uerba effluunt,& inania & turpia,etsi necessariũ cibũ pbueris,maledictis te dolere semper afficiunt,& amoueri precãtur.Pueri præterea cũ furẽ domum ingressum,& quæ domi sunt auferentem conspicãtur, nõ modò eũ nõ ulciscũtur,sed insidiãti arridẽt.Si autem calathũ eis,uel sistrum,uel quiduis aliud ludicrũ abstuleris, molestè id ferunt animo , anguntur,se lacerant , calcibus pauimentũ pulsant:Itidem Gentiles cũ diabolũ omnia & patrimoniũ,& quæ ad uitã necessaria sunt , surripiẽtẽ uideant,ridẽt,& tanq̃ ad amicum obuiam proficiscũtur. Verũ siqs possessiones,diuitias & alia huiusmodi auferat:lamentantur,& se lacerãt.Et quemadmodũ pueri nudi non id sentiunt,neq; erubescunt:non aliter Gentiles cum meretricibus & mœchis uersati naturæ leges nudantes , & scelestos inducẽtes concubitus,non aduertunt.Plaudite igitur maiorem in modũ, & dominũ laudate,sed cũ plausu annitamini,ne de nobis ea dicantur.Quare hortor omnes,ut uiri efficiamini: nam si pueri essemus,qua ratione illos uiros esse docebimus , quo pacto à puerili stultitia auocabimus?Efficiamur ergo uiri , ut peruenia mus ad ętatis nostrę terminũ,qui à deo nobis institus est,& futurorũ bonorũ fiamus participes,gratia domini nostri Iesu Christi,cui gloria in secula.

B

Homilia quinta.

*Idete.n.uocationẽ uestram fratres: quia nõ multi sapientes secundũ carnẽ ,nõ multi potẽtes , nõ multi nobiles.sed quæ stulta sunt mundi , elegit deus,ut confundat sapientes.*Ꝛ Cũ dixisset,stultũ dei sapientius esse hominibus, ostẽdit humanã electã esse sapiẽtiã & scripturarũ testimonio, & rerum exitu. A testimonio quidem cum inquit : *Perdam sapientiã sapientum.* Ab exitu autem per interrogationem his uerbis sermonem inferens : Vbi sapiens? ubi scriba? Item ostendit non nouam rem esse,sed ueterem,tãquam antiquitus & præfiguratam & prędictã. Scriptum est enim, inquit, Perdam sapientiam sapientũ. Præterea demonstrauit cũ utilitate & ratione hæc ita instituta esse. Nam quia In sapiẽtia dei,inquit,nõ cognouit mũdus deũ,placuit deo per stultitiã prædicationis saluos facere credẽtes. Et quòd crux ineffabilis uirtutis & sapientiæ est argumentũ, & quòd multò maius stultũ dei est, quã humana sapientia: & hoc rursum non per magistros,sed per ipsos discipulos palã fecit. Videte enim, inquit, uocationẽ uestram. Nõ enim indoctos solũ magistros,sed indoctos discipulos elegit:quia non multi sapientes secũdum carnem. Hoc pacto & uehementius id & sapiẽtius ostenditur, cum & multis & nõ sapientibus persuaserit. Difficilius enim indoctis persuademus, maximè cum de rebus necessarijs & magnis sermo habetur. Persuaserunt tamen,& ad hanc rem eorũ adstrãfratres : hoc est , considerate & perscrutamini. ꝛ Quòd.n. tanta præditi sapientia uiri ut omnes excederẽt.doctrinã indoctorũ susciperent ,Ꝛꝛ maximã magistri testatur sapientiã. Sed quid significat,Secũdum carnem?hoc est,secundũ quod in præsenti uita uidetur,& secundum exteriorẽ eruditionẽ. Deinde ne sibiipsi contradicere uideretur:persuasit enim proconsuli,persuasit Areopagitę,persuasit Apollini, & alios item uidimus sapientes prędicationẽ secutos : idcirco non dixit , nemo sapiẽs: sed,non multi

Esa.26. & 33.c. & Abdiæ.1.c

ꝛQuòd enim doctrinam adeò sapiẽtẽ & quæ sapiẽtia alias oẽs excederet,indocti susceperint: Act.12.b & 17.g

C

sapientes.Siquidẽ non per sortem indoctos uocauit,dimisit autem sapientes,sed & hos accepit, & illos lõgè magis . Quid tandẽ? Quoniam qui secundum carnem sapiens est, is in multa uersatur demẽtia.Et is maximè stultus est, cũ corruptam doctrinã nolit abiicere.Quemadmodum igitur medicus quispiam,si medicam artem eos docere uellet, qui pauca in ea malè & perperam cognoscerent, non facilè doceri paterentur : qui autem nihil scirent, hi maximè quæ dicerentur,acciperent: sic hoc in loco usu uenit.Indocti magis crediderunt, quippe qui in ultimã dementiã non uenerant, ut seipsos sapientes arbitrarentur. Hi nanque maximè stulti sunt, qui cogitationibus suis, quæ nisi per fidẽ inueniri nequeunt se inuenturos pollicẽtur. Etenim cum faber forcipe ignitum ferrũ accipiat,si alius id digitis accipere cõtendat,ultimam illius amentiam coniectabimus: itidem & philosophi per seipsos huiusmodi inuenire conati,fidem coinquinarunt.Propterea nihil,quod quærerent, inuenire potuerunt. *Non multi potentes, non multi nobiles.* Quippe qui superbia pleni sunt.Nihil enim ad diligentem dei cognitionẽ adeò inutile est,ut ꝛstultitiaꝚ & diuitiarũ cupiditas.Nam & in præsentium rerum admiratione animum confirmat,& nullam futurorum rationem fieri sinit , & curarum multitudine aures obstruit. *Sed quæ stulta sunt mundi,elegit deus.* Quod est maximũ uictorię argumentũ,cum per indoctos superauerit. Neq; enim tanto pere Gentiles erubescerẽt,si à sapiẽtibus uincerẽtur. Verũ tunc confunduntur,cũ artificem quendam & uulgarẽ hominẽ melius quã seipsos philosophantẽ intueantur . Quare,inquit, *Vt sapientes ꝛpudeat .*Ꝛ Et nõ solũ in hoc id effecit,sed in alijs quoq; uitę rebus. *Nam infirma mũdi elegit deus, ut cõfunderet fortia.* Nõ enim indoctos duntaxat, sed & pauperes & contẽptibiles & ignobiles uocauit deus,ut potentes confunderentur.*Et ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus,& quæ non sunt , ut ea quæ sunt, destrueret.* Et quid nã quæ non sunt , appellat?Eos scilicet qui nihil se esse arbitrãtur, propter nimiã eorũ exiguitatẽ. Sic incredibilem significauit potentiã, cum per eos, qui nihil esse uidebantur, magnos subigeret.Quod & alio in loco inquit , Quòd uirtus mea in infirmitate perficitur . Magnę siquidẽ uirtutis est, ut hoĩes abiecti,& nulla unquã doctrina imbuti,repẽtè in supercœlesti doctrina philosophari eruditantur. Nã & medicum,& oratorẽ,& alios omnes,tunc maximè admiramur , cum admodũ indoctos persuadendo eruditant.Quòd si maximã concitat admirationem, siquis de arte rationibus rudẽ instituat, lõgè admirabilius est,tantam philosophiã edocere.Verùm non admirationis tantũ, neq; ostentandę uirtutis gratia hoc fecit,sed ut superbos comprimeret.Quare supe rius dixit,ut sapientes pudefaciat,& fortia quę sunt, destrueret : & hoc rursum in loco , *Vt non glorietur, omnis caro in conspectu dei.* Omnia enim deus propter hoc facit, ut superbiam atq; animi elationem cõprimat,& iactantiã deiiciat.Et uos in hoc , inquit,uersamini.Omnia molitur ut nihil nobis , sed deo tãtũ atribuamus. Et uos huic & illi homini uosipsos addicitis . Et quã nã uobis ueniã cõparabitis?Etenim ostẽdit deus impossibile esse quẽpiã per seipsum dũtaxat salutem cõsequi: Quod in principio fecit.Non enim tunc per se tantũ saluari poterãt, sed oportuit, cœli pulchritudine & magnitudine terrę,& cęterarũ

ꝛ arrogantia.

[cõfundat sine pudefaciat.

2.Co.11.c

D E F

G creaturarū corporibus cōsideratis, sic erigi ad tan torum operū conditorem. Fecit autē hoc ut primū futuram sapientiæ opinionem amoueret: quemadmodū si magister discipulū se sequi præcipiēs, quocunque duxerit, cū deinde præoccupantē eum & ex se omnia discere uolentē intueretur, errare eum permitteret, & sibi ipsum ad doctrinā non sufficturū ostendēs, tunc præcepta sua induceret: itidem deus præcepit, ut principio per creaturæ cōprehensionē, se homines sequerentur. Quòd cū nollent, experiē tia sibi eos non satis esse ostendens, tunc ad se aliter allexit, ꝛdedit pro libro mundū. Non tamen ſin hoc philosophi curam ullam adhibuerūt, neq; ei obtēperare uoluerunt, neq; quā præceperat uiam ingredi, pasi sunt. Idcirco alterā induxit priore certiore, quę suadebat, non satis sibi per seipsum hoiem esse. Tūc enim cogitationes excitare, & per creaturā erectos animos exteriori uti sapiētia oportuit. Nūc aūt nisi quis stultus efficiatur, hoc est, nisi omnē ratiocinationē & omnē euacuet sapientiā, & fidei totus inhæreat, impossibile est quempiam saluari. Non parū

H igitur, ex quo uiam facilē reddidit, morbum inde diuulsit: ne scilicet homo gloriaretur, néue magnā de se opinionē excitāret. Ne *glorietur*, inquit, *omnis caro*. Hinc enim peccatū proficiscitur, quoniam sapientiores dei legibus esse contenderūt, nolentes ita discere, quemadmodū ipse sanciuit. Propterea omnino non didicerunt, ita & in principio factū est. Dixit deus Adæ, hoc facito, hoc autē caueto. Ille ac si amplius quidā inuenturum se arbitraretur, mandatum præuaricauit: ideoq; quod habebat, perdidit: dixit inde succeſſoribus eius, Nolite in creatura permanere, sed per eam conditorem cōsiderate. Illi aūt tanq; sapientius quiddā, quàm quæ præcipiebantur assecuturi, inumeros labyrinthos mouerūt, quibus & se eū ipsis, & inuicem contenderunt. Non tamen deū inuenire, neq; de creatura manifestū aliquid inuestigare, & ueram de ea gloriā assequi potuerūt. Idcirco rursum maiorem in modum opinionē eorum auferens, indoctos primū inducit, ostēditq; omnes superna indigere sapientia: non solū autem in cognitionis ratione, sed & in alijs omnibus, & homines &

I cæteras creaturas, ut se plurimū indigerēt, instituit: ut hac gratia maximā haberent & subiectionis & familiaritatis occasionem, ne resilientia perderentur. Propterea nō permisit satis eos sibi esse. Nam si nūc in necessitate constituti multi deū contemnunt, qd futurum esset, nisi hæc urgeret necessitas? Itaq; non inuidia eis hāc gloriam sustulit: sed ut à perditione, quæ illic erat, eos abstraheret. *Ex ipso autē uos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapiētia à deo, & iustitia & sanctificatio, & redēptio.* Ex ipso hoc in loco nō de deductione inesse, Paulū dicere arbitror: sed de fide filios dei fieri, non ex sanguinibus, neq; ex uolūtate carnis. Nolite igitur opinari, quòd ablata nobis gloria, sic nos dimitteret, uerū aliā longè maiorē largitus est. Corā illo enim gloriari nō oportet cuius filij estis, per Christū huic facti. Et cum dixit. Quæ stulta sūt mūdi, elegit deus, & ignobilia: his uerbis ostēdit, qui deum patrem habet, eum esse omnibus nobiliorem. Huius autē nobilitatis non hic, & ille, sed Christ⁹ nobis author est: q nos & sapiētes, & iustos, & sanctos, reddidit. Hoc.n. nobis per ea uerba significatur: *Factus est nobis sapientia.* Quis igitur, no strū sapientior est? Non hi qui Platonis habent sapiē-

ꝛDederat pro libro mūdū, nō tamen.

Gene.2.3.b.c

Roma.1.c

tiā, sed qui ipsum Christū deo sic uolētē. Quid autē significat, quòd inquit, à deo? Cū magna de unigenito locutus esset, tūc patrē attigit, nequis ingenitum filium existimaret. Cum igitur dixisset, quòd tā ta potuit, & omnia filio largitus est, sapientiam ipsum nobis factū esse dicens, & iustitiam, & sanctificationem, & redemptionē: per filiū rursum omnia ad partē referens, dixit, à deo. Sed quamobrem nō, inquit, sapientes nos fecit, sed factus est nobis sapiē tia? ut scilicet muneris liberalitatē significaret, ac sidicat: Seipsum nobis exhibuit. Et animaduerte quo ordine procedit. Primū enim nos sapientes fecit, cū sustulit errorem, & tum demū iustos & sanctos reddidit, spiritū nobis elargitus, & sic oībus nos malis liberauit. Itaq; nō essentię, nō substātiæ significatiuū est, sed fidei. Alio igitur in loco inquit, quòd nos facti simus iustitia in ipso. ait enim, Qui nō cognouit peccatum, peccatū pro nobis fecit, ut nos fieremus iustitia dei in ipso. Hoc autem in loco ipsum inquit, iustitiam nobis factum esse, ut licereet uolenti libera liter eius fieri participē. Non enim hic uel ille sapientes nos fecit, sed Christus. Qui igitur gloriatur, i domino glorietur, nō in hoc uel illo. A Christo facta sunt omnia. Quamobrem cum dixisset, qui factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio & redēptio, adiecit: V*t quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in domino glorietur*. Idcirco uehementius cōtra Gētilium sapientiā inuectus est, ut hoc ipsum hominibus persuaderet quod decēs est, ut in domino glorientur. Siquidem cū à nobis ipsis quæ naturam nostram, excedūt, disquirimus, nihil nobis stultius fit, nihil imbecillius. Fieri enim potest, ut quis acutam linguam habeat: quòd aūt doctrina sit cōstās, impossibile est. Verū humanæ cogitationes aranearū telis æquiparātur. In tantum, n. insaniæ nōnulli processerunt, ut nihil in rebus uerum esse contendant, sed cōtraria oīa quā uideantur: nihil igitur tuum dixeris, sed in omnibus i deo gloriare. Nulli unquā hominū quidpiā tribuas. Nā si Paulo nihil tribuendū est, longè minus alijs. *Ego enim, inquit, plantaui, Apollo autem rigauit, sed deus incrementum dedit.* Qui in domino gloriari dicit, nunquā in superbiam efferetur, sed semper cum moderatione uiuet, & in omnibus deo gratiam aget. Non autē Gentilium opera huiusmodi, sed omnia sibi ipsis uendicant. Idcirco ex hominibus sibi deos cōstituerunt sic eos stultitia suffocauit. Sed iā tempus est, ut cōtra eos pugnā ineamus. Vbi igitur in hesterno sermone nostram reliquimus orationem, dicebamus nullo pacto secūdū humanā rationem fieri potuisse, ut piscatores philosophos superarēt. Verūtamē possibile factū est: quāobrē planè costat, id à gratia factū. Dicebamus eos nequaquā ꝛitelligere eiusmodi mysteria ꝛpotuisse, & ostēdim⁹ nos nō solū ea ꝛintellexisse, ꝛuerū & ad finē perduxisse facillimè. Eādem hodierna die oratio nis summā experiamur. Et unde nam eis cōtigit, ut orbem terræ superare confiderent, si non uiderunt Christū resurrexisse? Nónne desperassent, ut tale qddam temerè & frustra auderent? Etenim omnem excedit insaniā, si quisquā sine diuina gratia tantam rem aggredi confideret. Qua autē ratione insani & temerarij id essent assecuti? quòd si sani erat, quēadmodū re ipsa ostēditur, quo pacto, nisi firmissima è cœlis pignora accepisset, & superno muniti essent fauore, tātū bellū sustinere, & audacter se terrę & mari

credere,

K

2.Co.5.d

L

Hier.9.b & 2.Co.10.d

Pyrrhonij.

ꝛres tātas tāq; præclaras in animū inducere. ꝛanimo cōcepisse.

M

A credere, & duodecim homines gentes tāto tpe suis inhęrentes opinionibus toto orbe commutato, ita exuere & cōfirmare potuerūt? maximè cū ad cœlū & supernas sedes eas aduocaret, unde auditoribus id persuadere confidebant? Nā si in gloria, diuitijs, potentia & doctrina educati fuissent, nihilominus ad tantæ rei ausus efferri eos nō decebat. maiori tamen fiducia id aggredi potuissent. uerū horum alij in stagnis, alij in coriaria, alij in publicana arte uersabātur. Quibus artibus nihil philosophiæ, nihil persuasionib⁹, ut magna quispiā aggrediatur, inutilius, maximè cū nullum haberēt exemplū: uel potius nō modò nullum ut assequerētur, q̄ moliebantur, sed ut nō assequerentur habebāt: & hæc oībus manifesta sunt. Multi.n. cū uitę cōsuetudines innouare aggressi essent, extincti sunt: neq; hæc apud Gentiles di co, siquidem illa non planè cōstabant: sed apud Iudæos, & in eodē tpe, non cum duodecim hominibus, sed cū magna hominū multitudine rebus incū

Act.5.g bentes. Etenim Theudas & Iudas cū plurimos haberent, cū discipulis suis perierunt, quorū formidine

B satis admoneri poterāt, nisi maximè persuasi essent, sine diuina uirtute nō posse uincere. Quod si posse cōfidebant, qua spe tanta subierunt pericula, nisi q̄ futura erant, cōspexissent? Cōcedamus igitur, quòd obtinere id sperarent: quid inde expectabant utilitatis, si ad eum qui nō resurrexerat, ut dicitis, oēs allexissent? Si.n. in præsentia, qui cœlorū regnū & innumera illa bona credunt, nō facilè subeunt pericula, qūo illi frustra tāta i malo maximè perpessi essent? Quod si nō facta sunt, quæ facta sunt, neq; in cœlū Christus ascendit: quare hæc fingere, & hominibus persuadere cōtendebant, & deū offendere, & innumera supernè fulmina expectare nō uerebantur? Prę terea si uiuente Christo, tanta ausi essent, post mortem sanè ausus illi extincti fuissent: uisus nanque eis esset fallax, & derisor nisi resurrexisset. An ignoratis exercitum imperatore & rege superstite, quāuis imbecilliorsit, cōfirmari tamen: illis uerò amissis, etsi firmissimus sit dissolui? Quib⁹ igitur uerbis ad persuadendum usi sunt, cū aggressuri essent prędicationem, & in uniuersum orbem egrederentur? Quibus

C aūt impedimentis nunq̄ cohiberi potuerunt? nam si insani erāt, nō enim idem repetere desistam, nihil omnino proficere eos oportuit. Nemo.n. insipientibus paret. Sin aūt profecerunt, ut planè apparet, & exitu ipso ostēditur, oībus fuerunt sapientiores. Qd si ita est, satis constat, nō simpliciter ad prędicationem processisse. Si enim nō uiderunt ipsum resurrexisse, quidnam satis causæ erat, q̄ eos ad bellū excita

Mat.27.g re potuisset? Quid nō eis id dissuasisset? dixerat Christus: Post tres dies resurgam, & cœlorū regnū promiserat: dixerat quòd accepto spiritu sancto, orbē terræ essent superaturi. Dixerat & alia multa, omnē excedentia naturā. Itaq; si nihil horū fuit, uiuentem secuti, mortuo nō credidissent, nisi eius uidissent resurrectionē. Dixissent enim, Post tres dies, inquit, resurgam, & nō resurrexit. Spiritū sanctū pollicitus est se nobis missurum, & non misit. Quo igitur pacto cū præsentia eū arguant, futura credemus? Qua autem gratia nisi resurrexisset, resurrexisse prædicabāt? Quoniā, inquit, ipsum diligebāt. Atqui odio iam haberi credibile erat deceptorē, & proditorē, qui eos plurima spe excitasset, & domo, parentibus, & omnibus denicq; rebus spoliasset? & cum uniuersam Iu-

D dęorum gentē eis hostes comparasset, deinceps tradiderit, etsi ex imbecillitate id factū ꝛesse cognouissent. ꝛNunc aūt & nimiam reputassent malignitatē: oportet nanq; uerū dicere, neq; mortalē hominem cœlum polliceri. Quamobrem cōtra illos facere decuit, ut scilicet illius fraudes prædicarent, & mendācem & magū dicerent. Sic.n. se & periculis & bello liberassent. Nam si militibus argētum dederūt Iudęi, ut dicerent discipulos Iesu corpus furatos esse, si ipsi accedentes discipuli dixissent id se surripuisse, neq;

Matt.27.g.et.28.c surrexisset: quo nam eos honore Iudæi dignati fuissent? Itaq; & præmijs & honoribus ornari potuerūt. Qua igitur ratione & cōtumelijs & periculis ea bona cōmutarunt? nisi diuina quædam uirtus sic eis persuasisset, quæ his oībus erat potentior. Quòd si nondū persuadere possumus, reputa & illud quòd nisi hoc esset, etsi maiorē in modū essent cōfirmati, non tamen Christū prædicassent, sed eū hac, quam dico, causa abiecissent. Nostis enim quòd neq; noia uolumus eorū, qui ita nos seducūt audire. Et quam obrem eius nomen prædicabant, per id mundū subigere expectantes? Atqui contra oīno sperandum E erat, quoniā etsi superaturi fuissent, periissent tamē deceptoris nomen ferentes in mediū. Quòd si occulere priora uoluerunt, tacere oportebat: quoniā certamen hoc longè maius & bellū excitauit, & risum. Vnde aūt eis hmōi commentum? Etenim quæ audierant, exciderunt. Nam si nullo metu perturbati multa obliuioni mandarunt, & multa ignorarunt, quemadmodū inquit euangelista, cū tantū deinde immineret periculū, quo pacto non omnia penitus obliti sunt: & qd dico uerba, cū ipsis discipulis desiderium paulatim futurorū formidine languerit, qd ipsis ēt exprobrauit. Siquidē cū antea eius spe pederent, & frequenter interrogarent, quò uadis? post cū longo sermone dinumerasset, quę post ipsam crucē eis erant euentura, & idcirco formidine perturbati essēt, audi quō hoc ipsum eis obiicit: Nemo, inquit, ex uobis interrogat me, quò uadis? Sed quia hæc lo

Ioan.16.a cutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrū: Si igitur qui eū & mori & resurgere expectabant, tanto afficiebantur dolore: si eū resurrexisse nō uidissent, quo & perire & terræ se condere totis uiribus non F contendissent, & fraudis ignominia, & futurorum metu perterriti? Vnde uerò præclara illa dogmata didicerunt? Præclariora enim in posterū audituros pollicitus est: Multa.n. inquit, habeo uobis dicere,

Ibidem.c sed nō potestis portare modò. Itaq; de quib⁹ loquebatur, ea præclariora erant. Vnus aūt discipulorum nec in Iudæam æquo animo cū eo proficisci patiebatur, cū periculum intelligeret. Sed, inquit, eamus

Ibid.11.b & nos, & moriamur cū eo, ægreferens mortis expectationē. Si aūt Christi comes tanti faciebat mortē, ut idcirco effugeret, cū & Christus & reliq abessent apostoli: qua mente eū fuisse credendū est? Magnū sanè argumentū erat impudentiæ. Quid aūt dicere poterant ad prædicandum egressi? Passionē Christi uniuersus orbis norat. Etenim in alto ligno pependerat, & in meridie & i metropoli & in die maximè solēni, in qua impossibile erat ut à quoquā ignoraretur. Resurrectionem aūt exterorum nouit nemo: quod non paruum eis ad persuadendū erat impedimētū. Quòd.n. sepultus esset, omniū ore ferebatur. Et quòd furati essent corpus ei⁹ discipuli, & milites & Iudæi oēs asserebant. Quòd aūt resurrexerit, ex-

terorum, inquam, nouit nemo. Vnde igitur uniuerso orbi id persuadere connisi sunt? Nā si inter miracula milites persuasi sunt cōtraria testimonio perhibere, unde hi sine miraculis p̄dicare sperabant? Neq; obolum quidem habebant, ut mari & terræ resurrectionē persuaderent. Quòd si glorię cupiditate, hoc machinabātur, multò magis singuli sibiipsis, & nō mortuo dogmata illa uēdicassent: sed nūquid adhibita esset eis fides? Et de quo nam potius auditores credidissent, an de illo q & captus & crucifixus fuerat, an de discipulis qui Iudæorū manus effugerāt? Et qua nā ratione dic quæso, cū hoc facturi erāt, nō statim Iudæa relicta in externas profecti sunt ciuitates, sed in ea remorati sunt? Quo nā pacto, nisi signa fecissent, persuadere potuissent? & si signa faciebāt, (faciebāt.n.) dei uirtus id opabatur. Si aūt nullis signis persuadebāt, multò erat admirabilius, ut ita cōtingeret. Nōne, quæso, & Iudęos norant, & prauum eorū & inuidia tumentē animum? Etenim Moysen post deambulatū pelagus, post uictoriā & trophęū illud admirabile, qđ sine sanguine per illius manus constitutū est, contra Aegyptios qui se eis seruos fecerant, post manna, post petras, & inde scaturientes fluuiorū fontes, post innumera admiratione digna, in Aegypto, in rubro mari, in deserto opera, lapidauerūt: Hieremiā in lacū proiecerunt: multos prophetas interemerūt. Audi igitur quid locutus est Helias, post tremēdā illam famē & admirabilē pluuiam & ignem, quē de cœlis eduxit, & inopinatū holocaustum, post quā longissimē à regionib⁹ illis profugit: Domine prophetas tuos interemerunt. Altaria tua destruxerūt, & derelictus sum ego solus, & quærunt animā meam. Atqui nullas hi leges abrogabāt. Horum igitur exēplo quid, quæso, sperare poterāt apostoli? Etenim oibus illis erāt abiectiores, & illa inuadebant, quorū gratia magistrū suum Iudæi crucifixerant. Præterea nō adeò toleratu graue uidebatur, Christū illa asseruisse, siquidē fortasse ad gloriā sibi comparandā eum ita fecisse arbitrabantur. Apostolos aūt uehemētiori odio persecuturi erant, utputa qui alterius gratia certassent. Sed nunqd eis Romanorū leges opitulabantur? Verū hæ maiori erant impedimento. Quippe quibus sancitū erat, Omnis qui se regē facit, nō est amicus Cæsari. Itaq; uel hoc duntaxat satis poterat impedire, quòd. s. cū rex existimatus esset Christus, eius discipuli erāt, & illius doctrinam seruare testabantur. Quid aūt eos in tanta penitus traxit periculā? Quid de Christo locuti persuasione dignū intelligebant? Num quòd crucifixus esset, num quòd ex muliere Iudęa genitus, & ea quidē paupere & Iudæo fabro nupta? Num quòd ex gēte esset, uniuerso orbi exosa? Verū hæc omnia nō modò non persuadere & allicere auditores, sed obstare facilè poterāt, & maximè cū à tentoriorū opifice & piscatore dicerentur. Nunquid hæc oia intelligebāt discipuli? etenim timida ingenia plura q̄ sint, sibi possunt effingere. Talia aūt discipulorū erant: unde igitur id se consecuturos sperabant? uel potius omnis spes aberat, cū innumeræ eos causę abducerent, nisi Christus surrexisset. Nōne ēt stultissimis planè constat, quòd nisi uberrimam & maximā essent gratiā cōsecuti, & resurrectionis certa pignora accepissent, non modò nihil operari, nihil assequi, sed ne hæc qdē excogitare potuissent. Nā si inter tot impedimenta non ad perficiendum tantū, sed ad excogitandū, tanta operati sunt, & omniū opinionē superarūt, sanè ubiq; cōstat nō humanis uiribus, sed diuina gratia ea omnia effeciſſe. Has igitur rōnes ⌜nō aduersus illos duntaxat, ⌝sed inuicem adducamus. Hoc.n. eo pacto facilior fiet nobis reliquorū inuestigatio. Neque quoniā faber sis, idcirco hanc à te curā alienā existima. Siquidē & Paulus tentoria faciebat. Sed dices, quòd ex gratiæ plenitudine omnia loquebatur. Veruntamen ante gratiā ad pedes Gamalielis se cōtulit, & propterea gratiam consecutus est, quoniam mentē gratia dignam exhibuit. Et postmodū rursus artē suam exercuit. Neminē igitur artis suæ pudeat, sed eos tantū qui ociosam uitam agunt, qui magna ministrorum copia, qui incredibili cultu fruuntur. Quòd.n. homo ad comparandū sibi uictū semper se exerceat, philosophiæ id genus est, eorum animæ mundiores sunt, & mētes firmiores. Piger.n. multa incassum facilius loquitur, multa perperā agit, & p totā diem nihil operatur. Torpet plurimū. Qui aūt in negotijs occupatur, non facilè quicquā superfluū neq; uerbis, neq; re, nec cogitationibus suscipiet. Tota nanq; oino anima ad laboriosam uitā instituta est. Nolimus igitur eos despicere, qui manuū suarū labore uictū sibi quærūt, sed ea potius gratia laudibus prosequamur. Et q̄ nam tibi gratia, dic quæso, cū relictā à patre hæreditatē nihil ipse operatus inutiliter omnia cōsumis? Nō animaduertis, quòd non oēs eandē reddemus rationem? Sed qui maiore in hac uita usi sunt licentia, hi grauius: qui uerò laboribus, paupertate, uel alijs huiuscemodi calamitatib⁹ afflicti sunt, hi mansuetius iudicabuntur. Hæc aūtē ex Lazaro & diuite satis sunt manifesta. Tu enim in nulla re necessaria ocio tuo usus meritò argueris. Pauper aūt post negotia reliquū tpis i necessarijs rebus cōsumens, magna cōsequitur præmia. Sed militiā mihi adduxeris, & in ea exercuisse te causaberis, non tamē id dignū est excusatione cōmentū. Etenim Cornelius centurio erat, nō tamē illius dignitatis gratia, uitæ diligentiā cōtempsit. Tu aūt saltatoribus & histrionibus uaces, & totā in scena uitā consumas, minimè militia opus esse arbitraris. Nō principum adducis formidinē. Cū uerò ad ecclesiam te uocamus, innumera affers impedimenta. Et quid in die illa dices, cū flammā, & igneos fluuios, & uincula insolubilia intueberis, & dentiū stridorē audies? Quis te eo tpe defenderit, cū cerdonem quempiam rectè uixisse, & omni fruentē gloria cōspicaberis? Te aūt in præsentia in mollibus uestibus conspicuum, & unguentum olentē grauissimis affici calamitatibus. Quę nam tibi diuitiarum & copiæ erit utilitas? Quod cerdoni paupertatis damnum? Ne igitur ea perpetiamur, quæ in præsentia dicuntur, formidemus: & quicquid nobis temporis datur, in necessarijs rebus impendamus. Hac.n. ratione pro cōmissis sceleribus deū placantes, in posterū bonis operibus cœlorum regnum cōsequi poterimus, gratia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Homilia sexta.

Cap. II.

Tego cū uenissem ad uos fratres, Veni nō per sublimitatē sermonis aut sapientiæ, adnuncians uobis testimoniū dei. Non.n. iudicaui scire me aliquid inter uos, nisi Iesum Christū, & hunc crucifixū. Nihil animo Pauli in certamine audētius, uel, ut melius dicā, nō eius animo. Non.n. Paulus hæc inuenit, sed

nihil gratię operanti in eo & omnia uincēti æquale. Satis igitur superius dictū est, ut eorū qui se in sapiētia iactabant, superbia deiceretur, immo & dictorū pars suffecisset. Itaq; clarissima facta est uictoria, & cū his q̄ dicta sunt, iterū certamē aggreditur, & positis cōtrarijs rursum cōtra insurgit. Animaduerte autem. Adduxit Paulus prophetiā dicentem: Perdam sapientiam sapientum. Ostēdit dei sapientiā, quòd per ea quæ uidentur esse stultitia, exteriorem confudit philosophiam. Ostendit quòd stultum dei sapiētius est hominibus, & quòd nō solū per indoctos docuit, sed indoctos uocauit. Nunc uerò quòd ipsa p̄dicatio & p̄dicationis modus poterat facilè auditores perturbare, nō tamen perturbauit. Nō.n. discipuli, inquit, dūtaxat fuerūt indocti, sed & ego qui p̄dico. Idcirco ait: *Et ego fratres.* Iterum fratrum nomine eos appellat, quo orationis lenit asperitatē. *Veni non per sublimitatem sermonis, adnūciās uobis testimoniū dei.* Quid enim, dic quæso, si per sermonis sublimitatem uenire uoluisses, nunquid poteras? Ego quidem si uoluissem, nullo pacto potuissem. Potuisset autem Christus modò si uoluisset, sed noluit ut clarior appareret uictoria. Quare cum superius significaret, quòd eius opus & uolūtas facta est, ut ita indoctè dei uerbum prædicaretur, ait: Non.n. misit me Christus baptizare, sed euangelizare, 'non in sapientia uerbi. Lōgè autē maius, & sine cōparatione quidē, in hoc dei uolūtas fuit q̄ Pauli. Nō igitur eloquentiā ostentās, inquit, neq; exterioribus munitus uerbis, dei uobis adnūcio testimoniū. Neq; prædicationem, sed dei testimoniū appellauit qđ ipsum satis dissuadere poterat. Mortē.n. in orbe terrarū p̄dicabat, idcirco addidit: *Non.n. iudicaui scire me aliquid inter uos nisi Iesum Christū, & hunc crucifixū.* Quo uerbo significauit omnino externæ se expertē sapiētiæ, quēadmodū & superius cū inquit: Veni nō per sublimitatem sermonis. Quòd aūtē ipse eā habere potuisset, planè cōstat. Cuius.n. uestimēta mortuos suscitarunt, & umbrę morbos expulerūt, lōgè magis illius anima pollere facundia potuisset. Siquidē hoc discipuli est, illud autem artē omnē excedit. Quippe qui omni arte maiora exuperat, lōgè facilius minora assequeretur. Sed noluit ita deus, quoniā nullam attulisset utilitatem. Nō immeritò igitur inquit: Non iudicaui scire me aliquid, hoc est, eadem mea est, q̄ Christi uoluntas. Mihi autem uidetur Paulus humilius cū ijs quā cū alijs disputare, ut eorū amoueat insolentiā. Illud igitur, Nō iudicaui scire me aliquid, ad peregrinæ sapientiæ distinctionē dictum est. Nō.n. ueni syllogismorū captiones, non sophismata, non aliud quiddam huiusmodi uobis afferens præter Christum crucifixum. Illi quidem multa, & de multis loquuntur, & longas orationum ambages & ratiocinationes, & syllogismos cōplexi innumera conponunt sophismata. Ego autē nihil aliud uobis adnunciatū uenio, quā quòd Christus crucifixus est, quo oēs illos superauit. Quod inenarrabilis eius, qui prædicatur, potētiæ signū est. *Et ego in infirmitate & timore, & tremore multo fui apud uos.* Hoc rursum alia pars principalis. Nō.n. credētes dūtaxat indocti, nō modò qui loquitur indoctus, nō modò doctrinę ratio simplicitatis plena est, nō modò ipsa p̄dicatio satis erat ad perturbādum sufficiēs, siquidem crux & mors adnūciabatur. Verū & cū his alia accedebant impedimenta, pericula scilicet, insidiæ, exilia, metus quotidianus. Etenim persecutiones multis in locis infirmitatē appellat, quemadmodū illud: Infirmita tē in carne mea nō ⌜aspernarūt. ⌝Et rursum: Si gloriari oportet, in infirmitate mea gloriabor. Quaquòd Damasci præpositus gētis Aretæ regis custodiebat ciuitatē Damascenorū, ut me cōprehenderet. Itē: Quapropter placeo mihi in infirmitatibus. Inde ostendēs quib⁹ addidit, In iniurijs, in necessitatib⁹, in angustijs. Et itidē hoc in loco cū dixisset, Et ego in infirmitate. Nō hic acquiescit, sed ut significaret quòd infirmitatem pericula appellat, subdidit, In timore & tremore multo fui apud uos. Quid dicis, ēt Paulus pericula formidauit? Et maiore quidē in modū. Nā licēt Paulus esset, homo nihilominus erat. Hoc aūt nō est Pauli peccatū, sed naturę infirmitas. Laus autē uoluntatis est, quòd cū morte & plagas formidaret, in nihil tamen se indignū metus causa prolapsus est. Quamobrē qui dicūt, quòd plagas nō timuit, non modò nullo eū honore prosequūtur, sed multū ex illius laudibus auferunt. Nā si nō timuisset, quę fortitudo, aut quæ philosophia fuisset perferre pericula? ego enim idcirco eū admiror, quòd in timore: neq; i timore dūtaxat, sed & tremore pericu lorū semper cū uictoria clarissimus euasit. Et nulli cessit periculo, ut terrarū orbē purgaret, & per terras & maria dei disseminaret prædicationē. *Et sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus sapientiæ uerbis.* Hoc est, nō habet exteriorē sapientiā. Si igitur prædicatio nihil cōmentitiū habuit, & uocati & ipse p̄dicator indocti erāt, & persecutio, & timor, & tremor urgebat: quo nam, quęso, pacto siue diuina uirtute superauerūt? Quare cū dixisset, Et sermo meus & prædicatio mea, nō in persuasibilibus sapientiæ uerbis, subdidit, *Sed in ostēsione spiritus & uirtutis.* Vides ne quō stultum dei sapiētius sit hominib⁹, & infirmū fortius? Indocti.n. huiuscemodi dogmata prædicantes, ligati & expulsi iis qui se expulerant, superiores tandē euaserunt. Vnde nā? Nunquid quòd fidē per spiritū præstitere? Etenim hoc firmissimā habet certitudinē. Quisnam dic, quęso, cū uideret mortuos surrexisse, fugatos dæmones, id nō admitteret? sed cum sint potentiæ quędā, quibus hoies nonnūquā decipi facilè possunt, quales sunt magorū, hanc amouet suspicionem. Nō.n. simpliciter uirtutis, inquit, sed primū spiritus posuit, inde uirtutis, ut ostendat spiritalia esse opera. Nō igitur quòd nō per sapiētiam adnunciata sit prędicatio, idcirco laus minuitur, sed ornatur maximè. Siquidē maiorem in modum diuinam esse, & radices supernè è cœlis diffudisse ostēdit. Quāobrē subdidit, *Vt fides uestra nō sit in sapientia hominū, sed in uirtute dei.* Animaduertis q̄ manifestè maximū simplicitatis lucrū, & magnum sapiētię damnū in oibus demōstrat? Siquidem hęc crucē euacuauit, illa autē dei manifestauit uirtutem. Hæc nihil necessarium inuenire, & in uanis tamen inuentis gloriari non destitit. Illa ad ueritatem suscipiēdā, & in deo gloriādū p̄optissimam se exhibuit. ⌜Hęc item sapientiā humanam esse doctrinam multis opinari dissuasit. ⌝Illa diuinā & è cœlo descēdisse apertè ostendit. Cum igitur in sapientia sermonū demōstratio fit, sæpenumero uitiosi homines, quā mansueti superiores habentur, cum grauius dicere possint, & mendacium ueritatem expellat. Hic autē non itidem, neque enim immundam animā spiritus sanctus ingreditur. Neque si accesserit, superati

Universidad de Deusto Biblioteca

G unquam poteſt, quanuis maxima ſermonum inſit grauitas. Nã ſi per opera & ſigna hęc demõſtratio eſt, ſtolgè quã per uerba eſt certior. Verũ illud fortaſſe quiſpiam dixerit, quòd ſi prędicationem ſuperare oporteat, & non opus ſit uerbis, ne crux euacuetur: quãnã ratione in ꝑſentia ſigna prohibẽtur? Qua ratione inquis, aut qđ nõ credis, hoc loqueris, neq; in apoſtolis ea facta aſſentiris: aut ſanè diſcẽdi cauſa interrogas. Quòd ſi nõ credis, ad hoc primũ accingar. Nam ſi tunc ſigna nõ fecerãt diſcipuli, quo nã pacto expulſi, fugati, trementes, deuincti, & cõmunes orbis terrarũ inimici, & oĩbus calamitatibus expoſiti, nihil ex ſe habentes quibus animos poſſent allicere, nõ ſermonẽ, nõ nobilitatẽ, non diuitias, non ciuitatem, non gentem, nõ genus, nõ ſtudia, nõ gloriam, nihil deniq; aliud huiſmodi, ſed oĩa cõtrã, ſimplicitatem, ignobilitatem, paupertatem, odiũ, abominationẽ: Adde, communẽ omniũ populorũ oppugnationem, adde eiuſcemodi eorũ prædicationem. Vnde, inquã, perſuaſerũt? Atqui ea præcepta laborioſiſſima ſunt, & periculis plena doctrina. Et q
H audituri erãt: in delicijs, uino, & multa educati malitia laſciuiebãt. Vnde igitur, quæſo, perſuaſerunt, unde ſibi authoritatem cõpararunt? Et, ut iam dixi, ſi nullis adhibitis ſignis perſuaſerunt, ſtolgè maiori admiratione dignũ eſt. Non ergo quòd in ꝑſentia ſigna nõ fiant, idcirco coniecturã accipias, quòd tũc non fuerint. Tũc enim utile fuit ut fierẽt, nunc uerò minimè. Non autem ſola uerbi perſuaſio hoc tempore in ſapientia prædicationẽ eſſe cogit. Qui enim à principio dei uerbũ diſſeminarũt, rudes erant & indocti, & nihil ex ſe loquebantur, ſed quæ à deo acceperant, ea in terrarũ orbem diffundebant. Et nos in ꝑſentia nihil ex nobis afferimus, ſed accepta ab illis omnibus adnunciamus. Neq; nunc ſyllogiſmis perſuademus, ſed diuinarũ ſcripturarũ & ſignorũ, q̃ illo tempore facta ſunt, teſtimonio fidem uerbis noſtris facimus. Illi autem tunc nõ ſolis ſignis, ſed diſputationib⁹ quoq; perſuaſerũt, quas certiores uideri faciebant & ſigna & ueteris ſcripturæ teſtimonia, non id profitentiũ authoritas. Et quo pacto, inquis, utilia tũc ſigna erãt, & nũc inutilia? Rationi hoc ſubijciamus. Aduerſum nãq; gentilẽ mihi iam certamen eſt, idcirco ſecũdum poſitionẽ ſanè futurum dico.
I Subiiciamus igitur rationi, & patiatur Gẽtilis uerbis meis, ſaltẽ cõſentiẽtibus acquieſcere. Hoc eſt, quòd Chriſtus ueniet. ⌜qui quandocunq; ueniet,⌝ & omnes angeli eius cũ eo: & deus apparebit, & omnia ei ſubiecta cõſpiciet. Nunqd credet Gẽtilis? planè conſtat, quòd & adorabit, & deũ dicet, quanuis ſępenumero id oppugnauerit. Quiſnam ſi cœlos apertos & deũ in nubibus uenientem, & omnẽ cœleſtium uirtutũ populũ ei circũaſtantem, & fluuios igneos diffluentes, & uniuerſum hominũ genus adeſſe & cõtremiſcere intuebitur: nõne & uenerabitur, & deũ exiſtimabit? Nunquid reputabitur Gentili ad fidem adoratio illa & cognitio? minimè. Quid tãdẽ? Quoniã hoc fides nõ eſt. Siquidẽ neceſsitate, & eorũ quę uiſa ſunt certitudine, cogitur. Neq; electionis eſt, ſed uiſa rerũ magnitudine animus trahitur ad credẽdũ. Igitur quantò certiores, & magis neceſſarię res ſunt: tantò fides eſt minor. Idcirco ſigna in præſentia nõ fiunt, & quòd res ita ſe habeat, audi quid ad Thomã dixerit: Beati qui non uiderunt, & crediderunt.
Ioã.20.g Quãtò itaq; certius demonſtratur argumẽtũ, tantò fidei prẽmio detrahitur. Quamobrẽ ſi nũc ſigna fierẽt, idẽ cõtingeret. Quòd enim tunc tẽporis hoies non adhuc per fidẽ deum cognoſcerẽt, ⌜Paulus his uerbis ſignificauit: Nũc enim per fidẽ ambulemus, & nõ per ſpeciem. Quemadmodũ igitur ſi tũc credidiſſes, ⌜tibi propter certitudinẽ nõ ⌜reputaretur: iti dem neq; nunc ſi ſuperiora illa ſigna intuereris. Siqdem ea demũ fides eſt, qua, quę nulla poſſunt ratione inueniri, recepimus. Propterea gehenna ad terrorem proponitur, nõ aũt apparet. Nam ſi uideretur, idẽ fermè cõtigiſſet. Præterea ſi ſigna quæris, etiã nunc ſigna cõſpicaberis, licèt nõ talia. Prophetias ſcilicet innumeras, & innumeris de rebus: orbis terrarũ conuerſionẽ, barbarorũ philoſopiã, ferorũ morũ mutationẽ, pietatis propagationẽ. Et quas nã prophetias inquis? Siquidẽ poſt ipſarũ rerũ euẽtum omnes ſcriptæ ſunt prophetiæ. Quãdo, ubi, & quo authore, dic quęſo, & quot antè tẽporibus? Vis quinquaginta annos, an cẽtũ? Igitur ante centeſimũ annum nihil ſcriptũ habebant. Et qua ratione mũdus & dogmata, & alia rerũ monumẽta memoria non ſufficiente retinuit? Vnde igitur nouerũt Petrũ crucifixũ? Vnde, exẽpli gratia, futuris hoibus prędictũ eſt, euãgeliũ ubiq; terrarũ prædicatũ iri, ludęorum ſtatum ceſſaturũ, neq; aliãs recuperãdũ? Qui autem animas ſuas prædicationis gratia tradiderãt, qũo tuliſſent, ſi mendacem uidiſſent prædicationem? Qũo credidiſſent ſcriptores, ſi ſigna ceſſaſſent? Qũo ſcripturæ & ad barbaros, & ad Indos, & ad ipſos Oceani fines perueniſſent, niſi profitentium interceſiſſet authoritas? Qui uerò ſcriptores, & quando, & ubi, & qua gratia & literis mandarunt? Nunquid gloriã ſibiipſi aucupabãtur? Qua igitur ratione alijs libros inſcripſerunt? Verũ nunquid doctrinã hanc uoluerunt, utrum ne ut uerã, an ut falſam? nam ſi ut falſę uocauerunt, minimè credibile eſt, quòd ei adhæſiſſent: ſi tanquam ueræ, nõ opus erat fictionibus, ut tu inquis. Præterea & prophetiæ eiuſmodi ſunt, ut uſq; ad hoc tẽpus reprehẽdi dicta nequeãt. Siquidẽ Hieroſolyma excindi contigit iãdudũ. Sũt itẽ & alię prophetię, q̃ ab illo tpe ad Chriſti uſq; aduentũ differũtur, quas arbitratu tuo reputa: ut exempli gratia, Sẽper uobiſcum ſum uſq; ad cõſummationẽ ſeculi. Itẽ: Super hãc petrã ædificabo eccleſiam meã, & portę inferi non pręualebunt aduerſus eã. Et rurſum. Vbicũq; prędicatũ fuerit hoc euãgeliũ in toto mũdo, dicetur quòd hęc mulier fecit. Et aliæ pręterea multæ. unde igitur huius prophetię ueritas? Nã ſi commentũ fuit, qũo nõ prævaluerunt portæ inferi aduerſus eccleſiam? Qũo ſemper nobiſcũ eſt Chriſtus? Neque enim niſi nobiſcum eſſet, ſupereſſet eccleſia. Qũo euangelium propagatum eſt in uniuerſam terram? Sufficientes autem teſtes ſunt ad probandam librorum uetuſtatem, qui contra nos inuecti ſunt, Celſus ſcilicet, & poſt illũ Bataneotes. Neq; enim cõtra poſteriores inuecti ſunt ſcriptores. Accedit ad hoc, quòd uniuerſus orbis cõcordi ſentẽtia hoc accepit. Nã nullo pacto, niſi ſpiritus ſancti gratia affuiſſet, tãta cõcordia uniuerſos terræ fines cõprehẽdiſſet. Sed quãprimũ deprehẽſis mẽdaciis, tanta & tã magna opera nunquã cõmentis, & fraudibus adeò eſſent cõfirmata. Et nõ uides uniuerſi orbis concurſum, errorẽ extinctũ, manachorum philoſophiam Sole clariorem, uirginum choros, Barbarorum pietatem, omnes ſub uno iugo ſeruiẽtes? Ne-

K ⌜*per fidẽ nõ amplius ipſum cognoſcemus.* 2.Co.5.b

L ⌜*credas*⌝ *imputabitur.* ⌜*de aduentu Chriſti ſecũdũ loqui uidetur.*

M *Mat.28.d* *Ibid.16.c* *Ibid.26d*

C ⌜*facti ſumus*

⌜*Quãdo igitur Chriſtus ueniet,*

A que enim hæc à nobis duntaxat dicuntur, ſed antiqtus à prophetis. Nam profectò illorum non reprehẽdes prophetias. Apud inimicos enim ij libri habẽtur, & à ſtudioſis Græcis in Græcam linguam traducti ſunt. Multa in iis prædicuntur, quibus uẽturus deus oſtenditur. Qamobrem igitur non omnes nunc credunt? Quòd in peius omnia prolapſa ſunt, quorum nos ipſi authores ſumus. Iam enim aduerſum nos oratio uertitur. Siquidem non ſignis duntaxat tunc fidem adhibebãt, ſed à uita quoq; multi allecti ſunt
Matt.5.b ad credendũ: Sic luceat lux ueſtra, inquit, corã hominibus, ut uideant ueſtra bona opera, & glorificẽt patrem ueſtrũ, qui eſt in cœlis. Tunc igitur & unũ omnium cor erat, & anima una, & nemo quicquã ſibi
Acto.4.f proprium uendicabat, ſed omnia erant communia. Et pro ſingulorũ neceſsitate ſua cuique pars conferebatur, & uitam uiuebant angelorũ. Quod ſi in præſentia fieret, uniuerſum ſanè orbem & ſine ſignis cõuerteremus. Primùm igitur, qui ſalutem cõſequi uolunt, ſcripturis uacent. Inuenient enim ibi & hæc & his plura officia. Etenim hi magiſtri illorũ uitã exceſ
B ſerunt, in fame, ſiti, nuditate uitã agentes: nos autem deliciis plurimis, quiete, licentia frui uolumus: illi ue-
1.Co.4.c rò minimè, ſed clamabant, uſque in hãc horam eſurimus, ſitimus, nudi ſumus, alapis cædimur, incertis ſedibus erramus. Et alij quidem à Hieruſalem ad Illyricos uſque cucurrerũt, alius ad Indos, alius ad Mauros, alius item ad alias orbis terrarum partes. Verũ nos neq; patria egredi audemus, ſed delicias, magnificas domos, & omnium rerum copiã diſquirimus. Et quiſnam noſtrum unquam uerbi dei gratia eſuriuit, quis in deſertum ſe contulit, quis peregrinationẽ longinquam metitus eſt, quis manuum ſuarũ labore uictum quærentium aliis auxilium præſtitit, quis quotidianas mortes paſſus eſt? ex quo ſocij noſtri negligentiores fiunt. Etenim ſi milites quipiam, & imperatores fame, ſiti, morte, & omnibus difficultatibus laborãtes & gelu, pericula aduerſa omnia more leonum ſumma perſeuerantia tolerantes atq; ſuperãtes: deinde illa neglecta philoſophia, mollicie, pecuniarũ cupiditatibus, negociationibus, ganeis eos uacare, & ab hoſtibus ſuperari uiderit, ultimę eſſet ſtultitię horum cauſas inueſtigare. Hoc nos & in nobis,
C & progenitoribus noſtris reputemus. Etenim omni
⌜*facti ſumus*⌝ bus ⌜eramus⌝ infirmiores nimium præſenti uitæ addicti, quanuis, in aliquo ueteris philoſophię ueſtigiũ inueniatur, & nonnulli ciuitates, fora, hominum cõſuetudines, & aliorum eruditiones reliquerunt, montesq; petierint. Quid ſi quiſpiam ſeceſſus cauſam dixerit, inueniet omni carentem uenia excuſationem. ſiquidẽ ne peream, inquit, néue in uirtute fiam obtuſior, fecedo. At quãtò melius obtuſiorem te fieri, & alios lucrari, quã morantẽ in ſolitudine pereuntes fratres deſpicere? Nam cùm homines partim uirtutẽ negligant, partim longè à multitudine ſecedere feſtinent, quomodo inimicos ſuperabimus? Quòd etſi in præſentia ſigna uiderentur, quis tamen perſuaderet, quis externorum aures nobis accommodaret, cũ tantopere increbreſcat malitia? Etenim probata Chriſtianorũ uita maiorẽ apud multos authoritatẽ ſibi uendicabit, quã ſigna. Siqdẽ hæc apud impudẽtes & malos homines malam concitãt opinionem. Vita autem pura etiam ipſum diaboli os, maiorem in modũ obſtruere poterit. Hęc ego ad principes uerba habeo, & ad ſubditos, & ante alios ad meipſum, ut uitã admirabilem præ nobis feramus, & nobis re
D bus noſtris diſpoſitis præſentia oĩa deſpiciamus. De ſpiciamus, inquam, pecunias, non gehennam: deſpiciamus gloriam, non ſalutem. Perpetiamur in hac uita & æſtus, & labores, ne in futura ſupplicio torquea mur. Hoc nos contra Gẽtiles utamur certamine. Sic eos captiuos ducamus ea captiuitate quæ libertate potior eſt. Verũ hæc nobis frequenter dicuntur, ſiũt autem rarò. Tamen ſiue operemur, ſine non, æquũ eſt horũ frequẽter meminiſſe. Nã ſi bonis uerbis nõnulli decipiunt, longè magis qui alios ueritatem erudiunt, deceſ eſt, ut in rebus utilibus elaborẽt. Quòd ſi deceptores tot utuntur artibus: pecunias enim ab ſummũt, uerba componunt, pericula perpetiũtur, patrocinia oſtentant: longè magis nos, qui fraudes propulſamus, & pericula, & mortẽ, & omnes tolerare decet calamitates, ut & noſipſos & alios lucrati, hoſtibus noſtris inexpugnabiles appareamus, & quæ nobis promiſſa ſunt bona conſequamur, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria & imperium nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.
E

Homilia ſeptima.

Apientiam autem loquimur inter perfectos. Sapiẽtiam uerò non huius ſeculi, neque principũ huius ſeculi qui deſtruũtur, ſed loquimur dei ſapientiã in myſterio quæ abſcondita eſt. Tenebræ quã ſplendor lippientibus oculis cõmodiores ſunt. Quãobrem quibus infirmata ſunt oculorũ lumina, ij in domum ſe obſcuriorem conferunt. Neq; aliter in ſpirituali ſapientia uſuuenit: dei nanq; ſapientia ſtultitia eſſe uidetur iis, qui exteriorem ſectantur, quorum ſapientia uerè ſtultitia eſt. Ac idem euenit, ac ſi quiſpiã gubernãdi peritiam habens, ſine naui & uelo immẽſum pelagus trãſire ſe polliceretur, idq; fieri poſſe rationibus contenderet. Alius autem nauicularię peritus expers, naui, gubernatore, & nautis adhibitis, horũ præſidio tutè mari ſe crederet. Etenim q̃ uidetur huius eſſe ſtultitia, illius eſt ſapiẽtia ſapiẽtior. Et profectò bona eſt nauicularia. Verũ cũ maiora ⌜adnunciantur, ⌜ſtultitia quædã apparet. Et omnis ars ſuis terminis non contenta, ſtultitia eſſet. Sed exterior ſapientia tunc ſanè eſſet ſapientia, cũ ſpiritu uteretur.
⌜*pollicetur*
F Verũ cùm omnia ſibi promittat, & nihil illius egere auxilio arbitretur, iam in ſtultitiam uertitur, quanuis ſapientia ſibi eſſe uideatur. Quare cũ prius eam ex operibus reprehenderit, tunc ipſam ſtultitiam ap
Supr.1.d pellauit: & dei ſapientiam, quam ſuperius ſtultitiã dixit, ut illi ſentiebant, tandem ſapientiam eſſe oſtẽdit. Siquidem poſt rei demonſtrationẽ maximè poſſunt contra dicentes confutari. Inquit igitur: *Sapientiam autem loquimur inter perfectos.* Cũ ergo ſtultus & ſtulta prædicare exiſtimatus ſapientẽ uincã, non per ſtultitiã ſapientiã, ſed per perfectiorẽ ſapientiã uinco, & per eam quæ tantò maior eſt, ut illa ſtultitia uideatur. Idcirco prius ſic ipſam uocãs quemadmodũ illi nominabãt, tum à rebus ipſis uictoriã & nimiam eorum ſtultitiã oſtendens, debitã iam ei reddit appellationem iis uerbis: Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam autem prædicationẽ, & ſalutis modũ, hoc eſt per crucem ſalutẽ, perfectos uerò credẽtes appellat. Quippe qui, quãta humana ſit imbecillitas, non ignorant, & ſeipſos contemnũt, & ſe ſibi nihil conferre poſſe perſuadent, ij uerè perfecti ſunt, tales ſunt fideles. *Sapientiam uerò nõ huius ſeculi, neque principum huius ſeculi.* Et quid utilitatis affert

Universidad de Navarra Biblioteca

G externa sapientia, quæ hic duntaxat uersata, ulterius non progreditur, neq; quicquā in hac uita possessoribus proficere potest? Principes autem huius seculi hoc in loco non dæmones quosdam dicit, ut nōnulli suspicantur: sed qui in dignitatibus sunt atq; potentiis, qui humana summa contentione expetēda arbitrantur, philosophos scilicet, rhetores, & oratores. Etenim ij interdum alios superarunt, & ciuitatū principes euaserunt. Seculi autē principes appellauit, quoniam ultra præsens seculum eorū non extēditur principat⁹. Idcirco subdidit: *Qui destruuntur*, ex sua ipsi⁹ natura: & eorum qui eo funguntur, principatum accusat. Ostendit enim & fallacem esse, & stultum, & quòd nihil possit per se iuenire, quòd imbecillis, qd
Mat.10.c breuis. *Sed loquimur dei sapientiam in mysterio.* Quo
ſ *audistis* nā mysterio? Atqui inquit Christus: Quod in aure⸢
p̄dicate. locuti estis, prædicabitur⸣ in tectis. cur nā igitur mysterium ipsam appellat? Quòd neq; angelus, neq; archangelus, neq; alia creata potentia id nouerit priusquam fieret, idcirco inquit: Vt innotescat principatibus &
Ephe.3.b. Potestatibus in cœlestibus per ecclesiā multi
H formis sapiētia dei. Hoc autem fecit deus, ut nos honore prosequeretur, ut nobiscum mysteria illi acciperent. Etenim nos cū nobis amicos conciliamus, hoc eis amicitię argumentum exhibemus, ut illis ante omnes arcana nostra communicemus. Audiant hoc qui dei prædicationē communiter oībus palā faciunt, & margaritas, & dei doctrinam passim communicāt, & sancta canibus & porcis superfluis rationibus proiicientes. Mysterium enim confirmatione non indiget, sed quod est, id solū adnunciatur. Siquidem diuinum & integrū non esset mysteriū, si quicquam ex te adderes. Accedit ad hoc, quòd mysteriū appellatur: quoniā nō id quod credimus, intuemur, sed qd alia uidemus, alia credimus. Huiusmodi est mysteriorum nostrorum natura. Aliter igitur ego, & aliter incredulus dispōitur. Audio ego, quòd crucifixus est Christus, & eius benignitatem quamprimū admiror. Audit ille, & imbecillitatem arbitratur. Audio qd seruus factus est, & eius admiror charitatem. Audit ille, & ignominiā id ducit. Audio quòd mortuus est, & eius potentiā obstupesco, quòd mortuus
I uinci non potuerit, sed mortem dissoluit. Audit ille, & impotentiam existimat, & resurrectionem fabulā opinatur. Ego autē per opera certitudine accepta, adoro dei dispensationem. Ille cū baptismatis lauacrum audit, simpliciter aquā sibi esse persuadet. Ego uerò non simpliciter uideo quod uideo, sed animæ per spiritum purgationē. Ille lotum mihi corpus dūtaxat, ego animam & puram, & sanctam factam credidi: necnon sepulturam, resurrectionem, sanctificationem, iustitiam, redemptionem, adoptionē, hæreditatem, regnum cœlorum, spiritus satietatem consi dero. Nō enim aspectu iudico quæ uidentur, sed mē tis oculis. Audio corpus Christi: aliter ego hoc, aliter incredulus accipit. Et quemadmodum expers litera rum cùm etiam libros intuetur, scripturæ uim non intelligit, neque nouit quod oculorū sensu percipit: qui autem in literis eruditus est: multam in iis condi tam uim, & totas uitas & historias, & epistolas inue niet: uerùm harum ignarus, chartam duntaxat & atramentum putabit: expertus, & uoces accipiet, & alloquetur absentē, & quodcunque uoluerit, per lite ras rursum rogabit: Eodē modo in mysterio usuenit. Increduli.n. quanuis audiant, non tamen uiden-
tur audire: fideles autem per spiritum experientiam K
assecuti, in absc̄oditis uirtutem intuētur. Hoc ipsum Paulus significans inquit, *Quòd nunc prædicatio absc̄o dita est.* Pereuntibus enim inquit, est absc̄ondita. Pręterea prædicationis excellentia per mysterium appa ret. Sic enim cōsueuit appellare scriptura, quæ pter spem, & præter humanam fiunt opinionem. Quare & alio in loco: Mysterium meū mihi & meis. Et rur- *Infr.15.g*
sum Paulus: Ecce mysteriū uobis dico, ⸢Omnes qui ⸢ *Oēs quidē nō dormiemus, sed oēs immutabimur.*
dem resurgemus, sed nō oēs immutabimur. ⸢Quod si ubiq; prædicatur, & sic mysteriū est. Etenim quē admodū iusti sumus, quæ in aure audiuimus dicere in tectis: ita iubemur non dare sancta canibus, neq; proiicere margaritas inter porcos. Alij nanque sunt animales, & non intelligunt. Alii autem uelū habent in cordibus eorum, & non uident. Ergo mysterium hoc maximè est, quod ubique prædicatur, non autē cognoscitur apud eos qui non rectam habent sentē tiam. Reuelatur enim non à sapientia, sed à spiritu sancto, quantū à nobis accipi potest. Quare nemo peccarer, secundū hoc ipsum ministeriū, si ipsum arcanum prædicaret. Neque enim nobis fidelibus om L
nis data est⸢ euidētia, & ⸣certitudo. idcirco Paulus in qt: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. *Infr.13.b*
Videmus enim nunc per speculū & in ænigmate, tūc autem à facie ad faciem, idcirco inquit: *Loquimur sapientiā in mysterio q̄ recōdita est, quā prædestinauit deus ante secula in gloriam nostram.* Recōditam, hoc est, qd nulla cœlestium uirtutū ante nos didicit, uel quod neque in præsentia multi norunt. Hoc autem significat, Prædestinauit in gloriam nostram. ⸢quanquam alibi dicat in gloriam suam: suam.n. gloriā, nostrā⸣ *Ephe.1.b*
arbitratur salutem: quemadmodum & diuitias suas appellat, quanuis istæ diuitiæ sint bonorū, & nullius indigeat ut sit diues. Prædestinauit, inquit, ut quā er ga nos curā habet, ostendat. Etenim illi maximè & honorare, & amare nos putantur, qui diu antea parati sunt, ut nobis benefaciāt, quemadmodū patres erga filios solent: licet .n. post dent illis pecunias, à principio tamen id animo decreuerunt. Hoc Paulus in præsentia ostēdere annititur, quòd scilicet semper nos dilexit à principio deus, etiam nondum editos. Nullo nanq; pacto nisi nos dilexisset, diuitias suas no M
bis prædestinasset. Noli igitur reputare, quæ interea subortæ sunt inimicitiæ, cùm longè antiquior amicitia fuerit. Quòd autem ante secula inquit, ęternū significat. Etenim alio in loco his uerbis utitur, Qui
2.Tim.1.b est ante secula. Inuenietur igitur & filius sic ęternus.
Heb.1.a Quippe de quo ait, quòd per eū fecit & secula, qđ est ante secula esse: creatorē nanq; ante creaturas esse cō stat. *Quā nemo principū huius seculi cognouit. Si.n. cognouissent, nunquā dominum gloriæ crucifixissent.* Igitur nō sunt criminis rei, sed incognitum crucifixerunt. Et si non cognouerunt, quamobrē dixit, Et me nouistis, & nouistis unde sum? De Pilato enim inquit scriptura, quòd non nouit. Credibile autem neq; Herodem nouisse. Hos diceret quispiā uocari principes huius seculi. Siquis autem & de Iudæis, & de sacerdotibus hoc dictum intelligeret, non sanè erraret. Siquidē il- *Ioan.16.b*
lis ait. Nec me nouistis, neq; patrem meū. Quāobrē igitur superius dixit, Et me nouistis, & nouistis unde sum? Sed alius & alius in euāgelica lectiōe sensus ītelligi licet. Et ne frequēter idem repetamus, illuc legen tes remittimus. Cū inquit Iesus in cruce, Dimitte eis: *Luc.23.c*
nunquid dimissum est Iudæis peccatū? Si eos pœni-

A tuisset, dimissum esset. Siquidē & Paulus, qui totis uiribus Stephanū percutiebat, & persequebatur eccle-
Actо.7.g siā, ecclesiæ patronus factus est: Sic illis dimissum esset, si pœnitentiam agere uoluissent. Quod & Paulus clamans, inquit: Nunquid peccauerunt ut caderēt?
Rom.11.b Absit. Nunquid repulit deus populū suum quē præ-
Ibidem.a destinauit? Absit. Inde ostendens, qđ non exclusa est
Ibidē. ipsorum pœnitentia, ut hoc argumento probet, conuersionem suam iis uerbis adducit: Nā & ego Israelita sum. Quòd autem inquit, Non cognouerunt: mihi uidetur non de Christo intelligi, sed de ipsa rei
Luc.23.c. dispēsatione: ut exēpli gratia, quid significasset Christi mors, & crux nō nouerunt. Etenim eo in loco nō dixit, me nesciūt: sed, nesciunt quid faciunt. Hoc est, perfectam dispensationē & mysteriū ignorant. Non enim quòd tā clara futura esset crux, quòd mūdi salus & deo ad homines reconciliatio fieret, & ciuitatē eorum captū iri, & ultimas passuros calamitates cognouerant. Sapiētiam autem & Christū appellat, & crucem, & prædicationem, uerū opportunè dominum gloriæ uocauit. Etenim quoniam crux ignomi niæ esse uidetur, maximè gloriæ eā esse ostendit. Sed
B magna opus est sapientia non solū ad deum cognoscendum, sed & hanc dei intelligendam dispensationem. Exterior autem sapientia non priori duntaxat cognitioni, sed & huic fuit impedimento. *Sed sicut*
⸢ *Quæ.* *scriptū est.* ⸢*Quod⸣ oculus nō uidit, nec auris audiuit, nec*
Esa.64.b *in cor hominis⸢ ascēdit, q̄ ꝓparauit deus ijs, qui diligūt il-*
⸢ *ascenderunt,* *lum.* Et quo nam in loco hæc scripta sunt? Dicitur ali quid scriptum esse, etiam cùm non uerbis, sed re ipsa positum sit, quemadmodum in historiis: uel cùm eadem scripta sit sententia, quanuis non iisdem uer-
Esa.52.d bis, ut in hoc loco siquidem cū dicitur: Quibus non adnunciatum est de eo, uidebunt: & quod nō audierunt, intelligēt: ⸢hoc ipsum significat. Et illud, ⸢Quæ
⸢ *hoc idē* *est⸣ illo,* oculus nō uidit, nec auris audiuit. Aut igitur hoc intelligendū, aut credibile est alicubi scriptum fuisse. Siquidem magna librorum copia periit, & pauca ex priori captiuitate uolumina extiterunt, quod ex reli-
Acto.3.d quis captiuitatibus planè constat. Etenim inqt Apostolus, quòd à Samuele & qui secuti sunt prophetæ,
⸢ *omnia* oēs locuti sunt deo eo: quæ tamen non ⸢certò⸣ ferū-
⸢ *legisperitum* C tur. Paulum autē ut pote ⸢legislatorem, ⸢& à spiritu locutum credibile est oīa proculdubio cognouisse. Et quid ego captiuitatem memoro? Nam etiā ante captiuitatem multa abolita sunt librorū uolumina, cū Iudæi in ultimam prolapsi sunt impietatē. Quod in calce quarti Regum manifestè deprehenditur. Liber enim Deuteronomij uix maiorū nostrorum tēporibus inuētus est in luto obrutus. Præterea multis in locis duplices sunt prophetiæ, quæ facilè ab assue tioribus cōprehendi possunt, ex quibus multa incerta inuenire possumus. Quid igitur? Nunquid uidit oculus quæ præparauit deus? Minimè. Et quisnā ho minum nouit futuram dei dispensationem? Nunqd igitur neq; auris audiuit, neque in cor hominis ascēdit? Et quo nā modo? Nā si prophetæ id locuti sunt, quomodo inqt, neq; auris audiuit, neq; in cor hois
Ipſis. ascēdit: Quòd autē inquit, Non ascendit: nō de⸢ eo⸣ duntaxat, sed de uniuersa hominū natura loquitur. Quid ergo, Prophetę non audierunt? Audierunt qui dem, sed nō erat hominis auris, auris prophetarum. Non enim tanquam homines, sed tanquā prophetę
Pro.20.b audierunt, idcirco inquit: Dedit mihi aurem ad audiendum: cū de incremento spiritus loqueretur. Ex
quo manifestum est, quòd priusquā audirent, neque D
in cor hominis ascendit, post enim spiritus donationem non erat cor hominis, sed spirituale cor prophe
tarum. Quemadmodū ipse inquit: Sensum Christi *Hic infr. d.*
habemus. Hoc autem dictum ita intelligendum est, ante acceptum spiritum, & secretorū dei disciplinā, neq; nostrum, neque prophetarum quispiā hæc intel lexit. Et qua nā ratione, ubi neq; angeli hęc nouerūt? Quidam dicendum est, inquit, de principibus huius seculi, ubi nemo hominum nulla cœlestium uirtutū hæc nouit? ⸢Quorsum⸣ autem hęc? Quoniam per eā ⸢ *Qualia.*
quæ uidetur esse stultitia prædicationis, orbem terrę superabit, & gentes allicientur, & dei ad hoies erit re conciliatio, & tanta nobis accedent bona. Quomodo igitur cognouimus, inquit? per spiritum. hoc ipse iis uerbis testatur, cùm addit: *Nobis autem reuelauit deus per spiritum eius.* Non ergo per exteriorem sapiē- E
tiam, ea enim tanquam serua quædam absq; honore, non permissa est ut intus admittatur, & domini præsit mysteriis. Vides quantum inter hanc & illam interfit sapientiā. Quæ angeli non nouerunt, ea nos hæc docuit. Exterior autem contrā, non solùm nihil nobis aperuit, sed & occuluit, & nobis fuit impedimē to, & post perfectam rem tenebras intulit, crucē eua cuauit. Nō igitur per disciplinam habitum erga nos honorem ostēdit, neq; per communicatam cum an gelis, sed per disciplinā spiritus sancti. Cuius magnitudinem significans asserit, quòd nisi spiritus qui dei arcana omnia nouit, id nobis reuelasset, nullā sanè habuissemus cognitionē, adeò pretiosum erat deo. Itaq; in arcanis habebatur. Quamobrem illo nobis opus fuit magistro, qui hæc apertè intelligit. *Spiritus enim omnia*, inquit, *scrutatur, ēt profunda dei.* ⸢*Quis enim hominū scit q̄ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita et q̄ dei sunt nemo cognouit, nisi spiritus dei. Nos aūt nō spiritū huius mūdi accepimus, sed spūm qui ex deo est, ut sciamus q̄ à deo donata sunt nobis.*⸣ Scrutatur autem non inscitiam, sed certam hoc in loco significat cognitionem. Hac item uoce in deo usus est, in quiens: Qui scrutatur corda, nouit⸢ quid sit elatio spi- ⸢ *quis sit sensus spiritus.*
ritus. ⸢Deinde de spiritus cognitione diligenter locutus, cū docuerit quòd ita ad dei cognitionē perueni F
tur, quemadmodum ad hominis cognitionē per se ipsam: & quòd omnia hinc & necessariò quidem didicimus, subdidit: *Quæ loquimur non in doctis humanæ sapientiæ uerbis, sed in doctrina spiritus⸢ sancti, ⸣spiritualibus spiritualia cōparātes.* Animaduertis quo nos⸢ à magistri authoritate adducit. ⸢Siquidem tantò nos Gē- ⸢ *pp magistri dignitatē extollit.*
tilibus sapientiores sumus, quātò inter Platonem interest, & spiritum sanctum. Gentiles enim magistros rhetores habent. nos autem spiritum sanctū. Verùm quid nam significat, Spiritualibus spiritualia cōparantes? hoc est, cū spirituale dubium sit, à spiritualibus testimonia adducimus: ut exempli gratia: Dico Christum resurrexisse, & ex uirgine natum. Adduco testimonia, figuras, demonstrationes, lonę scilicet in cete moram, & eius postmodum liberationē. Sterilium partus, Saræ scilicet & Rebeccæ, & aliarū. In pa *Ionæ.2.a.*
radiso arborum furculum productum, nō ex semini *Gen.11.d*
bus pullulantibus, nō pluuiarum moratione, nō sub *& .25.c.*
actis sulcis. Futura enim ficta sunt, & tanquā in umbra scripta maioribus nostris, ut cùm uenerint, crēdātur. Et rursum ostēdo, quo pacto ex terra homo, & ex solo hoie fœmina nullo coitu facti sunt, quem admodum ipsa terra à nullo, cùm conditoris uirtus

G ad omnia ubiq; satisfeciſſet. Sic ego ſpiritualibus ſpiritualia cõparo, & minimè mihi opus eſt externa ſapiẽtia, neq; ratiocinationibus, neq; cõfirmationib⁹: Illa enim imbecilles mentes commouent atq; pertur bant, & nihil manifeſtè eorum quæ profitentur poſ ſunt oſtendere, ſed contrà prorſus efficiũt. Perturbãt magis aios, eosq; & caligine, & pluribus perfundũt ambagibus. Quare, inqt, ſpiritualibus ſpiritualia cõparãtes. Vides quomodo ſuperuacaneã exteriorem ſapientiam oſtendit: neq; ſuperuacaneã tantùm, ſed contrariam & damnoſam. Etenim cũ dixit, Ne euacuetur crux Chriſti: Et iterum, Vt non ſit in ſapiẽtia hominum fides ueſtra, hoc idem ſignificauit: hic aũt impoſibile eſſe oſtendit, ut qui in ſapientia hac cõfidunt, & per eã omnia ſibi pollicentur, quicquã utile perdiſcant, *Animalis autẽ homo*, inquit, *non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei*. Oportet igitur hanc prius ſapien tiam eiicere. Quid igitur? Nõne calumnia afficitur externa ſapientia? atq; opus dei eſt. Vnde hoc cõſtat? Non enim ipſe eã fecit, ſed tu inueniſti. Nam ſapien tiam hoc in loco curioſam appellat inquiſitionẽ, & ſuperfluam eloquẽtiam. Quòd ſi de humana prudẽ H tia diceret quiſpiam Paulũ intelligere, etiam ſic tuũ crimen eſt. Tu enim ipſam calũniaris, cũ malè uteris, ad damnum & dei oppugnationem, cũ eam quę nõ habet, efflagitas. Siquidem quoniam in ea gloria ris, & per eam contra deum bellũ geris, meritò Paulus eius reprehendit imbecillitatẽ. Bonũ robur corporis, ſed cũ non opportunè eo uſus eſt Cain, imbecillem eum deus & trementẽ reddidit. Bonum item uinum, ſed cũ immodicè eo uterentur Iudæi, omnino ſacerdotibus deus ei⁹ uſum prohibuit. Cũ igitur & tu in dei præuaricationem ſapientia abuſus ſis, & maius quiddam quã uires ſufficerent, ab ea exegeris, idcirco ab humana ſpete abducens eius oſtẽdit imbecillitatem. Animalis eſt, qui omnia animæ cogi tationibus tribuit, & nullo ſuperno egere arbitratur auxilio, quod dementiæ eſt. Etenim eã deus largitus eſt, quo diſcerent homines, & à ſe acciperent, non ut ſibi eam ſufficere arbitrarentur. Boni oculi ſunt, & uſui neceſſarij: ſed cùm ⌜contempto lumine aſpicere nolũt, ⌝nihil eis ſpecies proficit, nihil propria uis, ſed affert nocumentum. Itidem & anima, ſi intueri ſine ſpiritu uoluerit, impedimẽtũ ſibi ipſa efficitur. Quo modo igitur ſuperius inquit, à ſeipſa ⌜oia uidebat? Nunquam à ſeipſa, ſed habuit naturam pro libro in medio poſitam. Verùm cũ omiſſa uia quam eis præ cepit, ut. ſper eorum quæ uidentur pulchritudinem conditorem ſuum cognoſcerent, mentis cogitatio nibus habenas laxantes, in impietatis pelagus infir mi ſe immerſerũt. Et quamprimùm malorum ſuper addiderunt profunditatem, cùm dicerent, nihil ex nihilo fieri, ſed ex materia increata. Vnde innumeræ hæreſes pullularunt, & in rebus quidẽ abſurdiſſimis delati ſunt. In quibus autẽ ſanum aliquid imaginati ſunt, quanuis tanquã in umbra & ſomniis id intue rentur, intuicem diſſenſerunt, ut utrinq; irriderentur. Quòd enim ex nihilo nihil fiat, oẽs fermè uno conſenſu & dixerunt, & literis mandarunt, & quidem ac curatiſsimè: in abſurdas itaq; opiniones impulit eos diabolus. In ſeriis uerò, in quibus uiſi ſunt inueſtigã do, quanuis in ænigmate aliquid inueniſſe, in iis alter alteri bellum indixerunt: ut exẽpli gratia, Quòd im mortalis ſit anima, quòd uirtus nulla exteriori re in digeat, quòd non neceſſariò neq; fato hoies aut bo-

Supr.1.c.
Hieſa.6

Gen.4.c.
Deu.28.d

⌜*ſine lumine uidere uolunt.*

I

ni fiunt, aut mali. Intueris diaboli malitiã. Sicubi cor K
ruptum aliquid intuitus eſt, effecit, ut qui id diceret, omnes uno ore aſſererent: ſiquid ſanum locuti ſunt, alios in alios excitauit. Itaq; neq; abſurda abolentur conſenſu omnium cõfirmata, & utilia omnibus un diq; inſultantibus proſternũtur. Ecce quo pacto im becillis anima ſibiipſi nõ ſatis eſt. Et meritò ſanè. Nã cũ huiuſcemodi ſit, nullius ſe indigere contendat, & è deo reſiliat, niſi talis fuiſſet, in quam non prorum peret inſaniam? Et ſi cùm mortale corpus accepiſſet, falſa diaboli pollicitatione longè maiora animo cõ cepit: Eritis enim, inquit, ſicut dij: ſi immortale id à principio aſſecuta eſſet, quid ſibi non perſuaſiſſet? Si *Gen.3.bi*
quidem poſt illud quoq; ingenitã ſe & eſſentiæ dei eſſe abſcœnè Manichæorũ ore profeſſa eſt, & deos apud Gentiles hoc poſitionis errore effinxit. Idcirco mihi uidetur deus laborioſam feciſſe uirtutẽ, cogens eam, & in mediocritatem redigens. Quod ut uerùm eſſe intelligas, tanquã ſiquis à paruis maiora conie ctetur, ab Iſraelitis diſcamus: qui cũ ſine labore ui tam agerent, & quiete fruerentur, felicitatem ſuam non reputãtes, in impietatem prolapſi ſunt. Quid igi tur deus in poſterum? Leges multas inſtituit, quibus L
eorum compeſceretur licentia. Et ut planè intuearis ad nullam perfectam uirtutem huiuſmodi leges, ſed pro freno quodam eis datas, quæ ⌜impediẽdi⌝ mate ⌜*occupa tionis.*
riam prębęrent, audi quid de iis propheta loquatur: *Ez.20.d*
Dedi eis præcepta non bona. Nõ bona, hoc eſt nihil magnum ad uirtutem perficientia. Idcirco ſubdidit, Iuſtificationes in quibus non uiuent. *Animalis autem homo nõ percipit ea quæ ſunt ſpiritus.* Et merito quidẽ, quemadmodũ enim iis oculis nemo cœleſtia intel ligeret, ſic neq; ſola anima ſpiritualia. Et quid cœle ſtia dico? Sed ne terrena quidẽ omnia. Siquidẽ cùm è lõginquo turrim aliquam quadrangularem intue mur, rotũdam arbitramur: oculi nanq; in eiuſmodi apprehẽſione decipiũtur. Eodem modo cũ eminus res noſtras ſola mẽte quiſpiam uidere autumat, ridi culus ſanè euadit. Non enim dũtaxat qualia ſunt nõ uidebit, ſed quã ſint, contrà prorſus opinabitur, id circo proſequitur: *Stultitia enim* ⌜*eſt*⌝ *illi*. Hoc autem ⌜*ſunt.*
non rei natura, ſed illius imbecillitate, qui nequit ad eorum magnitudinem per animæ intuitum peruenire. Inde cauſam affert, inquiens: *Et non poteſt intelli* M
gere, quia ſpiritualiter ⌜*examinatur.*⌝ Hoc eſt, quòd fide ⌜*examinantur.*
indigent, quæ dicuntur, & rationibus deprehendi ne queunt. Ipſorum nanq; magnitudo mẽtis noſtrę im becillitatem maiorem in modũ exuperat. Propter ea inquit: *Spiritualis autem iudicat omnia, & ipſe à nemi ne iudicatur.* Etenim qui uidet, quicquid in cæco eſt, diſpicit. Cæcus autẽ nihil in eo qui uidet. Ita & nũc: nos quidẽ & infidelium dogmata omnia planè cognoſcimus, noſtra illi nõ itidem. Etenim quæ ſit præ ſentium rerum natura, quæ futurorum dignitas, qd futurus ſit mũdus, qua peccatores pœna afficiẽtur, qbus bonis fruentur iuſti, quòd nullius momẽti ſint res ſeculares, intelligimus & ſcimus, & eorum argui mus utilitatem. Iudicare enim reprehendere eſt. Intel ligimus item futura & immortalia eſſe, & ĩmobilia. Hęc omnia ſpirituali nota ſunt, & quid nam patietur animalis, quibus ue fruetur fidelis, cũ hinc ambo cõ migrauerint. Ea, inquam, quorũ nihil animalis no uit: Quamobrem manifeſtè ea quæ dicta ſunt, oſtẽ dens, ità ſubdidit: *Quis enim cognouit ſenſum dei, quis inſtruit illum?* Nos aũt *ſenſum Chriſti habemus*. Hoc eſt,

quæ in

A quæ in mente dei ſunt, nos ſcimus: & quæ ipſe uult, etiam reuelauit. Nam cũ dixiſſet, quòd ſpiritus reue lauit, nequis filiũ amoueret, hoc addit. Ex quo ſigni ficat, Chriſtum quoq; hæc nobis oſtendiſſe. Neq; di cit, oia quæ nouit, ſcimus: ſed, quęcunq; nouimus, nõ humana, ſed ex illius ſenſu, & ſpiritualia eſſe exiſti manda. Senſum.n. quẽ de iis rebus habemus, à deo Chriſto habemus: hoc eſt, quæ nobis circa fidẽ cognitio eſt, eam à ſpiritu accipimus. Itaq; non immeri tò à nemine iudicamur. Neq; enim poſsibile eſt, ut diuina intelligat homo animalis. Idcirco ĩquit: Quis cognouit ſenſum dei? Noſtrum de diuinis rebus ſen ſum illius ſenſum appellat. Et cùm ſequitur, Quis in ſtruit illum? non ſimpliciter addidit, ſed ad illud re ſpexit, quòd ſpirituale nemo iudicat. Quòd ſi dei ſen ſum nemo cognoſcere poteſt, multò minus & doce re, & corrigere. Hoc.n. ſignificat, Quis inſtruit illum? Intueris quo pacto undiq; exteriorem propulſet ſapi entiam, & longè plura & maiora intelligere ſpiritua- *Supr.1.d.*
lem oſtendat. Nam cùm illę cauſæ: hoc eſt, ne glorie *Ibidem.*
tur omnis caro: & itẽ, propterea quæ ſtulta ſunt, mũ *Ibidem.*
di, elegit deus, ut confundat ſapientes: Et rurſum, ne B
euacuetur crux Chriſti: non nimiũ infidelibus credi biles uiderentur, non perſuaſibiles, non neceſſariæ, nõ utiles: iam in ſequentibus propriiſsimam cauſam affert, qua & profunda, & arcana, & quæ naturã no ſtram excedũt, intelligere poterimus. Etenim explo ſa eſt ratio, ut per externam ſapientiã, quæ ſupra nos ſunt, comprehendere ualeamus. Vides quantò ſpiri tualis doctrina maiorem attulerit utilitatẽ? Etenim facillima & manifeſta doctrina eſt. Nos autẽ ſenſum Chriſti habemus: hoc eſt, ſpiritualem, diuinũ, nihil habentem cum humanitate commune. Non enim Platonis eſt, neq; Pythagoræ, ſed Chriſti, q ſua ipſius dogmata mentibus noſtris infudit. Horũ nos pudo re dilectiſsimi irreprehenſibilẽ uitam amplectamur, cùm ipſe nobis immenſę dilectionis argumentũ prę buerit, ut ſcilicet ſua nobiſcum arcana communica- *Ioan.15.b*
ret. Inquit enim, Iam non dicam uos ſeruos, quia ſer uus neſcit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci uobis: hoc eſt, credidi uobis. Quòd ſi uel C
hoc ſolùm amicitiæ coniectura eſt, cũ uerba cuipiã credimus: ſi nõ modò uerborum myſteria credere, uerũ eadem re ipſa nobis elargiri apparuerit, quãtæ hoc dilectionis argumentum ſit, animaduertas li cet. Pudeat igitur. Et ſi nõ tanti gehennã fecerimus, id nobis gehenna formidabilius ſit, ut in talem & in tam beneficum amicum ingrati uideamur & perfidi, neq; tanquam mercenarii? ſerui, ſed tanquam filij & liberi patris noſtri amore oĩa efficiamus, & mundo addicti eſſe aliquãdo deſiſtamus, ut Gẽtiles pudeat. Siquidem cũ iam aduerſus eos orationem me habiturũ inſtituerim, impedior, ne quando rationibus eos & dogmatum ueritate uincentes, multũ in nos ⌜*deeſt in Veron.*
riſus facta uitæ comparatione referamus. ⌜Quid.n. non ridiculi ſint, ⌝cũ in errore perſeuerantes, & nihil tale perſuaſi, philoſophiam tamen amplectũtur: nos autem contra? Veruntamen dicam forſitan hoc ad uerſus eos certandi ſtudio, meliores iis fieri, etiam in ipſa uita contendemus. Superiori concione diximus nullo pacto potuiſſe Apoſtolos prædicare quæ præ dicarunt, niſi diuinã eſſent gratiam aſſecuti: quodq; nõ modò prædicatione ſua nihil perfeciſſent, ſed ne noluiſſent quidem. Agitè & hodierna die hoc ipſum

D
ratione tranſigamus, & oſtẽdamus impoſsibile fuiſ ſe, id uel capere, uel intelligere, niſi Chriſtum ſecum habuiſſent adiutorem: non modò quòd imbecilles aduerſus fortes, pauci aduerſus plurimos, pauperes aduerſus diuites, indocti aduerſus ſapientes congre diebantur, ſed quòd præoccupatæ cõſuetudinis ma xima uis eſt. Scitis nanq; in humana ſocietate nihil conſuetudine firmius, nihil conſtantius. Itaq; ſi non duodecim tantũ fuiſſent, neq; adeò abiecti, & tales homines, ⌜& nõ in uniuerſo orbe noſtro, ſed in alio tã magno prædicaſſent, ⌝& parẽ habuiſſent in præſi dium ſuum multitudinem, uel etiam longè maiorẽ, ſic quoq; difficillimè obtinere potuiſſent: illis enim conſuetudo opitulabatur, his autẽ nouitas cõtraria erat. Nihil enim adeò animos perturbat, etiam ſi de utilitate agatur, quàm innouare aliquid, & à conſue tudine alienum facere, & maximè cũ de cultu & dei gloria agitur. Quanta autẽ ſit diuinitatis uirtus, iam aperiam, illud primũ adducens, quòd etiam alia dif ficultas erat aduerſus Iudæos. Siquidem & Gentilũ deos, & omnem deorum doctrinam euerterunt. Cũ Iudæis autem alius erat diſputationis modus. ⌜Nam multa inuicem dogmata conueniebant, deũ nanq; legislatores adorare iubebant. ⌝Et cũ eum neceſſa rio colendum profiterentur, non tamẽ in omnibus illius legi parendũ dicebant, ut exempli gratia, quòd ſabbatum ſeruaretur, & circunciſio, quod hoſtia ad duceretur, uel aliud quippiã eiuſcemodi fieret. Itaq; non tantùm ſacrificium impedimento erat, ſed illud quoq; ut ſcilicet qui deum adorare præciperent, idẽ multas illius leges abolendas profiterentur. In Gẽti libus autem magna erat cõſuetudinis uis: etenim ſi decem tantũ annis, non dico tam diuturno tempo re: & ſi ad paucos homines, non dico uniuerſum ter rarum orbem, in conſuetudinem inueteratam Apo ſtoli ueniſſent, etiam ſic difficilis fuiſſet religiõs mu tatio. Nũc aũt philoſophi, rhetores, patres, aui, proa ui, & iis antiquiores, terra, mare, montes, ſaltus, om nes Barbarorum nationes, ⌜Gentilium populi oẽs, ſapientes & idocti, principes & ſubditi, mulieres, ⌝ui ri, iuuenes, ſenes, domini, ſerui, agricolę, opifices, ciui tatum & uillarum incolæ, omnes deniq; errore inue terati erãt. Et ueriſimile eſt eos qui ſic inſtituebãtur ſic dixiſſe, Quid hoc rei eſt? Nũquid uniuerſus orbis terrarum decipitur, ſophiſtæ, rhetores, philoſophi, hi ſtorici, qui ſunt, qui fuerunt Pythagorici, Platonici, imperatores, cõſules, reges, indigenæ, ſerui, Barbari, Græci? His ne oĩbus duodecim piſcatores, & tẽtorio rum opifices, & publicani ſapientiores ſunt? Et quiſ nam hæc pateretur? Veruntamẽ nemo hoc dixit, ne mo excogitauit, ſed oẽs paſsi ſunt, & cognouerunt eos omnibus ſapientiores. Idcirco uniuerſos ſupera runt, & nihil iis impedimẽto fuit cõſuetudo, quę diu turnitate temporis ita corroborata erat, ut nullo pa cto ſuperari poſſe uideretur. Et ut cõſuetudinis uires intelligas, illud cõſidera. Siquidem ipſa dei præcepta nonnunquã ſuperauit. Et quid præcepta commemo ro, num ne ipſa quoq; beneficia? Nã & Iudæi cũ mã na haberent, allium quærebant: & cũ libertate frue rentur, ſeruitutis recordabantur, & Aegyptum ſæpe numero expetebãt, propter conſuetudinẽ: adeò uio lenta res eſt. Quòd ſi ab externis quantũ poſsit co gnoſcere placeat: fertur Plato, quanuis certò eorũ in telligeret errorẽ, qui deos colerent, ſolennitatibus ta men & aliis deorum ceremoniis condeſcendiſſe, ut-

⌜*ſed alter huic æqualis orbis terrarũ pro ipſis eſſet.*

⌜*Nã mol ta quidẽ dogmata tam ceſſa re doce bant, ſi ũ tamen le gislatorẽ adorare iubebant.*
Num.15 b.

E

G puta qui cõsuetudini repugnare nõ posset. Quod re ipse à magistro edidicit. Qui suspectus quædã circa religionem innouasse tantum abfuit, ut quod uellet assequeretur, ut & uita, quanuis defensus, excideret. Quot autẽ & in præsentia uidemus homines à priori sua opinione in impietate perseuerantes, qui Gentilitatis accusati, cùm nulla se possint ratione defendere, patres, auos, & proauos, in suam adducunt excusationẽ? Propterea quidam scriptorum secũdam naturam, consuetudinem appellarũt. Quæ cùm in dogmatibus est, longè firmior efficitur. Nã facilius omnia mutare quispiam posset, quàm religionem & cõsuetudinis reuerentiam. Illud sanè erat ad impediendum sufficiens, quòd in ultima senectute aliud qd dam & ab indoctioribus doceri uiderentur. Et quid admiraris, si in animo hęc usuueniunt, cùm & in corpore magnam habeat uim consuetudo? Cæterũ in Apostolis & aliud erat iis uehementius impedimentum. Quod nam? Quòd non modò cõsuetudinem adeò antiquã, adeò uetustate confirmatã mutabãt uerùm & cum periculis huiusmodi mutationem ag
H grediebantur. Neque simpliciter à consuetudine in cõsuetudinẽ trahebant, sed ab ea cui multa esset licẽtia, in eam cui multum impẽdebat periculũ. Credentem enim quamprimùm patria exulare, expelli, ultimas perpeti calamitates, ab omnibus odio haberi, communẽ esse & suis & alienis hostẽ oportebat. Itaque si à nouitate quadã in consuetudinem uocati essent, hoc etiã pacto difficillima fuisset persuasio. Vbi autẽ à consuetudine in nouitatem, & præsertim cũ tot calamitosa præponerentur, quãtum fuerit impedimentum intelligas. Accedit ad hæc & aliud non minorẽ faciens mutationis difficultatem: Siquidẽ cũ consuetudine & periculis & ipsa quoq; præcepta grauia erant, & iis à quibus abducebãtur & difficiliora & grauiora. A luxuria enim ad continentiã, ab ebrietate ad ieiuniũ, à risu ad lachrymas & compunctionem, à cupiditate ad inopiam, à uitę amore ad mortes, à licentia ad pericula uocabantur. In quibus oi-
Ephe.5.a bus exacta expetebatur diligẽtia. Turpitudo enim, inquit, & stultiloquiũ, & scurrilitas non ueniãt in os uestrum. Et hæc illis prædicabantur, qui nihil aliud
I norant, quã uino & epulis uentrem distendere, qui festos dies curabãt nullã aliã ob rem institutos quã turpitudinis, risus, & omnifariam obscœnitatũ gratia. Itaq; in philosophica uita non à deo hæc præcepta grauia fuissent, sed illud quã difficillimũ, ut ho-
Luc.9.c. mines libertati, turpitudini, stultiloquio, risui, comessationibus assueti sint persuasi. Quisnã qui huiusmodi uitã uiueret, audiens: Qui non accipit crucem suã,
Matt.10 d. & sequitur me, non est me dignus. Et, Nõ ueni pacem mittere, sed gladium, & separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suã, non sa-
Luc.14.g nè torpesceret? Quis item cùm audiret, Qui non renunciauerit domui, patriæ, & pecuniis, nõ est me dignus, non ægreferret, nõ id renunciaret? Veruntamẽ non solùm in iis non torpuerunt, ⌜sed relictis uestibus huiusmodi audientes, ⌜mandata exequi festinarũt, eaq; arripientes cõtra calamitates insiluerũt. Sed & illud etiã, quòd de omni uerbo ocioso reddituri sumus rationẽ: & quòd omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eã in corde suo: &, qui frustra irascitur, in gehennam intru-
Ibid.5.b. detur: quem illius seculi hominũ non auertisset? Om-
Ibidem. nes tamẽ prompto animo accurrerunt, multi fossas

⌜neq; recusarunt huiusmodi audiẽtes, sed

transiluerunt. Quid igitur eos cogebat? Nõne planè K
constat illius, qui prædicabatur potentia? Aliter.n. contrà euenisset. Illi quidem ij, ij autem illi fuissent. Nunquid facilè futurum erat, & tenere & trahere oppugnantes? Nunquid dubium est? Quamobrem ubique ostenditur, hoc à diuina uirtute perfectum. Nã unde, queso, lasciuis & procacibus hominibus persuasissent ad duram & asperam uitam eos alliciẽtes? Sed præcepta quidẽ huiusmodi. Cęterũ uideamus, nunquid tandẽ doctrina hæc esset facilè persuasibilis. Atq hac quoq; in parte satis abduci increduli potuissent. Quid enim prædicationibus suis profitebãtur? crucifixum adorandum, deum illum habendũ qui ex muliere Iudæa esset genitus. Et quísnam iis credidisset, nisi diuina præueniente uirtute? Quòd.n. crucifixus esset & sepultus, omnes sanè norãt: quòd autem resurrexerit, & ad cœlum ascenderit, præter Apostolos conspicatus fuerat nemo. Sed promissionibus eos allexerunt, dixerit quispiam, & uerborum strepitu decepti sunt. Hoc ipsum igitur præter ea quę L
dicta sunt maximè ostendit, nullam in nostra dignitate esse fallaciam. Si quidẽ omnia in hac uita difficilia, utilia autem post resurrectionem promittuntur. Hoc ipsum igitur, iterum enim dicam, diuinum nostrum dogma planè ostendit. Et quamobrem nemo credẽtium dixit: non accedam, neque patiar, difficilia in hac uita minaris, utilia autem post resurrectionem polliceris? Vnde constat resurrectionem futuram? Quis uita functus unquam reuersus est? Quis sepultus resurrexit? Quis eorum dixit ullũ præmium post huius uitæ migrationem futurũ? Sed cũ nihil huiusmodi nossent, pro crucifixo tamẽ uitam posuerũt. Idcirco hoc uel maximæ fuit potentiæ, ut tam magnis de rebus, quas nunquã antea audissent, certatim omnes fidem adhiberent, & persuaderi possent, ut re ipsa maximas subirent calamitates: præmia autem in posterum expectarẽt. Nam si deceptionibus uti uoluissent, contrà potius feciſſent. Præmia qdẽ hic essent polliciti, terribilia uerò hæc siluissent. Hoc nanq; pacto deceptores & adulatores faciunt nihil asperũ, nihil molestũ, nihil graue proponẽtes, sed ⌜è regione: hæc enim fallacia est. Sed multitudinis, inquit, stultitia hoc efficit, ut his prędicationibus crederetur. Quid inquis? Cũ in Gẽtilitate essent, ⌜nũquid erant stulti: cùm uerò nostro dogmati adhęserunt, tunc stulti facti sunt? Atqui non alios homines, neque ex alio terrarum orbe nacti, eis persuaserunt Apostoli. Cæterùm ipsi credentes Gẽtilium dogmata sine formidine seruare poterant: nostra autem cũ periculis suscipiebant. Itaque ⌜rationabilius ea seruare uidebantur, quibus tandiu fuerant educati: neque sanè ea reiecissent, ⌜potissimum cùm nequirent sine periculo. Verũ postquam ex ipsa rerum natura ridicula illa & erroris plena esse cognouerunt, tunc licet mortes impenderent, consuetudine reiecta, in noua dogmata commigrarũt, utpote quòd hæc secundũ naturam, illa præter naturam erant. Sed ferui, inquit, fuerunt credentes, mulieres, nutrices, obstetrices, eunuchi: imò neq; ab his solũ ecclesia nobis confirmata est, & hoc planè cõstat omnibus. Quòd si ab his cõfirmatã contenderis, hoc uel maximè admirabilẽ facit eorum prædicationẽ: quòd quę dogmata neq; Plato, neq; Platonici apertè intelligere ualuerunt, ea repentè piscatores omnium indoctissimũ hominũ genus persuadere potuerint ut susciperentur. Neque

⌜cõtraria omnia: ⌜non.

⌜si meliori cum ratione ea obseruabant, in quibus tãdiu fuerant educati: nequaquã ea reiecissent.

A enim si sapiẽtioribus tantũ persuasissent, tantopere fuisset admirãdũ. Ex quo autem seruos, nutrices, eunuchos in tantam allexerunt philosophiam, ut angelis æmulos faceret, maximũ diuinæ inspirationis prę buit argumentũ. Etenim si uilia & abiecta pręcepissent, fortasse non sine ratione persuasionẽ illam in abiectæ prædicationis argumentũ referri potuisset. Quòd si magna & profunda & humanam ferè natu ram excedentia, & quę perspicaci mente indigebant, philosophabantur: quãtò eos ⌜qui persuasi sunt, ⌜stultiores ostendes, tantò eos sapientiores & diuinæ gratiæ pleniores q persuaserunt, ostendis. Sed promissionis magnitudine persuasisse quis dixerit. Num enim hoc, queso, admiraris, quo pacto post mortem meritorum præmia expectanda persuaserint? Ego quidẽ hoc ipsum obstupesco. Sed & hoc ex stultitia, iquies. Qua quæso stultitia? An ne ut discamus animam immortalem esse, iudicium incorruptum post pręsentẽ uitam nos subituros, uerborũ, operũ, cogitationũ pœnas uidẽti arcana omnia deo daturos, malos in suppliciis torqueri, bonos prẽmijs coronari nos uisuros? Hæc profectò nõ stultitiæ sunt, sed maximę phi
B losophię. Sed his contraria animo uoluere, ea demũ stultitia est. Ipse igitur præsentium rerum despectus, & magna uirtutis opinio, & nulla præmiorũ in hac uita expectatio, sed nostrę spei ulterius progressio, & tanta animi constantia, tãta fides, ut nullo præsentium calamitatum incursu ad futuras spes impediantur, quantæ, qso, hæc sunt philosophiæ? Sed nunqd uis ab ipsis promissionibus & prophetiis ex ꝑteritis futurorum ueritatem dignoscere? Intuere catenam auream uariè à principio contextam, dixit aliqua eis de seipso & de ecclesiis, & futuris rebus: & inter dicẽdum miracula faciebat. Igitur à dictorum euẽtu cõstat uera esse miracula quę faciebat, sed & ex miraculorum operatione constat ea uera fuisse quę dixit, & quæ futura sunt, & quæ promittuntur. Vt autẽ apertius fiat quod dicimus, ex ipsis rebus manifestum faciam. Suscitauit Iesus Lazarum solo uerbo, & uiuere eum ostẽdit. Dixit rursum, quòd portæ inferi nõ prę
Ioã.11.f. ualebũt aduersus ecclesiã: &, quòd qui reliquerit patrem uel matrem, centuplum accipiet in hoc seculo,
Mat.16.c & uitam æternã possidebit. Igitur miraculum quidem Lazari unum est: Prophetiæ autem duæ, altera
Ibid.19.b in hac uita, altera in futura demonstrata. Considera
C ergo quo pacto omnia inuicẽ confirmantur. Quòd si Lazarum suscitatum quispiam negaret, ex prophetia quæ de ecclesia dicta est, credat miraculo. Quod enim tot antè temporibus prædictũ est, tunc re ipsa euenit, & in finem deductum est. Portæ nanq; inferi contra ecclesiam non pręualuerunt. Qui, igitur uerũ in prophetia locutus est, eũ proculdubio constat miracula operatum: qui autẽ miracula operatus est, & quæ locutus est effecit, cõstat eundem in prophetia de futuris rebus uerum dixisse cũ dixit: quòd centuplum accipiet, & uitam æternã possidebit, qui ꝑsentia contempserit. Quæ enim superiori tempore & facta & dicta sunt, ea maximè futurorum pignora, qd uentura sint, dedit. Hæc itaque omnia, & his similia ex euangeliis colligentes, contra aduersarios adducamus, & eorum ori imponamus silentium. Siquis aũt diceret, qua ratione non extinctus est tandem error: illud respõderemus, quòd nos causa sumus omniũ, qui contra salutem nostrã certamus. Siquidem deus ita res instituit, ut ne reliquię quidem ullę impietatis relinquerentur. Breui igitur q̃ dicta sunt reputemus, D
& quo nã pacto se res natura habeãt, perspiciamus. An ea est, ut infirmi à potentibus uincantur, an contrà? ut qui facilia loquuntur, an qui difficilia? ut q cũ periculis trahunt, an qui cum licentia? ut qui res nouas sanciunt, an qui cõsuetudinem obtinent? ut q in asperam, an qui in facilẽ uiam aduocant? ut qui à patriis legibus discedũt, an qui peregrinas nõ instituũt? ut qui post huius seculi commigrationẽ omnia promittunt optima, an qui in præsenti uita adulãtur? ut multi à paucis, an pauci à multis superentur? Verũ & uos in hac quoque uita pollicemini, dixeris. Et quid nam hic pollicemur? peccatorum ueniã, & lauacrũ regenerationis. Et quidem potissimũ baptismа in futuris plenitudinẽ habet. Et proclamat Paul⁹, inquiẽs: Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum
Coloſ.3.a Christo in deo. Cùm.n. Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cũ ipso in gloria. Quòd si in hac etiam uita bona habent, quemadmodũ habent: etiam hoc maximę est admirationis, quòd his qui innumera commiserant scelera, & quanta nemo alius, persuadere potuerũt omnia peritura, & nullius peccatorum suorum rationem reddituros. Itaq; uel hac ipsa causa admirari maiorem in modũ oportet, E
quòd hominibus Barbaris talẽ persuaserint fidẽ accipere, & bonas de futuris rebus spes habere, & prius peccatorũ onere cũ multa alacritate abiecto, in posterum uirtutum se laboribus subiecerint, & ad ea q̃ sensu percipiuntur, nihil inhiauerint, omnibus autẽ corporeis rebus superiores, intelligibilia dona complexi sint, & Persa, Sauromata, Maur⁹, Indus piaculũ animæ, dei uirtutẽ atque incredibilem humanitatẽ, fidei philosopiam, spiritus sancti aduentum, corporum resurrectionẽ, immortalis uitæ dogmata intelexerint. ⌜Has & alias plures ⌜Barborum nationes pi
⌜Hæc.n. *omnia et his plura.*
scatores initiãtes, in baptismate philosophari eis persuaserunt. His igitur omnibus diligenter seruatis, cõtra Gẽtiles adducamus in medium, & item à uita argumentum eis exhibeamus, ut utrinque & salutem consequamur, & illos ad dei regiam alliciamus, cui gloria in secula, Amen.

Homilia octaua.

Ca. III.

T ego fratres non potui uobis loqui quasi spiritua
e libus, sed quasi carnalibus: tanquam paruulis in
Xpo, lac uobis potũ dedi, non escam. Nondũ enim
poterat is, sed ne nũc quidẽ potestis: adhuc.n. estis carnales.

Cùm exteriorem philosophiam euerterit Paulus, & F
omnem eius deiecerit insolentiam, aliam iam materiam aggreditur. Et enim non temerè respondere poterant, si Platonis, Pythagorę & cuiusuis aliorũ philosophorũ dogmata annunciaremus, meritò contra nos tam longo usus esses sermone: sed cùm spiritus profiteamur doctrinã, quamobrem huc illuc exteriorem sapientiam distrahis? Quonam autẽ pacto hoc oppugnet, accipias: Et ego fratres non potui uobis loqui quasi spiritualibus: hoc est, si spiritualia, inquit, annunciastis, non tamen idcirco in superbiã efferri oportet. Non.n. uestra annunciastis, neque ipsi ex uobis inuenistis, neque in præsentia hæc scitis ut oportet, sed discipuli estis & omnium ultimi. Itaque si in exteriore sapientia magnam de uobis opinionẽ concipitis, ea nõ modò nihil est, sed cõtrà uos ipsa coarguit. Si uerò in spiritualibus: in his item minus habetis, & in ultimo loco adnumeramini. Idcirco, inquit, nõ potui uobis loqui quasi spiritualibus. Nõ di

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gxit,non ſum locutus,ne inuidiæ gratia id dixiſſe uideretur. Sed duplici ratione eorum tollit elationem:prima quidem, cũ oſtendit eos optima ignorare: altera autem, quòd ipſi ignorationis cauſa ſunt. Accedit ad hoc quod neq; in ꝓſentia eos poſſe ſignificat. Nã quòd quiſpiam à principio nequeat, fortaſſe à rei natura proficiſcitur. Atqui neq; hãc eis permittit excuſationem:non enim quòd profunda accipere nõ potuerint,eos inquit non accepiſſe,ſed quoniam carnales ſint. Verũtamen in ipſis primordiis, nõ adeò hoc erat accuſandum. Quòd autẽ tanto decurſo temporis ſpatio nõdum perfectiores euaſerint, hoc ultimẽ erat ſocordiæ. Hoc etiã in Iudæis reprehendit, licet non tam uehemẽter:illos nanq; aduerſæ fortunę gratia tales eſſe dicit,hos autem malitiæ cupiditate. Nõ igitur ſimile eſt hoc & illud,& oſtendit eos ſe uerum alloqui ut caſtiget, illos autẽ ut maximè excitet:his enim inquit,Sed ne nunc quidem poteſtis. Illis uerò,

Heb.6.a. Quapropter intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem,ad perfectionem feramur. Et rurſum:Cõfidimus autem de uobis dilectiſſimi meliora & uiciniora ſalutis,tametſi ita loquamur. Et quo nam pacto q tantũ aſſecuti ſunt ſpiritũ, eos carnales appellat.ꝛ& quo principiò tantas præteriit laudes?ꝟ Nam & illi carnales erant,ad quos inquit dominus,Diſcedite à me, nõ noui uos qui operamini iniquitatem. Atqui & dæmones eiecerunt,& mortuos ſuſcitarũt, & prophetias locuti ſunt. Itaq; poteſt etiã qui ſigna facit,carnalis eſſe. Etenim in Balaã opatus eſt deus, & Pharaoni futura reuelauit, & Nabuchodonoſor: & Caiphas prophetauit, neſcius tamẽ qd diceret:& alij quidẽ dæmonia eius nomine à quo lõgè aberãt, expulerunt. Hoc enim non eorũ duntaxat gratia qui operarentur fit,ſed aliorum quoq;,& ſæpe ab indignis hominibus hæc fiunt. Et quid nam admiraris,ſi indigni homines aliorũ gratia huiuſcemodi faciũt? Vbi & ſanctorum: etenim Paulus inquit: Omnia ueſtra ſunt,ſiue Paulus,ſiue Apollo,ſiue Cephas,ſiue mundus, ſiue uita,ſiue mors: Et rurſum: Quòd ipſe dedit alios qdẽ Apoſtolos,alios aũt prophetas, alios uerò magiſtros & paſtores, ad purgationẽ ſanctorum in opus miniſterij. Nã niſi ſic ſe res haberet, nihil prohibuiſſet,quin omnia corrũperentur. Cõtingit enim principes quidem malos eſſe & ſceleribus coinquinatos, ſubditos autẽ manſuetos & modeſtos:& laicos religioſe uiuere,ſacerdotes uerò impiè. Neq; debuiſſet aut baptiſma eſſe, aut corpus Xpi, aut oblatio,q̃ per eos adminiſtrarentur, ſi ubique gratia meritum exquireret. Nunc autẽ per indignos conſueuit deus operari, & nihil propter ſacerdotis uitam baptiſmatis gratia lædit. Debuiſſet enim qui accipit minui. Itaque etſi rarius hęc fiant, fiunt tamen. Hęc dico,ne quis præſentium ſacerdotis uitam penſiculando circa religionis noſtræ doctrinam ſcandalizetur. Nihil enim homo his q̃ ſibi præponſitur, ex ſe addit:ſed id omne diuinę uirtutis opus eſt,& ipſe deus q nos erudit. Et ego fratres nõ potui uobis loqui quaſi ſpiritualibus,ſed quaſi carnalibus:tãquã paruulis ĩ Chriſto,lac uobis potum dedi, non eſcam:nondũ enim poteratis. Hæc ita in figura loquitur,ne æmulationis

Supr.2.d ſpiritualis iudicat omnia,& ipſe à nemine iudicatur:

ibidẽ. & itẽ illud,Nos ſenſum Chriſti habemus. Simul autem & eorum cohibet inſolẽtiam. Quibus uerbis id ſignificatur, Non præterea tacui quòd nihil amplius uos alloqui potuiſſem, ſed quoniã carnales eſtis,ſed ne nunc quidem poteſtis. Quãobrem non inquit, non uultis,ſed non poteſtis:quoniã hoc pro illo poſuit. Nã quòd non potuiſtis,ã uoluntate profectum eſt. Quod eis quidẽ accuſationem,magiſtro autem ueniam aufert. Nam ſi natura nõ potuiſſent,nõ immeritò uenia dari potuiſſet. Cùm autem exiduſtria nolint,omni priuãtur excuſatione. Deinde proſequitur,quid nã eos carnales faciat, adducens: *Cùm enim ſi inter uos Zelus & contentio, nónne carnales eſtis & ſecundum hominem ambulatis?* Atqui cùm poſſet & eorũ adulteria & luxurias reprehendere, illud potius meminit peccatum, quòd primùm corripere uolebat. Quòd ſi zelus carnales facit,iam tempus eſt ut omnes maiorem in modũ ululemus, ſaccũ induamus, perfundamur cinere. Quis enim ab hoc affectu liber eſt? Niſi fortè ex meipſo aliorum animos coniicio. Si zelus carnales facit,neque ſinit ſpirituales eſſe, quanuis prophetantes & alia facientes miracula ꝛquãuis tanta eis gratia ſit:ꝟquo nã in loco opera noſtra cõſtituemus, cùm non in iſto duntaxat, ſed longè grauioribus uitiis deprehendamur? Hinc intelligimus non immeritò Chriſtũ dixiſſe, quòd qui mala operatur,nõ uenit ad lucem, & quòd uita immũda profundis dogmatibus impedimento eſt, nec ſinit perſpicacitatem mentis purã exiſtere. Quemadmodum igitur qui rectè uiuit, in errore permanere impoſsibile eſt:ita non facilè qui in malitia educatur, reſpicere quamprimum ad noſtrorum dogmatum altitudinem poteſt, ſed oportet ut qui in ueritate permanſurus ſit,omnibus exutus affectibus liber euadat. Quibus propulſatis, etiam ſe erroribus liberabit, & ueritatem aſſequetur. Neq; enim ſi non cupidus ſum, ſi non adulter,hoc mihi ſatis eſſe arbitreris. Siquidem non horum fuga tantũ ad perfectionem conſequendam homo ſatagat,ſed omnia percurrat oportet, q ueritatem perſcrutatur. Idcirco Petrus Apoſtolorum princeps inquit, In ueritate comperi, quoniam non *Actor.10.d* eſt perſonarum acceptor deus, ſed in omni gente q timet eũ & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi: hoc eſt,uocat & allicit eũ ad ueritatẽ. Nónne uides Paulum qui omnibus uehementior erat,& in certando, & perſequendo? Veruntamen poſtquã uitam irreprehenſibilem induit,neq; humanis affectibus ſe ſubiecit,& acceptus eſt,& omnes exuperauit. Siquis autem percontaretur, qua nã ratione Gentilis ille probatus,bonus,benignus in errore ꝓſtiti? Illud reſpõderem,quòd alijs ſuperatur affectibus, inani ſcilicet gloria, aut animi ſocordia, aut propriæ ſalutis negligentia, ſed temerè & fruſtra res ſuas agi arbitratur. Petrus autẽ eũ qui in omnibus iuſtitiam operatur, irreprehenſibilem appellat, ꝛSecundũ iuſtitiam & in *Phil.3.b.* lege factꝰ irreprehẽſibilis:ꝟ&, gratias habeo deo cui *ꝛſecundũ iuſtitiã q̃ in lege eſt.* ſeruio à progenitoribus in pura cõſcientia. Quomodo igitur,inquit, immundi digni facti ſunt prædicatione? Quoniam & uoluerunt & deſiderarunt. Etenim errantes quidem trahit, ſi affectibus purgẽtur: qui autẽ ſponte ſua accedunt, eos non expellit:multi uerò & à progenitoribus pietatem acceperunt. *Siquidem quum in uobis æmulatio ſit & cõtentio.* Iam in ſubditos accingitur. Siquidem in ſuperioribus principes euertit, cùm aſſeruiſſet nullius momenti eſſe ſapientiam ſermonis: hoc autem in loco ſubditos tangit,inquiens: *Cùm enim quis dicit, Ego quidem ſum Pauli:alius autem, Ego Apollo, nónne carnales eſtis?* Quibus uerbis

A bus uerbis ſignificat,hoc non ſolũ eis nihil utilitatis afferre, nihil cõparare, ſed maioribus in rebus impedimento eſſe. Hoc nanq; zelum peperit, zelus autẽ carnales fecit. Quòd uerò carnales facti ſunt, effecit ne poſſent,q̃ aluora ſunt,audire. *Quis igitur eſt Paulus? Quis uerò Apollo?* Poſt rerũ confirmationẽ atque demonſtrationẽ, apertius iam accuſationẽ aggreditur,& ſuum ipſius nomen ponit,& oẽm auferit aſperitatem,neq; patitur ut quiſquã ſuæ ſuccenſeat orationi. Nam ſi Paulus nihil eſt, neq; indignatur, multò minus illos indignari oportet. Duplici igitur ratione eos cõſolatur,& quòd ſeipsũ ſubiicit, & quòd nõ oĩno eos priuat,ac ſi nihil perfecerint,ſed tribuit eis quiddã exiguũ. Tribuit.n.nam cũ diceret, Quis igitur eſt Paulus? Quis uerò Apollo? addidit, *Niſi mi-*

ꝛper quos ſic legit & Eraſ. *niſtriꝛ eius cuiꝛ credidiſtis.* Hoc aũt ipſum per ſe quidẽ magnum eſt,& multis dignũ præmijs, ad originem uero & radicem bonorũ nihil. Non.n.qui miniſtrat bonis,ſed qui bona exhibet, is demũ beneficus eſt. Et non dixit,euangeliſtæ:ſed,miniſtri: quod maius

B eſt. Quippe qui non ſolũ euangelizarunt, ſed miniſtrarunt nobis. Etenim alterum quidẽ ſolo uerbo, alterum aũt etiam opere continetur. Itaq; quanquã Chriſtus miniſter ſit,nõ tamẽ miniſter ſolus eſt,ſed & fons atq; radix bonorũ,& tanq̃ filius. Vide tamẽ

Rom.15.b quò rem adducit. Quo ergo dicit ipſum miniſtrum fuiſſe circunciſionis? De carnis generatione illic loquitur, nõ hoc modo quem in præſentia diximus: ſiquidem illic miniſtrũ impletorem appellat, nõ ex

ꝛper quos credidiſtis. ſeipſo præbentem bona. Et nõ dixit, qui uos fidem erudiunt, ſedꝛ cuius opera credidiſtis ꝛrurſum illis quiddam amplius tribuens, & miniſtros etiam hoc in loco eos manifeſtat. Si igitur in alterius ipſi miniſterium uenerunt, quo nam pacto hi dignitatẽ ſibi uendicant? Tu aũt conſidera,quòd minimè eos accuſat,tanq̃ rapiant,ſed tanq̃ præbeãt. Materia enim erroris in multitudine erat, ſiquidẽ niſi illi eſſent, hi abſoluerentur. Duo igitur ſapienter confirmauit,& unde oportebat peccatũ deſtruere, inde euertit, & in illos odium non ſeruat, neq; magis eorũ excitat contentionẽ. Ait enim, *Et unicuique ſicut dominus dedit.* Neq; enim hoc ipſum, etſi paruum ſit, à ſe, ſed à

C dei benignitate acceperunt. Nam ne dicerent, Quid igitur? qui nobis miniſtrant, non amabimus? Sanè inquit. Sed ſciamus oportet, quouſq; in amore progrediendum ſit. Siquidem hoc ipſum nõ à ſe,ſed ab exhibitore deo acceperunt. *Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed deus incrementum dedit.* Hoc eſt, ego primus uerbum dei diſſeminaui, ut aũt ſemina non areſcerent tẽtationibus,à ſeipſo Apollo ea rigauit, totum aũt dei opus eſt. *Itaq; neque qui plantauit eſt aliquid, neque qui rigauit ſed deus qui dedit incrementum.* Animaduertis quo pacto eos conſolatur, neq; aſperiores fierent audiendo, Quis hic eſt aut ille? Vtrunque enim graue:& cũ dicitur, & quis hic eſt, & quis eſt ille? & cũ dicitur, Neq; qui plantauit, neq; qui rigauit eſt aliquid. Qua igitur ratione hæc leniuit? Primùm ex propriæ perſonæ contemptu, cùm inquit: *Quis eſt Paulus? Quis Apollo.* Inde ex omnium ad datorem deum relatione:nam cùm diciſſet, quòd hic plantauit, & addidiſſet nihil eum eſſe ſubdidit: *Sed qui incrementum dedit deus.* Sed neque hoc in loco conſiſtit,uerùm alia item adiectione hoc molitur his uerbis: *Qui autem plantat & rigat, unum ſunt.* Et quo aliud quoque confirmat, ne inuicem ſuperbia effe-

D rantur. Vnum autem eſſe eos inquit, quoniam nihil poſſunt ſine deo qui dat incremẽtũ. Quibus uerbis neque qui multũ laborãt,aduerſus pigriores effert, neq; alios his inuidere permittit. Deinde cũ ea opinione,ut ſcilicet omnes unũ ſint negligentiores efficiantur,& hi qui multum,& hi qui remiſsius operantur:animaduerte, quæſo quibus hoc uerbis corrigat: *Vnuſquiſq; propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem.* Ac ſi diceret, noli timere, quòd dixerim, unum ſunt. Sunt nanq; unũ ad dei opus comparati,nõ autem ad labores:ſed unuſquiſq; propriã accipiet mercedẽ. Inde rurſum hoc auget, ut quod uult efficiat, & gratificatur quantũ licet ambitioſe: ꝛ*Dei enim ſumus adiutores: dei cultura, dei ædificatio eſtis.* Intuere quo pacto opus ei attribuit, nec quidẽ exiguũ, q̃q̃ omnia prius dei eſſe cõfirmauerit. Nam cũ ſemper admoneat parendum eſſe principibus, propterea non multũ magiſtros extenuat dei cultura eſtis:cũ dixiſſet,plantaui, in ſimilitudine perſtitit. Si autem dei cultura ſumus, non ab his qui nos genuerunt, ſed à deo appellari decẽs eſt. Non.n.ager

E agricolæ eſt,ſed patriſfamiliãs. Dei ędificatio eſtis. Rurſus ędificatio nõ artificis,ſed domini eſt. Quòd ſi ædificatio eſtis, non oportet diſsipari: ſiquidem nõ eſſet ædificatio. Si cultura eſtis, ſeparari nõ opus eſt, ſed una concordiæ ſepe muniri. *Secundum gratiam dei quæ data eſt mihi, ut ſapiens architectus fundamentum poſui.* Sapientem ſeipſum hoc in loco appellauit, non elationis gratia, ſed ut figuram eis præberet,& ut oſtenderet ſapientis eſſe unũ iacere fundamentum:intuere tamẽ quo pacto modeſtiã ſeruat. Nam cum ſe ſapiẽtẽ diceret,nõ id ſibi tribui uoluit: ſed cũ ſe ad deum referret,hinc ſe ſapientis nomine appellauit. Secundum gratiam dei quæ mihi data eſt,inquit. Simul nanq; oſtendit & totũ dei eſſe, & hoc maximè eſſe gratiam dei, ne.ſ.diſſentiãt, ſed in uno permaneãt fundamẽto. *Alius ſuperædificat. Vnuſquiſq; autem uideat quomodo ſuperædificet.* Hoc in loco mihi uidetur ĩ uitę certamẽ eos trahere, ex quo eos coniunxit,& unũ fecit. *Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitũ eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.* Non poteſt, donec fuerit architectus. Quòd

F ſi ab alio ponatur, nõ amplius eſt architectus. Ecce quo pacto à communibus ſentẽtijs omne propoſitũ cõfirmat, cuius ſententia hmõi eſt: Annunciaui Chriſtum, tradidi uobis fundamentũ. Videte quomodo ſuperædificetis, an inani gloria, an ad homines trahentes diſcipulos. Nolimus igitur hęreſibus inhęrere:fundamentum.n aliud nemo põt ponere, pręter id quod poſitũ eſt. Super hoc ergo ędificem⁹, & pro fundamento habeamus tanquã palmitẽ uitis,& nullum ſit mediũ inter nos & Chriſtũ. Quòd ſi medium aliquod intercederet, ꝛid quamprimùm ꝛ*Protinus perimus.* aboleamus. ꝛEtenim palmes per cõtinuationẽ uitis naturã trahit, & ędificium cõglutinatione conſtit,ut ſi fathiſcat,totũ corruat,neq; ubi initatur habeat. Nõ igitur ſimpliciter Chriſtũ teneamus, ſed ei conglutinemur Nam ſi quicquã ſeceſſerimus,peribi *Pſa.72.d* mus. Qui enim longè abeũt à te,peribũt,inquit. Cõglutinemur igitur ei,& cõglutinemur per opera. Qui enim ſeruat præcepta mea,ipſe ĩ me manet,inqt. Et *1.Ioã. 3.d* profectò multis nos inuicem exẽplis coniũgit. Animaduerte, quæſo. Ipſe caput, nos corpus. Nunquid poteſt ulla media eſſe iter caput & corpus diſtãtia, quæ uacet? Ipſe fundamentum nos ædificium: ipſe

G uitis, nos palmites: ipse, sponsus, nos sponsa: ipse pastor, nos oues: uia ille, nos uiatores: nos itē templū, ille inhabitator: ipse primogenitus, nos fratres: illæ hæres, nos cohæredes: ipse uita, nos uiuentes: ipse resurrectio, nos qui resurrexerimus: ipse lux, nos illuminati. Hæc omnia conglutinationē demonstrant, & nihil uacui in medio relinquūt, ne minimū quidem, quippe qui parum abest, cū processerit, aberit longius. Etenim corpus si parū ab ense diuidatur, corrumpitur: & ædificiū si parum fathiscat, dissoluitur: & si uel minimum palmes à radice abscindatur, inutilis redditur. Itaq; id parum non est, sed ferè totum existimandum. Cū igitur parum peccauerimus, uel desidia torpuerimus, nolimus ut exiguū despicere. Siquidem id neglectum quamprimū in immensum euadet: sic & uestis quæ scindi cœperit, neglecta tota discinditur: & tectū paucarū tegularum casu contempto, totam domū diruit. Hæc nos reputantes, nunquam paruum contemnamus, ne procidamus in maiora. Quòd si eo contempto in grauissima scelera deciderimus, nō tamen nobis desperandū est,
H ne in insaniam proruamus. Etenim difficile est inde emergere, nisi quis maximè sobrius sit, non longitudinis tantū, sed ipsius situs gratia. Profundū nanq; peccatū est, & deorsum trahit. Et quemadmodum qui in puteū decidunt, non facilè euadunt, sed aliorum opus est auxilio, qui eū eripiant: sic qui in profundum peccatorū immersus est. Demittamus igitur ad hos funes, eosq; educamus: uel potius nullo alio indigemus q̄ nobis ipsis, ut prosilire & ascēdere possimus, non tantū quantū descendimus, sed multò magis modò uolūtas adsit: deus enim nobis opi
Eze.18.g tulatur, neq; uult mortē peccatoris, sed ut conuertatur. Nemo igitur desperet, nemo impiorum affectu
Pro.18.a torqueatur. Illorū nanq; est hoc peccatum: Impius, inquit, cū in profundum uenerit peccatorum, contemnit. Itaq; non peccatorum copia in desperationem trahit, sed impij animus. Itaq; etsi oēm excesseris malitiam, tecum ipse loquere, Benignus est deus,
Esa.1.c & salutem nostram desiderat: nam si fuerint peccata uestra ut coccinum, quasi niuē dealbabo: quasi nix dealbabuntur, inquit, & ad diuersum habitum
I conuertam. Quamobrem ne desperemus: neque.n. casus tam grauis est, q̄ post casum iacere: neq; tam graue uulnus accipere, quā nolle acceptum curare.
Pro.20.b Quis gloriabitur cor castum habere, uel quis confidet purum esse à peccatis? Hoc dico non ut pigriores uos faciam, sed ut in desperationem prohibeam incidere. Vis intelligere q̄ benignus sit dominus noster? Ascendit publicanus in templū tantis uitijs coLuc.18.c inquinatus, & qui tantùm dicebat, Deus propitius esto mihi peccatori, descendit iustificatus. Et prophetam inquit deus: Propter peccatū parum eū dolore affeci, uidi quòd tristatus est, ambulauit tristis, & sanaui uias eius. Quidnam benignitati huic comparandū? ut tantū doleas inquit, dimissi tibi peccata. Nos aūt neq; hoc quidem facimus. Quare maximè deum prouocamus. Qui enim minimo reconciliatur, cū id non consequitur, nō immeritò indignatur, & ultimum à nobis exigit supplicium. Et sanè q̄ maximi hoc contemptus est'. Quis nam igitur unquam peccatorum gratia dolore affectus est? Quis ingemuit? Quis pectus percussit? Quis solicitudinē ullam suscepit? Nemo, ut arbitror. Verùm innumeros dies deflent homines, familiarium obitus, pecuniarum damnū. Quòd aūt animam singulis diebus K amittamus, ne cogitamus quidē. Quo igitur pacto deus placari poterit, cū neq; peccatum tuum intelligas? Certè inquis, peccaui. Certè lingua tantū profiteris. Dic, quæso, nunquid & animo ēt cum uerbo? Ingemiscas, ut perpetuò læteris. Etenim si super peccatis nostris doleremus, si plangeremus super erroribus, nihil amplius nos dolore afficeret, hac nanq; ægritudine omnis animi anxietas propulsaretur. Itaque & aliud nostro quoque iudicio lucraremur, quod neq; immergeremur præsentis uitæ calamitatibus, neq; prosperis rebus animus intumesceret: & hoc pacto maiorem in modū nobis deum placaremus, non aliter ac in præsentia operibus nostris iritamus. Dic, quæso, si quem haberes seruū, qui cùm multa à conseruis suis mala pateretur, nihil tamen aliud curaret, q̄ ne dominū ad irā prouocaret, nunquid uel hac una re satis posset iram tuā mitigare? Quid aūt si ex his, quæ in te cōmitteret, nihil solicitaretur, sed caueret ne conseruos offenderet: nónne maiori supplicio eum afficeres? Hoc pacto deus facit, quando quidē eius iram cōtemnimus, uehemen L tius irascitur: quando uero eius curam habemus, remissius, uel potius non amplius irascitur. Vult enim ut à nobis ipsis peccatorū supplicū exigamus, nec amplius ipse id exigit: idcirco minatur ultionem, ut metu contemptū tollat. Cū uerò solis minis formidamus, non ulterius in supplicū progreditur. Vide igitur quid ad Hieremiā loquatur, Patres eorū accē- Hier.7.d dunt ignem, filij colligunt ligna, mulieres eorū conspergunt adipem. Vereor ne de nobis hoc dictū sit. Non uides quid hi faciunt? Nemo Christi doctrinā inquirit, sed uniuersi proprijs rebus incumbunt. Filij eorum in luxurias, patres eorū in auaritiam, in rapinam præcipites feruntur. Vxores circa huius seculi cogitationes, nō solū uiros abducunt, sed iritant. In foro, quæso, consistas, percontare prætereuntes, ne minem uidebis ad spiritualē prædicationē, sed oēs ad carnalia festinantes. Quoad igitur sobrij erimus, quousq; in profundū somnum deferemur? Nūquid satiati sumus in sceleribus? At qui & nemine loquente, satis ipsa rerū experiētia docere nos potest, quanta sit præsentium rerū uilitas, quanta miseria. Ho- M mines igitur qui externæ uacarūt philosophiæ, neq; quicquā futurarū rerum intellexerunt, cū præsentiū uilitatem reprehenderent, hac solū causa his se amouerunt. Quod cū ita sit, quā tu ueniam assequeris, cū humi prostratus iaceas, neq; despicias hæc quæ parua sunt, & breui dilabuntur, eorū gratia quę maxima sunt, & perennia, cū deum hæc tibi ostendentem atq; reuelantē audias, & tanta tibi ipse pollicea tur? Quòd aūt hæc non sufficientia sint quæ possideamus, indicio fuerūt, qui sine maiorū promissionibus ab his abstinuerunt. Quarum.n. diuitiarū expectatione paupertatē expetiuerunt? Nullarum, sed quoniam certò cognouerant hmōi paupertatē diuitijs meliorem esse. Cuius uitæ spe delicijs contemptis asperrimæ uitæ se deuouerūt? Nullius, sed ipsam rerū naturā secuti, intellexerunt id & ad animæ philosophiam & bonā corporis ualetudinē accommodatius. Hæc itaq; & nos reputantes, & futura bona frequenter animo uersantes, præsentia abijciamus, ut consequamur futura: gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cū quo patri simul, & spiritui sancto gloria, in secula seculorum, Amen.

A

Homilia nona.

I quis aūt superædificat super fundamentū hoc
ſ aurū, argentū, lapides pretiosos, ligna, fœnū, stipulā, uniuscuiusq; opus manifestū erit. Dies enim declarabit, quia in igne reuelabitur: & uniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus mānserit, q̄d superædificat, mercedē accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentū patietur: ipse aūt saluus erit, sic tamen quasi per ignem.

Nō parua nobis ex hac particula quæstio incumbit uerū admodū necessaria, & eorū è numero, quæ ab omnibus inquiruntur, an finem habeat gehennæ ignis. Quòd.n. non habeat, Christus his uerbis ostē
Esa.66. & Mar. 9.g dit, Ignis ille non extinguetur, & uermis eorum nō morietur. Nec ignoramus, quin his uerbis torpore cōtrahimini. Verū quid faciam? Etenim deus præcepit frequenter hæc instillanda auribus, quippe qui inquit, Præcipe populo huic: & nos in ministerium sermonis ordinati sumus, & necesse est non sponte, sed coactum grauē me esse auditoribus. Vel potius,
Rom.13.b modò uelitis non erimus graues. Si enim, inquit, bonum feceris, noli timere. Itaq; licet uobis non solùm
B sine odio, sed cum uoluptate uerbis nostris aures accomodare. Quoniam igitur gehenna nullo fine comprehenditur, & Christus id demonstrat. Et itē
1.Thes.1. Paulus, ait enim quòd peccatores pœnas supplicij dabunt in interitu æternas. Et rursum, Nolite errare, neq; fornicarij, neq; adulteri, neq; molles regnū
Infr.6.b Heb.12.d dei hæreditabunt. & ad Hebræos, Pacem sequimini cum omnibus, & sanctificationem custodite, sine
Mat.7.d qua nemo uidebit dominum. Et Christus ad eos, qui dixerunt: In nomine tuo uirtutes multas fecim⁹. Discedite, inquit, à me qui operamini iniquitatem,
bIi.25.a non noui uos. Et uirgines exclusæ, non adhuc admissæ sunt, & de his qui uictum ei non dederunt, quòd abibunt in supplicium æternum. Nec mihi dicas, Vbi iustitiæ ratio seruatur, si nō habet finē supplicium? Cū enim deus quicquā operatur, eius sententiæ pareas, neque uelis humanis rationibus, quę ab eo dicuntur perscrutari. Veruntamen qua ratione iniustum dixeris, ut is qui innumera à principio bona sit assecutus, inde flagitijs coinquinetur, & ne
C que minis, neq; beneficio factus sit melior, puniatur? Nā si iustū inuestigaueris, ipso statim principio perdi uos oportuisset, uel potius neque tūc sola iustitię rōne. Etenim etiā humanitate usus esset, si supplicio nos afficisset. Siquidē cū quispiā nihil iniuriā ti iniuriam infert, iure ipso puniendus est. Quando autē & beneficum & eū qui nihil antè acceperit, sed qui sponte sua innumera contulerit beneficia, quiue ut essemus effecerit, qui deus sit, qui animam inspirauerit, qui uolentē in cœlū erigit: post tanta beneficia non tantū lædit, sed singulis diebus malè operando contumelijs afficit: hunc inquam, quanam
Gene.2.c uenia dignum duxeris? Nōne uides quo pacto Adā uno tantum peccato punitus est? Certe, inquit, paradisum ei deus & immensæ beneuolentiæ fructū largitus est. At qui non idē est, ut qui multo fruatur ocio, & qui multis in malis constitutus sit, peccet. Verū graue hoc est, quòd non in paradiso, sed inter innumeras præsentis uitæ calamitates in peccata incidis. quemadmodū siquis ligatus perstet in malitia, neque ipsa miseria fiat cōmentior. Tibi autē paradiso etiam maiora promittuntur. Neque adhuc dedit, ne certaminum tempore distraharis: neque conticuit, ne te laboribus prosterneret: & ille q-

dem uno peccato omnino mortē secū traxit: nos D autē quotidie innumera scelera cōmittimus. Quòd si ille uno duntaxat peccato tantū mali & mortem induxit, quid nam perpeti nos oportet, qui semp in peccatis uersamur, qui pro paradiso cœlū expectamus? Grauis sanè oratio, & q̄ auditoris animū percellat. Hoc ego ex meipso intelligo, cor enim meum conturbatur atq; concutitur. Et quantò magis gehennæ rationem confirmari uideo, tātò magis cōtremisco & timore dissoluor. Verū necessarium est hanc habere orationem, ne in gehennā incidamus. Non accepisti tu paradisum, no ligna, non plantas, sed cœlum, & quæ in cœlis sunt bona. Quòd si qui minus accepit, damnatus est, & nulla eū ratio exemit: longè magis nos qui plura cōmittimus, & ad maiora uocati sumus, grauius puniemur. Considera quanto tpe propter id unū peccatū in morte humanum genus permanet. Quinq; milia annorum & amplius prēterierunt, neque mors adhuc soluta est: neq; dicere possumus, Adam prophetas audisse, neque alios quòd peccatorū suorū pœnas dederint, conspicatum esse, unde meritò petterreripotuisset, & ipso exemplo fieri continentior. Primus enim E tunc erat & solus, ueruntamen punitus est, Tu autem nihil horū in tuā adducere potes excusationē, qui post tanta exempla factus es peior, qui tanto spiritu dignus habitus es, neque uno aut altero, sed innumeris peccatis es coinquinatus. Neque enim quòd breui momēto cōmittuntur, idcirco breue fore suppliciū arbitreris. Nónne uides homines uno interdum furto, & uno adulterio minimo temporis spatio commisso, in carcere & catenis totam uitam consumere, fame perpetua, & innumeris mortibus torqueri, & à nemine inde eximuntur, neque dicunt breui se id fecisse, & pœnam parem tempori esse oportere. Verū dixeris: homines id faciūt, deus autem benignus est. Primū igitur homines non crudelitate id agunt, sed humanitate. Et deus quemadmodum benignus est, ita & ulciscitur. Secundum enim misericordiā suam multa reprehensio eius. Cū igitur benignum deum appellaueris, tunc maiorē mihi supplicij adducis occasionē, quòd in talē peccemus. Quare Paulus inquit, Horrendū est incide- F
He.20.f re in manus dei uiuentis. Patiamini, quæso, hāc uerborum uehementiam, fortasse aliqua nobis hinc consolatio uenerit. Quisnam hominum ita punire potest, quemadmodū puniuit deus? Diluuio uniGen.7.b. c uersum hominum genus perdidit, & nō multo pòst tempore cœlitus ignem demisit, & omnia funditus euertit. Quæ nam humana pœna tanta esse potest? Nō uides immortalem fermè hinc pœnā existere? Quatuor milia annorū prēterierunt, & Sodomitarū pœna adhuc uiget. Quemadmodū.n. dei benignitas magna est, sic & supplicū. Etenim si grauia quædam & factu impossibilia præcepisset, fortasse posset quispiam dogmatum afferre difficultatem. Quòd si quā facillima sunt: quid dicere possumus, nihi horū rationem habeamus? Ieiunare non potes, neq; uirginitatem seruare. At qui potes modo uelis: & qui possunt, nos arguunt. Verūtamē nō usus est erga nos deus hac seueritate, neq; præcepit hæc, neque sanxit, sed in auditorū sententia dimisit optionem. Potes in matrimonio continētiā seruare, potes non inebriari. Non potes omnes abiicere pecunias? Atq potes. Quod qui faciūt, abs te quoq; fieri

G posse contendunt. Nō tamē id deus præcipit: sed ne diripias, & ex facultatibus tuis subuenias indigentibus. Quòd si quispiam dicat, ſà muliere duntaxat se cōtinere nō posse. ſseipsum decipit, & à ratione aberrat, & ab his qui sine muliere in cōtinētia uiuunt, arguitur. Quid autē quæso, nō potes nō lędere, nō exerari? Verū id facere graue est, non abstinere: Quam nam igitur habemus excusationē, si tam leuia, tam facilia pcepta nō seruauerimus? Nullam sanè. Quoniam igitur ex prędictis immortale supplicium esse manifestum est, cū uideatur nonnullis Pauli uerbū contrariam habere sententiā, agitè & hoc exponamus, quid Paulus sentiat in mediū afferentes. Siquidem quoque cū dixisset, *Si cuius opus manserit, quòd ſsuperædificat, mercedē accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur.* Addidit, *Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.* Quid igitur ad hoc respondere possumus? Consideremus primùm quòdnam sit fundamentum, & quid sit aurū, qui lapides pretiosi, quid fœnum, quæ stipula. Fūdamentū igitur manifestè ipse significauit Christum esse, cum inquit, H *Fundamētum enim aliud nemo ponere potest, præter id qđ positum est, quod est Christus Iesus.* Aedificatio aūt operationes mihi esse uidentur. Atqui nonnulli inquiūt, hoc ipsum de magistris, discipulis & corruptis sectis dictū esse. Verū id ratio non cōsentit. Nā si ita intelligeretur, quo pacto opus peribit, architectus autē saluus erit, & per ignē? authorē nanq; potius perire oportuit. Nunc autē inuenietur maiorem pœnam dedisse, qui ædificatus est. Nam si magister author factus est malitiæ, maius merebatur suppliciū: quo igitur saluus erit? Sin autem non est ipse causa, sed peruersis suis moribus eiusmodi discipuli euaserūt, nullas omnino dare pœnas promereretur. Sed neq; damno afficiendus esset, q bene ædificauerit. Quanam igitur ratione inquit, detrimentum patietur? Quamobrem planè constat de operationibus id uerbū intelligendum. Cū enim iam inuecturus sit in adulterium, altius iacit principia. Nouit enim cū de altero disputet, in ipsa disputatione alterum, de quo uerba facturus est, confirmare. Etenim cū increparet ſoptimates, quòd non perstiterunt, ſmysteriorum rationem confirmauit. Quòd autem nunc in fornicatorem properat, de fundamento locutus, subdidit: *Nescitis quia templū dei estis, et spiritus dei habitat in uobis? Siquis autem templum dei uiolauerit, disperdet illum deus.* Hæc autē locutus est, ut fornicariam animam metu percelleret. *Siquis superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam.* Post fidē enim ædificatione opus est. Quare alio in loco ait, Aedificate inuicem in his sermonibus. Etenim faber & discipulus simul ædificationi conferunt. Idcirco inquit, *Vnusquisq; aūt uideat, quomodo superædificet.* Quòd si de fide hęc dicta essent, nulla possent ratione ſconfirmari. ſIn fide enim pares omnes esse oportet, quoniam una est fides: in uitæ autem uirtute nō oēs eosdem esse requiritur. Siquidem fides altera non est altera maior, sed eadem in oibus qui uerè credunt. In uita autem hos quidem magis studiosos, illos pigriores, diligentiores alios, alios non itidem uidere licet. & hos rursum magis, illos minus proficere, alios grauius, alios leuius peccare conspicamur. Propterea inquit, *Aurum, argenum, lapides pretiosos, ligna, fœnū, stipulam, uniuscuiusque opus manifestum erit.* Operatio nes hoc in loco significat. *Si cuius opus manserit quod* K *ſsuperædificat, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur.* Atqui si de discipulis & præcepto ribus hoc dictum esset, non oportuisset detrimentum pati. Quid enim si non audierunt discipuli: idcirco inquit, unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, non secundum finē, sed secundum laborē. Quid enim si nō attenderunt auditores? Quare & hinc planè constat de operationibus dictū esse, cuius hæc est sententia: Siquis malè uiuit cum fide recta, auxilū ei fides non præstabit, ut non puniatur opere perdito. Quòd autem inquit, arserit: hoc est, non feret ignis impetū. Sed quemadmodū siquis aureis armis igneum fluuium traiecerit, splēdidius egreditur. Si autem fœno onustus, non modò nihil lucratur, sed & seipsum perdit. Itidem in operibus usu uenit: non.n.tanquam personarum substantia ardeat, hoc dicit, sed formidinē magis augere uult, & ostendere eū, qui in malitia uiuit omni carere securitate. Idcirco inquit, *Detrimētum patietur.* Ecce unum supplicū, *Ipse autem saluus* L *erit, sic tamen quasi per ignem,* Ecce alterum. Hoc autem significat, quòd ipse nō ita peribit quemadmū opera in nihilum rediens, sed manebit in igne. Salutem igitur rem appellat, inquit, nō simpliciter. Propterea addidit: Quasi per ignem. Etenim nobis consuetudo dicendi est, In igne salua esse, quæ nō comburuntur, neque in cinerē cōuertuntur. Noli igitur cū ignem audis, in nihilum redire ardentes arbitrari. Quòd si salutem tale supplicium appellat, noli admirari. Solet enim in malè significantibus rebus bonis uti nominibus, & in bene malis. Vt exēpli gratia, captiuitatis nomen, malæ significationis nomē uidetur. Sed in bona eo Paulus his uerbis utitur, In ca- 2.Co.10.b
ptiuitatē redigētes oēm intellectū in obsequiū Christi. Contrà, in re mala prędaro utitur uerbo, Regna Rom.5.d
uit peccatū. Atqui regni nomē laudabilius est. Itidē hoc in loco cū inquit, Saluus erit: nihil aliud quàm supplicij incrementum significat: quasi dicat, ipse petuo in supplicio permanebit. Deinde prosequitur, *Nescitis quia templum dei estis?* Cū de seditiosis in ecclesia superius disputauerit, iam fornicatorem aggreditur nōdum autem manifestè. Indefinitè enim M
corruptam eius uitā significans, & peccatū à iam dato ei munere ſtollit, & ſalios ab ipsis iam rebus confutat. Aut enim à futuris rebus, aut à præteritis, aut à tristibus, aut utilibus semper hoc facit. A futuris q dem, *Dies declarabit, quia in igne reuelabitur.* A præteritis, *Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Siquis autem tēplū dei uiolauerit, disperdet illum deus.* Vides quo pacto inuehitur? Sed hactenus ut incertā tangat personam, non adeò molestia afficit, cū reprehēsionis metus in omnes distribuatur. *Disperdet illum deus.* Hoc est, cōsumet. non autē hoc imprecantis est, sed prophetantis. *Templum enim dei sanctum est:* ergo fornicator prophanus. Deinde ne in illum inuehi arbitreris, cū tēplū dei sanctū dixisset, subdidit: *Quod estis uos. Nemo se seducat.* Et hoc ad illum, ac si aliquid se esse existimaret, & in sapientia gloriaretur. Et ne uideatur superuacaneè iā diu aduersum illū se inuectū, ī certamē trahit, & iā ei metū incutiēs, rursum ad commune crimen suū uertit sermonē, inquiēs: *Siquis uidetur inter uos sapiēs esse in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiēs.* Facit aūt hoc iā admodū licēter, utputa q satis eos exuperauit. Quāuis enim

ſ*qđ in rebus optimis nō persisterent.*

ſ*superædificauit.*

ſ*cōsistere*

ſ*superædificauit.*

ſ*attollēs. Deinde &*

A enim quispiam locuples sit, quanuis generosus, est tamē inter abiectos abiectissimus, cū à peccato uincitur. Quemadmodū.n. si rex quispiam barbarorū seruus fiat, omniū est miserrimus: sic qui in peccato uiuit. Barbarū nanq; peccatū est. Quod cū animam semel captam, ita ut cōtrà persuaderi nesciat, in suis sordibus demerserit, sub tyrannidē redigit. Nihil.n. tam præter rationē est, q̄ peccatum. Nihil tam stultum, nihil tam fatuum, nihil tam uehemens, omnia euertit, confundit, perdit. Quocunq; inciderit, uisu iniucūdū est, graue, onerosum. Quòd siquis pictor effingeret, non sanè mihi errare uidetur, si in hunc modum id pingeret, fœminā quandā in feræ similitudinē, barbaram, ignem efflantem, horrendam, nigram, quales externi poētæ Scyllas effingunt. Innumeris.n. manibus nostris insidiatur cogitationib⁹, & inopinātes aggreditur, omnia dilacerat more canum clanculū mordentium. Vel potius quid uobis pictura opus est, cū liceat eos qui in peccatis uiuūt, in apertum adducere? Quem igitur uultis priori loco pingamus? Num cupidū & rapacem hominē? Et
B quid nā illorum oculis impudentius? Quid peruicacius? Quid cani similius? Neq; enim tam impudēs canis uisus est, q̄ hic cū undiq; omnia diripit. Quid huius manibus scelestius? Quid huius ore magis temerariū, cū omnia deuorat neq; satiatur? Noli faciem & oculos cōsiderare, quòd hominis sint. Non enim ſut ſhumani oculi aspiciunt. nō ſaspiciunt ſhomines ſ*ita.* ſ*aspicit.*
ut homines, non cœlum ut cœlum. Non conuertitur ad dominū, sed omnia pecunias esse arbitratur. Hominum oculi egenos intueri solent, cū inopia laborant, & de his ingemiscere. Raptores aūt conspectis pauperibus magis sæuiunt. Hominum oculi nō tanq̄ sua aliena conspicātur, sed sua tanq̄ aliena: neq; quæ alienis dantur, desiderant, sed sua in alienos effundunt. Hi non desistunt nisi omnium auferant facultates, quippe qui non humanos, sed ferinos habēt oculos. Hominum oculi nudū suum corpus uidere non patiuntur: suum nanq; est, licet sēdm personam sit alterius. Hi aūt nisi omnia populentur, omnia domum conferant, nunq̄ satiantur. Immo nullo unquam tpe expleri possunt. Quamobrem nō serinas tantū horum manus quispiam dixerit, sed feris
C longè sæuiores, immanioresq;. Vrsi nanq; & lupi cū ad satietatem ederunt, cibo abstinent: hi aūt nunq̄ satiantur. Atqui idcirco nobis manus deus dedit, ut alijs opem ferremus, non ut insidiaremur. Quibus si ita usuri essemus, satius esset eas abscindere, & manibus carere. Tu uerò si pecudem fera lacerat, ægre fers. cùm aūt in proximum tuū id tu facis, nihil malite facere arbitraris. Et qua nam ratione homo es? Nonne uides quòd eum humanū appellamus, qui misericordiæ plenus est & humanitatis: quando uerò quispiam crudeliter aliquid & immaniter operatur, inhumanum eum dicimus? Igitur figuram quidem hominis à misericordia: feræ aūt ab immanitate describimus, dicentes semper: Nunquid homo, fera uel canis, siquidem homines paupertati subueniunt, non eam augēt. Horum ora, ferarū ora sunt, uel potius q̄ ferarum sæuiora: uerba enim proferūt, quæ ſillorum dentibus graue ſdimittunt uenenum, & cædem machinantur. Quòd si quispiam omnia enumerauerit, tunc uerè conspicabitur, quo pacto feras ex hominibus qui se ei dedunt inhumanitas faciat. Siquis autem eiusmodi hominum mentē inue- ſ*quàm illorum dētes grauius.*

ſtigaret, non iam feras duntaxat, sed & dæmones D
appellandos duceret. Quippe qui incredibilis pleni sunt immanitatis, pleni in conseruos odij, neq; in illis cœlestis regni amor est, neq; gehennę metus, nullus hominū pudor, nulla misericordia, nulla humanitas: sed impudentia, temeritas, futurorū omnium contemptus, & quæ de futuro iudicio dicta sunt, fabulas arbitrantur, & minas illas risus ducunt. Talis auari mens. Cū igitur intrinsecus dæmones, extrinsecus feræ, & feris fœuiores sint, ubi nam, quæso, tales cōstituemus? Quòd enim feris peiores sint, inde planè constat, quòd feræ natura tales sunt. Hi autē naturalem mansuetudinē habētes, præter naturā in immanitatē se uertere conātur. Verū dæmones qui sibi in tentationibus consentiunt, eos tantū exuperant. Qui uerò iugum detrectāt, in eos nihil insidiarum copia proficit: ſhi uerò ēt obnixè repugnantes eos, quibus calumnias struūt, superare contendūt. Rursum dęmon cū hominibus, non cū eiusdem generis dæmonibus certat: hic aūt consanguineum & familiarem pro uiribus malo afficere conatur, neq; naturę eum pudet. Noui multos horū uerborū gra- E
tia in nos odium concitasse: ego autē nullo in eos odio moueor, sed & misereor & defleo, qui ita afficiuntur. Quòd si me cædere uelint, libenter id pateremur, modò ab eiusmodi imanitate cessarent. Neque enim ego solus, sed & propheta nobiscū hmōi homines ab hominū consanguinitate expellit, cùm inquit: Homo cū in honore esset, nō intellexit, cōparatus est iumētis insipientibus. Fiamus igitur homi- Psa.48.d
nes aliquādo, & in cœlū erigamur, & quā habemus imaginē, ea fruamur, ut futurorum bonorū fiamus participes, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cū quo patri gloria, simul & spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia decima.

Emo se seducat, siquis uidetur inter uos sapiens
n esse in hoc seculo, stultus fiat ut sit sapiēs. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud deum.

Quod iam dixi, cū ante congruū tempus Paulus in fornicatoris accusationē delatus sit, & significanter ipsam breuibus attingens eius pupugerit conscientiā: rursus in exterioris sapientiæ bellū, & eorū qui in F
ea gloriabantur, quiue ecclesiā scinderent, crimina properat, ut qđ reliquum erat adiecto, & principali parte cōfirmata, ddiligētiori iam & uehemētiori impetu in fornicatorem inuehatur. Et prius eminus in eum pugnā cōmisit: cū superius inquit, Nemo se seducat: quod ad illū maximè refertur, & timore delinit. Et cū de stipula locutus est, ipsum quoq; præcipuè significat: atq; etiam cùm inquit, Nescitis, quòd templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Duo enim hac in parte abducere nos à peccatis cōsueuerunt, & cū positā peccatis pœnā intelligimus, & cū nostram reputamus dignitatē. Nam cū fœni & stipulæ meminit, metum incussit: cū ſdignitatis, propriam appellat nobilitatem. Coarguit & ſillo qđem uerbo ignauiores, hoc aūt modestiores ad meliorem frugem allicit. Nemo se seducat: siquis uidetur inter uos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat. Quemadmodū mortuum fieri mundo præcipit, & ipsa mors nullū affert detrimentum, sed utilitatem, cùm uitæ causa sit: sic & stultum fieri iubet in hoc seculo, sapientiam inde nobis ueram afferens. Stultus autem mundo ille est, qui exteriori contempta sa- ſ*propriæ nobilitatis dignitatē profert, pudore afficit. Et*

Gpientia sibi persuadet nihil ei ad fidei susceptionem profuturam. Quemadmodū igitur paupertas secūdum deū diuitiarum causa est, & humilitas altitudinis, & gloriæ contemptus gloriæ, sic & stultum fieri omnibus sapientiorē facit. A rebus.n. q̄ apud cōtraria sunt, plenitudinē accipit. Et qua nam gratia non dixit, abiiciat sapientiam, sed fiat stultus? ut maiorē in modū exteriorem contemnat eruditionē, neque enim ⌜æquum⌝ erat dicere, abiicias tuam sapiētiam, & fias stultus: præterea nos docet nō esse nobis erubescendum, si ⌜rudes fuerimus. Valde nanq; exteriores⌝ deridet, quamobrem nomina non formidauit, quoniam rerū uirtuti cōfidit. Quemadmodū igitur crux, etsi opprobrio esse uisa sit, innumerorū tamen bonorum causam præbuit, & inenarrabilis gloriæ materiam & principium: sic quę uidebatur stultitia esse, sapientię nobis causa fuit. Siquidē ut ille qui male aliquid docetur, nisi totū abiiciat & præparet animum, & purū reddat, ut in posterū inscribi possit, nihil profectò sanū didicerit: Sic in exteriori sapientia, nisi omnia abiicias, nisi mētem tuam purges, &

H æquo iure cū idiota teipsum fidei præbeas: nihil sanè generosum intelliges. Etenim strabones nisi conniuentibus oculis alijs se credant, sed uitiato oculorum suorū aspectui se commiserint, longè magis q̄ qui nihil penitus uident, aberrant. Et quo nam pacto, inquies, posset hæc abiici sapientia? Si sua homines non utentur sentētia. Deinde cū tantopere eam abiiciendam iusserit, etiā causam affert, inquiens, *Sapientia enim huius mundi stultitia est apud deum*. Non enim tantū nihil confert, sed impedimēto est. Oportet igitur ut eam abiiciamus, utputa quæ detrimentum afferat. Vides quanta uehemētia uictoriam retulit, cū ostendat non solū nobis nulli utilitati, sed nocumento esse. Neq; suis ipse copijs sibi sufficit, sed testimoniū item his uerbis affert: *Scriptum est enim,* ⌜*comprehendam*⌝ *sapientes in astutia eorum*. In astutia, ⌜*qui com prehēdit.*
hoc est, suis ipsorum armis eos ⌜conuincam. ⌜Cùm *Iob.5.c*
enim sapientia usi sint, ac si deo minimè indigeant, ⌜*apprehē dit.*
per hanc ipsam eos arguit, quòd maximè deo indigent. Et qua nam ratione? Quoniam per eam stulti facti sunt, meritò per eam cōuincuntur. Quippe qui minimè se deo egere arbitrabātur, in tantam adducti sunt necessitatem, ut piscatoribus & indoctis inferiores apparuerint, & ipsis iam indiguerint. Idcirco, inquit, in astutia eorum comprehendit eos. Illud igitur quod superius, inquit, perdam sapientiam, ac

I ⌜*qui com prehēdit.*
si nullā afferat utilitatem: hoc uerò, ⌜comprehendā sapientes in astutia eorum, ut ostendat dei uirtutē, dictum est: deinde qua ratione comprehēdit, affert
Psal.93.b alio adducto testimonio: *Dominus*, inquit, *nouit cogitationes sapientum, quoniam uanæ sunt*. Verùm cū immensa sapientia hæc de illis iudicet, & tales ostēdat: quam nam aliam summæ eorum stultitiæ quæris demonstrationem? Iudicia nanque hominum sæpe falluntur: dei autē sapientia irreprehensibilis est, & nunquam coargui potest. Cū igitur tam illustre superni iudicij trophæum constituerit, iam aduersus subditos inuehitur, inquit enim, *Itaq; nemo glorietur, in hominibus, omnia enim uestra sunt*. Rursum ad priora reuertitur, ostendens quòd neq; in spiritualibus multum se iactare debeant, quippe qui nihil per se consecuti sint. Cū igitur externa quidem sapientia damnosa sit: spiritualia aūt à uobis non largiantur, unde gloriari potes? Et in externa quidem sapientia nemo se seducat, inquit, quoniam in damnosa re se K
iactat. Hoc autē in loco cùm res utilitatem habeat, nemo glorietur, ait. Et mansuetiori utitur uerbo: *Omnia enim uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue uita, siue mors, siue præsentia, siue futura, omnia uestra sunt: uos autem Christi, Christus autem dei.* Cū asperius eos tetigisset, rursum allicit. & superius quidem dixit: dei enim sumus adiutores, & *Hic sup.h*
alijs pluribus uerbis eos consolatus est. Hoc autē in loco, omnia, inquit, uestra sunt: quo uerbo magistrorū tollit insolentiam, ostenditq; nō modò nullā illis discipulos gratiā, sed illos discipulis debere. Propter hos enim tales facti sunt, sed & gratiam accepe runt: uerū cū futurum esset ut gloriarentur, propterea id primū abscidit: cū inquit, unicuiq; sicut domi *Ibidem.*
nus dedit. Et quòd deus incrementū dedit, ut neq; illi tanq̄ ipsi prædicauerint, intumescerent: neq; cōtra ij audientes omnia uestra sunt, superbia efferrentur. Etenim quāuis propter uos, à deo tamē facta sunt omnia. Tu aūt considera, quo pacto ad finē usque perseuerauerit, subiiciens & nomē suū & Petri. Quid aūt significat, siue mors? Quòd quāuis moriantur, L
propter uos moriuntur, pro salute nostra periclitantes. Vide contrà qua ratione discipulorū tollit insolē tiam, magistrorum autē excitat. Ita enim disputat, tanq̄ cū generosis pueris, qui pædagogos habēt, & ad quos omnis hæreditas peruentura sit. Potest & aliter intelligi, quòd mors Adæ pp nos fuit, ut conti nentiores essemus, ⌜& mors Christi ut seruaremur.⌝ *Vos autem Christi, Christus aūt dei*. Alia ratione nos Christi, alia Christus dei est, alia mūdus noster. Nos enim Christi sumus, ut opus. Christus aūt dei, ut filius dilectissimus. Noster uerò mundus, nō ut opus, sed ut propter nos factus. Itaq; licet unū sit uerbū, differt tamē sīa. Noster nanq; mundus est, tanquā propter nos factus: Christus aūt dei, tanq̄ ipsum au thorem habens, ut à patre sit. Nos uerò Christi sumus, ut ab eo facti. Quòd si illi uestri sunt, inquit, *Ca. IIII.*
quid perperā perpetimini, ut ab his, & nō à Christo & deo cognominemini? *Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum dei.* Cū eo rū contudisset insolentiam, intuere quo rursum pacto eos allicit, dicens: ut ministros Christi. Nō igitur M
prætermisso domino, à seruis & ministris te appelles. Ministros aūt inquit: quoniam non omnibus ea danda sunt, sed indigentibus, & ijs quibus dispensari oportet. *Hic iam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur.* Hoc est, ne res domini sibi uendicet, néue tanq̄ dominus sibi usurpet, sed tanq̄ dispē sator distribuat. Dispensatoris enim est, quæ suæ fidei commissa sunt, ea fideliter dispensare, nō res domini suas facere, sed cōtrà suas domini. Vnusquisq; qui hæc intelligit, qui rationem habet, qui pecunias posidet tanq̄ sibi domini diuitię creditæ sint, & nō suæ, eas apud se non retineat, neq; sibi uendicet, sed datori deo omnia tribuat. Vis dispensatores fideles intueri? Audi quid dicat Petrus: Quid admiramini *Actо. 3. b*
in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra uirtute, aut pietate fecerimus hunc ambulare? Et Cornelio: Et nos, inquit, quemadmodum tu, homines sumus. Et ad Christū: Ecce nos reliquimus omnia, & *Ibi. 10. d*
secuti sumus te. Et Paulus cùm dixisset omnium se *Mat. 19. d*
maximè laborasse, subdidit: Non ego, sed gratia dei, quæ in me est: & alio in loco ad hos sermonem dirigens: Quid autem habes, inquit, quod *Infr. 15. b*
Hic inf. b

A non accepisti? Nihil enim habes tuum, non diuitias, non rationem, non animam ipsam, quippe quę do mini est. Cū igitur necessitas te uocauerit, eam dimitte. Quòd si uiuendi cupiditate iussus dimittere cōtradicis, iā fidelis dispensator nō es. Et quo nam pacto potest quispiā uocanti deo resistere? Hoc & ego loquor, & hac ipsa causa maximè admiror dei benignitatem, quòd quæ potest te inuito à te accipere, ea spōte tua uult, ut ⌜mercedē habeas,⌝ exēpli
Infr. 15. d gratia. Potest animā uelis nolis, abs te auferre, sed spōte tua uult, ut cū Paulo dicas: quotidie morior. Potest gloriā tuā tibi, etsi nolis auferre, & humilem te facere, uel inuitū, sed uolūtariè te fieri uult pauperem, ut tibi coronā præpares. Vides dei benignitatē, uides socordiā nostram? Magnam adeptus es dignitatem, & ecclesiasticum accepisti principatum. Noli superbia efferri. Non tuam gloriam adeptus es, sed ea te deus ornauit. Abstineas igitur tanquam aliena, neque eam usurpes, neque abutaris in his quæ non decent, neq; inferis, neque tui iuris facias, sed pauperem teipsum ducas & ingloriū. Non enim si

B purpuram regiam iussus es seruare, oportet ut abutaris stola, eamq; coinquines: sed multa cum diligētia ei serues, qui tibi commiserit. Dicendi gratiam accepisti noli te iactare, noli superbia efferri, non enim tuum est meritum. Noli circa domini tui diuitias perfidus inueniri, sed conseruis distribue: neq; tanquam in proprijs rebus effereris, neque parce, ut distribuas. Si filios habes, dei habes, si huius esses sententiæ, & in fruendo gratias ageres, & his priuatus
Iob.1. d nullo dolore torquereris. Talis erat Iob cū diceret: Dominus dedit, dominus abstulit. Omnia nanque à Christo habemus, & quòd sumus, ipsum sumus & uitam, spiritū, lucem, aērem, terrā per ipsum habemus. Et siquid horū à nobis abstulerit, peribimus, corrumpemur, habitatores enim sumus, & in colæ. Meum enim & tuum uerba tantum inania sunt, re autē non existunt, licet domū tuam esse dixeris, ina niter loqueris. Siquidē & aër & terra & materia conditoris est, & tu ipse qui eam effingis: Itē & alia omnia. Quòd si usus tuus est, incertus tamen est, non tantùm in morte, sed ante mortem quoque pro-

C pter rerum instabilitatem. Hæc igitur omnia frequē ter apud nos ipsos tractantes philosophemur, & du plici maximè ratione lucrabimur. Etimus enim gra ti, & cum his fruemur, & cū carebimus, neque fluxis, & caducis, & quæ nostræ non sunt, rebus seruie mus. Quanuis pecunias tibi auferat, sua aufert: quāuis honorē & gloriā, quanuis corpus, quāuis ipsam animam, etsi filium tuū non, tuum, sed seruum suū tibi aufert. Non enim tu eū, sed ille fecit. Tu autem minister tantum in productione fuisti, ipse omnia operatus est. Gratias igitur agamus, quòd dignos nos duxit, qui ei ministraremus. Sed quid uolebas? *ſingrati*
Num ea perpetuò habere? Hoc rursum ⌜iniquł⌝ est, & ignari, quòd aliena & nō nostra habemus. Quēadmodum igitur qui spōte sua migrant, sua se non ⌜*mœsti*
habere sciūt: sic qui ⌜frigent, ⌜regias usurpāt diuitias. *sunt.*
Nam si nos nostri non sumus, quo pacto illi nostri? Duplici nanque ratione dei sumus, & creationis, *Psal.39.b*
& fidei. Idcirco inquit Dauid, Substātia mea à te est. *Actо.17.f*
& Paulus, Quòd in eo uiuimus, & mouemur, & su- *Infr.6. d*
mus, & cùm de fide uerba facit, Non estis uestri, inquit, sed empti estis pretio, omnia enim dei. Quamobrem cū nos uocat, & suum repetit, nolimus ini-

D quorum seruorū more rationē perturbare, neque q̄ dei sunt usurpemus. Anima tua non est tua, quo pacto pecuniæ tuæ erunt? Quo pacto in nullam utilitatem, quæ tua non sunt consumis? Nescis quę nos accusatio maneat, quòd his malè usi simus? Cū uerò non sunt nostra, sed domini, in conseruos ea te erogare oportet. Hoc & diuiti illi & his qui domino cibum non dederūt, datū est crimini. Quamobrē noli dicere, quòd rem tuā consumas, & ex tuo in deliciis uiuas. Non sanè de tuo, sed de alienis. Alienum autē appello, quoniam tu ita uis. Nam deus tua esse uult, si in fratres tuos ea erogaueris. Tunc enim aliena tua fiunt, si in alios consumpseris. Verum si in teipsum affatim prodegeris, quæ tua sunt, fient aliena. Siquidem cū crudeliter his usus sis, cū tua esse & iure ipso in tuum duntaxat usum oia consumē da dicas, aliena ipsa appello. Cōmunia enim sunt & tibi & conseruo: quemadmodū sol, & aër, & terra, & alia omnia: & ut corporis ministerium, & totius corporis est, & singulorū membrorū, & cùm unius tantum est membri, etiam propriam operationem amittit. Itidem in pecunijs usu uenit. Et ut manife- E
stius, quod dico, ostendam: cibus corporis mēbris communiter distributus, si in unū membrum uenerit, ab illo quoq; alienus fit, cū digeri nequeat, neq; præbeat nutrimentū: si autem cum aliis communicauerit, & illius & omnium proprius erit: Sic in pecuniis. Si tu solus his frueris, etiam tu eas amittes, non enim earū fructū accipies: si cum alijs possederis, tunc longè magis tuæ erunt, tunc accipies utilitatē. Nōne uides, quod manus ministrat, os mādit, uenter accipit? Nunquid uenter dicit, postq̄ ego accepi, oia mihi seruare debeo? Noli igitur & tu hoc de pecunijs dicere. Accipientis nanq; est, ut in alios conferat. Quemadmodū igitur uentris uitio sit, ut cibi in eo delideant, neq; digerantur in membra, si-
quidem toto corpore corrumpuntur: sic suo ipsorum uitio diuites, quæ habent, sibi seruāt, quod & se & alios perdit. Oculus item totam lucē accipit, nō tamen ob hoc in suum duntaxat usum, sed totū illuminat corpus: neq; enim natura suam lucē in se retinet, quatenus oculus est. Nares præterea odoris sensu mouētur, sed non solæ detinent, uerū ad cerebrū mittunt, & stomachū in odoris partem admittūt, & totū ex se hominē recreant. Soli pedes ambulant, nō tamē seipsos tantū mouēt, sed & uniuersum corpus: Sic & tu quęcūque habes, noli in tuū usum recōdere, quoniā totū corrumpis, & te primū. Neq; solū i mēbris uidere hoc licet, sed in artibus. Etenim si faber nulli tradere uellet artis suæ opera, & se ipsum & reliquas artes euerteret. Itidem coriarius, agricola, pistor, & singuli qui necessarias artes exercent: si noluerint cū aliis artis suæ utilitatē cōmunicare, nō alios tātū, sed & seipsos cū alijs unà perdūt. Et qd ego diuites memoro? Siquidē & pauperes, si qua in uos cupidi & diuites, malitia uterentur, maximè uobis nocerēt, & quamprimū uos in paupertatē redigerēt, uel perderēt potius, ⌜nisi⌝ indigētibus res suas ⌜*si nou.*
tradere uoluissent: ut exēpli gratia agricola quæ manuū suarū labore sibi comparat, nauta quas ex nauigatione merces cōportauit, miles belli cōmoditates. Quamobrem si nihil aliud, hoc saltē uobis pudorē incutiat, & illorū imitemini humanitatē. Non uis cū aliquo tuas cōmunicare diuitias? Igitur neq; à quoquā quicquā accipias. Quod si fieret, omnia

Universidad de Biblioteca

G euerterentur. ⌜Vtique enim locū⌝ & dare & accipere, multorum est bonorum principium, in seminibus, in disciplinis, in artibus. Nā siquis sibi soli artē exercuerit, & se & uitam omnē perdet. Et agricola si semina domi defossa reconderit, famē inferet graiusimā: Sic & diues, si idem in pecunijs faciet, citius quā pauperes interibit, flammā gehēna grauiorem contra caput suū accumulans. Quemadmodū igitur magistri, etsi multos habeant discipulos, unicuique artē tradunt: sic & tu multos tibi beneficio tuo obnoxios reddito, & omnes dicēt, quòd huius pauertatem leuasti, & illū periculis. Et ille periisset, nisi diuina gratia & tua ope fretus esset. Et hūc morbo, illum calumnia liberasti. Peregrinū hospitio accepisti, alium nudum uestisti. Innumeris diuitijs & thesauris hęc uerba meliora sunt, quę lōgè magis, quā uestes quā equi, quā mancipia oēs in se conuertūt, Illa quidem & grauem se uideri faciunt, & tanquam communem inimicū odio haberi. Hæc autē & cōmunem patrē & beneficiū prædicant. Et quod omnium maximum est, dilectio dei quocunq; locorū

H te propter opera tua sequitur. Dicat igitur ille, meā filiam nuptui tradidit, alius filium meū uirum euadere fecit, alius uerò calamitate me, alius periculis liberauit. Hæc autem aureis coronis præstantiora sunt uerba, lōgè satius est hos propriè benignitatis in ciuitate præcones habere, quā innumeros q te prędecedant satellites. Hæ uoces præconum principes prędecedentiū uocibus suauiores sunt & dulciores, cū scilicet & saluator, & beneficus, & patronus, quæ dei nomina sunt, appellaris, non cupidus, non superbus, non ⌜insanabilis,⌝ & pusilli animi. Nolim⁹, quæso, ullā harū appellationū desiderare, sed cōtrā. Nā si in hac uita hæc uerba adeò clarū hoiem reddūt & cōspicuū, cū in cœlo scribētur, & deus ea i uēturū diē prędicet, intelligas uelim, quāta frueris gloria, cū regno cœlorū dignus iudicaberis: qd utinam omnes cōsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cū quo patri gloria simul & sancto benignoq; spiritui in secula seculorum, Amen.

Fin satiabilis.

Homilia undecima.

I m *Ihi aūt pro minimo est, ut à uobis iudicer, aut ab humano die. Sed neq; meipsum iudico. Nihil.n. mihi ipsi cōscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.* Cū cęteris malis nescio qua ratione & curiositatis & ⌜minimę⌝ inuestigationis morbus naturā hominū aggressus est. Qd & Christus his uerbis prohibuit: Nolite iudicare, & nō iudicabimini. Quod uoluptatē quidem nullā habet, quemadmodū reliqua peccata, sed pœnā tantū atque supplicium. Etenim cùm uitiorum ipsi pleni ⌜sint,⌝ & trabes in oculis ⌜ferant,⌝ proximi peccatorū nihil à festuca differentiū diligētes sumus inuestigatores. Quod Corinthi tūc contingebat. Pios nanq; uiros, & deo dilectos proper ⌜stultiam⌝ uituperabant, eiiciebantq;. Qui autem innumeris erant uitijs obnoxij, hos propter facundiā cōprobabant. Præterea tanquam iudices assidentes. huiusmodi temerè ferebant sniam. Ille dignus est, hic illo melior, hoc ille inferior, hic illo præstantior: & peccatorum suorū dolore abiecto aliorum facti sunt iudices: & hac causa graues dissemināt discordias. Paulus igitur hunc morbū tollens, eos prudēter corripit, & uide quo pacto. Cùm enim dixisset: *Hoc iā quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur.* Videtur eis & iudicādi & inquirendi singulorū uitā dedisse materiam, quod seditionis causa erat: ne id paterentur, ab hac eos contentione abducit, dicens: *Mihi autē pro minimo est, ut à uobis iudicer.* rursum in propria locutus persona. Quid aūt significat, mihi autem pro minimo est, ut à uobis iudicer, ⌜aut humano die⌝ indignum, inqt, iu dico ut ego à uobis iudicer. ¶Et quid, à uobis, dico: uerū, & quocunq; alio? Nemo tamē Paulū ut ⌜stultū⌝ reprehendat, quòd neminē dignum dicit, qui de se ferat sententiam, primū enim non propter se hoc dicit, sed alios ab illorum odio uult abducere. Præterea neque Corinthios tantū, sed seipsum quoque hoc priuat iudicio, qđ cognitione sua maius esse attestatur. Subdidit enim: *Sed neq; meipsum iudico.* Ad hæc causam inquiri oportet, cur hęc dicta sint. Nouit Paulus nonnunq; ēt magnificè loqui, hoc autem non est superbiæ neque stultitiæ, sed optimæ dispēsationis. Nā hoc in loco nō superbia elatus, sed alios coercens, ita locutus est. Addo ēt quòd meritū honorem sanctis tribuere festinat. Quòd enim ipse humillimus sit, audi quid dicat, de hoc inimicorū suorum testimonio in mediū adducto, Præsentia autē corporis infirma, & sermo cōtemptibilis: & rursum, Nouissimè aūt omnium tanquā abortiuo uisus est mihi. Veruntamen considerat quo humilis hic, cū tēpus expeteret, discipulorum mentes extulit. Neq; superbiam docet, sed generosam erudit elationem. Eosdem nanq; allocutus, inquit, Et si in uobis iudicatur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis. Quemadmodū.n. à superbia longè abesse Christianū oportet, sic & ab adulatione, & degeneri elatione animi. Neq; enim siqs diceret, nihil se arbitrari esse pecunias, sed præsentia oīa, & umbrā & somnia & puerorū ludos, superbiæ ei ascriberemus. Nā & Salomonem hac ratione superbiæ accusaremus. Qui de his huiusmodi uerbis philosophatur: Vanitas uanitatū, & omnia uanitas. Sed absit, ut superbiæ nomine philosophiā appellemus. Non.n. ⌜stultitia⌝ est hęc contemnere, sed magnanimitas. Atqui & reges, & principes, & potētes ea sibi arrogare uidemus, sed pauper philosophatus sæpenumero cōtemnit, nec propterea superbum, sed magnanimum dicemus: quemadmodū neq; eū, q uehemētius his inuigilat, humilē aut modestū, sed imbecillū, pusilli animi, illiberalē. Etenim siquis filius res patri necessarias contēneret, seruilia uerò curaret, nō ut humilem laudaremus, sed ut degenerē & seruilem reprehenderemus. Verū eū laudib⁹ prosequeremur, si hos cōtemneret, illius aūt diligentē haberet rationē. ⌜Stultitiæ⌝ nanq; est, ut se quispiā conseruis meliorem existimet? quòd autē sententiam fert quemadmodū res iubet, nō superbiæ est, sed philosophię. Idcirco Paulus nō ut se laudet, sed cæteros qui in humiles uiros inuehuntur, cohibeat, & modestiā persuadeat, inquit: *Mihi autē pro minimo sit, ut à uobis iudicer, aut ab humano die.* Intueris quo pacto illorum quoq; curam suscepit? Qui enim audit, quòd omnes communiter despicit? & à nullo se censet iudicādum iam non amplius ægrè feret, ac si solus ipse contemnatur. Nam si ut à uobis iudicer duntaxat dixisset, nimis eos fortasse tanquam contemptos offendisset, sed adiectione illa, aut ab humano die, remediū plagæ attulit, cùm alios se ostenderet contemnere: uerum & hoc rursum curat, cùm inquit: *Sed neque meipsum iudico.* Ecce quomodo non est

⌜nimię

Mat.7.a

⌜simus ⌜feramus

⌜imperitiam

K

⌜arrogantē⌝ sic frequenter cōfudit ⌜stultitiā⌝ et arrogātiam.

L

2.Co.10.d

1.Co.15.a

Ibid. 6.d

Ecclesiastes.1.a

⌜arrogantia

M

⌜arrogantia

A ⌜arrogantię. est ⌜stultitiæ⌝ quod dixit. Neq; enim se sufficere inqt ad huiusmodi inuestigationē. Deinde quū hoc quoque nimium elati animi uerbū uideretur, his uerbis corrigit: *Sed non in hoc iustificatus sum.* Quid igitur, nō oportet ut homines & se & peccatores iudicent? Sanè quidem. Et maiorem profectò in modum quum peccamus. Verùm Paulus nihil peccarat. *Nihil enim, inquit, mihi conscius sum.* Quod nam igitur iudicādū erat peccatum, quum nihil sibi conscius esset? ⌜Non hi se iustificatos esse dicunt, qui innumeris ulceribus cōscientiā cōfectam habent, & qui nullius sibi boni conscij sunt. Sed contrà. Et quid tandem, si nihil sibi conscij sunt, non iudicantur? Quid igitur dicemus?⌝ Quòd accidit hominem in quibusdam peccare, quę peccata esse ignorat: hinc considera, quāta sit futuri iudicij diligentia. Non igitur quasi irreprehensibilē se arbitratus est, sicq; indignum esse, qui ab illis iudicetur inqt, sed eorū os obstruit, qui sine ratione hoc faciunt. Alio tamen in loco neq; in manifestis peccatis eis permittit, ut iudicent, quum tempus id exigat. Quid enim iudicas fratrem tuum, inquit, aut quid cōtemnis fratrē tuum? non enim id tibi præcipitur homo, ut de aliis iudiciū feras, sed rē tuā examines. Quid igitur domini institutum euertis? Illius iudicia sunt, non tua. Idcirco subdidit: *Itaque, nolite ante tempus iudicare, quousq; uenia t dominus, qui illuminabit ab scōdita tenebrarū, & manifestabit consilia cordiū, & tūc laus erit unicuique à deo.* Quid igitur, nonne & magistros hoc facere oportet? Oportet quidē, uerū in manifestis criminibus & cōfessis, & hoc si tēporis commoditas expostulabit. Et hoc ipsum ut doleamus, nō ut inuehamur, quemadmodū illi tunc ob inanē gloriā & ⌜stultitiā⌝ faciebant. Etenim hoc in loco nō de manifestis criminibus locutus est, sed de prælatione & uitæ inuicē comparationibus: hæc ipse solus nouit certa ratione iudicare, qui occulta nostra iudicaturus est, quæ ue maiori & quæ minori supplicio & honore digna sunt. Nos autē secundū faciē iudicamus. Quòd si in quibus ipse peccaui, inquit, nihil certò mihi conscius sum: quo pacto dignus fuero q de aliis ferā sententiā? Qua autē ratione si res meas nō satis exploratas habeo, aliena potero diiudicare?

⌜Hic aūt non ait se iustificatum esse. Nos igitur qui innumeris uulneribus cōscięiā conselā habemus, ac nullius boni nobis sumus cōscij, sed prius contra: quid nā sumus dicturi? Et quid tandē, si nullius sit sibi cō scius, non iustificatus est?

Rom.14.b.

⌜arrogantiam.

C Quòd si Paulo hæc contingebāt, longè magis & nobis. Etenim ita loquebatur, non ut seipsum irreprehēsibilē diceret. Sed si quispiā apud eos inueniretur, qui nihil peccasset, neq; hunc dignū fore qui cætero rum uitam examinaret, ostenderet, quodq; si hunc nihil sibi conscium reū esse inquit, multò magis qui multorū sibi conscij sunt. Sic igitur silentio his impōsito, qui huiusmodi faciūt iudicia, in fornicatorē iā toto impetu ferri desiderat. Et quemadmodū tempestate aduentante nubes quędā caliginosę occurrunt, inde quum tonitruū fragore cœlū una nubes operit, tunc repentè in terram pluuia diffluit: Sic Paulus quum posset multa cū indignatione in fornicatorem ferri, non tamen fecit: sed horrēdis uerbis primùm hominis fastum contundit, quū duplex ⌜inde peccatum oriatur,⌝ fornicatio scilicet, & quod fornicatione grauius est, commissorum indolentia. Non enim ita simpliciter peccator defendus est, ut peccator quem nō pœnitet. Et lugeam multos, inquit, ex his qui antea peccauerunt, & nō egerunt pœnitentiā de immunditia & fornicatione, & impudicitia, quā gesserūt. quippe qui postquā peccauerit, pœnitentiā agit, nō lachrymis, sed laude dignus est: in beatorū

⌜esset peccatum qmod erat.

2.Cor.12.&.

D chorum translatus, profitere tu primus peccata tua ut iustificeris. Qui autē post peccatū in eo impudēs perseuerat, non tam in cadendo miser est, quàm in iacendo post casum. Quod si impœnitentia in peccatis grauis est: certè in peccatis gloriari, qua nā pœna dignū est? Nam si ille, qui in bonis operibus gloriatur, immundus est: quā ueniā consequetur, qui hoc in peccatis faciet? Quum igitur talis sit fornicator, & animo tā temerario, tā intractabili in peccato, necessariò eius contundit insolentiam: neq; simpliciter primùm ponit peccatum, ut non in impudētia perstet, tanquam ante alios accusatus: neq; posterius, ut nō superuacaneā suam putaret accusationē. Sed primū multum ei metum incutit, ex fiducia in cæteros, tūc ad ipsum uenit, in aliorū reprehensione eius deiiciēs ⌜stultitiam. ⌜Hæc enim ipsa uerba, Nihil mihi conscius sum, & qui iudicat me dominus est, qui illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit cōsilia cordiū: nō temerè & illum, & qui illum quidē confirmant, sanctos autē aspernātur, tangunt. Quid enim, inquit, si extrinsecus boni uidentur quidam, & admirabiles? Non enim exteriorū iudex ille duntaxat est,⌝ E sed & abscondita palàm facit. Duabus igitur rationibus, uel tribus potius incertum est nostrum iudiciū. Prima quidē, quòd etsi nihil nobis ipsis cōscij simus, eius tamen indigemus, qui peccata nostra certa ratione corripiat. Altera, qđ multa opera nostra nos latent. Tertia præterea, quòd multa aliorū opera nobis bona uidentur, q̄ non recta fiunt sententia. Quid igitur dicitis, quòd ⌜neq; ab illo peccator, neq; hic illo melior?⌝ ⌜Hoc enim ostendi nō potest neq; de illo, qui nihil sibi cōscius est: sed qui abscondita iudicat, ille certò iudicat. Ecce igitur, Neq; ego aliquid mihi cōscius sum, sed neq; sic iustificatus sum, hoc est, nō sum propterea liber à crimine, quin redditurus sim rationē. Non.n. dicit, quòd iustis adnumeratus sum, sed quòd non sum mundus à peccatis. Etenim alio in loco inquit: Qui autē moritur, iustificatus est peccato, hoc est, liberatus. Multa quoq; facimus bona, nō tamē recta sententia. Et multos laudamus, nō eorū laudis gratia, sed ut alios p illos mordeamus. Et quod facimus bonum est: laudatur.n. ⌜quod⌝ rectè operatur. mens autē corrupta à satanę sit sententia, F siquidē non ut congratuletur fratri, sed ut alium lædat, hoc sæpenumero quispiā facit. Contrà peccauit quis grauiter. Alter ut eum decipiat, nihil cōmisisse ait, & consolatur peccantem ad naturæ communitatem refugiens, neq; quòd illi ignoscere uelit, sed ut piorem faciat. Rursum castigat interdum, nō reprehendēdi gratia, sed ut diffamet & uituperet proximi peccatum. Hæc autē consilia ab hominibus ignotātur. Qui uerò corda hominum perscrutatur, ipse nouit, & omnia profert in medium. Quamobrē inquit: *Qui illuminabit abscōdita tenebrarū, & manifestabit cō silia cordium.* Quum igitur etsi nobis conscij nihil sumus, non possumus tamē à criminibus mundi esse, & in quibus bonum aliquid, non tamen recta sentētia facimus, pœnæ sumus obnoxij, intelligas uelim quantùm homines in iudicando decipiuntur. Hæc enim oīa hominibus quidem impossibilia sunt, soli autē insomni oculo possibilia: & licet homines, illū tamen nunquā decipiemus. Noli igitur dicere, in tenebris sum, parietibus claudor, quis me uidet? Qui enim omnia nostra corda effinxit, ipse omnia nouit. Quoniā tenebræ apud eum nihil obscurius reddūt.

⌜nihil ab illo peccatū est, neque ab illo, & hic illo est melior?

Rom.6.b

⌜qui.

G Rectè autem inquit peccator: Tenebræ circundant
Eccl.23.c. me & parietes: nisi enim in tenebris animus esset, nō
sanè dei timore abiecto, tanta duceretur licētia. Nā
nisi prius rationalis pars caligaret, non tam licenter
peccata in nos impetum facere potuissent. Quāobrem ne dicas, nemo me uidet: est nanq; q ad animā
usq;, & spiritū, articulos, & medullas penetrat. Te au
tē ipsum non uides, neq; potes nebulas expellere: sed
tanquam muro undiq; circundaris, & sic nequis cœ
lū suscipere. Quódnā uis prius peccatū reputemus,
& tale id esse inueniemus. Nā quemadmodum latro
nes, & parietum perfossores, quum quid pretiosum
rapere uolunt, extincto lumine id aggrediuntur: sic
in peccatoribus corrupta ratio. Etenim in nobis ra-
tionis lumē est semper ardens. Quòd si spiritus iniq-
tatis uehemētiori impetu aggressus extinxerit, quā-
primū animam obscurauit, expugnauitq;, & quicqd
in ea conditum est, compilat. Quippe quæ quum à
libidinis cupiditate capta est, sicut nebula & caligine
corporei oculi: sic ab illo mentis prouidentia prœoc
cupata, nihil intueri potest ulterius, non præcipitiū,
nō gehennā, non formidinē, sed insidiis illius obno-
H xia, facilè à peccato expugnatur. Et tanquā paries si-
ne ostio oculis obiectus, non sinit iustitiæ radiū mē
tes nostras illustrare, quum absurdæ cupiditatis co-
gitationes undiq; eas obscurent, & fornicaria ei mu-
lier mētis oculis obiiciatur, & animo insideat, atque
appareat. Et quemadmodum cæci licèt in ipso meri
die, sub dio uersentur, nullam tamen lucē accipiūt,
quum clausos habeant oculos: itidem & hi, quanuis
innumera undiq; dogmata eorū insonent auribus,
animo hoc affectu præoccupato, his oibus ration-
bus obstruunt auditū. Quod q experti sunt, probè
intelligunt. Sed absit, ut experiētia hæc nobis cogni
ta sint. Neq; istud tantū peccatū hoc facit, sed omnis
absurdus amor. Trāsferamus si uidetur, à fornicaria
muliere ad pecunias, & consideremus in his quoque
densas & frequētes tenebras. Illic. n. utputa quū una
sit amata, & in uno loco, non tā uehemens affectus
est: In pecuniis autem quum ubiq; appareāt, in aurifi
cina, in numulariorū mensis, in diuitum domibus,
uehementer earum amor adspirat. Quum enim pue
I ros in foro auratos equos agitantes, homines preti-
osis indutos uestibus quis uideat, qui cupiditatis
morbo tenetur, multis tenebris circūsunditur. Et qd
opus est domos & aurificinas memorare? Ego enim
huiuscemodi hoies arbitror etiam siue scriptas, siue
pictas diuitias uideāt, distrahi, exasperari, furere. Ita-
que undiq; eos tenebrę comprehendunt. Quāuis. n.
regiam intueantur imaginem, non admirantur lapi-
dum pulchritudinē, non aurum, nō purpureum ue-
stitum, sed cōsumuntur. Et quemadmodū uehemēs
ille amator si amicæ suæ effigiem conspicetur, licèt
anima careat, eius tamē amore torquetur: itidē hic
si inanimem uideat pecuniarum imaginē, ea maio-
rem in modum afficitur, utputa uehemētiori correp-
tus morbo, & iam oportet, ut aut domi maneat,
aut egressus in foro innumeris percussus plagis do-
mū repetat. Multa. n. eius oculos torquent. Et ut ille
nihil prēter mulierē aspicit: sic & iste pauperibus qui
dem & cæteris omissis, ne remedium aliquod acci-
piat, ad diuites oculos conuertit, quorum aspectu
multo & uehementi igne animū suū exurit. Ignis nā-
que est, qui miserè in se decidentem cōsumit. Quòd
si neq; gehenna, neq; suppliciū timeretur: ipsa tamē,
quæ semper eius animo insident, supplicium esset, K
perpetua scilicet anxietas, & morbus q nullo unquā
fine cōprehenditur. Et profectò hæc sola satis essent
ad persuadendum, ut hunc morbum effugiamus.
Verū nihil stultitia peius, quę facit, ut rebus anxiis &
nullum lucrum ferentibus inhęreamus. Quamobrē
uos hortor, ut hunc primùm abscindatis morbum.
Quemadmodum enim febris in ipsis principiis non
nimia siti ægrotos torquet, aucta aūt eius flamma,
intolerabili iam siti conficit, & quanuis ad satietatē
uinū quis præbeat, non extinguitur tamen, sed incē
ditur uehementius: sic & in hoc affectu usū uenit. Nā
si à principio nostram aggressum animam non pro-
pulsabimus, non clauserimus ostia, iam aditu patefa
cto, insanabili morbo, qui eum admiserint, conficiū
tur. Siquidem & mala & bona, quā diutius in nobis
immorantur, uehemētiora fiunt, quòd in cęteris re-
bus omnibus euenire quiuis uiderit. Etenim planta
nuper insita facilius euellitur, diuturniore autē mo-
ra, profundius actis radicibus, multò labore opus
est, ut euellatur. Et ædificiū nuper compactū facilè,
tempore autē consolidatū difficilè diruitur. Et fera
quæ diutius alicubi morā traxerit, egrèr capitur. Igi L
tur qui nondū uitiis se sub diderunt, his ego ne capiā
tur suadeo, facilius nanq; casum cauere possumus,
quàm post casum resurgere. Illis autē qui sub pecca-
to cōprehensi sunt, & ceciderunt, si medico, hoc est,
rationi se subiicere uelint, multā salutis spem dei be-
nignitate pollicemur. Nā si eos qui hoc morbo affe-
cti, & consternati tandē se eius uinculis dissoluerūt,
homines scirent, bonam spem ad se eo liberandū
conciperent. Quis igitur in hunc morbum incidit, q
facilè sit in ualetudinē restitutus? Zachæus ille. Quid
enim publicano pecuniarum cupidius esse posit? Ve
rùm repentè factus est philosophus, & omnem cupi
ditatis ignem extinxit. Itidem & Matthęus. Siquidem
& hic publicanus erat, & in rapinis semp uixerat, sed
& hic quamprimū eum exuit morbum, & sitim ex-
tinxit, & ad spiritualia opera cōuersus est. Hos igitur
& huiusmodi alios considerans, noli desperare. Nā
si uolueris, poteris mox emergere. Et si uis, secundū
medicorum legem, quæ tibi facienda sunt, diligēter
ostendemus. Oportet igitur primū ne diffidamus, M
néue nostram desperemus salutē, deinde nō modò
rectè operantium exempla, sed eorum etiam qui in
talibus perstiterunt affectibus, inspiciamus. Quēad-
modū. n. Zachæum & Matthæū, sic & Iudam consi
derare oportet, & Giezi, & Achar, & Achab, & Ana-
niam, & Sapphiram: ut per illos quidē desperationē
abiiciamus, per hos autem abscindamus desidiā, né
ue supina fiat aīa nostra ad admonitiones, & nosip
sos erudiamus, ut idem quod ad Petrum Iudæi acce
dentes. dicamus. Quid oportet facere ut salui simus: Actor.2.f.
& audiāt, quæ facere oporteat. Quid igitur? Intellige
re rerum miseriam, & quomodo fugitiuus seruus &
perfidus diuitiæ sunt, & innumeris implicant malis
quos assequuntur, & huiusmodi frequēter uerba de
cantemus. Et ut medici ægrotos frigidā petentes cō
solantur, & se daturos dicunt, sed fontem causantur
& uas, & tempus & multa huiusmodi: nam si repētè
negarent, eos in insaniā uerterent: Sic & nos erga pe-
cuniarum amatores faciamus: & quum dicunt, diui
tes esse uolumus, nolimus quamprimùm dicere ma
lū esse pecunias, sed assentiamur, dicamusq; quòd &
nos quoq; uolumus, sed in debito tempore, sed di-

A uitias ueras, quæ immortalem habēt uoluptatē, quę tibi & non aliis conferunt, sępenumero autem & inimicis. Et philosophicos sermones in medium adducamus, dicamusq; qđ nō prohibemus dicere, sed malè dicere: Licitū enim est ut diuites fiamus, uerū sine cupiditate, sine rapina, sine ui, ne ab omnib⁹ nobis maledici audiamus, & his eos placem⁹ sermonibus, nondū de gehenna mentione facta. Nōdum enim patitur huiusmodi uerba, q hoc morbo afficitur. Quamobrem à rebus p̄sentibus omnia eius uerba faciam⁹, dicamusq;: Quid uis? à cupiditate dicere, ut cæteris quidem aurum argentumq; cōgeratur: tibi autem execrationes, accusationes innumeras cōpares? Et cui aufertur, necessarij cibi egestate torquea tur, lugeat, & innumeros tibi accusatores cōparet, & nocte aduērante, forum circumeat, & in angiportis oēs adeat destitutus, & neq; noctu sibi confidat? Quo enim pacto uētris morsu agitatus dormiet? Insomnis, fame obsessus, gelu & pluuia sæpe cōfectus. Tu uerò ex balneo lotus mollibus in uestimentis lasciuiens reuerteris, & lætus ad paratam & pretiosam cœnam festinas. Ille autē ubiq; per forum gelu & fa-
B me frequēter incitatus, incuruus obambulat, & por rectis manibus, neq; sibi confidens uix diuitē & delicatum pro necessario uictu rogat, & nōnunquā cō tumeliis affectus discedit. Quum igitur domū reuerteris, quū in lecto procumbis, quū domus claris splēdet luminibus, quū mensa sumptuosē apparata est, tunc miseri illius & infelicis recordare cum canibus uitam agentis in angiportis, tenebris, luto. Atq quū sępe inde discedat, non domū, non uxorem, non lectum petit, sed in fœni cubile more canū tota nocte latrantiū uidemus. Tu uerò si paruam à tecto guttā decidentem uideas, totam euertis domū, seruos aduocas, & omnia moues. Ille autē in pannis, fœno, & luto iacens, frigore absumitur. Quænā fera has non defleret miserias? Quis adeò crudelis, adeò inhumanus, qui his non miteſceret? Verū quidam in tantam uenerunt immanitatem, ut dicant meritò eos id perpeti. Decet enim misereri, lachrymari, & partiri calamitates. Qui autē crudeliter & inhumanè illos accu sant, eos ego libenter interrogarem, qua nā ratione meritò id patiantur, dic quæso? Nam quid? uectū sibi quærunt, ne fame absumantur. Nō inqt. Sed quo-
C niam desides sunt. Tu autē nūquid in desidia, & deliciis uiuis? Quid uerò? Nonne sępenumero omni desidia grauius operaris? Quum rapis, quū uim infers, quū cupidus es, longè melius & tu ita ociosus esses: hæc nanq; desidia, quā cupiditas melior est. Nūc autem & alienæ insultas calamitati, neq; solū desidiosus es, neq; desidia grauius oparis, sed miseros quoque accusas. Narremus autē eis alienas calamitates, orbitates immaturas, hos carcere inclusos, illos iudiciis discerptos, alios uitæ suę timētes, insperatas uxorum mortes, repentinas diuitiarum mutationes, & timore hoc ipsorum mētes demulcebimus. In aliorū autem narrationibus suadebimus eis, ut eadē sibi timeant. Quum. n. audient, quòd huius cupidi & raptoris filius, illius uxor, qui multā uim intulerit, post coniugis sui mortem, innumeras passa est calamitates, his qui iniuria ab illo mortuo affecti sunt, & uxori, & filiis insultantibus, in eius domū communi bello indicto: licèt quis omniū impudētissimus sit, quū eadem pati expectet, & suis timeat, nequādo idē patiātur, modestior erit, neq; dubitamus quin corriga-
D tur. Multarum autē huiusmodi narrationū uita nostra plena est. Verùm hæc non ut admonitores, neq; ut cōsultores dicamus, ne grauius oratio nostra accipiatur: sed ut inter loquendum ex alia in aliam incidamus disputationem, & frequēter eos in huiusmodi trahamus sermonem, neq; aliud in buccam nostram uenire permittamus, quā quo pacto splendida ill⁹ domus & cōspicua corruit, quo pacto ita deserta est, ut in aliorum manus oēs eius uenerint facultates, quot singulis dieb⁹ iudicia pro huius subsātia cōstituta sint, quot perturbationes, quot illi⁹ serui, hi quidem mendicantes, illi autem carcere intrusi obierint. Et hæc omnia tāquam mortuum miserati, & præsentia aspernantes referamus, ut & formidine, & misericordia imanes animos molliamus. Et quū coercitos his sermonibus uiderimus, tunc iā gehennæ meminisse poterimus, nō ut hos terreamus, sed misereamur cæteros, dicamusq;: Quid opus est præsentia memorare? neq; enim hactenus cōsistunt res nostræ, sed grauius supplicium huiscemodi homines torquebit, igneus scilicet fluuius, uermis uenenosus, tenebræ perpetuæ, immortales cruciatus. Quòd si eos uerbis mouerimus, et nosipsos & illos corrigemus, & mox egritudine liberabimus, & in die illa laudatorem nobis cōparabimus deum. Quemadmodū Paulus inquit, *Et tunc laus unicuique erit à deo*. Nam laus quæ aliquando ab hominibus uenit, à recta sentētia sæpenumero non proficiscitur: q autem à deo est, & manet perpetuò, & palā effulget. Quum autem, qui omnia uidet priusquam fiant, qui nullo affectu tāgitur, laudarit quempiam: tunc uirtutis illius probatio nullā habet dubitationē. Quæ quum intelligamus, operemur, ut à deo laudem & maxima bona consequamur, quorū utinam fiamus participes, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cū quo patri gloria, simul & sancto benignoq; spiritui in secula seculorum, Amen.

Homilia duodecima.

Hæc autē fratres trasfiguraui in me & Apollo pp
h uos, ut in nobis discatis, ne suprà quàm scriptum est, sapiatis. Quoad grauibus ei uerbis fuit opus, sub persona latuit. Sed tanquam ipse esset auditor, ita locutus est, ut accusatarum personarum dignitatē accusantibus obiectā, ob crimina irasci non
F sineret: uerū quum dimitti iam oporteret, detecta persona, q̄ sub Pauli & Apollinis appellatione latebant, palam fecit. Idcirco inquit: *Hæc autem fratres transfiguraui in me & Apollo propter uos*. Et quemadmodum in morbo laborantibus, quū ægrotus puer calcitrādo oblatos à medicis cibos recusat, patre uel pædagogo aduocato, acceptos à medico cibos illi dari iubēt ut illorū metu & accipiat & acquiescat: Ita dem Paulus quū pro alijs accusaturus sit, partim ut iniuria affectis, partim ut maiorem in modū honoratis, ipsas quidem non posuit personas, sed in suam & Apollinis appellationem locutus est, ut hos reueriti medicinā acciperent. Qua accepta, iā aperit, quorū gratia hæc locutus sit. Nec simulatio hæc fuit, sed ædificatio. Nā si apertè dixisset, nos sanctos & admirabiles uiros iudicatis, saltem id ægrè tulissent & resiliissent. Nunc uerò quum dixerit: Mihi autem pro minimo est, ut à uobis iudicer. & rursum, Quis igitur est Paulus? Quis uerò Apollo? Tolerabilē suā reddit orationem. Quare prosecutus est: *Hæc transfiguraui in me & Apollo pp uos, ut in nobis discatis, ne suprà* Supr.3.b.

G quàm ſcriptum eſt.ſapiatis. Quibus oſtendit, qđ ſi in illos uerba feciſſet, non accepiſſent quæ accipere eos oportuerat, neq; correctiõe eſſẽt admoniti, quũ eius uerba iniquo animo tulerint. Nunc uerò Paulum reueriti, facilè reprehenſionẽ pertulerunt. Sed quid ſignificat, *Ne ſuprà quã ſcriptũ eſt, ſapiatis*? Scriptum eſt, Quid autem uides feſtucã in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non uides? &, Nolite iudicare, ut non iudicemini. Nam ſi unum ſumus, & deuincti inuicem, contra inuicem inſurgere non oportet. ⌜humilis enim ſe ipſum exaltabit, inquit. &, quicunq; uoluerit inter uos maior fieri, ſit omnium miniſter. hęc ſcripta ſunt, *Ne unus aduerſus alium inſletur pro alio.* Rurſum omiſsis magiſtris, diſcipulos arguit. Illi enim hos ſuperbia efferebant. Prętерea & principes non facilè huiuſmodi orationẽ ſuſcepiſſent, eò quòd exteriorem deſiderabant gloriã: erant enim affectu cæci. Ipſi autem, qui gloria nõ fruebantur, ſed alios laudibus proſequebantur, facilius ferre poterant admonitionem, & melius quã principes morbum pelluſare. Ergo hoc tumoris eſt, ut quiſpiã pro alio ſuperbiat, quãuis in ſuis ipſe rebus eo affectu nõ tãgatur. H Quemadmodũ enim qui in alienis diuitijs intumeſcit, ſtultè facit: ſic qui in alterius gloria. Et rectè quidem inflationem appellauit. Quum enim membrũ aliquod inſurgit, nihil aliud eſt, quã inflatio & morbus. Neq; aliter aliud membrum excederet, niſi inflatione: Sic igitur in corpore eccleſiæ q tumidus & intus eſt, ipſe ægrotus ſit oportet. Inflatur enim ſupra communẽ modum: Sic & in corpore uſu uenit, quũ alienus qs, & malus humor abundat, & cibus, quo nõ ſum⁹ aſſueti. Sic oritur ſuſpbia, quũ alienæ nos cogitationes egrediuntur: & uide quã propriè locutus ſit, *Ne inflletur.* Inflatio enim tumorem habet ſpiritus corrupti humoris plenum: hoc autem dicit, non ut medicinam tollat, ⌜ſed ut malo medeatur.⌜ Vis curare aliquem? Non prohibeo. Sed noli in alterius detrimentum. Non enim ut contra inuicem inſurgamus, magiſtri nobis dati ſunt, ſed ut coniungamur inuicẽ omnes. Siquidem imperator idcirco exercitui pręponitur, ut ſeparatos unũ faciat corpus. Quòd ſi diſſipaturus eſſet exercitum, hoſtis magis, quã imperatoris munus impleret. *Quis enim te diſcernit? Quid autem habes, quod non accepiſti?* Iam omiſsis ſubditis, ad principes conuertitur. Quod autẽ dicit hoc eſt, unde conſtat te dignum eſſe, qui laudaris? Iudicatũ eſt, inquiſitio præceſsit, & probatio, & quæſtio diligẽs? Non tamen id dicere poſſes. Quòd ſi homines iudicant, non rectum eſt eorũ iudiciũ. Sed eſto ſis laudandus, & certè habeas gratiã, & hominum iudiciũ non corrũpatur: ſed neq; ſic oportet ſuperbia efferri, qppe qui nõ ex te habes, ſed à deo accepiſti. Quid igitur tibi ſimulandũ eſt, quod non habes? Sed & tu hoc habes, & alij recum. Igitur quod accipiſti habes, neque hoc tantùm & illud, ſed quicquid habes. Non enim merita tua hęc ſunt, ſed dei gratia. Quãuis fidẽ adducas, à uocatione eã accepiſti: quanuis peccatorum ueniam adducas, quãuis gratias, quãuis doctrinę ſermonem, quanuis uirtutes, omnia inde tibi prouenerunt. Quid igitur habes, quæſo, quod non acceptum habeas? Nũ ipſe per te rectè operatus es? Non ſanè, ſed accepiſti, & idcirco magni te facis? Propterea cohibearis oportet: non enim tuũ id munus eſt, ſed largientis. Nã ſi accepiſti, ab illo accepiſti. Si ab illo, non tuum accepiſti. Si non tuũ, quid inſoleſcis, ac ſi tuum habeas? Quare ſubdidit, *Si autem accepiſti,* K *quid gloriaris quaſi non acceperis?* Confirmata igitur, ut oportuit, ratione ſua, oſtẽdit qđ multis indigent. ait enim, ſi omnia quidẽ accepiſſetis, non tamẽ gloriari uos oportuit: nihil enim ueſtrum eſt. nunc autẽ multis indigetis. Quod in principio ſignificauit, quũ inquit: Nõ potui uobis loqui, quaſi ſpiritualibus, & *Supr.3.d* nõ iudicaui me ſcire aliqd inter uos niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Nunc autẽ reprehenſione utitur, dicens: *Iam ſaturati eſtis: iam diuites facti eſtis.* Hoc eſt, Nulla iã re indigetis, perfecti euaſiſtis, ipſum tenetis apicem. Nullius neceſsitatẽ uos habere arbitramini, nõ apoſtolorum. Iam ſaturati eſtis, & rectè hoc uerbo uſus eſt, à rempore oſtendens, non ueriſi milem, neq; rationabilem eorũ eſſe opinionẽ. Quare eis exprobrans, inquit: Tam citò finem attigiſtis. Quod impoſsibile erat fieri propter tẽporis breuitatem. Perfectiora nanq; in futuro ſeculo manent. Paucis enim ſatiari, ibecillis eſt animę: à paucis uerò putare diteſcere, ſtomachantis eſt & miſeri, ſiquidẽ pietas inſatiabilis eſt. ſed ſanè puerilis eſt ingenij, à principio omnia ſe accepiſſe arbitrari, & nõdum ipſis cõtactis initijs, ac ſi finẽ attigerit ſuperbire. Inde ex ſe- L quentibus uehemẽtius eos arguit. Nam quum dixiſſet: Iam ſaturati eſtis: iam diuites facti eſtis, ſubdidit: *Sine nobis regnatis, & utinã regnetis, ut et nos uobiſcum regnemus.* Multę plenus eſt grauitatis hic ſermo. Quare in ultimo loco poſt multum terrorem poſuit. Sic enim honeſta fit admonitio & tolerabilis, quando poſt accuſationes reprehẽſiua uerba inferũtur. Etenim impudentẽ animũ longè magis hæc, quã manifeſta reprehẽſio perterrere potuiſſent, ⌜& futurũ dolorem, & impudentiam accuſatione corrigere. ⌜Admirabile enim in reprehenſoriis uerbis ⌜pudorem ad ducentibus, hoc maximè eſt, quòd duo habet cõtraria. Nã & magis lædit, quàm manifeſta accuſatio, & reprehẽſum, quãuis grauius lædatur, diſponit tamẽ ut magis perpetiatur. *Sine nobis regnatis.* Multa hìc ſignificantia & ad magiſtros & ad diſcipulos, & eorũ ⌜iuſtitiam⌜ & temeritatem hinc oſtẽdit. Dicit autem in laboribus quidẽ multis omnia & nobis & uobis eſſe cõmunia, in præmiis uerò & coronis uos primi. Sed nõ ægrè ferò, quũ hæc loquor. Idcirco ſubdidit: Et *utinam regnetis*. Quod ne uideretur per deriſionem dicere, etiam ſubdidit: *Vt & nos uobiſcum regnemus.* Etenim inquit, & nos ipſa bona conſequi poſſumus. Vides quo pacto ſimul & grauitatẽ, & curam, & philoſophi mętem oſtendit. Intuere quomodo ſuperbiam tollit, Quamobrem ita proſequitur: *Puto enim qđ deus nos apoſtolos nouiſsimos oſtẽdit, tanquã mortiM deſtinatos.* Multam rurſum, & ſignificantiam. & grauitatem oſtendit, quum dicit, nos. Sed neq; hoc ſatis fuit. Nã & dignitatem addidit, ualde eos ſignificans: Nos, inquit, *à poſtolos*: hoc eſt, qui innumera paſsi ſumus mala, qui pietatis præconium diſſeminauimus, qui uos hanc eruditiumus philoſophiam. Quare hoc quoq; ſignificans, adiecit: *Nouiſsimos oſtendit tanquã mortiC deſtinatos*: hoc eſt, tanquã reos. Nam quum dixiſſet, ut & nos uobiſcũ regnemus, & remiſiſſet orationis ſuæ uehementiã, ne eos abſolueret, eandẽ rurſum maiori indignatione repetit. *Puto autẽ qđ deus nos apoſtolos nouiſsimos oſtẽdit, tanquã morti deſtinatos.* Vt enim uideo, inquit, & ut ueſtra eſt oratio, omniũ nos deſpectiſsimi ſumus, omnes nos damnãt. Nã ad calamitates perpetiendas ſemper obiiciuntur. Vos autem iam

A tem iam regna, & honores, & prędmia mente cõcipitis. Quum autem uellet in maiorem abſurditatẽ ſermonem abducere, & maximè incredibilem oſtendere, nõ ſimpliciciter dixit, Nos ſumus nouiſsimi: ſed, deus nos nouiſsimos fecit. neq; ſatis fuit nouiſsimos dicere, ſed ſubdidit, tanquam morti deſtinatos: ut & ſtultiſsimus quoq; q̃ abſurdũ ſit, intelligeret, quodq; dolentis uerba erãt, atq; eos maximè increpantis. Et intuere Pauli prudentiã. Iiſdem de rebus, quibus ſeipſum quum tempus fuerat, extulit, & clarum & magnum fecit: eos in pręſentia coarguit, & reũ ſe appellat. Tanti eſt debito tẽpore omnia facere: Morti. n. deſtinatos, hoc loco reos, & innumeris mortibus dignos appellat. *Quoniam ſpectaculũ facti ſumus mũ do, et angelis, et hominibus.* Quid ſignificat, ſpectaculũ facti ſumus mundo? Non in angulo quodã, nõ in parua orbis terrarum parte hęc patimur inqt, ſed ubiq; locorum & in omnibus. Quid autẽ ſignificat, & angelis? Quòd ſcilicet licet quidẽ hominibus ſpectaculum eſſe, nõ angelis, quãdo uilia ſunt opera. Noſtra autem certamina talia ſunt, ut etiam angelorum digna ſint aſpectu. Intuere à quibus ſeipſum extenuat, B & quo rurſum magnificum ſe oſtendit: in his autẽ, quibus illi efferebantur, quo pacto uiles demõſtrat. Quum enim ſtultos eſſe quàm ſapientes uideri, & infirmos quam fortes & neglectos, quàm glorioſos & claros, ullius eſſe uideretur, & alia quidem illi abii cere curarent, alia autem ipſe acciperet: hæc illis meliora oſtendit. Siquidem propter hæc non hominũ tantùm, ſed & ipſam angelorũ multitudinẽ, ad ſuũ conuertit ſpectaculum. Nõ enim aduerſus homines dũtaxat nobis certamẽ eſt, ſed aduerſus ⌜corporeas uirtutes. Propterea & magnum ſpectaculum conſtitutum eſt. *Nos ſtulti propter Chriſtum, uos autẽ prudentes in Chriſto*. Rurſum & hoc uerecundè dictum eſt, oſtendẽs impoſsibile hæc accidere cõtraria. Etenim ⌜in eiſdẽ. non eſt⌜ in ipſis, ⌜quę tantùm inter ſe differunt, ut cõueniant. Quomodo igitur eſt, inquit, ut uos prudentes ſitis, nos ſtulti in diuinis rebus? Quoniã ipſi quidem uapularunt deſpecti, & ignominia affecti ſunt: illi autẽ honorati, & ſapientes & prudentes à multis habiti ſunt. Propterea hæc ait, ſignificans quomodo eſſe poſsit, ut qui huiuſmodi prædicant, in contrariis eſſe exiſtimẽtur. *Nos infirmi, uos autem fortes*. hoc eſt, C Nos exagitamur, perſecutiones patimur. Vos autẽ fiducia fruimini & ſalute multa. Sed nõ patitur euãgelij natura. *Nos ignobiles, uos autem nobiles.* Hoc in loco aduerſus generoſos, & in externis rebus ſupbos uertit ſermonẽ. *Vſque in hanc horam, & eſurimus, ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus, & laboramus operantes manibus noſtris*. Hoc eſt, non ego antiquas res enarro, ſed quę pſens mihi tempus teſtatur. Neq; n. humanarũ rerũ, neq; exterioris nobilitatis ulla nobis ratio eſt, ſed ad ſolũ deũ oculos cõuertimus. Quod nos ubiq; facere neceſſe eſt. Nõ. n. angeli ſoli intuentur, ſed & ante illos certaminũ author. Nolimus igitur aliorũ laudibus indigere. Hoc enim illi iniuria eſt, ſi tanquã nõ ſufficiat ad nos laudandum, eo omiſſo, ad conſeruos feſtinemus. Quẽ admodum. n. qui in paruo theatro certant, magnũ ſibi inquirunt, ac ſi illud non ſatis ſit ad prębendũ de ſe ſpectaculũ: ſic qui in dei conſpectu certãt, inde hominũ ſibi famã quærunt, maiori omiſſo theatro minoris cupiditate, magnum ſibi ſuppliciũ hauriũt. Hoc igitur omnia peruertit, hoc uniuerſum orbẽ ter- D rarum perturbauit, quoniam hominũ reſpectu omnia facimus, & in bonis operibus nulla nobis cura eſt, ut laudatorẽ deum habeamus, ſed laudẽ nobis à cõſeruis noſtris iquirimus. In ſceleribus rurſum, deo cõtempto, homines formidamus. Atqui illi nobiſcũ ante illius tribunal conſtituentur, neq; quicquã nobis profuerint: deus autem, quẽ nunc deſpicimus, ipſe nos iudicabit. Veruntamẽ quum hæc nobis nota ſint, ad homines tamẽ adhuc inhiamus, quod eſt primũ peccatũ. Et hoie pſente, nemo ſcortaretur, ſed licẽt maiorem in ⌜modũ libidine flagraret, affectus tamẽ uiolentia pudore hominum uinceretur. Quũ autem deus uideat, non modò adulterãtur, nõ modò ſcortantur, uerùm & alia longè grauiora & auſi ſunt, & audẽt. Nónne hoc uel ſolũ ſatis eſſet, quòd cœlitus innumeris peteremur fulminibus? Sed quid ego adulterium, quid fornicationem commemoro? Multò nanq; his minora in hominũ cõſpectu facere formidamus, dei autem minimẽ. Hinc omnia orta ſunt mala, quòd ſcilicet in rebus turpibus nõ deũ ſed homines timemus. Propterea quæ uerè bona ſunt, ſed multitudini bona non uidentur, ea fugimus, non in ueſtigata rerũ natura, multitudinis opinionẽ reſpicientes. Itidem rurſum in malis afficimur. Quæ mala E ſunt, uidentur tamẽ multis bona, ipſa cõſuetudine ſectamur. Itaq; utrinq; corruptio eſt. Fortaſſe multis quodammodo obſcurũ uidetur, qđ diximus, igitur neceſſe eſt manifeſtius oſtendere. Omnes quũ ſcortamur (oportet enim à prædictis incipere) homines magis quã deũ timemus. Et hoc pacto noſipſos illis ſubiicimus, & dominos nobis facimus. Multa autẽ huiuſmodi dominis uidẽtur eſſe mala, quæ nõ ſunt, & ea nos ſimiliter fugimus, ut exempli gratia: In paupertate uiuere multi turpe eſſe arbitrantur. Et nos fugimus paupertatẽ, nõ quòd turpis ſit, neq; quòd turpem eſſe nobis perſuadeamus, ſed quòd domini noſtri ita de ea ſentiunt, & illos formidamus. Itẽ & contemptum, & ſpretum, & extra omnem dignitatẽ eſſe, uidetur multis ſimpliciter res pudẽda & uilis. Hoc rurſum fugimus, non noſtra, ſed dominorũ noſtrorum ſententia. Cõtrà autem eodem morbo laboramus. Siquidẽ diteſcere bonum uidetur, & elatio, & gloria, & fama item bona. Hæc nos itidem proſequimur, neq; hac in parte rerum conſideramus naturã, quæ bona eſt, ſed ex dominorum noſtrorũ opinione nobis perſuademus. Dominus. n. noſter populus F eſt, & nimia turba. Dominus crudelis, & tyrãnus grauis. Nã neq; ⌜nobis⌜ pręcepto opus eſt, ut audiatur à ⌜ipſi. nobis: ſed tantũ ſatis eſt, ut itelligamus, quid uelit, & quamprimũ ſine præcepto paremus, tanta in eũ beneuolentia afficimur: & deus quidem quũ ſingulis dieb⁹ nobis minetur, ut nos moneat, nõ auditur. Turba autem ſeditioſa & uilis, neq; præcepto opus habet, ſed ſufficit tantũ oſtẽdere quibus delectatur, & ei mox paremus. Et qua nam ratione hos quiſpiã effugeret dominos? Si maiorem quã hi animi elationem acciperet, ſi rerum naturam intueretur, ſi damnaret multitudinis ſententiam, ſi præ cæteris omnibus, in his quæ uerè turpia ſunt, ſibiipſi perſuaderet: non hoies, ſed inſomnem oculum eſſe formidandũ, & in bonis contrà ab illo præmium quærẽdum. Sic enim neq; in aliis ipſos patiemur. Qui enim in bonis operibus indignos homines iudicat qui ea ſciãt, ſed dei ſententia contentus eſt, is neq; in malis ullam ipſorum rationẽ faciet. Et quo pacto hoc erit, inquis?

Mae.7.a. et Lu.6.f Matt.7.a ⌜qui.n. ſeipſum humiliat exaltabitur. Luc.18.c Ma.20.d

⌜ſed curã, q̃ cum alterius malo ſit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Contemplare qd homo sit, quid deus, & quo omisso cui inhæres, & quamprimũ omnia correxeris. Homo eidem tecum peccato subiectus est, itẽ iudicio, & supplicio. Homo uanitati assimilatur, & non habet rectũ iudicium, & superna indiget correctione. Homo terra & cinis, etsi sępe laudauerit, omnino la^a illa erit, uel ad gratiã, uel ad odiũ: et siquem calũnia tus fuerit, & accusauerit, eadem rursum sentẽtia hoc fiet. Verũ non ita deus, sed irreprehensibilis eius sententia & purum iudiciũ. Et idcirco opus est semper ad eum confugere, non propter hoc solũ, sed quòd & ipse nos fecit, & parcit tibi maximè, & quàm tu te, maiore te amore prosequitur. Quid igitur tam mirabilem habere laudatorem contemnimus? Quid ad hominẽ confugimus, qui frustra & temerè malũ te & sceleſtum appellat, quum non sis? Hac causa ei potius miserere & lachrymare, quòd corruptus est: & cõtemnie eius ⌜gloriã quòd eius mentis oculi cæci facti sunt. Nam & apostoli hæc audierunt, & contępserunt calumniantes. Verum & bonum te & benignũ dicit. Quòd si talis es, noli omnino gloria diffundi. Sin autem non es eiusmodi, magis illum contẽnas, & illusionẽ id arbitrare. Vis multitudinis iudicia cognoscere, quã sint corrupta, inutilia, ridicula, & partim furiosorum & insanorum, partim puerorum lactentium? Audi, altius tibi iudicia repetam, nõ uulgi tantùm, sed eorum qui à principio legumlatorum sapientissimi habiti sunt. Quis enim uideretur multitudini esse sapientior, quã qui dignus existimatus est q ciuitatibus & populis leges imponeret? Verũtamẽ his sapientibus scortari, neq; malũ neq; flagitiosum uidetur. Nemo igitur externorum legũlatorum hoc puniuit, neq; inde iudicium traxit: sed si quispiã hac causa in iudicium aliquem uocaret, ridereẽt multi: & tamen patitur iudex. Aleæ item ludus ab illis nõ punitur, & nemo eorum ab hac aliquo cohibuit supplicio. Ebrietas & uentris indulgentia non modò non uidetur peccatũ, sed uirturis loco apud multos existimatur. Et in militaribus cœnis magnũ in hoc certamen est: & cui maximè constanti animo & robusto corpore opus est, hi maximè ebrietatis seruitio tradũtur, & corpus dissoluũt, & animũ tenebris obducũt. Et nemo legumlatorũ in hoc peccatum animaduertit. Quid hac insania peius est? Eorũ igitur laudẽ, qui hac sententia sunt, hominũ desideras, & te ipsum terræ non suffodis? Quòd si huiusmodi hoies omnes te admirarentur, nonne pudore te abscondi oporteret, ut à tã corruptis hominibus iudicareris? Rursum blasphemiam legũlatores nihil graue existimãt. Nemo igitur q deo maledixerit, in iudicium tractus est, nemo pœnã luit: sed siquis uestẽ furatus est uel crumenã inciderit, iis latus perfoditur, & morte nõnunquã mulctãtur. Qui aũt deo maledicit, apud externos legumlatores nulla in culpa est. Et si seruã quispiam uxore posthabita corruperit, is nihil exterioribus legibus, nihil multitudini peccasse uidebitur. Vis & alia præterea audire, quæ ipsorũ stultitiam ostendãt? Hęc quidem non puniunt, uerũ & alia sanciunt. Quæ nam ea sunt? Spectacula cogunt, & scortorũ illuc choros & pueros cinœdos, qui naturã suã contumelia afficiunt, uniuersum populum superiori in parte constituunt: sic ciuitatẽ allicĩt, sic magnos reges, quos semper admirantur in trophæis, & victoriis coronãt. Atqui quid hoc honore frigidius? Quid uoluptate illa iniucũdius? Ex his operum tuorũ laudatorem inquiris, & cũ saltatoribus, effœminatis mimis, & scortis tali uis frui laude: & quanã ratione nõ sunt hæc ultimæ amentiæ? Dic quæso, libenter enim eos interrogarem, malum ne sit naturæ leges euerterę, & in illicitos inducere concubitus? omnes malum esse respondebunt. Existimabunt igitur hanc puniendam iniquitatem. Quid ergo cinœdos illos inducis, neq; inducis solũ, sed ueneraris innumeris & immensis muneribus: & alibi q hæc audent, punis? Hoc autẽ in loco tanquam communiter bene de republica mereãtur, in eos pecuniam cõsumis, & publico sumptu alis. Sed infames sunt, iquis. Quid igitur eos ertudis? Quid per infames regibus exhibes reuerentiam? Quid ciuitates ſtrangulas? Quid in eos tãtã facis impensam? Si infames sunt, expellẽdi essent. Qua tu gratia infames eos facis, ut laudibus eos, an ut reprehẽsione prosequaris? Certè ut reprehensione. Præterea tanquã reprehẽdendi sint, eos uituperas: tanquã autem honorandi, rursus uisurus curris, admiraris, laudas, plaudis. Et qd dicere oportet in hippodromiis, & ferarum uenationibus uarietates? Quippe q̃ omnis amentiæ plena sunt. Edocent enim frequẽter populum ut immitis sit & crudelis in humanis rebus, & exercent ut homines laceratos, & ſtillãtẽ eorũ sanguinem uideant, ferarum crudelitate in omnes utantur. Et hos omnes morbos sapientes legumlatores à principio induxerunt, & plaudunt ciuitates, & admirantur. Sed si placet iis omissis, quæ proculdubio absurda sunt, sed exterioribus legũlatorib^o absurda non uidentur, ad honesta præcepta ueniamus, & ui debis hæc multorũ opinione corrupta. Siquidẽ nuptiæ res pretiosa & nobis, & externis uidetur. Verũ perfectis nuptiis tot ridicula sequũtur, quot mox audietis. Nonnulli enim consuetudine oppressi & deprauati, errorẽ suum nequeũt dignoscere, sed aliis indigent, qui se doceant. Etenim choreæ, cymbala, tibiæ, uerba & turpes cãtilenæ, ebrietates, bacchanalia, & multa diaboli moles inducitur. Et certè quidẽ scio, qd uidebor ridiculus esse hæc aggressus, & multæ à nonnullis ſtultitiæ arguar, qd in antiquas leges uerba facio. Quod.n. iam dixi, multus cõsuetudinis error est. Veruntamen nõ cessabo hęc dicere, fortasse enim, licèt non omnes, pauci tamen nos suscipiẽt, & nobiscum derideri: ⌜uel ridẽt nos⌜ cum illis risum, lachrymis & multa pœna & supplicio dignũ. Et quanam ratione non sit maximè reprehendendum, uirginẽ semper clausam, & à teneris annis pudorẽ edoctam, repentè coactam omnem effundere uerecundiam, & à principio nuptiarum impudentiam edisceret? Et cũ luxuriosis & impudicis hominibus, & scortis effœminatis consuetudinẽ cõciliare? Quod enim sponsæ malum in die illa non inseritur, impudentia, temeritas, inuerecũdia, ⌜inanis gloria, cupiditas?⌜ Et enim singulos dies tales habere uellẽt. Inde magnificę mulieres fiunt & sumptuosæ, inde impudẽtes, inde eis innumera proueniũt mala. Et noli mihi adducere cõsuetudinẽ. Nã si malũ est, ne semel qdẽ faciendũ: si bonũ, semp faciendũ est. Dic mihi, quæso, nũquid scortari malũ est? Nunquid igitur concedemus saltem semel fieri? minimè. Quamobrem? Quoniam licèt semel tãtum fiat, malum nihilominus est. Itaq; sic exornãda sponsa est, ut si malum est, ne semel qdem fiat: sin autem nõ malum, semper fiat. Quid igitur, inquis, accusas nuptias? dic quæso. Absit. Nõ ita insanio, sed quæ turpiter nuptias sequuntur, cõfica-

Ecc.17.d

⌜Pro gnę. i. gloriam uel opinionem, sine sententiã.

I

K

L

M ⌜præsertim quã decere non.

⌜inanis gloria cupiditas.

A tiones scilicet, & uultus pigmenta, & tantã ornatus curã. Etenim multos ab illo die amatores accepit, antequam coniugem. Verũ multi mulieris pulchritudinem admirantur. Et quidnam hoc? Nã si pudica sit, uix malam effugiet suspicionem: sin minus, incontinentiæ occasione illa die accepta fortasse capietur. Verũ quum tot mala hinc oriantur, nisi ea fiant, contumeliam appellant, q pecudibus nihilo meliores sunt: & sibi ignominiosum ducunt, nisi à multis uxor conspiciatur, nisi cõmune omnibus spectaculum proponatur. Atqui quę fiunt, risum & turpitudinem existimari oporteret. Nã & nunc noui, qd multam nostram reprehendent amẽtiam, sed risum perferam, modò qd lucri fiat: etenim ridiculus essem, si multitudinis gloriam contemnendã esse admonẽs, ipse ante alios affectu superarer. Vide quæ hinc iam oriantur, non die tantũ, sed noctu ebrij, & ebrietate attoniti, & deliciis fracti, in uirginei aspectus pulchritudinem oculos ⌜dirigere festinant: & neq; in domo duntaxat, sed per forum publicè eam ostẽdũt: & in

B obscura nocte cum funalibus ipsam ducũt, ut omnibus ostendatur. Quibus rebus nihil aliud faciũt, quã quòd admonent omnem iam pudorẽ exuendũ. Neque hactenus cõtenti, turpissimis sermonibus ipsam ducunt. Et hæc multitudini lex est, fugitiui, uerberones, innumeri & perditi homines, licenter iã omnia quæcunq; uolunt & i illam, & in illius coniugem loquuntur. Nihil sanè honesti, oĩa turpia, omnia ignominiæ plena. Pulchram quidẽ habebit continentiæ doctrinam spõsa, quũ talia & uidet & audit. Etenim certamen quoddam illic diabolicũ est eorũ, qui hęc loquũtur, uti obscœnorum & turpium uerborũ cõtẽtione excellant, quibus ruborem prẽsentibus incutiunt. Et illi superiores habẽtur, qui plura opprobria, & turpia uerba effundunt. Equidem scio me grauẽ esse & molestum, tanquã uoluptatem quandam uitæ ⌜obsequendam. ⌜Sed propterea desleo, quod q̃ in iucunda sunt, ea uoluptas quędã putãtur. Et quo nã pacto non iniucundũ est, quæso, contumelijs & maledictis affici, & ab omnibus cũ spõsa tua infamem ferri? Et si uel unus ex fori hominibus coniugi maledixerit, omnia perturbas, & acerbam uitã uiuere arbitraris. Omni autẽ præsente ciuitate impudẽter cũ

C cõiuge gaudes & exultas. Et quæ nã hæc insania? Sed cõsuetudo rem facit, inquis. Propter hoc maximè deflendum est, quòd in cõsuetudinem id traxit diabolus. Nã quũ nuptiæ res honesta sit, & quæ genus nostrum continet, & multorũ bonorum causa, quum ægrè id ferret dęmonis iniquitas, uideretq; cõtra fornicationẽ munimenta fieri, alia ratione omnem induxit fornicationem. Multæ igitur in huiusmodi cõsuetudinibus erubuerũt uirgines. Quòd si nõ ubiq;, satis tamen est dęmoni primũ uerbis & obscœnis illis cantibus ⌜informare⌜ sponsam, & sponsum per forum diffamare. Præterea quũ uesperi hęc fiant, ne tenebræ hæc mala abscõdant, plurima funalia afferũtur, ne turpitudinem latere sinant. Quid enim immẽsa turba uult? quid ebrietas? quid fistulæ? Nõne satis cõstat, ne scilicet ij, q in domibus profundo somno tenentur hęc ignorent, sed à fistula excitati, & supernè fenestris incumbentes, testes fiant obscœnitatis illius? Quid nam enarrare posset quispiam ipsas cantilenas, quæ omnis incontinentię plenæ sunt, quę pro teruos amatores, concubitus illegitimos, domorũ euersiones, & innumeras inducunt miserias, in qbus plurima amici & amatoris, amicæ & amatæ appella D tio uersatur. Et qd grauius est, uirgines his ad sunt omnes exuẽtes pudorem in nuptę honorem, uel potius contumeliã, & suam proiicientes saltem, & cum impudicis adolescentibus, impudicis cantilenis, turpibus uerbis, satanæ cõcordia ignominia afficiũtur. Adhuc me, qso, interrogas, unde adulteria, unde fornications, unde nuptiarum corruptiones? Verũ generosi & honesti hæc nõ faciunt, inquis. Quomodo igitur me derides, quum prior me legem ipsam uideas? Nã si bona sunt quæ fiunt, mitte & illas hęc facere. Nunquid si pauperem uitã agant, non sunt uirgines, neq; pudicitię curam habere eas oportet? Nũc uerò saltat uirgo in communi incontinentium iuuenũ spectaculo turpiter, & non uidetur tibi scorto cõtemptibilior. Quòd si dicis, ancillæ hæc faciũt: neq; sic accusatione te absoluã, neq; n. his permitti oportet. Ab his enim omnia oriũtur, quòd familiæ nullam facimus rationem, sed satis est contemptim di- *Gal.3.d.* cere, quòd seruus est & ancilla. Atq; quum singulis *& Col.3.* diebus audiamus, qd in Christo Iesu nemo seruus, E *b.* nemo liber: tu neq; equum neq; mulum contemnis, sed omnia facis, ne utiosi euadãt. Seruos autẽ eiusdem tecũ naturæ despicis: & quid ego seruos cõmemoro, ubi & filios & filias? Sed qd post hæc? Necesse est, ut dolores mox exoriãtur, quũ oẽs corrupti fuerint. Sæpe aũt & maxima damna proueniunt in multitudine & tumultu, magna pecuniarum ui erogata. Post nuptias pterea si quando nascatur filius, hoc itẽ in loco eandẽ uidebimus amentiam, & multa ridicula. Siquidẽ quum nomen filio imponendum sit, omissa sanctorũ appellatione, quemadmodũ maiores faciebant, accensis lucernis, & his nominibus impositis, quæ plurimũ duraũerint, eius nomine filium appellant, hinc eum diuturnius uicturum cõiectati. Deinde quum nõnunquã accidat, ut immatura morte moriantur: accidit enim sępe: multo id diabolus risu prosequitur, quòd tanquã insipientes pueros eos delusit. Quid si quis dixerit, quę circumponuntur ornamenta, & bracteа manibus pepdẽtia, & coccineũ ſtamen, & alia omnis ſtultitię plena? Verũ nihil aliud afferri puero oporteret quã crucis custodiã, quæ in

F præsentia contemnitur, quum uniuersum orbẽ conuerterit, & grauissimam diabolo plagam dederit, & omnẽ eius euerterit potentiam. Subtegmen autem & ſtamen, & alia huiusmodi, q̃ puero alligãtur, pueri incolumitatem seruare creduntur. Dicam & aliud magis ridiculum, sed nemo importunitatẽ nostrã accuset, si hactenus procedit oratio. Qui enim saniẽ purgare uult, prius manus suas maculare nõ recusabit. Quod tandem hoc est ridiculũ? Quod quidem multis nihil mali uidetur. Verũ est infidelitatis principium, & maximę demẽtię: luto mulieres in balneis accepto, & nutrices item & ancillę digito pueri frontem ungentes signant. Quòd siquis eas interrogaret quid sibi lutũ illud uelit, quid cœnum: malũ oculũ auertit, inquiunt, & fascinium, & inuidiam. Papę quã tùm lutum potest, uniuersam diaboli aciem euertit. Non abscondimini? dic quæso. Non cognoscis tãdẽ diaboli retia? Et quo pacto à prima ætate paulatim tẽdit machinas suas diabol^o? Quòd si lutũ hoc facit, quamobrẽ tu quoq; non idẽ in fronte tua facis, quũ uir sis, & in ętate perfecta magis quàm puer inuidos habeas? Quamobrẽ non uniuersum corpus luto illinis? Nam si in fronte tantam habet uim, qua causa

⌜excindã

⌜traducere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnon totũ te luto ungis? Risus hæc, & ſatanæ ignominia, non in deriſum duntaxat, ſed in gehennã conuertens, quos decepit. Et quòd apud Gentiles hæc fiant, nihil mirũ. Verũ quòd apud eos, qui crucẽ adorant, & arcana myſteria communicant, & huiuſmo diphiloſophantur, hæc ignominia præualet: hoc ſanè maximè eſt deplorandũ. Deus te unguẽto honorauit ſpirituali, & tu luto coinquas filiũ. Deus te honorauit, tu te ipſum dehoneſtas. Oporteret ut fronti crucẽ inſcriberes, quæ tibi certiſsimã præberet cautionẽ. Tu autẽ iis omiſsis, in ſatanæ amentiã procidis. Quòd ſi cui hæc parua eſſe uideantur, intelligãt uelim, quã magnorum ea malorum cauſa ſint, & qd ne ipſi Paulo uiſum eſt, ut parua contemnerentur. Quid.n. queſo, minus eſt, quàm quòd homo caput operiat? Sed uide quantopere in hoc contendat, & quã uehemẽter prohibeat, & inter alia, ne uir deturpet caput ſuũ: ⌜qd ſiq operuerit, deturpabit. Qui ueró id luto illinit, qũo non abominabilem facit filiũ? Quomodo eum ſacerdotis manibus adducit? Quo modo cenſes presbyteri manu frontẽ ſignandã, ubi luto inunxiſti? Nolite hęc fratres, ſed à primis annis filios ueſtros ſpiritualibus armis muniatis, & ⌜cruce frontem ſibi ſignandam eruditis, & priuſquã ipſi p ſe facere poſsint, uos id facite. Quid ſiquis cęteras ſatanę obſeruationes memoraret in doloribus & partubus, quas obſtetrices in capitis ſui damnũ molũtur? Quid in morte & ſingulorũ funeribus ululatus, & ſtultos gemitus dicam? Quid in ſepulturis demẽtiã? Quid circa monumenta ſtudiũ intempeſtiuũ, & ridiculũ? Quid plorantiũ mulierũ examen, & dierũ, & ingreſſus, & exitus obſeruantiã: horum tu, queſo, gloriã uenaris? Et quomodo nõ ultimę eſt ſtultitię in tam corrupta hominũ ſententia: & omnia temerè facientium gloriã quęrere: quũ oporteret ad inſomnem ſemper oculum confugere, & ad eius ſententiã aſpicientes, omnia & facere & dicere. Nã & ſi homines nos laudibus proſequerẽtur, nullam tamẽ nobis afferre poterũt utilitatem. Ille autẽ ſi opera noſtra accipiet: & in hac uita claros, & in die uenturo arcanorum bonorum nos participes faciet. Quę utinã omnes conſequamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amẽ.

Infr. 11 b

⌜*quòd ſiquis operuerit, deturpat caput ſuũ: qui luto illinit.* ⌋*manu.*

I

Homilia. XIII.

Os ſtulti propter Chriſtũ, uos autẽ prudẽtes. Nos infirmi, uos autem fortes. Vos nobiles, nos autem ignobiles. Multa in iis uerbis grauitate utitur Paulus. Quod enim omni accuſatione grauius perculerat, hoc in loco cum debita ſibi dignitate pertractat. Et quum dixiſſet, Sine nobis regnatis: &, qd nos deus nouiſsimos oſtendit tanquã morti deſtinatos, ex ſequentibus oſtendit qũo morti deſtinati ſint, cũ dicit: *Nos ſtulti, infirmi, ignobiles, & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus,* ⌜*& colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus,* ⌋*& laboramus, operantes manibus noſtris:* q̃ erant magiſtrorũ, & uerorũ apoſtolorũ ⌜dogmata. ⌜Verũ illi in contrariis ſuperbi erant, in ſapientia, gloria, diuitiis, honoribus. Quum igitur uelit eorũ ſedare inſolentiam, & oſtendere in iis non modò nõ gloriari eos, ſed confundi oportere, primũ quidẽ eos iis uerbis utuperat, Sine nobis regnatis. Ego enim dico, inquit, quòd preſens tẽpus non honoris eſt, nõ glorię, quibus uos fruamini: ſed ut pſecutiones, & cõtumelias, quemadmodum nos perpetiamini. Sin autẽ nõ ſic ſe res habet, ſed remunerationis tẽpus hoc, ut uideo (hoc autem per ironiam dicit) uos quidem diſcipuli, & iam regnatis: nos autem magiſtri & apoſtoli, qui quum ante alios pręmiũ accepturi eſſemus, non modò ueſtrũm nouiſsimi facti ſumus, ſed tanquam morti deſtinati, hoc eſt, rei. Nos omnino in cõtumeliis, periculis, fame, uituimus, ignominia affecti tãquã ſtulti, fugati, & intolerabilia perpeſsi. Hęc autem dicebat, ut eos ex iis monitos faceret, ut apoſtolica exoptarent pręcepta, pericula ſcilicet & contumelias, nõ honores, non gloriã. Nõ enim illa, ſed hęc prędconium exigunt. Verũ non ſic ex directo loquitur, ne grauis uideatur, ſed ſicut ſe decebat, ſic hãc exegetur reprehenſionem. Nam hunc in modum ex directo locutus eſſet: Erratis, & decipimini, & longè ab apoſtolica inſtitutione abeſtis. Apoſtolũ.n. & miniſtrum Chriſti ſtultũ uideri, & afflictũ ingloriũ uiuere oportet, quemadmodũ nos. Vos autẽ cõtrà facitis. Verũ huiuſmodi uerbis magis eos tetigiſſet, ac ſi apoſtolos laudaret, & illos aſperiores reddidiſſet, tanquam deſidiæ & inanis gloriæ, & deliciarũ accuſatos. Propterea in hũc modũ dici nõ cõueniſſet. Alio aũt modo mordacius quidẽ locutus eſt, uerũ tolerabilius. Quare ſic per ironiã loquitur: *Vos autẽ fortes, uos nobiles.* Quòd niſi ironia uſus eſſet, ſic dixiſſet: Fieri non poteſt, ut hic quidẽ ſtultus, ille prudens: hic fortis, ille infirmus exiſtimetur, quũ prædicatio ⌜alterũ exigat. ⌜Si enim alij hoc, alij illud eſſe potuiſſent, fortaſſe uerba ueſtra ratione nõ caruiſſent. Nunc autẽ nõ eſt prudentem uideri, non nobilem, nõ liberatũ eſſe periculis. Quòd ſi eſt, neceſſe eſt ut apud deũ nobis pferamini: nobis, inquã, præceptoribus ueſtris, qui innumeras paſsi ſumus calamitates. Quòd ſi neq; hoc quiſpiam diceret, relinquitur, quòd uos noſtra ſecta mini. Et nequis me putet, inquit, de præteritis tantũ dicere, *Vſque in hanc horam & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus.* Vide qualẽ eſſe oporteat omnẽ Chriſtianorum uitam, non unã uel alteram diem. Et merito, neq; enim ſi athleta una uictoria ⌜coronatus eſt, ⌋in de alio certamine ſuccubuerit, coronabitur. Et *eſurimus,* Contra eos qui in deliciis uiuũt. Et *colaphis cædimur,* Contra inflatos. Et *inſtabiles ſumus,* Cõtra eos, qui deſidẽt. Et *nudi ſumus,* Aduerſum diuites. Et *laboramus,* Hoc aduerſum falſos apoſtolos, qui neq; operantur, neq; pericula patiuntur, ſed fructus accipiũt. Verũ nos non tales, inquit, ſed cum exterioribus periculis, in continuis uerſamur operibus: & qd maius eſt, nemo poſſet dicere, quòd hæc ægrè feramus, aut perſequentes accuſemus. Contrariis enim qui nos calumniãtur, remuneramur. Hoc enim magnũ eſt, nõ malorum perpeſsio, quippe quæ oĩbus communis eſt: ſed quum mala patimur, non ægrè ferrè, nõ indignari: nos autẽ non ſolũ non ægrè ferimus, ſed lætamur. Et hoc ſignũ eſt, quòd qui malo nos afficiunt, ex contrariis eis uicẽ reddimus. Et quòd hoc faciat, audi quæ ſequantur: *Maledicimur, & benedicimus: perſecutionẽ patimur, & ſuſtinemus: blaſphemamur, & obſecramus, tanquã purgamẽta huius mundi facti ſumus.* Hoc eſt, ſtulti pp Chriſtũ. Qui enim malo afficitur, neq; ulciſcitur, neq; dolet, ſtultus apud externos uidetur, ignobilis, infirmus. Et ne grauius ea uerba in Corinthiorũ ciuitate acciperẽtur, ſi horũ eos affectuũ accuſaret, Purgamẽta, inquit, nõ ciuitatis ueſtræ, ſed huius mũdi facti ſumus. Et rurſum: *Omnium peripſema.* Non ueſtrũ tantũ, ſed omnium. Quemadmodũ igitur quum de Xpi in nos charitate diſputat, terra, cælo, &

Hic ſup. b

Ibidem.

⌜*indicia.*

K

⌜*diuersi nõ exigat.*

⌜*potiùs*

M

Alo, & uniuerſa creatura omiſſa crucẽ i medio ponit: Sic cũ ad ſe hoĩes uelit allicere, prætermiſsis ſignis, q̃ propter eos mala acceperit, enarrat. Huiuſcemodi & nobis cõſuetudo eſt, cũ aliqui nos proſequuntur & contẽnunt, quę pro ijs paſsi ſumus, ea feramus in mediũ. *Omnium peripſema uſq; adhuc.* Profundiorem plagam in fine intulit, omnium aũt non perſequentium inquit, ſed eorũ propter quos hæc patiuntur. ac ſi diceret, Gratiã habeo eis plurimã. Indignantis uerbũ, non dolentis, & eius qui illos tangere uelit.

Mat. 5. g *nõ enim perinde contumeliam rege rẽdo, atq; ſilẽtio pẽtereũdo, hoc quiſpiam eſſe cerit.*

Qui.n. multa poſſet accuſare, etiã benignè ſuſcipit. Propterea Chriſtus præcepit, ut æquo animo cõtumelias perpetiamur, ut & ipſi philoſophemur, & illos magis coarguamus. ⌜Qui enim ita lædit, tacitè quodãmodo ſeipſum lædit. ⌜Deinde cũ intolerabilem plagã uideret, q̃ primùm ipſam curauit, dicens: *Non ut confundam uos hæc ſcribo, ſed ut filios meos charißimos moneam.* Nõ ut uos cõfundã, inquit, hoc ſcribo. Quod uerbis facit, id nõ feciſſe teſtatur, uel feciſſe potius, nõ tamen prauo animo, & odioſo. Nam & optima ea medicina eſt, cum quiſpiam loquitur, animi ſui excuſationẽ afferens. Siquidẽ tacere non poterat, ita enim inemendati permanſiſſent. Si dixiſſet aũt, & uulnus qd inflixerat non curaſſet, acerbũ & durũ fuiſſet. Itaq; diligentius qd dixerat, excuſat. Hoc.n. nõ ſolũ non tollit ſectionẽ, ⌜ſed profundius quàm uulnus deſcendere facit, & oẽm cõſolatur dolorem. ⌜Quippe qui audit, quòd nõ exprobrationis, ſed amoris cauſa hæc dicit, tolerantius accipit correctionem. Multa aũt hoc in loco grauitas, & reprehẽſio. Non.n. locutus eſt ut magiſter, neq; ut apoſtolus, neq; tanq̃ diſcipulos habeat, quod eſſet dignitatis: *Sed ut filios meos charißimos moneam.* Et nõ ſimpliciter filios inquit: ſed, chariſsimos. Ignoſcite mihi, in quit, ſi quid grauius dixerim, cũ ex amore proficiſcatur. Ideo non dixit, caſtigem: ſed, moneam. ⌜Et quis non pateretur, cum pater doleat, & quæ opus ſunt, admoneat? Idcirco non prius hoc dixit, ⌜ſed cũ uulnus dediſſet. Quid igitur? Nõ miſerentur nobis alij magiſtri, inquis? Non hoc dico, uerũ non tantopere miſerentur. Hoc aũt non breuiter dixit, per inſtituta enim & nomina hoc oſtendit, cũ pædagogũ, & patrẽ poneret. *Nam ſi decem milia,* inquit, *pædagogorum habeatis in Chriſto, ſed uon multos patres.* Hoc in loco non oſtendit dignitatẽ, ſed immẽſum amorem. Et neq; illos exterruit, cùm in Chriſto, addidit, ſed eos conſolatus eſt: & cũ nõ adulatores, ſed pædagogos diceret, ſtudioſos & laborũ patientes, & ſuam prętea oſtendit in eos charitatem. Idcirco nõ dixit, Sed non multos magiſtros: ſed, patres. Ita neq; dignitatem ponere, neq; docere uoluit, quòd maiorem à ſe utilitatẽ eſſent aſſecuti, ⌜ſed permittit eis multa ⌜circa ſeipſos facere. Talem.n. pędagogus amoris uehementiam ſibi reſeruat. Talẽ item pater. ⌜Et nõ ſolũ dicit, Nemo uos ſic amat. Quod corrigi nõ potuiſſet, ſed rem factã affert in mediũ, Quæ igitur ea eſt? *Nam in Chriſto Ieſu,* inquit, *per euangelium ego uos genui.* In Chriſto Ieſu, non in meipſo hoc cogito. Rurſum eos qui in ſeipſis gloriantur, quòd docti ſint, tãgit. Vos enim, inquit, eſtis ſignaculũ mei apoſtolatus. Et rurſum: Ego plãtaui. Et hoc in loco: *Ego uos genui.* Non dixit, Ego uobis uerbũ annunciaui: ſed, genui. In quo naturali nomine utitur. Siquidẽ unũ conatus eſt, ut ſcilicet ſuum in illos amorẽ oſtenderet. Illi nanq; à me accipiẽtes, adduxerũt uos. Quòd autem fideles ſitis, à me perfectum eſt. Sed cũ filios diſſet, ne adulatorũ uerbũ arbitrareris, rem quoq; addidit: *Rogo uos ergo imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.* Papæ quanta magiſtri fiducia, q̃ certa ſimilitudo, & cũ alios ad hoc hortetur, nõ tamẽ ut ſe laudibus efferat hoc facit, ſed ut facilẽ eſſe uirtutẽ oſtẽdat. Neq; mihi dixeris, nõ poſſum te imitari, tu enim magiſter es, & magnus. Sed nõ eſt tanta, inquit, inter te & me differentia, quanta inter Chriſtũ & me, ueruntamen illũ ego imitatus ſum. Sed cũ ad Ephe ſios ſcribat, non ponit ſe mediũ, ſed ſtatim oẽs illuc adducit. Eſtote imitatores dei, inquiens. Hoc aũt in loco, cũ ad infirmiores ſermo haberetur, ſe interiecit. Pręterea oſtendit, quòd poſſumus ſic Chriſtum imitari. Qui.n. uerũ ſigillum ⌜imitari uult, imitetur ⌜archetypum. Videamus ergo qũo ipſe imitatus eſt Chriſtum. Imitatio iſta nõ eget temporibus, neque arte, ſed ſola uoluntate. In pictoris quidẽ domũ ingreſsi, non poterimus imaginẽ imitari, quanuis frequentius eam inſpiciamus: hũc aũt ſolo auditu imitari uobis licebit. Vultis, tabula in mediũ allata, ſubſcribamus in uobis Pauli uitã? Proponatur igitur tabula lógè clarior, q̃ regum imagines, cuius ſubiectũ non tabulæ glutine cõpactæ, nõ lineum ſuperinductum, ſed dei opus. Anima nanq; & corpus eſt, anima dei opus non hominum, & item corpus. Plaudi tis hic, nõ tamen hic plaudendi tẽpus eſt, ſed in futuro ſeculo & plaudendũ, & æmulandũ. Primũ.n. materia ſubiicitur cõis ad oẽs. Anima nanq; quatenus anima, nihil ab anima differt, ſed uolũtas oſtendit differentiam. Nam quemadmodũ corpus quatenus corpus nullã habet differentiã, ſed ſimile eſt & Pauli corpus, & multitudinis: pericula aũt hoc q̃ illud clarius reddiderunt: ſic & in anima. Subiiciatur igitur nobis tabula, Pauli anima. Hæc tabula iacebat nuper fuliginis & araneorum plena. Nihil enim blaſphemia peius eſt. Verũ cũ ueniret, qui omnia diſponit & intuetur, non pp deſidiã & delicias ſic depictam, ſed pp ignorantiam, & quòd pietatis flores non intelligebat, flagrabat deſiderio, colores non aderant. ⌜Neq; enim ex cognitione illa proueniebat cupiditas, ⌜dedit ei ueritatis florem, hoc eſt gratiã, & cõfeſtim regiam retexit imaginem, Nã cũ colores acciperet, & diſceret quæ ignorabat, nõ expectauit tẽpus, ſed quamprimũ optimus artifex apparuit: & ante omnia regium caput oſtẽdit, cũ Chriſtũ prędicaret. Inde reliquũ ueræ uitæ corpus. Pictores quidẽ domi incluſi quietè, & diligenter oĩa faciunt, nemini oſtiũ aperientes. Paulus aũt in medio terrarũ orbe tabula poſita, oĩbus repugnantibus, perturbantibus, tumultuantibus, regiam hanc perfecit imaginem, neq; prohibitus eſt. Idcirco dicebat: Spectaculum facti ſumus mundo, in medio terrę & maris, & cœli, & uniuerſi mundi, mundi huius ſenſibilis, & itelligibilis imaginẽ pingens. Vultis & reliquas eius partes intueri à capite ad pedes? ⌜ſi placet à pedibus exordiamur. Intuere igitur ſtatuam auream, uel potius ea pretioſiorẽ, & qualem in cœlo eſſe credibile eſt, nõ plumbo cõpactam, neq; ⌜uno in ⌜loco collocatam, ſed ab Hieruſalem uſq; in Illyricum, & in Hiſpaniam currentẽ, & per uniuerſum orbem tanquã alitem delatam. Quid enim ijs pedibus ſpecioſius, qui uniuerſam quæ ſub cœlo poſita eſt terram peragrarunt? Hãc ſpeciem propheta antiquitus prædicæ, cũ inquit: Quàm ſpecioſi pedes euangelizãtium

Infrà. 9. a

Sup. 3. c

⌜*sed profundius etiam deſcendere facit, & oẽm uulneris mitigat dolorem.*

⌜*sed cum eis conceſſiſſet qd multa circa ipſos elaboraſſent, id enim eſt pædagogi: amoris excellentiam ſibi reſeruat. hoc enim eſt patris.*

⌜*Non.n. ſecũdum ſcientiã Zeli habebat.*

Hic ſup. b

Rom. 15. a

Eſa. 52. b.

& Naũ. 1. d. &

Rom. 10. c

pacem. Vis & pectus uidere? age tibi hoc quoq; ostẽ
Exo.32.d dam, & longè pulchrius q̃ pedum ſpeciem intuebe-
tis, & q̃ ipſa ueteris legũlatoris pectora. Moyſes. n.
tabulas lapideas tulit. Hic autem ipſum intus ⌜habe
Exo.25.b bat, Chriſtũ, & ipſam regiã imaginem: & idcirco q̃
26.d.37.a propiciatorium, q̃ Cherubim præſtantior fuit. Non
& Heb. talis enim uox ⌜illinc, prolata eſt, qualis à Paulo: ſed
9.b à Moyſe quidem plurima de ſenſibilibus diſputata
ſunt, à Pauli autẽ lingua, de ſupercœleſtibus rebus:
Et á propiciatorio quidẽ Moyſes ſolis Iudæis locu-
⌜illinc ra tus eſt, Paulus aũt uniuerſo orbi: & illic quidem per
dios emit inanima, hic autẽ per animam uirtute præditã. Hoc
tentem. & cœlo clarius fuit propiciatoriũ, non uarietate ſy-
derum effulgens, neq; radijs ſolaribus, ſed ipſum iu
ſtitiæ Solẽ habens, ⌜& illinc radios mittẽs. ⌜Et hoc
quidẽ cœlũ nebula aliquando diſcurrens obſcurius
reddit: illius uerò pectus nulla unquã inuaſit pertur
batio, uel potius multæ ſæpe perturbationes inuaſe
2.Timo. runt, non tamen lucẽ obumbrarũt, ſed in medijs tẽ
2.b tationibus & periculis hæc lux effulſit. Quamobrẽ
H ipſe catenis deuinctus clamabat: Verbũ dei nõ liga-
tur. Sic ſemper ab illa lingua radios dimittebat, neq;
metus, neq; periculum pectus illud triſte reddidit.
Fortaſſe pectus ſugare pedes uidetur. Verũ & illi tã-
quam pedes boni, & hoc tanq̃ pectus. Vis uentrem
Inſ.8.d pulcherrimũ ſpectare? audi quid de eo loquatur. Si
cibus ſcandalizat fratrẽ meum, non comedã carnẽ
Rom.14. in æternũ. Bonum eſt nõ comedere carnem, neq; ui
d num bibere, neq; in quo frater tuus offendit, uel ſcã
Phil.4.c dalizatur, uel infirmatur. Eſcę uentri, & uenter eſcis.
Quid hoc uentre ſpecioſius, qui ita tranquillitatẽ, &
omnẽ edoctus eſt cõtinentiam, & qui nouit eſurire,
fame torqueri & ſitire? Quemadmodũ igitur equus
aureis habenis acceptis, cõpoſito gradu incedit, ſic
ipſe naturæ neceſſitatẽ exuperauit. Chriſtus. n. eum
inhabitabat, qui cum tanta eſſet continentia, planè
cõſtat omni eũ malitia uacaſſe. Vis & manus, quas
nunc Paulus habet, an prius earum ſuperiorem ma
Actо. 9.a litiam intueri? Ingreſſus hic ĩ domos nuper, & uiros,
& mulieres diſtrahebat, qui neq; uiri, ſed feræ cuiuſ-
dam ſæuiſsimæ manus habebat. Cum aũt ueritatis
ſpeciem, & ſpiritualẽ accepit experientiam, non am-
I plius hominis factæ ſunt manus, ſed ſpiritus. Quæ
cũ ſingulis diebus catenis deuincirentur, neminẽ ta
men unquam uerberarunt, uerberatæ aũt ſunt fre-
Act.ult.a quentius. Reuerita eſt aliquando & uipera has ma-
nus, non. n. amplius hominis manus erãt, propterea
neq; eas tetigit. Vis & tergũ cæteris membris uidere
2.Co.11.f nõ abſimile? audi qd de eo referat: Quinquies qua-
dragenas una minus accepi, à Iudæis ter uirgis cæ-
ſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragiũ feci, no-
cte & die ĩ profundo maris fui. Sed ne nos in immẽ
ſum profundũ incidentes, ſingulis ipſius membris
enarratis, pluribus uerbis utamur, agitè omiſſo cor-
pore, aliam pulchritudinẽ intueamur à ueſtimẽtis,
quæ dæmones quoq; reueriti ſunt, pp quæ diffuge-
Actо.19.b runt, & morbi fugabãtur. Etenim ubicunq; Paulus
apparebat, omnia cedebãt, oia inferiora erant, tanq̃
adeſſet qui mundũ exuperaret. Et quemadmodũ q
in bello multa uulnera accipiunt, etſi uel arma uul-
nerantis uiderint, exterrentur: ſic dæmones illius ſu
dariolum tantũ conſpicati exiliebant. Vbi nũc ſunt
diuites & ſuperbi in diuitijs ſuis? Vbi ſunt q ſuas enu
merant dignitates, & ueſtes pretioſas quibus ſe cõ-
parant? Lutum nanq; & cœnũ ſua omnia intuebun
tur. Et quid ueſtes & aurũ cõmemoro? Siquis mihi K
orbẽ terrarum poſsidendũ daret, ſolũ Pauli unguẽ
omni illo imperio potentius eſſe arbitrarer: oibus
delitijs illius paupertatẽ, omni gloriæ ignominiam,
oibus diuitijs nuditatẽ, omni licentię illius ſancti ca
pitis colaphos, omni diademati lapides in eũ proiec-
tos prætulerim. Hanc deſideremus coronam dile-
ctiſsimi, & quanuis in præſentia perſecutio non ſit,
noſipſos tamẽ præparemus. Neq; enim Paulus per-
ſecutionibus tantũ clarus euaſit. Etenim dicebat:
Caſtigo corpus meũ. Hoc aũt etiam ſine perſecutio Inſr.9.d
ne poteſt fieri. Et ne carnis prouidentia fiat in cupi- Rom.13.d
ditatem, admonuit. Et rurſum: Habentes uictum & 1.Tim.6.
ueſtitũ, ijs contenti ſumus. In ijs ſanè nulla perſecu- b
tionis neceſsitas. Et locupletes compeſcit ijs uerbis:
Qui uolunt diteſcere, in tentationẽ incidũt. Si igitur Ibid.6.b
& nos ipſos ſic exercebimus, in certamẽ ingreſſi co
ronabimur: & licèt perſecutio non ſit, multa tamen
pro ipſis præmia accipiemus. Sin aũt pingui corpo
re luxuriabimur, porcorũ uitam uiuemus, & nullo
conſcientiæ motu peccabimus, & ignominiã fere-
mus. Nõne uides contra quos nobis certamen eſt? L
cõtra incorporeas uirtutes. Quo igitur pacto in car
ne eas uincemus? Nã ſi is, qui cũ hominibus certat,
oportet ut ſobriè comedat, lõgè magis qui contra
dæmones. Cũ aũt carnis farcina & diuitijs deuincti
ſumus, quibus armis hoſtes ſuperabimus? Vinculũ
nãq; diuitiæ ſunt, uinculũ graue ijs q illis uti neſciũt.
Tyrãnus crudelis & inhumanus, ad ſeruorũ peſtem
omnia præcipiens. Verũ ſi uellemus, acerbã earũ ty
rannidẽ à throno deiiceremus, faceremusq; ut no-
bis parerent diuitiæ, nõ imperarent. Quo nã igitur
pacto hoc fieri? ſi in oẽs diuitias erogabimus. Quo-
uſq; enim ſolæ cũ ſolis erunt, tanq̃ latro quidã in ſoli
tudine omnia mala operabũtur. Quãdo aũt in me-
dium eas adduxerimus, nõ amplius nos ſuperabũt,
quoniam unuſquiſq; eas undiq; uinciet. Hoc ego di
co, nõ quòd crimini dandũ ſit, ſiquis pecunias ha-
beat: ſed ſi non diſtribuerit eas pauperibus, neq; ijs
rectè utetur, id peccatũ eſt. Nihil. n. deus, qđ malum
eſſet, effecit, ſed oia ualde bona: itaq; & opes bonæ.
Verùm ſi ſuos nõ uicerint poſſeſſores, ſi proximos
paupertate liberauerint. Nõ. n. lux illa bona eſt, quę M
nõ fugat tenebras, ſed denſat. Neq; eas ego diuitias
appellarem, q̃ paupertatem non pellerent, ſed auge
rent. Siquidẽ diues non quærit ab alijs accipere, ſed
alijs auxilium præſtare: qui aũt ab alijs accipere q̃rit,
non amplius is diues eſt, ſed pauper. Itaq; pecuniæ
malum non ſunt, ſed mens puſillanimis, quæ diuiti-
as in paupertatẽ ducit. Hi q̃ qui per angiportus mẽ
dicãt, miſeriores ſunt, q̃ qui ulcerata habent corpo-
ra, q̃ qui pannis ſunt obſiti, qui ſericis & pretioſis ue
ſtimentis induuntur: & qui in foro obuios propul-
ſant, q̃ qui per platæas incedunt, & aulas ingreſſi in-
ferius ⌜clamant, & miſeri mẽdicant. ⌜Hi nanq; deum ⌜clamant & mendicant, magis mi ſeri.
laudant, & miſericordiæ uerba, & ſapientiæ multæ
plena proloquuntur. Quare miſeremur eis, & manũ
porrigimus. Qui uerò malè diteſcunt, crudelitatis,
immanitatis, rapinæ, cupiditatis uerba faciũt. Qua-
re apud oẽs exoſi ſunt & ridiculi? Cõtemplare quid
apud omnes homines turpe uideatur, à diuitibus
petere, an à pauperibus? Proculdubio à pauperibus.
Hoc diuites faciunt: non. n. audent ad ditiores ac-
cedere. Nam & mendicus non mendicum quicquã
petit, ſed diuitem: diues pauperem diripit. Præterea

A dic quæſo, quid pulchrius, ab ijs qui ſpõte ſua largiũ
tur, ⌜& gratiã habent: ⌜an ab inuitis accipere, & eos
cogere & perturbare? Planè conſtat à non uolenti-
bus nõ eſſe accipiẽdũ. Sed hoc itẽ diuites faciũt: pau
peres enim à uoluntarijs accipiũt, & ab iis qui gra-
⌜habent. tiãr ſe habere ſciunt. ⌜Diuites autẽ ab inuitis & ægrè
ferentibus, quod maioris eſt paupertatis argumẽtũ.
Nam ſi nemo ad cœnã uenire uellet, niſi qui inuita-
uerit, gratiam haberet uocato, quo pacto pecunias
coactè accipere bonũ eſt? Nũquid propterea abigi
mus canes, & fugimus latrantes, quòd multà nos le
dulitate urgẽt? hoc & diuites faciũt. Sed ſi metus lar
gitioni aſsit, nũquid honeſtius eſt? Hoc quidẽ om-
niũ turpiſsimũ. Qui. n. oĩa perturbat ut accipiat, cur
nõ ſit maximè ridiculus? Etenim ſæpenumero ca-
nũ formidine iis proiicimus, ſiquid habemus. Quid
præterea turpius, dic quæſo, panno obſitũ petere,
an ſericis ueſtibus indutũ? Cũ. n. diues quiſpiam ſe-
nes pauperes colit, ut eorũ ſibi relinquantur faculta
tes, & maximè cũ liberos habeant, qua nam erit ue-
nia dignus? Quòd ſi placet, ipſa uerba cõſiderem⁹,
B & quę diuites mẽdicãtes, & quæ pauperes facere ſo
lẽt. Quę nã igitur pauper proloquitur? quòd qui dat
eleemoſynã, nunq; à largiendo temperabit, quoniã
dei diuitias largitur. Nã & deus benignus eſt, & ma-
iora retribuit. Quæ omnia philoſophiæ uerba ſunt,
⌜poſtulat & admonitionis & conſilij plena. ⌜Te enim in do-
enim ut mini conſpectu uidere arbitratur, ⌜& tuum de futu
ad domi- ra paupertate timorẽ aufert, & multam quilibet in-
nũ reſpi- uenire doctrinã poſſet in mendicantiũ uerbis. Diui-
cias. tum autẽ uerba, porcorũ uerba & canũ, & luporũ,
& aliarum ferarum ſunt. Siquidẽ alij de ipſis menſis,
obſonijs, cibis, & omnifariã uini genere, unguentis,
& omni luxuria diſputant. Alij autẽ de uſuris & mu
tuis tabulas fingentes, & grauiſsimum æris alieni
onus adiicientes, ac ſi à patribus & auis principium
acceperit: huius quidẽ domũ, illius agrum, alterius
uerò ſeruum, & omnẽ auferũt poſſeſsionem. Quid
ſiquis meminerit teſtamenta pro atramento ſangui
ne ſcripta? At enim in maximũ inducũt periculũ aut
paruis quibuſdam promiſsionibus decipiũt quos ſi
uiderint etiã paruę poſſeſsionis dominos, perſuaſe-
C runt, ut familiares omnes, & ſæpe inopia pereuntes
prætermittant, & ſe pro illis hæredes ſcribant. Qui
igitur ita facit, ferarũ crudelitatẽ atq; immanitatem
oſtendit. Quamobrẽ hortor, omnes has diuitias ef
fugiamus, quæ turpes ſunt & cædũ plenæ: & poſsi-
deamus ſpirituales theſauros, eosq; in cœlo inquira
mus: quos qui poſsidẽt, illi diuites ſunt, illi locuple-
tes, & oibus quæ in hac & futura uita ſunt, bonis pfu-
ũtur. Qui enim uult pauper fieri ſcđm dei ſermo
nem, ei omnium domus patent. Nihil enim propter
deũ poſsidenti quiſq; res ſuas elargitur. Qui aũt par
ua iniuſtè poſsidere uult, cunctorum ſibi oſtia clau
dit. Vt igitur & præſentia & futura bona conſequa-
mur, diuitias ſtabiles, & imortales copias eligamus,
quas utinam oẽs cõſequamur gratia & benignitate
domini noſtri Ieſu Xpi, cũ quo patri gloria, ſimul &
ſpiritui ſancto nũc, & in ſecula ſeculorũ, Amen.

Homilia. XIIII.

Deo miſi ad uos Timotheum, qui eſt meus filius
chariſsimus, et fidelis in domino, qui uos cõmone
faciet uias meas in Chriſto Ieſu. Conſidera ex
⌜ipſe adeſ- ijs uerbis generoſum Pauli aĩum, qui igne calidior
ſe. eſt atq; agilior. Volebat nãq; ⌜oibus auxilio eſſe, & ⌜

maximè tantoperè laborantibus, & ſeditioſis Co- D
rinthijs. Quippe qui planè norat, quantum diſcipu
lis utilitatis afferret præſentia ſua, quãtũ aũt abſen-
tia detrimẽti: & illud quidẽ in epiſtola ad Philippen
ſes ſignificauit, cũ inquit: Non in præſentia mea tã- Phil.2.d
tũ, ſed multò magis nũc in abſentia mea, cũ metu
& tremore ueſtrã ſalutem operamini. Hoc autẽ in
hac oſtẽdit epiſtola, dicẽs: Tanq̃ non uenturus ſim
ad uos, ſic inflati ſunt quidã, ueniam tamẽ. Feſtina
bat igitur, & deſiderabat adeſſe ipſe. Quod cũ ad-
huc ſibi non liceret, preſentię ſuæ promiſsione eos
dirigit. Neq; hoc duntaxat dicit, ſed ſuũ mittit diſci-
pulũ: ideo, inquit, miſi ad uos Timotheũ. Cur aũt,
inq̃t, *Ideo.* Quoniã uelut de filijs, ſic de uobis curã ha
beo, & uelut pater. Et cũ perſonę cõmẽdatione mit
tit⁹, *Qui eſt meus filius chariſsimus & fidelis in domino.*
Hoc autem dicit, & ſuam oſtendens charitatẽ, & il-
los confirmans, ut eũ reuerenter intuerentur. Neq;
ſimpliciter, inquit, fidelis: ſed, in domino, hoc eſt in
rebus, quæ ſecundũ deum ſunt. Quòd ſi in rebus ſe
cularibus fidelem eſſe laudabile eſt, lõgè magis in E
ſpiritualib⁹. Si igitur chariſsimus eius filius erat, cõtẽ
plare quãta fuerit Pauli dilectio, quòd Corinthiorũ
gratia eũ à ſe ſeparari permiſerit. Sin autẽ fidelis, ſine
reprehenſione rebus miniſtrabit. *Qui nos commoneſa*
ciet. Non inquit, docebit, ne ægrè ferrent, tanquam
ab eo didiciſsẽt, Propterea & in calce huius epiſtolę,
inquit: Opus enim domini operatur, ſicut & ego. Ne Inſ.ult.b
quis igitur ipſum cõtemnat: nulla nanq; erat inter
apoſtolos inuidia, ſed in unũ intuebantur, in eccle-
ſiæ ædificationẽ: quãuis minor eſſet q̃ operabatur,
omni eum ſtudio confirmabant. Idcirco non con-
tẽtus eſt dicere, commoneſaciet: ſed, ſermonẽ ſuũ
auget, abſcindere uolẽs eorũ inuidiã. Etenim erat
iuuenis Timotheus. Quare addidit, uias meas. Nõ
ſuas inquit, ſed meas: hoc eſt, diſpenſationes, pericu
la, mores, leges, ſortes, regulas apoſtolicas, & alia itẽ
oĩa. Cũ enim dixit, Nudi ſumus, colaphis cædimur, Hic ſup.c
inſtabiles ſumus: & hęc, inquit, omnia uos cõmone
faciet, & leges etiam Chriſti, ut hæreſes tollat. Dein-
de ad ſuperiora ſermonẽ ſuũ referens ſubdidit, *Quæ*
ſunt in Chriſto Ieſu. Sic omnia, ut conſueuit ad domi F
num refert, & fidem inde ſibi cõparat, ideo ſubdi-
dit: *Sicut ubique in omni eccleſia doceo.* Nihil ad uos
nouum affero, hæc & reliquę nouerũt eccleſię. Vias
autẽ ſuas in Chriſto, inquit, oſtẽdens quòd nihil ha
bent humanũ, & quòd illius auxilio omnia dirigũ-
tur. Quibus uerbis illis quoq; medetur. Deinde quò
accuſaret fornicatorẽ, rurſum in indignabũdos ſer-
mones prorupit, nõ tamẽ ipſe iraſcitur, ſed illos cor
rigens, & omiſſo fornicatore cũ alijs diſputat, neq;
illũ, neq; illius dignatus rationes: quod in ſeruis ma
ximè noxijs facere cõſueuimus. Et cũ dixiſſet, Miſi
ad uos Timotheũ, ne pp hoc pigriores fierent, uide
quid deinde dicat: *Tanquam non uenturus ſim ad uos,*
ſic inflati ſunt quidam. Hoc in loco & illum & alios
quoſdam tangit, & eorum animi elationem deiicit.
Ambitionis nanq; eſt crimẽ, ut abſentia magiſtri cõ
tumacia quiſpiã utatur. Cũ igitur multitudinem al-
loquitur conſidera ⌜quanto hortatu ⌜hoc faciat: cũ ⌜quã uere cunde, Ibidem.
uerò authores, cõtemptibilius. Ad illos ⌜enim, inq̃t,
Omniũ peripſema: & ut eos leniat proſequitur, Nõ
ut confundã uos hæc ſcribo ijs autẽ, Tanquã non
uenturus ſim ad uos, ſic inflati ſunt quidam inquit:
oſtẽdẽs, quòd puerilis ſenſus cõtumacia eſt. Etenim

G pueri magistri absentia pigriores fiũt. Et hoc ostendit, quòd satis est ad correctionem præsentia. Quẽadmodũ enim leonis presentia, omnibus animalibus timorẽ incutit, sic & Pauli eis qui ecclesiã dilacerant. Quare addidit, *Veniam aũt statim ad uos si deus uoluerit.* Sed hæc sola uerba per minas dicta uidebãtur. Quòd autẽ ipse operũ demonstrationẽ polliceretur, & illi expetierũt, hoc magnanimę mentis erat. Quocirca addidit, *Et cognoscam, non sermonem eorum qui inflati sunt, sed uirtutem.* Nõ enim ex proprijs opere bus, sed ex magistri absentia illa erat cõtumacia, quod ipsum quoq; cõtemptibilis erat sentẽtiæ. Idcirco cum dixisset, Misi ad uos Timotheum: non statim, inquit, ueniã: sed prius eos inflationis accusans, inde, inquit, ueniã. Quòd si ante accusationẽ hoc posuisset, defensio sui ipsius fuisset, tanq̃ nõ deficientis, & non minæ. Et neq; sic credibilis esset oratio. Nũc autẽ cum post accusationẽ ponat, & fidedignũ se & metuendũ facit: & uide eius firmamẽtũ & certitudinẽ. Non enim simpliciter inquit, ueniam: sed, H si deus uoluerit. Neq; determinatũ tẽpus ponit. Cũ enim fieri posset, ut tardius ad eos proficisceretur, per incertitudinẽ uult eos dubios relinquere. Et ne propterea rursum decidãt, addidit: *Citò, & cognoscã non sermonem eorum qui inflati sunt, sed uirtutem.* Non dixit, Cognoscam sapiẽtiã, neq; signa: sed, nõ sermonem. Et illo ⌜nomine deprimẽs, & hoc extollens, ad alios iam qui fornicatori fautores sunt, uertitur. Nã si illũ alloqueretur, non dixisset uirtutẽ, sed opera, q̃ erant ei corrupta. Et qua nam gratia non quæris sermonẽ Paule? Non quoniã nõ indigeam sermone, sed quoniã i uirtute res nostræ positæ sunt. Quẽ admodũ igitur in bello nõ eorũ qui plurimũ iactãt ab se gesta, sed qui plurima gesserunt: Itidem hoc in loco non loquentium, sed facientiũ uictoria est. Gloriairis in facundia, inquit. Verũ si rhetorũ certamen & tempus est, rectè inde gloriaris. Sin autẽ apostolorũ ueritatem adnunciantiũ, & signis eam confirmantiũ, quid nam in re superflua, & nullius momenti, & in his quæ ad præsentia nihil conferre possunt, insta ris? Quid enim sermonũ demõstratio posset ad mortuorum resurrectionem, uel ad dęmonũ I fugam, uel ad aliud huiusmodi miraculũ faciẽdum? Horum autẽ nunc opus est, & propter hæc res nostræ confirmãtur. Quare addidit, *Non enim in sermone est regnũ dei, sed in uirtute.* Per signa, inquit, nõ p̃ facũdiã uicimus. & propterea quòd diuina est doctrina nostra, & cœlorũ regnum adnunciamus, maximam certitudinem prębent signa, quę spiritus uirtute facimus. Si igitur magni aliqui esse uolũt, qui nũc inflãtur, cũ affuerimus, ostẽdãt si quã talem habeãt uirtutem, & neq; uerborum põpas afferant, neque enim illa apud nos ars est. *Quid uultis, in uirga ueniã ad uos? ⌜an in charitate & spiritu mansuetudinis?* Multũ habet tũ terroris, tũ mãsuetudinis hic sermo. cũ.n. diceret, cognoscã, adhuc mansuete agẽtis est. Cęterũ cũ dicit, Quid uultis, in uirga ueniam ad uos? ⌞Id præceptoris cathedrã iam ascẽdentis, & inde cũ ijs disputãtis, & potestatẽ omnem accipiẽtis est. Quid autẽ significat, In uirga? in pœna & supplicio, hoc *Acto.5.b* est perdã & cęcabo: quod in Sapphira Petrus effecit, q̃d ipse in Elima mago. Nã non adhuc tanq̃ cõ- *⌜authoritate:* parãs seipsum illis loquitur, sed cum ⌜certitudine: & hoc idẽ in secunda epistola apparet, cũ inquit: Num *2.Co.13.a* probationẽ quæritis in me loquẽtis Christi? In uirga uenią, an in charitate? Quòd enim in uirga ueniret, nunquid erat charitatis? Charitatis profectò. Sed K quoniã amicissimus ad suppliciũ exurgit, propterea sic inquit. Quãdo igitur de supplicio locutus est, nõ dixit, & spiritu mansuetudinis: sed, uirga. Atqui & illud spiritu factũ est. Est nanq; & spiritus mansuetudinis, & spiritus seueritatis: sed non uult sic illũ appellare, sed ab utilioribus. Propterea deus quanuis puniat, quòd misericos quidẽ sit, & patiens, & dies in misericordia & misarationibus sæpe dicitur: quòd aũt ultor, semel iterũq; & rarius, & hoc non nisi urgente causa. Et cõsidera Pauli sapiẽtiã, cum & hoc & illud in sua habeat potestate, alios facit dominos, inquiẽs, Quid uultis? In uobis, inquit, optio posita est. Etenim nos & huius & illius habemus pote *Libertas arbitrii.* statem, ut.s.& in gehennã incidamus, & regnũ assequamur, quoniã, deus sic uoluit. Ecce, inquit, ignis *Eccl.15.d* & aqua, ad qd uolueris extende manũ tuam: &, Si *Esaiæ.1.c* uolueritis, & audieritis me, bona terrę comedetis. Quòd si nolueritis, gladius deuorabit uos. Sed fortasse dicet quispiã: Volo, & nemo tã stultus q̃ nolit. Sed non sufficit mihi uoluntas, & tamẽ sufficit si ut L oportet uolueris, & q̃ uolẽtis sunt feceris. Nunc aũt nõ nimiũ uis, & hoc in alijs experiamur, si uidetur. Dic, quæso, mihi, q̃ uult uxorẽ ducere, nũ satis est ei uolũtas? Minimè, sed pronubas inquirit, & amicos orat ut ei inuigilent, & pecunias cogit. Rursum mercatori nõ sufficit ut negotiationi uacare uelit, & domi desideat: sed & nauẽ cõducit, & nautas & remiges inuenit, & argentũ mutuatur. Pręterea locum & merciũ pretia perscrutatur. Qũo igitur non absurdũ sit, ut in terrẽnis rebus tantũ studium ostendatur: eis aũt qui cœlũ consecuturi sunt, uolũtas sola sufficiat, immo neq; ipsa quo decet studio ostẽdatur. Qui enim uult, ut oportet, ẽt res attingit, quę ad id adducant quod uult. Etenim cũ fames cogit ut comedas, non expectas ut spõte sua cibi ad te ueniãt, sed omnia facis, ut uictum tibi cõpares. Et insiti & algore, & cęteris omnibus itidẽ facis, & ad corporis curã disponeris: Idẽ tu circa cœli regnum effi- *Cur datũ liberũ arbitrium.* cias, & proculdubio id cõsequeris. Propterea te liberi arbitrij fecit deus, ne posterius deũ accuses, tanq̃ necessitati alligatus. Tu autẽ pro quibus honorem M assecutus es, pro ijs indignaris. Etenim multos audi ui, qui dicerent: ⌜Quamobrẽ in mea non posuit potestate uirtutẽ? ⌜Sed qua ratione oportuit iacentẽ, *⌜Quare uirtutẽ in mea posuit potestatẽ* dormientẽ, malitię cupidũ, delicatũ, & uentri deditũ hominem in cœlum assumere, nisi malitiam dimiseris? Nam si in presentia minis propositis, nõ tamen uitijs abstines, si cœlũ tibi præmium propone retur, an unquã à malitia cessares pigrior factus, & lõgè deterior? Neq; enim illud dicere poteris, quòd dederit quidẽ bona, nõ tamẽ opitulatus sit. Etenim multũ promittit tibi auxiliũ. Sed uirtus, inquis, difficilis est & grauis, malitiæ aũt multa admiscetur uoluptas. Etenim hæc quidem lata est & spatiosa, illa autẽ angusta & pressa. Nunquid omnino, dic quęso? an à principio utraque talis? Etenim inuitus de uir- *Mat.7.b* tute dicis hęc q̃ dicis, adeò potẽs est ueritas. Etenim duę erãt uię altera ad gehennã, altera ad paradisum ducens: & illa quidem lata quæ ad gehennã, hęc autem angusta quę ad paradisum. Vtrã igitur matuis? Quanuis enim contendens nunc contradixeris, in rebus tamẽ certissimis, etsi impudentissimus sis, cõtradicere non potes. Quod enim magis sit eligẽdũ, quod prin

A quod principiũ habet difficile, finem aũt minimè, ex ijs q̃ in promptu sunt, rebꝰ uos docere conabor. Et si placet, artes primũ discutiamus. Ipsæ.n. principiũ quidẽ laboriosum habẽt, finem uerò lucrosum. Sed nemo, inquis, artem aggressus est, nisi cogatur. Nam si dominus suiipsius iuuenis fuerit, inquis, potius in delicijs esse primũ eliget, & in fine innumera perpeti mala, q̃ principio in miseria uiuere, & deinde laborũ suorum mercedẽ accipere. Sed hmõi optio orbatæ mentis est, & puerilis seœordiæ. Cõtraria autem prudentis & fortis. Itidẽ & nos, nisi pueri sensu fuerimus, nõ ut orbatus ille & insipiens, sed tanquã sub patris custodia educati sentiem⁹: oportet enim puerilem sensum abiicere, neq; res accusandæ sunt: sed aurigã conscientiæ imponere, qui nõ sinat eam lasciuire, sed currere & certare assuefaciat. Nónne q̃so absurdum est, ut pueri ab ineunte ætate durã uitam degant, & in ijs rebus uersentur, quæ principia habent laboriosa, finẽ aũt optimum: nos aũt cõtrà in spiritualibus sentiamus? Atqui nõ omnino nobis certũ est in hoc seculo, qui nos finis maneat. Siqui- B dem immatura mors, paupertas, calumniæ, rerum mutationes, & id genus alia, post multos labores eorũ nobis fructum abstulerunt, quem licèt, qui eò peruenerint, cõsequantur, tamen nihil magnũ lucra *Hic uerò* buntur. Nã cũ hac uita illa omnia pereunt, ⌞in quaſ non pro ijs uilibus rebus & caducis currimus, neq; de fine tanq̃ incerto formidamus, sed maior & certior nobis spes est post q̃ hinc abierimus. Quæ nam erit igitur uenia, quæ excusatio nolentibus ad uirtutis labores accingi? Sed adhuc scisitantur hoies, cur uia angusta sit? Et cũ in terreni principis regiã neq; scortatori, neq; ebrio, neq; luxurioso cuipiã aditus pateat, i ipsum cœlũ delicijs, ebrietate, auaritia, omni deniq; malitia perditos hoies licenter ingredi posse arbitraris. Et quã hæc ueniam merentur? Atqui non hoc, inquis, dico, sed quamobrẽ nõ latè pateat uirtus. Et profectò modò uellemus, esset quã facillima. Vtrũ enim facilius est, quæso, fodere parietem, aliena diripere, deinde in carcerẽ intrudi: an suis opibus contentũ esse, & omni metu liberari? Verum nõ omnia prosecutus sum. Quid inquã facilius, quęso: C an omnium bona diripere, & ijs breui tẽporis spatio frui, & postea largis cõtinuè uerberibus cædi: an in paupertate iustè hanc breuẽ uitam degere, & perpetuò deinde in delicijs esse? Nondũ.n. qui.d utilius sit inquiramus, sed primũ quid facilius. Quid aũt iucũdius: an somniũ felix uidere, & uerè supplicio affici: an molestũ, & re ipsa in delicijs uiuere? Nõne planè constat hoc esse iucundius? Qua igitur ratione aspe- *⌜uirtutẽ.* ram ⌜uitã ⌜appellas? Aspera enim est, si ad imbecillitatẽ nostrã cõparetur. Nam quòd facilis & leuis sit, *Mat.11.d* audi Christũ testãtẽ: Iugũ meum suaue est, & onus meum leue. Quod si nõ intelligis, nulla te admiratio teneat. Non.n. forti animo es. Vt enim cũ animi uis adest, grauia leuia fiũt: sic cũ abest, leuia grauia. *Num.11.d* Quid quæso, manna suauius? Quid magis in promptu? ægrè tamen Iudæi tulerunt, cũ eo in delicijs uescerentur. Quid fame & cæteris quos Paulus perpes- *2.Co.11.g* sus est laboribus grauius? Gaudebat tamen ille, & exultabat, dicens: Nunc glorior in infirmitatibus meis. Quæ igitur horũ causa? Animi diuersitas, quẽ si qualẽ esse oportet, instituere, facilitatẽ uirtutis dignoscere. Quid ergo? Ex operantium animis hmõi fiunt, inquis? Nõ ex animis dũtaxat, sed natura ipsa talis est. Etenim si oino uirtus laboriosa esset, malitia aũt oino contra, meritò desides, hanc illa dixerint faciliorẽ. Quòd si altera difficile, altera iucundũ principium habet: fines aũt cõtrà, alterius quidẽ sua uem, alterius aũt grauem, ⌜cęterum fines sint perpetui: ⌜utrum facilius elegeris? Quid ergo pleriq; hanc non eligunt facilitatem? Quoniam alij diffidunt, alij etsi credant, aium coinquinatũ habent, & satius caducã quã ęternam ducunt uoluptatẽ. Non igitur hoc facilẽ, sed imbecillis animi est. Et quemadmodũ febricitantes, non quoniã suauis sit breuis uoluptas, & diuturnus ardor, idcirco frigidã potionẽ efflagitant, sed quoniã suam nequeunt cohibere auiditatẽ, itidẽ ij. Quòd siquis eos ad suppliciũ unà cũ uoluptate traheret, nunq̃ eam eligerent. Vides quo pacto nõ facilis est malitia. Quòd si placet, ab ipsis rebus rursum hoc idẽ inquiramus. Quid quęso, suauius, quid facilius? sed nõ scdm multitudinis cupiditatẽ res iudicemus. Non.n. à malè, sed à bene ualentibus est accipienda snia Neq;.n. si innumeros febricitantes, & qui bonæ ualetudini contraria exposcerent, neq; futuri cruciatus rationẽ ullã haberent, mi- E hi proponeres, eorũ opinione niterer: quid inquam facilius, multásne desiderare pecunias, an earũ cupiditatem superare? Hoc ego satius duco. Quod si nõ credis, ad res ipsas oratione nostra ueniamus. Sit alter qui multa, alter q nihil desideret, uter horũ melior? uter honestior? Sed hoc omittatur: quippe cùm perspicuũ sit, huncillo meliorẽ: & hac de re nihil in prędentia quęramus, sed uter faciliorẽ, iucundioręq; uitã uiuit. Siquidẽ auarus ne suis qdẽ rebus fruitur. Quod.n. cupit, nunq̃ uellet expendere, sed libentius sectionem pateretur, & carnẽ suam traderet q̃ aurũ. Qui uerò pecunias contemnit, hoc primũ lucratur, quòd suis rebus omnino fruitur, & quidẽ fidenter, & se illis potiorem arbitratur. Quid igitur iucũdius, *⌜nec quie quã suorum audere contingere?* audẽtérne præsentiũ rerum fructum capere, an sub diuitiarũ imperio uiuere, ⌜& nulli eas credere? ⌜Simile hoc mihi uidetur, ac si duo uiri uxores suas miro amore prosecuti, non itidẽ eis utantur, sed alteri quidem suam tangere, & eius cõsuetudinẽ habere, alteri aũt ne propinquare quidẽ suæ liceat. Afferam & aliud, quod alterius uoluptatẽ, alterius anxietatem ostendit. Auarus nunq̃ finẽ suæ imponit cupiditati, F ⌜non solũ, quòd non possit omniũ solus facultates occupare, sed ⌜etiam quod, quãtumcunq; cõplectitur, nihil se habere putat. Qui uerò pecunias despicit, omnia superflua arbitratur, neq; animã immensis cruciabit cupiditatibus. Nihil.n. adeò animã torquet, q̃ cupiditas, cum eam satiare non possis: quod maximè deprauatam ostendit mentẽ. Animaduerte, quæso, eum qui pecunias desiderat, & plura possidet: ita hmõi homo, ac si nihil habeat, afficitur. Nunquid posset quippiã hoc morbo grauius esse, quòd qui habet, non uidetur habere quæ possidet, & tanq̃ non habeat torquetur: & licèt omnia consequatur, magis dolet: etsi centum talenta possideat, quòd non habeat mille: etsi mille, quòd non decem milia: etsi decem milia, quòd nõ decies totidẽ coëgerit, maiorem in modum angitur: & quantò plura possider, tantò sit pauperior. Siquidẽ quantò plura congerit, tantò plura desiderat. Igitur quantò plura congerit, tantò est pauperior. Nam qui plura desiderat, is pauperior est. Cum igitur centum habuerit talenta, nõne quodãmodo mendicat: mille enim

desiderat. cū mille acceperit, pauperior est. Nō enim amplius mille, ut antè, sed decē milibus egere se dicit. Quòd si desideriū illud dūtaxat nihil consequendo uoluptatē esse dixeris, ualde mihi uoluptatis naturam ignorare uideris, cū nō uoluptas id, sed supplicium sit. Rursum alterū inquiramus: cū sitimus, num propterea bibētes lætamur, quòd sitim sedamus, & idcirco uoluptas est bibere, quòd magnos liberat cruciatu, hoc est, cupiditate bibendi? Sanè perspicuū. Quòd si deberemus semper in hac cupiditate uersari, nihilominus diuite illo q Lazari tēporibus fuit (quātū ad supplicii) haberemus. Illi. n. hoc erat suppliciū, quòd cū paruam aquę guttā desideraret, nō haberet qui eā præberet. Quod & auari mihi pati perpetuò uidentur, & quemadmodum illū dignos esse, qui puniantur, & nihil impetrēt. Magis. n. horum anima q illius exuritur. Et rectè quiuis eos hydropicis cōparauerit. Vt enim illi cū multum aquæ ingurgitarint, magis siti exuruntur: ita auari multas adepti pecunias, cupiunt plures. Cuius ratio est, quòd neq; illi ubi opus est, aquam recipiūt, neq; hi debita ratione cupiditatē. Fugiamus igitur peregrinū hunc & nouū morbum, fugiamus radicē malorum, fugiamus præsentē gehennam. Gehēna nāq; horum desideriū est. Vtriusq; igitur animum aperimus, & eius qui pecunias contemnit, & eius qui eas admiratione prosequitur: & uidebis alterū insanientibus similē, nihil uidere neq; audire uolentē. Alter uerò portui trāquillo adsimilabitur. Hic omniū amicus est, quemadmodū ille hostis. Siue. n. quis ab eo accipiat, nō dolet: siue quis ei præbet, non inflatur, sed quandā habet libertatē, qua oīa ei licent. Ille oībus adulari & simulare cogitur, hic nulli. ⁋ Quòd si pauper auarus est, is grauis, ⁋ insolens, simulator, timoris plenus & multi supplicij. qui aūt pecunias despicit, omnibus cōtrà fruitur. Num igitur perspicuū est iucundiorem esse uirtutē? Iam reliqua persequeremur, per q̄ ostenderetur nullū malum ullā habere uoluptatem, nisi multa nobis superius dicta essent. Cum igitur hęc intelligamus, amplectamur uirtutē, ut i hoc seculo uoluptate, deinde futuris bonis fruamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi: cū quo patri gloria, simul & spiritui sancto in sęcula seculorum, Amen.

Luc. 16. f

r & ad illius modum.

r Quòd si auarus est pauper, miser,

Homilia. XV.

Cap. V.

Mnino auditur inter uos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris aliquis habeat: & uos inflati estis, & nō magis luctum habuistis, ut tollatur de medio uestrū qui hoc opus fecit. Cū de Corinthiorū contentione uerba faceret, non q̄ statim inuectus est, sed primū mitius locutus, in accusationē deinde his uerbis descendit: Significatū est. n. mihi de uobis fratres mei ab his qui sunt Chloës, quòd contētiones sunt inter uos. Hoc aūt in loco aliter. Mox. n. asperius ⁋ ut oportuit, criminis exprobrationē aggreditur. ⁋ Non. n. dixit, Quam obrem aliquis fornicatus est? sed, oīno auditur iter uos fornicatio. Quod fecit, ne tanē eos hmōi reprehensio non tangeret, in desidiam uerterentur, sed tā quam in cōi omnes accusārentur, formidarent. Inquit enim: Nemo dicit hunc uel illū fornicatū esse, ⁋ sed uniuersam Corinthiorum congregationē. ⁋ Idcirco non dixit, Audetis fornicari: sed, auditur fornicatio, qualis nec inter gentes. Siquidem semper gentium cōparatione fidelibus exprobrat, & Thessalonicensibus scribens, inquit: Vnusquisq; uas suū possideat in sanctificatione, non in passione desiderij, sicut aliæ gentes. & Colossensibus & Ephesijs, Non amplius ambuletis, sicut reliquæ gentes ambulant. Quòd si idē peccatum uenia nō meretur: quo illos in loco cōstituemus, qui grauiora q̄ gentiles cōmittunt? Apud illos nō solùm, inquit, non tentatur, sed ne nominatur quidē. Vides quo crimen auget? Cū enim tales luxuriæ modos inuenisse appareāt, quos non solū non audent, sed neq; norūt infideles, inenarrabilis est peccati excessus. Inter uos aūt, significanter dictū est: hoc est, in uobis fidelibus, qui tot mysteriorū fructū estis cōsecuti, arcana illa cōmunicatis, ad cœlū uocati estis. Animaduertis, quantæ hæc oratio grauitatis est? quantæ in oēs indignationis? Nisi enim maiorē in modū iratus esset, & in oēs inueheretur, huiusce modi uerbis usus esset, Nā audiui, quòd quidam fornicatus est, eū ulciscimini. Nūc aūt non ita loquitur, sed inuehitur in oēs. Etenim si primū illi scripsissent, illud profectò Paulus dixisset. Cum aūt non modò crimen non significassent, sed celassent potius, hac gratia uehemētius eos arguit. *Ita ut uxorem patris habeat.* Quare nō inquit, ut cum uxore patris fornicetur? ut nimiā turpitudinē euitaret. Idcirco honestatis gratia id præterijt, tanq̄ superius ostensum. Et in hoc aucto rursum crimine, eius modi à Corinthijs cōmitti significat, quæ palā proloqui nequaquā sustinet. Propterea ita locutus est, Qui sic operatus est: & rursum pudet eum, & erubescit manifestè dicere, qd & nos in rebus turpissimis facere cōsuescimus. Et nō inquit nouercā, sed uxorē patris, quò eos grauius tāgeret. Etenim cū nomina ad accusationē sunt idonea, per ea nihil addēs procēdit: & noli mihi dicere, inquit, unū esse fornicatorem. Cōe omnium crimē est. Quare mox subdidit: *Et uos inflati estis.* Non in peccato, hoc est enim stultitiæ, sed in illius doctrina. Sed hoc nō posuit. Verū dimisit mediū, ut maiorē in modum perterreret. Et considera prudētiam Pauli. Primū exteriore sapientia sublata, & ostēso nihil eam per se esse, & si peccatum non appellet, tum iam & de peccato disputat. Nam si fornicatoris ⁋ cōparatione, magnū fortasse spiritus donum esse aliquem sapientē diceret: ⁋ nihil sanè magnū loqueretur. Quòd aūt etiam sine peccato sapientiam tollit exteriorē, & nihil esse ostendat, eam abiectissimā esse profitetur. Quocirca primùm ita cōparatione facta, tunc erroris eius memini, de quo nō dignatur disputare. Qua in re immensam eius utilitatē significat: his aūt inquit, quòd oportet flere uos, & plorare, & abscondi. Nunc aūt cōtrarium facitis. Quare addidit: *Et uos inflati estis, & non magis luctum habuistis.* Et quid factū est, ut luctū habeamus, inquis: Quoniam in cōem ecclesiæ calumniam processit. & quid? ut corrigamur lugentes. *Vt tollatur de medio uestrum, qui hoc opus fecit.* Neq; hoc ⁋ loco illius nomen meminit, immo nusquā, quod in maximis flagitijs facere consueuit. & non dixit, Et non magis abiecistis, sed tanq̄ in morbo quodam & peste, luctu opus est, & continuis precibus, ut tollatur, & oportet supplices esse, & omnia operari, ut ille è medio abscindatur. Neq; accusat, quòd non ei significarunt, sed quòd non deplorarunt, ut tolleretur: ostendens, quòd etiam sine monitore id fieri oportuit propter peccati euidentiam. *Ego quidem tanquam absens corpore, præsens autem spiritu.* Vide

Sup. 1. b

r & quod licet, criminis exprobratio nemōem facit.

r sed quòd in Corinthiorum ecclesia.

K admisit sit illud peccatū. 1 Thessa. 4. a Ephe. 5. c & Colos. 4. a

M r fortasse sapientis cōparatione, magnū esse spiritus donū diceret.

A indignationem. Neque expectare eos suum finit aduentum, neq; postquā acceperint, ⁋ perterreret. sed tanquā peste quandam puniturus priusquā in reliquū corpus diffundatur, coërcere properat. Quare addidit: *Iam iudicaui, ut præsens.* Hoc aūt locutus est, non modò ut eos in sententiā suam traheret, sed & ne aliud quicquā cōsulerent, sineret: sed ut incuteret terrore, tanquam omnium conscius, quæ illic & futura essent. Hoc autē est, præsens esse spiritu, quemadmodū Helisæus præsens erat Giezi, cùm diceret: 4. Re. 5. g Nōne cor meū in præsenti erat? Papæ quanta gratię uis cū omnes in unū cogat, & quæ eminus sunt, faciat ut uideantur. *Iam iudicaui, ut præsens.* Non sinit, ut excusationē comminiscantur. Siquidem tuli sententiam, inquit, tanquā præsens. Nolite mihi subterfugia quęrere, & qua ratione excusemini. Nihil aliud fieri opus est. Deinde ne nimiam sibi arrogare authoritatē uideatur, néue oratio sua nimis temeraria appareat, animaduerte, quo pacto eos iudicij participes facit. Nam cū iudicaui, dixisset: addidit, *Eum qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi,* B *cōgregatis uobis, & meo spiritu, cū uirtute domini Iesu tradere huiusmodi satanæ.* Quid sibi uult in nomine domini nostri Iesu Christi? hoc est secundū deū nō ⁋ humana ⁋ persuasus ⁋ opinione. Quidā aūt sic legūt, Eū qui sic operatus est in nomine domini nostri Iesu Christi: & puncto hic facto, uel coma, prosequūtur: Cōgregatis uobis & meo spiritu cū uirtute domini nostri Iesu tradere hmōi satanę: & dicūt hanc esse huius lectionis sententiā, Eū qui sic operatus est in nomine Christi, tradere satanę: hoc est, qui Christi nomini iniuriatur, postquā factus fuerit fidelis, & illo cognominatus noīe, eiusmodi crimē facere ausus fuerit, eū tradere satanæ. Mihi autē prior sniа probabilior uidetur. Quę nam ea est? In nomine domini congregatis uobis, hoc est, eius nomine uos cōgregante, pro quo cōueniſtis, & meo spiritu. Iterū seipsum præsentē facit, ut eū tanquā Paulo præsente iudicēt, sic illū à se abscindant, & nemo uenia dignum censere audeat, sciens quęcunq; facta essent, Paulū non latere. Deinde maiorē metum incutiens, inquit: Cū uirtute domini Iesu: hoc est, uel quòd Iesus potest hanc nobis gratiā elargiri, ut possitis illū C diabolo tradere: uel, quòd ipse nobiscū contra eum sententiam fert: & nō dixit, dare huiusmodi satanę, sed tradere, aperiens ei pœnitētię ianuas, & tanquā pædagogo huiusmodi tradens. Et rursum huiusmodi inquit (nequaquam passus eius nominis meminisse.) *In interitum carnis:* ut i beato Iob factū est, nō tamē eadem ratione. Illic. n. pro clariori corona, hic aūt pro solutione peccatorū, ut eum percellat uulnere malo, aut morbo alio. Atq alibi dicit, quòd Infr. 11. g à deo iudicamur, hæc patientes. Hoc autem in loco magis eum affligere uult, cū satanæ tradat, & hoc dei uoluntas fuit, ut puniret eius carnem. Nam cum ex ingluuie & delicijs carnis desideria gignātur, hāc punit ut spiritus saluus sit, hoc est anima saluetur. ⁋ sed tanquā hoc omnibus persuasum sit, quòd illa seruata. Non tanquā sola seruetur, ⁋ sed tanquam hac seruata, quòd scilicet anima saluetur, ⁋ sine contradictione corpus quoque sit salutis particeps. Etenim mortale factum est propter animę peccatum, q̄ si iustè operabitur, rursum id multa fruetur gloria. Quidā autem spiritum gratiā interpretātur, qui cum peccamus, extinguitur. Ne igitur hoc fiat, inquit, puniatur, ut propter hoc melior factus cōsequatur gratiā, quam in die illa inueniat. Itaq; curantis salutē hoc D potius est & medētis, quā incidētis simpliciter, atq; ulcisentis frustra nulla adhibita ratione. Maius. n. lucrum est, quā supplicium: hoc enim caducum est, illud perpetuum. Et nō simpliciter inquit, *Vt spiritus saluus sit: sed In die domini nostri Iesu Christi* addidit. Bene eis, & opportunè diem illum commemorat, ut & promptius medicinā exhibeant, & ille magis suscipiat, non tanquam iracunda uerba, sed curantis ⁋ spiritus ⁋ prouidētiā. Propterea & interitum cat ⁋ patris. nis dixit, iam diabolo legem constituens, neq; permittens eum ulterius procedere, quemadmodū de Iob inquit deus, Verūtamē aīam illius serua. Deinde Iob. 3. D sententię suę breui finē imponēs, nihil immoratus, rursum in illos inuehitur. *Nō bona est gloriatio uestra.* Quibus uerbis ostendit, illos in illū usq; diē non fuisse ipsum pœnitere, cum in eo gloriarentur. Deinde nō solùm ut illi consuleret hoc facere significat, sed ut omnibus Corinthijs. Idcirco prosequitur, *Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?* Nā si illius dūtaxat peccatū est, inquit: neglectum tamē potest reliquum ecclesiæ corpus corrumpere. Cum E enim primū peccator non dat pœnam, mox alij eadem comittunt. Hoc aūt dicit, ut demonstret pro uniuersa ecclesia, nō pro uno tantū eis esse certandum, & omnibus imminere periculū. Quamobrē necessariò fermenti similitudine usus: quēadmodū enim illud licèt modicum totam massam corrūpit, ita & hic si dimissus fuerit inultus, inultum etiā fiet ipsum peccatum, & sic reliquos offendet. *Expurgate uetus fermentū.* Id est, hunc scelestum hominem: uel potius non de hoc tantū loquitur, sed de alijs omnibus. Non enim fornicatio duntaxat uetus fermētū est, sed omnis malitia. Et nō inquit, purgate: sed, expurgate, ut ostēdat diligentiā adhibendā, ut neq; reliquiæ, neq; minima illius umbra supersit. Nā hoc uerbo, expugate, ostendit eos quoq; contaminatos esse. Cum autem prosequitur, *Vt sitis noua cōspersio, sicut estis aZimi.* non uehementius multis impressam malitiam significat. Nā si dicit, *Sicut estis aZimi:* non dicit oēs puros fuisse, sed sicut eos esse decet. *Etenim Pascha nostrū immolatus est Christus.* Itaque ⁋ epulemur, *nō in fermento ueteri, neq; in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in aZymis synceritatis et ueritatis.* Sic Christus fermentū doctrinā appellauit, & in metaphora perstitit, ueterē eis historiam, & Pascha, & azyma, & uetera, & huiusmodi tpis beneficia, & pœnas, & supplicia cōmemorans. ⁋ Epulationis ergo præsens tempus est. Nam cū dixisset, epulemur: non quòd Pascha esset, nō quòd Pētecoste, idcirco epulādum intellexit: sed quòd oē tēpus, epulationis tēpus esset Christianis, pp collatorū beneficiorū excellentiā. Quod. n. non cōcessum est bonū? filius dei pp te homo factus est, morte te liberauit, in regnū uocauit. Cū igitur hmōi assecutus sis, & assequaris: qua ratione nō omni tpe tibi epulandū est? Nemo igitur in paupertate, morbo, insidijs cōtristetur. Epulationis. n. nostræ omne tēpus est. Idcirco inqt Paulus, Gaudete i domino semper, iterū dico gaudete. In epulationibus nemo mo turpia īduat uestimēta. Nolimus quæso induere, nolim⁹. Nuptię. n. factę sunt, & nuptię spirituales. Simile est. n. inquit, regnū cœlorum homini regi, qui uoluit facere nuptias filio suo. Vbi autē rex nuptias făcit, & nuptias filio, quid mai⁹ hac epulatione fieri posset? Nemo igitur uilib⁹ pānis indutus igrediatur.

r ἑορτάζωμεν. i. epulemur, siue diem festum agamus sicut in seq. ἑορτης. i. festiuitatis & sic in alijs

Phili. 4. a

Mal. 22. a

Universidad de Sevilla Biblioteca

G Nō de uestibus nobis sermo est, sed de operibus im
mundis. Nā si oibus splēdidè uestitis, unus dūtaxat
in nuptijs inueniatur, sordida habens uestimenta,
is cum ignominia abiicetur. Animaduerte quātam
sibi diligentiā, quātā munditiā postulet illarum nu
ptiarū præsentia. Neq; hac tantū gratia azymorum
mentionē facit, sed ut ostendat ueteris testamenti
ad nouū affinitatē, neq; rursum post azyma ī Aegy
ptum nobis esse redeundū. Quò si reuerti quis uo
luerit, eodem quo illi supplicio afficietur. Illa enim
horū umbra sunt, quanuis Iudæū pudeat. Quare si
eum percontaberis, nihil magnū respondebit: uel si
quid magnū, nihil tamē quale nos: cum ueritatem
non uideat. Ille enim dicet, Cum ab Aegyptijs deti
neremur, ita imbecilles eos reddidit deus, ut eorum
iniurias propulsaremus, qui antea ui nos detinue
rant, neq; siuerāt massam fermētari. Sin me quispiā
interrogauerit, nō Aegyptū, non Pharaonē audiet,
sed ab errore dæmonū, tenebrarū, & diaboli libe
tatem: non Moysen, sed dei filiū: nō rubrum mare,
sed baptisma inumerabilibus bonis abūdās, in quo
H uetus homo suffocatus est. Sin iterū Iudæū interro
gabimus, qua ratione oibus finibus fermentū expu
lerit, tacebit: neq; causam ullā afferet. Nā cum aliæ
futurorum figuræ essent, cur facta fuerint, causas ha
buit. Alijs autē non respōdent, nequis eos possit re
prehēdere, quòd in tenebris permaneāt. Quid enim
sibi uult, quęso, agnus masculus, anniculus sine ma
cula, & os non cōfringetur? Quid item uocare uici
nos, uel stantes uel uesperi comedere, uel sanguine
domus parietē oblinire? Nihil aliud ille quā ubique
Aegyptū dicet. Ego autē quid sanguis, quid uesper,
quid omnes simul stātes comedere significet enar
rabo. Primū autē dicamus, quamobrem ex omni
bus finibus fermētū expellitur. Quod nā hoc ęnig
ma? oportet ut omnē malitiam fidelis abiiciat: ut. n.
Iudæus perit, cum apud eum uetus inuenitur fermē
tū, sic apud nos is, in quo inuenitur malitia. Non. n.
in umbra quidem tantū supplicium, in nobis autē
non multò maius. Nā si domus tantopere fermen
to purgant, & muriū foramina diligenter inquirūt:
longè magis nos animā inuestigare oportet, ut om
I nē immundā abijciamus cogitationē. Sed hęc apud
eos superiori tempore fiebant, nūc autem minimè,
siquidem ubiq; fermentū est, ubi Iudæus. In medijs
enim ciuitatib⁹ azymū fit, quod magis est Iudibriū,
quā uetus lex. Quippe cū ueritas uenit, non amplius
locū habent figuræ. Itaq; hoc exemplo maiorē in
modū ab ecclesia fornicatorem expellit. Non enim
solū, inquit, nihil proficit si adsit, sed nocet totū cor
pus rursum offendens. Nemo enim nouit, unde fœ
tor absconditæ putredinis prouenerit, sed totius cor
poris existimatur. Quare eos, ut fermentum expur
gent uehemēter his uerbis cōpellit: *Vt sitis noua con*
sperſio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrū immola
tus est Christus. Non dixit, mortuus est, sed ꝛpriè
propositū ꝛimmolatus est. Noli igitur quęrere hmōi
azyma, cū talē agnū ꝛnon habeas. Noli igitur fermē
tū ꝛtale, quærere, cū azyma tua nō sint talia. In hoc
sensibili fermento azymū fermentatū fieri potest,
fermentatum autē nunquā azymū, hic autem con
trà rursum fieri potest. Verū hoc non manifestauit
Paulus, & aduerte eius prudentiā. Superius nullam
emendationis spem fornicatori præbuit, sed omnē
uitā in pœnitētia agere iubet, ne eum in promissio-

ꝛpropositio cōuenientius

ne negligentiorē reddat. Non enim inquit, tradere K
ipsum satanæ, ut cum pœnituerit, rursum ecclesiæ *Supr. 6.a*
tradatur, sed ut saluus sit in ultima die. Ad id tēpus
eū relegat, ut fortius pugnet. Quòd aūt in gratiam
recipiēdus esset post pœnitentiam, nō manifestat,
dominū suū imitatus. Nam quemadmodū deus in
quit, Adhuc quadraginta dies & Niniue subuerte- *Iona. 3.b*
tur, & nō addidit, Si uerò uos pœnitebit, salui eritis:
eodē modo Paulus nō inqt, Si dignè pœnitebit, in
eū charitatē cōfirmabimus: sed ut bonū operetur,
expectat, & tūc in gratiā recipit. Nā si primū hoc di
xisset, eū timore soluisset. Quamobrē nō solū hoc
nō facit, sed fermēti exēplo, nō sinit eū ꝛsperare ꝛemē *ꝛreditū.*
dationē, ꝛsed in illā diē reseruat. Expurgate inquiēs,
uetus fermētū, & non epulemur in fermento ueteri.
Postquā pœnituit, iterū eum summa diligentia reci
pit. Sed quamobrem uetus appellat? uel quòd talis
fuerit prior uita nostra: uel quòd uetus propè inte
ritum est, & putridū & turpe, quale est peccatū. Neq; *Eccle.9.b*
enim simpliciter uetus expellit, neq; simplr nouum L
laudat, sed secundū subiectam materiā. Etenim ali- *Dan.7.b*
bi inquit, uinū nouū, amicus nouus: si inueterasset,
tunc cū lætitia capies. Laudat in amicitia ueterem
magis quā nouum. Et iterum: Antiquus dierū sedit:
& hic rursum in laude & gloria maxima uetus accipiēs. Alio autē in loco in dedecore uetus accipit scri
ptura. Cum. n. res uarię sint ex multis compositæ,
& in bonis & malis, iisdem utitur, nō eadem signifi
catione. Vide item alibi uetus uituperari. Inueterati *Psal.17.g*
sunt, ꝛ& prohibiti sunt ꝛà semitis suis. Et iterum: In- ꝛ*& clan*
ueteratus sum inter inimicos meos. Et rursum: Inue *dicauerunt.*
terate dierū malorū. Ita & fermentū sæpenumero
pro regno cœlorū accipitur, quanuis hoc in loco ex *Psal.6.b*
pellatur. Sed illic pro altero, hic pro altero. Mihi aūt *Dan.13.f*
uidetur, maximè hunc de fermento sermonem, ad *Luc.15.c*
sacerdotes referendum, qui multū ueteris fermenti
intus esse patiūtur, à finibus suis nō eiicientes, hoc
est ab ecclesia cupidos, raptores, & quicquid nos à
regno cœlorū exules facit. Etenim auaritia fermen
tum uetus est, & quocunq; inciderit, & in quācūq;
domū igrediturꝫ eā immundā reddit. Et licèt pauca
iniustè lucraueris, ex his tamen uniuersam substan
tiā tuā corruperis. Idcirco pauca malè parta, multa M
bene cōparata perdiderunt. Nihil enim corruptibi
lius auaritia, quanuis clauē arcæ tuæ imponas, quā
uis hostiū, quanuis uectē, omnia frustra cōtēdis, si
auaritiā intus latronē grauissimū, & q omnia aufer
re potest, incluseris. Quid igitur, inquis, quādoquidē
multis auaris huiusmodi non accidant? Maximè q- ꝛ*statim.*
dem accident, etsi nō ꝛpropter ea ꝛaccidant: quòd si
nunc suppliciū effugiunt, tunc maiorem in modum
metuas. Ad grauius enim supplicium reseruantur,
uel potius si ipsi effugiunt, qui hęredes eorū sunt, pu
niūtur. Et qua nā ratione hoc iustū est, inquis? Ma
xime quidē. qui enim iniustā accipit hęreditatē, etsi
ipse eā nō rapuit, aliena tamen possidet, & hoc certè
persuasum habet, & propterea dignus est, quòd pu
niatur. Nā si alio rapiēte, rapta acciperes, deinde q
sua amisit, & uim passus est, ea te reposceret: nū satis
tibi esset ad excusationē, te ab eo nihil rapuisse? Mi
nimè. Quid nā diceres in iudiciū uocatus? dic quæ
so. Nū quòd alius diripuerit? uerūm tu possides. Ille
rapuit, tu frueris: Hoc aūt exteriores sanciunt leges,
q̄ raptorib⁹ omissis, eos q suis reb⁹ spoliati sunt, ab
illis reposcere iubent, apud quos sua inuēta fuerint.

A Quamobrē si iniuria affectos nosti, eis redde, & Za
chæum imitare, cum restitutionis incremento: quos
si ignoras, aliam tibi reddendi rationē ostendam, ne
que te remedio excludam. In indigētes ea omnia di
stribuas, & hoc pacto impendens malum euitabis.
Quòd siqs in filios ea, & nepotibus collocauerit, alia
quoq; pro his perpetietur supplicia. Et quid huius se
culi res commemoro? non. n. in illa die hæc dixeris,
quando utriq; nudi apparebūt, & raptores, & spolia
ti, uel potius non utriq; nudi. Nā pecuniarum quidē
uterque itidem nudus erit, uerū alter criminum ple
nus. Quid igitur in illa die faciemus, quādo ante hor
rendū tribunal, qui iniuria affectus est, & omnia sua
amisit, adducetur in medium, neq; quempiā patro
num habebis? Quid iudici respondebis? Siquidem in
hac uita posses hominum iudiciū corrumpere. Illud
uerò minimè neque tunc, neq; in præsentia. Etenim
nunc præsens est illud iudicium. Deus nanque uidet
quæ fiunt, & propè adest his qui iniuria afficiuntur,
etiam non uocatus. Qui ergo læditur, etsi indignus
ipse sit, qui deū patronum habeat, tamen cū deo in
iustè facta non placeant, ipsum omnino habet ulto
B rē. Et quo nam pacto inquis, cū eo bene agetur qui
Psal.36.a sit malus? Agetur quidē, sed nō in fine. Audi quid di
cat propheta: Noli æmulari in malignantibus, quo
niā tanquā fœnum citò arescent. Quónā enim post
huius uitæ migrationē raptores, quò clara spes, quò
clarum nomen abit? Nonne omnia prætereunt, nō
ne somniū & umbra, quicquid ille habet? Hoc de sin
gulis eorū expecta, & de eo qui uiuit, de eo qui post
illum futurus est. Verū sanctorum uirorum res non
ꝛ*& ser-* huiusmodi sunt, neque eadem in illis dicere poteris,
mones, quòd scilicet umbra sint, & somnium, ꝛetiam eorū
res illorū. sermones. ꝛQuòd si placet, hunc ipsum qui hæc dixit
tentoriorum opificem, Cilicem, cuius pater incertus
erat, adducā in mediū. Et qua, inquis, ratione quis
piam talis fieri potest? Num omnino cupis, omnino
desideras, & uis talis fieri? Sanè inquis. Igitur ingre
dere idem iter, quod ille ingressus est, & qui eum imi
tati sunt. Et quod nam iter ingressus est? Is quidē in- *2.Co.11.g*
quit, In fame, siti, nuditate. Alius autem aurū, inquit, *Acto.3.a.*
& argentum non est mihi. Sic nihil habebant, & ta
mē oia possidebāt. Quid hac uoce honestius, quid
C beatius, quid locupletius? Cæteri in contrariis lætan
tur, dicentes: Habeo tot auri talenta, innumera terrę
iugera, domos, mancipia. Hic autem cū sit omnibus
nudus, non opprimitur paupertate, ut insipientibus
usu uenit, neque absconditur, sed gloriatur. Vbi nūc
diuites sunt, qui usuras & usurarū quæstus enume
rant, qui oēs spoliant, & nunquam satiantur? Audite
Petri uocem ostendentis paupertatē diuitiarum ma
trem, quæ cū nihil habeat, quàm qui diademate or
nātur, ditior est. Quippe quę in omnium rerum ino
pia mortuos suscitat, claudos dirigit, dæmones ex
pellit, & ea largitur, quæ quidem purpuram induti,
& qui magnos & metuendos exercitus duxerunt,
nunquā largiri potuerūt. Ipsa uox eorū est, qui in cœ
lum migrarūt, quiue illam assecuti sunt celsitudinē.
Sic est, ut qui nihil habeat, omnia possideat. Quòd
si omnia possidebimus, omnia amittemus. Fortasse
hoc dictū ænigma uidetur, uerū nō est. Sed quomo
do inquis, qui nihil habet, omnia possidet? Nonne lō
gè magis qui omnia habet, Minimè, sed omnia con
trà. Quippe qui nihil habet, oibus imperat, ut illi qui
bus domus in uniuerso orbe patebāt, quibus cū ac-

cedentibus gratia aderat, qui tāquam ad amicos & D
cognatos ad eos ueniebant. Accedebāt enim ad
purpurariā, & illa tanquam serua, sua omnia eis pro- *Acto.16.c*
posuit: & ad carceris custodem, qui totā eis domū *d.e.*
aperuit, & ad alios item innumeros. Sic omnia ha
bebant, & nihil habebant. Nihil enim præsentiū rerū
suum esse dicebant, idcirco eorum erant omnia. Nā
qui omnia communia arbitratur, non suis tantùm
rebus, sed alienis utitur tanquam suis. Qui uerò ab
aliorū communicatione se separat, & rerū suarū do
minus esse uult, ne earum quidem erit dominus, qđ
exemplo constat. Nā qui omnino nihil possidet, neq;
domum, neq; mensam, neq; superfluā uestē, sed pro
pter deū omnibus se priuat, is communibus tanquā
suis utitur, & ab omnibus quæ uolet accipiet: & hoc
pacto omnium, qui nihil habet, possidet facultates:
qui autē aliquid suū habet, ne eius quidem est domi
nus. Nemo enim ei qui rerū possessiones habet, quic
quam dabit. Et quæ ille possidet, latronum, furū ca
lumniatorum, fortunæ, & cuiusuis potius ei ūt, quā
possessoris. Vniuersum orbem Paulus peragrauit ni
hil secum ferens, non ad amicos, non ad familiares
diuertens. Quippe qui communis à principio hostis
omnibus erat. Veruntamē oium res post peregrina- E
tionem suam possedit. Anania autē & Sapphira, ut *Acto.5.a.*
exiguum quiddam rerū suarum possiderent, omnia
& ipsam denique uitam amiserunt. Abstineas igitur
rebus tuis, ut tanquam tuis utaris alienis. Verùm ne
scio quo pacto in tātæ rei disputationē delatus sum,
cùm eos homines alloquar, quibus rarissimum est
saltē quid minimū rerū suarum cum proximo com
municare. Quare hic nobis ad perfectos sermo habi
tus sit, imperfectioribus uerò id dicamus. Date de
facultatibus uestris indigentibus. Augeatis substan
tiā. Qui enim dat pauperi, inquit, mutuat deo. Quòd *Prou.19.c*
si festinas, neq; tempus expectas remunerationis, in
tellige eos qui pecunias hominibus fœnori dāt, nol
le continuò usuras exigere. Sed gratū est eis diutius
in debitorū manibus summā esse, modò cautionē
habeant, neq; debitor suspectus sit. Idem hoc quoq;
in loco fiat. Dimitte res tuas apud deum, & tibi mul
tiplicē mercedem reddet. Noli in hoc seculo omnia
exigere. Nam si hìc totū accipies, quomodo illic eo
frueris? Propterea deus illic reseruat, quando quidē F
caduca est præsens uita. Verū & in hoc quoq; seculo
elargitur. Quærite enim regnum cœlorum, inquit, &
hæc omnia adiicientur uobis. Sed nos illud suspicia- *Mat.6.d*
mus, & nolimus ad omnium operum nostrorū re
munerationē festinare, ut ei derogemus, & expecte
mus tempus. Non enim tales hæ sunt usuræ, sed qua
les à deo dandæ sunt. Has igitur liberalissimè cōgre
gātes, ita ex hac uita discedamus, ut & præsentia bo
na cōtingamus & futura: gratia & benignitate domi
ni nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & spiritui
sancto gloria, imperium, honor nunc & semper, &
in secula seculorum, Amen.

Homilia. XVI.

Cripsi uobis in epistola, ne commisceamini fornicariis: ꝛnō utique fornicariis, huius mundi, aut
5 *auaris, aut rapacibus, aut idolis seruiētibus. Alioqui debueratis iā de hoc mūdo exisse. Nūc aūt scripsi uo*
bis nō cōmisceris si is. qui frater nominatur, est fornicator,
aut auar⁹, aut idolis seruiēs, aut maledic⁹. aut ebriosus, aut
rapax, cū eiusmodi neq; cibū sumere. Cū dixisset Paul⁹, *Hic supr.*
Et nō magis luctū habuistis ut tollatur de medio ue *a.*

G strum, qui hoc opus effecit? Et deinde, expurgate ue
Hic supr. b. tus fermentum: credibile erat ipsos suspicari, omnes
fornicatores fugere oportere. Nã si propriã labẽ pec
cator nõ peccãbus impartitur, multò magis exter
ni sunt expellendi: si enim familiari non est parcen
dum, ne huiusmodi detrimentum sequatur, multò
minus cæteris. Quod cũ consideraretur, necesse erat
ut à Græcis fornicatoribus separarẽtur: & ita ad im
posibile re adducta, maiorẽ in modum perturbari
eos oportebat. Idcirco hoc pacto dictũ suũ corrigit.
Scripsi uobis, ne commisceamini fornicariis. nõ ⌜uti
⌜omnino nõ πάντως sit supra & infra. que ⌜fornicariis huius mundi: utiq; tanquã in re cer
ta ponit. Ne enim putarent quòd ac si imperfectio
res essent, id nõ præciperet, & tanquã perfecti id face
re conarentur, ostẽdit impossibile esse hoc fieri, etiã
si totis uiribus anniterẽtur, quoniam alius orbis que
rendus esset. Quare subdidit, Alioquin debueratis iã
de hoc mundo exisse. Vide quàm ⌜non grauis sit, &
quomodo ubique non posibilitatem tantũ, sed le
gislationis etiam facilitatẽ considerat. Quo enim pa
cto fieri potest, inquit, ut homo qui domui, filiis, &
H familiæ præsit, qui uel rempublicã gerat, uel opifex,
uel militaris, cum plurimi Græci ubique sint, fornica
rios fugiat? Nam mundi fornicarios Græcos appel
Græci & Gentilis, nomine indifferẽter utitur interpres. lat. Nũc autem scripsi uobis nõ commisceri, si is, qui
frater nominatur, est fornicator, cum eiusmodi neq;
cibum sumere. Hoc loco alios quos q; qui malà uiuũt
significat. Et quomodo, qui frater est, idololatra es
se potest? Vt Samaritanis aliquãdo cõtigit, qui dimi
dia ex parte pietati adhærebant. Præterea ad idolorũ
sacrificia præludit, cõtra quæ deinceps pugnaturus
est. Aut auarus. Et enim aduersus hos ingreditur. Qua
re, inquit, ⌜non magis iniuriam accipitis? quare, non
Infr. 10. c ibidẽ. 6. c magis fraudem patimini? Sed uos iniuriam facitis
& fraudatis. Aut ebriosus. et enim hoc pòst accusat. Vt
enim dicit, alius quidem esurit, alius autẽ ebrius est:
& esca uentri, & uenter escis. Aut maledicus, aut rapax.
Et hoc quoque superius reprehendit. Deinde & cau
sam addit, propter quam non prohibet, huiusmodi
cũ externi sint commisceri, ostendens non solũ im
posibile esse, sed superfluum. Quid est mihi de his, quæ
I foris sunt iudicare? Alios itus, alios foris dicit: quorũ,
1. Ti. 3. b. alios Christianos, alios gentiles appellat: quẽadmo
dum alios in loco, cũ dicit: oportet autem ut ipse te
stimonium bonum habeat, ab his qui foris sunt. Et
2. Thes. 3. in epistola ad Thessalonicenses idem his uerbis, in
quit: Et ne commisceamini cũ illo, ut cõfundatur: &
nolite quasi inimicũ eũ existimare, sed corripite ut
fratrẽ. Hoc tamẽ in loco causam non adducit. Quid
tandem? quoniam illic consolari uolebat, hic autem
minimẽ. Nõ enim & hic, & illic idem peccatum est,
sed illic leuius. Desidiæ nanq; duntaxat eos accusat,
hic autem fornicationis, & aliorũ quæ grauiora erãt
peccata: & si quis cũ gentilibus esse uellet, eadem rur
sum gratia simul comedere non prohibet. Ita & nos
facimus. Pro filiis & fratribus omnia conamur. Alie
norum autem non multam habemus rationẽ. Quid
igitur? nõnne externorum curã habebat Paulus? Ha
bebat quidem, sed pòst receptam prædicationẽ, cũ
eos Christianæ doctrinæ subiecisset. Tunc eis legem
sancit, sed dum diuina præcepta cõtemnebãt, super
fluum erat cũ his de Christo uerba facere, quẽ igno
rabant. Nõnne de his qui intus sunt, uos iudicatis? Nam
eos, qui foris sunt, deus iudicabit. Cũ dixisset: Quid est
mihi de his, qui foris sunt, iudicare? nequis arbitrare-
tur eos impunè dimitti, aliud iudiciũ his horrendum K
constituit. Hoc autẽ dixit, ut simul & illos perterre
ret, & hos consolaretur: ut ostenderet supplicium ip
sum, qđ non diuturnũ est, ab immortali & perpetuo
Infr. 11. g supplicio liberare. Quod alibi ostẽdit, dicẽs: Nũc au
Deut. 13. b tem iudicati erudimur, ne cum hoc mundo condẽ
nemur. Et *auferte malum ex uobismetipsis*. Meminit eius
uerbi, quod in ueteri testamẽto scriptũ est: & simul
significat, quòd & ipsi maximè lucrantur, tanquam
peste aliqua grauissima liberati, & qđ huiusmodi nõ
est innouatio. Sed superius uidebatur legũlatori hu
iusmodi hoies abscindendos. Verùm illic uehemen
tius, hìc mitius. Quare quis nõ immeritò dubitaret,
quid & tandẽ illic quidem concedebat, puniri pecca
torem ⌜& lapidari: hìc autem minimè, sed ad pœni
tentiam hortatur? Quid igitur aliter quidem illa, ali
ter hæc figurata sunt? Propter duas has causas: pri
mã quidẽ, quòd ad maius certamẽ hi uocabantur,
& maiore indigebant patientia: Alterã autẽ probabi
liorẽ, quòd hi facilius ab impunitate ad pœnitẽtiã di
rigebantur. Illi ad malitiam grauiorem festinabant.
L Nam si cũ sceleſtos primùm puniri uiderent, in iisdẽ
tamen sceleribus persistebant: nõnne longè magis
peccassent, nisi quidã pœnas dedissent? Idcirco illic
quidem mœchus & homicida mox morte punitur,
hìc autẽ si per pœnitentiã abluitur, supplicio absolui
tur. Veruntamen in nouo quàm in ueteri testamẽto
grauiora uidere licet supplicia. Vt enim in omnibus
ostendãtur cognata esse, & unius & eiusdem legisla
toris testamenta, in utroque quidã continuò puniti
sunt, quidã longo pòst tempore. Similiter sæpe neq;
diu pòst, sed pœnitentia tantũ placatus est deus. Si- 2. Reg. xii. b.
quidem in ueteri testamento, adulterio & cædẽ cõ- Acto. v. c.
missa, Dauid per pœnitentiã saluatus est: & in nouo
exiguũ quiddam ex agri pretio auferens Ananias cũ
uxore perit. Quòd si in ueteri plura sunt punitionis
exempla in nouo autem misericordię, personarũ dif
ferentia huius dispensationis differentiam facit. Au- Cap. V. a.
det aliquis uestrum, habens negotiũ aduersus alterũ, iudi
cari apud iniquos, & non apud sanctos? Tãquã in rebus
certis iterum accusat. Et enim superius, Omnino, in- Supr. 5. b.
quit, auditur inter uos fornicatio. Et hoc in loco: Au
det aliquis uestrum: à principio statim indignationẽ
suam, & audax opus & iniquũ ostendens. Et quid tã M
dem de auaritia, & quòd nõ oporteat extrà iudicari
sermonem inseruit? Vt propriã legem impleret. Ete
nim mos ei est, ut ⌜q obiici possent, his respondeat: ⌜obiter
quemadmodum cũ de communibus mensis disputans, intercidẽ
in mysteriorum sermonem transit: & hoc in lo tia corri
co cũ auarorum fratrum meminit, corrigendorum gat.
peccantium cura excandescens, seruare ordinem nõ
patitur. Sed ex consequentia delatum in mediũ pec
catum rursum corrigit, & sic ad primum reuertitur.
Audiamus igitur, qd de hoc et iã loquatur: *Audet ad
iquis uestrum habens negotium aduersus alterum iudica
ri apud iniquos, & non apud sanctos?* Primũ ex ipsis no
minibus rem nudat, dissuadet, accusat: & à principio
quidem non dissuadet fidelibus, ut iudicent. Quãdo
autem eos multis rationibus exterruit, tũc omnino
iudicium tollit. Maximè enim neque iudicari, inquit,
apud iniquos, uel potius omnino non iudicari opor
tet. Sed hoc posterius ponit. Iam uerò primùm tollit
exterius iudicium. Cur enim non absurdũ est, iquit,
amici negligentioris causa inimicum reconciliatore
accipere? Cur non pudet, cur non erubescis, cũ gen-

A tilis ad iudicandum Christianũ constituatur? Quòd
si pro priuatis nõ oportet apud gẽtiles iudicari, quo
modo eis iudicia pro aliis maioribus pmittemus? Et
consídera quibus uerbis usus est. Nõ apud infideles,
ait: sed, apud iniquos: uerbum ponẽs, qđ maximè ad
propositam faciebat materiã, ut dissuaderet & abdu
ceret. Nam cũ in iudicio quicquam agitur, qui iudi
cantur, nihil tam desiderant, quã ⌜nimiam iudicum
⌜multa est iniustitiæ apud iudices pro uidentiã ⌜mutauit in causa prouidentiã: ⌜hic eos auertit, tantùm nõ di
cens, quo pacto toleras, & qd facis homo, cũ uoto
tuo contrarium perpetiaris, & pro iustitia consequẽ
da iniustis te permittis hominibus? Et cùm primùm
molestum sit auditu non iudicari, nõ statim hoc ad
didit: sed iudicantes duntaxat ⌜ultus est, ⌜extrinse
cus in ecclesiam ⌜iudicantes ⌜inducens. Deinde cùm
⌜eos qui iudican tur. contemptu dignũ uideretur, apud fideles, & eos ma
ximè qui tunc temporis erant, iudicari: non enim for
sitan sufficientes erant, qui causas cognoscerẽt, neq;
quales gentilium iudices legum experti, & rhetoricę,
utpote cũ maiori ex parte indocti essent: uide quan
tę eos authoritatis facit. Primũ sanctos appellat. Sed
B cũ hoc nomen uitæ puritatem, non autem, diligen
tiam in his, q audiunt, testaretur: animaduerte quo
pacto hanc transigit partem, ita inquiens: *An nescitis,
quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt?* Tu igitur,
qui tunc illos iudicaturus eris, cur ab illis pateris nũc
iudicari? iudicabũt autẽ non ipsi sedentes & exigen
tes rationẽ. Absit, sed condemnabunt. Quod signifi
cãs, inquit: *Et si in uobis iudicatur mundus, indigni estis,
qui de minimis iudicetis?* nõ enim, inquit, à uobis: sed,
in uobis: quemadmodũ cùm inquit, Regina Austri
Matt. 12. & Luc. 11. d surget in iudicio, & cõdemnabit generationẽ hanc.
Et iterum: Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum gene
ratione ista, & condemnabũt eã. Quando enim om
nibus eundem Solem spectantibus, & eadem parti
cipantibus elemẽta nos quidẽ credentes, illi infide
les inueniantur, ad ignorationẽ confugere non po
terunt. Accusabimus nanq; eos ex his, quæ ipsi feci
mus, & multa huiusmodi inueniet quis illic iudicia.
Præterea necui uideatur de aliis dicere: uide quo pa
⌜minimis iudiciis. cto orationem suam communẽ faciat. Et *si in uobis
iudicatur mũdus, indigni estis, ⌜quide minimis iudicetis?* ⌜
C Ignominiam uobis affert, inquit, & opprobrium, su
prà quã dici posit. Cùm enim decens esset uos à fi
delibus iudicatos erubescere, contrà quidẽ dedecus
est, inquit, cùm ab infidelibus ipsi iudicemini. Illa
enim minima sunt iudicia, nõ hæc. *Nescitis quoniam
angelos iudicabimus? quantò magis secularia?* Quidã hoc
in loco inquiunt, sacerdotes significari: sed absit. De
dæmonibus enim ei sermo est, de malis autẽ sacer
dotibus tunc locutus est, cũ inquit. Quoniam in uo
bis iudicatur mũdus. Nouit enim malos hoies mun
dum uocare scriptura. Neq; iterum idem dixit, neq;
tãquã maius quiddã locutus, posterius hoc posuit,
sed de illis loquitur angelis, de quibus Christus inqt,
Mat. 25. d Discedite in ignẽ præparatũ diabolo & angelis eius.
2. Co. 11. c Et Paulus quòd angeli eius transfigurantur, uelut mi
nistri iustitiæ: quando enim incorporeæ uirtutes no
bis qui carnem induti sumus inferiores reperientur,
grauius dabũt supplicium. Quòd siqui adhuc cõten
derent, à Paulo sacerdotes hoc loco intelligi, interro
gemus quos nam sacerdotes. Seculariter omnino ui
uẽtes dices. Quã igitur ratione, inquit, Angelos iudi
cabimus, quãtò magis secularia? ad secularium diffe
rentiã ponens angelos: & meritò quidem, utpote ex
tra horũ necessitatẽ positos propter naturæ excellẽ D
tiam. *Secularia igitur iudicia si habueritis, contẽptibiles
qui sunt in ecclesia, illos constitute ad iudicandum.* Per ex
cessum nos edocet, nõ opus esse omnia gẽtilibus ex
hibere. ⌜Monet enim qđ opponi posse uidebatur, & ⌜Mouit enim qđ
id primum soluit. Quod autem dicit, huiusmodi est:
forsitan dicet quispiam neminem uestrũ sapientem
esse, neminem sufficientem ad diiudicandum, sed cõ
temptibiles oẽs. Et quid nam hoc? Quanuis enim ne
mo sit sapiens, inquit, minimis tamen iudicia per
mittatis. *Ad uere cundiam uestram dico.* Reprehenden
tis est eorum obiectionem, tãquam friuolam & ina
nem. Quare addidit: *Sic non est inter uos sapiens quis
quam:* Tanta inquit inopia, tanta prudentiũ homi
num inter uos raritas est. Illatio autem magis offen
dit, cùm enim sic dixisset, Non est inter uos sapiens
quisquam, addidit: *Qui possit iudicare inter fratrem
suum.* Cùm enim frater cum fratre litigat, nequaquã
sapientia & grauitate opus est arbitro controuersię,
cũ affectus & cognatio multùm faciat ad hanc con
tentionem soluendam. *Sed frater cum fratre in iudicio
contendit, & hoc apud infideles.* Vides quam utiliter pri E
mùm confutauit iudicãtes, cũ iniquos eos appellat:
hic autẽ reprehensiuè quoq; infideles uocat. Et enim
turpissimum est, si sacerdos fratres nequeat reconci
liare, sed necessarium sit ad gentiles recurrere. Quare
inquiens, contemptibiles: non hoc inquit principa
liter, qđ abiectos constituere oporteat, sed eos tãgit.
Quod enim potẽtibus iudicare permitti opus sit, his
uerbis significauit: *Non est inter uos sapiens quisquam.*
Et maiorem in modum lẽtium eis imponit, dicẽs:
Quòd si non esset inter uos sapiẽs quisquam, insipiẽ
tibus permitti magis oporteret, ut iudicia audirent,
quã gentilibus. Et qua nam ratione non absurdum
sit, cùm domi seditio oritur, neminem externum ad
uocari, sed erubescere, si in alienos exeant, quę domi
gerũtur: Vbi autem ecclesia arcanorum mysteriorũ
thesaurus est, omnia extrà efferri? *Sed frater cum fra
tre in iudicio contendit, & hoc apud infideles.* Duplex cri
men, quòd scilicet iudicantur, ⌜ideq; apud infideles. ⌜quũ a
Nam si ipsa re peccatum est, cũ fratre in iudicio con pud gen
tendere, quæ nam ⌜ingentilibus ⌜uenia habenda est? tiles,
*Iam quidẽ omnino delictum est in uobis, quòd iudicia ha
betis inter uos.* Vides ubi hoc seruauerit, & quàm tem F
pestiuè sustulerit. Nõdum enim dico, inqt, quis inu
riam inferat, aut quis accipiat. Primùm in ipso iudi
cio uterque lædítur, & nihilo alter altero secundum
hoc melior est. Si uerò iustè aut iniustè iudicatur, id Iudicare
alterius rationis est. Noli igitur mihi dicere, quis in- dicit pro
iuriã acceperit: hinc enim iã te condemno, quòd iu iudicio cõ
dicasti. Quòd si nõ posse iniuriantẽ perpeti, id crimẽ tendere.
est: ipsa iniuria qua digna est accusatione? *Quare non
magis iniuriam accipitis? quare nõ magis fraudẽ patimini?
sed uos iniuriã facitis et fraudatis, & hoc fratribus.* Rur
sum duplex crimen, fortasse autem & triplex & qua
druplex. Vnum quidem nescire iniuriam perferre, al
terum inferre, tertium iniustis de his iudiciũ permit
tere, quartum iniuria afficere fratrẽ. Neq; enim simi
liter peccata iudicãtur, quãdo in alios, & quando in
proprium membrũ committũtur. Maioris enim te
meritatis hic ausus est. Nam illic natura rei sola con
culcatur, hic etiã personæ qualitas. Cũ igitur à cõ
munibus rationib⁹, & antea à cõstitutis ⌜pœnis eos ⌜præmiis
arguisset, in minas admonitionẽ claudit, fortiori ad
ducta ratione, sic inquiens: *An nescitis, quòd iniqui re-*

Gnũ dei nõ poſſidebũt? Nolite errare, neq; fornicarij, neq; idolis ſeruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; maſculorũ concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum dei poſſidebunt. Quid dicis Paule? quid cum de auaris locutus ſis, tãtã nobis iniquorum hominum turbam adduxiſti? Sanè inqt, nõ tamẽ ab re hoc facio, ſed ordine progrediens. Quem admodum enim cũ de fornicariis diſputat, omniũ ſimul meminit: ſic rurſum auarum cõmemorãs, omnes in medium adducit, ad horum reprehenſionem ſibi conſcios aſſuefaciens. Siquidem cũ ex aliorum memoria frequenter conſtitutum eis ſupplicium auditur, fit, ut æquo animo reprehenſio toleretur, ⌜maximè cũ propriis ipſarum peccatis exuatur. ⌜Neque enim tanquam horũ conſcius hoc in loco, neq; tanquã reprehendens minatur, quod maximè auditorẽ continere poterat, neq; ſinere, ut reſiliat, cum ad ipſum huiuſmodi nõ dirigatur oratio, ſed idefinitè locutus latenter eius percellit conſcientiam. Nolite errare: hoc in loco ſignificat quoſdam dicentes, qđ & nũc multi dicũt, quòd benignus eſt deus & clemẽs, neq; ulciſcitur peccata. Nolite timere. A nemine unquam ullius rei rationem deus exiget. Horum gratia inquit, *Nolite errare*. Erroris nanque & fraudis ultimæ eſt, ut qui optima ſperet, cõtraria conſequatur, & talem de deo habeat opinionẽ, quã ne de homine quidem quiſpiam arbitraretur. Quare ex illius perſona propheta inquit: Exiſtimaſti ⌜inique, ⌜quòd ero tibi ſimilis: arguam te, & ponã contra faciem tuã iniquitates tuas. Et Paulus hoc loco: Nolite errare, neq; fornicarij: quem iam condemnauit, primum ponit: *Neque adulteri, neque molles, neque ebrioſi regnum dei poſſidebunt.* Multi hunc locũ nimis aſperum accipiũt, ſi ebrioſum & maledicum, cũ adultero & pathico & maſculorũ cõcubitoribus ponit. Atqui nõ paria crimina ſunt, quomodo ſupplicia erunt paria? Quid igitur dicemus? qđ ebrietas non paruum quoddã eſt, & leue peccatum, neq; item maledictũ. Nam & Chriſtus eum, qui ſtultum fratrem appellat, gehennæ tradit. Sæpenumero enim illinc nata eſt mors: & Iudæorum populus ex ebrietate grauiſſima cõmiſit peccata. Præterea non de ſupplicio ſermo ei hoc in loco habetur, ſed de caſu à regno cœlorum, à quo pariter, & hi & illi excident. Siquam autem in gehenna differẽtiam habebunt, non præſentis temporis eſt inqẽre. Non enim id nobis hoc loco proponitur. ⌜*Et hoc aliquãdo quidẽ fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, & iuſtificati eſtis.* Vehementi hoc reprehenſione locutus eſt. ac ſi dicat: Intelligite, quãtis nos exemit malis deus. Quantam in nos benignitatem oſtẽdit, ⌜& neque uſque dũ uiuimus, ſed diutius ⌜beneficia ſua in nos extẽdit. Et enim nos abluit. Nunquid igitur hoc ſolũ? Minimè, ſed ſanctificauit? neque hoc etiam, ſed iuſtificauit. Atqui liberari à peccatis, magnũ munus eſt. Nunc autem te etiam innumeris impleuit bonis, & hoc factum eſt, *in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti*: non in hoc & illo, ſed *& in ſpiritu dei noſtri*. Hæc igitur cũ intelligamus dilectiſſimi, accepti beneficij magnitudinis memores, in uita pudica pmaneamus, & omnibus q̃ enumerauimus ſceleribus purgati, extorni iudicia fugiamus. ⌜Et beneficium qđ ⌜nobis deus largitus eſt, ⌜id ⌜cuſtodiamus. Conſidera enim quã pudendum ſit conſtitui gentilem, qui tibi iura dicat. Quid inquis, ſi iniquè noſtri iudicant? Quamobrem dic, quæſo, ſecundum quas leges iudicat gẽtilis, & ſecundũ quas Chriſti anus? Nõne cõſtat, quòd ſecundum humanas leges gentilis, ſecũdum diuinas Chriſtianus? Igitur in Chriſtianis maior iuſtitia eſt, quo eis è cœlo leges demiſſæ ſunt. Nã in gentilibus cum his quæ iam dicta ſunt, etiã alia ſunt ſuſpicanda. Videlicet rhetorum grauitas, corruptio potentũ, & alia multa, quibus iuſtitia corrumpitur, hìc autem nihil huiuſmodi. Quid igitur ſi aduerſarius potens eſt? inquis. Et propter hoc maximè à noſtris iudicari oportet. Siquidem in gentilium iudiciis uincet te omnino, qđ ſi non patitur, ſed etiam noſtros deſpicit, & extrinſecus ui trahit: ſatius eſt, quòd neceſſariò paſſurus es, ſponte ſubire, & non litigare, ut mercedem conſequaris. Siquis, inquit, uult tecũ iudicio contendere, & tunicam tuã tollere, dimitte ei & pallium, & eſto beneuolus aduerſario tuo, citò quouſq; ſit i uia tecũ. Et quid opus eſt noſtra in medium afferre? Et enim ipſi exteriorum iudiciorũ patroni millies hæc dicunt, melius eſſe extra iudicium cõtrouerſiam ſoluere. Sed ô pecunias, ô abſurdã pecuniarum cupiditatem, quoniã omnia euertit & perdidit: omnia deliramentum multis, & fabulę propter pecunias exiſtimantur. Et quòd ſeculares ſint, qui in iudiciis uerſantur, nihil mirum: quòd autẽ multi, q hęc renunciant, eiuſmodi ſint, hoc eſt quod omni caret uenia. Nã ſi uidere uolueris, quantũ te abſtinere ab hac iudiciorum neceſſitate, ſcriptura præcipit, & qbus leges ponãtur, ediſcere, audi Paulum dicentem: Iuſto lex nõ ponitur, ſed iniqs & indomitis. Quòd ſi de Moſaica lege hæc dicit, multò magis de gentilibus. Nam ſi lædis, cõſtat te iniuſtũ eſſe: ſin lęderis, & fers æquo animo, cũ maximè iuſti obeas officium, nullam habes externarum legũ neceſſitatem. Et quo pacto, inqs, potero iniurias perpeti? Atqui Chriſtus qddã, quàm hoc maius præcepit, quòd ſcilicet non ſolũ, qui nos lędunt, æquo animo feramus, ſed uberius largiamur inferenti nobis iniuram, & tolerantiæ promptitudine malè faciẽtis deſideriũ ſuperemus. Non enim dixit: Siquis uult tecũ iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte tunicam, ſed cũ illa etiam pallium. Vince eum, inquit, malè ferendo, non malè faciẽdo. Ea nanq; manifeſta uictoria eſt & clara. Quare ſuperius inquit Paulus: Iam quidem omnino delictũ eſt in uobis, qđ iudicia habetis inter uos: & quare non magis iniuriam accipitis: quãdoquidem, qui eam accipit, magis uictor euadit, quã qui non tolerat: hoc ego uobis manifeſtum faciam. Qui non fert iniurias, etſi in iudicium quempiam trahat, quanuis eum ſuperet, tamen tunc maximè uincitur. Quod enim noluit paſſus eſt, coegit ſaltẽ ipſum aduerſari & dolere & litigare. Quid. n. quòd uiciſti? qd quòd pecunias omnes acceperis? primũ quod nolebas per tuliſti, coactus contendere. Quòd ſi toleras iniuriã, uictor euadis: qui enim pecuniis priuatus eſt, nõ eſt priuatus uictoria in hac philoſophia. Siquidẽ ille nõ potuit te cogere, ut faceres, qđ nolebas. Et qđ hoc ſit uerum: dic quæſo, uter uicit? illẽ ne q ſuper ſimo rebus omnibus deſtitutus ſedet Iob? an q omnia abſtulit, diabolus? Clarũ eſt quòd omnib⁹ deſtitutus, qui uerò omnia abſtulit, ſuccubuit. Vtrum igitur tãquam uictorem admiramur, diabolum percutiẽtẽ, an percuſſum Iob? Sanè ſpicuũ eſt qđ Iob. At qui non potuit pereũtes diuitias retinere, ⌜nõ filios ſuos ſeruare. Et quid dico, diuitias & filios? corporis ſui ſalutem tueri nõ potuit. Attamẽ hic eſt ipſe uictor qui

ſua omnia

A ſuã omnia abiecit. Pecunias quidem non potuit retinere ſed omni diligentia pietatem ſeruauit. Verùm pereuntes filios non potuit liberare. Et quidnã hoc? Etenim clariores illos caſus reddidit. Iob autẽ etſi tẽtatus eſt, ſeipſum tamen ſic ultus eſt, quòd ſi acceptam à diabolo iniuriã non toleraſſet, nõ ſanè clarã illam aſſecutus eſſet uictoriam. Si malum fuiſſet iniuriam accipere, nunquam id nobis deus præcepiſſet. Deus enim mala non præcipit. An ignoratis, quòd ipſe eſt deus gloriæ, neq; dedecore uos, neque riſu, neq; detrimento complecti uoluit, ſed cõtraria afferre? Idcirco mãdat, ut iniuriã accipiamus, ⌜& omnia faciamus, ut nos à ſecularibus ſegregemus: ⌜& perſuadeat, quid gloria ſit, quid ignominia, qd damnũ, quid lucrũ. Sed graue iniuriã accipere & calumniari. Non eſt graue homo, non eſt inquam, uſque ad præſentia formidare. Neq; præcepiſſet id deus, ſi graue fuiſſet. Conſidera autem qui iniuſtè operatus eſt, cũ pecuniis abiit, ſed conſcientia mala. Qui autẽ iniuriã accepit, pecuniis priuatus fiduciã in deo habet, poſſeſſionem innumeris theſauris pretioſiorem. Hęc igitur uidentes ſponte philoſophemur, neq; inſipientiũ affectibus agitemur, qui tunc nõ accepiſſe ſe iniuriã arbitrãtur, cũ à iudicio accipiunt. Contrà autem omnino eſt maximum damnum, quando non ſponte hæc philoſophamur, ſed illic uicti ſuccũbimus. Nullum. n. lucrum ⌜iudicio condemnari, ⌜ſi quidẽ neceſſitas cogit. Quæ igitur clara eſt uictoria? Cũ tu eam contempſeris, cũ non litigaueris. Quid? inquis. Perdidi mea omnia, & tacere præcipis? ⌜calũniatus ſum⌜ & me æquo animo ferre admones? Et qua nã ratione potero? Facilè quidem, ſi cœlũ ſuſpexeris, & eius uideris pulchritudinẽ, & quid tibi polliceatur deus, te accepturum, ſi iniurias generoſè pertuleris. Ita facias, & ſuſpiciens in cœlum intelligas, quòd illic ſedẽti ſuper Cherubin factus es ſimilis. Etenim ille cõtumeliis affectus eſt, & eas pertulit: & ⌜opprobria, ⌜neque ultus eſt: & uerberibus cæſus eſt, neq; uicem reddidit: ſed cõtrà innumeris eos proſecutus eſt beneficiis, qui huiuſmodi iniurias in eũ machinati fuerant, & nos imitatores eius fieri præcipit. Intellige quòd nudus egreſſus es ex utero matris tuæ, & nudus hinc migrabis, & tu, & ille qui tibi iniuriatus eſt: ſed is longè magis innumeris cũ ulceribus & uermibus ſcaturientibus. Intellige quã caduca ſint & fluxa præſentia oia. Conſidera ſepulchra parentum tuorum, perdiſcito quæ fiunt clarè omnia, & uidebis quòd fortiorẽ te fecit, qui iniuriatur. Suos nanq; affectus grauiores fecit, hoc eſt auaritiã: tuos autẽ remiſsiores, cũ tibi ferarũ uictum abſtulerit. Accedit ad hæc, qđ te curis liberum reddidit, certaminibus, inuidiis, calumniantium tumultu, perturbatione & timore perpetuo, & onus malorũ ſuper caput ſuum accumulauit. Quid igitur, ſi fame peream? inquis. Cùm Paulo hoc pateris dicente, Vſq; in hãc horam, & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus. Verùm ille propter deum, inquis. Et tu propter deum. Cũ enim non te ulciſceris, propter deum id facis. Sed iniuſtus cum diuitiis uiuit, uel potius cum diabolo: ſed tu cum Paulo coronatus es. Noli igitur famẽ formidare. Non. n. dominus fame perdit iuſtorum animas, & alius iterũ: lacta, inquit, cogitatum tuum in domino, & ipſe te enutriet. Nam ſi paſſeres campi nutrit, curte non nutriet? Nolimus ergo modicæ fidei eſſe, ⌜neq; puſillanimes chariſſimi: ⌜nam qui cœlorũ regnũ, & tot bona pollicetur, cur nõ dabit præſentia? Nolimus ſuper B fluа deſiderare, ſed ſufficientiã, & ſemper ditabimur. Tegmenta quæramus, & uictũ, & hæc & multò maiora conſequemur. Quòd ſi doles, & adhuc humi deprimeris, uelim tibi poſt uictoriã eius, qui tibi iniuriam intulit animã oſtẽdere, quomodo ſathiſcat in cinerem. Etenim huiuſmodi peccatũ eſt, quod quũ admittitur, quandam parit uoluptatem: cũ autẽ cõſummatum eſt, tunc ſubingreditur triſtitia, & minimum uoluptatis manet. Hæc & cum lædimus quẽpiam, patimur: poſt noſipſos accuſamus. Sic cũ dite ſcimus, gaudemus, deinde cõſcientia compũgimur. Vides apud aliquẽ pauperis domũ: lachrymare, nõ qui ſuis rebus ſpoliatus eſt, ſed qui ſpoliauit. Non. n. intulit, ſed accepit malum: illum nanque rebus priuauit præſentibus, ſeipſum autẽ ineffabilibus bonis. Nã ſiqui non dat indigentibus, in gehennã abit: qui ab indigẽtibus rapit, quid patietur? Et quod lucrũ inqt, ſi uterque malè patimur? ⌜Magnũ quidẽ. Neq; enim ſupplicio eius qui malefecit, retributionẽ tibi conſtituit deus. Nam nõ eſſet magnum. Quid enim utilitatis amborum detrimentum? Atqui multos noui, magnum hoc ſolatiũ arbitratos, & ſibi ſatis factũ, cũ calumniantes ſe ſupplicio uident affectos. Sed uis intelligere quanta tibi bona deus tribuit, uniuerſum tibi cœlũ aperit, ſanctorum conciuẽ te facit, in ipſum chorum conſtituere te parat, peccatis te ſoluit, iuſtitia te coronat. Nã ſi dimittẽtes peccãtibus ueniã cõſequuntur, qui non ſolũ dimittunt, ſed largiuntur, quam non ſibi parant excuſationem? Noli igitur iniquo animo iniurias ferre, ſed precare pro eo, qui te lædit: ad tuã hoc facis utilitatem. Accepit tuã pecuniam, ſed & peccata, quod in Naamã & Giezi factũ eſt. Quãtas nõ uoluiſſes dare diuitias, ut peccata tua delerentur? Hoc nunc fit. Nã ſi pertuleris generoſè, & non imprecatus fueris, clara te corona inſignẽ reddam. Non mea hæc eſt oratio, ſed Chriſtũ dicentẽ, audi. Orate pro perſequẽtibus uos. Ex quo quantũ fit præmij prouenturum intellige: Vt fiatis ſimiles patris ueſtri, qui eſt in cœlis. Itaque nihil amiſiſti, ſed lucratus es, non iniuriam accepiſti, ſed coronã. Sapientiæ ſtudioſior factus es, & deo ſimilis. Cura pecuniarum liberatus es regnum cœlorũ poſſidens. Hæc igitur omnia reputãtes, in iniuriis philoſophemur dilectiſſimi, ut præſentis uitæ perturbationibus liberati inutilem abiiciamus anxietatem, & futuram gaudium adſequamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria in ſecula ſeculorũ, Amen.

Homilia. XVII.

Mnia mihi licent. ſed nõ omnia cõferunt, Omnia mihi licent, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate.

Ventri deditos hoc in loco taxat. Nam cùm rurſum in fornicatorẽ inuecturus ſit, fornicatio autem à cibo & itemperãtia proficiſcatur, uehemẽter hoc uitium reprehendit. Non enim de uetitis hoc dicit, illa enim nullo pacto licent, ſed de his quę idifferẽtia uidentur. Vt exempli gratia: licet, inquit, comedere & bibere, ſed non confert cum incontinentia. Et hoc in Paulo mirabile eſt, & præter opinionẽ, qđ ſæpenumero facere conſueuit, ut in contrarium uertat ſermonẽ ſuum: quod in præſentia molitur, oſtendendo, quòd etſi in poteſtate noſtra ſit, non ſolũ id nihil affert utilitatis, ſed ne poteſtatis quidem eſt, uerùm ſeruitutis. Et primùm quidẽ ab inutili dehortatur, cùm inquit, non conferunt. Secundo autẽ in lo-

Gco à cõtrario, cũ inquit, Sed ego ſub nullius redigar poteſtate. Hoc autẽ ſignificat. Dominus es comedẽdi. Igitur perfer cùm dominus ſis, & caue ne ſeruus ſi as huius affectus. Qui enim ad neceſsitatem eo utitur, ille eius dominus eſt. Qui uerò in incontinentiã prolabitur, nõ amplius dominus, ſed ſeruus eius efficitur, cũ edacitas ei dominetur. Vides quo pacto, q ſe habere poteſtatẽ arbitratur, eũ ſub poteſtate eſſe oſtẽdat. Hic.n. mos Paulo eſt, ut in contrariũ uertat obiectiões: qd & hoc in loco fecit. Et animaduerte: eorum quiſq; dicebat, licet mihi in deliciis eſſe: inqt Paulus, non ſic hoc facis, tanquam eius habeas poteſtatẽ, ſed ut ipſius poteſtati ſubiectus: quippe qui uẽtris poteſtatẽ non habes, quouſque incõtinentia uinceris: ſed ipſe ſub eius imperio es. Hoc & in pecuniis & in aliis dici poteſt. ⌜*Eſca ſuentri.* Ventrẽ hoc in
Phili.3.d loco non aluum, ſed gulam dicit: Quemadmodum cũ inquit, Quorũ deus uenter eſt, non de parte corporis locutus, ſed de edacitate. Quòd autẽ ita intelligatur, audi quę ſequũtur. *Et uenter eſcis. Corpus autem non fornicationi, ſed domino.* Atq & uẽter, corpus. Sed
H duo paria poſuit: eſcas & gulam, quã uentrem appellauit: dominũ & corpus. Quid autẽ ſignificat, Eſcæ uentri: Eſcę, inquit, ad gulam habent amorẽ, & hæc ad illas. Non poteſt igitur ad Chriſtũ nos adducere, ſed ad illas trahit. Affectus.n. grauis, & ſerus eſt, & ſeruos facit & maximè huic miniſtrari. Quid igitur circa uictum laboras & inhias? Finis enim illius miniſterij hic eſt, & nihil amplius de ſe pollicetur. Sed tãquã qui alicui domine ſeruit, in ea permanet ſeruitute, ne quę procedit ulterius. Siquidem nullum alium finẽ habet, & hunc ipſum uanum. Quare ambo inuicem copulantur & diſſoluuntur. Venter eſcis, & eſcæ uentri, curſum quendã inexplicabilem reuoluentes, ac ſi à corpore corrupto uermes generentur, & rurſum à uermibus cõſumatur corpus. Aut tanquã ſi fluctus uehementer elatus ſit, & reſidens amplius nihil efficiat. Hæc autẽ non de cibo & corpore dicit, ſed gulæ affectũ, & incõtinentiã ciborum accuſat: quod in ſequẽtibus ſignificatur: *Deus autem & hunc & illas abolebit*: non uentrem, ſed immodicum deſiderium: nõ
I cibum, ſed delicias. De illis enim non indignatur, ſed
1. Tim.5. b. ſtatuit his uerbis: Habentes uictũ & ueſtitum, his cõtenti ſimus: ſed hactenus accuſat hanc rẽ, & ut corrigantur, primũ conſilio, deinde precibus hortatur. Quidã autẽ dicunt hãc particulam prophetică eſſe, quæ futuri ſeculi conditionẽ ſignificat, & quòd illic nõ comeditur neq; bibitur. Quòd ſi mediocritas habebit finem, multò magis ab immoderatione abſtinere oportet. Deinde nequis corporis hoc crimẽ arbitraretur, & quòd à parte totũ accuſaret: nẽue diceret, naturam ⌜gulæ, ⌜cauſam eſſe malitiæ: uide quo-
⌜*corporis* modo ex ſequentibus id corrigit. Oſtendit enim ſe naturam corporis non accuſare, ſed immodicam animi luxuriam. Quapropter addit. *Corpus autem non fornicationi, ſed domino*. Non enim propterea formatum eſt, ut luxurioſus ſis & forniceris, quemadmodum neque uenter, ut crapuleris: ſed ut Chriſtum
⌜*ſuperpo-* ſequaris tanquam caput, & dominus corpori ⌜*inuratur.* tur. ⌜Erubeſcamus, horreamus, quòd tanto dignati honore, ut illius qui in cœlis ſedet fiamus membra, tantorum malorum non pudeat. Cum igitur ſatis guloſos accuſauerit, futurorum ſpe ab hoc nos malo abducit, inquiens: *Deus uerò & dominum ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit per uirtutem ſuam.* Vidiſti iterũ Apoſtolicam ſapientiam: ſemper enim fidem reſurrectiõ
K nis à Chriſto confirmat, & maximè hoc in loco. Nã ſi corpus noſtrum Chriſti membrum eſt, ſurrexit autem Chriſtus, corpus quoque omnino ſequetur caput. *Per uirtutem ſuam*. Cùm dixiſſet rem incredibilẽ, & quæ rationibus ſubiici nequit, incomprehenſibilitati potentiæ ipſius Chriſti reſurrectionem remittit, non paruam hanc contra eos afferens probationem. Et in Chriſti reſurrectione id non poſuit. Non enim dixit, deus uerò & dominum ſuſcitabit: egreſſus enim eſſet propoſitam materiam. Sed quomodo? deus autem & dominum ſuſcitauit. Neque enim opus erat cõfirmatione. In noſtra autem reſurrectione cũ nunquam facta ſit, nõ ita locutus eſt. Sed quomodo? Et nos ſuſcitabit per uirtutem eius, authoritate fortitudinis ipſius qui hoc faceret, contradicentiũ os obſtruẽs. Quòd ſi patri Chriſti reſurrectionẽ attribuit, nihil te hoc perturbet. Non enim ac ſi ſine uiribus eſſet Chriſtus hoc poſuit. Ipſe nanq; eſt qui
Ioan.2.d dicit, Soluite templũ hoc, & in triduo reædificabo il
Ibid.10. c lud. Et iterũ, Poteſtatẽ habeo ponendi animã meã, & poteſtatem habeo iterũ ſumendi eam. Et Lucas
Actor.1.a. in Actis Apoſtolorum inquit, Quibus exhibuit ſeipſum uiuentem. Qua igitur gratia Paulus ſic locutus eſt? Quoniã quæ filij ſunt, patri tribuũtur: & q̃ patris,
L filio. ⌜Quæ enim ille feciſſet, ⌜inquit, ea & filius ſimi- ⌜*Quæcũq; quæ enim ille facit, Ioan.5.d* liter facit. Valde autem opportunè hoc in loco reſurrectionis meminit, eius ſpe uehementiam ingluuiei comprimens: & tantùm non dicit, comediſti, bibiſti incontinenter, & quis finis? Nullus quàm corruptio tantũ. Coniunctus es Chriſto. Quis finis? maximus & admirabilis, futura reſurrectio, glorioſa illa, & omnem exuperans rationẽ. Nemo igitur diffidat: reſurrectioni. Siquis uerò diffiderit, intelligat quãta deus ex nihilo fecerit, & inde accipiat illius certitudinem. Quæ enim iam facta ſunt, multò ſunt admirabiliora, & ſtuporẽ afferunt incredibilem. Conſidera, quæ ſo, acceptã terram in maſſam redegit, & fecit hominem, terram inquam quæ antea nõ fuiſſet. Quomodo igitur terra facta eſt homo? Quomodo uerò terra, cũ non eſſet, extitit? Quomodo porrò ex ea omM nia ratiõe carẽtia creata ſunt, omnia ſemina, omnes plantæ, nullo labore in illis præcedẽte, nõ pluuiis ſuper his deſcẽdentibus, nullo cultu apparẽte, non bo um, non aratri, nõ alius inſtrumenti, qđ ad horũ procreationem faciat? Propterea ex inanimata & inſenſibili terra, tot principiò genera & plãtarum & brutorum animalium perfecit, ut prioribus illis operibus te reſurrectionis rationem edoceret, hoc enim reſurrectione inexplicabilius. Non enim perinde eſt extinctam lucernam accendere, & minimè apparẽs lumẽ oſtẽdere. Non eſt par exciſam domũ reſtituere, & q̃ nunquam fuerit conſtruere. Illic enim etſi nihil aliud ſit, materia tamen ſubiecta eſt, hìc autem nulla apparet ſubſtantia. Propterea quod erat difficilius, prius fecit, ut ex eo quod facilius eſſet, reciperes: difficilius autẽ dixit, non deo, ſed ſecundum noſtrarũ rationũ conſequentiã. Deo nanq; difficile nihil eſt. Sed quẽ-
admodum pictor ⌜ſimilem ⌜faciẽs imaginẽ, innume- ⌜*unam.* ras facilè pficiet: ſic & deo facile eſt innumeros mũdos facere, atque infinitos. Immo quemadmodũ facile eſt itelligere te ciuitates & mundos infinitos, ſic facere deo eſt facile: immo uerò & lõgè facilius. Nã tu tempus uel paruum cogitando cõſumis, deus autem minimè: ſed quãto leuiſsimis pennis, uel potius

A mẽte noſtra lapides grauiores ſunt, tãto animus noſter in faciendo à dei celeritate uincitur. Admiratus es eius potẽtiam in terra, intellige rurſum quomodo cœlum factum eſt, cũ nõ eſſet, quomodo infinita ſydera, quomodo ſol, quomodo luna, & hęc oĩa cùm non eſſent. Rurſum dic, q̃ſo, quomodo poſtquã facta ſunt, ſteterũt, & cuius auxilio? Quod fundamentum habẽt, quod terra, & quid poſt terrã eſt, & poſt illud ⌜quid rurſum uides? In quot ⌜uertigines mentis ⌜*quid rurſum? uides in quod* tuæ oculus prolabitur, niſi quamprimũ ad fidem recurras, & incomprehenſibilem eorũ authoris potentiam. Quòd ſi uis & ab hominibus coniecturã capere, paulatim tuam poteris mẽtem extollere. A qbus hominibus? inquis. Nonne uides figulos, quo pacto fractũ uas & informe fingunt, & qui metallorũ terram fundunt, quomodo terrã auru reddunt, & ferrum, & æs? Rurſum alios qui uitrũ faciunt, quomodo arenã in unũ corpus continuũ & lucidum tranſferunt? Afferam in mediũ & coriarios, & purpuraę in
⌜*Quòd* fectores, quomodo aliud pro alio ⌜acceptum tinctu- *tinctură accepit,* ram ⌜reddunt. Adducam & generationem noſtram. B Nonne parum ſeminis primùm informis infunditur in mãtricem id ſuſcipientem? Vnde igitur tanti animalis formatio? Quid de frumento dicam? Nõ granum nudũ in terram proiicitur? Non poſtquam iactũ eſt, corrumpitur? Vnde ſpicę, ariſtę, culmi, & alia omnia. Non ⌜paruum fici milium ⌜aliquando in ter- ⌜*paruus ficiacinus* ram cadens, & radicem, & ramos, & fructũ tulit? Deinde horum ſingula accipis, non tamen de his tã curioſè inquiris. Ad deum duntaxat rationem eſſtagitas, qũo noſtrum corpus reſtituat, & quo pacto hęc ueniam merentur? Hæc aduerſum gentiles dicimus, & huiuſmodi. Aduerſus autem eos, qui ſcripturis fidem adhibent, non mihi opus eſt ratione. Nã ſi omnia de deo inueſtiganda ſunt, quid amplius habebit deus, quã homines? Atqui multos homines non exquirimus. Quòd ſi in hominib⁹ id nõ facimus, neq; curioſius percõtamur: multò minus dei ſapiẽtiã perſcrutari nos, & rationes inquirere oportet. Primùm quidem quoniam qui hæc dicit, dignus eſt cui creda
C tur. Præterea quòd hæ res rationũ inueſtigationem non ſuſcipiunt. Non enim tam pauper deus eſt, ut ea tantùm faciat, q̃ imbecillitate rationum tuarũ comprehendi poſsint. Nã ſi fabri opus non deprehendis, multò minus optimi opificis dei. Nolite igitur reſurrectioni diffidere, quoniã ualde procul à futura ſpe eritis. Sed q̃ nam eſt contradicentium ſapientia, uel potius ſtultitia maxima? Et quomodo cũ cõglutinatum ſit corpus terræ, & terra factum, & ipſa rurſum aliò translata reſurget? Tibi hoc inexplicabile uidetur. Sed non uigilanti oculo, illi.n. omnia manifeſta. Tu non uides in confuſione diuiſionem: ille omnia nouit. Nam q̃ in proximi tui corde ſunt, tu quidem ignoras: ille autẽ oĩa cognoſcit. Si igitur cùm ignores, quomodo ſuſcitat deus: diffidis qđ ſuſcitet, diffides etiã qđ animũ cognoſcat: ſiquidem neq; hæc uidẽtur. Atqui in corpore quidẽ materia eſt uiſibilis, quanuis diſſoluatur: illæ autẽ cogitationes inuiſibiles. Qui ergo inuiſibilia diligenter intuetur, uiſibilia non uidebit, & diuidet facilè corpus? Sanè perſpicuũ eſt. Quare nemo reſurrectiõi diffidat, diabolica nãq; doctrina eſt, & hoc annititur diabolus, nõ ea tantũ gratia, ut reſurrectio non credatur, ſed ut uirtutis opera amittantur, & pereant. Homo enim niſi ſe reſurrecturum, & operum ſuorũ rationem reddiD turum exiſtimauerit, nõ facilè uacabit uirtuti: cuius q nullam rationem habuerit, rurſum reſurrectionem nõ credet. Vtrunque enim inuicem cõfirmatur, malitia ab incredulitate, & incredulitas à malitia. Animus nanque qui multorum ſcelerum ſibi conſcius eſt, cũ futurum iudicium formidet atq; exhorreſcat, nolitq; mutata uita in melius ſibi cõſulere, incredulitate quietem animi quærit. Nam ſi tu reſurrectionem negaueris, & iudicium dicet ille. Igitur neque ego ſcelerum meorum pœnas dabo. Sed qd inquit Chriſtus: Erra- *Mat.22.c* tis, neſcientes ſcripturas & uirtutem dei. Neq; enim tãta feciſſet deus, niſi nos eſſet reſuſcitaturus, ſed diſſoluturus & redacturus in nihilum. Neq; hoc cœlum extendiſſet, neq; ſtrauiſſet terram, non cætera omnia quæ condidit, pro hac breui duntaxat uita feciſſet. Quòd ſi pro pſenti tãta fecit, quid faciet pro futura? Quæ ſi non erit, longè nos, q̃ quę pp nos facta ſunt, hac in parte deſpectiores eſſemus. Siquidẽ, cœlum, terra, mare, flumina quã nos diuturniora ſunt, necnon & bruta quædam. Nã & cornix, & elephantorũ genus, & multa alia lõgiori præſentis uitæ ſpatio funguntur. Nobis autem & breuis & laborioſa uita eſt: il E lis uerò minimè, ſed longa, & ab omni ignominia & cura liberior. Quid igitur, dic quæſo, ſeruos meliores fecit quã dominos? Noli, quæſo, noli hoc conſiderare. Noli homo animũ tuũ inopem facere. Noli ignorare diuitias dei, cũ talem habeas dominũ. Et enim à principio uoluit te deus immortalẽ facere, ſed tu noluiſti. Immortalitatis ſigna illa erant, cũ deo colloquium, felicitas uitæ, doloris, curarũ, laborũ, cæterorumq;, quæ accidere ſolent, liberatio. Neq; enim ueſtimentis indigebat Adã, neque tecto, neque alio huiuſcemodi artificio. Sed angelis ſimilior erat, multaq; quæ futura erant, præuidit, & ſapiẽtia multa poluit. Et quod clanculũ deus fecerat, id ipſe cognouit, qua ſcilicet ratione mulier facta fuerit. Quare inqt: Hoc nunc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea. *Gen.2.d* Dolor aũt poſterius exortus eſt, poſteri? ſudor, poſterius pudor, formido, diffidẽtia. Tũc neq; dolor, neq; anxietas, neq; fletus. Sed nõ perſtitit homo in illa dignitate. Quid igitur faciã, inquis, propter illũ pereo? Minimè propter illum. Neq; n. tu ſine peccato permanſiſti. Quòd ſi nõ idem peccatũ, aliud tamen cõ F miſiſti, præterea neq; propter ſupplicium damnum, ſed lucrum accepiſti. Nã ſi ſemper mortalis futurus eſſes, forſitan non omni careret ratione, quod dictũ eſt. Nunc autẽ & immortalis es, & ſi uoles ſupra Solẽ ipſum fulgere poteris. Sed niſi mortale corpus accepiſſem inquis, nõ utiq; peccaſſem. Quid igitur dic, quæſo, ille quòd mortale haberet, peccauit? Minimè, nõ enim ſi fuiſſet mortale, deinde pro ſupplicio mortẽ pertuliſſet. Quod autẽ neq; mortale corpus uirtuti impedimento ſit, ſed continentiorẽ hominẽ faciat, & maximè conferat, uel hinc perſpicuũ eſt. Nam ſi ſola immortalitatis expectatio adeò extulit ipſum Adã, & ſi uerè immortalis factus eſſet: in quam non euaſiſſet inſaniam? Etſi in pſentia peccas, potes peccatis te exoluere, ſi humilis fueris, ſi in terram procideris, ſi diſſolueris. Etenim ipſæ cogitatiões ſufficiẽtes ſunt q̃ nos coerceant. Quòd ſi in immortali corpore peccaſti, diturniora fortaſſe futura erant peccata. Non igitur mortalitas cauſa eſt peccati, noli eam accuſare: ſed praua uolũtas radix eſt malorũ. Quare enim nulla ex parte corpus Abel iniuſtum reddidit? Quare carentia corporis nullam dæmonibus attulit

G utilitatem? Vis intelligere quia nō ſolùm nullum detrimentum, ſed emolumentū mortale corpus affert? Audi quāta ex hoc lucraris, modò ſobrius fueris. Retrahit & abducit te à malitia, cū eius cauſa dolores, miſerias, & huiuſmodi alia perpetiaris. Sed in fornicationem inducit, inquis. Non corpus, ſed incontinētia. Ea enim quæ dixi omnino corporis ſunt. Quamobrem nemo uitā hāc ingreſſus, morbis, doloribus, anxietatibus liber fuit, nō autē omnes ſcortati ſunt. Itaq; ſi à corporis natura prouenīſſet, malitiæ cōmunes omnibus eſſent. Talia nanq; naturalia ſunt, fornicatio uerò minimè. Dolor à corpore eſt, fornicari autem à uolūtate. Noli igitur corpus accuſare, neq; honorem tuum, quē tibi deus elargitus eſt, auferat diabolus. Nam ſi uoluerimus, frenum optimū corpus erit, inſultus animæ coercēs, ſtultitiam tollens, ſuperbiam inhibens, in maximis nobis officiis inſeruiens. Noli mihi inſanos in medium afferre. Nam & equos multos uidemus præcipites delatos, auriga cum freno excutere: non tamē frenū accuſamus. Non enim id excuſſum hoc fecit, ſed auriga q illos nō coercuit,

H omnia perdidit: Itidē hīc exiſtimato. Si uideris iuuenem patre orbatum, & plurima operatū mala, noli corpus accuſare, ſed aurigam, hoc eſt, rationē trahētem. Vt enim habenæ nō ſunt cauſa, ut auriga detur betur, ſed ipſe in culpa eſt, q eas nō bene moderatus eſt: quare ab eo rationem exigunt implicitæ ei, & ſępenumero diſtrahentes cogentesq; propriā communicare calamitatē: ſic hoc in loco uſu uenit. Ego. n. inquit, cohibui os equi. ⌜Quantum ne? cū deiectus es, ⌝tunc abs te ſtultitię tuę rationem exigo, & implico & diſtraho ne amplius idē facias. Nemo igitur accuſet habenas, ſed ſeipſum & coinquinatam mentē. Etenim in nobis auriga ratio eſt, habenæ autē corpus. q ad aurigā equos adducūt. Eæ ſi rectè diſponētur, nihil te offendet: ſin eas dimiſeris, abſumpſiſti, & perdidiſti omnia. Coerceamus igitur, & non accuſemus corpus ſed prauā mentem. Etenim diaboli hoc opus eſt, ut faciat ſtultos potius & corpus, & deū, & proximū, quàm corruptum animū accuſare, ne ſcilicet inuenta peccandi cauſa à malorum radice liberentur. Sed uos conſilio eius intellecto, indignationem in eum uertite, & aurigam iugo coercentes, ad

I deū mentis oculum intendite. In aliis enim nihil munerarius ipſe confert, ſed expectat finem: hic autem munerarius totū perficit, hic eſt deus. Habeamus igitur hunc propitiū, & proculdubio futuri ſeculi coronas conſequemur: quarū utinam omnes fiamus participes, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

⌜quādiu continebas. poſt quā uerò abieciſti.

Homilia. XVIII.

Eſcitis, quoniam corpora ueſtra mēbra Xp̄i ſunt? Tollens ergo mēbra Chriſti, faciam membra meretricis? Abſit. A fornicatore ad auarum transiens, rurſum ab hoc ad illum reuertitur Paulus, non iam aduerſus eum locutus, ſed ad alios, qui non fornicantur, quibus conſulens, nequando eum imitentur, iterum illum reprehendit. Quippe qui peccauit, quanuis aduerſus alium ſermone dirigas, tamē conſcientia eum excitante & uerberante compungitur. Sufficiens erat ſupplicii metus, qui eos ſub pudicitia contineret: ſed cùm nolit metu duntaxat id corrigere, & minas & rationes affert. Illic igitur, cùm peccatum narrauerit, ſupplicium definierit, damnum oſtenderit, quod ex fornicatoris coitu accidit oibus, id dimiſit, & ad auaritiam trāſiit, & caſum à cœlorū K regno minatus, & huic & reliquis omnibus quos cō memorauit, ita rationi ſuæ ſinē impoſuit. Hoc aūt in loco etiā horribilius admonitionē proſequitur. Qui enim peccatum dūtaxat punit, neq; eius turpitudinē nimium oſtendit, non multū ſupplicio proficit. Rurſum qui id tantū arguit, neq; ſupplicii minis perterret, non admodū ſtupidos tangit. Quare utrunque facit Paulus, & arguit, dicens: Neſcitis quòd angelos iudicabimus? & terret, cū inquit, Nolite errare. Auari regnum dei non poſſidebunt. Et in fornicatorem rurſum eo utitur ſermone. Etenim terruit, cùm ſuperius inquit: Vt tolleretur de medio, & ſatanæ tradere

Hic ſupra

Ibidem

Supr. 5. d

tur. Inde futurū cōmemorans diem, iterum his uerbis arguit? Neſcitis quoniā corpora ueſtra membra Chriſti ſunt? tanquā generoſos filios iam alloquens. Cùm enim dixiſſet, corpus domino, manifeſtius id nunc oſtēdit. Quod alibi facit inquiens: Vos autem

Inſr. 12. d

eſtis corpus Chriſti, & membra ex mēbro: & hoc ſæpenumero exemplū ponit, non ad eandem ſententiam, ſed aliquando ut amorem oſtendat, aliquādo ut timorem augeat: hoc autē in loco ut perterreret, L hoc poſuit. Tollens ergo membra Chriſti, faciā mēbra meretricis? Abſit: Nihil hoc uerbo horribilius. Et non dixit, tollens ergo membra Chriſti, Coniungam meretrici, ſed faciam mēbra meretricis? Quod magis tangit. Inde quo fornicator eiuſmodi fiat, his uerbis confirmat: *An neſcitis, quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur? Erūt enim, inquit, duo in carne una. Qui autē adhæret domino, unus ſpiritus eſt.* Erūt, inquit, duo in carne una, & à ſcriptura attulit teſtimonium, quo oſtēdit, qua nam ratione unum ſint. Siquidem cōſuetudo inter ſe duos non ſinit duos eſſe, ſed unum ambos efficit. Et iterum cōſidera quo pacto per nuda nomina procedit, & per meretricem & Chriſtum auget accuſationem. *Fugite fornicationem.* Non dicit abſtinete uos à fornicatione, ſed fugite: hoc eſt, ſumma cū diligentia uos à malitia liberos facite. *Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus eſt: qui aūt fornicatur, ⌜in corpus ſuum peccat.* Hoc priore eſt minus. ⌝Veruntamen cū de fornicatoribus ſermonē faciat, undique id extollit, & à maioribus & minoribus crimen auget. Illud quidem ſu M perius reuerētioribus dictū eſt, hoc autem imbecillioribus: etenim hoc Pauli ſapientiæ eſt, non tantùm ⌜de magnis rebus reprehēdere, ſed de minoribus, & de turpi, ⌝& indecoro. Quid igitur homicida, inquit, nō maculat manū? Quid auarus? Quid raptor? Vbiq; perſpicuum eſt. Sed cùm dicere non poſſet, nihil eſſe peius fornicatore, alio modo peccatum auxit, cū in fornicatione totū corpus coinquinari demōſtraret. Siquidem haud aliter ſordeſcit, quā quid in lebetem immundū infuſum cōtagione inficitur. Hunc & nos morem proſequimur. Ab auaritia enim & rapina nemo balneas petere properat, ſed nulla cura domū reuertitur. Cū uerò meretricis quis commiſcueri, tanquam totus immundus ad ſe lauandū cōtendit, atq; ita humana mens quandam huius peccati turpiorē habet opinionem. Vtrunq; igitur graue eſt, & auaritia, & fornicatio. Vtrunq; in gehennam intrudit. Sed cū ad perſuaſionē Paulus omnia moliatur, qbus potuit rationibus, fornicationis auxit crimē. *An neſcitis, quoniā mēbra ueſtra templū ſunt ſpiritus ſanēti qui in uobis eſt?* Non ſimpliciter, ſpiritus, dixit: ſed ſpiritus qui in uobis eſt, quod fuit cōſolātis: & inde proſequitur.

à magnis &c. à minoribus & à turpi.

Quem

A *Quem habetis à deo.* & datoris meminit, attētū ſimul faciens auditorē, & perterrens, & commendationis magnitudine, & cōmendātis liberalitate. *Et non eſtis ueſtri.* Hoc nō modò reprehendentis eſt, ſed cogentis ad uirtutē. Quid. n. ad tuam operaris uoluntatē, inquit? Non es tibi ipſi dominus. Hoc aūt dixit, non quòd liberū arbitriū auferret. Nam cū dicat, Oia mihi licent, ſed non oia expediunt, non noſtrā aufert libertatē: & hoc iterū in loco cū dicit, Nō eſtis ueſtri, non corrumpit uoluntatem, ſed à malitia auertit, & domini oſtendit diligentiam. Quare addidit, *Empti enim eſtis pretio ⌜magno.* Quòd ſi non ſum mei ipſius, cur à me facienda exigis? Qūo aūt iterū proſequens inquis, Glorificate, & portate deū in corpore ueſtro & i ſpiritu ueſtro, q ſunt dei? Quid aūt ſignificat, Non eſtis ueſtri? Et quid nam per hoc confirmare uult? Vt cauti ſint in non peccando, & ne ſequantur abſurdas animi cupiditates. Etenim plura abſurda uolumus, ſed cohibere nos oportet. Poſſumus. n. Nam niſi poſſemus, ſuperflua eſſet admonitio noſtra. Animaduerte igitur quo pacto corroboretur.

⌜magno, deeſt in Veronēſi codice, hic & in ſequen.

B Siquidē cū dicit, Nō eſtis ueſtri: non addidit, ſub neceſſitate eſtis: ſed, empti eſtis pretio. Quamobrem hoc dicis? Atqui aliunde quis dixerit, hortari oportuit, & oſtēdere quòd dominū habemus. Verū hoc quidē cum gētilibus nobis cōe eſt. Sed quòd empti eſtis pretio magno, hoc ueſtrū præcipuū eſt. Meminit. n. magnitudinē beneficij, & modū ſalutis, cùm oſtendit nos alienos emptos eſſe, & nō ſimpliciter, ſed pretio magno. *Glorificate deum, ⌜hoc eſt, ⌝portate deum in corpore ueſtro, & ſpiritu.* Hoc aūt dicit, ut non modò corpore fornicationē fugiamus, ſed ēt ſpiritu, hoc eſt, neqd mali animo cogitemus, néue gratiam à nobis abiiciamus. *Quæ ſunt dei.* ⌜Quādoquidē dixerat, ⌝ueſtro: propterea adiecit, quæ ſunt dei. ⌝ Frequēter in memoriā nobis reducit, oſtenditq; oia domini eſſe, corpus, animā, ſpiritū. Quidam uerò, in ſpiritu, in gratia exponūt: q ſi in nobis erit, deus glorificatur. Cōtinget aūt, ſi purā mentē habuerimus. Dei aūt ea dixit, non quòd ea tantū largitus ſit, ſed quòd alienata denuò poſſedit, pretiū ſanguinē filij ponēs. Vide quo pacto in Chriſto oia perfecit, quo

⌜iam.

C pacto nos i cœlū adduxit. Membra Chriſti eſtis, inquit: Templū eſtis ſpiritus. Quare nolite facere mēbra meretricis. Non. n. corpori ueſtro cōtumeliā facitis, quia nō ueſtrū corpus eſt, Sed Chriſti. Hæc autem dixit, ſimul & humanitatē oſtendens, quòd ei⁹ corpus noſtrū eſt, & à malorū licentia nos auertēs. Nam ſi alienū corpus eſt, nō habetis poteſtatem, ut alienū corpus iniuria afficiatis inquit, & maximè cū ſit domini, neq; ſpiritus ſancti templū maculandū eſt. Nā ſi quiſpiam priuatā domū ingreſſus, & illam ignominia afficiens, ultimū dabit ſupplicū: q regis templum latronū ſpelūcam fecerit, intelligas uelim, quot mala perpetietur? His igitur cōſideratis, eū qui in nobis habitat reuereare, quippe qui conſolator eſt, & tibi coniunctū & inhærentē timeas. Chriſtus enim eſt. Nūquid tute membra Chriſti effeciſti? Animaduerte cuius erant, & cuius facta ſunt, & uelis te continere. Antea meretricis membra fuerāt, & Chriſtus ea proprij corporis membra reddidit. Nō ergo eorum amplius habes poteſtatē, illi ſeruias, qui te liberauit. Neq; n. ſi filiam haberes, & tanta eſſes amētia, ut eā lenoni locares, & meretrix efficeretur, inde regis filius eam conſpectam tam turpi liberaret ſer-

D uitute, & ſibi matrimonio cōiungeret, iterum eam in fornicem adducere poſſes, quippe qui ſemel dedi ſti, ſemel uendidiſti. Huiuſcemodi noſtra eſt cauſa, locauimus carnē noſtram diabolo lenoni grauiſſimo. Quod cū Chriſtus animaduerteret, eā eripuit, & à ſæua illius tyrānide liberauit. Iam igitur noſtra non eſt, ſed eius, qui eā in libertatē uindicauit. Qua ſi uelles tanq; regia ſpōſa uti, nemo prohibet: ſin ad priora eam reuocas, ea ⌜patietur, quibus digni ſunt hi, qui ita iniuria afficiunt, perpeti. ⌜Quamobrē eam magis ornare oportet, non ignominia afficere. Nō enim carnis habes, poteſtate in malis cupiditatib⁹, ſed in his duntaxat, quæ deus præcipit. Intellige igitur quāta eam iniuria deus liberauerit. Etenim omni meretrice turpior antea noſtra erat natura. Siquidem latrocinia, cædes, & omnis uetita cogitatio in eam impetū faciens, animā ſubiiciebat uili pretio & abiecto ⌜præſentis ⌝uoluptatis. Anima. n. malis cogitationibus atq; operibus coinquinata, hanc ſolam mercedē accepit. Verū quæ ſuperiori illo tempore facta ſunt, etſi grauia erant, non tamen adeò tunc grauia: ſed ſi poſt promiſſum cœlum, & cœli regna, E poſt admiranda myſteria iterū coinquinaberis quā nā uenia dignus eris? An & auaris, & ijs oībus quos antea enumerauit, ipſum diabolū miſceri, mulieres aūt, quæ in luxuria gloriantur, cum eo non miſceri arbitraris? Et quis nam huic orationi contradicet? Quòd ſi quiſpiam repugnat, exuat impudicarū mulierū animas, & uidebit malum illū dæmonem illis admiſtum. Difficile. n. dilectiſſimi difficile inquam eſt, fortaſſe aūt impoſsibile, corpore in hunc modū ornato, ſimul ornari animā. Sed neceſſe eſt alterum negligi, ſi alterū curæ habetur: oppugnat enim natura, ut hæc ſimul ſtare poſsint. Quare, inquit, q adhęret meretrici, unū corpus efficitur. Qui aūt adhæret domino, unus ſpiritus eſt. Spiritus enim hmōi homo iam efficitur, quanuis corpore ueſtiatur. Siquidem cū nihil corporeū, neq; craſſum, neq; terrenum circa eum ſit, ſimpliciter corpus amplectitur. quandoquidē omnis principatus animi & ſpiritus ſit. Ita glorificatur deus. Idcirco in oratione noſtra dicere *Mat. 6. b* pręcipimur, Sanctificetur nomē tuū. Et Chriſtus in- *Ibid. 5. b* quit, luceat lux ueſtra corā hominibus, ut uideant F opera ueſtra bona, & glorificent patrē ueſtrū qui in cœlis eſt. Ita glorificant eum cœli, nō uoce, ſed aſpectu admirabiles, & gloriam ſuo referentes conditori. Ita glorificemus eū & nos, uel potius magis q̄ illi: poterimus enim, ſi uolemus. Siquidē nō ita cœlum, & dies, & nox, quemadmodū ſancta anima deum glorificat. Nā ut homo in cœli pulchritudinem aſpiciens dicit? Gloria tibi deus, quale opus cōdidiſti: ita hominis uirtute cōſpecta, & multò magis in hac uita. Ab illis enim creaturis non oēs deū glorificant, ſed multi ſponte ſua ea quæ ſunt, nata dicunt: multi ad dæmones referunt authores mundi opificiū, & prouidentiam, qui tantopere peccant, ut ueniā nullā mereantur. At in hominis uirtute nemo ita impudens eſſe poterit, ſed omnino deū glorificabit, cum uideat ei ſeruientē cū uirtute uiuere. Et quis nō admirabitur, cū homo quiſpiam eiuſdem naturę particeps, & in medijs hominibus uerſatus, adamantis more ab affectuum examine non frangatur, cū interignes, ferrumq;, & beſtias adamante fortior perſtet, & omnes pietate exuperet? Cùm ignominia afſectus benedicit, cū malè audiendo id probat, cùm

⌜patieris, quæ illos pati ę- quū eſt, qui hmōi iniuria afficiunt.

G calumnijs persecutus & læsus pro earũ orat authori
bus, cũ insidijs circũuentus in hostes confert benefi
cia, hæc & hmõi magis q̃ cœlum ⌜deũ glorificant.
Ethnici enim cũ cœlũ intuentur, non erubescunt,
sed cũ uirum sanctum conspiciunt philosophiam di
ligenter præ se ferentẽ, uultum deiiciunt, & seipsos
accusant. Siquidem cũ eiusdem naturæ particeps lõ
gè præstantior sit, multò magis q̃ cœlum, terra, etiã
inuiti intelligunt, quòd diuina uirtus hæc operatur.
Mat.5.b Quare inquit, & glorificẽt patrẽ uestrum qui in cœ
lis est. Vis & aliunde intelligere, quo pacto à seruo
rum suorũ uita deus glorificatur, quo pacto à mira
culis? Iniecit aliquando Nabuchodonosor tres pue
ros in fornacẽ. Inde cũ eos igni non cõsumi uideret,
Dani.3.g erũpens ait: Benedictus deus eorũ, Sidrach, Misach,
& Abdenago, qui misit angelũ suum, & eripuit ser
uos suos, qui crediderũt in eũ, & uerbũ regis immu
tauerunt. Quid dicis? contemptus es, & admiraris, q
te contemnunt? Certè, inquit, ex cõtemptu mei ad
mirationem capio. Itaq; nõ propter signũ tũc deus
tantũ glorificatus est, sed propter eorũ qui in forna
H cem iniecti sunt propositũ. Quòd si quispiam natu
ra sua & hoc & illud quæreret, nõ est alterum altero
minus. Nam quòd ausi essent in fornacẽ ingredi, nõ
minus admirandũ fuit, q̃ à fornacis incendio libera
ri. Et qua nam ratione nõ sit incredibili admiratio-
ne dignum, cũ orbis terrarum rex, tantis armis exer
citibus, ducibus, præsidijs, consulibus stipatus, ter
ram & mare subiecta habens, à captiuis pueris con
temnatur, & ligati colligantẽ, & eius uniuersum su
perent exercitũ? Nõ. n. regij satellites, & maximè qui
auxilium à fornace habebant, sed nudi serui, & pau
ci uotum suũ exequi potuerunt. Quid enim tribus
paucius? Inexpertam militiã ligati certarunt. Iam. n.
mors contẽptui habebatur, cũ Christus esset uentu
rus: & quemadmodũ cũ sol propè oriturus est, pri-
usquã radij erumpãt, clara diei lux efficitur: ita cum
sol iustitiæ uenturus esset, mors cessit. Quid hoc spe
ctaculo esse posset illustrius? Quid hac uictoria præ
stãtius? Quid nouis uictorijs insignius? Hoc & in no
bis inuenitur, & nũc Babylonicæ fornacis rex est, &
nunc flammã illa ardentiorem accendit. Est tẽpori-
I bus nostris qui iubeat eiusmodi statuam uenerari.
Adstant ei & satrapæ, & milites, & quę aures demul
ceat musica, & multi hanc statuam, uariã, magnam
admirantur. Tale. n. quiddam est auaritia, ut statua
illa non ferrum cõtemnens, sed ex illicitis rebus con
stituta. Auaritia enim omnia in admirationẽ haberi
iubet, & æs, & ferrũ, & his longè uiliora. Sed quem-
Dani. 3.c admodũ hæc ĩ præsentia sunt: ita & qui tres pueros
imitatur, qui dicunt, deos tuos non colimus, & sta-
tuam tuam nõ adoramus, sed paupertatis fornacẽ,
& oẽs alias toleramus miserias, ut diuinis legib⁹ pa-
reamus. Et alij quidẽ hoc tpe multa habent, quem-
admodum tunc illi, & hanc sæpenumero adorant,
& exuruntur. Alij aũt nihil possident, & hanc despi-
ciunt, & in paupertate longè magis florent, q̃ q mul
⌜qui in fornacem iniecerãt. tis affluunt: & quemadmodũ tunc alij quidem ⌜in
fornacẽ iniecti ⌜cremati sunt, alij in medio ignis tan-
quam in aqua erant, & tunc tyrannus ille furoris flã
ma, quæ eum uehemẽtius exurebat, magis ardebat
q̃ pueri illi. Siquidem ignis aduersus eos non præua-
luit, nec summos adusit capillos. Considera quan-
tùm sit tot spectãtibus oculis à tribus captiuis pue-
ris contẽni: ostendit enim eorũ se ciuitatem cepisse,
non suis uiribus, sed pp peccatum multitudinis. Nã K
si deuictos superare nõ potuit, & maximè in forna-
cem intrusos: quo nam pacto oẽs cũ tales essent, le-
ge belli superasset? Ex quo perspicuum est multitu-
dinis peccata ei ciuitatẽ tradidisse. Verùm enim ani-
maduerte puerorũ gloriam ⌜minimè uanam, q̃ neq;
⌜exilierunt è fornace, ⌜sed seruarũt antea Christi ad-
monitionẽ dicentis: Orate ne intretis in tentationẽ:
neq; fugerunt cũ ducerentur, sed in medio generosè
steterunt, neq; intempestiuè pugnarunt, neq; tpe po
stulante remissiores facti sunt: sed ad omnia prom-
pti & generosi, & omni pleni fiducia. Audiamus au
tem quid nam dicant, ut inde quoq; eorũ in deum
amorẽ intelligamus: Est deus ĩ cœlis, qui potest eri-
Dani.3.d pere nos de camino ignis. Non. n. de se curant. Sed
cũ exurendi essent, Dei gloriã animo agitabant. Ne-
quando nobis, inquit, cõbustis diuinam accuses im
becillitatem. Iam tibi oẽm nostrã doctrinam certò
annunciamus: Est deus in cœlis, nõ qualeſ eius ⌜est
⌜hoc in terra simulachrũ, anima carẽs & uoce, sed qui suf
ficiens sit ex media fornace ardẽti nos eripere. Noli
igitur eius damnare imbecillitatẽ, quòd nos in for-
L nacem in ĵci rursum è media flãma erepturus sinit.
Quòd si noluerit, notũ sit tibi rex, quòd deos tuos
non colimus, & statuam auream, quã erexisti non
adoramus. Animaduerte eos propriè futurũ ignorã
tes. Nam si præuouissent, nõ utiq; digni admiratio-
ne fuissent, si fecissent, quod norãt. Quid. n. mirum
si de salute certi, ausi essent horrẽda subire? ita enim
deus quidem glorificatus esset, cũ è fornace eos po
tuisset eripere: ipsi autẽ nulla fuissent in admiratio-
ne, utputa qui se periculis non exposuerint. Propte-
rea deus, ut futurum ignorarent uoluit, quò maio-
rem laudem consequerentur: & quemadmodũ ipsi
cauebant, ne rex diuinæ adscriberet imbecillitati, si
cremarentur: ita deus utrũq; effecit, & potestatis suę
magnitudinem, & promptitudinem puerorum cla
riorem ostẽdit. Sed unde ea prouenit dubitatio, ut
non omnino se liberatum iri confiderent? Quia om
nium se uilissimos arbitrabantur, & tanto indignos
beneficio. Quòd aũt hoc non sola coniectura existi
mem, cũ in fornacem iniicerentur, his uerbis defle-
bant, peccauimus, iniquè egimus, & nunc nõ possu
M mus aperire os. Propterea dicebant, Quòd si nolue-
rit. Quòd si apertius id nõ dixissent, uidelicet, Potest
deus nos eripere: at si non eripiet, nulla uos admira
tio teneat: nam pp peccata nostra nõ eripiet, uisi es-
sent apud Barbaros diuinam imbecillitatem suorũ
peccatorum excusatione obumbrare. Idcirco de po
tentia tantùm disputantes, causam non adferunt.
Præterea rectè norant, nõ esse curiosẽ de diuinis iu-
dicijs inquirendum. Cum ergo hęc dicerent, in ignẽ
dissilierunt, neque in regem cõtumeliam dixerunt,
neq; euerterũt statuam. Fortem enim uirum talem
esse oportet, continentem modestum & maximè in
periculis, ne ira & inani gloria ad hęc certamina, sed
fortitudine & continentia uenire uideatur. Quippe
qui iniuriatur, eorũ criminũ subit suspicionem. Qui
aũt sustinet & læditur, & mansuetè repugnat, nõ so-
lùm tanq̃ fortis, admirabilis est: sed non minus eius
cõtinentia mansuetudoq; prædicatur. Quod ipsi eo
tpe fecerunt, & fortitudinem, & incredibilem osten
dentes mansuetudinem, nihilq; spe mercedis operati
sunt, neq; remunerationis, neque præmij. Et si no
luerit, inquit, nos eripere, deos tuos non colimus.

A Habemus enim iam remunerationẽ, cũ digni uidea
deamur, q̃ ab impietate liberemur, & idcirco exure
te corpora nostra eligimus. Quamobrẽm cum mer
cedẽ iam, habeamus, habemus enim cũ digni habi
ti sumus deũ cognoscere, & Christi membra fieri,
ne faciamus ea mẽbra meretricis. Siquidẽ in re ma-
ximè horrenda finire orationẽ nostram oportet, ut
minarum metu auro puriores hac formidine ma-
neamus. Sic enim à fornicatione liberati Christũ ui
dere poterimus: quem utinam omnes sine dubita-
tione cõspicemur, cui gloriaũ secula seculorũ, Amẽ.

Homilia. XIX.

Ca.VII. E quibus aũt scripsistis mihi, bonum est homini
d mulierẽ nõ tãgere. Propter fornicationem autem
unusquisq; suam habeat uxorem, & unaquęq;
suum uirum habeat. Cùm tria grauissima uitia Paulus
coarguisset, primũ dissensionis ecclesiæ, alterũ for-
nicatoris, tertium auari, iam mansuetiori utitur ser-
mone: & interim admonitionẽ, & cõsiliũ de nuptiis
& uirginitate affert, & à molestioribus eximit audi-
torem. In secunda autem epistola contrarium facit.
B Siquidem à lenioribus incipiẽs desinit in molestio-
ra: & hoc in loco de uirginitate sermonẽ absoluens,
rursum in formidabiliora erumpit, nõ omnia dein
ceps afferẽs, sed in utroq; suam uarians orationẽ, ut
tempus & subiectarum rerũ necessitas expostulat.
Quare inquit, *De quibus autem scripsistis mihi.* Etenim
nonnulli scripserant, oportet ne ab uxore abstinere,
an non? Quos literis suis Paulus admonẽs ĩ uirgini-
tatis sermonẽ deuenit: inquit enim, *Bonũ est homini
mulierem non tangere* Si bonũ inquit, & quod longè
præstat inquiris, melius omnino est cũ muliere non
conuersari. Sin autem cautionẽ, & tuæ imbecillitati
auxiliũ poscis, uxori adhæras. Cũ aũtẽ uerisimile es-
⌜nõ n. in uniuerso admonuisset, si hæc ad sacerdotes solos scribe ret: set, quod in præsentia cõtigit, uirum quidem uelle,
mulierem autẽ minimè, uel contrariò: animaduer-
te quo pacto de utroq; disputat. Et nonnulli dicũt,
aduersus sacerdotes hanc haberi orationẽ. Ego aũt
quæ sequuntur consideretis, nõ ita intelligi dicerẽ.
C ⌜Non. n. in uniuerso solos admoniſſet sacerdotes, si
hæc scriberet: ⌜uerũ dixisset, Bonũ est magistro mu
lierem non tangere. nunc uerò uniuersaliter locutus
est, cũ inquit, Bonũ est homini. Non ergo sacerdo-
Hic inſ.d ti duntaxat hoc dicitur: & iterũ, Solutus es ab uxo-
re, noli quærere uxorẽ. Non inquit, tu sacerdos es, &
magister: uerũ indefinitè, & omnino per totam epi-
stolam huiusmodi procedit oratio. Cùm uerò di-
cat, Propter fornicationem aũt unusquisq; suam ha
beat uxorẽ, ipsa indulgentię causa in cõtinentiam
adducit. *Vxori uir debitum honorẽ reddat, similiter au-
tẽ & uxor uiro.* Sed quidnam debitus honor signifi-
cat? Vxor sui corporis nõ habet potestatẽ, sed & ser-
ua & domina est uiri: & si debitã recusas seruitutem,
deũ offendisti. Quod si dimittere uis, cũ uir permit
tat: ad breue saltẽ tẽpus fiat. propterea debitũ rẽ ap
pellauit, ut neminẽ suiipsius dominum esse ostẽdat,
sed inutilẽ seruos. Cũ igitur ad te tẽtandũ meretrix
accesserit, dicas nõ esse tuũ corpus, sed uxoris. Itidẽ
⌜audite quæcũq; uiros habetis, & quicũq; uxores. & uxor dicat aduersus eos, q̃ eius uolunt expugnare
pudicitiam, Corpus meũ no est meũ, sed uiri. Quòd
si corporis non habet potestatẽ neq; uxor neq; uir,
multò min⁹ pecuniarũ. ⌜Audistis quòd nuptę uiros
habeant, & quòd uiri uxores. ⌜Nã si propriũ corpus
habere nõ licet, longè minus pecunias. Multis igitur
in locis magnã tribuit uiro prærogatiuam. In ueteri
quidẽ testamento, inquit: Et sub uiri potestate eris, D
& ipse tibi dominabitur. Paulus autem ita diuidit, *Gene.3.e*
Viri diligite uxores, uxor autẽ uirum timeat: hoc au *Coloſ.3.d*
tem in loco neq; maius neq; minus est, sed una pote
stas. Quid tãdẽ? cũ de pudicitia sermonẽ habeat, in
alijs quidẽ superior sit, inquit uir, hic pudicitiæ ratio *Ephe. 5.e*
habẽda est: uir sui corporis potestatẽ nõ habet, ne-
que uxor. Magna hic paritas, ⌜& cupiditas nulla. ⌜*No lite fraudare inuicẽ, nisi forte ex consensu ad tẽpus.* Quid
hoc significat? Noli, inquit, uxor inuito, & uir inuita
uxore continẽtiã seruare. Quid tandẽ? Quoniã ma
gna ex hac continentia mala oriuntur: hinc enim
adulteria, fornicationes, domorũ euersiones sæpe-
numero acciderũt. Nã si qui uxores habent fornicã
tur, lõgè magis si eos hoc remedio priuaueris: & re-
ctè inquit, Nolite fraudare. Fraudationẽ hoc ĩ loco,
& antea debitũ appellauit, ut ostendat seruitij ma-
gnitudinem. Nã si alter altero inuito se continet, id
fraudare est: non inuito autẽ, minimè. Neq; enim si
persuasione mea aliquid meũ acciperes, dico id frau
dari. Sed qui ab inuito & coacto accipit, is fraudat.
Hoc nõnullę mulieres faciũt, peccatũ potius q̃ iusti E
tiã cõmittẽtes: & cũ uiri sui appetitui obnoxiæ sint,
hac ẽt in parte oĩa peruertũt. Oportet aũt oĩbus p̃-
ferre concordiã. Nam oĩbus hoc magis propriũ est.
Quòd si placet, à reb⁹ ipsis hoc iquiramus. Sit uxor
& uir & sine uiri uoluntate uxor contineat. Quid si
hanc ob causam ille fornicetur, uel si hoc non com
mittat, doleat tamẽ & perturbetur, & uim facere an
nitatur, & pugnet, & multis modis uxorẽ distrahat?
Quod lucrũ ieiunij, quod cõtinẽtiæ, charitate subla
ta? Sane nullum. Quot offensę, quot perturbationes,
quot rixæ necessariò eueniunt? Cũ igitur uir & uxor
domi dissentiũt, nihilo melius naui tẽpestate iacta-
tæ domus illa disponitur, cũ gubernator aduersus
proræ directorẽ dissentiat. Propterea inquit, *Nolite
fraudare inuicẽ, nisi forte ex consensu ad tẽpus, ut uacetis
orationi.* Orationẽ hoc in loco, uacationẽ diligẽtem
appellans. Quòd si eos, q̃ cõsuetudinẽ inuicẽ habẽt
orare prohibet, continuę orationi quod nã tempus
relinquetur? Licet igitur ut q̃ uxor adhæreat, oratio-
ni attendat, ⌜uel potius in ea cõtinentia utatur dili
gentiore. ⌜Propterea nõ dixit simpliciter, ut oretis:
sed, ut uacetis orationi, ac si rẽ impediat, non autẽ
coinquinet. *Et iterũ reuertamini in idipsum, ne tentet
uos satanas.* Hanc particulam addidit tanq̃ causam,
ne legislatio esse uideretur: & ut ostendat nõ tantũ
diabolũ adulterij authorẽ, iterũ addidit, *Propter in-
continentiam uestram. Hoc autem dico secundũ indulgen
tiã, non secundũ imperiũ. Volo autem omnes homines esse
sicut meipsum.* hoc est, cõtinentes: hoc multis modis
facit. Nã cũ res difficiles admonet, seipsum in me-
dium adducit. Imitatores mei estote. *Sed unusquisq;* *Sup. 4.d*
proprium donum habet ex deo. Cũ eos maiorẽ in mo- *& Phi.3.*
dũ accusasset his uerbis, propter incontinẽtia uestrã: *d*
rursus eos consolatur, cum addit, Sed unusquisque
proptium donũ habet. Neque dicit nõ opus esse di-
ligentia nostra ad rectè operandũ: sed, ⌜ut sic dicã, ⌜*ut prius dixi.*
eos consolatur. Nã si donũ est, & nihil homo ad id
confert, qua ratione addis? *Dico autem non nuptis &
uiduis: bonũ est illis si sic permaneãt sicut & ego. Quòd si
nõ continent, nubant.* Ecce Pauli sapientiam quo pa-
cto potiorẽ continentiam ostendit, & non cogit q-
eam non sectatur, ueritus ne delinquat. *Melius est. n.
nubere quàm uri.* Ostendit quanta sit desiderij uis.

Universidad de Deusto Biblioteca

G Hoc autē huiusmodi est. Si ualde cogeris, inquit, & libidine incēderis, laboribus te & sudoribus libera, nequando decidas. *His aūt qui matrimonio iūcti sunt, præcipio non ego sed dominus.* ⌜Quocunq; ⌜legem manifestē à Christo institutā recitaturus esset, uxorem scilicet à uiro nō discedere sine fornicatione, propte rea, inquit, non ego. Quæ enim superius dicta sunt, etsi non apertè, tamen hęc ea sibi uidentur, hoc qui dē apertè tradidit. Itaq; ea particula, ego: &, nō ego, hanc habet differentiā. Sed ne res eius humanas esse existimares, idcirco addidit: *Videor enim mihi spiritū dei habere.* Quid ergo significat, quòd ijs, qui matrimonio iūcti sunt præcipit dominus? *Vxorem à uiro non discedere. Quòd si discesserit, manere innuptam, aut uiro suo reconciliari.* Nam cùm pp continentiam, & alias causas & humilitatem fieri diuortia contingat, melius quidem est, inquit, ne fiāt à principio. Quod si fiant, maneat uxor cum uiro, quanuis non simul misceatur. Verùm nullū aliū uirū ducat. *Nam cæteris ego dico, non dominus, Si quis frater uxorem habet infidelem:* ⌜*& hic consentit habitare cum illa,* ⌜*non dimittat illam. Et si qua mulier habet uirum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat uirum.* Quemadmodū enim cum de abiiciendis meretricibus dispu tat, correctione rem facit faciliorem his uerbis, Nō utique fornicarius huius mūdi: ita hoc in loco mul ta utitur in consulendo facilitate, inquiens, Siqua uxor uirū, aut uir uxorem infidelem habet, non dimittat eam. Quid dicis, an infidelis manebit cum uiro, fornicaria uero minimè? Atqui minus uitij est fornicatio quàm incredulitas. Minus quidē fateor. Sed deus suis maiorem in modum parcit: hoc & in sacrificio facit dicēs, Relinque ibi munus tuum ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo: hoc idem in eo, qui decē milia talēta debebat, oſtēdit: etenim illum cū tantum sibi deberet, non puniuit, cū autē à conseruo exigeret, totū repetiit debitum. Deinde ne timeāt uxor se immundā fieri, propter immundi uiri consuetudinem, addit: *Sanctificatus est enim uir infidelis per uxorē fidelē* ⌜*& sanctificata est uxor infidelis per maritum.* ⌋At si is, q meretrici adhęret, unū cū ea corpus efficitur, constat, quòd qui idololatræ adhæret, unū efficit corpus. Est quidem unum corpus, non aūt immundū, sed uincit uxoris puritas uiri immunditiā, & fidelis uiri puritas rursum infidelis uxoris immunditiā superat. Sed qua nam ratione in infideli immunditia uincitur, ⌜& quare infidelis cōsuetudinē suadet? ⌜In fornicaria aūt muliere, non accusatur uir, si eam dimittit? Quoniā illic quidē spes relinquitur, ut pars perdita per nuptias saluetur: hic aūt nuptiæ iam dissolutæ sunt, & hic ambo corrūpuntur, illic uerò alterius duntaxat peccatum est, ut exempli gratia: Est fornicaria omnino coinquinata. Si igitur q ei adhæret, unū corpus efficitur, & ipse coinquinatur, q fornicariæ cōmiscetur: idcirco omnis abscedit munditia. In idololatra autē nō ita usu uenit, sed ipse tantū immundus est, uxor uerò mūda. Quòd si ei coniūgeretur inquantū immundus est, dico autē quātū ad impietatē, deberet ipsa quoque immūda fieri. Nūc autē aliter quidē immūdus est idololatra. In alia uerò re ei communicat mulier, in qua nō est immunda. Nuptiæ enim sunt & coitus corporū inquantū cōmunicatio, & rursum hūc quidem ab uxore reuocari sperandum est: cōuersatus est. n. cū ea. Ille autē non nimium facilis reuoca tu est. Quo enim pacto, cū superiori tēpore inhone stē uixerit, & quæ alterius facta sit, & nuptiarum iura contempserat, poterit læsum, & tāquam peregrinū ad se reuocare? Pręterea uir quidem post fornica tionem non est uir. Verū licēt uxor idololatra sit, ui ri iustitia non amittitur. Non autē simpliciter cum infideli, sed cum uolente habitet. Quare, inquit, Et ipse consentit habitare cum ea. Quod nam, quęso, damnum, cùm pietatis integritas perstet, spes bona de infideli habeatur, ut maneāt coniuncti, neq; superfluæ litis sumant occasionē? Non enim hoc in loco de his qui adhuc coniuncti non sunt, sed de coniunctis agitur. Siquidē non dicit, si qui uult acci pere infidelem: sed, siquis habet infidelem, hoc est, siquis post nuptias pietatis uerbum susceperit, & alter in incredulitate permāserit, ⌜neque⌜ mutuā amabit habitationē, non diuidantur. Sanctificatus est est enim, inquit, uir infidelis per mulierem fidelem, tanta est pietatis tuæ uehementia. Quid igitur? sanctus est gētilis? minimè. Nō enim dicit, sanctus est: sed, sanctificatus est p uxorē. Hoc autem dicit, non ut illū sanctum oſtendat, sed ut maiorē in modum mulieris metum amoueat: & illum in ueritatis addu cat desiderium. Non enim corporum immunditia est, quorū est cōmunicatio, sed uoluntatis & cogita tionis. Deinde etiam probatio. Nam si immundus sit pater, filius autē non à te sola conceptus est, nun quid erit immūdus, uel ex dimidio mundus? ⌜In infidelitate autē non est mundus. ⌜Quamobrē addidit: *Alioquin filij uestri immundi essent, nunc autem sancti sunt*: hoc est, non immundi. Ipse autem sanctos appellauit, uerbi exuperantia iterū huiusmodi suspicionis metum amouens. *Sed si infidelis discedit, discedat.* Hoc enim i loco non iā de fornicatione agitur. Quid autem est si infidelis discedit? Videlicet si tibi imperat, ut sacrifices, & impietatē cum eo propter matrimoniū communices, uel ut discedas: melius est diuortium facere nuptiarum, quā pietatis. Idcirco addidit: *Non est enim seruituti subiectus frater aut soror in eiusmodi.* Si singulis diebus pugnat, & propter hoc bellum gerit, melius inquit discedere: hoc aūt his uerbis significat, *In pace, autē uocauit nos deus.* Ille enim iam causam præbuit, quemadmodū & for nicator. *Vnde enim scis mulier, si uirum saluū facies?* hoc iterū ad id respicit, ne eum dimittas. Nam si in rixam nō uenerit, permaneas, inquit. Lucraberis ete nim. Permane, admone, cōsule, suade. Nemo magister ita persuadere poterit, quēadmodū uxor: & nō iponit ei necessitatē, neq; ut oīno id agat, exigit, ne rursum id onerosius fiat: neq; desperare iuber, sed di mittit, ut quòd sub futuri incertitudine diliteat. Inqt enim, *Vnde scis mulier, si uirū saluū facies, aut unde scis uir, si mulierē saluā facies?* Nisi unicuiq; *sicut diuisit dominus, unūquēq; sicut uocauit deus, ita ambulet. Et sicut in omnibus ecclesiis doceo. Circūcisus aliquis uocatus est, non adducat ꝑputiū. In ꝑputio aliquis uocatus est, nō circūcidatur. Circūcisio. n. nihil est, & præputiū nihil est, sed obseruatio mādatorū dei. Vnusquisq; in qua uocatione uocatus est in ea ꝑmaneat. Seruus uocatus es, nō sit tibi curæ.* Hæc nihil ad fidē cōferūt. Noli igitur cōtēdere, noli pturbari: fides. n. hæc oīa expellit. Vnusquisq; in qua uocatiōe uocatus est, in ea, permaneat. Qui habes uxorē ifidelē, uocatus es, maneas cū ea, neq; fidei gratia uxorē eiicias. Cū seruꝰ sis, uocatꝰ es, nō sit tibi curę, maneas i seruitute. In pręputio uocatꝰ es, maneas in

A eo. Circūcisus credidisti, permaneas circūcisus: hoc enim est, unicuique sicut diuisit dominus: hæc non sunt ad diuinū cultū impedimenta. Tu seruus uocatus es, alius infideli copulatus uxori, alius circūcisus. Papæ ubi seruitutē posuit? Quemadmodū nihil cō fert circuncisio, neq; nocet præputiū, ita neq; seruitus, neq; libertas: & ut hoc manifestius oſtendat & uehemētius, inquit: *Si potes liber fieri: magis utere.* hoc est, magis seruias. Et quid tandē eum qui liber esse potest, permanere iubet in seruitute? ut oſtēdat non modò nihil nocere seruitutem, sed prodesse. Et non ignoro, quòd quidā illā particulam, magis utere, de libertate dictū efferunt dicentes, quòd si potes liber fieri, liber fias: longè aūt hoc uerbū contrariū est à Pauli memoria, si hoc significatur. Non. n. ut seruū consoletur, & oſtendat nulla iniuria affectū, liberū fieri præcipit. ⌜Inquis enim, Siquis fortè. ⌜Quid igitur? Si non possem, iniuria affectus essem, & diminutus. Non igitur. h. d. Sed ut dixi, uolens oſtendere, quòd nihil amplius sit, si liber fiat, inquit, & si potes liber fieri, magis permaneas in seruitute. Deinde

B causam adducit: *Qui enim i domino uocatus est seruus, libertus est domini. Similiter & qui liber uocatus est, seruus Christi est.* In illis autē qui scdm Christū sunt, inquit, utriq; pares. Similiter & tu Christi seruus, simili ter & dominus tuus. Quo igitur seruus libertus est? Quoniā te liberum fecit, nō solū à peccato, uerum etiam ⌜ab æterna seruitute, cū seruus esset. ⌜Non. n. seruum esse dimittit, manentē in seruitute: hoc nāq; mirabile est. Et quānam ratione seruus liber est, si seruus permanet? Quando ab affectibus & cæteris animi morbis liber est. Quando pecunias, irā, & alia hmōi contemnit. *Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum.* Hoc non tantū ad seruos, sed ad liberos dictum est. Cōtingit. n. ut seruus, nō sit seruus, & liber sit seruus. Et quo nam pacto seruus non est seruus? Cum pp deum omnia facit, cū non est simulator, neq; quicquam ut oculis seruiat, operatur. Ita fit, ut hominū seruus liber fiat. Vel cōtrà, quo pacto liber seruus efficitur? Cū inter homines malus quidē minister est, uel propter gulam, uel pp pecuniarū cupiditatē, uel propter principatū. Huiusmodi. n. homo

C maximè omniū seruus est, quanuis sit liber. Cōsidera quæso utrunq;. Seruus erat Ioseph, uerū nō homi num seruus. Quare in seruitute omnium liberrimus erat, dominæ aūt sub cuius imperio erat, nō paruit uoluntati. Cōtrà libera illa maiorē in modū omniū erat serua, cū seruo suo blādiretur, hortaretur q;, sed libero non persuasit, qd facere noluit. Num igitur hæc seruitus erat? Sed libertas illa, quā superius dixi. Quid ille ad uirtutē assequendā à seruitute impeditus est? Audiant serui & liberi, uter seruiuit ⌜q dignus habitus est, an quæ dignum habuit? ⌜Quæ hortata est, an qui contempsit supplicē? Etenim termini seruis à deo cōstituti sunt, & quousq; in his sit progredien dum sancitū est, & præterire eos neminem oportet. Nam cū nihil dominus imperat, quod cōtra diuinū sit præceptū, id exequi opus est, & obedire, pręterea minimè: ⌜hoc enim pacto seruus quamprimū efficeris: ⌜hoc ergo significat, *Nolite fieri serui hominum.* Quod si nō hoc, sed deserēdos dominos & liberos fieri contendendum iuberet, qua ratione his uerbis admoneret, Vnusquisq; in qua uocatione uocatus est, in ea permaneat? Et alio in loco, Quicunq; sunt sub iugū serui, suos dominos omni honore dignos

putent: & iterū, Ne contēnant, qui fideles habēt do, D minos, quoniā fratres sunt beneficiū accipientes: &, ad Ephesios, & Colossenses scribens eadē præcipit, & sancit. Vnde cōstat, quòd hanc nō tollit seruitutē sed quæ ex malitia in liberis quoq; hominibus est quæ grauissima est, quanuis liber ei seruiat. Quid. n. Ioseph fratres cū liberi essent habuerūt, nōne magis serui fuerunt, q̄ serui ipsi cū patri, mercatoribusq; & fratri mentirētur? Talis aūt minimè liber est, sed qui in oibus rebus & ubiq; est uerus, & nihil eū potest i seruitutem redigere, non uincula, non seruitus, non dominę amor, non aliena patria, sed ubiq; locorum in libertatē se uendicauit: hæc nanq; maxima libertas est, cū quis in seruitute clarus euadit. Huiusmodi Christiana religio in seruitute libertatē elargitur, & ⌜quemadmodū corpus qđ natura sua nō admittit uulnus, tunc uirtutē suam oſtendit, cū accepto in se telo lædit: ⌜sic uera hominis libertas tūc apparet. cū sub domini imperio seruus esse non patitur. Propterea iubet seruum permanere. Quòd si seruus nō posset Christianus esse, qualem oportet: nimiā religionis nostrę imbecillitatē gentiles accusarent: quēadmodum si intelligerēt, seruitutē nihil religioni nocere, id dictum admirarētur. Nam si mors nihil nos lædit, neq; uerbera neq; uincula, longè minus seruitus. Ignis, ferrū, crudelitates innumeræ, morbi, pauertates, & quod grauius his est, ferarum multitudo fideles nō lędunt, sed ualidiores efficiunt: & quo nam pacto lędere, inquit, poterit seruitus? Non ipsa seruitus lædit dilectissime, sed quæ naturalis est seruitus. Seruitus inquam peccati, quā si non seruiueris seruitutem, confide & lætare. Nemo te quicquā lædere poterit, cū seruiles mores non habueris: quibus si afficieris, nulla tibi est libertatis utilitas, etiā si millies liber esses. Quid. n. tibi profuerit, quæso, cū nemini hominum seruias, teipsum affectibus subijcere? Siquidem homines sæpenumero parcere didicerūt, illi aūt domini nunq̄ de perditione tua satiantur. Seruis homini, sed dominus tibi exhibet seruitium, qui uictū tibi subministrat, qui bonę ualetudinis tuæ, qui uestimenti, qui calceorum, qui aliorum omniū curam habet. Neq; tu adeò formidas, ne tuū offendas dominum, ut ille nequid tibi ad necessitatem deficiat. Verùm dominus iacet, tu stas. Et quid nam hoc? Neq;. n. illi duntaxat id cōtigit, sed & tibi. Sæpe cū ipse cubas, & dulcē capis quietem, ille non solū stat, sed innumeris modis in foro uim patitur, & q̄ tu maiori uigilat in molestia. Quid nam tale à domina passus est Ioseph, quale illa à desiderio? Ille enim dominæ imperata executus non est: hæc autē quæcunq; eius domina imperauit (dominā impudi citiā appello) omnia executa est, nec prius destitit, q̄ puduerit. Quis hæc imperat dominus? Quis crudelis tyrannus? Roga tuū seruū, inquit: Supplica captiuo, mancipio blādire: & si recusat, iterū insta: quòd si sæpius eū cōpellaueris, & non assentietur, cū solus fuerit, eū obserua, & uim inferas, & ridicula efficiare. Quid his uerbis ignominiosius? quid turpius? Quòd si nihil hoc pacto perficies, calumnijs eū persequere, & cōiugem falle. Animaduerte q̄ fœda, q̄ illiberalia mādata, q̄ sæua, q̄ crudelia, q̄ insana. Quid simile seruo dominus imperat, qualia tunc libido regiæ imperauit uxori? Veruntamen non ausa est negare. Ioseph autem nihil tale perpessus est, sed omnia contrà, quæ ei gloriam afferebant & honorem.

⌜*Quādoquidem.*

⌜*& hæc cōsentit habitare cū illo.*

Sup. 5. c

Matt. 5. c

Mat. 18. c

⌜*Ideoq; consuetudo permittitur?*

⌜*ab externa seruitute manētem in seruitute*

⌜*diceret enim fortasse aliquis.*

⌜*qui rogatur est, an quæ rogauit?*

⌜*hoc. n. pacto seruus liber efficitur. Si uerò ultra progressus fueris seruus factꝰ es, etiam si liber fueras.*

⌜*atque*

⌜*nūc autē nō est immundi.*

1. Tim. 6. a

Ephe. 6. a & Colo. 3. d

⌜*quemadmodum corpus nāturaliter uulnerabile tunc inuulnerabile ostenditur, cū accepto telo nihil graue pātitur.*

G Vis & aliũ uidere difficilis dominæ graui parentem imperio, & nihil contrà dicere ausum? Considera Cain, quot ab inuidia mandata acceperit, quippe q̃ ei ut fratrem interimeret, deo mẽtiretur, dolore patrem afficeret, neq; cõmissi sceleris puderet, impera uit. Ipse uerò nihil recusando omnia effecit. Et quid admiraris, si in uno tantarũ uirtũ est hæc domina? uniuersos aliquando populos perdidit. Iudæos Madianitarũ mulieres ligatos ferè captiuos ceperunt, & propriæ formæ libidine eos oẽs cõprehenderũt. Hanc igitur seruitutẽ his uerbis Paulus tollit: Nolite fieri serui hominũ: hoc est, nolite eis parêre, cùm turpia præcipiunt, uerum neq; nobisipsis serui fieri uelimus. Deinde erigens mentẽ, & in altum extollens: *De uirginibus autem*, inquit, *præceptum domini non habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à domino, ut sim fidelis*. Via & ordine procedit & iam uirginitatis meminit. Nam cũ in sermone contingentiæ eos exercuisset formasset̃q; ad maiora ascendit, præceptũ non habeo, inquit, sed bonũ fore existimo. Quamobrẽ, ob eam quã de continentia causam posuit, *Alligatus es uxori? noli quærere solutionem: solutus es ab uxore? noli quærere uxorem*. Hæc nõ sunt superioribꝰ cõtraria, sed maximè cõsentanea. Etenim superius inquit, Nisi fortè ex consensu ad tẽpus: hoc aũt in loco, Alligatus es uxori, noli quærere solutionem. Nam quod præter sniam euenit, solutio est. Sin uterq; perstet in snia, nõ est solutio. Verũ ne lex esse uideatur, addit: *Si autem acceperis uxorem, nõ peccasti: & si nupserit uirgo, non peccauit*. Deinde præsentia, instantẽ necessitatem, breuitatẽ temporis, angustias ⌜accusat. ⌜Multa. n. hmõi nuptias cõsequuntur, quæ hoc in loco, & cũ de continentia uerba fecit, significauit. Illic enim inquit, quòd mulier sui corporis potestatẽ non habet: hìc aũt, alligatus es, & si uxorem acceperis, nõ peccasti. Neq; de ea q̃ sibi elegerit uirginitatem, loquitur, quippe quę iam peccauit. Nam si uiduæ, quæ secundis se nuptijs alligarunt, iudicium subeunt, si semel uiduitatẽ elegerint: multò magis uirgines. *Tribulationem tamẽ carnis habebunt huiusmodi*. Verũ & uoluptatem dixeris. Quã animaduerte, quæso, quo pacto temporis auferat breuitate. Tempus breue est, inquit, hoc est, discedere iubemur, & iam egrediendũ est. ⌜Tu aũt interius curris. ⌜Atqui si nihil molestiæ haberent nuptiæ, propter hanc tamen uitę conditionẽ ad futura properare nos oporteret. Cũ uerò tribulationẽ habeant, quid opus est sarcinam trahamus, & tantũ oneris subeamus, cùm postquã acceperimus, ijs tanq̃ non habentes usuri simus? Inde cũ futurorum aliquid attigisset, rursum ad præsentia reuertitur. Quędam. n. spiritualia sunt, quoniam alia quidẽ uirum, alia aũt deum spectãt: quædam uerò præsentis uitæ. Illa aũt particula, Volo uos sine solicitudine esse, dimittit tamẽ ita dominos. Qui enim postquam quid eligendum sit ostenderit, etiam cogit, ⌜suis uerbis ⌜maximè confidere ⌜ui detur. Itaq; quadam eos indulgẽtia potius ⌜compulit ⌜& cohibuit, dicens: *Porrò hoc ad utilitatem uestram dico, non ut laqueum uobis iniiciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat, sine impedimento domino obsecrandi*. Audiant uirgines, quòd nõ in hoc definita est uirginitas. Quæ enim rerum secularium curam habet, neq; uirgo est, neq; honesta. Cũ aũtẽ dicit, *Diuisa est & mulier, & uirgo*. Ostendit quanta earum sit differentia, & in quo inuicem differant.

Hic sup. a

⌜in causam adducit

Ibidem.

⌜neq; interius curzendum

⌜non confidere ⌜inducit

Deinde & uirginẽ & non uirginem definiens, neque nuptias dixit, neq; continentiam, sed otium & negotium. Non enim commistio mala est, sed ad sapientiam impedimentũ. *Siquis autem turpem se uideri existimat, super uirgine sua*. Hoc loco de nuptijs, ⌜ut mihi uidetur, disputat. ⌜totũ aũt de uirginitate inquit. Nam & secũdas permittit nuptias, solũ in domino, dicens. Quid aũt, in domino, significat? Cum modestia & decore. Quo in omni loco opus est, & sequi nos oportet. Aliter. n. deum uidere non licet. Quòd si uirginitatẽ ⌜præuaricauerimus, ⌜nemo nostrã accuset desidiam: etenim totus liber nobis in hunc locum contexitur, & q̃ possumus diligenter illic omnibus explicantes, supersluum sermonẽ etiam huc arbitrati sumus iterum eadem congerere. Quare illuc pro his relegamus auditorem, & illud hoc loco dicemus duntaxat, continentiam esse seruandam. Pacem enim, inquit, prosequimini & sanctificationẽ, sine qua nemo uidebit dominum. Cuius aspectus ut digni efficiamur, quanuis uirginitatem seruauerimus, quãuis in primo uixerimus matrimonio, quanuis in secundo, hanc sectemur, ⌜ut regnum cœlorũ assequamur⌟ Gratia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperiũ in secula seculorum, Amen.

⌜quidem disputare uidetur,

⌜prætercurrimus

Heb. 12. d

Homilia. XX.

E his autem quæ idolis sacrificantur, scimus quõniam omnes scientiam habemus. Scientia autem inflat, charitas uerò ædificat. Ante omnia necessarium est, ut qd sibi hic locus uelit, enarremus. Ita enim facilis hęc nobis erit oratio. Nam qui reprehensum aliquem uidet, nisi prius peccati naturã cognouerit, qualia sint, de quibꝰ sermo habetur, ignorabit. Quid igitur est de quo tũc Corinthios arguebat? Crimen magnum, & malorũ multorum causa. Quale id nam est? Cũ multi apud eos sentirent, nõ quæ ingrediuntur coinquinare hominem, sed quæ exeunt, & idola, ligna, lapides, dæmones neq; nocere, neq; prodesse posse, ⌜immodicæ perfectionis huius cognitionis, quia in aliorum & suum uertebatur detrimentum: ⌜et enim in idolia ingrediebantur, & ipsorum mensę fiebant participes, & magnum inde exitium comparabãt. ⌜His enim adhuc idola formidantes nescij ea despicere, illorũ cœnis aderãt, cùm præstantiores idem facere uiderẽt, & hinc maximè ⌜lædereẽtur. Neq; enim nisi idem illi sensissent, ⌜proposita attingebant, sed tanquam in idolorum sacrificijs⌟: hæcque ad idololatriam uia ⌜præparabatur. Præterea ipsi iidem certè perfectiores non parum lędebantur, cùm dæmonum mensis fruerentur: hoc igitur crimen erat. Beatus autem Paulus hoc reprehensurus non continuò inuehitur, cũ stultitiæ potius ⌜id esset, quàm malitię. Quare admonitione potius, ⌜quàm terrore, aut uehementiore ira principiò utendum erat. Considera ergo eius prudentiã, quo pacto mox ab admonitione exorditur. De ijs autẽ quæ idolis sacrificantur, scimus quoniam omnes scientiam habemus. Imbecilliores omittit, ut semper assolet, cum doctioribus primùm disputationẽ aggreditur. Hoc idem in epistola ad Romanos fecit, cùm ait: Tu aũt quid iudicas fratrem tuum? Hic nanq; est, qui reprehensionem facilè susciperepoteſt, quod hoc in loco facit, & eorum contundit insolentiam. Primùm quòd ipsi suum esse præcipuum arbitrabantur, quòd perfectam haberẽt cognitionem: hoc commune ostendens, Scimus, inquit, quo-

K

⌜perfectã huius rei cognitionẽ immodicè utebantur in ſuum & aliorũ detrimentũ

⌜Quidã ⌜lædebantur. Neq; enim eodem quo illi animo

Rom. 14. b

L

A quoniã omnes scientiam habemus. Etenim dimittens eos, magna de se polliceri, primũ rẽ damnosam esse cæteris ostendit: neq; enim tantũ utilitatis quantum detrimenti attulisset. Ambitiosa nanq; anima, cũ in aliquo gloriatur, etsi alios in eo lędat, maiorẽ id in modum amplectitur, propter inanis gloriæ nimiã cupiditatẽ. Propterea Paulus hoc primũ secũdũ eius naturam disquirit, quod de exteriori sapiẽtia antea fecit, eamq; maximè euertit. Sed illic nõ immeritò id effecit, totum enim omnino dignum erat reprehensione, & multa facilitas. Quare non solũ supersluum hoc esse ostẽdit, sed prædicationi contrariũ. Hoc autẽ in loco id nõ licebat. ⌜Quod enim sciebat, noscebatur, & cognitio erat perfecta. ⌜Neq; eã accusare tutũ erat, & quæ in ea erat superbia, aliter cõtundere nõ licebat. Quid igitur facit? Primũ ostendendo hanc cõem esse, eorũ animi elationẽ sedat. Nam qui aliquid magnũ bonũmue habent, cum id soli habent, magis efferũtur. Sin uerò cũ alijs id cõmunicare uideantur, nõ itidẽ afficiũtur. Primũ itaq; id commune facit, quod illi suũ duntaxat arbitrabãtur. Deinde cũ id communicasset, nõ modò seipsum in communicatione illa inseruit, nam eo pacto magis eos extulisset. Quemadmodũ enim propria cuiusq; uirtus insolentes ea præditos reddit, sic ⌜communitas uirtutis, secũdus excellentiæ locus non minus eo facit. ⌜Propterea nõ seipsum ponit tantũ, sed omnes participes dicit, quippe qui nõ inquit: Et ego scientiã habeo, sed scimus, quoniã omnes scientiam habemus. Hac igitur prima clausula, eorum contũdit superbiam. Secunda autẽ uehemẽtius. Qua nã? Cũ etiam hoc ostẽdit, nõ modò imperfectũ esse, sed ualde imperfectũ: neq; hoc tantũ, sed & noxium, nisi ei aliud sit coniunctũ. Cũ enim dixisset, Quoniam omnes scientiã habemus, addidit: Scientia autẽ inflat, charitas uerò ædificat. Itaq; cũ charitate nõ munitur, uertitur in ⌜stultitiã. ⌜Sed neq; charitas, inquit, sine scientia aliquid lucri habet: nõ tamẽ ita locutus est, sed tanquã consentaneũ omittens, maiorẽ i modũ hoc illius indigere ostẽdit. Qui enim diligit, utpote maximũ ãdimplens præceptũ, & siquid ei deficiat, tamẽ quãprimũ propter charitatem scientiam cõsequitur, quemadmodũ Cornelius & alij plerique. At qui scientiam habet, charitatẽ uerò minimè: non modò nihil cõsequetur scientia, sed quã habet amittit, & sæpenumero in demẽtiã uertitur. Quare sciẽtia nõ est author charitatis, sed cõtrà: qui non uacauerit charitati, ab ea tumore & superbia plena auertit. Siquidẽ superbia separare, charitas aũt coniungere, & scientiã augere solita est: quod ijs uerbis significat, *Siquis autem diligit deũ, hic cognitus est ab eo*. Itaq; non hoc prohibeo, inquit, ut perfectã sciẽtiã habeamus, sed cũ charitate habendã præcipio: quoniã ipsa sola nullũ lucrũ affert, sed detrimẽtum. Vide quo de charitate sermonẽ aggreditur. Quoniam omnia hinc mala oriuntur, non à perfectione scientiæ, sed quoniã nõ uehemẽter amamus, neq; proximis parcimus. Ex quo & seditiosi homines fiũt, & superbi, & cæteris affectibus obnoxij, quorũ eos superius & reprehendit, & reprehensurus est frequenter ad bonorũ fontẽ dirigens. Quid nã, inquit, in scientia uestra superbitis? Nã si charitatẽ nõ habueritis ẽt inde detrimẽtum accipietis. Quid enim superbia peius? ⌜Quòd si illud cõstabit, hoc etiã manifestum erit. ⌜Quanuis enim aliquid amplius quã proximus tuus uideris, si eum amaueris, nõ superbis, sed ad eam ducis cognitionẽ. Quare cũ dixisset, Scientia inflat: addidit, Charitas ædificat. Non dixit, moderatur, sed multò amplius & lucrosius: nõ enim inflat tantùm scientia, sed scindit. Idcirco hoc illi opposuit. Deinde tertium addidit, quòd posset eos euertere. Quale autem hoc est? Quod licet coniuncta sit scientiæ charitas, non tamẽ ea sciẽtia perfecta est. Quare addidit, Siquis autẽ existimat se scire aliquid, nõdum cognouit, qũo oporteat eum scire. Hoc letale uulnus. Non, inquit, dico, quòd communis omnium scientia est. non dico, quòd si proximũ oderis, ⌜si demẽs ⌜fueris, maiorẽ in modũ teipsum offendis. Quanuis enim solus habeas, quanuis moderatus sis, quãuis fratrem diligas, etiã sic quãtũ ad scientiam ⌜uilis es. ⌜Nondum enim nosti, quo nam pacto scire oporteat. Quòd si nullius unquam rei scientiã habemus: qua ratione quidã in tantã deuenerunt insaniã, ut deum se cognoscere certissimè dicant? Quandoquidem etsi omniũ aliorũ certã haberemus cognitionem, neque sic etiã hãc habere unquã possemus. Tãta nanque eius & aliarũ rerum differentia est, quãta nec dici potest. Et animaduerte quo pacto eorũ contundit superbiã. Non dixit de subiecta materia, debitam scientiam non habetis: sed, de rebus omnibus. Neq; dixit, uos: sed, quisquã, quanuis Petrus sit, quanuis Paulus, quanuis quiuis alius: hoc uerbo eos & consolatus est, & cohibuit diligẽter. *Siquis autem diligit deũ, hic ⌜non dixit cognouit ipsum, sed ⌜cognitus est ab eo*. Neq; enim nos eũ cognoscimus, sed ipse nos cognoscit. Quare Christus inquit: Nõ uos me elegistis, sed ego elegi uos. Et Paulus alibi: Tũc aũt cognoscã, sicut cognitus sum. Considera igitur quot modis animi eorũ contũdit elationẽ. Primum ostẽdit, nõ solos scire quæ sciũt. Oẽs enim, inquit, scientiam habemus. Deinde quòd damnosa est sine charitate sciẽtia, Scientia, inquit, inflat. Tertio loco, quòd ẽt adiũcta charitate nõ sit perfecta & cõsummata. Siquis aũt se existimat scire aliquid, nõdũ cognouit, qũo oporteat eũ scire. Accedit ad hoc, quòd neque hoc ipsum ex se habent, sed diuino munere. Non. n. inquit, cognouit deũ: sed, cognitus est ab eo. Præterea quòd à charitate hoc ipsum proueniat, quã non habẽt ut oportet. Siquis, inquit, diligit deũ, hic cognitus est ab eo. Tot igitur rationibus eorũ comprimens tumorẽ, his uerbis doctrinã suã aggreditur. *De escis autẽ quæ idolis immolantur, scimus quòd ⌜nihil est idolũ in mundo, ⌟& quòd nullus deus nisi unus*.

B

C

D

E

⌜socium unũ atq; alterũ habere excellẽtẽ, nõminus hoc efficit.

⌜arrogantiam

⌜quòd si charitas acceſſerit, & hæc in tuto erit.

⌜arrogãtiã

⌜imperfectus es

⌜οὐδὲν id est, nihil uel nullum.

Universidad de Navarra Biblioteca

G Non sunt igitur idola, nō sunt simulachra. Sunt quidem, sed nihil possunt, neque dij sunt, sed lapides & dæmones. Ad utroſq; enim hoc in loco extenditur, & ad obtusiores & eos qui uidentur philosophari. Cū.n. nihil amplius quā lapides alij intelligant, alij autē potentias quasdā in ipsis habitare prædicent, quas deos appellant: ad illos inquit, quòd nihil est idolū in mundo: ad hos uerò, quòd nullus deus nisi unus. Vide quo pacto non ut simpliciter edoceat, hęc scribit, sed ad externorū distinctionem. Etenim hoc ubiq; seruandū est, siue absolutè aliquid dicat, siue aduersus aliquos opponatur. Neque enim casus in doctrinę certitudinē hoc cōfert, & in ipsum eorum quæ dicūtur intellectū. *Nā etsi sunt, qui dicantur dij, siue in cœlo, siue in terra (ſsiquidēſ sunt dij multi, & domini multi) nobis tamē unus deus pater, ex quo omnia, & nos in illo. Et unus dominus Iesus Christus p quē omnia, & nos per ipsum.* Cum dixisset nullum idolum esse, & nullū deum alterū, essent autem & idola, & q dij dicerentur, ne uideretur res manifestas oppugnare, in hunc modum prosequitur. Nam etsi sunt, quidicantur dij: siquidem sunt dij multi nō tamen simpliciciter sunt, neque re ipsa, sed uerbo duntaxat dij dicuntur, siue in cœlo, siue in terra. In cœlo cū dicit, Solē lunā, & reliqua astra significat. etenim hæc gētiles adorabāt. In terra dæmones, & ij omnes qui ex hominibus dij facti sunt. Sed nobis unus deus pater: Primū sine ulla relatione inquit: Nullus deus alter, nisi unus. Nunc hoc adiungit, ut omnino illos expellat. Deinde id addidit, quod est maximū diuinitatis argumētum, ex quo oia, quod ostendit illos ſnominemſ deos esse. Dei nanq; inquit, qui cœlū & terram non fecerunt, pereant. Deinde quod eo nō minus est, ponit, & nos in illo. Cū enim dicit, Ex quo oia, opificū dicit, & quòd ex nihilo aliquid factum est. Illa autem particula, Et nos in illo, fidei & familiaritatis rationē memorat. Quod & superius dixit, Ex eo aūt & uos estis in Christo Iesu. ſDuplexſ enim facti sumus ex eo: ſquòd facti sumus, etenim hoc creatio est. ſquod & in alio loco inquit: Vt duos cōdat in semetipso in unū nouū hominē. Et unus dominus Iesus Christus per quem oia, & nos per eū: & in Christo iterū similiter hoc intelligendum. Per eū enim ex nihilo in esse adductū est humanum genus, & ab errore in ueritatē redijt. Itaq; ea particula, ex quo hoc, non est sine Christo. Ex eo enim per Christū creati sumus. Nō igitur nomina tanquā trāslata diuisit, filio quidem nomē illud, dominus: patri aūt nomen quod est, deus, attribuēs. Nouit.n. hæc & cōmutat ſæpenumero scriptura, quemadmodū cū dicit: Dixit dominus domino meo. Et iterū: Propterea unxit te deus deus tuus. Et iterū: Ex bbus Christus secundum carnem, qui est in omnibus deus. Et multis in locis huiusmodi trāslata nomina inueniūtur. Quòd si pro uniuscuiusq; natura distributa essent, neque deus esset filius quemadmodū pater & deus, cū esset filius, cū dicat: Sed nobis unus deus, superfluè hoc uerbū pater, additū est, cū ingenitū uelit significare: sufficiebat.n. deum dicere. ſLicet & aliud dicere: ſ Quòd si dixeris, id uerbū, deus, nō cōuenire filioſ propterea quòd unus dictus est, Janimaduertet ſeum quoq; hoc noie appellatū. ſEtenim filius unus dominus uocatus est, neq; propterea eidūtaxat hoc nomē, dominus, dicimus conuenire. Itaq; quā habet uim id uerbum, unus in filio, eandē habet & in patre: & quemadmodū dominus patrē K
nō tollit, quin sit dominus qualis filius est, eo quòd unus dominus dicatur filius: ita neq; deus filiū tollit, quin sit deus qualis est pater, eo quòd, unus deus, pater appelletur. Quòd siquis diceret, qua nam gratia nullā spiritus mentionē fecit? Illud sanè respōdemus, quòd ad idolorū cultores uerba faciebat, & de pluribus dijs & dominis certamen habebatur. Idcir co cū patrē deum diceret, dominū filium appellauit. Si ergo patrē cū filio dominū in hoc loco appellare non est ausus, ne scilicet apud illos duos dominos intelligere putaretur: neque filium deum cū patre, ne duos item deos existimasse suspicarentur: qd admiraris si spiritus non meminit? aduersus illos ei primū certamen erat, ut nō esse apud nos deos plures intelligeretur. Quare id uerbum, unus, frequenter utitur. Nullus deus alius, nisi unus: &, nobis unus deus & unus dominus. Vnde perspicuū, quòd audiH torū imbecillitatis gratia ijs uerbis usus est, ideo spiritus nō meminit. Nam nisi propterea fecisset, neq; aliis in locis eius meminisse, neq; coniūgere patri & filio oportuit. Nā si à patre & filio separatus esset, lō L
gē minus in baptismate coniūgi debuit, ubi maximè diuinitatis dignitas ostēditur, & munera deo dū taxat digna exhibētur. Ego quidē causam dixi, qua hoc in loco spiritus silētio ꝓteritur. Tu uerò nisi hęc sit, dic q̄so, quā ob rē in baptismate de eo mētio habetur? Sed nullā habes ahā, quam possis afferre, quā spiritū in eodē cū patre & filio honore esse. Cū igigitur nullam habeat huiusmodi necessitatem, uide quō ipsum spiritum adiungit, Gratia domini nostri 2.Co.vlt.d
Iesu Christi, & dilectio dei & patris, & communicatio sancti spiritus cum omnibus uobis. Et iterum: Infr.12.b
Diuisiones uerò gratiarū sunt, idem autem spiritus: & diuisiones ministrationum sunt, idem autem dominus: & diuisiones operationū sunt, idem autem deus. Sed cū hoc in loco ad gentiles & ſè j gentibus ſoccultēſ
ibecilliores uerba faciat, idcirco primū hoc ſadnotat: ſquod & prophetæ de filio faciunt, qui propter auditorū imbecillitatem nunq̄ manifestè filii meminerunt. *Sed non in omnibus scientia est*, inqt. Quæ nā? de deone, an de idolorū sacrificijs? Aut enim Gentiles significat hoc in loco, qui plures esse deos, & do M
minos dicunt, neq; intelligunt eum qui deus est: aut quiſ etiamſ gentilibus, sunt imbecilliores, qui nondū ſexſ
manifestè intelligebant, minimè timēda esse idola, idolū in mundo. His autem uerbis paulatim remedium adhibet, & eos erigit. Non enim in omnibus lacessendi sunt, maximè cùm iterum eos sit lacessiturus uehementius. *Quidam autem cum conscientia usque nunc idoli, tanquam idolothytum manducāt: & cō sciētia ipsorū, cū sit infirma, polluitur.* Adhuc formidāt inquit, idola. Noli mihi præsentē afferre conditionē, quòd à progenitoribus tuis cultū acceperis. Sed ad illa tēpora tuam referas cogitationem, & intelligas, quòd cū nuper prædicatio instituta fuerit, adhuc ui gente impietate, aris ardētibus, in sacrificijs & oblationibus plurimis gētilibꝰ occupatis, qui à progenitoribus suis impietatē didicerūt (eiusmodi nanque auos, proauos, ataosq; habuerūt) & à dęmonibus mala plurima acceperūt, repētè mutati sūt. Quo nā eos aio fore credibile erat, & quo pacto formidare, & tremere dæmonum insidias? Quos significans docebat: ſQuidā autem cum conscientia usque nunc idoli: neq; enim apertè eos prodit, ne ipsos uulneret:

Supr.1.d
ſduplicitēr
Ephe. 2.c
ſ*& quòd facti sumus cū nō essemus, et quòd si deles facti sumus etenim ēt. hoc creatio est.*
ſcōmutare.
Psa.109. a
Ibi. 44.b
Rom. 9.a
ſ*idē quoque in filio poni*
ſ*quēad modū ita & paulo post.*
ſ*minime*

A neq; omnino prætercurrit, sed indefinitè illorū meminit, dicens: ¶Quidam autem cū conscientia usque nunc idoli, quasi idolothytum manducant: hoc est, eadē sunt mente qua superiori tempore: & conscientia ipsorū, cū sit infirma, polluitur. Quomodo? Quę non despicere potest, neq; omnino eos deridere, sed
Deut.14. b. adhuc deliberat. Quemadmodū igitur siquis mortuum tangat, pollutum se secundum Iudaicā cōsuetudinem arbitratur: deinde alios cōspicatus pura cō scientia remanere, si non tetigerit eadē persistēs sentētia, polluitur: eodē modo illi tunc affecti sunt. Quidam autem inquiunt in ea particula, Cū conscientia idoli, non temerè illud uerbū, Vsq; nunc, additū: sed ut ostendatur nihil eos perfeciſſe, cū non consentiāt. Neq; n. sic eos inducere oportebat, sed aliter. Quo nam modo? Ratione & doctrina. *Et conscientia ipsorum, cùm sit infirma, polluitur.* Minimè primū circa rei naturam rationem confirmat, sed ubiq; circa partici pantis conscientiā uertitur. Formidauit enim nequā do quum uellet imbecillem corrigere, fortiorem per terreret, & eum quoq; imbecillum redderet. Quāob
B rem non minus huic parcit quàm illi. Neq; quicquā tale existimari permittit, sed multis uerbis cōfirmat, nequis id suspicetur. *Esca autē nos non commendat deo, neque enim si non manducauerimus, abundabimus.* Animaduertis ne quomodo iterū eorum comprimit superbiam? Quum enim dixisset non solū illos, sed nos omnes scientiā habere, & neminem ita cognoscere, ut oportet, præterea scientiam inflare: iam eos cō solatur, quòd non in omnibus scientia sit, & propter imbecillitatē polluuntur. Ne dicerent, Et qd ad nos, si non in omnibus est scientia? Quamobrē nō habet scientiam ille? quamobrē infirmus est? Ne ea obiicerent, noluit continuò palā ostendere quòd propter illius damnum abstinendū esset: sed id dūtaxat à lōgè petens, primum amplius quā hoc ostēdit. Quale autem hoc? quòd licèt nemo offendatur, neq; proximi adsit peruersa doctrina, non tamē propterea hoc facere oportet. Siquidem inanis hic labor est. Qui.n. audit, quòd alius quidem detrimentum, ipse autem lucrum accipit: non multū ſrepugnat, ſsed tunc magis quū discat nihil ipsum ex negotio lucrari. Propterea his primū uerbis usus est, *Esca autem nos non commendat deo.* Ecce quo pacto quòd à perfecta scientia proficisci uidebatur, id in contemptum adducit. *Neque enim si manducabimus, abundabimus.* Hoc est, probabimur à deo tanquā bonū quoddam, & magnū fecerimus. *Neq; si non manducauerimus, deficiemus.* hoc est, nihil minus habebimus. Primùm igitur id superfluum, & nullius momenti ostendit. Nam quod neque quum fit, prodest, neq; si non fiat, officit: sanè superfluū est. Deinde omne rei aperit detrimentū, sed nūc primū in quo fratres offendantur. *Videte autē ne fortè hæc licētia uestra offendiculū fiat infirmis fratribus.* Nō dixit quòd licentia uestra offendiculū fit, neque certò asseuerauit, ne impudētiores faceret. Sed inqt, Videte: timore eos abducit, & ne faciant prohibet: & non dixit, sciētia uestra, quod maioris esset laudis, ne
ſarrogantiæ. que perfectio uestra: sed, licētia, quod temeritatis & superbiæ, & ſstultitięſ maioris uidebatur: & nō dixit, fratribus: sed, infirmis fratribus, ut grauius eos repre
ſEſto non corrigis, nō excitas: henderet, quòd neq; infirmis parcunt, & maximè fratribus. ſEsto non excitaris, non corrigeris: ſquid fratri impedimento es, & offendis illū, cui manus in auxilium esset porrigenda? Sed nō uis hoc: at saltē noli eumſ persequi. ſNam si malus erat, supplicio: sin infir D
mus, medicina indigebat. Nunc autē non infirmus tantùm, sed etiam frater. *Si enim quis uideritſ eum qui habetſ scientiam in idolorum sacris recumbētem, nónne cō scientia eius, cùm sit infirma, ædificabitur ad māducandū idolothyta?* quū dixisset: Videte ne hæc licentia uestra offēdiculū fiat: ſdicit quomodo, & qua ratiōe fiat: ¶ & ubiq; affert imbecillitatē, ne rei naturæ esse damnū uideretur, & horrendi appareant dæmones. Nūc enim propè est, inquit, ut omnino ab idolis absceda tur. Sed quū te illis immorantē uideat, pro admonitione rem susceꝑit, & ipse remanet. Itaq; neq; imbecillitatis tantū illius est, sed tuæ importunitatis aggressio. ¶Tu enim eum imbecilliorē facis. *Et peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est.* Duo sunt, quæ in hoc damno omni te priuant uenia: & quòd infirmus est, & quòd frater: immo adda tur & tertiū: qd omniū maximè horrendū est. Quale autem hoc? quòd Christus quidē neq; mori propter eum recusauit, tu autē neq; ei indulgere pateris. Ex his commonefacit perfectū, quisnam esset & ipse
E antè, & quòd pro eo mortuus est: & non dixit, pro quo morite oporteret, sed qđ longè maius erat, qđ Christus propter eū mortuus est. Deinde dominus quidem tuus pro eo mori nō recusauit: tu aūt adeò nullam eius facis rationē, ut neq; scelerata mēsa propter eum abstineas, sed post tantā salutem eum perire permittis, & quod grauius est, propter escā. Neq; dixit, in pfectione tua, neq; in scientia: sed, in esca tua. Quare quatuor crimina & maxima accusantur, qđ frater, quòd infirmus, & cuius tātam Christus rationem habuit, ut pro eo moreretur, & quòd post hæc omnia propter escam pereat. *Sic autē peccantes in fratres, & percutientes conscientiā eorum infirmā, in Christū peccatis.* Animaduerte quàm placidè, & paulatim in
ſiniquitatis ipsumſ stultitiæſ cacumen peccatū tollit, & rursum infirmitatis illorum meminit. Quod enim ipsi pro se facere arbitrabantur, id ubiq; in eorum caput cōuertit. Neq; inquit, scandalizātes: sed, percutiētes, ut uer
ſcrudelitatem. bi significantia, ſsimilitudinemſ ostenderet. Quid.n. homine inhumanius existimari potest, qui ægrotū uerberat? Etenim omni plaga grauius scandalizare est, nā sæpenumero & mortē affert. Et quomodo in Christum peccant? Vno quidem modo, quòd quæ seruorū sunt, ipse pro se accipit. ¶Altero autē, quòd in
F corpus eius & membra faciūt qui percutiūt. Tertiò, quòd opus eius, quod propria morte absoluit. ij propria ambitione destruūt. *Quapropter si esca scādalizat fratrem meū, non manducabo carnes in æternū, ne fratrem meū scandalizē.* Hoc magistri optimi est officiū, suo exemplo erudire quę dicit. Et nō dicit siue iustè, siue iniustè: sed, quomodocunq;. Et nō dico, inquit, idolothytū, qđ & propter aliā causam prohibetur: sed si quod licet & permittitur, scādalizat, etiam illis abstinebo, neque una aut altera die, sed toto uitæ tēpore. Non enim manducabo, inquit, carnes in æternū. Et nō inquit, Ne perdam fratrem: sed simpliciter, Vt nō scandalizē. Etenim ultimæ amentię est, quę Christo pretiosissima sunt & talia, ut eorum gratia mortem obire non recusauerit, ita nos despicatissima arbitrari, ut escis propterea non abstineamus. Hæc autē nō ad illos tantū, sed ad nos tempus esset ut dicerētur, qui proximi salutem despicimus, & illa satanæ uerba proferimus: Dicere enim, quid mihi curandum est, si ille scandalizatur, & ille perit? crudelitatis illius atque

C inhumanitatis est. Atqui tũc quidem ex eorum, qui scandalizabãtur, infirmitate id cõtingebat. In nobis autem nõ itidem: talia nanq; peccata committim⁹, quæ etiam fortes scandalizant. Nã quũ percutimus, quum rapimus, quum trahimur cupiditate, & tãquã seruis liberis abutimur, nónne hęc sufficiẽtia sunt ad scandalizãdum? Neq; mihi dixeris, illum calceorum sutorem esse, alterum coriarium, statuariũ uerò aliũ: sed considera fidelem illum esse & fratrem. Illorum nanq; sumus discipuli piscatorum, publicanorũ, tentoriorum opificum. ⌜Christus autem⌝ in fabrili domo educatus est, & fabri sponsam matrẽ habere nõ est dedignatus, & ab ipsis incunabulis in præsepe iacuit, neq; ubi caput inclinaret, inuenit: & tantũ itineris cõfecit, ut fatigaretur, & ab aliis uictum accepit. Hæc animo uoluas, & nullius momenti putato humanã esse superbiã, sed tentoriorũ opificẽ, & qui in theda deuectus est, ⌜& qui innumeros pueros prosequẽtes in foro coercuit, ⌜fratrẽ tibi arbitrare, immo potius hunc quã illũ. Etenim frater ille meritò magis diceretur, qui similior est. Quisnã igitur similior piscatoribus, qui quotidianis laboribus sibi uictum q̃rit, & neq; seruum habet, neq; diuersorium, ⌜sed omnino crucifixus⌝ est: an ille, qui incredibili elatus supbia, diuinas leges oppugnat? Noli q magis frater est cõtemnere: hic enim proprior fuit imagini apostolicę. Sed non spontè, uerùm coactus inquit: non. n. secundum suam hoc facit sententiam. Vnde id cõstat? Nõ audistis, Nolite iudicare, ne iudicemini? Vt autem intelligas, quòd non inuitus, accede, & da innumera auri talenta, & uidebis recusantẽ. Itaq; si non à progenitoribus suis accepit diuitias, tamen cũ eas habere posset, noluit, & ab huius seculi rebus animũ penitus abiecit. Ex quo magnũ prę se tulit exemplum, qđ pecunias contemneret. Nã & Ioannes Zebedæi paurperrimi patris filius erat, non tamen propterea eius paupertatem coactam dicimus. Cũ igitur fabrũ, cũ malleatorem, & fuliginis plenum quempiam conspexeris, noli propterea eum in cõtemptum habere, sed maiorem in modũ admirare. Nã & Petrus seipsum pcinxit, & rete tractauit, & post domini resurrectionem piscatus est. Et quid Petrum memoro? Ipse Paulus post innumeras profectiões & discursus, & post tanta miracula, in faciẽdis tentoriis pelles cõsuit, quẽ angeli laudibus prosequebantur, dæmones contremiscebant, & non puduit eum dicere, In necessitatibus meis, & sociorum meorũ, meæ ministrarũt manus. Et quid dico, non puduit, quũ etiã gloriaretur? & quisnam hoc tempore Pauli uirtute præditus est? Neminẽ sanè noui, sed non idcirco despiciendi sunt nostri temporis homines. Nã si Christi amore honorẽ exhibes, licèt quis abiectissimus sit, modò fidelis, dignus est qui honoretur. Nã si duce & paruo milite ad te ueniẽtibus, & ambobus regiis familiaribus, tu utriq; domũ aperuisti, per quẽ magis regẽ honorare arbitratus es? Sanè perspicuũ est, per militẽ. Dux. n. etiam sine regia amicitia multa habet, quæ sibi sunt satis ad eum honorẽ consequendum. Miles autẽ nihil aliud habet, quàm regiam familiaritatẽ. Idcirco claudos, cæcos, & qui nullam referre possunt beneficiorum gratiam, ad cõuiuia & cœnas nostras aduocare nobis præcipit deus: quoniã huiusmodi opera maximè, & propriè propter deum exhibẽtur. Quòd si uirum aliquem magnum & insignem hospitio acceperis, id nõ tã pura eleemosyna est: sed pars aliqua in te cõfertur, & partem sibi sæpenumero inanis gloria uendicat, & spes alicuius boni consequendi, & ut clarus propter illum euadas. Multos igitur ostẽdere possem q propterea inter sanctos insigniores colũt, ut apud principes per illos maiorẽ consequantur authoritatem, & rebus suis & familiæ inde utiliores efciãtur, & multas huiusmodi ab illis sanctis gratias exigũt. Quod hospitalitatis remunerationem in his co inquinat, cùm huiuscemodi animo faciant. Et quid opus est hoc de sanctis dicere? Nam qui à deo laborũ remunerationẽ in hac uita requirit, & humanarũ rerum gratia uirtutem operatur, is suam minuit mercedem: quam qui in futura uita exigit, secundum Lazarum illum longè fit mirabilior. Ille nanq; illic omnia bona cõsecutus est, secũdum tres pueros, qui cũ in fornacẽ essent iniiciendi, dicebant: Est deus in cœlis, qui potest nos eripere: & notum sit tibi rex, quòd deos tuos non colimus, & statuam auream quã cõstituisti, non adoramus. Secũdum Abrahã, qui filiũ in montẽ adduxit ut interimeret, & nullius lucri spe, sed eam maximam arbitratus mercedem, quòd domino obsequeretur: hos imitemur. Hoc. n. pacto magnus nobis ex operibus nostris fructus proueniet, cũ ea mẽte oia faciamus, & clariores nobis coronas & benignitate domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri gloria & spiritui sancto in secula seculorũ, Amen.

Homilia XXI.

On sum apostolus, non sum liber? Nónne Christũ Iesum dominum nostrũ uidi? Nónne opus meum estis in domino? Cũ dixisset, Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in ęternũ, quod quidem nõ fecit: pollicitus autem est se factu-rum, si necesse foret: nequis diceret, frustra te iactas, & uerbis tantùm philosopharis, quod & mihi & cuilibet hominum facile est: si recta animi sentẽtia id dicis, re ipsa ostendas quid contempseris, ne fratrẽ scãdalizares: propterea iam conatur sententiam suam ostendere, quo pacto à concessis abstineat, ne fratri scandalũ faciat, quãuis nulla lege cogatur. Neq; hoc fortè admirandũ, quãuis admirãdum sit, quòd à cõcessis abstineat: non solùm ne scandalizaret, sed qđ multò cum labore & periculo id faciebat. Quid. n. oportet dicere de sacrificiis idolorum? inquit. Nã cũ Christus præcipiat, eos qui prædicant euangeliũ, uictum sibi ab his qui eruditũtur quærere debere, ego hoc nõ feci: sed etiam malui, si oporteret, etiã fame uitam consumere, & difficillimam mortẽ obire. Itaq; non accipere à catechumenis, si scandalizãdi essent, sed si ædificãdi, quod multò maius erat: & huius rei testes eos in medium adducit, apud quos & opatus est, & esuriens uixit, ne scãdalizaret eos: atq; sine causa scandalizabãtur. Siquidẽ Paulus legem implebat. Veruntamen ex abundãtia eis indulgebat. Na si præter legem ipse fecit, ne scandalizarentur, & à permissis rebus ad aliorum ædificationẽ abstinuit: quo nã digni essent supplicio, qui ab idolorum nõ abstinẽt sacrificiis, & maximè quum multi inde pereãt: quod etiã sine scãdalo fugere oportebat, eo quòd dæmonum sit mẽsa. Hæc quidem omnis summa est, q̃ per multa elementa perficitur: oportet enim ex superioribus proposita prosequi. Sed neq; hoc ita manifestè, ut dixi, posuit, neq; statim ad hoc prosiluit: sed aliunde sumit principũ his uerbis, *Non sum apostolus?* Cum prædictis & hæc non parua est differentia, quod scili-

A cet & Paulus est qui hęc facit. Vt enim non dicerent, quòd licet signãti gustare, primũ quidem in hoc nõ immoratur, sed dicit quòd etiam si licet, nõ est tamẽ fratrum detrimento faciendum. Deinde autẽ ostendit, quòd neq; etiam licet. Nunc aũt quod prius est, à rebus suis confirmat. Et cùm dicturus esset, qđ nihil ab his acceperit, nõ quamprimũ id ponit, sed suã primũ commemorat dignitatem: Non sum apostolus, non sum liber? ne dicerent, Si non accepisti: quoniam non licebat, non accepisti. Idcirco primũ causæ meminit, propter quã non iniuria accepisset, si uoluisset accipere. Deinde ne uideatur & Petrum & Petri socios his uerbis accusare, siquidẽ illi acceperant, primùm eis licere accipere ostendit. Deinde nequis diceret, Petro quidem licuit, tibi autem minimè: suis ipse laudibus auditorem aggreditur, cùm res ipsa eũ cogat ad se laudandum: ita enim Corinthij emendabantur. Et iterum cũ nihil magnum de se dicere uelit, uide quo pacto utroq; ad necessitatem utitur, tãtũ seipsum laudans, non quãtùm sibi ipsi uidebatur,
B sed quantũ propositæ materiæ exigebat necessitas. Cumq; posset dicere: me omnium maximè accipere decet, & magis quã illos, quia magis laborauí: nõ ita dixit, quia uidebatur quandam habere prælationẽ. Qua autẽ ratione illi magni essent, & à quibus iustè acciperent, ea duntaxat ponit, ita inquiens: *Non sum apostolus, non sum liber?* Hoc est, nõne mei ipsi⁹ habeo potestatẽ? Nũquid alicui seruio, qui me cogat & prohibeat accipere? Sed habent aliquid amplius illi q cũ Christo cõuersati sunt. Sed neq; ego ea priuatus sum
Iasr.15.c. uisione, idcirco prosequitur: *Nónne Christum Iesum dominũ nostrum uidi?* Nouissimè autem omnium, inqt, tanquam abortiuo uisus est mihi: quę nõ parua erat prærogatiua. Quamobrem Christus id magnũ ostẽ
Mat. 3.c. dit his uerbis: Quia multi prophetæ & iusti cupierũt uidere quę uos uidetis, inquit, & non uiderunt. Et iterum: Venient dies cũ uolueritis unam horam dierũ uidere. Deinde ne rursum dicerẽt, Et quid hoc? Quãuis apostolus sis, quanuis liber, quãuis Christum uideris, nullum tamen apostoli opus ostẽdisti. Et quanam ratione debes accipere? idcirco deinde addidit:
⌜illa. *Nónne opus meum uos estis in domino?* Hoc magnũ est,
C ⌜illi⌝ enim nullam sine hoc afferunt utilitatem. Nam & Iudas Apostolus fuit, & liber, & Christũ uidit: sed quoniã apostoli nõ fecit opera, nihil sanè illa ei profuerunt. Ideo & hoc addidit, & ipsos testes aduocat. Et cũ magnũ qddã esset locutus, animaduerte quonam pacto id corrigit, cũ inquit, domino: hoc est. diuinũ est, non meũ. *Si alijs non sum apostolus, uobis tamen sum.* Intuere nihil in uerbis superfluum: sed orbem terrarũ dicere potuit, & Gentes barbaras, & terrã, & mare, sed per consensum, & ex abundantia uincit. Quid enim superfluis opus est, inquit, cũ hæc ad præsentem materiam sufficiant? ⌜Non igitur bona opera q̃ alij fecerũt, me feciss⌝ profiteor, ⌜sed ea quorũ uos estis testes. Itaq; si non aliunde, à uobis maximè me accipere oportebat. Veruntamen à qbus maximè oportuit accipere (magister enim uester eram) ab his nihil accepi. *Si alijs non sum apostolus, uobis tamẽ sum.* Iterum ex consensu rationem affert, etenim orbis terrarum apostolus erat. Non tamẽ hoc dico, inquit, neq; pugno, neq; cõtendo, sed uestrũ affero testimonium. *Nam signaculum mei apostolatus uos estis.* Hæc est probatio, & si uult, inquit, quispiã unde me apostolum esse constet intelligere, uos ego testes ad hibeo. Omnia nanq; q̃ apostoli erãt opera, in uobis D ostendi. & nihil prætermisi, quod etiã in secũda meminit epistola: Tametsi nihil sum, signa tamen apo-2.Co.12.d stolatus mei facta sunt super uos in oi patientia, & signis, & prodignis, & uirtutibus. Quid enim est, qđ minus habuistis præ omnibus ecclesiis? Propterea inquit: Nã signaculũ mei apostolatus uos estis, etenim signa ostendi, & oratione docui, & pericula ppessus sum, & uitam exhibui irreprehensibilẽ: & hoc ex his duabus epistolis uidere licet, quo nam modo horũ singula summa cum diligentia comprobat. *Mea excusatio apud eos qui me interrogant, hæc est.* ⌜Quid est, mea excusatio apud eos q me interrogãt, hæc est?⌝ ut quærentes intelligant unde sim apostolus, uel accusantes quare pecunias accipiam, uel interrogãtes causam quamobrem non accipiam: uel cõtra eos q me non esse apostolum contẽdunt, ⌜nostra gloria⌝ & hæc q̃ dictu⁹ sum, probatio & defensio est. Qua-⌜uestriis⌝ ⌜structio⌝ lia autem hæc sunt? *Nunquid non habemus potestatem comedendi & bibendi?* ⌜*Nunquid nõ habemus potestatẽ sororẽ mulierẽ circunducẽdi?* Et quo nam pacto hæc ex E cusatio est? Quoniam quando etiã à concessis abstinere uideor, non utiq; iustum est, ut tanquã de iniusto & fraudulẽto suspicio de me habeatur, qđ quicquam pecuniarum gratia faciam. Et quę superius dicta sunt, ⌜etiam⌝ ad uestrã dicta sunt doctrinam: & ⌜& quæ. hæc quæ dixi, sufficiẽtia sunt ⌜uobis⌝ ⌜defensionem, ⌜nobis. & respondendum omnibus qui me interrogãt. Hinc ego contendo, & illa & hæc adducens, Nunquid nõ habemus potestatẽ manducãdi & bibendi? Nũquid non habemus potestatem sororem mulierem circũducendi? Veruntamẽ cũ habeamus, iis abstinemus. Quid igitur? non comedebat. neq; bibebat? Immo q dem multis in locis neutrũ faciebat, & audi quo nã pacto: In fame, inqt, & siti, in frigore & nuditate: hoc 2.Co.11.f tamen in loco non ita dicit. Sed quid nam? Non comedimus, non bibimus ab iis qui à nobis eruditũtur accipientes: atqui habentes accipiendi potestatem. *Nunquid nõ habemus potestatẽ sororẽ mulierem circũducendi, sicut et cæteri apostoli, et fratres domini, et Cephas?* Intuere sapientiam Pauli, principem posteriori in loco addidit: qui enim uehemẽtissimus erat locus tũc ponitur. Neq; n. tam mirum erat ostendere id feciF sse alios, quàm principem ipsum, & cui cœlorum claues erant creditæ. Veruntamen non eũ duntaxat posuit, sed omnes, tantũ non dicẽs, siue inferiores quęreres, siue superiores, omnium adsunt exẽpla. Et fratres domini priori incredulitate liberati ex probatorum numero facti sunt, quãuis ad apostolos nõ peruenissent. Quãobrẽ medios eos posuit, utriq; maximos adducens: *Aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem hæc operandi?* Aĩaduerte humilitatem, & inuidia se purgantem animã, quo pacto quem norat diligentiæ suæ participem, non celauit. Nam si alia cõmunia sunt, qua ratione hoc nõ est cõmune? Apostoli & illi & nos, & liberi & Christum uidimus, & opera apostolorũ ostendimus: igitur & nos potestatem habemus ociosè uiuẽdi, & ut ab iis quos erudimus, uictum habeamus. *Quis unquam suis stipẽdijs militat?* Cùm quod uehementius erat, ex apostolis re uelasset, quòd scilicet licet hoc facere: ad exẽpla iam uenit, & communem consuetudinem, qđ ei moris est facere, inquit enim: *Quis militat suis stipendijs?* Tu autem animaduerte quã accommodata hæc exempla ad propositã adduxit materiã, & quomodo pri-

mũ meminit periculosæ militiæ, & armorũ, & bellorũ: huiusmodi enim apostolatus, uel potius his lõgẽ maius. Non enim aduersus homines solũ bellum his erat, uerũ etiam aduersus dæmones, & illorum principẽ, exercitus. Quod igitur inqt, hoc est, quòd ea quæ neq; externi principes crudeles & iniusti exigũt, hoc est militare, periclitari, de suis milites se alere facultatibus, quomodo unquã Christꝰ hoc exigeret? & neq; uno contentus est exemplo. Qui enim uilior est & crassior, ⌜is hoc⌝ ⌜maximè⌝ acquiescere consueuit: ⌜hoc est communẽ consuetudinem intueri, q̃ in diuinis legibus cõtingit: ⌜quare ad aliud uenit, inquiens: *Quis plantat uineam, & de fructu eius non edit?* Per illud enim pericula, hoc autẽ laborem & miseriam multam & curam ostendit: & tertium itẽ addit exemplum his uerbis: *Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?* Multam diligentiã & magistro debitam erga subditos ostẽdit. Quod ex his apparet: etenim milites, & agricolæ, & pastores erant apostoli, nõ bellorũ, neq; terræ, neq; brutorũ animalium, & tantũ sensibilium, sed ratione fruentium animarum, & eius exercitus, qui aduersus dæmones armatur. Obseruãdum autem & illud est, quòd ubiq; modestiam seruauit, necessarium quærens tantũ nõ superfluum. Non enim dixit, Quis militat, & non dilexit? sed, quis militat suis stipendiis unquam? Neq; dixit, Quis plantat uineam, & non colligit aurũ, aut totum fructũ uindemiat? sed, de fructu eius nõ edit. Neq; dixit, Quis pascit gregem, & non uendit agnos. Sed quomodo? Et de lacte gregis non mãducat. Rectè qdẽ nõ de agnis, sed de lacte locutus est, ut ostẽderet paruo lucro magistrum cõtentum esse oportere, & solo uictu necessario. Hæc in illos dicta sunt, qui omnia uolunt consumere, & totum fructũ accipere. Ita dominus sanxit iis uerbis: Dignus est operarius mercede sua. Neq; hoc exẽplo duntaxat confirmauit, sed ostendit qualem sacerdotẽ esse oporteat. Etenim militis fortitudinẽ exhibere oportet, & agricolæ diligentiam, & pastoris curã, & cum iis omnibus nihil supra necessitatẽ quærere. Cũ igitur & apostolorum exẽplo, quod nõ est prohibitum magistrũ accipere, & à uita ostenderit, ad tertium capitulũ uenit, ita inquiẽs: *Num secundum hominem hæc dico, an & lex hæc nõ dicit?* Nam cùm primùm ex scripturarum testimonio nihil attulerit, sed communem proposuerit consuetudinem: Nolite, inquit, arbitrari iis solis meas corrobrari rationes, neq; ex hominum sententia hæc sancire. Possum enim ostẽdere, quòd & deo hæc uidentur, & ueterem perlego legem, quæ ita præcipit. Quamobrem per interrogationem sermonem suum prosequitur, quod in rebus quã certissimis fieri solet, ita inquiens: Nũquid secundum hominẽ hęc dico: hoc est, nunquid ego humanis dũtaxat exẽplis rem meam confirmo, an & lex hæc non dicit? *Scriptũ est enim in lege Moysi: Non alligabis os boui triurãti.* Et quã nã gratia hoc meminit, cùm exemplum habeat sacerdotum? Ex multa hac abũdantia cõfirmare annititur. Deinde nequis diceret, Et quid ad nos, quòd de bobꝰ locutus es? exprimit hoc diligẽter his uerbis, *Num quid de bobus cura est deo?* Sunt ne, quæso, boues deo curæ? Curæ quidẽ sunt. Verùm non ita ut de iis legem instituat. Itaq; nisi magnum quiddam significasset, per bruta Iudæos exercẽs ad benignitatẽ complectendã, & ab iis etiam de præceptoribus eos alloquens, non utiq; tantã adhibuisset diligentiam, ut legem scriberet, de non obligãdo os boui. Præterea & aliud quiddam ostendit, multum scilicet pceptorum laborem esse debere. Et itẽ aliud, quòd quæcunq; ad brutorum curã in ueteri testamento legun tur, ⌜principio⌝ ⌜ad hominum doctrinam dicta sunt, quemadmodũ & alia omnia, sicut quæ de uestibus uariis, & uineis, & seminibus, & terram propriam facientibus, nec non quę de lepra dicuntur, & alia omnia. Cũ enim adhuc rudiores essent, hoc dicẽdi modo utebatur, paulatim eos erigẽs. Et aliaduerte, quo pacto hoc iam non confirmat, utpote quod manifestum & per se perspicuum est. Nam cũ dixisset, Nunquid de bobus cura est deo? addidit, *An propter uos ⌜utique⌝ ⌜hæc dicit?* Neq; hanc particulam, utiq;, temerè posuit, sed ne aliqua ratione cõtradicere auditori permittat. Et perstat in trãslatione, dicens: *Nam propter nos scripta sunt, quoniã debet in spe qui arat arare, et qui triturat in spe fructus percipiendi.* Hoc est, magister debet laborũ suorũ mercedẽ accipere. Et cõsidera Pauli sapientiam, à semine enim ad areã rem transtulit. Iterum & hìc multos magistrorũ labores ostendit. Nam & ipsi arant, & aream terunt. Et in arãdo, quoniam nullus fructus, sed labor dũtaxat accipitur. spẽponit. In triturando autem iã de fructu congratulatur, inquiens, & qui triturat in spe fructus percipiẽdi. Deinde nequis diceret, Ipsa igitur tantorum sudorũ remuneratio est, addidit, in spe, hoc est futura. Nihil ergo aliud os non alligatũ huius animalis clamat, q̃ quòd magistros laborantes remunerationẽ habere oportet. *Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnũ est, si nos carnalia uestra metamus?* Ecce quartã quã affert rationem, quòd prębere oporteat. Cũ enim dixisset, Quis militat suis stipendiis, & quis plantat uineã, & quis pascit gregem, etiam addit bouem triturantẽ: & aliam ostendit causam maximè rationabilẽ, qua mererentur accipere, qd multò maiora præberent, non tantũ laborarent. Quid ergo est? Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnũ est, si nos carnalia uestra metamus? Vides iustissimã causã, & superioribus probabiliorem. Illic enim dixit carnale semen, carnalis & fructus. Hìc autem semen spirituale, & remuneratio carnalis. Vt enim non nimiũ se iactarẽt, eo quòd magistris uictũ exhiberẽt, ostendit, eos maiora accipere quàm dare. Agricolæ enim quæ seminant, ea accipiunt: nos autem cùm in uestris animis spiritualia seminemus, metimus carnalia: huiusmodi nanq; est ab ijs datus cibus. Deinde uehementius arguit: *Si alij potestatis uestræ participes sunt, quare non potius nos?* Ecce alteram rationem, & ipsam item ab exemplis nõ tam sublimibus. Nam neq; Petri hoc in loco meminit, neq; apostolorum, sed aliorũ quorundam, qui alieni erãt, aduersus quos posterius accingitur, de qbus dicit: Siquis uos deuorat, siquis accipit, ⌜siquis extollitur⌝ ⌜siquis in faciem uos percutit: & ad uersus illorum bellum iã præludit. Quamobrẽ non dixit, Si alij à uobis accipiunt, sed eorum ⌜stultitiam, uiolentiam, copiam⌝ ⌜significans inquit. Si alij potestatis uestrę participes sũt, hoc est possidẽt uos, sub potestate habent tanquã seruis abutuntur: non accipiẽtes tantũ, sed multa cum diligentia & authoritate. Idcirco addidit, *Non potius nos.* Quod utiq; nõ dixisset, si de apostolis sermo haberetur, sed cõstat quosdã uiolatores & ipsos deceptores per hos significari. Itaq; cũ lege Moysi, uos ipsi quoq; legem tuliſtis, quid nam sit exhibendum. Cũ autem dicit, Non potius nos,

tius nos, nõ confirmat, quare nam potius: sed eorũ conscientiæ reliquit reprehensionẽ, simul ut eos per terreret, & maiorem in modum reprehenderet. *Sed non usi sumus hac potestate.* Hoc est, nõ accepimus. Vides quot rationibus confirmat? Primũ, quod nõ prę ter debitum est, si accipiunt: tamẽ se non accepisse, ne tanquã à prohibito uideretur abstinere. Non. n. quia non licet, inquit, nõ accipio. Siquidẽ licet, quod multis modis ostẽdimus, ab apostolis scilicet, à uitæ negotiis, à milite, agricola, pastore, à lege Moysi, ab ipsa rei natura. Quod seminauimꝰ uobis spiritualia, ex quibus uos erga alios fructũ fecistis. Sed quẽadmodũ ne uideretur apostolos, qui hæc accipiebant, reprehendere, hæc posuit. Sed eos coarguit, & ostendit non re prohibita abstinere. Ita rursum, ne multũ cõfirmatione, exemplis, rationibus, quibus sibi accipiendũ esse ostendit, accipiendi occasionẽ quærere, & idcirco huiusmodi dicere uideatur: iam hoc corrigit, & manifestius hoc in sequẽtibus facit, quũ inqt: Non scripsi autem hæc, ut ita fiant in me. Hoc autẽ in loco inquit: Nõ usi sumus hac potestate: & quod maius est, qd neq; illud quispiã diceret, in abundãtia non usi sumus: sed cogente necessitate nõ cedimus necessitati, quod in secũda dixit epistola. Alias ecclesias compilaui, accipiens stipendium ad ministerũ uestrum, ⌜& præsens, & à uobis absens. In nullo torpui. ⌜Et in hac iterũ: Et esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & alapis cædimur. Et hoc itẽ in loco idem iis uerbis significat, *Sed omnia sustinemus.* Quibus uerbis & famem significat, & multas angustias, & alia omnia. Sed non ita coacti sumus, inquit, soluere legẽ, quã nobis ipsis sanximus. Quamobrem? *Ne quod offendiculum demus euangelio Christi.* Quũ enim imbecilliori essetis animo Corinthij, ne nos hæc accipientes perterreamus, inquit, ⌜uetus curriculũ prosequi statuimus potius, ⌜quã offendiculum aliquot dare euangelio, hoc est doctrinæ uestræ. Quòd si nos qd nobis permissum est, in maxima necessitate, cumq; apostolorũ exemplum habeamus: non fecimus, ne offendiculũ daremus. Et non dixit, euersionem: sed, offendiculũ: neq; simpliciter, sed aliquod offendiculũ, ne paruã, ut sic dicam, moram & dilationẽ faceremus cursu orationis. Si, inquã, nos tãto usi sumus studio, inquit, quãto maiori uobis longè apostolis inferioribus: & qui neq; legẽ, quę uobis permittat habetis, sed contrà, quæ prohibita sunt prosequimini, ad maximũ euangelij detrimentũ: non in dando dũtaxat offendiculo, sed neq; urgentem uidendo necessitatem: abstinendũ est. Hanc enim totam orationẽ propter illos mouit, qui per cibum ex idolorum sacrificiis factũ imbecillioribus fratribus scandalũ pariunt. Hæc & nos audiamus dilectissimi, ne eos qui scãdalizantur contemptui habeamus, néue aliquod faciamus offendiculũ euãgelio Christi: ne nostrã tradamus salutem. Noli mihi dicere, quũ scandalizatur frater, non esse prohibitum id in quo scandalizatur, quotiescunq; permittitur. Ego sanè tibi maiora dicã, quòd quãuis ipse Christus permitteret, uideres autẽ aliquẽ eo offendi, teipsum cohibe, & nolito illa uti permissione. Hoc & Paulus facit: quũ sibi ex Christi permissione liceret accipere, non tamen accepit. Nã quũ sit benignus dominus, multã præceptis suis instituit mansuetudinem, ut non solũ ex præcepto, sed ex propria multa faciamus sententia. Etenim nisi ita uoluisset, arctius instituere præcepta poterat, & dicere: Qui non semper ieiunat, puniatur: qui non seruat uirginitatẽ, supplicio afficiatur: qui nõ omnibus suis rebus se exuit, pœnam luat grauissimam. Verũ non ita sanxit, tibi ⌜uolens, si uolueris, indulgere. ⌜Propter ea quum de uirginitate dissereret, dixit: ⌜Qui potest separari, separetur. ⌜Et diuiti quædã præcepit, quędã fuæ permisit licentię. Nõ enim dixit, Vende res tuas: sed, Si uis perfectus esse, uende. Nos uerò non solùm non contendimus, neq; præcepta superamus, sed præceptorum fines longè relinquimus. Et Paulus quide esuriuit, ne offendiculum euangelio daret. Nos autẽ neq; ea q̃ nobis ⌜prohibita⌝ ⌜sunt, attingere audemus quum innumeras animas perire uideamus. Edat, inquit, tinea, & non pauper. Deuoret uermis, & non induatur nudus. Omnia temporis diuturnitate consumantur, & non nutriatur Christus, & maximè quũ esurit. Et quis hoc, inquit, ⌜mandauit?⌝ ⌜Etenim hoc est grauissimũ, quòd non uerbis, sed rebus hæc dicũtur. Etenim minus esset graue in uerbis dictũ, quã factũ in operibus. An non hæc singulis diebus clamat ihumana, & crudelis, & impia auaritia iis quos in captiuitatem trahit? Præponantur calumniatoribus, latronibus, insidiatoribus ad delicias uestrę facultates non esurientibus, neque indigẽtibus uictus. Nunqd uos latrones facitis? Num inuidorum igni suggeritis nutrimentum? Nonne uos facitis fugitiuos? nonne insidiatores, quum tanquã escam eis diuitias uestras præponitis? Quænam hæc dementia? Siquidẽ demẽtia est & insania manifesta, arcam cũ uestimentorũ copia præparare. Qui autem ad dei imaginẽ factus est & similitudinem, eum nudum & trementẽ gelu, & uix se erigentem despicere. Sed causatur, inquit, & simulat tremorem & infirmitatem. His uerbis non timuisti, ne fulmen cœlitus ardens deferatur: nam ira disrumpor. Ignoscite, quæso, quando quidem ut uẽtri deditus es, ⌜& incrassatus, ⌜& in longam noctem pocula producis, & mollibus in lectis tanquã sepultus decubas, nõ censes te pœnã daturũ, quum tã iniustè diuinis utaris muneribus? Non enim ut inebrie mur, uini nobis datus est usus: neq; ut uẽtri indulgeamus, ciborũ: neq; ut distendamur, fruges prouenĩut. Tu à mendico misero, penè mortuo, rationẽ efflagitas: & metuendum illud & horrendum Christi iudicium non formidas? Etenim si simulat, ex necessitate & inopia simulat, propter crudelitatem tuã & inhumanitatẽ hũiusmodi personarũ simulationibus egentẽ, quæ nulla commouetur misericordia. Et qs nã absq; necessitate pro uno pane tã impudẽter faciat? ita cædatur, tantũ patiatur suppliciũ. Itaq; simulatio illius, tuæ est inhumanitatis præco. Quum. n. rogans, & supplex, & miserabilibus uerbis, & anxius, & lachrymans, & ⌜singulis diebus⌝ ⌜circumeundo mẽdicans, ne necessarium quidem uictum comparat: fortasse hanc artem inuenit, quæ non tantũ illi, quantũ tibi affert ignominiam & culpam. Ille nanq; dignus est cui miseratur, quòd in tãtam uenerit necessitatẽ. Nos autem innumeris digni suppliciis, quòd mendicos ad huiusmodi adducamus necessitatem. Nã si facilè moueremur, nũquam sanè ille eiusmodi sustinere eligeret. Et quid nuditatem & tremorẽ memoro? Dicam enim quod lõgè horribilius est, quòd nõnulli suos cęcare filios ætatis florẽ agentes coacti sunt, ut in stupiditatem nostrã inueherent. Siquidem cùm sensũ usus fruentes, & nudi circũmendicantes, neq; ętate, neq; calamitate inhumanos atq; imisericordes

Universidad de Navarra Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

G mouerent,tantis malis aliam addiderũt calamitatẽ, & quidem maiorem:& ut famem lenirent, leuius fo re arbitrati sunt, hoc communi lumine & solaribus radijs omni humano generi cõcessis priuari,quã per petuò cũ fame pugnare, & misserrima morte perire: & cùm tantæ paupertati miscreri non didiceritis,sed lætari calamitatibus, uestram implent insatiabilẽ cupiditatem,& sibiipsis & nobis gehenna uehementio rẽ flammam accẽdunt. Et ut intelligatis hęc & huiusmodi propter hoc fieri, signum uobis manifestũ asserã,cui nemo cõtradixerit. Sunt alij pauperes superbi & elati animi, qui famẽ perferre nesciunt, sed oia potius quàm famẽ tolerant. Hi sæpenumero nos offendentes, & facie & uerbis ad misericordiam accõmodatis,nos aliquid efflagitant:& quũ nihil assecuti sunt precibus,illis omissis,ſ admirãdos se nobis pbent. ſ Alij quidem absumptos calceos mandunt, alij capiti acuros clauos infigunt, alij per ipsum gelu nudo corpore mendicãtes petunt. Alij etiã iis grauio ra ferentes,miserabile de se præbent spectaculũ. Tu autẽ huiusmodi cõspicatus, iis uisis in risum solutus es,& admiratus te in alienis malis extulisti,quũ communis natura ignominia affecta sit:& qd amplius iis immanissimus diabolus fecisset? Deinde ut promptius hæc faciat,abundãtius argentũ exhibes. Illi autem qui te oblecrat,deũ implorat, mansuetè loquitur,ne respondere quidẽ dignaris, neq; eũ respicere, sed etiã grauibus in eũ uerbis uteris, quũ instantius postulat:Hũc ergo uiuere, aut omnino respirare,aut Solem hunc conspicari uelim? ſ Erga illos autem lætus & ambitiosus appares,utpote munerarius quidã ridiculæ & sataniçæ illius ignominię. Quare nõ sine ratione ad huiusmodi ludorum munerarios & eorũ comites, quousque uideant alios supplicio affectos, hæc dicta sint uerba: hos ego uiuere, aut respirare, aut omnino Solẽ hũc uidere fas putẽ?hos, inquam, qui iniustè in communẽ naturã agunt,qui deum cõ tumelijs afficiunt? Etenim quum deus dicat,Da elee mosynam.& ego dabo tibi regnum cœlorũ,non audisti:& quum diabolus caput confixũ ostẽdat, repẽ tè ſ ambitiosus ſ factus es : & magis te immanis diaboli fallacia flexit quum tantũ afferat detrimentũ,q̃ dei promissio, quæ tot & tantis affluit bonis. Cũ ẽt si aurum abiiciendum esset, ne eiusmodi fierent, néue facta aspicerẽtur,omnia & fãcere & perpeti & anniti deberes:ſ tu uerò ut hęc fiant,eaq; uideas,contẽdis,& oia facis.ſ Adhuc igitur interrogas,dic,quęso, quare gehenna est? Verùm noli amplius interrogare,sed quo nã pacto una tantũ gehenna sit. Quibus enim suppliciis non digni sunt hi, qui crudeli huic & immani fauent spectaculo,& de his ridẽt, quibus & illos & nos deflere oporteret, imò uos potius,q̃ hãc ignominiam molimini?Sed non ego molior,inquis. Et quo nam pacto id negas,dic, quæso,cũ neq; humilibus lachrymantibus, deũ implorantibus aures adhibere pateris:in ludis autem largè argentum erogas,& multos tecũ admiratores ducis?Sed adsumus inquit,& eorũ mouemur misericordia.Et tu hoc pręcipis?non est hoc misereri homo, non est inquã,tantum pro paucis obolis suppliciũ exigere, & præcipere ut qui necessarijs uictum rogat, concidatur,caput decorietur tam asperè & miserè. Parcius ista,inquit: Non enim nos sumus, qui eorum capita cõfigimus. Vtinam tu configeres.Nõ fuisset tam grauis calamitas:nã qui alium interimit, longè leuius peccat quã qui iubet seipsum interficere. Quod & in his contingit:etenim asperius puniuntur, quoniã ipsi iubentur tam prauorum præceptorum authores fieri, & hoc in Antiochia ubi primũ uersati ſ sunt Christiani, in qua homines omniũ fuerunt mansuetissimi, in qua multus eleemosynę fructus quondam florebat. Nõ enim præsentibus duntaxat, sed qui longè aberãt lõgo interuallo mittebant,& maximè quũ fames urgeret. Quid nã igitur faciendum censemus? Vt hãc feritatem exuamus? omnibus autem indigentibus suadeamus,quòd si huiusmodi quid fecerint, nullã accipient mercedẽ:sed qui humiliter & mãsuetè accedũt petuntq;,multa fruentur munificẽtia. Quã suasionẽ si acceperint,etsi omnium sint miserrimi, nũquã eo modo puniri patientur.Ego hoc polliceor,sed & gratiam uobis habebunt,quod irrisione illa & miseria illos liberastis. Nunc autẽ pro aurigis filios uestros exhibetis,& pro saltatoribus proditis animas:pro Christo autem sitiente ne minimam quidem substantiæ uestræ partem erogatis. Sed si uel exiguum quiddã argenti exhibuistis, tanquam omnia uestra consumpseritis,commouemini,nesciẽtes quòd nõ dare, sed largè dare, id demũ est eleemosina:Idcirco propheta non dantes simpliciter prędicat,& laudibus extollit, sed abundè elargientes : Non.n.simpliciter dixit, ſ dispersit:ſ sed, dispersit, dedit pauperibus. Quæ nã, quęso,tibi utilitas? quum ex diuitijs tuis tantùm exhibeas,quantùm si quis ex pelago cyathum daret, neque uiduę mulieris magnanimitatẽ desideres. Quomodo autẽ dices, Miserere mei domine secundũ magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem' miserationum tuarum dele iniquitatem meã: cùm tu non secundum magnam misericordiam miserearis? Fortasse autem neq; secundum paruam:etenim uehemẽter erubesco, quũ uideo multos diuites auro operis equis uectari, & seruos auratis uestibus indutos ducere,argentos lectos habere, & alia plura uanitatis plena. At quũ in pauperes erogare oporteat, pauperrimis pauperiores factos uidemus. ſ Sed quidnã tam longa oratio commune habet cũ ecclesia?inquit. ſ Et qd hoc ad te? Non.n.si ego eleemosynas dedero, tu propterea salutem consequeris : neq; si ecclesia prębeat,tu peccata tua deleuisti. Nã si propterea nihil das, quoniam ecclesiam indigẽtibus dare oporteat:dic, quæso,quũ precantur & orãt sacerdotes, nunquid tu nũquam precaris : & quũ ieiunãt alii,tu semper inebriatus es ? An nescis quòd nõ tam pauperum gratia eleemosinæ legẽ statuit deus, quã eorum qui exhiberẽt? Sed habes sacerdotẽ suspectũ. Grauissimum quidem hoc peccatum est. Verũ nihil diligẽtius inquiro. Per te omnia facias , & ita duplicẽ mercedẽ lucraberis : etenim quę nos de eleemosina dicimus,non ut nobis quicquã asseras dicimus , sed ut ipse per te ministerium exhibeas. Mihi nanq; asserens, fortasse inani gloria capieris , fortasse aliqua re scandalizatus discedes,malum aliquod suspicando. Si autẽ per uosipsos omnia facitis,& scãdalis,& omni inani suspicatione liberi,plurimum uobis pręmiũ accesserit:non igitur ut uos huc afferre pecunias cogam,hæc uerba facio:neq; indignor, quòd malè de se loq audiant sacerdotes. Nã si indignari oporteret & dolere,uestri causa id faciendum esset,qui malè dicitis . Hi enim qui sine causa & immeritò maledicta perferunt, maius præmiũ consequuntur:hi autẽ qui inferunt,iudicium grauius atq; suppliciũ. Itaque non

Luc.11.f.

ſ liberalis

ſ pstigiatores de-inceps apud uos superant.

ſ oportet?

ſ parcitatem.

ſ Nam si

ſ dedit: Psal.9.b

Psa.50.d

ſ Sed quoniam frequens ipsorum sermo habet bona communia ecclesiæ, inquit.

A eorum gratia hæc dico, sed quoniam uestri curã habeo . Quid enim mirum si quid de gente nostra suspicãtur,ubi de sanctis illis,qui angelos imitati sunt,qui

Actor. 6.a

nihil proprium possidere uoluerunt:hoc est , de apostolis murmurabatur in uiduarũ ministerio, quoniã pauperes contemnebantur, quando nemo quicquã propriam sibi esse dicebat, sed omnia esse cõmunia? Nolimus igitur huiusmodi afferre causas.Neq; ullam nobis putemus esse excusationem,qd ecclesia multa possideat . Siquidẽ quum magnas eius uideris diuitiarum facultates , ei adscriptorum pauperũ greges, egrotantium multitudinem, plurimas erogãdi necessitas,considera , scrutare & inquiras diligentius. Nemo prohibebit, sed parati erunt impẽsarum rationẽ uobis afferre, tamen excessum fieri uolo:quũ.n.rationes reddamus ostẽdamusq; nõ minorem prouẽtũ,sumptũ esse , sed aliquando etiam maiorem,libẽter uos illud interrogarem : Quũ hinc migrabimus,

Mat.25.d

& audiemus Christũ dicentem : Esurientem me uidistis,& nõ dedistis mihi cibum:nudum,& nõ cooperuistis me : Quid nã respondebimus ? Quo pacto nos excusabimus ? hũc & illum in medium feremus,

B qui hoc nõ audiunt,& quosdã suspectos facit dotes? Et quid nã hoc ad te? Ego,inquit,reprehendo,q̃ ipse peccasti.Excusatio autem horũ est,si tua ipsius peccata ablueris,& nõ alios eodem tecũ in crimine esse ostenderis.Siquidem ecclesia propter ſ insipientiam ſ uestram habere cogitur, quę nũc habet:ſ ut si ſ secundum apostolicas leges omnia facerent,prouẽtũ eius esse oporteat uestrũ ſ studium ſ, quod & arca certissima uobis esset,& icorruptibilis uobis thesaurus. Verùm nunc quũ thesaurizetis in terra, & omnia in loculis uestris concludatis . ipsa autem in uiduarũ necessitatibus,in uirginum choris,in hospitum aduẽtibus,in migrantium miseriis,captiuorum calamitatibus,ægrotantium & ulceratorũ ope,& aliis huiuscemodi rebus consumere cogatur:quid nã faciendum est? An ne omnes hi expellendi, & tanti portus exagerandi,& quisnam factis naufragijs sufficeret? Quis lamẽtationibus? Quis fletibus? Quis ululatib⁹ ubiq; dispersis?Nõ igitur simpliciter quicquid in buccã uenit loquamur:& nũc quidẽ,quod iam dixi, rationes uobis afferre paratus sum.Quod si secus esset,& cor

C ruptos magistros, & omnia diripientes & auaros habuissetis,non tamen eorum malitia ad uestram satis esset exusationem . Benignus enim & sapientissimus dei filius unigenitus , qui omnia antequã facta sint, cognouit,sciens multos in seculorum lõgitudine,& in tãto orbe terrarum ignauos, nequis propter eorũ pullanimitatem angeretur, omni ablata uilitatis animi excusatione,Super cathedrã Moysi , inquit, sederunt scribæ & pharisæi.Omnia ergo quæcunq; dixerint uobis,seruate & facite,secundum uerò opera eorum nolite facere. Ex quo significat quòd etiã si prauum magistrũ habeas , nullã tibi poterit afferre utilitatem,nisi eius uerbis attenderis.Non enim ex magistri tui operibus,sed ab his quæ tu audita contẽpsisti,de te deus feret sententiam. Itaq; si q̃ tibi mandãtur,seruares,multa tunc cũ fiducia esses . Quum uerò quæ tibi prædicantur,cõtemnas, & si innumeros corruptos sacerdotes i tui excusationẽ proponeres,

Mat.23.a

ſ cuiusquã excusabit.

nihil id tibi profuerit.Nam & Iudas apostolis connumeratus est. Veruntamen nihil hoc sacrilegia & auaritiam ſ eius unquã excusauit , ſ neq; quisquam accusatus poterit in purgationẽ suam afferre apostolum

D furem fuisse , & sacrilegum & proditorem . Sed hoc. ipsum maiorem i modum nos puniet & condemnabit,qd neq; aliorũ calamitatibus facti sumus sapientiores.Propterea nanq; illa literis mãdata sunt,ut eorum fugiamus cupiditatẽ. Quamobrem hoc & illo omissis,nobisipsis attendamus.Vnusquisq; enim nostrum de seipso deo reddet rationem, quã ut iustam & probabilem afferamus, nostrã formemus uitam, & larga manu indigẽtium inopiæ subueniamus,sciẽtes hãc solã nobis parari posse excussatipnem, si nos rectè feciſſe ostenderimus.Cętera omnia nihil profectò sunt . Quã si afferre poterimus , intolerabilia illa gehẽnæ supplicia effugiem⁹, & futura bona cõsequemur,quibus utinã omnes digni efficiamur: gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,per quẽ & cũ quo patri gloria,honor & imperium, cum sancto & uiuificanti spiritu, nunc & semper & in secula seculorum,Amen.

E

Homilia XXII.

Escitis quoniã qui in sacrario operantur,q̃ de sacrario sunt,edunt:& qui altari deseruiũt,cũ altari participãtur? Ita et dominus ordinauit his,qui euangelium annunciant,de euangelio uiuere. Multa utitur diligẽtia,ut ostẽdat,nõ prohibitũ accipere. Quare quũ tot uerbis superius in hanc sit usus sententiã, ad legem uenit,priore magis proprium exẽplum afferens.Neque.n.par erat,boues in medium adducere,& aperte de sacerdotibus legem in hoc positã relegare. Considera autẽ in hoc quoq; Pauli sapientiã, quàm magnificè rei meminit.Non enim dixit,qui in sacrario operantur ab oblatoribus accipiũt:sed,quę de sacrario sunt,edũt:ut neq; illis qui accipiũt, exprobretur:neq; qui præbent,instentur. Quare quod sequitur ita posuit. Neque.n.hoc in loco inquit , qui altari deseruiunt,ab his qui sacrificant, ſ accipiunt:, sed , cũ altari participantur.Siquidẽ quæ oblata sunt,nõ amplius sunt offerentium,sed sacrarii & altaris:& nõ dixit sacraria accipiunt,sed quæ de sacrario sunt,edũt: suam iterum ostendẽs modestiam,& quòd neq; pecunias accumulare oportet,neq; ditescere. Quòd autẽ dicit,cũ altari participantur, non ęqualem dicit distributionem, sed debitum datũ eis remedium . Atqui opera apostolorum longè erant maiora . Illic.n. honor erat sacerdotum,hìc autẽ pericula,cædes,neces . Quare omnibus aliis exemplis longè maius fuit dicere,Si nos uobis spiritualia seminauimus. Nã quũ dixerit,seminauimus, tẽpestates , pericula & inenarrabilia mala,quæ in suis ꝓdicationibus perpessi sunt, ostenduntur. Veruntamẽ in tantis rebus noluit,neq; uetera deprimere,neq; sua extollere:ſ quæ potius deprimit,ſ nõ à periculis,sed à muneris magnitudine eam commendans.Non.n.dixit,si periclitati sumus,si insidias perpessi:sed, si nos uobis spiritualia seminauimus, & sacerdotalia opera:pro uiribus his uerbis extollit:quũ dicit:Qui in sacrario operantur , & qui altari deseruiunt. Quibus uerbis assiduam eorũ seruitutem & tolerantiam significare intendit:uel potius Iudęorum sacerdotes, Leuitarum scilicet& principũ sacerdotum,utrunq; ordinem denotauit:hoc est,minorem simul atq; maiorem.Illum quidem quũ dicit, qui in sacrario operantur:hunc autem quũ subdidit, qui alatri deseruiunt. Non enim omnibus ſ uno erat opus præcepto.ſ Sed alii quidẽ crassiora , alii altiora agitabant.Hos igitur omnes cõprehendens , nequis diceret,quid nobis uetera cõmemoras? nescis quòd

F

ſ sed etiã sua extollit,

ſ idẽ opus erat præceptum.

G perfectiorũ præceptorum tempus est nobis? post illa omnia omnium uehementissimũ posuit, dicens: *Sic & dominus ordinauit his, qui euangeliũ adnunciant, de euangelio uiuere.* Neq; hic ⌜tanquam homines⌝ ⌜educari⌝ dicit, sed quemadmodũ sacerdotes de sacrario & altari, ita euangeliũ adnunciantes de euangelio: & quemadmodũ illi comedũt, ita hi uictum accipiũt, non ⌜abundant,⌝ ⌜non thesaurizãt. Dignus est enim, inquit, operarius mercede sua. *Ego autem nullo horum usus sum.* Quid igitur, si non hactenus usus es, inq̃t, in posterũ uti uis, & idcirco hæc dicis? Absit, etenim propterea quãprimùm correctione usus est inquiẽs, *Non scripsi autem hæc ut ita fiant in me.* Et uide quanta cum uehemẽtia negat: *Bonum est enim mihi magis mori, quã ut gloriã meã quis euacuet.* Neque semel aut bis, sed sępenumero hoc utitur uerbo: etenim supius inq̃t, Non usi sumus potestate hac, & inde iterum, Vt nõ abutar potestate mea: & in hoc loco, Ego nullo horum usus sum. Quibus non usus es? Multis. s. exẽplis. Nam quum multi hanc mihi præberent potestatem, miles, agricola, pastor, apostoli, lex, & ea quæ in uos fecimus, & uos in alio, sacerdotes, Christi pręceptum, nulli horum credidi ⌜ut me lex solueret,⌝ & accipere. Et noli mihi præterita afferre. ⌜Immo.n. quũ possem multa de præteritis dicere, propter hoc pertuli:⌝ ⌜tamen illis solis rem meam nõ confirmo, sed & futura polliceor, quòd eligo potius fame perire, quã hac priuari gloria. Bonum est enim mihi, inquit, magis mori, quã gloriam meam quis euacuet: non dixit autem, legem meam quis soluat: sed gloriã: neqs diceret, quòd nõ læto animo id faciat, sed tristi & inuito. Vult enim quanta lætitia afficiatur ostẽdere, & quã promptus sit: & id gloriam appellat, tantũ abest, ut cõqueratur: quoniam & gloriatur & morí mauult, quã huiusmodi gloriã amittere. Ita enim quàm uita dulcius erat, quod perpetiebatur. Inde alia ratio ne hoc extollit, & magnum esse significat, non ut se ipsum clarum ostẽdat (longè enim ab eius moribus hoc aberat,) sed ut suum demõstraret gaudiũ, cuius uehemẽtia suspicionem auferat. Propterea ut iam dixi, gloriam appellauit: & quid nam inquit? *Nam si euãgeliz̃auero, nõ est mihi gloria. Necessitas.n. mihi incũbit. Væ aũt mihi est, si nõ euangeliz̃auero. Sin aũt uolens hoc ago, mercedẽ habeo. Si autẽ inuitus, dispẽsatio mihi credita est. Quæ est ergo merces mea? ut euangeliũ prædicans, sine sumptu ponã euangeliũ Christi, ut nõ abutar potestate mea in euangelio.* Quid loqueris, dic quęso, Paule? Si euangeliz̃aueris, nõ est tibi gloria, sed si gratis cõmunices? Igitur hoc quàm illud maius est? Minimẽ, ⌜sed aliunde nõnihil amplius habet:⌝ ⌜quoniam illud quidem præceptum est⌝, hoc autẽ meæ uoluntatis officium. Quæ enim supra præceptũ fiunt, multam secundum hoc dictũ mercedem consequũtur: quæ autem sub præcepto continentur, nõ itidẽ. Itaque hac sentẽtia inquit, hoc illo amplius esse, nõ ex ipsius rei natura. Quid enim prædicationi cõparari potest? Ea enim cũ ipsis angelis certare facit. Veruntamẽ cùm alterũ quidem præceptum sit & debitum, alterũ uoluntatis promptitudo, secundum hanc rationẽ, hoc illo maius est. Quare hoc interpretatur, quod nũc dicebam, Si uolens hoc ago, mercedem habeo: si autẽ inuitus, dispẽsatio mihi credita est. Illa autem uerba, uolẽs & inuitus, pro coacto & nõ coacto accipit. Ita & illud, Necessitas mihi incũbit, intelligendum est. Non tanquam inuitus aliquid horũ faciat: absit: sed tanquã subditus præceptis, & ad libertatis distinctionem in accipiẽdo, dictũ est. Quare discipulis inquit Christus, Quum omnia feceritis, dicite quia inutiles serui sumus, q̃ enim debuimus facere fecimus. Quæ igitur merces mihi erit? ut euãgelizãs sine sumptu ponam euangeliũ. Quid igitur dic, quæso, Petrus non habet mercedẽ? & quis nam unquam haberet, quantam ille? Quid autẽ & reliqui apostoli? Qua igitur ratione inquit, Si autem uolens hoc ago, ⌜mercedẽ habeo:⌝ si autẽ inuitus, dispẽsatio mihi credita est? Animaduertis in hoc quoq; loco sapientiã: non enim inquit, si autem inuitus, non habeo mercedẽ: sed dispẽsatio mihi credita est: ostẽdens, quòd hoc quoq; modo habet mercedem, sed quantã qui præceptum seruat, nõ quantã ille qui in suis gloriatur operibus, & prẽceptum exuperat. Quę ergo est merces nostra? ut euangelium prędicãs, sine sumptu, inquit, ponã euãgeliũ, ⌜ut non abutar potestate mea in euangelio.⌝ Vides quomodo omnino noĩe potestatis utitur, id ostendens, quod frequenter dixi: quòd neq; qui accipiũt, accusandi sunt. Addidit autẽ id uerbum, euangelium, cũ ut euangelium significaret, tum ut ubiq; hoc prohiberet expellere. Magistrum autẽ accipere oportet, non autem omnino inertem. *Nam quum liber essẽ ex omnibus, omniũ me seruũ feci, ut plures lucrifacerem.* Iterum hoc in loco aliam ponit superiectionẽ. Magnum quidẽ non accipere est, sed quod dicendũ est, longe est illo maius. Quid autem est quod dicit? Non solũ non accepi, inquit, neque solùm non usus sum potestate hac: sed seruũ me feci, & seruitutẽ uariam & multifariã seruiui. Non enim in pecuniis, tantũ, sed quòd longè pecuniis maius est, in rebus multis & uariis hoc ipsum ostendi, & seruũ meipsum feci, quum nulli subditus essem, & nullius haberẽ necessitatem: hoc autem significat illa particula, quũ liber essem ex oĩbus: neque uni seruiui, sed uniuerso orbi terrarum. Quare subdidit, Omnium me seruũ feci. Nam prẽceptum erat tantummodo prędicare & adnunciare, q̃ sunt concredita: innumera autem aggredi & cõsiderare, iã mei studii fuit. Itaq; abiicere duntaxat argẽtum debere me arbitrabar: ego autem ut exigerem, omnia faciebam, iterũ suprà, quàm mihi præceptum esset, aggressus. Nam quũ uolũtatis prõptitudine & charitate in Christũ omnia feciſſet, non expleuit cupiditatem ad salutẽ hominũ consequendam. Quare ex multa abundãtia transcẽdit aggeres, in omnibus supra ipsum cœlũ prosiliens, & suã memorans seruitutem. Iã uarios eius modos aggreditur. Quales autem hi sunt? *Et factus sum Iudæis tanquã Iudæus, ut Iudæos lucrifacerem.* Et quo nã pacto id factum est? quando ⌜circuncisus est⌝, ⌜ut circuncisionẽ aboleret. Propterea non dixit Iudæus: sed, tanquã Iudæus, quod dispẽsatio erat. Quid dicis? orbis terrarũ prædicator, & qui cœlum ipsum attgit, qui tanta claruit gratia, hìc repentè tantùm descendit? Certè: hoc nanq; ascendere est. Non enim hoc uidisti, q̃d tantũ descendit, sed quòd etiã inferius habitantẽ extollit, & ad seipsum adducit. *His qui sub lege sunt, quasi sub lege essẽ (quũ sub lege nõ essem) ut eos qui sub lege essẽt, lucrifacerem.* Aut hæc expositio superioris est, uel aliud quiddam ⌜ptæter id quod dictũ est, significat: & qui dẽ ⌜Iudæos dicit, qui superiori tẽpore, & ab ipso principio tales fuerũt⌝. Sub lege autẽ aduenas uel fideles factos, & adhuc ⌜repugnantes legi. ⌜Nondũ. n. erant tanquã Iudæi, sed sub lege. Et quando factus est sub lege?

A lege? Quãdo abradebatur, quando sacrificabat. Fiebant aũt hæc, nõ quòd mutaretur ei sniа: siquidem id nõ careret malignitate: sed quòd permitteret charitas. Vt.n. qui uerè erant ad ea trãsferret, factus est ipse nõ uerè, tantũ ostentãs, cũ non esset: neq; quòd eiusmodi haberet sniam, ea faciebat. Quo nã enim pacto, qui alios mutare annitebatur? & propterea hæc faciebat, ut alios facientes ea humilitate liberaret. *His qui sine lege erant, tanquam sine lege essem.* Hi neq; Iudæi, neq; Christiani, neq; Græci, sed sine lege aliqua, qualis erat Cornelius, & siqui alij cũ illo: etenim ad illos profectus, multa sedm eorum morẽ simulauit. Quidã aũt dicunt, ab epigrãmate in ara disputationẽ ei factã apud Athenienses significare cũ dicit, His qui sine lege erãt, tanq̃ sine lege essem. Deinde nequis eũ mutare sniam arbitraretur, addidit: *Cũ sine lege dei non essem, sed in lege essem Christi*: hoc est, nõ solũ sine lege non eram, sed neq; temerè in lege. Verũ longè uetustiore lege præstantiorẽ legẽ habebam: hoc est, spiritus & gratiæ. Idcirco subdidit, Christi: deinde cũ de hac opinione fiduciam pbeat,

B etiã huius ⌜ascensionis⌝ ⌜præmiũ iterũ affert, inquiẽs: *Vt lucrifacerem eos, qui sine lege erant.* Et ubiq; ⌜ascensionis⌝ suæ causam adducit. Neq; hactenus cõsistit, sed ẽt *Factus sum*, inquit, *infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem.* Hoc ex his reliquũ dicit, cuius gratia hæc omnia dicta sunt. Atqui illa multò erãt maiora, sed hoc magis propriũ. Quare posterius id posuit: fecit aũt & hoc apud Romanos, quãdo de cibis eos accusat: & alibi sæpenumero. Deinde ne in singulis ita dicendo uerſetur, inquit: *Omnibus omnia factus sum, ut ⌜omnes⌝ omnino facerem saluos.* Vides eminentiam: oĩbus quidẽ factus sum omnia: nõ tamẽ oẽs saluos facere arbitratus sum, inquit, sed ut sãltẽ paucos saluos faciam, & studiũ & ministeriũ tantũ sustinuit,

⌜quantũ par esset sustinere eũ qui oẽs saluos faceret:⌝ ⌜quantum credibile est, ut oẽs salui fierent: ⌜non tamen sperabã posse me oẽs uincere, quod maximũ esset, & feruentis nimiũ promptitudinis. Nam qui seminat, ubicunq; seminauit, non totũ semen saluum reddidit: ueruntamen suũ fecit officium. Et cũ eorũ qui salui fiunt, paucitatẽ dixerit: rursum, Oino addẽdo eos, qui hæc ægre ferebant, consolatus est. Nã si

C non omne semen saluũ fieri possit, omne tamẽ pere re impossibile est: ideo inquit, Omnino: ac si necessariũ sit, eum qui tãtopere rem curet, ẽt uotum suũ cõsequi. *Omnia autem facio propter euangelium, ut particeps eius efficiar.* Hoc est, ut uidear ipse aliqd ex me attulisse, & cõmunicem repositas coronas fidelibꝰ.

Hic *sup.b* Nam quemadmodũ dixit de euangelio uiuere, hoc est, de fidelibꝰ: ita hoc i loco cũ inquit, ut particeps euangelij efficiar, ut possim cũ his particeps fieri, q̃ in euangelio credũt, significat. Animaduertis humilitatẽ, quo pacto in præmiorũ remuneratione unũ ex multitudine innumera se facit, qui omnium superauit labores. Vnde cõstat quòd ẽt in meritis. Veruntamen ipse nõ censet potioribus sibi esse fruendum, sed satis sibi ducit, si cũ alijs cõmunicet repositas coronas. Hæc aũt dixit, non quòd mercede aliqua hæc faciat, sed ut illos ẽt inde alliciat, & hac spe omnia facienda fratrum gratia persuadeat. Vides sapientiam? Vides certitudinis excellentiam? Quo præcepta exuperauit, ut nõ acciperet, cũ sibi liceret accipere. Vides ⌜ascensionis⌝ magnitudinem, quo in lege Christi ẽt superiorem seruet legẽ, & his qui sine lege sunt, tanq̃ sine lege sit, Iudæis tanq̃ Iudæus, & in utriusq; summus apparuerit, & oẽs uicerit. Idem & tu D facias, & noli arbitrari minoris fore authoritatis, si cùm summus fueris, aliquid abiectum fratris gratia perpetieris: ⌜hoc enim nõ est authoritatẽ amittere, sed consequi. ⌜Siquidẽ qui cadit, iacebit: ut uix possit surgere. Qui aũt ⌜ascendit,⌝ ⌜etiam magno cũ præmio ascendet. Quemadmodũ & Paulus descendit quidẽ solus, ascendit aũt cũ orbe terrarũ: nõ simula uit, neq; enim lucrum quæsisset eorũ, qui salui facti sunt, si simulasset. Perditionẽ hypocrita quærit, & ut accipiat simulat, non ut det quicquã. Paulus aũt nõ ita, sed tanq̃ medicus, tanq̃ magister, tanq̃ pater. Medicus morbo laboranti, magister discipulo, pater uerò filio, ad correctionem nõ ad damnũ cõsentit, ita & ipse. Nã quòd non simulasset, quæ dicebat, cũ neq; eiusmodi facere aut dicere cogeretur, sed animum suum & fiduciam uellet ostendere: audi quid dicat, Neq; uita, neq; mors, neq; angeli, neq; potesta Rom.8.g tes, neq; uirtutes, neq; præsentia, neq; futura, neque altitudo, neque profundũ, neq; alia creatura poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Iesu Christo domino nostro. Vides ne amorem longè igne uehe E mentiorẽ: ita & nos Christũ ⌜amabimus:⌝ ⌜etenim facile est, si uoluerimus, neque.n. ille natura talis erat. Quare hoc & priora opera sua scripsit his cõtraria, ut discęremus uoluntatis opus esse, & uolẽtibus oĩa fore facilia. Nolimus igitur desperare, sed licèt male dicus sis, licèt auarus, licèt quocũq; alio coinquinatus scelere, intelligas Paulũ blasphemũ fuisse, persecutorem Christi, iniuriũ & iter peccatores primo loco numerandũ: & tamen repentè ad ipsum uirtutis cacumen ascẽdit, & ei nihil prior uita attulit impedimenti. Atqui nemo unquã tanta insania malitiã amplexus est, quanta ille bellũ contra ecclesiã: etenim animã suam tunc tradidit, & quòd non innumeras manus haberet, ut his oĩbus Stephanum prosterne Actio.7.g ret, angebatur: tamẽ & sic inuenit, ut pluribus eum falsorũ testium manibus obrueret, quorũ uestimenta seruabat, & quando in domos irrumpebat, perinde ac fera prosilibat, trahebat, laniabat uiros, mulieres, tumultu, perturbationibus, bellis inumeris oĩa cõplebat: adeoq; oĩbus formidolosus erat, ut apostoli post optimã ⌜communicationẽ suã, ⌜nondũ au F derent ei cõgredi. Tamen cũ eiusmodi esset, qualis ⌜conuer- sionem Liberum arbitriũ. postmodũ fuit, euasit. Nihil.n. opus est in hoc lõgio ri uti sermone: ubi igitur sunt, q̃ fati necessitatem libertati arbitrij opponũt? Audiant hæc & cõticescãt. Qui.n. uult bonus fieri, ei nihil est impedimẽto: etsi ex pessimorum numero antea fuerit. Atqui ẽt id nobis opportunius accidit, quòd sedm naturã est nobis uirtus, præter naturã malitia, nõ aliter q̃ bona & aduersa ualetudo: etenim oculos nobis deus largitus est, nõ ut impudicè aspiciamus, sed ut opera eiꝰ admirati, opificẽ adoremus, & quòd ad hunc nobis usum oculi dati sint, cõstat ex his q̃ uidemus. Siquidẽ Solis & cœli pulchritudinẽ ex infinita uidemus distantia, à qua nemo mulieris pulchritudinẽ deprehenderet. Nũ animaduertis ad id nobis potius oculi usus elargitos? Dedit itẽ & auditum, nõ ut blasphema uerba, sed salutaria dogmata acciperemus. Qua re hoc? Quando.n. absurdũ aliquid accipitur, & animã & ipsum corpus torquet: Loquela.n. periuri erigit capillos, inquit: & si crudele aliquid, aut inhumanũ audimus, iterũ perhorrescimus. Siqd placabile, si qd humanũ rursus, & lætamur, & gaudemus. & cũ Eccl.27.b

Turpia loquamur, rubore auditorē perfundimus: si honesta, licenter & libere oīno proferuntur. Rebus nāq; quæ scdm naturā sunt, nemo erubescit, sed his quæ contra naturā. Et manus quidē cum aliquid rapiunt, se abscondūt, & requirunt excusationē: quòd si eleemosynam dederint, ēt gloriantur. Itaq; si uellemus, multū haberemus ubiq; ad uirtutē momenti. Si aūt uoluptatem mihi dixeris à malitia prouenire, intellige quòd longè ampliora à uirtute consequemur: etenim bonā conscientiam habere, & in oīum admiratione esse, & bene sperare, omnium dulcissimū est, si naturā uoluptatis cōsiderabimus: quemadmodū contraria omniū tristissima sunt, doloris naturā intelligēti: ut exēpli gratia, ab oīb⁹ exprobrari, à seipso accusari, tremere, formidare & futura & præsentia. Et ut apertius qđ dico fiat, ponamus aliquē, qui uxorē habeat, & proximi uiolet matrimonium, & tam fœdo furto lætetur, cū amata muliere fruitur: deinde rursus aliū cōtrà statuamus, q suam uxorem amore prosequatur. & ut maior & clarior utriusq; fiat excessus, hic qui sola sua fruitur, amet
H quidē illā adulterā, ab eius tamen amore abstineat, sed nihil cōmittat mali. Atqui nō pura hæc cōtinentia est, sed ex superabundantia, ut intelligas quanta sit uirtutis uoluptas, hoc pacto hanc fabulā effinximus. His igitur ita cōpositis utrunq; percōtabimur, utrius sit uita suauior: & audies alterū gloriātē, prosilientemq;, & in uictoria contra cupiditatē exultantem: alterū rubore perfusum & suspiriātē, uel potius nihil ab eo tibi expectādū est, quod intelligas. Eum nanq; uidebis, licēt sæpenumerò neget, q̄ qui uincu lis coērcētur miserius uiuere. Siquidē oēs formidat, de omnibus suspicatur, & uxorē suam, adulteræ maritū, ipsam adulterā, familiares, amicos, cognatos, parietes, umbras, seipsum deniq; suspectum habet, & quod omniū grauissimū est, conscientiam habet reclamantē, & singulis diebus latrantē. Quòd si dei iudicium cognosceret, minime cōsistere poterit. Voluptas quidē breuis est, sed ab ea dolor perpetuus: etenim & uespere & nocte, in deserto, in ciuitate & quocunq; locorū semper accusator sequitur, ensem ostendens acutū, & supplicia intolerabilia & formidinē, quæ eū semper affligit & consumit. Qui aūt se
I cōtinet, his oībus liber est, & in libertate uiuit, & nihil ueritus suā intuetur uxorē, filios, amicos, & l beris oculis oēs conspicit. Quòd si is qui amat, ⌜tanta fruitur uoluptate, cū uoti sit cōpos, ⌜qui nō amat, sed omni labe mundus se continet: quo portu, qua tranquillitate, nō placidiorē & tranquilliorē animū habet? ⌜Sed quare hoc? ⌜adulteros paucos, cōtinentes plurimos uideas. Quòd si id suauius esset, multi profectò eligerent. & noli mihi afferre legū formidinē quibus minimè cōtinentur, sed ipsa dūtaxat rei turpitudine, & quoniā plura sunt in eo misera q̄ suauia. Præterea & cōscientiæ stimulus angit. Hmōi nāque adulter est. At si placet auarum quoq; adducamus in mediū, & alium itē amorem legibus abutentem ostēdamus: quem itidē eadem torqueri formidine deprehendemus, neq; potentem pura frui uoluptate: etenim cū quos iniuria afficiunt, ⌜& qui de eis cōquerūtur, & cōem omniū de illis sniam consdero, innumeris sanè fluctibus iactantur. Neq; hoc duntaxat molestū est, sed quòd neq; re amata potiri possunt. Huiusmodi.n. auarorum mos est, habēre fruantur, nō ut fruantur. Quòd si hoc obscurius fortasse dictū uidetur, etiam quod peius est, & magis dubiū audias, quòd non solū rerum præsentium uoluptate priuantur, quodq; nō audeant eis pro uoluntate uti, sed nunq; his satiari possunt, & in perpetua eorū siti angūtur: quo quid fieri potest grauius? Verū iustus non eiusmodi est, sed oī tremore, odio, formidine, & incurabili hac siti liber est. & quemadmodum homini illi oēs imprecātur: ita oēs pro hoc uota faciunt: & ut ille nullū sibi amicū conciliat, ita hunc nemo odio habet. ⌜Quid horū quę manifesta sunt, an malitia iſuauius, an uirtute suauius esse possit? ⌜Immo si innumera dixerimus, nemo neq; illius miseriam, neq; huius uoluptatē posset uerbis cōprehendere, donec ea fruetur. Tunc etenim felle malitiam amariorē inueniemus, cū uirtutis dulcedinem degustauerimus. Siquidē etiā nunc iniucūda, & grauis, & molesta malitia est, quod neq; ipsi eius cultores cōtradicunt. Verū cū eam abiecerimus tūc apertius eius aspera præcepta intelligemus. Ad quam si multi concurrunt, nihil mirū. Nam & pueri sæpenumero minus suauia eligunt, negligūt aūt potiora: & aduersa laborātes ualetudinē, pro caduca gratia perpetuā & certiorē lætitiā perdiderunt: hoc amantium infirmitatis & amentię est, nō ipsius rerū naturę. Nā qui in uoluptate uiuit, is uirtute fruitur, is sine dubio diues est, & uerè liber. Quòd siquis alia quidē uirtuti permitteret, libertatē. ⌜licentiā, curarū uacationē, nullius metū, nullius suspicionem, uoluptatem aūt minimè permitteret: iam à profusiore quidem risu me cōtinere non possem. Quid.n. aliud est uoluptas, q̄ curarū, formidinis, ignominiæ uacatio, & oībus inuictū esse? & quisnā in uoluptate est, dic, quęso? Num insanus, num furens, & multis agitatus cupiditatibus, & qui cōi sensu caret: an qui his omnibus fluctibus liber, tanq; in portu philosophia conquiescit? Nōne perspicuū est hunc esse in uoluptate? sed hoc uirtutis propriū esse apparet. Vitium aūt no men tantū uoluptatis habet, reuera aūt omni caret uoluptate: & antequā fruatur, insania est, non uoluptas: postea uero q̄ eam consecutus quis est, quam primū & ipsa extinguitur. Si igitur neq; in principio, neq; postmodū hmōi uideri uoluptatem licet, ubi apparet, & qūo? Vt aūt apertius, quod dico, intelligas, exemplū sermoni nostro adducamus. Considera igitur. Amauit quispiam mulierē pulchrā atq; speciosam, hic quouscq; amore suo non potitur, furētibus & insanientibus similis est. Cū potitus est, cupiditas illa extinguitur. Quòd si neq; in amoris principio lætatur, (insania enim id est) neq; in fine: (coitu enim furor ille dissoluitur) ubi iam eā uoluptatē inueniemus? Sed nostra non hmōi est, sed in principio omni quidē caret perturbatione, & ad finē usq; floret ac uiget, uel potius nullus est apud nos uoluptatis terminus. Neq;.n. bona nostra ullo fine concluduntur, neq; unquam ipsa uoluptas dissoluitur. His igitur cognitis, si nobis uoluptatis cura est, uirtutem cōplectamur, ut & præsentia bona cōsequamur, & futura: quibus utinā digni efficiamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, cum sancto & uiuificante spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia. XXIII.

Escitis quòd qui in stadio currunt, oēs quidem currūt, sed unus accipit brauiū? Cū magnā humilitatis utilitatē, & q̄si summā perfectionē

Sinec amo ri cedit, ita fruitur uoluptate.

Propterea utiq;

Quid igitur cū hæc manifesta sint aut malitia insua uius, aut uirtute suauius esse possit?

A ostēdisset apostolus, ad quam ipse magis omnibus alijs ascenderit, uel potius superuenerit cum nihil acciperet: rursum omnium maximè descendit: & utriusque horū tēpora nota nobis faciens, perfectionis scilicet & humilitatis, iā asperius eos tangit, ex quo

⌜*quòd ea quæ faciebāt, & q̄ perfecta*

significat, ⌜quòd si ea q̄ faciebāt, perfecta ⌜eis esse uiderentur, stultus quidā esset labor & superfluus. Neque hoc tā manifestè dicit, ut eos non pudeat. Quibus autē hoc cōfirmet, ostēdit. Cum enim dixisset, quòd in Christum peccant, quòd fratres perdunt, quòd nulla eis à perfecta cognitione est utilitas, nisi charitas accesserit, iterum ad cōe uenit exemplū, cū inquit: Nescitis quòd qui in stadio currunt, omnes quidem currūt, sed unus accipit brauium? Hoc aūt dicit non tanquā unus ex omnibus salutem sit cōsecuturus, sed tanquam multam adhibere debeant diligentiam. Quemadmodū enim ex his qui in stadium descendunt, nō multi coronātur, sed ad unū defertur corona, & nō satis est tantū in spectaculo sedere, neq; ungi tantū, & certare: ita & in hoc loco, non satis est fidē habere, & quomodocūq; certare:
B sed nisi ita nos cursu exercuerimus, ut ad metā usq; inuictos nos præbeamus, & peruenianus ad propositū præmiū, nihil sanè consequi poterimus. Nam si perfectū teipsum arbitraris, inquit, secundum quā habes cognitionem, nondū tamen omnia accepisti. Quod indicans addidit: *Sic currite ut comprehēdatis.* Nullo igitur modo comprehenderūt: & ita dicendo etiam cōprehendendi modū edocet, *Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet.* Quid hac particula, ab omnibus, significatur? Non ab uno se abstinet, ad alterū autem se indifferenter habet: sed

⌜*scortatione,*

⌜saturitate, ⌜gula, ebrietate, & ab omnibus simpliciter affectib⁹ se abstinet: hoc quodāmodo & in exterioribus fit certaminibus. Neq; enim inebriari licet certantibus certationis tēpore, neq; scortari, neuires deficiāt, neq; circa alia uacare, sed ab omnibus simul abstinēdo, solummodo suis uacāt certaminibus. Quòd si illic hmōi fiunt, ubi in unū coronā cōferri necesse est: multò magis hic, ubi plurima contētio, neq; unus tantū coronatur, & ipsa præmia multò labores exuperāt. Quare reprehensiuè id ponit,
C dicens: *Illi quidē ut corruptibilem coronā accipiāt, nos autē incorruptam. Ego igitur sic curro, quasi non incertū.*

⌜*Vbi illos reprehenderit per externa, seipsum ēt deinceps*

⌜Vt eos auertat ab externis, seipsum ⌜in mediū adducit, qui doctrinę modus est optimus. Quāobrē ubique hūc morē exequitur. Quid aūt illa particula, nō incertū, significat? ⌜Nō frustra & temerè ita loquitur, quemadmodū nos. ⌜Quid in idolorū tēpla ingredi uobis affert emolumētū? Et quidnā inde perfectionis comparatur? Nihil sanè. Verū non ego talis, sed omnia quę facio, pro proximorū salute facio: & si perfectionē ostēdā, eorū gratia: ⌜si humilitatē, eorum gratia: ⌜& si Petrū superauero non accipiendo, eorū gratia, ne scilicet scādalizentur: & si uiliorē me omnibus faciо ⌜cæsus, ⌜abrasus, ne item decipiantur, hoc est, nō incertum. Tu autē quare in idolorū sacrificijs comedis, dic quæso? Sed nullā potes excusationis causam afferre. Cibus enim te apud deum minimè collocat. Neq; si comederis, superfluū facis: neq; si non comederis, priuaberis. Temerè igitur & sine ratione curris: hoc etenim significat, quasi non incertū. *Sic pugno non quasi aerem uerberans.* Rursum quod hoc frustrà & temerè significet, subdidit: habeo quē percutiā diabolū. Tu autē non tātū eū nō percutis, sed prorsus illius robur ⌜habes, ⌜Primū igitur sic eos tolerans loquitur. Nā cū eis uehementius usus sit in superioribus, iterum à reprehēsione abstinet, & i finē sermonis sui profundū uulnus reseruat: hoc igitur in loco dicit, quòd frustra & temerè faciunt: posterius aūt ostendit, quòd in multā capitis eorum perniciē, & sine ullo fratrum detrimēto. Neque ipsi insontes hæc ⌜uidēt. ⌜*Sed castigo corpus meū, & in seruitutē redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Hoc in loco & q uentris cupiditate detinentur, ostendit: & qui eū habena continere nolunt, & perfectionis specie suam implēt uoracitatem. Quod superius dicere uoluit, cum dixit, Esca uentri, & uenter escis. Cum enim fornicationē deliciæ fecerint, & idololatriā pepererint, meritò multis in locis hunc morbū tangit: & quanta pp euangelij prædicationē passus sit, ostendit, & hoc cū illis posuit. Quemadmodū igitur, inquit, transcendi præceptа, & maximè cū non facile mihi esset præceptū: Etenim omnia, inquit, sustinemus: ita & in hoc loco, Multū sustineo laborem, ut sobriè uiuam. Siquidem intractabilis est cupiditas, & uentris uoracitas.
E Verūtamē eā cohibeo, & nō trado meipsum affectibus, sed omnē fero laborem, ut ab illis non distrahar. Nolite igitur existimare me hęc sine labore corrigere: etenim cursus est, & palęstra, & naturę uiolētia frequenter se obiicies, & se uendicare annitēs in libertatē. Sed nō patior uerū affectus cōprimo, & ipsam naturā multis sudoribus subijcio: hæc aut ⌜dico, ⌜ut nemo à certando desperet pro uirtute. Nam laboriosum est. Quare, inquit, Castigo, & in seruitutē redigo. Nō dixit, perdo. (non.n. inimica caro est) sed castigo & redigo in seruitutē: quod domini est nō hostis, magistri nō inimici, exercitatoris nō aduersarij. Ne fortè cū alijs prædicauerim, ipse reprob⁹ inueniar. Quòd si Paulus hoc timuit, cū talis esset p̄ceptor, & post p̄dicationē & orbis terrarū susceptū patrimoniū formidauit, qd nā nos dicemus? Nolite enim putare, inqt, solā fidē ad salutē uestrā satis esse. Nā si p̄dicare, docere, innumeros ad salutē adducere, mihi nō sufficit ad salutē, nisi me irreprehēsibilē exhibeā: lōgè min⁹ uobis. Inde ad alia rursum uenit
F exēpla: & quemadmodū superius apostolorū opera, & cōis cōsuetudinis & sacerdotū, & sua ētposuit: ita & hoc i loco q̄i olympicis certaminib⁹, & q̄ ipse facit adducēs iterū ad ueteres procedit historias, & cū graui⁹ loq deberet, cōem facit admonitionē, neque de propositis tātū, sed de oībus simpli⁹ Corinthiorū morbis loqtur. Et in externis certaminibus, Nescitis inqt? hoc aūt i loco, *Nolo uos ignorare fratres.* Hoc uerò dicebat, ut ostēderet, nō multū i his eruditos esse. Et quidā hoc est, qd uis nos nō ignorare? *Quoniā patres nostri oēs ⌜sub nube fuerūt, & oēs ⌜mare trāsierūt, & oēs in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari, & oēs eādē escā spiritualē manducauerūt, & eūdē potū spiritualē biberunt. Bibebāt autē de spirituali cōsequēti eos, petra: petra aūt erat Christus. Sed non in pluribus eorū beneplacitū est deo.* Et qua nam gratia hæc dicit: Vt ostendat, quòd quemadmodum illis non profuit tāti muneris fruct⁹: ita neq; his baptismatis munus ⌜& spiritualia mysteria percipere, nisi uitam tali gratia dignam exhibuerint. Propterea & baptismatis ⌜& mysteriorum adducit figuras. Sed quidnam significat illa particula, In Moyse baptizati sunt? Quemadmodum nos qui Christo credimus,

dicit.

auges.

audēt,

Sup.6.c

Cap.X.

Nu.9. & Exo.13.d & .14.c

Supr.4.c

G in eius resurrectione baptizamur: ita ipsi qui iisdem communicāt ⌜ministerijs. ⌝ Baptizamur.n.inqt, pro mortuis uidelicet corporib⁹ nostris. Ita & illi quòd Moysi confisi sunt, hoc est uiderūt eum primū mare transeūtē, etiam ipsi mari se credere ausi sunt. Sed cum uelit figuram iuxta ueritatē ponere, non ita locutus est, sed ueritatis nominibus usus est etiā in figura. Sed hæc quidē, baptisma: quę autē sequuntur, sacrā mensam significāt. Nam quemadmodū tu corpus dominicū manducas, ita & illi manna manducauerunt: & sicut tu sanguinē bibis, ita illi aquam de petra biberūt. Quāuis in sensu quæ dabātur perciperentur, spiritaliter tamē dabantur, nō secūdū naturæ cōsequentiā, sed secūdū muneris gratiā, & cum corpore etiā animā in fidē ⌜adducentem nutriuit. ⌝ Propterea de cibo quidem nihil dixit. ⌜Expulsus ⌝ n. erat, nō ipso tantū modo, sed natura. Manna enim erat. In potu autē quoniam satietatis modus solus erat admirabilis, etiā confirmatione indiguit. Quare cum dixisset, quòd porū spiritualē bibebant: addidit, ⌜*Bibebant enim de spirituali, consequente eos petra.* ⌝ & adiunxit, ¶ *Petra autem erat Christus*. Nō enim ipsius petræ natura aqua, inquit, scaturiebat. Siquidem etiam antē scaturissēt: sed alia quædā spiritalis petra ora opera est: hoc est, Christus, q̄ ꝑsens ubiq; omnia fecit miracula: ideo dixit cōsequēti. Animad uertis Pauli sapiētiam, quo pacto utrorūq; eum largitorem ostēdit, & hac in patre figurā iuxta ueritatē adducit. Qui enim illa illis præbuit, inquit, his etiā hanc præparauit mensam: & ipse idem & illos per mare, & te per baptisma adduxit: & illis manna & aquā, & tibi corpus & sanguinē dedit: & ipsius munera huiusmodi sunt. Videamus autem quę sequuntur & consideremus, si his qui munere indigni uidētur pepercit. Sed hoc minimē dicere potes. Quāobrē addidit, *Sed non in pluribus eorum beneplacitum est deo.* Atqui cū eos tāto honore dignaretur, nihil tamē eis id profuit, sed plures perierūt, & profectò omnes perierūt. Sed ne in his omnino exitium prædicere uideretur, idcirco plures, dixit: Innumeri erāt, sed nihil profuit multitudo, & omnia illa signa erāt dilectionis, non tamen ullā assecuti sunt utilitatē. Si quidē neque ipsi ullū præ se tulerunt dilectionis argumentū: cum enim in gehennæ sermonibus multi diffiderent, utpote qui non adessent neque apparerent, ab his quæ iam facta erant, ostendit quòd peccatores deus supplicio afficit, quāuis benignissimus sit. Quòd si futuris non creditis, inquit, ⌜neq; sanē ꝑteritis credetis. ⌝ Cōsiderate autē quātis eos beneficijs affecit. Ex Aegypto & Aegyptiorū seruitute liberauit. Mare eis lustrauit, mānā ē cœlo pluit, ē terra & loco alieno aquarū fontes admirabiles scaturire iussit. Aderat eis ubiq; in miraculis, & undiq; eos muniebat. Veruntamen cū uel pro tanto munere gratitudinis nihil ostēdissent, nō pepercit eis, sed pdidit omnes. & quo nam pacto, audi: *Prostrati sunt*, inquit, *in deserto*. Sic dixit, & repentinum eorū exitiū, & pœnas & supplicia dira hoc uerbo ostendit. Et quòd neq; proposita præmia sunt consecuti: neque enim in terra promissionis hæc habuerūt, sed extra & lōgē à loco illo: & duplici eos affecit supplicio, & nō immitēdo terrā uidere, & maximē quā eis promiserat, & puniēdo grauissimē. Et quid ad nos hęc? inquit. Ad te quidem. Quare addidit, *Hæc autē in figura facta sunt nostri*. Quemadmodū enim dona figuræ sunt, ita & supplicia: & Quemadmodū baptisma & mēsa præscribebatur, ita ex sequētibus, quòd tali munere indigni puniētur, propter nos prædixit, ut huiuscemodi exēplis cōtinētiores efficeret. Quare subdidit, *Vt non simus concupiscentes: malorum, sicut & illi concupierunt.* Sicut.n. in beneficijs figuræ præcesserūt, & deinde secuta est ueritas, ita in supplicijs eueniet. Vides quo pacto non tantū puniēdos ostē dit, sed etiā magis quā illi. Nā si alia quidē figura est, alia ueritas: necessarium est, ut ī supplicijs multū sicut in muneribus excedatur. Et considera, quos primū tangit: eos scilicet, qui in idolorū templis comederunt. Cum enim dixisset, Ne simus concupiscentes malorū, quod erat uniuersale: addit etiam & secundum, speciem, ostendēs singula peccata à mala prouenire cupiditate. & primū hoc ponit, *Neque idolatræ efficiamini sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est, Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.* Audisti quō iterum idololatras appellat, sed hoc quidē in loco ostēdit. Posterius autem confirmat, & causam ponit pp quā ad illā mensam cucurrerunt, hoc est, gulæ. Quamobrem cum dixisset, Vt non simus cōcupiscentes malorum: & addidisset, Neq; idololatræ efficiamini: causam huiusmodi iniquitatis adducit in mediū, gulam scilicet: Sedit enim, inquit, populus manducare & bibere: deinde etiam finem addit, & surrexerunt ludere. Quemadmodū igitur illi, inquit, a delicijs i idololatriam exierunt, ita timendum est, ne hinc illuc incidatis. Animaduertis quomodo⌜ perfectiores ostendit hos, illos⌝ minus perfectos? quos perterruit nō tātū, quòd non perferrent, sed quia alij stultitia, alij gula peccarēt: & ex illorū pditione his suppliciū autumat, hos autem non dimittit in aliū peccati sui excusationē referre, sed ex illorū detrimēto & suo eos reos ostendit. *Neque fornicemur, sicut quidā ex ipsis fornicati sunt.* Qua gratia hoc iterum in loco fornicationis meminit, cum antea tot de ea uerba fecerit? Mos semper Paulo est quandocunq; multa peccata reprehendit, etiam ordine ea disponere, & per singula ad ea quæ proposita sunt deuenire, & in aliorū sermonibus ēt priorū facere mentionē. Quod & deus in ueteri faciebat testamento, cū in singulis Iudæorum erratis uitulū commemorabat, & peccatum illud in mediū recensebat. Idem Paulus hoc in loco facit, ⌜cum ut illud eis peccatū in memoriā reducat, tum ut doceat, hoc malū inde principiū habuisse, à delicijs uidelicet & gula. Quamobrē subdidit, *Neque fornicemur sicut quidā ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt, una die uiginti tria milia*. Et quare nō posuit idololatriæ punitionē? Vel quoniā manifestū erat & notū, uel quoniā tunc tanta cędes facta non est, quanta tempore Balaam, cū initiati sunt Beelphegor: cum Madianitarum mulieres in acie apparuerunt, & eos in libidinē traxerūt secundum consiliū Balaam. Nam quòd cōsilium Balaam malū fuisset, significat Moyses in sequentibus, cum in fine libri ⌜Numeri ⌝ ita dicit, Balaam quoq; filium Beor interfecerunt gladio in bello Madian, cum uulneratis & spolia adduxerūt, & iratus est Moyses & dixit, cur fœminas reseruastis? Nōne ipsę sūt q̄ deceperūt filios Israel ad suggestionē Balaā, & pręuaricari uos fecerūt in domino super peccato Phegor? *Neq; tētemus Christū, sicut quidā eorū tētauerūt, & à serpētibus perierūt.* Per hoc aliud itē peccatū significat, & in fine ponit accusando eos,

⌜mysterius.

⌜adducētia, nutriebant.

⌜immutatus

H *Exod. 17. & Numer. 20. b*

I

⌜nō sanē ꝑteritis credere recusabitis. Exo. 14. g

Nu. 20. g

K

L

⌜ꝑfectiores scilicet istos ostēdit illis.

Nu. 25. b

M

Nu. 25. d

⌜Numerorum Nu. 31. b

Ibiē. 21. b

A de eos, quòd de signis pugnauerunt, & tentandi gratia ⌜exsoluti sunt, dicentes: Aliquando uenerunt bona, aliquādo præmia. ⌝ Ideo addit horum gratia eos corrigens & perterrens: *Neque murmurauerit, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab extermi natore.* Neq;.n. id est qđ quæritur, inquit, ut pro Christo quis patiatur, sed magno animo quæcunq; acciderint subeat, ac ēt omni uoluptate afficiatur: hoc enim est omnis corona, ut si id nō esset supplicium, ægro animo ferrent, ac ēt quærerent: ideo apostoli uerberati gaudebāt, & Paulus in tormētis gloriabatur: *Hæc aūt omnia in figura contingebant illis: Scripta sunt autē ad correctionem nostram, in quos fines seculorū deuenerunt.* Iterū finem cōmemorādo eos perterret, & maiora quā quæ facta sunt, expectari confirmat. Quòd.n. pœnam daturi simus, ex prædictis manifestum est: inquit, & his, qui de gehenna uerbis fidem nō adhibent. Quòd aūt ēt grauiorem, ex his, q̄ plurima cōsecuti sumus beneficia, & his quibus illa figuræ sunt. Nā si in muneribus excessus est, cōstat ēt in supplicio esse: ideo & figuras appellauit, & pp nos B ⌜scriptū est, ⌝ & finis meminit, ut cōsummationis seculorum nos admoneret. Non.n. tunc talia erūt supplicia, ut finem habeant & dissoluantur, sed æternū suppliciū. Quemadmodū.n. huius seculi pœnæ unà cū præsenti uita abolentur, ita illæ perpetuò manēt. Cum aūt dicit, *Fines* seculorū, nihil aliud intelligit, q̄ quòd iam horrendū iudicium instat. *Itaq; qui se existimat stare, uideat ne cadat.* Iterum eorū cōtundit superbiam, qui de se magna præsumunt. Nā si ij, qui q tanta cōsecuti sunt, eiusmodi sunt perpessi, & alij qdem ob murmurationē duntaxat tantū dederunt supplicium, & alij aūt tētationibus, neq; multitudo deum reuerita est, neq; tātorū bonorū spe adducta: multò magis nobis, nisi sobrij fuerimus, id accidet. Et bene dixit, Qui se existimat stare. Nō.n. stare est, ut stare oportet, quando quis suis ipsius uiribus confidit. Siquidem quam primū eiusmodi homo cadit. Nam & illi nisi magna saperent, & sibi confiderent, sed essent coērciti, nō utiq; ea paterentur, Vnde perspicuum est, superbiam maximē & desidiam, & ab ea gulam horū malorum esse fontes. Itaq; si stetisti, C caue ne cadas. Hoc in loco particula, stare, nō firmiter stare significat, quousq; præsentis uitæ fluctibus liberemur, & ad tranquillum portū appellamus. Nolito igitur si stas nimium tibi confidere, sed caue ne cadas. Nā si Paulus qui omniū firmissimus erat, formidauit, longè magis nobis formidandū est. Apostolus quidē dicebat, Itaq; qui existimat se stare, uideat ne cadat. Nos aūt non poterimus hoc dicere, cum (ut ita dicam) supini ac deprauati, humi iaceamus. Et cui nam hoc dico? Ei qui singulis diebus in rapinis uersatur? Sed iacet magno scelere pressus. sed fornicatori? sed humi proiectus est. At ebrio? uerūm ipse quoq; iacet, non tamē se iacere cognoscit. Itaq; non huius uerbi tempus est, sed illius prophetici qđ ad Iudæos dicebat, Nunquid q cadit, non resurgit? *Psa. 40. b* Siquidem oēs iacent, neq; uolunt surgere. Itaq; admonemur non ut non cadamus, sed ut si prosternamur, resurgere possimus. Resurgamus igitur saltem sero dilectissimi, resurgamus & forti & generoso animo perseueremus: quandiu iacemus, quandiu inebriabimur, multa rerū secularium cupiditate grauati? Et profectò facile dictu est, ad quē in præsentia loquar, quē tester Ita oēs ad ipsam uirtutis doctrinā surdi sunt, & plurimis hinc malis referti: ⌜& nudas animas uidere licet, quales in exercitu post prælij cōgressum, alios quidē mortuos, alios aūt saucios: tales in ecclesia. ⌝ Ideo hortor & admoneo, manum alter alteri porrigamus & excitemur: etenim ego ex sauciorum numero sum, & eorū qui medicina indigent. Sed nolite propterea desperare. Nā etsi grauia sunt uulnera, non tamen incurabilia. Talis.n. noster medicus est, modò nostra uulnera cognoscamus, ut etsi in ultimā uenerimus malitiam, multas tamē conciliaberis, peccata tibi dimittet. Si.n. dimiseritis, inquit, hominibus peccata eorū, dimittet & uobis pater uester cœlestis delicta uestra. Et si eleemosynā dederis, parcet tibi: Iniquitates tuas, inquit, eleemosynis redime. & si diligēter orareris, remissionē consequeris: & hoc uidua illa ostēdit, q̄ crudelē iudicem precibus flexit. & si peccata tua accusaueris, ab his curaberis. Narra.n. tua peccata primus, ut iustificeris, inquit. Pro ⌜si molestia afficieris, hoc quoq; maximū tibi erit remedium. Vidi.n. inquit, quòd doluit, & quod abijt tristis, & sanaui uias ei⁹. & si quod mali acciderit, id generosē perpetiaris, id omne ausē ram. Hoc ad ⌜proximū ⌝ Abrahā dicebat, quia recepit Lazarus mala in uita sua, & hic cōsolatur. & si ui duę misericordia moueberis, abluētur peccata tua: Iudicate, inquit, pupillo, defendite uiduā, & uenite & arguite me, dicit dominus. Si fuerint peccata uestra ut coccinū, quasi nix dealbabūtur, & si fuerint rubra quasi uermiculus, uelut lana alba erunt: neq; enim ullā uulnerū cicatricē apparere permittit. Sed & si in tam infirmam scelerū cōditionē deiiciemur, i *Lucæ. 15. c* quam prodigus ille qui uniuersum cōsumpsit patrimonium, deiectus est, cū siliquas comederet, & nos pœnituerit, oīno salutē consequemur. Etsi decē milia talenta deberemus, & prociderimus, neq; succensebimus, oīa nobis dimittentur. Etsi aberrabimus, *Mat. 18. e & 12. a* ut ouis quę gregem suū reliquit, inde nos deus reuocat: ⌜uelimus tantū charissimi, benignus est deus. ⌝ Ideo & in eo qui debebat decē milia talenta, ut proscideret: & in eo qui patrimoniū consumpserat, solo reditu: & in oue sola ut portaretur uoluntate, cōtentus fuit. Cū igitur benignitatis eius magnitudinem F intelligamus, hic eū nobis reddamus propitium, & præoccupemus faciem eius in confessione: ne cum hinc migrabimus, inexcusabiles ultimū subeamus suppliciū. Nam si in ꝑsenti uita studiū uel paruum adhibuerimus, multa lucrabimur. Quòd si neq; hic meliores facti emigramus, quanuis illic maiorē nos in modū pœnitebit, nihil amplius cōsequemur: etenim qui intra fossas manent, eos certare oportet nō deflere post dimissum spectaculum & incassum la- *Luc. 16. f* chrymas effundere: quemadmodū diues ille frustra lugebat & lamentabatur: cū bene operādi tēpus cō tempsisset. Verū non ille solus, sed alij multi secundū illū nunc diuites sunt, qui pecunias nolunt contēnere: sed animā pro pecunijs negligunt. Quos ego admiratione dignos arbitror, cū uideam assiduò deū de misericordia allocutos, grauissimo tamē morbo affectos, & tanq̄ hosti animæ suæ nō parcere. Nolimus igitur nos deludere, nolimus dilectissimi, neq; decipiamus nosmetipsos, neq; deū nostri misericordia moueri censeamus, si pecunias, delicias, & oīa simpliciter huic præferimus misericordiæ. Neq; n. si quis cuipiam diem dixerit, & alicuius grauissimi sce

Geris accusaueris, quo innumeras mortes mereretur, & in sua esset potestate, ut i tali sñia paucis pecunijs liberaretur, uelletq; potius mori, q̃ aliquid ex suis soluere facultatibus, ulla eum misericordia & uenia dignum duxeris. Hoc igitur tecũ reputa: etenim nos hoc facimus, q salute cõtempta, pecunijs parcimus. Quo à deo ueniam cõsequi arbitraris, ⌜cum sibi ita parcat, & animæ pecuniã prępones? ⌜Quare maiorẽ in modũ horresco. Quantæ in pecunijs latent ⌜blanditiæ, ⌜uel potius nõ in pecunijs, sed decipientiũ animis? Sunt, etenim sunt, qui uehementer hmõi impostoras irrideãt. ⌜Quid enim in nobis imposturis dignum est? ⌜Nunquid inanimata materia est? Nunquid caduca? Nunquid infida eorũ possessio? Num formidinis plena, & periculorum? num cædis & insidiarũ? num inimicitiarũ & odij? num desidiæ & malitiæ plurimæ? num terra? num cinis? Quæ amentia, qui morbus? Sed non tantũ accusandi sunt, qui talibus morbis afficiuntur, inquit, sed hic amor dissoluendus. Et quo nã alio pacto dissoluetur, q̃ ostendẽdo malũ esse, & plurimarũ miseriarum plenũ? Verũ hoc non facile est persuadere huius mundi amatoribus, nisi alia pulchritudo opponatur. Sed rerũ corpore carentium pulchritudinẽ, qui affectibus detinetur, intueri nõ potest. Igitur corporeã ostendamus, & ed eum dicamus: Intuere prata, & flores qui in eis sunt, omni auro, & uarijs lapidibus suauiores & pulchriores. Intuere uarios fontiũ fluxus, & fluuios instar olei sine strepitu è terra fluentes. Intuere cœlũ, & considera Solis splendorem, decorẽ lunæ, stellariũ flores. Et quid hoc, inquit, Neq; n. his tanq̃ pecunijs utimur. Atqui magis q̃ pecunijs, & usus eorũ ⌜magis necessarius ac ⌜certior. Non n. timueris, nequis tanq̃ pecunijs his direptis abeat, sed licet tibi perpetuò his cõfidere, & omni penitus cura, & solicitudine uacare. Sin autẽ quoniam cũ alijs his frueris, idcirco doles, & non solus ea quẽadmodũ pecunias possides: nõ pecunias, sed ⌜cupiditatẽ ⌜duntaxat mihi uideris desiderare. Quippe qui minimè pecunias amares, si cões omnibus proponerentur. Igitur cũ dilectã inuenimus, cupiditatem dico, agẽ tibi ostendã, quo pacto ea te odio habet, & te relinquit, quo pacto contra te ensẽ acuit, quot barathra effodit, quot struit laqueos, quot parat præcipitia, ut hoc saltem pacto ardorẽ extinguas. Vnde aũt hæc cognosci possunt? ex itineribus, bellis, mari, iudicijs. Siquidẽ & pelagus sanguine sæpenumero impleuit, & iudicũ enses iniustè nonnunq̃ cruentauit, & latrones qui noctu uias obsident, declinante die armat. Ipsa ut natura ignoraretur, persuasit. Ipsa patricidas & ⌜matricidas effecit. Ipsa omnia uitæ mala induxit. Quare radicẽ malorum Paulus eã appellat. Ipsa suos amatores, q̃ qui metalla effodiunt, nulla meliori cõditione esse permittit. Vt enim illi perpetuò in tenebris ⌜inclusi & ligati maximis exercentur laboribus: ita & hi in auaritiæ spelũcis defossi, nulla necessitate & ui, spõte sua supplicium subeunt, & seipsos insolubilibus uinculis alligant. At rei illi uesperi saltem laboribus relaxantur: Hi autem die, noctuq; hmõi mala metalla effodiũt. Et illis quidem mensura diffinita est laboris: hi uerò nullam mensuram norunt, sed quantò magis effodiunt, tantò magis miseriam illam desiderant. Quòd si illi inuiti operantur, hi spontè, difficultatẽ mihi morbi enarras, à quo minimè liberari possunt. Siquidem non odio habent, quòd malo afficiãtur, sed tanquam sus in cœno: ita hi in auaritię sordibus inuoluti lætantur, grauiora patientes q̃ rei illi. Quòd enim peiori sunt conditione, audi eorum uitam, & hoc pacto intelliges. Dicitur ergo aurea illa terra hiatus, scissuras, & cauernas in opacis speluncis habere, & malũ aliquem uirum illic laboribus damnatũ, & propterea lucernam & bidentem accipere, ita intus ingredi, & guttum secum ferre, ut lucernæ oleũ instillet, eo quod illic tenebræ sunt, & in die obscuritas, ut diximus. Inde cũ tempus ad miserum cibum uocat, quod ipsi ignorant, sed carceris illius custos è loco superiore uehementer spelunca pulsat, obpulsum & uocem manifestum fieri miseris in cauernis laborantibus, diei finem adesse. Nõne horum auditu perterremini? Iam uideamus, an his grauiora patiantur auari: etenim hi grauiorẽ habent carceris sui custodẽ auaritiam, & tantò grauiorẽ, quantò cũ corpore animam quoq; colligat, & tenebræ hælongè illis horridiores. Quippe q̃ insensibiles sunt, sed intrinsecus generantur, & quocunq; abeunt, secum deferunt. Cæcatus nanq; est eis animæ oculus, omnium maximè eos deus ⌜miseria afficit, ⌜dicẽs: Si autem lux in te tenebræ sunt, quantæ sunt tenebræ? Et illi quidem saltẽ lucernam habent ardentem, hi aũt eo priuantur lumine. Quamobrem singulis diebus innumeras cauernas decidunt. Et rei illi præterea nocte aduentante respirant, in cõi infelicium trãquillitate nauigantes, tranquillitatem noctem appello: auaris aũt etiam hunc auaritia portũ obstruit: tantam & tam difficilem cuiã in hac nocte habent, utputa quos nihil perturbat, sed in summo otio seipsos affligunt. & hæc quidem huiusce modi sunt. Illa aũt quę nam narrabit oratio, fornaces intolerabiles, igni ardentia flumina, dentium stridores, uincula insolubilia, uermem uenenosum, tenebras obscurissimas, & mala nullo fine præscripta? Timeamus igitur dilectissimi, timeamus tãtorũ malorũ, & suppliciorum fontẽ. Insatiabilem cohibeamus furorẽ, nostræ salutis pestẽ. Nullo. n. pacto simul stare possunt, & argenti & animæ amor. Intelligamus pecunias & terram esse & puluerẽ, quę nos cum hinc migrabimus, relinquẽt. Immo & ante migrationẽ nostrã nonnunq̃ nos deserunt, & in futurũ & præsens seculũ nobis magnũ afferunt detrimentũ. Siquidem ante gehennã & futurũ supplicium innumeris & in hac uita nos bellis circunuenit, seditionesq; & pugnas excitat. Nihil. n. adeò bellorũ causa est, ut auaritia. Nihil tam pauperem facit, siue in diuitijs sis, siue in paupertate. Nascitur. n. & in pauperum animis grauissimus hic morbus, & lõgè magis eorũ conterit paupertatẽ: & si pauper auarus inueniatur, nõ in pecunijs talis est, sed in fame dat pœnã. Non. n. ipsa rerum mediocritate licenter frui patitur, & fame uẽtrem afficit, & totum corpus nuditate & gelu excruciat, & longè captiuis squalidior, sordidiorq; ubique apparet, semper deflet, semper lamẽtatur, tanquam omniũ miserrimus, etsi innumeri sint pauperiores: siue in forũ hic se conferat, multis acceptis cicatricibus discedit: siue in balneum, siue in theatrũ, plura accipiet uulnera, nõ ab his qui spectant tantùm, sed ab his q̃ sunt in scena, maximè cum multas fornicarias mulieres auro fulgentes intueatur: hic siue nauiget mare, cũ mercatores & naues merciũ plenas uiderit, & quantum ipsi lucrentur, neque se uiuere existimabit: siue terrestre iter fecerit, agros, suburba-

Ana diuersoria, ⌜balnea, & eorum prouentus reputãs, mortuam sibi uitam arbitrabitur: siue domo se incluserit, quæ in foro uulnera acceperit recolẽs, maiorem in modũ labefactat animã, & unũ tantũ nouit malorũ quibus angitur remedium, hoc est mortẽ, quo liberari possit. Hæc aũt non pauper tantũ, sed & diues, si in hunc morbũ inciderit, patietur: & tantò magis quàm pauper, quantò maior illis uiolẽtia imponitur, & maior ebrietas. Idcirco omniũ se pauperrimũ arbitratur, uel est potius. Non mensura facultatũ, sed animi affectu dives, & pauper diiudicatur: & ille maximè omniũ mendicus est, qui semper maiori angitur cupiditate, neq; unquam potest tam graui affectui modũ imponere. Hæc nos oia reputãtes, auaritiã fugiamus, quę pauperẽ efficit, quę animã corrũpit, quæ gehennã amat, odio habet regnũ cœlorũ, quæ ut uno uerbo omnia cõplectar, omniũ malorũ mater est: ⌜ut bonisq; ueris fruamur & pecunias cõtemnamus, ut ⌜repositas nobis opes cõparemus: quæ utinã omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in

⌜pecunias contẽnamus, ut pecunijs fruamur, & cũ pecunijs

B in sęcula sęculorum, Amen.

Homilia XXIIII.

Entatio uos non apprehẽdit, nisi humana. Fidelis aũtẽ deus est, qui nõ patietur uos tẽtari supra id qd̃ potestis. sed faciet cũ tẽtatione ẽt euentum, ut possitis sustinere. Cũ Corinthios perterruisset meritò ueterũ exẽplorum narratione, etiã in solicitudinẽ his uerbis iniecit, ⌜ne cadant. ⌜Sunt aũtẽ qui multas tentationes tulerunt, & qui in his sæpenumero exerciti sunt: etenim i infirmitate, inquit, in timore & tremore multo fui apud uos. Ne dicerent, quid nos perterres? quid formidinem incutis? nõ sumus horũ malorum immemores: etenim ⌜diminuti sumus, ⌜& persecutiones accepimus, & multa & frequẽtia pericula subiuimus: ut eorum iterum sedaret superbiã inquit: Tentatio uos non apprehẽdit, nisi humana: hoc est parua, breuis, mediocris. Quod enim humanũ est, id paruum dicit: quemadmodũ in alio loco, Humanũ dico propter infirmitatẽ carnis uestrę. Nolite igitur superbire, inquit, tanquã tempestatem superaueritis. Nondũ enim nouistis periculũ mortis, nondum tentationẽ mortis: quod etiam Hebręis dicebat, Nondũ enim usq; ad sanguinẽ restitistis, aduersus peccatũ repugnantes. Inde cũ eos perterruisset, uide quo pacto rursum exusitat, ⌜persuadendo modestè, ⌜inquiens: Fidelis aũt deus, qui non patietur uos tentari ultrà quã superare potestis. Sũtne ergo tentationes quas superare non possumus? & q̃ nã sunt illæ? Oẽs, ut ita dicã. Posibilitas. n. in diuino nutu est, q̃ nostro alliciemus cõsilio. Quare ut certò cognoscas, non solũ illas, quæ uirtutem nostrã exuperant, nõ posse nos sine diuino auxilio facilè sustinere, sed ne has qdẽ humanas, addidit: sed faciet cum tentatione & ⌜prouentum, ⌜ut positis sustinere. Et quidnam hoc significat? Neq; n. ⌜modestos illos, quod dixi, inqt propria uirtute extollemus, sed in hoc ẽt loco diuino indigemus auxilio, ut eos & doceamus, & anteq̃ docuerimus, perferamus. ⌜Ipse nãq; & patiẽtiã dat, & celeritatẽ mutationis inducit, ut in hac parte tolerabilis fiat tẽtatio: hoc aũt significauit, cũ dixit: faciet euentũ, ut positis sustinere. & omnia ei tribuit. *Propter qd̃ fratres chariſſimi mihi fugite ab idolorum cultura.* Iterũ eos ⌜allicit cognationis nomine, ⌜& multa cũ festinantia cogit eos, ut ab huiusmodi peccato liberentur. Neq; enim dixit, discedite simpliciter: sed fugite, & rem hanc idolorũ culturam appellat. Itaq; nõ amplius propter proximi detrimentum discedere tantũ iubet sed ſuũipsius causa id sufficiens ostẽdit, qd maximã affert calamitatem. *Vt ſapientibus loquor. Voſipſi indicate quod dico.* Cum magnũ quiddã locutus, accusatione auxisset, culturã idolorũ appellans, ne iam exasperare eos uideretur & grauiorẽ sermonẽ faceret, ad eos iam remittit iudiciũ, & laudando eos iudices constituit, quod maximè confidentis iustitiæ suę est, cũ eundem quem accusat, uerborũ suorum iudicem appellat. Quæ uerba maiorẽ in modum auditorem erigunt, quãdo nõ præceptoris more neq; legislatoris, sed consultoris & iustitiã ab eis requirentis loquitur: Iudæis. n. utputa stultioribus & pueriliter affectis, non ita deus loquebatur. Nam nunquã causas eis dicebat, cur præciperet, sed præcipiebat tãtùm. Hoc autẽ in loco cũ multã simus libertatem cõsecuti iã ẽt consilio fruimur, & tanquã ad amicos loquitur, dicens: Non mihi opus est alijs iudicibus: uoſip ſi hanc mihi feratis sententiã. Vos accipio iudices. *Calix benedictionis, cui benedicimus, nõne communicatio ſanguinis Chriſti eſt?* Quid dicis beate Paulę cũ uis auditorem confundere, & horrendorũ mysteriorum meminisse, calicẽ benedictionis appellas, calicẽ illũ formidolosum & horroris plenũ? Sanè quidem. Nõ enim paruũ est quod dicitur. Siquidẽ cũ benedictionem dico, Eucharistiã dico: & dicendo Eucharistiã, omnẽ benignitatis dei thesaurum aperio, & magna illa munera cõmemoro: etenim cũ calice inenarrabilia dei beneficia, & quæcunq; cõsecuti sumus, addimus: ita ad eũ accedimus, cũ eo cõmunicamus, gratias agentes, quòd humanũ genus errore liberaũit: quòd cũ spẽ nullã haberem°, & impij in hoc mũdo essemus, fratres, & cõsortes suos ascripsit: his, & cæteris huiusmodi gratiarũ actionibus, accedimus. Quo igitur contraria nõ facitis, ô Corinthij, inquit, cũ deo benedicatis, quòd ab idolis uos liberauit, iterum ad eorũ mensas curritis? *Calix benedictionis, cui benedicimus, nõne comunicatio ſanguinis Chriſti eſt?* Maximè his sibi uerbis & fidem facit, & horrorẽ. Eorũ autem huiusmodi est sententia: Quod est in calice, id est, qd̃ à latere fluxit, & illius sumus participes. Calicem aũt benedictionis appellauit, quoniam cũ præmanibus eũ habemus, cũ admiratione & horrore quodã innenarabilis doni, laudamus, benedicentes quòd sanguinẽ effudit, ne in errore permaneremus: neq; tãtũ effudit, sed nos oẽs eius participes effecit. Itaq; si sanguinẽ cupis inquit, noli idolorũ arã brutorũ animalium cæde, sed meũ altare meo sanguine aspergere. Quid hoc admirabilius dic quæso? qd amabili°? Hoc & amãtes faciũt cũ amatos intuẽtur, alienorũ cupiditate allectos: sua uerò cõtẽnetes, prorijs elargitis suadẽt, ut ab illis abstineãt. Sed amãtes qdẽ in pecunijs, uestib°, possessionib°, hãc ostẽdũt cupiditatẽ, in proprio sanguine nemo unq̃. Christus aũt & i hoc curã, & uehemẽtẽ i nos dilectionẽ ostẽdit. Et in ueteri quidẽ testamẽto, cũ imperfectiores essent, quę idolis offerebant sanguinẽ, eũ ipse accipere uoluit, ut ab idolis eos auerteret. Quod ẽt inenarrabilis amoris signũ erat. Hic aũt multò admirabilius & magnificẽtius sacrificiũ præparauit, & cũ sacrificiũ ipsum cõmutaret, & pro brutorum cęde seipsum offerẽdũ pciperet. *Et panẽ quẽ frangimus, nõne*

⌜Qui se existimat stare, uideat ne cadat. Sup. 2. a ⌜agitati fuimus.

Rom. 6. c

Heb 12. b

⌜postea quã ut moderate sentirẽt, suaserit.

⌜euentũ ⌜mediocres illas qd̃ dixi, inquit, propria uirtute ſuſtinebimus ſed in his ẽt diuino

Verus in calice ſanguis.

G communicatio corporis Christi est? Quare nō dixit, participatio? Quia amplius quiddā significare uoluit, & multam inter hęc conueniētiā ostendere. Non.n. participatione tantū & acceptione, sed unitate cōmunicamus. Quemadmodū enim corpus illud unitum est Christo, ita & nos per hunc panem unione coniungimur. Sed quare addit, Quem frangimus? Hoc in Eucharistia uidere licet. In cruce autem minimè, sed omnino contrà: Os enim eius inquit, non cōteretur. Sed quod in cruce passus nō est, id in oblatione ſpatitur, & propter te frangi permittit. Inde cum dixisset, cōmunicationē corporis: quòd.n. cōmunicat, alterū est ab illo cui cōmunicat, etiā hāc quæ parua uidetur esse, differentiā tollit. Nam cum communicationē corporis dixisset, quiddā magis propriū addidit, inquiens: *Quoniā unus panis, & unū corpus multi sumus.* Quid enim appello, inquit, communicationē? Idem ipsum corpus sumus. Quidnam ſsignificat ſpanis? corpus Christi. Quid autem fiūt qui accipiunt? corpus Christi. Non multa sed unum corpus. Nam quemadmodū panis ex multis granis unitur, ut minimè grana appareant, sed tamen grana sunt, uerùm incerta discretione coniuncta, ſinuicem Christo coniungimur. ſNō.n. ex altero corpore tu, ex altero ille educatur, sed ex eodem omnes. Ideo subdidit, *Omnes ſqui de uno ſpane participamus.* Quòd si ex eodē & idē oēs efficimur, quare nō eandē præ nobis ferimus dilectionē, & fiamus secundū hoc unū? Etenim progenitorū nostrorū temporibꝰ hoc erat. Multitudinis credentiū, inquit, erat cor & anima una. Hoc aūt tempore minimè, sed omnino contrà. Multa & uaria interea undiq; bella, & feris crudelius inuicē contra membra nostra irruimus. Et Christus quidē tanto te sibi inferiorem coniunxit, tu autē fratri mutua cura coniungi minimè dignaris, sed te segregas, cū tantū uitæ & dilectionis à domino consequaris. Non enim simpliciter corpus suum tradidit, sed cū prior carnis natura à terra formata, à peccato mortalis facta, à uita deserta esset, aliam ut ita dicā massam, & fermentū induxit: hoc est, carnem suā natura quidē eandem, uerum à peccato liberā, & uitæ plenā: quam omnibus tribuit, ut participes fierēt: ut ea nutriti, & priore abiecta, quæ

I mortua erat, per hanc mēsam ſuiuentem, & immortalem ſcommisceremur. *Videte Israel secundum carnem. Nōne qui edunt hostias, participes sunt altaris?* Iterū à ueteri testamento ad hoc inducit. Cum enim magnitudine multò essent dictis humiliores, etiā à prioribus & consuetis eis suadet: & bene secundum carnem, inquit, tanquā ipsi secundum spiritū sint. Quę uerba id significāt, Saltem à crassioribus erudiamini, quòd q edūt hostias, participes sunt altaris. Animaduertis qūo ostendat perfectā nō habere cognitionem eos, qui tamē uidentur esse perfecti Siquidē nesciunt communitatē quādā ab his, & amicitiam multis erga dæmones fieri sæpenumero cum paulatim à consuetudine attrahantur. Nā si in hominibus mensæ & salis cōmunicatio, amoris causa est & signum, hoc idē in dæmonibus accidere potest. Tu autem ſconsidera quo pacto de Iudæis non dixit, quòd deo participant, sed quòd patticipes sunt altaris, etenim ſtēplū cōflagrauit: ſIn corpore aūt Christi non ita, sed aliter. Qūo? communicatio corporis Christi est, inquit, non altaris, sed Christi participes facti sumus. Nam cum dixisset, quòd participes sunt altaris inde metuens, ne ita loqui uideretur, tanquā

K idola ſuim haberent loquendi, & aliquid offendendi. ſuide qūo ea iterum destruxit his uerbis: *Quid ergo dico quòd idolis immolatū sit aliquid, aut quod idolū sit aliquid?* Hæc autē dico, inquit, & admoneo non quòd nocere quicquā idola, aut uim ullam habere possint, quippe quæ nihil sunt, sed uolo ut ea despiciatis. Et si uis despicere, inquit, qua gratia tanto ſtudio ab his nos abducis? Quoniam ad dominum tuū nō accedent. *Quæ enim immolant gentes,* inquit, *dæmonijs immolant, & nō deo.* Nolite igitur currere ad contraria. Neq; enim si regis filius esses inde adſspiritalem ſmensam acceptus, ea dimissa, cum reis & captiuis in carcere habitare uelles: neq; permisisset pater sed omni conato abduxisset. Nō quòd mēsa nocere posit, sed tuā ignominia afficere nobilitatē, & regiā mensam fœdare: etenim hi serui sunt, qui offenderūt, qui ignominia affecti sunt, qui rei, qui deuincti, qui ad intolerabiles pœnas iudicati, & inumeris malis obnoxij. Quomodo igitur non erubescis, ut gulosus, ut illiberalis, cū hmōi noxij mensam apponant, & ad eā curris, & eorū quæ apponuntur, par-

L ticeps efficeris? Propterea abduco uos. Ipsum enim sacrificantium propositum & accipientiū ſpersona, immunda quæ appositа sunt reddit. *Nolo autem uos dæmonū participes fieri.* Vides diligentis patris humanitatatem, uides quantam hoc uerbum affectionis significantiā habeat? nihil uolo, inquit, ut commune cum illis habeatis. Inde cū admonuisset nequis ex ſtultioribus despiceret, tanquā haberet potestatē cū dixisset, ſ uolo ſ & uos iudicate: manifestat iam, & legem his uerbis affert: *Non potestis calicem domini bibere, & calicē dæmoniorū, non potestis mensæ domini participes esse, & mensæ dæmoniorū.* & nominibus tantū ut abducat cōtentus est. Deinde reprehēsiuè, *An æmulamur dominū? Nunquid fortiores illo sumus?* Tentamus eum, an nos punire posit, & ad hostes deficiemus, & cū ipsis in aciē ueniemus? Hoc autem dixit, ut ueterē eis historiā in memoriam reduceret, & ſspiritalem ſiniquitatē. Quare eo uerbo usus est, quoad Iudæos Moyses aliquando, eos idololatriæ arguēs dei nomine usus est. Ipsi .n. æmulati sunt in nō deo, prouocauerūt me in idolis suis. *Nunquid fortiores illo sumus?* Vides quā formidolosē, quā horrēdè eos exterruit, & neruos eorū concutit, & eos adſincontinentiāſ adducēs, uehementer tāgit & deprimit superbiam. Et quare nō ab ipso principio hęc posuit, quę maximè eos abduxissent? Quoniā Paulo mos est, pluribus quæ uult, cōfirmare, & fortiora posterius ponere argumēta, & eorū copia superare. Propterea ab inferioribus incipiens, ad ipsum malorum caput ascēdit. Ita enim hoc fit probabilius, cum eorū animus sit prioribus delinitus. *Omnia mihi licent, sed non omnia expediūt. Omnia mihi licēt, sed nō omnia ædificāt. Nemo qd suū est quærat, sed qd alterius.* Animaduertis quanta utitur prudentia? Cum enim credibile esset omnes dicere, Perfectus sum & meiipsius dominus, & sine ullius offensione, quæ mihi apponuntur, comedo. Certè inq;, pefectus qdē es, & tui dominus. Sed noli hoc cōsiderare. Verū an detrimētum hæc res habeat, & excidium: etenim utrunque dixit his uerbis, Non omnia expediunt, non ædificant: alterum pro se, alterū pro fratre ponēs. Dicendo enim, Non expediunt, illius perditionem significat: dicendo autē, Non ædificant, fratris scandalum. Quā-

A obrē subdidit, nemo quod suum est, quærat: quod ubiq; per totam confirmat epistolam. Præterea ad Romanos scribens, Etenim Christus, inquit, nō sibi placuit. Et iterū: Sicut ego omnibus placeo, nō quæ rens meam utilitatem: & hoc iterum in loco, non tamē id exponit. Nam cū in superioribus multis id rationibus confirmasset, & minimè utilitatem suā quę rere ostendisset, sed Iudæis tāquam Iudæum locutū esse, & his, qui sine lege sunt, tanquam sine lege, & libertate sua & potestate non simpliciter usum, sed in omnium utilitatem seruisse omnibus: paucis contētus uerbis hoc in loco se absoluit, & ex his paucis eorū, quæ dicta sunt omnia in memoriā reducit. Hæc ergo cū intelligamus dilectissimi uelimus inuicē unitatem seruare. Ad hoc enim nos inducit sacrificium illud formidandum & admirabile, quod iubet nobis, ut cū concordia & charitate maxima ad se accedamus, & aquilæ in hac uita facti, ad ipsum cœlum

B euolemus, uel potius supra cœlū. Vbi enim cadauer, inqt, illic & aquilæ. Cadauer domini corpus propter mortem: nisi enim ille cecidisset, nos nō resurrexissemus. Aquilas autem appellat, ut ostendat, ad alta eū oportere contendere, qui ad hoc corpus accedit, & nihil cū terra debere ei esse commune, neque ad inferiora trahi & repere, sed ad superiora semper uolare, & in Solem iustitiæ intueri, mentisq; oculum acutissimum habere. Aquilarum enim nō graculorū hæc mensa est. Et tunc occurrent è cœlis descendenti, q nunc ſmeritòſ fruuntur: quemadmodum qui indigné, ultima patientur. Nam si regem quis non incōsideratè acciperet: quid dico regem, immo ne regiū quidem uestimentum immundis manibus tāgeret, quāuis in solo loco solus esset. Atqui nihil aliud id uestimentum est, quàm uermiū filum. Quòd si tinctu-

ſdigne ram admiraris, etiam ipsa mortui piscis sanguis est. Verū id nemo immūdis manibus tractare auderet. Quòd si hominis uestem nemo temerè attingeret: quo pacto omniū domini corpus purū & immaculatum, quod diuinæ illius naturæ particeps est, propter quod & sumus & uiuimus, propter qd portæ inferi fractæ sunt, & cœlorū apertæ, tanta cū ignominia accipiemus? Nolimus obsecro, nolimus impudē

C tes nosipsos interimere, sed cū ſhonore ſ & munditia ſhorrore omni adſ deum ſ accedamus: & quando id propositū uideris, dic tecū, Propter hoc corpus nō amplius terra, & cinis ego sum: non amplius captiuus, sed liber. Propter hoc, cœlū & quę in eo bona sunt, me accepturū spero: propterea immortalem uitam, angelorū sedem, Christi consuetudinem. Hoc corpus affixum, uerberatum, morte uictum non est. Hoc corpus sol crucifixū uidens, radios auertit. Propter hoc

Mat.27.f & uelū templi scissum est & petræ, & terra uniuersa tremuit. Hoc idem corpus cruētatum, lancea uulneratū, fontes sanguinis & aquæ uniuerso orbi salutares scaturiuit. Vis & aliunde uires eius intelligere? Interroga quæ sanguinis fluxū passa est, quę nō Iesum, sed eius uestimentum, nec totum sed eius fimbriam duntaxat tetigit. Interroga mare, quod dorso suo id

Luc.8.d. pertulit. Interroga ipsum diabolum, & dicito, Vndè insanabile uulnus accepisti? unde uires amisisti? unde captus es? à quo detineris? à quo fugis? Nihil aliud quàm à corpore respondebit crucifixo, per quod

ſtradu- ctæ sunt. stimulum suum confregit, per quod caput cōtriuit, per qd principatus & potestates eius ſcoercitę sunt. ſ

Colos.2.c Spolians enim, inqt, principatus & potestates tradu-

D xit, cōfidenter palàm triūphans de illis in semetipso. Interroga mortē, & dicas, unde periit stimulus tuus? unde dissoluta est uictoria tua? unde icisi sunt nerui tui? & pueris & puellis ridicula facta es, quæ & tyrānis & iustis oībus antehac eras formidolosa: & corpus hoc horū oium causam esse profitebitur. Quod cùm crucifixum est, tum mortui suscitati sunt. Tum carcer ille & æreæ portæ fractæ sunt, & mortui surrexerunt, & omnes inferi ianitores fugati sunt. Atqui si ex multitudine unus fuisset, cōtrà euenire oportuit. Mors præualuisset, non tamē præualuit. Non enim ex aliorum erat numero. Idcirco à morte solutus est. Et quemadmodum qui cibū accipiunt, quē continere non possunt, etiā quem ante comederūt, propter illum euomunt: ita in Christi morte usu uenit. Mors cū corpus quod corrumpere nō poterat, accepisset: etiam illa euecit, quę comprehenderat. Siquidem cū Christum haberet, dolebat & affligebatur, quousq; eum euomuit. Idcirco inquit Apostolus, Soluens do lores mortis. Neq; enim aliqua mulier quæ filium parit, ita dolet, ut illa cū corpus dominicum comprehendisset, distrahebatur, lacerabatur. Et quod in Babylonio dracone factū est, quādo accepto cibo crepuit medius: idem in hoc usu uenit. Nō enim per os mortis Christus rursum erupit, sed medio draconis uentre rupto, atque discerpto, ex adytis clarissimus euasit, & radios non ad hoc usque cœlum, sed ad ipsum supernū thronum dimisit. Illuc nanq; ipsum extulit, qd etiā nobis exhibuit, & ut teneremus & mandūcaremus, quod maximum dilectionis signū est. Quos enim amamus, nonunquam etiam morsu petimus. Quare Iob ut seruorum in se amorem ostēderet, dicebat, illos sæpenumero nimio in se amore dixisse, Quis det de carnibus eius, ut saturemur? Ita & Christus suam carnē dedit nobis, ut ea saturaremur quo nos in plurimum sui amorem allexit. Ad eū igitur cum seruore accedamus & dilectione quàm uehementissima, ne grauius subeamus supplicū. Quātò enim maius beneficiū accipimus, tantò magis puniemur, quando eo indigni apparebimus. Hoc corpus in ſpsepe reueriti sunt Magi, & uiri impij & barbari lōge itinere confecto, cū timore & tremore plurimo adorauerūt. Imitemur igitur saltē barbaros nos qui cœlorū ciues sumus. Illi enim cū id præsepe & tugurium tantū, neque eorum quicquam, quæ tu nūc intueris uiderent, summa accesserūt reuerētia & horore: Tu uerò non in præsepe id, sed in altari: nō mulierem, quæ in ulnis teneat, sed sacerdotē præsentē, & spiritū perabundè super proposito diffusum sacrificio uides. Nec ſ simplex ſ ut illi corpus ituris, sed & eius potentiam, & omnem cognoscis administratio nem, & nihil eorū quę per ipsum facta sunt, ignoras: & diligenter initiatus es in omnibus. Excitemur igitur, horrescamusq;, & maiorem quā barbari illi præ nobis feramus pietatem, ut non simpliciter neq; frigidè accedētes uehemētiori igni caput obiiciam. Hæc autē non dico, ut non accedamus, sed ne temerè accedamus. Quemadmodū enim frigida accesio periculosa est, ita nulla mysticę illius cœnę participatio, ſpestis ſ est & interitus. Ipsa nanq; mensa, aię nostrę uis est, nerui mētis, fiducię uinculum, fundamētum, spes, salus, lux, uita nostra. Si hinc hoc sacrificio muniti migrabimus, maxima cum fiducia sanctum ascendemus uestibulū, tāquā aureis quibusdam ſ uestibus ſ undiq; cōtecti. Et qd futura cōmemoro? Nā

Universidad de Deusto Biblioteca

G dum in hac uita sumus, ut terra nobis cœlũ sit, facit hoc mysteriũ. Ascẽde igitur ad cœli portas, & diligẽter attende, immo non cœli, sed cœli cœlorũ, & tunc quod dicimus, intueberis. Etenim quod summo honore dignũ est, id tibi in terra ostendam. Nam quẽadmodum in regiis, non parietes, non tectũ aureũ, sed regium corpus in throno sedens omniũ prẽstantissimum est: ita quoque in cœlis regium corpus, qđ nunc in terra uidendum tibi proponitur. Neq; angelos, neque archangelos, non cœlos, non cœlos cœlorũ, sed ipsum horũ oium tibi dominum ostẽdo. Animaduertis quonã pacto, quod omnium maximum est atq; præcipuum in terra non conspicaris tantùm, sed tangis: neq; solùm tangis, sed comedis, & eo accepto domum redis. Absterge igitur ab omni sorde animã tuã. Præpara mentẽ ad horum mysteriorum susceptionẽ. Etenim si puer regius purpura & diademate ornatus tibi ferendus traderetur, nónne omnibus humi abiectis, eũ susciperes? Verũ nunc cum nõ hominis regiũ puerum, sed unigenitum dei filium accipias, dic quẽso, non horrescis, & omnem seculariũ
H rerum amorem abiicis, & eo te solo ornatũ reddis, sed adhuc humũ aspicis, pecuniæ incumbis, terræ deditus es: & quam nam ueniam consequeris, quam excusationẽ? Nónne uides dominũ tuum omnẽ pompam secularem penitus abiecisse. Nõne propterea in præsepe positus est, cũ primũ natus est, & uilem matrem uoluit Non propter hoc ei, qui ad diuersorium
Luc.9.g. suum respiciebat, inquit, Filius autẽ hominis nõ habet, ubi caput reclinet? Quid discipuli? Nónne eundẽ seruauerunt morem, in pauperum domos introducti, & alius quidẽ ad coriarium, alius ad tentoriorũ opificem, & ad eam quę uendebat purpuram, diuertebant? Non enim domus magnificentiã, sed animarum uirtutem quærebant. Huiusmodi & nos desideremus, & columnarum & marmorũ pulchritudinẽ cõtemnamus, & supernas tantũ mansiones perquiramus, & omnem huius mundi superbiam cum pecuniarũ cupiditate conculcantes, animum altius erigamus. Nam si sobrij erimus, ⌜nullus noster cultus,
⌜mundus iste haud nobis erit dignus; nedũ porticus & ambulacra. nulla porticus, nullus deãbulationis locus dignior.⌝ Quare hortor, ut nostram animã exornemus, hanc propriam præparemus, quam solam, cũ hinc migrabimus, sociam habebimus, ut sempiterna consequamur habitacula, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria, in secula seculorum, Amen.

Homilia. XXV.

Mne quod in macello uenit, mãducate: nihil interrogantes propter conscientiam. Cũ dixisset impossibile calicem domini bibere, & calicem
I o dæmoniorum, & omnino ab illorum mẽsis auditores auertisset, ⌜& à Iudæorum exemplis & humanis
⌜tum per Iudæorũ exempla, tum per rationibus, ab horrendis mysteriis, ab his quę in idolis facta sunt, & multam eis incussisset formidinem, ne eius gratia in alium iterum errorem impelleret, & cogeret, curiosius quàm opus sit timere, nequando quicquam tale siue ex foro siue aliunde ignorãtibus ipsis eueniret, huiusmodi eos soluens necessitate, inquit, Omne qđ in macello uenit, mãducate: nihil interrogantes. Nã si nescius inquit, comederis, neq; uideris, nõ reus eris supplicij. Ignorationis enim gratia fecisti, non gulæ. Neque hac tantũ solicitudine liberum dimittit, sed etiam alia, & in magna eos licentia & libertate constituit. Siquidem nõ dimittit interrogare, hoc est inquirere, & inuestigare: an idolorum sacrificium sit, nec ne: sed omnia indifferenter ex foro K
comedẽda: neq; percõtari quid sit appositũ, ut nulli præbeat respondẽdi materiam. Itaq; qui comedit & ignorat, is liber est: huiusmodi enim non suapte natura mala sunt, sed uoluntas ipsa facit immundũ. Id circo inquit, nihil interrogãtes. Domini enim est ter- Psal.23.
ra & plenitudo eius, ergo non dæmoniorum. Quòd si terra dei est, & terræ fructus, & bruta dei sunt. Si igitur omnia dei sunt, nihil est immundum. Fit autem immundum à cuiusq; uoluntate & inobediẽtia. Proptẽrea non tantùm permisit, sed *Siquis infidelium uos ad cœnam uocat, & placet accedere, omne quod uobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.* Animaduerte iterum uiri modestiam. Non.n. præcipit & statuit discedendum, sed neque prohibuit: & rursum qui discedunt, omni eos liberat suspicione. Quid tandem? Ne metus & formidinis alicuius tã- L
ta uideretur esse curiositas. Qui enim diligentius percontatur, formidinem præ se fert. Qui autem postquam audierit, abstinet, cõtemptus & odij gratia abstinere arguitur. Quamobrem Paulus ad utrunq; respiciens, inquit: Omne quod uobis apponitur, manducate. *Siquis autẽ dixerit, hoc immolaticiũ est idolis: nolite manducare propter illum, qui indicauit,* Nõ enim tãquam uim habeãt, sed tanquã ab immũdis abstinẽdum iubet. Nolite igitur ac si nocere possint effugere. Nullam enim habent uim. Neq; cũ ita sit, sine differentia his utimini. Siquidẽ inimicorum est, & sceleratorum mensa. Idcirco inquit, Nolite manducare propter illum qui indicauit, & propter conscientiam. Psal.23.
Domini.n. est terra, & plenitudo eius. Vides ne quãdo & quomodo comedendũ, quãdó ue abstinẽdũ iubet? idem in mediũ adducit testimoniũ. Non idcir co prohibeo, inquit, tanquã aliena sint. Domini.n. est terra, sed propter conscientiam dixi, hoc est ne lædatur. Nõ igitur oportet diligentius perscrutari? Nõ, inquit. Neque enim tuam cõscientiã dico, sed illius. M
Nam prius dixi propter illum, qui indicauit, & prosequitur: *Conscientiam autem dico, non tuam, sed alterius.* Sed fortasse diceret quispiam, quòd fratribus nõ immeritò parcendum est, & non sinis nos eorum gratia gustare, ne eorũ imbecillis cõscientia ad comedẽdum quod immolatum est idolis adducatur. Verũ si gentilis quispiã hoc dixerit, quid tibi eius curæ est? Nõ tu dixisti, ⌜Quid enim attinet si externi iudicãt.⌝ ⌜quid.n. mihi de his qui foris sunt iudicare? Qua igitur gratia illum iterum curas? Non illum curo, inquit, hoc in loco, sed te. Quare addidit: Vt *quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia?* Libertatem, ⌜inobseruantiã & prohibitionẽ⌝ appellat. Hoc ⌜nõ obseruatũ & nõ prohibitum enim libertas est, nulli Iudaicę seruituti obnoxia. Qđ autẽ dicit, hoc est: liberũ me fecit deus, & omni molestia superiorem. Sed non potest gentilis meã iudicare religionem, neq; domini mei charitatem intueri, sed reprehendit, & tacitè secum Fabulę sunt, inqt, Christianorum instituta. Abstinent ab idolis, fugiũt dæmones. Inde qui illis cultum exhibent, amplectũ tur. Multa eorũ gula. Et quid hoc? inquit. Quod nobis detrimentum, si malè ille iudicauerit? Sed quãtò satius est, nullam ei omnino dare iudicãdi materiã. Nã si abstinueris, minimè id poterit suspicari: & quonam pacto? inquit. Cùm enim nihil huiusmodi interrogantem uiderit, num ex macello, num ex cõuiuio sit, cur nam obloquatur, & accuset tãquam indifferẽter his communicẽ? Minimè. Siquidem non tanquã immolatitio, sed puro uteris: si non perscrutaris, ut

A nullam ostendas appositorum formidinem. Hac igitur gratia, siue in gentilium domum ingrederis, siue in forum ueneris, non permittã ut interroges, ne formidolosus appareas, neq; superfluũ labore suspicias.
⌜q̃ participas cũ gratia dic q̃so? dei ne dona. *Siego cũ gratia participo, quid blasphemor pro eo, quòd gratias ago?* ⌜*Cũ qua gratia participas, dic quæso? Cũ dei donis.* ⌜Nam gratia dei tanta est, ut animam mihi immaculatã reddat, & omni sorde carentẽ. Nam quem admodum sol diffusis in immũdissima loca radiis, non coinquinatur, sed rursum ad se mũdos recipit: ita & nos, ac etiam longè magis in mediis mũdi sordibus uersati, mũdi permaneremus, modò uolũtas adesset: tantò maiore uirtute præstamus. Qua igitur gratia abstineat? inquit. Non tanquã futurus sit immundus. Absit. Sed propter fratrẽ, ne socius dæmoniorum efficiar, né ue infidelis iudicium subeã. Hoc enim in loco nõ amplius natura, sed inobediẽtia, & erga dæmones obseruantia me immundũ reddit, & uoluntas corruptionis causa est. Quid autẽ illa particula significat. *Quid blasphemor pro eo, quòd gratias ago?* Ego, inquit, gratias ago deo, quòd in tam excelso me loco collocauit, & Iudaica humilitate sublimiorẽ me pstitit, ut nulla ex parte offendar. Gẽtiles
B autem meæ sapientiæ ignari cõtrà suspicantur, & dicent: Christiani nostra cõcupiscũt. Simulatores quidã sunt, à dæmonibus auertũtur, inde ad eorũ mensas accurrunt. Quo quid fieri potest stultius? Nõ ergo ueritatis gratia, sed ambitionis & honoris, ad huiusmodi se doctrinã contulerũt. Quãtę ergo stultitię foret, pro qbus ita beneficia accepi, ut gratias agam, pro his blasphemiæ causa fieri? Sed hæc etiam nunc obloquetur gentilis, inquit, si non interrogantem uiderit. Minimè. Siquidẽ non omnia sacrificio idolorum plena sunt, ut id suspicandum sit, neq; tanquam ab idolis fuerit, reiicendũ, noli itaq; superflua perscrutari, neque rursum, si idolorum esse sacrificium dixerint communicare. Etenim Christus gratias tibi largitus est, & in excelso constituit, & omni, quod inde prouenire possit, detrimento maiorem: nõ ut malè audias, neq; unde tanta consecutus es bona, ut gratias agas, inde alios offendas, ⌜& blasphemes. ⌜Sed
⌜ita ut blasphement. quare non dico gentili, inquit, me mãducare, & nihil offendi, & nullo in dæmones affectu eũ cibũ sumere? Quoniã nullo posses pacto persuadere, & si mil-
C lies id dixeris. Imbecillis enim est & hostis. Quòd si fratri nondũ persuasisti, multò minus inimico & gẽtili. Si illum in idolorum sacrificiis conscientia mouet, longè magis infidelem. Quid autem nobis tãtis opus est rebus? quid quęso? cũ Christi habeamus cognitionem, eiq; gratias agimus: illi uerò maledicunt, propterea ab hoc abstinem⁹? Absit: neq; enim æquũ est. Siquidẽ in perferẽdis maledictis multùm lucramur. hic autem nihil amplius. Ideo his uerbis præoccupauit: Neq; enim si comedamus, abũ damus: neq; si non comedamus, priuamur. Præterea & fugiendã rem ostẽdit, & aliũde his abstinere oportere, nõ hac tantùm, sed aliis quas dixi causis. *Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue quid facitis, omnia in dei gloriã facite.* Vides quo pacto à proposita re uniuersalẽ induxit admonitionem, & hunc unum optimũ nobis finem proposuit, ut deum in omnibus glorificemus. *Sine offensione estote Iudæis, et gẽtibus, et ecclesiæ dei:* hoc est, nullam cuiquã causam in scandalum præbeatis: etenim scandalizabitur frater, & Iudæus maiori te odio prosequetur, & reprehẽdet. Nec non & gentilis tanD quam gulosum, & simulatorẽ te irridebit. Non solũ autem fratres nõ sunt scandalizandi, sed quantũ in nobis est, neq; externi: etenim lux sumus, & fermentum, & luminaria, & ⌜sol. ⌜Illuminare itaque non te- ⌜sal.
nebras ostendere oportet, constringere nõ dissoluere, ad se allicere infideles nõ fugare. Quid igitur persequeris, qui sunt alliciendi: etenim gentiles ⌜perturbãtur, cũ nos discordes uideant, Animũ enim ignorant: non, quia omni sensibili labe superior nõ sit animа: & inde etiam fratrũ ⌜imbecilliores itidem affecti ⌜offendãtur, quãnos ad talia recurrere uideãt. sunt. Animaduertis quot causas affert, propter quas ab idolorum sacrificiis sit abstinendũ, propter inutilitatem, propter superfluitatem, propter fratris detrimentum, propter Iudæi blasphemiã, propter gentilis accusationem, ne uideamur cũ dæmonibus communicare, né ue idololatriam committere. Inde cum dixisset, Sine offensione estote, & reos fecisset, & gẽtilium & Iudęorum detrimento, & graue quiddam dictum uideretur: considera, quã id facile & leue esse dicat, cũ se ipsum in mediũ his uerbis adducit: Sicut ego per omnia omnibus placeo, nõ quęrẽs utilitatẽ meã, sed multorũ, ut salui fiant. *Imitatores mei estote, sicut ego Christi.* Hæc perfectæ Christianæ religionis
F regula est, hic certissimus terminus, hoc supremũ cacumen, quærere quæ communẽ omniũ comprehendant utilitatem. Quod ipse significans, addidit. Sicut ego Christi. Nihil enim adeò potest nos Christi imitatores efficere, ut erga proximũ cura. Sed licèt ieiunando, humi dormiẽdo, corpus macerueris: nullã autem proximi curam habueris, nihil egregium feceris, sed adhuc lõgè ab huiusmodi absueris imitatione. Atqui hoc qdẽ in loco suapte natura utile est, ab idolorum sacrificiis abstinere: Ego autẽ multa quæ non debebam, feci, inquit: uidelicet, cũ ⌜circuncisus Act.16.d ⌜circũcidi sum. ⌜cũ sacrificaui. Hæc si quis suapte natura inquireret, & prosequentes perdit, & à salute decidẽdi causa est. Sustinui tamen hæc propter eorũ lucrum. Verũ hoc in loco nihil eiusmodi. Illic.n. nisi accederet utilitas, & aliorum causa fieret, sequeretur detrimentum: hic autem quãuis nemo scẽdalizetur, est tamẽ prohibitis abstinendum. Atqui non solũ damnosa, uerùm & laboriosa perpessus sum. Alias autem ecclesias spoliaui, inquit, accipiens stipendium. Cùm li- 2.Co.11.b
ceret manducare, & non operari, non tamẽ id q̃siui, sed fame consumi malui, quã aliũ scandalizare. Propterea inquit, Per omnia omnibus placeo. Siue pter F
legem aliqd, siue laboriosum, siue periculosum facere oporteat, omnia in proximorũ utilitatem perpetior. Cũ igitur omnium diligentia supremus sim, humilitate omniũ abiectissimus effectus sum. Etenim nullum ualde magnum potest esse officium, quãdo nullum in proximos lucrum conferatur: quod ostẽdit, qui totum reddidit talentũ, & supplicio affectus est, quoniam id nõ auxit. Tu igitur mi frater, quãuis fame conficiaris, quanuis humi iaceas, quauis cinerẽ Mat.25.c
comedas, quanuis super lachrymis madeas, & nihil cuiquam proficias, nihil magnum facis: etenim antiquitus magnis & generosis illis uiris hęc maximè cura erat, ⌜ut summa cũ diligentia aliorum uitã disquirerent: ⌜& manifestè cognosces nullum eorũ ad suã ⌜summa cũ diligẽtia illorũ uitã exunquam respexisse utilitatem, sed proximi unusquisquire. que. Quamobrem maiorẽ in modũ claruerũt. Etenim Moyses multa & magna operatus est miracula, Exo.32.g
sed nullum tã magnum eum fecit, ut beata illa uox, quã ad deũ habuit: cùm inquit, Aut dimitte eis hanc

noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo. Huiusmodi erat & Dauid. Idcirco dicebat, Ego pastor peccaui, & ego malè feci: & hi, qui ouile sunt, qd fecerũt? fiat manus tua super me, & super domũ patris mei. Eodem modo Abraham nõ suam, sed multorũ quę sibi utilitatem. Ideo se periculis exponebat, & deum pro his, qui nihil sibi cõferebant, obsecrabat. Hi qdẽ tantopere claruerunt. Qui autẽ sibi tãtum cõsulũt, cõsidera quantum acceperint detrimentum. Fratris igitur filius cũ audiuit, Si tu dextrã elegeris, ego ad sinistram pergã: optione accepta, suam quæ sibi utilitatem, quã non modò nõ inuenit, sed ipsa quoque regio est incẽsa. Quæ aũt Abrahę obtigit, incolumis seruata est. Ad hæc Ionas non aliis, sed sibiipsi prospiciens, penè periclitatus est, & ciuitas conseruata. Ipse uerò agitatus, iactat⁹ & obrutus est fluctibus. Sed cũ multitudinis saluti inuigilauit, suã inuenit. Ita & Iacob in ouibus proprium non quærens lucrum, plurimũ lucratus est: Ioseph autẽ fratrũ studens utilitati, suã est consecutus. Qui missus à patre nõ dixit. Quid? nõ audisti, qd pro uisionibus & somniis discerpere meaggrediebantur, & somniorũ & amoris erga me tui pœnas dabam? quid nõ cõtra me molientur, cùm in eorũ ero potestatẽ? Nihil huiusmodi causatus est, nec cogitauit quidem, sed rebus omnibus fratrũ saluti præposuit. Idcirco omnia postmodũ bona adeptus est, quæ eum clarissimum gloriosissimumq; reddiderũt. Præterea Moyses, nihil enim prohibet iterũ eius meminisse, & contẽplari quomodo res suas cõtẽpsit, & alienas prosecutus est. Moyses, inquam, in regia domo educatus, cũ Christi opprobrium maiores Aegyptiis thesauris diuitias arbitraretur, omnib⁹ abiectis, cũ Hebræis malorum particeps esse non recusauit. Quamobrem non solũ ipse non seruiuit, sed & illos à seruitute liberauit. Magna quidẽ hæc & angelica digna uita. Verum Paulus maximè in hoc excelluit. Alij nanque oẽs suis omissis bonis proximorum malis communicare non recusarunt. Paulus autem longè maiora aggressus est. Non. n. simpliciter uoluit aliorum calamitatibus participare, sed maximas ipse subiit, ut cæteri bene haberẽt. Nõ enim par est, ut qui deliciis fruitur, his abiectis, malis spõte sua se obiiciat, & ipse tantũ calamitatibus affectus, cæteros in quiete & honore constituat. Hoc. n. in loco, etsi magnũ sit bona malis proximi gratia permutare: tamen non parũ affert consolationis, si calamitatis socii habeantur. Quòd autẽ quispiam uelit solus miser esse, ut alii bonis fruantur, id multò præstãtioris animi est, & solius Pauli sapientiæ. Neq; hac tantũ, sed & alia etiam præstãtia maiore omnibus quos ante memorauimus, Paulus clarior apparuit. Siqdẽ Abraham & reliqui omnes periculis se in præsenti uita obiecerũt, & omnes illi simpliciter hanc mortem deposcerunt. Paulus autem futurã etiã gloriam gloriæ proximi posthabuit. Habeo & tertiã quã afferre possum excellentiam. Quãmnam? Quòd illorũ quidam quanuis insidiantium saluti inuigilabant, eorũ tamẽ curã habere debebant: & idem his contigit, ac si quispiam filio prauo, & legum transgressori pfuerit, filio tamen. Paulus autem pro his maledictũ esse uoluit, quorum non erat credita gubernatio. Ad gẽtes enim missus erat. Animaduertis animi magnitudinem, & excellentiam, quæ ipsum cœlũ trãsgreditur. Hunc imitare, quem si non poteris, saltẽ eos, qui in ueteri claruerunt testamento annitere. Ita enim tibi utilitatẽ comparabis, si proximi inuigilabis, utilitati. Itaq; si piger in fratris cura fueris, intellige nulla prorsus ratione te salutẽ consecuturum. Igitur tua ipsius gratia proximi tui rebus adsis. Sufficientia itaq; sunt, quæ iam diximus, q̃ persuadeant, nulla alia ratione utilitatem nos inuenire posse. Quòd si hoc à cõfessis exemplis cognoscere uolueris, cõsidera, siquãdo domum aliquam exuri contingat, inde nonnulli ex uicinis sibi cauentes, minimè se periculis obiiciãt, sed domi inclusi timeant, nequis ingrediatur, qui aliqd ex rebus suis auferat, quantam iacturã facient: etenim ignis eos quoq; comprehendet, & omnes eorum cõburet facultates. Itaq; cum proximi utilitatem non respexerunt, suã perdiderunt. Siquidẽ deus cùm inuicem omnes colligare uellet, talẽ rebus utilitatem imposuit, ut in proximi utilitate alterius etiam colligata sit, & uniuersus mũdus hoc pacto cõstitut⁹ est. Propterea si in mari tempestate exorta, gubernator omissa multorum salute, suam tantũ quæreret, & seipsum, & cęteros quãprimũ obrueret: & uniuscuiusq; artis, si sua tantũ quæratur utilitas, nunquã neq; uita cõstaret, neq; ars, quæ suiipsius quæreret utilitatẽ. Propterea agricola nõ tantũ frumentũ seminat, quã tũ sibi satis sit. Nã iampridẽ, & se & alios perdidisset, sed qd multis sufficiat, terræ mãdat: & miles, non ut suæ dũtaxat cõsulat saluti, se piculis obiicit, sed ut ciuitates in securitate constituat: & mercator nõ eas tantũ merces transportat, quæ sibiipsi satis sint, sed multis aliis. Quòd siquis hoc in loco diceret, nõ alterius, sed suam unumquemq; considerare utilitatẽ, & idcirco ita facere, ut pecunias sibi & securitatẽ & gloriam comparet, atque ita dũ suam quærit proximi quoq; quærere utilitatem: idem ego dico, hoc est quod iam diu audire uolebã, & hac gratia hũc omnem sermonem fecimus, ut ostenderemus tũc sibi unũquemq; cõsulere, cũ proximo cõsulit. Nam cum aliter proximi commodũ non essent homines curaturi, nisi in hac cõstituti necessitate, propterea ita deus ea coniunxit, & non permittit, ut in propriam prius quisquã ueniat utilitatem, nisi per alienam transeat. Hoc igitur humanũ est, ut hoc pacto proximo usui simus. Verũ opottet non hinc, sed diuina uolũtate ad hoc adduci. Siquidem nemo salutem cõsequi potest, nisi ita se habeat. Sed quãuis summã complecta ris philosophiã, proximi autem iacturam contẽpseris, nullã apud deum fiduciam habere poteris. Vnde hoc cõstat? ex beati Pauli uerbis: Etsi distribuero i cibos pauperũ omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam: charitatem autẽ non habuero, nihil mihi prodest. Vides quantum à nobis Paulus requirit? Atqui pascit, non suam, sed proximi quærit utilitatem. Sed nõ sufficit hoc, inqt. Cum charitate hoc fieri uult, & misericordia plurima. Propterea legẽ hanc statuit deus, ut nos in uinculũ charitatis adduceret. Quando igitur ille tantũ à nobis exigit, nos autem neq; quod minus est, exhibemus, quãnam digni erimus uenia? Et quomodo, inqt, ad Lot dicebat deus per angelos, Salua animã tuã? Dic quando, & quare? Quando ⌜differebatur ⌜suppliciũ, nõ quãdo corrigi oportuit. Iam enim damnati erãt, & morbo incurabili laborabãt, & senes & iuuenes passim in turpissimos amores immersi erãt & ignis necessario, & eã ipsã die imminebat. Præterea nõ de uitio & uirtute hoc dictũ est, sed de plaga cœlitus demissa. Quid enim faciendum erat, dic quæso? Sedendũm ne &

dũmne & expectandum supplicium, & quod nihil illis profecisset, exuri oportuit? Sed ultimæ hoc demẽtiæ fuisset. Neq; n. ego hoc dico temerẽ ⌜propter⌜ dei uoluntatem, supplicium expectandum. Sed cũ uitiis proximus coinquinatur, tũc iubeo, ut in mediũ prosilias, & eius errata corrigas, & si placet propter proximi utilitatem. Sin minus, saltem propter tuã. Illud enim longè melius est: quòd si ad tantã non accesseris pesfectionem, saltem tui gratia facias. Et nemo suũ quærat cõmodum, ut id inueniat commodũ: intelligamusq; neq; paupertatẽ, neq; inopiã, neq; martyrium, neque aliud nostrũ opus auxilio nobis esse posse, nisi summa flagremus in proximũ charitate: quã præ cæteris oibus seruemus, ut & alia per eam cõsequamur, præsentia uidelicet & futura bona, quę nobis promittuntur: quibus utinam omnes simus participes, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri gloria, simul & spiritui sancto nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

⌜*præter*.

Homilia XXVI.

Audo uos frat res, quòd per omnia mei memores estis: et sicut tradidi uobis, præcepta mea tenetis.

Perfecto de eorũ sacrificiis sermone ut decebat, & perfectissimè omnium, eo exposito, ad aliud uitium transit, non tam magnum tamen: quod. n. iam dixi, iterũ in præsentia dicã: hoc est, quòd non omnia maxima uitia ordine prosequitur, sed ut opportunũ est distribuit, & leuiora in mediũ congerit, & orationis suæ leuiorẽ reddit asperitatem, quã crebra reprehensione auditoribus incusserat. Quare qd omnium erat uehemẽtissimum, de resurrectione uidelicet posterius ponit: hoc autẽ in loco leuius peccatum aggreditur. Laudo autem nos, quòd per oĩa memores mei estis. Cõfessum nanque, & manifestũ peccatum uehementius accusat, & minatur. Dubita tũ autem primũ ponit, inde reprehendit: & cõfessum quidem maius, dubium autem confessum esse ostẽdit: ut exempli gratia, Fornicatio confessa est, ideo nõ oportebat ostendere peccatũ esse, sed peccati magnitudinẽ prosecutus est, & per comparationẽ suam amplificauit orationẽ. Item apud alios iudicare, peccatum quidem erat, uerũ non tam graue. Quamobrem id primũ posuit, inde confirmauit. Crimen autem quòd idolis sacrificarent, dubitabat quidẽ, etsi maximum erat: quare ostendit peccatũ, inde sua extollit oratione: & in hac admonitione, non tantũ à uitiis deterret, uerùm ad uirtutes cohortatur. Non enim dixit, non oportere tantũ nõ fornicari, sed magnam præ se ferẽdam sanctitatem. Idcirco subdidit, Glorificate deum in corpore uestro, & in spiritu uestro. Præterea cùm dixisset, Non oportere sapientem esse exteriori sapiẽtia, non adhuc cõtentus est, sed iubet etiam stultum fieri. Et cũ cõsuluisset, nequis ⌜de rebus exterioribus ⌜iudicaret, néue iniuriam faceret, ⌜primũ ⌜id ipsum tollit, ne iudicetur: & consulit non solùm nõ iferendam iniuriam, sed potius accipiendam. Et cũ de idolorum sacrificiis disputaret, nõ dixit, prohibitis tantũ abstinendum esse, uerùm etiam permissis, quãdo scandalum posset exoriri: & nõ tã tũ non perturbãdos fratres, sed ne gentiles quidem, aut ⌜Iudęos. Sine offendiculo estote, inqt, & Iudæis, & gẽtibus, & ecclesiæ dei. Cũ igitur omnẽ de his sermonẽ impleuerit, aliud iam crimẽ aggreditur: & qd nam? Mulieres uelo deposito, & nudato capite orabãt, ⌜prophetabantur. n. ⌜tunc temporis mulieres. Vi

Sup. 6. d
Supr. 3. d
⌜*apud exteros.*
⌜*procedens.*
Sup 10. d
⌜*& prophetabãt prophetabant etenim.*
Gen. 19. d
⌜*inferebatur.*
Hic inf. c
Infr. 13. b

⌜*tanquã in philosophia uersarentur, comã nutriebant: & capite uelato.*

ri autem ⌜& qui in philosophia uersabantur, compto capite incedebant: hoc pacto & ⌜orabant & prophetabant, quorũ utrunque secundum gentiliũ legẽ fiebat. Cũ igitur horum iam corã admonuisset, & fortasse alij quidem parauerant, alij autem minimè: propterea per epistolã iterum, tanquã bonus medicus oratione sua abluens peccatũ, corripit. Quod enim iam corãm admonuisset, à principio manifestũ est. Qua enim gratia cùm nihil de hoc in nulla epistolæ parte superius dixisset, aliis omisis uitiis quãprimũ inquit: Laudo autem uos, quòd per omnia mei memores estis, & sicut tradidi uobis, præcepta mea tenetis. Animaduertis ne, quo pacto alij quidẽ parauerũt, quos laudat: alij aũt minimè, quos exsequẽtibus corripit, inquiẽs: Siquis autẽ uidetur contentiosus esse, nos talẽ consuetudinẽ non habemus. Nã si cũ alijs, nos correxerunt, alij minimè, omnes reprehendisset, illos asperiores, hos pigriores effecisset. Nunc autem illos laudando & complectendo, hos reprehendẽdo, & illos magis allexit, & hos confundere non immeritò potuit. Sufficiens enim erat per seipsam hęc eos reprehensio perterrere. Quando autem aliorum qui boni sunt, & laudem merentur, fit comparatio, maiorem stimulũ incutit. Sed primũ non ab accusatione, sed à laudib⁹ orditur, & magnis sanè laudibus cũ dicit: Laudo autem uos, quòd per oĩa memores mei estis. Huiusmodi enim Pauli consuetudo est, ut parua etiã magnis laudibus prosequatur, nõ tamẽ adulandi gratia. abfit. Et quo nã pacto, qui nullam neq; pecuniam, neque gloriam, neque alia huiusmodi cõcupiscit, sed omnia pro eorũ salute annititur, adularetur? Ideo laudibus eos efferens, *Laudo*, inquit, *uos, quòd per omnia mei memores estis*. Per quę nam omnia? Quòd comam non pascerent, quòd non uelarẽtur, primùm ei tantùm sermo fuerat: sed quod dixi, prosusior est in laudando, ut promptiores eos reddat. Ideo inquit: *Per omnia mei memores estis & sicut tradidi uobis, præcepta mea tenetis*. Ergo sine literis multa tradiderat, qd alibi sæpe meminit. Sed tunc tantũ tradidit, hoc autẽ in loco rationẽ affert: hoc pacto eos fortiores faciebat, & obsequentiores: & eorũ qui cõtrà faciebant elationem deprimit. Præterea nõ dicit, quòd uos quidem obedistis, alii autem minimè, sed sine suspicione ex sequentiũ admonitione id his uerbis significat: *Volo autem uos scire, quòd omnis uiri caput Christus est, caput autẽ mulieris uir: caput autẽ Christi, deus*. Hæc igitur ratio est, quã hic adducit, qua qui imbecilliores sunt, reddidit attentiores. Qui enim fidelis est, & ut oportet firmus, ratione nõ indiget, neque causa eorũ quæ ei præcipiũtur, sed sola admonitione cõtentus est. Imbecillior autẽ cognita rei ueritate diligentius rem accipit, & quàm promptissimè paret. Ideo non attulit causam, quouscq; prœuaricatũ non uidit præceptũ. Quæ ergo causa? Omnis uiri caput Christus est. Nũ & gentilis? Minimè. Nam si corpus Christi sumus & membra, & eius pars, & idcirco ipse nostrum caput: eorum qui in corpore nõ sunt, neq; membra perficiunt, non utique erit caput. Itaq; ea particula, omnis, de unoquoque fideli intelligenda est. Vide quo pacto undiq; à supioribus auditori suadet. Etenim cũ de dilectiõe, de humilitate, de eleemosyna differuit, inde traxit exempla. *Caput autem mulieris uir, caput autem Christi deus*. Hoc in loco pro siliunt in nos hæretici, ex his uerbis minorem filium suspicantes. Verùm seipsos oppugnãt. Nam si caput

G mulieris uir est, eiusdem autem substantiæ est & caput & corpus, caput uerò Christi deus est, sequitur eiusdē esse substantiæ & patrē & filiū. Sed nō quòd alterius sit substantię, hunc ostendere uolumus, sed quòd subditus, iquit. Quid ad hoc dicemus? Quod maximè quidē, cū de Christo in carne quiddā humile dicitur & abiectum, non diuinitatem, sed incarnationē tantū id respicit. Veruntamen dic quæso, quònam pacto hoc uelis in præsentia confirmare? Quòd quemadmodum uir dominatur mulieri, inquit, ita & pater Christo. Sicut igitur Christus hominis caput est, ita & pater filij. Omnis.n. uiri, inquit, caput Christus est. Et quisnā hæc unquā assentiretur? Nam si quanta est filij excellentia, nostri comparatione? tanta est patris, comparatione filij: animaduerte in quātā eum utilitatē adducas. Verùm nō omnia similiter in nobis & in deo inquirenda, quamuis eodē modo dicantur: sed tribuenda deo est quædam propria excellentia, & quanta in ipso est. Quod nisi concederetur, multa sequerentur absurda. Considera autē, ca-
H put Christi deus est, Christus hominis, homo mulieris. Itaq; si in omnibus eodem modo caput accipiamus, tantò erit filius minor patre, quantò nos filio: & mulier tantò nobis erit inferior, quantò nos à deo ratione: & quod inter patrem & filium interest, id inter nos & filium: & eodē ité modo inter uirū & mūlierem: & quisnam hæc pateretur? Nōne aliter in uiro & muliere, aliter in Christo caput accipis? Igitur & in filio & in patre aliter nobis capiendū est. Et quo-
⌜ais dicere uellet, modo aliter inquit? Secundū causam. Etenim si principatū & subiectionē Paulus quemadmodum tu⌝ intelligeres, ⌜non utique mulierem adduxisset in medium, sed seruum potius & dominum. Nā quamuis subdita nobis sit mulier, tamen ut mulier, ut libera, & pari in honore habēda: & filius quamuis subditus sit patri, tamen ut filius dei, & ut deus. Quemadmodū enim filius magis patri obsequitur, quā homines
Phili.2.b genitoribus, ita & liberior est. Non enim profectò filij animus erga patrem quā hominū maior est & uerior, patris autem erga filium minor. Quòd si admiramur filium, quòd obediuit, & usque ad mortem,
I & mortē crucis, & hoc maximè nobis admirationi est: admirandus est & pater, quòd talē genuerit, non ut seruum subditū, sed ut liberum, obsequentem, & cōsiliarium. Qui enim consiliarius est, nō est seruus. Verū cùm consiliarium audies, nō tanquā patris indigeat, credas uelim, sed tanquam filium & in eodē cum patre honore. Noli igitur ad omnia uiri & mulieris exemplum trahere. In humana nanque natura, non immeritò uiro mulier subdita est. Paritas nanq; honoris pugnā facit, neque hac tantū causa, sed pro
Gene.2.d pter fraudem quæ à principio contigit. Quare hoc? Cùm quidem primùm facta est, nō fuit subdita, neque cū ad uirum adducta: neq; quicquam à deo tale audiuit, neq; uir quicquam tale ei dixit: sed quòd os ex ossibus suis, & caro ex carne sua esset, principatus autem aut subiectionis in eam nequaquam meminit. Sed cū malè usa est data potestate, & facta ad
Gene.3.c auxilium fraudulēta inuenta est, & omnia perdidit: ⌜Ad uirū tuū cōuersio tua, tūc non immeritò audiuit, ⌜Sub uiri potestate eris, ⌜ & ipse dominabitur tibi. Cùm enim credibile esset, hoc peccatū genus nostrū sibi inuicem inimicū reddidisse, neq; quicquā profuisse ad pacem, quòd à uiro facta esset mulier, cū hoc acciderit, sed hocipsum asperiorem feciſſe uirum, quòd proprio membro nō
K pepercisset, ex quo facta est mulier. Cū, inquam, diaboli malitiam deus cognouisset, hoc uerbū mediū posuit, ut quod ex insidiis odium futurū erat & insita cupiditate, per hanc sententiā tolleret, & ex pecca
to contractā indignationem, tanquā medium patietem deiiceret. Sed in deo & in illa immortali substantia nihil tale dubitādum est. Noli igitur in omnibus accipere exempla. Nam & alibi multa hinc grauia occurrūt peccata: etenim in principio epistolę dicebat, Omnia uestra sunt, uos autem Christi, Christus aūt Supr.3.d dei. Quid ergo? Eodem ne modo nostra sunt omnia & nos Christi, & Christus dei? Minimè. Nā hæc etiā ſtultissimis manifesta est differentia, quamuis eadē dictio in deo, Christo, & nobis posita sit. Et alibi cū hominem mulieris caput appellasset, addidit, Sicut Ephe.5.d Christus caput ecclesiæ, ipse saluator corporis eius: ita & uir debet mulieris suę caput esse. Nū igitur similiter accipiemus, quòd in hoc loco & omnia quę de inde Ephesiis in hac materia p̄cepta sunt? Absit. Nō
L enim possibile est: eadem nanque uerba, & in deo & in hominibus dicuntur, non autē eandē habēt in utrisque potestatem: sed aliter illa, aliter hæc intelligēda sunt, non tamen omnia diuersē. Nam iterum frustra & temerè acceptum uidebitur, cū nihil inde lucraremur. Vt.n. non omnia ⌜simpliciter⌝ accipienda ⌜similiter. sunt, ita non omnia simpliciter reiicienda. Quod ut manifestius fiat, exemplo demonstrare tentabimus. Dictus est caput ecclesiæ Christus. Si nihil ab humanitate accepero, quid hoc mihi dictum est? Rursum si omnia secundū humanitatem accepero, multa sequentur absurda: simul enim cū corpore pateretur caput, & iisdem esset obnoxiū. Quid igitur & reiiciēdum & accipiendum? Reiiciēdum quidem quod dixi: accipienda autem certa unitas, & causa & primū principium: neq; hæc simpliciter, sed in hoc loco ma
* ἀρχὴ τιμιωτέρα. i. p̄cios⁹, uel, & principiū honoratius. ius esse, intelligere, quod deo conueniat. Etenim unitas certior, & principatus magis ⌜proprius. ⌜Item audisti filiū? Neq; in eo omnia admittas, neque omnia reiicias, sed quęcunque deo digna sunt accipe, quòd scilicet consubstantialis est patri, quòd ex eo est. Ab surda autē & quæ humanę sunt imbecillitatis, humi iacere desinas. Præterea dicitur deus lux. Nunqd omnia accipiemus q̄ huius sunt lucis? Minimè. Sine causa enim his tenebris & loco comprehenditur, & alia mouetur potētia, & obumbratur. Quorum nihil in illa substantia fas intelligere, sed nō omnia propter hoc reiiciemus, sed aliquid utile ab exemplo decerpemus, & quòd à deo illuminati sumus, quòd tenebrę fugatæ, hinc colligemus. Et hæc ad hæreticos dicta sint. Oportet autē totū hūc locum explicare. Forsitā enim hic aliquis dubitaret, quæreretq;. quod nā crimen sit, si mulieres detecto capite, uel si tecto uiri incedant? Quod nam crimē hoc sit, hinc iam intellige. Symbola uiro & mulieri tradidit, & alia quidē multa, uiro quidem principatus, mulieri autē subiectionis. In quorum numero hoc est, ut hæc uelato sit capite, ille detecto. Si igitur hæc signa sunt, ambo peccāt: si ordinē confuderint, & diuinū institutū & proprios terminos excesserint, & uir in muliebrem uilitatem prolabatur, mulier uirilem imitetur figuram. Nam si uestem mutare fas non est, neq; mulier togā induat, neque uir pallam aut uelum. Nō erit, inquit, Deu.22.d amictus uiri in muliere, neque induatur uir stola muliebri: multò minus hæc mutāda sunt. Hęc ab hominibus instituta sunt, quamuis id deus posterius cōfir

A mauerit. Illud autē à natura, quòd. ſuelaremus, caput, & non uelaremus. Verùm cùm naturam dico, deum dico, quippe qui naturæ author est. Cū igitur hos peruertis terminos, intuere quantā facias iacturam: & noli hoc mihi dicere, quòd paruum peccatū sit. Siquidem permagnū est etiam suapte natura. Inobedientia nanq; est, cuius præuaricatione etiam si paruum esset, magnū efficeretur, quoniam magnarum rerum signum est. Quòd autē magnum sit, cōstat, eo quòd tantū ordinem humano generi p̄bet, cùm ex ipso cultu, & præsidentiam & subiectionem utrique distribuat. Itaque qui transgreditur, omnia confundit, & diuini muneris proditor est, & cœlitus sibi tributum honorē abiectum cōtemnit, neq; uir tantū, uerùm & mulier, cui maximo est honori positum sibi ordinem seruare, quemadmodū ignominia est ab eo deflectere. Idcirco utrūque tetigit, ita in quiens: *Omnis uir orās aut prophetās, habēs aliquid circa caput, deturpat caput suū. Omnis autem mulier orans aut prophetans, non uelato capite, deturpat caput suū.* Fuerūt
Act.21.b enim, ut dixi, uiri tunc temporis, q prophetabant, &
B mulieres eadem gratia prædītæ, quemadmodū Philippi sorores, & nonullę aliæ ante & post illas, de qui
Iohel.2.g bus propheta superius dicebat: Prophetabūt filij uestri, & filiæ uestræ uisiones uidebunt. Sed uirum nō semper detecto capite esse cogit, sed tātū dum orat. Omnis enim uir, inquit, orās aut prophetās, habens aliquid circa caput, deturpat caput suum. Mulierem autem semper uelatam esse præcipit. Quamobrē cū dixisset, Omnis mulier orans aut prophetans, nō uelato capite, deturpat caput suum: non hic cōstitit tātum, sed ita prosecutus est: *Vnum est enim idemq; ac si decaluetur.* Quòd si semper decaluatio turpis est, cōstat qd si caput detexerit, semper turpe est. Neq; hoc tantùm contentus iterū addidit, *Quòd debet habere potestatem mulier super caput suum propter angelos.* Ostē dit enim quòd non tantū in orationis temporibus, sed semper operto capite mulieres esse oportet. In uiro autem nullam amplius ut se uelet, sed nutriendæ comæ rationem init. Velari enim tunc dūtaxat prohibet, cū precatur, comā autem nutrire semper dissuadet. Propterea sicut in muliere dixit, *Nam si non peruelatur mulier, & tondeatur:* ⌜ita & in uiro, si comā
Hic inf.c nutriat, ignominia est illi. Non dixit, si ueletur: sed, si
C comam nutriat, propterea initiò dicebat, Omnis uir orās aut prophetans, qcquā habens in capite, nō dixit, uelato capite: sed, quicquā habens in capite, ostē dēs quòd si comam habeat, perinde sit, atq; si esset uelatus, quāuis nudo orauerit capite. Capilli enim,
Ibid. inqt, pro uelamine dati sunt. Si uerò nō uelatur mulier, etiam tondeatur. ⌞ *Quòd si turpe mulieri tōderi est, aut decaluari, ueletur.* In principio igitur ne detecto sit capite, postulat. In processu autem etiā ⌜frequenter
⌜semper. id⌝ significat, dicens: Perinde est ac si decaluetur, & omni cum diligentia & studio. Nā non, uelatur, simpliciter dixit: sed, peruelatur, ut scilicet omni ex parte demittatur, & in rem indecoram reprehendendo adducit uehementer eos tangens his uerbis. Nam si non peruelatur mulier, & tondeatur. Nam si lege dei uelum institutum abiicis, inquit, quod etiā à natura datum est, proiicias. Quòd siquis dixerit, & quōnam pacto, quod ad uiri gloriam cedit, mulierem deturpabit? Illud sanè respondērē, quòd non cedit ad mulieris gloriam, cū à proprio excidat honore. Quod enim intra proprios terminos & diuina lege positos
D non permanet, sed supergreditur, non incrementū, sed diminutionē accipit. Quemadmodū enim qui aliena desiderat, & rapit quæ sua nō sunt, nō amplius quicquā accipit, sed minuitur: & quod habuit, perdidit, quòd etiam in paradiso factū est: ita & mulier nō p̄occupat uiri nobilitatem, sed muliebrē amittit honestatem. Neq; tantùm turpitudinis, uerūetiā cupiditatis arguitur. Confessa igitur turpitudine proposita, cū dicit, Si uerò turpe est mulieri tonderi aut decaluari: quod decorum est iam ponit dicēs, Peruelet caput suum: & non dixit, comā nutriat: sed peruelet, & hæc ambo unum esse sancit, & utrinque ab institutis uidelicet & contrariis hoc cōfirmat. Velamen enim, & comam, idem esse inqt: & decaluato capite, & nudo incedere, idem similiter. Vnum enim est, inquit, ac si decaluetur. Quòd siqs quomodo sit unum interrogaret: siquidem hęc naturæ uelum habet, decaluata autē minimè. Dicemus qd spōte sua illud abiecit, & nudo est capite. Quòd si nō sit nudū capillis, hoc naturę est, nō illius. Itaque decaluata nudo est capite, & ipsa similiter nudo. Propterea natura ut tegeretur uoluit, ut ide edocta uelaretur. Deinde & causam ponit, qd dixi sæpenumero, tanquā liberos alloquens, Quæ igitur est causa? *Vir quidem nō debet uelare caput suum, quoniam imago et gloria dei est.* Alia causa hæc. Non enim quòd caput Christū habet, non debet uir tātum uelare, inquit, caput, sed ēt quòd mulieri dominatur. Principem enim qui ad regē accedit, principatus insigne habere oportet. Quē admodum igitur nemo principum sine zona & toga ante regē uenire auderet, ita neque tu sine signo principatus, quod est, ut detecto capite ad deum accedas, neque teipsum, & qui te honorat contumelia afficias. Idē & in muliere dici posset: etenim illa quoque cōtumelia est, nisi subiectiōis īsigne haberet. *Mulier autem, gloria uiri est.* Ergo naturalis est uiri principatus. Deinde cum rationes & causas ostendisset, alias adducit, ad primā generationē sermonē referens his uerbis, *Non enim est uir ex muliere, sed mulier ex uiro.* Quòd si id quod ex aliquo est, gloria illius Gene.2.d est, ex quo est: multo magis si imago sit. *Etenim non est creatus uir propter mulierē, sed mulier propter uirum.* Secunda hæc uiri excellētia, uel potius tertia & quarta. Prima nāque est, quòd caput nostrū Christus est, nos autē mulieris. Secunda, quòd nos gloria dei, nostra autem mulier. Tertia, quòd non nos ex muliere,
F sed illa ex nobis. Quarta, quòd non nos propter illā, sed illa propter nos. *Ideo d ebet mulier uelamen traductum habere super caput suū & propter angelos.* Sed qd nā hoc in loco hæc particula, ideo, significat? Ex præ dictis omnibus, inquit, uel potius non horum tantū gratia, sed angelorum. Nam si uirū despicis, inquit, angelos saltem reuereare. Ergo uelari & subiectionis est & potestatis. Vt enim deorsum aspiciat, admonet, & reuereatur, & propriā seruet uirtutē. Virtus enim subditi, ⌜est honor & obedientia. ⌜Vir quidē ⌜& honor, est obedientia. non cogitur hoc facere, domini enim sui imago est. Mulier meritò cogitur. Intellige igitur quàm iniquè facias, quando in tanta cōstitutus potestate, te ignominia afficis, mulieris habitu accepto, & perinde facis, ac si diademate ornatus, id proiicias, & diadematis loco seruile uelamen accipias. *Veruntamen neque uir sine muliere, neq; mulier sine uiro in domino.* Nā cùm multam dedisset uiro excellentiam, cū ex eo mulierem esse diceret, & propter ipsum, & sub ipso, ut neq;

G uiros supra debitum extollat, neq; illas uiliores faciat, uide quo pacto uerba sua corrigit: Veruntamen neq; uir sine muliere, neque mulier sine uiro in domino, Noli, inquit, principia tantū inuestigare, neq; generationem illam. Nam si futura quæreres, alter alterius causa est, uel potius nō alter alterius, sed deus omnium, ideo inquit: Neq; uir sine muliere, neq; mulier sine uiro in domino. Nā sicut mulier de uiro, ita & uir per mulierem: nō dixit de muliere, sed rursum de uiro. Adhuc.n. hoc ipsum integrum manet apud uirum, sed non hominis hæc, uerū dei officia. Quare addidit, *Omnia aūt ex deo*. Quòd si dei omnia, ipse autem hæc præcipit, pareas & noli contradicere. *In uobisipsis iudicate, decet mulierē non uelatā orare deum?* Iterum in his rebus eorum subit iudiciū, quod fecit, *Supr.8.c.* cū de idolorum sacrificiis locutus est: etenim illic, inquit, quòd ipsi iudicarent, & idem ferè in hoc loco in quo qd horribilius significatur: hoc enim pacto cōtumeliam in deum transire asserit, sed non est his uerbis usus. Māsuetius autem quodāmodo & significantius, Decet, inquit, *mulierē non uelatam orare deū: certè neq; ipsa natura docet uos. Quòd uir quidē si comam* H *nutriat, ignominia est illi: ꝛmulier uerò si comā nutriat, gloria est illi: ꝛquoniā capilli pro uelamine ei dati sunt*. Qđ semper facit, ut cōmunes ponat rationes, idē & hoc in loco obseruat, & cōmuni nixus consuetudine eos maiorem in modum reprehendit, qui ea à se discere negligunt, q̄ communi consuetudine facilè disci possunt. Huiusmodi nanque neq; barbaris ignota sunt. Et aīaduerte quo pacto ubiq; formidolosis uerbis utitur. Omnis uir orans, habens aliquid circa caput, deturpat caput suum. Et iterū, Si uerò turpe est mulieri tōderi aut decaluari, uelet caput suū. & hoc itē in loco, *Quòd si uir comā nutriat, ignominia est illi. Muler uerò si comā nutriat, gloria est illi: quoniā capilli p uelamine dati sunt ei*. Et si pro uelamine dati sunt, inqt, qua gratia aliud addendum est uelamen? ut non tantum suapte natura, sed etiam uolūtate subiectā se esse confiteatur. Quòd enim te uelari oporteat, naturali primū lege institutum est. Igitur quoque tua spōte uelare, ne naturæ leges peruertere uidearis, qđ sum mæ temeritatis est, ut non solū nobis, sed & naturæ *Deu.12.d* bellū indicamus. Ideo Iudæos deus his uerbis argue I bat, Interfeciſti filios tuos & filias tuas, hoc sup omnia scelera tua. Et Romanorum luxuriam iterū Paulus increpans, his uerbis accusationē auxit, ostendēdo quòd nō solum præter diuinā legem, sed præter naturam uterentur: Mutauerunt, inquit, naturalem *Rom.1.c.* usum in eum qui est contra naturam. Idcirco & hoc in loco hanc mouet rationē? & idem ostendit, & nihil alienum sancit, & quòd q̄ apud gentiles innouata sunt, omnia sunt præter naturā. Idem & Christus *Mat.7.b.* ostēdit. Quæcunq;, inqt, uultis ut faciāt uobis homes, *ꝛdeclarās qđ ni* & uos facite eis, ꝛuidelicet quod nihil innouarent. ꝛ *hil innouaret.* *Siquis autē uidetur contentiosus esse, nos talem consuetudinē non habemus, neque ecclesia dei*. Ergo cōtentionis est, ut his cōtradicant, non aūt rationis. Veruntamē etiā sic reprehēsioni moderatus est, & uerecundè qdem, quod etiam grauiorem fecit orationem: Nos enim, inquit, talē consuetudinē non habemus, ut cō tēdamus, litigem⁹, certemus: neq; hic cōstitit, sed addidit, Neq; ꝛecclesiaꝛ dei. Ex quo ostēdit, qđ uniuerso *ꝛecclesiæ.* orbi terrarū se obiiciūt, & oppugnant nō obtemperando. Sed tunc cōtendebant Corinthij, nūc uniuersus orbis legem hanc & suscepit & obseruat, tāta est crucifixi potentia. Sed ueror nequandō mulieres ali K quæ forma accepta & aliter tectæ, reipsa ignominia affectę inueniātur. Propterea ad Timotheum scribēs *1.Ti.2.b.* non contentus his Paulus alia addidit, dicens: In habitu ornato cum uerecūdia & sobrietate, ꝛornantes se, nō in tortis crinibus, aut auro. ⌋Nā si nudū caput habere nō decet, sed potestatis signū quocūq; circū ferre, longè magis re ostēdendū est. Quamobrē priscæ illæ mulieres uiros dominos appellabant, & honoratiore loco cedebant. Etenim illi, inquit, suas diligebant uxores. Noui hoc, neq; me fugit. Sed q̄ tibi facienda sunt admonemus, noli eorum mores cōsiderare: etenim cū pueros admonemus, ut parentibus pareant, dicimusq;, scriptū est, Honora patrē tuum *Deu.5.b* & matrem tuam: dicūt nobis, Prosequimini scriptu- *et Ma.15.* ram dicentem, Vos patres nolite prouocare filios ue- *a.* stros. & cū seruis dicimus scriptum esse, ut obediant *Ephe.6.a* dominis, & nō ante oculos obediant: & ipsi rursum, *Col.3.d.* quæ sequūtur nobiscū expostulant, qđ eadē domini admoneantur: etenim ipsis etiam Paulus præcepit remittendas minas. Nō tamen ita faciamus. Neq; quæ aliis data sunt præcepta q̄ramus, quādo alicuius crimi- L nis accusāmur. Neque.n. si socium haberes criminis, culpa uacares, sed unum duntaxat tibi considerā dum est, quo pacto te præstes innoxiū. Nam & Adā *Gen.3.d.* in mulierem culpam retulit, & ipsa rursum in serpentem: sed neutrū culpa exemit huiusmodi purgatio. Noli igitur hanc mihi in præsentia excusationem afferre, sed oī annitere modestia uiro debitum exhibere. Nā cū uirum tuū admoneo, ut te amet, & colat, ꝛnō omitto quin legē mulieri posità in mediū addu cam, sed quę ipsi quoq; uiro⁹ scripta est exigo. Tu igitur quæ decēt operare dūtaxat, & exhibe te uiro faciem. Vel potius si pp deū uiro parueris, noli mihi proponere, quæ ab eo fieri deceāt, sed ea qbus te legislator fecit obnoxiam, diligenter exequere: hoc enim maximè est deo parere, ꝛsi legē præuaricari nō patieris. ꝛPropterea q amicū amat, nihil sibi magnū facere, uidetur. Qui uerò exosum colit, hic maximè coronatur. Eodē & tu modo cogita, qđ si molestū uirū perturberis, clarissimā coronā accipies: sin modestum & mansuetum, quod nā tibi præmiū deus dabit? Hęc autē dico, non ut uiros in mulieres exasperari admoneam, sed suadeo mulieribus, ut uiros ēt asperiores perferant. Quando enim ꝛuterq; ꝛsuum nititur implere officium, etiā proximi utilitas sequitur, ut exēpli M gratia: Quando mulier asperiorem uirū perferre parata est, & uir molestiorem ēt mulierem cōtumelia non afficit, tunc omnia quieta sunt, & portus ibi trā- *ꝛunusquisque.* quillissimus patet. Ita priscis fiebat tēporibus, suum unusquisq; implebat officiū, nō quod proximū decetet, requirebat. Cōsidera quæso, Accepit fratris filiū *Gen.12.b* Abrahā, nō accusauit uxor: iussit ut lōgū iter faceret, non contradixit, sed mandatum secuta est. Itē post multas illas miserias, & labores, & sudores⁹, omnium dominus factus, cessit ipsi Lot Abrahā prelatione il- *Ibid.13.d* la, & non solū non ægrè tulit Sara, neque quicq̄ tale locuta est, quemadmodū multæ hoc tempore mulieres assolēt, cum in huiusmodi partibus uiros suos inferiores uideāt, & maximè minoribus cōparatos, eos stultos, demētes, effœminatos, proditores, stupidos exprobrando appellant. At Sara nō modò quic quam tale nō dixit, sed ne cogitauit qdē: sed mariti probauit uolūtatē, & qđ maius est, ex quo ille uotis suis satisfecit, & minorē patruo reliquit portionē, gra

A uissimum periculū subijt: quod cū ad patriarchę aures peruenisset, suos oēs armauit, & aduersus oēm Persarum exercitū cum suis dūtaxat familiaribus se *Gen.14.c* præparauit. Neq; Sara dissuasit, neq; dixit, quæ tunc dici poterant, mi uir quò ruis in præceps, quò impelleris? Cur te tantis exponis periculis, & pro homine qui te iniuria affecit oēm sanguinē effundis? Quòd si teipsum contemnis, saltē mei quæ propter te domum & patriam reliqui, & amicis & cognatis carere potui, & in tam longinquas regiones tecum peregrinata sum, miserere, & noli me uiduitate, & uiduitatis malis afficere. Nihil hmōi, neq; dixit Sara, neq; cogitauit, sed omnia silentio pertulit. Præterea cùm ꝛmulierū⁊ sterilis esset, minimè ꝛ mulierū labores perpessa, neq; morę con- partu distracta: ille fletꝛ non ad uxorem, sed ad deū. queritur: Et animaduerte, quo pacto uterq; decorum seruat. ille uerò Neq; ipse Saram tanquam sterilem cōtempsit, neq; flet. quicquā tale exprobrauit: & illa rursum conata est *Gen.16.a* aliquam ei sterilitatis suæ à pedissequa consolationem excogitare. Nondū enim hæc tunc temporis, sicut nunc prohibebātur. Nunc enim minimè mu- B lieribus licet, ut huiusmodi uiris permittant, neq; illis sciētibus aut inscijs uxoribus fas est, ut his se admisceant, licèt sæpenumero sterilitatis dolor pertur- *Esa.66.g* bet. Nam audient & ipsi quòd uermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Non enim hoc tempore permittit, quod tunc non negauit. Ideo & mulier hoc fecit, & ille paruit, neq; sic propter uoluptatem. Sed uide qūo eam rursum expulit, cùm ipsa iuberet. Atqui hoc ego uolo ostendere, alterū alteri omnia persuasisse. Veruntamen noli his tantū attendere: sed cū hæc dicis, etiā priora inquire, quòd con- ꝛquòd ad tumelia eam affecit, ꝛquòd in uxorem est irritatus: ꝛ uersus do quo quid potest liberæ mulieri & pudicæ miserius minam su excogitari? Ne igitur uiri uirtutem expectet mulier, perbi inde suam exhibeat. Hoc.n. nihil magnum est, neq; ebat. rursum uir mulieris modestiam, & inde philosophetur. Neq; enim hoc eius officiū est, sed uterq;, ut dixi, suum præoccupet officium. Nam si alienis, qui dextram nobis maxillam percutiant, etiam siniſtrā præbere oportet, longè magis asperior uir ferendus est. Neq; uerberandam uxorem dico: absit. Vltima C nanq; ignominia est, non eius quæ uerberatur, sed qui uerberat. Sed si casu aliquo talē nacta eris maritum, noli ægrè ferre, sed repositū tibi ex his præmiū intellige, & in præsenti uita laudē. Et uos uiros illud admoneo, nullū sit tam magnū peccatū, quod ad uerberandū uxorem uos cōpellat: & quid uxorem dico? Ne seruam quidē uerberare, & manus in eam iniicere, uiro libero esset tolerandū. Quòd si seruam uerberare uiro maximæ ignominiæ est, multò magis contra liberā dextram extendere. Et hoc ab gentium legūlatoribus cognoscere possumus, quiꝛquæ uapulauerit, non amplius cum marito habitare cogunt, utpote qui indignus sit, ut cū ea amplius consuetudinē habeat: etenim summa iniuria est uitæ sociam, & in rebus necessarijs antea tibi cōiunctā tanquam mācipium ignominia afficere. Ideo huiusmodi uirum, siquidem uir appellandus est potius q̄ fera, & patricidæ & matricidæ similē esse dixeris. Nā si *Gen.2.d* patrem & matrem uxoris gratia relinquere præcipi- *& Mat.* mur, non ut iniuriam eis faciamus, sed diuinam le- *19.a* gem impleamus, & ipsis parentibus tam gratū, hoc est, ut relicti gratiā habeant, & id multo studio exequantur: quo nam pacto nō ultimæ dementiæ est, eam contumelia afficere, pp quam parētes deus dimittendos præcepit? Nōne hoc tantū insania? Contumeliam aūt quis feret, quæso? quam quæ oratio posset ostendere, quando ululatus & gemitus per angiportus tolluntur, & tam turpis uiri domum à uicinis & prætereuntibus concurritur, tanq̄ ad ferā quandam omnia domi uastātem, cui sanè esset melius ut terra dehisceret, q̄ amplius in foro conspicere tur. Sed incitat, inquit, mulier. Verum considera mulierem debile uas esse. Tu aūt uir propterea princeps factus es, & capitis loco datus, ut subditæ feras imbecillitatem. Velis igitur tuum illustrare principatū, quod facies, si subditæ non insultaueris: & quemadmodum rex tantò clarior apparet, quantò præfectū suū clariorē ostendit, quem si inhonoraret, & cōtumelia illius dignitatis magnitudinem afficeret, non paruam gloriæ suæ partē auferret: itidē & tu, si illam quæ secundū post te locū obtinet, contumelia affi cis, nō parum tui principatus honori derogas. Hæc igitur omnia tecū reputa, & modestus sis, & cū his illius noctis recordare qua aduocato te ad se pater tanq̄ depositū quoddā filiam tibi tradidit, & oībus E relictis, matre domo, & seipso, oēm eius curam tuę dextræ cōmisit. Intellige quòd cū deo pp ipsam filios habes, & pater factus es, his tu rationibus in eā māsuetus esto. Nō uides agricolas quāta diligētia q̄ semel semē acceperit terrā colūt, quanuis innumera habet uitia? ut exēpli gratia quāuis arida sit, quanuis malas herbas producat, q̄uis humoris abūdātia loci natura offendatur, colit tamē: hoc.n. pacto prior fructū & trāquillitatē cōsequeris: etenim portus est mulier, & maximū securitatis remediū. Quòd si uētis & fluctib⁹ portū liberaueris, ex foro reuersus trāquillè uiues. Quòd si perturbatione & tumultu impleueris, tibiipsi longè grauius strues naufragiū. Ne igitur hoc fiat, fiat qđ dico. Quotiescūq; aliqd molesti domi cōtigerit, siquid uxor peccauerit, consolare, & noli mœrorē augere. Licet.n. oīa proiicias, nihil molestius continget, quā non habere beneuolā domi uxorem: licèt quodcunq; dixeris peccatū, nullum magis dolendum inueneris, quā cū uxore seditionem habere. Itaque propterea omnium maximo in honore habenda est huiusmodi dilectio. Quòd si F inuicem onera ferenda sunt, multò magis uxoris: & si pauper sit, noli exprobrare: & si stulta, noli ei insultare, sed esto modestior: etenim tuum membrum est, & caro una facti estis. Sed stulta est, ebria, iracūda. Igitur dolendum est, non irascendum: & deo supplicandum est, & ipsa admonenda, & adiuuāda cōsilio, & omni conatu annitendum, ut illis liberetur affectibus. Quòd si uerberaueris, exasperabis morbum: asperitas.n. mansuetudine, non alia asperitate dissoluitur. Præterea quā à deo mercedem acceptu- rus sis considera. Nam cū eam uerberare possis neque id dei metu facias, sed multa ei⁹ uitia æquo animo perferas, leges ueritus, quæ prohibent uxorem eiiciendam quocunq; uitio laborauerit, maximam mercedem accipies, & ante mercedem multa lucraberis: eam nanq; obsequentiorem reddes, & tu ob eam fies mansuetior. Fertur quendā externorū philosophorum, cum malam haberet uxorem, prauā, temulentā, & interrogaretur, qua gratia eius mores toleraret, respondisse: ut gymnasium & palęstrā phi » losophiæ domi habeā. Ero enim, inquit, cū alijs mā » suetior, cū in ea quotidie toleranda erudiar. Multū

S acclamauistis. Verũ multũ ego doleo, quòd gẽtiles nobis sint sapiẽtiores, nobis inquã, qui angelos imitari iubemur, uel potius ipsum deũ per mansuetudinem. Philosophus hac gratia malã dicitur nõ eiecisse uxorẽ. Sed & quidã propter hoc duxisse referunt. Ego aũt cùm multi homines stultiores sint, admoneo ut primũ omnia faciant & conẽtur, ut bonam accipiant uxorẽ & omnis plenam uirtutis. Quòd si falli contingeret, ut neq; bonã, neq; tolerabilẽ uxorem domum duceret, tunc philosophũ hunc imitari, & eam omni ex parte informare, & nihil eiusmodi proponere oportet. Nã & mercator nisi cũ socio pacta faciat, qbus pacificè inter se uiuant, non prius deducit nauẽ, neq; alias tangit merces. Itidẽ & nos omnia faciamus, ut uitæ sociam & huius negociationis & nauis summa cũ tranquillitate domi conti neamus. Hoc pacto cætera omnia tranquilla succedent, & securè præsentis uitæ pelagus trãsmittemus. Hæc nobis domo, seruis, pecunijs, agris, ciuilibus, & oibus deniq; rebus honorabilior sit, néue ipsa nobiscũ domi in seditione & discordia uiuat. Ita & alia
H nobis ad uoluptatẽ cedent, & in rebus spiritalibus multam habebimus commoditatem, si unanimes hoc iugum traxerimus, & quæ nobis reposita sunt bona consequemur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia. XXVII.

Oc autem ⌜præcipio non laudans, ⌜quòd non in
b melius, sed in deterius conuenitis. Necessarium est præsentis criminis causam prius afferre. Ita. n. facilius hũc sermonẽ discere poterimus. Quæ nam igitur ea est: Quemadmodũ in tribus milibus, qui principio crediderunt, oẽs cõmuniter comederunt, & in cõe omnia possederunt: ita & tunc cũ hęc scripsit Apostolus, factũ est, sed non tam certè, tanquam⌜ dubitatio quædam⌜ illius cõmunicationis pmaneret, & in posteros descẽderet, & cũ cõtingeret alios quidem pauperes, alios diuites esse, nõ omnia in cõe conferebant. Cões autem faciebant mensas institutis diebus, ut decebat, & collectione perfecta post mysteriorum cõmunicationem, ad commune omnes epulum conueniebant, & cibi ferebãtur per sumptuosos, pauperes & qui nihil habebant, ab illis uocabantur, & cõmuniter oẽs discumbebant. Sed procedente tempore huiusmodi aboleuit cõsuetudo. Ex hac diuisione cõtigit, ut alij his, alij illis se adjungerent, & dicerent: Ego quidẽ illius sum, ego aũt illius, ut in principio epistolæ corrigẽdo dicebat: Significatũ est enim mihi de uobis fratres ⌜mei ab his qui sunt Chloës, quia contentiones sunt inter uos: hoc aũt dico quod unusquisq; uestrum dicit, Ego quidẽ sum Pauli, ego aũt Apollo, ego uerò Cephæ. Non quòd⌜ cũ Paulo seipsos adiicerent, non passus est, ⌜sed prorsus radicitusq; morem auferre uolens, seipsum adscripsit, ostendens quòd quãuis⌜ seipsum qui cõi corpori inscriberet, discussus tamẽ est, & sicl absurdũ esset & iniustitiæ⌜ extremę. ⌝ Quòd si in hoc iniquum, multò magis in illis inferioribus. Cùm igitur hæc abolita esset optima & utilissima cõsuetudo: (erat enim dilectionis argumentũ, paupertatis consolatio, diuitiarũ moderatio, maximæ philosophię materia, doctrina humilitatis.) cũ, inquam, tot bona abolita essent, cũ terrore meritò in hunc modum loquitur: ⌜Hoc autẽ præcipio non laudans. In priore enim crimine, utpote multis cauẽtibus aliter K
incepit. Laudo aũt uos, quòd per oia mei memores *Ibid.11.a*
estis. Hoc aũt in loco contrà: Hoc aũt præcipio non laudans, ideo neq; pòst increpitans eos, qui de dolorum sacrificijs comedũt id posuit. Sed cũ asperius id esset, medio iniecto de coma sermone, ne ex uehementibus criminibus iterum grauius reprehẽdendo, etiam asperior uideretur, rursum uehementius aggreditur, inquiens: Hoc aũt præcipio non laudãs. Quale hoc est, quod nunc dicturus sum. Quid sibi uult, ⌜præcipio non laudans? ⌜Non susc̃ipio uos, in- ⌜præci-
quit, quod ad consilij necessitatem me compulistis. *piens non*
Non laudo, quòd ad hoc doctrina indigetis, quòd *laudo?*
uobis præceptũ necessarium est. Animaduertis quo pacto ab ipso principio rem ualde absurdã ostẽdit. Cùm. n. nullius præcepti debet indigere, qui peccat, ut non peccet, ueniã peccatũ nõ meretur. Et quare non laudas? Quia nõ in melius, sed deterius conuenitis inquit: hoc est, quòd non proficitis in uirtutẽ, cum opus sit augere eam & magis cõtendere. Vos iam obtinentẽ consuetudinem minuistis. Itaq; meo indigetis præcepto, ut ad priorẽ ordinem redeatis. L
Inde ne pauperũ gratia tantum dicere uideatur, nõ statim de mensis sermonẽ ingreditur, ne propterea leuior reprehensio uideretur, sed elegit uerbũ, quod maximè horrorem incuteret & formidinẽ. Quare inquit, *Primum quidem conuenientibus uobis in ecclesia, audio dissidia esse in uobis.* & non dicit, audio uos nõ simul cœnare, audio uos priuatim manducare, & nõ cũ pauperibus: sed quod maximè credibile erat, quod eorũ mentes percelleret, id posuit, nomen scilicet dissidij, quod erat ipsa causa: & illius iterum meminit, quod in epistolæ principio dictum est: Significatum est mihi ab his, qui sunt Chloës, *& ex parte credo.* Ne enim dicerent, Quid igitur si calumniatores mentiuntur? Neq; se credere dixit, ne impudentiores faceret: neq; rursum nõ credere, ne uideretur stultè reprehẽdere, sed ex parte credere. Quo uerbo solicitudinem eis incutit, & ut corrigãtur aduocat. *Nam oportet & hæreses in uobis esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant in uobis.* Hæreses hoc in loco non doctrinę intelligit, sed horũ dissidiorũ. Quòd si doctri
nę diceret, non ita ansam pbuisset: etenim Christus M
inquit, Necesse est ut ueniant scandala. Sed non ar- *Mat.18.d*
bitrij libertatem his uerbis tollit, neq; necessitatẽ aliquam, & uiolentiam uitæ imponit. Sed proculdubio ob prauam hominum mentem futurum erat prædixit: ⌜quod quidem futurum erat, nõ quia prædixit, sed Job eorum qui curari non poterant uoluntatem. Non enim quòd hæc prædixerit, idcirco hęc facta sunt, sed cum proculdubio futura essent, ideo prædixit. Nam si necessitatis essent scandala, & non uoluntatis eorum, qui ea mouent, superfluum esset quòd dixit: Væ homini illi per quem scandalum uenit. Sed hoc apertius in suo loco disputabimus. Nũc *Ibidem.*
ad propositum uenire necessarium est. Nam quòd de his hæresibus dixerit, quæ circa mensas fiebant, & de huiusmodi cõtentione & seditione, ex sequentibus palàm fecit. Nam cùm dixisset, Audio dissidia esse in uobis: non hìc constitit, sed ostendens quæ dissidia diceret, prosequens inquit, *Vnusquisq; suam cœnam præsumit ad manducandum.* Et iterum, *Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum, aut ecclesiam dei contemnitis?* Sed quòd de his dicat, perspicuum est. Quòd si dissidia hæc ap-

Sup.1.b *⌜Paulo se ipsos addixisset, nequaquam n. passurus erat.*

⌜ipsum quis inscriberet, à cõi corpore discussus, id tamen est sic.

⌜præcipiens non Laudo, Sic & in sequentib. Actio. 2. & 4. g

⌜ desluxus quidam.

A pellat, noli admirari. Nã, ut dixi, hoc uerbo eos impellere uult. Quòd si in doctrina esset dissidium, nõ tam placidè eos allocutus esset. Audi quæso, cũ cõtra hoc dissidiũ loquitur, quã uehemẽs sit, quã cau-
Gal.1.b tus, quanta utatur reprehensione. ⌜Cautus quidem & securus, ut cum dicit: ⌝ Sed licèt nos aut angelus de cœlo euangelizet uobis præterquã quod euangelizauimus uobis, anathema sit. Increpat aũt quẽ admodũ cũ dicit, Qui in lege iustificamini, à gratia excidistis: & non quidẽ canes appellat, ⌜qui eas⌜ cor-
Gal.5.a *Fæos qui* rumpunt: ⌜dicens. uidete canes ⌝ nunc autem haben-
Phili.3.a tes cauterio notatã cõsciẽtiã, & iterum angelos diaboli. Sed in hoc loco nihil tale locutus est, sed placidè & remissè. Quid aũt significat, *Vt qui probati sunt, manifesti fiant in uobis?* ut maiorẽ in modũ clari euadant. Cuius sententia hmõi est, quòd immutabiles & firmi non modò nihil offenduntur, sed clariores apparent. Illa enim particula, ut, nõ causalis ast, sed etiã nonnunq; rerũ euentũ significat. In qua significatione à Christo posita est, cũ dixit: In iudiciũ ego in hunc mundũ ueni, ut qui nõ uident, uideãt: & qui
B uident, cæci fiãt. Ita & Paulus de lege disputãs, inq̃t,
Ioã.9.g Lex aũt subintrauit, ut abundaret delictũ. Sed non
Rom.5.d propterea lex data est, ut augerẽtur peccata Iudæorũ, sed id euenit, Neq; Christus propterea uenit, ut q uiderent, cæci fierent, sed cõtrà. contigit autẽ id. Ita & in hoc loco intelligendũ est, ut qui probati sunt, manifesti fiãt. Non. n. propterea factæ sunt hæreses, ut probati manifestarentur: sed cũ huiusmodi hæreses fierẽt, id cõtigit. Hęc aũt dixit pauperes cõsolatus, ut magno aio eũ cõtemptũ tolerarent. Ideo nõ dixit, ut probati fierẽt: sed, qui probati sunt, manifesti fiãt, signicans eos antea tales fuisse, sed mistos cũ multitudine, & à diuitibus adiutos nõ multũ apparuisse. Nunc autẽ seditio ipsa & cõtentio manifestos eos fecit, quẽadmodũ gubernatorẽ tẽpestas ostẽdit: & nõ dixit, ut uos probati manifestaremini: sed, ut qui probati sunt, manifesti fiãt, hoc est, qui in uo-
⌜cũ laudat, bis ⌜tales sunt. ⌝ Neq; n. accusando eos manifestat, ne
C impudẽtiores fiãt, neq; ⌜laudat, ⌝ ne languidiores, sed suspẽdit sermonẽ & hũc & illũ, singulorũ conscientiæ uerba sua accõmodãs. Neq; pauperes tantũ hoc mihi in loco uidetur cõsolari, sed qui nõ aboleuerunt cõsuetudinẽ: etenim adhuc esse poterãt, qui eam seruarent. Quare, inquit, *Et ex parte credo.* Meritò igitur eos probatos inquit, qui nõ tantũ cũ alijs seruauerunt consuetudinẽ, sed sine illis qui hanc bonam legem seruarunt: facit autem hoc, ut his laudibus & altos & hos annitatur promptiores efficere: deinde eius peccati genus meminit. Quod nam id est? *Cõuenientibus uobis in unũ*, inquit, *iam nõ est dominicã cœnã mãducare.* Vides quã reprehẽsiuè & narrationis modo cõsulit. Aliã enim conueniendi formã dicit, nam amoris est & fraternæ dilectionis, unus enim uos omnes locus accipit, & simul congregamini, mensa autẽ non simili cõuentu: & non dixit conuenientibus uobis, non est cõmuniter manducare, neq; inuicem: sed aliter & lõgè formidolosius eos his uerbis tangit, Non est dominicã cœnã mãducare, ad illam
⌜ipsum prãdiũ. eos noctẽ relegans, in qua admirãda mysteria Christus tradidit, Propterea cœnam⌜ optimã⌜ uocauit: etenim illa cœna communiter oẽs habuit inclusos. Atqui nõ tanta est differentia diuitum & pauperũ, quãta magistri & discipulorũ. Infinitũ enim illud. Et quid dico magistri & discipulorũ? Cogita differen-

tiam magistri & proditoris. Veruntamen & magi- D
ster cũ discipulis accumbit. Neq; proditor iectus, sed ciborũ factus est participes, & mysteriorũ soci⁹. Inde interpretatur, quo nõ est dominicã cœnã mãducare. *Vnusquisq; enim suam cœnã præsumit ad mãducandum, & alius quidẽ esurit, alius est ebrius.* Vides quo eos esse maiori ignominia afficere ostẽdit. Quòd enim dominicũ est, priuatum faciũt. Itaque ipsi primi sunt ignominia affecti, qui à mensa sua maximã abstulerunt dignitatem. Quo nam pacto? Quoniã dominica cœna, hoc est, domini, debet esse communis. Quæ enim domini sunt, nõ huius sunt serui, non alterius, sed omnibus communia. Quod enim dominicum est, idem & cõmune. Nam si domini tui est: quemadmodum est: non debes tanquã propria tibi assumere, sed tanquã res domini communiter omnibus proponere. Siquidẽ hoc est dominicum: nunc autẽ non sinis esse⌜ dominicum, cũ non sinas esse ⌜commune, sed tibi comedis. Quare addidit, Vnusquisq; enim suã cœnã præsumit ad mandücãdũ: & nõ dixit, abscindit, sed, præsumit, quo uerbo placidè eos & gulę & temeritatis accusat: hoc & E
in sequentibus ostendit. Nã cũ hoc dixisset, rursus addidit: *Et alius quidẽ esurit, alius autẽ ebrius est.* Quorũ utrunq; immoderationis erat, & indigẽtia, & excessus. Ecce alterum peccatũ iterum eos lædens. Primũ quidẽ quod eorum cœnã ignominia afficit, alterũ quòd uẽtri uiuunt, & inebriantur, & quod grauius est, pauperibus esurientibus. Quæ. n. omnibus cõmuniter proponenda erant, ea ipsi soli comedũt, & in ingluuiẽ & ebrietatẽ prorũpunt. Ideo non dixit alius esurit, alius saturatur: sed, ebrius est. Horum enim singula natura sua accusatione digna sunt: etenim ebrietas ẽt si non cõtemnãtur pauperes, peccatum est⌜ tum ẽt pauperũ contemptus, quanuis non inebrieris. ⌜Cũ aũt utrunq; simul coniungitur, intelligę quãtus sit iniquitatis excessus, Inde q̃ absurdũ sit ostẽdẽs, multa cũ indignatione iam terrorẽ incutit, dicẽs: *Nunquid domos nõ habetis ad manducãdũ & bibẽdũ, aut ecclesiã dei contemnitis, & cõfunditis eos qui nõ habẽt?* Vides quo à pauperũ contumelia ad ecclesiã crimẽ trãstulit, ut asperiorẽ faciat sermonẽ. Ecce & quarta accusatio, quãdo nõ pauperes tantũ, sed F
ecclesia lęditur. Quemadmodũ. n. dominicã cœnã priuatã facis, ita & locũ, tãquã domo ecclesia usus. Ecclesia. n. facta est, nõ ut diuisi simus, cũ cõuenire oporteat, sed ut diuisi coniũgamur, & hoc cõsuetus ostẽdit: Et cõfunditis, q nõ habent? Non dicit, fame absumitis qui nõ habẽt, sed lõgè grauius, ut ostendat, quòd nõ uictus ei tãtũ curæ est, q̃tũ iniurię ⌜ eos factę. Ecce & quinta accusatio, nõ solũ esurientes despicere, sed cõfundere. Hoc aũt dixit bonorũ pauperũ gratia, ostẽdẽs quòd nõ ita uẽtris gratia, ut ignominię dolẽt. Simul aũt ut ⌜ misericordiã auditore trahat. Tãtã igitur ostẽdẽs absurditatẽ, cõtumeliã in ecclesiã, q̃ in pauperes sit ebrietas & cõtẽptus, remittit rursum reprehensionis uehementiã repentè, dicens: *Laudabo uos? in hoc non laudo.* Quod quis in eo maximè miretur, quòd cũ perterrere uehemẽtius post tantorũ peccatorum reprehensionẽ, & tangere debuisset, ipse contrariũ faciat. Remissius. n. loquitur, & dat ut respirent: q̃ nã causa sit, dicemus. Vehemẽtius eos tetigit accusationẽ augẽs, & cũ medicus sit optim⁹, uicissim uulneribus sectionẽ inducit. Neq; q̃ profunda indigẽt sectione, in superficie incidit. Au-

Gdisti igitur quo pacto qui apud eos fornicabantur, abscidit. Neque q̄ leniori indigent medicina, in his ferro usus est. Propterea hoc in loco mansuetiori uti tur sermone. Ad hæc maximè eos mansuetos erga pauperes facere curauit: ideo remissius loquitur. Inde uolens eos aliunde maiorem in modū arguere, à magis propriis sermonem suum his uerbis intexit. *Ego enim accepi à domino qd & tradidi uobis, quoniã dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panẽ & gratias agẽs fregit & dixit, Accipite & manducate, hoc est corpus meū, quod pro uobis* ⌜*tradetur: hoc facite in meam commemorationẽ.* Qua gratia hoc in loco mysteria cō memorat? Quoniam maximè necessarius in præsenti materia hic sermo erat. Et. n. dominus tuus eadẽ oēs mensa dignatus est, quanuis supra oēs admiratione dignissima, & omniū superante dignitatem. Tu autē eos tua & parua & uili indignos arbitraris, & cū in spiritalibus ⌜te superet, ⌜diripis terrena. Non enim hæc tua sunt. Sed non ita dicit, ne asperum faciat sermonẽ, sed māsuetius loquitur, Quoniã Christus, inquit, ī qua nocte tradebatur, accepit panem.

H Et quare temporis meminit, & noctis illius & proditionis? Non temerè, neq; sine ratione, sed ut maximè eos à tempore quoq; compungat. Quamuis enim quis lapis esset, illa nocte audita, qū cum discipulis tristis erat, qū traditus est, quomodo ligatus, qū abductus, iudicatus, qū denique omnia passus est, cera mollior fiet, & terram, & oēm terræ abiiciet cogitationem. Propterea in oium illorū memoriam nos adducit, per tempus & mēsam & proditionem nos argues, quòd dominus tuus seipsum tui gratia tradidit. Tu aūt ne fratrem quidem tibi facis participem tui ipsius gratia. Qūo autem dicit se à domino accepisse? Neq; enim tūc aderat, sed Christum persecutus est: ut intelligas nil amplius illam mensam ⌜quàm quę ⌜postmodum habuisse: etenim hodie ipse est, qui omnia operatur, & tradit quēadmodum tunc. Neque propter hoc solùm noctis illius meminit, sed ut aliter nos compūgat. Quemadmodum enim illorum maximè meminimus uerborum, quæ ultimo in loco à discedentibus audiuimus, & ad hæredes, si eorū auderent mandata contemnere, exhortātes dicimus, Intellexistis quòd hāc ultimam dimisit nobis pater, & quo tpe expirabat, hæc præcepit? Sic Paulus & hinc horrendū facere sermonem suum uolēs, Recordamini, inquit, hoc ultimum nobis mysterium prębuisse, & ipsa nocte qua erat pro nobis moriturus, hæc præcepit, & post eā traditā nobis cœnam, non amplius aliam apposuit. Deinde ea enarrat quæ facta sunt dicens: *Quòd accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit,* ⌜*accipite mãducate: hoc est corpus meū quod pro uobis* ⌜*tradetur.* ⌜Si igitur & tu cum gratiarū actione accesseris, nihil his indignū facias. Nēue uelis ignominia afficere fratrē, néue contemnas esurientem, neq; inebriare, neque cōtumeliā dicas in ecclesiam. Accedas gratias agēs pro his quibus frueris. Igitur & ipse uicem redde, & noli à proximo ⌜scindi: etenim Christus omnibus æqualiter dedit dicens, Accipite, manducate. ⌜Illud ⌜corpus æqualiter dedit. Tu autem quod cōmune est, non communicas: etenim pro omnibus pariter fractū est, & æqua portione distributum. Similiter & calicem postq̄ cœnauit, dicēs: *Hic calix nouū testamentum est in meo sanguine, hoc facite, quotiescunq; bibe ritis in meam commemorationem.* Quid dicis, commemorationē Christi facis, & pauperes despicis, neque horrescis? Sed si filj uel fratris defuncti facis commemorationem, terrore concuteris conscięti æ, nisi cōsuetudinē impleres, & pauperes conuocares. Cū au tē domini tui meministi, ne quidem mensam communicas. Quid autē id significat, Hic calix nouum testamentū est? Erat autem ueteris testamēti calix, ⌜sacrificia, & sanguis brutorum: etenim post sacrificium, in calice, & phiala sanguine accepto, ita ⌜sacrificabant. ⌜Cū igitur pro sanguine brutorum sanguinem suum induxisset, nequis his auditis perturbare tur, illius ueteris sacrificij meminit. Deinde de cœna illa referens, præsentia his quæ tunc fuerant, copulat: ut quemadmodū in illa ipsa uespera & mensa dispositi, ab ipso Christo hoc acceperunt sacrificium, ita & nunc disponerentur, & inquit: *Quotiescunq; comederitis panem hunc, & sanguinem hunc bibetis, mortẽ domini annunciabitis donec ueniat.* Quemadmodum Christus. n. & in pane & in calice in meam commemorationē facite hoc dixit, causam nobis ⌜absc̄dēs ⌜quare mysterium daret, cū alijs hāc esse dicens sufficientem nobis ad pietatem. Nam cū intelliges, qd propter te dominus passus est, sapientior efficieris. Ita & ipse iterum inquit, Quotiescunq; manducaueritis, mortem eius annunciabitis: & hæc illa cœna est. Deinde ostendens, quòd usq; ad cōsummationem maneat, inquit, Donec ueniat. *Itaque quicunque manducauerit panem hunc, uel biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini.* Quid tandē? Quoniam effudit illum, etiam cædem id esse ostendit, non tantum sacrificium, quemadmodum tūc cū trāsfixerūt, nō ut biberent transfixerunt, sed ut effunderēt: ita qui indignè communicat, nullum inde fructum ⌜consequitur. ⌜Vides quanto cum terrore loquitur, & quanta cum uehementia eos tangit, ostenditq;, quòd si ita participaturi essent, indignè appositis participarent. Qua nā igitur ratione nō idignè qui pauperes contemnūt, & præter contemptū ignominia afficiūt? Nā si non dare pauperibus à cœlorum regno hominē eiicit, etiam si uirgo sit uel potius non larga manu dare (⌜siquidem uirgines illæ oleū habebant, sed non abundantius) intellige quātum mali sit, tanta absurda operari. Quæ nā, inquit absurda? Quid dicis? Quæ absurda? Tātæ mēsę participes fuisti, & cū omniū māsuetissimus esse, & angelis par deberes, omniū crudelissimus factus es. Sā guinem gustasti dominicum, neque sic fratrem tuū agnoscis: & qua nam dignus es uenia? Atqui si eum antea ignorabas, mensæ tamen gratia eum te cognoscere oportebat. Nunc autē & ipsam inhonoras mensam, qui cum eius particeps esse dignus habitus sis, tuo illū cibo indignū arbitraris. Non audisti qua pœna affectus sit, qui centum denaria petiit? Quomodo latam sententiā irritam fecit? Ignoras qui sis, qui fueris? Non cognoscis teipsum, quòd hoc paupere pecunijs lōgè pauperior es beneficijs, cū innumerorum plenus sis peccatorū? Veruntamen his omnib⁹ te liberauit deus, & tali te mēsa dignum effecit. Tu autē neq; sic humanior ē te exhibuisti. Igitur nihil aliud relinquitur, q̄ ut tortoribus tradaris. Hęc & nos omnes uerba audiamus, quicūq; huc cū pauperibus ad sacrā hanc mensam accedimus. cū autem egredimur, ne eos quidem uidisse uidemur, sed inebriamur: & eos negligimus, qui esuriunt, quorū Corinthiū tunc accusabantur. Et quando hoc fit, inqt

Semper

A Semper quidē, sed maximè in solēnitatibus, quādo minimè faciendū esset: etenim tunc post cōmunicationē statim subit ebrietas., & pauperum cōtēptus: & cū sanguinem acceperis, cū ieiunij tēpus est & sobrietatis, comessaris & inebriaris. ⌜Et si aliquid utile cōsequeris pransurus, custodis teipsum ne alio malo cibo prius corrumparis. Spiritū aūt conuiuā acce pisti, satanicum subinducis cibum. ⌜Cōsidera cum sacras illas cœnas apostoli accipiebant, quid tum faciebant? Nōne in preces cōuertebantur & hymnos? Nōne in sanctas uigilias? Nōne in longam illam doctrinam, & multæ plenā philosophiæ? Magna. n. & admirabilia tunc eis narrabat & adnunciabat Iesus, cū Iudas discederet uocatū, qui eum erant crucifixuri. Non audisti qūo tria milia simul cōmunicantes semper uehementiores erant in orationibus & doctrina, non in ebrietatibus & comessationibus? Tu autem prius q̄ accipias, ieiunas, ut aliquo modo dignus cōmunicatione uidearis: cū autem acceperis, & oporteret in cōtinētia perseuerare, omnia perdis. Quanquam æquum est ante & post cōmunicationem ieiunare: oportet enim utroq; tpe cōtinentem esse, sed maximè post acceptū ⌜spiritum: ⌜antè, ut dignus fias accipiendi: postmodū, ut non indignus uidearis, qui acceperis. Quid igitur? ieiunare oportet post eius acceptionē? Non dico hoc neq; cogo, licèt bonum sit, tamen non cōpello, sed admoneo, ne in delicijs uiuas ad saturitatem. Quòd si nunq̄ in delicijs uiuendū est, & hoc Paulus manifestauit, cùm dixit, Quòd quæ in delicijs est uiuens, mortua est, longè magis tunc morietur. Nā si mulieri deliciæ mors est, multò magis uiro: & si in alio tempore hoc perdit, multò magis post mysteriorū cōmunicationē: tu aūt cùm panem uitæ accipias, opus mortis exequeris, neque horrescis. An ignoras quot ex delicijs mala proueniant, risus intempestiuus, uerba immodesta & plena exitij, scurrilitas, garrulitas infructuosa, & alia quæ ne dicenda quidē sunt: & hoc facis, cū ad Christi mensam discubueris, in die illa qua carnē eius lingua attingere dignatus es? Ne igitur hęc fiāt, dextram tuam, linguam, labia cōsidera, quo pacto uestibulum Christo facta sunt, ut ingrediatur. Con

C sidera quo tpe accedis, & cū sensibilem mensam apponas, ad illā mēsam, cœnam dominicam, ad discipulorum uigiliam in illa sancta nocte animum dirige. Nam si diligenter præsentia inquiremus, præsentia nox sunt potius: uigilemus igitur cū domino, cō pungamur cū discipulis. Orationum tēpus est, non ebrietatis, & quidem semper, maximè aūt in solennitatibus: solēnitas enim propterea instituta est, nō ut turpiter uiuamus, neq; ut peccatis abundemus, sed præsentia tollamus. Et licèt me frustra hæc dicere intelligam, non tamen cesso. Nam si nō oēs mihi parebitis, non oēs eritis cōtumaces. Immo si nemo parebit, mihi quidē maior merces acceder, uos magis condemnabimini: ⌜& quamuis nulla hinc sequatur utilitas, non tamen propterea cesso, ⌜quin dicā: fortasse enim fortasse assiduitate mea uos cōmouebo. Quamobrem uos rogo, ne in nostrum hæc faciamus detrimentū. Educemus Christū, demus ei bibere, induamus, hæc illa digna sunt mensa. Audisti hymnos sacros, uidisti nuptias spirituales, in regia mensa discubuisti, impletus es spiritu sancto, simul cum Cherubim in choreis fuisti, socius factus es supernis potestatibus. Noli tantam lætitiam abij-

D cere, noli thesaurum effundere, noli te ebrietati dedere, quæ anxietatis mater est, diaboli lætitia innumera pariēs mala: hinc enim morti similis somnus, hinc grauedo capitis, hinc morbi & obliuio & mortis imago. Præterea ne amico quidē ⌜uelle, ut ebrius obuiam fieret. ⌜Cū autem Christum intus habeas, audes quæsō, tantum uini ingurgitare? Sed delicias amas. Igitur ab ebrietate cessa: etenim ego te in delicijs esse uolo, sed in ueris quæ nunq̄ lāgueſcūt. Quæ igitur ueræ deliciæ sunt? quæ semper florēt. Voca ad prandium Christū, participem rerum tuarū facias, uel suarum potius, hoc immensam habet uoluptatem & semper florentē. Verùm sensibilia non hmōi sunt. Sed simul & apparēt, & abolentur, & qui in delicijs est, nihil melius se habet, q̄ qui in nullis est delicijs, immo peius. Ille. n. tanquam in portu sedet, hic tanquam in fluctibus & morborū obsidionibus, tantum æstum ferre minimè potest. Ne igitur hæc fiant, modesti simus. Ita enim corpus bene dispone mus, & animam in securitate constituemus, & præsentibus & futuris malis liberabimur, & cœlorū regnum consequemur, gratia & benignitate domini E nostri Iesu Christi, cui gloria in secula, Amen.

Homilia. XXVIII.

Probet aūt seipsum homo, & sic de pane edat, & de calice bibat. Quid nam hęc sibi uerba uolunt, cū alia sit proposita materia? Hic Paulo mos est, ut superius diximus, nō solū ea prosequi quæ sibi proposita sunt: uerū etiam si alius subiectę materiæ sermo incidat, eum diligēter exequi, & maximè cū de ualde necessarijs & cogentibus mentio fiat: etenim quādo ad nubentes locutus est, & in familiarium sermonē uenit, uehementer multis eum modis confirmauit: & quando non esse iudicandū in iudicijs dicebat, iterum in auaritiæ admonitionē defluxit, & multa in hāc sniam locutus est, quod & in hoc loco fecit. Cū enim oino mysteriorum esset memoria, necessarium arbitratus est hanc aggredi materiam. Non. n. parua erat, ideo ualde terribiliter de ea locutus est, bonorū indicando caput, ut puta cum conscientia accedatur. Ideo neq; his quæ prius dicta sunt, duntaxat cōtentus hæc addidit, Probet aūt seipsum homo: quod & in secunda inquit, Vos- F met tētate, si estis in fide, ipsi uos probate. Nō quē- 2. Co. 13. b admodū nunc facimus, temporis gratia accedētes, magis q̄ animi studio: neq; ut præparati ad uitia nostra expurgāda cōpunctionis pleni accedimus, sed ut in solennitatibus simus, quando oēs adsunt cōsideramus. Sed non ita Paulus præcipit, sed unum tēpus nouit, quo accederemus, cōmunicationis & conscientiæ puritatē. Nam si sensibili nunq̄ communicaremus mensa, si febre laboramus, ⌜& malis humoribus abūdamus, ne perderemur: longè magis hanc tangere nephas est, absurdis cupiditatibus impediti, quæ febribus grauiores sunt. Cū autē absurdas dico cupiditates, et corporū dico, & pecuniarū, & iræ, & succensionis, & oēs simpliciter absurdas: q̄ omnia accedentem exhaurire oportet, & ita purum illud attingere sacrificiū, non pigrè disponi, & miserè cogi, propter solēnitatem accedere, neq; rursum compunctum & præparatū impediri, eo quòd non sit solēnitas. Solemnitas enim bonorum operū est demonstratio, animæ puritas, uitę certitudo: q̄ si habueris, semper celebrare poteris solēnitatē, & semp accedere. Propterea, inquit, Probet autem seipsum

homo,& ſic edat:nō iubet,ut alter alteri probetur, ſed ipſe ſibi nō publicū faciens iudiciū, & ſine teſte argumentum. *Qui enim comedit & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit.* Quid dicis, dic quæſo? tā torum bonorū cauſa,& quę uitā exhibet menſa, iu dicium fit? Minimè propter eius naturā, ſed pp acce dentis uoluntatē. Quemadmodū.n.præſentia eus, quæ magna illa & arcana nobis bona ⌜affert, niſi accipiatur, magis damnat: ⌜ita & myſteria maioris punitionis præbent uiatica his, qui indignè cōmuni cant. Et quō iudicium ſibi manducat? inquies, *Non diiudicans corpus domini.* Hoc eſt, nō inueſtigans,nō conſiderans, ut oportet,magnitudinē propoſitorum,nō reputans muneris magnitudinē: ſi enim di dideris diligenter,qui ſit propoſitus, & qui cui ſeip ſum exhibet, nullius alterius indigebis ratione, ſed hoc tibi ad oēm ſobrietatē ſufficiet,niſi ſis ignauiſi mus. *Ideo inter uos multi, & infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.* Hīc iterū non amplius aliunde exem pla adducit,quemadmodū in idolorum fecit ſacrifi cijs, ubi ueteres narrauit hiſtorias, & plagas in eremo: ſed ab ipſis Corinthijs, ex quo magis obſtupe ſcendū ſuum fecit ſermonē: cùm.n.diceret, Iudiciū ſibi māducat & bibit,& reus eſt: ne uideatur uerba dicere,& opera oſtendit,& teſtes eos aduocat: ⌜qđ magis minas tangit,cū euenturas oſtendit. ⌜Non ta men his ſolis contētus, ſed ab his ēt de gehenna in duxit,& credibilem fecit ſermonē,& utrinq; terrorē incutit,& circunlatam undiq; ſoluit quæſtionē. Nā cū multi inuicem dubitent, unde immaturæ mor tes,unde longi morbi, ex peccatis dicit multa eorū quæ non ſperantur exoriri. Quid igitur? Sani,inquit, ſemper,& qui ſeneſcendo pingueſcunt,non peccāt? Et quis nam hoc diceret? Quō igitur,inquit,non da bunt pœnam? quoniam illic dabunt grauiorē. Nos autem ſi uoluerimus, neq; hic neque illic dabimus. *Quòd ſi noſmetipſos diiudicaremus, non utiq; iudicare mur.* Non dixit,ſi puniemus, ſi ſupplicium de nobis ſumemus: ſed,ſi diiudicaremus: hoc eſt, ſi noſtra tā tùm uoluerimus peccata cognoſcere,ſi cōdemnare noſipſos, liberaremur utiq; & ab huius & futuri ſe culi ſupplicijs: qui enim ſeipſum cōdemnat, dupliciter deum placat,& quòd peccata ſua cognoſcit, & quòd in poſterum pigrior ad peccandum efficitur. Quoniā aūt neq; hoc,quod leue eſt, ut oportet fa cere uoluimus, neq; ſic cū orbe terrarū punire eos ſu ſtinet,ſed adhuc parcit, in hac uita iudiciū exigens, cuius caducū eſt ſuppliciū, & multa remedia. Hoc enim à peccatis liberamur,& bona futurorum ſpes quæ leuat præſentia. Hæc aūt dicit, ſimul & imbecil les conſolans, ſimul & alios ſtudioſiores faciens: quare inquit, *Dum iudicamur autem à domino, ⌜corri pimur.* Non inquit, punimur, non inquit, pœnas da mus: ſed, erudimur, oſtēdēs admonitionis id magis eſſe, q̄ damnationis, medicinæ q̄ ſupplicij, correctio nis q̄ pœnæ. Neq; propter hoc tantū, ſed maius mi nitando ſuppliciū leue præſens efficit, dicens: *Vt non cum hoc mundo damnemur.* Vides quō & gehennam propoſuit,& horrendū illud iudicium, & neceſſariā & omnino futuram inquiſitionē,& ſuppliciū oſten dit. Nam ſi fideles & ſtudioſi nō euadent ſupplicū, in quibus peccabunt,& cōſtat ex præſentibus: mul tò minus infideles, & qui adeò peccant, ut ſanari nō poſſint. *Itaq; cū conuenietis ad manducandum, inuicem expectate.* Adhuc enim permanente in eis formidine & tremore gehennæ, uult iterum pauperum gratia admonere, propter quod hæc oia dicta ſunt, oſten dens quòd qui hoc non faciunt, indignè communi cant. Quòd ſi non communicando ſuas facultates ab illa menſa quis prohibetur, multò magis rapien do. Et non dixit, ut cōuenientes cum indigentibus cōmunicetis, ſed honeſtius, inuicem expectate: hoc enim & illud cōfirmauit ⌜ligauitq; & honeſto dicen di modo admonuit. Deinde iterū uerecundè, *Siquis aūt eſurit, domi manducet.* permittendo prohibuit, & uehementius q̄ ſi prohibuiſſet. Ab eccleſia enim eū expulit,& domum relegauit. Quo uerbo maiorē in modum eos tangit,& uituperat,tanq̄ uētris ſeruos, & incontinentes. Non.n.dixit, ſiquis deſpicit paupe res: ſed, ſiquis eſurit,tanq̄ ad pueros ęgrè ferentes lo quens,tanq̄ ad bruta uentri obedientia: etenim ma ximè ridiculum,ſi ob eſuritionē deberent domi mā ducare. Neq; hoc contentus eſt,ſed aliud formido loſius ſubdidit, dicens: *Vt non in iudicium conueniatis.* Hoc eſt,in ſupplicium, eccleſiam cōtumelia afficien tes & fratrē: etenim propter hoc cōuenitis, inquit, ut ametis uos inuicē, ut & utilitatem faciatis, & conſe quamini. Quòd ſi cōtrariū fit, tolerabilius domi co medetis. Hoc aūt ideo dicit, ut magis eos commo ueat. His nanq; uerbis, quod inde futurū ſit detrimē tum oſtendit,& iudicium eſſe dixit non paruum,& undiq; perterruit à myſterijs, ab imbecillib⁹, à mor tuis, ab alijs antè dictis. Præterea aliunde etiam per terret, dicēs: *Cætera aūt cùm uenero, diſponam.* Vel alia quædam, uel hoc idē ſignificat. Cū enim credibile eſſet ipſos aliquas cauſas allaturos, & nō liceret per literas omnia corrigere, quæ admonui iam ſeruen tur, inquit: quòd ſi quicquam aliud dicendū eſt, in meum aduētum reſeruetur: uel de hac re loquitur, ut dixi, uel de alijs non multū urgentibus. Dicit aūt hoc, ut hinc ſtudioſiores faciat. Cogitantes enim eū affuturum, debebant peccatū ſuum corrigere. Neq; enim paruū erat Pauli aduentus, quod oſtendēs di cebat: Tanq̄ nō uenturus ſim ad uos, ſic inflati ſunt quidā: & alibi iterum, Non in præſentia mea tantū, ſed multò magis nunc in abſentia mea, cū metu & tremore ueſtrā ſalutē operamini. Propterea nō ſim pliciter dixit ſe uenturū, ut non diffiderent, & pigrio res efficerentur: ſed cauſam ponit profectionis ne ceſſariā, dicens: Cætera cū uenero, diſponā: oſtēdēs quòd cæterorum correctio, etſi pp aliud non feſti naret, omnino eum illuc traheret. Hęc igitur audien tes omnia, & pauperum maiorē in modū curā ha beamus, & uentrem cohibeamus, & ebrietate libe remur, & myſterijs dignè communicare conemur, neq; quæ patimur, ſiue in nobis, ſiue in alijs doleā mus: ut exēpli gratia, cū immaturæ mortes accidūt, cū longæ ægritudines. Hæc.n.pœnæ liberatio, eſt hæc correctio, hæc admonitio optima. Quis hęc di cit? Qui Chriſtū in ſe loquentē habet. Veruntamen ſunt multæ mulieres quæ tam ſtultè afficiuntur, ut infideles luctus magnitudine ſuperent, & alię quidē doloris caligine hoc faciunt, aliæ aūt ad oſtentatio nem, & ut exterorum calūniam deuitent, quas om ni penitus uenia carere profiteor. Vt igitur ille nō re prehendat, inquit, reprehendatur deus: ut homines brutis ſtultiores non ⌜deprehendantur: ⌜regis om nium lex conculcetur: & quare hæc non digna ſunt fulmine? Et ſi ad cœnā te quiſpiā uocet poſt luctū, nemo contradicit, quoniā lex hominum eſt, quę ita

⌜attulit, *eos qui nō recepe runt, ma gis dam nauit.*

⌜*quod magis minari tangi, cū quod mi natur re ipſa eue nire oſten dit.*

⌜πρὸς δούμε θα. i. cor ripimur ſiue eru dimur.

Sup. 4. d Phil. 2. b

⌜*reprehē dant.*

iubet. Cū deus aūt iubeat non flendum, omnes re clamant. An ignoras Iob, mulier? Nōne uerborum eius recordaris in filiorum amiſsione, quæ innume ris coronis ſacrum illud caput cinxerunt, & citharis plurimis clarius prædicauerunt? Non reputas eius calamitatē, & nouū illud naufragiū, & inſolitam & admirabilē tragœdiā? Tu enim unū fortaſſe amiſi ſti, uel alterum, uel tertiū. Ille autem tot, & cùm mul tos filios habuiſſet, ſine filijs repentè factus eſt. Et ne⌜ paulū⌝ quidē eius uiſcera cōcuſſa ſunt, ſed ſubitò omnis fructus ablatus eſt, nō communi naturæ le ge, neque ſenio, ſed immatura & uiolenta morte, & omnes ſimul, neq; præſente Iob, neq; iuxtà ſedente perierunt, ut ſaltem ultimis acceptis uerbis, aliquā cepiſſet conſolationē tam amaræ mortis. Sed præ ter omnē ſpem nihil eo ſciēte obruti ſunt, & domus ſepulchrū eis, & laqueus factus eſt, neq; mors imma tura tantū, ſed & alia multa patrem torquebant: ut exempli gratia, Quòd omnes in ætatis flore erant, omnes uirtute præditi, oēs amore & corpore coniū cti, utriuſq; ſexus, quòd nullus ſupererat, non con muni naturę lege. Præterea quòd poſt tantam cala mitatem ⌜nullius ſibi ſceleris conſcius erat, quòd cū illis nō idem paſſus eſſet. ⌜Horum ſingula per ſe ſuf ficientia erant quæ eū perturbarent. Cū autem om nia ſimul cōcurrerent, conſidera fluctuū magnitu dinē & tempeſtatis, & quod maius & luctu grauius eſt, ignorabat qua nam cauſa id accidiſſet. Idcirco cū nullā habuiſſet cauſam, ad quā tantam referret calamitatem, ad dei uoluntatem retulit, dicēs: Domin⁹ dedit, domin⁹ abſtulit, ut domino uiſum eſt, ſic factū eſt: ſit nomen domni benedictū in ſecula: & hæc dicebat. Et cū ſeipſum ultimis afflictum cala mitatibus intueretur, quāuis ſumma uirtute prædi tum, malos aūt homines & deceptores felices eſſe, & in delicijs uiuere, nihil dixit, quale quidē ſolent im becilles. Inquiunt enim, propterēane filios educaui, & omni exercui diligentia? Propterea aperui domū trāſeuntibus, ut poſt multos illos curſus pro indigē tibus, pro nudis, pro orphanis has habeā remune rationes? Sed horū loco, omni ſacrificio meliora illa uerba protulit, Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Quòd ſi ſcidit ueſtimē ta ſua, & comā icidit, noli admirari. Pater enim erat, & pater amantiſsimus, & oportebat naturali moue ri miſericordia, & animi ſententiā oſtendere. Quòd niſi hoc feciſſet, fortaſſe torporē quis putaſſet fuiſſe ſapientiā. Ideo & ⌜animum⌝ ſuum, & ſapientiæ dili gentiam præ ſe tulit, & dolori non conceſsit. Sed cū ulterius mala procederent, & magis oppugnaretur, aliā ſibi coronā nectit ex uerbis quæ ad uxorē hā buit. Inquit enim, Si bona ſuſcepimus de manu do mini, mala aūt quare nō ſuſtineamus? Et enim uxor ſo la iā relicta erat oībus amiſsis, & filijs, & poſſeſsioni bus, & ipſo corpore, & ipſa ut eū probaret & inſidia retur. Idcirco ipſam unā cū filijs non perdidit diabo lus, neque eius mortē expetiuit, cū putaret multum eā ſibi conferre ad ſanctum hūc expugnādū. Quā mobrē tanq̄ maxima quędā arma ſibi eā reliqt. Nā ſi è paradiſo p eā hoiem eieci, inquit, multò magis ⌜à ſtercore impediret⌝ potero: & intuere malitiā. Neq; enim perditis bob⁹ neq; aſinis neq; camelis, ſed neq; domo diruta, neq; filijs ruina obtritis, hac uſus eſt fallacia, ſed tacet adhuc, & ceſſat, cōſiderata athle tæ fortitudine. Sed cum uermiū fons ſcaturiebat, & putrida cutis decidebat, & conſumptæ carnes ſa niem grauiter fœtentē efflabāt, & ſartagine, & forna cibus, & omni flāma miſerius eū diaboli manus cō ſumebat, fera omni crudelius undique eius corpus deuorans, cū diutius is hac eſſet calamitate confe ctus, tunc uxorē ſubornat. Nā ſi in calamitatis prin cipio acceſsiſſet, nō ſanè eū inueniſſet ita eneruatū, neque ita poſſet exprobrare calamitatē, & tanta lo qui audacia. Nunc aūt cū uideret ob temporis lon gitudinē, & ſanitatis quā cupidiſsimum, & malorū ſinem maiorē in modū deſiderantē, tunc accedit. Cùm enim tā ualde conſumptus eſſet, nec iam am plius reſpirare poſſet, ſed mortem optaret, audi qd dicat. Si enim poſſem meipſum uincere, uel rogare alterū, id facerē. Et conſidera mulieris malitiam: un de ſtatim exorditur à longitudine temporis, Quo uſque⌜ conſumeris, ⌝inquit? Quòd ſi ſæpenumero ſine rebus ſermones dūtaxat mollire animum poſ ſunt, conſidera quid eum perpeſſum eſſe credibile eſt, cū hæc audiret, & ita re ipſa torqueretur: & qđ peius eſt, uxor hæc dicebat, q̄ & cum eo uerſabatur, & faſtidiebat, & idcirco annitebatur eum ī deſpera tionem inducere. Verū ut manifeſtius machinam huic adamantino muro admotam uideamus, etiā ipſa uerba conſideremus. Quæ nam ea ſunt? Quo uſq⌜ conſumeris? ⌝Ecce expeto modicū tempus, & ſalutis ſpē. Ac ſi diceret, arguit uerba tua tēpus, lon gius quidē, ſed nullam oſtendit bonam ualetudinē tuam. Hæc autē dicebat, nō ſolū ut in deſperationē eum induceret, ſed ut etiam exprobaret, & uituperaret. Etenim Iob cū perturbatam uxorem ſempr conſolatus refutaret, talia loquebatur: Expecta ad huc parumper, & ſtatim his finis imponerur. Quā re eum exprobrās, inquit, Nunquid nūc idē dixeris? Multum enim iam temporis prēterierat, neque finis ullus cernebatur. Et conſidera malitiam: non me minit boum, nō ouiū, non camelorū: ſciebat enim non multū his affligi: ſed ad naturam ſtatim uenit, & filios in memoriā reducit. In his enim uidit & ue ſtem ſciſſam, & comā detonſam: & non dixit, perdi dit tuos filios, ſed miſerabilius, deleuit tui memoriā è terra, propter quòd filij deſiderantur. Nam ſi nunc reſurrectione apparēte chariſsimi ſunt filij, eo quòd ſeruant migrantium memoriā, multò magis tunc: propterea execratio hinc oritur aſperior. Neque.n. ⌜qui illic filios execratur, ⌝dixit perdidit, ſed deleuit eius memoriā à terra: quod ſignificauit, cū dixit fi lij tui & filiæ tuæ. Nam utriuſque naturæ diligenter meminit, quaſi dicat: Si tibi nulla eorum cura eſt, ſaltē me intuere, uteri mei dolores, & labores, quos fruſtra perpeſſa ſum. Cuius ſententia eſt: Quæ ma ius pertuli, & plus laboraui, iniuriam abs te accipio. Nam cùm tanta perpeſſa ſim, fructu omni priuata ſum. Et conſidera quod non meminit iacturam pe cuniarū, neque tacet eam & præterit, ſed ut licebat, quod calamitoſius erat, ennarrat. Cū enim dixiſſet, & ego errans, & cultrix locū ex loco, & domum ex domo peragrans, & iacturam ſignificat, & uehemē tem oſtendit dolorem: etenim hæc uerba ſufficien tia erant, quæ calamitatem augerent. Ad aliorum uenio oſtia inquit, neque mendico tantùm, ſed er ro. Seruio ſeruitutem peregrinam & nouam quocū que peragrans, & calamitatis meæ ſigna circunfe ferens, omnes mea mala edoceo, & quod oīum mi ſerrimum eſt, domum è domo permuto. Neq; hic

Iob. 1. d

Iob. 2. c

Iob. 2. c

⌜*fin ſterco re ſuppli tare.*

⌜*illic quō execra tur, filios.*

Universidad de Biblioteca

G lamentationis suæ finē imponit, sed subdidit: Expectans Solē, quando occidat, & quiescā à laboribus meis, & qui circunueniunt me doloribus, qui me cō prehendūt. Cū alijs suaue sit, inquit, Solis radios spectare, hoc mihi graue est, desiderabilis autē nox & tenebræ. Ipsa enim sola labores meos lenit, ipsa mihi malorū affert consolationē. Sed dic uerbū ad dominum & morere. Vides hic etiam malignitatē, quo pacto ⌜non⌝ in ipso cōsilio statim exitialem induxit admonitionē. Sed primū miserē calamitatē narrauit. Auget enim credulitatē: admonitionem autem breui comprehendit, neq; manifestē eā ostendit, sed obumbrat: mutationē adducit, maximè desiderabilem mortē adnunciando quemadmodū cupiebat: & considera in hoc loco diaboli malignitatē. Cùm enim sciret quo Iob in deū desiderio teneretur, non dimittit mulierē ut deum accuset, ne tanquā inimicam quāprimū amoueret. Propterea minimè eius meminit, sed quæ acciderant calamitates in ore frequenter habet. Tu autē cū his quæ dicta sunt, quòd uxor hæc consulebat, addas, quòd grauis rhetor est ad decipiendū, qui inconsultiores sunt. Multi igitur sine calamitatibus mulierum consilio decepti sunt. Quid igitur beatus hic adamante fortior? Toruo eā uultu aspicit, & ante uocem aspectu machinas propulsauit. Illa autē lachrymarū fontes mouere expectabat, hic aūt leone uehemētior factus est furore plenus & indignationis, nō pp mala quæ patiebatur, sed pp illa q̄ diabolicè consulebat, & uultu ipso furorē præ se ferens, modestē reprehēdit. Siquidem in calamitatib⁹ modestus erat. Et quid inquit? Quasi una de stultis mulieribus locuta es. Non ita te eruditi, inquit, non ita te educaui. Quamobrē neq; cōiugem meam agnosco. Verba hæc stultæ mulieris, & insanientis cōsilium: Vides modestiā incisionē & plagam quæ sanare morbū posset: deinde post terrorē cōsilium iterū adducit, quod ei remediū afferre poterat, & rationis plenum. Quod nā? Si bona suscepimus à domino, mala nō sustineamus? Recordare inquit, superiorum illorum, & considera authorē, & feres hæc æquo animo. Vides uiri modestiā? Non enim fortitudine sua tolerantiā cogitat, sed rerum consequentię eam esse inquit. Pro quibus enim meritis illa nobis deus exhibuit? quā nam ei uicem soluisti? Nullam sanē, sed sola bonitate sua omnia accepisti. Donum nanq; erat non præmiū, & gratia non remuneratio. Igitur hæc forti animo feramus, hunc nos uiri & uxoris sermonē scriptū habeamus, & uerba hæc animo impressa sint, uel potius quæ ante hæc dicta sunt, & harū calamitatū historiā, tanquā imaginem menti inscribamus, iacturam pecuniarū, filiorū amissionē, plagā corporis, opprobria, irrisiones, multeris machinas, diaboli insidias, omnes (ut uno uerbo dicā) iusti hominis passiones cum diligētia recolentes portū nobis tranquillissimū præparemus, ut omnia generosē & cū gratiarum actione pferentes, in præsenti uita oēm abijciamus mœrorē, ut huius actionis gratiarū mercedem cōsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorū, Amen.

Iob.7.a

Iob.2.c

Ibidem.

Ibidem.

Homilia. XXIX.

Ca. XII. E *spiritualibus autē nolo uos ignorare fratres.*
d *Scitis.n.cum gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini eūtes.* Totus hic locus ualde obscurus, est obscuritatē autem & rerum ignorātia & defectus facit, earū scilicet quę tunc contingebāt, nūc autem abolitæ sunt. Et qua nā gratia in præsenti nō fiunt? Ecce iterum quæstio obscuritatis alteram nobis quæstionem peperit. Sed quid nā tūc fiebat, qd non fiat in præsentia? Verùm hæc paulò pòst dicenda reiiciamus. Num quæ tunc temporis contingebant, referamus. Quid igitur? Siqui baptizabantur, linguis quamprimùm loquebantur, neque tantum linguis, sed multi prophetabant. Nōnulli alijs prædicti erant potestatibus. Nā cū ab idolis recederēt, neque manifestè scirent, neque ueteribus libris assueti baptizarentur, mox spiritum accipiebant. Cū autē spiritum nō cernerent, quippe qui inuisibilis est, sensibile quoddam indiciū dabat operationis illius gratia, & hic quidē Persarum, ille Romanorū, ludæorum alius, alius alia quadam lingua loquebatur. Ex quo exterius etiam perspicuum erat, spiritum in ipso esse, dum loqueretur. Quare ita eum appellat, dicens: Vnicuique autem manifestatio spiritus datur ad utilitatē: gratias manifestationē spiritus appellat. Nam cùm hoc primū apostoli signum acceperunt, etiam fideles hanc linguarum gratiam accipiebāt, neque hanc duntaxat, sed & alia plura: etenim multi mortuos suscitabant, dæmones expellebant, & alia multa huiusmodi faciebant miracula, & donis pollebant, alij quidem minoribus, maioribus alij: sed maximè linguarum, quòd eis simultatis causa factū est, non suapte natura, sed accipientiū stultitia. Qui enim maioribus erant prædīti, contra eos qui minores acceperant, nitebantur. Illi rursus dolebant, & inuidia in maiores ferebantur. Quòd autē maxima omniū linguarū esset apud eos gratia, in sequentibus ostēdit ipse Paulus. Cū igitur letalis hinc plaga oriretur, & inter eos charitas solueretur, hoc agit maximè ut eos corrigat: ⌜euenerat enim hoc etiā Romæ⌝, sed remissius. Quamobrē in epistola ad Romanos id tangit, sed sub umbra & breuibus uerbis ita inquiēs: Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, oia autem membra nō eandem habent operationem: ita multi unū corpus sumus in Christo. Singuli autem inuicem mēbra, habentes autē dona secundum gratiam, quæ data est nobis diuersa, siue prophetiā, ⌜siue⌝ portionē fidei, M siue ministerium in ministrando, siue qui docet in ⌜secundū⌝ doctrina. Quòd autē illi in ⌜stultitiam⌝ hinc incidissent à principio, his uerbis significauit: Dico autem per gratiam, quæ data est mihi omnibus qui sunt in uobis, non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, unicuique ut deus distribuit mensurā fidei. Illis igitur (non multùm enim dissensione peccabant & ⌜stultitia⌝) ita loquitur, hic autē ⌜arrogantia⌝ uehementius. Nam plurimum hoc affectu detinebantur. Neque tantùm hoc eos perturbabat, sed illud, quòd multi uates illic erant, utpote cū ea ciuitas magis gentilitati inhæreret, & cum alijs etiā hoc malo impediretur, & pturbaretur. Ideo à principio uaticinij & prohetiæ ponit differentiam. Propterea enim discernendorum spirituum uim accipiebant, ut iudicarent & intelligerent quis nam mundo spiritu loqueretur, quis immundo. Cū enim illinc non possent quæ dicerentur demonstrari: propheta .n. non eo quo dicitur tempore, sed in futurum ueritatis præbet indicium, nec facile cognitu, quis nā prophetaret, aut qs mētiretur. Diabolus.n. iniquissimus igrediebatur prophetātes, & pseudoprophetas facie

Rom.12.a

Rom.12.a

L

A bat, qui etiam futura prędicebant. Deinde cū primū eorum uerba ⌜obscura⌝ essent, nondū euenientibus, quę prędicebantur, & facile ⌜repellerētur⌝: ⌜falsum.n. & uerum exitus arguebat: ne ante finem auditores deciperentur, dat eis signum, quo ante rei euentum, & hunc & illū ostenderet, & hinc accepta occasione & principio in donorum mentionē descendit, & contentionem corrigit, quę inde proueniebat. Primū tamen de uatibus sermonem his uerbis aggreditur, *De spiritualibus autem nolo uos ignorare fratres.* Spiritualia signa appellat, quoniam maximè solius spiritus opera sunt, nihil humano in his studio conferēte ad huiusmodi miracula facienda: & quū de his disputaturus sit, primùm, ut dixi, differentiā uaticinij & prophetię ponit, inquiens: *Scitis enim cùm gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini eūtes.* Cuius loci sententia hęc est: In idolis siquis unquam ab immundo spiritu deprehēdebatur, & uaticinabatur, tanquā ductus trahebatur à spiritu deuinctus, nihil sciēs qd diceret. Hoc enim uatis proprium est, mente commo-
B ueri, & necessariò compelli, & trahi tanquā furiis percitū. Propheta autē non eiusmodi est, sed sobria mēte & modesta & firma, quę loquitur omnia ut decet nouit. Itaq; ante finem saltē hinc & uates cognoscitur & propheta. Et considera quomodo sine suspicione suā prosequitur orationem, quū eos testes aduocat, qui rem experti sunt. Quòd enim nō fallā, inquit, neq; temerè gentes carpam, neq; tanquā inimicus decipiam, ipsi uos mihi testes estis: etenim scitis quòd quum gentiles eratis, quomodo tunc ducebamini. Quòd siquis hos tanquā fideles suspectos dicet, agē ab externis hoc uobis manifestū faciamus. Audi igitur Platonem dicentē, Quemadmodum sortilegi, & uates dicunt quidē multa & bona, sciunt autem nihil eorū quę dicunt. Audi & alium, item poetam eadem ostendentem. Quū enim in ceremoniis quibusdam & magicis in homine quispiā dæmonē colligasset, & ille uaticinatus esset, deinde uaticinans deiiceretur, dissipareturq;, & dæmonis impetum perferre non posset, sed ita distractus, esset periturus: his
C qui talia magica operabātur, iquit, Soluite iā regem. Mortalis deum adhuc non capit. & iterū, Soluite mihi coronas & meos pedes, liquida aqua aspergite, & lineas delete, & ueniā. Hæc & huiusmodi. Possunt.n. & alia multa dici, sed hæc utraq; nobis ostendunt & necessitatē, qua detenti seruiunt dæmones, & uiolentiam quam sustinent hi, qui omnino eis seipsos exhibent, & mente destituūtur. Pythia autem (cogor.n. & aliam eorū turpitudinē in præsentia prædicare,) quæ fortasse bene prætermitti posset, quū nobis de-
ces⌝ non sit hæc dicere, sed ut manifestius eorū dedecus intelligatur, necessarium dicere, ut saltē hinc cognoscatis eorū stultitiam, & nimiā irrisionē, qui uatibus utuntur. Dicitur ergo ipsa Pythia mulier quædā
Pythia. sedere in Apollinis tripode deductis cruribus, inde malus spiritus deorsum redditus, & p genitales eius partes transiens, furore mulierē implere, hāc autē crines soluere, & debacchari, & spuma ora perfundere, ebria & isana uerba proferre. Noui uos pudere & erubescere, hæc audiendo, Verū illi superbiunt, & propter ignominiā, & propter insaniā huiusmodi. Hæc igitur & talia Paulus remouens dicebat, Scitis enim quum gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini euntes: & quū ad nō ignaros huius rei uerba faceret, non omnia diligenter exequitur, quū nol-

⌜reprehēsioni non obnoxia⌝ imponeret

D let eos perturbare, sed tantū in memoriam reducit, & in omnium mentionem eos reuocat, & ⌜quamprimùm à proposito⌝ breuibus se absoluit. Quid autē significat, ad simulachra muta? Hi uates ad illa ui ducebantur. Quòd si muta, quomodo illis utebantur? Qua autē gratia ad simulachra eos adducebat dæmo? tanquā captiuos & ligatos, simul autē ut errorē persuasibilē facerent, & ne mutus lapis putaretur, cu-
rabant idolis homines adiungere, ut opera ⌜sua⌝ illis inscriberentur. Verū nostra non eiusmodi sunt, sed nō posuit nostra, hoc est prophetarū: etenim manifesta erant, & in ipsis prophetabant, ut decebat, & prudēter & liberè. Propterea & dicendorū & tacendorū erāt domini. Non.n. necessitate detinebātur, sed po- Ionæ.1.a.
testate in honore habebātur. Propterea Ionas fugit, ⌜differebat⌝ propterea Ezechiel ⌜reiectus est⌝, ⌜propterea Hieremi⌝ as ⌜relictus⌝: ⌜deus autē non necessario eos impellit⌝, Exec.3.d
sed cōsilio, admonitione, minis, neq; obscurauit mē- Hiere.1.b
tē: dæmonis nanq; propriū est, perturbationē, furorē & multā caliginē infundere: dei autem, illuminare ⌜excusabat⌝
& prudēter edocere quæ opus sunt. Prima igitur hęc F
est differentia uatis & prophetæ. Altera, quam in sequentibus affert his uerbis, *Ideo notū uobis facio, quòd nemo in spiritu dei loquens dicit, Anathema Iesu.* Deinde aliā, *Et nemo potest dicere dominum Iesum, nisi in spiritu sancto.* Quum uideris, inquit, quempiam eius nomē non appellantem, uel anathematizantem, uatem eū esse tibi persuadeas: at contrà quum in nomine Iesu omnia loquentem, spiritalem esse intellige. Quid igitur, iquit, de catechumenis dicemus? Nā si nemo potest dicere dominum Iesum, nisi in spiritu sancto, quid de his dicendum est, qui nomine quidē eū appellant, spiritu autē priuati sunt? Verū de his in præsentia non loquitur, nō enim tunc erant catechumeni, sed de fidelibus & infidelibus. Quid igitur? nullus
dæmon deum nominat? Nonne dæmoniū habētes Mar.1.c.
dicebant, Nouimus quòd filius dei es? Nūquid Pau- Act.14.b
lo dicebant, Hi homines serui dei altissimi sunt? Sed
uerberati, & coacti, spōtè autē minimè. Dignū autē
hoc in loco quæsitu est, quamobrē & dæmon hæc
loqueretur, & Paulus reprehenderet. Magistrū suum F
imitatus, siquidem & Christus reprehendit. Neq;.n.
uoluit ab illis habere testimonium. Quānā uerò gratia dæmon hoc faciebat? ut rerum ordinem confunderet, & auferret apostolorum dignitatem, & ut sibi attēderent, multitudini persuaderet: Quod si factū esset, facilè fide digni apparuissent, & dogmata sua
iduxissent. Quod ne fieret, néue fraus exoriretur, ⌜& ⌜etiā uera dicentium ora
uera dicētiū os obstrueretur, & ⌜nemo omnino mē- obstruit,
daciis crederet, sed ab eorum uerbis penitus auerteret auditores, ex primo⌝ igitur⌝ & altero signo & ua- ut
tes & prophetas manifestos facit. Ide nō temerè ī miraculorū sermonem uenit, sed ut orientem tollat dissensionem, & persuadeat, ut qui minores habēt gratias, non doleant: & qui maiores, nō superbiāt. Quare in hunc modum incipit, *Diuisiones autem donorum sunt, idem autem spiritus.* Admonet primū, qui minorē habet gratiā, & propterea dolet. Quamobrem, inquit, doles? Nū quòd nō accepisti, quantū alius? Sed intellige, quòd dona sunt, & nō debitū, & lenies dolorem tuū. Ideo mox inquit, diuisiones donorū sunt & non signorū, neq; miraculorum, sed donorū: muneris nomine persuadens nō tantopere dolendū, sed habēdam gratiam. Et cum hoc id etiam cogita, qd si minor es mensura dati muneris, eo qd dignus ha-

Gbitus es accipere, unde is qui plus accepit, parem habes honorem. Non.n. iam posses dicere, quòd illi quidem spiritus largitus est, tibi autem angelus. Nā utri que à spiritu proficiscitur. Ideo subdidit, Idē autem spiritus. Itaq; si in munere differentia est, non tamen in datore. Ab eodē enim fonte & tu & ille hauritis. *Et diuisiones ministrationum sunt, idem autem dominus.* Infundens consolationē, & filium, & patrem addit: & alio itē nomine hęc dona appellat, ut maiorem hinc consolationē excogitet. Ideo inquit, diuisiones ministrationū sunt, idē autem dominus. Cùm enim gratiam audias, & minorē accipias, fortasse dolebis. Cū autem ministrationem audies, non itidem dolore afficieris: laborem enim & sudorē prę se fert. Quid igitur doles, inquit, si alium magis laborare præcipit, tibi uerò parcit? *Et diuisiones sunt operationum, idem uerò deus, qui operatur omnia in omnibus.* Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Et quid nam operationē, quid ministrationē dicit? Nominū duntaxat differentię: nā res eędem sunt. Quod enim gratia est, idem & ministratio, idē & operatio. Ministrationem, inquit, tuam ⌜manifesta, ⌝ & ministrationem meā ⌜clarifica: ⌝ & ad Timotheū inquit, Propter quā causam admoneo te, ut resuscites gratiā dei, quę est in te: & ad Galatas, qui operatus est Petro in apostolatū, operatus est mihi inter gentes. Vides quòd nullā in patris, & filij, & spiritus sancti gratiis differentiā ostēdit, nō qd personas confundat, absit: sed ut substātię ostēdat paritatē. Quod.n. spiritus largitur, idē & deū operari, idem & filium ordinare, & prębere dicit. At qui si minus esset hoc illo, aut illud hoc, nō utique ita posuisset, neq; hoc pacto cōsolatus esset dolentē. Pręterea & alio quodā modo admonet, quòd scilicet confert ei data mensura, etiā si minor sit. Cū enim dicat, quod idem spiritus, & idem dominus, & idem deus: ⌜& hac ratione ipsum retinens, ⌝ aliam iterum addit consolationē, quum inquit: Vnicuiq; autem manifestatio spiritus data est ad utilitatē. Neq; diceret, Quid si idem dominus, & idē spiritus, & idē deus, sed ego minus accepi, inquit? Quoniam ita tibi utile fuit. Manifestationem autem spiritus signa appellat meritò. Mihi enim fideli manifestus est, qui spiritum habet ex baptismate. Infideli autem nulla alia ratione erit hoc manifestū quā à signis. Ita hìc quoque non parua cōsolatio est. Nā si dona uaria sunt, tamen ab eodem prouenium̄t, siue multū habeas, siue parum, similiter es manifestus. Itaque si hoc ostē di curaueris te spiritum habere, sufficientē habes demonstrationem. Cùm igitur unus sit, qui dat, & gratia data, & manifestatio etiā hinc oritur. Et hoc magis tibi utile est. Noli dolere tanquā contemptus: nō enim quòd te contemneret, aut alio inferiorem ostēderet, id fecit, sed ut tibi parceret, & tuam intueretur utilitatē. Quòd enim maius accipiat, quā ferre quis possit, id inutile est, & damnum affert & ignominiā. *Alij quidem per spiritum datur sermo sapiētiæ, alij sermo scientiæ secundū eundē spiritum, alteri fides in eodē spiritu, alij gratia ⌜sanitatis in uno ⌝ spiritu.* Vides quomodo ubiq; eandem facit adiectionem, in eodem spiritu dicens, & secundum eūdem spiritum. Nouit enim magnam hinc consolationē futuram. *Alij operatio uirtutū, alij prophetiæ, alij discretio spirituū, alij genera linguarum, alij autem interpretatio sermonum.* Cùm multū in hoc sibi placerent, idcirco posterius posuit, & subdidit: *Hæc autē omnia operatur unus atq; idem spiritus.* Rediū uniuersale consolationis est, quòd ex eadem radice, ex iisdē thesauris, & fontibus oēs accipiant. Quare frequenter huic uerbo insistens, quæ uidētur diuersa esse exæquat & cōsolatur, & supernè spiritū, filium, & patrem gratias largientem ostēdit. Hoc autem in loco quū spiritum diceret, cōtentus est, ut intelligas, ⌜huic ⌝ eandem quoq; esse dignitatē. Quid autem significat, sermo sapientiæ? quem Paulus, quem Ioannes tonitrui filius habuit. Quid sermo scientiæ? quē multi credentium habuerunt, scientiam quidē habētes, sed qui non ita docere possent, neq; in aliū facilè conferre, ⌜quæ ignorant. ⌝ *Alij autem fides.* Fidē non eam dico quę dogmatū est, sed signorū, de qua Christus, Si habueritis, inquit, fidem sicut granū sinapis, & dicetis monti huic, transi hinc, & transibit: & apostoli ⌜ad eam hortabantur, ⌝ dicētes: Adde nobis fidē. Ipsa enim mater signorū est: operationes autē uirtutum, & donum sanandi posidere, non est idē. Qui enim habebat donū sanandi, curabat solū: qui autem operationes uirtutum, etiā puniebat. Virtus enim est non sanare tantū, sed etiam punire, quemadmodum Paulus cæcauit, & Petrus perdidit. *Alij autem prophetiæ, alij discretio spirituum.* Quid hoc significat? cognitionem quis nā spiritalis sit, quis non, quis propheta, & quis deceptor. Quod & Thessalonicēsibus dicebat, Prophetias nolite negligere. Oīa autem probate, quòd bonum est tenete: etenim multa tūc falsorum prophetarum differētia erat, quū diabolus cum ueritate mendaciū cōfundere niteretur. *Alij genera linguarum, alij autem interpretatio sermonum.* Hic enim sciebat, quid ipse diceret, sed alteri interpretari non poterat: alius hæc utraq; posidebat, uel horū alterū. Videbatur autem hæc magna gratia esse, quū primū eam accepissent apostoli, & apud Corinthios plures posiderēt, doctrinæ autē sermo nō ita. Quāobrem illud quidem primū ponit, hoc autem ultimum: etenim hoc propter illud, & alia omnia & prophetię, & operationes uirtutum, & genera linguarū, & interpretationes linguarum. Nihil enim ⌜his ⌝ par est: ideo dicebat, Qui bene prę sunt presbyteri, dupli ci honore digni sunt, maximè qui laborant uerbo & doctrina: & ad Timotheū scripsit, Attēde lectioni, exhortationi, doctrinæ: noli negligere gratiā quæ in te est. Vides quomodo & gratiā hoc ⌜notat? ⌝ Deinde quā superius posuit consolationem, eundē uideli cet spiritum, hìc etiam ponit inquiens. *Hæc autē omnia operatur unus & idem spiritus, diuidēs ⌜peculiariter ⌝ singulis prout uult.* Neq; cōsolatur tantū, sed etiam cō tradicentis os in hoc loco obstruit, quū dicit, diuidēs ⌜peculiariter ⌝ singulis prout uult. Oportet.n. ob turare, non curare tantū, quemadmodum in epistola ad Romanos facit, quū dicit: Tu quis es, qui contradicis deo? ita in hoc loco, diuidens ⌜peculiariter ⌝ singulis prout uult. Oportet enim cōfutare, & qd patris erat, id & spiritus esse ostendit. Sicut.n. de eo inquit: Idē deus qui operatur omnia in omnibus: ita & de spiritu, Hæc autem operatur unus & idem spiritus. ⌜Sed quid fit à deo, inquis? ⌝ ⌜At minimè hoc dicit, sed tusi ngis. Cū enim dicit, qui operatur omnia in oibus, de hominibus dicit: minimè autem cū hominibus spiritum numerat, etiam si insanissimus sis, & furiis innumeris percitus. Cū etiam dixisset per spiritum, ne arbitrareris illā particulam, per, diminutionis esse, ⌜non operationis, ⌝ ⌜subdidit: Quod operatur spiritus, non autem patitur: & operatur ut uult,

⌜sa ⌝ t utū in eodem.

⌜hinc.

Mar. 3. b.

⌜quæ ne uerant

Mat. 17. c

⌜pro hac precabantur.

Luc. 17. a

Act. 13. b & 7. 5. d.

1. Thess. 5 d.

⌜huic

1. Tim. 5. c

Ibid. 4. d

⌜uocat?

M

Rom. 9. d

Hìc sup. a.

⌜Sed qui operatur deus. inquis?

⌜μηδὲ τοῦ ἐνεργεῖσθαι. .i. neque passionis siue operationem ẽse pientis,

A non ut ei præcipitur. Sicut enim de parte filius dicit, quòd suscitat mortuos, & uiuificat: ⌝ similiter & de se
Ioan. 5. d ipso, quòd quos uult, uiuificat: ⌜ita & de spiritu alibi
Gala. 3. a quidē quòd cū potestate omnia operatur inquit, &
Ioan. 3. d. nihil prohibet. Illa aūt particula, quò uult spirat, quā uis de uento dicatur, hoc ipsum tamē cōfirmat: hìc autem quòd omnia operatur, prout uult, & aliūde, quòd non eorum sit, ⌜quæ facta sunt, sed eorū qui
τῶν ἐνεργουμένων. operantur, intellige. Quis.n. nouit, inquit, quæ homi
Supr. 2. c nis sunt, nisi spiritus hominis? ita & quæ dei sunt, nemo nouit, nisi spiritus dei. Quòd aūt spiritus hominis, hoc est, anima nō indiget opationis', ut cognoscat quæ sua sunt, omnibus perspicuū est. Igitur neq; spiritus sanctus operationis indiget, ad cognoscēdū quæ dei sunt. Ita enim, inqt, dei nouit arcana spiritus sanctus, ut aīa hominis arcana sua. Quòd si in hoc
ἐνεργεῖσθαι. nō ⌜efficitur, ⌝ multò minus, qđ dei profunda nouit, & nō patitur, & in dādo dona apostolis, uirtute aliena non indiguit. Præterea & illud quod antè dixi, dicam & nūc. Quale hoc? Quòd si minor spiritus, & alterius esset substātiæ, nihil consolatio profuisset, neq; audire eūdem spiritum. Qui enim à rege accipit, multi id facit, quod à rege accipit. Qui aūtē à seruo, tūc
B magis dolet quādo id sibi in memoriam reducitur. Itaque etiam hinc cōstat, quòd non seruilis, sed regię substātiæ spiritus sanctus est. Ideo quēadmodū eos consolatus est dicens, qđ differentiæ ministrationū sunt, idem aūt dominus, & differētię operationum, idem autē deus: ita superius dicendo, differentię gratiarum sunt, idem autē spiritus: & inde item, hæc au-
Hìc sup. a tem omnia operatur unus & idem spiritus, diuidens ⌜peculiariter ⌝ singulis prout uult. Nolimus igitur ęgrè ferre, neq; dolere, dicētes, quāobrē hoc accepi, hoc aūt non, neq; rationes à spiritu sancto expectemus. Nā si nosti, quòd pp curam quam de nobis habet, nobis largitus eū: illud quoq; intelligas, qđ propter eandem curam ēt mensuram tribuit. Complectere eum, & lætare in his quæ accepisti, & noli ægrè ferre, quòd non acceperis: sed gratias agas, quòd nō supra uires tuas accepisti. Quòd si in spiritualibus nō oportet perscrutari, multò minus in carnalibus, sed contentum esse & non multùm inuestigare, quamobrem ille diues sit, & ille pauper. Neq; enim ⌜unusquisq; ⌝ à deo diues euadit, sed multi iniustitia, rapi-
Matt. 6. c na, auaritia. Qui.n. præcipit, ne diuites simus, quo nā
C pacto daret, quod accipiendū prohibet? Vt autē maiorem in modum his qui nobis contradicunt, silētiū imponā, agè altius maiorum orationē repetamus, quando scilicet à deo diuitiæ conferuntur: & uideamus, qua nam gratia Abrahā ditatus est, Iacob autē pane indiguit. Nonne uterq; iustus fuit? Nonne simili ter de tribus inquit, Ego deus Abrahā, & deus Isaac, & deus Iacob? Quamobrem igitur ille diues fuit, hic
Exod. 3. d seruiuit? Vel potius quare Esau iniustus & fratricida locupleratus est, Iacob uerò in ⌝ seruitute tandiu uixit? Quamobrē Isaac in otio omne tempus uixit, la-
Ge. 47. b cob autē in laboribus & miseriis? Ideo dicebat', Pau-
Ps. 30. c. ci & mali dies mei. Quamobrem Dauid propheta &
& 89. c. rex, omnē uitam in laboribus, Salomon autem eius filius quadraginta annos sine oī penitus timore uitā duxit perpetua pace fruens, prærerea gloria, honore, & omni deliciarum genere? Quid tandem in prophetis alter magis, alter minus agitabatur? Quoniā
Ps. a. 35. b eorū singulis ita utile erat. Ideo unicuiq; addere oportet, ludicia dei abyssus multa. Nā si magnos illos & admirabiles uiros, nō eodē modo deus exercuit, D sed hunc paupertate, illū diuitiis, alium otio, a'iū laboribus: longè magis nunc hæc cnnsideranda sunt. Prætereа illud animaduertēdū, quòd multa quæ accidunt, nō eius fiunt uolūtate, sed malitia nostra. Noli igitur dicere, ⌜Quare diues malus est, paup iustus? ⌝ Maximè. n. & horū reddi potest ratio, & dici, quòd iustus nullū ex paupertate damnum accipit, sed maius incrementū ex probatione: & malus supplicii uia ticū diuitias habet, nisi permutet, quę possidet, & an te suppliciū sæpe sibi ipsi multorū malorum authores factæ sunt diuitiæ, & in multas deiecerunt miserias: deus autē dimittit, cùm ut uoluntatis liberum ostendat arbitrium, tū ut alios eruditat, ne circa pecunias insaniāt, & in rabiem uertantur. Quid igitur, cū malus quispiam ditescit, & nihil molesti patitur, inquit? Nā quòd bonus ditescat, iustum quidem est: quòd uerò malus, quid dicemus? Quòd pp hoc miser est? Diuitiæ enim ad malitiā additæ affectus augent. Verū bonus est, & pauper? Sed nihil lædītur. At malus, & pauper. Igitur iustē & meritò, uel potius ad suam utilitatem. Sed ille, inquit, à progenitoribus diuitias accepit, & dissipat eas in meretrices, & parasitos, & nulla afficitur molestia. Quid dicis? Scortatur, & nulla affici dicis molestia? Inebriatur, & putas eū in delicis esse? In nullā suam utilitatem consumit, & laudādum dicis? Et quid nā peius, quàm animam corrumpere? Tu autē, si corpus distortū sit, aut cæcum, dignum censes, quod maiorem in modū lugeamus. Sed quū eius animam omnino cæcam uideas, etiā beatum arbitraris? Sed nō sentit, inquis. Et propter hoc quidem iterum miser, quemadmodū insani. Qui enim morbū suum cognoscet, proculdubio medicum inquiret, & medicinas accipiet. Qui uerò ignorabit, sanari nullo pacto poterit: Hūc igitur beatum dixeris? Sed nihil mirum, plurimi enim philosophiæ expertes sunt. Propterea ultimū nobis supplicium præparamus, quū punimur, & non liberamur supplicio. Ideo iræ, anxietates, & tumultus perpetui, quoniā quum nobis deus iucundissimā uitam ostēdat quæ uirtutis est: ea omissa, alterā aggredimur diuitiarū & pecuniarum, quæ innumeris malis abundat, & id facimus perinde ac si quispiam nescius corporis iudicare pulchritudinē, sed omnino uestibus & ornatu attētus, mulierem naturali pulchritudine F egregiam prætereat, turpem autē & informem pulchris uestibus ornatā amet: tale quiddā nunc multi circa uirtutē, & uitia patiuntur. Turpem nanque naturam probantes, propter exteriorem ornatū, pulchrā & formosam expellunt, propter nudā eius pulchritudinem, cuius gratia maximè est eligenda. Propterea erubesco, qđ apud stultas gentes sunt q hæc philosophantur, si non re ipsa, at sententia, qui intelligunt præsentium fragilitatem: Apud nos autem quidam neq; hæc sciunt, sed etiam ipsum habent corruptum iudicium, & maximè cū ubiq; scriptura nobis cantet, & dicat: Annihilatur in cōspectu eius malus, timentes autem dominū clarificat. Timor domini Ps. a. 14. b omnia excedit. Deū time, & præcepta eius custodi, Eccl. 25. d quoniā hoc est omnis homo. Noli æmulari in mali Eccles. 12. gnātibus, neq; timeas, cū ditabitur homo. Omnis ca b. ro fœnū, & omnis gloria eius sicut flos fœni. Hęc & Ps. a 36. a huiusmodi cū singulis diebus audiamus, adhuc ter- Es. 40. b ræ affigimur, & tanquā pueri stulti, qui frequēter ele ⌜exami menta discunt, cū sparsim de illorum ordine ⌝ inqui- nantur,

runt, ⌜altera pro alteris accipientes, multũ risum mouent. Ita & uos, quũ.n. hic ordine ipso ea uobis describamus, quomodocũq; sequimini. Quãdo uerò extra spa sim uos interrogamus, quæ primo loco, q̃ secundo ponẽda sunt, & quæ præcedere, qúæ ue seq debeatis, nescij dicere, ridiculi deprehendimini. Nõne plurimo risu dignum, dic quæso, ut qui immortalitatem expectant, bona quę neq; oculus uidit, neq; auris audiuit, neq; in cor hominis intrauit, præ terrenis, & caducis huius seculi rebus contemnant, & desiderabilia hæc existimẽt? Quòd si adhuc opus est, ut hæc discas, quòd nihil magnũ sint diuitiæ, quòd umbra p̃sentia & somnium, quòd more fumi dissoluũtur & euolant, extrà adyta siste, primũ in uestibulis maneas. Nondũ enim ingressu ad superna regna dignus factus es. Nam si instabilem horum naturã & cõtinuò fluentẽ diiudicare non nosti, quomodo ea despicere poteris? Quod si dicis scire, cessa inuestigare & perquirere, quid tandem ille diues & ille pauper sit. Idẽ enim facis dũ hæc percontaris, ac si peragrãs interrogares, quid ille albus, ⌜& ille niger, ⌟ aut ille aquilinus, aut simius sit. Quemadmodũ enim nõ nostrum est, siue hoc, siue illo modo se habeat: ita neq; pauperem esse aut diuitẽ, & multò minus quàm illa, sed omnia pro usu fiunt: & si pauper fueris, poteris bono animo philosophãdo uiuere: & si diues, oium miserrimus si uirtutem depueris. Nobis enim præcipua sunt uirtutis opera, quę nisi cõplexus fueris, alio rum nulla est utilitas. Propterea frequentes hæ interrogationes, quòd quę propria nõ sunt, pertinere sibi multi arbitrantur, propriorum autẽ nullam faciunt rationem: proprium autem nobis uirtus & philosophia. Cũ igitur ab hac lõgè absint, propterea cogitationũ perturbatio, propterea multi fluctus & æstus. Quando enim superna gloria cadunt & cœlestium amore, ⌜præsentia⌜ desiderant, & serui & captiui efficiuntur. Et unde hãc desideramus, inquit? ⌜Si nõ multùm illum desiderabimus. ⌜Hoc autẽ idem unde cõtingit? ex desidia. Desidia autem unde? ex contẽptu. Contemptus aũt ex stultitia, & præsentium studio, cũ nulla diligentia rerũ inquiratur natura. Hoc ipsum unde accidit? quòd scripturarũ lectionibus non attendimus, neq; cũ sanctis uiris cõuersamur, & malorum consuetudines sequimur. Ne igitur hoc semper fiat, né ue fluctus ex fluctibus semp subeãt, & in pelagus malorum abducant, obruant, perdant omnino, dum tempus datur recipiamus nos, & in petra firmati, hoc est, in dei præceptis & sermonibus sãlum præsentis uitæ despiciamus: hoc pacto & hoc effugiemus, & naufragantes alios recipientes, futura bona consequemur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi cui gloria in secula seculorum, Amen.

⌜p̃sentem ⌜propterea qđ illã nõ multũ desideremus.

Hactenus uertit Franciscus Aretinus.

HOMILIA TRICESIMA, SIMONE Grynæo interprete, qui magna etiam in Pauli uerbis utitur libertate.

T enim corpus unum est, & mẽbra habet multa: u omnia autẽ mẽbra corporis multa cũ sint, unum sunt corpus: Sic & Christus. Cõsolatus Corinthios Paulus hunc in modũ cùm esset, nempe quòd munus sit, qđ ab uno eodemq; spiritu profectũ, qđ ad salutẽ collatum quicquid quisq; habet: tũ quòd æquè se spiritus in paruis tenuibusq; manifestè declaret: adhæc etiam os illis quũ obturauisset, cedere maiestati spiritus oportere docens: siquidẽ unus omnia spiritus inqt, operatur, prout uult unicuiq; distribuẽdo, ut impium sit curiosius ista scisciteri. Iã deinceps illud ipsum pulchrè quadam à natura rerũ similitudine decerpta cohortatur: ita enim ferè solet. Nã & de coma uirorũ, mulierumq; quum disputaret, inter cætera hinc etiam fidẽ petens: an nõ ipsa uos natura monet, inquit, uirũ nisi non comam alat, dedecori sibi futurum: mulierem si alat, gloriæ? Et de sacrificatis idolo differẽs, tangiq; uetans, peregrinis exemplis orationem fulcit, certaminum olympicorũ mẽtione inducta, quia in stadio, inquit, qui currũt, oẽs quidem currunt, præmium uerò capit unus. Sic à pastoribus, ab agricolis, à militibus propositũ colligit sępe. Et hic igitur illa de corpore uulgari, sed ad flectẽdos præsertim simplicium animos similitudine miri ficè accommodata, quod persuasu difficilè & in opinatum fuit, non esse quenquã deteriorem quoquam scilicet magno contemptiblium hominũ solatio cõtendit, atq; conuincit. Neque uerò cõsolationis plus quicquam habet, quã si in uniuersum, nõ esse alium alio deteriorem ostendas: quod ille quidẽ probans, sic inquit: Quemadmodũ corpus unũ membra habet multa &c. Vbi uidere industriam uiri accuratam licet, idem nanq; unũ esse & multa docturus ita subiicit, maiori conatu propositũ scilicet aggressus: Omnia corporis unius mẽbra multa cùm sint, unũ sunt corpus: non inquit, multa cũ sint, unius sunt corporis: sed, illud ipsum corp⁹ est multa: & illa ipsa multa membra, hoc unũ sunt corpus. Si igitur & multa unum sunt, & unum est multa: q̃ deinceps differentia, quod maius, qđ minus esse possit: Omnia unum sunt, & illud propriè quidẽ pensiculatũ, nempe qua sunt corpus, unũ omnia sunt: nam qua pars, iam diferẽtia est, & omniũ quidem ex æquo: pars enim seipsa, solaq; constituere corpus nulla potest, sed æquè quælibet ad efficiendum se ipsa corpus est defecta, egetq; cõgressu cõuẽtúque cęterarũ: ubi uerò in unũ multa cõcedunt, ibi corpus euadit unũ, quod ipsum ille significare uolẽs: *Omnia uerò mẽbra corporis unius multa cùm sint*, inquit, *unum sunt corpus*. Nõ inferiora, non superiora, sed quod commune erat oĩbus, multa cũ sint, inquit. Sed quí tandem multa ut unũ sint, fieri potest? Si partium singularũ discrimine misso, corpus intueare. Nã qđ oculus est, id ipsum & pes, in eo nempe quòd pars, quod cũ alio constituit corpus, hìc enim discrimen reperire nullũ licet. Neque uerò dici potest ab hoc quidẽ membro cõstitui corpus, ab illo minus, in hoc siquidem idẽ omnia possunt, cũ omnia corpus sint unum. Atq; his ita quidẽ clarè, communiq; omnium suffragio comprobatis, subiecit: *Sic & Christus*. Cùm, sic & ecclesia, dicere oportuisset (istuc.n. cõsequebatur) pro ecclesia substituit Christũ, altius scilicet orationem tollens, uehementiusq; auditorem impellens. Est autem qđ dicit huiusmodi, sic & Christi corpus, qđ est ecclesia. Vt enim corp⁹, & caput, unus est homo: ita unũ esse ecclesiam & Christũ, inquit: ideoq; pro ecclesia posuit Christũ, hoc nomine huius corpus appellando. Quemadmodũ igitur nostrum corpus, inquit, quãquam ex multis conflatũ, unum quiddam est: sic in ecclesia, unũ quiddam sumus omnes. Nam & ipsa multis è membris constans, in unũ corpus euadit. Hunc igitur in modum, illo, qui se deiectum esse cõtẽptumq; putabat, plausibili similitudine reconcilia-

to reuo

A to reuocatoq;, populare illud iam rursus mittens, rationem suadendi magis iam sanctã, & cõsolationis ueræ pleniorem ingressus, summam omnium æqualitatem ostendit. *In uno siquidem spiritu, unũ in corpus*, inquit, *Iudæis, Græci, liberi, serui, pariterq; omnes sumus cõbaptizati*. Hoc est, qui unum in corpus nos uelut mẽbra fingens regenerans q; formauit spiritus, unus est, neq; in illo enim hic quidẽ spiritu, alius in alio baptizatur: ac neq; regenerans unus est modò, sed & ⌜ *⌜in quod,* in quẽ, ⌜& in quo regeneramur, hoc est, cui dedimus nomen: neq; idcirco baptizati sumus, ut alij, aliiq; fieremus, sed ut corporis unius exactam omnes rationẽ tuentes, hoc est, unũ planè in corpus euadẽtes renasceremur. Itaq; & q formauit unus est, & in quod formamur unũ: neq; unius corporis, sed unũ corpus omnes ut fiamus, inquit: semper.n. dictionibus uim quàm maximam habentibus uti contendit: pulchrè autẽ omnes inquiens, etiam seipsum apponit, ⌜neq; ego tuus apostolus plus cęteris in hoc⌜ habeo quicquã, inquit: Nã & tu corpus perinde es ut ego, & ego perinde ut tu, & caput idẽ habemus omnes, & partu prognati sumus eodẽ omnes, itaq; & corpus idẽ sumus omnes. Quid uerò Iudæos recẽseo, inquit, post quã tanto interuallo dissidentes Græcos etiã unius in corporis absolutionẽ perduxit? Omnes uerò quũ diceret, non subtitit: sed subiungit, Iudæi, Græci, liberi, serui. Quòd si, qui tantùm distabamus, uniti iam, unumq; facti sumus: quantò magis unum factos cõturbari, spargiq; nõ licet? Haud ullus enim hic est diferẽtiæ locus. Nã si Iudæos & Græcos, liberos & seruos iisdem rebus dignatus est: quomodo post conciliationẽ tam rursus distinguet, præsertim quos arctiore post munerũ suorum largitatẽ concordiæ uinculo constrinxit? ⌜*Et omnes in uno spiritu potati sumus. Nam⌜ & corpus non est membrum unum, sed multa*. Hoc est, non diuersus, sed iisdẽ sacris initiati, mensa eadẽ refecti sumus. Cur autem non eodem corpore refectos, & sanguine eodem refocillatos dixit? quia quũ spiritum diceret, simul est complexus utrunque, corpus & sanguinẽ, siquidem⌜ per utriusque spiritũ potisumus. ⌜Videtur autẽ spiritus institutionẽ eã significare uelle, qua statim à baptismo ante mysteriorum cõmunionem erudimur. Poti uerò inquit, uoce uehementer accommodata usus, uelut enim de plantis hortisq; loquens, ubi uno ex fonte, eadẽ ex aqua rigari plantas oẽs uidemus: ita sanè spiritũ hausimus eundẽ, inqt, gratiã eandẽ gustauimus omnes. Si igi- unus nos spiritus formauit, unum in corpus redegit (id est enim unũ in corpus baptizatos nos esse) & mẽsam eãdẽ largitus est: & rigatione eadem omnes perfudit. (hoc enim eodem spiritu potos esse significabat.) Deinde tãto interuallo dissidentes couniuit: deniq; si multa quæ sunt, tum corpus unũ euadunt, cùm in unum omnia coaluerunt, quid tu differentiã sursum deorsumq; uersas? Nã quòd tu quidẽ putas, multa corporis unius esse membra diuersaq;, illam ipsam corporis notam, hanc prærogatiuã esse scias, unum ut sint, efficere posse quæ diuersa sunt & multa. Quid uerò, nisi multa corpus sit, unum id esse, nouũ mirumq; foret: immo nisi multa sit, ne corpus fuerit quidẽ. Sed hæc pòst expediet, interim redit ad membra. *Si pes dicat*, inquit, *quia manus non sum, ne de corpore quidẽ sum: an idcirco de corpore non est? Et auris, quia oculus non sum, ne de corpore quidem sum si dicat: an ideo corporis pars non est?* Equidẽ si membrorũ hoc q-

⌜Per utra que unũ spiritum hausimus.

B

C

dem superius, illud uero inferius esse nihili quicquã à corporis ratione secludit, sed totum hoc semel est sublatũ: quid, quæso, uociferaris, quia inferior sum, non sum corpus? Nã & pes situm inferiorem habẽs, nihilominus corporis pars est. Siquidẽ partem corporis, aut esse, aut non esse, non ex eo quia hoc illo, istuc alio loco situ sit (nã hęc est loci ratio) sed ex eo quòd aut annexum, aut auulsum quicquã sit, spectatur: corpus enim aut esse, aut non esse sic accidit tandẽ, si iunctũ aut nõ iunctũ sit quicquã, cohærens q;. Sed prudentiã uide, quàm scitè uerba membris nostris accommodarit. Quemadmodũ enim superà, *Sup. 4. b* Hæc in me, inquit, ipsum & in Apollo trãstuli: ita nũc quoq; quò minus molestã, sed perceptu facilẽ, iucũdamq; redderet orationẽ, membra fecit ipsa loquentia, ut cũ naturã matrem audiant Corinthij respondentẽ, experientia rerũ & communi uelut suffragio conuicti, nihil deinceps obiicere possint. Nam utcunque clametis, inquit, nunquã tamen ut membra corporis unius ne sitis, effici potest. Vt enim naturæ lex, ita charitatis uis uel maximè inconcussa & immota omnia seruat. Vide uerò quã diligenter molestiã mẽbrorum omnium inter se querelam, extremis tantũ binis inuicem collatis uitarit: & cũ honoratissimus oculus esset, neglectissimus pes, nõ cũ oculo, sed cũ ea quæ leuiter excellit, manu scilicet, pedẽ litigantem induxit: aurem cũ oculo, quãdo non inter maximè, sed inter paululum distantes inuidiam cadere uidemus. Itaq; eandem ille comparationem seruauit. *Si totum corpus oculus sit*, inquit, *ubi auditus? si totum sit auditus, ubi olfactus?* Nam quia membrorũ diuersitatẽ, manus, pedes, aures, oculosq; commemorando, no bilitatis obscuritatisq; discrimen quoddã cogitandũ relinquere potuisset, eum scrupulũ pulchrè discussit, sic utile necessariumq; fuisse ostendens: multi enim quòd sint, diuersiq;, id esse quod uel maximè corpus eos unũ reddat. Si.n. uniuersi singulum quiddã fuissent, ⌜inqt, corpus non erant. ⌜Sed illud pòst. Hic uerò iã amplius quiddã ostendit, non solũ non esse corpus non cõcedens, si unus quispiã omnia sit, sed neque cæterorum quenquam quicquam futurũ: audi tus enim si sit omnia, ubi relinquitur olfactus? Porrò autem quum ne sic quidẽ sopita penitus indignatio uideretur, facit quod suprà. Nam ut istic ad utilitatẽ cũ confugisset, sic illos compescuit tandem, qui unũ eundemq; spiritum pro arbitrio unicuiq; largientẽ, operari in omnibus omnia doceret: eodem hìc pacto⌜ omnia rectissimè fieri probaturus, ⌜ad diuinæ prouidentiæ argumentũ orationẽ uniuersam cõuertit: *Nunc uerò pater ille rerũ, membra*, inquiens, *unũquodque in corpore sic, quemadmodum est lubitum, collocauit*. ⌜Quemadmodum de spiritu dixit, prout uult: ita & hic, sicut uoluit. ⌜Ne tu igitur cur sic fiant, non fiant, omnia disquire. Nam si tu quidem rationum uias ingrediaris mille, nullam inuenies, quæ tam uerè, tã apositè habere ista rectè omnia demonstret, quã si rerum opifici ita placuisse cõfiteare. Certè enim quod optimum rectissimumq; factu fuit, hoc illum uoluisse consentaneũ esse debet. Quòd si hæc in isto uulgari corpore pscrutari superuacuũ sit, quãtò magis obsecro tolerabile in ecclesia non est? Atq; hic rursus acumen uide. Nam neq; naturę, neq; ⌜uirtutum, ⌜sed situs tantũ, quem⌜ à labore⌜ membra sortiũtur, discrimina commemorauit: *Nũc uerò deus*, inquit, *membra posuit, unumquodq; quidẽ in corpore, sic ut uolebat*. Et pul-

D

E

F

⌜corpus non fuisset. Propterea dicit, Quòd si essent oia unũ membrũ, ubi corpus?

⌜cùm ut oĩa ita fierẽt ex peditè probasset, Hic sup. b.

⌜operationis ⌜à loco

Universidad de Zaragoza
Biblioteca

Chrè, unumquodq, inquit: ⌜omnium sine dubio cõtemptissima⌝ significare uolẽs: neq; uerò hoc quidẽ ordinatũ esse, hoc nõ esse, dici potest, sed unũquodque, quemadmodũ huius æterna uolũtas iusserit, ita est situ. ⌜Vtile igitur membris oĩbus locũ quem sortita sunt, tueri, adeò sanè, ut si quicquam horũ ordine, locõ ue proprio mutato alĩũ quendã occuparit, omnium etiam iudicio digniorem, totũ interire, perdiq; uideamus, dignitate propria cadere, nec tamen cõsequi alienam. ⌜*Quòd si omnia hæc unũ quiddam mẽbrum sint, ubi corpus?* Nunc uerò *multa quidem membra sunt, corpus uerò unum.* Abundè iam igitur diuinæ ordinationis argumento cõuictis, pergit rationes rursus cõcinnare, quorũ quidẽ neq; hoc, neq; illud semper facere cõsueuit, sed istis uelut uicibus pulchrè uariat argumenta. Nec enim compescendo solũ, auditorẽ turbat, nec ut omnium rationes quærat, assuefaciendo, in ipsam sauciat fidem: sed nunc hoc, nunc illud facit, ut & credant, & ut ne tumultuẽtur: & postquã silentiũ imposuit, rationes colligit rursus. Sed tu mihi cõtentionẽ, ducemq; uictoriẽ certũ uide. Vnde. n. dispares, aliosq; aliis abiectiores esse se maximè putabant, nempe quòd ingens inter ipsos discrimẽ esse uideretur, ex eo ipso æquè ille honoratos esse omnes ostendit. Sed quî tandem? dicam: *Si unum*, inquit, *oĩa sint membrum, ubi corpus?* Id est, si non est quædã inter uos certa diuersitas, ne corpus quidẽ estis: si porrò non estis corpus, neq; unum eritis: si non unũ, quomodo par fuerit omnium dignitas? Contrà igitur, si æquè quidem omnes polletis, corpus nõ estis: si nõ estis corpus, neque unum: si non unum, quomodo æquè eritis honorati? Idcirco igitur quòd nõ eodem oẽs spiritus ornamẽto polletis, sed mun⁹ aliud alius habet, corpus estis: corpus uerò cũ sitis, unũ estis ẽt, nihilq; in eo quòd corpus estis, differtis inter uos iã quicquam. Itaq; differentia uel maximè est, quæ honoratos reddit omnes ex æquo, atq; hoc est quod subiũxit: *Nunc uerò multa quidem membra, unũ uerò corpus*, &c. Istuc igitur fratres nos quoque reputemus omnẽ protinus inuidiã proculcem, ⌜neq; iniqui gratia maiori pollẽtibus simus, ⌜neq; tenuioribus insultemus: sic. n. ille iusserit, cuius uolũtati nõ est cur se qsquã opponat. Siquis insultat porrò, cogita opus qd tu facis, efficere illum sæpe non posse. Itaq; quanquã inferior, tamen hoc excellis: & ille quãquam maior, ⌜tamẽ hoc relinquitur tibi. ⌜& sic æqualitas fiet. Equidem & in corpore mẽbra que parua sunt, haud paruum præbent usum, sed auulsa magnis, ea uehementer obscurãt. Quid enim capillis toto corpore uilius esse potest? at illos tamen ipsos quãtumcũq; uiles si uel à palpebis, uel ab oculis ipsis detõdas, omnẽ totius uultus gratiã deturbasti, oculusq; iã ipse haud æquè splendebit uenustus: & quanquã incommodũ leue sit, tamẽ elegantiã uultus omnẽ: neq; elegantiã modò, sed usum etiam præstantem illũ, & acie oculorum cõturbat. Habet enim unumquodq; mẽbrorum & propriam, & communem quandam uirtutẽ forma similiter peculiaris quædã in omnibus est, q̃dam communis. Quæ quanquã discreta uideãtur, tamen ea lege natura copulata sunt, ut altero pereũte, necessariò pereat alterum quoq;, planeq; totã rem pub. tangat, siquid accepit incõmodi priuatus unus. En igitur, oculi clari sint, lucentesq;, gena ridens, ⌜rubrum labrum, nasus rectus, ⌜supercilĩũ procerũ: horum quodcunq; quomodocunq; demutes, cõmuni iam pulchritudini detraxisti, omniaq; tristitiæ plena, turpia apparebunt oĩa, quæ prius erant uenusta. Nasum summum præcide, mox ingentẽ membris omnibus induxisti deformitatem. Fac in corpore per cætera pulcherrimo pedem unum claudum, mancũ ui debitur corpus uniuersum, unius sit membri hæc licèt orbitas. In manibus similiter, unũ unius digiti tolle unguiculũ, id ipsum quod dixi, statim uidebis. Lubet in membrorũ uiribus, officiisq; id ipsum experiri: digitũ unum reseca, cæteros ad opus senties cũctantiores, neq; pari iã strenuitate suũ officium perfungẽtes. Communis igitur toto corpori turpitudo unius membri damnum, ornamentũ commune unius mẽbri salus cũ sit, ne proximum fratres abiiciamus, ne tam arctè nobis coniuncto temerè insultemus. Ab illo siquidẽ tam humili membro, pulchrũ illud speciosumq;, pulchrius spectabiliusq; euadit: & à ciliolis istis, tantam oculi gratiam ceperunt. ⌜Neq; uerò⌝ ad eum solũ redundat incommodum, qui accepit: sed is etiam qui dedit, non minimam sustinebit partem. Quod ut ne fiat, ita fratres nos inuicem foueamus, & illã quã natura corpori præscripsit legem, in societatem Christianã trãseramus, sic omnibus mortuis ut corporis nostri membris prospicientes. Sunt enim & in ecclesia mẽbra multa, diuersaq; sublimiora quædã, quædam inferiora: sunt uirginum chori, sunt uiduarum collegia, sunt & casto connubio fulgentium cœtus, & multi omnino uirtutis gradus: In iuuãdis miseris eandẽ inuenies diuersitatẽ: huc quidam totos sese euacuarũt: alij sic, ut solũ quod uitæ satis esset, sibi relinquerẽt, & necessitatem ultra nihil seruarent. Quidã ex aceruo dare maluerunt, sed isti tamen omnes mutuo sibi sunt ornamẽto, & maior si minorẽ contemnat, maxima seipsum laudis suæ parte fraudabit. Si uirgo eã quę in connubio est despiciat, nõ parũ de mercede sibi sua rescidit. Itẽ si qui dedit omnia, eũ qui non dedit, calumnietur, magnã laborum partẽ amisit. Et quid ego uirgines, uiduas, & eos qui pro Christi nomine nihil sibi reliquum fecerunt, dico? mendicis quid esse uilius potest? sed illi tamẽ ipsi, usum ecclesiæ, templorũ foribus admoti, pelcherrimum quendam, & ornamentum maximũ præstãt, ut his sine, plenitudo ecclesiæ pfecta esse nõ possit. Quod & apostoli principiò statim intelligentes, ut cætera quidẽ oĩa: ita istuc quoq; uiduæ ut essent præclarè cõstituerunt, tantã in ea re diligentiam collocantes, ut illis ministros septẽ præficerent. Quẽ admodũ enim episcopos, sacerdotes, diaconos, uirgines, coniuges numeramus catalogũ ecclesiæ recẽsentes, sic & uiduas. Neq; uerò usum illæ sui aspernabilem præbent: nam tu cũ lubitum est ades tantùm, illæ noctu diuq; hìc psallunt, adsuntq; cõtinuò: haud equidẽ mẽdicitatis, quemadmodum uideri fortasse potest, gratia. Nam si id quidem uelint, per forũ ire & porticus mẽdicatum licebat: sed pietatis quoddã non leue momentum habẽt. Vide enim: quæ tanto paupertatis igne coquuntur, uocẽ blasphemã aut indignam (quod locupletum illarum pleręq; solẽt) nullam unquam emittunt. Harũ igitur incœnatas alias cubitum ire, alias sub dio, assiduo frigore rigẽtes, agere, in eadem tamẽ omnes gratiarum actione, & prædicatione patris durare cernas. Obolum dedisti, gratias agunt, & mille præterea modis bene tibi precantur: nihil dedisti, non ęgrè ferunt, sed etiam sic dominum laudant, solito tantùm, tenuiq; uictu cõtentæ.

⌜in omnibus utilitatem
⌜Vtile igitur & pedi quod ita ordinatus sit, nõ capiti solũ. & si ordinem mutauerit: & prio loco relicto alterũ inuaserit etiã si maiorẽ uideatur adisse, omnia perdit ac corrupit. Si quidẽ & prio excidit, & alterũ nõ consequitur.
⌜neq; gratia maiori pollentibus inuideamus
⌜tamẽ in hoc uinor est:
⌜Itaq; ad uersus se pugnat, qui aduersus fratrẽ pugnat. non enim

A Nolint uelint, inquis, ferant oportet. Quî istuc tãdẽ obsecro te, aut q tibi tã inhumana uox uenit in mentẽ? an uerò nõ artes sunt malæ quædã, unde facere quæstũ uetuli, uetulæq; possent? non licuit, si uoluissent, uiuendi rationẽ inire minus acerbam? & uel ex his unde lautè uiuerent queritare? Non uides quàm multi eiusdem ætatis homines lẽones, & prostitutores facti uoluptatibus etiam fruantur? At uerò haud illæ, quæ fame perire malunt, quàm inquinare uitã, & salutem suã turpirer prodere. Assiduè igitur phar macum tibi salutis apparantes sedent. Neq; uerò medicus qsquã ferro manũ ue admotis sic accuratè putrida uulnera secat, ut pauper egena manu porrecta stipẽ flagitãdo uulnerũ cicatrices tollit. Et qđ mirum, citra dolorem, citra suspirium, pulcherrimã cõferunt medicinam. Neq; minus ille, per silentiũ, soloq; conspectu, pro templi foribus mẽdicus sedens, suadendo potest, q̃ qui populũ moderamur, & pro cõcione quotidie declamam⁹. Quid enim aliud nos uobis inculcamus quotidie docendo? nisi ut ne altũ sapias ô homo. Res est subito inclinans, & oĩgenis
B casibus quã maximè obnoxia hominum natura: ad senectam iuuentus festinat, dilabitur gratia in deformitatem, ad imbecillitatẽ robur decrescit, sanitas in languorem deficit: in contemptũ gloria, diuitiæ in penuriã, honor in despectum abit: præcipiti flumini nec usquã consistenti, sed ad prona continuò, & per oĩa ruenti, nostra similia sunt. Hæc & his plura mẽdicus ille, non uerbis & oratione ad hoc cõcinnata, sed re ipsa, & uero uultu (quod genus hortationis potentissimũ est) assiduè cõtestatur. Quot igitur eorũ putas, qui ad postes nunc templi miseri sedẽt, stolte runt quondam, & magna gesserũt? Quot deformiũ illorũ credis, ipsi quoq; & corporis ui quondam, & formæ præcellentia multos ⌜solicitarunt? ⌜nihil est qđ dubites, aut hos idcirco subsannes. Id genus exẽplis mille, uita scatet. Ex abiectis & cõtemptibilibus hominibus, si euaserũt reges sæpe, quid mirũ si è magnis clarisq; uiris, mendici contrà facti sunt, quidam? Nam illud profectò incredebilius est, cũ hoc trãslatitium sit & peruulgatũ. Ita non est cur qs dubitet illorum pleroscq; artibus, bello, opibus floruisse quon
C dam: misereri uices illorũ, & cum dolore etiam sorti quenq; suę metuere conuenit potius, ne idem iam olim ipsi quoq; periclitemur. Nã & nos homines fortunæ lubricitati æquè oẽs obnoxij sumus. Sed huic nostræ orationi iandudum arbitror rudis aliqs, & calumniari oĩa solitus reclamat, totosq; nos traducit. Quousq; tandem inquiens mẽdicos ⌜nos esse coges? ⌜calamitates nescio quas portendens, mẽdicitatem pro concione solam tollens, & mẽdicos facere nos prorsus instituens. Ego uerò nequaquã mendicos facere uos ista inculcans uolo, ⌜sed cœli diuitias uobis aperire studeo. ⌜Siquidem & ad sanũ de ægrotis, ægrotantiumq; languoribus orationẽ qui facit, non equidem quî in morbum auditorẽ adducat cõtẽdit, sed ut sanitatis ille curã habeat maiorem, eorum quæ ægris acciderunt metu ignauiam denceps suam emendet. Metuẽda res paupertas esse uidetur, & ipso etiã nomine horribilis. Equidem hanc quia metuimus, hoc ipso uerè iã pauperes sumus, etiam mille talenta possidentes. Neque. n. qui nihil habet pauper est, sed paupertatẽ horrẽs. Quoniam & in calamitatibus ipsis, non passos grauia, sed ferre etiã si leuia sint, nõ potentes lugemus, miserosq; putamus

⌜superauerunt?
⌜in sermonibus ad duces?

D adeò ut ferre qui nouit, laude præconioq; dignus habeatur. Et hoc quidẽ isto habere pacto, uidere à certaminibus licet. Nam quos istic laudamus? ⌜eos nẽpe qui sæpius uerbera ingeminantes, nihil ipsi sudãt, turbãtur ue, ⌜sed recta, sublimiq; ceruice consistunt. ⌜haud eos ⌜qui ad primos statim congressus retrosilierunt. An non illos igitur tanquam fortes & generosos coronamus? hos uelut imbelles, timidosq; exprodimus? Istuc igitur ipsum & in uitę negotiis faciamus, tolerantissimo animo oĩa perferentem, uelut ⌜au eos olympicum illũ pãcratiasten coronemus: timidum uerò illũ & trementẽ, & ante congressum, ictus metu exanimatum deploremus. Quemadmodũ enim in certaminibus, qui aduersarium antequã brachia tollit, motam tantummodo dextrã uidens fugiat, neq; plagam ullã expecter, mollis, deridiculus, imbellisq;, & laborum omniũ impatiẽs habetur: Ita planè de his qui paupertatẽ horrentes, ne expectationẽ quidẽ huius aio sustinere possunt, iudicamus. Haud igitur miserum, ego quidẽ te facio, sed tute bone uir teipsum: quî enim nõ ludat satã te posthac, ante plagam, ad solas minas contremiscentẽ uidens? immo
E plaga ne eget quidem: opes tibi modò, qbus ne abripiantur metuas, relinquat, quauis te cera reddiderit molliorem. Equidem quia natura solemus, q̃ metuimus postquã experti sumus metuẽda putare minus, ne id accidat, uehementissimo te satan ante congressum paupertatis distinet metu, & uelut cerã liquefacit. Est enim profectò cera uir huiusmodi mollior, & uitam uiuit ipso Cain miseriorẽ, eorum quibus abũdat desiderio flagrans, his quæ nusquã sunt sese affligens, & ⌜quæ sunt ⌜identidẽ se crucians, opes uelut ⌜ob ea q̃ fugitiuum seruum intus includens, mirabilibus qui habet, busdã, & nouis sese perturbationibus distringẽs. Nã & cupiditate fertur absurda, & timore multiplici, & solicitudine quoquo uersus ingruente maceratur, nauigio omni ex parte uentis aduersis, obluctãtibusq; iactato, & decumanos fluctus sustinenti simillimus.
Quẽ quantò obsecro melius si tolli semel perireq;, quã tantas animo tempestates assiduò perferre? Nã & ipsi Cain optabilius mori fuit, quã per omnem uitam cõsternari. Id igitur quò minus accidat fratres, astum illũ columniatoris satanæ rideamus, auaritiæ uincula rũpamus, frangamus sęuissimi teli cuspidẽ, F aditum omnem hosti præcludamus: auaritiã enim, animo forti cõtemnere si potes, plãgam non est cur metuas ullã. Apprehendere satan non potest, radice malorũ extirpata: si radix enim nulla sit, neq; fructũ ille malignus pullulabit. Hæc uociferamur semper quidẽ nos, & uociferari nũquam desinimus. Siquid porrò clamore nostro proficiamus, dies illa mõstrabit, per ignem quondam reuelanda, & opus uniuscuiusq; quale sit spectandũ exhibitura, ardentes lãpadas patefactura pariter & extinctas. Hic oleũ habẽs, non habẽs, prodibit uterq;. Quod tu procul auertas ô Iesu Christe, ne quisquam consolationis tũ expers inueniatur, sed largam oẽs beneficiorum suorum copiam afferentes, & uiuis lampadibus ardentes sponso occurrant: absit acerba & horribilis uox, quã qui hinc omnis misericordiæ & humanitatis inanes soluerunt, istic audire cogentur, illam sponsi scilicet, Ne scio uos, inquientis. Hanc facito Iesu Christe ne sentiamus, sed iucundam illam potius, & desiderabilissimam: Huc amici mei benedicti, regnum capessite paratum ab æterno uobis. Sic. n. uitam illam uiuemus

Supr. 3. c
Mat. 26. b
Ibidem. c

Universidad de Navarra Biblioteca

G beatam,& bonis lõgè humanę mẽtis cogitationem omnẽ supergredientibus perfruemur, quæ ut nobis contingant,gratia faxit,& benignitas Christi Iesu saluatoris nostri, cui gloria & imperim nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia XXXI.

a *T non potest oculus manui dicere, nil est mihi te opus: aut rursum caput pedibus, nihil est mihi uobis opus.* Postquã inuidiam tenuiorũ repressit,tristitiãq; qua esse, propter maiora aliorũ dona, uidebantur,exemit:nunc eorum etiam fastũ deiicit, qui dona scilicet maiora ceperunt. Et quanquã fecit id quidẽ in his, quæ aduersus illos suprà differebat: nam donum esse cùm diceret,non quiddam uirtute nostra partum,quid aliud quã hos etiam cõfutauit? tamen uehemẽtius iã id ipsum rursus eadem in imagine cõsistens facit. Corpore posthac, & q̃ hinc est unione missa,ad membrorum inter se collationem, quã rem præcipuè nosse quærebãt,festinat. Neq; uerò quòd unũ omnes,se corpus esse scirent, tam idoH neum consolandis ipsis fuit, quã si in his etiam quæ habebãt,haud ita se multũ differre cognouissent. In quit igitur: *At non potest oculus manui dicere,nihil est mihi te opus:aut rursũ caput pedibus,nil est mihi uobis opus.* Etsi donum enim inferius est, necessariũ tamẽ: & ut illo non existente multa impingãt,ita sine hoc,pleni tudo ecclesię mãca fuerit sanè. Neq; nõ dicit oculus, ⌜neq; ea- sed dicere non potest,inquit. Itaq; si maximè uelit, si res natura consistit. maximè dicat etiam,nũquam id accidat tamẽ,⌝nusquam quod dicit rerũ consistat. Vtraq; igitur extrema sumens,in ipsis orationẽ exercet, manu oculisq; primũ: mox etiã circa caput & pedes, aucto paulùm exemplo. Nam quid pedibus humilius est? capite qd honoratũ, necessariúm ue magis: est enim homo uel maximè caput scilicet. Atqui nõ sufficit ipsum sibi tamẽ, omniũ ue expedire solum potest. Si posit enim, frustra nobis appositi pedes fuissent. Et hactenus qdem euectum esse se, satis non habet, sed altiorem su periectionẽ quęrit (quod facere ubiq; ferè solet) non intra æqualitatem contentione cõsistens, sed lõgius I etiam procurrens. Subiungit itaq; : *Multò uerò magis, q̃ mẽbra corporis imbecilliora uidẽtur, necessaria sunt: et q̃ uiliora putamus, ea studio excolimus ampliore: q̃ deformia, ijs formæ plus conciliamus* Corporis similitudinẽ adhibet,ubiq; deiectum erigens,tumidum uerò coercẽs. Non solũ hoc,inquit,dico, opus maiora minoribus habere,sed multũ ad hoc etiam præbere usum. Siqd enim imbecillum in nobis est,siquid contemptibile, hoc & necessariũ est,& honore amplius potitur. Pulchrè uerò quæ uidẽtur,itẽ quę putamus,inqt, haud naturę rerum,sed sentẽtię uulgaris de medioq; sumptæ,calculum describens. Neq; enim in nobis esse putãdum est uile quicquam, opus est enim dei. Genitalibus nostris quid uideri contẽptius possit: atq honore p̃cipuo fruũtur,adeò sanè,ut qui egestate pressi,nudum circunferant reliquum corpus, ea mẽbra nunquam sustineãt exhibere nuda: quanquã nõ est ea rerum q̃ in pretio non sunt,sors & conditio, magis enim quã cætera despici consueuerunt. In domo uidemus,qui seruus abiectior est,non solũ cura non tractatur maiore, sed ne eadem ille cum cæteris qui dẽ. Itaq; & hoc,si deiectius fuisset, non solũ nõ uberiori honore frui, sed ne eodem cum cæteris potuisset:atq maiore fruitur, diuina nempe sapientia hoc ita comparante:aliis enim suapte natura ne egerent, prouidentia indulsit, aliis uerò postquã id ipsa quiK dem nõ dedit, dare nos iusit, coegitq;. Neq; idcirco contemptoria sunt tamen,quando & animalia oía ferè,ab ipsa natura ne indigeant,acceperunt, nõ uestę,non calceis,non tecto egent ⌜pleraq; ipsorum;⌝ ne que ob hoc ignobilius corpus nostrũ euadit tamen, quòd illorũ præsidio,dum se defendit,utatur. Nam siquis rem diligentius expẽdat,uatura sua nobilitata necessariaq; sunt: quod ipse quidem significando nõ solũ à studio nostro & obseruantia,qua maiore imbecilla fouemus,sed ab ipsa etiam natura rerum humilibus istis suffragium petiuit, authoritatẽq; cõciliauit Itaq; quoties imbecilla aut neglecta dicit, q̃ uidentur,inquit:quoties necessaria, iã amplius quę uidentur,inquit,sed ea esse necessaria demõstrat:& rectissimè id quidẽ. Siquidem & ad liberorum propagationem, & ad generis nostri æternitatem, perquã opportunissima illa sunt. Legibus itaq; Romanis,q̃squis ea p̃cidebat,& se euirabat,grauiter punieba tur,tãquã qui i communi generi offeciſſet,& ipsi uim L attulisset naturæ. Sed pereant intemperati homines, admirãdum dei opificium calumniãtes. Vt enim uinum quidã,ebriorũ moribus offensi, & sexum muliebrem, propter adulteras quasdam:ita hæc mẽbra quoq; quia sunt qui parũ honestè usurpent,muiti ue lut turpia condemnant, detestanturq;. Atq non conuenit:neq; enim, unà cũ rei natura, orta uitia uenerunt,sed ex eius qui peccare sit ausus, delectu gignũ tur. Quidam uerò imbecilliora,ignobiliora:item necessaria,honoratiora,de oculis & pedibus Paulũ dixisse putant. Et imbecilliora quidẽ necessariaq; oculos esse,quia quantũ uiribus relinquantur, tantũ usu p̃cellant. Ignobiliora uerò, pedes, qa ipsi quoq; magna prouidentia curãtur. Deinde ne hyperbolẽ strue re nouam cogeretur, *Quæ decora*, inquit, *in nobis sunt. cura nostra non egent*. Nequis enim dicat, qd hoc rei est? Despicere pretiosa, uilioribus intẽtos esse iubes? Nos uerò ista non despicimus,inqt, sed cura nostra, ipsa non egent. Atq; hic uide, quas laudes,qua breuitate perstrinxit. Adhæc quàm utiliter, & quàm ex usu: Ac neque contentus his est, sed causam p̃terea subiungit: *Contemperauit*, inquit, *opifex corpus, indigentique honoris tribuit plus, ne.s.esset, in corpore factio*. Si cõtemperauit,quod abiectius erat,apparere, passus M non est:quod enim permiscetur,unum fit, neq; iam quale fuerit antea, discerni potest, alioqui ne pmistum quidem diceremus. Et uide quã pulchrè,siqd inest minoribus uitii,præteruehatur:nõ enim in honorato,aut deformi,sed indigenti inqt: Qui indiget autem? Iuxta naturam:indigenti igitur,honoris plus dedit. Quid istuc uerò? Vt ne esset in corpore factio. Vt multis enim consolationibus eos erexisset,doluisent tamẽ quãdiu minora capere se putassent. Ergo magis esse hornatos necessariò demonstrat.indigenti honorispl⁹,inqt,dedit.mox ratione subiecta:qua, ut & indigerent quædam, & eadem maiori tamẽ in pretio haberentur ex usu fuisse,docet. Sed q̃ illa est? Ne esset, inquit, in copore factio. Non in membris inquit,sed in cor,pore. Magna enim futura erat, sine dubio,simultas,⌜si quædam & natura & nostra pro- ⌜*Magnũ enim futurus erat excessus.* uidentia adiuta niterentur, quædam utraq; carerẽt. Scissaq; inter se mẽbra fuissent, ferre societatem nequeuntia:mox disidentibus his, in cætera etiam incommodũ redundasset. Vides ut indigenti necessatiõ honoris plus sit tributum:hoc enim nisi sit, com

munis

A munis omniũ,pernicies quædã incũbit.nisi.n. multa cũ prouidentia à nobis illa foueantur, detrimentum accipiant oportet,quando naturæ præsidio ex sese sunt destituta. Detrimentum interitus sequatur: interitũ, corporis iam dissolutio: hanc cæterorum iam,præstantiorũ ẽt ruina cõis. Vides dum illis prospicitur,q̃ pulchrè istorum ẽt cura & salus procuretur. Neq; enim eandẽ,in sua quidq; natura,& corporis societate rationẽ habet. Vnde fit,ut si corpus interire contingat,nihil prodesse singulorũ sua sibi salus posit. Vt oculus enim,ut nasus,quod suum est tueatur,uinculo societatis rupto, cõmodum ex ea re tamen nullũ erit. Contrà hoc seruato,ut illa maximè patiantur,fouebuntur tamẽ,sanitatiq; restituentur citò. Sed dicat fortasse aliquis: in corpore quidẽ istud habere locũ, ut quod ignobilius est, honoris plus adipiscatur:inter homines uerò,uix id usquam ⌜undecima deprehẽdi. Immo hoc inter ipsos uideas euenire maximè. Nam & quiq decima⌝ hora uenerunt,mercedẽ Mat. 20. a accipiunt primi: & ouis errans, pastorẽ uicit, ut nonaginta nouem relictis,unã se sequeretur,inuentãq; B gestaret nõ ageret. Et intemperatus ille filius, honoLuc. 15.a re fruitur uberiori, q̃ qui erat in pretio. Latro etiam Ibidem.g ante ipsos apostolos coronã præconiumq; inuenit. Ibid.23.e In talentis idẽ uidere licet, Nã & qui quinq; accepit, Mat.25.b & qui duo,rebus iisdem ornãtur,& illud ipsum duo accepisse,beneficẽtiæ cuiusdam loco est. Nam si ille quinq;,id est supra uires suas accepisset,excidere potuit uniuerso. Nunc aũt cum accipit duo,& quæ cõ credita sunt exauget, laudem tantã reportat quantam qui quinq;,tantò præcellentior,quantò minori cum negotio,coronam eandẽ est assecutus. Et q̃q ipse quoq; homo esset,perinde ut qui quinque,nihil tamen herus, cũ illo rationẽ uel pensiculatius init, uel ad eandẽ cũ conseruo,operam cogit. Sed nec, cur non quinq; cõfecerit ipse quoq;, cum id iure potuisset,expostulat,sed & ipsum coronat. Hæc qa fratres intelligitis,nõ est cur minoribus maiores temerè insultetis,ne uobismetipsis citius, q̃ illis incõmodo sitis. His enim reuulsis totum interibit corpus. Quid.n.aliud corpus est,q̃ membra multa:⌜quemadmodum ipse dicit, corpus nõ esse membrũ unũ, C sed multa.⌝ Quæ cum ita sint, demus operã ut mulHic sup.b ta quę sunt, multa maneant. Hoc enim nisi fit,ad lę talia etiam,plaga extimis illata,descẽdet: hinc istud quoq;, non solũ ut ne diuellamur instat, sed ut arctissimè iungamur. Ergo non satis habuit dicere,ne factio in corpore sit,sed subiungit, *Vt æquè de se inuicem sollicita sint membra*: secundam hanc quoque causam adiungens, qua minoribus plus honoris haberi declarat. Non solũ enim,ut ne abs se inuicẽ,mẽbra discedant, deus pater curauit,sed ut ingens præterea charitas,ingẽs inter ipsa cõcordia foret, iussit. Nam si in proximi salute sua cuiq; salus stat, haud mihi tu maius obiicies,minúsue quicquam. Tantisper enim dum corpus cõstat,cerni differentia potest:ubi perijt,non potest. Perijt aũt, si non & minutiora illa consistant. Ergo si summa intereunt, infimis abreptis,æquè ueniunt utraq; curanda, uelut q̃ mutua salute nitãtur. Vt sexcenties igitur minus humilisue membrum esse dicas,nisi æquè ac teipsum curabis,nisi non negligis, in teipsum ea negligentia redundabit. Itaq; non solũ ut pro se inuicem, sed ut pariter pro inuicẽ sollicita sint, monet:hoc est, pari studio minimus maximus curetur. Ne tu igitur hũc

Tomus quartus.

esse nescio quem de medio dicas,sed esse membrũ, D eius corporis cogita, quo tota ecclesia continetur. Nec minus ille, quã oculus,corpus facit esse corpus. Vnde.n.corpus exædificatur, in eo nemo quisquã quoquam plus habet. Neq; enim ex eo corpus fit, quòd membrorũ hoc quidẽ sit minus,illud maius, sed quòd sint ea multa & diuersa. Vt enim tu q maior es,constituis corpus,sic ille,cũ sit minor: ut huius humilitas,quoties struere corp⁹ sit necesse,ęquè ut tu ueniat,æquè ad hoc symbolũ sit pretiosa. Idẽ enim tibi pollet,& perspicuũ est. Esto enim nõ pretiosius uiliúsue,non maius minúsue. Sed esto oculus omnia,esto caput oía, an non interibit corpus? Et hoc nemini dubium: idẽ si sit infimum quiddã omnia,fiet. Ergo etiam hoc pacto ęqua magnis minora sunt. Immo quod plus est, ut maneat corpus, idcirco minor,minor est, adeoq; propter te minor, quò tu maior esse possis,ut dignus sit,q pari ab omnibus cura, maxima à maximis, foueatur. Et quia dixit pari sollicitudine se tueantur, hoc pari rursum exponit,inquiens: *Siue enim ægrè membrum unum habet,omnia consternantur: siue gaudet,omnia exultant.* Id E circo cõi prouidentia,in tanta membrorũ diuersita te,summam,inquit,coniunctionem adornauit, ut quicquid incidisset,magna esset omniũ cõspiratio, magnus consensus. Si enim proximo prospicere,suã ipsius est salutẽ tueri,secunda, aduersa omnia cõia esse decet. Tria igitur hìc flagitauit Paulus,ne scindãtur,sed penitissimè copulentur,ex æquo sibi prospiciant,quicquid incidat cõe putẽt. Et suprà quidem plus honoris inferiori,propter imbecillitatẽ, dedit, inquit:quasi maioris ⌜curæ ⌜imbecillitas causa sit: ⌜*honoric* Hìc uerò mutuæ prouidentiæ ratione adæquauit. Idcirco honore fruitur, inquit, uberiore: ⌜quia non ⌜*ut nõ minore fruatur* minore fruitur⌝ prouidentia. Non hinc aũt solũ, sed ex his quæ incidere læta tristiaq; possunt,mẽbra colligãtur. Calcaneo spina infixa est,sentit totũ corpus cruciaturq;, incuruatur dorsum & uenter, fœmora corripiuntur:manus ceu satellites,ministriq; properantes,retrahũt infixã:inflectitur caput,solliciti oculi tũentur. Ita fit ut pes,quantũ relinquitur,ascẽdere nõ ualens,tantò superet, ad se caput quod summũ est deducens:idq; non amicitia, sed debiti & officij F iure. Ergo si quæ maiora sunt, nihil amplius cęteris habent,q̃ quòd minoribus magis sunt obstricta,& sollicitudinem debent,& casus æqualiter oẽs perferre, magna profectò societas est. Quid.n. calcaneo uilius? capite quid honoratũ magis? sed hoc ad illud ex officio descendit tamen,cæterorũ omnium turba stipatũ. Rursum si patiatur oculus, omnia dolebunt, omnia cessabunt, nõ pedes ibunt, nõ manus operabuntur, nõ frui iam consuetis cibis uẽtri lubebit, oculorũ licèt sit dolor. Quid uentrẽ ocule mordes? quid pedes remoraris? qd manus uincis? Quia innexa natura omnia sunt, modoq; ineffabili cõpatiuntur. Si non cõpatiantur enim, non utiq; prospicerent mutuò sibi. Quapropter ut æquè igitur pro se solliciti sint monet, additq; ut si membrum patiatur unum, cõpatiãtur omnia. Si unum in pretio sit, omnia congratulentur: Sed quî congratulantur,inquis? Coronatur caput, splendescit homo iam uniuersus: differit os, statim oculi arridẽt, serenanturq;, linguæ licèt,non oculorũ ea laus sit,& decus. Rursus cũ pulchrè nitent oculi, matrona iã uniuersa nitet. Quemadmodũ uicissim,si nasus æqualis,ceruix

R

Grecta,membra cætera laudata si sint, oculi exultãt, clarescuntq;,iidẽ multa lachrymarũ ubertate, cæterorum dolorẽ & calamitatem prosequuntur,ipsi illæsi sint licèt. Ista fratres reputemus,membrorũ cõiunctionẽ imitemur, proximi malis ne insultemus, bonis ne inuideamus: furiosorũ hoc est,& mẽte carentium. Qui oculũ spontè effodit, an non ingens amentiæ documentũ præbet? qui manũ uorat,non conspicuum furoris exhibet argumentum? Si porrò hoc ita in membris est,in fratrib⁹ si sit, quid obstet quò minus furoris arguamur, in ingens incõmodũ incurramus? Quantisper.n. oculus lucet, tua quoq; cõstabit elegantia,totũq; splendebit corpus. Nec.n. sibi modo formã ille ministrat,sed cõspiciendam ẽt teipsum facit. Quòd si tu illum extinguas, tenebras uniuerso corpori induxisti, gratiam membris oibus abstulisti. Quemadmodũ igitur si lucentẽ illũ oculum seruas, gratiã toto corpori seruas. Nemo enim oculũ pulchrũ,sed fœminã pulchram dicit, aut certè oculum post cõe encomium tollit: Sic & in ecclesia contingit,ut si quidã illustres sint, uniuersa gloriæ famam illa decerpat. Nam ne inimici quidẽ sepa
H rant laudes,sed cõiungunt: ut siquis sit dicẽdo fami geratus,non ipsum laudant solũ,sed ecclesiam uniuersam. Neq; enim uir mirãdus est,inquiunt, sed mirandũ Christiani doctorem habent, adeoq; reddũt hanc laudem oibus cõem. Itaq; gentes quidem uirtutem iudicãt cõem: tu diuidis, bellumq; tuo ipsius corpori infers,seditionem domesticis membris mo
Matt.12. & Lucæ 11.b ues, haud cogitans,quî omnia euertas. Nam regnũ, inquit,in se diuisum haud cõsistet. Equidẽ nihil tam dispergit dissipatq; q̃ inuidia,sæuum malũ, nec ulla uenia dignum,& ipsa uitiorum omniũ radice, auaritia,tetrum magis. Auarus enim tum certè cùm accepit ipse, inuidus tum, cũ alius non accepit gaudet. Rem strenuè peractam putat, quoties proximo est acta malè: successum ab alterius infortunio,nõ fortuna sua metitur: cõis hominum naturæ, oberrans hostis, Christi membra flagellans, quo nihil furiosum magis. Inuidet satan,sed hominibus,socio iam nemini: tu uerò homo cùm sis,hominibus inuides, odium aduersus genus, naturamq; cõem exerces,
I quod ne satan quidẽ facit. Quã igitur ueniam assequere? quam tandẽ excusationem prætendes? si fratris successum,uidens,intremiscas,pallescas,ubi coronari,gaudere,exultare oportuisset. Quòd si æmulari libet, nil obsto,æmulare sanè, sed ut ei qui bonus uir est,similis euadas,nõ quî supprimas: ad idẽ fastigium ascende,uirtutẽ eandem exprime. Hęc honesta æmulatio est,imitari,non inimicũ esse: non cõmodis aliorum,sed suiipsius uitijs offendi. Atqui cõtrà inuidia solet, mala sua nescit, successu liquitur aliorum. Nunquam egenum ita paupertatis sarcina premit,ut inuidũ felicitas fratris: quo quid,obsecro, sit sæuum magis? Nam hoc ille,quemadmodũ dixi, etiam auaro est peior. Nam hic quidẽ quoties capit ipse,ille uerò cùm alius excidit,lætatur. Obsecro igi tur pessima inuidiæ uia relicta, ad honestã æmulationem animũ adiiciamus. Vehemens res est æmulatio,igne feruentior,magna ex ea re cõmoda perci
Rom.11.b pere licet. Sic Paulus Iudaicæ gentis homines ad fidem inducens,inquit: Si quo modo ad æmulationem gentis meæ homines prouocare possem, quò aliquot saltẽ lucrifacerẽ. Sic.n. qui æmulatur, ut ille uolebat,nihil successu fratris,sed quòd relinqui se ui
K det,indolebit: inuidus cũ rem succedere uidet alteri,tabescit,prorsus uelut fucus quispiã,alienis laboribus tabescẽs, capessere labores ipse nunq̃ cogitãs: alium accinctum uidẽs ingemiscit, omnia facit quî illum remoretur: cui rei morbũ cõseremus? Perinde esse uidetur,ut si somnolentus quispiam asinus,& crassa carniũ pulpa grauis, equo pernici cõiugetur, qui cũ sequi nolit, illum mole sua inhibere ẽt conetur. Nam & hic quî profundo somno aliquando sur gat,nihil neq; cogitat, nec occupatur: omnia uerò mouet, qui illum in cœlũ properantem subuertat, deiiciatq;,expressa quædam satanæ imago: qui ipse quoq; hominẽ in paradiso uidens,nihil eam ob rem mutabatur,sed ex hoc illũ statu deiicere parabat: & rursum in cœlo sedentẽ hominem,alios huc festinãtes conspicatus,eodẽ illos liuore interuertere,& feruẽtiorem sibi flammã excitare perrexit. Sic enim fit semper, ut cui inuidetur,si modò uigilet, illustrior odio reddatur: ipsa sibi inuidia plus assiduè mali cõcinnet. Sic Ioseph ille clarus euasit, sic pontifex Aarõ: Coëgerunt inuidorũ insidiæ dominum, ut iterum
L iterumq; clarũ huic testimonium exhiberet: eadẽ ut uirga germinaret,in causa fuerunt. Sic Iob opulẽ Num.17. tia tanta,& rebus cæteris fruebatur,sic inuidi innumerabilibus suis malis tẽtantur. Quæ cũ ita sint,sce lestum hoc æmulationis genus fugiamus. Quid.n. dic obsecro, malè te habet? num quòd frater donũ spirituale cepit? Sed unde cepit obsecro? non ab ipso deo? aduersus illũ igitur inimicitiam exerce qui donum dedit. Vides quò malũ serpit? & ut colophonẽ uitijs omnibus imponit. Vides quantũ aperit suppli cij barathrũ? Fugiamus dilecti,ne iuuideamus, pro inuidis deprecemur,omnia agamus quî isti morbo liberentur: ne simus fratres amentibus illis similes: qui cũ inuidos ulcisci uolunt,hoc manibus & pedibus conantur,qui flammã illis ardentiorẽ reddant: absit istuc,deploremus potius, & ingemiscamus illorũ uices: ipsi enim sunt ad quos illius iniuriæ sensus maximè peruenit,uermem alunt assiduè pectus eorum corrodentẽ, ueneni quòuis felle amarulentioris fontem habent. Obtestemur benignũ deũ,ut illis hanc mentẽ conuertat, & nos ne morbi uis inuadat. Inaccessum hac tabe laborantibus cœlum.
M Nec cœlum modò nõ patet,sed ne uita quidem hac ipsa commodè frui licet: Non ita uestem, non ita lignum insidens uermis,insidens tinea rodit, consumitq;,ut illa inuidiæ ardentissima febris ossa haurit, ipsamq; mentis sobrietatem depopulatur. Vt igitur & nos ipsi,& alij multis magnisq; incommodis eripiantur,febrem sceleratam de medio profligemus, quàuis tabe grauiorem: ut diuina uirtute recuperata,& præsentis uitæ stadium decurramus,& futuræ gloriæ coronam assequamur,quæ ut omnibus contingat,gratia faxit,& benignitas saluatoris Iesu Christi,cui cũ patre & spiritu sancto laus sit in secula seculorum, Amen.

Homilia. XXXII.

Os aũt estis corpus Christi, & membra ex parte.

u Nequis.n. dicat,nihil ad nos corporis exemplũ pertinere,natura serui, cùm quicquid à nobis fiat,liberũ sit,& uoluntatis totũ, ipsum necessitudini nostræ accommodãs, & tantam animorũ concordiam,quanta membrorũ natura sit,esse debere docens: uos uerò corpus, inquit, estis Christi. Quòd si corp⁹ nostrũ seditiosum esse nõ decet, q̃tò

A minus Christi? tantò profectò, quantò gratia potentior est quã natura. *Et membra ex parte.* Neq; corpus solũ,sed & membra sumus,inquit. Vtrunq; superius disputarat, & multos in unũ colligendo, omnesq; unũ esse monstrando (corporis modò ratio seruetur) & hoc unũ in multis & per multa cõstare, itẽq; multa per hoc contineri, & ut multa sint effici. Sed quid illud sibi uult, ex parte? Quantũ uos attinet,& quãtã partem extrui à uobis sit æquũ. Nã quia corpus dixit,uniuersum aũt corpus,non illa Corinthiorum ecclesia est solum, sed quæ ubilibet toto extat terrarum orbe, ob eam causam, Ex parte, inquit: id est,uestra ecclesia,illius passim disiti corporis,ex omnibus ecclesijs cõpacti pars est quædã: ut nõ erga uos inuicẽ modò,sed erga oẽm oĩno per totũ orbẽ ecclesiã agitare deceat pacem, quando membra uniuersi corporis estis. *Et quósnã in ecclesia dominus collocauit? Primũ quidẽ apostolos, secundò prophetas, tertiò doctores, deinde potestates: itẽ dona sanationũ, subsidia, gubernationes, genera linguarũ.* Facit quod iam
B antè dixi. Nã quia dono linguarũ nehemẽter tumebant, omniũ hoc postremũ ponit. Nã primũ & secũdũ hic nõ sunt uulgariter dicta, sed ordine quid sublimius, quid humilius esset ostendit. Vnde apostolos prælocauit, ut qui oĩa in se donorũ genera habere ẽt. Neq; enim alios apostolos, alios prophetas, inquit, in ecclesia deus locauit, sed primũ, secundum, tertiũ adiunxit, hoc ipsum quod dixi ostendens: Se
Act.o.21.b & .11.d *cũdò prophetas.* Prophetabãt enim, ut filię Philippi, ut Agabus, ut illi ipsi Corinthij, de quib⁹ inquit: Pro-
Inf.14.f phetæ aũt duo aut tres loquãtur. Sed & Timotheo
1.Tim.4. d scribẽs. Ne neglexeris, inquit, quod in te est donum, quod datũ est tibi per prophetiã. Adeoq; plures tũ erant, quã ueteri lege. Non enim in decẽ iam aut uiginti, quinquaginta aue, aut centũ, sed in immensum, summa cũ largitate donũ peruasit,& unaquæq; ecclesia prohetãtes habebat iam multos. Quòd autẽ
Mat.11.b Christus legẽ & prophetas ad Ioannem usq; duravisse dicit, de prophetis aduentum suum prænũciantib⁹ est locutus. *Tertiò doctores.* Nam qui futura prædicit, omnia spiritu suggerente dicit. Doctor autem sæpe
Ibid.5.c accidit, cũ ex suo disserit, unde & alibi inquit: Qui re
C ctè præsunt senes, duplici honore afficiantur, præsertim qui in administratione uerbi & doctrinæ laborant. Qui aũt spiritu loquitur omnia, non laborat. Post prophetã igitur doctorẽ locauit, quòd illud quidem totũ est muneris diuini, hoc & laboris humani. Nã & ex suis multa doctor affert, congruãt modo scripturæ. *Deinde potestates, dona item sanationum.* Pulchrè sanationum dona à potestate, sic ut supprà, discernit. Potestas.n. sanatione maior est. Qui potestatẽ habet, & castigat & sanat: qui donũ sanã
Hic su.b tiã potestati & sanationi præponẽs. Suprà.n. cũ per spiritũ huic quidẽ sapientiæ, huic scientiæ sermonẽ concessum esse doceret, non ordine, sed promiscuè digesta ponebat. Hic præponit, subiicit. Cuius porrò gratia prophetiã præponit? Quod ea res etiã lege ueteri ordinẽ eundẽ tenebat. Elias igitur quando cũ Iudæis disputabat, & diuinæ potẽtię diabolicęq; uanitatis speciẽ exhibebat, uelut argumentum hoc in mediũ adduxit, maximumq; diuinitatis suæ documentũ esse, quòd futura prædiceret, iussit. Sed & Christus post tãta abs se miracula designata, haud paruũ istud diuinitatis suæ argumẽtũ esse docet, ad ditq; frequẽter: Hæc ego p̃dixi uobis, ut cũ fiant, me D esse illum credatis. Sed nõ immeritò prophetia sana Ioan.13.c tiones locũ posteriorem habẽt: à doctrina uerò cur relinquuntur? Sine dubio quia aliud euangelium annunciare sit,& pietatẽ hominũ pectoribus inserere, quàm potestates ostentare, quando & hæ per illud fiunt. Si quis igitur simul & ore,& uita docet,is omnium sine dubio maximus est. Doctores quippe,q nõ tam uerbo quã operibus, & illustri uitæ exẽplo docent, appellat. Quæ res & apostolos esse fecit. Potestates uerò etiã alij haud magni momenti homines principiò tenuerunt: hi.s. qui dicunt, domine, Mat.7.d nõne in nomine tuo prophetauimus, uim magnã ostẽdimus? Quibus haud unq̃ uos noui,& hinc qui facitis malũ, discedite dicetur. Docendi uerò munus illud quod diximus,uerbis rebusq; consentientibus cõstãs, haud temerè obierit improbus uir quisquã. Quòd aũt prophetas præponit,non est cur mirere. Non simpliciter enim prophetas inquit, sed qui prophetia instructi docent, ad publicã cõmunemq; utilitatem omnia dicunt, quod progressus magis perspicuum nobis facit. *Subsidia, gubernationes.* Subsi- E dia quæ sunt? imbecillos amplecti. Hoccine igitur donũ dei est? Maximũ istuc quidẽ, diuinæ beneficẽtiæ signũ in rebus spiritus, œconomũ & hortat orẽ esse. Quanquã quæ etiã nostra opera sunt, dona uocare multa solet, haud pigros nos esse uolens, sed diuino ubiq; p̃sidio nos niti, & gratos & ad ea obeunda alacriores esse debere docens, earũ rerum studiũ in nobis amplius excitare caput. *Genera linguarum.* Vidisti quò donũ hoc locauit? & quòd postremũ omniũ fecit? Hic postquã ex ipsa rursus enumeratione magnũ esse discrimẽ ostẽdisset, morboq; eorũ qui minoribus donis præditos se quærebantur succurrisset: hinc iã maiori cũ uehementia ipsos inuadit, quòd non leuibus argumẽtis, antea uel nihil uel certè nõ multò inferiores esse probarit. Cũ enim esset uerisimile, hęc disserẽti mox illud obiecturos, Cur igitur non oẽs apostoli potius sumus? suprà.n. consolãdo magis q̃ corripiendo (quanquã multis) istuc sic esse necessario factum ostendit. Primũ quidem corporis exemplo in argumentũ ducto. Cor- *Hic sup.e* F pus.n. inquit,nũ unum est mẽbrũ. Et rursus: Si unũ membrum omnia, inquit, erãt: ubi, quęso, erat corpus? Mox ab utili: Vnicuique manifestatio spiritus, *Ibidem.a* inquit, data est prout cõmodissimũ fuit: hinc item quòd nemo non hausisset ex eodẽ spiritu, & quòd donum sit non debitum. Distributiones sunt, inquit, donorũ, sed spiritus idẽ. Ex eo quòd manifesta tio ⌜quidẽ sese spiritus oĩum declaret: ⌝ Vnicuiq; ma- *⌜spiritus* nifestatio data est, inquit, spirit⁹. Et ab eo quòd hęc *fiat p oẽs:* ita spiritui placẽt, sic à deo formãtur. Oĩa.n. hęc, inquit, unus idẽq; spiritus operatur, distribuens seorsim singulis prout uult. Et, Posuit deus mẽbra, unũ *Hic sup.e* quodq; ipsorum itaq; quidẽ in corpore prout ⌜uult: ⌝ *⌜uoluit⌝* ⌜Ité ab eo quòd necessaria minora sint: Quę.n. im- *& .itaq;* becilliora uidentur, necessaria sunt, inquit. Item ab *quidẽ in* eo quòd æquè necessaria, ⌜item quòd à minoribus *codice Ve* æquè corpus constituatur. Neq; unum enim mem- *ronẽ.* brum est corpus, inquit, sed multa. & quòd maiora *deest,* minoribus habeant opus: Nõ potest, enim, inqt, ca- *Ibidem* put pedib⁹ dicere, Nihil mihi uobis est op⁹. Et quòd *⌜in eo qđ* maiori illa in pretio sint: inferioribus. n. plus honoris dedit, inquit. & quòd pari cõmuniq; prouidẽtia omnibus prospiciatur. Pariter pro se solicita sunt, in

Universidad de Oviedo Biblioteca

Quit, omnia. & quòd decus omniũ cõmune sit, communis omniũ dolor. Siue.n. patiatur, inquit, membrũ aliquod, condolent oĩa: siue honore afficiatur, congratulantur oĩa. Ex his igitur superius quidem monebat: nunc aũt arguit palã & indignatur. Nam quod dixi, nec consolari, nec retũdere semper oportet. idcirco ipse quoq; quos multis iam adhortatus erat, acerbè deinceps inuadit. *Nunquid omnes apostoli sunt* inquit? *prophetæ ne omnes? sanandi munus habent omnes?* Nec primo aut secũdo dono consistit, sed ad extremũ euadit: aut ut oẽs omnia sint impossibile esse significaturus, quemadmodũ suprà, Si unũ omnia sint, ubi corpus? Aut aliud quiddã hic struit, qd ad consolandum facere deinceps uideatur. Et quid istuc? ut inferiora dona superioribus eq̃uè ardua esse ostẽdat, quando ne illa quidem omnibus conferantur. Quid enim doles uim sanãdi non habens? Cogita quòd donũ istuc quod habes tu minus licẽt, hic qui maius habet, non habet tamẽ, ideo inquit: *Num linguis loquuntur omnes? num interpretantur oẽs?* Quemadmodũ.n. summa illa nõ oĩbus est gratificatus deus, sed his quidẽ hoc, alijs aliud: ita ne minora quidem omnibus omnia indulsit, sine dubio magnã ex illa diuersitate cõcordiam, magnũ concẽtum, magnam necessitudinis & charitatis uim motus ut unusquisq; proximi scilicet egens, ad illum perferretur. Hoc idem in artiũ constitutionibus, in elementis, in plãtis, in corporis nostri membris, planéque in rebus omnibus ita comparauit. Hinc plenissimã cõsolationẽ inducit, quæ instaurare placaré que perturbatã mentẽ satis sit uel una. Quæ est igitur? *Sectemini uerò dona potiora, & adhuc excellẽtiorem uiam uobis ostendo.* Innuit n. quòd minores sint per ipsos stare: posse si uelint, altiora cõsequi. Cũ enim imitemini dicit, sedulitatẽ ⌜desiderat maiorẽ. ⌜Nec maiora, sed meliora sectari iubet: hoc est, ⌜utiliora & cõferentia. quod aũt dicit hoc est, ⌞dona dei ambire pergite: fontẽ uobis donorũ ostendo. Nõ donum, sed ⌜fontẽ donorũ⌟ dixit: quòd magis quod dicturus est, tollat. Non unũ enim, duóue, aut tria uobis dona, sed uiã unã ad ista oĩa perducentẽ monstro: nec uiã solũ, sed excellentẽ, nec ulli mortalium inaccessam. Neq;.n. quemadmodũ dona his quidẽ, hęc illis uerò alia, nullis aũt omnia sunt concessa: sic & hoc. Sed res est in uniuersos patens, unde omnes etiam ad id uocat: sectemini, inquit. dona potiora. Et uiã uobis excellentem ostẽdo, charitatem dicẽs. ⌜qua proximus diligitur. ⌞Qua de & eius laudibus, orationem facturus: primũ cætera huius comparatione demolitur, ut quæ hanc citra sint planè nihil. Valde quidẽ sapienter. Si enim de charitate statim disseruisset, & uiã se ostendere dicens, eam charitatem esse subiunxisset, cætararum cõparatione suppressa, risu excipi potuisset, ab his qui hiãtes rei uim nondũ habebant perspectã. Eam igitur non statim patefacit, sed auditore promissione excitato, excellẽtiorẽ uiã ostẽsurũ se dicit. Quin nec allecto quidẽ iã auditore negotiũ statim capessit, sed augẽdo alendoq; desideriũ de his ipsis disserit prius, monstratq; hac non existẽte, nihil cætera futura, summã nobis dilectionis mutuæ necessitatẽ imponens: quãdo ex charitate neglecta, genus oẽ malorũ erumpit. Vnde non immeritò magna charitas uideatur: siquidẽ dona cætera ipsos non solũ inter se non coniungãt, sed dissipent etiã: Charitas autẽ per illa dissectos, uirtute sua reducat, & corpus unũ faciat. Istuc uero statim nõ dicit, sed quòd dona quidẽ hæc sint, donorũ autẽ potiundorũ omniũ sublimis illa uia sit charitas. Itaq; si nõ ⌜amoris⌟ gratia, diligere fratrẽ uis, ⌜*debitẽ* tem ob meliorem notam & largius donum ample ctere charitatẽ. Et uide unde ordirur. Primũ quidem ab eo quod mirãdũ summũq; ipsis esse uidebatur, notitia linguarũ: donũq; hoc in medium producẽs, ⌜non esse tantũ, quantum uideri uolebant, ostendit, sed lõgè minus. ⌜*Neq; enim si linguis loquar: sed linguis hominum si loquar*, inquit. Quid sibi uult, hominum? omnium ubiq; gentiũ: neq; hac superiectione fuit cõtentus, ponit longè maiorem, angelorum etiam addẽs. *Charitatẽ uerò non habeã, factus sum æs resonans, aut cymbalũ tinniens.* Vides ubi donum linguarum tollit? ubi deiicit prosternitq;? non solũ nullus sum, inquit, sed æs sonãs, sensu scilicet, uitaq; carens. Aes uerò cur sonãs? Vocẽ quidem reddens, sed frustra, & inanem, nec ullã ad rem utilem. Pręterquã enim quòd prorsus efficio nihil, obturbo etiã cæteris, & molestus grauisq; pluribus sum. Vides ut charitatis expers inanimis sensuq; carentibus rebus conferatur. Linguã autẽ angelorum dicit, non qui spiritibus corpus affingat: sed si ea loquar qua utuntur inter se ipsi, nullus tamẽ fuero, inquit, sine charitate, sed grauis insuper & molestus. Sic alibi ẽt: Huic omne genu flectatur, inqt, cœlestiũ, terrestriũ, infernorũ. Haud equidẽ genua, ossãue spiritibus tribuẽdo, (absit.n.) sed eminentem adorationẽ pro humano captu declarãs: eodẽ hic etiam pacto, linguã non carneum instrumentũ, sed beata spirituum inter se colloquia, more nostro loquens uocauit. Iam quòd oratio facilior probabiliorq; præceptu foret nõ cõsistit in dono linguarum, sed progreditur ad cætera quoq;: ac ubi omnia, si charitatis expertia sint deiecit, ibi demũ descriptionẽ, formãq; eius subiũxit. Et qa amplificatione sermonis diximus usum, à minoribus orsus cõtinuò ad maiora perfertur. Nã quod suprà, cũ dignitatẽ uniuscuiusq; ex ipso ordine monstraret, postremũ linguarum donũ locauit, hoc primũ posuit nunc, paulatim, ut dixi, ad altiora cõtendens. De linguis.n. postq̃ dixit, statim digreditur ad prophetiã: *Si habeam prophetiam*. addita rursum superiectione. Nam ut illic non linguas, sed omniũ hominũ linguas, & progressus angelorum etiam dixit, nihil istuc tamẽ esse charitatẽ citrà: Ita hic quoq; nõ prophetiã dicit solũ, sed altissimã eã. Vnde subiũxit. *Et si omnia mysteria sciam, sciẽtiam omnẽ*. Hinc iam ad cętera dona transit. Et ne unumquodque seorsim recensendo, de industria obturbare uelle uideatur, matrem fontemq; cæterorum omnium producit, & eam ipsam quoque cum superiectione. *Si habeã*, inquit, *ommem fidem*. Nec sufficit hoc, sed quod uelut maximũ Christus ipse prædicarat. id apposuit quoque. *Adeò ut montes transferam, charitas uerò non sit, nihil sum ego.* Et uide ut rursus etiam hic linguarum æstimationem depressit. In prophetia magnũ quòd dã ostendit momentum, mysteria, scientias omnes nosse: in fide rem non mediocrem, montes transferre: solùm linguarum donum posuit nudum. Vide prætereа, qua breuitate genus omne donorum sit complexus, fidem, prophetiámque cõmemorando. Aut in sermone enim miracula rerũ sunt, aut in operibus ipsis. Sed quí Christus minimum fidei momentum, montes commouere posse dicit? Sic enim

uelut

⌜illorũ desiderat, ac studiũ circa spiritualia. ⌞uiam

Hic sup. c

H

I

K

M

A uelut minimum iudicarit, locutus esse uidetur, cum
Mat. 17.c inquit: Si habueritis fidẽ ut granum sinapis, dicetis monti huic, demigra, & demigrabit. Paulus aũt uniuersam fidẽ dicit? Quid igitur putas? an quia transferre montes, ardua res est, idcirco produxit, non quòd solũ hoc fides uniuersa possit, sed cũ magna res crassioribus ob tantæ molis magnitudinẽ uideretur, hinc ẽt propositã rẽ amplificare uolebat. Est aũt quod dicit hmõi: Si oẽm, inquit, habuero fidẽ, si montes transferam: charitatẽ uerò non habeam, nihil sum. *Et si in alimoniam omnes meas insumpsero facultates, si corpus tradam ut comburar: charitatem autem non habeam, nihil profecero.* Papæ hyperbolen. Nam & hæc ipsa noua cũ amplificatione proponit. Neq; enim si pauperibus alterã facultatũ mearum, duásue aut tres, inquit, dedero partes, sed si uniuersas dedero, & non dedero solũ, sed insumpsero, inquit, ut impensis administratio ẽt summa cũ diligentia cõiungatur. *Et si tradam corpus meum ut comburar*. Non dicit, si moriar, sed ẽt hæc extulit cũ amplificatione, mortẽ omniũ teterrimam cõmemorando, ut uiuus
B scilicet cõburare: sed & hanc, citra charitatẽ nil habere magnum dicit, subiungit igitur: *Nil profecero.* Nondũ hyperbolen uniuersam produxi, recensere prius de eleemosyna & morte, testimonia Christi ip
Ibid.19.c sius lubet. Quæ sunt igitur? Diuiti sic inquit: Si perfectus esse uis, uende facultates, da pauperibus, & me
Ioan.15.b sequere. Item de charitate erga proximũ sic: Charitatem maiorẽ nemo habet, q̃ cũ animam suam pro
⌜quòd si pro deo, omnium hoc sit maximum. ⌞incendamur. amicis effundit. Vnde apparet, ⌜etiã Christi testimonio omnium hoc maximũ esse. ⌞Paulus uerò etiam si pro ipso deo animam fundamus, inquit, nec fundamus solũ, sed ⌜dissecemur: ⌞ (hoc enim significat tradi ut cõburaris) haud magnũ erit ex ea re lucrũ, si negligamus fratrem. Porrò quòd dona prodesse nihil sine charitate putat, non est hoc mirũ, cũ sint ea, uita lõgè posteriora. Multi igitur qui id genus donis claruerunt, cũ essent reprobi, grauiter sunt mulctati: quemadmodũ illiipsũ qui in hui⁹ nomine prophetarunt, dæmonia eiecerunt, potestates ostenderunt, qualis proditor fuit Iudas: cũ qui uitam uiuũt pij uiri, puram, re prætereа nulla alia habeant opus.
C Quòd dona igitur charitatẽ præter, quemadmodũ dixi, nihil ipsa possunt, nil mirũ: sed uitam ipsam in cæteris ẽt absolutam, hac sine nihil posse: hoc uerò est, quòd oẽm persuasionem excedere, & ingentem hæsitationẽ afferre uidetur: præsertim postq̃ Chripaupertati spontaneæ dico, & martyrij tormentis.
Mar.10.c & Luc. 18.d Diuiti enim quemadmodũ dixi, sic inquit: Si uis perfectus esse, uende omnia quæ habes, da pauperib⁹,
Ioan.12.d & sequere me. Et discipulis, cũ disputaret de cruce,
Mat. 8.d & Luc. 12.a sic inquit: Quisquis mea gratia amittit uitã, recuperat eam. Et, Quisquis me corã hominibus agnoscit, agnoscam ego illum corã patre, qui est in cœlis. Inges enim est eius rei difficultas, fereq; naturã ipsam excellens: norunt quicũq; certamen hoc egregiè decertarunt. Nam ratione quidẽ ostendi res non põt, tanta animi sublimitate constat, estq; plusquã admiranda: quantacunq; tamen sit, nihil prodest, inquit, charitatẽ citra, etiamsi paupertatem spõtaneam habeat coniunctã. Ostẽdã porrò quí istud fiat, si prius docuero, qui posit, qui pauperibus erogat omnia esse charitatis expers. Nã qui uri paratus est, & qui donis pollet, contingit fortasse non diligere tamen.

Qui uerò non dat solũ quæ habet, sed etiã præsens D
distribuit, fouet, nutrit, egenos, q obsecro nõ amet? Quid ergo dicemus? an id quod non est, perinde ac sit, exempli gratia subiecit, quod in superiectionib⁹ ferè solet. Vt cũ ad Galatas scribens, Si nos, aut angelus de cœlo nũciauerit, inquit, aliud uobis ⌜ q̃ ego, ⌜ anathema esto: quãquam nec ipse: nec angelus fuerit id facturus: sed ut rei magnitudinẽ ostendat, ponit quod futurum nõ erat. Sed & Romanis scribẽs: Non angeli, non principatus, non potestates separare nos a charitate dei possunt, inquit: q̃q̃ nemo id conaturus angelus erat, perinde tamẽ ut sint loquitur Paulus: quale etiam hoc quod sequitur istic, Nec creatura alia, cũ nulla sit alia: omnia siquidẽ fuerat complexus, supera, infera recẽsendo: etiã tum quod non erat, subiiciens uelut esset, charitatis magnitudinem superiectione innuiturus. Quod quidẽ & hìc facit: Si quis omnia det, charitatem non habens, nil proficit. Itáne igitur locũ reddemus? an potius, eos uult qui dant pauperibus, iisdem ẽt conglutinari: & nõ dare solũ, id est facultates cões facere, sed animi
E affectum quoque, quo nomine diuinitus iam olim eleemosyna præcepta uidetur. Potuit enim deus sine hoc etiam egenos nutrire, sed ut nos charitate ligaret, mutuoq; amore accenderet, nobis illos nutriendos reliquit. Ob hoc alicubi inquit, præstat ser
Eccl.18.b mo frugi q̃ donum. Item, Melior est sermo, quã do-
Osee. 6.c & Matt. 9.b mus bona. Et ipse: Misericordiam uolo, non sacrificiũ, inquit. Quia enim & beneficijs affectos, & eos q beneficia sua in nos cõtulerunt, amare solemus, idcirco uelut uinculum amicitiæ traditurus, legẽ istã tulit. Verũ etiam hoc quæremus, cur cum Christus utrunq; perfectionis esse dicat, ⌜Paulus hanc solam ⌜ *Paulus hæc sine charitate imperfecta esse dicit?*
dicit? ⌜nunquid Christo reclamat? minimè gẽtium, sed concinit planè. Neq; enim omnia uendere solũ diuitem iubet, sed dare pauperibus & sequi: sectari aũt Christum, minus euidenter Christi discipulum esse arguit, q̃ inuicem diligere. Hinc enim omnes, in-
Mat.19.c quit, animaduertẽt discipulos uos esse meos, si uos
Ioan.13.d inuicem diligatis. Item, Qui uitam amittit mea gra-
Ibid.12.d tia, eã recuperabit: &, qui me corã hominibus agno
Luc.12.a scet, agnoscam corã patre. Non hæc negat charitate comparari, sed mercedem laboribus istis propositã F
ostendit. Nam quòd coniunctam martyrio charitatem esse uelit, alibi sæpe significauit: Calicem quidẽ
Mat.20.c meum bibetis, & baptismate quo baptizor ego, baptizabimini: id est, pro me moriemini, mactabimini. Sedere aũt à dextris aut à sinistris, (non quia istic
Mar.10.f ita sedeatur, sed prerogatiua & honor summus quidam significatur) non meũ est dare, inquit, dabitur quibus est præparatum. ⌜Et uocãs⌟ eos, qui primus inter uos esse uolet, inquit, minister omnium cæterorum esto. humilitatẽ significans, & exigens charitatem summam. Vnde etiam subiecit, quemadmodum filius hominis, inquit, non uenit, cui ministrare tur, sed qui ministret ipse, uitamq; redimẽdis multis
Mat. 20. d effundat, Exemplo Christi sic diligendũ esse docẽs, ut mactari pro fratribus nil dubitemus. Hic enim adeò, ipsius est uerus amor, unde & Petro: Si me amas inquit, oues mihi meas pasce. Atq; ut intelligatis, quanta res charitas sit, eam oratione, quantũ id fieri potest, subiiciamus, quãdo oculis cernere præsentem uix usquam hodie licet. Reputa igitur, si in hominũ animis charitas regnet, quãta nobis sit allatura bona: non legib⁹, non forensi strepitu, non pœ
Ioan.21.d

Gnis,non ſupplicijs,nō re ulla huiuſmodi fuerit opus. Nam ſi mutua ſe charitate oēs complecterentur,qs ſit iniuriæ locus? pugnæ,bella,cædes,ſeditiones,rapinæ,fraudes,& mala protinus omnia, nomen etiā ipſum malorum eliminaretur. Quod quidē nulla tibi utiq; ſigna efficere poſsint,ſed magis adeò niſi qs proſpiciat diligenter,tumidos ſ ſocordesq; ſ reddunt. Atq; hæc uis eſt charitatis mirādæ,quòd bona quidem cætera omnia,uitij quiddā admiſtū habent:ut qui nil ſibi reliquū pro Chriſto fecit, eſt ubi ob hoc turgeat tamen,Linguarū peritus arrogātia laboret: Qui uideri humilis uult, eſt ſæpe cū ob hoc ipſum intus multò altiſsimū ſapit. Charitas uerò id genus omnibus malis caret. Aduerſus dilectū ſe erigit nemo, pacti memineris uolo:ſi uigeat charitas, non apud unū alterúmue,ſed æquè apud oēs, tum cernere uirtutē eius poſsis. Et ſi iſtuc adeò lubet, unū principiò qui miracula edat, unum qui uerè diligat ponamus. Is igitur terrā ſic habitabit, quaſi in ipſo cœlo uerſetur,tranquillitate ubiq; fruens:odio,rixa, maleuolentia,arrogātia,uanitate,cupiditate praua, H omni illicito amore,omni deniq; morbo animū repurgatiſsimū gerens: ut enim ſibiipſi uolens nemo obeſt,ſic ille,proximo memini. Talis cùm ſit,nōne inter angelos conſiſtit ēt in terra agens? Eſt igitur q charitate flagrat hmōi:ille uerò miracula edēs,ſcien tiam coniunctā habens,charitatem citra, mortuos ſexcentos ſuſcitet licēt,nihil efficiet, tamē oibus formidabilis exiſtēs,nec ſe mortaliū ulli adiungi comparariq; ferens. Itaq; Chriſtus certiſsimū amoris erga ſe ſignū eſſe, ſiquis proximum diligat,monet. Si me enim amas,inquit, ô Petre his plus, meas mihi oues paſce.Vides quî hinc ēt oſtēdat,martyrio maius quiddam eſſe charitatē? Siquis.n.filium habeat dilectū,& pro quo mori non uereatur:& patrē quidem ipſum,aliquis uehemēter amet,filiū uerò prorſus ne audiat quidē, quid patrē putas huius amorē curaturū? Auerſaturū credo,& amorem ſui, ob deſpectum filij,ne tanti quidē facturū. Hæc uis neceſsitatis eſt humanæ,qualem diuinæ arbitremur? omnibus parentibus,filios ſuos deus tenerius amat.Hinc illud primum ſummumq; præceptū eſt: Diligas dominū deum tuum. Quid ergo, amplius ne quiddā, I huic ſimile? Eſt,inquit. Diliges proximū tuum ſicut teipſum. Eſt & hic eadē propemodū amplificatione uſus: de deo, Ex toto corde,inquit: de proximo, Sicut teipſum: quod illo quidē nihilo eſt minus. Equidem ſi ſyncerè charitas obſeruaretur,nō ſeruus, nō liber,non magiſtratus,nō ſubditus,non diues, non pauper,nō magnus,nō paruus,ſed ne diabolus quidem ipſe cognitus unquā fuiſſet. Nec ille ſolū,ſed ſiquis alius,aliúue ſexcenti tales ſint,nil,charitate uigētē,potuiſſent. Ignem facilius ſtupa ferat,q̄ charitatis flammā ſatan. Eſt ea muro firmior,adamante ſolidior,& ſiquid aliud cōmemorare indomitū poſsis, omnia ui ſua charitas uincit: Hanc cōtra non opes, nō paupertas quicquā poteſt, immo ne ſit paupertas quidē,aut opū excellentia, ſiqua charitatis ſcintilla extaret: bona quidē rerū illarū decerperemus, hinc quidem copiā,iſtinc uerò ſecuritatē. Nec habē di ſolicitudinē,nec paupertatis metū ullum perferemus.Quid aūt fructus cōmemoro charitatis? rem ipſam,quanta ſit,quæ ſecum gaudia ferat,quam in gratiam (quod maximè quidē expetendum eſt) animum cōſtituat uide. Coniunctas moleſtias cæteraq; uirtutes habent,ut ſobrietas,modeſtia,uigilātia,in- K uidiam,cupiditatē,deſpectū: Charitas aūt cū lucro uoluptatē ingentem habet, laborem nullum,uelut quædā frugi apicula bona undiq; collecta in amantis animā cōportans. Seruit priuatus quiſpiā, ſeruitutem liberalē reddit. Qui amat enim,magis capeſſere imperiū q̄ imperare gaudet,ſit licēt imperare iucundum. Trāsfert naturas rerum charitas,& bona oīa manu ſua tenens nobis adeſt, matre quauis benignior, regina quauis inſtructior, q̄ laborioſa ſunt, leuia facit,facilē uirtutē,acerbiſsimā eſſe malitiā docens. Vide.n.dare,moleſta res eſt alioqui: hęc iucundam facit. Accipere contrà, iucundū: hæc malū eſſe cauendumq; docet. Obloqui cæteris, dulce ferè eſt oībus: illa amarū,honeſtè uerò aliorū meminiſſe iucundū eſſe facit. Certè.n.amicè de amico charoq; nobis loqui,iucundiſsimū eſſe ſcimus. Habet dulce quiddā ira permiſtū, efficit charitas ut non habeat, neruosq; huius oēs incidit. Nam ut maximè qui charus eſt,amantē ſe perturbet,iraē ueſtigiū nullum,lachrymę tantū,tantùm hortationes,preces tantùm apparebunt,tam abeſt ut iritetur: ſi peccet autē, ibi L dolentē lugentemq; cernas q̄q̄ etiam luctus ipſe uoluptatē ferat. Charitatis enim triſtitia & fletus,quolibet riſu,quolibet ſolatio ſunt amœniores. Neq;.n. quēquam ſic riſus delectat,ut pro charis lachrymæ effuſæ. Dubitas? Lachrymas igitur amantū ſiſte,uelut intolerabile quiddā dolebunt. Sed uoluptatem abſurdā,inquit,charitas habet, ſ & laudes tantū. Recte: ſ nihil enim ab iſta uoluptate tantū, q̄ genuina ſ apagē, charitas abeſt. Nolo enim popularem illā mihi & pecuniam dicas,morbū potius q̄ charitatem, ſed eam bona uera quā Paulus requirit,& quæ chari uera cōmoda meditatur: eam paterna charitate qualibet eſſe ſenties ardentiorē. Et quemadmodum qui pecuniā amāt, ſumptus oderūt, eſurire malunt, q̄ aceruum minuere: Ita quiſquis diligit uerè, quiduis ferat potius, q̄ ut offendi uideat amantē. Cur Ioſephū igitur amās Aegyptia calumniatur,inquis? nempe quia impurè amauit. Caſtè uerò Ioſeph & eo modo quo iuſsit Paulus. Charitas igitur quanta fuerit uiri eius,ex uerbis & factis ipſis conſideremus. Quid ergo mulier ait? De ſtupro me interpellato,mœchā reddito,uirū M offende,domum oēm euerte,teipſum familiaritate diuina fraudato,quòd nō modò non aliū, ſed ne ſe ipſam quidē amantis erat. Ille uerò cū ſyncerè amaret, ab his omnibus facilè ſibi temperauit. Quòd amarit porrò Ioſephus interpellantem ſe heram, ex ipſa reſponſione coniectare licet. Non repulit enim ſolū,ſed caſtigatione eiuſmodi eſt uſus,quæ ſola flā mam extinguere debuiſſet. An ego cū herus meus, Gen.39.b inquit,ſumma fide prædituſ erga ſe putet,& ob hoc nihil ipſe rerū ſuarū ne animaduertat quidē,facinus tale cōmittam? coniugis ſtatim admonet, ſic illam repelli poſſe ſperans. Neq; uir,inquit,tuus,ſed meus herus: quod magis retinendæ fœminæ accōmodatum erat,monēdæq; cuius uiri uxor,quem nam de periret,hera ſcilicet ſeruum. Nam ſi ille herus eſt,tu hera, pudeat ſubmitti ſeruo: cogita cuiuſnam uiri uxor,cuius amoribus implicari uelis,quaq; in re futura ſis grata,& incogitans,& quòd ego ſeruus in herum,maiori ſum fide. Cur autem heri erga ſe beneficia commendat? Diuinarū rerum monitu barbaram impellere mulierem non potuiſſet, ab humanis igitur impellere tentat. Fidei meæ commiſit,inquit,herus omnia: hoc eſt,magno beneficio affecit fraudare,ſauciare dominum capitaliter non poſſum. Alterū ille me domus ſuę dominū fecit,nec quicquā excepit quā te. Solicitudinem eius auget,ſimulq; quò pudere faceret, honorē habitum ingentem oſtendit: nec ita conſtitit tamē, ſed addit uocē, quæ uel maximè inhibere petulantiā fœminæ potuiſſet. Cū tu,inquit,uxor illius ſis, quî ego facinus tale cōmittā? Nec audio quod dicis: Nō adeſt uir, rem ignorat. Certè enim nō ignorabit deus. Illa porrò nihil eſt cōſilio adiuta,ſed arripit hunc, furorem ſcilicet explere uolēs,nō amans. Quod quidē ex his quæ deinde fecit,liquidò apparet: iudiciū cōſtituit enim, accuſationē infert: falſum teſtimoniū præbet, ferum & immanē eſſe exponit, & qui erat innocēs, in carcerem conijcit: immò uerò quod ad ipſam attinebat ſuſtuliſſet planè, ſic iudicem aduerſus illum armauit. Quid Ioſeph igitur ille? Cōtra facit oīa, neque.n.cōtradixit,nec pditā fœminā accuſauit. Nec enim fides habita fuiſſet, inquit, quanquā ualde charus eſſet: charū porrò fuiſſe nō ē principio ſolū negotij, ſed & ex ipſo fine ſatis liquet. Si nō amaſſet enim uehementer illū herus, barbarus ille, tacētē ſine dubio,& nihili obiicientem ſuſtuliſſet, Aegyptus ſciicet, & magiſtratus,& qui ſe tentati thori iniuria minimè toleranda affectū eſſe putaret, & à ſeruo præſertim,in quē tot beneficia collocarat. Vicit charitas tamen, & gratia quā deus huic inſudit. Quanq̄ ad hanc amorē & gratiā ſigna etiam acceſſerunt, non obſcura ſi diſceptandū iure fuiſſet, primū ueſtis. Nā ſi ipſa paſſa uim mulier fuiſſet, ipſius etiam ueſtem ſcindi,ipſius uultū lacerari oportebat,nō adoleſcētis pallium teneri. Sed audiuit,inquit, ſublata me uoce clamantē, fugitq; relicta ueſte. Cur igitur & exuiſti? Si enim uim patiebare, hoc ſolū in uotis fuiſſet quî ab obturbante liberaberis. Sed ex his ēt quę ſequuntur monſtrare Ioſephi charitatē licet, qui ne tū quidē,cū in ea neceſsitate cōſtitutus eſſet, ut uinculorū & uitæ ſuperioris rationē reddere cogeretur, fabulam patefecit. Sed quid inquit? Nihil ego cōmiſi, furto ex Hebręorū terra abrept⁹ ſū, adulteræ ne meminit quidem. Neque ob eam rem magna de ſe iactat, quod quilibet ſanè feciſſet, ſi non oſtentationis gratia, at certè ne ſuo merito in illam neceſsitatē cōiectus uideretur. Nā ſi rei & obnoxij hoies, nunq̄ intermittunt, quin accuſent in quibus ſunt deprehēſi, & ſibi prætexāt, in re etiā turpi: qūo non ſit admiratione dignus, qui purus & innocēs mulieris amorem non prodit, nec magnificè pandit? Sed ne tum quidē ubi ad faſtigium rerū peruenit,& Aegypti totius rex eſt factus, meminit iniuriarū, pœnamue poſcit. Vides ergo ut hic amarit, illa inſanierit. Non enim Ioſephū amabat,ſed explere uoluit animi cupiditatē. Ipſa uerba adeò ſi quis excutiat diligenter, Gen.39 d iram & cædē ſpirant Hebræi nobis puerum indu- Ibid.37.f xiſti,inquit: ut illuderet, opprobrās beneficentiam & 45.b marito,ueſtesq; monſtrans, quauis fera crudelior: haud ille uerò ſic. Et quid ego huius in hāc fidē expono: q in parricidas fratres æquanimitate fuerit nihilo minore, & ſceleris illorū nunq̄ ne uerbo quidē meminerit acerbo? Nō ab re igitur Paulus charitatē ſ bonorū matrē appellat, & miraculorum, donorum omniū matrē miraculis ac donis omnibus præponit. appellat ſ. Quemadmodū n. ueſtes licēt aureæ ſint, calciamenta aurea, aliud tamen quoddā indumentum requirimus, ut regem agnoſcamus: purpurā autem & diadema ubi primū intuemur, iam regię maieſtatis ſignū nullū aliud expectamus: Ita ſanè cui charitatis diadema incumbit, iā nihil obſtat quò minus Chriſti diſcipulus uerè exiſtimari poſsit, nō nobis ſolū, ſed & impiis. In hoc enim, inquit, intelligēt omnes, meos uos diſcipulos eſſe, ſi inuicē diligatis. Itaq; ſignū omniū ſignorū maximū eſt, ſiquidem ab hoc noſcitur aſſecla Chriſti. Nam etſi ſexcenta quidē miracula edant, dum diſſident inter ſe, ridiculi cæteris erunt, quemadmodum etiam ſi nullū ſignum edant: diligant aūt ſeſe uerè, ſuſpiciendi inuictiq; omnib⁹ mortalibus permanebūt. Nā & Paulum eā ob rē miramur, magis adeò quàm ob mortuos ſuſcitatos, leprāſue mundatas. Stupenda uox eſt: Quis infirmatur, & ego nō infirmor? quis offen- 2.Co.11.g ditur, & ego nō uror? ſexcēta mihi narra miracula, nihil huic æquiparādū adduces: ſiquidē ipſius magnā ſibi mercedē repoſitā dicit, non qui ſigna edat, Supr.9.c ſed qui cū imbecillis ſit imbecillus. quæ mihi merces erit, inquit? ut cū euangelizem, gratuitū efficiam euangeliū Chriſti. Et ubi ſe apoſtolis confert, nō ſignorum plus editū, ſed plus laboratum. & ſame pro Infr.15.b E diſcipulorum ſalute plus periclitatū dicit. Præſtat.n. 2.Tim.2. mori potius, inquit, quā ut gloriationem hanc meā b arguere meritò quiſquā uelut inanem poſsit: non Supr.9.c quòd glorietur ille quidem, ſed ne opprobrare ipſis uideatur: non gloriatur.n. de factis ſuis re nō poſtulante, ſed & ſicubi poſtulat, inſipientē ſe uocat. Gloriatur porrò de imbecillitate, de contumelijs, itē de eo quòd cōdoleat oppreſsis. Quemadmodū & hic, inquit, quis infirmatur, & ego nō ifirmor? Quę uerba amplius quiddā q̄ cōmunia pericula habēt. Ideo per amplificationē hiſce poſtea utetur. Quo igitur digni nos ſimus cū hoc uiro collati, qui ne opibus quidem interdicere, aut ſuperflua pp fratrē abiicere ſuſtinemus: ille corpus, ille animā ſuā dedit, ut hoſtes, ut perſecutores ſuos aſſereret cœlo. Sic me diligere docuit, inquit, Chriſtus, præceptum nouum de Ioā.13.d dilectione relinquēs, qđ factis ipſe expreſsit. Rex.n. cū eſſet omnium, cū cœleſtis & ſupra benedictę naturæ, homines primū condidit, cùm antè nō eſſent: mox affectos beneficijs innumerabilib⁹, ubi cōſputus, reiectus, contumelioſiſsimè ab ipſis tractatus F eſſet, nō eſt auerſatus, illorū ſe conſortio immiſcuit propter ipſos. Factus homo diuertit apud meretrices & publicanos, reſtituit obſeſſos, cœlum annunciauit, pp hæc oīa hūc illi apprehēdēres, colaphis ceciderūt, ligarūt, flagellarunt, irriſerunt, denique crucifixerūt. At uerò ne ſic quidē eſt alienatus, ſed in ipſa tum cruce pendens, Pater, inquit, dimitte eis: & q Luc.23.e ipſum prius accuſauerat, latronē inducit in paradi- Ibidem.f ſum: Paulum perſecutorē ſuū apoſtolum facit. Itē Actо.9.c familiariſsimos ſuos certæ obiicit morti, propter Iudæorum qui ſe crucifixerant ſalutē. Hæc apud nos omnia reputantes dei primū, mox hominū hæc admiranda facta imitemur, charitatem donis omnib⁹ præſtantiorem conſectemur, ut præſentibus & futuris bonis potiamur: quæ ut omnibus obueniant nobis, gratia faxit & benignitas Chriſti domini noſtri, cui cū patre & ſancto bonoq; & uiuifico ſpiritu gloria ſit in ſecula ſeculorū, Amen.

Homilia. XXXIII.

Haritas patiēs eſt, benigna eſt, charitas nō inuidet, charitas nō eſt procax, non inflatur. Poſtq̄ c enim monſtrauit, neq; fide, neque, ſcientia,

Leui. 19. & Matt. 22.d Ibidem.

Arrogantesq;

Ioā.13.d

2.Co.11.g

Supr.9.c

Infr.15.b

2.Tim.2. b

Supr.9.c

Luc.23.e

Ibidem.f

Actо.9.c

Gen.39 d Ibid.37.f & 45.b

ſ bonorū matrē appellat, & miraculis ac donis omnibus præponit.

ſ apagē, bona uera quæſo.

G neq; prophetia, nec linguis, nec donis, nec ſanationibus, nec ſumma denicq; uita, nec ipſo martyrio, ſi deſit charitas, quicquã eſſe nos profecturos: neceſſario formã iã & decus ipſius ineſtimabile depingit, partibus uirtutis, uelut coloribus quibuſdam huius imaginẽ illuſtrans, omnia inter ſe mẽbra miro ſtudio coponẽs. Obſecro autẽ lector, ne iſta præterueharis legẽs, ſed ſingula excutias accuratè, ut & opes charitatis imẽſas, & induſtriã pictoris admirãdã cernas. Vide igitur unde primũ oium orditur, & cui in iſtis laudibus ſummas trãſcribat. quid iſtud eſt? patiẽtia omniũ bonorum cauſa, uniuerſę philoſophiæ radix. Vnde non ab re ſapiẽs, quidam, Multæ prudẽtiæ uir tolerans eſt, inquit, intolerans ualidus ſtultitia: & ciuitati coferens munitæ, hanc illa tutiorẽ eſſe dicit. Eſt enim ſcutũ inexpugnabile, turris firma, mala omnia repellẽs: & quemadmodũ in abyſſum maris ſcintilla delata, huic quidẽ nil obeſt, ipſa extingui tur: ſic in animũ tolerantem, quicquid incidere maximarum etiam rerum poteſt, facilè quidem abſumitur ipſum, ille conturbabitur prorſus nihil quando rebus omnibus ſolidior patientia eſt, exercitus, theſauros, equos, muros, arma, & quodcũq; tandẽ memores licèt, æquè firmũ patientia nihil adduces. hiſce rebus. n. oibus, ut ſtipatus quis ſit, ſæpe accidit tamẽ, ut ira iuueniliter uictus, loco moueatur, tumultu & turba miſceat omnia. Hic uerò uelut in portu ſedẽs ſumma ſemper fruitur traquillitate. Inij ce mulctã, nihil hãc petrã mouebis. contumelia pete, nõdum turrim cõcuſſiſti. plagas incute, nihil dũ adamantẽ illũ perterruiſti: lõganimus enim idcirco uocatur, quia longũ & ingentẽ animũ habet: nam longum magnũ etiã dici conſueuit. Sed hanc talem uirtutẽ charitas nobis parit: quæ tam poſſidentib⁹ quã fruentibus ſe, ingentem præſtat utilitatẽ. Nolo homines deſperatos dicas, qui cũ multis obſunt impunè, deteriores euadunt: fit iſtud enim non illorũ longanimitate, ſed improbitate eorum qui optima re peſsimè utũtur: hos nolo dicas, mitiores illos uolo, qui multũ ea re iuuantur. Hi cum iniuriam intulerunt, & nullam ipſi: contrà ſentiunt tamen, manſuetudinẽ ab ſe affectorũ mirati, ingens uirtutis ea re documẽtũ ſumunt. Pergit porrò cæteras quoque charitatis partes enumerare: *Benigna eſt*. Quia enim ſunt qui patientia, non quò oportebat, utuntur, ſed ad irritantiũ ſe uindictã, interim ſeipſos diſrumpentes: nihil inquit, eius uitij charitas habet: ſed benigna eſt. neq; enim quò flãmã ira ſuccẽſi animi, patientia noſtra promoueamus, ſed ut mitigemus. ut extinguamus, ferre lenius ipſos oportet. Neq;. n. ferendo ſolũ generoſè, ſed & hortando, conſolando, ſanabimus iræ uulnus. *Non inuidet*. Accidit. n. patientẽ eundem & inuidũ eſſe, & hanc uirtutẽ illo uitio corumpi, charitas etiam hoc cauit. *Non eſt procax*: id eſt, proterua: prudentẽ nanq; reddit & grauẽ, conſtantẽq;. Eſt proteruitas illicitis amoribus uitium peculiare, charitas prorſus ignorat. Nam ſi intus ita nulla ſit, procacitatem omnẽ tolli & contumeliam, erit neceſſe: uelut enim diligens & peritus agricola, intus charitas ſedẽs, id genus ſpinarũ prouenire prorſus non ſinit. *Non inflatur*. Multos uidere licet qui bellè ſibi propter illas uirtutes placẽt, qa non ſint inuidi, nõ improbi, non impatiẽtes, nõ proterui. hæc. n. non opibus ſolùm, aut paupertati, ſed honeſtis etiam natura rebus interdũ cohærẽt. Charitas autẽ accuratè hæc omnia repurgat. Patiens nõ omnis eſt benignus, atqui niſi ſit, uitiũ erit patiẽtia, uideturq; in iniuriarũ uindictã degenerare: ergo remedium charitas commenta, benignitatẽ inquã, uirtutem ſynceram conſeruauit. rurſum, benigni, leues interdum ſunt, charitas autem non ſinit: procax. n. non eſt, nec inflatur. Item ſæpe qui benignus, qui patiens eſt, eundem uideas faſtidioſum. corrigit & hoc charitas. Vide aũt quàm pulchrè non ab his ſolũ quæ habet, ſed ab his etiã quæ non habet ipſam Paulus exornet. uirtutẽ iducit, uitiũ excindit, immo ne radices quidẽ iacere ſinit. Non enim inuidet quidem, inquit, ſed inuidiã ſuperat tandem, aut arrogans eſt quidẽ: tandem uerò morbum coërcet. ſed planè non inuidet, inquit, nõ eſt procax, non inflatur: quod in primis eſt admirandũ, citra ſudorẽ tanta bona ab illa parari, citra conflictũ & cladem trophæum conſtitui. Neque. n. ſudare habentem ſe ſinit, & ita tandẽ ad uictoriam uenire, ſed citra laborem palmã cõfert. Vbi. n. non eſt diſsidens rationis ulla, qd moleſtiæ oboriri in animo noſtro poſſit? *Non eſt faſtidioſa* Quid ergo nõ inflari dico, quæ tãtũ hinc abeſt, ut extrema etiam pp dilectũ paſſa, ne indocorũ quidẽ iſtuc ſibi putet: rurſusq; non inquit, faſtidioſa quidem eſt, at æquo animo qd turpe ſibi ducit, perfert: ſed quòd nullus ignominiæ ſenſus ad eam pertingat. Auari homines oia contumelioſiſsima turpis illius lucri gratia ſuſtinentes, nõ ſolù ob eam rem nõ latent, ſed ẽt gloriantur. quantò magis laudabili prẽditus ſtudio, pro charæ rei ſalute, nihil recuſabit, patiue turpe ſibi ducet. Sed ut ne à uitijs exẽpla nobis petantur, excutiemus hoc ipſum in Chriſto: liquidò, quod dixit apparebit. Dominus igitur noſter Ieſus Chriſtus, quòd cõſpueretur, cæderetur à mancipijs miſerabiliter, non ſolũ non turpe, ſed etiam glorioſum ſibi duxit: quòd latronẽ & homicidã, in paradiſum ſecũ præ cæteris duceret: quòd cum meretrice colloqueretur, cũ omnes qui circunſtabant reprehẽdiſſent, rem neutiquam turpẽ exiſtimauit, ſed pedes ad hæc oſculãdos, rigandum illius lachrymis corpus, capillis tergendũ dedit, atq; id quidem, in hoſtiũ medio inimicorumq; theatro. Non eſt charitas faſtidioſa. Maiores natu uidemus, ſapientia præcellentes uiros, cũ liberis ſuis ſæpe balbutire: & id cũ faciant, nec reprehendit quiſpiã, nec ipſos rei illius pudet: ſed digna laude adeò uidetur, ut quanquã improbi ſint qui inſtituuntur, perdurent tamen ipſi hortando, turpia caſtigando. Horũ illos nihil pudet, nõ eſt enim faſtidioſa charitas: ſed alis aureis oium, quos complectitur, uitia tegit. ſic Dauidem amabat Ionathas, q̃q̃ grauiter à patre increparetur, ſalacis & intemperatæ meretricis filius licèt audiret, quæ uerba plena probri erant: hoc. n. uolũt: ſcorti, uiros inſanientis, & quibuſlibet coëuntis, filium eſſe, ne micam quidẽ animi uirilis habẽtẽ, ſed turpibus ſuis, & matris moribus idulgentẽ. Nun quid igitur indoluit ille, nunquid latuit, nũquid ob hoc deſtituit amicũ? immo cõtrà facit, belleq; ſibi potente amoris ui placet: quanquã quẽ negligebat, rex erat, & regis filius ipſe: is uerò cui adhærebat, fugitiuus erro: uerũ nihil illum huius amicitiæ pudebat: nõ eſt enim faſtidioſa charitas. Atq; hæc quidẽ uis huius eſt admirãda, quòd probris & idignẽ tractata, ſ nõ modò nõ lugere morſumq; ſentire ſinit, ſed ea re gaudentẽ etiam facit. Hinc ille ipſe quoq;, ut nos eſſemus cõiunctiores: & quẽadmodũ puerulum quiſpiam ſomniculoſum ſuſcitãs, ut fratrem ſequatur, ſi ſponte nolit, quidpiam quod amare & cõcupiſcere puer maximè ſolet, fratri in manũ dat, quò uel recuperandi ſtudio, eum qui habet, cõſequatur (id quod fieri uidemus) ita i his quoque. quod utile ſingulis eſt, proximo dedit, ut concurramus, & ut ne ſcindamur. Si lubet à nobis ipſis ſumamus exemplũ quod mihi. n. cõducit, eſt poſitum in te. quod tibi, in me eſt ſitũ. imbui ſana doctrina te, conducit tibi, atqui id mihi commiſſum eſt ut cõſequare, ut ad me recurrere habeas neceſſe. mihi contrà, te meliorẽ reddi perutile eſt, dabitur enim merces ingens: atqui res ea in te eſt ſita. Impellere itaque te cogor, quò melior euadas, & mea commoda abs te percipere. Itaq; & Paulus, q̃ ſpes eſt mihi, inquit? an non uos? Et ruſum, Spes mea & gaudiũ meũ, corona, gloria mea. Itaque Pauli gaudiũ diſcipuli fuerunt, huius gaudiũ penes illos erat. Flebat itaque quoties uideret peritu ros. illorum contrà omnis utilitas in Paulo erat ſita. Sic pro ſolatio, inquit, Iſraelis catenam hanc fero. Et rurſus, Hæc propter electos patior, inquit, ut uita potiantur æterna. Videre in uitæ negotiis hæc eadẽ licet. poteſtatem, inquit, corporis ſui mulier non habet, ſed neque uir: ſed uiri mulier eſt, & uir cõtrà mulieris. Idipſum deuincire aliquem nobis uolẽtes, nos quoque faciamus. Neminem ſui ipſius dominũ eſſe ſinamus, ſed charitatis catena iniecta hunc quidẽ illi, illum uerò huic deuinctũ teneamus. Vis & in magiſtratibus hoc uidere? Iudex non ſibi ipſi iudicaturus, ſed quod ex proximi re ſit ueſtigaturus, ſedet. ſubiecti uerò ſuperiorũ commoda, nunc ſeruitio, nũc adminiſtratione, nunc rebus cæteris oibus uicißim quærunt. milites pro nobis arma ſumunt, nos pro illis laboramus, alimentum ſufficimus. Sed ais: ſuum tamẽ hìc quiſque quærit. Aio & ego. interim tamen ſ quod cæteris quoq; ſuum eſt, ſ inuenitur. Certè. n. niſi pro agricola decertet miles, qui uictũ præbeat, non erit: & ille ipſe qui præbet, niſi militẽ alat, pro ſe depugnantẽ non habet. charitatem per omnia expãſam, omnia moderantem uides? Ne ſit porrò moleſtũ catenã illam auream, toto animo: cõſectari: Sua, inquit, non curat: mox quæ hinc bona fluant, expones. Quæ ſunt igitur? *Non iritatur, non cogitat malũ*. Rurſus non dominantẽ uitiis modò, ſed ne conſiſte re quidem in uniuerſum uitiis ferentem charitatẽ uides: neque enim, iritatur quidẽ, inquit, aſt ita ut uincat: ſed prorſus non iritatur. Nec malũ non commit tit, inquit, ſed prorſus non cogitat: nõ ſolũ enim nõ facit, ſed ne ſuſpicatur quidem contra dilectum mali charitas quicquam: tantũ abeſt ut faciat. Aut quo tãdem pacto irritaretur, quæ ne cogitationi quidẽ malignæ locum eſſe ſinit? aut unde nã obſecro ſcaturiat ira? *De iniuſtitia non gaudet*: hoc eſt, oppreſsis non inſultat: neque hoc ſolum, ſed quod amplius eſt, *Congratulatur ueritati*. Cõgaudet, inquit, ſucceſsibus alio rum: id eſt, cũ gaudentibus gaudet, cũ flentibus flet: hinc non inuidet, hinc nõ inflatur. alienos enim ſucceſſus, ſuos putat. Vides quàm parũ abſit, quin angelos charitas ſuos alũnos reddat? Nam qui ira, qui inuidia uacat, & omni prorſus ſequiori affectu liber eſt: hominis deinceps naturam exceſsiſſe, & in angelicã mentis tranquillitatem translatus eſſe uideri poteſt. tamen his non eſt contentus, ſed habet qd accumulet præterea. adeoq; ualidiora in extremam partem

Salomon. Pro. 14. d

Proteruitas

A tot, tãq; grauibus conuiciis, uelut corona quadã ignitus, abit, ſuauiſsimeq; complectitur amicũ. Probrũ, dedecus quid ſit ignorat charitas, idcirco his de rebus gloriatur, quas propter conſpectum alij homi num fugiendũ putãt. Amare neſcire, turpe eſt, haud periculum & quid uis pro charo ſuſtinere. Quid uis cùm dico, non eſt qd intelligas abſurda, incommoda, quale eſt depereũti puellam iuueni, ad eam rem opitulari, aut ſiquid aliud tale incommodo non carẽs, inſtituere pergat: is enim non amat, quod ſuprà Aegyptiacæ mulieris exẽplo mõſtraui. Amicus eſt, cui una propoſita utilitas eſt & ſalus amici. hanc qui non curat, etiam ſi ſexcenties ſe prædicet amicũ, hoſte eſt quolibet magis infenſus. Sic Rebecca quõdã è filio pẽdens, & furtum commiſit, & non eſt uerita ne deprehenderetur, neque timuit, quãquam periculum erat non paruum: ſed & filio dum rẽ diligentius penſiculatur, hæſitanti, ne maledictio hæc inuadat, inquit. Vides etiam in fœmina apoſtolicam mentẽ: quemadmodũ enim Paulus (ut interea magnis parua conferamus) pro Iudęis fieri anathema optabat: ita hæc ut benedictione filius potiretur, maledictionẽ ferebat ipſa: & bonis filio cedens (neq; enim ipſa benedictionẽ affectabat) mala ſubire ſola parat: & feſtinat interim tamen, & gaudet, periculo tãto imminente, moraq; negotij indignatur, uerita ne benedictionẽ præripiens Eſau, conſilium cogitatum ludificaret. Itaque præcipitat uerba, & celeritate obruit adoleſcentẽ, ſ permiſſaq; ſ excuſandi facultate, quod perſuadendi uim plenam haberet, ſubiecit. nõ enim hæc fruſtra fili obiicis, inquit: fruſtra inculcas, patrẽ metuis ſenem, ſenſuum iudicio deſtitutũ: ſed quid? in me maledictio tua cadat, inquit, modò ne rẽ nobis tu peruertas, conſiliũ negligas, tantum theſaurũ prodas. Ille ipſe Iacob nónne pro mercede cognato ſeruit annis bis ſeptẽ, an non præter ſeruitutẽ rideri etiam dignus fuit, qui ita ſibi pateretur imponi? Nun qd igitur commotus eſt riſu, num turpe putauit, qd homo liber, & educatus igenuè, ſeruilia negotia obiret, atq; id quidẽ apud cognatos? uel maximè enim mordere ſolet, ſiquis apud notos, indigna patiatur? Miminè uerò hunc quidem. Quæ cauſa? Charitas, q̃ tempus quoque cũ longum eſſet, reddit breue: erant illi, inquit, inſtar paucorum dierum: tantũ aberat, ut aut dolore, aut uerecundia ob eam ſeruitutẽ afficeretur. Rectè Paulus igitur, haud faſtidioſa eſt, inquit. *Non quærit quæ ſua ſunt, non exaſperatur*. Docuit non eſſe faſtidioſam, nunc quí iſtuc accidat docet. quí fit igitur? quia nõ quærit quę ſua ſunt, omnes homines amicos eſſe putat, & tamen ſe ſuſcipit indigna, ubi in digna committẽtem reuocare poteſt, ut ſi prodeſſe ignominia ſua dilectio poſsit, ignominiã non putet. ſ Ille enim ipſe eſt.] Hæc enim uera eſt amicitia, non amplius amãtem amatũq; duos ac diuerſos eſſe, ſed unum quendam hominẽ: quod utique non aliunde quã charitatis ui fieri poteſt. Ne quæras igitur tuum, ut inuenias tuum: qui ſua quærit, nõ inueniet ſua. Sic Paulus quæ ſua ſunt nemo quærat, inquit, q̃ proximi unuſquiſque quæramus. conſtat enim utilitas priuata, utilitate proximi, & hæc itẽ illa. Quemadmodum igitur theſaurum ſuũ, domo proximi defoſſum, ſiqs quærere & eruere recuſet, nunquam ne inſpiciat quidem: ſic qui quærere commodũ ſuũ in utilitate proximi non uolet, coronam rebus his propoſitam nũquam aſſequetur: ſ Sic dominus ipſe mortuus eſt, ſ

Gene. 27. b.

Rom. 9. a

[omiſſaq;:

ſ Etenim deus propterea ad eũ modũ illud collocauit.

B C

D

1. Theſſ. 2. d.

Ibidem.

E

ſ Spe. Act. 28. e. 2. Ti. 2. b. Supr. 7. a

ſ quòd p alium quod ſuũ eſt.

F

Gene. 29. d.

Ioã. 19. d

Luc. 23. c Mat. 26. d & Luc. 7 f

M

1. Reg. 19.

ſ tractatum.

G locauit: *Omnia suffert*, inquit, duce scilicet patientia, duce benignitate. sint molesta licèt, sint grauia, sint cõtumeliæ, sint uerbera, sit mors, sit quoduiscunq;. Aestimare hoc rursus à beato Dauide licet. qd acerbius enim uidere sit, quàm filium insurgẽtem, imperium affectantem, paterni sanguinis sitientem: atqui istuc pertulit tamẽ beatus ille, & ne uerbum effudit aduersus parricidam. Cęteraq; militibus ipsis omnia permittens, de unius filij salute mandauit: firmũ scilicet charitatis fundamentum fuit. itaque facilè omnia ferebat. Et uim quidẽ charitatis ex his nobis hactenus insinuauit. bonitatem porrò ex his, q̃ hinc iã sequuntur. *Omnia sperat*, inquit, *omnia credit, omnia sustinet*. Quid sibi uult, omnia sperat? bona, inquit, & frugi omnia. non reiicit enim charitas dilectum: sit malus licèt, adest corrigens, prospiciens, studium impendẽs. *Omnia credit*. Neque simpliciter enim sperat, inquit, sed ingenti amore superata, credit oia, etiam si parum spei conceptę respondeant promissa bona, si molestus ille sit: omnia enim charitas sustine, inqt. ⌜*Hæc nunquam excidit*. Coronidem uides, & quod in ista uirtute sit maximè præcellẽs. Quid enim est. Nõ excidit? non dissoluitur, non frangitur ferendo: amat enim omnia, & amans odisse nunquã potest, quicqd accidat tandem. hoc enim illius est maximũ bonũ. huiusmodi fuit Paul⁹. hinc illa uox, si quo pacto pro uocem, inquit, meã carnem. saneq; in ista spe mãsit. Et Timotheo præcipiens, Seruum, inquit, Christi pugnare non decet, sed mansuetum esse in omnes, placidè aduersarios erudientem: fortasse enim & illis ueritatis notitiã deus dabit. igitur ẽt si hostes, si Ethnici sunt, inquit, haud tamẽ odisse oportet. odisse uerò non illos, sed dogma: nõ hominẽ, sed opus malum, & animi sentẽtiam corruptam. Homo, dei opus est: error, diaboli: hæc ne tu confundas, Iudæi blasphemi, persecutores, calumniatores, & id genus sexcẽta in Christũ fuerunt. nũquid igitur Paulus, quo nemo Christi amãtior fuit, hos odit? minimè uerò, sed amauit. Et nunc quidem, Studium & deprecatio mea, inquit, pro illis est ad salutẽ: nunc uerò, Reiici pro his, inquit, cupiam à Christo. Sic & Ezechiel mactari Iudæos uidẽs, heu, inqt: adeó ne perdis reliquos Israel. Et Moses: Siquidem dimittis illis peccatum, dimitte. Quid igitur Dauid? Qui te oderunt, inquit, domine, odiui & ego, & propter inimicos tuos obtabui: ⌜perfecto odio oderã illos. ⌋ Neutiquã uerò quæ in psalmis Dauid pronunciãtur, sub huius persona omnia dicuntur. An nõ ille tentoria ad Cedar fixa, iuxta Babilonis flumina positas sedes, lachrymas fusas dicit? nec Babylonem tamen, nec castra cædar unquam uidit. ⌜Atqui⌝ maiori nos esse sapientia præditos decet. Itaq; discipulis, cùm ignem sic quemadmodum Helias quondã immitti uellẽt, Nescitis cuius spiritus estis, inquit. Tum enim non solum impietatem, sed ipsos etiã impios odisse iusit, ne daret cõiunctio occasionem transgrediendi. itaque & affinitates & cõmixtiones penitus tollit, & undique eos secludit: nũc autem maiorem in lucem adduxit, & supra periculũ hoc esse nos uoluit, colloqui, hortari, & ut nil nobis hinc incommodi sit: cõmodi uerò ipsis quidẽ è nobis est multum: inquit igitur, nõ odisse, sed misereri oportere. Nam quî tu errantem, si odias, facilè reuocabis? quî pro impio orabis? orandũ esse porrò Paulus testatur: adhortor, inquit, ut ante omnia fiant deprecatiões, obsecrationes, interpellationes, gratiarũ actiones, pro omnibus hominibus: quòd autẽ non omnes tum essent fideles, satis est puto notum: ⌜inquit enim,⌝ pro regibus, & pro oĩbus in eminẽtia cõstitutis. Quòd autem & hi essent impij æquè patet: causam enim exponẽs sic infert: nã hoc bonũ est & acceptum coram seruatore nostro deo: qui cunctos homines uult fieri saluos, & ad agnitionẽ uenire ueritatis. Itaque Ethnicam mulierem Christiano cohabitare deprehendens, nuptias non soluit. quid enim uiro mulieri familiare magis? duo erũt, inquit, in carne una, ingens hic amoris uis & desideriũ uehemẽs. equidem si odisse impios pergas, istuc futurũ est ut oderis peccatores etiam, moxq; hac uia progressus à fratribus plerisq;, immo uerò ab omnibus abrumpẽre. Non est enim non est peccatum citra, quisquã. Nam si hostes odisse dei oportet, non impios solũ, sed & peccatores odisse oportebit: Itaq; feris erimus detestabiliores, oẽs scilicet mortales cæteros auersati, & ⌜amentia,⌝ quemadmodũ pharisæus ille tumẽtes. Atqui istuc nõ iussit Paulus, quid uerò? Monete, inquit, inordinatos, consolamini pusillanimes, subleuate infirmos, patientes estote erga oẽs. Quid istuc uerò, inquis, quod dicit? Siquis huic nostræ orationi non obtemperarit, per epistolam hũc indicate, & cũ illo ne commiscemini: de fratribus certè loquẽs. Ne istud simpliciter quidem, sed moderatione adiecta: nec enim quæ sequuntur resecabis, sed apponens ea quoque: nam dum admisceri uetat, statim hoc adiũxit, Ne putetis inimicum, sed castigate ut fratrem. Vides qui detestari opus malum iusit, non hominem. Diaboli commentum est, ut inuicem diuellamur. adeoq; hoc ille summo studio agit, q̃ charitatem tollat, emendationis uiam excindat: dum eum quẽ tu odisti detinet errore, te autem inimicitia, uiamq; ad illius salutem tibi præcludit. Nã si & medicus ægrotum odit fugitq;, & æger medicum auersatur: quando putas liberabitur morbo? cũ hic illum nõ uocet, ille ad hunc sponte non accedat. Sed cuius, obsecro, rei gratia tu illũ uitas, & auersaris? qa impius est? ob hoc ipsum accedere, opitulari, decet, q̃ restituas laborantem. Quid uerò si mihi hic medicina proficiatur? Tamen facere quod tuum est iuberis. nam & Iudas laborabat immedicabiliter, atqui sanare tamẽ Christus non intermittit. Nec te igitur fatigari oportet: si studiosẽ dabis operã qui medeare, licèt nil profeceris, tamẽ medici referes mercedẽ, efficiesq;, ut ille mã suetudinem uel tuam miretur, atq; ita domino gloria uniuersa tribuatur. ut.n. miracula ædas, & mortuos suscites, ut quiduis facias, nunquã ita te Ethnici mirabuntur, ut cùm mitem, cùm mansuetum, cũ suauẽ moribus cernunt. nõ est, mihi crede, opus hoc mediocre, multiq; ea re permoti, uitia posuerunt: nihil enim tam attrahit, tã glutinat fortiter, quàm charitas. Ob illa facilius tibi inuidebũt, signa dico & miracula: ob hæc uerò mirabũtur, & amabũt. ubi amarint porrò, progressu postea ueritatẽ etiam comprehendent. si uerò non statim assentitur, ne mireris, ne festines, ne eodem momento omnia discutere uelis. fac ut quędã interim laudet, amet, eò quò uis, ueniet deinde paulatim. Et ut intelligas qd istuc posit, Paulum uide sub Ethnico iudice causam dicẽtem: Ego me felicem, inquit, iudicaui, iudicium tuum subiturus. Et hæc dixit, non q̃ hominem adularetur, absit enim: sed lucrificari mansuetudine sua uolens: & lucrificatus est sanè, iudicemq; cepit is, cuius damnata

Rom.10.a
Ibid.9.a.
Exec.11.c
Exo.32.g
Psal.13.d
Ibid.18.a
Psal.136.a.
⌜Aliter etiã dici potest,
4.Reg.1.c.
Luc.9.g.
2.Ti.2.d.
1.Ti.2.a.
2.Tess.3.d.
Act.26.a

K ⌜Et rursum Ibidem.
Ibidem.b
Supr.7.c.
Gen.2. et supr.6.d.
⌜arrogantia
1.Tess.5.f
L
M

A iam causa uidebatur: & captus uictoriã clara uoce præsentibus oĩbus confitetur, Parum, inquit, abest quin persuadeas ut Christianus fiã. Paulus uerò qd? amplius iam pãdit rete. Cupiam, inquit, ego non te solum, sed quotquot hìc adsunt, esse quòd ego sum oẽs, uinculis istis exceptis. quid Paule uinculis exceptis inquis? & q̃ tua deinde libertas sit, si uinculorum te pudet, si uincula fugis? præsertim in hominũ multitudine tanta? nõ passim, hoc scribẽdo gloriaris? nõ te uinctum subinde uocas? non tu catenam pro diademate nobis circunfers? quid accidit igitur nũc qd catenam deprecaris? non deprecor, inqt, ego, nec turpem duco, sed illorum seruio imbecillitati, nondum percipere gloriam illã nostrã possunt. Sic meus me docuit præceptor, ne insuam assumentum pãni recẽtis uestimẽto ueteri, eò spectat quod dixi. Nã & dogma lacessunt nostrũ, & cruci sunt infensi. quòd si uincula quoque adiungam, tãtò erit inuidia maior. hæc igitur remoui, quò esset illud tolerabilę magis, pẽrtim quando uinciri probrosissimum ipsis uidetur, ut qui nõdum istam gloriam nostram degustarint: cõniuere igitur oportet, ubi philosophari discẽt, etiam B catenæ huius, & uinculorum decus admirabuntur. Apud alios ergo disputans, beneficium rẽ eandẽ uocat: Quòd datum nobis sit, inquit, non credere solũ, sed pro ipso etiam pati. istud ergo satis tantisper fuit, ne auditores cruce offenderentur, itaq; ordine procedit. Neque enim qui in regiam te inducit, priusquã uestibula cernas, foris adhuc stantẽ, quæ intus sunt perspicere cogit: ita enim ne digna quidem spectatu sint, nisi intus omnia perpendas: hæc eadẽ in Ethnicorũ cõgressibus erunt custodienda. cõuenire oportet, charitatem pręferre oportet. magnus est doctor charitas, satis idoneus qui & tollat errores, & mores formet, & ad philosophiam manu ducat, & èlapidibus hoies reddat. Et si nosse uim huius lubet, agè uirum mihi da timidum, meticulosum, umbras tremescẽtem, iracundũ, asperum, & ferã magis quàm hominem, lasciuũ, impudicum, omni denique uitiorum genere affluentẽ: hunc igitur charitatis manibus formandum trade, & in hoc mihi gymnasiũ induce: timidũ hũc, mox comperies reddi magnanimum & fortem, nec iam quicquam amplius detrectantem: & quod est mirũ, hęc ita natura & ingenio C cuiusque manẽte fiunt: in ipsa meticulosa anima suã uim charitas ostẽdit. Quod perinde est, ac siquis plũbeũ ensem omnia quæ ferreus solet, efficere cogat, ferreum tamen non reddens, sed plumbeum, & impermutatę naturæ esse sinẽs. Iacob quãdiu degit domi, simplex, laborum periculorumq; omniũ rudis, uitam dissolutam quandam propemodum & liberã uiuẽs, ĩtra parietes uelut uirguncula desidens, obire domestica negotia magna parte cogebatur, à foro & q̃ istic tumultus sunt, alienus, tranquillitatem per omnia & placidam illam uitam colebat. Hunc igitur ubi charitatis flamma corripuit semel, simplicẽ illũ domi desidentem, uide quã tolerantem, quàm laborioſum reddit: uerba adeò patriarchæ ipsius audiamus, ita.n. socerũ accusans, inqt: Viginti nũc annos sum apud te. & quî uiginti apud illum annos erat? nã hoc adiecit ipse: interdiu feruoribus æstuans, noctu, glacie rigẽs, aberat oculis meis somnus. Hæc simplex ille, & desidẽs domi, uitãq; uiuẽs dissolutã. Qđ porrò meticulosus fuerit, ex eo liquet, quòd dũ Esau fratrẽ præstolaretur, timore penè exanimabatur. sed uide qui rursus timidus ille charitate suscitante, leone quouis animosior euadat: uelut propugnaculũ enim quoddam, seipsum ante cæteros omnes locãs paratus erat ferrũ illũ & minas quemadmodum sũspicabatur spirantem, excipere primus, & suo ipsius corpore parare uxoribus salutem: & quem don i ti, mebat, quẽ horrebat, intueri primus in acie studet. erat terrore maior .ille in uxores amor. Vides quo pacto qui timidus erat, audax euasit confestim, non equidem naturæ habitum mutans, sed charitatis ui coactus. Nã quòd posteà etiam fuerit meticulosus, ex eo satis constat, quòd locum ex loco subinde mutat: nec est cur quis putet, uirũ à nobis sanctum accusari: timidum enim esse peccatum nõ est, sic enim natura cõparamur. sed ex timore cõmittere quod nõ decet. ⌜fit enim sæpe uerecundia, ut qui natura timidus ẽ, fortis euadat. ⌜Quid Moses igitur, unicũ Aegyptium territus fugit? & finibus excesit? & tamen ille ipse fugitius & unius uiri minas sustinere non ualens, melle charitatis semel rectè gustato, nemine cogẽte mori pro suis festinabat. Si enim dimittis, inqt, peccatũ, his dimitte: sin minus, me quoq; de libro, quem scripsisti, expungas. Quòd porrò ex confidẽte placidum, & impudico tẽperãtem charitas reddat, nullis exemplis est opus, res omnibus patet. fera sit licèt immanior, simul ac amare quis cœpit, oue mansuetior euadit. Saule qd erat agreste furiosumue magis? & tamen cũ hostem filia liberasset, ne uocem ille quidem acerbiorem emisit: & quem propter sacerdotes ille crudeliter mactarat, filiã cũ eundem suis ex ædibus dimisisset, ne uerbo quidẽ interpellauit, tanta fraude cõmissa. fine dubio quòd ualidiore frẽno, charitatis scilicet, retineretur. Quemadmodum autem humanos, ita continẽtes eadẽ illa efficere potest. Vxorem suam siquis quemadmodum oportet amarit, sit incontinẽtissimus licèt, pp amorẽ huius nũquam intuebitur alienam: fortis enim est, inquit, uelut mors charitas. & sanè non aliunde fit ut simus intemperantes, quàm quia non amamus. Quoniam igitur magistra uirtutum omnium charitas est, summo cum studio nostris hãc mẽtibus inseramus, quò multa nobis bona ferat, & fructum eius lętum florẽtem nunquam marcescẽtem possideamus. Sic enim æterna bona adipiscemur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, cũ sancto bonoq; spiritu gloria, honor & imperiũ sit, in secula seculorum, Amen.

D

E

F

Homilia. XXXIIII.

Iue prophetiæ abolebuntur, siue linguæ cessabũt, siue scientia abolebitur. Postquam charitatis uim & dignitatem monstrauit, quòd hanc præter dona cætera, & officia uitæ præclara omnia, consistere non possint, tum quòd partes eius tot, tamq; multiplices sint, denique qđ ea perfectæ philosophię materia sit & argumentum: aliunde iam, & tertio quodam è loco præcellentiam eius ostẽdit, atque hoc quidem ita facit: primũ eos, qui inferiores esse se putabant, monere uolens, miraculorum fastigio potiri posse, nullisq;, quocunq; dono pollẽtibus minores futuros, si charitatẽ amplectãtur: hinc donis præditos, & ob eam rem sublatos humiliare, docereq;, nihil dum assecutos, si illam non amplectantur. Sic enim futurum erat ut inuicem se amarent, ⌜mox odio inuidiaq; ⌜sublatis, ad concordiã redacti, uitia omnia exterminarent: non inuidet enim cari-

Cant.8.b
⌜mox inuidia arrogantiaque.

Gtas, non inflatur. Sic illis undique murum circundedit infractum, concordiam quaqua uersus cõsertã, & contra morbos omnes ualentẽ, & ab ipsis malis
Sup.12.b solidiorem futurum. Itaq; mille rationes tentauit, quibus discutere tristitiam istam posset. Vnus idéq; spiritus, inquit, dat: & dat, inquit, pro uniuscuiusque commoditate, & prout lubitum est distribuit. Distribuit uerò gratificans, nõ debita soluens. Et quãquã accipis minus, æquè tamen absoluendo corpori cõducis, & honore frueris uberiore: & q plus te habet, te, qui minus habes, eget. & qđ donorũ omniũ summũ, summa uirtutum una charitas sit. Hæc uerò inculcat, bifariam eos inter se coercens: hinc quidem, ut se nullis inferiores esse sciant, si illam sint assecuti: hinc uerò humani iam amplius nil passuros, si apprehenderint semel, radicem donorum omnium charitatem, nil deinde molituros, studio contentionis sublato: captiuus enim charitate semel, cõtentionis securus est. Quapropter docens quæ bona hinc percipiãtur, laudibus ipsis fructus subiecit, illorũ interea morbos pulchrè coercẽs. Nam remediorum quę di-
H xit, singulum mederi morbis illorum idoneum fuit. Paties est, inquit, cõtentiosos notãs: benigna, factiosos, & clandestinos. non inuidet, aduersus eos, qui ægrè superiores ferunt. nõ est procax, perstringit dissolutos: nõ inflatur, superbos. non est fastidiosa, cõtra eos pertinet, qui demittere se, & inseruire proximo nolunt. non quærit quę sua sunt, in eos qui despiciunt cæteros: non iritatur, non cogitat malũ, in cõtumeliosos. non gaudet de iniquitate, sed ueritati cõgratulatur, in inuidos rursum. omnia suffert, ad solatium circunuentis & oppressis: omnia sperat, reiectis & desperatis. omnia sustinet, nunquã excidit, in eos qui leui causa seditiones fouent. Postquã igitur magnam undique summa cũ amplificatione ostendit, idem rursus, sed aliunde, summa tamen quadam ratione molitur, contentione noua dignitatẽ eius tollens. Siue enim prophetię, inqt, abolebuntur, siue linguæ cessabunt. Siquidẽ enim utræq; fidei gratia sunt collatæ, disseminata fide, neutris deinceps iam erit opus. Charitas uerò nunquã cessabit, sed magis magisq; crescet, & hic & in futurum: & istic quidem magis quã hic, cùm hîc multa sint, quæ interturbant, opes, negotia, corporis & animi morbi, istic nihil.
I Prophetias porrò, linguasq; iã olim aboleri, nil mirũ: scientiam uerò, istud est quod ambiguitatem nobis non mediocrem parit: Nam & hoc siue scientia abolebitur, inquit. Quid igitur? per ignorantiam uitam istic traducemus? absit uerò. Tũ maximè scientiam intendi uerisimile fit: tum enim cognoscam, inqt, sic ut cognitus sum. Quapropter ne perinde ut prophetias linguas ue, sic etiam aboleri sciẽtiam putes, ubi de abolenda scientia mentionem intulisset, modum statim abolitionis adiecit: *Quadamtenus cognoscimus, inqt, quadãtenus pphetamus. ast ubi uenerit quod est perfectum, abolebitur quod est aliquo usque.* Nõ abolebitur scientia quidem, sed desinet esse non perfecta: nec enim intra hos fines scientia tũ se nostra continebit, sed amplius progredietur. Atq; ut exemplo rem magis lucidam faciamus, deum ubiq; esse, nunc quidẽ scimus: quomodo sit porrò nescimus. Item quòd ex his quæ non erant, fecit, quæ sunt, scimus: qui fecerit
ſ*de his et apertius.* porrò, non scimus. Rursus quòd ex uirgine natus sit, istuc quidem scimus: sed qui tandẽ, non item. Sciemus autem tum qdẽ amplius quiddam, ſ& ad hæc magis conducens. ſhinc etiam interstitiũ ponit, atq; K
hoc non esse mediocre docet. *Cùm essem puer, ut puer loquebar, ut puer sentiebã, ut puer cogitabã. At ubi factus sum uir, puerilia aboleui.* Iã aliũde hoc ipsum ostẽdit. *Cernimus enim nunc per speculum,* inquit: mox speculi, quo nomine quomodo cunque uisum inrelligit, mẽtione inducta, subiungit, In ænigmate, superiectione docens multò imperfectissimam nostram cognitionem esse. *Tunc autem facie ad faciem.* Non equidẽ quòd facies deo quędam sit, sed quo clarius manifestiusq; dicat. Incrementis ut omnia discamus uides. *Nunc quadamtenus*, inquit, *cognosco, tunc autem cognoscam quemadmodum cognitus sum.* Vides etiam ut bifariam tumorẽ illorum discusit, & qđ peregrina notitia sit, & quòd nec illa quidẽ ex sese tamen: neque enim hunc ego cognoui, inquit, sed ipsus me. Quemadmodum igitur ipse me nouit prior nunc prior impulit: sic ego tum etiã prior impellar, multo tum sanè magis etiam quã modò. Nam qui in tenebris sedet, quãtisper lucem orientem non uidet, occurrere Solis radio non potest, priusquam ille resplendens ultrò sese ostẽdat. At postquam lucẽ animaduertit, ad ipsum iam Solem contendit: atq; hoc est, quem- L
admodum cognitus sum: non quod ſnos ita simus hũc cogniturſ, sed quemadmodum ipse ultro se nobis ingerit nunc: ita tum quidẽ istic recipiemur, & multa ineffabilia tũ cognoscemus, & felicissimo illo fruemur congressu, sapientiaq;. Si.n. qui tanta nouit Paulus, puer est, quanta putabimus illa futura? Si speculũ hæc & ænigma, reputa facies ipsa quãta sit. Porrò ut paulisper tibi quãta differentia sit, ostẽdã, radiũ quẽdam cogitationis eius tenuem animo tuo immittã. Igitur quæ gesta quondam sub lege sunt, nũc ubi gratia illuxit, animo reuolue: an nõ illa quoque ante lucis ortum, magna quædã & admiranda uidebantur? At uerò qđ Paulus de illis post ortã gratiã dicat, uide: quemadmodũ ne glorificatũ quidem
2.Cor.3.6 fuit, inquit, quod glorificatũ est in hac parte propter eminentem gloriam. Atq; ut clarius quòd dico fiat, in aliquo temporis illius ritu sacro, orationẽ imprimamus, uidebis interuallũ quantum: & si lubet ipsum Pascha in medium producamus: illorum, inquã & nostrum, intelliges qd interfit. Celebrabant sanè & Iudæi, ita ut in speculo, ut i ænigmate, sed ineffabi
M lia illa misteria nunquã ne cogitarunt quidem, neExo.13.d & seq. que quicquam tum quę illis rebus adumbrabãtur in tellexerunt: sed agnum mactatum cernebãt, sanguinem pecudis, & eo fores illitas: quòd filius porrò dei carnem indutus, mactandus esset, & orbẽ terrarum uniuersum liberaturus, Græcis, Barbaris sanguinem gustãdum exhibiturus, cœlum omnibus aperturus, q istic bona sunt humano generi cõmunicaturus, carnem hanc mactatam sumens, supra cœlũ, supra cœlorum cœlum, & super omnes planè angelorũ, archangelorum, omniumq; potestatẽ exercitus sublaturus, in ipso throno regio ad dextram aliquãdo patris ineffabili gloria resplendentem, collocaturus esset. Hęc, inquam, nec illis, nec ulli omnino mortalium, neque præuideri, nec animo cogitari posibile unquam fuit. Sed quid homines hic temerarii nobis dicunt? Istuc, nũc quidem cognosco ex parte, de- ſrerũ dispẽsatione est dictum. orum dinibus cœlestibus dictum. ſNotitiã enim Pauli de deo, fuisse perfectam. Quid ergo puerũ se uocat? per speculũ quònã pacto cernit? in ænigmate qui? si notitiam omnem est assecutus: cur uerò perfectũ hoc,

tanquam

A tanquam uni spiritui debitum defert, nulli præterea
Supr.2.c. rerũ potestati? Quis enim quæ hominis sunt nouit, inquit, nisi spiritus qui in ipso est? ita sanè neq; quæ dei sunt nosse quispiã potest, nisi dei spiritus. & Chri-
Ioan.6.e. stus hoc esse sui solius ostendit, cùm, inquit, non qđ patrem uiderit quisquã, nisi qui est à patre, hic nempe patrem uidit: uisionem notitiam uocans manifestissimam & absolutam: qui uerò ipsam substãtiam dei nosset, dispensationem rerum ignoraret? Cũ sit illud difficilius multo. Quid? ergo deum ignoramus? Absit uero, sed quod sit ille quidẽ scimus, quid porro reuera sit, non scimus item. Atq; ut intelligas, nõ de ordinatione dictũ, sic inquit: tum autẽ cognoscã quemadmodum cognitus sum: neq; enim à dispositione rerum sed à deo cognitus est. Nemo ergo simplicem hanc esse imposturam aut errorẽ putet: quadruplus est, immo uerò multiplicior: non hoc enim solum incommodum & absurdum secum affert, qđ nosse gloriantur, quæ spiritus solius & unigeniti dei filij sunt: sed etiam, cũ Paulus ne imperfectam quidẽ
B scientiam citra reuelationem assequi potuisset, isti percepta huic omnia, nudis rationibus inducti affirmant: neque enim scripturæ locum ullum de ea re differentes proferre possunt. Sed illorũ insania nunc missa, ad eã quæ proposita est charitatis disputationem redeamus. pergit igitur. *Nunc autem manet.* inquit, *fides, spes, charitas, tria hæc, sed maxima in his charitas.* Fides enim & spes creditis speratisq; rebus aduen
Rom.8.e. tis cessant. quod ostẽdens Paulus, quæ spes cernitur, inquit, spes iam non est, quî speres enim quod iã cer-
Heb.11.a ſCessabunt hæ. nis? & rursus, Est autem fides, inquit, speratarũ rerũ substantia, non apparentium argumentum. ſCessabit igitur apparentibus illis quidẽ. Charitas uerò tũ maximè uigebit, & uehemẽtior erit. Ecce aliud charitatis encomium: non est enim prioribus cõtentus, sed comminisci aliud quiddam contendit. Vide uero: donũ esse magnum dixerat, immo assequẽdis donis omnibus uiam, & nil dona efficere sine hac posse, multis item imaginẽ huius admirandã descripsit. hic quia per omnia duret, prædicat: inquit. n. Nunc uero manet fides, spes, charitas, tria hæc, sed in his
C maior charitas: in eo scilicet, quia transeunt illæ, hæc durat. Cũ igitur tanta uis charitatis sit, nõ ab re, per sequamini charitatem, inquit: opus est enim persecutu, & cursu ad eam ualido: tantũ illa à nobis auolauit, tot res sunt, quæ cursum auertunt, ut summa celeritate sit opus, dum illã cõprehendamus: quod qui dem Paulus innuens nõ sequamini: sed persequamini, inquit: suscitãs nos, & ad illius comprehensionẽ incendens. Nam & author ipse rerum deus, iã olim principiò sexcenta commẽtus est, quî illam nobis inculcaret. Primũ caput unum omnibus dedit, ipsum Adam: cur enim è terra non sumus? cur nõ, quemadmodũ ille, perfecti? nempe ut partus, ut nutricatio, ut successio generandi, nos inuicem ligarent, hãc ob causam nec mulierem ex terra fecit. Postquam enim non ualuit satis ad concordiã flectere nos, quòd substantiæ eiusdem essemus, nisi eundem etiam habere mus parentem, etiam hoc ita comparauit: nã si nũc quidem tãtũ, quia locis disidemus alienos esse nos inuicem putamus, si generis totius duo principia extitissent, quid futurum fuisse credis? Itaque uelut à capite quodam uno, totum humani generis corpus dependet: & quia iam à principio parentes duo fuisse uideri possent, uide quî cõglutinet, quî in unũ lege connubij cõiungat. Propter hoc homo patrẽ & matrẽ relinquet, inquit, & adhærebit uxori suæ, & erunt D
Gen.2.d & Mat. hi duo in carne una: nõ dixit mulier, sed homo, quã 19.a. do cupiditas in hoc maior: & maiorem quidẽ idcirco uiro dedit, ut imperium quod in mulierẽ habet, cupiditatis illius tyrãnide retusum imbecilliori subii ceretur. Quia uerò & nuptias introduci oportebat, eum ex quo facta est mulieri coniugem tradit: omnia nanq; charitati deus postponit. Equidẽ si quanquã hoc sint pacto geniti, primus tamen statim hominũ, semine parentũ procreatorũ, adeò insaniuit, tantã rixã, tantã inuidiã diabolus seminauit, quid putas feciſſet, si non ab eadẽ prorsus radice pullulasset, genus humanum? Deinde hunc imperare, illam sub esse iusit: esse enim inter æquales æmulationem nouit: itaque noluit esse democratiam, sed regnũ: & qđ uidere i exercitu licet, id in omni bene costodita domo deprehendas: Regis locũ obtinet maritus, uxor primatis & ducis: imperiũ proximũ liberi tenent, infimũ familiares: nam & hi in subiectos similiter imperium tenẽt. Et unus quispiã cæteris omnibus præ E
fectus, heri uicẽ tenet, sed ut seruus. Atque aliud est rursus imperium inter ipsos, uxorũ & liberorum dico: in ipsis denique liberis aliud, prout cuiusque ętas aut natura tulit: nam ne in pueris quidem æquale imperium fœmina tenet. Assiduis igitur, & continentibus undique uinculis, ad concordiam nos deus disciplinamq; coegit. Itaque priusquam in multitudinẽ genus hominum spargeretur, cũ duo tantùm essent hũc quidem regere, illam imperium capessere iusit. & ne contemneret uelut inferiorem, aut abs se segregaret unquam, uide quo pacto ipsam honorat, quo pacto uinit, et ante ipsius constitutionẽ, Faciamus
Gene.2.e enim, inquit, huic adiutorem: scilicet ex illius usu futurã ostẽdens, & sic eã, quæ propter se nata erat coniunxit: sumus enim rerum quæ nostri gratia productæ sunt studiosiores. Porrò autẽ ne illa uicissim, qđ esset præsidio data, turgeret, & uinculum rumperet, ex costa facit, partem corporis esse uolens. Sed ut ne que uir hinc sibi placeret, non esse solius iã deinde sinit, qđ erat solius antea: sed contrà, procreationẽ liberorũ illi inducit, etiam hìc præferens maritum, sed sic ut ne omnia unius esse sinat. Vides quot charita- F
tis uincula deus fabricauit? atq; hæc quidem per naEccl.13.c. turã rerum concordię nobis pignora reliquit. Primũ ut quia substantiæ eiusdem sumus, in unum perducamur: omne siquidẽ animal diligit simile sibi. Deinde quòd ex uiro sit, mulier, & liberi item ex utroq;, hinc multi nascuntur affectionis modi: hunc qa pater est, amamus: illum, quia auus: hãc qđ sit mater, illã quòd nutrix: hũc qđ filius, illũ quod nepos, & illũ item quod pronepos: hãc quia filia, illã quia neptis: hunc quia frater, illũ quia ex fratre nepos: hanc quia soror, illam ex sorore neptem. Et quid recensere uniuersam cognationis seriem attineret? Aliam coniunctionis formam commentus est insuper, cognatorũ connubio interdicto, ad alienos nos eduxit, illos uicissim ad nos pellexit, quos naturali necessitudine copulari nõ licet, hos nuptiis cõglutinauit, integras sæpe familias nuius Nymphæ gratia conciliando, genus generi totum permiscet. Nõ duces sororem tuã, Leuit.18.a. inquit, uelq; sororem ſfratris, ſnec aliam huiusmodi, ea generis necessitate cõiunctam, ut nefas sit misceri, ipsis nominibus cognationum formas recensens. Satis causæ sit cur illas ames, ex eodem esse te utero ſpatris.

G prognatum:aliter tibi competent aliæ. Cur tu charitatis amplitudinem redigas in angustum? aut cur officiū charitati non necessarium impendis, quò amicitiam, coiuge aliunde ducta, & per hanc longissimā affinium seriem, parentes, fratres, & illorum necessarios omnes cōciliare tibi potes? Vides quot nos modis colligauit? Atqui non fuit hoc satis, etiā ut opus nobis inuicem haberemus fecit, ut hinc quoq; nos congregaret, quādo teneri amicitias utilitate uel maximè uidemus: hinc nō omnibus in locis omnia nascuntur, quò congredi & permisceri haberemus necesse: & dum mutua necessitate astringit, faciles etiā cōgressus dedit: quod quidē nisi curatiset, magna in difficultate, magna tristitia res humanæ constituerētur. Nam siquis uel medico, uel fabro, uel alio quopiā artifice habēs opus, longā pro acquirēdo peregrinationem suscipere cogatur, perire interea rē sit necesse, hinc urbes cōstruxit, in unum omnes collegit. Vt porrò his quoque qui procul sunt, facilius cōgrederemur, mare in medium expandit, uentorum dedit celeritatē, & expeditas esse peregrinationes iussit. Principio etiam in unum omnes collegit locum, nec
H antea dispersit, quā essent concordiæ dono abusi, q primi isthuc acceperunt, uerum undiq; nos coniunxit, à natura, à cognatione, ab affinitate, à lingua, à loco: & quēadmodum non uoluit excidere nos paradiso: si uoluisset enim, ne principio qdē isthuc hominem quem fecit collocasset, sed qui neglexit, est casus author: ita neq; uarilingues esse uoluit, siquidē principio tales fecisset. Nunc autem terra uniuersa la
Gen.11.a. bium unum, & uox omnibus una fuit, inquit. Igitur quādo deleri terram oportebat, ne tum quidem ex alia nos materia fecit, aut iustum transtulit, sed mediis aquis uelut orbis scintillā quandam superstitem sinens, rursus hoc genus nostrū ex beato Noe suscitauit. Et principio quidē imperium unum fecit, uiri scilicet in mulierem. Postquā uero in alias aliasq; degenerauit enormitates genus nostrum, imperia constituit plura, herorum scilicet in seruos, principum in subditos, omnia magno quodā amore nostri: & qa prauitas genus hominum dissoluit, perditiq;, medicos ille mediis in urbibus iudices locauit, qui uitia quandam charitatis uelut pestem exagitantes, ad cōcordiā homines reuocarent. Vt uerò nō in urbibus
I solū, sed in unaquaque etiā domo magna esset concordia, principatu donauit & prærogatiua uirū, mulierē desiderio quo uir erga se flagrat armauit, in medium procreandi munus posuit utriq;, multa adhæc charitatem inducentia commentus. Nec uiro enim uniuersa commisit, nec mulieri, sed pulchrè officia digessit, huic domū, illi forum tradens, & huic nutrire (agricolatur enim) illi amicire, (tela enim & colus mulieris est) & texendi sapientiam commisit. Pereat auaritia, qua fit ut discerni iam sua cuiq; munera nō possint. Mollities multorum ad telā uiros deduxit, in manus uiriles radios, stamen, subtegmen dedit, & tamē uel sic diuinę ordinationis prouidētia relucet: nam & muliere alius in rebus magis necessariis uehementer habemus opus, & opera humiliorū utimur in his rebus quibus uita assiduè continetur, adeoq; necessitatis huius tanta uis est, ut siquis omniū mortalium opes possideat unus, carere cæterorum consortio non possit, non opus habere pauperiore se nō possit. Nec solū tenues opulentioribus egēt, sed opulenti tenuibus, & hi quidē magis: quod ut dilucidius
cernas, constituamus si lubet urbes duas, hāc diuitū K
solū, illam solùm pauperum: sit porrò in illa pauper nullus, in hac diues nullus: purgemus utranque diligenter, uideamus utra magis sufficere sibi possit: si posse pauperes deprehēdemus, certū est diuites magis egere. Igitur siquidē in illa felicū nullus erit, nec opifex, nec domificator, nec faber, nec calcearius, nec pistor, nec ærarius, nec funicularius, nec talium quicquā: nā quis obire diues ista uolet? quando illi ipsi qui hæc tractāt, simul ac rē auxerūt, ab illa labo rum molestia statim recedūt. Quomodo igitur ista nobis ciuitas constabit? Si numerauerint, inquis, diuites, comparare à pauperibus ista licet. Non sufficiūt igitur sibi, siquidē illis habēt opus. Iam uerò qui domos ædificabunt? Numerēt sanè, tamē nō protinus extabit domus, manibus opus est, necesse igitur artifices illuc uoces, legē principiò posita abroges, quæ iussit nequis inesset pauper. En igitur ipsa necessitas nobis inuitis pauperes uocat, pauperes inducit. Vnde liquet, cōstare sine pauperibus ciuitatē nō posse. Si pergat enim neminem horum ad se recipere quen quam, iam deinde ne ciuitas quidē, sed cinis erit. Nō L
sufficit igitur illa quidem sibi, nisi pauperes uelut tutelaria quædam ad se numina uocet. Pauperū igitur urbē inspiciamus, quæ ipsa quoque manca est, diuitibus destituta. Et primò quidem diuitias omnes oratione detrahamus, monstremusq; clarè, quæ res tandē diuitiæ sint. Quid sunt igitur? aurum, argentū, gemmæ pretiosæ, uestes fericæ, purpureæ, auratæ: & quia quid sint iam constat, republica ista uniuersas exigamus, quādo inesse pauperes solū oportet, & ne per somnium quidem uel aurū, uel uestes huiusmodi cerni, & si ita lubet, nec argentum, nec uasa argentea. Opibus igitur solis exceptis, qua re præterea dicmihi ciuitas ista egebit? Nulla. Domos extruere oportet, non auro, non argento, nō margaritis opus est, sed manibus & arte, & manibus nō quibuslibet, sed callosis, labore induratis, robore, lignis, saxis. Texere uestes oportet, rursus nec auro, nec argento, sed manibus, sed arte negotiū obitur. laborantiū fœminarū. Ad agricolandū porrò, ad fodiendum dic ob secro utrorum opera quæritur magis, diuitū mine, an pauperum? est istuc quidem nemini obscurū. Ferrū M
uerò, & cætera id genus instrumenta nunquid effice re citra uulgi operam possunt? Quam igitur ad rē locupletibus istis fuerit opus? nullā credo, nisi si euertere Rempublicam istam uelis. Nam si crasis istis inductis, auri gemmarumq; cupiditas homines rudes & philosophos (philosophos ultra necessitatē nihil expetentes uoco) inuadat, otioq; & uoluptatibus sedēt, perire deinceps oia sit necesse. Quid ergo, si nullus est rerū earum necessarius usus, conditæ sunt, in quies? Primū unde probas à deo conditas? Scriptura docet, meum est argentum, meum est aurū, inquit, dabo cui & ubi uolo. Ridere, nisi me rē committerē indignam, crassum lubet. Ridere, inquam, qui hęc tā scitè adducant, quòd quemadmodū pueruli parui regię mensæ admoti, cū cibis illis ut quodque in manus uenit, ori etiam intrudunt: Sic illi, cū diuinis scripturis, sua ut quæq; in promptu sunt, producūt. Meū Aggæi.2.b.
argentū, meum aurum apud prophetā esse scio: dabo cùm & cui uolo, non item, sed à plebeiis istis allatum: & illud quidem quò sit à propheta dictū exponam. Aggæus igitur cū assiduè Iudæis denunciasset, post illum ex Babylone reditum eadem formatem

A plum exhibiturum, quale nuper fuit, & plerisq; quod post cineres & ruinam illam instaurari templum impossibile uideretur, fidem uerbis nō haberent: discussurus dubitationem istā propheta, ex persona dei in ista uerba prorupit, quasi dicat, quid timetis? qd dubitatis? meum est argentum, meum aurum, non habeo necesse aliunde mutuatis ornare tēplū. Esse porrò hanc sententiam declarant, q̄ sequuntur. Et erit, inquit, maiestas domus illa posterior priore maior. Ne igitur telas aranearum telæ regiæ attexamus. Si enim, qui uili inserto tramite uitiasse purpurā deprehenduntur, extremam pœnā luunt: quantò magis, qui sacra uitiant? Haud enim uulgare incommodū est: & quid ego nequid apponatur, nequid eximatur dico? punctulū lectionis unum, absurdam sæpenumero sentētiam gignit. Vnde nobis igitur opes? Certè enim sic dicitur, à domino diuitiæ sunt & pauper-
Eccl.11.b tas. Rogemus igitur q ista nobis opponunt, Nunqd oēs omnino opes, oīs paupertas à domino? Quis hoc dicat? Sunt. n. & ex rapina, sunt ex suppositis testamētis, sunt ex impostura, sunt ex id genus cæteris malis artibus opes sępe magnę cōflatę, possessęq; ab his qui luce & uita indigni fuerunt. Quid igitur? esse
B istas à deo dicemus? Absit. Sed unde sunt tandē? ex peccato. Nā & meretrix prostituens corpus, rem facit: & iuuenis formosus sæpe florē ætatis uendens, aurum turpiter quærit: & qui sepulchra uiolat, & parietes perfodit latro, opes inquā tenet. Haud igitur omnes à deo diuitię sunt puto. Sed quid ad illam mihi sententiam respōdes? Disce prius ne paupertatem quidem à deo omnē esse, post sententiā aperiemus. Nā siquis iuuenis intemperans rem prodegerit uel in scorta, uel in circulatores, uel in alias huiusmodi uoluptates, & ita rem decoxerit: num nō manifestū est, non deum, sed intemperantiam causam esse paupertatis? Rursus siquis per ignauiam rem perdit, per amentiam ad mendicitatem uenit, siqs periculosis, siquis improbis negotiis addictus, ad paupertatē redigatur: an non & hìc patet, nulli horū paupertatis authorem deū fuisse? Mentitur ergo scriptura? absit. Sed insaniunt, qui non diligētius hanc explorant. Nā si hoc consentaneum est, ab omni mendacio alienā scripturam esse, deinde monstratum est non omnes opes authore deo parari, imbecillitatis eorū qui minus prouidenter ista inculcant, hæsitantia est. Atque
C oportuit hìc uos iam dimitti, criminū obiectorū ac cusatione satis repulsa, ut pœnam nobis negligenter tractatæ scripturæ daretis. Sed quia parco uehementer uobis, & tumultuātes cernere turbatosq; nō amplius possum, agè & solutionē adducamus, si pri⁹ & qui, & ad quos, & quādo hęc dixit, ostēdamus. Neq; enim eodē omnibus modo loquitur deus, ut neque nos pueris & uiris æquè. A quó nā igitur, & quomodo, & ad quos dictum est? A Salomone, in ueteri te-
stamento, ad Iudæos, nihil aliud quā sensibilia ista cogitantes, & ab his diuinam potentiam æstimātes,
Ioan.2.c. quales sunt qui dicunt, Nunquid & panē potest dare? &, Quod tu signū edis? Patres nostri comederūt
Ioan.6.f. Phil.3.d. manna in deserto quorum deus uenter est: qui qdē cū ab his rebus deum æstimarent, est & hoc inquit, possibile deo, diuites facere, & pauperes. Non quòd
Naū.1.a. oēs omnino faciat ipse, sed quòd posit, cum nelit: ut cū dicit, qui mari minatur, ipsum exiccans, & flumina destituens, tametsi nunquā hoc accidit tamē. Cur igitur hoc propheta dixit? non quòd semper qui dem ita fiat, sed quod illi sit factu possibile. Quā er- D
go paupertatem, quas opes confert? In memoriā reuoca patriarchā, & eas opes quas de⁹ largitur, agnosces. Nā Abrahā certè locupletauit ipse, & post hunc etiā Iob quemadmodum hic quidem testatur, Si bo Iob.2.c.
na, inquit, accepimus de manu domini, mala non sustineamus? & q̄ duplo deinde maiora dabantur, munus domini fuerunt. Hinc illa Iacob opulentia originē traxit. Est ab ipso & paupertas illa laudabilis, qua lē tū diuiti illi stipulabatur: Si uis, inquiens, perfectus esse, uēde q̄ habes, & da pauperibus, & sequere me. Mat.19.e
Item discipulis præcipiens, Nec aurum possideatis, inquit, nec argētum, nec binas tunicas. Nō est igitur Ibi.10.b
cur oēs opes esse à deo, aut omnem paupertatē putes, id quod à cæde, rapina, & multis præterea aliis ostēdi. Sed eodē recidit oratio, si omnino nihil sunt usui diuites, quapropter sunt facti? Quid igitur dicemus? Quòd illi quidē, qui seipsos locupletarunt, nulli sunt usui: quemadmodū contrà, quos ille locupletauit, utiles uehemēter: & nosse istuc ex illorum factis licet. Abraham peregrinis & gentibus omnibus, non sibi opes cumulauit. Nā qui tribus illis uenien- Gen.18.a
tibus hominibus, ut putabat, uitulū mactat, metra E
siliginis tria subigit, in limine merediano tępore sedet, cogitare potes, qbus sumptibus, qua alacritate, sua in omnes erogarit, præter opum, pręter corporis ministerium, atq; hoc in tam prouecta ætate, portus hospitum, omniumq; in necessitate constitutorū cū esset, nil priuatum suumq; possedit, ne filium quidē. Nam domino iubente tradit etiam illū, & seipsum denique, domumq; totam, quando fratris filiū redi Ibid.22.a
mere festinat. Atq; hæc non opum, sed humanitatis Ibi.14.b.
gratia solius. Igitur cū prædæ esset dominus ab ipsis quos liberarat constitutus, omnia prorsus, etiam funiculum, etiam corrigiam calceamēti recusauit. Eiusmodi fuit etiā beatus ille Iob, Meæ fores, inquit, om
nibus patuerūt, eram ego oculus cęcorum, pes clau Iob.31.d.
dorum, pater imbecillū, foris nunquam pernoctauit hospes, debiles siquando eguissent, nunquā excideruntsinu uacuo nemo egenus ædibus nostris unquā excesit, & his multo præterea plura (ne omnia modo enumeremus) in indigētes collocauit, uniuersas facultates impendens. Vis eos quoq; qui aliunde ditati sunt uidere, qui partis facultatibus utātur? Illū inspice apud Lazarum, ne micas quidem communi F
cat. Vide Achab, etiā rapit aliena. Vide Giezi, uide generis huius cæteros omnes. Nam qui sine fraude, & Luc.16.c
cum deo possidēt, in usus diuinos rursus omnia im 4.Re.5.f.g.
pendunt: & qui quærendo restiterunt deo, expendēdo facient idem, in scorta, in parasitos sua insumūt, aut in terram defodiunt, Imēdico nihil largiuntur. Quid igitur genus hoc hominum, inquies, ditescere sinit? quia patiēs est, & ad pœnitentiā reuocatos nos cupit, quia gehēnam præparauit, diem cōstituit, qua iudicaturus est orbem. Quòd si subitò qui rē malè quærunt, supplicio puniat affectos: nullū Zachæus pœnitēdi, quod abstulit quadruplo reddēdi, dimidium erogandi, nullum Matthęus se conuertendi, & ad apostolatum ueniendi spatium habuisset, ad supplicium ante tempus abrepti, nullum cæteri itē multi. Sistinet itaque nos pius pater, ad pœnitentiā omnes uocans: quòd siqui nolunt, in iisdem persistunt, audi quæ Paulus dicat, nēpe quod pro duritia sua, & cordis obstinatia, cumulū sibi diuinę indignationis, Rom.2.c
ad diem reuelationis, & iudicij, æterni dei coarcerua

Universidad de Deusto
Biblioteca

G bunt: quam ut effugiamus fratres, cœlestes opes cõgeramus, paupertatẽ illã præclaram sectemur: sic. n. & futuris bonis potiemur, quæ ut oĩbus eueniãt nobis, gratia fiat & benignitate Christi Iesu domini nostri, cui gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Homilia. XXXV.

Gap. XIIII. s *Æmulemini charitatẽ, æmulemini spiritalia, magis tamen ut prophetetis.* Postquã enim charitatis uim accuratè uniuersam edisseruisset, iam deinde monet summo studio capessendam. Quapropter sectemini, inquit: Nam qui persequitur qd, non solùm amat quod persequitur, sed ad illud studio contendit, non antè desistens, quàm persequendo cõsequatur: quod quidẽ si per se non potest, per eum qui se præcedit, fugienti incũbit, proximũ quẽque flagitando, hortando, retinere & seruare sibi cõprehensum uelit, dum præuertat. Istud nos quoq; faciamus, si charitatẽ præuertere ipsi nõ ualemus, eos qui propè sunt, ut retineant hortemur, dũ ipsi quoq; anteuertamus. Deinde ubi apprehenderimus semel, non amplius dimittamus, ne rursus elabatur: resilit enim cõtinuò, utputa qua uehemẽter abutimur, aut

H certè cui omnia cætera præferimus. Vnde etiam atq; etiã conari decet qui retineamus: hoc enim si fit, nullo deinceps magno labore sit opus, imo ne labore quidem ullo, uirtutis uiam angustã licèt, læti & festum semper diem agentes peruademus. Ac nequis supicaretur idcirco charitatis mentionem inductam, quòd dona refutaret: *Æmulemini spiritualia*, inquit, *in primis uerò prophetiã.* Nã qui ⌈lingua⌉ *loquitur, hominibus nõ loquitur, sed deo: nullus. n. audit, spiritu licèt mysteria loquatur: at qui prophetat, hominibus loquitur, ædificat, exhortatur, cõsolatur.* Cõparat inter se dona, extenuãs illud linguarũ, nõ inutile prorsus quidẽ, nec utile tamen uehementer per sese ostẽdens: multũ enim ab illo sibi placebãt, egregium quiddã esse rati, ut quod primum omniũ apostoli tanta cũ admiratione obtinuissent. ⌈Vnde maiori, quã cætera, in pretio fuit.⌋ Quòd igitur istud apostoli primũ omniũ tenuerũt? quia proficiscendum quoquo uersus fuit. Et quẽadmodum eo tempore, cum turris extrueretur, una lingua in multas secabatur: ita tum quidem multę sępe in unum quendam hominem confluebant, idemq;

I Persarum, Romanorũ, Indorum, & multorum præterea linguis, spiritu insusurrante, loquebatur, atq; id munus, munus tũ uocabatur linguarum, multis scilicet omnino uocibus utẽdi facultatem prębens. Hic igitur quo nomine tollar, quo nomine deprimar, uideamus. Nã quod inquit, qui linguis loqtur, non hominibus loquitur, nemo enim audit, extenuare uult, monstrans nõ esse arduum uehementer. Quod porrò subiungit, spiritu uerò loquitur mysteria, tollit rursum, ne uel superuacuum, uel inutile, temereq; cõcessum putemus. Qui prophetat autem, hominibus loquitur, ædificationem, exhortationẽ, cõsolationem. Vides egregium hoc esse munus, unde mõstrarit, nẽpe quia communiter pluribus utile est, uides ut præferat ubique, quicquid cõmunem respicit utilitatẽ. Quid autem, an nõ hominibus illi loquũtur? Sed nõ ædificãt, ⌈exhortantur. ⌈tantùm ue consolantur. Itaque spiritu impelli, concitariq;, utriq; commune est, & linguis loquenti, & prophetanti. Sed hoc differũt, quòd hic utilis est audientibus etiã: linguis enim loquentes, qui munùs idẽ non habent percipere non possunt. Neminem igitur linguę ędificant, inquis? minimè uerò. Seipsum linguis loquens ædificat, inquit: quod quidẽ fieri nõ potest, nisi quæ loquatur norit. K Et hactenus quidem de iis qui quę loquuntur intelligũt, disputat. Intelligũt ipsi, inquit, efferre in alios nõ possunt. Qui prophetat autẽ, ædificat ecclesiã. Quã tũ igitur priuato publicum differt, tantum prophetia linguis. Vides prudentiam Pauli, neq; enim ad nihilum donum redegit, sed nõ esse commodo tantũ, quantũ uideri uolebant, docet, ut quod habenti sufficiat solũ. Deinde, ne per inuidiam detrahere linguis uideretur, nam hoc dono multi pollebant, eam suspicionem correcturus, *linguis* inquit *loquamini uoloẽs, magis uerò ut prophetetis. Maior. n. propheta est, quã linguis loquẽs, nisi interpretationẽ qua ecclesia ædificetur, addat.* Maius porrò & minus, rerum est non contrariarum, sed excellentium: ex quo liquet, donũ nõ reprehendi, sed illos ad præstãtiora uocari: quæ res & sedulitatem uiri arguit, & animũ oĩ inuidia carentem: nõ enim unum alterũm ue, sed omnes loqui linguis, inquit, uolo, & non hoc solũ, sed etiam prophetare, adeoq; hoc magis q̃ illud, maior enim q prophetat: quod cũ monstrasset hactenus, etiam deinceps probat, non simpliciter, sed appẽdice annexo, nisi in L terpretetur inqt, quasi, si hoc posit, prophetæ sit ęqualis, ut cuius rei fructus perueniat iam ad multos: atque obseruatu quidem dignũ est, isthuc à Paulo præceteris rebus omnibus requiri. *Nunc autem fratres, si ueniã ad uos linguis loquens, quid uobis prodero, nisi aut per reuelationẽ, aut per scientiã, aut per prophetiã, aut per doctrinã uobis loquar?* Quid alios, inquit, dico? Paulus enim sit, qui linguis loquatur, ita etiã nihil erit quod amplius auditores expectent. Hæc autem dicit, monstrare uolens illorum se quærere utilitatem, non infensum ⌈donis esse, ⌈quę ine sua quidem persona uetur inutilia esse monstrare: solet enim semper quæ molesta sunt in seipsum tranferre, quale illud statim ab initio, Quid est Paulus? qd est Apollo? qd est Cephas? quod quidẽ & hìc facit, Ne ego quidẽ, inquit, ipse uobis profuero quicquam, si non aut per reuelationẽ, aut per prophetiam, aut per scientiam, aut per doctrinã loquar. Est autem quod dicit huiusmodi, Nisi dixero, q d percipi facilè clareq; à uobis posit, sed linguarum munere prædituũ esse me tantũ ostendam, nullum ex his, quæ non intelligitis, fructum faM cientes, abibitis credo. Nam quę utilitas esse ex uoce non intellecta potest? *Quin & inanima uocem cũ mittunt, siue tibia, siue cithara sit, nisi sonos distinctos edat, intelligi cãtilena nõ potest.* In nobis esse nõ utile qd dicã? utile uerò, si percipi, si discerni queat? quãdo i instrumentis musicis nõ uiuis etiam animaduerti potest, cũ siue tibia sit, inquit, sine cithara, quę nõ rhythmo, nõ harmonia debita, sed cõfusè, simpliciterq; sonet, & inspiretur: neminem afficiat audiẽtem. Nam & in articulatis illis opus est perspicuitate, ut nisi ad artis præscriptũ moduleris, fistulamq; inspires, nihil agas. Quòd si ab inanimis istis tantã exigimus perspicuitatem, consonantiã tãtam & sonorũ discretionẽ, & uocibus illis ignotis, magnam afferre notitiam conamur: quantò magis in aiatis & rationabilibus hominibus, itẽ & spiritus ipsius donis, sectari nota claraq; decet? *Equidem si incertum sonũ tuba det, quis apparabitur ad bellum?* A superuacuis orationem ad necessaria transfert, non in cithara solũ, sed in tuba etiam uidere id ipsum licet, inquit, sed & huic sui quidã numeri sunt, & nunc bellicum sonum, nunc alium reddunt,

⌈nõ tamẽ pp aliis p̃ ferẽd. um erat. Gen. 11. a b.

⌈lingua.

⌈iis quibus dona hæberent. Supr. 3. b

A dunt, nũc ad prælium, nunc è prælio uocãt. Atq; id quidem, nisi quis discernat, de summis extremisq; rebus periclitatur: id qd pulchrè significauit detrimẽtum ostendẽs, Quis ad bellũ. n. apparabitur, inquit? numeros igitur distinctos nisi habeat, ne tuba quidẽ fuerit. Sed quid ad nos ista, dices? maximè uerò ad nos, idcirco subiungit, *Sic & uos* inquit, *nisi significãtem sermonem dederitis, uerba (quod dicitur) uento, hoc est, nemini facietis.* Ita nihil habere magnificum linguas, undiq; ferè monstrauit. Quò ergo, si nihil habent, concessæ sunt? Primũ ut prodessent accipienti: quòd si cæteris quoq; uelis, interpretationẽ coniungas oportet. Hæc dicit concilians ipsos inter se, ut si munus quispiã interpretandi nõ habet, eũ adhibens qui habet suũ munus, per illius utile multis reddat. Sic undiq; nõ absolutũ esse ostẽdit, quò inter se arctius conglutinentur. Qui. n. munus hoc satis esse sibi putat, magis deprimit q̃ tollit, ut qui resplẽdere longius per interpretationẽ nõ sinat. Est. n. pulchrũ sanè necessariumq; donum, sed tum tandem, siqui

B interpretari possit, accedat. Est. n. & digitus utile qui dem membrũ, sed si cæteris auellas, iam æquè utile nõ erit. Est necessaria tuba, quòd si quoquo modo simpliciterq; sonet, erit molesta. Nam ars, nisi materia subiecta, declarari non potest: materia porrò tantisper rudis est, quandiu forma nõ accedit. Vocẽ igitur materiam esse cogita subiectã, perspicuitatẽ uerò formam, quæ nisi præstò sit, utile iam nil subiectum habet. *Tot igitur genera uocum sunt in mundo, et nihil horum mutum:* hoc est, tot linguæ sunt, tot uoces, Scytharũ, Thracum, Romanorũ, Persarũ, Maurorum, Indorum, Aegyptiorũ, & mille præterea gẽtium aliarum. *Itaq; si nesciero uim uocis, ero ei qui loquitur Barbarus.* Nolo enim putes, inquit, in nobis istud enenire solũ, idem in oĩbus fieri cernas. Haud igitur calumnior ego linguas, sed esse inutiles dico, quantisper sint ignotę. Deinde ut ne molestior oratio sit, crimen ęquat: *Barbarus*, inquit, *ille mihi, & ego illi:* nõ utiq; ob naturam uocis, sed ob imperitiam. Vides ut paulatim ad id, quod est proprium causę, nos ducat. Sic enim solet, exẽplis primũ longius accitis uti, tandem in eo quod argumento propius est, desidere. De tibia, de cithara dixit, quorum utrunq; defectum & inutile est. Ergo ad tubam trãsit utiliorem, hinc ad ipsam iam uocẽ. Eodem pacto suprà, cum non prohibitũ esse apostolum aliquid accipere docC eret, primùm ab agricolis, pastoribus, mox à militibus exempla ducit, postremò ad sacerdotes legis ueteris, propius iam scilicet argumento orationem deflexit. Vide autẽ q̃ ubiq; diligenter dono patrocinetur, culpam in eos trãsferat qui acceperunt, Non. n. Barbarus, inquit, ero: sed, loquenti Barbarus. Et rursus, non qui loquitur Barbarus est, inquit, sed mihi Barbarus. Quid igitur fiet? inquis: non enim reprehẽdere solùm, sed laudare etiam & docere decet. Istuc igitur facit, Expostulauit hactenus, succensuit, quid incommodi esset ostendit, iam deinde consiliũ præbet: *Sic & uos*, inquit, *quandoquidem sectatores estis spirituum, ad ædificationem ecclesiæ agite, ut excellatis.* Idẽ ubiq; uiri institutum uides, multorum, ac totius ecclesiæ scilicet cõmoditatem: hic illi est in rebus omnibus ueluti canon. Agitè autẽ, non qui possideatis solùm dona, inquit, sed qui abũdetis, hoc est, ut cũ abundantia habeatis: tantũ enim abest ut non habenda uobis censeam dona, ut abundare etiã hisce uos uelim, modò ad cõem utilitatem possideatis. D Istud igitur quo nam, inquis, pacto fieri potest? eo quo docet. *Quapropter*, iquit, *qui loquitur lingua, oret ut interpretetur. Nam si orem lingua, spiritus meus orat, at mens mea fructu uacat. Quid igitur est, orabo, spiritu, sed orabo & mente: canam spiritu, sed canam & mente?* Hic ostendit penes ipsos esse, qui dono potiantur: oret enim, inquit: hoc est, quod penes se est, inducat. Si diligenter. n. postulabit, potietur. Postula igitur nõ linguę solũ, sed interpretationis etiam donũ, ut prodesse oĩbus queas, & non cõclusum penes te unum geras. Nam si lingua, inquit, orem, orat quidem spiritus, at mens fructu uacat. Vides quî uenerit huc paulatim, ut non solũ cæteris inutilem fore monstret, sed sibiipsi ẽt: siquidẽ mens huius fructu, inquit, uacat. Siquis enim loquitur modò, uel Persarum, uel peregrina quacunq; tandẽ lingua, nõ intelligat aũt q̃ loquatur, erit ille sibiipsi Barbar⁹ quoq;, non alteri solũ, ut qui non intelligat uim uocis. Erãt enim iam olim, qui precandi donũ, & linguæ cõiunctum haberẽt multi, & precabãtur quidẽ, & lingua sonabant, uel Persarum uel Romana utentes, mẽte E uerò qd dixissent, nõ intelligebãt: idcirco si lingua, inquit, orem, orat spiritus: hoc est, donũ mihi cõcessum, linguãq; mouẽs, mens aũt fructu uacat. Quid ergo factu optimum, & utilissimũ sit? quid facerẽ, q̃ postulare à deo oportet? spiritu pariter & mente precari. Orabo, inquit, spiritu, sed orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente. Idem ẽt hic docet, lingua loqui & intelligere mẽtem uerba simul debere. Nam hoc nisi fit, confusio quædam alia nascatur oportet, *Alioqui si bene dixeris*, inquit, *spiritu, is qui locum tenet indocti, quomodo dicturus est amen, ad tuam gratiarũ actionẽ, quandoquidẽ quid dicas nescit? Nam tu quidem bene gratias agis, uerũ nihil interea alius ædificatur.* En rursus amussi (quod dicitur) saxum applicat, ecclesiæ ædificationẽ ubiq; requirens. Indoctũ uerò promiscuam plebẽ uocat, monstratq; nõ leue incõmodum esse, si, amen, dicere non possit. Est aũt qd dicit hmõi, Si peregrina lingua gratias agas, quã nec intelligas ipse, nec cæteris itẽ interpreteris, subiicere, amẽ plebeius nõ potest: & illud, in sæcula sæculorũ, qui finis precum est, audiens, amẽ nõ dicet. Deinde F ne prorsus extenuasse donũ uideretur, consolationẽ allaturus quod suprà dixit, linguis prędituũ mysteria loqui, deo loqui, ædificare seipsum, itẽ spiritu precari, plena sine dubio cõsolatiõis uerba: idẽ nũc quoq; dicit, tu quidẽ rectè oras, inquit, spiritu scilicet concitatus sonas, sed ille nec audiens, nec intelligens q̃ dicis, paruã ex ea re capit utilitatẽ. Atq; ubi his qui dono prædite erant, tanq; nihil magnificũ habentibus occurrit, ne quia priuatus hoc ipsẽ esset, tribuere minus uideretur: *Gratias*, inquit, *ago deo meo, quod magis quã oẽs uos linguis loquar.* Facit hoc alibi quoq;, tollere enim Iudaicæ gentis prærogatiuã, & nihil esse amplius docere uolens, primũ ea se præ cæteris pollere dicit, mox damnũ uocat: Si quisquã alius, inquit, fi- *Phil. 3 a* ducià habere in carne uidetur, ego magis habeo, circuncisus octauo die, Israel genere, de tribu Beniamin, Hæbræus ex Hebręis, lege Pharisæus, studio ecclesiæ persecutor, iustitiæ q̃ in lege, irreprehẽsibilis. His ubi se cæteris superiorẽ esse ostendit, sed q̃ mihi *Phil. 3. b* lucra erant, inquit, hæc arbitratus sum pp Christũ, inquit, esse damnũ: Idẽ hìc facit, magis oĩb⁹ linguis, inquit, loquor, ne tumeatis, uelut soli donũ habẽ-

tes: nam & ego habeo, adeoq; plusquam quisquam uestrum. *Sed in ecclesia quinq; uerba mente mea loqui, ut & alios instituam, malo,* inquit: *id est, expendere quæ dico, sic loqui, ut explicari cæteris possit, cũ iudicio loqui, & ut audientes doceri queant, malo, quam⌈ quinq;⌉ millia uerborum lingua loqui.* Quamobrẽ Paule? Vt institua cæteros ẽt, inquit: ⌈hoc enim illi ualidissimũ est argumentũ, hæc⌈ quã respicit solã, quã ubiq; requirit, utilitas cõis. Tametsi nouum donũ linguarũ erat, prophetiæ uerò uetus & familiare, cõcessumq; multis, istud cõtrà recens: tamen non uehemẽter curat, unde etiã ne usus quidẽ est, non qui nõ haberet, sed qui præstãtiora sectaretur, & qui ab omni prorsus ostentatione esset alienus, & hoc solũ propositũ haberet, qui meliores redderet auditores. Et iudicare sanè, quid sibi, quid alijs utile esset, homo glorię cõtemptor rectissimè quiuit: ut cõtrà qui huic mancipatus est, nec sua nec aliorũ commoda cernere satis potest. Talis Simõ erat, qui cũ uanam gloriã propositam haberet, nec quid sibi factu cõmodum esset animaduertit: tales Iudæi, qui per illam captiui, salutem ẽt propriã diabolo tradiderunt: hinc idola sunt nata, hac insania concitati philosophi, in pernicioſa dogmata impegerũt. Et uide q̃ sit malũ uersipelle, per eandẽ alij pauperes facti sunt, alij opibus inhiarunt. Sic illius uis est, ut in contrarijs dominetur, ob cõtinentiam alius, alius ob adulteriũ sibi placet, laudemq; quẽrit: hic quidem ex iustitia, ille ex improbitate: ex crapula hic, ille ex sobrietate: æquitate alius, alius temeritate: alius opibus, alius paupertate: multi quod oblatum est, accipere detrectant, nõ alia de causa, q̃ ut non accepisse prædicentur. Aliud apostolis studium fuit, liberos se ambitione fuisse factis declararunt. Nam cũ dij uocarentur, cũ diuinis honoribus afficerentur, cũ uictimæ de more coronatæ, uelut numinibus destinarentur, nõ simpliciter recusant, sed ruptis uestibus: iidem ubi claudũ restituissent, & in se omnium ora conuertissent, quid obstupescitis, inquiunt, quasi nos qui gressum dederint, simus? Et illi quidẽ paupertatem, in hominibus ⌈uelut terrimam rem stupescebant, ⌈ipsam paupertatem prædicabant, ⌈hi & pauperes esse nõ grauabantur, & opes nihilominus laude sua nõ fraudabant: ⌈iidem siquid accepissent, egenis dabant, nõ gloriæ, sed benignitatis auspicijs omnia facientes. Illi cõtrà omnia tanq̃ hostes & corruptores cõis generis, sic in his quoq; se gesserũt, alius sua omnia in mare demersit, homines amantes & insanos imitatus, alius quantũ agri possidebat, uastũ reddidit ouibus depascendũ præbens, ambitionis gratia omnia facientes. Haud isti uerò, sed accipiebãt oblata, necessarijs distribuebãt, tanta cũ liberalitate, ut perpetua cum fame ipsi cũflictarentur. Quod quidem si gloriam amassent, nunquã fecissent sanè, ueriti ne dum accipiũt, distribuunt omnia, suspicio glorię aduersum se oriatur. Nam qui propter gloriam abiecit sua, multò magis aliena non sumet, ne non ferre egestatẽ uideatur. Hos uerò & ministrantes, & pro egentibus mẽdicantes uidemus, adeò superioribus oibus fuerunt hi philosophi magis. Reputemus labores etiã illorum, moderatos, & minimè ambitioſos, Habentes enim cibũ, inquit, & quib⁹ tegamur, erimus his contenti. Non quemadmodũ Sinopæus ille pannis amictus, ⌈dolium inhabitãs, cũ nihil opus esset, ⌈in sui admirationẽ (quod uoluisse uidetur) plurimos quidem pertraxit, sed iuuit neminem. At uerò Paulus nihil horũ fecit, ⌈neq; enim ambitionem spectabat, ⌈uestibus usus, quemadmodũ locus, ubiq; postulabat, decenter, domos, humanã habitationem, nunq̃ uitauit, uirtutes cæteras studioſe in uita expressit, quas Cynicus ille cõtemnendo, turpiter uixit, publicè multa deformia cõmisit⌈ ab ipsa glorię insania tractus: ⌈certè enim si nõ usitatæ habitationis causam inquiras, præter ambitionẽ inuenies nullã. Domũ Paulus mercede etiã Romæ conduxit, tametsi quantò maiora potuit hic, tantò hoc etiam facilius potuisset. At qui gloriam non respexit, crudelem beluam dæmona horrendũ, cõem totius orbis terrarũ pestem, uiperam uenenatam: ut illa enim parturientis uterũ rumpit, sic malum hoc dilaniat obnoxios sibi. Vnde igitur stupescẽdo morbo medicinam petemus? Si eorũ qui cum monstro congressi, feliciter proculcarunt, exemplũ ob oculos ponẽtes, assiduè contemplemur, futurũ est ut nostrã quoq; uitam re cuperemus. Patriarcha igitur Abrahã. Verũ nequis fortasse cauilletur, quòd eandẽ rem sæpius inculcemus, & ubiq; ferè huius inferamus mentionẽ, istud esse, quod uirũ planè mirãdũ arguat norit, & quos huius exemplum nõ mouet, nulla uenia dignos. Nã si alios alia & alia in re præstantes ostenderemus, uideri uirtus executu difficilis possit, nec ulli mortaliũ uni possibilis uniuersa, cuius uix partẽ quandam singuli præstantissimorũ hominũ absoluissent. Cũ uero unus uirtutem oẽm animo suo complexus inueniatur, quam obsecro prætendent excusationẽ, qui post legem, post gratiam, cũ his qui ante legẽ, ante gratiam fuere, respondere uirtutibus nõ potuerũt? Quo nam igitur patriarcha modo beluam superauit, quo pacto domuit, quando orta inter se & fratris filiũ cõtentione, licet posteriores tulisset: primis excidisset, nihil cõmoueretur, nihil doleret? ⌈Nouerat beatus ille uir⌈ quanto in rebus hmõi impatientibus animis molestior damno cõtumelia esset, præsertim si quis dominus omniũ, quemadmodum hic erat, cũ honorẽ exhibuerit prior, uiciſsim nõ honoretur: tamen horũ nihil quicquam uirũ momordit, nec posteriores iniquè tulit, iniuriã à iuuene passus senex, auunculus à filio⌈ fratris: nihil succensuit, nihil est indignatus, sed æquè amauit, æquè coluit. Rursus bello uictor ingẽti & horribili, Barbaris per uim eiectis, uictoria nõ effertur, nec statuit trophęũ: libenter. n. uoluit solũ, nõ triumphare etiã. Hospites itẽ cũ recepisset, nihil ab ea re gloriatur, prior occurrit, geniculatur, beneficiũ non dare, sed accipere ratus, unde & dominos uocat, licèt qui aut unde essent ignoraret, ancillæ operã interea præstare cõiugẽ iubens. Et in Aegypto antea, cũ admirãdus oibus uideretur, uxore tanta cũ gloria recuperata, nusquã sacinus iactat. Regionis incolæ regẽ appellabant, ipse sepulturæ ẽt⌈ius in illos reiecit. ⌈Iam seruũ procatũ mittens, nihil magificũ, nihil splendidũ de se prædicari, tantummodo nymphã adduci iubet. Vis eos etiam qui Christi temporibus fuerunt excutiamus, quos multa disciplinæ huius gloria circũfulsit, nosq; genus hoc mali protinus eliminatũ, illũ ipsum q hęc dicit cogitato: omnia patri deo adscribit, peccatorũ suorum assiduè meminit, uirtutũ nusquam, nisi cũ emendare discipulos oportet, & necessitas cõpellit, quãquam ẽt tum stultitiam uocat, primis Petro cedit, laborare apud Priscillam, apud Aquilam

Actor. 3. b

⌈admirabantur.

⌈hi uero in hominib⁹ paupertatem dispiciũt & diuitias laudant.

Crates.

1. Timo. 5. b

Diogenes

⌈Nostis autem

⌈pretium persoluit.

Ibi. 24. a

Gala. 1. d

Actor. 18. a

non ueretur, deiectum esse se ubiq; monstrat, turbã clientum fugit, nusquã aut in foro congregans, aut post se trahens, inter obscuros seipsum locat. Vnde, corporis, inquit, præsentia infirma: hoc est despicabilis, & fastũ ignorans: & rursus, Precor, inquit, deum, ne qd mali faciatis, nõ quò nos probati uideamur. Quid mirũ uerò si hanc despicere potuit, qui potuit despicere cœlestem, qui potuit gehennam, qui propter id qd Christo gratũ erat, anathema esse à Christo pp gloriam Christi uolebat? Quanquã enim pro Iudęis quoq; hoc pati uelle dixit, idcirco dixit tamẽ, ne quis putaret imprudẽs, promissionibus hęrere se ad ipsos factis. Quòd si hæc negligere paratus fuit, quid mirũ humana neglecturũ? At nos omnia statim demergunt, nõ gloriæ cupiditas solùm, sed cõtrarium huius cõtumeliæ metus & cõtemptus. Laudat quis, statim intumuisti: reprehẽdit, statim deiceris, quemadmodum coporibus infirmis quælibet etiã res facilè nocet: sic deiecti animi, nec aduersus paupertatẽ, nec aduersus opes cõsistunt, æquè tristitia, gaudio succũbunt, adeoq; secundis magis quã aduersis periclitantur: cogit enim paupertas modo ratiorẽ esse uel inuitũ, diuitiæ in magnũ malum sæpe abducunt. Et quemadmodũ qui febre laborant, nauseant omnia: sic perturbatæ mentes undiq; percelluntur. Hæc cũ uideamus, cur fugimus paupertatẽ? quid opes miramur? cur non animũ potius ferendis omnibus præparamus? Nã qui domũ struit, non hæc spectat, ut ne pluuia⌈ super ipsam⌋ descendat, ne radius incũbat, quãdo istud quidem nulla ope caueri potest, sed qui sustinere domus hęc facilè possit. Et nauẽ fabricãs, nõ hoc agit ut ne fluctus obturbet, undæ ne tollãtur, quãdoquidem impossibile est: sed ut nauis cõpages, & latera ad oia idonea fiant. Et corporis curã habens, non hoc agit, ne ulla malefica, aut inæqualis aëris uis oboriatur, sed qui oia corpus tolerare possit. Hoc ipsum conari intus etiam oportet, nõ qui suffugias paupertatẽ, qui opes assequare, sed qui ad salutẽ, utrunq; si incidat, couertas. Missa igitur ista solicitudine, ferendæ paupertati, ferẽdis opibus, mentẽ idoneam reddamus. Nã ut nihil accidat humani, quod ferè impossibile est, tamẽ quãtò præstat is, qui non quærit opes, sed ferre oia nouit, quã qui diteſcit per omnia? Primum in se posita hic omnia sua habet, ille in alijs: ut miles uiribus & arte certandi ualens, melior est eo qui in armis fiduciã omnem habet, sic opibus confiſo præstat certè quem ipsa uirtus muniuit. Deinde ut solidæ sint opes, & paupertatis periculum nullũ, tamen quietus esse diues non potest, infinitas tempestates, infinitos tumultus diuitiæ secũ trahunt: uirtus contrà, aliud quã solidã uoluptatẽ, dulcẽ securitatẽ, nihil habet. Nã insidiis omnibus inaccessibilem, inuictã se ostẽdit: plutus cõtrà, omnibus uinculis uitiorũ & insidiarũ omnium expositus est. Et quemadmodum inter animantia ceruus & lepus ob natiuã timiditatẽ⌈ maximè cęteris obnoxia sunt, ⌈sus autẽ, & taurus, & leo, haud facilè in potestatem insidiatoris cadũt: tale uidere quiddã in diuitũ, & pauperum gente licet. Hic leoni, tauro similis est: ille lepori, ceruo. Quẽ. n. non metuit diues? an nõ latrones? an nõ potentes? an non inuidos? an nõ calumniatores? & quid calumniãtes aut latrones dico? familiares suos ſuſpectos habet: aut qd uiuẽs dico? quãdo ne mortuus quidẽ grassantium improbitate liber est, & ne mors quidẽ ipsa tutari prorsus diuitis cadauer pọ̃t, quin scelesti homines expilent, tã est periculoſa res opes: Nõ solũ etenim domus perfodiuntur: ipsa sepulchra, ipsa pheretra rumpuntur, diripiũtur. Quid igitur hoc sit miserum magis, cui ne mors quidem præstare securitatẽ potest? Sed miserũ illud corpus, ne uita quidẽ destitutũ, destitui uitæ periculis, & sceleratorum hominũ pulueri cineriq; bellum inferentiũ molestia potest, qui mortuo grauius tum instãt quã uiuenti: dũ uiueret in cellas irrepebãt, arcas eua cuabant, corpore abstinebãt, nec unquã auferebãt tantũ, ut corpus ſpoliarent: nunc uero neq; hoc abstinent execrandæ sacrilegorum hominum manus: mouent, circunuertunt, contumelia, magna cum crudelitate afficiunt, præterquã enim quòd iam antè nudum, terræ traditũ est, tumulo uestibusq; nudatũ, ita proijci ſustinent. Quis igitur hostis tã crudelis est, quàm opes? uiuẽtium animas perdũt, mortuorum corpora indignè tractant, ne terra quidem cõdi permittẽtes: quod cõcedi damnatis etiã, & nefandorum ſcelerum reis ſolet. In illos enim ſimulac mortis pœnã exoluerunt, nihil amplius ſibi iudices permittunt: in hos uerò post mortem etiam auaritia grauiſsimè animaduertit, nudos, inſepultos, grue & miserandum spectaculũ proponẽs: grauiusq; hi q̃ illi ſententia etiam iudicis plectũtur: unã illi primam, alterámue diem inhumati manentes, mox ſe pulturę traduntur: hi postquam sunt ſepulti, rursum eruuntur, nudãtur, proiiciuntur: nã quòd ſepulchro latrones parcunt abeuntes, nõ est cur opibus impu tetur: Paupertas facit, hæc est quæ ſepulchrũ defendit: quod ſi opibus mancipaſſemus, & pro ſaxis auro illeuiſſemus, etiã hoc abripuiſſent, tam malè tuta res est plutus, nec tã est poſſidentiũ, q̃ rapere ſe conatorũ. Itaq; ſuperuacua oratio est, quę docere uult opes difficiles esse cuſtoditu, cũ nec ſub ipſam mortis diẽ securitatẽ conſequi homines opulẽti poſsint: tametſi quis nõ abhorreat cadauer, ſit fera licèt, ſit dæmon, aut, quiduis aliud tandem, certè aſpectus est, qui ferreum, qui adamãtinũ animum⌈ inflectere poſsit. Inde fit, ut qui mortuũ uident, etiã ſi hoſtes, etiã ſi inimici ſint, uelut chariſsimũ deplorãt tamẽ, & acerbè cõmouẽtur: iram poſt interitum extingui uidemus, miſericordiã induci, nec facilè in iſtis luctibus & interitu hominum, inter amicum & inimicũ diſcernas, adeò omnes cõmunem naturam, & leges per hãc inductas uerentur. Solæ opes, quando huc uentum est, & iram poſsidentibus ſe nõ remittũt, & præterea mortuo eos quos ille nulla unquã iniuria affecit, infeſtos reddũt. Eſt. n. arbitror infeſtiſsimorum hominũ, mortuum cadauer nudare. Et natura quidẽ etiam hoſtes tum illi placat, plutus uero eos qui obiicere nil poſſunt, ad oppugnãdũ cier, & corpus ſolũ iacẽs infeſtat. Multa licèt ſint, q̃ mouere ad miſericordiã, à & cõcepto facinore reuocare debebãt, quòd mortuũ, quòd imobile, quòd ad terrã uergit & cinerẽ, quòd ſuccurrẽs nemo adeſt: ſed horũ nihil⌈ ſcelestos illos ſęua malitioſę cupiditatis tyrãni de abreptos frãgit, dirus habẽdi amor, uelut crudelis tyrãnis inſtãs, in humana illa imperia imponens, & i feras trãsferẽs, ad ſepulchra adducit: ceu feræ. n. mortuos inuadũt, nec carnibus quidẽ abſtinerẽt, ſi quẽ oino uſum mẽbra præberent. Sic opibus fruimur, poſt mortẽ iniuria affecti, ſepultura fraudati, q̃ etiã facinoroſi cõſequuntur. Nunquid igitur rem tã

2. Co. 10. c

Rom. 9. a

⌈omnium maximè captu sunt fabiles.

Quā terrā diligemus? Nequaquā, obsecro fratres, quin fugiamus ocyus: & si in manus ultrò dentur, non cōtineamus, sed pauperum manib⁹ mox tradamus. Hęc illum uincula retinere melius fortiusq; possunt, & ex istis promptuarijs non facilè elabetur. Qui per fidus erat antea plutus, fidelis & mansuetus esse discet misericordiæ manibus contrectatus. Ergo si se obtulerit, his quidē tradamus: si non obtulerit, non inquiramus: nec nos ob illū cruciemus, nec q se cruciant quasi felices miremur. Quæ.n. esse felicitas illa potest, nisi fortasse, qui cū beluis congrediuntur, felices dicas, quòd raras illas bestias includentes quadam sibi seruent, qui tamen quanquam spectaculo proponant. accedere, aut attingere ipsi nō audent, sed horrent & cōtremiscunt: tale enim quiddā diuites patiuntur, plutū uelut truculentā beluam intus includētes, sexcēta quotidie ab illo uulnera accipiētes, cōtrario beluis modo. Hæ.n. si producas, in obuios ruunt: ille si includas, si serues, possessorē inuadet perdetq;. Sed nos beluā māsuefaciamus, erit autem, si nō includatur, sed hominū egentium manibus permittatur: sic enim egregiū fructū faciemus, hic quidem bona spe, bona securitate uiuentes: isthic uerò certa fiducia consistētes: q ut omnibus nobis contingant, gratia faxit & benignitas domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto bonoq; spiritu gloria sit in secula seculorum, Amen.

Ipsa suin ciamus.

Homilia. XXXVI.

Ratres ne sitis animo pueri, sed malitia: animo uerò sitis adulti. Rectè post longam cōfirmationē probationēq; acrius iam insurgit, uehemētius increpat. Exēplū uerò proposito mirè cōgruens induxit. Nā solēt pueri ad parua hiare & obstupescere, ualde magna nō equè mirantur. Ergo cū hi linguæ donū habentes habere se omnia putarēt, quanquam sit inter cætera postremum, Ne pueri sitis, inquit, animo: hoc est, ne stulti sitis hic ubi esse prudentes oportet, sed infantes, sed simplices, quoties res iniqtate geritur, ambitione, tumore. Infantē malitia, etiam prudentem esse oportet. Vtenim prudentia connexam malitiam habens, prudentia non est: ita simplicitas sanè stultitia coniuncta, simplicitas non est: sed in simplicitate cauenda stultitia, in prudentia uerò malignitas est. quemadmodum. n. nec amara pharmaca, præterquā oportet, nec dulcia conferunt quicquā: ita nec simplicitas per se, nec prudentia. Vnde miscere Christus utrunq; iubens: prudentes, inquit, sitis ut serpentes, simplices ut columbæ. Quid est porrò malitia esse infantem? Quid malitia sit, ne nosse quidē: tales enim esse uolebat. Vnde oīno, inquit, inter uos scortatio auditur: non sustinetur, sed auditur, inquit. Omnino rem scitis, inquit? Audiuistis uerò alicubi? Viros. n. esse & pueros uolebat, sed hoc quidē malitia, istud uerò prudentia: sic enim uiro uirū esse licet, si sit puer etiam. Nā quatenus puer malitia non est, nec uir erit malefi-

I

Mat.10. b

Supr.5.a

Esai.28.c

cus ille: ⌜nō erit adultus, ⌝ sed stultus. *In lege scriptum est, uarijs linguis loquar populo huic, & ne sic quidem audiēt me, dicit dominus.* Quanquā in lege scriptū non est, sed quod sæpe monui, ueterem scripturā uniuersam, prophetas, historias, legē uocat. Adducit porrò, ex Esaia testimonium, quo rursus doni æstimationem, ad eorū commodum uellicauit, laudibus tamē eius (quemadmodū solet) non suppresis. Nā quòd ne sic quidem inquit, magnum satis quò per-

cellerētur miraculum fuisse: quòd uerò, non audierunt, ipsorum culpa factum esse docet. Et quem in usum si audituri nō erāt, dominus hoc fecit? Vt qd se decet fecisse ubiq; comperiatur. Postq; igitur non esse utile uehementer donum, à prophetis ostendit. *Linguæ itaq; signi uice sunt*, inquit, *non his qui credunt, sed incredulis: prophetia contrà, non incredulis, sed credētibus. Ergo si conuenerit ecclesia tota simul, & omnes* ⌜*linguas* ⌝ *loquātur: ingrediātur autē indocti aut increduli, nōne dicēt uos insanire? Quòd si oēs prophetetis, ingrediatur autē incredulus aut indoctus, coarguitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus, & sic occulta cordis eius manifesta fiunt atq; ita procidēs in faciē adorabit deum, renunciās quòd deus reuera in uobis sit.* Multa in his uerbis sunt quibus de dubitari cernas. Si enim signū incredulis linguæ sunt, cur inquit, ubi linguis uos loqui incredituidebūt, insanire dicent? Et si prophetia nō im pijs sed piis confert, quî facere commodū ex ea incredituli possunt? Nā si ingrediatur prophetātibus uobis incredulus, inquit, arguetur: hinc nascitur alia de inde quæstio. Videri nanq; lingua maior, quā prophetia potest: signum enim si datæ ⌜credulis linguę sunt, credentibus autē prophetia, quod alienos attrahit conciliatq;, uideri maius potest, quā quod dirigit familiares. Quid igitur est quod dixit? nihil, nec difficile, nec obscurum, nec prioribus repugnās, ⌜sed qd crebrò fieri solet, ⌝ modò aduertamus. Est. n. prophetia utris q; commoda, lingua non item. Vnde signū esse linguā dicens, non credentibus, sed incredulis: adiunxit, atq; his ipsis in signū inquit, hoc est, in admirationem, non ad institutionem etiam. Atqui de prophetia illud ipsum, inquiens, dixit prophetia enim non incredulis inquit, sed credentibus: nam fidelis quidē signo nō habet opus, sed doctrina solū & institutione. Quî igitur utrisq; prodesse tu prophetiā dicis? cum ipse prodesse incredulis neget, sed solis credentibus: Intelliges si rectè expendas: nō enim prophetiam incredulis nō prodesse, sed signū inutile esse, quale linguæ sit, negat. Scilicet nec lingua quidem incredulis confert, cuius unū hoc opus est, ut admirationem & stuporem inducat. Signum enim medium quiddam tenet, ut cùm dicit, ostende in me signum, & adiungit, sed salutare: & rursus, factus sum sicut ostentum multis, hoc est, in signū. atque ut intelligas signum hic nō in meliorem omnino partem usurpatū, ex eo coniice quod subiunxit, nempe signi effectum. Quid igitur est: Dicent, inquit, uos insanire? hoc uero nō est è natura signi, sed amentia improborum. Incredulos autem cùm audis, non est cur semper intelligas eosdem: sed nūc qui immedicabiliter laborantes, curam nullam admittunt, nunc qui conuerti possint cuiusmodi erāt tempore apostolorū, qui stupescebant ea quæ tum uocabantur magnifica dei, quale illud de Cornelio. Inquit igitur quòd propheta & apud incredulos, & apud fideles ualet: linguā dum audiunt incredituli & stulti non solū non proficiunt quicquam, sed etiam irridentiam, quasi insaniant qui loquantur: nam uice signi est solùm, hoc est, ut percellantur, simpliciter: quemadmodū contrà, qui sapiunt, ex eo faciūt fructum. Ideoq; signum est datum. Non solū enim qui ebrietatem dicerent tū erant, sed multi qui illos mirarentur, magnifica dei animaduertētes. Itaq; qui riserunt, stulti isti erant: ideoq; Paulus non simpliciter insanire uos dicent inqt, sed indocti & increduli sub

K

L

M

Actо.2.b & 10.a

iunxit

A iunxit: prophetia uerò non signi uice simpliciter, sed ad fidē, ad utilitatē utrisq; seruit, & cōmodo est uehementer. Hoc q̄q̄ non statim, tamen deinceps perspicuè declarauit, arguitur ab oibus inquit. Nam si prophetent oēs, ingrediatur uerò incredulus aut indoctus, arguitur ab oibus, ab omnibus iudicatur, & sic occulta cordis eius manifesta fiunt, atque ita procidens in faciem, adorabit deū, renūcians quòd deus reuera in uobis sit. Itaq; nō solū quia ualeat in utrisq; prophetia præstat: sed hoc ēt quòd impudentiores illos leuioris turbæ hoīes adducit. Neq; enim

Actо.5. b idem miraculū fuit, cū Sapphirā arguit (quod prophetiæ erat) & cùm linguis loquitur Petrus. Ad illud enim oēs tum cōcutiebantur, hoc uelut insanientē ridebant. Ergo ubi nihil prodesse linguas ostēdit, & hoc ipsum leniendo in Iudęos culpā conuertit, progressus ēt nocumento esse docet. Est. n. idcirco lingua data, ut intelligeretur: atqui interpretationē citra, apud incredulos cōtrariū fit: Si enim linguis, inquit, oēs loquantur, adsintq; increduli aut indocti, insanire uos dicent, quemadmodū & apostoli ebrij

B habebantur, musto enim expletos esse dicebāt: nec

Ibid. 2.b signū tamē, sed ruditas accusatur increduli indocti, inquit, itaq; īperitiæ & incredulitatis ea suspicio fuit. Nam, quod dixi, locare donū linguarum, non inter reprehensa, sed inter nō ualde utilia uult, atq; hoc ut illos reprimat, ut interpretē adiūgere cogat: quia. n. huc ipsi non respiciebant, sed ad ostentationem, ad ambitionem utebantur, ostendit æstimationis eos facere iacturam, & in suspicionem amentiæ uenire. Atq; id est qd assiduè Paulus molitur, quoties ab ducere alicunde quempiam studet, ut de eo ipso quod ambit, periclitari monstret: quod facere nos quoq; decet. A uoluptate reuocemus, monstrabimus esse rem acerbā: ab ambitione, docebimus contemptu plenā. Sic Paulus diuites habendi studio auellēs, nō solùm nocuas: sed etiā⌝ periculis obiectas opes esse ⌜docet, Qui ditescere uult, inquit, incidit in tentatio

⌜quòd in pericula inuiciant.

1.Tim.6 b

nē: quia enim opes idcirco quærūtur, ut discrimine, cura, tentatione liberi simus, cōtrariū ineſſe docei, q̄ sperant ipsi. Rursum studio philosophiæ peregrinæ quidā tenebantur, ad hæc dogma Christi examina

C turi, ille nō solū nō prodesse cruci quicquā, sed obesse uehementer ēt docet. Volebant quidā siquid iudicio disceptandū esset, apud peregrinos potius q̄ suos explicaretur, uelut sapientiores istos. Ille turpe esse docet. Sacrificatis promiscuè utebantur quidā, ut qui uideri perfecta scientia prædīti uellēt: ille scientiam esse imperfectiorē docet, quæcunq; ædificare proximū nescit. Hic quoq; cupidi glorię homines linguæ donum cū mirarētur, hoc eos uel maximè despicabiles reddi docet, & iam nō solū gloria sperata priuat, sed insaniæ suspicioni obnoxios ēt reddit. Verū non fecit hoc statim, sed sexcenta prius inculcās, uia bene munita, tum tandē quod minimè expecta batur subinfert, quod ipsum quoq; uehementer est uiro familiare. Qui. n. labefactare cōceptam opinionem uult, & eam in contrariū transferre, nō statim cōtraria dicet: ridiculus enim diuersæ sniæ addictis uideretur. Nā quod absurdū uidetur principiò, sta-

1.Cor.7.a tim recipi nō potest. Ergo aliunde prius insinuatū penetrare, & in cōtrariū niti decet. Fecit hoc Paulus de mattimonio disceptans, cū ad id multi, uelut libertas magna quædam inesset, animū adiecissent, libertatem esse si uxores non ducant ostensurus, nō

D statim hoc fecit, neq; enim receptū ita facilè fuisset: sed multò pòst, opportunitatē seruās, itaq; uehemēter retudit auditores. Idem de uirginibus loquēs fecit, principiò multa mouēs, demū parco uobis, in-

Ibidem.f quit. Itē solicitos esse nolo, inquit. Obseruauit igitur hoc ipsum in linguis, nō solū obesse gloriæ docens, sed esse ēt dedecori apud incredulos. Prophetia contrà ēt apud incredulos ignominia uacat, ęstimationem uerò & cōmodum maximum habet: nemo. n. propter prophetiā insanire quēquā dicet, neq; prophetātes ridebit, sed cōtrà obstupescet mirabiturq;. Arguitur. n. ab oibus, inquit, hoc est, quæ quisq; cōdita mente sua tenet, hæc illi reuelat, & in medium producit. ⌜Lōgè enim aliud est, seu piè quis, seu ma-

⌜Longè enim aliud est quòd ingrediens hunc qui dem Persica, illū uerò Syriaca lingua loquentem uideat: et quòd ingrediens suæ mentis arcana audiat, & tenānsne ac peruerso animo, an bono & sano ingressus sit, & qđ hoc et hoc fecerit ac instituerit. Quātò enim hoc illo utilius,

ligno & peruerso proposito ingrediatur, siue hoc, siue illud fecerit instituerit ue. Persica Syriacáue lingua loquentē, q̄ secreta pectoris reuelantē audire. ⌜ Quātò enim hoc utilius, quantò religiosius est? Ergo de linguis, insanire putabit, inquit, ⌜sed nō à se id enunciat, sed ab illorū iudicio. dicent. n. inquit, uos insanire. Cæterū]de prophetia, rerū testimoniū adducit, & eorū qui utilitatē senserunt. Arguitur enim ab oibus inquit, ab oibus iudicatur, & occulta cordis eius fient manifesta, & procidens in faciem adorabit deū, renūcians quòd deus reuera sit in uobis. Vides extra cōtrouersiam esse prophetiā: de lingua dubitauit quispiā, incredulus insaniā nūcupabit: hic nihil tale fit, sed mirabitur, adorabit, re dominū cōfessus primū, mox ēt uerbis, Sic Nabuchodonosōr adorabat. Reuera deus uester, inquit, ipse est deus, secreta reuelās, quando patefacere somniū potuisti. Vides uim ꝓphetiæ? ferū illū docuit, mutauit, & ad fidē perduxit. *Quid igitur est fratres? quoties conuenitis, alius canticum habet, alius doctrinā habet, alius linguam habet, alius reuelationem habet, alius interpretationem habet, omnia ad ædificationem fiant.* Christianę uitæ fundamentū, & regulā uides? ut enim ædificare architecti opus est, sic Christiani proximū per oīa iuuare. Quia uero grauiter donū inuasit, ne superua cuū uideretur (arrogantiā nanq; retūdere uoluit solam) cæteris rursus adnumerauit. Psalmū, inquit, habet, doctrinā habet, linguā habet. Equidē ⌜psallere ⌝ quondā sic doni diuini fuit, quemadmodū docere: uerū oīa ad hoc unū, inquit, spectent, quî proximus emendetur, simpliciter uerò nihil fiat. Si. n. ædificandi fratris gratia non uenis, quid necesse oīno uenisse sit? Non est longo donorū discrimine opus, una res est quā uolo, quā quęro, ut proximus ædificetur: in hoc qui minor donis est, maiorē ante cellet, hoc habeat modo: huc dona simul oīa spectant: quî ecclesiæ negotiū unusq;sq; pro suo modulo iuuet: quod nisi fit, in detrimentū & perniciem donū possessori uerget. Quid. n. necesse sit, obsecro, uel mortuos excitare, uel futura dicere, si eius rei cōmoditas peruenīat nusquā? Hic igitur donorū finis cū sit, & parari alio ēt modo possit, ēt dona præter, quid necesse sit iactare signa: aut cū iactare non queas, miserū puta re te? *Siue lingua quis loquitur, fiat per binos, aut adsummum ternos, idq; uicissim, & unus interpretetur. Quòd si non sit interpres, taceat in ecclesia: cæterum sibūpsi loquatur & deo.* Quid ais obsecro? postq̄ tam longa disputatione, stultū, superfluum linguis loqui si interpres non sit docuisti, iam loqui mandans? Non mando, inquit, sed nec prohibeo: ⌜ut si dicat ⌝, siquis uos incredulus uocat, ireq; lubet, ite: nec ut eāt, nec ut nō

⌜ut cū dicebat.

Sup.10.f

G eant mandat:ita⁊ & hic, ⁊ſibi uero loquatur & deo.
Si ſibi nō tēperat, & ita eſt ambitioſus, ut tacere nō
poſsit: apud ſeipſum loquatur, ut ſic permittere,
Supr.7.a aliud nil prorſus ſit q̄ uetare. Quod alibi quoq; fa-
cit, de cohabitādo diſſerens cū uxore, hoc pp ueſtrā
intemperantiā, inquit, dico. Ergo de prophetia non
eodē modo dixit: ſed mādans præcipiens q̄, prophe
tæ duo aut tres loquantur, inquit: nec interpretem
hic requirit, neq; ſilentiū prophetæ imponit, quem-
admodū illic ſi interpres, inquit, nō ſit, ſileto: neque
enim præſtare hoc ſolū linguis loquens poteſt: qui
porrò donū utrunq; tenet, loquatur: ſi non tenet, &
loqui tamē uult, cū interprete loquatur. Nā prophe-
ta quidē interpres eſt, ſed dei, tu uero hominis: qd ſi
interpres nō ſit, ſileto: nam ſuperuacuū fieri nil de-
bet, neq; ad oſtentationē. Sibiipſi uero loquatur &
⁊ Si tamē uoluerit, Sup.11.g deo, hoc eſt animo & cogitatione, aut ſine ſtrepitu
priuatim. ⁊Si non uult, ⁊neq; n. legē tulit, ſed magis
eſt cōcedendo dehortatus: quale illud, Si quis eſurit,
domi edat. Nam qui ſic permittit, acerbius adeo re-
prehendit: nō idcirco enim cōuenitis, inquit, qui do
H num oſtentetis: ſed ut ædificetis præſentes: qd prin-
cipio quoq; dixit, ad ædificationē omnia fiant. *Prophetæ uero duo aut tres loquantur, cæteri iudicent.* Ad
ſummū, ut in linguis, nō adiunxit. Quid ita inquies?
Si enim iudiciū de prophetia cæteris permittit, ergo
non eſt ipſa ſibi ſatis? Eſt illa quidē maximē: neq; n.
prophetam ſic cōpeſcit ut linguis loquētem, ſi deſit
interpres: neq; quemadmodum de hoc, ſi interpres
deſit, inquit, ſileto: ſic de propheta ēt, ſi deſit qui iu
dicet, ſileto dixit: ſed auditorē tantū muniuit. totū
enim hoc ad euidentiā auditorū diſputauit, nequis
interea ariolus admiſceretur, quod à principio cura
ri iuſsit, ubi prophetiæ uaticiniiq; diſcrimen induxit,
quod nunc quoq; diſcerni iubet, nequis diabolicus
præceptor ingrederetur. *Porrò ſi alij fuerit reuelatum aſſidenti, taceat prior: poteſtis enim ſingulatim omnes prophetare, ut omnes diſcant, conſolationem accipiant omnes.* Quid ſibi uult dictū? ſi te prophetante, te loquē
te, inquit, ſpiritus aliū excitarit, ſile deinceps. Nā qd
deliguis p̄cepit, p̄cepit hic ēt, ut ſingillatim. ſ. dicāt,
ſed ſi alij fuerit reuelatū. Quò. n. illum dicere, hoc cō
citato attineret? utroſq;, inquis, oportet? ſed abſur-
dum & confuſionē parit. ergo priorē? atqui & hoc
abſurdum, idcirco enim hoc loquēte ſpiritus illum
excitauit, ut aliquid afferret. Hinc quoniā illos com
peſcuit, ut etiam conſolaretur. *Poteſtis*, inquit, *unuſquiſq; prophetare, ut omnes diſcant, ut conſolationem accipiant omnes.* Vides cauſam cuius gratia omnia facit?
ſi linguis enim loquentē uniuerſum loqui uetat, ſi
⁊ meritò. deſit iterpres, quia ſit inutile ſcilicet, ⁊ueriſimile eſt⁊
& prophetiā, quoties illud quod iuſsit nō habet, ſed
confuſionem parit potius & turbam, & tumultum
⁊ quieſcere iubet. importunum⁊ cohibiturum fuiſſe. ⁊ *Et ſpiritus prophetarum prophetis ſubiiciuntur.* Vide q̄ uehementer, & q̄
religioſe hortetur: nequis enim contendat, aut ſedi-
tionem moueat, donum ipſum ſubiectū eſſe debe-
re docet: ſpiritum enim, uim ipſam uocat. Si ſpiritus
porrò ſubiicitur, magis te qui habes, reluctari tole-
rabile nō eſt. Deinde ſic etiam deo placere monet:
Nō enim confuſionis, inquit, *author deus eſt ſed pacis, id quod in omnibus ſanctorum eccleſiis inculco.* En quantis
illum compeſcit, hortatuq; ut cōcedere alteri uelit?
primū neminem ſi fiat prohiberi: prophetare enim
ad unū, inquit, oībus licet. Deinde etiam ſpiritui pla-
cere: ſpiritus enim prophetarum prophetis, inquit, K
ſunt ſubiecti. Ad hæc ex ſnīa iſtuc ſic fieri dei: neque
enim ſeditionis inquit, author deus eſt, ſed pacis. Po
ſtremum quia ubiq; terrarum iſta lex regnet, neque
quicquam nouum ipſis p̄cipiatur: ſic enim in om
nibus, inquit, eccleſijs ago. Quid igitur magis ſit hi
ſce rebus obſtupeſcendū: profectò enim cœlū eccle
ſia tum fuit, ſpiritu cuncta adminiſtrāte, cuncta ec-
cleſiæ capita moderante, afflatu ſuo unumquenq;
corripiente. Nunc uero ueſtigia tantū rerum illarū
tenemus, duo loquimur aut tres, & ſeorſim quidē,
& altero ſilente incipit alter: uerum hæc ſigna tan-
tum ſunt, & monumenta rerum. Vbi igitur nos cœ
pimus loqui, cū ſpiritu tuo, plebs reſpōdet: ita quon
dam ſcilicet locutos ſignificare uolens, nempe non
ſapientia propria, ſed ſpiritu dei inſtinctos. Neque
nunc quod me attinet, interea dico. Sed uidetur ec-
cleſia hodie, mulieri quæ manſuetudine ueteri exci-
derit ſimilis, quæq; ſymbola tantum felicitatis illius
referat quædam, arcas & ſcrinia rerum pretioſiſsi-
marum adhuc ſeruās, theſauro deſtituta, huic ſimi-
lis eccleſia hodie uidetur. Neq; de donis hoc dico: L
neq; enim referebat admodū ſi illis ſolis careremus;
ſed de uita, de uirtute. Viduarum multitudo, uirgi-
num chorus, eccleſię totius ornamentum quondā,
euanuit nunc, nunc nihil eſt prorſus, ſymbola extāt
quædam: ſunt enim & nūc uiduæ, ſunt uirgines, ſed
ornamēto iſto carent, quo indutos eſſe genus hoc
certaminis ingreſſos oportet. Nam hoc tum prædia
rum uirginū inſigne fuit, diuina cogitare, ſola & fe-
lix quædā ſedulitas omni triſtitia uacans, & uiduæ
non tantū hoc argumentū fuit, ſecundis nuptijs nō
conglutinari, q̄ cætera illa, hoſpitalitas, ſtudium in
pauperes, conſtantia precum, & reliqua omnia, quę
Paulus ad Timotheū ſcribens, planè requirit. Iam q̄ *1.Tim.5.d*
nuptæ ſunt hodie, magnam uenuſtatē oſtendunt
quidē, atqui non eſt hoc quod quæritur ſolū, ſtu-
dio in miſeros diligenti eſt opus, quo præſertim ma
tronæ ueteres ſplendebant, non eo modo quo no-
ſtræ. Illæ auri loco, miſericordiæ officijs uelut mun
do quodā ueſtiebantur: noſtræ, relictis his, è uitiorū
catena funiculis aureis implexis, undiq; cinguntur.
Scrinium aliud paterni theſauri exinanitū hodie, di- M
cam. Quōdam pſallebant in unum oēs, facimus &
nos: ſed tum, una omniū mens, cor omniū unū fuit:
hodie ne una quidem in mente concordiā ullam re
perias, ſed bellis undiq; omnia feruent. Pacē & nunc
epiſcopus, uelut paternam domum ingreſſus oībus
optat, ſed pacis eius nomē frequens quidē extat, res
prorſus nulla. Tum ēt domus eccleſiæ erant, nunc
uero eccleſia domus, imo domo qualibet propha-
na magis. nā in domo quidē ordo ſeruari ſolet. He-
ra thronū occupat, omni cū uenuſtate, famulæ taci
tæ ſedētes texunt, familiariū quiſq; qd imperatū eſt ī
manibus habet: hic uero magnus tumultus, magna
cōfuſio, nihilq; à caupona differūt noſtra, tanta tur
ba, tantus riſus quantus in balneis, quātus in foro,
clamantibus, tumultuantibus oībus, atq; hæc qdē
in urbe noſtra ſolū. Nam alibi ne amicū quidem, in
quem poſt longū tempus incidiſti, cōpellare licet,
ſed foris iſta fiunt, & rectè quidē: neq; enim tonſtri-
na, aut unguētaria taberna eccleſia eſt, aut officina
forenſis: ſed locus angelorū, locus archangelorum,
regia⁊ cœli, ⁊ cœlum ipſum. Quemadmodum igitur *⁊ dei.*
ſi cœlum quiſpiam in anguſtum redactum illuc in-

A ducat, etiam ſi patrē, etiam ſi fratrē uideas, tamen
præſtupore nō alloquare: ſic neque hic aliud quic-
quam q̄ ſancta ſonare decet. Nā & hic cœlum dubi-
tas? menſam iſtam uide cuius gratia conſtituta ſit,
& quapropter: cogita quis hic ſit progreſſurus, ante
progreſſum certè horrebis. Nā & thronū modò re-
gis uidēs, aio cōſurgit quiſquis egreſſum regis expe-
ctat. & tu igitur, ante illud horrendum tempus ani-
mo tremiſce, animo commoueare, priusquam uela
reducta, & chorū angelorū progreſſum uides, in ip-
ſum ultro cœlū aſcende. Sed iſta prophanus igno-
rat: alia igitur producem⁹. Neq; enim nobis deſunt,
quibus excitari & ad ſubuolandū impelli huc quiſ-
que poſsit. Tu igitur qui hæc ignoras, ubi prophetā
ita dicentē audis, Hęc dicit dominus, migrato terra,
cœlum tu quoq; aſcende, cogita quis ſit qui per illū
tibi loquatur. Atqui hiſtrione riſum excitante, aut
muliere turpiter in omnium conſpectū ſe proſtituē-
te, theatrū totum ſummo cum ſilentio ſedet auſcul
tans, atque hoc quidē ſilentiū nemine imperante, &
B nec ſtrepitus, nec clamor, nec rumor, ne minimus
quidē exiſtit. Domino uerò cœlitus de tam ſtupeſcē
dis rebus nobiſcum loquente, canibus impudentio
res ſumus, ſcortis reuerentiæ plus quàm deo exhibe
mus. Inhorreſcitis, cū iſta auditis, quin magis adeò,
facientes horreſcite. Quod de pauperum contem-
Sup.11.e ptoribus Paulus ſeorſimq; edentibus, domos non
habetis? eccleſias contemnitis, cæteros pudore af-
ficitis, inquit. Idem mihi cū his quoque qui hic tu-
multuādo, clamando, omnia cōplēt, expoſtulare p-
mittetis. Quid enim domos ad nugandū non habe
tis? eccleſiā dei cōtemnitis: ſiqs eſt q modeſtus, q ta-
citus eſſe uelit, corrūpitis? Atqui iucūdum colloqui
cum familiari. Eſto ſanè, non ueto, ſed domi, ſed fo
ris, ſed in balneis fiat. Eccleſia enim non diſceptan-
di, ſed diſcendi locus eſt. Nunc autē foro nil differt:
& ſi non ſit temerarium dictu, fortaſſe nec ſcena ip-
ſa: adeò proſtitutis ſcortis petulātius, quę huc mu
lieres congregantur, ſeſe comunt, & ſine dubio nō
paucos etiam hic ſollicitāt, homines intemperatos.
Siquis corrūpere matronā conatur: locum hūc ma-
ximè idoneum putat. Emere qd aut mercari lubet,
C magis idonea eccleſia eſt quàm forum. Sæpius. n.
de his rebus hic quā in ipſis officinis loquuntur. Di
cere malè, audire mala uis, etiā hoc frequentius hic
quā foris. Ciuilium domeſticorum negotiorū ſer-
monē quæris, non eſt cur ad iudicium accedas, in
ſchola ſedeas medicorū: ſunt enim hic, hic ſunt, qui
accuratius adeo etiā iſta tibi exponāt: omnia deniq;
facilius hic quàm eccleſiā deprehendas. Nimis for-
ſan acerbè uos reprehendo, at non puto. Nā ſi face
re quæ facitis, pergetis, unde noſſe licet quī iſta uos
tangāt? ergo neceſſe eſt eadē notare ſæpe. Hæc igi-
tur tolerari? hæc perferri poſſunt? Immo ſecemus,
uellamus quotidie, ſiquid utile diſcendo meliores
abeatis: hinc enim ut nunc quidē res ſunt, nemo cū
lucro, cū detrimento omnes abitis, ut qui in iudiciū
cōuolatis, excuſationem peccati nullam habetis. Si
quid hic frugis bonę eſt, magis ueſtris quibus oībus
undiq; obturbatis explo ditur: magna pars nō au-
dio q̄ prælegātur, quę dicūtur nō ſatis percipio, inqt.
Mirum uerò tumultuaris, uociferaris, mente cōpo
ſita nō accedis, & nō percipio quæ dicantur, inquis.
Aduertere igitur ob hoc ipſum oportebat: ſi. n. cū
quid obſcurius dicitur, non excitaris: ſine dubio cū
plana dicūtur, præterlaberis. Idcirco enim, ut ne ſtu D
dium remitteres, perſpicuè non omnia dicūtur: nec
imperſpicuè omnia, ne animū deſponderes. Nihil
horū quicquā Eunuchus ille & barbarus prætexe- *Acto.9.c*
bat, ſed tanta negotiorum turba uallatus, ēt in uia
exiſtēs, librum in manibus habet tamen, legitq;, q̄q̄
non ſatis quæ legeret, intelligebat: tu cui tantum p-
ceptorum ſuppetit, qui tot anagnoſtas habes, præ
textū & excuſationes quæris, quæ dicuntur nō per-
cipis? Quin⁊ agis⁊ igitur, ut p̄cipias aliquādo. Immo *⁊ precaritū*
fieri ne ſi uelis quidē poteſt ut oīa ignores, ſua ſpō-
te multa clara ſunt & perſpicua. Iā uerò ſi ignoras
oīa, ſilere magis oportet. Primū ne obſtes aliis, de-
inde ut pudore & taciturnitate tua conſpecta, igno
ta tibi nota reddat deus. Sed ſilere nō potes? exi igi-
tur, ne alijs obſtes. Vnā in eccleſia uelut unius cor-
poris eſſe uocē oportet: ſemp itaq; qui p̄legit, loqui-
tur ſolus: & ipſe qui epiſcopatū tenet, ſedet, interim
ſilēs: & q pſallit, pſallit ſolus, & ubi omnes ſuccinue
rūt, uelut uno ex ore uox defertur: & qui uerba po-
pulo facit, facit ſolus. Quòd ſi multi multa & diuer-
ſa inculcent, quid nos tumultuamur fruſtra? certe. n. E
niſi me de tantis rebus temerè fruſtraq; loquentem
crederetis, nunquā de inutilibus & friuolis uos, hic
tantum effutiretis. Eſtq; non in uita modo, ſed in ip
ſis rebus eſtimādis, magna ubiq; uobis peruerſitas:
non neceſſarijs inhiatis, ueritatē abiicitis, umbras &
ſomnia pſequimini: aut nō umbræ & ſomnia ſunt,
quę ſunt omnia, umbriſq; uiliora, priusquam ſunt
auolant, priuſquā auolāt ingentē turbā cient, uolu-
ptate maiorē. Inexhauſtas opes defodias licēt, ueniē
te nocte nudo tibi migrandū hinc erit, & rectè qui-
dē. Nā qui ſomno diteſcunt, poſtq̄ euigilarunt, nihi-
lo magis quæ habere uidebantur, habēt. Par diuitū
ratio, immò deterior. Nam qui per ſomnū diteſcit,
ut opibus quibus uidebatur non potitur, ſic malis
tamen ſurgens caret: diues uero ut pecunia caret, ſic
uitiis quæ opes comitantur plenus abit. Et opulen-
tus mala q̄ ſecū opes ferūt imaginatus, ea nō imagi
natione quadā iā, ſed reuera experitur. Rurſum in
ſomnis uoluptas quædam eſt, hic autem uoluptā-
tē, ſiqua eſt, pœna ſequitur, non in ſomnis, ſed quā
perſentiſcas: quin ante pœnā illā etiā hic dum con- F
uertit opes, extremā quandā pœnā pendit, mille p-
turbationibus, curis, accuſationibus, conuicijs, tu-
multib⁹, turbisq; afflictus. Vt igitur & inſomniis iſtis
& malis ueris liberemur, pro auaritia miſericordiā
amplectemur, pro rapina humanitatē: ſic præſenti
b⁹ futurisq; bonis potiemur, quæ ut omnib⁹ nobis
contingat, gratia ſaxit & benignitas Ieſu Chriſti, cui
gloria in ſecula ſeculorū, Amen.

Homilia XXXVII.

Vlieres neſtræ in eccleſijs ſileant: nec. n permiſ-
m ſum eſt illis ut loquantur, ſed ut ſubditæ ſint, quē admodū & lex dicit. Poſtquā tumultū, quē
linguę & prophetiæ ambitio pepererat, cōpoſuit, &
ut ne cōfuſio fieret, lege ſanciuit, ſingulos modo lo
q: prophetātē uerò ſuſcipiēte altero, ſilere ēt iubēs. Iā
deinceps ordine ſtrepitū muliebrē pergit emenda-
re, intempeſtiuam earum libertatem excindendo, &
rectè quidem. Nā ſi donis præditos & ſpiritu inſtin
ctos loqui quomodocunq; & quotieſcunq; uolunt,
non ſinit: multò minus has temerè fruſtraq; nugari
patietur. Magna itaq; cū authoritate, nugas illarum
cōpeſcit, legeq; adducta munit⁹, ſic ipſis ora cōſuit:

G non monet enim solùm consulitue, sed uehementer ẽt imperat, ueteri lege ad hoc recitata. Nam cũ dixisset, mulieres sileãt, quibus non loqui, sed subiectis esse licet, statim quemadmodũ lex iubet, inquit. Vbi igitur iubet lex? ⌜Sub uiri potestate eris, ⌝& ipse dominabitur tui. Vides quo testimonio utatur? quòd nõ silere modò, sed silere cũ formidine iubet, & tãta quidẽ, quãta seruã decet. Itaq; cum loqui prohibitum esse negat, non statim silere, sed quod multò amplius est, subiectas esse iubet: quòd si uiris, quã tò magis præceptoribus, patribus, ecclesię cœtui cõmuni? Si porrò nihil loquentur, nihil rogabunt, inquis, quò tandẽ pertinet adesse? Vt audiãt quę oportet, q̃ dubitẽt domi ex uiris suis dicãt. Vnde subiungit: *Si quid discere uolunt, domi uiros suos rogent.* Nõ solũ enim loqui nõ permittitur, inquit, sed ne interrogare quidẽ in cœtu: quòd si interrogare non licẽt, multò minus loqui. Et quid tandem sibi tã graue præceptum uult, inquis? Sine dubio imbecillius qddam esse mulierẽ, instabilius & leue: itaq; uiros earum cõstituit præceptores, utriusq; utilitatem secutus, quòd efficere illas quidẽ irreprehẽsibiles uelit, hos aũt intẽtiores, tanq̃ qui quod audiãt, magna cũ diligentia sint apud uxores suas deposituri. Deinde cum superbituras esse, si publicè loquendi facultas traderetur, putarent, in contrariũ orationem uertit, *Turpe, inquiens, est loqui in cœtu mulieres*: primũ quidem hoc lege diuina confirmãs, deinde ratione cõmuni & cõsuetudine: quemadmodum cum de coma dissereret, nõ ipsa natura uos, inquit, mouet? quẽ quidẽ ipsius morem ubiq; deprehendas, non à diuinis modò, sed & à communi cõsuetudine, ab his itẽ quæ omnibus uidẽtur, & ubiq; sunt impressa suadẽ tẽ, quod & hic fecit. *Num à uobis sermo dei profectus est, aut nũ*, inquit, *in uos incidit solos?* Cæteras etiam ecclesias legem hanc seruare docẽs, simul turbam noxitatis studio datam, refellens, & calculo multorũ orationem probabilem reddens. Vnde alibi, qui uobis in memoriã reducet, inquit, uias meas quæ sunt in Christo, id quod per omnẽ ubiq; ecclesiam docemus, Et rursum: Non.n. cõfusionis author deus est, sed pacis, ut in omnibus congregationibus sanctorum &c. Et hic: Nunquid à uobis sermo dei profectus est, aut in uos incidit solos? hoc est, nec primi uos, nec soli fideles estis, sed orbis uniuersus: qd & Colossensibus scribit: quemadmodũ in toto mũdo fructificat, inquit, augeturq; de euãgelio loquẽs. Facit idẽ aliter ẽt, nẽpe quò auditores impellat, ut cũ inquit, ipsorũ prima esse & oibus nota. ⌜Et Thessalonicẽsibus: ⌝à uobis enim uerbũ domini insonuit, inquit, & in omni loco fides uestra, quæ est in deũ dimanauit. Et Romanis itẽ, quòd fides uestra annunciatur, inquit, ĩ toto mũdo, utraq;. n. res, ab alijs laudari, & sententiæ suæ participes alios habere, ad promouendum, excitandũq; plurimum ualet. A uobis igitur sermo dei profectus est? inquit, aut in uos incidit solos? haud.n. istuc à uobis, inquit, dici põt, cũ præceptores nos simus aliorũ discere ab alijs nõ decere, aut quòd fidei negotiũ hic constiterit solũ, aliorũq; exempla recipi non possint. Vides à quot rebus suadet? legem produxit, esse turpe mõstrauit. Ecclesias cæteras obiecit, postremò quod ualidissimũ est, per me ista deus sic ordinauit, inquit: *Si quis propheta esse aut spiritualis uidetur: agnoscat quæ uobis scribo*, inquit, *quòd domini sint ꝓcepta. Si quis porrò ignorat, ignoret.* Quĩ istuc induxit? nec cogere, nec cõtẽdere se, mõstrãs, qd nõ sua cõstituere uolentis, sed aliorũ cõmoda quærẽtis est argumentum. Vnde alibi, si quis contentiosus esse uidetur nobis ea cõsuetudo nõ est. Hoc autẽ non ubiq; facit, sed quoties nõ magna peccata sunt, magis tũ scilicet hortatur quàm reprehẽdat, in cæteris non itẽ, sed qũo? ne erretis, inquit, nec adulteri, nec molles regnum dei possidebunt. Item, ecce ego Paulus edico uobis, si circunci dimini, Christus nihil uobis prodest: hìc autẽ cũ esset de silendo sermo, rem nõ uehementer urget, tantò magis ipsos impellẽs. Deinde, quod ubiq; solet, ad institutũ unde digressus est, rediẽs: *Itaque fratres*, inquit, *hue enitamini, ut prophetetis, & linguis loqui ne uetueritis.* Consueuit.n. nõ quod popolitũ est cõficere solũ, sed si quid cõiunctũ alteri quomodocunq; uidetur perstringere, & istuc unde digressus est redire, ne excidisse argumento uideatur: ut cũ de concordia disputat cœnę, in mysteriorũ communicationem egressus, & hinc rursus ad argumentũ reuersus, itaq; in unũ cõuenientes inuicem uos expectetis iquit. Et hic de moderatione donorũ loquẽs, & nec dolẽdũ propter inferiora, nec exultandũ esse propter maiora docẽs, in muliebre decorũ egressus ad institutũ redit. Fratres, inquiẽs, enitamini ut prophetetis, & linguis loqui ne uetueritis. Vides q̃ cõstãter ad finẽ usq; discrimen seruet, illud prorsus necessarium esse ostendẽs, hoc non itẽ. Itaq; de illo conemini, de hoc ne uetueritis, inquit. Hinc uelut summa quadam omnia corrigendo, *Decenter*, inquit, *& ordine omnia fiant*. Eos qui temerè & furiosorũ more, ordinè omnẽ perturbabant taxans, quando nihil æquè ædificat, ut moderatio, ut pax, ut charitas, tãtũ sanè quãtũ illorũ contraria dispergunt: atq; istuc uidere nõ in spiritualibus modo, sed in rebus cæteris oibus licet, in choro, ĩ naui, in curru, in exercitu, si ordinem turbes pręstantiora loco mouẽs, substituas deteriora, oia perdis, sursum deorsum oia misces: agè igitur ne ordinẽ turbemus, neq; deorsum caput, pedes sursum uertamus, quod tũ fit fratres, cũ ratione proculcata, affectus, furorem, irã, uoluptatẽ in imperiũ accimus, unde ingẽs tẽpestas, ingẽs oboritur turbo, intolerãdi fluctus, rebus oibus dẽsissimis tenebris iuolutis: & si lubet negotij eius deformitatẽ primũ, mox etiã incõmoda dispiciamus: & ut res perspicua sit, hominẽ his moribus præditũ in mediũ constituamus, meretrici addictum, cupiditate absurda captiuum: spectaculum risu dignum uidebis. Quid enim turpius, quã ad ostium meretricię domus hærere cantillantem, pugnis à scorto cõtũdi, flere, lugere, seipsum detupare? Vis & pœnã uidere? cogita pecuniarũ sumptus, periculũ sæpe extremũ, cũ corriualibus bellũ, uulnera, plagas, ex hoc pẽlió q̃sitas. Huiusmodi sunt etiã, quos auaritia obnoxios tenet. Immo turpiores: nã hi circa unũ corpus, auari circa oĩum possessiones, diuitum, pauperũ, ex æquo sunt occupati, rerũq; q̃ nusquã sunt, studio tenẽtur, quæ res absurdum esse malũ, uel maximè declarat. Neq;. n. huius illiũ: ue possessiones habere, sed domos, mõtes, omnia aurũ esse uellent: in alterũ trãseunt orbẽ, in immensum excurrunt, cupiditatis finem nõ habent. Nã q̃ dicendi uis cogitationũ illarũ tempestatem, procellas, noctem referre potest? Vbi porrò fluctuũ tãtum, tantum hyemis, quę uoluptas superesse potest? nulla prorsus, nulla: sed tumultus, pestas redit, momento fluctus. Continens uerò iam à principio, turbæ locũ non facit, surgere pelagus, fæuire belluam nõ sinet. Quòd si dum impetum sustinet, patitur tum quiddã, quid tum postea? cũ ille assiduè saucietur, agitetur, œstrum ferre non potens: ⌜ita planè, ut si equo fero, isano, calcitroso, quẽ frẽno & arte omni aduocata retinere non possit, dũ molestiã euadere uult cõcedat, uinctus abripitur & ꝓceps in omnes partes. ⌝Hæc quòd manifestius paulò disputata nobis sunt, nemo criminetur: neq; enim orationis grauitate conspici studemus, sed graues eos q audiãt efficere: certè nec prophetæ sibi ab hoc genere uerborũ temperarũt, quoties excindere Iudaicam intemperantiã student, & clarius ista q̃ nos tangunt. Nam & medicus putredinem eiicere uolens, qui mũdas manus seruet non curat, sed q ægrum sanet: & qui deiectũ releuare uult, deiicit se prius. Qui mactare insidiatorẽ suum festinat, sanguine se illius cõspergit. Immo hoc est quod uictoriam pleniorẽ reddit. Nam neq; prælio reuersum ducem, si sanie, si cruore cerebro conspersum inquinatumq; cernamus, oblioquo faciamus, si quẽ cupiditate mactata, sanguinolentũ redire uidẽmus, admiremur, socios nos pugnę adiũgamus, intemperãtes rogemus, fructũ nobis aliquẽ uoluptatis suæ monstret. Nã continens ille ex uictoria certũ reportauit, tu uerò nullũ. Sed illã à congressu uoluptatẽ profertis: atqui clarior, solidior hæc est. E congressu breue quiddã & momentaneũ habes: ille rerũ gestarũ conscientia maiorẽ, cõstantiorẽ, suauiorem. Quid enim mulieris congressus? num quemadmodũ philosophia mẽtem imperturbatam & sublimiorem reddere potest? Hic igitur quemadmodum dixi, clarè nobis sic uoluptatẽ mõstrat: in te, ⌜cũ ob repulsam tristitiæ multùm sit, ⌝uoluptatem, ut maximè uelim, inuenio nullã. Nã quod mihi uoluptatis, illius tuæ constitues tempus? Illud ne ante rẽ? insania est & mentis absessus: dẽtes enim collidere, stupere, non est credo uoluptatis, quòd si uoluptatis illa sunt, nunquã facere te, quæ dolentes faciunt, cogat: pugiles & qui cædũtur, dentibus fremũt: idẽ mulieres dolẽtes faciũt, & laboribus diuulsæ: nõ est itaq; uoluptas, sed alienatio mentis, tumultus, perturbatio. At tempus quod insequitur, dices: Nõ potes. Nunquid.n. ⌜parturiens ⌝uoluptatẽ sentit? minimè, sed à doloribus liberatur: q̃utiq; uoluptas nõ est, sed imbecillitas, & dissolutio, inter quæ quantũ interfit, uides. Quòdnã igitur uoluptatis tuæ fuerit tẽpus? nullum certè: aut si est, ita breue est, ut deprehendi nõ possit: qd etiamsi summo conatu retinere uelis, non potes. Aliud est sobriæ uoluptatis tẽpus latũ, & omnibus notũ. Immo uerò uita uniuersa bene sibi conscij uiri, dum coronatur, dum fluctibus est tranquillus, dũ nullo quoquouersus impeditur tumultu, uoluptate peragitur quadã. Si igitur hic quidẽ in uoluptate, uoluptuarius autẽ in tristitia & perturbationibus agit, intemperantiã fratres fugiamus, cõtinentiam quæramus, ut futura etiam bona consequamur, quæ ut omnibus nobis contingant, gratia faxit & charitas domini nostri Iesu Christi, & cui gloria in secula, Amen.

Homilia XXXVIII.

Otum uobis facio fratres euãgeliũ, quod euãgelizaui uobis, qd & accepistis, in quo & statis. p qd & salutẽ cõsequamini, quo pacto annũciarim

A sed dolor, sed densę nubes, pro aquis immẽsam secũ acerbitatem ferentes. Hoc omnibus alienę formę in sidiãtibus, aliena cõcupiscẽtibus accidere solet. Vnde q prorsum non amant, uoluptate longè maxima fruũtur, neq; negari potest. Adde etiam illud, eũ qui amat, sed continet se tamen, imperitatq; sibi, uoluptatis plus percepturũ, quã qui in ipsis uoluptatibus meretriciis assiduè uolutatur. Difficile fortasse monstratu sit, tamen conandum: difficile dico, non ex ipsa rei natura, sed ob auditores ad philosophandum parũ instructos. Agè igitur, dic mihi amatori, utrũ iucundius est, despicine, an in precio apud amatã esse? satis hoc constat. Vtrũ igitur dic mihi: reuerebitur adultera magis, seruum ne & in potestatem iam redactum, an eũ qui retibus huius sublimior est, altius huius sagittis uolat? Constat & hoc. Pergamus porrò in utrũ igitur studij plus locabit? constrictúmne, an q nondũ est cõstrictus? uter gratiosior erit, inclusúne, an nunquã dum captus? dubitatis? uestro consensu rẽ monstrabimus. Quam mulierẽ magis amas tu, an q̃ statim dedat submittatq; se, an quæ neget, & negotiũ tibi exhibeat? Hãc scilicet magis. Nam desiderium sic accẽditur tandẽ. Idipsum accidit in muliere: suspiciunt enim & honorant eum magis qui se despicit. Quòd si hoc est uerum, erit & illud. Nempe uoluptatis plus percepturũ, q diligitur magis. Sic imperator urbẽ quam semel cepit, negligit: reluctãtem & contendere audentẽ, obsidet cum magno studio. Venator item ferã cicurẽ inclusam tenebris: sic quẽadmodum amatorem meretrix seruat: fugiẽtem uerò sectatur. Sed ille uoluptate fruitur, inquis: hic non fruitur. At uerò non deturpari, non seruire, uelut mãcipium, non duci, non cædi, non circunduci, non cõspui, non in caput præcipitari: paruam, dic mihi, uoluptatẽ esse putas? Certè si reputari satis, & in unum colligi contumeliæ omnes possent, crimina omnia, rixæ assiduę, quę partim ex ingenio muliebri, partim ex ipsa uoluptate nascuntur, inimicitiæ & cætera oĩa quæ nisi qui patiuntur, satis nemo nouit: quòd uis bellũ inducias plures habere comperiet, quã miserrimam hanc uitam. Quam igitur tu uoluptatẽ ex hac re narras? tumultuariam & breuem, & quã mox occupat bellum, fluctus, furor, insania. Atq; hæc quidẽ idcirco uobis dico, ut iuuenes intemperãtes, quibus
C cum agitis, interpelletis: hos inquã, qui de cœlo, de inferis disputationem non admodum ferant, quòd si ferant, etiam hæc in mediũ afferre licet: dici quãta continentium hominũ uoluptas sit nõ posse, ut qui coronam sibiipsis concinnent, & præmia, consuetudinemq; angelorũ, & toto orbe terrarum ꝓconiũ, libertatem, spem certam & immortalem. Sed concubitus uoluptatis quiddam, inquiunt, habet. (nã hoc est quòd assiduè uersant) cõtinens autem uoluptatẽ habere ne potest quidem, bellum cum naturę tyranide sine intermissione gerens. Imò cõtrà res est. Violẽtia nanq; & turba penes impuros est maior tumultus ingens, & qualibet tempestate sæuior: sic ille habet, ut nunquã ad cupiditatis congressum cõsistat, uictus assiduè cadat, quẽadmodũ dæmoniaci malignis spiritibus agitati. Continens autẽ ille prælio uictor, hãc assiduè prosternit, nobilissima & infinities præstantiore uoluptate potitur, simul ipsa uictoria, & cõscientia bona, & splendidissimis trophæis perpetuò fulgens. Quòd si uoluptuarius ille, cõgressu paulisper à malis suis respirat, nihil istud est, momẽto tẽ

D

⌜*ac simile. quid istis euenit, quale si strennuus quispiam equum ferũ, infamũ, calcitrosum frẽno retineat, & arte omni adhibita contineat: alter uerò quò laborẽ istũ fugiat, oia cõtedẽs ab illo abreptus in oẽs partes ꝓceps feratur.*

⌜*quod succubueris, tristitiã quidẽ uideo,*

⌜*quæ peperit*

F

Cap. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uobis. Explicato seorsim de spiritualibus tractatu, ad eam quę omniū maximè necessaria est, resurrectionis disputationē sese conuertit. Nam & hîc uehemēter laborabāt. Et quemadmodū in corporibus post quā ad præcipua morbus, neruos dico, uenas & elemēta prima peruasit, immedicabilis iā est, nisi summa cura tractetur: ita hîc quoq; ne fieret, periculum erat: ad ipsa enim ⌜impietatis⌝ elementa malum hoc uergere cœpit: magno igitur studio usus est Paulus. Neq; enim de uita iam controuersia est, aut qđ adulter ille auarus sit, aliūs caput habeat uelatū, sed de ipsa bonorū summa. Nā de resurrectione dissentiebāt. In qua cū uniuersa fidei nostræ spes sita sit, ad oppugnandam eam magno se studio satan comparauit. Et nunc omnino non esse, modò præteriisse, contendit: quod quidē tam peruersum dogma Timotheo scribens, gāgrænā Paulus uocauit, authoresq; reos peragit: quorū, inquit, de numero est Hymenæus & Philetus, qui circa ueritatē aberrarunt, dicentes, resurrectionem iam esse factam, & subuertūt quorundā fidem. Nūc igitur hoc dicebant: nunc uerò, nō resurgere prorsum corpus, sed mentis repurgationem, resurrectionem esse. Hæc igitur ut inculcarētur uulgo, malignus ille satan fecit: non resurrectionem solūm, sed quę pro nobis Christi beneficia sunt, semel euertere omnia, & fabulā esse, monstrare uolens. Nam si nostrorū corporum resurrectionem nullam esse persuasisset, mox etiam Christū subuertisset ipsum. Progressus enim nec adsuisse Christū, nec quicquā pro nobis fecisse contenderet. Hęc huius uafricies est: unde insidias Paulus uocat, qđ nō recta causam aggrediatur, ⌜ne scilicet ruat, ⌝ sed larua inducta, & persona sūpta alia, aliud iterum struit. Et uelut hostis aut maleficus urbē mœniaq; inuadēs, cuniculos agit fallens, quò & obseruatu difficilior sit, & efficere quæ uult facilius possit. Hinc huiꝰ laqueos sagaciter uestigans, & malignas insidias uir ille mirādus deprehendens, Huius, inquit, cōsilia nō ignoramus. Nā & hic dolū totū prodit, machinas omnes patefacit, & qđ in uniuersum conetur, in mediū summa cura producit. Hoc caput est reliquorū summè necessarium, cætera nostra continens omnia. Itaq; hîc mihi Pauli solertiam uide. Nam domesticis suisq;, primùm munitis, hinc iam ad alios orationem uertit, & eos qui extra sunt, compescit. Munit autem suos quidem, non rationibus, sed gestis iā rebus, & ab ipsis iādudū receptis, persuasisq;, quod quidē suadendi, retinendiq; uim præcipuam habet, ut si repugnaturi sint, iā non Paulo, sed sibiipsis repugnēt: quod nil aliud fuit, quā seipsum accusare uelle, & quæ cœpta semel positaq; erāt deiicere. Hinc igitur orditur, innuens nullis aliis sibi testibus esse opus, qui se uerū dicere probēt, quā illis ipsis, qui sunt decepti. Vt autem quod dico manifestius fiat, uerba iam ipsa audiamus. *Notū, inquit, uobis facio fratres euangelium quod euangelizaui uobis.* Vide qua æquitate orditur, uides ut à principio nil noui, nil alieni inducturū se monstret: nā qui qđ cognitū iā est notū facit, nihil aliud, quā quod in obliuionem uenerat, in memoriam reducit: fratres uerò uocans non paruum etiam hinc adiumentū causæ præbet. Nam fratres non aliunde quā à carnis Christi dispensatione simus: sic igitur hos uocat, concilians interim captansq;, simul innumerabiliū beneficiorū admonēs. Pertinet eodem quod sequitur, cū euāgelium inquit, cuius quidem hoc est caput, hoc summum, ut deum hominē factum crucifixū uitæ redditum sciamus. Hoc Gabriel uirgini, hoc orbi terrarū prophetæ & apostoli omnes annunciarūt. *Quod euāgelizaui uobis*, inquit, *& quod accepistis, in quo statis, per quod saluati estis, quo pacto annunciarim uobis, si tenetis, nisi frustra credidistis.* Vides ut ipsos testes aduocet dictorū? & nō quod audiuistis, sed quod susce pistis, inquit, uelut depositum quoddam reposcens, ostendēsq; non uerbis, sed re, sed signis, sed miraculis receptū, & quod teneant prorsus. Deinde quia uetera commemorat, etiā præsentē rerū statū adducit. *In quo statis*, inquit. Ita præoccupās, ut si maximè uelint, negare non possint. Vnde etiā principiò, nō doceo, sed facio notū, inquit, quod clarum iam est. Et quo pacto fluctuantes stare dicit? ignorantiam pro causæ utilitate singit, quòd etiā in Galatis fecit, quam quā ratione diuersa. Nā cū istic dissimulare non posset, paulò secius orationē adornauit. Cōfido, inquit, de uobis in domino, aliud nihil uos sensuros: non inquit, aliud nihil sensistis, quando cōfessum notumq; crimen erat: sed futurū, licèt ignotum esset quò magis eos attraheret, promittit. Hic autē ignorare se fingens, in quo statis, inquit. mox lucrum, in quo saluamini, quo pacto annunciarim uobis, inqt: quasi ad perspicuitatē doctrinę nūc pertineat & interpretationem: discere dogma necesse, inqt, non est, sed in me moriā reuocare, sed restaurare. Hęc porrò sic dicit, confundere semel uniuersos nō uolens. Quid autē uult, quod dicit, quo pacto annūciarim uobis? quo pacto resurrectionem fieri docuerim, inquit: Nam quòd resurrectio quidem ipsa sit, aio uos dubitare non posse, fortasse autē nosse manifestius uultis: dicā sanè. Nā dogma quidē habere uos satis scio. Deinde cū, in quo statis, dixisset: ne remisisset facere, sic rursus terret: *Si tenetis*, inquit, *nisi frustra credidistis.* Circa iugulū uulnus, & non de re friuola certamen, sed de summa fidei esse ostendēs: & hoc lenius nūc qdē, progressu uerò postquā incaluit, nudò deinceps capite clamans, Si Christus inquit, suscitatus non est, inane uidelicet est p̄conium nostrū, inanis uestra fides, & in peccatis adhuc estis. Principiò uerò placidè sensimq;, quod utilius esse uidebatur: incedit. *Tradidi enim uobis in primis, quod & acceperam.* Ne hîc quidē dixit, docui, sed eadē uoce usus tradidi, inquit, qđ & accepi: nec se didicisse, sed accepisse testatus: duo cōfirmans, & quòd obtrudere sua in euāgelij negotio fas nō sit, & qđ reū ipsarum certitudine nō uerbis nudis fuerūt instituti, quod paulò pòst probat, omnia Xpo accepta ferens, nullumq; dogmatū suorum humanum esse docens. Quid est autē quod tradidi in primis, inquit? iam à principio scilicet, nō nūc: & hoc eò pertinet, ut ⌜etiam spiritum⌝ in testimoniū uocet, & quod extremæ dementiæ sit, tam longo tē pore persuasos, nunc tandē mutari. Prętерea cùm necessarium planè dogma sit, inter prima præcipuaq;, & ab ipso statim principio traditum esse. Et qui tandē tradidisti? dic quæso. Nō ostendit hoc statim, sed priꝰ qđ accepit. Quid igitur accepisti? *Quòd Christus mortuus pro peccatis nostris sit.* Non illicò resurrectionē corporū esse dicit, sed hoc ipsum confirmat, lōgius ratione petita, qđ Christus mortuus sit, inquit: ingēs fundamentum, basim solidā præstruens resurrectioni. Non solū enim mortuus est, quanquam astruendæ resurrectioni fuisset hoc satis: sed pro peccatis, inquit, est nostris mortuus. Operępretiū hîc sit eos q

A Manichæo morbo laborāt, ueritatis hostes & proprię salutis insidiatores audire qd dicant. Quid dicūt igitur? Mortē hîc nihil aliud significare Paulo, quā in peccatis esse: resurrectionem uerò, peccatis liberari. Vides ut nil sit errore magis imbecillū, uides ut suis ipsius alis implicatur. Nec oppugnatione aliū de est opus, trāsfigit ipse sese. Vide igitur qui suis se telis trāsfixerūt. Nam si hoc mors est, & Christus secundum uos corpus non accepit, mortuus est autē, in peccato igitur secūdum uos fuit. Nā ego corpus accepisse dico, & mortem carnis esse similiter dico. Ergo si
Ioan. 8.f hæc inficiaris, illud concedas oportet: quòd si in pec
Ibid. 11.c cato fuit, quo nā pacto dicet, Quis ⌜ex uobis⌝ de pec
⌜habet cato me arguere potest? Item, Princeps mundi huius
Mat. 3.d uenit, & in me non ⌜inuenie⌝t ⌜quicquā⌝: & rursum, Ita nos decet uniuersam iustitiā implere. Qui uerò omnino pro peccatis mortuus est, si in peccato fuit? nā pro peccatoribus q moritur, peccati immunē ipsum esse decet. Nā si peccauit ipse, pro alieno peccato quî morietur? quòd si pro alienis mortuꝰ est, peccatis ip
B se liber mortuus est sanè: qđ si peccatis liber mortuꝰ est, nō est peccati morte (alioqui quî peccato uacet) sed corporis: qđ si hanc mortē opetiit, ab eadem certè resurrexit. Vnde non simpliciter mortuū, sed propeccatis nostris mortuum dixit, ēt inuitos ad corpream Christi mortē recipiendam cogēs, & per hoc, ante mortem etiam, peccatis liberum fuisse probās. Nam qui pro peccatis moritur alienis, liberū ipsum peccato esse consequetur. Neq; hoc fuit cōtētus, sed ⌜scripturas⌝ ⌜adiungit, & dignam prorsus fide reddit
⌜secundū scripturas. orationem, ostēdens qua nā de morte locutus esset.
Psal. 21.d Nam corporis mortē scripturæ pronunciant passim:
Ioan. 9.f Foderunt enim manus meas, pedes meos, inqt. &,
⌜trāsfixerunt. Videbunt in quē ⌜desæuierūt⌝: & multa (neque enim
Esa. 53.b nunc omnia referre lubet) huiusmodi partim uerba, partim typos carnis mactationem, & eā quidē pro peccatis factā, significātes, reperias passim. A peccatis. n. populi mei, inquit, uenit in mortē. &, dominus seipsum tradidit peccatis, inquit, nostris, & saucitatus est propter peccata nostra. quod si audire uetera grauaris, Ioannē audi utrunq; & mortē & mortis causam proclamātem: Ecce enim agnus, inquit, dei, peccatum mundi tollēs. Et Paulus: Qui peccatū, inquit,
Ioan. 1.d
1. Cor. 5.d
C non nouit, pro nobis ⌜peccatā⌝ ⌜fecit, iustitia dei fieremus in ipso. Et rursum: Redemit nos Christꝰ à ma
⌜peccatū ledictione legis, inquit, factus ⌜meledictus⌝ pro nobis
Gala. 3.b ipse. E iterū, Spolians principatus ac potestates, ostē
⌜maledictio. tauit palā, triumphans de illis: & mille præterea quæ
Coloss. 2.c corporis mactationem factam, & quidē pro peccaIoā. 17.c tis nostris ostēdunt. Nam & ipse, Pro uobis, inquit,
Ibid. 16.c sanctifico meipsum: &, Princeps huius mundi iam iudicatus est, ostēdens peccato immunē se esse mactatum. Et *sepultus*. Confirmat hoc priora. Nam quod scripturas dixit, quanquā id potuisset: seu quòd sepulchrum tunc, & modò omnibus esset notum: seu qđ ad omnia communirer pertinet, qđ secundum scripturas dicit. Quod si sit, cur excitatū tertia die secundū scripturas, inquit, uoce prius posita, & ad cætera cōmuni nō contentus? Erat enim obscurum plerisque: idcirco secundū scripturas denuò dixit: nec sine diuino instinctu, ut istuc diceret uiro in mentem uenit. Sed de morte quid? nō idem dixit? Quòd crux ēt ipsa nota oībus esset, cernentibus cunctis mortalibus cruci affixus est. Causa uerò rei nō omnibus est æquè nota. qđ mortuus esset omnes norāt, qđ pro D
peccatis orbis terrarum, haud ita multi sunt qui norūt. Vnde scripturæ testimoniū adducit: uerūm hæc satis arbitror per cętera q̄ sunt à nobis disputata. Sed ubi nam sepultū esse, tertia die resurrexisse scriptura
Ionæ. 2.a docet? Per eum quē Ionas gesśit typum quem & ipse citauit. Quemadmodū Ionas in uentre ceti erat, inquit, dies tres, tres noctes. Per rubū in deserto: nam
Exod. 3.a & ille flagrans non cōflagrauit: sic corpus illud mortuum est quidem, sed morti subditum perpetuò nō mansit. Idem innuit apud Danielem Draco: nā ut ille cibum quē propheta dabat, simul ac gustauit, creDa. 14.c puit medius: Sic corpore Christi sorpto, tartarus est diffisus, corpore huius uentrem eius perrūpente remeātęq;. Quòd si audire pro typis clara testimonia
Esa. 53.c uis, Esaiam ausculta: quoniam tollitur, inqt, de terra uita eius, & ipsum mūdare à plaga domin⁹ uult, mō
Psal. 15.c strareq; lucem. & ante hunc Dauidem, Non derelinques, inquit, in inferno animā meam, nec permittes ut interitum uideat sanctus tuus. Hinc igitur Paulus ad scripturas nos remittit, ut sciremus quā ista non F
sint temerè facta. Nā quî istuc tot uatibus prædicentibus, præcinentibusq; fieri posśit, præsertim cū scriptura mortis ⌜diuinæ⌝ memor, nusquam peccati, cor ⌜dominiporis uerò mortem, sepulchrum, resurrectionē ubi c.e. que testetur? Et *quòd uisus sit Cephæ*. Fide præcipuè dignū testem ponit. *Deinde duodecim illis. Postea uisus est plus quàm quingētis fratribus simul, ex quibus plures manēt in hūc usq; diē, quidam autē obdormierunt. Deinde uisus est Iacobo, mox apostolis omnibus, postremò uerò omniū uelut abortiuo uisus est & mihi.* Scripturæ testimonio de resurrectione producto, producit etiā testes, post prophetas & scripturas, ipsos apostolos & cętеros pios citās. Qđ si de peccati resurrectione loquatur, quò attineat dicere, uisus huic est, uisus illi est? hęc. n. corporis resurrectionē probātis, nō peccati liberationē significātis uox est: unde non semel uisus est inquit, quanquā in commune posita uox sufficiebat. Atqui iterum & tertiò & in omnibus ferè qui uiderunt, eandem repetiuit. Visus est, inquit, Cephę, uisus est plus quā quingentis fratribus, uisus est mihi:
quanquam euangelium cōtrarium dicit, nempe Ma- Mar. 16.b
riæ primū uisum: sed inter uiros, huic primū, se scilicet uidere maximè flagranti. Apostolos uerò duoF
decim cur facit? Nā post assumptionē Mathias tandem, non post resurrectionē statim electus est. Veri Actо. 1.d
simile est post assumptionem etiam uisum. Is igitur apostolus post assumptionē, & uocatus est, & domi nū uidit: itaq; nō quo cuiq; tempore, sed promiscuè uisum narrat: & uerisimile sæpius etiā apparuisse. Vn Ioā. 2
de Ioannes tertium hoc inquit, sese conspiciendū dedit. Deinde uisus inquit, supra quingētis fratribus est. Supra, quidā è sublimi & ex cœlis interpretantur, qđ non in terra gradiēs, sed è sublimi sit uisus, ut qui nō tam resurrectionem, quā assumptionē uoluerit mōstrare. Quidam supra, pluribus quā quingētis interpretantur. Ex quibus superstites sunt, inqt, in hūc usque diē multi. Tametsi rem iādudum gestam narro, tamen testes, inqt, uiuos adhuc proferre possum. Quidam uerò dormierunt. Non inquit, mortui sunt, etiam hinc resurrectionem obiter confirmans. Deinde uisus est Iacobo. Mihi fratri suo uidetur, quę quidam ab ipso Hierosolymis episcopum primo cōstitutum uolunt. Deinde apostolis omnibus. Erant. n. & alij quidā apostoli, quemadmodum septuaginta

G illi. Postremò mihi quoq; uelut abortiuo. Modestior oratio est. Neq; enim qa postremus erat: postremo uisus est ei: nam ultimus uocatus sit licèt, tamẽ multis immo omnibus cæteris clarior fuit. Sed nec quin gẽti illi qa prius eis apparuisset, Iacobo meliores fuerũt. Et cur nõ omnibus apparuit simul? Vt semina iacerent quædam fidei: qui prius enim uidit, planeq; certus fuit, rẽ cæteris nunciauit. Deinde fama uulgata, eum qui audiuit in ingentem tãti miraculi constituit expectationẽ, & fidei ab ipso cõspectu post secuturæ uiã præstruxit: itaq; nec omnibus principiò uisus est, nec pluribꝰ simul, sed uni modò & ei principi, & fide maximè digno. Nam certissima mente præcipuè fuit opus, quę prima clarificatum dominum uideret. Nã qui, cũ ab aliis uisum auditumq; intelligerent, post ipsi quoq; uiderunt, magnum fidei suę, testes illos solatium habuerunt, animum sibi uelut præparãtes: q primus autem (quemadmodũ dixi) uidit, ingenti fide habuit opꝰ, ne iexpectato uisu cõturbaretur. Itaq; Petro primũ apparet. Nam qui Christum primus cõfessus erat, non ab re primus etiam resurgentẽ uidit.
H Præterea cũ huius se discipulũ esse negasset, quò minus reiectum se putaret, præ cæteris hunc conspectu suo dignatur: ad hęc, qđ huic primò pascendas oues cõmisit. Eadem causa propter sexus imbecillitatem, saluatoris gratiam primò mulier & nascentis & resurgẽtis sensit. Post Petrũ, promiscuè singulis apparet, paucioribus nunc, nunc pluribus, præceptores sibi testesq; mutuos, præsertim uerò fide dignos, per hoc, illos faciẽdo. Post quos omniũ postremò uelut abortiuo inquit, uisus est mihi quoq;. Quid sibi extenuatio uult, quam respicit occasionem? Nã si fide dignũ ostendere seipsum ult, & inter resurrectionis testes cõnumerari, diuersum oportebat, tollere sese, & maiorẽ cæteris docere, quod cũ causa postulat, etiam aliãs sępe facit. Ob hoc ipsum modestius hic de se dicit, quod pdicaturus sua necessariò deinceps sit, non statim sed prudentia quę se decet. Primùm enim ubi se extenuauit, & accusationes suiipsius multas cumulauit, ibi tandẽ exornat sua, quid adeò? ut cũ magnũ illud & sublime, abũdantius cęteris omnibus laborauit, de se dicat, probabilis tũ oratio fiat, quasi ordine
1. Ti. 1. c. quodã sic postulante, non ex instituto sint dicta. Sic
I Timotheo scribens, cũ dicturus de se magna quædã esset, accusationes prius suiipsius præmittit. Nã qui præclara de aliis loquitur, intrepidè libereq; id facit. Qui uerò seipsum laudãdi necessitatẽ sibi imponit, præsertim si testem etiã seipsum laudum suarũ se uocet, confunditur erubescitq;. Itaq; diuinus ille uir deiicit se prius, mox præclarum illud dicit: facit autẽ, primũ ut præcideret molestam repetitionẽ, deinde ut quæ sequuntur, hinc redderet fide digniora. Nã qui uerè oia quæ obiici possunt ultrò cõmemorat ipse, nihil suprimẽdo, quale est quod ecclesiam sit persecutus, fidẽ depopulatus, laudes etiã suas insuspectas reddit. Et uide ingentem humilitatem. Nam cũ postremo omnium comparuisse diceret, quia multi postremi primi euadunt, contentus nõ est, sed addit uelut obortiuo, & ne hic quidem cõsistit. Nam & iudicium suum & causam etiam adiunxit: *Ego enim minimus*, inquit, *apostolorũ sum, indignus a postolus uocari, qđ psecutus sim ecclesiam dei*. Nec duodecim, sed omniũ, inquit, hoc simul & extenuandi sui gratia, simul qđ ita planè sentiret (quẽadmodũ monui) dixit, quod secuturũ erat, interim prępara probabileq; reddens.
Nam si accedens, credere mihi debetis, ⌜quod resurrexit, Christus⌝ dicat: uidi. n. & cæteris sum fide magis dignus, ut qui plus sudarim, offendat dubio procul audientes. Nũc aũt in humilibus illis uersatus primũ & reprehẽsioni subiectis, asperitatem orationis præcidit, & uiam probationi pręstruxit. Nec simpliciter, qđ dixi, postremũ se esse demõstrat, & apostolicis titulis indignum: sed causam addens, qđ ecclesiam persecutus sim, inquit: quanquã tranfacta erãt ista omnia, sed neutiquam fuerat eorũ oblitus, gratiæ magnitudinem prædicare uolens. unde subdit: *Gratia uerò domini sum quod sum*. Extenuationem nihilo minorem uides: quòd nihil est, imputat sibi: qđ aliquid est, non sibi, sed domino totũ refert acceptũ. & ut ne torqueret hæc audiens lector, *Huius in me gratia*, inquit, *inanis non fuit*: ac idipsum subnisse tamẽ. Neque. n. dignam gratia curam ostẽdi, inquit, sed in
K anis nõ fuit, *& copiosius quã cæteri oẽs laborani*, ⌜mortes, pericula ferẽdo. Laborum⌝ nomine rursus quod dixerat, extenuauit: post extenuationem præterlabitur statim, totumq; deo reponit. *Non ego tamen, sed gratia dei quæ mihi adest*. Quid isto pectore sit admirandum magis? Nam qui se per tanta deiecit, &
L unum modò quiddam de se magnificẽtius dixit, ne istuc quidẽ suum esse monet, quodq; altius de se dixit, undiq; præcedentibus sequẽtibus cooperit mollitq;, tametsi necessariò dicẽdum fuit. Vide autẽ extenuandi uerbis quã large sit usus: Postremò mihi uisus est omnium inquit: unde nec aliũ sibi composuit quenquã. Et uelut abortiuo, & minimo apostolorum, & ipso nomine indigno. nec his est cõtentus. ne enim uerbis humilis modo uideretur, causas etiã rationesq; adducit: quòd abortiuus quidem sit, qa se sum postremus uidit: quòd autẽ apostoli nomine indignus, quia sit ecclesiam persecutus. Nã qui simpliciter extenuat sese, hoc quidem ⌜facit: ⌜qui uerò causas exponit etiam, contrito pectore sine dubio oia profatur. Hinc alibi etiam eadẽ illa memorãdo: Gratias, inquit, habeo cõfirmanti me Christo, quòd præficiendum me, blasphemũ antea, & persecutorem & uiolentum, ministerio suo iudicarit. Sed quò tandẽ sublimis ista uox, qd omnibꝰ copiosius laborasse se dicit, pertinebat? Locum qui se coegit, respexit. Hoc enim si nõ dixisset, sed pari ubiq; de se extenuatione loqueretur: qui tandem liberè in testiũ se numerum
M asciscere, inter testes numerari: &, siue ego siue hi sic prædicamus, dicere potuisset? fide dignũ enim testẽ esse & illustrem oportet. Sed quid tãdem plus illis laborauit? ostendit id suprà: bibendi, edendi potestatẽ ut cæteri non habemus? inq;. Et rursum: Factꝰ sum his qui sine lege sunt, inquit, tãquã sim sine lege. Nã quoties ostendere perfectionem summã oporteret, cæteros ille omnes facilè superabat. Vbi cõniuere, excelluit non minus. Quidã, quòd ad gẽtes missus sit, intelligunt, & orbis partem maximã oberrauit. unde patet, gratia præditum etiam maiore fuisse. Si plꝰ laborauit enim gratia fuit etiã maiore, postquã maiori ad rem euãgelicam studio fuit. Vides quomodo qui obumbrare sua omnia contendit, pcellẽtior cęteris esse monstratur: Nos quoq; q hæc audimus, uitia nostra amplificemus, uirtutes fileamus: aut si tẽpus omnino flagitat, mediocriter prædicemus, acceptа gratiæ omnia feramus. quod ipse hactenus & deinde semper facit, priore uitæ suæ parte tota cõfossa damnataq;, posteriorẽ gratiæ refert, benignitatẽ dei ostendit,

⌜Nõ dixit, honoratus sũ: sed, laborani. Et L quã mortes et pericula recensere posset, laboris⌝

⌜nõ facit.

1. Ti. 1. c.

Supra. 9. a.

Ibidem. c.

A ostendit, qui talem se existentẽ saluarit tamen, saluatum ⌜cõseruarit.⌝ Nemo igitur malus desperet, nemo bonus nimium sibi fidat. sed ille trepidus, hic alacris esto. Nam nec deiecti animi uir adhærere diu uirtuti potest: nec qui insistere modò studiose uolet, effugere uitia nõ ualet. Vtriusque rei exemplũ fuerit beatus ille Dauid: qui cũ paululũ remisisset, lapsus est uehementer: compunctus uerò, ad culmen prioris gratiæ statim resiliuit: utrunq; uerò, æquè pernicioſum est, & remittere animũ, & prosus desperare. Hoc ab ipso cœli fastigio, momẽto subuertit: illud surgere iacentẽ non sinit. Hinc Paulus ad illũ quidem. Qui stare uidetur, uideat, inquit, ne cadat: ad hũc uerò, Hodie si uocẽ eius audieritis, inquit, ne obduretis corda uestra. Et rursum: Manus remissas & genua soluta surrigite. Adulterũ cũ primũ peccati pœnituisset, recipit statim, ne nimia tristitia cõsumeretur. Quid igitur in rebus cæteris ô homo teipsum pturbas? nã si in peccatis, ubi solũ turbari decet, periculosum est si id fiat nimis, quãtò magis erit in cæteris? Quid. n. doles? pecunias amissas? eos cogita quibus ne panis
B suppetit, mox senties consolationẽ. Et in unoquoq; malo, non qđ accidit luge, sed pro his q̃ acciderant, gratias age potius. Habebas quid, amisisti, non cur lachrymis damnum prosequare, sed pro fructu quẽ multũ, & diu hinc percepisti, gratias agas. Dicas exemplo Iob, Si bona cepimus de manu domini, mala nõ feremus? sic cogita, quòd cętera quanquã abieisti, corpus tamẽ hactenus incolume seruas: & quã quã pauper es, tamẽ lugere tibi corporis orbitatem nondũ contingit. Sed & corpus nocumenti sustinet quiddã. Esto sanè, nondũ ad fundũ malorum est uẽtum tamẽ, medio adhuc in dolio hęres: multi in pauIob. 2. c. pertate & graui corporis nocumẽto, fortiter interim satanæ congrediuntur, & in solitudinibus oberrãt: alij his etiã perferunt duriora. Nec unquam fit ut tanta patiamur, quãta ferre licet. Hæc semper in animo habẽs, & grauiora passos ob oculos tibi ponẽs, nihil dolebis. Quòd si peccas, ibi gemiscas, lachrymeris, nihil repugno, quin magis hoc hortor, modò neqd nimis: ad dominũ reditũ esse & recõciliationẽ scias. Sed delicatos alios uides, cũ tu opprimare penuria: splendidè indutos alios, & superbè, cùm tibi nõ suppetant panni. Hæc uerò sola considerare nõ debes,
C sed ea etiã quæ uoluptatẽ mala sequuntur: nec mendicitatẽ solam, sed uoluptatem huic cõiunctam. Sic enim opes sunt, faciem gerunt bene quidem illã curatã, sed ingenti perturbatione plena sunt intus omnia: paupertas cõtrà summum malorũ foris habet, quòd si conscientiam euoluas, animũ inuenies summa dulcedine, summa libertate fruentem: cùm crassi illius cor, tumultu, curis, solicitudinibus assiduè sit plenum. Quòd si te huius successus nõnihil mouet, illũ uicini ditioris successu, multò te peius cõmoueri scias: & quẽadmodũ tu metuis illũ, sic ille metuit aliũ, te grauius multò, necilla te re præcellit. Sed doles magistratũ uidens, cũ tu sis priuatus, & de plebe quidam: cogita successionis diem, & ante eũ tot metus, tot pericula, tot adulationes, tot uigilias, tot generis omnis miserias. Hæc cũ his qui philosophari nolunt disputamus, ut hæc si noris, aliunde te grauioribꝰ à rebus monere posim: sed ab obuiis & crassioribus istis hactenus hortari necesse fuit. Diuitẽ igitur cũ uides, hoc ditiorẽ cogita, iisdemq; malis hunc quibus teipsum, obnoxium cernes. Hinc aliũ te pau-

⌜talẽ fecerit.

2. Re. 24. c.

Sup. 10. c.

Psal. 94. b.

Heb. 12. c.

D periorem cogita, quot item famelici cubitum, eant, patriã hæreditate quot dilapidarint, & carcere quot teneantur, mortem quotidie inuocantes. Nec enim aut paupertas tristitiã, aut diuitiæ uoluptatẽ gignũt: sed & hoc & illud opinio nostra parit. Dispice hęc ab ĩfimis exorsus. Qui in stercore cubat, misera & ignominiosa conditione se non liberum esse dolet: quem si liberes, & necessariis rebus instructum reddas, rursus dolebit, quòd nõ ultra necessitatẽ etiam supersit aliquid: adde plus, plura concupiscet, nec minus idcirco dolebit, etiã si duplũ triplũ addas. Aegrè erit. n. quòd iam in republica nõ sit: mox etiam istud si cõcedas, miserum se quòd inter primos nõ sit, putabit. Sed & hoc assecutus, dolebit quòd non sit princeps & si sit, quòd non totius gentis: & si totius, quòd nõ multarũ: si multarũ, quòd non omnium. Iã qui princeps est, dolebit quòd nõ & rex sit: & si sit rex, quòd nõ solus: si solus, quòd non & Barbarorũ, quòd nõ orbis terrarũ uniuersi: & si uniuersi, iam orbem non esse alterum dolebit: in immẽsum deniq; cupiditas progressa conturbare se nusquã intermittit. Vides ar E bitror è uili mendico si regẽ facias etiam, ⌜cupiditatem⌝ extirpari non posse, nisi mẽtem ambitionis studio flagrantem ponas prius. Agè nũc contrariũ doceamus. Nam ut maximè de summo ad imum cordatũ uirum deducas, tristitiã tamẽ incuties nunquã. Quòd si uis, iisdem gradibus descendemus: primatẽ igitur ab ista dignitate exutum cogitatione deducamus: nihil puto si reputare, q̃ iussimus, uelit, ob eam rẽ dolebit. Nec enim quid ablatũ, sed qui superstes sit cogitabit, gloriam scilicet magistratu partam, sufficientq; in consolationẽ opes interim relictę. Quòd si tu, etiam his illum deturbes, statim ad mediocriũ hominũ sortem animum conuertet: eiicias etiã hinc, ut ultra necessitatẽ nihil iam planè concedas, eos reputare sciet quibus ne ista quidem contigerunt, sed æterna fame conflictantur, carceribus tenentur. In quẽ deniq; si hunc intrudas, acerbis doloribus & immedicabilibus malis obnoxios cogitabit, & cõditionẽ suã intelliget esse multò meliorẽ. Et quẽadmodũ humicuba ille, ne rex quidẽ factus, frui lætitia mẽtis ulla potest, ita hic ne uinctus quidẽ dolebit unquã. Nõ sunt igitur nec opes uoluptatum causa, nec pauF pertas tristitiæ, sed animus & oculi mẽtis nostræ, nõ puri, nec usquam consistentes, sed uelut reuolantes. Et quemadmodũ sana corpora si nudo pane uicitent, pinguia uegeta sunt tamẽ, morbida uerò etiam sumptuosa uariaq; mẽsa imbecilliora redduntur: sic euenire in animis hominum solet: pusillanimes ne si diademate quidẽ & immensis honoribus potiãtur, redire ad se possunt: Philosophi etiã in uinculis, in catena, uoluptate mera fruantur. Hæc reputemus fratres, inferiores semp respiciamus. Est cõsolationis genus aliud præterea, sed philosophicum & ruditatem istam longè excedẽs. Quod illud? Opes nihil esse, nil esse paupertatem, nil despectum, honorem nihil: tẽporis puncto & solis inter se uerbis ista differre. Esset rursus aliud etiam hoc ipso maius, solũ futura bona, mala cogitare: bona, mala reuera, horũ fiducia niti. Sed cũ sint ista, quemadmodũ dixi, sublimiora paulò, & uulgum ultra, in illis interim decurrere coacti sumus, dum uiã uel hinc ad altiora secuturis patefaciamꝰ. Hæc fratres cogitare decet, ut undiq; pulchrè componamur. & ob iexpectata ista ne maceremur. Neq; enim cũ depictos tabella diuites uidemus, di-

Universidad de Navarra Biblioteca

Gnos admiratione putamus: ut nec mẽdicos istic exaratos, & miseros. Sint picti isti licèt, uiuis illis nostris diuturiores: facilius. n. in tabella pictus q̃ diues, quàm in ipsa rerum natura consistat: in cẽtesimum annum sępe tabella durat, cùm qui tam bellè sibi dives placet, unius anni spacio, rebus oibus exuatur. Agè igitur incõsideratæ tristitiæ alacritatẽ opponamus, ut & hanc uitã uera cũ uoluptate transigere, & futuris bonis identidem potiri queamus, gratia domini nostri Iesu Christi, cui gloria debetur & imperium, in secula seculorum, Amen.

Homilia XXXIX.

Iue ego igitur, siue illi, sic prædicamus, sic uos credidistis. Postquã apostolos extulisset, & seipsum deiecisset, mox ut æqualitatem colligeret (nam istud intẽdebat) supra illos se rursum sublauasset, & quo præcelleret, & quo præcelleretur, habere monstrasset: ne nũc quidẽ illos planè dimittit. Rursus se cum illis confert, quare & fidem sibi quærit, & concordiam qua inuicem in Christo sunt, ostendit. Nõ enim eò facit, quasi uideri adiectus apostolis esse uelit: sed ne nõ ordinis eiusdẽ haberetur, id quod huius doctrinæ uehemẽter cõducebat. Hinc æquè utrunq; diligenter curauit, & ne despicere illos putaretur, & ne cũ tanti essent, ipse uelut nullus ab insipientibus uilipenderetur. Aequauit igitur & hic: Siue ego, inquit, siue illi sic prædicamus: undecunq; discere libet, discite, nil refert, nihil differimus nos. Nec dicit, Si mihi credere non uultis, illis credite. Sed æquè se dignũ fide facit, & se & illos p sese sufficere docẽs. Nihil hìc personarũ diuersitas ualet, cũ dignitas sit par. Fecit ad Galatas idẽ, hos sibi componens, non quòd ea re egeret, sed qđ contenderet sufficere etiã seipsum. Nã qui uidebantur, inquit, aliquid, nil mihi contulerunt, nec minus tamen cõcordiam cum illis affectauit. Dextras enim dederunt, inquit. Quòd si huius authoritas semper ab aliis pepẽdisset, alienoq; semper testimonio confirmanda fuisset, mille ex ea re incommoda discipuli sensissent. Nõ est igitur arrogãtiæ quod facit, sed euangelicæ cuiusdã sedulitatis. Idcirco etiã nũc illis se comparauit, siue ego, inquit, siue illi sic prædicamus. Aptè prædicamus, inquit, in gentẽ libertatẽ ostendens: nõ clàm enim, nec abscõdito in loco, sed tuba clariorẽ mittimus uocẽ. ⌜Nec prædicamus solùm, sed nunc etiam⌝ prædicamus, inquit, & sic credidistis: hìc nõ ⌜credite, ⌜sed credidistis, inquit, quia enim fluctuabant, ad præteritũ tempus recurrit, & ipsorum deinceps testimonia producit. *Quòd si Christus prædicatur, inquit, resurrexisse, quomodo dicunt inter uos quidã, resurrectionem mortuorum non esse?* Vides ut resurrectionẽ nostram ex eo rectissimè probet, quia resurrexit Christus, prius re multifariè collecta, Prophetæ testati sunt, inquit, & ipse conspiciendũ se prębens ostẽdit, & nos prędicamus, & ipsi credidistis: quadruplex testimoniũ cõcinnauit, prophetarũ, euentus, apostolorũ, discipulorũ, imò quintuplex. Nam & ipsa causa resurrectionẽ probat, pro alieno uidelicet peccato mori. Si hoc porrò constat, constabit sequeturq; iam alterum, cæteros etiã mortuos resurrecturos. Hinc uelut iam re concessa, accusat dubitatq;, Si resurrexit, inquiens, quomodo inter uos quidam resurrectionẽ no esse dicunt? etiam hìc aduersariorum audacia præoccupata: non enim dicitis uos, sed inter uos quidã dicunt, inquit, ut ne cõmune faceret crimen, & eos quorum id erat, ne pro deret, atq; ita redderet impudẽtiores. Sed nec in uniuersum istud tacet, scilicet ut corrigantur. Itaq; à relqua multitudine separatis, agere cũ ipsis pgit, ita ad certamen (si quod deinde incumbat) debiliores formidolosioresq; etiam cæteros reddit, & in ueritate fortius retinet, & trãsfugere ad eos q horũ exitio imminebant, non sinit. Nam uehemẽti oratione uoluit uti. Deinde ne dicerent esse perspicuum illud quidẽ, & omnibus notũ, Christũ uidelicet resurrexisse, nec penes quenquam controuersum, uerũ ex eo corporum resurrectionem non consequi tamen, cũ illa sit proclamata, uulgata, & ipsis oculis conspecta, hæc in sola hominũ spe & fiducia sita: uide quî occurrat. Nã ab utraq; parte rursus hoc probat, quod magnæ cuiusdã facultatis erat. Quid enim dicunt quidã, inquit, resurrectionẽ mortuorũ nõ esse? Ergo illud idẽ tidem sublatum ruet, Christũ uidelicet resurrexisse. Subiungit igitur: *Si uerò resurrectio mortuorum nõ est, nec Christus ipse resurrexit.* Vim uides & contentionẽ Pauli inuictam, qui non solũ ex eo quòd clarũ sit id quod controuertitur, sed ex controuerso mõstrare interim id quod clarũ sit conetur, non quòd demõstratione res iã facta egeret, sed & hoc & illud æquè certum esse ostendat. Sed q tandem cõsequitur hoc, inquis? Nam nisi Christus resurrexerit, nec cæterorũ resurgere quẽquã, ut rectè cohæret: sic nisi resurgãt cæteri, nec illum resurrexisse, quam rationẽ habeat, non constat. Hoc igitur cũ non satis nixum ratione uideretur, uide ut perspicuũ reddat, antea seminibus ipsius euangelii? confessis quibusdam præiactis, cuiusmodi est, pro peccatis nostris mortuum Christũ resurrexisse, & quòd dormientum primitiæ sit. Nã si primitiæ, cuius nam primitię, nisi eorũ qui resurgũt? Quomodo autem primitię fuerit, nisi quorũ primitiæ sit, excitẽtur? Quomodo igitur non excitentur? quòd si non excitantur, cur excitatur Christus? cur uenit? carnem quid assumpsit: si non fuit hanc resuscitaturus. Nã ea quidẽ nõ habuit opus ipse, sed nos, quod mox progressu ostendit. ⌜Progressus⌝ interim, si mortui, inquit, non resurgũt, nec Christus quidem resurrexit, quasi hoc illi sit cohærens. Nã carnem nisi resurrecturus fuisset, nũquam assumpsisset. Vides eu angelij œconomiã, ferè paucis illis uerbis euersam, & resurrectionis ambiguitate. De incarnatione uerò nunc non agit, sed de resurrectione. Nam non incarnatum esse, sed mortuum esse mortẽ soluit, siquidẽ carnem ille quum haberet, sub mortis imperio fuit. *Si uerò Christus nõ resurrexit*, inquit, *inanis uidelicet est prædicatio nostra.* Tametsi sic consequebatur, si Christus non resurrexit, manesta cum ueritate, cũ prophetis tãtis, cum ipsa rerum fide pugnatis. Sed quod ipsis horribilius erat, ponit: *Vacuum igitur præconium nostrum, uacua uerò & uestra fides.* Nã ipsorum mentẽ percellere uult, omnia, nisi resurrexit, amisimus: omnia perierunt, inquit. Vides resurrectionis mysteriũ quantum? Nam si cũ mortuus est resurgere non potuit, nec peccatum solutum est, nec mors, nec maledictio sublata. Et non uana solũ docuimus nos, sed uana uos etiã credidistis. Neq; hęc solũ pestiferi dogmatis absurda narrat, sed adhæc etiam *Dei testes falsi*, inquit, *inuenti fuissemus, qui testificati de deo sumus, quòd Christũ excitarit, quẽ non excitauit, si mortui uidelicet nõ resurgunt.* Qđ si absurdũ hoc (criminatio. n. & calumnia dei sit) & non resurrexit, quẽadmodũ nos uultis, non hoc solũ, sed alia præterea incommoda

consequentur. Atq; hæc rursus confirmat repetitq;: *Si enim mortui non resurgunt, nec Christus est excitatus.* Quod quidẽ nisi facturus fuisset, nunquã ad nos uenisset. Verũ hoc non dicit, sed finem, resurrectionem scilicet eius, per quam cætera omnia comprehendit. *Si Christus*, inquit, *excitatus nõ est, uana fides uestra.* Ei quod clarum & confessum est resurrectionẽ proximè circũponit, ualidioris & certi societate firmum & certum reddere uolens, quod infirmius ⌜erat, ⌜& minus certum. *Adhuc in peccatis estis.* Nam si non resurrexit, nec mortuus est quidem: si non est mortuus porrò, nec peccatũ soluit: huius enim mors, peccati nostri solutio est. Ecce enim, inqt, hic est agnus dei, qui tollit peccata mundi. Sed quî tollit? morte: agnũ ideo uocauit, quòd esset mactandus. Quòd si nõ resurrexit, nec mactatus est: si nõ est mactat⁹, peccatũ solutum non est: si solutũ nõ est, in eo adhuc estis: si in eo estis, frustra credidistis ab eo uos liberatos. Prętera nisi resurrexit Christus, mors immortalis manet. Nã si ipse quoq; morti obnoxius est, & dolores eius nõdũ soluit, quî cæteros liberauit, obnoxius ad hucipse? Vnde subiũxit: *Igitur qui obdormierũt in Christo, perierunt.* Quid de uobis, inquit, dico? cùm & illi perierint omnes, qui omnia iam confecerunt, nec futurorum obscura notitia iam amplius subiiciuntur. Quòd, in Christo, dicit: uel eos qui in fide, uel q propter ipsum Christum mortui sunt, tantũ periculorũ subierunt, tantum calamitatis hauserũt, arctam uiã transierunt, intelligit. Vbi nunc Manichæorum ora sunt? qui ⌜resurrectionem, peccati liberationem interpretantur. Nam densi isti syllogismi & recurrẽtes, eorum quæ dicunt ipsi, nihil probant, sed quę dicimus nos: resurrectio enim eius qui cecidit est. Itaq; nõ solũ resurrexit, inquit, sed ex mortuis etiam adiungit. Et Corinthij non de pecatorũ remissione, sed de resurrectione corporum dubitabant. Quę uerò oino necessitas est, ut nisi ímunes peccato homines, nec Christum quidem fuisse dicam⁹? Nam istud nostrũ, nisi suscitet nos consequi, ut cur uenerit, cur carnem assumpserit, cur resurrexit dicamus, probè habet: uestrum uerò nõ item: seu peccent enim homines, seu non peccent, semp immunis peccati deus est: nec nostrũ ad illud, uec illud ad hoc, quemadmodũ in corporum resurrectione infertur. *Si in hac uita spẽ tantũ in Christum habemus, mortaliũ omnium miserrimi sumus.* Quid ais Paule? supererit fiducia sola, ⌜si corpus non excitetur? an nõ animus superstes erit? erit, & immortalis quidem: sexcenties uerò immortalis sit licèt (ut est sanè) tamẽ carnẽ citra mirabilibus illis bonis nõ fruetur, quẽadmodũ nec punietur. Omnia enim corã tribunali Christi manifestabũtur, inquit, ut unusquisque ferat, q̃ per corpus, seu bona, seu mala fecit. Nunc, si in hac uita spem tantùm in Christum habemus, mortalium omnium miserrimi sumus, inquit. Nam si corpus nõ resurgat, anima nostra incoronata iacebit, extra cœlestem beatitudinẽ erit. Quod qdem si des, nulla istic iam re in uniuersum fruemur. Si nulla, ergo in hac uita summa bonorũ omniũ nobis erit expectãda. Quid uerò ⌜si ita res habet, nobis⌝ miserũ magis sit? Hæc dixit partim quidem ad resurrectionẽ corporum credendam eos cõfirmans: partim uerò immortalitatem persuadẽs, ne prorsus hìc dissolui nostra omnia putarent. Nam cũ in superioribus satis qđ uolebat cõfirmasset, dixissetq;: Si mortui nõ resurgũt, nec resurrexit Christus: Si uerò Christus non resurrexit, perimus, & adhuc in peccatis sumus. Rursus & hoc inducit, stultitiam eorum percellens. Nam quoties est necessariũ dogma traditurus, obstinantiam formidine quadam exagitat prius, qđ hìc quoq; fecit. Nã superius hæc sparsim, ipsos solicitos reddidit, cũ omnibus excidisse doceret: & nũc aliunde item, uelut maximè doluissent, hoc idẽ facit: Mortalium omniũ miserrimi sumus, si post tot bella, tot mortes, post tot mala, tãtis bonis excidere mus. Et hactenus quidẽ nostra sibi cõstant, omniaq; à resurrectione pendent. Et hinc etiam patet, nõ de peccatis, sed de corporum resurrectione, de uita præsenti & futura Paulo disputationem susceptã. *Nunc autẽ Christus resurrexit, primitlæ eo rũ qui ob dormierũt.* Postquam quanta mala sequantur, si resurrectionẽ neges, ostendit: rursus disputatione reducit, Nunc uerò Christus ex mortuis resurrexit, inquit: ex mortuis, continuò adiunxit, ora scilicet hęreticorũ obstructurus. *Primitiæ eorum qui ob dormierunt.* Si primitiæ, etiã ij resurgãt oportet. Quòd si resurrectionem, peccati liberationem dicit, cũ liber peccato mortalis nemo sit: (nam & Paulus, nil mihi conscius sum quidẽ, sed ob id non iustificatus sum, inqt.) quomodo erũt iux ta uos, qui resurgant quidã? Vides de corporibus sermonem esse, quem ut probabiliorẽ reddat, assiduè Christum in medium adducit, in carne resurgentem. Deinde causam etiam docet. Nam quod dixi, cũ cõtendat, quãtisper causam non reddit, minus multis oratio probabilis est. Quæ causa igitur? *Quia. n. per hominem mors, etiam per hominem resurrectio mortuorũ.* Si per hominem, certè per eum qui corpus habet. Illustriam porrò uide, ut aliud etiã argumentum necessarium excogirarit. Nõ alium quã qui uictus est instaurare bellum, non aliam quã prostratam naturam recuperare uictoriam posse, sic tandẽ ignominiam aboleri. Videamus ergo quam mortem dicat: *Nam quemadmodum in Adã*, inquit, *omnes moriũtur, ita in Christo uiuificabũtur omnes.* Quid igitur dic mihi, num omnes in Adã peccati morte mortui sunt? Quî ergo Noe uir iustus seculo suo fuit, quî Abrahã, quî Iob, quî multi deniq; alii? Prætereà q uiuificabũtur in Christo omnes, ii pręsertim qui in gehennã abducẽtur? Ergo de corpore si dictũ accipiamus, oratio cõstabit: si de peccato & iustitia, minimè. Deinde ne ⌜ui uificationem communem audiens, saluatum iri peccatores etiam putes, *Vnusquisq; in ordine suo*, inquit. Non est enim cur ⌜cũ resurrectionem eãdem audis, iisdem omnes fruitutos esse rebus suspiceris. Nam si ne supplicium quidẽ omnium est idem, multò magis peccatorum & sanctorum discrimen ingens erit. *Primitiæ Christus, deinde ij qui sunt Christi.* Hoc est, si deles & probati. *Mox finis.* Nam cùm consurgent illi, res omnes cæteræ finem suũ consequentur. Non quemadmodum nũc postquam resurrexit Christus, altè adhuc oia constiterunt: ideo in aduentu ipsius, inquit, ut de hoc tempore locutũ facias, *Vbi tradidẽrit regnum deo et patri, cũ aboluerit omnem principatum, omnem potestatem ac uirtutem.* Hìc mihi diligenter animum intendatis uolo, nequid horũ uos prætereat. Nam cum inimicis uobis res est. Itaq; pãtefacere prius, in quã absurda ab illis ducamur, oportet: quod & Paulus sæpe facit. Sic enim ⌜tolerabiliora, ⌜quæ dicũtur, euadunt. Quæramus igitur quid est cũ dicit, ubi tradiderit regnum deo & patri? Nã si simpliciter & non uatidico more accipiamus, regnum deinde nõ

⌜Nec prædicamus, dixit: sed, nunc etiã sic ⌜credi tis

Act. 10. g

Gala. 2. b

Ibidem.

⌜Profes sus

⌜quidebatur.

Io. 1. d

⌜quo in hac uita spẽ habemus.

1. Co. 5. b

Sup. 4. a.

⌜inuentu facilia.

habebit. Nã si qđ habet, tradit alteri, cessat habere deinceps ipse. Neq; hoc solũ incõmodum sequitur, sed nec qui accipit, priusquã acciperet, antea quod accipit, tenebat. Nec pater secundum illos rex prius
Ioan. 5.c. erat, psequiturq; nostra, nec filius habebit pòst. Cur igitur de patre ipse quidem, Pater meus, inquit, usq; nunc operatur, & ego operor? De ipso uerò Daniel:
Dan. 7.d Regnum huius regnũ perpetuũ, & non interiturũ, inquit? Vides quæ incommoda scripturis oboriãtur, si quis humano more interpretetur. Sed & iperium quod nam abolendũ esse dicit? angelorum ne? absit. Sed fidelium? Neq; hoc. Quod igitur? Dæmonũ, quo
Eph. 6.b de loquẽs: Non est, inqt, lucta uobis aduersus carnẽ & sanguinẽ, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mũdi dominos, rectores tenebrarũ seculi huius. Nunc enim nõ sunt aboliti prorsus, sed ubique operantur, tunc autẽ cessabunt. Nam regere hunc tantisper oportet, dum pedibus subiiciat oẽs inimicos. Etiam hinc quiddã absurdi (nisi prophetico ritu interpretemur) nascetur. Dum, enim finis & circũscriptionis uox est, quæ in deum nõ cadit. *Nouissimus hostis aboletur mors.* Quí nouissimus? post
H oes. Post diabolum, post cætera omnia. Nã & initiò postrema inuasit. Prius consilũ diaboli fuit, deinde trãsgressio, tum denicq; mors. Potestate quidem etiã
Psal. 8.c. nunc aboletur, sed re tum tandem. *Nam omnia pedibus illius subiecit. Cũ uerò subiecit omnia, dicat, palã est, excipiẽdũ qui omnia subiecit. Cũ autẽ subiecta fuerint illi omnia, tũc & ipse filius subiicietur ei, qui illi subiecit omnia.* Quanquam prius eũ qui subiecit, nõ patrem, sed abolẽtem esse dixit. Vbi abolebuerit, inqt, omnẽ prin-
Ps. 109.a cipatum, omnem potestatem. Et rursus: Regnare. n. tãtisper illum oportet, dũ pedibus eius omnes subiiciat inimicos. Cur igitur patrem hic dicit? Immo nõ est hoc quod ambigitur hic solũ, sed quòd absurdo præterea metu, dũ correctione utitur, angi uideatur: excipiendum qui subiecit, inquit, quasi suspicaturi quam fuerint, ne pater etiã filio quõdam subiiciatur: quo qđ absurdius cogitari posset? Sed suspicatus est tamen. Quid igitur est? Nam multæ sunt ordine quæstiones: sed sententiam mihi spectate. Nã istud primum quidem omnium oportebit, scopũ Pauli considerare & cosilium (quod ubiq; perlucens deprehẽdas) mox quæstionẽ soluere. Nam istuc ad solutionẽ
I uehementer cõducit. Quæ est igitur sentẽtia, quæ cõsuetudo Pauli? Aliter quoties de diuinitate sola mentionem facit, loquitur, aliter cũ in dispensationis incidit sermonem. Nam quoties carnem apprehendit, intrepidè de ea humillima quæq; dicit, nihil solicitus: ut quæ ista omnia capere q̃ de ea dicũtur, posit. Videamus igitur de nuda solaq; diuinitate meritò hìc sit, an de carnis dispẽsatione itelligi q̃ dixit, uelit: imò prius, ubi id quod dico fecerit, ostẽdamus. Philippẽ
Phil. 2.a sibus igitur scribẽs: Qui cùm in forma dei esset, inquit, non rapinã arbitratus est qđ esset æqualis deo, sed seipsum exinaniuit, forma serui sumpta, in similitudine hominũ constitutus, & figura repertus ut homo, humilem præbuit seipsum, factus obediens usq; ad mortẽ, mortem autẽ crucis. Quapropter & deus illum in summam extulit sublimitatẽ. Vides ubi de diuinitate differit sola, quã magnifica loquatur? Nã esse in forma dei, esse æqualem genitori dicit, tunc denicq; acceptum fert totum: sed cũ incarnatum dicit, depresit rursus orationẽ. Hæc. n. nisi diuidamus, uehementer dicta inter se discrepabunt. Nam si æqualis deo sit, quí in summam hũc excellentiam extulit K
deus? Si in forma dei, quomodo donauit nomẽ? Nã qui donat aliquid, nõ habẽti donat: & qui tollit, qđ humile prius erat, tollit. Imperfectus igitur & cui deesset aliquid, antea fuit quã fastigium & nomẽ obtinuisset. Sexcenta insuper id genus absurda sequãtur. Quòd si carnis dispẽsationẽ adiungas, tum nihil erit hic quòd erres. Eodẽ hęc quoq; pacto, Pauli sentẽtia perpẽsa, accipiamus: etiã causas alias dicemus, unde uideri posit hanc scripturæ partẽ sic habere. Illud interea monere necessariũ sit, quòd & de resurrectiõe sermo fuit, re, q̃ impossibilis uidebatur, & ad Corinthios scriptum, ubi multi philosophi erant. Qui cùm per cætera dissecti inter se undiq; essent, in hoc planè uelut uno ore cõspirabant, resurrectionem non esse. Disputãs igitur de re tam incredibili, & tum propter præsumptionem ipsam, tum propter negotij difficultatem exposam, possibilem esse probare uolens, primum istuc ex resurrectione Christi molitur: quã cũ testimonio prophetarum, eorũ qui uiderant, eorũ qui crediderant probasset, mox assecutus, unde in id quod absurdum prius uidebatur, duci possent, ẽt hoL minum iam resurrectionem struit. Nã si mortui non Hic sup. d
excitãtur, inqt, nec resurrexit Christus. Deinde cùm hactenus alterũ ex altero subinde probasset, aliũde aggreditur iam rursus, primitias Christũ, & qui omnem principatum, potestatẽ omnem, omnem uirtutẽ, & postremò mortem ipsam aboliturus esset, uocans. Quí porrò abolebũtur, inquis? nisi q̃ habet corpora abiiciat prius. Postquã igitur magna illa de unigenito dixit, regnũ tradet, hoc est, hæc ipse absoluet, ipse uictoriam reportabit, oía pedibus suis subiiciet: mox addit quo multorũ infidelitatẽ castigaturus erat: regnare enim ipsum tãtisper oportet, dum pedi
Γαὐτοῦ. bus Γ suis Γ omnes inimicos subiiciat, inqt, nec finem i. suis, uel regno statuit cũ tantisper dicit, sed fide dignũ quod ipsius sidixit, reddit, & fiduciam addit. Neq; enim cũ omnẽ ue eius.
principatum, omnẽ potestatem, omnem uirtutem, diabolum, dæmonum tot phalãges, infidelium turbam, tyrãnidem mortis, mala denicq; omnia abolita iri audiuisti, cõturbari, uelut ipse quoq; desiturus sit, debes: tantisper. n. dum hæc faciat, regnare, inquit, oportet. Non hoc dicens, ubi fecerit, regnaturum nõ
M esse, sed probare uolens: etiã si nunc quidẽ istud nõ sit, at omnino futurum tamẽ. Haud enim intercidet huius regnum: dominatur enim, & potẽs est, & manet dum restituat omnia. Hunc loquendi morem re
Ps. 118. m perias etiam in lege ueteri, ut cũ inquit, Verbũ do-
Ibi. 101. d mini manet in seculum: &, tu idem ille es, & anni tui nõ deficiẽt. Hæc & huiusmodi propheta dicit, tãquã de rebus ingẽti tempore duraturis, & prorsus futuris loquatur, timiditati hominũ crastorũ consulturus. Quòd uerò tantisper, dũ, usq;, donec, & id genus uoces, quoties de deo dicuntur, non finẽ significent uidere licet. A seculo, inquit, Γ sum, & usq; in seculum. Γ Γ & usq; Et rursus: Ego sum, ego sum, tantisper dũ consenesca in seculũ tis ego sum, inquit. Equidem idcirco mortẽ posuit tu es.
postremam, ut à cæterorum uictoria, ẽt hæc credibi- Ibi. 89.a
lior ambigenti foret. Nam si diabolum euertet, mor- Exo. 3. d
tis authorẽ, multò magis opus ipsius dissoluet. Igitur postquã filio principatũ, potestatum abolitionẽ, regni restitutionem, hoc est, credentium salutẽ, mũdi pacem, malorũ profligationẽ (hoc enim restituere regnũ & mortẽ dissoluere est) omnia denicq; accepta tulisset: neq; dixisset, pater ista p hũc abolebit, sed

A abolebit ipse, ipse pedibus suis subdita reddet: imo nec patris hic meminisset: ueritus ne incircũspectioribus, uel maior patre, uel aliud quoddã ingenitum principiũ filius uideretur, tacitè hoc præcauẽdo, prę dictorum uerborũ amplitudinẽ moderatur: oia inquiẽs, pedibus Γ illius Γ subiecit: patri iam facta omnia
Γαὐτοῦ, accepta ferens, nõ quasi filio debilitato, q enim posea dem fi set? cui tãta tribuit prius, & cui ista omnia asscripsit: lio quã, sed ob eam causam quã dixi, ut cõia omnia patri filiosuis, pri- oq;, quæ de hominũ salute geruntur, ostẽdat. Nam us uertit. quòd iste quidem subiicere potestati suæ ẽt per seip Phil. 3. d sum satis idoneus sit, Paulũ audi: Qui Γ transfigura- I transfi- uit, Γ inquit, corpus nostrũ humile, ut conforme red gurabit. dat corpori suo glorioso, secundũ efficaciã qua põt etiam subiicere sibi omnia. Hinc correctione utitur: atqui cũ dicat, inquit, quòd oia subiecta sunt, palã est excipiendũ eũ, qui illi omnia subiecit, non paruã gloriam ẽt hinc unigenito asscribens: nam si minor esset, multũq; relinqueretur, nihil hac suspicione fuisset opus. Iam uerò nec cõtentus hoc est, aliud addit. Nequis. n. suspicetur, dicatq;: Quid enim, ẽt si subieB ctus pater non est, nihil prohibet tamen potentiorẽ filiũ esse: impiam hanc cogitationem timẽs, cũ illud cõtra eam nondũ sufficere uideretur, ẽt hoc addit: Vbi subiecta fuerint, inquit, illi omnia, tum & filius subiicietur: summã erga patrem concordiam ostendens, & quòd ille principiũ omnium bonorũ & causa prima sit, & eius cuius tanta potestas, cuius tanta facta sunt genitor. Quòd si amplius paulò q̃ negotium fortè postulabat, dixit: qđ mirum? præceptorẽ. ea in re imitatur, qui concordiã qua erga patrem est monstrare uolẽs, & quòd nõ præter eius uenisset uoIoan. 11.f luntatẽ, totũ se disputando demittit, nõ quantũ negotium præsens, sed quantũ auditorũ imbecillitas flagitabat. Igitur & supplicat patri nullã sanè ob causam, q̃ qua dixi: ut credant, inquit, quòd tu me miseris. Hunc imitatus ergo, fusius ista tractat, nõ ut seruitutis cuiusdã tibi necessariæ ueniat in mẽtẽ, sed ut id genus absurda dogmata profligaret. Solet enim
C quadã copia conniti. Sic de muliere fideli & uiro incredulo lege cõnubij cohabitantibus loquens, ne se mulier uiri eius cõgressu coinquinari putet, nõ solũ non impurã esse, & nihil cõfortio uiri, detrimẽti accipere dicit, sed quod plus erat, incredulũ ẽt sanctificari per ipsam: non hoc uolens, ethnicũ ab illa sanctũ reddi, sed traiectione uerbi, timorẽ mulieri excutere studens. Eodẽ hìc ẽt pacto, impium dogma extirpaturus, id quod dixi, uocẽ superfluã interim usurpauit. Vt enim imbecillẽ filium suspicari, extremæ cuiusdam impietatis est: unde correxit, oẽs, inquiens, inimicos suos, suis subiiciet pedibus: ita rursum hoc magis est impiũ, patrem filio suspicari minorẽ. Vnde & hoc magna refutauit cũ amplificatione. Vide uerò ut extulit: neq; enim excipiẽdũ eũ qui subiecit simpliciter, inquit, sed ad hæc palã esse. Quanquam constat, inquit, tamen cõmonebo. Et ut hãc dictorum causam esse scias, interrogabo, nunquid ad filij humiliationẽ subiectionẽq; accederet tum quicquã potest? Et quí istuc nõ sit absurdũ, & indignũ deo? Summa subiectio est summa obedientia, eum qui deus sit formã accepisse serui. Quí igitur, dic mihi, tum amplius subiicietur? Vides ut absurda suspicio tolleretur, hoc illũ ita posuisse? debito modo cũ sen su: sic enim ut filiũ deũ decet filius obtemperat, nõ

more hominũ, sed liberè potestatẽ plenam habens. D
Alioqui qũo conregnet, qũo ut pater, sic ipse quoq; quos uult suscitet? Qũo quæ patris sunt, etiã huius: Ioan. 5.d
& quæ huius, ẽt patris sunt cuncta? Quæ omnia per- Ibid. 17.b
fectam nobis cũ genitore potestatẽ ostendent. Sed quid est illud, cũ tradiderit regnũ: Regna dei scriptura duo nouit, alterũ adoptionis & familiaritatis, alterum creationis. Omniũ igitur Iudæorũ, ethnicorũ, dæmonum, & aduersariorũ, opificij & creationis lege rex est. fidelium uerò & ultrò se ei cõmittentiũ subiectorũq;, familiaritate & cura. Hoc regnũ etiam principiũ habere dicitur: de hoc enim psalmo secundo: Postula, inquit, à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. & discipulis ipse, Data, inquit, mihi om Mat. 28.d
nis potestas à patre est: accepta genitori oia ferens, non quòd nõ sufficeret ipse, sed quòd filius & non ingenitus esset ostendens: hoc igitur tradet, id est restituet. De spiritu uerò quid inquis? nil dixit? De hoc iam non erat sermo, nec unũ in locũ omnia confundit. Siquidem & alibi cũ dicit, Vnus deus pater est, unus dominus Iesus, nõ quòd minorẽ esse spiritum Supr. 8.b
putaret, siluit tum, sed quòd dicere nihil urgeret. Nã E
& patris meminisse solius solet, nec reiicimus filium tamen. Solet & filij & spiritus solius, nec idcirco patrẽ reprobamus. Quid est autẽ quod inquit, Vt *deus omnia in omnibus sit*? Vt in ipso omnia deuincta sint, nequis duo principia sine pricipio, aut regnũ quoddam aliud diuisum esse suspicetur, nequid oino ab ipso non pendens extet. Vbi hostes. n. ad filij pedes prostrati sunt, & is qui prostratos pedibus tenet, cũ patre nil discrepat, sed prorsus congruit, erit ille sine dubio in oibus omnia. Sunt qui mali sublationem etiã significasse cũ hæc dixit putant, nempe cedentibus omnibus, nec ullo posthac repugnante, aut in peccato persistente. Nam ubi peccatu non amplius est, patet in oibus omnia iam deũ esse. Quòd si corpora nõ resurgunt, qũo habebunt ista locũ? manet enim truculẽtissimus hostis mors, liberè per omnia grassans. Nequaquã, inquit, neq; enim peccabũt amplius, inquit. Et quid hoc? neq; enim de morte aiæ, sed corporis hìc disputatur: quí abolebitur ergo? est enim uincere, capere ablata & detenta. Quòd si hoF minũ defossa corpora detinebuntur, mortis igitur tyrannis adhuc manet, illis quidem detentis, & alio corpore non existente, unde uincatur. At si qđ Paulus docet, fiat: (quòd certè fiet) illustris uictoria apparebit, cũ detẽta morte corpora deus resuscitabit. Nam & hostis hostẽ sic tandem uincit, si detrahat spolia, nec illi relinquat. Quòd siquis ne sua quidẽ audet Γ accipere, qui uictus illi hostis dicetur? Hũc in modũ uicisse se Christus in euangelio dicit: Non po Marc. 3.d
test quisquã, inquit, uasa fortis, domũ illius ingressus diripere, nisi fortẽ prius ligarit: quia nisi hoc fit, clarè uictoria cerni nõ potest. Quemadmodum enim in morte animę, qui mortuus est à peccato iudicatus Γ iustifica est, Γ & nemo uictoriã hoc esse dicit. Vincit enim nõ tus est, qui uitijs nõ congressus est, sed qui hisce captiuus, explicuit se tamẽ. Ita hìc quoq; sistere mortẽ corpora nostra dilaniantẽ, nõ dixerim uictoriã speciosam omnino, sed absorpta deuorata, ex huius rictu eruere. Quòd si adhuc contendant clamentq; de animi morte dicta: quĩnam igitur aboletur extrema? Certè enim in unoquoq; baptizato perfectè aboletur. Quòd si de corporibus dicas, locũ ista habẽt, nẽpe quòd extrema aboleatur. Quòd siquis roget, cur de

G resurrectione disputãs Paulus, non ea q̃ tpe domini corpora resurrexerũt, adduxit? illud respõdebimus non esse hoc de resurrectione dicere: resurgentes.n. proferre eos, q mortui sunt rursum, minimè probat mortẽ abolitam iri postremã. Idcirco enim postremam abolitã iri dixit, ne putares resurrecturam esse rursus. Nã malitia sublata, magis adeò mors ipsa tol letur. Siccato fonte, nulla ratio est qui cõsistere flumen inde ueniens possit, aut radice extirpata mane rescructus. Quoniã igitur in extrema die hostes domini unà cũ morte, diabolo, dæmonib⁹ abolebuntur, nõ est cur succesib⁹ interim illorũ indignemur: in qbus licèt glorioſi & sublimes uideantur, alsiduè tamen deficientes, euanescũt instar fumi. Ergo hostẽ domini uidens opulentũ, satellitibus & adulatorũ turba stipatũ, non est cur animo deiiciare: geme potius, lachrymare, aduoca dominũ, qui illũ inter amicos numeret suos. Et quantò res illi suæ melius cũ hostis dei sit succedũt, tantò tu illũ lugeas magis. Peccatores.n. lugere semper quidẽ oportet, præsertim uerò, cũ opibus & trãquillitate fruũtur, quemad
H modũ ægrotos cũ crapulãtur, inebriantur. Sed sunt qui cùm audiant ista, ita miserè cõparati sunt, ut ob hoc acerbè gemiscant dicantq́, lachrymis se dignos esse potius qui habeant nihil. Rectè dicis, q habes nihil, nõ quia nõ habeas tu qd ille, sed quia felicè rem opes iudicas, innumerabilibus lachrymis es deplorandus. Nã siquis sanus, ualensq́ felicè iudicet, molli lecto ex morbo decumbentẽ, miserior est q̃ æger ipse, qui bonorũ suorũ nullũ habeat sensum, quod accidere in his quoq́ uidere licet. Vnde cõsusa & perturbata uita uniuersa est. Hæ uoces innumerabiles mortales perdiderũt, satanę tradiderũt, miseriores, q̃ qui fame liquuntur, reddiderũt. Esse porrò quorum inexplebilis auaritia est, ipsis mendicis miseros magis, utputa grauiore & acerbiore malo detẽtos, hinc iudicari põt. Siccitas quondã inuasit regionẽ nostrã,
Leu.26.d trepidabant uelut in extremis oẽs: deũ inuocabãt, ui dere erat quod est in Mose scriptũ, cœlũ æreum reditũ, & nihil iam q̃ mortem omniũ teterrimam expectari. Verũ aliter uisum benigno deo, pluuia quippe præter omniũ expectationẽ largissima & immensa
I desuper ruebat: itaq́ oẽs iam gaudio exultare, festũ celebrare, ut q ab ipso mortis limine reduces se putarent. In istis tantis bonis, in cõi omniũ lætitia, præ opulẽtorũ illorũ quispiã tristis, teter, exanimis dolore circuibat: rogantibus multis causam, quid ita in cõi omniũ hominum lętitia & uoluptate solus doleret, cõtinere grauẽ animi dolorẽ homo non potest, sæuitia morbi incitatus, causam in mediũ prorupit: mille frumenti metra domi cũ possideã, inquit, non reperio quî faciã auctionẽ. Hunccine igitur prædica
Pro.11.d mus, ob uerba, quæ pp, lapidibus obrui qualibet ferа crudeliorẽ hostẽ publicũ oportebat. Quid homo ais? dolet tibi non oẽs periisse ut faceres quæstũ? Nõ audis quid Salomon dicat? qui absc̃odit frumenta, execrabilis oibus est: sed circuis bonorũ omniũ totius orbis cõis hostis, benignitati infensus, mãmonę amicus, imò uerò seruus: non excindi linguã istam, non cõtundi pectus ex quo uerba ista fluũt oportebat? Vides ut aurũ hoies esse homines nõ sinat, sed i beluas & dæmonas mutet. Quid sit, obsecro, hmõi uiro miserandũ magis, qui famẽ precibus optet ut auro potiatur? Equidẽ morbus illi in cõtrariũ post-
ea cedit: abũdantia enim facultatũ suarum nõ gaudet. Sed ob hoc ipsum dolet, quòd possideat immẽ K
sa, q̃q̃ gaudere multa posidẽtem oportebat. Atqui hoc ipsum ille dolet. Vides qd dixi auaris è rebus p̃sentibus nunq̃ esse uoluptatis tantũ, quãtum est ex affectatis perturbationũ. Nã qui myriades immẽsi frumenti tenet, famelico quouis mẽdico, magis alget, sæpius gemit. Nã hic quidẽ uictum necessarium adeptus triumphat, exultat, dijs gratias agit: ille uerò qui tãtũ possidet, indignatur, periisse se putat. Nõ est affluẽtia igitur, q̃ uoluptatẽ parit, sed animus rectè institutus, quo sine, siquis omnia possideat etiã, uelut oib⁹ priuatus sit, uiuet: quando ille quoq́ quo de nunc disputamus, etiãsi tanti, q̃ habebat uendidisset, quanti optabat, rursus doluisset tamen quòd nõ pluris: & si pluris, rursus amplius quiddã affecta set: & si medimnum Atticũ uno aureo uendidisset, etiã tum cruciasset se, qui nõ semimedimnũ potuisset tanti. Quòd pretij porrò tantũ principiò nõ affectauit, non est qd mireris. Nec ebrij.n. principiò statim incendũtur, ubi meri multũ iam ingurgitarint, ibi tum flãma illa grauis se tollit: Sic hi, quantò sup-
petit plus, tantò pluribus egent, ut qui plurimũ fa- L
ciunt lucri, iidem sint maximè destituti. Neq; ad hũc quæ dico pertinent solũ, sed ad oẽs qui morbo similiter laborant, pretia rerũ intendũt, cęterorũ egestatem negotiando procurant. Misericordiæ nulla omnino ratio est, excitat auaritiæ studiũ, oblata lucri occasione, plurimos ubiq́: uinũ frumẽtũ, hic citius, ille tardius uendit, neuter studio benefaciendi: sed hic quidẽ qui pluris uendat, ille ne minoris, si mora corrũpatur frumentũ. Quia.n. pleriq́ mandatorum dei curã non magnã habent, eos qui omnia domi cõgesta claudũt, aliunde dominus ad misericordiã cõpellit, quò uel inuiti, dãni maioris metu prodessent: fructus enim terrę durare nõ sinit, ut corruptionis damnũ metuentes, uel inuiti q̃ defossa domi ma
le seruant, egentibus darent. Verũ sunt quidã adeò inexplebiles tamen, ut nihilo cautiores hinc fiant. Itaq́ uidere licet, qui cũ tota dolia euacuẽt, pauperi ne cyathũ quidem dant, ne assem quidẽ egẽti: mox uappã redditum in terram effundũt, cũ fructu uasa perdentes: alij ne offulam quidem famelico largiuntur, promptuaria tota in flumẽ effundunt: & cũ iu- M
bente deo succurrere miseris nolunt, ærugine cogente, totũ exhaurire inuiti, perditũ, & ad extremũ corruptũ coguntur, risum interim, & capiti suo execrationẽ una cũ detrimento conscisc̃unt. Et hæc quidẽ hic ita fiũt: quæ istic fiant aũt, quæ uox, quæ lingua ⌈ærugine corrosum⌉
effari potest? ut illi enim ⌈quo frui homines possent⌉ frumentũ, inutile proiciũt in flumen: sic qui ista faciunt, in igneum flumẽ proiiciet deus. Et ut ærugo, uermis, frumẽtũ, sic illorũ animum crudelitas, inhumanitas uorauit. Causa est quòd nimis sint præsentibus affixi, & ad hãc uitam toti hiantes: unde innumerabilibus perturbationibus pleni euadũt. Quicquid quantũcunq́ dulce dicas, unus oia mortis metus obliterare potest: mortuus est itaq́ uir hmõi uiuens adhuc. Quòd istuc porrò infideles cõmittunt, nil mirũ: uerũ quòd tãtis mysterijs imbuti, cœlestiũ tantã notitiã habẽtes, p̃sentibus adhuc rebus immoriuntur, qua uenia digni sunt? Quòd immoriuntur porrò rebus his, unde tandẽ fit? quia uoluptatibus sese dedũt, quia cutẽ curant, qa cupiditati indulgent, quia grauẽ sarcinã colligunt, densas tenebras crassum uelũ mentis oculis quotidie opponunt. Sic

A accidit enim, ut in uoluptate, præstantissima quidẽ pars nostri seruiat, imperet aũt abiectissima: illa excęcetur undiq́, cæca uinciatur, hæc agat circũagat undiq́, quã conueniebat duci potius. Arctũ uinculũ animi & corporis est, sic opifice de industria cõparante, ne corpus suum uelut alienũ ⌈abiicerent⌉ q-
⌈odio pro sequerentur⌉ dã. Nam cũ deus inimicis etiã benefieri uelit, tantũ diabolus potest, ut proprium corporis odium persuaserit quibusdam. Qui enim diaboli esse dicit, qd aliud q̃ hoc struit? quòd extremæ cuiusdã demẽtiæ est, si diaboli est, nde ista tãta consonãtia, ut diuinæ nostræ menti ad oẽm usum aptissimum uelut instrumẽtũ sit corpus factum? Si aptum, inquis, cur animũ excęcat? Haud corpus est quod tenebris istis animum obducit: absit bone uir: sed uoluptas. Voluptatis igitur studium, inquis, quæ res alia parit q̃ corpus? nequaquã, sed uoluntas praua: fomẽto corpus, nõ incitamẽto eget: ut nutriatur corpus, nõ ut distendatur, perfundatur, Estq́ non menti solũ, sed ipsi ẽt corpori inimica & infensa uoluptas: ex forti debile reddit, è solido eneruatũ, morbidũ è sano, te
B nue ex compacto, ex florente & formoso deforme, olidũ ex fragranti, ex mundo & puro impurũ, ex absoluto doloribus undiq́ differtũ, ex utili inutile, ex recenti uetus, ex robusto flaccidum, ex celeri tardũ lãguens, ex recto claudum. Præterea si diaboli sit, non oportuit à familiaribus infestari, malitia dico. Sed nec corpus, nec cibi diaboli sunt, sed uoluptas sola, per hanc mille mala malignus ille patrat satan.
Deut.32.b Sic totam pessundedit gentẽ. Impinguatus enim, incrassatus, dilatatus est, iquit: & recalcitrauit dilectus.
Exe.16.f Sodomis hoc principium, fulminum illorũ fuit, qd significans Ezechiel, peccatũ hoc, inquit, Sodomorũ fuit, superbia, saturitas cibi, abundãtia potus, his
1.Tim.5.a deliciabantur. Hinc Paulus, quæ in delicijs uersatur, ea uiuens mortua est, inquit: quòd uelut sepulchrũ corpus, mille malis deuinctũ circũfert. Quòd si corpus, ita cõparatũ sit, qui animam habere putes, quã to tumultu, quantis fluctibus, quibus procellis erit plena? Hinc inutilis ad oia fit, nec dicere, nec audire, consultare, nec facere necessariarum rerum quicquã potest. Velut gubernator, artẽ tempestate superan-
C te, cum naui, cum nauigantibus mergitur ipse quoque: Sic anima cũ corpore in horrendũ demergitur cupiditatis abyssum. Vẽtrẽ porrò sic deus quemad-
⌈molam⌉ modũ ⌈portã⌉ quandã intra nos locauit: commensam uim ipsi tradens, & modum statuẽs certũ, quãtum molere quotidie oportet: huc si qd adiiciatur, illaboratũ relinquitur: hinc nocumẽtũ, hinc morbi, debilitates, deformitates: non morbidam enim so-
⌈delicię faciunt.⌉ lũ, sed & deformem eã, quæ pulchra erat, ⌈uoluptas facit.⌉ ⌈Si enim ingratũ assiduè ructet, uinum nondũ coctum exhalet, plus æquo rubescat, & formam q̃ se decet, mulier amittit, & ornamentum omne perdit: nam flaccida caro fit, turgentes, & uelut sanguine suffecti oculi, æquo plus crassũ, carnosumq́ corpus. Cogita quæ hinc molestia sequatur. Medicos
⌈peruenirẽt, delicias potissimũ ob stare⌉ audiui, qui quò minus ad summũ formæ pleræque mulieres peruenirent, obstare uoluptatẽ⌈ dicebant. Nam spiritu multitudine eorũ quæ ingeruntur, distracto, hisq́ dirigẽdis occupato, quod uegetando corpori cedere debebat, totũ absumitur superfluorũ subactione. Quid. n. podagras, fluxus passim toto corpore oberrãtes, morbos cæteros, q hinc sunt, & tragœdiã uniuersam attinet cõmemorare? Nihil

D est tam turpe, quã mulier uorax. Itaque in tenuioribus illis formæ ferè plus cernas, omni superfluitate cõsumpta, & non instar cœni temerè redũdãte. Diurna exercitatio enim & labores, & tolerãtia, & moderata mensa, & uictus simplex, habiliora corpora reddũt, & formã pręterea plurimũ iuuant. Voluptatẽ uerò deliciarũ narres licèt, tamẽ ea ultra summã gulã nõ durat, simul enim ac linguam extremã trãs, abijt, euanescit, multũ interim tibi negotij relinquẽs. Nolo enim discũbentes modò, uoluptarios homines obserues: cũ surrexerunt uide, tum sequere: beluarum corpora, nõ hominum iudicabis: capite nutãt, tendũtur, constringuntur, lectica, lecto, magno silẽtio, deniq́ uelut tempestate turbentur, his q se liberent, opus habent, optantes statum eum, in quo erant prius quàm distenderentur. Nam ceu grauidæ mulieres, sic uentrem onerati circũferuntur, uix ingrediuntur, uix oculos tollunt, uix loquũtur, omnia uix. Quòd si dormiãt paululũ, somnia prodigiosa, & mille phãtasijs plena uidẽt. Nã quid alterã illã insaniam rei uenereæ dicã, quę ipsa quoq́ scaturit hinc.
E Itaq́ quemadmodum equi salaces, sic illi ebrietatis œstro cõcitati, oibus insultãt, petulantius quã equi gestientes: turpia multa cõmittunt, quæ ne dicere quidẽ fas est: nec quid agãt enim, quidue patiantur amplius tũ norũt. At uerò nõ sobrius ille, sed in portu sedẽs, aliorum naufragia spectat, uoluptate fruitur mera & cõstãte, uitã quæ hominẽ deceat liberãtiuẽs. Quę cũ uidemus fratres, quid non uoluptates, perniciosa conuiuia uitamus, & simplicẽ potius persequimur uictum? ut corpore simul & animo rectè cõparati, uirtutibus pleni, futuris aliquãdo bonis potiamur: quę ut omnibus nobis contingãt, gratia faxit & benignitas domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperiũ in secula seculorũ, Amen.

Homilia XL.

Lioqui quid faciẽt ỹ, qui pro mortuis baptizantur, si omnino mortui nõ resurgũt? ⌈*Cur baptizãtur pro illis?*⌉ Idem alia rursus aggreditur uia,
a nũc ex his quæ deus facit, nũc ex his quę faciũt ipsi, dicta cõfirmãs. Est aũt & hoc nõ leue ad patrocinã dũ momẽtũ, quòd ipsos aduersarios ex ipsorũ factis testes uerbis suis esse cogit. Quid igitur est, ings? si lu F
bet dicã prius. Marcionis morbo imbuti, q sibi hũc Pauli locum usurpent: risum satis scio uehemẽtè uobis mouebo. Atqui ob hoc maximè dicã, quò magis morbum fugiatis. Nã cũ quis apud ipsos initiatus obit, unũ aliquẽ sub mortui lectũ recõdũt, mortuũ circunstant, alloquũtur, rogãt, uelitne baptizari. Deinde cũ nihil respondeat, is qui subtus latet, pro illo respõdet, baptizari uelle: eum deinceps pro mortuo baptizant, sic quemadmodũ in scena fieri soles ludẽtes: adeò sibi i ignauos hoies satã permittit. Hi cũ accusantur, hũc Pauli locũ citant, etiam Paulũ dixisse scilicet, qui pro mortuis baptizantur. Ludicrũ igitur uidetis, quid ergo? Num ad illud est respondẽ dum? non puto, nisi & furiosis ad ea quæ delirãt respondendum censes. Verũ ne simplex fortasse qs capiatur, dum respõdemus, æquo uos animo altercationẽ perferre decet. Nã si hoc Paulus ita dixit, q̃ gratia his qui nõ baptizantur, minatus est deus? Quod quidẽ si cogitetur, iam deinde nõ baptizari nõ licet. Cõminatio præterea hęc nõ mortuo iã fit, sed uiuẽti. Quibus.n. edixit. Nisi carnem meam ederitis, nisi
1.ã. f sanguinẽ meũ biberitis, nõ habebitis uitã in uobis,

G mortuísne an uiuis? Ité, Nisi quis ex aqua & spiritu
Ioã.3.a renascatur, regnum cœlorum uidere non potest? Nã
si istuc quidẽ cõcedatur, ac uolũtate & studio eius,
qui regnũ ingressurus sit, non est opus, quid obstat
quo minus Ethnicus quoq; & Iudæus hoc pacto ro
gari, hoc pacto fidelis esse possit? alijs exequentibus
hæc post illorũ mortẽ. Sed ne diutius telulis istis ara
nearum perrũpẽdis frustra occupemur, agè loci hu
ius uim ostẽdamus. Quid igitur Paulus inquit? Pri
mũ in memoriã reducant uolo, qui initiati sunt, uer
ba quæ illa tũ nocte, dicere sacerdotes iubent, mox
etiã hæc Pauli ostendam, sic enim rectius intelligen
tur. Post cætera enim omnia adiũgimus id qd nunc
Paulus dicit: Et cupiã sanè clarè proferre uerba, si p
prophanos illos liceret: nã hi difficiliorẽ nobis inter
pretationem reddunt: cogũt enim aut non clarè di
cere nos, aut mysteria uulgare: dicã tamen, sed quã
tũ fieri potest adumbratè. Nã post arcana ista uer
ba & metuenda, post horribiles canones, dogmatũ
de cœlo transmissorũ, etiam hoc ad finẽ, cũ baptiza
turi sumus adiungimus, dicereq; iubemus: Credo
H in mortuorũ resurrectionẽ: & super hanc fidem ba
ptizamur. Nã istuc ubi cum cæteris confessi sumus.
ibi in fontẽ descẽdimus laticũ sacrorum. Hoc igitur
est cuius hic monet Paulus: Nam si nil resurrectio
est, inquit, pro mortuis cur baptizaris', corporibus
scilicet. Ob hoc.n. baptizaris, quia mortuũ corpus
resurrecturũ credis: & mortuum non mansurũ. Et
uerbis tu quidẽ resurrectionem mortuorum sonas,
sacerdos uerò quæ tu credis, quæ uoce confiteris,
tibi uelut figura quadã & rebus ipsis etiam ostẽ
dit. Si sine signo credas, hic tibi & signũ cõfert: si fe
ceris quod est tuũ, implebit sua te gratia deus. Quo
pacto, inquis? Per aquã. Nam aqua mergi, aquã subi
re, & hinc remeare, descensus ad inferos symbolum
est, & istinc reuersionis: atq; id est qd sepulchrũ Pau
Rom. 6.a lus baptisma uocat. Consepulti, inquit, estis ipsi per
baptisma in mortẽ. Ex hoc quod futurũ est probat,
corporũ resurrectionem, inquã. Est enim multò, q̃
corpora suscitare, peccata remittere maius: quod ẽt
Mat.9.a Christus docet. Vtrũ facilius dictu est, inquit, pecca
ta tibi remittũtur dicere, an grabatũ tolle, & uade?
Illud certè difficilius, inquit, quia uerò mihi diffidi-
I stis uelut ignoto, & quod facilius est difficilius sta
tuitis uos, etiam hoc meæ potentiæ uobis argumẽ
tũ exhibere non grauabor. Itaq; ait paralytico: Surgẽ, tolle grabatũ tuũ, & uade domũ tuã. Et quí hoc
difficile est, inquis, quod reges, & principes possunt,
Luc.5.c adulteros & homicidas quoties absoluũt? Ludis ar
bitror q ista dicis: peccata dimitere solus deus pót.
Reges porrò & principes: etiãsi homicidas adulte
ros absoluant, peccati supplicio liberant quidẽ, pec
cato absoluere non possunt: etiamsi in imperiũ eue
hant ipsum, si purpurã offerãt, si diadema id genus
hominibus imponãt, reges hoc pacto fecerint for
tasse quidẽ, peccato liberare nõ possunt, solus deus
potest. Quod i isto regenerationis lauacro facit, mẽ
tẽ gratia tãgit, hinc radicale peccatũ euellit. Itaque q
crimine, regis beneficio absolutus est, inquinatum
animũ seruat: quẽ abluit baptisma, non itẽ, sed Solis
radijs puriorẽ mentẽ habet, & qualis erat, iam olim
dum condoretur: immo hac illustriorẽ, dũ eum spi
ritũ sentit qui uniuersam se inflammat, sanctificatio
nem intendit. & ut tu ferrum, aurúmue recoquen
do purũ nouumq; facis: sic spiritus ille sanctus in ba

ptismate uelut in fornace recoquit ipsam, & pecca- K
tũ consumendo quolibet auro purius splendẽtẽ red
dit. Resurrectionis porrò causam etiã hinc probabi
lem iam deniq; facit, quia cũ peccato mors introdu
cta sit, postquã exaruit radix, nihil dubitari potest,
periturũ & fructum. Hinc est, quòd remissionẽ pec
catorũ confessus, mox corporũ resurrectionẽ subiũ
gis, quod ipsum quoq; huc te manu ducit. Iam quia
satis resurrectionis uox negotiũ explicare non pót:
resurrexerunt enim & iam olim, & ipso crucis tem- Mat.27.
pore quidã, mortui rursum, ut Lazarus ille: etiã hoc & Luc.
addis, in uitã æternam, ne mortis ulla suspicio post 11.f
resurrectionẽ illam relinquatur. Hæc igitur nobis in
memoriam Paulus reducens: Quid ij faciẽt, inquit,
qui pro mortuis baptizãtur? Nam si resurrectio, ni
hil est, umbrę uerba ista sunt. Si nihil est, cur credere
iubemus, q̃ nõ conferimus: perinde ut siquis tabu
las te facere, qui hoc & hoc acceperis, iubeat, q̃ scri
pta sint autẽ non tradat, mox ut astipuleris, debitũ
abs te reposcat: quid tu, q stipulatus es, facias? Postq̃
deuictum te reddidisti, non accepisti autem quod
cõuenit: id ipsum de baptizatis dicit: Quid facient, L
inquit, resurrectionẽ mortuotũ stipulati, nil uerò ta
le cõsequuntur, decepti? Quid omnino uerò cõfes
sione ista fuit opus, nisi res sequantur? *Aut quid om
ni momẽto periclitamur? Indies morior p uestrã gloriatio
nẽ quã habeo in Christo Iesu domino nostro.* Vides undo
probare dogma cõtẽdit? nẽpe suo ipsius suffragio,
immo nõ suo solũ, sed apostolorũ etiã reliquorum.
Est autẽ non leue ne hoc quidẽ, quòd magistros sci
licet tam perfectos adducit, nõ tam uerbis q̃ factis
illa confirmantes. Itaq; nõ r semper persuasi & nos r simplici
sumus, inquit: nam istuc quidẽ non fuerat satis, sed ter
res ipsas in argumentum ducit: quasi dicat, uerbis
ista fateri, nil fortasse mirum uobis uidetur: quòd si
res ipsas produxero testes, quid respondebitis tãdẽ?
Audite igitur quí uitæ nostræ discriminibus quoti
die ista protestemur: nõ dicit, ego: sed, nos, cæteros
apostolos oẽs assumẽs, quò simul & modestius pe
ricula prædicaret, & fidei plus orationi haberetur.
Quis est enim qui impositũ sibi à nobis esse, & ua
na nos gloria excitatos dogma nouũ sparsisse, obji-
cere uere possit? Pericula nostra reclamant. Quis.n. M
periclitari perpetuò frustra uelit? quid omni momẽ
to periclitamur, inquit? Nã si quis laudis cupiditate
uictus aliquoties periclitari uelit: certè q per uniuer
sam uitam uelit, quemadmodũ nos, inuenietur nemo.
Atq in hoc uita nostra posita est, quotidie mo
ror, per illã gloriationẽ uestram, quã habeo in Chri
sto: gloriationem, felicitatem & augmentum dicit.
Nam cũ pericula multa esse ostendisset, ne uelut de
plorans illa cõmemorare uideretur, non solũ non
doleo, inquit, sed glorior etiam, ista pro uobis ferẽs.
Bisatiãm uerò gloriatur, & quòd propter ipsos pe
riclitemur, & quòd uideat pulchrè crescentes: hinc il
lud ex cõsuetudine sua r quod dixerat altius paulò, r quãdo-
reuocat statim domino utrunq; fert acceptum. Sed quidem
quí moritur ídies? studio, uolũtate, & quòd prõptus magnifi-
ad eã rem sit. Sed quò attinet ista dicere? ad eundẽ ca protu-
resurrectionis tractatum. Nã quis perferre tot mor lerat,
tes uelit, si resurrectio nulla sit, uita posthac nulla?
Nã si q resurrectionẽ credũt, ægrè tamen nisi qui ge
neroſi cuiusdam spiritus sunt, pro ea fiducia perícli-
tãtur: quãtũ magis qui nõ credit, mortes & pericula
præsertim tãta nõ fert? Paulisper enim uide qua am-

plificatione

A plificatione sit usus. Periclitamur, inquit, adiungit,
quolibet momẽto: mox, indies: deinde, morior: po
strẽmò cuiusmodi mortibus ostẽdit: *Si secundum ho
minem*, inquit, *cũ bestijs depugnaui Epheſi, quæ mihi uti
litas?* Quid est, scdm hominẽ? quantũ feritatis in ho
mines cadit, depugnaui cũ bestijs. Quid.n. quòd me
periculis deus eripuit? Itaque siquis est quẽ maximè
de his solicitũ esse oportebat, is ego sum, tanta peri
cula nulla mercede ferẽs. Nã si nullũ est retributio-
nis futurũ tempus, sed intra p̃sentis uitæ cursum no
stra oia clauduntur, grauius certè nos mulctamur.
Nã uobis quidẽ credere hactenus impunè licet, nos
quotidie mactamur. Hæc dicit oia non qui nõ utile
fuerit ipsi quoq; pati, sed pp imbecillitatẽ eorũ, quo
rum de resurrectione fidẽ confirmare studet, non q
pro mercede curreret ipse quoq;: nõ satis habuit, fa
cere qd deo probaretur. Itaq; & suprà cũ dicit: Si in
hac uita solũ confidimus Christo, oibus mortalib⁹
Hic sup.c miseriores sumus, etiã tum ad illos respexerit, ut uel
miseriæ illius metu, cõcuteret incredulitatẽ illã: ergo
ad imbecillitatẽ illam sese demittẽs ista dixit: Magna
B merces enim satis est, per oia Christo placuisse, & p̃
ter retributionẽ per sese maxima, pp Christũ pericli
tari. *Si mortui non resurgunt, edamus, bibamus: cras enim
morimur.* Morsum uerba habẽt, itaq; domestica esse
nolebat, sed prophetã oppositum magniloquentissi-
mum Esaiam, qui de deploratis quibusdã desperati-
Esa.65.a sq̃ loquens, hæc ita dicit: Vitulos mactant, inquit,
sacrificant oues, quò carnes edant, uinũ bibãt. Eda
mus, inquiunt, bibamus, cras moriemur: aurib⁹ hęc
cõperta diuinis sunt, nec peccatũ uobis istuc dum
moriemini, remittetur. Siqui hæc dixerunt, omni ue
nia destituebantur: quãtò magis qui eadẽ gratię tpe
dicunt? Deinde ne asperior sit absurdis istis comme-
morandis, non amplius insistit, sed redit ad cohor-
tationem. *Ne erretis, mores bonos colloquia corrumpunt
mala.* Hęc dicit simul ceu stultos reprehendẽs (nam
mores bonos, ciuilius pueriles illos & deceptu faci-
les uocauit) simul quantũ licet, ueniam cõmissorũ
donans, quò resipiscant: pręcipuam insuper criminũ
partem demoliendo ab his in alios trãstulit, quò sa
Gala.5.b cilius ad pniam protraherẽtur: fecit ad Galatas idẽ,
C Qui cõturbat uos, inquit, qsquis est iudiciũ subibit.
Expergiscimini iustè, & ne peccetis. tanq̃ ad ebrios &
insanos. Omnia è manibus abiicere, no cernere que
hactenus uidissent, negare q̃ credidissent, furiosorũ
erat. Quid est autẽ, iustè? r ob bonũ & utile. nam & r
iniustè expergisci quis potest, in animæ. s. suæ detri-
mentũ, aptè uerò, ne peccetis, inquit, hinc increduli
tatis semina pullulasse docens. Sæpe istuc monet, è
1.Tim.6. corrupta uita dogmata corrupta pullulare, ut cũ di
b cit, Radix uitiorũ omniũ auaritia est, quã secuti qui
dã exciderunt fide: multi.n. malè conscij sibi, & pœ-
nam refugientes, eo metu grauiter in resurrectionis
fidem sauciantur, quemadmodũ cõtrà cõscij boni
sibi uirtutis suæ, oculis intueri diem illũ cõcupiscũt.
Ignorant deũ quidam: r *qui uos impellã, ista* r *dico.* En rur
r ad pudo rẽ uobis sus aliò crimẽ transfert, neq; enim ignoratis, inquit,
sed ignorant quidã. Nam resurrectionẽ differi, eius
certè est, qui nõ magnopere sentiat de diuina pote-
state, inuicta. s. & ad omnia sufficiente. Siquidem. n.
de nihilo quæ sunt omnia fecit, quantò facilius quę
dissoluta sunt, restituere omnia potest? Iam postq̃
eos acerbè grauiterq; incessisset, gulam, stultitiam,
insaniam, irridens, mitigaturus eam libertatẽ, q uos

impellam, inquit, ista dico: hoc est quí instituam, q D
reuocem, quí per ignominiam meliores reddam: ti-
met enim ne profundius fecando, resilire cogat. Hęc
non est fratres cur ad istos referamus solos, nobis
morbi genere eodẽ laborantibus, uitã æquè corru-
ptis dicuntur. Non solũ.n. dogmatis peruersis imbu
ti, sed & uitijs obnoxij, ebrij sunt insaniuntq;: quibus
ipsis quoq; iustè expergiscimini dicas, prę sertim aua
ritia, gula, grauatis, per nefas rapientibus. Nã & lau- Mat.11.b
data quædã rapina est, cœlorũ scilicet, nihil cuiquã
nocens. Opes eripi cõgericq;, nisi alterius detrimẽto
nõ possunt: in spiritualibus secus, imo cõtrà ditescit
nemo solus, nisi aliũ unà iuuet: quantisper enim ne-
minem iuuas, ditescere nõ potes. In cæteris enim re
bus cõmunicatio decrementũ, in spiritualibus incre
mẽtũ parit: qui nihil cõmunicat, is ad inopiã redigi-
tur, & extremã sibi pœnã cõscisc it: indicio sit qui ta-
lentũ defodit. Nam ille contrà sapientia præditus, Mat.26.e
dum alijs impartit, facultates auget, sapiẽtes etiam
cæteros reddit. Qui defodit autẽ, etiã suis se facultati
bus fraudat, multorum utilitate neglecta. In cæteris
donis eodẽ pacto habet, qđ quisquis possidet, quã- E
tò pluribus dat, tantò multiplicat donũ magis: nec
ipsi, dum cõicat cæteris, defit, sed multos spirituali
dono iuuat. Regula est in his rebus certa, in regno
dei qui cõsortes felicitatis sibi ascisc it, tãtò hoc frui-
tur magis: qui secũ ferre nullũ pót, bonis illis oibus
cadet. Nam si sapientia illa seculi huius, i innumeros
etiã diffusa non cõsumitur tamen, nec artifex artifi-
ces ex se plures gignens, artẽ amittit: quantò magis
qui regnũ hoc cœli rapit, angustius nõ reddet? Itaq;
tantò nobis opes cumulatiores euadent, quãtò huc
aduocauerimus plures. Ea igitur rapiamus, quę diri
piendo non cõminuuntur, sed crescũt: rapiamus q̃
omni reprehensione, omni planè inuidia carent. Nã
si locus sit, auri fontẽ perrennẽ scatens, & q quantò
haurias plus, tantò exundet magis, alius itẽ thesau-
ros defossos habens: ex utro ditescere potius uelis?
Ex illo, credo. Sed ne uerbis nudis ista cõfingamus,
reputare ab aëre, à Sole licet: oibus hæc usurpãtur,
oia implent. Atqui siue fruamur, siue non fruamur,
eadẽ semper manẽt, nec quicq̃ decrescũt. Illa uero q̃
ego dixi, maiora sunt: nec enim siue caremus, siue F
non caremus eadẽ spiritualia manent: sed cũ distri-
buuntur, iam magis crescũt ẽt. Siquis porrò ista nõ
audit, sed adhuc terrenis rebus addictus, uitiorũ stu
dio tenetur, ille uelim in memoriã mannę cibũ redu
cat, & pœnæ istic inflictæ exẽplum horrescat. Nam
quod tum accidit, accidere auaris uidemus. Quid
accidit igitur? Vermes ab auaritia istic scatebant, idẽ Exo.16.c
in his ẽt cibis fit: mẽsura eadem oibus est, unũ eun-
cti uentrem explemus: & stercoris apud te qui uolu
ptatem sequeris plus est. Et quemadmodũ istic qui
plusquã permissum erat colligebant, nõ manna, sed
uermiũ tum plus & putredinis retulerunt: sic uolu-
ptarij, sic auari, nõ uoluptatis, sed detrimẽti plus re-
portant. Hoc uentres, hoc lurchones, tanto deterio
res, quòd illi ad errorẽ semel cõmissum resipuerũt, ij
quotidie uermẽ multo molestiorẽ, in suas ipsorum
domos inferẽtes nec sentiũt, nec satiantur. Esse porò hos illis uano conatu persimiles (nã pœna est lõ
gè maior) hinc maximè liquet. Nã quid locuples ille
paupere differt? non unũ corpus uestit? nõ unũ uen-
trẽ nutrit? quid igitur differt? curis puto qbus consu
mitur miser, neglectu dei, corporis inquinatiõe, ani-

Gmi perditione: hæc sunt quibus pauperē præcellit. Itaq; si uētres habeat plures, obiicere fortasse posit, nēpe rebus ēt pluribus, pluribus sumptib⁹ esse opus. Istuc ēt sic possunt, inquis, multorū uentrē implent, seruorū, ancillarum, familiariū. Verùm nec necessitate, nec humanitate adducti, sed fastu solo. Itaq; hāc excusationem recipit nemo. Nā quò familiares tot alis? Quemadmodū.n. in uestibus, in uictu, necessitatem respicere solā oportet, sic in familiarib⁹. Quæ ergo necessitas est? nulla sanè: herū unū, uno seruo contentū esse decebat, imo uno seruo tres heros. Si molestū est, eos reputa qui nullū omnino habēt, & ministerio tamen interim expeditiore coluntur. Sic enim cōparauit deus nos, ut esse sibi quisq; minister
Act.20.g idoneus posset, quin ēt proximo. dubitas? Paulū igitur audi, Necessitatib⁹ meis, & eorū qui mecū sunt, inquit, hę manus ministrarunt. Ille orbis præceptor, & uir cœlis planè dignus, seruire mortalib⁹ innume rabilibus ueritus nō est. Tu nisi multos post te seruorum greges trahas, turpe putas, haud uidens hoc esse qd te uehementer deturpat: huc manus cōtulit
H deus, huc pedes, ne seruis. Cogeremus. Nec.n. necessitatis causa genus seruorū est introductū, esset alioqui primo statim exortu cum ipso Adā: sed peccati
Gala.3.d mulcta est, inobedientiæ pœna: ueniēs aūt Christus etiam hoc soluit. Nam in Christo nec seruus est, nec liber: itaq; seruū habere necesse nō est, aut si omnino sit, unū fuerit satis, aut ad summū duos. Examina seruorū qd sibi uolunt? quemadmodū mercator inter ouiū, aut mancipiorū greges, sic diuites illi in balneo, in foro, caterua seruorū stipati oberrant: q̄q̄ nolo scrupulosius ista disputare, esto sanè seruus, alter etiā: certè si quid adiungis, iam nó necessitati, sed luxūi seruit. Nam tu si illos ames, neminem in ministeriū distringas: sed optimis artibus tua opera insti tutū, & iam sibi sufficientē liberū dimittas: sed cū cę das, uincias semper, qūo sit hoc humanitatis? Scio sanè molesta esse hæc multis. Sed quid agam? officij nostri est, nec ista monere cessabo, siue quid deinceps sit, siue non. Quid.n. sibi tumultus ille in foro uult? an inter feras agis, qui ita occurrētes depellas? aut uereris nequis te occurrens, & propius accedēs,
I morsū petat? Contumeliā putas si inter cæteros ingrediare? Quæ igitur hæc insania est? Quid monstri est? equus si te propius adsistat, cōtumeliosum non putas: hominē uerò nisi mille stadijs abigatur, grauem censes & iniuriū. Iam uerò pueri quò pertinent designatores? liberis hominibus uelut mācipijs uteris, immo turpius ipse quouis mancipio uiuis, certè quouis seruo leuior es, pompā istam tantā quisquis circūducis: ueram libertatem, huic morbo obnoxij nunq̄ ne inspiciunt quidē. Quòd si tumultuari repellereq; adeò lubet, nō obuios, sed fastū illum repelle, nō per seruū, sed te ipsum, nō designatoria uirgula, sed spiritali. Nunc quidē seruus ille tuus accedētes repellit, turpius uerò tua te sublimem illū stultitia agitat, q̄ seruus propinquantē: q̄ si ab equo descendēs, humilitate duce pellas, altior cōspiciere, maiori iam eris in pretio, nihil ad eā rem opus opera ferui habebis. Nā si modestior factus, humi ingrediare: ipsa te humilitas uehiculo suo gestatum in cœlū subuehet pernicibus equis: cuius curru cadens si ad illā fastus tui lecticam, quā reptilia trahūt, redeas, nihilo plus assequere, sed calamitosior, & miserior eris: alios.n. sic sui corporis & morbus & imbecillitas uectari co

git, te tua superbia. Atqui omnis, inquit Christus, K
Qui se exaltat, humiliabitur: ut ne igitur humilie- *Luce 14. & 18.c*
mur, sed exaltemur, ad fastigiū illud ascēdamus. Sic enim requiem iuxta diuinū oraculū, animabus nostris inueniem⁹, uero & supremo honore potiemur: qui ut oībus nobis contingat, gratia fiat & benignitate domini nostri Iesu Christi, quē gloria decet & imperiū, nunc & semper, & in secula seculorū, Amē.

Homilia. XLI.

T dicet aliquis, quomodo resurgunt mortui? quali aūt corpore uenient? Stulte, tu quod seminas, non uiuificatur, nisi mortuum fuerit. Cùm mā suetus alioq uehemēter, & humilis apostolus ubiq; sit, hìc aliquanto pp aduersariorum pertinaciā uehementius surgit: neq; est hoc cōtentus, argumēta colligit ēt, & exempla ponit, sic cōtentiosum illū coērces. Et suprà quidē, Si per hominē, inquit, mors est, *Hic sup.8*
per hominē resurrectio quoq;: hìc uerò quod obiici a gentibus ēt sol et, discussit. Vide aūt ut hìc quoque *r nō enim ait, dicetis uos.*
incessendi uehemētiā præcidit: ⌜neq; dicitis uos, ⌟sed incertū aduersariū fingēs. Dicet aliquis, inquit, ut remissiore oratione minus percelleret auditorē. Affert L
aūt quæstiones duas, resurrectionis alterā, alteram corporū status. De utroq; enim dubitabant. Qui surget, inquiunt, solutū semel? & quali qui surgūt, ⌞corpore redibūt? Quid est, quali corpore? id est, corrupt̄one illo & soluto, an alio quodā? Hinc nō dubia, sed cōfessa esse q̄ quærunt docēs: uehementius iam occurrit. Sulte, inquit, tu quod seminas, nō uiuificatur nisi mortuū sit: quod quidē ēt uulgo solemus, quoties manifesta quispiam negauit. Sed inquis, cur
Phil. 3.d non statim ad omnipotētiam dei recurrit? Quia cū Ethnicis res est: apud fideles rationibus utitur rarò. Vnde cū dixisset alibi, corpus nostrū humile transfigurauit, ut cōforme reddat corpori suo glorioso, & amplius quiddā q̄ resurrectionē promisisset, nullis exēplis utitur tamē, sed diuinā potentiam solū certissimę probationis loco allegauit. Iuxta uirtutem inquit, qua subiicere sibi ēt cuncta potest. Hìc aūt rationes ēt mouet, q̄q̄ scripturis ista probarat, tamē & has propter eos qui scripturæ fidunt parū, adiecit: stulte, qd seminas, id est, ex te ipso eius quod quæris rationē, ex his quæ quotidie facis, nosse licet. Vnde M
stultū te uoco, qui quæ abs te quotidie fiunt, ignores: cū tu ipse resurrectionis artifex quispiam sis, dubitas de deo: unde ui quadā maiori, tu, inquit, seminas, tu inquam qui mortalis es, qui peris. Vide aūt q̄ *⌜uerbis⌝*
accōmodatis ⌜rationibus ⌟utatur, nō uiuificatur, inquit, nisi mortuū fuerit. Vocibus seminum propriis (cuiusmodi sunt, germinat, crescit, soluitur, putrefit) repudiatis, eas quæ carni nostrę respondent, accommodauit, uiuificatur, moritur, q̄ nō seminū iam, sed corporū propria sunt: nec postq̄ moritur uiuet, inquit, sed quod plus ob hoc uiuit, quia moritur. Vides qd moneo sæpe, in cōtrariū semper orationem deflectit. Nam quod illi signū esse cur nemo resurgeret uolebant, hoc ipse certū resurrectionis argumentum facit. Dicebant.n. non resurgere quod mortuū esset. Quod ipse? cōuertens, imo nisi mortuum, in-
Ioan.12.c quit, sit, non resurget: & ob hoc resurget, quia mortuum. Quemadmodū illud ipsum Christus quoq; docet, Granū frumenti cū cecidit in terram, nisi moriatur, solū manet: si moriatur aūt, fructum copiosę reddit. Hinc Paulus exēplū trahens, nō inquit, nō uiuit, sed non uiuificatur, potentiā diuinā rursus con-

A iungens, docēsq; non terræ naturā, sed dominum esse qui oia facit. Cur uero quòd accommodatius erat, inquis, nostrū semen in medium non adduxit? quando nostra quoq; genitura à corruptione primordiū habet, non minus quàm grani quia hoc minus respondebat, illud magis: quærit totum quiddā quod pereat, nostrū uerò semen pars est, igitur granū malebat. Præterea ex animante mittitur hoc, & in animalis recipitur uētrē. Illud nō in carnē, sed in terrā iactum, in ea soluitur, prorsus ut ipsa corpora mortuorum. Accomodatū igitur est magis: *Et hoc quod seminas, non corpus quod nascetur seminas*. Hactenus respōsum est ei, q nū resurgāt: hìc aūt ei, q quali corpore resurrecturi sint, quærit. Quid est autē, non corpus quod nascetur seminas? non spicam integram, neque granum nouum: neq; enim de resurrectione iam disputatur, sed de ipso resurectionis modo, quale corpus resurrecturū sit: exēpli gratia, tale ne, an melius splēdidiusq;? Vtrunq; autem ab eodē exēplo probat, docetq; non tale, sed præcellentius redituru, quorū hæretici nihil intelligentes, hunc no
B bis in modū insultant? Aliud, inquiunt, cadit, aliud surgit, quæ resurrectio sit igitur? eius enim quod cadit, resurrectionē esse decebat. Vbi admiranda, ubi stupescēda illa uestra de morte uictoria? Siquidem aliud cadit, surgit, nec reddit enim mors unq̄ quod abripuit captiuū. Hæc illi: quorū dictis uideamus ut respondeat similitudo Pauli. Certè enim nō alia res seminatur, alia surgit, sed eadem melior. Ac ne Christus quidē hoc pacto, corpus idem recepit, aut primitiæ eorū qui resurgunt fuit, qui iuxta uos corpus, licèt peccati immune, abiecit, aliud sumpsit. Vnde nā igitur hoc? nā illud ex uirgine quidē, hoc uerò unde? Vides cōmentum quo impingat? quò enim uestigia clauorum ostēdit: quia idem, puto, corpus crucifixum resurrexit: aut quid sibi Ionæ figura uult? nō
Ionæ.2.a alius enim absorptus, alius i terrā expolitus rursum Ionas est. ⌜Quid: quòd eodē corpore, sed aliter comparato resurgemus, corruptionis indicijs scilicet & illa quæ sensu cōprehēdi potest crassitudine, in cœlestem quendā fulgorem mutatis. Sic scripturę dicūt,
⌜Quid aūt ēt ipse dicebat, Solute
Solue, inquit, ⌜templū hoc, & triduo ipsum suscitabo: nempe quod soluebatur, idem & suscitauit. Vn-
C
Ioan.2.d de euangelista quod de sui ipsius corporis templo diceret, adiecit. Quid igitur Paulus? Nō quod nascetur, inquit, corpus seminas tu, hoc est, non spicā. Nā & eadē est, & nō eadem: eadē, quia substantia eadē: non eadē, quia melior iam hæc, substantia quidem eadē consistente, ornatu uerò maiore, & ut uno uerbo dicā, noua eadē resurgente: siquidē hoc nisi sit, nihil resurrectione fuit opus, nisi præstantius quod cecidit, rediret. Quid.n. demoliri domū necesse sit, nisi extruere splendidiorē uelis: Hoc igitur illis, q eandem corruptionē esse putāt, respondit. Hinc nequis aliud esse corpus suspicaretur, similitudinē datam exponit, nec spatium auditori aliò cogitationē hinc transferendi permittit, adeoq; nihil hìc orationene nostra est opus, ipsus sese exponit, *Nō corpus quod nascetur seminas tu*. Quid sit ipsum, audiamus. Statim.n. subiunxit, *Sed ⌜nudum ⌟granum (exēpli causa) tritici, aut alicuius ex cæteris.* ⌜Hoc est, non corpus quod nascetur, id est non ita uestitum. non granum (uerbi gratia) tritici, aut alicuius ex cæteris quod calamū habeat & aristas. ⌞*Et deus illi dat corpus ut uoluit*. Rectè inquis⌟: sed istic est naturæ opus, Cuius naturæ? dic mihi. certè & istic omnia deus facit, nō natura, non D
terra, nō pluuia, quod ipse quoq; significaturus, terra pluuia, aura, Sole, rusticanis manibus prętermissis: Deus, inquit, illi pro uoluntate sua dat. Non est igitur cur multis occupēre, cur solicitè quo pacto sint inquiras, diuinā maiestatē, diuinam uoluntatē audis: *Et unicuique seminum propriū corpus*. Vbi igitur est alienum? propriū enim dat. Itaque cum dicit, nō quod nascetur, seminas tu: nō hoc uult, qui substantiam aliam pro alia restitui dicat, sed prestantiorem, splendidiorem. *Vnicuique enim seminum proprium est*, inquit, *corpus*. Hinc iam discrimē futuræ resurrectionis ostendit. Neq; enim quia semina iacta in spicas omnia renascuntur, idē omniū etiam qui resurgunt status erit, quando nec semina ipsa uim eandem tenent, sed alia alijs sunt præstantiora. Ergo subiūgit, Vnicuiq; proprium corpus: neque hoc est contentus, discrimē maius, & euidentius quærit: ut ne. n. quia resurrecturos, quemadmodum dixi, uniuersos audis, pari uniuersos etiam dignitate resurgere putes, obices huic cogitationi supra præstruxit: in suo quisque ordine, inquit: & hìc magis etiam perspicuō E
reddit, *Nec caro eadem omnis est*, inquit: de seminibus quod dico, de corporibus eadem licet: subiungit igitur, *Hominum alia, alia pecorum, alia piscium, alia uolucrū. Sunt cœlestia corpora, sunt & terrestria, sed alia cœlestiū gloria est, alia terrenorū: alia Solis gloria, alia lunæ, alia stellarū: stella à stella gloria differt* Et quid sibi uerba uolūt? cur cū de resurrectione disputatio instituta sit, in Solis mentionē delabitur & stellarum? Nō delabitur, nec abreptus instituto est: absit: adhuc ihæret, resurrectione asserta discrimen esse resurgentium ingens probat, una sit resurrectio licèt, lu duo igitur hoc uniuersum, cœlestia, terrestria secat: quòd illa porrò resurrectura sint, frumēti similitudine mō strauit, sed quòd nō eadē omnia gloria, hinc iā docebit. ⌞Vt.n. resurrectionis spes sublata semel, supinos: sic iisdem rebus credere dignatos uniuersos iri, secordes reddat. Vtrūque igitur, illud quidem suprà, hoc deinceps iam emendauit: ordines autem fecit duos, piorū, impiorum: eos rursus in mēbra q̄dā secat, nec pios cū impiis, nec pios planè cum piis, aut impios cum impiis eadem conditione futuros do- F
cēs. Prima igitur piorum & impiorū sectio est: Cœlestia quædā corpora sunt, inquit, quędā terrestria: im pios per hęc, per illa pios significare uolens: iam impiorū discrimē attexit, Nō omnis, inquit, caro eadē est, sed pisciū alia, alia uolucrum, alia pecorum: corpora sint omnia licèt sublimiora, iferiora tamē aliis alia sunt. In uita, in apparatu similiter habet. Hinc ad cœlestia redit: alia, inquit, Solis est, alia lunæ, gloria. Vt in terrestribus.n. sic i cœlestibus quoq; diuersitas quædā est non parua, prorsus ad extrema usq; peruadens. Non enim Soli luna, aut luna stellis differt modò, sed stellæ stellis, oia sint in cœlo licèt, tamē gloria uisuntur alia aliis maiore. Quid igitur hìc proficiemus? quòd in regno qui sint oēs, non eadē omnes regni gloria fruuntur: in igne qui sunt oēs, non eadem omnes supplicij crudelitate coquentur. *Sic igitur & mortuorum resurrectio*, inquit. discrimine scilicet ingenti. Hinc illā iam satis comprobatam disputationem mittēs, ad resurrectionem & resurgēdi modū redit, *Seminatur in corruptione*, inquit, *resurgit in incorruptibilitate*. Vide ingeniū, de seminib⁹ loquēs, uocib⁹ utitur corpori propriis: Nō uiuificatur, inq̄t,

G nisi mortuū de corporibus autē,seminum nomina usurpauit, Seminatur, inquit in corruptione, surgit in incorruptibilitate: nō, inquit,nascitur, sed surgit, ne terrę opus putares. Sementē hic non id qđ in utero matureſcit uocat, sed illā in terrā mortuorū corporum tumulationē, dissolutionē, cinerem. *Vnde in ignominia seminatur*,inquit. Quid fœdius enim cadauere iā putrido cogitari pōt? *Resurget in gloria, seminatur in infirmitate*, Nam trigesimus dies non abit, quin cōputruerit totū: durare ne unū quidem diē, aut continere se caro potest. *Resurget in potentia* Nihil enim tum ⌜supererit horū: unde utriusq; generis usus est exēplis, ne si quis incorruptibilitatem, gloriā,⌜pœnāſ audiat,nullum esse resurgentū discrimen putet. Omnes.n in incorruptibilitate,in gloria,ī potētia eius incorruptibilitatis surgēt quidem, sed nec dignitate,nec securitate pari. *Seminatur corpus animale,resurget corpus ſpiritale:⌜est corpus animale,est & corpus ſpiritale.* ¬Quid ais? ergo nūc ſpiritale nō est:Spirituale quidē,⌜sed animale magis.⌜Sæpe.n.nunc quidē spiritus gratia,peccantibus nobis absistit:ac ut præsto sit menti quidē nostræ, tamen uita in carne interim est spiritum ignorāte. Istic uerò non item,sed cōstanter spiritus beatorum carni assistit, et.tq; penes hūc imperium,etiā anima tum præsente: atque hoc per spiritale significauit:aut agibili⁹ certē tenuiusq;, & quod aura uehi possit,futurum dicit: aut fortasse utrunq;. Quòd si mihi parum credis,cœlestia corpora splēdida illa,hactenus durantia,æterna tranquillitate cōsistentia uide. Credes q; deinceps, etiam illa nostra corruptibilia, incorruptibilia ut sint efficere deū posse. Immo his q̄ oculis cernūtur prestantiora. *Quemadmodū scriptū est*,inquit.*factus est primus Adā, in animā uiuentē,extremus,in ſpiritū uiuificantem*. Tametsi illud est scriptū quidē,hoc ōn est:transtulit tamen ab ipso rerū euentu,quod ferè solet,quę etiam prophetis consuetudo. Iustitiæ ciuitatem uocatā iri Hierusalem, propheta dicit, nec est uocata tamen. Quid ergo? mētitus est propheta? nequaquā. Sed rerum euentum notauit. Christum itē Emmanuel, quod ne ipsum quidē contigit tamē,sed res ipsę uoces has mittunt. Eodem hic pacto, Extremus Adā in spiritū uiuificantem:hæc eò dicit, quia utriusq; uitę symbola pignoraq; præterierunt, presentis quidē, Adam:futuræ uerò,Christus:qa enim uera bona in spe nostra posita sunt,ipsum principiū bonorū præteriisse,fontem & radicē comparuisse docet:quòd si fons, si radix nota omnibus est, de fructu dubitari nō potest:unde, Extremus,inquit, Adā in spiritū uiuificātē:& alibi, Viuificabit,inquit, mortalia corpora uestra, per spiritū ipsius,uos inhabitantem. Ergo qui uiuificat,spiritus est. Deinde nequis quærat,cur antiquiora mala sint: & ea quę ad animalem nostri partē attinēt, præterierint tota, nō cœperint solū: q̄ ad spiritū autē, cœperint modò:utriusq; rei principia sic ordinata fuisse docet. *At non erat primū*,inquit,*qđ ſpiritale, sed quod animale, ſpiritale pòſt*. Cur autē id ita sit,non adiunxit,diuina ordinatione cōtētus,ipsum rerum euentum, certissimum diuinæ dispensationis testē arbitratus,tū res nostras ad meliora semper festinare docens. Nā si quæ minora sunt, exitū aliquando suum obtinuerūt,quāto maiori cum fiducia expectanda nobis sunt pstātiora bona? Quia igitur tantis iam olim bonis fruituri sumus, in eum nos ordinē,qui Solis instar lucet, alacriter iseramus. mortuos ne lugeamus,sed perditè potius ex ista uita soluentes:imitemur agricolas, qui cū dissolui granū uident, nihil turbantur:ubi superstes, solidūq; & integrū in agro iacet,metuunt,tremūt:mox ubi dissolutum iam conspicantur, gaudent:futuræ.n.sationis exordium est, solutum granū: Ita nos cùm corruptibilis illa nostra domus ruit,gaudeamus,cū homo seminetur. Nec mirere, quòd sepulturam semen uocet,satio est multò optima. Vulgarem.n.hāc nostram sationem mors,labores,pericula,curę consequuntur:illam,si rectè uiuamus præmia,coronę. Et hanc quidē, corruptio, mortalitas:illam,immortalitas,incorruptibilitas,& mille preterea bona comitātur. In hac cōplexus,uoluptates,somnus:in illa,uox una de cœlo descē.es,confertim omnia fœcundat: hic qui surgit semel, in ærumnosam istam uitā non reducitur unquā:dolor,tristitia,gemitus,mala omnia ponuntur. Sed herum qui ædibus tuis præsit,q̄ris, & ob hoc mariti obitū deploras. Ad cōem omnū præfectum,cōem saluatorem,communem patrē deū,ad ista auxilia nunquā uincenda, ad expedita præsidia,protectionē quolibet tempore loco p̄sentaneam, undiq; te uallantem confuge. Sed desiderabilis est & gratiosa consuetudo, noui. Quòd si ⌜*et quòd fortiter ferens.* reputabis rectè dolorem,deinde qs ille sit qui abstulit,apud te cogitaris,⌜si quā fortiter oppetijt,⌜uolūtatē istā sacrificium exhibes deo,& euadere procellā istā facilè potes,& quod rēpus solet,id efficies ratione tu & philosophia. Quòd si ī lacrymas diffluas tota, cessabit nihilominus cum tempore dolor, & prēmium tu nullum reportabis. Istā rationē ubi inueris tecū,exempla collige illa præsentis uitæ, qualia passim in scriptura leguntur. Cogita quòd Abrahā filū suū mactauit, & neq; fleuit, nec uerbū acerbū ullū emisit. Rectè inquis,sed Abrahā. Atqui tibi maior est propositus labor. Iob uerò, fleuit ille qdē,sed qđ satis erat patrē liberorū amātem, & mortuos curantē. Quod uerò nūc facimus nos, hostiū est potius & inimicorū. Neq; enim si tu amico adregnum uocato,coronatoq; lachrymeris,pectus tū das,amicū esse te coronati quisquā credat,sed inimicum,sed hostē. Ego uerò iam non illum doleo, inquis, sed meipsum. Atqui ne hoc quidem amantis est,ad istā solicitudinē reuocatū illū, aut huic miseriæ subiectum, in mari fluctuantem esse propter te uelle, cui coronari, appellere,& in ipso portu sedere licet. Sed quò abierit, inquis,ignoro. Ignoras? Vel recte uixit,uel secus: utrinque quò profectus sit, constat. Idipsum est qđ perturbat, inquis,quia discesserit peccator. Sūt hæc suffugiū & prætextus. Nā si tu idcirco mortuū doles, formare, cōponere uiuētem oportebat. Verū tuas tu uices,non huius deploras. Abierit peccator sanè, gaudere decet, peccata impedita esse, & non accumulatū malū,nitiq; quantum fieri potest, ut iuuetur non lachrymis, sed prece,supplicationibus,eleemosynis,oblationibus. Nō est temerè hoc excogitatum, nec frustra memoriā mortuorū inter sacra mysteria celebramus, aut accedimus,pro istis agnū illum iacentem & peccata mundi tollentem deprecantes,sed ut his consolatio hinc aliqua fiet. Nec temerè qui altari assistit, inter horrēda mysteria clamat,Pro omnib⁹ in Christo dormiē tibus,& pro his qui memoriā celebrant illorum. Nā nunquam ista fiant,neq; hæc dicātur,⌜si pro illis cō memorationes nō fierent. ⌜Neq; enim scena iā amplius nostra sunt,sed spiritus ordinatione fiunt. Opitulemur igitur his fratres, memoriam pro ipsis faciamus. Nam si Iobi illius liberos patris uictima purgauit:quid dubites, è nobis quoq; si pro dormiētibus offeramus,solatij quiddam illis accessurum? Gratificari deus propter alios aliis solet, quod Paulus hic ostendit. Vt ex multis,inquit,personis, pro dono in nos collato,per multos gratiæ pro uobis agātur. Ne defatigemur mortuis auxilium ferendo, preces pro ipsis offerēdo, cōmunis totius orbis uictima preces sunt. Hinc pleni fiducia,pro toto etiam orbe supplicamus,inter martyres,inter cōfessores,inter sacerdotes mortuos recensemus. Vnū enim corpus omnes sumus,sint membra licèt alia aliis illustriora, undiq; ueniā ipsis impetrare licet, precibus pro ipsis effusis, muneribus datis, consortio eorū, inter quos uelut cōmune corpus referuntur. Quid ergo doles? qd lachrymaris? cū impetrandæ mortuo ueniæ tot extēt rationes. Sed hoc doles, q̄ sola sis careasq; rectore. Hoc non est cur dicas, amittere rectorem deum nō potes,quantisper hunc habes, coniuge,patre,filio,affini quouis prēstabit, ut qui superstitibus etiam his faciebat omnia tamē. Hæc tu cogita,& exemplo Da *Psa.26.a* uidis sic dicas,Dominus illuminatio mea,protector *ſdicito,* meus,quē timebo⌜quando⌜tu pater orbis, iudex uiduis es. Huius tibi præsidiū deuince, magisque prospicientē tibi senties,quā prius, quādo scilicet in difficultate cōsistis. Sed filiū amisisti. Non amisisti,ne dicas. Somnus ea res est,non mors,transitus,non interitus,peregrinatio ab humiliori loco ad altissimū susceptā. Caue irrites deū,sed propitiū tibi redde. Si seres generosē, magnū tibi ex ea re & mortuo ipsi solatiū erit. Si feceris contrā, magis diuinā iram accēdes. Nam si tu hero seruū castiganti assistens indigneris, magis illum aduersus hominē prouoces, credo. Cau- *Iob.1.d.* ue igitur faxis,orans potius age, quī illā tibi tristitiæ nubē dispergat. Dices quod beatus ille,Dominus dedit,dominus abstulit. Cogita quot sint qui æquius suā sortem ferunt, q nunquā nec liberos suscepērūt, nec patres sunt appellati. Neq; ego sanè uoluissem inquit. Quātò enim præstat, omnino nō gustasse,'quā ubi gustaris,uoluptate protinus cadere? Ne obsecro uoces istas usurpes,ne irrites etiam dominū:sed pro his,quæ habes,gratias age:pro his,quæ nō perpetuò habes, dominū glorificato. Non effutiuit hoc quod tu Iob tā imprudenter, nō accipere præstitisse:sed et *Ibidem.* iam pro his gratias agit,Dominus dedit, inquit:pro his gratias agit,Dominus abstulit,In secula sit nomē domini benedictum. Sic uxorem litigando coercet, *Iob.2.c.* ista admiranda uerba profatus. Si bona suscepimus quanquam acerbior postea tentatio fuit, tamen ne minū p̄dicauit. Hoc tu quoq; fac. Cogita apud teipsum,primū non ab homine,sed à deo ablata, à deo facta studioſiusq; quā abs te ipso cōseruata, ut qui rectiſsimè, quid ex re cuiusq; sit norit,nō hoste,non insidiatore,sed patre. Cogita quot siut parentes,qui bus lineri sui uitam acerbā & inucundā reddideriūt. Quid ergo generosos non uides,inquis? Video sanè: Verūm etiam his rectius filius tuus habet. Sint enim in precio licèt,at qui incertus finis est. Qua de re iam nihil es anxia tu,nihil tremis,nequid accidat,nequa iterum mutatio fiat. Eadem hæc de uxore interea & sedulò cogitato,pro omnibus domino gratias habe to. Coniugem amisisti,dominum glorificato:fortaſ se maiorem ad continentiā reducere,maius ad opus uocare,isto te uinculo liberare studet. Hoc pacto si philosophemur,simul & præsentem uitę tristitiā discludemus,& futura bona cōgregemus. Quæ ut omnibus nobis cōtingant,gratia faxit & benignitas domini nostri Iesu Christi,cui gloria in secula seculorū, Amen.

HOMILIA QVADRAGESIMA

*ſecunda,*H*eronymo Agnino interprete.*

Primus homo è terra terrenus,ſecundus homo ipſe dominus de cœlo.

Osteaquam de animali & spirituali, utriusq; discrimine monstrato, disseruisset:terrenum iam & cœlestem hominē uocat, alia rursus differentia allata. Quarum prior quidem illa ad præsentem, futuramq; uitam: hæc uerò ad eā quæ ante gratiam extitit, & post gratiam futura est, pertinet: atq; hanc in optimo uitæ genere constitutam esse dicit. Ne uerò(quod modò dixi)resurrectione confisi, uitæ & sedulitatis essent securi, denuò hic illos ad certamen inducit,& ad uirtutem cohortans:Primus,inquit,homo è terra terrenus est,secundus homo ipse dominus de cœlo:in uniuersum quicquid huius est, hominē quidem uocans,sed hoc tamen à præstatione,illo à deteriore denominato. *Qualis enim terrenus ille*,iquit,*tales & hi qui terreni ſunt*:id est, sic peribūt, & morientur. *Rursum qualis ille cœleſtis, tales & hi qui cœleſtes ſunt*: hoc est, eundem in modū immortales, æternaq; gloria clari. Quid igitur?inquis,an nō mortuus est hic ipse quoque? Sanè quidem,uerū incommodi inde nihil accepit, quin ipsam mortē hoc potissimum modo peremit. Viden ut per mortem eius etiam resurrectionis illud dogma cōfirmet? Cùm igitur(quod dudum monui)principium rei adeoq; caput habeas, de corpore uniuerso nihil iam amplius dubitare iubet,& saluberrimam uiuendi doctrinam iam hinc sedulo iculcat. Exēpla uerò sublimis istius, philosophicæq; uitæ,tū eius quæ ab hac diuersa est, ponens, utriusque originē,illius Christū, huius Adā adducit. Quam quidem ob causam non simpliciter è terra,inquit,est,sed terrenus:quasi dixerit, crassius, rebusq; deditus præsentibus. de Christo cōtrariū dicit,ipse uerò dominus de cœlo. Quòd si hic sint qui obiciant Christum corpus non habuisse, eo quòd de cœlo esse dicatur,his quanquā satis superq; os obstruant,quæ hactenus à nobis dicta sunt,tamē nihil obstat quò minus hoc quoq; loco eos cōpescamus. Quid igitur? dū ait,ipse dominus de cœlo,naturámne,an optimā illam uitæ rationem intellexit? Enimuero manifestum cuique est,quòd uitę rationē:quo circa subiicit, *Quemadmodum geſtauimus imaginem terreni*:hoc est,quemadmodum patrauimus mala,*geſtemus & imaginem cœleſtis*:hoc est,operemur bona. Sed missis aliquantisper his, istuc abs te lubens interrogarim, num quod ex terra terrenū dixit, & ipsum dominum de cœlo, de natura dictum uideatur? Sanè inquis. Quid ergo? itáne terrenus solū erat Adam: nec prēterea quicquam obtinebat sublimioris illius & incorporalis naturę,quā nunc animam,nunc spiritum scriptura uocat? Nemini equidem obscurum & hanc eū habuisse. Sic igitur neque dominus, licèt ex cœlo dicatur,è supernis tantū erat, quoniā quidem carnem quoque erat indutus. Ergo quod dicit huiuſ-

G modi est, Quemadmodū gestauimus imaginē terreni, mala scilicet opera, gestemus & imaginē illius cœlestis, uitā uiuamus supernis conuenientē. Quòd si de natura sit dictum, quorsum exhortatio & cōsilium pertinebat? Vel hinc itaque liquet, de uitæ instituto dictum istuc accipiēdum. Quapropter ita quoque sermonē instituit, ut & consulat, & similitudinē appelleat, ut qua declaret de opibus ſ, nō de natura loqui. Etenim terreni eam ob causam sumus, quia mala perpetrauimus: non quia terreni ab initio creati sumus, sed quia peccauimus. Primò omniū peccatū extitit, ac tum demū mors est ſsecuta, & illud itē: Terra es, in terram reuerteris, uniuersa denique afflictionum multitudo irrupit. Neque enim ex terra natū esse (cū eiusdem massæ & conspersionis ipse quoque dominus extiterit,) ſed terrena ppetrare, est qđ terrenum efficit: quemadmodū cœlo digna operari, est quod cœlestem reddit. Sed quorsum attinet in confirmandis his frustra occupari, cùm pergēs Apostolus ipse sensum nobis explicet, his quidē uerbis,

Hoc autem eò fratres dico, quòd caro & sanguis regni dei
H *hæreditatem consequi non possunt.* Vides ut sui interpres (quod ferè solet) multis nos difficultatibus liberet? Carnē nanq; hic opera illa mala appellat: qđ ipsum
Rom. 8.b etiam alibi sæpe facit, uelut cū ait, Vos uerò nō estis
Ibidem. in carne: & iterum, Qui in carne sunt, deo placere nō possunt: & hìc rursus, hoc autē dico fratres, &c. Planè igitur aliud nihil uult, quàm ideo se hæc monere, qui discas operibus malis ad dei regnum non peruenire. A resurrectione enim, ad regnum sermone desexo subdit, *Neque corruptio incorruptibilitatis hæreditatē accipit.* id est, malitia gloriam istam non attingit, & rerum incorruptibilium fruitionem: nam frequenter hoc nomine malitiam notare solet, ut cùm, inquit,
Gala. 6.b Qui seminat in carne, ex carne metet corruptionem, &c. Quod si de corpore accepisset, non de operibus prauis, non utique corruptionem dixisset: neq; enim corpus corruptionem appellat, quādoquidē corruptio non est, sed corruptibile: quare cū pergit de corpore loqui, non corruptionem esse, sed corruptibile dixit, Oportet enim corruptibile hoc, inquit, induere incorruptibilitatem. Postquam igitur susceptam de uita admonitionē absoluisset, ex more materiā materiæ annectens, ſcœptum de corporū resurrectione sermonē rursum aggreditur, hoc pacto: *Ecce mysteriū uob is dico, &c.* Stupendū quiddā & arcanū, quodq; non omnes nossent dicturus erat, quo quidē quòd arcana promat, haud leui in precio illos apud se fuisse declarauit. Quale igitur est quod dicit? *Non omnes quidem obdormiemus, omnes immutabimur tamen.* Quod sic intelligendū: nō moriemur omnes, omnes tamē immutabimur, etiam hi qui non moriuntur, mortales enim & hi. Ne igitur si mori, inquit, contingat, ob id terreare, tanquā non resurrecturus. Sunt enim quidam, sed qui etiam hoc subterfugient: quibus ad resurrectionem illam non erit hoc satis tamen, uerùm illa corpora nondum mortua etiam immutari & in corruptibilitatem consequi nihilominus oportebit. *In puncto temporis, in momento oculi, per extremā tubā.* Quando enim de resurrectione pluribus disseruerat, commodū admodū & opportunē, quod uehementer mirandum & incredibile uideri poterat, cōmonstrat. Neq; enim quòd corpora hæc ubi cōtabuerint resurrectura sint, neque quòd multò præstātiora futura illa quæ ex putrefactis resurgent, neq; quòd sortem longè meliorem expectent, neq; quòd suū quisque sit accepturus, quod alterius sit nemo, admiratione solū dignū fuit, sed magis illud, qđ tot & tanta quæ omnē rationis captū, mentemq; planè superāt, omnia futura sint temporis pūcto, hoc est, breuissimo tempore: quod manifestius etiam declarans, in momento, inquit, oculi: quasi dicat, ad motum palpebræ. Iam uerò quando magnū quiddā & stupore plenū dixerat, tot uidelicet, tantasq; res tam celeriter euenturas, fidē uerbis facturus, demonstrationē eiusdentē adducit, *Canet enim, & mortui resurgēt incorruptibiles*, inquit, *nosq; immutabimur.* Illùd, nos, nō de se ipso, uerū de omnibus tū in uita repertis intelligens. *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatē.* Etenim ne quisquā eo audito, quòd caro & sanguis regni dei hæreditatem consequi nequeant, non surrecturā corpora putaret, adiecit: Oportet corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc immortalitatē. Corruptibile igitur corpus illud & mortale, corpus qdē permanet (ipsum enim id quod induitur, est) mortalitas uerò atque corruptio, immor L
talitate & incorruptibilitate subeūtibus, euanescēt: itaque in posterum nihil ambigas, quī ęternum uiuere corpus possit, cū audieris incorruptibile istuc futurum. *Vbi uero corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem, & mortale hoc immortalitatem: tunc si et sermo qui* *Ose. 13. et*
scriptus est, Absorpta est mors in uictoriam. Postquam *Heb. 2.d*
magna & arcana illa deprædicasset, rursus fidē, idq; ex prophetia orationi facturus, absorpta est mors, inquit, in uictoriā: id est, in finē & euersionem, ut planè nihil eius reliquū sit, neq; reuertēdi spes appareat ulla, mortalitate scilicet per immortalitatē deiecta. *Vbi tuus mors aculeus? ubi tua inferne uictoria?* Vides animū generosum? Iā igitur uelut de uictoria triumphans, & afflatus futura quasi præterita quodāmodo cernēs, mortem irridet, atque insultat prostratę, deiectumq; in caput triumphali uoce inuehitur, strēnuè in hæc uerba exclamans, Vbi tuus mors aculeus? ubi inferne uictoria tua? Nimirū transiit, periit, euanuit penitus, adeoq; frustra hic laborasti. Neq; enim armis modò illam exuit, ac deuicit, sed prorsus aboleuit, & in nihilum redegit. *Aculeus autē mortis peccatū, potentia uerò peccati lex.* Vides de corporali morte sermonem esse? consequens ergo & de resurrectiōe corporali intellexisse: etenim nisi resurrectura illa sint, M
qua ratione mors dicetur absorpta? præterea uerò quomodo peccati potētia lex? Aculeū enim mortis esse peccatū, idq; multò grauius malum ipsa morte, utpote in quo suas illa uires habeat omnes, iam manifestum est. Sed qui peccati porētia dicitur esse lex? Quia hanc citra imbecille peccatū ac impotens est, & quanquam aliquid quidē operetur, non ita tamē condemnare ſpotest, malum quidē perpetratur. manifestè uerò nondū apparet. Quare non parum mōēti attulit lex, qua & peccata innotuerūt, & pœna est ſconstituta. ſPorrò autē quod interminando lex peccatum auget, ſredditq; conſpicuum, non in illa, quemadmodū nec in medico, sed in eo qui pharmaco abutitur, culpa hærebit: quādo & prēsentia Christi Iudæos magis etiā offendebat, neque tamen hāc nos propterea reprehēdimus, ſsed miramur potiꝰ, & illos uehementer odimus, qui unde iuuari conueniebat, damnū acceperint. Proinde ne lex peccatū confirmaret, Christus illam uniuersam impleuit, cùm ipse extra peccatum esset. ſAtqui hìc rursus cōsidera, ut

ſ condemnari

ſ aucta.

A resurrectionem probet. Si enim peccatum causa est mortis, Christus uerò peccatum aboleuit & nos ab eo per baptisma suum liberauit, & post peccatū cōpescuit etiam legem, qua durāte illud subsistebat: qd de resurrectione porrò dubitas? Quī enim in posterū mors dominabitur? an per legē? atqui hæc est abolita. An per peccatum? sed hoc sublatū est. *Deo autem gratia qui dedit nobis uictoriam per Iesum Christū.* Nā ipse trophæum statuit, coronarum nos participes fecit, idq; non ex debito, sed ex gratia & misericordia. *Itaque fratres stabiles sitis, & immobiles.* Iusta & conueniens admonitio est. Nihil enim tātopere perturbare solet, quàm putare se frustra & in uanum adstigi. *Abundantes in opere domini semper*: hoc est, uita syncera: non dixit, operantes bonū: sed, abūdātes, quò scilicet spōtè, & ex abūdanti peragamus istud, & stadium aliquando transiliamus. *Cùm sciatis quòd labor uester non est inanis in domino.* Quid? laborem rursum narras? labor est, sed qui præmium habeat cōiunctū cœleste. Siquidē primus ille post relictū paradisum
B labor, pœna peccati fuit: hic uero noster, ſimagoſ est præmiorū futurorū. ſItaque labor hoc non est, diuino scilicet præsidio frui: ſquāobrē addidit, in domino: nā ille prior eò pertinebat ut pœnas daremus, hic ut futuris bonis fruemur. Itaq; dilecti ne ſtertamus: nō est. n. nō est profectò cur desides, uoluptarios, aut molles regnū cœlorū cōsecuturos arbitremur. Sed iucūdū esse debet, si corpore depresso & castigato inumerabilibus molestiis & laboribus perfe rēdis, bonis istis aliquādo perfruamur. An non cōsideratis inter cœlum & terrā quantum interſit? quātum præstitutum nobis bellū? Deinde quā ad malitiam pronus sit homo, quā undique peccatum circunstet, quod denique in medio laquei sint, nō cogitatis? Quid igitur tot & tantas aliunde contrahimus curas, cū tot sint quas sua sponte natura nobis inseuit, quibus plurimū negotii ipsi nobis faceſsimus, & onus reddimus multò difficillimū? Nō erat satis pro corpore, pro uestibus, pro familia esse solicitos? non
Mat. 6.d sufficiebat cura rerū necessariarū? atqui ab his dehortatus est Christus, cùm, inquit, Ne sitis solliciti uitæ
C uestræ, quid edatis: neq; corpori uestro qbus induamini. En supra uictum necessarium, uestitumq; sollicitos esse nō decet: adeoq; nec diei quidem posteræ. Qui ergo tantū malorum onus subeūtes obruūt se-
2.Ti. 2.a se, quādo putas remergere possunt? Ignoras alicubi Paulum dicere, Nemo militans cura uictus distringitur? Nos uerò deliciamur, ingurgitamur, inebriamur, propter nihili res sustinemꝰ, patimurq; multa, in cœlestibus torpemus, & pigrescimus. An nescitis nostrā promissione esse quiddā homine maius? non est cur humi repens cœli uertices aliquando contingere speret. At nos non modo secundū hominem data opera uiuimus, uerū ipsis etiam brutis sumus deteriores. Ignoratis, ſquo in loco sumus cōstituti? ſNō perpenditis, uerborum etiam, & cogitationū à nobis rationem exigi? atqui nos ne factorū quidem gerimus curam. Quicunq; aspexerit mulierem, inquit, ſad cō
2.Co. 5.b cupiscendum eā, ſiam adulterium cum ea commi-
Mat. 5.d sit, sed tamen quibus reddete uel lasciuientium oculorum rationem necesse est, nō dubitant re ipsa ipso
Ibidē. crimine conspurcari. Quicunque dixerit fratri suo, fatue, in gehennā incidet: nos autem mille opprobriis
Ibidem.g confundere fratrem, mille insidias struere nodū desistimus. Qui, inquit, amantem redamat nihil maius Ethnico præstitit. At nos etiam iis inuidemus. Quā D
ergo habituri sumus ueniam, quando uetera illa omnia superare & relinquere iussi, nondum quod minimum etiam est, rectū uitæ statū sumus ingressi? Quę nos ratio excusabit? Quis pœnā dantibus astabit laturus opem? Nemo. s. Sed necessum fuerit miserè tortos, cum ploratu & stridore dentium in tenebras exteriores illas, in dolores ineuitabiles, in nunquam extinguendos cruciatus transmitti. Quapropter oro atque obsecro uos, adeoq; ad genna supplex procumbo, dum quantū uis exigua uitæ portio supersit, acquiescite dictis, cōuertamini, emēdemini in melius: ne instar illius diuitis, ubi hinc migrauerimus, nihil profuturas illic lachrymas fundamus, & lugeamus *Luc. 16.f*
frustra: siue. n. patrem habeas, siue filiū, siue amicū? siue quēcunq; alium, qui spem in domino ponat nemo horū de operibus propriis te accusatum, liberabit. Nā eiusmodi illic iudicidm exercetur, ex suis quisque factis iudicatur, neq; aliter saluatur istic quisquā. Et hæc quidem moneo, non quī afficiā tristitia, aut E
in desperationē adducam, sed ne uanis & inutilibus spebus lactati, hoc aut illo fidētes, propriam uirtutē negligamus. Etenim si segnes tardauerimus, nec iustus nec propheta, nec apostolus nobis ullus patrocinabitur: sin seduli fuerimus, satis magno operum nostrorum patrocinio freti, summa cū fiducia hinc discedemus, & quæ diligentibus dominum reposita sunt, bonis perfruemur, quibus ut potiamur omnes gratia & misericordia cōtingat domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & spiritui sancto gloria sit in secula, Amen.

HOMILIA QVADRAGESIMAtertia, Ioanne Fichardo interprete.

Aeterum de collatione in sanctos, quēadmodū or Ca. XVI.
c *dinaui ecclesiis Galatiæ, ita & uos facite.* Cùm absoluisset tandem institutam de dogmatis orationē, esset; iam ad eā partem quæ mores propius attingit digressurus: cętera quidē missa facit omnia, & ad ipsum bonorum summum cōcedit: de eleemosyna uidelicet instituens sermonem. Neque uerò de moribus in uniuersum agit ille, sed de una hac eleemosyna cū esset locutus, definit. Et quidem nus- F
quam hoc alibi feciſse illum reperire est, uerum in aliis epistolis ita ferè solet, ut & de eleemosyna, & modestia, & mansuetudine, & fortitudine, adeoq; reliqs simul oibus uirtutib⁹ differat. Quæ causa fuit igitur, cur hoc loci unam hāc partem omniū uice, quæ ad mores pertinent, tractaret? Ea nimirū, quod ex illis quæ recensuit prius, pleraque ad hoc etiam institutum facere putaret: cuius generis ea sunt: quū scortatorem castigaret, quū publicè litigātes coerceret, quum bibones, & helluones perterreret: quū factiosos, cōtentiosos, ambitiososq; cōdemnaret, quū grauissimo isti domini iudicio eos qui sacra mysteria indignè accederent, mandaret: quū de charitate tam copiosē diceret. Ea propter igitur eius solū, quod necesse in primis erat, de iuuandis scilicet sanctis, facit mentionem. Animaduerte uerò solertiam uiri: cum de resurrectione iam persuasisset, adeoq; alacriores reddidisset, tum illud deinceps subiūgit. Tametsi su- *Supr. 9.b*
perius eadem monuisset, cū diceret: Si nos uobis spiritalia seminamus, magnū est, si nos uestra carnalia messuerimus? Et quis plantat uineā, & de fructu eiꝰ non edit? Verū cùm tantam huius officii excellentiā nosset, nihil grauatur in ipso etiam epistolæ fine hoc

ipsum apponere. Collationē uerò collectionem uocat, ab ipso statim initio rē facilem reddens: nam cū ab omnibus in cōmune confertur, tolerabilior erogatio singulis euadit. De hac autē collatione loquēs, non protinus ait, Quilibet uestrum apud seipsum ponat thesaurizans (atqui illud consequens erat) sed præfatur, *Quemadmodum ecclesiis*, inquit, *Galatiæ ordinaui*. Tum illhuc subiunxit: ad æmulationē uidelicet eos, aliorū rectè factis commemorandis, impellens. Hoc etenim forma narrationis proposuit, qđ ipsum etiam ad Romanos scribens, fecit. Eodē nanq; modo apud illos quoq; sub ꝓtextu profectionis suę ad Hierosolymam, de eleemsyna sermonē uidetur induxisse. Dicit enim, Nunc autem proficiscor Hierosolymam ministrans sanctis. Visum est enim Macedoniæ & Achaiæ communicationem aliquā facere in pauperes sanctos. Sed hos quidem Macedonū & Corinthiorum, illos autē Galatarum exemplo exhortatur. *Quemadmodum enim*, inquit, *Galatiæ ecclesiis ordinaui, ita & uos facite*. Et enim erubescendum illis de cætero erat, si inferiores Galatis essent futuri. Tū uerò non ita, hortatus sum, uel dedi cōsiliū, inquit, sed ordinaui: quasi uehemātius quiddam. Præterea neq; unam, duas ue, aut tres adduxit urbes, uerū uniuersam gentem. Quod idem & doctrinam cōmendatu rus facit, dicens: Quemadmodū & in omnibus ecclesiis sanctorum. Quòd si ad doctrinæ illud fidē cōfirmationemq; ualidum erat satis, multò nimirū magis ad uirtutum æmulationem firmum erat futurū. Quid fuerat igitur quod ordinasse se dixerat? *In una sabbatorū, hoc est, die dominica, unusquisq; uestrū apud se seponat recondens qui equid commodum fuerit*. Ecce uero quā cōmodē ab ipso præterea tempore hortatur. Etenim satis apta dies erat, quæ ad erogādā eleemsynam hortaretur. Est igitur eorum quæ dicit, hæc sententia, Memores estote quorundam die illa. Ineffabilia etenim bona, adeoq; radix & initiū uitæ nostræ in ista extitit. Non equidē quòd ad exercendam misericordiam tempus hoc cōmodū sit solum, uerū quòd & requiē habeat, & à negotiis libera sit, & mens laboribus tum uacans, ad commiserationē facilius & cōmodius impellatur: magnam deniq; uim quādam illa tam tremendorum & cœlestium sacrorum communicatio secum ferat. *In illa igitur unusquisq; uestrum*. Nō simpliciter ait, hic aut ille, sed unusquisq; siue is pauper fuerit, siue diues, siue fœmina, siue uir, siue seruꝰ, siue liber. *Apud seipsum ponat recondens*. Non, inquit, in ecclesiam ferto, (ne si exiguū sit, erubescant). Verū paulatim ex modicis collectionibus locupletes & augeas collationē, atque cùm ipse aduenero mihi exhibeas: iterea uerò apud teipsum ista repone, & ecclesiam tibi constitue domum tuā, arcu lam uerò gazophylacium, & sic ipse sanctarū fias diuitiarū custos, & tuo ipsius suffragio miseris œconomus designatus. Ipsa autē misericordia hoc te sacerdotio initiabit, illius symbolum certè istuc est gazophylacium nūc: sed symbolū quidem manet, res autem ipsa nequaquā. Nec ignoro multos assidentium rursus hic exorituros nobis, & eū ad modum reprehēsuros, q de his rebus uerba faciamus. Ne obsecro, sne cessa grauis & molestus auditoribus esse, cōmitte rem arbitrio cuiusque, relinque sententiæ & uolūtati auditorum, confundis tu saltem nos, & rubore afficis. Verùm ab istis tamen ego sermonibus nihilo magis mihi temperabo. Nā nec Paulus ipse erubuit huiusmodi rebus instanter obturbare, & mēdicātiū uerbis uti. Siquidem enim sic dixissem, ⌜Siquid dederis mihi, siquid in domum attuleris meam⌝ fortasse pudere tū deceat orationis. Immo uerò ne tū qdē. Nam qui sacrario, ut ille inquit, assistunt, accipiūt cū sacrario partem. Atque cauillari quis posset istud tanquam in rem priuatam dictū: Ego uerò propter pauperes dictū puto. Immo nec pp pauperes, sed propter uos largientes. Libet igitur hic mihi liberè loq. Nā cur obsecro pudeat dicere? Domino esurienti dato, nudum illum uestito, circum euntē hospitem foueto. Dominum sanè tuum nō puduit, dū hic in terris ageret ita loqui, Esuriui, & non dedistis mihi ad edendū: illum inquam, qui nullius rei indigebat, nullo opus habebat. Et me horū pudeat uel pigeat? Absit, diabolicꝰ pudor est, quē ego nihil hic morabor, sed liberè dicā, Date pauperibus: idq; uehementiori etiam quā pauperes ipsi uoce. Quod si quisquā uerè obiiceret, hæc in rem nostrā nos loqui, huc istā persuasionē pertinere, sub prætextu pauperum nos lucro inhiare: Non reprehendi solū hæc oratio merebatur, sed profectòs excentis etiā fulminibus obruissim dignus. Indignum enim uitę iudico, quisqs istuc ausit. Nunc uerò cū gratia domini, uobis nihil propter nosipsos simus molesti, uerū euangelium gratis adeo prædicemus, licèt non laborantes quemadmodū Paulus, sed alioqui re domestica sufficienter instructi, licebit liberrimè loqui mihi, & dicere, Date pauperibus: nec ab hac uoce sum destiturus. Illis autem qui dare detrectauerint, sanè quā molestus ero accusator. Etenim si sim⌜miles ipse, & cōmilitones habeam, ⌜nequaquā uerecundaturus essem his cibū rogare, ut qui salutis uestræ in primis auidus sim. Vt uerò ualidior & efficacior sermo reddatur meus, sufragatorem mihi paulū assumam, & cum illo dicā, *Vnusquisq; uestrum apud se ipsum deponat recōdēs, quod fuerit commodum*. Animaduerte hic obiter illius comitatem, cū non dicat tantùm aut tantum, uerùm quicquid commodū fuerit, siue multum id fuerit, siue parū: præterea nō dixit quod lucratus quisque sit, sed quicquid sors tulerit uniuscuisque: ostendens à deo suppeditationē illam esse debere. Neque hoc solū, sed facilem præterea reddit collationem, dū non uno tempore iubet conferri: eo enim dum paulatim colligitur, fit ut nec sentientibus nobis, officiū illud crescat, & collectū augeatur. Eam quoq; ob causam non statim in mediū præcipit efferri, sed longū adeò tempus præfinit, huiusq; reddit rationem, dicens: *Vt ne cum ueniam, tunc collationes fiant*: hoc est, ne eo tempore cū proferendum uobis erat, necesse habeatis tum primū conferre. Et iterū hoc ipso dicto non leuiter illos exhortatur: ardentiores enim Pauli expectatio erat redditura. *Vbi autē uenero, quoscunque probaueritis per epistolas, hos mittā, ut perferāt munificētiā uestram Hierosolymam*. Nō hūc uel illum ait, sed quos probaueritis. id est, quos legeritis uos. Vt enim administrationem illam suspicione non grauaret, hoc illis liberum fecit, quos perferre uelint eligere. Nam illud profectò nō dicit, collatio quidē uestra est, potestas autem electionis eorum qui deferant, uestra non sit. Deinde ne uideretur tamē illis planè reliquisse, adiicit epistolas, dicens: *Quos probaueritis per epistolas, mittam*. quasi diceret, Quoniam & ipse interero, & particeps huius ero ministerii per epistolas. Non uerò dicit, hos ego mittam ad perferendam eleemosynā uestram, sed

gratia istic morari necesse habebat: quòd ingens lucrū, & uehemens certamē esset. Illo porrò eos cōfirmat, quod ubiuis deinceps inualescere sermonem si dei, & absq; difficultate germinare dicit. Quin istud etiā qđ multi adeò reluctentur, indicium est euangelicæ uiđ. orię. Nusquā enim nocentissimus ille aduersarius iritatur grauius, quàm cùm suorū instrumentorum multa eripi sibi uidet. Verū nos ubi magnum aliquid & egregium facere statuimus, nequaquā cōstitutuīū id labore sit cogitemus, sed utilitatem magis respiciamus. Vides igitur eius exemplū in Paulo, qui nihil quòd multi essent aduersarij cessat, & cœptū negotiū refugit: uerū quòd magnū pateret ostiū instat diligenter negotio, & istic permanet, Hocq;, ut suprà dixi, signū erat eius cum diabolo luctę. Aduersus eos enim, qui humilia & leuia operantur, nihil in uehitur letalis illa bestia. Nō est igitur quod mireris ubi innumeris malis uirum probum aliquem, & uirtutibus sedulo incumbentem affectum conspexeris. Illud enim quod huic contrariū est, si multis diabolus acceptis plagis conquiesceret, & patienter ea ferret uulnera, demirandum erat. Verū ut nihil mirum, si stimulatus serpens aliquis, continenter resultet, & molestus uexanti sit: ita nec si diabolus (q omni serpente nocētior est) insiliat omnibus, & scorpij instar aculeū exerēs, impetat, miretur qsquā. Nec hoc nos conturbet, quādoquidem necesse est ex bello, uictoria, cædeq; redeuntem cruentari, sępenumero etiam uulnera referre. Tu igitur ubi eleemosynas elargiri aliquem, & innumerabiles alias exercere uirtutes uideris, hisq; diaboli conterere uires, paulò pōst uerò eundem & tentationibus circundari, & aduersitatibus, nihil te perterreat: ob id ipsum enim quòd strenuè diabolo cōflictatus est, tentationibus afficitur. Et q ista deus committit, inquis? Quo magis hic coronetur ille grauius uulneretur. Quod si non bonis solū operibus studeat, sed & aduersitates æquo gratoq; semper aio perferat, iā ille est qui prosternit diabolū. Nā permagnū quidem est, in secundo prospero rerū statu, & misericordiam exercere, & uirtuti esse deditum: uerū longè tamen maius illud, aduersitatum afflictionibus ab opere isto pulcherrimo non deturbari, ac is est qui propter deum hæc maximè facit. Vtrunque igitur, siue periclitemur fratres, siue quicquid patiamur, ardētiores reddamur ad uirtutis studium. Neque est enim hoc retributionis nostræ tempus. Quare hic coronas nō petamus, ne si aduenerit ipsum coronationis tēpus, imminuerimꝰ nobis præmia. Nam quemadmodū artificibus accidere uidemus, qui quidē si ipsi se alant & operētur, maiorem accipiunt mercedem: sin uero apud cōductores ipsos uictitant, non parum illis à mercede sua detrahitur: ita & cum sanctis agitur. Siquis enim & innumera bona fuerit operatus, tū uero & innumera mala perpessus, integram habet mercedem, & plenissimā retributionem, non bonorum tantum quæ fecerit gratia, sed malorum etiā quæ tulerit. Qui autem requie hic, & fœlicitate fruitus est, tā splendidā istic coronā non est consecuturus. Eapropter hoc in seculo retributionem non quæramus, sed tū gaudeamus potissimum, si rectè uiuentes malis affligamur. Quoniam quidem non propter bona tantùm opera, uerū & afflictiones, mercedē nobis istic deus retribuet. Vt autē quod loquor fiat clarius, agitè cōstituamus diuites duos, misericordes illos & largien

2.Co. 8.a & Phil.1 a. ⌜uocat, partim ne segnio res reddere, partim ne extolleret. nusquam tamē eleemosynam appellat.

Sup. 4.d.

⌜abicro,

2.Cor.1.d

⌜Mihi des, in domū meā afferas: supra.9.b

Mat.25.d

⌜imperator, ac milites habeam.

⌜q nā die illa sitis cōsecuti.

⌜ne sis grauis et molestus auditoribus,

Gtes pauperibus. Deinde uerò alter quidem in diuitiis permaneat, & omni fœlicitate fruatur: alter uero in paupertatem incidat, morbos, & calamitates, qui tamen gratias agat domino. Iam illi si isthuc peruenerint, uter, putatis, maiorem accepturus est coronā? An non manifestum, eum assecuturum qui æger, calamitosus, benefaciens, malè patiens, nihil hic erat humani passus? Equidē istud planè indubitatū. Ille enim uerè uirilis, adamantinꝰ, & beneuolus erat dei seruus. Quòd si non propter spem regni cœlestis, sed ut deo placeat, uiro bono est laborādū, (quod quo uis etiam regno præstantius est) quanti pretij erit, q qd minus hic accipiat retributionem, segnior ad uirtutem redditur? Nō est igitur cur perturbemini, ubi uirum aliquem pium, qui uiduas sępe conuocarat, & conuiuio exceperat, uel incensarum ędiū, uel aliarū huiusmodi rerū calamitatē sustinere uiderimus, quandoquidem ob hoc mercedem est accepturus. Sic & Iob ille, non tam eleemosynarum gratia, q̄ qd tot aduersitates ptulisset, admirationi fuit. Quapropter amici etiam illius contemnūtur, & sanè nullius
H esse momenti existimātu: quoniam pręsentes illi retributiones expetebant, ob hęc q̄ bonum illum uirū condemnabant. Cauēdum igitur nobis, ne retributiones hic quęramus, aut solliciti simus, ne pauperes & mendici euadamus: Siquidē cœlo nobis, & supercœlestibꝰ illis propositis, summę est uilitatis hęc terrena respicere. Nequaquā igitur hoc committamus, uerùm ubi ingruerit improuisarum rerum tempus, ppetuo deo adhęreamus. Et pareamus interea beato Paulo, constituentes nostris in ędibus arculā pauperibus, quę eo in loco, ubi quisque cōsistere & orare solitus est, reponatur. Ita ut eleemosynā primùm, quoties accesseris oraturus, imponas, & deinde orationē proferas. Vt uero ad orationē illotis manibus uenire nolles, sic neq; sine eleemosyna accedas. Et profectò nō minus est iuxta lectū eleemosynā repotare, quā si isthuc euangēlium suspendas. Siquidem euangelium isthic suspensum ⌜nihil agit⌝, nec tantillę quidem uirtutis est: in hac uero arcula aduersus diabolum armaturam habes repositam, hac orationē tuam penetrantem efficis, domum sanctam reddis, in hac cōclusas habes regias dapes. Ea propter & ad lectum deponatur illa, & sic absque phantasiis tranquillē noctem transiges: hoc caue tantū, ex iniquitate comparatum, isthuc nequid inicias. Eleemosyna etenim illud esse debet. Eleemosyna uero ex malitia profecta, non proderit unquā. Iam & cōmoditates, quibus liceat admodū facilè colligere, uultis ut recē seam? Fiet. Sic igitur adiectionē suam artifex aliquis, uel sutor, uel coriarius, uel faber ærarius, uel quicunque tandē is fuerit, leuem reddet, Si aliquid uendiderit ille, sui artificij primitias eius pretij offerat deo, & huc pauculū quiddā coniiciat, exiguamq; domino parte diuidat. Multū enim ut huc conferat, non postulo, sed tātummodo quantū uel infantes pueruli, uel miseri & egeni homines peterent, tantū nos, qui cœlū speramus, demus. Hæc uerò ita loquor, ut nullam tamē uobis necessitatem imponam, nec iubeā
⌜quā de cimā partem. maius adūcere, nec uetem etiam: quanquā par omnino & dignum erat non minus⌜ ex tanto⌜ huc inferri. Neque tamen de uendentibus tantùm hæc, uerū &ementibus quoque, & aliis operātibus dicta sunt. Eam regulam & agricolæ in prouentu rerum, eam semel omnes, quotquot legitimos colligunt cēsus,
I ⌜si nihil agas. obseruent. Nā illis q usuras exigūt, hìc nihil loquor: ut neque militibus qui inuadūt alios, gaudentq; alienis calamitatibus: (Inde enim profectò nihil dignatur deus accipere.) uerū ad eos hic mihi sermo habitus est, qui ex iustis laboribus sua quærūt. Sanè uerò in eā cunsuetudinē nos ipsos si redegerimus, à conscientia, ubi primū hoc istitutū reliquerimus, moxsta gellabimur. Facilis autē illa nobis ex eadem consuetudine res fiet: paulatimq; à paruis ad magna ascēdemus, & studebimus opes contemnere, ipsam radicē malorum euellere, sicq; omnem hic securè uitā transigentes, ad futuram illam anhelabimus. Quam asse qui nos omnes contingat, gratia, & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & spiritu sancto gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia XLIIII.

Vòd si uenerit Timotheus, uidete ut absq; metu
q sit apud uos. Fortasse putet aliquis Timothei constantia hortationem hāc indignam: uerum non sunt hæc Timothei, sed auditorum causa dicta, ne si huic insidiarentur, sibiipsi nocumento essent: semper enim periculis ille implicitus erat. quēadmodum enim filius patri, sic ille mihi, inquit, euāgeliū administrando, seruiuit: ut ne igitur discipuli contemptu, mox in ipsum etiam præceptorem exorientur, deteriores q; fierent, subitò eos coercet, ut absq; metu, inquit, apud uos sit, hoc est, ut nequis desperatorum illorū aduersus hunc insurgat. Fortasse quòd quædam esset isthic correcturus, quibus de Paulus etiam scripsit, & ob hoc ipsum missum esse denūciauit, Misi, inquit, Timotheū, qui uias meas in Christo uobis in memoriā reducet, quemadmodū in omnibus ecclesiis docemus. Vt ne igitur nobilitate, ⌜uel opibus, uel multitudinis concursu, uel sapientia illa peregrina sublati, imponerent, aut auersarentur, insidiarentur ue ei, cuius reprehensionibus offensos iri certū erat, uel de iis in quæ præceptor seuerius animaduertisset, ulciscendi sui gratia pœnā ab illo reposcāt, communit prius, dicitq;, Videte ut absq; metu sit apud uos. Non est cur Ethnicos & eos qui extra ecclesiam sunt dicas, uos appello, à uobis ea repeto, quibus de tota epistola composita est: quos principiò ēt statim cōterrebat, unde apud uos, inq̄t. Mox ab officio fide dignū facit: *Opus enim*, inquit, *domini operatur*. Nō est cur respicias diuésne, eruditúsne, senéxne sit. Nā si qd imperatū est facit, opus domini operatur, hoc illi nobilitatis, opū, senectæ & sapientiæ fuerit loco. Nec erat hoc satis, sed adiūgit, Vt ego quēadmodū suprà, qui mihi filius est, inquit, dilectꝰ, & fidelis in domino, ipse uobis in memoriā reducet uias meas, quæ sunt in Christo. Quoniam igitur ⌜solus erat, soli⌜ correctio tanti populi committebatur, utrunque uerò ad contemptum faciebat, nō ab re. *Nequis hunc*, inquit, *spernat*. Neque hoc postulat solùm, sed honoris amplius etiam quiddam, *Prosequamini cum pace*, inquit: hoc est, absq; metu, nō pugnas, non contentiones excitantes, non inimicitias, nō offensiones, sed p omnia subiecti, uelut magistro obtemperantes. Vt *ueniat ad me, nam ego illum cū fratribus expecto*. Erat & hoc perterrentis, idcirco enim expectare se illū, ut si intelligerēt omnia quę pateretur, ad se relata iri, æquiores essent. Etiā fide dignū hoc pacto facit, eum quem uix dum dimiserat, expectās statim. Simul studiū suum erga hos declarat, qui uirum tantū ipsorū gratia mittere uideatur. De Apol-

A *lo uerò fratre, multa hortatus sum, ut ad uos ueniret⌜ cū fratribus.* Eruditior ille & natu Timotheo maior fuisse uidetur. Vt ne dicant igitur, cur illū nobis uirū nō misit, sed pro illo iuuenem? Vide ut etiā hìc placārit. Fratrem uocat, multa adhortatum se esse dicit. Dein de ne ptulisse huic Timotheum, magisq; ornasse de industria uideretur, ac ob illud ipsum non misisse, & maiorem hoc pacto inuidiā accēdat, Multa, inquit, hortatus sum ut ueniret. Quid igitur? non cedit ille, nec annuit, sed repugnat, sed rixatur? Isthuc nō, dicit, absit enim: sed ita se expurgat, ut ne illum accuset in terim. *Omnino*, iniquit *uoluntas nunc ⌜dei⌜ nō erat ut ueniret*: Mox ut ne suffugium, ne prætextum esse dicāt, *Veniet ad uos*, inquit, *ubi fuerit opportunum*. Illum interim excusans, & ipsos studio uiri flagrantes, aduentus eius expectatione placans. Hinc ut ne à solis magistris, sed à seipsis quoque ad salutē, spei præfidjq; quiddam positū habeant monet: *Vigilate, state in fide*, non in sapientia illa peregrina, inquit. Nam isthic quidem consistere nō potes, abripi potes, à fide autē stare licet. *Viriliter agite, estote fortes, omnia uobis cum charitate fiant*. Hortari uidetur cùm hæc dicit, sed
B ignauiam potius tangit. Itaque uigilate, inquit, ut q stertāt: state, qa fluctuēt: fortes este, quòd sint effœminati: omnia uobis cum charitate fiant, quia agitēt seditiones: & uigilate, state quidem, respicit seductores? fortes este, insidiatores: seditiosos autem & ad serapere oia conatos, ubi omnia uobis cum charitate fiant, inquit, quod uinculum perfectionis, radix & fons est bonorum. Quid est autē, Omnia cū charitate? Siue obiurgat quis, inqt, siue imperat, siue imperium capessit, siue docet, siue docetur, oia cū charitate fiant, cū ea quæ diximus omnia ex eo ueniāt,
Supr. 1.b quia charitas negligatur. Nūquā nata si charitas cordi uobis fuisset, ista forent, nunquā ego Pauli, ego Apollo sum, qsquā dixisset, sub prophano iudice nemo quisquā litigasset, immo prorsus ne litigasset quidem. Vxorem patris nunquam ille duxisset, nunquā
Sup. 5.a. tentiores illos contempsissent, sectas nunquā introduxissent, donis nunquā sublati fuissent, si charitatis uis locū ullū tenuisset. Omnia igitur uobis cū charitate fiant, inquit. *Obsecro autem uos fratres, familiam Stephanæ nostis esse primitias Achaiæ, & qd ministros ese se sanctorū instituerunt*. Huius principiò meminit
C quoq; Baptizaui, inquit, & Stephanæ domū: eā hic
Suprà 1.c nō Corinthi solū, sed totius Græciæ primitias uocat. Nec parua hæc laus est, ante cæteros accesisse Christo: hinc ad Romanos scribens, ex ea re commēdat
Ro. 16.a quosdā, quòd ante se insiti fuissent Christo. Et non, inquit, primi crediderunt, sed primitias uocat, quòd cum fide, uitam optimam uelut fructibus quibusdā declararent, egregiè qualibet in re sese darent. Primitias enim cæteris rebus, quatum primitiæ sunt, selectiores esse oportet, quale testimoniū hoc illis in loco Paulus dedit. Non solū enim quemadmodū dixi, genuina fide præditi erāt, sed magnam ad hęc pietatem, floreſcentem uirtutem, magnam in erogāda eleemosyna liberalitatem ostendebāt. Neq; hinc solùm, sed aliunde etiam pietatē illorum probat, quòd tota familia sanctimonia plena esset. Iam bonis operibus eos abūdasse, ex hoc patet, quòd i ministeriū, inquit sanctis sese ordinarūt. Hospitalitatis encomia hęc quanta sint, uides? Nō dicit ministrant, sed in ministerium sese ordinarunt. Hanc illis uitā in uniuersum proposita ostendens, in hoc illos se studio ex-

Ibidem.

⌜ *iuuenis erat, & soli.*

D ercere. *Vt & uos subditi talibus sitis*: hoc est, ut coadiuuemini mutuò, tum facultatum impensis, tū corporis administratione communicetis. Erit enim hoc illis propositum suum tum leue, si uestræ suppetiæ cōiungantur, beneficiētiæq; uis perueniat ad plures. Neque simpliciter collaborare iubet, sed ficubi iubent obtēperare. Hoc. n. subditos esse, ualet, obedientiā ingentem ostendens. Atq; ut ne gratificari hoc illis uideretur, omni laboranti, omni cooperanti subiunxit. Cōmunis hæc lex esto, inquit, neque enim priuatim de his solis loquor, sed siqs illis nō est dissimilis, iisdem fruatur. Vnde principiò commendare uolens, testes ipsos statim aduocauit. *Obsecro uos*, inquit, *Stephanæ familiā nostis uos ipsi, quantū laborent, nec est necesse illa ex me audire: Gaudeo uerò de aduētu Stephanæ et Fortunati, et Achaici, quoniā qd mihi deerat uestri, hi suppleuerūt. Refocillarūt. n meū spiritum & uestrum.* Cū enim uerisimile esset, ipsos aduersus hos exasperatos, (Hi enim sunt qui ueniunt, qui discordiā Paulo manifestant, per quos etiā de urginibus scripserāt, & matrimonio coniunctis) uide quo pacto mitigarit, principiò quidē epistolæ, Significatum est mihi de uobis, inquit, à familiaribus Cloæ: ⌜ſuperimēE qui nam essent, illos in medium producēs quos per hæc significasse uideri poterat. ⌜Hic autē quod mihi deerat uestri, hi suppleuerūt, inquit, & refocillarūt spiritum meum & uestrū. Ostendens pro omnibus ueniisse, & peregrinationē susciperе pro illis tantam uoluisse. Qui igitur priuatum hoc commune fiat. Si quantum relinquimini, beneuolentia in illos uestra corrigatis, si reuereamini, si recipiatis, si beneficia cō municetis. Vnde subiungit, *Agnoscite igitur huiusmodi*. Et cū hos laudaret, cōprehedit & illos, missos scilicet & mittentes. Meum, inquit, & uestrū spiritum refocillarunt. Hoc est, sciatis quòd non alia de causa, quā propter uos, patriam & domum reliquerunt. Ostendit enim non sibi magis quā Corinthiis gratificatos, urbem uniuersam in se circūferre. Quæ res & fide dignos eos fecit, ab his diuelli⌜ non permisit. *Salutant uos*, Vos, inquit suelut per hos Paulo assistāt. *Salutant*, inquit. *ecclesiæ⌜ Asiæ uniuersæ*. Semper conciliat & cōglutinat salutationibus inter se membra. *Salutant uos in domino multum Aquila & Prisilla*. Apud hos enim uersabatur, cū opifex eorū esset. *Cum ea quæ in domino est ipsorum ecclesia*. Est & hoc uirtutis non paruæ, è domo etiam ecclesiam fecisse. *Salutant uos fratres oēs. Salutate inuicem osculo sancto.* Quòd osculum hìc sanctum adiunxit, fecit hic solū. Quid adeò? Grauiter ab se discesserant, dū aliꝰ Pauli, alius Apollo, alius Cephæ, alius Xpi se esse dixit: & dum alius esuriret, alius inebriaretur: Item dum pugnas, æmulationes, iudicia inter se exercerent: Præsertim uerò ingentē dona inuidiam suscitarant, ingentem fastum. Ergo postquam monendo cōiunxit, rectè sancto etiam osculo cōglutinari iubet. Vnit. n. ea res, & in unū redigit corpus. Sanctum est autem, quod dolo caret, ac simulatione. *Salutatio mea manu Pauli*. Compositā magno cū studio epistolā docet⌜ ergo subiungit, ⌜*Siquis non diligit dominum Iesum, sit anathema*. Hoc uno uerbo conterret omnes, Eos ⌜ergo & hoc addidit.
qui membra sua mēbra faciunt meretricis, eos, qui sacrificantes idolo offendunt si atrem, eos q nomina sibi ab hominibus imponūt, eos q resurrectionē non credunt. Non terruit autem solùm, sed uirtutis interim uiā, malitiæ fontem ostendit. Vt enim cha-

Supr. 1.b ⌜nō pmisit: tanquā qui per ipsos Paulo significasse sent. Salutant uos ecclesiæ.

Su. 1.c et 3.b

Ibid. 11

Maranatha

Gritas quoties inualescit, omniū uitiorū genera extinguit, expellitq; sic quoties remittit illa, locus statim uitiis fit, statim pullulant mala. *Maranatha*. Hor cur dicit? cur uerò Hebraica lingua? Quia superbia malorum istorum causa fuit. Superbiā uerò peregrina sapientia pepererat, atque hoc caput mali erat, quod Corinthum maximè diuulsit: hanc coercens, nō Græca sed Hebraica lingua uoluit uti, ostendens nō solū non fastidire se simplicitatem, sed uehemēter etiam amare. Quid est autē Maranatha? Dominus noster uenit. Cuius uerò gratia hoc dicit? Dispensationē humanitatis Christi confirmans, ex qua resurrectionis argumenta pleraq; omnia collegit. Ad hoc etiam illos cōfundit, quasi dicat, Communis omnium rerū dominus, dimittere se tantū dignatus est: uos eodē semper hæretis, in peccato manetis, & charitatis præcellentiam non obstupescitis, bonorum oīum caput? Cogita uel hoc unum, inqt, & habebis idoneū ad omnem uirtutem ingressum, demoliri peccatum omne licebit. *Gratia domini nostri Iesu Xpi sit uobiscū*. Est hoc præceptoris, non consiliis solū, sed precibus etiam iuuare. *Dilectio mea cum omnibus uobis in Christo*

H *Iesu, amen.* Nequis enim adulando sic orationem finiuisse suspicaretur, in Christo Iesū, inquit. Nihil humani, nihil carnale habere docens, sed spiritalem, & idcirco prorsus genuinam esse. Vide autem quantū amoris uox ista spiret. Cū enim loco distaret, uelut dextræ cuiusdam porrectione, sic illo manibus complectitur charitatis: Dilectio, inquit, mea uobiscum. Perinde ac si dixisset, Cum omnibus uobis sum ego: quare nihil, nec ira, nec indignatione scriptū esse docet, sed studio & amore, præsertim quum post tam acerbam castigationē illos nō auersetur, sed amet, cōplectaturq; ab se longè separatos, epistola & literis hisce uelut brachiis circūfusus. Sic facere, qui emēdare quenquam uelit, decet. Vt enim qui iram mouendo sequitur solū, nihil aliud, quàm cupiditatem suam explet: qui uerò postquam correxit peccātem, etiam charitatem ostendit, amoris fuisse, quæ percelendo dixit, declarat. Ergo eodē nos pacto inuicem nos erudiamus, qui arguit, ne irascatur: non est enim correctionis hoc sed, affectus: neq; qui arguitur, ęgre ferat: medicina enim, non inimicitia res est. Si enim

I medicos, cum urunt, nemo in ius uocat, licet ſpenumero aberrent, quin usti, sectiq;, in tantis etiam dolo ribus, beneficos illos in se esse putant, qui tātam perturbationem suscitarūt, quantò magis æquo animo perferre castigationem: castiganti sic uelut medico intentum esse decet? Nos quoque magna cum lenitate, magna cū prudentia, ad castigādū accedamus. Vbi peccare fratrem uides, quemadmodū Christus iussit, peccatū ne uulgato, sed inter te & ipsum solū, non conuiciando: nec pedibus iacētem conculcādo, sed dolendo, sed lachrymando castiga. Talem te præbe castigādo, ut ipse quoq; castigari si pecces, possis. Atque ut clarius quod dico fiat, posita imagine rem ostendamus. Vtinam etiam ne uera id genus exēpla suppetant usquā. Esto frater aliquis, uirgini cohabitans, elegans, & moderatus: sed qui ne sic quidē subterfugiat suspicionem. Ergo si consuetudinem illam audias diuulgatam, nolo cōtemnas, nolo dicas, An non mētem ipse habet? illud, amēre frustra, odio ne sis frustra: num ignorat? Quò pertinet uerò odium mihi non necessario conflare? Stultæ uoces sunt, & serarum, imò uerò dæmonum potius. Nō est enim odium conflare frustra, si q id facit, castiget, sed uelut ex ingēti uictoria coronari proclamariq;. Nam quod tu dicis, Quid enim? mentem non habet ipse quoq; audies à nobis non habere: illo, enim affectu mebria tus est. Nam si inter prophanos istos, q iniuria affecti sunt, pro se in iudicio dicere, qd ira ferueant, non possunt, tametsi crimen naturalis ille motus nō est: quantò magis qui cōsuetudini prauæ obnoxii sunt? Dico igitur, lit sexcenties etiam prudens, tamen euigilantem animum non habet. Dauide quid erat cor datum magis, ut qui dixit, Ignota & abscōdita sapiētię tuę manifestasti mihi? Sed ubi peruersis oculis ducis sui uxorem uidit, tibi quod fæuiente mari nauigā tes patiuntur, uerisimile est hūc quoq; passum. Hinc uniuersa sapientia eius exhausta est, inqt. Aliis ergo qui restituerēt, erat opus. Nam ne sensit quidem ipse quę mala intus essent. Itaq; peccata lugens sua, Sicut onus graue incubuerūt, inquit, putruerūt, corruptæ sunt cicatrices meæ ab insipiētiæ meæ cōspectu. Ergo mentem, qui peccat, nō habet: ebrius est enim, & tenebris obrutus. Nō est igitur cur hoc dicas, ut neq; illud item, Quid ad me? suam quisq; sarcinam gesta

L bit. Nam & tibi crimen hinc multò maximū surgit, quod errantem uidens non restituisti. Nam si iumētum lege Iudaica negligere hostis tui fas non est: qui non iumentum, non hostis sui, sed pereuntis amici animam despicere potest, quam uenia consequetur? Non excusat enim te, quòd mentem ille qdē habet, quādo ipsi quoq; multa sæpe cū ꝑcipiamus nobis, nec sufficimus, nec utiles nobis sumus. Idē de illo q peccauit cogitādum, uerisimile esse citius apud te, q̄ apud se ipsum optimū cōsilium inuenire posse. Nec est cur dicas, qd ista ad me? Perterreat eius, cuius ex ore uox ista primū uenit, exemplum: Num ego custos fratris mei sum? eodē nostrum istud tēdit. Hinc mala omnia uenerūt, quòd corporis nostri mēbra, aliena à nobis esse putamus. Quid uis? nihil tu fratrē curas? Cui igitur curæ erit? infideli? de malis hui? gaudenti, opprobranti, insultāti? Sed diabolo, impellēti, præcipitanti? Et unde cōstat, inquis, si dixero, si cōsuluero rectè, profecturū esse me quicquam? Vnde uerò constat, nihil effecturum tē esse? Nā est hoc rursum extremæ dementiæ, cū sint rerum euentus incerti, socordia confessa, in se recipere crimen. Tamet si deus, cui sunt explorata futura, sæpe dixit, & nihil perfecit, neq; sic destitit tamen, præsciret licèt, nō esse se persuasurū. Quòd si, qui præsciuit nihilo se amplius profecturū, emendare non desinit tamen: qd prætēdet, qui futura ignorat prorsus deficiens, & torpens? Nā sæpenumero qui conati sunt, id quod uolebāt perfecerunt, & tum cùm animum maximè desponderent, maximè in quod non putabant, inciderunt. Quòd si nihil facias amplius, feceris tamen id quod erat officii tui. Ne inhumanus igitur sis, aut immitis, aut negligēs. Nam esse crudelia ista uerba & ignaua hinc liquet. Vnde fit enim quòd mēbro corporis tui quocunque dolente, nihil ist huc ad me non inquis? Aut unde liquet, si dolenti curā adhibeas, restituturū iri? Omnia tamen facis, ut etiamsi proficias nihil, nō sit tamen quo accusare meritò te possis, qui qd fieri cōueniebat, abs te sit prætermissum. Ergone corporis quidē mēbra hunc in modum curabimus, Christi uerò negligemus? Et q ista sunt uenia digna? Post quàm te non commoueo mēbri tui rationem habere iubēs, quò uel metu melior fias, corporis admoneo e

Ipsius cū putrescentē uideas contemnere?

A neo te Christi. Quī. n. nō sit hoc horrore dignū, carnem ſ tuam cū putrescentē uideas uidere nolle? ⌜& cū uel familiarem, uel asinū putrescente mēbro habes, non cōmittis ut negligatur: membrū aūt Christi scabie plenum uidens, præterire potes, & rem nō mille fulminibus uindicandam censes? Hinc sursum deorsum omnia miscери, dira ista inhumanitate & socordia uidemus. Obsecro igitur ut illā eiiciamus crudelitatē. Accede fratrē illum, quī uirgini cōmore tur. Encomium hominis breue recense, ex rebus cæteris, in quibus sibi quiddam sumit, hoc decerpens, & uelut lymphis calidis hominem laudibus perfundēs, sic uulneris illius deprime tumorē, finge etiā te perturbatum, accusa cōe hominum genus, ostende oēs in peccato nos esse. Veniam pete, dic nō nescire, maiores te q̄ pro uirili res aggressum, charitatem tamen omnia audere. Hinc iam consilium dato, non imperiosum illud, sed fraternū. His oībus ulcus supprimendo, & dolorē, qui à sectione futuræ castigationis oboriturus est mitigando, & crebra interim deprecatione utere, & ut ne succensere uelit, horta-

B re. Vbi hunc astrinxeris istis, tum plagā infert, nec ligans, ⌜nec trahens uulnus, ut ne & resiliat illinc, & posthac contēnat. ⌜Siue enim non magnā satis das, nihilo plus effecisti: siue uiolentam nimis, resilire cogēs. Itaq; post hæc omnia castigaturus, assiduas castigationi laudes admisce. Et qa ipsum per se qd ille facit, laudari nō potest, neq; enim laude dignum sit te laudabis: Noui, inquies, quia propter deū isthuc facis, & solitudinē instabilitatemq; miseræ istius uidens, manum porrexisti, etiamsi non sit hæc huius uoluntas, tu esse dicas. Post ēt hæc adiunge, deprecatione rursus utens: nō impero, inquies, sed in memoriā saltē reduco. Propter deū fecisti, scio sanè & ego: sed uideamus nequid hinc mali cōsequatur. Si nihil sit, seruabis apud te, & pulchrum institutū perseque re, prohibet enim nemo: quòd si damnum ex ea re redit ipso lucro maius, obseruemus, quæso, ne dum unam animā cōtēdimus saluare, mille interea offen damus. Neq; statim pœnas his qui offendiculo sunt,

Mat.18.a C posītas adduces, sed ipsius testimonio utare: Non se, si quis unū ex minimis istis scandalizet, quanta sit edicta pœna. Atq; ita quidem dulcē orationem reddens, iram demulcens, pharmacū correctionis impone. Quòd si excusare rursus solitudinē illius pergat, ne tum quidē planè prætextum demoliere: sed dices, nō est cur metuas hæc, qd te excuset, abundè est scandalū aliorum. Neq; enim propter ignauiam, sed qui illis parcere uelis, instituto pulchro quidem illo desistes. Et consilium quidē breue esse oportet, neq; enim longa institutione eget: ad ueniam autē quæ pertinent, longa sint & densa. Ad charitatē crebrò recurre, obumbrādo si quid putes esse molestū. Potestatem porrò liberam ipsi permittes? Hæc ego sic consulo, inquies, ut pareas porrò, penes te est situm. Neq;. n. cogo aut compello ego, uerum liberæ tuæ permitto uoluntati. Sic igitur corrigendo fratrē si ita rem aggrederemur, emendari facilè peccantes possent. Quæ uerò facimus nunc quidē, ferarū sunt potius, & ratione carentium animalium, non hominum. Nam cū sentiunt quidam hodie peccantē, illū quidem nihil interpellant, sed ipsi more ebriarū aniculārum, nescio quid inter se susurrāt. Et nequaquā

Ne dissoluēs uinculum, ut ne resiliat illinc & hinc ne contēnat.

iam illud, frustra amēre, frustra odio ne esto, locum D ipsis habet: sed quoties maledicere lubet, illud, odio frustra ne esto, planè cōtemnunt, ac magis adeò castigationē ipsam. Neq; enim odiū hinc solū, sed pœna ēt crescit. Vbi porrò emendatione sit opus, hic illud ipsum, & mille præterea proferūt excusationes. Hæc. n. tum cogitare decebat, cū maledicis, cū calūniaris, odio frustra ne esto: itē, nihil profecero, quid illa itē ad me? Nunc uerò uehemēter & superuacuè tu occuparis, ac odiū & mille ad hæc mala contemnis. Verū ubi de fratris salute cogitādū erat, hic aliena curare, molestus esse nō uis. Quanquam per maledicentiam & hominū & deorū odium conflatur, nec tamen hoc tu uehementer curas. Ab isto uerò priuatim cōsilio, & à castigationibus istis, & cū illo ipso, & cum deo amicitia initur. Quod si ille te quia castigas oderit & ipse, tantò cōstantius te deus amabit: imo neq; ille quidem odiet te, ut odibat maledicentem. Nā tum quidem auersabitur, ut hostem, ut inimicū: nunc aūt patre quouis iudicabit magis obseruandū. Et ut palā tibi indignetur, apud se tamē & in animo innumerabiles tibi gratias habebit. Hęc re E putantes, curā fratres membrorū nostrorum habeamus, & linguā in nos ne inuicem acuamus, nec uerba letifera loquamur, proximi æstimationē suffodiamus, & quemadmodū in bello cædentes, prębētes crura sagittis. Quò. n. ieiuniū, quò uigilia deinde conducit, si lingua ebria est, & caninis carnibus impuriorē depascitur mensam? Sanguinaria lingua cœnū profundit, & os ⌜cloacam, latrinā os ⌜reddit, imo ⌜*latrinæ fistulam.* qualibet latrina abominabiliorē. Nā quod illinc est, corpus inquinat, quod hinc sępe ipsam suffocat mētem. Hæc nō eò dico, quasi anxius de his sim, q malè audiunt frustra: nā corona digni sunt, si fortiter ferant, sed pp eos qui dicunt malē. Beatū scriptura eū *Mat.5.a* pronūciat, qui frustra malè audit, maledicentē uerò sacris mysterijs excludit, imo mœnib⁹ ipsis: q obloquitur, inquit, clam proximo suo, hūc ego persequebar. Et sacrorū quidē librorum lectione indignum *Ps.100.a* esse, sic, inquit: Cur iustitias meas enarras? Testamētum meū per os tuū assumis? Mox causam subiungit, sedens aduersus fratrē tuū loquebaris. Et hic uerum ne an falsum non definiuit, sed alibi & hoc edi F xit, uolens ēt si uerū dicas, tamen ea dicere tuum nō esse: Nō iudicate inquit, ne iudicemini, quando & is *Mat. 7.a* etiā qui publicanū calumniabatur, damnatus est, ta- *Luc.18.b* metsi uerè accusaret. Quid igitur si sceleratus & pertinax sit, inquis, an nō est corrigēdus, non est accusandus nobis? imo utrunq;, sic aūt ut iam diximus antè: qd si opprobrans facis, idē tibi quod pharisæo accidet, cuius exemplū æmularis. Nullū est ex eo lucrum, nec tibi qui facis, nec ei qui patitur: nā cui maledicitur qdē, fit impudentior etiā. Quantisper enim latet, etiam cauere sibi nouit: & ubi deprehensus & notus est, tum frænum etiam hoc abiicit. Qui audit uerò, detrimenti plus accipit. Nam rectè ab se facto inflatur, alterius reprehensione tumens: Sin sibi malè fuerit conscius, procliuior ad malū redditur: & ei, qui item audit, is qui dicit, falsam inducit opinionē, deumq; aduersus se magis irritat. Itaq; moneo omne graueolens uerbum abiicientes, quicquid est ad ædificationē dicamus. Sed illum ulcisci studes? Cur ergo pro illo ulciscēris teipsum? Qui ulcisci eos, qui se perturbant, uolet, sic ulciscatur, ut iusit Paulus. Si *Rom.12.d* esurit inimicus tuus, ciba eum: si sitit, pota. Qui sic

Gulciſcitur, rem ſuam facit: qui aliter, tantumq; uindictam ſpirat, ſeipſum gladio ſuo petit. Itaq; etiamſi maledicat ille quidem, tu laudibus trāſcribendis uices redde. Sic illum ulciſci uerè potes, & teipſum iniſtra ſuſpicione liberare. Nā ſiquis de hoc quia malè audit, dolere pergat, cōpulſus conſcientia uidebitur mala ſua: qui ridet aūt, ingens argumentū animi nullius prauitatis ſibi cōſcij præbet. Quia igitur nec eum qui audit, ne ipſum quidem, nec iniuriam perpeſſum iuuas hac re quicquā, ſed in te gladiū ſtringis, etiam hinc prudentiorem reddi te decet. Oportebat ſanè, à regno cœlorum, & à diuinis placitis te perſuaderi: quoniam aūt pręfractior, uelut beſtia remordes, hinc interim doceare neceſſe eſt, ut hiſce ſermonibus moderatior factus, ab his quę ſola deo probantur, emēdari queas, & ſupra oēm animi perturbationem euectus, cœleſtibus iſtis bonis potiare, quæ ut omnibus nobis cōtingant, gratia faxit & benignitas domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cū patre & ſpiritu ſancto gloria, imperium, honor ſit, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen.

H

HOMILIARVM IN PRIOREM *epiſtolam ad Corinthios, partim Franciſco Aretino, partim Simone Grynæo interpretibus, finis.*

SERMONES ALIQVOT

diui Ioannis Chryſoſtomi, Epiſcopi Conſtātinopolitani, ſparſim prius impreſsi: nūc demum συλλεγόμενα huc reuocati, ad communē ſtudioſorum utilitatem. Idq; in loca prioris epiſtolæ ad Corinthios, uariè & pro tempore diſſerta per eundem Chryſoſtomum.

DE LIBELLO REPVDII, IN DICTVM *Pauli, Mulier alligata eſt legi, quanto tempore uixerit uir ſuus: ſi autem dormierit, libera eſt, cui uoluerit, ut nubat, tantùm in domino. Beatior eſt, ſi ſic manſerit.*

1.Cor.7.g i

Ridē uobis beatus Paulus de coniugio, coniugijq; iuſtificationibus legem tulit, Corinthijs ſic ſcribens ac dicens: De quibus aūt ſcripſiſtis mihi, Bonum eſſe homini, mulierē non tangere: propter fornicationē autem, ſuam quiſque uxorem habeat, & ſuum quæque uirum habeat. Eapropter & nos totum ſermonem in hoc inſumebamus. Itaque neceſſe eſt hodie de eodem argumento iterum uobiſcum diſſerere, quandoquidem de eodem etiā ipſe Paulus diſſerit. Audiuiſtis enim illum clamātem, ac dicentem. Vxor alligata eſt legi, quoad uixerit uir illius: ſi autē obdormierit uir illius, libera eſt, cui uoluerit nubat: beatior autem eſt, ſi ſic manſerit, iuxta meum conſilium, opinor autem quòd & ipſe ſpiritum dei habeam. Sequamur igitur illum & hodie, & de hac colloquamur materia. Sequentes enim Paulum, per hoc & Chriſtū ipſum ſequemur, eo quòd

1.Cor.7.a P

& ille non ſemetipſum, ſed Chriſtum per omnia ſequens ſcripſit. Enimuero non eſt uulgaris res, coniugium bene ſe habens: ſicut etiam his qui illo, nō ut oportet, utūtur, innumerorū ſit malorū materia. Nā ſicut mulier adiutrix eſt, ita ſæpe & inſidiatrix fit. Et ſicut portus eſt cōiugiū, ita & ſæpe naufragiū parit: non iuxta ſuam naturam, ſed iuxta ſententiam eorum, qui illo malè utuntur. Etenim qui iuxta congruas leges illud obſeruat, domum & uxorem ſuā, ut malorum omniū quæ uel in foro, uel alicubi obueniunt, conſolatricem acliberatricem reperit. Qui autem temerè & uulgariter hanc rem aggreditur, etſi multa in foro & alibi tranquillitate fruatur, ingreſſus in domum ſcopulos & petras uidebit. Itaq; quoniam non de rebus uulgaribus nobis eſt periculū, operæpretium fuerit cum diligentia dictis attendere, & uxorem ducturum, iuxta Pauli, immo Chriſti leges agere. Sanè ſcimus, quòd multis nouum & inexpectatum uidebitur quod dicimus: at propterea non ſilebo, ſed primùm legem uobis legam, & deinde legem quę contraria uidetur ſoluere tentabo. Igitur quæ nam eſt lex illa, quam nobis Paulus poſuit? mulier, inquit, non ſeparetur, uiuente uiro, neque alium ſuperinducat maritum, neque ſecundas nuptias habeat. Et uide quanta cum diligentia uerborū uſus ſit proprietate. Nō enim dixit, cohabitet uiro, quoad uixerit uir illius: atq; adeò etiamſi libellum repudij det, etiamſi domum relinquat, etiamſi ad alium abeat, legi aſtricta eſt, adulteraq; eſt talis. Quādo igitur uir eiicere uult uxorem, & uxor relinquere uirū, huius memor ſit dicti, & Paulum putet eſſe præſentem, & perſequi ſe clamādo & dicendo: Mulier aſtricta eſt legi. Nam quemadmodū ſerui fugitiui etiāſi domum herilem relinquant, catenam ſecū trahunt attrahentē: Ita & mulieres etiamſi uiros relinquant, legem habent pro catena, ſe perſequentem & adulterij accuſantem, accuſantem etiam recipientes, ac dicentem: Adhuc ſupereſt maritus, & adulterium facinus hoc eſt. Mulier enim aſtricta eſt legi, quoad uixerit maritus illius. Et omnis qui dimiſſam in uxorem acceperit, adulter fit. Quando igitur licebit illi ſecundas nuptias contrahere? Quando? tunc ubi à catena liberata fuerit, quando uir morietur ſolum. Hoc igitur declarans nō addidit, Quòd ſi mortuus fuerit uir illius, libera eſt, cui uoluerit ut nubat: ſed, ſi autem dormierit uir illius, quaſi cōſolans uiduā, & perſuadens manere apud priorem, & non adiungere ſecundum maritum. Non mortuus eſt, inquit, uir tuus, ſed obdormiuit. Libera eſt, cui uoluerit ut nubat. Non dixit, Nubat, ut ne uideatur uim facere & cogere: neque prohibuit uolentem ſecundas nuptias contrahere, neque uolētem adhortatus eſt, ſed legem legit, dicens: Libera eſt, cui uoluerit ut nubat. Liberam autem illam poſt uiri mortem eſſe factam dicens, oſtendit, quòd antea adhuc uiuente marito ſerua ſit. Quæ autem ſerua eſt, ac ſubdita legi, etiamſi millies libellum repudij det, adulterij ligabitur lege. Nam ſeruis quidem licet mutare dominos uiuentes, uxori autem non licebit uiros commutare uiuentes, alioqui adulterium perpetrabunt. Ne mihi leges ab exteris conditas legas, præcipientes dari libellum repudij, & diuelli. Neque enim iuxta illas iudicaturus eſt'te deus in die illa qua uenturus eſt, ſed ſecundum ſuas, ut ipſe ſtatuit. Etiam externæ leges, non ſimpliciter, nec abſolutè hoc po

A fuerunt: nam & ipſę puniunt factum, & hinc liquet, quòd peccatū ualde ęgrè tulerint. Vnde eā q̄ author fuerit repudij, nudam & ſpoliatā facultatibus eiiciunt, ut unde fuerit diſſolutionis occaſio, ēt facultatū ſit iactura. Nūc puniunt. & idcirco hoc facientes factum illud non cōmendabāt. Quid igitur? Et Moſes, aiunt, hoc fecit: & ille pp iſtam cauſam. Tu uerò
Mat.5.c audi Chriſtum dicentem, Niſi abundauerit iuſtitia
Ibidē.c ueſtra plus quàm ſcribarum & phariſæorum, nequaquam intrabitis in regnū cœlorum. Audi illum dicentem: Qui dimiſerit uxorē ſuā, excepta cauſa ſtupri, ifacit illam adulteram fieri: & qui dimiſſam in uxorem duxerit, adulter ſit. Propter hoc uenit unigenitus filius dei, propter hoc ſerui formam aſſumpſit, propter hoc ſanguinē effudit pretioſum, mortem deſtruxit, peccatum extinxit, largiorem ſpiritus gratiam dedit, ut ad maius ſapientiæ ſtudiū induceret. Aliās etiā non ita ſimpliciter legē hanc tulit, ſed cū cogeretur ſeſe attemperare eorū quibus legē dabat infirmitati. Nam quoniā ad cędes prompti erāt, & domus cognato replebant ſanguine, & neq; ſuis,
B neque alienis parcebant, ne intus occīderēt uxores, quę ingratæ erāt, præcepit foris mittendas, quò gratius malū, nēpe homicidiorum facilitas tolleretur. Sanè quòd homicidæ quidam fuerint, audi prophetas dicentes: Aedificantes Siō in ſanguinibus, & Hieruſalē in iniuſtitijs. Et iterum: Sanguinē ſanguini miſcēt. Et iterū: Manus ueſtræ ſanguinis plenę. Et quòd non ſolū contra alienos, ſed etiam contra ſuos ſæuierint, & ita manifeſtans propheta dicebat: Sacrificauerunt filios ſuos & filias ſuas dæmoniis. Qui autē non parcebant liberis, utiq; nec uxoribus pepercīſſent. Vnde ad hoc cōmodū illud permiſit. Quapropter & Chriſtus Iudæis rogantibus, & dicētib⁹:
Mat.19.a Quō igitur Moſes permiſit dare libellū repudij, oſtēdens, quòd non contrariā legem fert, ſic alicubi dixit: Moſes iuxta duritiam cordis ueſtri locutus eſt, ab initio autē non erat ſic: ſed qui fecit ab initio maſculum & fœminā, fecit illos. Si hoc fuiſſet, inquit, nō unum uirū & unam mulierem feciſſet, ſed uno Adam condito duas feciſſet mulieres, ſiquidem uoluiſſet unā quidem eiici, alterā uerò induci. Nunc ue-
C rò ipſo formationis modo legem induxit, quā, ego nunc ſcribo. Et quæ nam eſt illa? Hæc utique, Eam ſibi quiſq; uxorem ſeruet ſemper, quā initio ſortitus eſt. Hæc lex antiquiora, quā illa de libello repudij, & intantum quantū Adā ipſo Moſe. Et idcirco nūc nihil nouū ſector, neq; peregrina affero decreta, ſed ea quæ Moſe antiquiora & priora fuere. Dignum autem fuerit & Moſis legem illam quam de hac repo
Deu.24.a ſuit audire: Siquis, inquit, acceperit uxorem, & habitauerit cum illa, & erit: ſi non inuenerit gratiam coram illo, quia inuenit in illa, turpitudinis rem, ſcribet illi libellum repudij, & det in manum eius: imo nō dixit, ſcribito & dato, ſed quid? Scribet illi libellū repudij, & dabit in manus eius. Magnum autē inter hoc & illud diſcrimen: nam dicere, Scribat libellum repudij, & det in manus eius, iubentis ac imperātis eſt. Dicere autem, Scribet libellum repudij, & dabit in manus eius, annunciantis factū, & non propriam legem introducentis eſt. Igitur ſiquis dicat, Eiiciat uxorē, & dimittat illā ex domo ſua: & cū abierit, ſi fuerit alteri uiro, & odio illā habuerit etiam uir poſterior, & ſcribet illi libellum repudij, & dabit in manus ſuas, & emittat illam ex domo ſua: ſi mortuus

fuerit illius uir, qui accepit ſibi illam uxorem, nō po D
terit uir prior, qui dimiſerat illam redire, & accipere eam ſibi in uxorem. Deinde monſtrans, quòd non dixit de facto, non enim coniugium eſſe putat, ſed propter infirmitatē illorum condeſcendit, dicēs: Nō poterit uir prior accipere illam ſibi in uxorem, addidit, Poſtquam polluit illam: declarans per hius uerbi modum, quòd ſecundæ nuptiæ uiuente priore uiro pollutio magis ſit quā coniugium: pp hoc nō dixit, Poſtquā illam in uxorē duxerit. Vides quòd conſona cum Chriſto loquitur. Deinde & cauſam appoſuit, quòd abominatio ſit coram deo. Et Moſes quidē ſic. Propheta aūt Malachias multò manifeſtius, quā Moſes hoc demōſtrat: Nunquid dignū Mala.1.0
reſpicere ad ſacrificium noſtrū, uel recipere accepta bile de manibus noſtris? Et cū dixiſſet, cuius ergo? Vxorem adoleſcentiæ tuæ ne derelinquas. Poſtea ut oſtendit quale ſit malū, & priuans omni uenia eum qui hoc fecit, in ſequentibus accuſationē intētat, ſic dicens: Et iſta ſocia tua, & uxor pacti tui, & re Ibidē.2.d
liquiæ ſpiritus tui, & nō alius fecit. Vides quātas apponit iuſtificationes, primū ætatē, dicēs: Vxor adoE
leſcētiæ tuæ. Deinde ſocietatē uitæ, dicens: Et iſta ſocia tua. Poſtea modū formationis, dicens: Reliquiæ ſpiritus tui. Nō enim de terra formata eſt ſicut Adā ſed de formati è terra latere, & hoc eſt qđ dicit encatalima & reliquiæ ſpiritus tui. Ad hæc omnia, qđ omnibus illis maius fuerit, accedit conditoris dignitas: Hoc enim eſt, quod nō alius fecit. Non potes, ĩquit, dicere, quòd te quidē deus fecit, illā uerò non deus, ſed alius quidā illo deterior, ſed unus & idem utroſq; ut eſſent produxit: & ita quāuis nihil aliud, hoc ſaltē reueritus charitatem erga illum cuſtodi. Nam ſi ſæpe hoc ſeruis mutuæ dilectionis cauſa fuit, quia ambo uni & eidem domino ſeruiunt: multò magis nobiſcum hoc fieri conuenit, quando eūdē, & cōditorem, & opificē utriq; habemus. Vidiſti quō ēt in ueteri initia & prooemia ferè acceperint, nouæ philoſophiæ præcepta. Nā ubi multo tpe in lege uerſati eſſent, & ad cōſummatiora mādata trāſire deberēt, iamq; properaret ipſorū politia, opportuno tpe ad eiuſmodi ſapientiā illos propheta induF
cit. Credamus igitur bonæ legi, & nos ab omni cōfuſione liberemus, neque noſtras eiiciamus, neque eiectas recipiamus. Nam qua facie uirū uxoris aſpicies? quibus oculis amicos illius familiares? Nā ſi is qui mortui coniugis, cuius uxorem accepit, imaginē recumbentem uiderit, afficitur aliquo modo, & grauiter fert, ſi uiuentem maritū uideat eius quę ſibi cohabitat, qualem uitam aget? quo pacto ingredietur domū? quo animo? quibus oculis? qūo uidebit illius uxorē ſuā, immo neque illius, neq; ſuam. Iuſtē quis talē alloqueretur, Adultera nullius eſt uxor. Fefellit pacta quæ cū illo habuit, & ad te cū honeſtis legibus non uenit. Quantæ igitur demētię fuerit, rem tot malis plenā in domū inducere? Nō ſunt enim tam raræ fœminæ, ut ſuper caput tuū, tantam inducas pernicię. Quare cum malæ ſint, quas potes pura conſcientia, & permittentibus legibus ducere, ad prohibitas currentes domus ſubuertimus, bella inter amicos excitamus, ac undiq; inimicitias nobis cōciliamus: ad hæc innumeris accuſatorib⁹ ora apetētes, noſtrā uitā confundimus, & deſpectam facimus, & qđ omnibus grauius eſt, ineuitabile iudiciū in die illo nobis accumulamus. Quid enim dicem⁹

G iudicaturo nos, quando legē in mediū illatam legerit, dicens: Iusſi repudiatā uxorē non ducere, dicens quòd adulterium committatur. Quo igitur auſus es ad prohibitas nuptias accedere? Quid dicemus, quid reſpondebimus? Nunquam enim illic fas externas leges prætexere, ſed neceſſarium tacentes & ligatos in gehennæ ignē immitti, cum adulteris & alienum thorū iniuria afficientibus. Nam quando dimiſerit abſque cauſa ſtupri, quando eiectam uiuē te uiro duxerit, cum eiecta illa punietur. Propter qd oro, obſecro & ſupplicio, ne uiri mulieres eiiciāt, neque mulieres uiros relinquant, ſed audiant Paulum dicentē: Mulier aſtricta eſt legi quanto tempore uixerit uir eius. Si autē dormierit uir, libera erit cui uolet ut nubat, tantū in domino. Qualem enim habebunt ueniā, qui Paulo etiam ſecundas permittente nuptias poſt mortē coniugis, & tantā concedente copiā, ante mortē audent talia facere? Quam aſſequentur defenſionē, uel illi qui uiuentibus uiris uxores accipiūt, uel hi qui uulgatiſſima ſcorta accedūt? Etenim & illud eſt adulterij aliud genus, habere domi uxorē, & foris ſcortis iūgi. Nam quemadmodū H mulier habēs uirū, etiamſi famulo uel libero cuipiā uxorē non habenti ſe exponat, adulterij legibus implicatur: Sic & uir licēt ad uulgare ſcortum, uel ad mulierem aliam, quamuis non habentem uirum, ipſe uxorem habens aberrarit, adulterij reus cenſebitur. Fugiamus igitur & hūc adulterij modū. Quid enim poterimus dicere, quid itē prætexere qui talia audemus, quam honeſtam excuſationē adhibebimus? Naturæ concupiſcentiam? ſed aſsiſtit quidem uxor, quę ſemel obtigit hac nos excuſatione priuās. Idcirco nuptiæ inuectæ ſunt, ut ne ſcorteris, immo nō uxor ſola, ſed & multi alij, qui eandem quā nos habemus naturā cohibent, hac nos priuant uenia. Quādo.n. cōſeruus tuus, idē habens corpus, eandē concupiſcentiam poſidēs, eadem neceſsitate extimulatus, nullā uidet mulierem, ſed manet ſua ſola contentus, qualē habebis excuſationem, concupiſcentiā prætexens? Et quid dico habentes uxores? Cogita mihi eos qui ſemper in uirginitate uixerunt, & contēptis nuptiis magnā præ ſe tulerunt cōtinentiam. Cū igitur alij abſq; nuptijs continentes ſint, I quā tu aſſequeris ueniā cū nuptijs ſcortans? Hæc & uiri & mulieres audiāt, ac uiduæ ac nuptæ: omnib⁹ enim Paulus loquitur & lex illa, dicens: Mulier aſtricta eſt legi quanto tpe uixerit uir illius: ſi autē dormierit, libera eſt, cui uult ut nubat, tantùm in domino. Et habentibus uiros, & non habentibus uiduis, & ſecundo nubentibus marito, & omnibus ſimpliciter ſermo ille utilis eſt. Nam quę habet uirum, non uolet uiuente marito illo quęrere alium, audiēs qd uiuente illo aſtricta ſit. Quæ uerò libera, ſiquidem uoluerit ſecundo nubere, nō ſimpliciter neq; temerè hoc faciat, ſed cū legibus quæ ſunt à Paulo poſitæ. dicit enim: Libera eſt, cui uult ut nubat, tantū in domino: hoc eſt, cū continentia & honeſtate. Sin uoluerit cū defuncto ſeruare fœdera, audiet poſitas ſibi coronas, maioremq; alacritatē capiet. Beatior enim eſt, inquit, ſi ſic manſerit. Vides quo pacto omnibus ſermo ille utilis, & ſe ad illarum humilitatem demittit, & iſtas ſuis laudibus non defraudat. Etenim quòd de nuptijs & uirginitate fecit, hoc & de prioribus & ſecundis nuptijs: quemadmodum illic nō excluſit nuptias, ut ne grauet infirmiores, neque neceſsitatē impoſuit, ut ne uolentes uirgines agere E propoſitis coronis ſpoliaret: Sed demonſtrauit quidem, quòd bonæ ſint nuptiæ, manifeſtauit autem quòd melior ſit uirginitas: Ita & hìc quoq; eoſdem gradus ponit nobis, maiorē ſcilicet altero alterū, nē pe uiduitatem: alterum uerò inferiorem, nempe ſecundas nuptias. Et illas ulterius quamuis tranſilire uolens, ad certamē præparans, & infirmiores cadere non permittit. dicens enim: Beatior enim eſt ſi ſic manſerit, ut ne putes humanā eſſe legem, audiens iuxta meum conſilium, ſubdit: Opinor aūt quòd & ego ſpiritū dei habeam. Nō igitur humanū conſilium eſt uel præceptū, ſed gratiæ ſpiritus ſententia ac diuina lex. Idcirco ne putemus quòd audiamus Paulū dum hæc dicit, ſed ſpiritū ſanctum q hāc nobis legē condit. Quòd uerò dicit, Opinor, non quaſi neſciēs dicit, ſed modeſtè agens & ſeipſum humilians. At quia beatiorem dixerat, & non adiecerat quomodo beatiorē, iuſta demōſtratione data hāc ſe à ſpiritu aſſere ſententiā: quòd ſi uoles ēt rationibus exquirere, magnā demonſtrationum copiam L inuenies, & uidebis beatiorem eſſe uiduā: non ſolū in futuro ſeculo, ſed etiam in præſente uita. Et iſtuc ipſum maximè uidit Paulus, id quod de uirginibus inſinuauit, dicens: Admonēs enim & conſules eligē dā eſſe uirginitatē, ſic alibi dicebat: Opinor, quod 2.Co.7.b bonum ſit homini ſic eſſe propter inſtantem neceſsitatē, Et iterum: Etiamſi nuſperit uirgo, non peccauit. Virginem hìc dicens nō eam quæ renunciauit, Ibidem. ſed eā duntaxat quæ nondū coniugiū experta eſt, & nō factā obnoxiā perpetuæ uirginitatis promiſſione. Tribulationē autem in carne habebūt qui tales ſunt: Ego autē uobis parco. Vno.n. & breui hoc Ibidem. uerbo reliquit cordato auditori ut oia colligat & expēdat, dolores partus, educationes puerorum, curā infirmitates, mortes intēpeſtiuas, inimicitias, cōtentiones, innumeris ſeruire præceptis, alienis malis obnoxiam fieri, innumeras triſtitias in una ſua anima recipere. Ab omnibus illis malis liberatur, quę continentiā amplexatur, & cum liberatione à tot iniucūdis, etiā in futura uita magnā repoſitā habet mercedem. Hæc igitur omnia ſciētes ſtudeamus quidē primis nuptijs eſſe contenti. Si autem & ad ſecūdas M aſpiramus, fiat hoc decentiſsimo modo & habitu, nēpe iuxta diuinas leges. Propter hoc enim dixit: Libera eſt, cui uult ut nubat: & ſubdidit, Tantū in domino: ſimul & licentiā dans, & licentiam excludēs, & poteſtatē cōcedēs, & poteſtati illi undiq; leges ac terminos ponēs: uidelicet ne pollutos & corruptos uiros in domum introducat mulier, & ſtuprū ſectātes, ſed cū honeſtate & modeſtia, ac pietate, ut omnia in gloriā dei fiant. Quoniam enim ſæpius multę mulieres prioribus uiris defunctis, adulterio prius commiſsio alios introducunt, aliæ etiam alias peſsimas uias excogitarunt: pp hoc adiecit, Tantū in domino, ut nihil horum ſecundę nuptiæ habeant: ſic enim à criminibus liberę eſſe poterunt. Optimū. n. foret expectare defunctū, & ſeruare leges cum illo initas, continentiamq; eligere & manere cum derelictis pueris maiorem dei beneuolentiam ſic cōciliādo. Et ſi quæ ſecūdo nubere marito uolet, cū modeſtia ac honeſtate, & decētiſsimis legibus hoc faciat, quādoquidem & hoc permittit. Fornicatio aūt ſola & adulterium prohibentur. Hanc igitur fugiamus & coniuges & cœlibes, nec cōfundamus uitā noſtrā, uitamq;

A uitamq; agamus ridiculā, neq; polluamus corpus, neq; malam conſcientiam in mentem inducamus. Quo enim poſt cōſuetudinem cum ſcortis in eccleſiam uenire poteris? quomodo manus quibus ſcortum contrectaſti, in cœlum extendere audebis? Quibus oculis intueberis amicos honeſtiores? Et quid dico amicos, ettamſi nullus conſcius ſit, tu teipſum cogeris maximè omnium rubore ac cōfuſione perfundere, & maximè omniū corpus proptiū abominari. Nam niſi hoc eſſet, quare ad balneū poſt peccatum illud curris, nōne quia omni luto immundiorem teipſum eſſe cenſes? Quā igitur maiorē immunditiæ tuæ probationem quæris, uel quem deū expectas ſniam daturum, quando tu ipſe negligens deū, talem de factis tuis ſentētiam tenes? Igitur quòd impuros ſe eſſe cēſent, ualde laudo & approbo. Quòd aūt non rectum purificandi modum habent, amputo, & propterea reprehendo. Nam ſi corporalis macula eſſet, uerisimile eſt, quòd balneorū purificationibus corpus ipſum ablueres, animam aūt coinquinares. Talem quære purificationem, quæ illius ma- B culam abluere poterit. Quod aūt eſt illius maculæ balneū? Calidi lachrymarū fontes, gemitus è profundo cordis aſcendentes, cōpunctio perpetua, preces continuæ, eleemoſynæ, & eleemoſynæ largæ, non ultra hæc opera attentare, condemnare quod factum. Ita peccati natura abluitur, ita expurgatur animæ macula. Atq; adeò ſi hęc nō fecerimus, etiāſi in omnes fluminum fontes deſcenderimus, neq; parum illius peccati, depellere poterimus. Immo qd melius, ne attētemus hoc abominabile peccatum. Siquis autem aliquando ſupplantatus fuerit, hęc ſubiiciat remedia, prius promittens non ultra in hæc prolapſurum. Sed ſi peccantes condemnauerimus quidem ea quæ iam fecimus, iterum aūt eadem attētamus, nulla erit purificationis utilitas. Qui enim abluitur, & eodem luto iterū inquinatur: & qui demolitur iterum quod ædificauit, & qui ædificat iterum, ut deſtruat: nihil inde lucrifacit, q̄ quòd fruſtra laborat, & ærumnoſus eſt. Igitur & nos ne in uanū & fruſtra uitam inſumamus, priora peccata expurgemus, & quod reliquum eſt uitæ in continentia & C honeſtate cæterisq; uirtutibus agamus, ut & deum miſericordem habētes, regnum cœlorum aſſequamur, cui ſit gloria in ſecula, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
Sermo, in dictum apoſtoli: Nolo uos ignorare fratres, quòd patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes per mare tranſierunt.

1. Co.10. a

Autæ eam maris partē magis amant, q̄ frequētibus inſulis & portubus diuiſa eſt: Mare enim ubi portu caret, etiamſi placidum ſit, nauigantibus multū timorem incutit: ubi autē portus & littora undequaq; obuia fuerint, ibi ualde ſecurè nauigatur, etiāſi mare tēpeſtatibus ſæuiat: facilè tamen, & breui ab urgētibus malis liberari poſſunt, nō longè abſente refugio: & ea pp non ſolùm quando propè portū nauigant, ſed etſi multū abſint, ingentē ab aſpectu conſolationē accipiunt. Nō enim uulgariter illorū animas reparare ſolent, ēt ea quæ procul uidentur, uti uertices montiū, exurgens fumus, & ouiū greges in montibus paſcentes. Verū, ubi littus ingrediūtur, plena tūc perfruuntur lętitia, D tunc & laborē remittunt, & corpora mirè exaſperata, potabilibus oblectant aquis: egreſsiq; in littus, & nudis per terrā ambulantes corporibus, omne nauticum tædium deponunt. Sicut aūt illi hanc potiſsimum maris amplexantur partē ob frequentes & cōtinuas refocillationes, ſic & ego hanc anni partem prę cipuè amo. Nō quòd liberati ſimus hyeme, neq; quòd æſtate perfruimur, blādè afflāte zephyro: ſed quia crebri nos excipiunt ſpirituales portus, feſti inquā ſanctorū martyrū dies. Non. n. portus tam idonei ſunt ad refocillādos nautas, q̄ recreentur fideles ſanctorū ſolennijs. Nautas quidē littora liberant ab inundatione, multoq; impetu marinorū fluctuum: ſanctorū aūt memoria fideles ad martyrū feſta confluentes, erigit à malignis ſpiritibus, immundisq; ac abſurdis cogitationibus, magna animabus eorum reddita trāquillitate. Et ſiquis uel ex publicis, uel ex priuatis negotijs mœrore obrutus aduenit: ſtatim omni eo depoſito, & leuior, & placidior abit. Non unū quidem deponens, neq; ampluſtra ſuſpendens, ſed diſſoluens importabile & multiplex onus ſecula E ris triſtitiæ, & multā in anima ſua lætitiā excipiens. Horum omnium teſtes eſtis, qui beati Barlaam præmijs heri oblectati, & magna alacritate huc feſtinātes, abluiſtis ſeculariū curarum ſordē. Iterumq; dominum leues auditis noſtris ſermonibus conceſsiſtis. Ecce & aliorū martyrū alia accedit feſtiuitas. Igitur *Hi ſermones nō extāt apud nos.* ut ad illorum portum feſtinemus, agē, nautas imitemur: & ſicut illi nauigantes pelagus cātant, cantu laborem mulcentes: ſic & nos donec ad illorū portū ueniamus, ſpirituales quoſdā inter nos cōferamus ſermones. Beatum Paulū ducem eius colloquij habentes, quorſum ille iuſſerit, ſequamur. Et quò nos ſequi iubet? per eremū, & uiam miraculorū quæ in eremo contigerunt. Audite. n. ipſum hodie clamantē, & dicentē: *Nolo enim uos ignorare fratres, quòd patres noſtri omnes ſub nube erant, & oēs per Moſen baptizati ſunt in nube & mari, & omnes eandem eſcam ſpiritalem comederunt, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt. Bibebant enim de ſpiritali, quæ illos eomitabatur, petra: petra uerò fuit Chriſtus. Sed plures illorū non approbauit deus, proſtrati enim ſunt in deſerto, hæc aūt figuræ noſtri fuēre. Ne nos ſimus concupiſcentes rerum malarū, quemadmodū & illi cupierunt. Neq; ſimulachrorum ſitis cultores, ſicut quidam illorum. Quemadmodū ſcriptū eſt: Sedit populus ut ederet & biberet, & ſurrexerūt ad ludendū. Neq; ſtupris inquinemur, ſicut quidam illorū ſtupris polluti ſunt, & conciderunt uno die uiginti duo milia. Neq; tentemus Chriſtum, ſicut quidam illorum tentauerunt, & à ſerpentibus extincti ſunt. Neque murmuretis, ſicut & quidam illorū murmurauerūt, & extincti ſunt ab exterminatore.* Num.9.d Exo.13.d. & 14.e F Exo.32.b

Videntur quidem hæc quæ dicta ſunt manifeſta, diligenter tamen attendentibus dubitationem adferūt, haud uulgarē: etenim primū interrogatur quare ueteris hiſtorię meminit, & qua conſequentia, cū de his diſputarit quæ idolis ſint immolata. In hanc narrationem incidit, afferens in medium quæ in eremo contigerunt. Non ſimpliciter, neq; fortuito beatus ille loquitur, ſed magna cōuenientia & proportione, q dicta eius obſeruat, cohærere uidet undiq;. Quare ergo, & unde in hanc incidit hiſtoriam? Increpabat eos qui temerè & nō requiſiti ad idola ingrediuntur, pollutam comedētes menſam, & tangētes idolothyta. Et cū oſtendiſſet quòd duplex damnū

G illi inde sustinerent: nã & infirmiores offendebãt, & ipsi dæmoniorũ participes erant. Et cũ per prędicta satis spiritus eorũ humiliasset & docuisset, ostẽdit fidelem spectare non solũ quæ sua sunt debere, sed & quæ multorũ. Volens ipsis timorẽ incutere, ueterẽ historiam eis recensẽt, siquidẽ & illi magna de se sentiebant, quasi fideles & ab errore liberati, & scientiã assecuti: & ineffabilũ sacramentorũ participes facti, necnon & ad regnum cœlorũ uocati. Volens ergo declarare, quòd illorũ nulla sit utilitas, nisi adsit & uita tantæ gratiæ respõdens, ex ueteri historia ipsos erudit, insuper etiam hoc multiplicem in se quæstionem cõplectitur. Cur non potius per uerba Christi in euangelio posita cũ ipsis disputat? Cur nõ meminit gehennæ, & externarũ tenebrarum, & uenenati uermis, & perpetuorũ uinculorum, & ignis prępara ti diabolo, & stridoris dentium, & aliorum indicibi lium suppliciorum? terrere enim uolens, hoc facere debebat, non ab ijs quæ in eremo contigerunt. Nã illi licèt puniti sint, mitius tamen & temporaliter, &
H uioribus supplicijs. Quare ergo non inde ipsos terruit, neq; uerbũ Christi recensuit? Poterat enim dicere ad ļęsos: Nolim nos ignorare fratres, quales Christus posuit leges aduersus eos, qui fidem quidẽ habent, uitam aũt optimam nõ præ se ferunt. Etenim homines qui miracula operati sunt, & futura prædi
Mat. 7. d xerunt, regno cœlorũ eiiciebat, dicens: Multi dicent mihi in die ipsa, Domine domine, nõne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo propheta uimus, & uirtutes multas fecimus? & tunc cõfitebor
Ibid. 25. a ipsis: Discedite à me, non noui uos q operamini iniquitatem. Et uirgines quidem nõ propter fidem & dogma, sed propter peruersam uitam, & immisericordiam, & crudelitatẽ arguit, & thalamo exclusit:
Ibid. 22. b & eũ qui indutus erat sordido amiculo, propterea uinctum eiecit, non quia uõ habebat recta dogmata, sed quia uitam sordidã & impurã. Et quare iussit in ignem intrudi diabolo præparatũ? Non ideo eò misit, quia fide exciderant, sed quia nullius miserti erant. Horum omniũ & talium memoriam potuit facere, & dicere: Nõ uolo uos ignorare fratres, quòd
I illi omnes & baptismum assecuti sunt, & participes sanctorum facti: & cõmunicarunt mysterijs, & fidẽ multam ostenderunt, & perfectam habuerũt scientiam: sed quia uitam filij consonam non egerunt, regno electi, & igni traditi sunt. Quare igitur hæc non dixit? sed omissis istis omnibus, sic sermè ait: Nolo autem uos ignorare fratres, quòd patres nostri oẽs sub nube fuerunt: & commemoratis Mosaicis, obticuit ea quæ sub gratia dicuntur. Nõ simpliciter, neq; absq; ratione hoc facit: magna enim prædituserat sapiẽtia. Sed quid nam ait, & propter quid? Volebat ostendere, idem duobus illis testamentis tradi, & magnam cognationem ueteris & noui testamenti. Quando quidem multi sunt homines, qui gehennã esse non credunt, & neq; esse supplicium: sed deum simpliciter minari uermẽ immortalem & ignẽ inextinguibilem, & tenebras externas incutiendæ formidinis & eruditionis causa: sed nõ possunt fidem prę teritis abnegare. Nã quæ facta sunt, quo pacto posset quis dicere non fuisse facta? Nam his quidẽ quæ nondum apparuerunt, neque in opus processerunt, multi fidem non habent: ijs aũt quæ facta sunt, etiã qui ualde incorrigibilis, & reprobæ mentis, neque si uellet, poterit non credere, eo quòd ualde confessa K sint, & finẽ sortita, eorũq; multæ supersint reliquiæ: Vult igitur eos nõ uacillare in fide, iusto dei iudicio, quasi diceret: si putas nõ esse gehennã, neq; pœnam & supplicium, sed deum ita simpliciter esse minatũ, animo repete q̃ præterita sunt, & futura crede. Nam si idem est deus, qui & prius, & quæ nũc sunt gubernat, & tam ea quæ ad ueterem legem, q̃ ea quæ ad gratiam pertinent: cũ igitur idem sit, qua ratione cõstabit, illos quidem peccantes puniri, nos uerò hæc & multò grauiora illis admittentes ipunes relinqui? Rogo igitur, fornicatiue sunt Iudæi? & puniti sunt. Obmurmurauerunt, & puniti sunt, necessariũ omnino fuerit cõfiteri. Quomodo igitur animo aduertet in illos, te aũt eadem cõmittentem despiciet? nõ est rationi consonum. Sed non dedisti hic pœnam, propterea magis crede gehennam esse & supplicũ, quia pœnam hic non dedisti. Nam si in futuram uitam non esset supplicũ repositum, nequaquam impunitus mansisses, qui ausus eadem es quæ priores illi. Tu ergo si reprehẽdis lasciuum aliquem & dissolutum, multæq; intemperãtiæ, & dicit ad te quod & L sint fabulæ, & non sit supplicium neq; gehenna, sed solũ deus terrere uoluerit: dic ad ipsum, si nõ credis futura, quoniam nõ apparent neq; euenerunt, neq; ante oculos nostros fita sint: nõ tamen est possibile fidem abnegare ijs quæ facta sunt, & quæ finem sortita. Cogita Sodomam & Gomorrham, regio illa propter nullum aliud peccatũ tantum luit supplicium, q̃ quòd illius ciues illicitos induxẽre coitus, & illicitos amores, & leges naturæ radicitus subuertẽre. Qua igitur ratione constabit deũ, qui nunc idem est, qualis tunc erat: illos quidẽ cũ peccarent, absq; omni uenia puniisse, te autem qui post illos peccasti, tantò maiori supplicio dignum, quantò maiorẽ sortitus es gratiam, & emendatus illorum supplicijs nihil profecisti, impunitum relinquere? Et propterea Paulus nihil iam de gehenna dicit: quia multis futura parum credita sunt ab ijs quæ iam cõtigerunt, & de quibus sufficienti fide instructi sunt, ipsos erudire uult. Iam licèt futura sint terribiliora, imperfectis tamen hominibus præterita magis credibilia sunt, unde & ipsa futuris magis terrere solent: propterea M & hìc eis differit ea, quæ nec ualde impudẽs inficiari, uel discredere possit. Insuper & Marcioni, & omnibus qui eodem laborant morbo, tempestiuam plagam infert. Nam si non est idem deus ueteris & noUæ, qui & tunc legem statuit, & hæc facturus est, superfluè mihi narras hæc ô Paule, & nullũ timorem auditoribꝰ infers. Potest enim auditor dicere, quòd si alius est ille deus, & alius iste: non omnino iste iudicat iuxta illius sniam, neq; easdem seruabit leges. Quid enim si deo ueteris legis uisum est omnes punire, & afficere supplicijs? qd terres? quas laruas profers? Alium habeo dominum me iudicaturum, ita ut si alius sit deus ueteris, alius nouæ legis, Paulus omnino secus quàm uolebat, fecit. Non enim solũ nõ terruit audientem, sed omni timore & angustia liberauit: quod certè nullus hominum fecit, quamuis ille insipiens. Minus ergo Paulus tanta repletus sapiẽtia ita docet. Vnde manifestum quòd unus & idem deus sit, qui & Iudæos in errore prostrauit, & peccatores puniturus est, alioqui non idem & sibi constans esset. Iterum enim idem dicam per ea quæ olim ab eo facta sunt, & nos de futuris terret,

A quandoquidẽ idẽ est. Expectationem supplicij tam certã, cui contradici non potest, induxit, monstrans quod reuerentia & timore opus sit. Nam qui patres puniuit peccãtes, nobis non parcet eadẽ committẽtibus. Dignum porrò est, ut redeamus ad principiũ narrationis, & reliqua persctutemur omni adhibita diligentia. Nolo autẽ uos ignorare fratres. Discipulos fratres uocauit, non à dignitate, sed charitate hoc eos appellãs noie: sciebat enim & planè sciebat nihil charitati conferendũ, & summũ dignitatis genus charitatẽ. Hoc nũc nos quoq; primũ imitemur, etiã si ualde nobis inferiores sint aliqui, ipsos ministerij nominibus appellamus: non solũ liberos, sed & seruos: nõ solũ diuites, sed & pauperes. Nã & Paulus nõ solum Corinthiorũ diuites liberos, illustres, & nobiles, sed etiam priuatos & famulos, & omnes
Gala. 3. d idiscriminatim hac appellatione honorauit. In Christo enim Iesu neque seruus, neque liber, neq; Barbarus, neq; Scytha, neq; sapiens neque insipiẽs, sed omnis secularis dignitatis inæqualitas sublata est. Et qd mirum si Paulus conseruos sic uocauit, cũ & domi-
B nus ipse sic uocauit nostrã naturam, dicens: Annunciabo nomẽ tuũ fratribus meis, in medio ecclesiæ
Psal. 21. e & Heb. 2. c laudabo te? Non solũ autẽ uocauit nos fratres, sed & ipse fieri frater uoluit, & factus est humana carne induta, naturę particeps: quę utiq; & ipse Paulus
Heb. 2. d admirans, dicebat: Non angelos apprehendit deus, sed semen Abrahæ apprehẽdit, unde per oĩa debuit
Ibidem. fratribꝰ adsimilari, & iterũ: Quia pueros participes fecit carnis & sanguinis, & uerisimile est & ipsum horũ fuisse participẽ. Hæc omnia cũ audimus, omnem arrogantiã, & fastũ, & stultitiam ex anima nostra expellamus, studioq; multo id rectè faciamus, familiaribus nominibus & honorẽ habentibus fratres uocantes: quod, licèt tenue opus uideatur, attamen magnorũ bonorũ causa est: sicut & multas sæpenumero lites & contẽtiones fecit, omissum. Neq; hoc solũ, sed & cætera uerba diligenter exquirenda sunt: non enim solũ posita sunt. Nam cũ dixit, Nolui uos ignorare fratres: adiecit, Patres nostri omnes: non dixit Iudęi, neq; hi qui Aegyptũ exierunt, sed quid? patres nostri oẽs, quò modestiã suam indicans, suã
C cum illis cognationem non erubescat, tametsi superior illis esset. Et sermone hoc compescit iterum impudentẽ linguam, calumniantium ueterem legẽ: nã si illi aduersaretur, neque celeberrimorum nominũ fuisset memor, quæ tunc in uniuersum coargui potuissent. Omnes. Non simpliciter dixit, omnes, neque obiter, sed ualde sapienter. Nam non semel dixit, sed secundò & tertiò, & sæpius, ut discas haud temerè adiectũ. Dixit enim: Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare transierũt, & omnes in Mosen baptizati sunt, & omnes eundẽ potũ spiritalẽ biberunt. Audisti quòd sæpius, omnes, posuit: quod nequaq̃ fecisset, nisi magnum quiddã, & admirabile sacramentum significare uoluisset. Nã si posuisset simpliciter, sufficiebat id semel dici, & postea obticeri: ac si diceret, Patres nostri oẽs sub nube fuerunt, & mare transierunt, & in Mosen baptizati sunt, & eundẽ spiritalẽ cibũ comederũt, & eũ dẽ potũ spiritalem biberunt. Verũ non sic dixit, sed in singulis adiecit, omnes: sic nobis aperiendo suæ sententiæ ianuã, quò sua conspiceretur prudentia. Nã cuius gratia continuò eius uerbi meminit, nisi ut ostendat magnã esse ueteris ad nouam legẽ co-

gnationẽ: & quòd illa istorum figura fuerũt, & umD bra futurorum: & primò quòd hoc æqualitatẽ indicet? Volens enim declarare, quòd sicut ī ecclesia nõ est discrimen serui & liberi, neq; ciuis & aduenæ, neque senis & adolescentis, neq; insipientis & sapientis, neq; priuati & principis, neq; mulieris & uiri: sed oĩs ętas, oĩs dignitas, & unaquæque natura æqualiliter in baptisterium descendit, etiam rex & pauper eadem purificatione utuntur: id quod maximum nostræ præsertim nobilitatis est argumentũ. Nam similiter & mendicus & purpuram gestans ad mysteria admittũtur, neque in sacramẽtis maior istius, quàm illius est respectus: Sic & in ueteri conueniente, Omnes, posuit. Neq; enim dicere potes, quòd Moses per aridã, Iudæi per mare transierunt: neque quòd abũdantes per unã, & indigi per aliã uiã: neq; mulieres sub sereno, uiri sub nube fuerint: sed & sub mari omnes, & sub nube omnes, & in Mosen oẽs. Nam transitus ille futuri baptismi typus erat: oportebat igitur primũ figurã illam bene omnia figurare, quòd oẽs ipsam tenerẽt, sicut & hic oẽs ex æquo participes sunt: & qũo ipse ait illud figuram præsenE tium? Si didiceris primũ quid sit figura, & quid ueritas, tunc & huius tibi rationes reddemus. Quid igitur est umbra, & quid ueritas? Agè, similitudinem ab imaginibꝰ sumamus, quas pictores pingũt. Vidisti sæpe imaginem regiã Veneto colore coloratam, deinde pictorẽ circunducere candidas lineas, & facere regem & seruum regiũ, & equos circunstantes, & lancearios, & uinctos hostes, & subditos: & cum hæc uides delineata, & adũbrata, neq; scis totũ, neq; ignoras totũ, sed quòd homo pingitur, & equus, obscurè cognoscis: qualis autẽ sit rex, & qualis hostis, nõ ualde perspicuè cognoscis donec colorũ ueritas aduenięs, certiorẽ reddat uisum. Sicut igitur in hac imagine non exigis totũ ante ueritatem colorem: sed etsi obscuram quandam accipias cognitionem eorum quæ fiunt, satis tamen picturam absolutam putas. Sic & de ueteri & nouo senti, ut nõ oẽm ueritatis diligentiam in typo exquiras. Et poterimus te docere, qũo uetus ad nouum testamentum habeat cognationem: & ille trãsitus ad nostrum baptisma, Nam ibi aqua, & hìc aqua: lauacrum hìc, & ibi pelaF gus. Omnes hic in aquã ingrediuntur, & ibi omnes. Iuxta hoc similitudo est. Postea uis cognoscere colorũ ueritatem, ibi quidẽ liberati sunt ex Aegypto p mare, hic autem ab idololatria. Et ibi quidem Pharao submersus est, hic autem diabolus: ibi Aegyptij submersi, hic autẽ uetus homo peccatis defoditur. Et uide cognationẽ figuræ ad ueritatem, & ueritatis excellentiam. Neque.n. omnino alienũ oportet esse typũ à ueritate, alioqui nõ esset typus. Neq; omnino adæquari ueritati quia alioqui & ueritas ipsa foret: sed oportet manere in suo modo, & neq; cõprehendere oẽm ueritatẽ, neq; omni ueritate destitui. Nã si totum cõtingat, iterũ ipsa est ueritas: si autẽ à toto destituatur, & nulla sit similitudo, cõsequẽter nõ poterit esse figura. Sed oportet ut partẽ qdẽ teneat, partẽ autẽ ueritatis reseruet. Igitur ne in ueteri totum à me requiras, etiã si parua quædã & obscura accipis ęnigmata, boni hoc cõsulãs. Vbi igitur est affinitas figuræ ad ueritatem? omnes ibi, & hic omnes: per aquã sunt ibi, & hic per aquam: à seruitute liberati sunt illi, & nos à seruitute liberati sumus: sed non ab eadem omnes. Nam illi quidẽ à seruitute

G Aegyptiorum, nos uero à seruitute dęmonũ: illi qui dem à seruitute Barbarorum, nos uerò à seruitute peccati. Ad libertatẽ uenerunt illi, & nos: sed non ad eãdẽ. Nam nos ad multò clariorẽ. Quòd si maiora sunt nostra, & illis excellentiora, ne mouearis: hoc enim à ueritate est, quòd sit aliqua excellentia, sed nõ pugna uel diuersitas cũ figura. Quid autem est, Omnes in Mosen baptizati sunt? & fortè manifestũ est qd dicit. Tẽtabimus tamẽ id notius reddere: Mare ante oculos tũc effusum erat, & præceptũ illis, ut transirent per aridã & admirabilem quãdam uiã, quam nullus hominum unq̃ transiuerat. Cùm credidissent Mosi, ipsum habentes ducem itineris, fidẽ ter aquas transierunt: hoc & in Christo effectũ est. Nam ubi nos eduxit ab errore, & liberauit ad idolo latria, ad regnum inducens, ipse primus hanc uiam ire cœpit, quoniã primus in cœlos ascendit. Sicut igi tur illi Mosi credidere, & iter audacter susceperẽ: sic & nos in Christo cõfidimus, & audacter hanc pere grinationẽ perficimus. Et hoc quòd in Mose baptizati sunt, manifestum ex historia est. Non enim in
H nomine Mosis baptizati sunt. Cũ autem nos non so lum sortiti sumus ducẽ Iesum, sed in nomine eius baptizati sumus, & illi in nomine Mosis non sunt baptizati, ne etiam hìc turberis: dixi enim quod oportet ueritatẽ habere excellentiã quandam supra figuram. Vidisti de baptismate quæ figura, & quæ ueritas? Agẽ, ostendã tibi & mensas, & sacramẽtorũ con munionẽ ibi delineari, si nõ iterũ petis à me totum: sed sic requiris quæ facta sunt, sicut par est in adumbratione & figuris uidere. Igitur quia dixit de mari, & de nube, & de Mose: adiecit præterea, Et oẽs eundem spiritalem cibum comederũt. Sicut tu, inquit, à lauacro aquarũ ascendens, ad mensam curris: sic & illi à mari ascendentes, ad mensam uenêre nouã & admirabilem: de manna loquor. Et iterum, sicut tu admirabilẽ habes potũ, salutarem sanguinẽ: sic & illi admirabilẽ habuerunt poculi naturam. Non enim inuenerunt fontes, & amnes manantes, sed à dura & inaquosa petra multã fluminũ largitatem acceperunt, propter hoc & spiritualem uocauit. Nõ quòd natura talis esset, sed quòd hoc modo suppe
I ditabantur. Non enim secundum naturæ conueniẽ tiã ipsis dabatur, sed secundũ operationem dei ipsos ducentis. Vnde & cũ hoc corrigeret, ita dicebat. Igitur quia dixit: Omnes eundem potũ spiritalem biberunt: aqua autem erat quæ bibebatur. Volens ostendere quòd propter hoc spiritale dixit, non obnaturã aquæ, sed ob modũ quo suppeditabatur illis, adiecit: Bibebant enim de spiritali eos consequẽte petra, petra aũt erat Christus. Non, inquit, natura lapidis, sed efficax uirtus dei fontes illos scaturire faciebat. Et hìc pauli Samosateni hæresim radicitus euellit. Si enim Christus illa omnia operabatur, qũo ipsum tunc primũ cœpisse dicunt, quando ex Maria natus est? Cùm enim ea quæ in eremo contigerunt, multo tempore ante Mariam facta sunt. Et Christus, iuxta Pauli uocem, hæc omnia fecit, ne cesse & ante hunc partũ & parturitionem ipsum esse. Non enim qui nullibi erat, has fuisset operatus tã admirabiles atq̃ raras res. Sicut aũt dixit, quòd omnes per mare transierunt: sic nobilitatem ecclesiæ præfigurauit, cũ dixit: Eundem spiritalem cibum comederunt. Hoc idem rursus insinauit: sic enim in ecclesia non aliud quidem corpus dicit, alid uerò pauper: neque alium quidem sanguinem ille, alium K autem iste. Sic & tunc non aliud quidẽ accipiebat dicit manna, aliud uerò pauper: neque alterius sortis iste particeps erat alterius uerò indigentioris ille. Sed sicut nunc eadem mensa & idem poculum, eadem & educatio omnibus qui huc ingrediuntur proponitur: sicut & tũc idẽ mãna & idem fons omnibus proferebatur. Et hoc utique mirabile & rarum. Tentauerunt tunc aliqui per tẽpus illud plusquam opus fuerat colligere, & nullum auaritiæ suæ fructum accipiebant: & quandiu æqualitatẽ colebant, mãsit manna quod manna erat: postquã autem auari plus habere desiderauerunt, auaritia mutauit manna in uermem, quamuis hoc non cũ detrimento aliorum faciebant. Non.n. rapiebant ex alimento proximi, cũ plus colligerent: attamen cũ plus desiderarent, condemnati sunt. Nam tametsi neminem alium iniuria affecerunt, tamen sibijpsis maximè nocuêre, hoc colligendi modo auaritiæ studentes. Atque sic simul erat cibus, & diuinę agnitionis instructio, simul & pascebat corpora, & eruditebat animã. Neque pascebat solũ, sed à laboribus L liberabat. Nõ enim opus erat iungere boues, neque trahere aratrum, neq̃ sulcos secare, neque ad annũ expectare: sed mensam habebãt subitò appositam, semper recentẽ & quotidie nouam, rebusq̃ ipsis discebant euangelicum illud præceptũ, Nõ debere esse solicitum in crastinũ. Nulla. n. utilitas ipsis ab hac solicitudine prouenie bat. Nã q plus colligebat, corrũpebatur & peribat, & auaritiæ argumentũ solùm dabat. Insuper ne putarent illum imbrẽ iuxta naturę consuetudinẽ esse, nihil taliũ in die sabbati fiebat, deo duo illa ipsos docẽte, quòdp rioribus diebus ipse mirabilem & priorẽ pluuiã operabatur. & quòd p diẽ illum abstinebat, ut inuiti ẽt discerent illo die seriari. Non in cibis autẽ solùm, sed & in indumẽtis & calceamentis, & alijs omnibus rebus ipsis uidere licebat mãdata apostolis ipsis pręcepta. Nã neq̃ propriam habebant mẽsam, neq̃ uestẽ secũdã, neq̃ calceos, deo sic dispẽsante. Vide quãta ueteris ad nouã affinitas? Sicut. n. postea Christus apostolos instruxit, quãtũ ad necessaria, sic & illis quidẽ uitę modus adaptatus est, & ois creatura ad ministeriũ illorum M præparata erat. Et cuius gratia hæc facta sunt? dicit. Concluſurus illos erat in unũ orbis locum, & iussurus ut sibi illic perpetuò ministrarent, & neq̃ templũ, neq̃ altare alicubi aliud fũdarẽt: sed oblationes & sacrificia sua illuc ferrent, & ferias celebrarent, & legerent legem, & omnes alios sanctificationis illius ritus perficerent. Ne igitur separato ministerij ritu. prouidentiam suã illuc cõcludi putarẽt, quasi unius regionis deus esset, prius suã uirtutem i aliena regione declarauit: in Aegypto, in eremo, ubi nullus mini strabat, ubi nullº adorabat: & creatura planè diuersis rebus seruiebat, quibus probabat suã potẽtiã q̃ primũ condidit orbem, & ita incredulos arguebat. Nam mare alios submergebat, alios saluabat: & aẽr nũc pluebat grãdinẽ, & pdebat Barbaros: nũc deferebat manna, & ludęos pascebat. At terra nũc culices ad puniendũ hostes, nunc coturnices in salutẽ eorũ proferebat: & illis in die tenebræ, illis in nocte lux erat. Et Aegyptij Nilum habentes propè fluentem, siti & siccitate peribant: hi autem in terra arida & sicca exercitũ ducentes, multa aquarũ copia fruebantur. Et aduersus illos ranæ pugnabãt, hos autẽ

A neq̃ gigãtes comprehẽdere potuerũt. Sed cuius gratia horũ memoriã affert beatus Paulus? Ob causam quã principiò uobis dixi, ut discas quòd neq̃ baptisma, neq̃ peccatorũ remissio, neq̃ scientia, neque sacramentorũ communio, neq̃ sacra mensa, neq̃ fruitio corporis, neq̃ participatio sanguinis, neq̃ aliquid horum prodesse nobis poterit, nisi uitã rectã, & admirabilem, & omni peccato liberam habeamus. Propter hæc enim meminit recẽsens figuram baptismatis in mari & nube. Et figuram sacramentorũ in mãna & petra præfigurauit in ueteri. Et cũ dixit, quòd
1. Cor. 10 a. omnes eundem cibũ spiritualẽ comederunt, & eundem potum spiritualem biberunt, adiecit dicẽs: Sed plures illorum non approbauit deus. Post hæc & talia miracula ait: Non dilexit ipsos deus. Sed cur prostrati sunt in deserto? Cuius gratia hæc nobis dicis ô Paule? Hæ figurę nostri causa factę sunt, ut neq̃ nos
Exo. 32 b fiamus concupiscẽtes rerũ malarũ, sicut & illi cõcupierunt: neq̃ idololatræ fiamus, sicut aliqui horũ, ut scriptũ est: Sedit populus ut ederet & biberet, surrexeruntq̃ ad ludendũ. Vide Pauli prudentiã. Dixit peccatum, dixit causam peccati, dixit pœnã peccato debitam: per ea nos erudiens, ut illorum fugiamus mo
B res, non imitando. Causa peccati, gula. Sedit enim, ait, populus, ut ederet & biberet. Peccatũ ipsum, ludus: deinde pœna, prostratio in deserto. Iterũ ait, Ne scortemur, quemadmodũ illorũ quidã scortati sunt. Ibi scortationis causam non posuit, sed pœnã. Qualem autem? Ceciderunt in die una uigintitria millia. Quare autem non posuit occasionẽ unde orta scortatio? Studiosis hoc reliquit, ut historiã inquirerent, & inde eius radicem discerent. Ille optimus medicãdi modº, dicere unde nascãtur morbi, & uulneribus
1. Cor. 10 b. remedia adhibere. Ob hoc ait: Hæc autẽ omnia figuratiuè cõtigerunt illis, scripta autẽ sunt ad nostrã admonitionẽ, atq̃ adeò q illa fecit, & reprobos tunc puniuit, idem & nunc nos admonet. Non enim uerbis solũ, sed etiã operibus ipsis, qui scilicet maximus admonitionis est modus. Vide quomodo eum q in ueteri hęc fecit, magistrũ his quę in gratia instituit: demõstrans quòd unus est & idem qui & illa fecit, & qui hæc per ipsum loquitur. Nã si alius esset, non
C uocasset illa istorũ figuras, neq̃ dixisset ipsam in nostri admonitionẽ scripta, neq̃ magistrũ nobis instituisset, quẽ non putasset esse deũ: neq̃ nos p ea quæ ab illo tunc facta sunt nos terruisset, quasi in illius manus olim casuros. Nunc autẽ quia monstrauit, qd in illius manus iterũ sumus casuri: & qđ uterq̃ populus & ille, & hic illius legibus regantur, meminit omnium illorum & dixit, quòd ad nostri admonitionẽ scripta sunt. Igitur cùm hæc sciamus, tã futuris quã præteritis credamus. Si autẽ sunt quidam futuris nõ credentes, illos ad uirtutis studium à præteritis inducamus, narremus quæ Sodomitis euenerunt, dicamus de diluuio, cõmemoremus de Aegyptiis, ut aliorũ resipiscentes pœnis, & uitã agant optimã, & fideliter de gehenna & resurrectione credant. Quia & nũc quot quot iudiciũ nõ credũt, hoc à uita peruersa, & conscientia mala patiũtur: qđ si expurgemus ipsorum peccata, & timore futurorũ erudiamus, & ut de futuris fideliter sentiant persuadeamus. Nã sicut mala dogmata impurã inducere cõsueuerũt uitã, ita & uita peruersa, dogmatum peruersitatẽ sæpe parit. Qđ scilicet ne fiat, ideo uerba hæc & nobis omnibus, & aliis cantauimus, ut in recta fide perseuerãtes, & uitam optimã agamus. Atq̃ hoc ubiq̃ sermo- D nibus docui, quia sine ea nulla rectorum dogmatũ utilitas. Fiant hæc precibus sanctorũ & patronorũ omnium, ut seruemus dogmatũ rectitudinem, quã supnè & à progenitoribus accepimus: & adiiciamus illis congruam uitã, & promissa bona cõsequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri simul & spiritui sancto sit gloria, imperiũ, honor, nunc & semper, & in secula seculorũ, Amen.

Diui Ioannis Chrysostomi homilia in dictum Apostoli ad Corinthios: Oportet & hæreses esse. 1. Co. 11. c

Oncionẽ uestram sermone dudum satis incendi, cũ inducerem Hierusalem suarum ca
c lamitatum uobis & nunciam, & lamentatri cem. Et quia tunc uidi oculos uestros turgidos, lachrymarũ flumina producere, mentesq̃ oium affectionibus cõfundi ac turbari: ideo statim, ut id animaduerti, tragœdia paucis absoluta, sermonẽ è medio abrupi. Eò enim progredi uidebatur luctus, ut omniũ corda planctibus dissectũ iri putarẽ. Iã aia luctu impedita, nihil sani uel dicere uel audire po- E test. At quòd hæc nunc repeto, quid ad rem? Multũ. Nã id qđ hodie diximus, admodũ simile & cognatũ est ei, qđ hodie adhuc dicere decreuimº. Vt enim quę dicta sunt hodie, ad reprimendam uitę desidiã, corrigendamq̃ in operibus nostris negligentiã conducunt: ita quæ nunc dicenda, circa diligentem articulorum fidei obseruationẽ securiores nos reddere poterant, ut sic undequaq̃ in mensuram Christi per uenientes, iuxta diuum Apostolum, in unum inte- Coloss. 1. grũ euadamus: & sicut hodie ea, q̃ ad corpus pertinebãt, curabamus: ita nunc q̃ ad caput spectant tractabimus, & hodie quidẽ uerba Hieremiæ, nũc autẽ uerba Pauli. Ex uerbis uero Pauli, de qbus nũc agendũ, hæc nobis proponũtur: Oportet autẽ & hæreses esse, ut probati manifesti fiant inter uos. Haud contemnendũ, qđ quæritur: Nã si Paulus cõsulendo diceret, Oportet & hæreses esse, inculpati forẽt hæresiarchæ. At qui nõ ita sentit, neq̃ hoc cõsulentis, sed futura prædicẽtis uerbũ est. Quomodo & medicus uidens ægrũ gulæ & ebrietati, interdictisq̃ aliis deditũ dicit: profectò necesse est ut incõtinentia hęc febrim F pariat: qbus uerbis non legem statuit, neq̃ consulit, sed è præsentibus futura coniectat. Similiter & agricola & natura, cũ uidet conglobari nubes, & audit tonitrua, dicit: Fieri nõ potest, quin nubes illę pluuiã & ualidos imbres, pariant. Neq̃ hi laudant, sed prędicunt quod apparet. Paulus quoq̃ eadem ratione posuit uerbum: Oportet. Et nos sæpenumero, cũ uidemus homines inter se disceptare, grauiq̃ dicacitate mutuũ inuadere, dicimus: Oportet qđ ex huiusmodi pugna magnũ quoddã malũ oriatur. Quibus tamen uerbis, neq̃ nos cõsulimus, neq̃ quempiã incitamus: sed quid futurũ sit, ex pręsentibus diuinamº. Ita sanè nec Paulus aliquid consulit, dũ dicit: Oportet etiam hæreses in uobis esse, sed prædicit ac prophetat rẽ euenturã, cæterũ hæreses consulit minimè. Ipse enim est, qui dicit: Si angelus uobis aliud euan- Gala. 1. b gelizat, præter id quod accepistis, anathema sit. Ipse est, q circuncisionẽ prohibuit, cũ pręter tempus obseruaretur, & puritatẽ prædicationis euangelicæ in- Ibid. 5. a. terturbaret. Eiiciebat enim illam & dicebat: Si circũ- & 6. d. cidimini, Xps nihil uobis proderit. At inquies, cur igitur ad hęc causam adiunxit, dicẽs: Vt probati ma

nifesti fiant inter uos? Vt, in scripturis plerunque non
Ma.20.d & Mar. 10.g. causam significat, sed magis euentum rerum. Exempli gratia: Venit Christus, & cæcũ uidere iecit, à quo adoratus est: Iudæi autẽ illo curato faciebãt omnia, si qua miraculũ obfuscare possent, atq; ita Christũ
Ioan.9.g repellebant, tunc igitur ait: In iudiciũ ego in hũc mũdum ueni, ut qui non uident, uideãt, & qui uidẽt, cæci fiant. Ergone ea de causa uenit, ut illi excæcarentur? Nõ ideo uenit, tametsi ita euenit. Vnde sub figura redd. tæ causæ narratur euentus. Itẽ, Lex data est,
Ro.7.d.et 1.Tim.1.b ut impetũ peccãdi prohibeat, moderatioresq; faciat eos, qui illã accipierent. Sed ob illorum ignauiã diuerso modo accidit, auxit. n. peccata, & dicit Paul⁹: Lex
Rom.5.d autem subingressa est, ut peccata augeret: cũ tamen ob hoc potius ingressa fuerit, ut peccata minueret. Etiamsi secus acciderit, ob illorũ insipientiam qui eã accepẽre. Sic utiq;, ut nec hic causam reddit, sed euẽtũ indicat. Quandoquidẽ alia quędã causa est, & origo hæreticorum. Neq; inde sunt hæreses, ut probati
Mat.13.d manifesti fiant, sed aliũde occasiones acceperũt: de qua re audi Christũ, qui id nobis declarat. Simile factũ est regnũ cœlorũ homini seminãti semen bonũ
H in agro suo, cumq; dormirent hoies, uenit inimicus homo, & superseminauit zizania. Vides hæresium causam hanc esse, quòd hoies dormiuerunt, quòd negligentes fuêre, qd nõ diligenter his, quę dicta sunt, intendêre. Quapropter, ut nequis dicat, quare hoc permiserit Christus, dicit Paulus. Nil te nocebit ea promissio, si probat⁹ fueris. Inde. n. multò clarior & manifestior euades. Non. n. idẽ fuerit, nullo uel aliquo subuertente, & à nullis uel multis fluctibus pulsatũ, manere immotum & nõ circumactum. Nã ut arbores bene & diligenter radicatæ, uentorũ ui cũ agũtur hinc & inde, solidiores fiunt: sic & bene solidatas in fundamento ueræ fidei animas, quæcũq; irruunt hæreses, reddũt fortiores, tantũ abest ne subuertant. Quid autem de infirmis dicit, qui leui momento circũaguntur, & supplantãtur, neq; illi ob hæreseos impetum, sed ob suam imbecillitatẽ hoc patiũtur. Imbecillitatem, inquam, non natiuam, sed uoluntariã, quæ digna reprehẽsione, quæ supplicij rea est, quã & nos officioſẽ corrigimus, cumq; emendamus, laudamur: si inemendatã relinquimus, punimur. Iam ut
I discas, quia sobrios atq; prudẽtes nocere nõ possũt: quid est, dic sodes, diabolo peius, qd etiã inquinari⁹? Veruntamẽ ille tã malus, tamq; importunus, tãta potestate præditus, licèt omnes machinas in Iob cõuerteret, omnemq; pharetram in corpore iusti exploret, ipsum tamen non solùm non subuertit, sed & cla-
Ma.26.c et.27.a.et Ioã.13.a c. riorem fecit: & ille quidẽ nihil incommodi à diabolo accepit. Iudæ autẽ quia negligens erat ac desesperans, neque Christi consuetudo profuit. Nã post tot cõsilia, postq; plurimas illas admonitiões, mãsit, qualis erat proditor. Causa autẽ est, quia deus non adigit ui, neque cogit, si qua non uult. Itaq; nec nos, sicut neq; Iob, modò prudẽtes simus, nocere poterit diabol⁹. At si sobrij prudentesq; nõ fuerimus, sed ignaui, etiã illa q̃ prodesse possent, nõ proderũt, summamq; interim faciemus iacturam. Tantũ malum est ignauia: Quocirca Iudæis præsentia Christi nõ solũ non profuit, sed & nocuit, non ob Christum, sed ob suã ipsorum malitiam & stuporẽ: & de hoc audi Christũ dicentem: Nisi uenissem, ait, & locutus fuissem eis, peccatũ nõ haberent: nũc autem excusationem peccati
Ioã.15.d suũ non habẽt. Vides quomodo illos præsentia Christi etiã uenia facit indignos, & omnes excusationis
K effugiũ tollit: tantum mali est, non attẽdere sibiipsi, neq; q̃ sua sunt sicut par est, regere: id quod & in coporibus uidere licet. Nam qui oculis laborat, etiã à Sole offendi consueuit: qui autẽ sanus est, nec à tenebris incommodatur. Hęreo autẽ diutius in hoc sermone: sunt enim nonnulli, quibus tametsi displiceat ignauia sua, quicq; se à torpore uindicẽt, obambulãt tamen quærentes frigidas excusatiunculas, & dicũt: Nisi esset diabolus, non periremus: nisi hęreses essent, nõ supplantaremur. Amice, hæ quas prętexis causę, neminẽ læserunt unquã: sicut nihil quoq; prodest ei, q̃ salutẽ suã ignauus aut oscitabundus negligit. Proinde & tale quiddam Paulus insinuans dicit, Vt probati manifesti fiant in uobis, quasi diceret, ne turbemini, ne mœreatis: nihil. n. uos nocere poterint hęreses. Iã tametsi de hęresibus sermo sit, nõ tamen hoc ipsum agitur, qd sermo sonat: id qd uel ex his manifestũ. Est. n. prophetia, non consiliũ: prędictio, non adhortatio: euẽtus, nõ causa. Neq; hoc loco de articulis fidei loquitur, sed de pauperibus & diuitibus, de manducando, &
L nõ mãducando, de luxu ac intemperãtia diuitũ, deq; paupibus contemptis. Ferte igitur aliquantulũ, ut repetamus rem paulò altius, alioqui res uix manifesta erit. Quamprimũ apostoli uerbum pietatis seminare cœperunt, annumerati sunt eis statim tria millia, & iterum quinq; millia, eratq; ipsorũ omniũ cor, & Acto.4.f anima una. Et quis tantę concordię author? Quod illud charitatis uinculum? Quòdnam animarũ illud philtrum? Opũ contemptus. Nullus enim ipsorũ dicebat suum aliquid esse, ex his q̃ possidebat, sed erãt ipsis cõmunia oia. Omnia etenim bona statim proueniunt, ubi malorũ radix, auaritiã dico, sublata fuerit. Igitur cohęrebant inter se, uihilq; erat, quod diuelere poterat. Iã enim friuola illa uerba, Meũ & Tuũ, quę tot bella mundo inuexerunt, ex sancta illa ecclesia erant exterminata. Inhabitaturq; non aliter terra, quã ab angelis cœlũ. Non inuidebant diuitibus pauperes, neq;. n. erant diuites: non cõtemnebantur à diuitibus pauperes, non enim erant pauperes. Verũ cõmunia erant omnia, & nemo quod habebat, dicebat proprium. Insuper non sicut nũc mos habet, ita & tunc eueniebat. Nã qui nũc dant indigentibus, ha-
M bent propria: tunc autẽ dominio etiã rerum suarum renunciantes, oblatisq; omnibus nihil reliquiarũ seruabant hi, qui antea fuerãt diuites. Et si qua ex opũ contemptu inflatio esse dotuit, tollebatur & ipsa cõfestim. Siquidem modis omnibus par oium erat honor. Erat item uidere quandam pietatis speciem, nõ ex sola abiectione opum omnium in unũ conflatarum, sed etiã ex abiiciendi modo. Nã quotquot uel domos, uel agros possidebant, ea uendebãt, eorũq; precium allatum ante pedes ponebant apostolorũ. Nõ dicit, qd in manus ipsorũ ponebãt, sed ad pedes, Acto.4.g declarando simul fidẽ, pietatẽ, atq; reuerẽtiã, quam habebãt apostolis. Et qd maioris ducebãt, qd ab eis reciperentur, quã quòd darẽtur dona. Hoc enim potissimum est contemnere opes, hoc est pascere esuri-
entem Xpum, si absq; arrogãtia & fastu hoc facias, sicq; das, quasi tibiipsi plura, quã danti beneficia dare uideris: quòd si secus affectus es, neq; sic dederis ut te putes magis accipere, quã dare, nõ dedisti hoc aliis. Idẽ testatur Paulus, dicẽs: Certiores autem uos 2.Cor.8.a facio fratres de gratia dei, q̃ data fuit in ecclesiis Ma-

A cedonię, quòd profunda paupertas illorum exunda-
uit in diuitias simplicitatis ipsorũ nã pro uiribus, testor, etiã supra uires prompti fuerunt, multa cũ obtestatione rogãtes nos, ut beneficiũ & societatẽ ministerii susciperem⁹ in sanctos. Vides quomodo illos magis in hoc admiratur, quòd licèt nacti essent gratiam, orabant tamen, & obsecrabant, tantã præ se fe-
Gen.18.a rentes liberalitatẽ. Eadem de causa & Abrahã admirabilis est, non solũ quòd uitulũ immolauit, neque quòd farinam commiscuit, sed quòd multa cũ humilitate & uoluptate hospites suscepit. Accurrebat. n. ministrabat, dominos appellabat, thesaurũ innumerorum bonorũ se inuenisse putabat, siquãdo hospi-
2.Co.9.b tem uideret prætereuntem. Sic. n. duplex erit eleemosyna, & cùm damus, & cùm alacriter exhibemus. Hilarem datorem diligit deus. Esto innumera expen-
Luc.18.b deris talẽta, nisi alienus ab arrogãtia, fastu atq; inani gloria fueris, oia simul perdes. Quemadmodũ phariseus ille rerũ suarum decimator, quia de se sublimia sentiebat, & inflabatur, domum perditis oibus à templo redibat. Verũ alia ratio erat eorũ, qui apo-
B stolorũ temporibus uiuebant. Gaudebãt enim & exultabant cũ opes offerrent, maxima lucrari sese putantes, maximæq; charitatis esse arbitrabãtur, si eas ab ipsis recipere dignarentur apostoli. Et quasi hi q̃ ad magnos quosdã principatus accersiti, regias inhabitaturi ciuitates omnẽ substantiam suã in pecuniã commutant, & sic illò migrant: ita planè & tũc faciebant homines illi ad cœlũ uocati, & ad supernã metropolim, & regnum quod illic est. Nã persuasum habentes illic esse patriam, omni substantia sua in pecuniam commutata pecuniã per apostolorũ manus illò præmiserunt. Est aũt extremæ stultitiæ relinquere aliquid rerũ nostrarum in hoc loco, nobis paulò pòst etiã hinc emigraturis. Quicquid enim relinquitur, in damnum cedit. Quapropter illò præmittatur omnia, ubi & nos semper posthac sumus cõuersaturi. Hæc quoq; quia & ipsi secum reputarũt, omnẽ simul desposuerunt substantiã, fiebatq; illis duplex pietatis opus: subleuabant enim indigorum inopiã, & thesauris suis in cœlo repositis, plures & securiores suas facultates faciebant. Ab hac lege & consuetudi-
C ne iuoleuit in ecclesiis cõsuetudo q̃dã admirabilis: fideles enim oẽs in conuentibus suis postquam audissent doctrinas, post preces, post sacramentorũ communionem, soluta concione non mox domũ concedebant, sed diuites & abundantiores ãlimẽta & edulia à domibus suis auferentes pauperes uocabãt, cõmunesq; faciebant mensas, cõmunia prãdia, cõmunia cõuiuia in ipsa ecclesia. Atq; ita à communione mensę, & pietate loci undequaq; ad charitatem accẽdebãt, nõ absq; summa uoluptate utilitateq; maxima: pauperes enim tum fruebãtur cõsolatiõe qualis obtingebat: diuites uerò fructũ beneuolentiæ, & ab his quos pascebant, & à deo propter quẽ illos pascebant, assequebantur: sicq; tandẽ domum redibãt. Igitur multa quidẽ hinc eis proueniebãt bona: summum tamen omnium erat: feruens in tota cõgregatione amicitia, tanta ipsis inter sese prudentia atq; beneuolentia congregatis, non solũ cùm acciperẽt, sed & cùm darẽt beneficia. Hũc morem Corinthii processũ temporis corrumpebant, & abundatiores inuitatis sui similibus contemnebãt pauperes, & tardius ueniẽtes utpote more pauperũ secularibus negotiis detentos nõ expectabant. Vnde cõtingebat, qd̃ pau-
peres aduenientes, mensa sublata, aliis prœueniẽtibus, D
aliis tardius subsequentibus uerecũdè discederẽt. Videns igitur Paulus mala, quę tũ ex eo negotio fiebãt & postea futura, quãdoquidẽ contemnebantur pauperes mirum in modũ à diuitibus, quorum insolens erat superbia: ediuerso uerò pauperes mœsti aduersabãtur diuitibus: & qualia ex huiusce modi reb⁹ mala oriri solent, tũc quoq; usu eueniebat. Proinde prauã hanc consuetudinem emendat, & uide quãta prouidentia correptionẽ aggreditur. Incipiẽs enim sic dicit: Illud autem pœcipiens non laudo, quòd nõ in me-
lius, sed in deterius cõuenitis. Quid est, nõ in melius? 1.Co.11.d Progenitores, ait, uestri & patres substantias suas uẽdebant, & possessiones, & opes, & cõmunia oia habebãt, & magnam in primis iter se charitatem, quos cũ imitari uos debetis, non solùm nihil talium fecistis, sed etiam id ipsum, quod solum uobis reliquum erat, perdidistis. De conuiuiis autẽ loquitur, quæ in synaxi fiebãt: & ob hoc dicit, nõ in melius, sed in deterius cõuenistis: quòd patres uestri pauperibus omnes possessiones cõcedebãt, uos pauperes mensa ẽt illis concessa priuastis. Nam primũ quidem cùm cõ-
uenitis i ecclesia, audio dissidia i uobis esse, & aliqua E
ex parte credo. Vides quomodo iterũ prudẽter correctionem adhibet: non dixit, non credo: neq; dixit, credo, sed medio uerbo usus est, Aliqua ex parte ẽt credo, nõ omnino credo, neq; omnino discredo uel hoc, uel illud oibus modis contingisse. Vos domini, siquidẽ emendati fueritis, non credo. sin ita perseueraueritis, credo. Igitur nõ accusauit, & accusauit tamen. Non accusauit perfectè, ut legitimã ipsis pœnitentiæ correctionisq; spem daret. Non reliquit absq; reprehensione, ut ne manerent in ignauia sua. Nõdũ oino credidi dicit: hoc enim est quòd dicit, ex aliqua parte credo. Hoc autem dicebat, admonẽs ut imitarentur & corrigerẽtur, utq; auocaretur, ne tale qd aduersus eos crederet, etiãsi ex parte crederet. Oportet enim & hęreses in uobis esse, quò q̃ probati sunt, manifesti fiant inter uos. Dic igitur quę illæ hæreses? Hic attendite, quòd non de articulis fidei dictũ est, oportet inter uos hæreses esse: sed de discordia, & sectis circa mensam. Nam eũ dixit, oportet etiam hæ-
res esse, subdit modum hæreseon. Igitur cùm conue- F
nitis in eundem locum, non licet dominicam cœnã mãducare. Quid est, dominicam cœnã manducare? Non est comedere herilem cœnam. illam autem cœnam dicit, quã suprema nocte tradidit Christus, cũ discipuli omnes essent cũ eo. In illa enim cœna & do- Ioan.13.a minus, & serui omnes simul sedebant: uos autẽ cùm sitis conserui, inter uos tamen dissidetis & diuidimini: & Christus quidem neq; proditorem abegit: nã & Iudas tum cum ipsis erat, tu autẽ fratrẽ depellis. Ob hoc dicit, nõ est dominicam cœnam mãducare, uocans dominicã cœnam, quæ omnibus simul conuocatus concordieer, & cõmuniter sumitur. Vnusquisq; enim, dicit, propriã cœnam occupat in edẽdo, & hic qdẽ esurit, ille uerò ebrius est. Et ibi ebrietatis quoq; nomine magis eos corripit, quãuis utrobiq; immodica dicit, famẽ uidelicet & ebrietatem nominando. Etenim tu distenderis uoracitate, ille autẽ fame putrescit, tu pluribus quàm opus sit participas, ille neq; necessarijs fruitur. Itaq; duplex hoc corruptæ ęqualitatis malum hæreses uocat. Siquidem cõtentiosę inter se recũbebant & tumultuabantur: & ille qdẽ esuriebat: hic uerò inebriabatur. Ideo rectè dicebat, cõ-

G ueniētibus uobis in unum. Cuius enim gratia cōue
niſtis, ait? Quid uult ſibi cōuētus ille? Cuius gratia fa
cta eſt collecta? Siquidem menſa non ſit communis.
Dominicæ ſunt opes quas accepimus, etiā conſeruis
1.Cor.11.c noſtris cōuiuia propoſita ſint. Num ſanè domos nō
habetis ad edendum & bibendū? An eccleſiā dei co-
temnitis, & pudefacitis eos, qui non habent? Tu qdē
putas quaſi fratrem ſolū iniuria afficias, redūdat au-
tem etiam iniuria in locū illum. Eccleſiam enim to-
Eccleſia. tam cōtemnis. Propterea enim eccleſia dicitur, quia
cōmuniter omnes accipit. Cur ergo i eccleſia dapſi
litatem domus tuæ introducis? Iam ſi fratrem contē
nis, reuerere ſaltem locum. Nā & eccleſiæ iniuria fit.
Signanter aūt non dicit, priuatis eos qui non habēt:
uel, non eſtis miſericordes eis qui nō habēt: ſed quid
ait? pudefacitis eos, qui nō habēt. Quo curioſiſimū
quoq; ipſorum luxum reprehendit: nō enim tam cu-
ræ pauperibus eſt quomodo alantur, quā dedecori
cū iniuria affic untur. Vides quo pacto honeſtè de-
his reſpondit, illoſq; grauius increpat? Quid uobis di
cā, laudabo uos? in hoc nō laudo. Quid hoc? Poſtq̄
H indignitatem rei declarauit, ſubiungitur accuſatio,
optimoq; iure ut ne fiāt impudētiores. Nā prius quā
indignitatē facti demonſtraret, perfectā negationē
protulit dicendo: Hæc præcipiens nō laudo. Vbi au
tem ſatis diligenter demōſtrauit dignos eos eſſe mul
tis reprehenſionibus, ſubiunxit accuſationem, q̄ ſu-
perioribus uerbis, declarationi cōgrueret. Relicta au
tem in medio & ſuſpēſa accuſationis uehemētia, ad
myſticā menſam conſequenter ſermonē uertit, plus
1.Co.11.a ipſos uolēs terrere. Ego enim. ait, accepi à domino,
quod & tradidi uobis. Qualis hæc eſt cōſequētia, de
communi diſputas prandio &, ſacramēta comemo-
ras? Etiam, ait. Nam ſi etiā ſpiritualia illa, tremēdaq;
mēſa ex æquo oībus diuiti & pauperi proponitur: ne
que ea fruitur uberius diues, & parcius paup, ſed om
nium unus honor eſt, & idem acceſſus. Donec om-
nes communicent & participes fiant ſpiritualis illius
cibi, quæ propoſita ſunt nō retrahūtur, ſed ſtātes ſa-
cerdotes omnes expectāt, etiam pauperrimum om-
nium: quantò igitur magis in menſa illa corporali ita
fieri conuenit? & ea pp meminit huius dominicę cœ
næ. Ego enim accepi à domino, quod & tradidi uo-
I bis, qđ dominus Ieſus in ea nocte qua tradebatur,
Mat.16.c accepit panē, & actis gratiis fregit ac dixit: Hoc meū
eſt corpus, qđ pro uobis frangitur, hoc facite in mei
commemorationē. Similiter & poculū peracta cœ-
na, dicens: Hoc poculum nouum teſtamētum eſt in
meo ſanguine. Deinde ubi multū diſputauit de his,
qui indignè communicant myſteriis, eosq; reprehen
diſſet grauiter, & demōſtraſſet quòd idem ſuppliciū
paſſuri eſſent, quòd hi qui Chriſtū occiderant, ſi ſan-
guinē eius & corpus abſq; probatione & temerè ac-
cipiant: rurſum ad propoſitam materiā ſermonē cō
uertit, dicens: Itaq; fratres cùm conuenitis ad come-
dēdum, alius alium expectate: quòd ſiquis eſurit, do
mi edat, ut ne ad iudicium cōueniatis. Vide quomo-
do latēter etiam gulam ipſorum tanxat, & nō dixit,
Si autem eſuritis: ſed, quòd ſiquis eſurit, ut unuſquiſq;
ſibi reus eſſe uideatur reprehenſionū, præueniēs ſe-
ipſum corrigat. Vnde & à maiori metu ſuppliciī ſer-
monem claudit, dicens: ut ne in iudiciū cōueniatis,
hoc eſt, in condemnationem: quaſi diceret: nō eſt ci-
bus, neq; menſa, quæ cū deſpectu fratris & eccleſiæ,
cumq; tanta gula & intēperantia exhibetur. Nō ſunt
hæc contemnenda, ſed ſunt uerius uindicta & ſuppli K
cium. Magnam enim inde meremini & contrahitis
pœnam uobis inſtigendā, ſi fratres iuiuriis afficitis,
ſi eccleſiam cōtemnitis, ſi priuatam domum ex ſan-
cto loco facitis, quia ſeorſum comeditis. Dilecti, ſubi
& uos hæc audiueritis, obdurate ora eorū, qui ita ru
diter & temerè apoſtolico ſermone utūtur, corrigite
eos, qui in ſuum aliorumq; damnū ſcripturis abutū-
tur. Habetis enim nūc, ut reor, quid & de quo dicat,
cū dicit: Oportet autem & hæreſes eſſe nēpe de diſ-
cordia, quæ ſit circa menſas, cū unus eſurit, alius au-
tem ebrius eſt. Reliquum cū fide rectè inſtituti fue-
rimus, uitā quoq; ad tanta dogmata dignè ſubſequē
tē declarem⁹, multa nobis ſit erga pauperes benigni
tas, multa circa indignos prouidentia ſatagamus, ſpi
ritualem quandam negotiationem exercentes, neq;
plus inquiramus, quàm noſtra exigat neceſsitas⁸, &
uſus. Hæ ueræ ſunt diuitiæ, hæc uera abundātia, hic
uerus theſaurus eſt, qui nō deficiet, ſi omnia noſtra
in cœlos transferamus: & confidimus præterea hæc
nobis repoſita, & egregiè cuſtodita. Hic nobis gemi L
nū ab eleemoſyna lucrum accreſcet. Primū, quòd de
opibus quas expēdimus nō timem⁹, ne fortè à latro
nibus & furibus, & familiariū infidelitate diripian-
tur. Secundū, quòd repoſitæ, & nō uulgariter deſoſ-
ſæ ſunt, quaſi infructuoſæ: ſed ſicut radix in pingui
plātata ſolo, q̄ nobis ſingulis annis tēpeſtiuos ſi aſ-
ſert fructus: ſic & pecunia i mānibus puperū plātata
nō ſolū in ſingulos annos, ſed & in ſingulos dies ſpi
rituales nobis fructus affert, fidētiam ſcilicet in deū,
pecccatorum abſceſſum, conſcientiam bonā, lętitiā
ſpiritualem, ſpem iucundam, aliaq; bona, quæ prępa
rauit deus diligentibus ſe. Quæ precor, ut & uos om
nes aſſequamini gratia domini, cui gloria in ſecula ſe
culorum, Amen.

Diui Ioannis Chryſoſtomi, ex Apoſtolo de fide, ſpe, & charitate, ſermo.

Poſtolus Paulus loquitur, dicens, Manēt, in-
a quit, tria iſta, fides, ſpes, charitas: maior aūt
his eſt charitas. Hæc ergo tria decurrenda
ſunt nobis, & ſingillatim pro uiribus demonſtrāda. 1.Co.13.b
Dumq; quantū ualeant, inueſtigamus: ſingula nobis
quemadmodū exercenda ſint, nouerimus. Primùm
igitur nobis definienda eſt fides. Eſt. n. fides origo M
iuſtitię, ſanctitatis caput, deuotionis principium, reli
gionis fundamentum. Nullus unquā ſine hac domi *Fides, quid.*
num promeruit: nullus ſine illa faſtigiū ſublimitatis
aſcēdit. Eſt enim fides innocens ac pura credulitas:
qua ad deū accedimus, qua p̄ceptis inſiſtimus, qua
expiata mēte dominū ueneramur. Hæc excludit du-
bia, tenet certa, promiſſa conſignat. Hāc, q tenet. fœ
lix eſt: qui deſeruerit, miſer. Hęc in eccleſia ſigna oſtē
dit, uirtutes exercet, chariſmata complet. Hęc ample
xanda nobis eſt ſemper, hæc mentis uirtute tenēda.
Per illam enim, uenimus ad Chriſtum: per illam, per
gimus ad deum: per illā, properamus ad cœlū. Hac
gubernatrice, Noe diluuiū nauigauit: per hanc Abra *Gen.7.d*
ham & benedictionem meruit, & filiū in ſenectute *Ibid.21.a*
ſuſcepit. Per hāc ex Sodomitarum interitu, Loth ſan- *Ibid.19.a*
ctiſſimus liberatus, Moyſes electus, Dauid protect⁹, *Eccl.45.a*
tres pueri de incendio erepti, Daniel à leonibus libe *1.Re.16.*
ratus. Eſt, inquā, fides pactum cum deo, cum Chri- *& ſeq.*
ſto placitū, conſignatio promiſſorū. Deniq; quoties *Dan.3.e.*
ad iſtam fidem acceditur, & pactum inter hominē *Ibid.14.f*
& deū firmatur: tūc homo deo ſe credere profitetur

& à deo

A & à deo homini pignus quoddā ſpirituſſancti tribui
tur. Teneris igitur chriſtiane, & tenes: aliud à deo ac
cipis, aliud deo promittis. Nō debes placitū deſtrue
re, cuius te pignus conſpicis retinere. Nā ſi inter ho-
mines ſemper pacta ſeruātur, & qcquid inter ſocios
aliquādo placuerit, incōcuſſa fidei firmitate tenetur
ne ſit uiolatæ fidei reus, qui aut placitū ſoluerit, aut
pactum ruperit, aut ſocialem cōuentum perfida cal
liditate mutauerit: quantò tenacius firmiusq; ſeruā-
dum eſt, quod cum deo contrahitur, quod cū Chri
ſto initur. quod in ſpem promiſſorum cœleſtiū co-
pulatur? Homines enim inter ſe nōnunquam aut fal
luntur, aut fallunt: deus autem ab homine falli non
poterit. Quicquid promiſeris, exigit: quicquid uoue-
ris, inquirit: adeò ut cū iudicij uenerit dies, & ſingulo
rū pacta uel ſpōſa recitari iubēte domino cœperint:
aut ſeruatæ fidei præmium, aut uiolatæ ſuppliciū tri
buetur. Vt enim ipſe fidelis eſt reddendo, ita fidelem
exigit de promiſſo. Talem hominē q̄rit erga ſe ſemel
deus exiſtere, qualem ſeipſum homini deſiderat ex-
hibere. Ego, inquit domin⁹, promiſſa nō muto: ego
B quod deſtinaui, attribuo. Ego tibi præmia, quæ ſpo
pondi, diſpenſo: ſi tamen, qđ credis, exhibeas: ſi fidē,
quā polliceris, adimpleas: ſi actibus ſanctis, qđ uoue
ris, oſtēdas. Cæterū ſi aliud geſſeris, q̄ uoueris: & fi-
dei nomē perfida uoluntate diſſolueris: non modò
præmiorū compos eſſe nō poteris, ſed & deſtinato
ſuppliciō neceſſe eſt ſubūgaris. Aliud eſt. n. eſſe, qđ
diceris: aliud dici, quod non ſis. Non poteſt ad præ-
mium tendere, qui profeſsionē noluerit adimplere:
nec accipere poterit, quod promittitur, niſi antè im
pleuerit, quod iubetur. Dictū eſt igitur, licèt pauca,
Spes, quid. de fide. De ſpe quoq; aliqua proſequamur. Spes eſt
futuræ pollicitationis religioſus aſſenſus, promiſſæ
gloriæ deuota intentio, ſanctorū deſtinata ſublimi-
tas, bonorū expectatio futurorū. Spes eſt, inquam,
cognitio fidei, credulitatis propinquitas, deſtinatū
præmiorū tēpus, futura expectatio meritorū. Quæ
duo, id eſt, fides & ſpes, ita certa ſibi mutua uice cō-
iūcta ſunt: ut altera ſine altera ſtare nō poſsit. Quic-
quid enim fides credendo acquirit. hoc ſpes ſuſtinē-
Abac.2.a do præſumit, dicēte propheta: Et ſi tardauerit, ſuſti-
C ne eū: quoniā ueniēs aderit, & nō tardabit. Noli à ſpe
propoſita Chriſtiane deſiſtere, noli ſuſtinēdi gloriā
perdere, noli rebellanti animo claudicare. Salomon
enim concionatur, & dicit: Væ his, qui perdiderunt
Eccl.2.c. ſuſtinentiā, & diuerterūt in uias prauas. Et qđ faciēt,
cū inſpicere cœperit deus? Noli, inquā, à ſpe propoſi-
ta chriſtiane deſiſtere, noli à cœpto itinere declina-
re: feſtina, quò tendis: quò properas, peruenies. Currē-
tis greſſus nō retrahat inimicus: feſtinantis animum
ſpes ipſa perducat ad deū. Veloces ſequere, tardiores
attrahe, pigros deſere, fortiores fortiter imitare. Tu
alios prouoca, te prouocent alij. Citò. n. quò deſide
rat, peruenit, qui uelociores ſequitur, & ueretur: ne à
tardioribus trāſeatur. Perpende, ſi potes, labores &
merita, ſudores & præmia, curſus & regna. Nec tamē
laborat, qui deo iuuante feſtinat: aut oneroſum ali
quid ſentit, cui particeps Chriſtus exiſtit. Exiguū ſen
tis, ſed immēſum eſt qđ mereris. Modicū pateris: ſed
æternū eſt, quod regnabis: quanuis uoluptas ſit ma
gna deo iuuāte currere, & Xpo comite pergere, ſauē
te domino feſtinare. In ſtadio terreſtri unus q prior
1.Cor.9.d uenerit, coronatur: in cœleſti uerò ſtadio qſquis per
uenerit, promeretur coronā. Neſcitis, inqt apoſtolus
quia qui in ſtadio currunt, oēs quidē currunt, unus D
tamē accipit brauiū? Vos autē ſic currite, ut oēs acci
piatis. Et illi quidem ut corruptibilem coronā accī-
piant, nos autē incorruptam. In ſtadio quidem ter-
reno uelocitas q̄ritur, in cœleſti uerò affectus opta-
tur. Illic feſtinans, hic peruenines: illic properans, hic
perficiens coronatur. Nōnunquā enim feſtinatio fa-
tigat a deficit: feliciter uerò peruenit quem lętū iter
ad deſtinata perducit. Fides gloriam inchoat, ſpes ſu
ſtinendo conſummat. Illa fundamentū ponit, hæc
ipſum hominē conſtruit. Illa dat principiū, hęc Chri
ſtianum perducit ad ſummum. Illa initia credulita-
tis aggreditur, hæc ad conſummationē uirtutis me-
ditatur. Illa qđ promittitur, credit: hæc quod ſperat,
iā cernit. Videmus nunc, inquit apoſtolus, per ſpecu- 1.Co.13.d
lū in ænigmate: tunc autem facie ad faciē. Nunc aūt
cognoſco ex parte: tunc autem cognoſcam, ſicut &
cognitus ſum. Nec enim quiſquam poterit fidei fru-
ctū percipere, niſi qui ſpei gloriā uoluerit cōſumma-
re. Vt. n. ſine fide ſpes nō habet firmitatē: ita ſine ſpe
fides nō poteſt habere mercedē. Sanè ſi fides eſt re-
ligionis fundamentum, & ſpes conſummat, & perfi-
cit ædificiū: quomodo apoſtolus dicit charitatē eſſe E
maiorē, quæ ſine fide & ſpe nō poteſt habere firmi-
tatē? Deniq;, tolle fidē, & ſpes ubi cōſtruitur? Adime
ſpem, & ubi charitas ſublimatur? Illa enim poterunt
eſſe maiora, ſine quibus eſſe alia nō poſſunt. Igitur
ſi res ita eſt: cur charitati & non magis fidei Apoſto
lus tribuit principatū? Sed ut q̄ſtio iam dirimatur, &
quod obſcurū eſt, pareat: eſt fides, qua futura credi-
mus: ſpes, qua uentura pręſumimus: charitas, qua &
deū diligimus, & proximos honoramus. Siue enim,
inqt Apoſtolus, prophetię euacuabūtur, ſiue linguę *Ibidem.c*
ceſſabunt, ſiue ſcientia euacuabitur: ex parte. n. ſci-
mus, & ex parte prophetamus, cū autē uenerit quod
perfectū eſt, euacuabitur qđ ex parte eſt. Ceſſat. n. fi
des, ubi quod creditū eſt, uenerit: ceſſat & ſpes, ubi
quod ſperatur, affuerit. Tūc enim iā quod credatur,
non eſt: quia quod credebatur, adeſt. Tūc qđ ſpera-
batur, ceſſat: quia quod ſperatū eſt, præſens eſt. Sola
charitas ęterna eſt: quia cū deo in ſanctis eſt: & ideo
maior eſt. Deniq; nullum chariſma ſine charitate p-
fectum eſt, nullum donū ſine dilectione aptū. Quic F
quid enim chariſmatis aut doni quiſq; meruerit: de-
ſertum charitate nō ſtabit. Omnia enim quę ſpiritus
ſanctus deuotis aut impartit, aut donat: aut charita
te perficiuntur, aut ſine charitate effectum nullū ſor
tiūtur. Deniq; ipſum martyriū ſine charitate impleri
nō poterit: licèt charitas ſine martyrio ſola perfecta *Ibidem.a*
ſit. Sicut Apoſtolus loquitur, dicens: Si linguis homi
num loquar, & angelorum: charitatem aūt nō ha-
beam, factus ſum ut ęramentū tinniens, aut cymba
lum concrepans. Et ſi habuero prophetiā, & ſciero
omnia myſteria, & omnē ſcientiam: & ſi habuero tā
tam fidem, ita ut montes transferā: charitatem non
habeā, nihil ſum. Et ſi diſtribuero oīa mea, & ſi tra-
didero corpus meum, ita ut ardeā: charitatē autem
non habeam, nihil ſum. Si nec corpus ignibus tradi-
tū, & ſubſtātia donata pauperibus, nec cōmunis ſer
mo cū angelis, nec montes trāslati per fidē ſine cha-
ritate effectū habere nō poſſunt: quid charitate ſub
limius eſſe poterit, cū ipſa charitas deus ſit? Sicut Io-
annes apoſtolus loquitur: Deus charitas eſt, ut & iā
ſiquid comparaueris, parū ſit: ſi quid ſociauerit, mi- 1.Ioā.4.
nus, dū charitas deus eſt: cui comparabile nihil eſt.

G Inchoatur in mundo, perficitur in cœlo: quæritur in seculo, inuenitur in regnō. Hīc enim nec fides cœpta perficitur, nec ſpes propoſita cōſummatur. Eſſe enim fidelem charitatis eſt bonum: ſperare quod promiſſum eſt, amare eſt Chriſtum. Charitas eſt enim, quæ & fidem adiuuat, & ſpem ſibi ſociat, & utramque ſecum deo muneranti aſsignat. Sola eſt, inquam, quæ & fidem excitat, & ſpem longanimē reddit, & utrique ſemet ſociam exhibet, & magiſtram. Cum ipſis ad Chriſtum peruenit: ipſis tunc perfectione ceſſantibus, ſola in ſanctis regna cœleſtia poſsidebit. Agē nūc quiſquis es Chriſtiane, cum iſtis uiue, cum iſtis in eccleſia ſtore, cum iſtis ſancta officia exerce, cum iſtis in hoc mundo contra diabolum præliare. Ipſæ te perducant ad deum, ipſæ te leuēt ad cœlū, ipſę tecū peruenīāt ſimul ad Chriſtū.

Dictum Pauli.1.ad Corinthios.15.d. Cū ſub iecta fuerint illi omnia: tunc & filius ipſe ſubiicietur ei &c. pulchrè habes explicatum in ultimo tomo poſt ſermonem de Trinitate.

H DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI *ſermo de eleemoſyna & collatione in ſanctos, ex priore Pauli ad Corinthios epiſtola.*

Xurrexi hodie functurus apud uos legatio
e ne quadam iuſta, utili, ac honeſta, non alterius cuiuſpiam quàm pauperū nomine: qui ueſtram hanc inhabitant ciuitatem. Hi mihi hanc prouinciam iniunxerunt, non ſermonibus, nec communis conſilij ſuffragiis & ſententia, ſed miſerabilibus acerbiſsimisq; ſuis ſpectaculis. Nam cùm ad ueſtrum hunc cōuentum feſtinans, per forum & angiportus tranſirem, uideremq; in mediis biuiis iacēre multos, quorum aliis abſectæ manus, alij exoculati, alij ulceribus pleni, & incurabiles, ac protendentes eas partes, quas utpote tabidas potiſsimū neceſſariū erat cōtegerēt: extremę ihumanitatis eſſe duxi, ſi apud charitatē ueſtrā de his nō differerē, maximè, quod alioquin ex his quæ dicta ſunt, opportunitate quadam ad hoc compellor. Et ſemper quidem conuenit de eleemoſyna concionari, quandoquidem & nobis apud dominum multa ſemper opus eſt miſericordia. Nunc uerò per hoc tempus multò magis neceſſarium, cùm tantum ſit frigus. Enimuero æſtate, temporis commoditas multùm ſolatur pauperes. Extra enim periculum ſunt, ſi nudi ambulēt, cū Solis radij pro amictu ſint, ſecurumq; in nudo pauimento dormire, noctesq; ſub dio agere, neque adeò calceamentis indigent, uel potu uini, uel alimentis largioribus: contenti enim ſunt aquarum fontibus: tumultuariamq; illis menſam uilioribus oluſculis ac paucis leguminibus ipſa anni pars inſtruit. Ad q̄ accedit & alia nō minor commoditas. Nā qui domos extruunt, quiq; terrā fodiunt, & qui mare nauigant, illorum miniſterio plurimum egent. Quemadmodū enim locupleres prouentus habēt ex domibus, agris & poſſeſsionibus: ita pauperes ex manibus & corpore, & nō aliunde: ac propterea per æſtatē eſt, qđ eos ſoletur, hyeme uerò undequaq; uariis modis affligūtur & uexātur. Duo autē in primis eis moleſta ſunt. Intra, uiſcera deuaſtat fames: extra, carnē cōficit frigus. Præterea ampliore indigent alimēto, & dēſiore ueſtitu, iſuper & tecto, & ſtrato, & calceamētis, atq; multis aliis. Et qđ omnibus eſt grauius, operandi cō moditatē tempus negat. Ea propter qa pluribus habent opus, & non eſt laborandi facultas, nēmine miſeris uel mercedē præſtante, uel opus iniungēte, nos ſaltem manus porrigamus, non iam mercedem, ſed eleemoſynam daturas. Aſsiſtat autem nobis fidelis in hac legatione collega Paulus: pauperū & in egeſtate uiuentiū præfectus & procurator, miræ ſingularisq; uigilantiæ ac curę. Vnde diuiſis apud Petrū diſcipulis, pauperū curā nō diuiſit: ſed ut dicit, Dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis, ut nos in gētes ipſi in circunciſionē apoſtolatu fungeremur: Iniunxerunt ſolū, ut pauperum eſſemus memores: id qđ facere curaui. De qua re ſubinde ſermonem in epiſtolis ſuis inculcat, & nec unam inuenies, quæ ad ea nō admoneat. Sciebat enim, ſciebat quanti momēti res ſit, & propterea tanquam ædificio admirabile faſtigiū ſuperimponēs, hanc doctrinā conſiliis & admonitionibus ſuis adiicit, atq; idipſum hoc quoq; loco facit. Nā poſteaquā de reſurrectiōe diſputauit, deq; aliis oībus diſpoſuit, in hunc tādem de miſericordia ſermonem deſinit, ſic dicēs: De collatione autem in ſanctos, ſicut ordinaui eccleſiis Galatiæ, ſic & uos facite. In una ſabbatorū unuſquiſque ueſtrū. Animaduerte ſenſum & ingenium Apoſtoli, quā tempeſtiuè ad hanc admonitionem accedit. Cū enim meminit futuri iudicij, terribilisq; illius ſedis, & gloriæ qua uestiendi ſumus, modò rectè uiuamus, & immortalis uitæ, tum de hoc reliquū ſermonē infert, ut auditor ſpe bona refocillatus, facilior ſit ac benignior, atque ita maiori ipſum alacritate ſuſcipiat, utpote adhuc iudicij terrore contremiſcens, & repoſitorū aiæ bonorum expectatione geſtiens. Etenim quiſquis de reſurrectione philoſophatur, & ad futuram uitā ſe totum cōfert, nihili ęſtimabit præſentia, uel diuitias, uel abundātiam, uel aurum, uel argentum, uel ſumptuoſas ueſtes, uel delicias, uel menſę luxū, uel aliquid tale. Et qui hęc nihili faciunt, haud difficile pauperum ſuſcipient curam. Et hac de cauſa admonitionē hāc aptè ſermoni de reſurrectione ſubiunxit. Primùm autem non dicit, de collatione in pauperes, neq; in mē dicos, ſed in ſanctos: ut eruditet auditores, etiā pauperes ſi piè uiuāt admiratiōe dignos, & diuites ſi uirtutem deſpiciant eſſe contemptibiles. Ecce rex prophanus uocatur & iniquus, qa inimicus erat deo: & pauperes ſancti, qa manſueti erant, ac moderati. Neronē myſterium iniquitatis uocat, dicens: Myſteriū enim nunc agit iniquitatis. Pauperes uerò qbus nec alimenta erant, & q emendicato alebātur uictu, ſanctos appellat. Interim & occultè docet, ne efferātur animo, neq; ob hoc mandatum extollantur, quaſi aliis ut uilioribus, deſpectioribusq; pſtent & antecellant: ſed ſciant, ſibiq; ipſis certò perſuadeāt, ſummū eſſe honorē, qđ datū ſit eis illorū afflictionibus communicare. Iam dignum eſt, ut & illud perſcrutemur, quinam illi ſunt ſancti. Neq; enim hìc duntaxat mentionem ipſorum facit, ſed & alibi ſic dicens: Nūc autem proficiſcor Hieruſalē miniſtrans ſanctis. Et Lucas in Actis apoſtolorū, memor iſtorum ſanctorū ait: Cæterū diſcipulorum unuſquiq; ut abundabat, ita & decreuit, ut mittat adpauperes ſanctorū in Hieruſalem. Et iterū, quod & antea dicebam, ait, Tantū ut pauperum memores eſſemus: in quo & diligens fui ut hoc ipſum facerē, quaſi diceret: Poſtquā ſeparati ſumus, ego in Gētes, ille in Iudęos: in hoc cōmuni ſententia conuenimus, ne quantū ad pauperes attinet, ſeiungeremur. Nā quando prędicabant, Petrus

Gala.2.b

1.Cor.16.a

Rom.15.f

Aćto.11.d

Gala.2.b

A quidem Iudæis, Paulus uerò Gētibus pdicabat: quādo autem pauperum agebant curā, tunc non ſic agebant, ut Petro tantū cura eſſet Iudæorū pauperum, & Paulo tantū Gentilium: ſed procurabat Paulus ēt rem pauperum Iudęorū. Et propter hoc dicebat: Tātū ut pauperum memores eſſemus, in quo & diligēs fui, ut hoc ipſum facerem, Qui igitur ſunt illi, de quibus hìc diſputatur, & in epiſtola ad Romanos, inſup
Rom.15.f & in epiſtola ad Galatas, pro qbus & apud Macedo-
et Ga.2.b nes intercedit? Iudæi pauperes erant, q & Hieroſoly-
&.2.Co. mis degebant. Sed qua de cauſa tantā illorum habet
9.a. curā? An non in ſingulis ciuitatibus erant inopes & mendici? Cur ad illos potiſsimum mittit, & pro eis oēs orat? Sanè nō hoc egit temerè, neq; ut acceptor perſonarū, ſed ob magnam utilitatem. Proinde operæpretium fuerit, ſermonem illum aliquātò ſuperius repetere. Enimuero ut Iudæorū res corruerūt, & cōfirmata eſt uox eorū, quam dum crucifigerēt Ieſum
Ioan.19.c clamabāt, Non habemus regem niſi Cæſarē: ipſi Romanorū principatui ſubiecti, neq; ſuis ut antea uiuebant legibus, neq; per omnia ſerui erant, ut nunc: ſed
B in ordine commilitonum & ſociorū habebātur, ſic tamen, ut ipſi tributa penderēt regibus ſuis, & magiſtratus ab eis acciperent. In pleriſq; tamē & proprias ſeruabāt leges, & iuxta patrū præſcripta animaduertebant in eos qui ſecum peccarant. Nam tributū eos Romanis dediſſe hinc liquet, quia tentātes Ieſum rogabāt, ſi liceret dare cenſum Cæſari: at ipſe ſibi iuſsit oſtendi numiſma. Quod ubi mōſtratū, & lecta erat inſcriptio: Reddite, ait, quæ Cæſaris ſunt Cęſari, & q̄
Ma.22.b dei deo. Lucas quoq; teſtis eſt, templū habuiſſe mili-
Lu.20.d tes & duces qui mille præerant. Quòd Romanis ſubditi fuerint Iudæi, non pauca ſunt argumenta. Simili
Aćto.7.g ter manifeſtū, qđ propriis uſi ſunt legibus, Stepha-
Ibid.12.a num enim lapidarunt nōdum ad tribunal ductū, Iacobum fratrem domini occiderunt, Chriſtū ipſum crucifixernnt, quanuis permittēte præſide qui illorū accuſationē refutabat. Nā ea de cauſa & manus lauit dicens: Innocēs ſum à ſanguine iuſti huius. Et qa
Mat.27.c ualde urgentes uidebat, ipſe quidē ſententiam non tulit, ſed tradēdo eum per miſit illos ſua uti tyranni de, qui & oīa poſtea fecerūt, & Paulo item ſæpe fuerunt moleſti. Igitur, quia ſuis utebantur iudiciis, uſu
C eueniebat longè grauiora pati eos q ex illis crediderant. Etenim in aliis ciuitatibus qa & iudicia, & leges & principes erant, non licebat Gentilibus eos q a ſe deficiebāt, occidere, uel lapidare, uel aliter opprimere propria tyrannide uel ſententia. Ar ſiquis deprehē debatur tale quiddam præter iudicum ſententiā patraſſe, is puniebatur. Quod tamē Iudæis erat adhuc permiſſum, idq; magna licētia. Vnde grauiſsimè affligebantur, qui inter eos credebāt. Nā erant ſicut repeti
e.C.11.g. peret. Sic Paulū quoq; ſæpe flagellarunt, qđ & ipſe docet: Quinquies quadraginta min° una accepi à Iudæis. Ter uirgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum. Deniq; quòd hoc nō leui cōiectura à me dictū ſit, quid
Heb.10.f ad illos ipſos Paulus ſcribat, audi: dicit enim, Redeāt uobis in memoriam ſuperiores dies, in qbus illuminati, ingens certamē ſuſtinuiſtis afflictionū: partim quidē, dum & probris & preſſuris affecti, ſpectaculo fuiſtis omnibus: partim dū conſortes ita conuerſantium facti eſtis: ſiquidem & afflictionum quæ ex uinculis meis contigerunt, participes fuiſtis, & direptionem facultatum ueſtrarū cū gaudio accepiſtis, ſcien

D tes q̄ uos habere in uobis potiorem ſubſtātiā in cœlis ac manētem. Quin & cū Theſſalonicēſes adhortaretur, illos in mediū adducit: Vos enim imitatores *1.The.2.c* facti eſtis fratres eccleſiarū dei: quæ ſunt in Iudęa in Chriſto Ieſu, qđ eadē paſsi ſitis & uos à proprijs cōtribulibus, quēadmodū & ipſi cos à Iudęis. Hac de cauſa: qa grauiſsima ferebant præ oībus, & citra omnem miſericordiam cuncta quæ habebant eis auferebantur, ducebātur, trahebātur fugabātur, undiq; iure Apoſtolus in illorū ſubſidium alios excitat, iterum pro iiſdem Corinthios exhortans, ac dicens: De collatione autē in ſanctos, ſicut ordinaui in eccleſiis Galatiæ, ſic & uos facite. Itaq; ſatis demonſtratum eſt, qui ſunt ſancti illi, & quare pro ipſis maiorem habuerit curam: reliquū eſt, ut inquiramus etiā cur Galatarum meminerit. Cur enim non dixit. De collatione autē in ſanctos, hoc facite, in una ſabbatorū unuſquiſque ueſtrum apud ſeſe ponat theſaurizās &c. ſed cùm dixit, De collatione hac in ſanctos: adiunxit, Sicut ordinaui eccleſiis Galatiæ, ſic & uos facite? Cuius gratia hoc facit, & nō unius, neq; duarū, neq; triū me E minit ciuitatum, ſed totius gētis? Certè ut promptiores eos redderet, eſſentq; eis materia & occaſio æmulandi aliorum laudes. Et poſt hęc nouū quendā morem inſtituit. Et qs ille? In una ſabbatorū, ait, unuſquiſq; ueſtrum apud ſeſe ponat theſaurizās, quicqd commodum fuerit: ne cū uenero, tunc collationes fiant. Vnam ſabbatorum dominicā uocat. Et quam obrem hūc diem oblationi deputat? cur nō dixit ſecunda ſabbatorum, uel tertia ſabbatorū, uel alius ſabbatis? Profectò ne hoc temerè, nec abſque cauſa dictū. Nā & à tēporis opportunitate anſam capit, quò alacriores reddat offerētes. Et qd cōmodi habet ei⁹ diei tēpus, quo facilius detur eleemoſyna? Ecce, quoniam tum a labore omni ceſſatur, relaxationeq; & feriis alacrior fit animus. Et qđ multò maius eſt, innumeris eo die bonis potiti ſumus. Nam eo die deſtructus eſt iſernus, extinctū maledictū, diſparuit peccatū, confractæ inferorū portę, captiuus factus eſt diabolus, diuturnū bellum diremptū. cōciliati deo homines, noſtrumq; genus ad priſtinā, imo ad maiorē rediit dignitatem, uiditq; ſol inopinatum & admira- F bile illud ſpectaculū, quòd homo factus eſt immortalis. Hæc omnia uolens ipſe nobis in memoriam referre, diem illum in mediū attulit, ipſum in aduocatū aſſumēs, qui unicuiq; diceret, Cogita homo quāta & qualia bona accepiſti hoc die, quātis malis es liberatus. Qualis eras antea, qualis poſtea factus es. Iā ſi nos natalitia celebramus, & multi libertinorū ēt eos dies, in quibus libertate donati ſunt in mago habent honore, ita ut alii, uenerando tēpus, cōmunia faciant, alii multa munera largiantur: quātò magis nobis dies ille obſeruandus, quem ſiquis natalitium totius humanę naturę appellet, haud aberrarit? Perditi enim eramus, & inuenti ſumus: mortui eramus, & reuiximus: inimici eramus, & reconciliati ſumus. Spiritali autē honore iquam hunc diem uenerari oportet, non conuiuando, non uinum profundendo, nō ebrietati choreisq; uacando, ſed indigentes fratres liberalitate facili iuuādo. Quæ dico, nō ut laudetis tātū, ſed ut & uos quoq; imitemini. Neq; enim putare debetis hęc ſolis Corinthiis eſſe ſcripta, ſed & unicuique noſtrū, ac omnibus qui poſt nos futuri ſunt. Faciamus itaq; ſicut nobis Paulus præſcripſit, & die dominico unuſquiſq; noſtrū domi opes dominicas re-

ponat, fiatq; ex hoc lex & cõsuetudo imutabilis, nec dubito posthac nõ fore opus adhortatione uel cõsilio. Nequaquam enim tã efficax est adhortatio & sermo, ut cõsuetudo tẽpore firmata. Statuamus igitur hoc, ut dominico die aliquid in subsidium pauperũ reponamus, neq; legem postea transgrediamur, etiã quantacunq; urgeat necessitas. Iam cũ dixit, In una sabbatorũ: subdit, unusquisq; nostrũ: nõ diuitibus, ait, dico solũ, sed & pauperibus: nõ liberis solùm, sed & seruis: nõ uiris solũ, sed & mulieribus. Nullus ab hoc ministerio exẽptus, lucri ue sit expers, sed unusquisq; aliquid offerat. Neq; collationi huic obstat inopia: quantũcunq; enim paup sis, nõ es pauperior ui dua illa, quę omnem substantiam expendit: quantũ cunq; mendicus sis, nõ eris pauperior Sidonia mulie re, quæ pugillum farinæ tantũ habens, solicita erat, quo prophetam dignè exciperet, tametsi uideret circunstantes pueros, & famẽ urgentẽ &, neq; aliud qc quam haberet repositum. At qua de causa dixit, ut aliquid apud seipsum reponat thesaurizãs? Ne fortè quis erubescat & uereatur ostendere tam parum à se offerri: & ideo ait, Tu serua & custodi: & cũ paulatim paruæ oblationes iustã aliquã quãtitatẽ habẽt, tum profer in medium. Item non dixit, colligẽs: sed, thesaurizãs: ut discas qđ sumptus ille thesaurus sit, & expensæ illæ quæstus, Thesaurus, inquã, est omni thesauro melior. Nam sensibilis thesaurus, & insidiis peritur, & imminuitur, sæpe; inuentores pessũdat: cœlestis aũt ille, totus alʰ est: insidias ignorat, auferri neqt, salus possidẽtib. & accipiẽtibus, nõ cõsumitur tẽpore, nõ perit iuuidia, sed prorsus eiusmodi iniuriis supior, multa colligẽtibus affert bona. Obediamus igitur, & faciamus etiam nos ita: ut cũ priuatis sint & sacræ opes in domibus nostris repositæ, futurũq; ut per eas etiam priuatæ conseruentur. Quemadmodum si opes subditorũ in regiis promptuariis cõseruentur, per illas etiam regiæ securiores sunt: ita certè & in domo tua si pauperũ opes reposueris, & dominico die collegeris, etiam tuæ securiores erunt. Erisq; dispẽsator opum illarum à Paulo ordinatus. Et hinc collecta hęc, occasio erit ut plura colligas, modò primũ tibiipsi bonã hanc cõsuetudinem feceris: nam teipsum instigabis nullo alio consiliario habẽs opus. Hoc itaq; modo uniuscuiusq; domus ecclesia fiat, sacratas opes intra se cõseruãs. Enimuero gazophylacia quæ in tẽplis sunt, illarum symbolum gerunt. Locus in quo pauperũ opes sitę, inaccessus est dæmonibus. Et opes, q̃ in eleemosynas deputatæ, domos plʰ muniũt, quã scutum & lancea, ac arma, & seruorum & militum manus. Porrò postquam Apostolus dixit, quando, & à qbus, & quomodo reponẽdæ sint hæ opes, quãtas illas esse oporteat: offerẽtiũ arbitrio relinquit. Non enim dicit, Tantũ & tantùm offer, ut ne præcepto grauet, multis alioqui paupertatem prę texẽtibus: atq; adeò ne dicãt pauperes: Quid si tãtũ præstare nõ possumus? propterea quãtitatẽ oblationis nirtute offerentiũ determinauit. Vnusquisq; enim uestrũ, ait, apud sese reponat, thesaurizans quod cõmodũ fuerit. Quo uerbo euodo the Paul⁹ demonstrat, qđ supnè fauor, & felix euẽtus eis assistet. Non enim hoc solũ cõsiderabat quo modo, sed & ut magna cũ promptitudine pauperibus necessaria suppeditarentur. Enimuero, & deus eleemosynam nõ ob hoc solũ instituit, ut pascantur indigni, sed etiam ut dãtibus accrescerent beneficia, atq; adeò magis propter dantes, quã accipientes. Nã si pauperum duntaxat habuisset rationẽ, nihil aliud præcepisset, quàm ut necessaria eis darentur, nec dantiũ promptitudinẽ requisisset: at nunc uidere licet Apostolum hoc potissimum agere, & ordinare, ut gaudẽtes & hilares sint largitores. Et alicubi dicit, Ne ex tristitia, uel ex necessitate: hilarẽ datorem diligit deus. Ecce nõ simpliciter dicit datorem, sed eum qui libenter & uolupe benefacit. Et iterum alio in loco, Qui impertit in simplicitate, qui præest in diligentia, qui largitur in hilaritate. Et propterea uera eleemosyna est, sic dare, ut gaudeas te dare, putesq; te accipere magis quã dare. Atque hoc modis omnibus conatur, ut leue faciat pcptum, fiatq; cũ alacritate oblatio. Et considera, quot nominibus attentauit, præcepti pondus & grauitatẽ auferre. Primũ iubet offerre non unũ, duos uel tres, sed uniuersam ciuitatem logia. Collatio enim nihil aliud est, quã collectio, & symbolũ qđ omnes dant. Secundò accipientium dignitatẽ significat: nõ enim dicit, pauperes: sed, sanctos. Tertiò exemplum affert aliorum, qui simile quiddã fecerant, cùm dicit: Sicut ordinaui ecclesiis Galatię. Quartò diei opportunitatem adiicit, dicẽs: In una sabbatorũ, unusq; apud seipsum ponat. Quintò, nõ iubet oĩa simul profundi in eleemosynã, sed paulatim. Indignum enim iubere, totũ uno die offerre, & tanto tempore inopia premi: hoc enim citra rationẽ sumptuum omnino esset. Ad hæc, non decernit mensuram, sed offerentiũ arbitrio permittit, & à deo datũ declarat. Vtrunque hoci sinuat, cũ dicit, quod commodum fuerit. Adiicit & septimum alium modũ, cùm dicit, Vt ne cùm uenero, tũc collationes fiant. Quo dicto & suburget expectantes suũ aduentum, & solatur certum diem aduentus sui scribens. Neq; his contentus, aliũ etiam octauum adducit. Et qualis nam ille? *Vbi uenero aũt, quoscũq; probaueritis per epistolas, hos mittã, ut perferãt gratiã uestrã Hierosolymam. Quòd si fuerit operæpretium ut & ego ipse proficiscar, mecũ proficiscentur.* Vide quàm aliena à fastu & mansueta sit generosa illa ac beata anima: uide quàm sollicita & affectuũ plena? Noluit enim ex sua sentẽtia eligi ministraturos pauperibus necessaria, sed eorũ electionẽ ipsis permisit. Neq; iniuriæ loco habuit, quòd Corinthiorum suffragio, sententiaq;, & nõ Pauli cõstituebantur: immo absurdũ cẽsuissẽt, si secus esset actũ. Et hac[illegible]le causa permisit eis, ut quorũ erat oblatio, eorum esset & ministrorũ electio: interim & mansuetudinẽ suã demonstrans, & omnẽ ansam ac umbrã suspicionis auferens. Nam licẽt ab omni suspicione mala alienus, & Sole purior erat: ex abundantia tamẽ hoc curabat, quò infirmioribus parceret, & suspiciões effugeret: unde dicit, Vbi uenero aũt, quoscunq; probaueritis, eos mittam, ut deferãt gratiam uestram. Quid dicis Paule? Tu aũt non nauigabis, neq; subsidia accipies, sed aliis rẽ demandabis? Ne cogitãtes tale quiddam tristiores redderet, uide quomodo & hoc bene tractat. Nõ enim simpliciter dixit, quoscũq; probaueritis, mittam, sed quid? Per epistolas. Tametsi nõ corpore adero, sed literis meis affuturus, adiuuabo illorũ ministeriũ. Nũ Pauli umbra uel calceamẽtis eiʰ digni sumus? Et ille tanta apud omnes dignitate cõspicuus, reiicit honores undequaque: nos uerò stomachamur, & ęgrè ferimʰ, siquãdo nõ sentẽtia nostra, neq; suffragio & iudicio ordinãtur, q̃ subsidia illa ministrent: & iniuriam putamus, si nõ nobiscũ, & nostra sentẽtia hoc

faciunt

faciunt qui sua impẽdunt. Vide aũt qualiter eleemosynæ ubiq; meminit. Hoc loco eã non uocat mãdatum, neq; eleemosynam, sed gratiam: demonstrans quòd sicut mortuos excitare, & dęmones effugare, & leprosos mũdare, gratiæ opus est: sic ẽt pauperes iuuare, & indigis manũ porrigere, immo multò magis hoc q̃ illud. Iam licèt gratia sit, nostra tamẽ opus habet opera & studio, ut eligamus, & uelimus, & gratia dei dignos nos exhibeamus, & præparemus. Hoc quidẽ dicto egregiè ipsos consolatus est, quia literas suas cũ eis missurus esset: iterũ tamen alio maiori q̃ antea, consolatur, dum pollicetur se ipsum itineris sui socium futurũ. Si. n. fuerit operæpretium, ut & ipse proficiscar, mecũ proficiscẽtur. Et uide etiam hìc ipsius industriã. Neq; enim negauit se simul iturum, neq; omnino iturus est, sed iterũ arbitrio dantium rem submittit, eosq; dominos facit suę peregrinationis, demonstrans quanta sit hæc dignitas. Nã tanta est, quæ ẽt ipsum itineri se ut accingat, excitet. Nam cũ dicit, operæpretiũ, coniectantis est. Quòd si per omnia hanc profectionẽ abnuisset, tristiores utiq; eos reddidisset ac segniores: sin dubiè promisisset, negligentiores fecisset, & ideo nõ omnino negat, neq; pollicetur, sed sniæ Corinthiorũ submittit. Audiẽtes enim Paulũ delaturũ oblationes suas, maiori studio & alacritate ferebãtur, quòd per sanctas illas manus oblationes suæ deferẽdæ essent, & huic sacrificio preces illius accederent. Porrò si tanta alacritate hoc faciebant Corinthij obsecundaturi Paulo, tu uerò dabis domino Pauli. Nam pp pauperes deus suscipit. Qualẽ excusationẽ habiturus es, si negaueris uel distuleris? Et profectò nisi res magna, curaq; multa digna esset, ille cui totus orbis creditus, & cui curæ erant oẽs quę sub Sole ecclesiæ, uix id muneris obiisset. Igitur hæc & nos cogitemus, quoties uel dandũ uel dantibus alijs ministrandũ, ne simus difficiles, tristésue perinde ac possessiones imminuerentur. Quo enim non absurdũ? Agricola sementem facit, & q̃ habet expendit, & nõ tristatur, nec dolet, nec sumptũ se facere putat, sed lucrũ potius, tametsi incerta eius spes. Tu aũt non in tam uilibus, sed in multò maioribus, seminans & daturus pecuniã in manus Christi recusas, torpes, & inopiã prætexis? An non potuit deus præcipere telluri, ut proferat aurum elaboratum? Et enim qui dixit: Germinet terra herbam fœni, & ipsa mox protulit uiridantẽ faciem, nõ potuit præcipere, ut fontes, & fluuij auri ubiq; manẽt? At noluit, sed permisit multos inopes, tam ob illorum q̃ tuam utilitatẽ. Quandoquidem ad uirtutẽ conducibilior paupertas, q̃ diuitiæ, & his qui in peccatis sunt, non parua consolatio est, quòd indigentibus subsidiũ ferunt. Præterea huius rei tanta cura fuit deo, ut cũ nobiscũ hic ageret, carneq; indutus cũ hominibus uersaretur, nõ detrectaret, neq; erubescerer, quòd ipsemet ea quę pauperum erant dispensare uoluit, quãuis tot panes fecisset, faceretq; mandato suo quæcunq; uellet, possetq; infinitos thesauros simul mõstrare. Atqui hoc nõ fecit, sed præcepit discipulis, ut haberent marsupium & dispensarent indigis. Nam cũ ad Iudam per ænigma loqueretur de traditione, non intelligentes discipuli qđ dixisset, putauerunt dictũ, ut pauperibus aliquid daretur. Et dicit, Marsupium ipse portabat, & quæ ei dabantur. Frequens. n. deo est misericordia, non solũ eius quæ erga nos, sed eius etiam quæ ab hominibus in cõseruos fieri debet. De quo in ueteri ac noua leges innumeræ. Per omnia humanos esse iubet, in cogitationibus, uerbis, & operibus. Moses de his sursum ac deorsum sermones disseminat: Prophetæ ex persona dei clamant, Misericordiã uolo, & nõ sacrificiũ: Apostoli quoq; illis consona, & faciũt & dicũt. Proinde in hac re negligentes ne simus. Nõ enim tam pauperibus q̃ nobis prosumus, plura accipientes, q̃ dantes. Hæc nõ temerè, & absq; causa dico. Sunt. n. perquam multi, qui nonnunq̃ curiosius rogãt & inquirunt patriam & uitã, mores & artẽ, & corporis bonam ualetudinem, & inde crimina intẽtant, & ob sanitatẽ de eis pœnas exposcũt. Hinc fit, quòd multi etiam cæcitatem corporis simulant, ut eius calamitatis actu, crudelitatem immanitatemq; nostrã infectant. Quæ quidẽ si æstate contingant, grauia sunt, non tamen usq; grauia. Hyeme uerò & frigore, tam inhumanũ & crudelem iustificatorem se exhibere, ueniamq; nullã otiosis concedere, summè crudèle fuerit. Quid igitur Paulus ad Thessaloni censes dicit: Siquis laborare non uult, etiam non comedat? Vt & tu hæc audias, & nõ ad illum solũ, sed & ad te quoq; hæc uerba attinent. Pauli enim leges non solis pauperibus, sed & nobis positę sunt. Dico quid onerosum & molestum, scio uos succensere, attamen dicã. non enim ut grauẽ, sed ut emendẽ dico. Illis quidẽ otium obiicimus, ẽt in re cui debetur uenia: nos aũt eadẽ sæpe facimus omni otio grauiora. At ego, dicis, paternã hæreditatẽ habeo. An ergo quia pauper, & ex pauperibus est, & nõ contigerunt ei progenitores diuites, dignus est qui pereat? Profectò hac de causa cõmiseratione & misericordia diuitum maximè dignus est. Tu quidẽ sæpe diem teris in theatris, & in concilijs, & in cõuentibus, è quibus nulla utilitas, & multis obloqueris, & nihil te cõmitere, nec te otiosum putas: hunc aũt miserũ & ęrumnosum, in lachrymis, i precibus, in extrema miseria totum diem expendentẽ, iudicas, & ad tribunal trahis, & de eo pœnas exposcis? Hæccine humana est sniа? Igitur quando dicis, Quid dicemus Paulo? Tu ea tibi ipsi, nõ pauperibus dic. Et nõ solũ minas, sed & ueniam ibi lege. Nam ut dixit: Siquis nõ laborat, neq; comedat: adiecit, Vos aũt fratres, ne afflixeritis bonũ facientes. At qua ratione, dicis, excusabis eos? Fugitiui sunt, & peregrini, & nebulones, relictaq; patria sua in nostrã cõfluunt. Et tu hácne de causa stomacharis, ciuitatis q̃ huius coronã præcipuam uelicas, quoniam cõem patriam & portũ oẽs eam putant, & alienam propriæ præferunt? Ne tantũ præconium adulteres, ne principalem hanc patrię laudem decurtes. Olim cùm fames totum orbem inuasura esset, habitatores huius ciuitatis, his qui Hierosolymis erant, atq; adeò illisipsis, de quibus uobis totus hic sermo locutus est, per manũ Barnabæ & Saulì subsidia miserunt non parua. Qua ergo uenia digni erimus? quo excusabimur, cũ patres nostri suis opibus pauerunt eos q à longè habitabant, & ad ipsos currebãt: nos uerò etiam, aliunde ad nos cõfugientes, fugamus, & ut de eis pœnæ sumantur petimus, præsertim cũ non ignoremus, nos plurimorũ malorũ reos? Quòd si deus ita diligẽter nos scrutaretur, uti nos causam pauperũ, nullã unquam misericordiam, uel ueniam assequeremur. In quo. n. iudicio iudicatis, dicit, & uos iudicabimini. Esto igitur misẽri cors & benignus cõseruo, dimittẽturq; tibi peccata

G multa, misere, & eandem sniam inuenies. Quid tibi ipsi negotia plectis? Quid curiosus es? Si deus ita ordinasset ut percontaremur uitas & exposceremus pœnas, & curiosè aliorū mores discuteremus: an nō multi grauatim ferrent, & ad seipsos dicerēt, Quidnam hoc est? Difficilem rem nobis deus præscripsit. Non enim possumus aliorum uitam inquirere, siquidem ignoramus quid admiserint. An non multi ita dicerent? Nunc uerò cū omni hac curiositate nos liberauit, & daturum se mēsuram perfectam pollicitus est, siue boni, siue mali qui accipiant, nobisipsis negotiū facimus. Et unde hoc liquet, quòd siue bonis, siue malis dederim°, mercedē accepturi simus? Luc.6.d Hic uidelicet, quòd ipse iusit nos, ut oraremus pro insectantibus & calumniantibus nos, ut simus simiMat.5.g les patri nostro, qui in cœlis est, qui Solem suum oriri permittit super bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos. Proinde quemadmodū dominus tuus, cū multi blasphement, multi fornicentur, multi furētur, latrocinētur, sepulchris insidientur, & multa mala faciant, ipse non desinit à sua in omnes beneficen
H tia: sed communes radios, communes imbres & fructus terræ profert, suam monstrans misericordiam: Sic & tu fac, & cū adhuc tempus misericordiæ, iuua pauperes, pasce famelicos, libera afflictos, ne sis prę terea curiosè solicitus. Nā si uitas hominū discussuri sumus, nullius unquam miserebimur, & intempesti ua curiositate hac præpediti, absq; fructu, & destituti omni adiumento permanebimus, magnum interim laborem frustra & incassum subeuntes. Eapropter obsecro, ut intempestiua curiositate hac omissa, indigentibus omnibus detur, fiatq; hoc magna alacritate, ut etiam ipsi misericordiam & benignitatem apud deum assequamur. Oro, ut hoc uobis omnibus eueniat per gratiam & misericordiam domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & spiritui sancto sit gloria, imperium, & honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI Constantinopolitani, commentarium in secundam ad Corinthios epistolam, D. Erasmo Roterodamo auct. Dam.to interprete.

1 *Paulus apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, & Timotheus frater, ecclesiæ dei quæ est Corinthi cum sanctis omnibus, qui sunt in tota Achaia, gratia uobis & pax à deo patre & domino Iesu Christo. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui est pater miserationum ac deus omnis consolationis, qui consolatur nos in omni afflictione, ut possimus cōsolari eos, qui sunt in quacunque afflictione, per consolationē qua consolatur nos deus.*



3.Co.4.d Peræpretium est quærere, primū quam ob causam priori epistolæ secundam adiecerit, deinde cur sic exorsus sit à miserationibus dei, & à consolatione. Cur itaq; secundam adiecit? Cùm in priori dixisset, Veniam ad uos, & cognoscam non sermonem eorum qui sunt inflati sed uim: rursum sub æpistolæ finem, hoc ipsum seuerius etiam pollicens, Veniā enim, inquit, ad uos, K
cum Macedoniam peragraro, ⌜per Macedoniam.n. 1.bid.16.a
proficiscar: apud uos aut fortasse permānsurus sum, ⌜trāsiero
aut etiam hyematurus: cum multum interea tēporis intercesisset, non solū non uenit Corinthum, uerùm etiam cùm dies præscriptus præteriisset, tamen etiamnum contabatur, spiritu nimirum eum detinē te, in alijs multò magis necessarijs. Ob id opus habebat altera epistola, nequaquam habituras, si ad breue tēpus distulisset promissum aduentū. Cæterum non ob hanc tantū causam scripsit iterum, uerum etiā eò quòd prior illa epistola reddiderat illos meliores. Siquidē & illū qui stuprum cum uxore patris 1. Cor.5.a
cōmiserat, cui prius applaudebant super eo gloriantes, eiecerunt, ac prorsus abscsiderunt, id quod declarat cum ait, Quòd siquis contristauit, non me contristauit, sed ex parte, ne grauem uos oēs. Sufficit illi Inf.2.b
hæc increpatio, quæ facta est à pluribus. Rursumq; Inf.7.b
progressus hoc idē indicat, dicens: Ecce enim quòd secundum deum cōtristati fuistis, quantam genuit in uobis solicitudinem, immo purgationem, immo L
indignationem, immo timorē, immo desiderium, immo zelū, immo uindictam? in oibus ita gessistis uos, ut perspicuum esset uos esse puros in eo negotio. Quin & pecuniarū collectionem, quam fieri iusserat apostolus, multo studio collegerant, unde & dixit, Noui siquidem animum uestri promptitudinē, Inf.9.a
quā de uobis iacto apud Macedones, quòd Achaia iam ab anno superiori parata esset. Insuper & Timotheum, quem ad ipsos legarat Paulus, plurima cum beneuolentia exceperant, id quod declarās rursum ait, Viscera ⌜mea ⌜abūdantius affecta sunt erga uos, ⌜illius
dum ⌜recordor uestrum ⌜omniū obedietiam, quo- ⌜recordatur ue-
niam cū timore ac tremore excepistis eum. His om strū
nibus rebus cōmotus scripserat alterā epistolā. Par Inf.7.d
enim erat, ut quemadmodū peccantes increparat, ita correctos complecteretur & collaudaret. Hinc est quòd nec per totam hanc epistolam admodum inuehitur in eos, sed in paucis illius partibus, nimirū circa finem. Nam erant & apud illos nonnulli ex Iudæorum gente, qui quemadmodum sese fastu ferebant, ita Paulum traducebant, ut impostorem, nul M
lius q; pretij uirum: quod & ipse declarat, dicens: Epi 1bi.10.a
stolæ quidem graues, cæterū præsentia corporis imbecillis, ac sermo despicabilis. Quibus uerbis hoc sentire indicabāt, Quoties adest, uidetur esse nullius momenti: id enim est quod dicebant, præsentia corporis infirma. Verū enimuero cū abest, scriptis epistolis magnificē sese iactat: nam hoc indicāt illa, epistolæ graues. Atq; ut suam authoritatem confirmarēt, simulabant se non recipere literas illius. Quod ipsum quoq; subindicat cū ait, ut in eo de quo gloriantur, reperiantur, quemadmodū & nos. Ad hæc cum pollerent uirtute sermonis, illic uehemēter esse 1bid.11.d
rebantur. Hinc est quòd seipsum appellat imperitū, declarans sese nequaquam hoc nomine erubescere, neq; rem admodum præclaram esse possidere scientiam, tametsi diuersum sentit. Itaque cum probabile esset, ab his nonnullos in prauam sententiam esse deflexos, posteaquam illos laudasset super his quæ correctè gesserant, deinde eorum superbiam deiecisset, qui Iudaicas ceremonias iam intempestiuas obseruandas esse contendebant, tum demum congruenter inducit hisce de rebus increpationē. Atque argumentū quidem epistolæ, quantùm in summa

A & in transcursu licuit attingere, sic habere mihi uidetur: Superest ut epistolæ proœmiū attingamus, mox pòst Apostolo solitam salutationē exponere, quā ob causam sic exorsus sit à miserationibus dei, interim post tale exordiū operæpretiū fuit quærere dissererēq; quī factū sit, ut hic sibi Timotheū copulet. Ait.n. *Paulus apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, & Timotheus frater.* Siquidē i priorib⁹ literis pol-
Co.16.b licitus est se illū missurū, mādatq; dicēs, Quòd si uenerit Timothe⁹, uidete ut sine timore sit apud uos. Quo pacto igitur illū i proœmio sibi copulat, cū is
Ibid.4.d iā eò peruenisset iuxta pceptoris promissum? Missi.n. inqt, uobis Timotheū, q uos cōmonefaciat de uiis
Ibid.16.b meis quæ sunt in Christo, & oibus correctis reuersus est. Nam cum mitteret illum dicebat, Deducite illū in pace ut ueniat ad me, expecto.n. illum cū fratribus. Quoniam igitur receperat discipulum, cunctaq; simul cum illo correxisset in Asia, ait enim, Mānsurus sum Epheſi, usq; ad Pentecosten, rursus peru-
Ibidem. enerat in Macedoniā, meritò illum tanquā præsentē sibi copulat. Siquidē ut tū ex Asia, ita nunc ex Mace-
B donia scribit. Coniunxit enim illum sibi, partim illi hac re dignitatē & authoritatem concilians, partim suam declarans modestiam. Erat ille quidem Paulo inferior, sed charitas omnia conglutinat: unde non hic tantū, sed ubiq; illum æquat sibi: aliās ita loquēs. Vt cum patre filius, ita mecū seruiuit: aliās sic, Opus
Phili.2.c enim dei operatur, quemadmodū & ego: hic uerò
1.Co.16.b etiam fratrem appellat, modis omnibus agens, ut Corinthijs sit reuerendus & obseruandus, quòd (ut dictū est) ad eos accesserat, suæq; uirtutis specimen apud illos dederat. *Ecclesiæ dei quæ est Corinthi.* Rursus eos ecclesiam appellat, uidelicet conciliās illos, & in unū conglutinans. Nec.n. fuerit una ecclesia, diuulsis ijs qui in ea uersantur, ac seditione inter se
Ibid.1.a dissidētibus. *Cum sanctis omnibus qui sunt in tota Achaia.* Simul & Corinthios honore afficit, dum epistola ad ipsos scripta compellat uniuersos Achaicos, & gentē totā inter se conciliat. Sanctos aūt eos appellat, uidelicet indicans, siquis sit inter illos impurus, eum ab hac appellatione secluſum esse. Sed quā ob causam cū scribit metropoli, per hanc scribit uniuer-
C sis, præsertim cū id aliās non temerè faciat? Etenim cum scribit Thessalonicensibus, non eadē opera scribit uniuersæ Macedoniæ: quumq; scribit Ephesiis, non itidē complexus est totam Asiam quemadmodum & epistola quæ scripta est ad Romanos, nō pertinet ad omnes qui totam incolunt Italiam. Verùm id hic tantū facit, & in epistola ad Galatas. Neq; n. illic scribit uni ciuitati, nec duabus, nec tribus, sed oibus scribit quaqua uersum dispersis, ita loquens,
Gala.1.a Paulus apostolus non ab hominibus, neque p̄ hominem, sed per Iesum Christum ac deum patrē, qui excitauit eū à mortuis, & qui mecum sunt oēs fratres, ecclesiis Galatiæ, gratia uobis & pax. Sic & Hebræis uniuersis unica scripsit epistola, nec eos per ciuitates distinxit. Quid igitur hic fuit in causa? Mihi uidetur apud hos morbus fuisse publicus & omniū communis, eoq; uoluit epistolam omnibus esse cōmunē, quòd communi opus habebant correctione. Siquidē Galatas oēs simul habebat morbus, quē admodū & Hebræos, opinor autem quòd & Corinthios. Proinde gentē totā simul congregatā alloquitur, quemadmodum illi mos erat, apud uniuersos uerba facere. *Gratia, inquit, uobis, & pax, à deo pa-*
tre nostro, & domino Iesu Christo. Audi quā sermonis D
exordium conuenit præsenti argumento. *Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui est pater misericordiarū, & deus omnis consolationis.* Et qua in re dicet aliquis, hoc præsenti respondet argumēto? Sanè quā maximè, si cōsideraris. Vehementer contristauerat illos, & animos illorum perturbarat, quòd ad ipsos nō accessisset Apostolus, p̄sertim cū uenturū se fuisset pollicitus, sed totū interea tēpus in Macedonia consumpsisset, qua re uidebatur alios pluris fecisse quā hos. Ad eum itaq; tumultū compescendū, exponit causam quamobrē ad illos non accesserit, tametsi non protinus illā aperit. Nec ita loquitur, Scio quidē quòd pollicitus sum me uenturum ad uos, cæterum quoniā per afflictiones hactenus non licuit, date ueniā, neq; hoc superbiæ aut negligentiæ meæ tribuatis. Sed alia quadā ratione magnificentius maioreq; cū fide hoc idē agit, rem attollens consolatione, ut ne in posterū quidem percontarentur causam dilati aduētus: ac perinde facit, ac siquis pollicitus se uenturū ad aliquem id desiderātem, ubi post innumera discrimina tandē eò perue E
niret, dicat: Gloria tibi deus, quòd mihi desideratā faciem ostēderis: benedictus deus, qui periculis me liberasti. Siquidem ad hunc modū gloriam tribuens deo, excusationē parat ei, q fuerat incusaturus, nec relinquit locum querimoniæ de contatione. Pudet enim eum qui tot malis liberatus gratias agit deo, in ius trahere, ac pœnas tarditatis flagitare. Hāc ob causam ita exorsus est: *Benedictus deus misericordiarū:* his uerbis subindicans, sese a magnis periculis fuisse subductum ac liberatū. Alioqui Dauid deum non ubique eodem nominat nomine, neque ab iisdem rebus addit cognomina, sed ubi de bello uictoriaq; loquitur: Diligā, inquit, te domine uirtus mea, do- Psa.17.a
minus protector meus. Rursum ubi gratias agit, ab Ibi.26.a
afflictione & caligine qua uallatus erat, liberat⁹: Dominus, i quit, illuminatio mea, & seruator meus. Denique nunc quidē ab humanitate, nunc rursus à iustitia, nunc autē ab integro incorruptoq; iudicio cognomentū addit, utcūque postulat præsentis argumenti ratio. Consimilē ad modum Paulus in ipso
F statim exordio, ab humanitate benignitateq; deū appellat, cum ait, Deus misericordiarū: hoc est, deus qui remittū misericordiæ erga nos prestitit, ut ab ipsis portis mortis nos reduxerit. Siquidē hoc deo maximè propriū est, & illi eximiū, eiusq; naturę cognatū, taliter misereri, eoq; deū appellat misericordiarum. Cæterum tu mihi fac hinc contēplator etiam Pauli modestiam. Cum ob euangelij prædicationem periclitaretur, non ait se seruatum eò quòd dignus esset, sed propter miserationes domini: quanquā hoc postea dicit manifestius, nunc aūt adiungit, dicens: *Qui consolatur nos in omni afflictione.* Nō dixit, qui non sinit nos affligi, sed qui dum affligimur consolatur, quòd hæc ut dei potentiā declarat, ita eorum qui affligūtur auget patientiam. Afflictio inquit, patien Rom.5.a
tiam operatur. Idē hoc propheta dixit, In afflictione dilatasti me. Non dixit, non passus es me incidere in afflictionē, aut effecisti ut celeriter trāsiret afflictio, sed ea manente dilatasti me, hoc est, multam cordis latitudinem, ac relaxationem dolorum indulsisti. Quod idem eccidit in tribus illis pueris. Nec Dani.3.c
enim obstitit quò minus iniicerentur in fornacem, neque quum essent iniecti, flammam extinxit, sed

Universidad de Deusto Biblioteca

G ardente camino ſpatium latum præbuit. Quod tum factum eſt, idé deus ſemper facere conſueuit. Id tacitè Paulus quoq; ſignificans, ait: Qui conſolatur nos in omni afflictione. Quin & aliud quiddam per hęc indicat. Quidnã hoc eſt? Quòd non ſemel, neq; bis, ſed cõtinenter id facit. Neq; n. aliãs conſolatur, aliãs deſtituit, ſed ſemper idé agit omniq; tempore: ideoq; dixit, qui conſolatur, non qui conſolatus eſt: & addidit, in omni afflictione, nõ in hac tãtũ aut illa, ſed in omni. *Vt poſſimus conſolari eos qui ſunt in quauis afflictione, per conſolationem qua deus nos conſolatus eſt.* Vides ut prius attingit exculationẽ, magnę cuiuſdã afflictionis ſuſpicionẽ præbẽs auditori ſimulq; in his ipſis modeſtiã obſeruãs, dũ ait id qd accidit eſſe miſericordiã, non quòd ipſi digni eſſent, ſed ob eos qui per illos erant adiuuandi. In hoc n. inquit, conſolatus eſt nos deus, ut nos inuicẽ conſolemur. Quin & apoſtolicã dignitatẽ declarat, oſtendens quòd ſolatio refectus, ac reſpiratione refocillatus, nõ ſe ſupinat ocioq; dat, quemadmodũ nos, ſed huc potius intendit ſtudium, ut alios ungat, cor
H roboret atq; erigat. Tametſi ſunt qui locum hunc ſic intelligendum exiſtimẽt, quaſi dicat Apoſtolus: Noſtri conſolatio, & aliorum eſt conſolatio. Cæterũ mihi uidetur, hoc proœmio etiam apoſtolos qui illic erant, iactantes ſeſe, domiq; ſedentes ac delicijs indulgentes, petere: quanquã id quidẽ obſcurè, ac uelut obiter. Præcipium tamẽ erat, ut ſe de cõtatione purgaret. Etenim ſi ideo conſolationẽ nobis impertit deus, ut & alios conſolemur, ne mihi uitio detis, quòd nõ aduenerim. In hoc enim omne mihi tẽpus cõſumptũ eſt, in declinãdis inſidijs, in alliciendis infirmis, in diſcutiẽdis imminentibus malis. *Quoniã ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ſic per Chriſtũ abũdat & cõſolatio noſtra.* Ne deiiceret animos diſcipulorum, ſupra modum exaggerans calamitates, ex aduerſo demonſtrat etiã conſolationis abundãtiã, atque ita mentẽ illorum erigit, non modò mentione cõſolationis, uerumetiam per hoc quòd Chriſti meminit, dicẽs huius eſſe afflictiones, & ante cõſolationẽ, ab ipſis afflictionib⁹ adfert conſolationem. Quid, inquit, dulcius quàm me Chriſti afflictionũ
I fieri participẽ, atq; hęc illi⁹ gratia perpeti? Quid, huic ſolatio par eſſe põt? Verũ non hinc tantũ, ſed aliunde erigit animos afflictorũ. Vnde aliũde? Illinc, quòd dixit, abundant. Non enim dixit, quemadmodũ accidunt nobis afflictiones Chriſti: ſed, quemadmodũ abũdant, indicans illos non tantùm ea pati quæ paſſus eſt Chriſtus, ſed plus ẽt afflictionum ſuſtinere. Non. n. ea tantũ, inquit, ferimus quæ ille pertulit, uerũ his plura. Id ita eſſe conſidera. Vexatus eſt, perſecutionem paſſus eſt Chriſtus, flagellatus eſt, mortuus eſt: ſed nos, inquit, plura perpetimur, qđ uel ſolum ſufficere debebat ad conſolationẽ. Nec eſt qđ quiſquã hunc ſermonẽ cõdemnet temeritatis & au
Coloſ.1.d daciæ. Nam & alibi dicit, Nunc gaudeo in afflictionibus meis, & adimpleo quæ deſunt afflictionibus Chriſti, in carne mea. Ita nec illud audaciam habet
Ioã.14.b ullam aut arrogantiã. Sicut enim plura miracula edi derũt, quã edidit Chriſtus, Qui credit, inquit, in me, his maiora faciet, totũ autẽ hoc cedit in gloriã eius qui in ipſis operatur: ſic & plura quàm ille perpeſi ſunt. At rurſus totum hoc illi debet acceptũ ferri, q conſolatur eos, & inſtruit aduerſus irruentes calamitates. Vnde ſanè Paulus animaduertẽs quantam rẽ eloquutus eſſet, uide quo pacto hoc ipſum temperat, dicens: Sic per Chriſtũ abundat & conſolatio noſtra, ſimul & ad illũ totius negotij laudem referens, & hinc diuinã benignitatem prædicãs. Non. n. inquit, quanta eſt afflictio, tanta datur & conſolatio, ſed multò ampliors quia non dixit, afflictionum magnitudinem æquat modus cõſolationis, ſed excellit conſolatio, ut certaminũ tempus, rurſus aliarũ coronarum excipiat occaſio. Agè dic mihi, quid habẽt ſimile, pp Chriſtũ flagellari, & cũ deo colloq, rebusq; omnibus eſſe ſuperiorẽ, uincere perſequentiũ fæuitiã, ita munitũ eſſe ut mundus tibi manũ nõ poſſet iniicere, deniq; hinc eiuſmodi expectare præ
mia, qualia nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec 1.Co.2.d
in cor hominis aſcẽderunt? Quid ſimile, ob pietatẽ affligi, & niumeris ſolatijs à deo refocillari, à tãtis pec catis liberari, dignum haberi dono ſpiritus, ſanctificatione, & iuſtitia, neq; quenquã metuere, nullius formidine tangi: poſtremò in medijs periculis, omnibus excelſiorẽ uideri? Proinde ne cõſternemur animo in tentationibus. Nullus enim cõmunicat Chriſto delicatam agens uitã, nullus inquã iſtorũ q mol L
liter ac diſſolutẽ uiuunt, uerùm qui uerſatur in affli ctione & tentationibus, qui per anguſtã ingreditur uiam, is demum illi uicinus aſtat, quando quidem & ipſe per hanc ingreſſus eſt, ut & ait, Filius hois nõ Luc.9.b
habet, ubi caput ſuũ reclinet. Itaq; ne doleas, cùm affligeris, cogitaris primũ qui cũ habeas ſocietatẽ, deinde qũo per tentationes repurgeris, deniq; quantum lucri facias. Nihil enim aliud moleſtum eſt, q̃ deum habere offenſum. Id ſi abſit, nõ afflictio, non inſidiæ, nõ alia res ulla moleſtiã adferre poteſt animo rectè ſapienti, ſed quemadmodum exiguã ſcintillam, ſi in profundam aquam immergas, protinus extinxeris: itidem quanuis magna animi deiectio, ſi in bonam incidat conſcientiam, perit, faciléque euaneſcit. Eoq; nimirum & Paulus ſemper gaudebat, quoties in dei præſidijs ſumebat fiduciã, adeò ut ne ſenſum quidẽ tãtorũ malorum caperet: ac dolebat quidem ut homo, ſed non deiicebatur animo. Simi
liter & inſignis ille patriarcha, cùm multa moleſta Gen.22.d & ſeq.
pateretur, tamen gaudio fruebatur. Quantũ autem pertulerit conſidera. Exulabat patria, profectiones lõgas ac periculoſas ſuſtinuit, cũ adiens alienas regiones, ne ueſtigiũ quidẽ pedis illic haberet ſuũ: hic M
rurſus fames illũ excepit, coẽgitq; ſolũ uertere ac fami rurſum ſuccedit rapta coniux, ac mortis metus, tum orbitas, bellum, pericula, inſidię, poſtremò acceſsit difficultatum colophon, germani & unici filij Gen.22.b
mactatio, illa, inquã, mactatio dolorem afferẽs immedicabilem. Caue igitur putes illum quoniã facilè paruit deo, omnia illa ſine doloris ſenſu pertuliſſe. Etiãſi decies milies iuſtus fuiſſet, ſicut reuera erat, homo tamen erat, obnoxius naturæ affectionibus: quanquã nihil horũ illum deiecit, ſed ut decuit generoſum ac fortem athletã, conſtitit, & in horum unoquoq; certaminũ uictor & corona dignus pronunciatus eſt. Conſimiliter & beatus Paulus cũ uideret quaſi niuis cumulos, tentationes quotidie ingruentes, non aliter quã ſi in medio paradiſo uixiſſet, ita gaudebat geſtiebatq;. Proinde ut qui hoc gaudet gaudio, non poteſt animi pturbatione uinci: ita qui hoc nõ tenetur gaudio, à quibus liber facilè capi uinciq; poteſt, ac prorſus huic idem euenit, quaſi ſi quis arma gerens imbecillia, quãlibet leui plaga uul

A neraretur. At non item, qui undiq; probè communi
tus eſt grauí armatura, quin potius quodcunq; telũ
impactũ fuerit, diſcutiet. Nullũ enim armaturæ ge
nus ualidius, q̃ gaudere ſecundũ deũ: neq; quicquã
eſt, quod hominem eiuſmodi, deiectũ aut triſtẽ red
dere queat, ſed omnia erecto fortiq; animo perpeti
tur. Quid. n. igni peius? Quid aſsiduis tormentis cru
ciabilius? Nam etiãſi quis immenſam poſſeſsionum
uim amittat, ſi liberos, ſi aliud quodcũq;, hoc ſi ad
doloris rationẽ uoces, cæteris oibus eſt magis tyrã
Iob.1.b nicum ac uiolentũ. Pellem enim, inquit ille, pro pel
le, & omnia quęcunq; poſsidet homo, dabit pro ani
ma ſua. Neq; quicquã accidere poſsit corporis cruciatu moleſtius, attamen ẽt illa quę ne audire quidẽ
ſuſtinemus, non ſolũ tolerabilia, uerũ etiam deſiderabilia reddũtur per ſpirituale gaudiũ. Quòd ſi mar
tyrem adhuc ſemiuiuum, leuiterq; ſpirantẽ a ligno
ſeu ſartagine deponas, reperies in illo tantũ adhuc
gaudij, quantum oratione cõſequi nemo poſsit. Et
quid faciam, inquiet aliquis, quoniã non adeſt mar
tyrij tẽpus? Quid ais? Nõ adeſt martyrij tẽpus? Iſtud
B quidẽ nunq; abeſt, uerũ ſemp ob oculos noſtros uer
ſatur, ſi modò uigilemus. Neq; n. in eculeo pendere
reddit martyrẽ. Nã ſi ita eſſet, beatus Iob hoc coronæ genere careret. Neq; ad tribunal aſtitit, neq; iudi
cis uocem audiuit, neq; carnificem uidit, neq; ſuſpẽſo in eculeo ſublimiq; latera radebantur: acerbiora
tamen perpeſſus eſt q̃ multi martyres atq; ille nunciorum ſibi ſuccedentium uoces, quauis plaga atrocius uulnerabant ipſum, & undiquaque pungebãt,
& quòd ore uermium illorum arrodebatur, id erat innumerabilium carnificũ tormẽtis acerbius. Quis
eſt itaq; martyr cui hic nõ poſsit æquari? Immo martyres innumeros hic unus æquat. Nullum. n. rerum
genus eſt, per quòd ille nõ & luctatus eſt & corona
tus, per poſſeſsiones, per liberos, p corpus, per uxorem, per amicos, per inimicos, per famulos. Nam &
hi in faciem illius inſpuebant, per famem, per inſomnia, per cruciatus, per fœtores, & ob id ſanè dicebã
hunc, non uni, nõ duobus, non tribus, ſed innumeris martyribus unũ æquiparandũ. Nam præter hæc
quæ memorauimus, ipſa etiã temporis ratio multũ
C addit illius coronis, ueluti quod ante legẽ mo ſaicã,
quòd ante datam gratiam iſta paſſus eſt, quòd cõplures menſes, quòd omnia modũ excedẽtia, quòd
omnia ſimul ingruerint acerba, q̃q̃ horum unumquodq; per ſe fuit intolerabile: ad hæc, quod tolera
bilius eſſe uidetur, iactura facultatũ. Sunt tamẽ non
pauci, qui uerbera ferunt, iacturã rerum non ferũt:
quin magis earũ gratia cædi maluerũt, innumerasq;
perpeti moleſtias, q̃ ex illis quicquam amittere: potiusq; duxerunt hanc corporis moleſtiam ſuſtinere,
quàm pecuniarum iacturam accipere, ut hic rurſus
alia ſit martyrij ſpecies, harũ iacturam fortiter ferre.
Et quo pacto, dixerit aliquis, fortiter feremus? Vbi
cognoris quòd plura lucraris, q̃ perdideras, idq; uni
co uerbo, quo deo gratias agis. Nam ſi poſt nuncia
tam facultatum iacturã non turbemur animo, ſed
dixerimus, benedictus deus, lõgè maiores opes in
uenimus q̃ amiſeramus. Neq; perinde magnum fructum tuleris, ſi diuitias erogaris i egenos, obambulans & undiq; pauperes inquirens, tuasq; facultates
eſurientibus diſsipes, atq; per hoc uerbũ lucraberis.
Quãdo ne Iob quidem perinde miror domum ſuã
egenis aperientem, ut ſuſpicio celebroq;, quòd ere-

ptas facultates gratias agens acceperit. Hoc ipſum D
uerò & in liberorum amiſsione uideas licet accidere. Neq; enim hic nimorem mercedẽ capies eo, qui Gen.22.d
filium ſuum ſubduxit in montẽ, mactauitq;, ſi tuũ
morientem uidens gratias agas bono ac benigno
deo. Talis enim qua tandem in re inferior eſt Abraham? Nam ille nõ uidit quidẽ iacentem mortuum,
ſed tantũ hoc expectabat futurum: & ſi in hoc præſtat, quòd apparabat immolare, manuq; extẽta, gladium arripuit, in hoc inferior eſt quòd hic filius iacet exanimis. Quanquam & alioqui egregij facinoris ſpes illi nonnihil adferebat ſolatij, tum quòd pulcherrimum illud factũ propriæ uirtutis opus eſſet,
tum & uox é ſupernis audita, reddebat illius animũ promptiorẽ. Hic aũt nihil eſt eiuſmodi, ut iam
adamantino pectore ſit opus ei qui filium unicum
in diuitijs educatum, egregiaſq; ſpes de ſe prębentẽ,
conſpicatur in foſſa iacentẽ, porrectis ac rigentibus
membris, ut eũ caſum placidè ferat. Is ſi poterit ſedatis naturæ fluctib⁹, ſiccis oculis dicere illud beati
Iob, Dominus dedit, dominus abſtulit: ex eo ſolo Iob.1.d
uerbo, cũ ipſo Abraham collocabitur, cũ ipſo Iob E
prædicabitur. Quòd ſi etiam cohibitis mulierculârum ſingultibus, diſiectoq; lugentiũ choro, cũctos
ad glorificandum deum excitarit, immenſa tum ſupernè tum infernè feret præmia, nimirũ hominibus
illum admirantibus, angelis applaudẽtibus, deo coronante. At dixerit quiſpiam, quî fieri poteſt, ut homo cũ ſim nõ lugeam? Si reputaris quo patriarcha,
quo Iob, cũ utriq; homines eſſent, nihil iſtiuſmodi
acciderit, idq; ante datam legẽ, ante effuſam gratiã,
cumq; ambo ante tantã legis philoſophiã uixerint.
Item ſi conſideres, quòd is qui mortuus eſt, in melius cõtubernũ demigrarit, & ad meliorẽ requiem
tranſilierit: nec enim amiſeris filium, ſed in locũ tutũ
ac ſecuriorem repoſueris. Ne dixeris igitur poſthac,
non audio, pater. Cur enim iam non diceris pater,
cũ filius tuus ſuperſit? Num amiſiſti filiũ, num perdidiſti filium? Immo paraſti potius, ac tutius poſsides, eoq; nõ hic modò uocaris pater, uerũ etiam in
cœlo. Non itaq; perdidiſti patris uocabulũ, ſed acceſſit, ut iam felicius dicare pater. Nec. n. mortalis filij
poſthac diceris pater, ſed immortalis ſtrenui mili- F
tis, aſsiduè tamen domi manentis. Neq; enim quia
non adeſt, putare debes illum periſſe. Etenim ſi fortè abeſſet peregrè filius, nõ protinus tibi decederet
unà cum corporis præſentia, cognationis uocabulum. Proinde ne ſis attentus ad iacentis ſpectaculũ,
nam iſto modo reſuſcitaris ægrimoniam: quin potius abduc animum à cadauere iacente ad cœlum.
Non iſte eſt filius quem iacentem uides, ſed ille qui
auolauit, qui curſu ſe ſuſtulit in immenſam altitudinẽ. Itaque cùm uideris oculos occluſos, os cõtractum, totũq; corpus immobile, ne ſic tecũ cogites,
illud os poſthac nunq; loquetur, illi oculi poſthac
nõ uidebunt, illi pedes non amplius ambulabunt,
ſed in corruptionẽ ac tabem abibũt oĩa. Ne ſic loquaris, inquam, ſed his potius contraria: hoc os meliùs loquetur, hi oculi meliora uidebũt, hi pedes tollentur ultra nubes, hoc corpus quod nunc corrumpitur induet immortalitatem, ac filium ſplendidiorem quàm habui receptur⁹ ſum. Quòd ſi tibi doloré conciliant ea quæ uidentur, tũ ita tecũ loquitur:
ueſtimentum hoc eſt, id exuit, ut idem recipiat pretioſius. Domicilium hoc eſt, ille ſublatus eſt, ut hoc

Universidad de Deusto Biblioteca

G fiat illustrius. Vt enim nos ubi uolumus purgare do
num, nō sinimus illic manere qui inhabitāt, quò ui
delicet absint à puluere ac tumultu, sed illis iusis
pauliſper ſecedere, ſimulatq; domiciliū ſic adorna-
uerimus, ut iam tutò poſsit incoli, tum illos citra pe
riculū ullum introducimus: ita & deus facit, demoli
tur illius putre tabernaculū, atq; ipſum interim in pa
triā domū atq; ad ſeſe recipit, ut cū tabernaculō re-
purgatū atq; extructū fuerit, tum illi reddat idē ſplē-
didius ac præclarius. Itaq; ne dixeris, perijt, nec am-
plius erit. Sunt enim iſta uerba deo diffidentiū: ſed
ita potius loquere, dormit, ac reſurget: peregrè pro-
fectus eſt, rediturus cū imperatore. Quis hæc dicit?
1.Theſ.4.c Is qui Chriſtū in ſe loquentem habebat. Nam ſi cre-
dimus, inquit, quòd Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit,
ac uiuit: ſic & deus eos qui obdormierūt per Ieſum,
adducet cū ipſo. Proinde ſi quæris filiū, illic quærito
ubi imperator eſt, ubi angelorū exercitus, non in ſe
pulchro, neq; in terra, ne cū ille in tantā ſublimita-
tem ſit euectus, tu maneas humi reptans. Ad hunc
igitur modum ſi philoſophemur, uniuerſum hmōi
H mœrorē facilè diſcutiemus. Deus aūt omnis cōſola
tionis, cōſoletur corda cū omnium noſtrū, tum &
eorū qui tali luctu occupātur, & eorū qui alia qua-
piam moleſtia tenentur, donetq; ut omni moleſtia
liberentur, ut illis gaudij ſpiritalis fructū impartiat:
deniq; ut futuri ſeculi bona adipiſcantur, per gratiā
ac benignitatem domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cū
patre & ſancto ſpiritu gloria, imperiū, honor, nunc
& ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia ſecunda,

Iue aūt affligimur, pro ueſtra cōſolatione & ſa-
S *lute, quæ operatur in tolerantia eorundem malo-*
rum, quæ & nos patimur, & ſpes noſtra firma
pro uobis. Poſteaquā expoſuit unā eamq; præcipuam
conſolationis ac refocillationis cauſam, q̄ erat cum
Chriſto habere cōionem, ponit & alterā quā nunc
dicit. Hæc aūt eſt, quòd hinc diſcipulorū ſalus para-
batur. Itaq; ne deſpondeatis animū, inquit, eò quòd
affligimur, neq; turbemini, neq; formidetis, quin po
tius hoc deberet uobis addere fiduciā & alacritatē.
Ni enim nos fuiſſemus afflicti, uos oēs hæc erant in
I exitium datura. Quī ſic, & quo pacto? Nā ſi nos ob
mollitiem ac metū ceſsiſſemus malis, nec prædicaſ-
ſemus uobis ſermonē euāgelicū, per quem aſſecuti
eſtis cognitionē ueritatis, extremis in malis fuiſſent
res ueſtræ. Vides rurſus Pauli uiolentā ac inſtantem
argumētationē, ob quas res illi turbabantur, ab his
ipſis eos cōſolatur. Quò maior eſt, inquit, acerbitas
mearū perſecutionum, hoc meliorē ſpem animis ue
ſtris debebat addere, quòd eò magis augeſcat ſalus
ueſtra & cōſolatio. Quid igitur tantū momenti po-
terat habere ad conſolandi rationē, quantū quòd p
apoſtoli prędicationē tantū bonorum aſſecuti ſint?
Deinde ne uideatur totam hanc laudem ad ſe unū
rapere, uide quemadmodū has laudes cū illis cōmu
nicet. Cū dixiſſet, Si uerò affligimur, pro ueſtra con-
ſolatione & ſalute, ſubiunxit, quæ operatur in tole-
rantia eorundē malorū, quæ & nos patimur. Quan
quam hoc ipſum pòſt apertius expreſsit, cū ait hūc
in modū, Vt quemadmodū ſocij eſtis afflictionū,
ita ſitis & conſolationis. Hìc uerò tantū ſubindicat
hoc, cū ait, earundē afflictionum cōmunicata cum
illis ratione. Porrò ſenſus hic eſt, Non noſtri tantùm
operis eſt ueſtra ſalus, uerū eſt & ueſtri. Siquidem &
nos dum prædicamus, affligimur: & uos dum reci- K
pitis ſermonē euangelicum, eadē patimini quæ nos.
Nos quidē, ut uobis impartiamus quæ accepimus:
uos aūt, ut quod docui excipiatis, non aūt reiiciatis.
Quid igitur huic modeſtiæ poſsit æquari, cū illos
tantò inferiores, in eandē tolerantiæ dignitatē aſci-
ſcat, quę operatur, inquit, in tolerantia eorundē ma
lorum? Neq; enim per fidē modò paratur noſtra ſa-
lus, uerū etiam per hoc quòd talia ſerimus ac perpe
timur. Quemadmndū enim pancratiaſtes admiran
dus eſt & illuſtris, bonaq; corporis habitudine, etiā
cū artem intra ſe habet: cæterū cùm artem ac uires
ſuas exerit, cū ictus tolerat, cū ferit aduerſariū, tum
uerò maximè clarus eſt & illuſtris, eo quòd tū maxi-
mè profertur bona corporis habitudo, maximeq;
declaratur, quantū arte præſtet: Sic nimirū & ueſtra
ſalus tum magis exeritur, hoc eſt, oſtenditur, auge-
ſcit atq; intenditur, cū tolerat, cū patitur, cū omnia
fortiter ſuſtinet. Nimirū declaratio ſalutis nō in hoc
ſita eſt, ut quis alij faciat malè, ſed ut ab alijs afficia-
tur malis. Neq; dixit actiuē, quæ operatur, hoc eſt ſe
exerit in uobis: ſed, q̄ exeritur: illud ſignificās, quòd L
ad illorū promptitudinē accedēs gratia, multū mo
menti attulerit, operans in illis. *Et ſpes noſtra firma eſt*
pro uobis. Hoc eſt, etiāſi innumerabiles moleſtias pa-
timini, tamen cōfidimus futurū, ut ne in ueſtris qui-
dem perſecutionib⁹ deiiciamini: tantū abeſt ut me-
tuamus, ne his q̄ nos patimur perturbemini, quan-
do tum quoq; bona de uobis fiducia ſimus, cū ipſi
periculis iactamini. Vides quantū illis acceſſerit pro-
fectus ex epiſtola priore. Siquidē longè magnificen
tius teſtimoniū tribuit illis q̄ Macedonib⁹, quos eſ-
ſert ac prædicat tota illa epiſtola. Illis. n. metuebat,
cū ait: Miſimus uobis Timotheū ad confirmandū 1.Theſſa.3.a
uos, & ad conſolandū ſuper fide, ne quid cōmouea
mini, i his afflictionibus: nam ipſi ſcitis quòd in hoc
poſiti ſumus. Ac rurſum: Propterea non amplius mi Ibidem.b
hi tēperans, miſi: ut cognoſceret fidē ueſtrā, ne quo
pacto tentaſſet uos ille tētator, & inanis eſſet labor
noſter. De his uerò nihil ſimile dicit, ſed diuerſum
potius loquitur: *Spes noſtra firma eſt pro uobis, ſiue con-*
ſolationē accipimus pro ueſtri conſolatione ac ſalute, ſcien
tes quòd quemadmodum participes eſtis afflictionum ſic
M *eſtis & conſolationis.* Etenim quòd ob illos quidē af-
fligebantur apoſtoli, monſtrauit, dicens: Siue affligi
mur, pro ueſtri cōſolatione & ſalute. Cæterū oſten
dere uult, quòd iidē pp illos ſolatium acciperent. Di
xit hoc idē ſuperius, licēt i genere, Benedictus deus,
qui cōſolatur nos in oī afflictione, ut poſsimus con
ſolari eos, q̄ ſunt in quacūq; afflictione. Hoc ipſum
autē hìc iterū dicit, tum manifeſtius, tum ad meden
dum illorū dolori accōmodatius. *Siue enim*, inquit,
ſolatio refocillamur, pro ueſtra conſolatione. Quod aūt di
cit, hūc habet ſenſum: Noſtri cōſolatio, ueſtri eſt re-
frigeratio, etiamſi uos uerbo nō cōſoler. Si nos uel
paululum modò reſpirauerimus, ſufficit hoc uobis
ad ſolatiū. Et ſi ipſi ſolatiū nacti fuerimus, id uobis
cedit in ſolatiū, adeò noſtrū ſolatiū, ueſtrū eſſe duci
tis. Neq; n. profectò fiet, ut cū in moleſtijs fueritis ſo
cij, in lætioribus nō ſitis cōſortes. Itaq; ſi in oīb⁹ con
ſortes eſtis, tū in afflictione, tū in ſolatio, nequaquā
incuſabitis me cūctationis huius ac tarditatis noīe,
quādoquidē & affligimur pro uobis, & ſolatiū acci
pimus pp uos. Nā neq; illud graui⁹ dictū exiſtima-
ret, pp uos hęc patimur, addit, & pp uos ſolatiū acci

A pimus: neq; nos ſoli periclitamur, cū & uos cōſor-
tes ſitis earundem afflictionum: ut per hoc quòd il-
los recipit in periculorū ſocietatē, ſuęq; cōſolationis
cauſam ad illos refert, ſermonē mitiget molliatq;.
Ergo ſiue affligimur, bono eſtote animo, quando-
quidē hæc ideo perpetimur, ut ueſtra fides corro-
boretur, ſiue ſolatio refrigeramur: uos & inde gloria
mini, quòd ueſtra cauſa hoc nobis cōtingit, ut hinc
quoq; uobis nōnulla accedat cōſolatio, dū nobis
gaudij participes eſtis. Porrò ut perſpicias quòd nūc
hūc ſolatii modū ſentiat, quē capiebant, nō eò tātū,
quòd ab ipſis ſolatiū acciperet, uerū ēt quòd intelli
geret illos in reſpiratione eſſe, audi quæ ſequūtur, q-
bus hoc idē explanatius reddit, dicens: *Scientes quòd*
ſicut eſtis cōſortes afflictionum, ſic eſtis & conſolationis.
Quemadmodū enim dū nos pſecutionē patimur,
perinde doletis ac ſi ipſi pateremini, ita nouimus
quòd dū ſolatio reficimur, exiſtimetis uos eodem
frui. Quid hac anima modeſtius? Qui i periculis q-
dē tolerādis tātò ſuperior erat, ſocios appellat eos,
qui ne minimā quidē partē eorū ſuſtinebāt. In ſola-
B tio uerò, cauſam totā illis acceptā fert, non proprijs
laboribus. Deinde quoniā in genere de afflictionib⁹
bus locutus eſt, iā locum exprimit, in quo hęc per-
peſſus ſit. *Non enim uolumus uos ignorare fratres, de af-*
flictione noſtra quæ accidit nobis in Aſia. Hæc autē dici
mus, inquit, ne ignoretis quæ nobis acciderunt. Vo
lumus enim uos ſcire retū noſtrarum ſtatū, idq; ue-
hementer facere ſtuduimus, quòd ſanè maximum
1.Co.16.b amoris eſt argumentū, quod idē & in priore epiſto-
la ſubindicatū licet animaduertere, cū ait: Oſtiū mi-
hi apertū eſt magnum & efficax, & aduerſarij multi
in ciuitate Epheſo. Horū igitur memoriā refricans
atq; enarrās, q̄ multa paſſus ſit, ait: Nolo uos igno-
rare de afflictione quæ nobis accidit in Aſia. Hoc
aūt dixit ſcribens etiā Epheſiis. Cū autem Tychicū
Colo.4.b ad illos miſiſſet, dixit hāc ſibi eſſe cauſam abſentię,
unde ait: Vt autē & uos ſciatis quo in ſtatu ſint res
meæ, & quid agā, omnia uobis nota faciet Tychi-
cus dilectus frater, ac fidelis miniſter in domino,
quē in hoc ipſum miſi ad uos, ut ſciatis rerū mearū
ſtatū, cōſoleturq; corda ueſtra. Quin & in alijs epi-
C ſtolis hoc idē facit, nec id eſt acceſſoriū, ſed uehemē
ter ēt neceſſariū: partim ob charitatē, quā ſummam
habebat erga diſcipulos, partim ob aſsiduas tenta-
tiones, in quibus maximū erat ſolatiū, ultrò citroq;
certiores fieri de rerum ſtatu: quò ſimul & in rebus
triſtibus præpararēt ſeſe, & ad certamen accingerēt,
eſſentq; circūſpectiores, & in lætis pariter gauderēt.
Quanquā hic quidem & incurſum tentationum, &
quomodo ab his liberatus ſit indicat, dicens: *Quo-*
niam ſupra modum grauati ſumus ultra uires. Non ali-
uidetur quidem bis idē dixiſſe, cū ait, ſupra modū:
& ultra uires. Atqui nō ſunt hæc idem, ſed duo. Ete-
nim ne quis diceret, quid tum? ſi ſupra modū fuit
periculū, uobis non erat magnū: ſubiecit, Et magnū
erat, & uires noſtras ſuperabat, adeoq; ſuperabat,
Vt de uita quoq; deſperauerimus: hoc eſt, ut ne expe-
ctaremus quidē nos amplius uicturos: id quod Da
Pſa.87.b uid appellat portas inferorum ac dolores, & umbrā
mortis. Hoc uidelicet & Paulus hìc dicit, periculum
ſuſtinuimus, q̄d omnino mortem gignat. *Quin &*
ipſi nobis ipſis reſponſum mortis accepimus, ut ne fidētes
eſſemus in nobis ipſis, ſed in deo qui excitat mortuos. Quid
eſt, accepimus reſpōſum mortis? decretū, iudiciū, & D
expectationem. Talem enim ipſæ res uocē edebāt,
tale reſponſum dabant ea quę tum accidebāt, quòd
omnino moreremur. Verū id nō proceſsit uſq; ad
experimētum, ſed intra ſuſpicionem noſtram cōſti-
tit. Siquidem ipſa quidem rerum natura mortem
denunciabat. Cęterū dei potētia nō permiſit, quod
illa cōfirmabat, ad euentū progredi: ſed nō ultra cō
ceſsit hoc accidere quā in noſtra cogitatione & ex-
pectatione. Quapropter ait: In nobis ipſis mortis re
ſpōſum accepimus, nō in experimēto. Et quamob-
rem paſſus eſt nos in tantū uenire periculū, ut deſpe
raremus, animūq; deſpōderemus? Ne *fidentes*, inquit,
eſſemus in nobis ipſis, ſed in deo. Hæc aūt dixit Paulus,
non quòd ad eū modū affectus eſſet, abſit hoc, ſed
ita de ſe loquens alios cōponit, ſimul autē & ad mo
deſtiā uocare ſtuduit, quādoquidē in progreſſu di-
cit. Datus eſt mihi ſtimulus in carne, uidelicet de tē Infr.12.b
tationibus ſentiens, ne extollar. Tametſi deus non
ob id tātū, inquit, paſſus eſt eas incidere, ſed aliā ob
cauſam. Quā tandē iſtā? ut ipſius uirtus magis elu-
ceret. Sufficit enim, inquit, tibi gratia mea, propte- E
rea quòd uirtus mea i infirmitate perficitur. Sed quē Ibidem.
admodū dicebā, non obliuiſcitur Paulus ſuæ con-
ſuetudinis ac morū, ſeipſum inter ipſos lōgè inferio-
res annumerās, quic; multa opus habebant tū eru-
ditione, tū correptione. Etenim ſi una atq; altera ir-
ruens tentatio, ſufficit ad quibuslibet cōciliādā mo
deſtiā, quī fieri potuit ut ille qui mortaliū omnium
maximè per omnē uitam modeſtiā erat meditatus,
quic; tam magna multaq; perpeſſus fuerat, quanta
nō alius hominū, poſt tot annos, poſt philoſophiā
cœlis dignā, tanta opus habere correptione? Vnde
perſpicuū eſt, quòd hìc ut ſibi magnificè placentes
ad modeſtiā reuocaret, tumidosq; cōpeſceret, ita lo
quitur: *Ne fidentes ſimus in nobis ipſis, ſed in deo.* Ac ui-
de quemadmodum & hìc illis medeatur. Tētatio-
nes quidē, inquit, permiſſu dei, ueſtra cauſa in nos
inciderūt. Tantū honoris uobis habet deus. Siue. n. Hìc ſu.b
affligimur, inquit, pro ueſtra cōſolatione ac ſalute.
Cæterū afflictionū immodica magnitudo, pp nos
accidit, ne animo efferamur. *Supra modū enim grauati*
ſumus, & ultra uires, ne fidentes ſimus in nobis ipſis, F
ſed in deo qui excitat mortuos. Rurſum tacitè meminit
ſermonis de reſurrectione, de qua tam multa dixe-
rat in priore epiſtola, à rebus etiā preſentibus illā cō
firmans, unde & adiunxit: *Qui ex tantis mortibus eri-*
puit nos. Non dixit, ex tantis periculis, ſimul & into-
lerabile tentationū pondus indicans, ſimul & illi de
quo dixi ſermoni fidē aſtruens. Quoniā enim futu-
ri temporis res erat reſurrectio, oſtēdit hanc in ſin-
gulos etiam dies fieri. Nā quoties deus hominē de-
ploratū & ad ipſas inferorū portas perductū euo-
cat, nihil aliud exhiber, quā reſurrectionem ab ipſis
mortis faucibus retrahēs eū qui iam inciderat. Vn-
de uulgus hominū de his q̄ poſt deſperationē conua-
luerūt à morbo periculoſo, aut ex tētationib⁹ in-
tolerabilib⁹ reſtituti ſunt, ita ſolet loq. Vidim⁹ reſur-
rectionē mortuorū in hoc hoie. *Speramus autē, quòd*
& eripiet, ſimul & adiuuātibus nobis, pcādo pro nobis, ut
*in multa facie, pro dono in nos collato per multos grati*æ
agantur pro nobis. Quoniam quod dixerat, Ne ſimus
fidentes in nobis, cōe crimen & accuſatio quędam
eſſe uidebatur, nonnullos illorū tacita ſignificatio-
ne denotās, rurſum lenit ac mitigat quod dictū eſt,

G illorum preces magni ꝑsidij loco implorans, simul & illud indicans, quòd semper oportet uitã nostrã in certamine uersari. Nam quod dicit, Speramus autẽ quòd etiã eripiet, multarum tẽtationiũ uim & agmen denunciat, nõ quòd in periculis esset deserendi, nequaq̃, sed opẽ, auxiliũq; rursum promittit. Ne audientes, continenter in periculis uersandum esse, concideret animo, prius docet quantũ utilitatis adferant pericula, uelut illud: Ne simus fidentes in nobis ipsis: hoc est, ut in perpetua nos contineat modestia, & ut eorũ salus sese exereret, aliaq; permulta, uelut illud Christo consortẽ esse: Abundãt enim, inq̃t,
Hic sup.a afflictiones Christi in nobis. Itẽ pati pro fidelibus: Siue enim, inquit, affligimur, pro uestra consolatione &
Ibidẽ.b salute. Præterea illud, Quòd hæc ipsa magis effulget, quæ uim, inquit, suam exerit, in tolerãtia earundem affectionum: quodq; fortes ac patiẽtes reddũtur: super hæc omnia, quòd resurrectionẽ etiam uidere dãtur sub oculis refulgentẽ. Ex tantis enim mortib⁹ eripuit nos. Insuper, quòd ad certamẽ erãt accincti, ac iugiter ad illum respicerẽt. Speramus au-
H tem, inquit, quòd ẽt eripiet: ad hæc, quod iugiter essent in precationibus. Sic enim ait: Adiuuãtibus uobis precãdo pro nobis. Proinde posteaq̃ ostendit q̃tũ lucri adferant afflictiones, atq; hinc illos ad certa mẽ armauit: rursus delinit illorum animos, reddit̃q; ad uirtutẽ alacriores, magnũ testimoniũ reddens illorũ precibus, siquidem per has nobis Paulũ dederunt. Adiuuantibus & uobis orãdo, inquit, pro nobis. Sed quid est illud: ut ĩ multa facie, pro eo quod in uos collatũ est, dono, per multos gratiæ agãtur. Eripuit nos ex illis mortibus, uobis etiã adiuuantibus orãdo pro nobis: hoc est, dũ oẽs uos uota sunditis pro nobis. Donũ. n. in nos collatum ſhoc est, salutẽ nostram ꝓ uoluit omnibus largiri, ut multæ ꝑsonæ ipsi gratias agerent, eo quòd multæ donũ illud accepissent. Cæterũ hæc loquitur simul ut illos extimulet ad orandũ pro aliis, simul consuefaciens eos ut pro his quoq; q alijs euenerunt, gratias agãt deo, significans hoc ipsum maximè deo quoq; gratũ esse. Etenim qui studuerint pro alijs orare, multò magis utrũq; facturi sunt pro seipsis. Ad hęc aũt &
I modestiã illos docet, & ad flagrãtiorẽ charitatem prouocat. Nã si ipse, qui tãtò erat illis sublimior, eorum tamẽ precibus seruatus fuit, ut ait, atq; si donũ erat quòd deus ipsum donauerat illorũ precibus: cogita quo animo oporteat illos esse, quãtaq; uti modestia. Tu quoq; iã & illud mihi considera, quòd ẽt siquid deus ꝑstat ex misericordia, tamen multum hic momẽti adferat deprecatio. Initio siquidẽ miseri cordijs dei, salutẽ suã acceptã ferebat. Deus, inquit,
Mat.18.c misericordiarum ipse nos eripiet: hic uerò illorũ etiã
Ibid.15.c precibus acceptã refert. Nam & illum qui tã multa talenta debebat, ubi procubuisset ad genua, misera tus est. Sic enim scriptũ est: Misericordia motus, dimisit illum. Quin & Chananææ post multam instãtiam, & improbos clamores, tandem largitus est filiæ salutẽ, & tamen illam ex misericordia seruauit. Hinc itaq; discimus quòd quanquã misericordiam sumus experturi, tamẽ ut nos ipsos prius misericordia dignos præbeamus oportet. Est qdẽ misericordia, tamẽ ea dignos requirit, nec temerè obtingit q-
Rom.9.c buslibet, nec offertur ijs, qui brutis sunt affectibus,
Exo.33.d nec se sentiũt egere misericordia. Miserebor, inq̃t, cu iuscunq; misertus fuero, & miserebor quẽcunq; cõmiseratus fuero. Vide igitur quid hìc dicat, Adiuuã K
tibus & uobis deprecando. Nec totũ illis tribuit, ne eos extollat in superbiã: neq; prorsus submouet eos à cõsortio beneficij, ut illos exhortetur reddatq; prõptiores, deniq; ut illos inuicẽ cõciliet. Eoq; dicit: Vobis eã incolumitatẽ donauit deus. Siquidẽ deus frequẽter reueretur multitudinẽ, unanimem & consentientẽ in precando, ut ueluti pudore uictus non ausit illis negare. Vnde & prophetę dixit: Ego uerò nõ Ionæ.4.d
parcam huic ciuitati, in qua habitant ſplusquã quin ſcẽtũ uiquaginta milia uirorũ. ſDeinde ne putes deo opus ginti miesse multitudine, ait: Si fuerit numerus Israel ut are- lia uirona maris, reliquiæ saluæ erunt. Qũo igitur seruauit rum
Niniuitas? quoniã non solũ erat multitudo, sed mul Esai.10.
titudo cum uirtute: per pœnitentiam enim resipuit & Rom.
unusquisq; à uia sua peruersa. Porrò seruans eos di- 9.f
cebat, quòd nõ nossent dextram suam aut sinistrã. Ionæ ult.
Vnde liquet, quòd & prius ex simplicitate lapsi sint d
magis quã ex malitia: liquet, inquã, ex eo quòd pauscis admoniti uerbis immutati sunt. Quòd sic quin- ſcẽtũ uiquaginta ſmilia potuissent sufficere ad seruandos il- ginti
los, quid uetabat, quò minus & antè seruati fuerint? L
Et quã ob causam nõ ita locutus est prophetę: Ego uero non parcã ciuitati sic imutatę, sed ex superfluo μυρίας
inducit ſquinquaginta miliũ mẽtionẽ? ſNã qđ erat ϐ.ας.
futurũ id perspicuũ erat prophetæ, uidelicet illorum immutatio. Numerus aũt ac simplicitas erat incognita. Itaq; uult illos undiquaque permollire. Valet enim & multitudo quoties adest uirtus. Idem & ali
bi declarat scriptura, dicens: Deprecatio autem erat Actto.12.d
assidua, quæ ab ecclesia pro illo fiebat ad deũ. Eaq;
tantũ ualuit, ut & clausis etiã ostijs, & catenis urgentibus, & utrinq; iuxta dormiẽtibus custodibus eduxerit apostolũ, & ab omnibus illum liberarit. Verũ ut plurimùm ualet, cùm adest uirtus: ita si adsit malitia, nihil prodest multitudo. Siquidem Israelitæ, de quibus dictum est, quòd numerus illorũ esset ut lut arena maris, omnes perierunt. Quin & hi qui uixerunt tẽporibus Noë, adeò multi erãt ut essent infiniti, nec ea res quicquã illis profuit. Per se enim nihil ualet multitudo, sed si in partem accesserit.

Studeamus igitur iungi in precibus, ac pro nobis Morale.
inuicẽ oremus, quemadmodũ illi pro apostolis. Ita M
& præceptũ implemus, & ad dilectionẽ exercemur, (cũ autem dico dilectionem, omnia bona complector) discimusq; studiosi⁹ gratias agere. Si enim pro
alienis commodis gratias agimus, multò magis id Psal.33.d
faciemus pro nostris. Hoc & Dauid faciebat, dicẽs: Magnificate dominum mecũ, & exaltemus nomen eius ĩ idipsum. Hoc & apostolus ubiq; requirit, hoc idẽ & nos faciamus, ac dei in quoscũq; beneficẽtiã celebremus, ut gratiarum actionis consortes nãciscamur. Etenim si beneficio quopiã ab hominibus affecti, dũ illlud ꝓdicamus, prõptiores illos ad bene faciendũ reddimus: quãtò magis si dei beneficia cõmemoremus, ad maiorẽ illum beneuolentiã excitabimus? Et si cùm ab hominibus beneficium accepimus, alios quoq; prouocamus ad communẽ gratiarũ actionem, multò magis ad deum inuitandi sunt, qui pro nobis gratias agãt. Nã si Paulus hoc facit, cui tanta erat fiducia, multò magis ut nos idẽ faciam⁹ necesse est. Obsecrem⁹ itaq; sanctos, ut pro nobis gratias agãt, & ipsi pro nobis hoc agam⁹ mutuò. Hoc qdẽ est pcipuè sacerdotum munus, ut omniũ optimũ. Accedẽtes enim, prius pro terrarum orbe,

A próque publicis bonis gratias agimus. Quanquã. n. beneficia dei communia sunt, tu tamẽ in hac cõmunitate seruatus es. Itaque pro priuata etiam utilitate in cõmune gratias oportet agere, & pro publica priuatam par est rependere gratiarum actionem. Nam Solem deus accendit non tibi uni, sed & in commu ne omnibus. At interim totũ habes. Tantus enim fa ctus est, ut in cõmune sufficeret omnibus, tuq; solus tantum, quantum intuentur omnes homines. Itaq; æquum est ut pro communibus commodis gratias agas, & pro aliorũ uirtute, eò qđ p alios nobis multa obtingunt bona. Nã si decem iusti reperti fuissent
Gen.18.d in Sodomis, haud quaquã passi fuissent q̃ passi sunt. Ergo pro aliena quoq; fiducia gratias agamus, eaq; cõsuetudo iã olim in ecclesia plantata est. Sic & Paulus gratias agit pro Romanis, proq; Corinthiis, próque uniuerso terrarũ orbe. Neq; uerò mihi dixeris, nõ est hoc meũ benefactũ. Etenim ut tuum nõ sit, tamen debes agere gratias, quòd tale est tuũ membrum. Quanquam & alioqui quod alienum est tuũ facis, per gratiarum actionẽ, efficeris q; coronæ parB ticeps, & ob eam rem capies & ipse donũ. Eoq; precationes ad hunc fieri modum iubet ecclesiæ cõsuetudo, non solũ eas quæ funduntur pro fidelibus, uerum etiam eas quæ suscipiũtur pro catechumenis. Si quidem consuetudo fideles excitat ad supplicandũ pro nondũ initiatis. Cũ enim diaconus dicit, Pro catechumenis instanter oremus, nihil aliud quàm uniuersum fidelium populum hortatur ut pro illis oret licèt tum adhuc alieni sint catechumeni: nondum enim pertinent ad corpus Christi, nõdum mysterio rũ participes facti sunt, sed adhuc à spiritali grege diuisi sunt. Quòd si pro his obsecrandũ est, longè magis id faciendũ est pro membris nostris. Ob hoc autem ait, instanter oremus, ne uelut alienos auerseris, ne uelut peregrinos pro ignotis habeas. Non enim habent precationem legitimam, atque à Christo inductã, nondũ orandi fiduciam sortiti sunt, sed egent ieteruentu aliorũ qui sacris initiati sunt. Adhuc stãt extra atria regalia, procul à sacris cãcellis, & ideo tremẽdas illas precationes, quę fieri solent, impertimur illis: ideo diacon⁹ hortatur te, ut ores pro illis, ut tua fiant membra, ut nõ amplius sint hospites & aliena
C ti. Nam quòd dicitur, oremus, non tantũ sacerdotibus dicitur, uerũ & his qui populum constituunt. Itẽ cũ dicit, Stemus honestè, oremus, uniuersos hortatur ad orandum. Mox precationem exordiens dicit: Vt misericordissimus ac miserationũ deus ipse exaudiat preces illorum. Etenim ne dicas, Quid oremus? alieni sunt: nondũ coagmentati corpori, quomodo possim efficere ut deus reuereatur preces meas? quo pacto possum ab illo impetrare ut impertiat eis misericordiã ac ueniã? ne hæc inquam quærẽs hæreas, uide quomodo tuam soluat hæsitationem, dicẽs: ut misericordissimus deus. Ne posthac hæsites. Qui totus est misericors, miseretur oium tũ peccatorũ, tũ amicorum. Ne dixeris igitur, Qua fronte accedã in tercessurus pro illis, ipse exaudiet preces illorum. Verum catechumenorũ deprecatio quæ nã potest esse, nisi ne maneant catechumeni? Post hæc præit deprecationis modum. Quis autẽ est ille? ut deus aperiat aures cordium illorum: adhuc enim obturatæ sunt
1.Cor.2.c & occlusæ: Cæterũ aures non has dicit externas, sed animi, ut audire possint, q̃ oculus nõ uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderũt. Nõdũ audiD runt mysteria, quæ fas non est efferre, sed utrũq; pro cul & eminus stant. Iam uerò ut audiant, non percipiunt tamen quæ dicuntur, qđ ea multã desiderãt intelligentiam, nec satis est ut audiatur. At isti nondũ intus habẽt aures, eoq; precamur illis donũ prophetiæ. Sic enim propheta loqtur: Deus dat mihi linguã Esa.50.b
eruditã, ut sciam quãdo oporteat proferre sermonẽ, quoniam ipse mihi aperit os, dedit mihi manẽ, addidit mihi aurem audientẽ. Quemadmodũ enim prophetæ secus audiunt q̃ uulgus, sic & fideles aliter audiũt quã catechumeni. Hic discit etiã ipse catechumenus, se hæc non discere ab hominibus, neq; audire. Ne uocetis igitur, inquit, uobis magistrũ super terrã, Mat.23.a
sed à supernis & è cœlis eum expectate. Nam erunt oẽs à deo dociles, eoq; dicit: & erudiet illos uerba ueritatis, ita ut internè infundatur eis, eo quòd nondũ sciũt, quomodo oporteat ipsos scire uerbũ ueritatis. Vt seminet semen timoris sui in illis. Verũ id non est satis. Nã aliud cecidit iuxta uiã, aliud petra exceptum est. Cęterũ nos non isto modo postulamus, sed quẽ Mar.4.a
admodum in pingui solo sulcos aperit aratrũ, ita rogamus ut hic itidem fiat, ut in profundo mẽtis innouati recipiant iniectum semẽ, & quicquid audierint, diligenter contineant. Vnde & addit dicens: Et cõfir E
ment fidem dei in animis illorum: hoc est, non inhæreant in superficie, sed in profundo radicem agãt. Vt patefiat illis euangelium iustitię. Ostẽdit duplex operimentum, alterum in hoc quòd oculi mentis illorũ occlusi sunt, alterum in hoc quòd illis cælatũ est euãgelium: eóque suprà dixerat, ut aperiat aures cordiũ illorũ, hic uerò, ut patefiat illis euangeliũ iustitię: hoc est ut illos sapiẽtes reddat & idoneos ad excipiendũ quod traditur, utq; doceat illos, & semen iniiciat. Nã etsi iam essent idonei, nihil profuerit nisi deus reserarit. Quòd si ille quidem reseraret, hi uerò non acciperent, rursus eodem iactura reuolueretur. Vnde postulamus utrũque, ut & aperiat corda, & patefaciat euangeliũ. Nã si regales opes iacerent superiecto uelo tectę, nihil prodessent oculis intuentiũ, quemadmodũ nec apertę prodessent oculis nõ uigilantium. Horum autẽ utrunq; fit, si illi prius uoluerint. Quid autem est euangeliũ iustitię? quod reddit iustos. His uerbis pellicit illos ad cupiditatem baptismi, demonstrans, quòd euangelium non solũ remittit peccata, F
sed & iustitiam parit. Vt det illis mentẽ deo afflatã, sobriam cogitationem, & uitam cum uirtute coniũctã. Audiant fideles, q negotiis mũdanis affixi sunt. Nam si nõdum initiatis iubemur ista petere: cogita quibus in rebus uersari deceat eos, qui hęc aliis postulãt. Oportet enim habere uitã euãgelio respondentẽ, eoq; precandi consuetudo, à dogmatibus ad uitã transit. Cũ enim dixisset, ut patefiat illis euangelium subiunxit, ut det illis mentem deo afflatã. Quid est autem mens entheos? ut deus eam inhabitet. Habi- Infr.6.d
tabo, inquit, in illis, & inambulabo. Nã cũ mens redita fuerit iusta, cum exuerit peccata, fit domiciliũ dei. Cũ autẽ deus illã ihabitat, nihil humani residuũ est. Atq; ita fit mens entheos, omnia loquens diuinitus, utpote domiciliũ ihabitãtis dei. Qui turpiloqu⁹ est, profectò nõ habet mentẽ entheon, neq; q facetiis & ridiculis delectatur, sobriã habet cogitationẽ. Et quid tandẽ est, cogitationẽ habere sobriã? nimirũ animi sanitatẽ habere. Itaq; qui malarum rerum cupiditate detinetur, stupens ad ea q̃ sunt huius seculi, nequaquã esse potest sobrius, hoc est integrę mẽtis: &

G quemadmodũ qui morbo laborat, appetit ea quæ nõ oportet, similiter & hic. Et uitam cum uirtute cõiunctã. Siquidẽ dogmata, uitæ accessionẽ desiderãt. Audite hæc qui sub finẽ uitæ ad baptismum uenitis. Nos oramus, ut post baptismum, etiã uitã honestã habeatis: tu contrà studes, nihilq; non facis, ut hinc migres absq; bona uita. Quid autẽ refert si iust⁹ fias, sed sola fide? At nos optamus, ut etiã ex benefactis habeas fiduciã, ut iugiter quæ dei sunt cogites, quæ dei sunt sentias, quæ dei sunt mediteris: qui sobriam cogitationẽ uitamq; honestã, non ad unum duntaxat diem, neq; ad duos, neq; ad treis, sed per uniuersam ętatẽ totamq; uitam postulamus, deniq; fundamentum bonorum omniũ, quæ dei sunt sapere. Nã pleriq; quæ sua sunt quęrunt, nõ q̃ Iesu Christi. Quõ nã igitur pacto hoc fieri poterit? Oportet enim precibus & nostram adiungere industriam, si in lege eius meditetur die ac nocte. Vnde & hoc adiungit in precatione, dicẽs: Et in lege eius uersentur. Quemadmodum autem superius dixit, per omne tẽpus, ita hìc dicit, die ac nocte. Itaq; pudet me istorũ qui uix semel quotannis apparẽt in ecclesia. Quã enim habere possunt excusationem, qui cũ iubeantur noctes ac dies: non tantũ colloqui cum lege domini, sed in ea uersari, hoc est in ea deliciari, ne minimam quidem uitę portionem huic studio dant, ut eorũ quæ lex docet meminerint, eiusq; iustitias seruent. Vides catenam optimam, & quomodo horũ singula sibi cohęrent, multò tum firmius, tũ decẽtius posita q̃ ulla catena aurea. Siqdẽ precatus mentẽ afflatã deo, docet qua ratione hæc parare ualeat. Qua porrò ratiõe id fiet? Si iugiter in lege meditetur. Atq; hoc rursùm quo pacto contingit? Si iugiter mentẽ habeat legi intentã. Sed quomodo id persuaderi possit hominibus? Si p̃cepta eius obseruẽt. Quin potius attẽtio legis gignit præceptorũ obseruationẽ: quemadmodũ ex eò qd quæ sunt dei sapis, quodq; mentẽ habes deo afflatã nascitur legis meditatio. Nã horũ singula uelut ansę & opitulantur proximis, & à proximis adiuuãtur, ut & contineant, & contineantur. Iterum pro eis instantius obsecremus. Semper enim in prolixo sermone somnus obrepere solet animo. Rursus illum excitat, eò quòd ingentia quędam postulare cupit ac sublimia. Vnde dicit: Instãtius pro illis obsecremus. Quid est hoc? Vt eximat eos, ab omni malo & absurdo negotio: hic & illud, ne ueniãt in tentationẽ precamur, ut illos ab insidiis omnibus liberet tũ corporalibus, tũ spiritualibus. Eoq; subiicit, ab omni peccato diabolico, & ab omni circunuentione aduersarii, de tẽtationibus ac peccatis sentiẽs. Peccatum enim maximè circunuallat undiq; urgens & obsidens, & à fronte, & à tergo, atque ira nos prosternens. Iam quoniã exposuit quæ fieri à nobis decet, uidelicet ut in lege uersemur, ut illius præcepta meminerimus, iustitias eius seruemus: persuadet deinceps quòd nec ista qui dem sufficiunt, nisi ipse adsit deus & opituletur. Nisi enim dominus ædificauerit domum, inuanũ laborauerunt qui ędificant eam, præsertim in his qui adhuc expositi sunt diabolo, illiusq; subsunt imperio. Atque hęc quidem scitis, qui estis initiati mysteriis. Superest ut memineritis illorum uerborum, quibus satanę tyrannidi renunciastis, cum flexis genibus & ad Imperatorem sumpta fiducia, tremenda illa uerba pronunciaretis, per quę docemur nusquã omnino tyranni iussis parendum esse. Cęterũ aduersariũ

Phili.2.c

Psal.126.a.

I

illum ac diabolum appellandum, quòd & deũ incusat apud homines, & nos apud deum, & rursus nos inuicẽ inter nos. Olim qdẽ Iob incusauit apud deũ, cùm diceret. Num gratis Iob colit deum? Et contrà, deum apud Iob, Ignis descẽdit è cœlis. Similiter deũ insimulauit apud Adam, cũ diceret futurũ ut aperirentur illorum oculi, quemadmodũ & apud plerosque horum temporum homines, dicens: Visibilium rerũ nullam habet deus prouidentiam, sed res hominũ permisit dæmonibus. Quin & apud Iudęorũ uulgus Christũ insimulabat, impostorem ac deceptorẽ illũ appellãs. Sed forsitan erit, qui cupiet audire quo pacto uim suã exerat: cum mentem repperit, non afflatam deo: cũ non inuenit sobriã cogitationem, tũ in desertum irrumpit animũ: cũ non meminit præceptorum dei, nec obseruat iustitias eius, tũ captiuũ abducit. Itaq; si Adam meminisset præcepti, dicentis, Ex omni ligno edes: aut seruasset iustitiã quę dicit, Quocunq; die ederitis, morte moriemini: nõ ea passus esset, q̃ passus est. Et ut dignetur illos in tempore opportuno lauacro regenerationis, remissione peccatorũ. Quędã. n. præsentia postulamus, quędã autẽ futura, ac philosophamur de lauacro, & in ipsa p̃catione docemus eos nosse uim lauacri. Post hęc enim iam sermo consuefacit illos, ut intelligãt qd id quod illic agitur est regeneratio, quodq; iterũ nascimur ab aquis, uelut à uulua, ne iuxta Nicodemũ dicãt, Quî potest aliquis nasci cùm sit senex, num potest in uentrem matris intrare, & nasci denuo? Cęterũ quoniã dixit remissionem peccatorũ, hãc in sequentibus docet, dicens: Et uestimẽto incorruptibilitatis. Etenim qui filium induit, incorruptibilis redditur. Sed quid est, in tẽpore opportuno? Vbi bene fuerit animo cõpositus, ubi cum alacritate fideq; accesserit. Nã hoc tẽpus est opportunũ fidelibus. Vt benedicat ingressus & egressus illorum per omnem ipsorũ uitam. Hic uerò etiam corporale quiddã petere iubentur, utpote adhuc imbecilles. Domos illorũ ac familiam, hoc est siue famulos habeant, siue cognatos, siue quos alio modo propinquos. Siqdẽ hęc erãt uetustę legis præmia. Neq; tũ quicquã, ęquè uidebatur acerbum, atq; uiduitas & orbitas, ut luctus intempestiui, ut infame uiuere, ut rerũ improsperi successus. Atq; hanc sanè ob causam permittit in his quoq; magis ad cor pus quàm ad animum pertinentibus immorari preces illorũ, quos mox tamen erigit. Hoc. n. facit Christus, hoc idem & Paulus, dum ueterũ meminit benedictionum. Christus enim ait: Beati mites, quoniam ipsi possidebũt terrã. Paulus autẽ: Honora patrẽ tuũ ac matrem, & eris longęuus super terram. Vt liberos illorum augeas, ut auctos benedicas, & ad mensurã ętatis perductos reddas sapientes. Rursum hìc iũgit corporale cũ spiritali, quippe adhuc infirmioribus, & infantili affectu. Quod sequitur totum est spirituale. Vt dirigas illis omnia quę optant ad utilitatem. Nõ simpliciter dixit, quę optãt, sed addit, ad utilitatem. Frequenter optatur peregrinatio, sed non conducit: aut aliud simile, sed non expedit. Ex his docentur in omnibus deo gratias agere, uelut accidãt, ad ipsorũ utilitatem. Post hęc iubet illos surgere. Nam prius illos humi prostrauerat. Posteaquam postularũt quęcunque desiderabãr, ac iam fiducia pleni sunt, erigit illos sermo, iubetq; illos assiduos esse in precibus ad deum. Nam quędam ipsi loquimur, quędã illis mandamus, tã precandi fores eis aperientes: licut pueros

K

Iob.1.b.
Ibidem.

L

Ioan.3.d.

M

Matt.5.a
Ephe.6.a

A initiò docemus ipsi, deinde iubemus eos per se loq, ita dicentes: Angelum pacis postulate catechumeni. Nam est angelus qui uindictam adfert, ueluti cũ dicit: legationem per angelos malos: est angelus pernicies adferens, eapropter iubemus illos petere angelum pacis, docentes illos, ut quod est omniũ bonorum uinculũ quærant, uidelicet pacem, ut liberentur ab omni pugna, omniq; bello, ab omni seditioni. Pacifica uobis omnia sint quæ obtingunt. Nã ẽt si cui

Ioã 14.d quid acciderit graue, modò pax adsit, leue est, Eoq; Christus dixit: Pacẽ meã do uobis. Nulla sunt. n. arma tam ualida diabolo, quã pugna, quã inimicitia, quã bellum. Pacificum hũc præsentem diem, & omnes uitæ dies uobis petite. Vides rursus, ut omnem uitam in uirtute transigi iubet. Christiana uestra uectigalia. Quod est caput bonorũ, qd honestum est, idem & utile est. Quod honestum nõ est, id ne utile quidẽ est. Alia est apud nos utiliũ natura, pter uulgi opinionẽ, uidelicet ut ipsi nosmetipsos uiuenti deo & Christo commendemus. Nundum de cæteris pręcipimus illis, sed tamen charitatis est, & pro illis orare, ut possint. Vides absolutam precationẽ, tũ quòd ad dogmata, tũ quòd ad uitã attinet. Etenim cũ dicimus euangelium, cũ indumentum incorruptibilitatis, cũ lauacrum renascentiæ, omnia dogmata cõplectimur. Cùm mentẽ afflatam deo, cùm sobriam cogitationẽ, cũ reliqua quę cõmemorauimus, mores uitamq; denotamus. Post hęc iubemus illos inclinare capita, hoc pacto significãtes exauditas esse preces, ac deũ illis benedicere. Non enim iam homo est qui benedicit, sed per illius manum ac linguã offerimus imperatori capita præsentiũ, & uniuersus populus acclamat. Amen. Sed cuius rei gratia dicta mihi sunt hęc oĩa? Videlicet ut doceã oportere nos quærere, non quæ nostra sunt, sed quæ aliorũ, ne fideles existiment nihil cũ illis agi cùm hæc dicuntur. Nec enim diaconus parietib⁹ dicit, Oremus pro catechumenis. Sed quidã adeò sunt incogitãtes, stulti, ac dissoluti, ut non solũ eo tempore quo hæc aguntur cũ catechumenis, uerumetiã in his quæ aguntur, cum fidelibus stent & fabulentur. Hinc subuersa sunt om

C nia, hinc perierunt omnia, & quidẽ eo tempore, quo maximè deus erat placãdus, illo magis iritato discedimus. Nã pro fidelibus, pro episcopis, pro presbyteris, pro regibus, pro magistratibus, pro terra & mari, pro aere, pro toto terrarũ orbe iubemus adire benignum deum. Itaq; cũ debeamus tantã habere fiduciam, ut & pro alienis debeamus orare, ac ne pro nobis quidẽ ipsis uigilanter precemur: q̃ nobis erit excusatio, quæ uenia? Quapropter exhortor, ut his omnibus perpẽsis, noueritis tẽpus deprecationis, ac tum ita sublimes efficiamini, ut relicta terra, cœlorũ ipsorum conuexa attingatis, ut deũ nobis propiciũ reddere possimus, utq; promissa bona cõsequamur: id quod nobis omnibus cõtingat, gratia & bonitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperiũ, in secula seculorum, Amen.

Homilia. III.

Am hæc est gloria nostra, testimoniũ cõsciẽtiæ nostræ, quòd in simplicitate et synceritate, nõ sapientia carnali, sed in gratia dei, conuersati sumus in hoc mundo. Hic rursus & aliud solatii argumentũ nobis aperit, haud quaquã leue, sed prorsus ingẽs ac satis efficax, ut mentẽ nostram dum periculis mergi-

Hic sup.b tur, erigat. Quoniã enim dixerat, Deus nos eripuit & suis misericordiis & uestris precibus, quod erat totius rei summa imposuit. Ne hìc auditore supinũ & oscitantẽ redderet, si tãtum dei misericordiis, & aliorum precibus confideret, ostẽdit quòd & ipsi ex sese non mediocre momentũ attulerint. Id quod & in superioribus declarauit, dicens: Quemadmodũ abun- *Ibidem.a*
dant afflictiones Christi, abũdat & solatium nostrũ. Hìc aliud quoddam propriæ industriæ demonstrat officium. Quod tandẽ illud? *In pura*, inquit, *conscientia, ſynceraq; mente ubiq; terrarum conuersamur.* Hoc autem non leue momentum habet ad consolandũ ac refocillandũ nos. Immo non solũ ad consolandum, sed etiã ad aliud quiddam, quod multò maius est cõsolatione, nimirũ etiam gloriationẽ adducens. Hæc autem loquitur partim illos erudiẽs, ne despondeãt animũ in afflictionibus, sed corroborentur potius, cũ puram habeant cõscientiam: partim tacitè taxãs pseudoapostolos. Et quẽadmodũ in priore epistola dixerat: Misit me dominus, ut prædicem euangelii, *1. Cor.1.c*
non in sapiẽtia sermonis, ne euacuetur crux Christi, & ne fides uestra sit in sapientia hominũ, sed in uirtute dei. Sic & hìc, non, inquit, in sapientia, sed in gratia Christi. Porrò & aliud quiddã subindicauit, cum ait, Non in sapientia: hoc est, nõ in dolositate, & hìc feriens externam eruditionem. *Nam nostra*, inquit, *gloriatio hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* Hoc est: conscientia nostra, quoniã non potest condemnare nos quasi factis improbis à recto discesserimus, etiã si innumera patiamur acerba, etiã si undique feriamur ac periclitemur, sufficit nobis ad solatiũ, immo non tantũ ad solatium sufficit nobis pura conscientia, uerũ etiã in hoc ut coronemur: dum præbet nobis testimoniũ, quòd nihil commiserimus mali, sed iuxta dei placitũ hæc perpetimur ob uirtutẽ, ob philosophiam, ob multorũ salutem. Itaq; prima illa cõsolatio ueniebat à deo: hæc autẽ ab ipsis, & à uitę rectitudine simul inducta est, eoq; uocat illã gloriationẽ quòd ipsorum propria uirtute parta esset. Quę est igitur ista gloriatio, & cuius rei testis est nobis cõsciẽtia? *Quòd in ſynceritate.* Hoc est, quòd nihil dolosum, nihil per hypocrisim, nihil per ironiam, nihil per aduD
lationẽ, nihil per insidias fraudes ue gessimus, nec per aliud quicquam eiusmodi: sed in omni libertate, in E
simplicitate, in ueritate, in pura & innocente mente, in animo doli nescio, nihil habẽtes adumbratũ neq; suppuratum. *Non in sapientia carnali.* Hoc est, non in astutia, neq; uersutia, neq; in admirabili sermonis artificio, neq; in perplexis sophismatibus. Nam hãc uocat carnalem sapientiam, unde illi uehemẽter tumebãt. Hoc igitur abnegat Apostolus ac discutit, ex eo quod est lõgè præstantius? ostendẽs hoc nequaquã esse dignum de quo quis glorietur, seq; non tantũ nihil tale desiderare, uerum etiam aspernari, ac probri loco ducere. *Sed in gratia dei conuersati sumus in hoc mũdo.* Quid est gratia dei? Sapientiã ab illo nobis donatã, uires ab illo datas, declarantes, idq; per ipsa miracula, p hoc quòd sapiẽtes uicerimus, qd rhetores, quòd philosophos, reges, populos, cũ simus idiotæ, nihilq; mundanæ sapientię ad hoc negotiũ attulerimus. Neq; uerò uulgaris est hæc tum consolatio, tũ gloriatio, sibi conscios esse, qd humanis uiribus usi nó sint, sed diuina gratia rectè gesserint oĩa. Ita non Corinthi tantùm, sed ubiq; terrarum. *Abundãtius autem apud uos.* In gratia dei conuersati sumus. Quandoqdẽ & signa & miracula apud uos edidimus, tũ

G & accuratiorem diligentiã,& uitã irreprehensibilem exhibuimus:Nã & hoc appellat dei gratiã,sua quoq; benefacta,illi ferẽs accepta. Illic enim ultra septa progressus fuerat, gratuitò docens euangeliũ, ut illorũ parceret imbecillitati. *Non enim alia scribimus uobis quàm quæ legitis & quæ agnoscitis.* Quoniã autẽ uisus est de se magnificè prędicasse,atq; ipse sibi testis esse, qđ inuidiosum esse solet, rursus illos citat testes eorum quæ dicuntur.Nequis, inquit, existimet q̃ narrauimus esse uerborũ fumos, quãdoquidẽ ea uobis significamus, q̃ nostis ipsi, & de quibus nos nequaq̃ mentiri, nõ alu magis testes esse possint quàm uos. Cùm enim legitis,agnoscitis, qđ quorũ nobis in factis ipsis estis cõscii, eadẽ in epistolis loquimur, nec usquã uestrum testimonium meis epistolis aduersatur,sed lectioni consentit cognitio, quã prius conceptam habebatis de nobis.*Quemadmodũ & agnouistis nos ex parte*. Neq; enim ex aliorũ narratione cognouistis quæ gessimus,sed ipsa experientia. Quòd autẽ addit, ex parte, modestiæ causa adiecit. Nã hic Paulo mos est, siquãdo coactus necessitate, neq;.n. aliàs
H hoc facit, dixit aliquid de se magnificentius, protinus sermonis fastum studet corripere.*Spero autẽ quòd & usque ad finem cognoscetis*. Vides rursus ut à præteritis fidem conciliat futuris, non aũt à præteritis solùm uerũ etiã à dei potentia. Neq; enim simpliciter pronunciauit,sed rotum in illum reiecit, & quæ in illum est spem.*Quoniam gloria uestra sumus, quemadmodũ & uos nostra in die domini nostri Iesu Christi.* Hic superioribus dictis adimit inuidiam, dum illos in partem recipit, facitq; gloriæ consortes, q̃ ipsius præclarè gestis debebatur.Non enim intra nos constitit hęc gloria, uerũ & in uos dimanat,ac rursus à uobis in nos. Posteaquam autẽ extulit seipsum,ac præteritorum ostẽtationẽ exhibuit,& de futuris spopõdit, nequi audiebant,illũ insimularent arrogantiæ:néue prouocarẽtur ad inuidiam, cõmunicat cũ illis gloriationẽ, dicens harum laudũ coronã & ad illos pertinere.Nam si nos,inqt,tales appareamus:uestra laus, est uestra gloria quemadmodũ & nos, quoties uos laudẽ asse quimini,exultamus,gestimus, coronamur:rursus & hoc sermone singularem suã modestiã declarãs. Nõ enim ut ꝓceptor discipulis,sed quasi discipulis,æqua
I lis loquatur,ita sermonẽ temperat.Vide uerò ut illos in altum erigit,ac philosophiæ plenos reddit,relegãs ad illũ diẽ.Ne,inquit, loquamini præsentia, hoc est probra,cõuicia, dicteria qualia loqtur hominũ uulgus.Neq; enim quæ hic sunt quicquã habent magni, neq; quæ uidentur suauia,neq; tristia, non cauilli,nõ laudes ab hominib⁹ uenientes:sed memineritis,inqt, mihi illius diei metuendi tremendiq; in quo retegentur omnia. Tũ enim nos i uobis,& uos in nobis decorabimini, cũ liquebit uos habere tales magistros, qui nihil humanũ docent, neq; uitã habẽt ulli uitio obnoxiam,nec ullã mali ansam dederũt: & nos qui tales habemus discipulos,puros ab humanis cupiditatibus,neq; uacillãtes,sed, qui alacriter oia sustinẽt, nec ulla ex parte uerbis circũueniũtur. Quãdoquidẽ hæc nũc quoq; ꝑspicua sunt cordatis, tũc perspicua futura omnibus. Itaq; etiãsi nunc affligimur, habemus & hoc haud leue solatium,nunc quidẽ à cõsciẽtia,tum uerò ab ipsa rei luce.Nã nunc quidẽ conscientia nostra nouit, qđ per gratiam dei facimus omnia, quemadmodũ uos quoq; scitis & scietis:tũ uerò etiã uniuersi homines cognoscent tũ nostra,tum uestra, cõspicientq; nos alteros alterorum gloria claresce re. Ne.n.uideatur ipse solus illustris, & illis tribuit gloriãdi causam, & à præsentibus molestiis auocat: qđ que in consolatione fecerat,cũ diceret, Propter uos cõsolationem accipimus:idẽ & hic facit, dicens:Pro pter uos gloriamur,sicut & uos pp nos:ubique consortes illos faciens omnium,consolationis, afflictionũ,suæ salutis,quandoquidẽ hanc incolumitatẽ suã illorũ precibus fert acceptam. Adiuuantibus,inquit, uobis precando, eripuit nos deus.Similiter & gloria tionẽ facit cõmunem.Quemadmodũ illic dixit:Sciẽ tes qđ quemadmodũ consortes estis afflictionũ, ita estis & cõsolationis. Itidẽ hic, gloria uestra sumus, sicut & uos nostra.*Atque hac re fretus, uolebã prius uenire ad uos.* Qua re fretus?Quia magnopere confido de uobis,quia qđ glorior de uobis,uestra est gloria, qđ uehemẽter uos amo, qđ nulli⁹ mali mihi cõscius sum, quòd mihi persuasum habeo cũcta nostra spiri talia esse, deniq; qđ uos harum rerum testes habeo. *Volebam uenire ad uos, ac per uos transire in Macedoniã.* Atqui diuersum pollicitus est i epistola priore, ita loquens:Veniã ad uos cũ Macedoniam pertransiero, per Macedoniã enim iter faciã. Qui factũ est igitur, ut hic loquatur sibi pugnãtia?Absit ut Apostolus sibi pugnãtia loquatur: nã hæc cõtraria sunt his quæ scripserat,nõ his q̃ uolebat.Eoq; nõ hic dicit, scripsi me transiturũ per uos in Macedoniam:sed, uolebã Nã & si hoc nõ scripsissem, attamẽ illud conabar ac uolebã, & prius quã uenirem ad uos:tantùm aberat ut promissis uellẽ deesse, ut ut has literas præuenire uoluerim. *Vt secundam gratiam habeatis.* Quid est, secundam?at duplam gratiam habeatis, alterã per epistolam,alterã ob præsentiam. Porrò gratiã hic appellat gaudium. *Et per uos proficisci in Macedoniã & rursus à Macedonia uenire ad uos, atq; à uobis deduci in Iudæã.Hoc igitur cũ uellẽ, nũquid leuitate sum usus?* Hic iã protinus deprecatur culpam cõtationis & absentię. Quod enim dicit,tale est:Volebã uenire ad uos,quã igitur ob causam nõ ueniebam? An qđ leuis essem, lubricaq; fide? Nã hoc est quod ait, nũ leuitate sum usus?Nequaquã.Sed quã ob causam? *Quoniã quæ cogito, non secundũ carnẽ cogito.* Quid est nõ secundum carnẽ?nõ carnaliter cogito. *Vt sit apud me quod est, est quod non, non.* Verùm & hoc adhuc obscurè dicitur. M
Quid est igitur qđ dicit? Carnalis homo hoc est, q rebus ꝑsentibus addictus est, atq; i his perpetuò uersatur,quiq; seclusus est ab operatiõe spiritꝰ, quoquò uersum abire potest, & oberrare quò uoluerit. Cæterũ qui minister est spiritus,quoniam ab illo agitur & circũagitur,nõ potest ubiq; suæ sentẽtię cõpos esse, quã habet à spiritus authoritate pẽdẽte: sed hominẽ eiusmodi patientem esse oportet,utpote seruum probum,qui ubiq; iussis heribus obsecundat, quiq; sui potestatẽ nõ habet, ut uel pauliſper respiret, aut aliquid uel pusillũ cõseruis polliceatur. Id si fecerit, & mox secus domino uisum fuerit, nõ ꝑstabit q̃ pollicitus est.Hoc igitur ait:Nõ cogito secundũ carnẽ, neq; sum alienus à gubernatione spiritus, neq; mihi potestas est eũdi quo uelim,propterea qđ paracleti domi nio subditus sum, huiusq; iussis ac decretis agor ac circũagor, hãc ob causam nõ potui uenire, qa secus uisum sit spiritui Quod idem in his, q̃ gerimus, frequenter accidit. Vt quũ aliò statuissem proficisci, spirit⁹ aliò me iusserit ire. Proinde nõ est hęc leuitas, qđ nõ uenerim, sed parêre spiritui cui subiect⁹ sum. Vi-

Act.16.b

des iur-

A- des rursum Apostolo consuetã consideratione. Vnde suspicabantur illi quòd carnaliter cogitaret,uidelicet quia non præstabat qđ erat pollicitus,hinc maximè declarat se spiritaliter cogitasse, uidelicet quia nõ præstiterat quod erat pollicitus:atque è cõtrario colligendum esse,nimirũ quòd carnaliter cogitasset. Quid igitur,dixerit aliquis, an ex spiritu promiserat? Minimè.Iam enim dixi Paulo nõ omnia fuisse cogni ta,quæ uel euentura forẽt,uel profutura.Hinc est qđ
1.Cor.16. in priore epistola dicit, Vt uos me deducatis quocũ
c. que proficiscar:hoc ipsum metuens ne si dixisset, in Iudęa,aliò quopiã ire cogeretur. Hìc uerò quoniam frustratus erat,hoc ait:Et à uobis deducar in Iudęã. Quod enim erat charitatis ponit:qđ autem ad illos nõ pertinebat,uidelicet ire in Iudęa, nõ iã hoc addit expresse. Cæterùm quoniam id iam præterierat, hìc apertè dicit,quòd in Iudæã ire statuisset. Idq; utiliter
Act.14.b accidit, nequis de apostolis sentiret supra illorum di
B gnitatem.Etenim si cum sic res haberent,uoluerunt illis immolare tauros: quomodo effugissent impietatẽ,nisi multa humanę imbecillitatis argumẽta prę se tulissent?Et qđ miraris,si nõ oia futura nouit Paulus, cũ in deprecationibus frequenter ignorauerit,
Rom.8.c. quid expediret?Velut illud, Quid oremus quemadmodũ oportet, nescimus:nõ tantũ eò dicit ut uidea tur esse modestus,sed declarat quòd ubi sit utilitas in orando,ignoraret. Vbi igitur ignorauit?cũ postu
Inf.12.b. lat ut à tẽtationibus liberetur, dicẽs: Datus est mihi stimulus carnis,angelus satanæ, qui me colaphis cædat.Super hoc ter dominũ rogaui,& dixit mihi:Suffi cit tibi grãtia mea, nã potẽtia mea i imbecillitate psicitur.Vides ut non nouerit petere quæ conducebãt, unde nec accepit, quanquã sępenumero postulasset. *Fidelis autẽ deus quòd sermo noster, qui fuit erga uos, non fuit etiam & non.* Pulchrè soluit obiectionẽ emergentem.Si,inquiunt, cum esses pollicitus aduentũ,prorogasses,ne tũ quidẽ esset tuum etiam, etiã,& non,nõ. Nunc quæ dicis postea subuertis, quemadmodũ dẽ accessu tuo feceras. Væ nobis si unquã idem accidit in euangelij prædicatione. Itaq; ne hæc cogitarẽt, nẽ ue perturbarẽtur,ait:Fidelis deus,quoniã sermo no-
C ster, qui fuit erga uos,non fuit etiã & non. Neq; enim hoc factum est,inquit,in prędicatione,sed duntaxat in itineribus & peregrinationibus. In euangelij prædicatione firma manent & immota quæcunq; diximus.Quandoquidẽ ꝑdicationẽ hic appellat sermonem.Deinde huius rei irrefutabile profert argumentum, totum ad deum referens. Quod autem sentit, tale est:Meum erat, qđ pollicitus sum me isthuc uenturum:nam ex me istud promiseram. Cęterum euãgelij prędicatio nõ est mea,nec prorsus humana,sed dei:quod autem dei est,mentiri non potest. Et ideo dicit:Sed fidelis deꝰ,hoc est uerax. Proinde ne suspecta sint uobis quæ illius sunt, quoniã nihil est in illis humanũ. Cæterũ quoniam dixit, sermo subiicit protinus, qualis sit ille sermo. *Nam dei filius qui est in uobis per nos prædicatus, per me & Syluanũ ac Timotheũ non fuit etiã & non.* Hãc enim ob causam & illorũ q docuerunt,chorũ adducit in medium,hinc quoque fidem concilians testimonio, non tantũ per eos qui audierant, sed etiã per eos qui docuerant:quãquam & hi Pauli erant discipuli,sed modestiæ gratia numerat illos in ordine doctorũ. Quid est,non fuit etiam & nõ?Eadem,inquit,scripsi,quæ prius in prędicatione dixeram,neque uobis hoc nunc dictum est,nũc illud.Hoc enim non est fidei, sed animi est aberrãtis. D
Sed in illo fuit etiam. Hoc est quod dixi,immobilis ac firmus sermo manet. *Quæcunque enim promissa dei,in illo sunt etiã, & in illo amen, deo ad gloriã per nos.* Quid autem est, Quęcunq; sunt promissa dei? Multa pollicebatur euangeliũ,ipsiq; hæc eadem multa promittebant ac prędicabant.Nã & de resurrectione diſ seruerãt,deq; assumptione, deq; immortalitate,deq; ingẽtibus illis præmiis, deq; bonis illis ineffabilibus. Has igitur promissiones,ait, immobiles consistere, nec in illis fuisse etiã & nõ:hoc est,nõ fuerũt aliãs uera,aliãs falsa quæ diximus,quemadmodũ fuit meus aduẽtus,sed semper uera. Ac primũ quidẽ pro fidei dogmatibus,proq; Christi sermone decertat, dicẽs: Sermo meus & prædicatio mea non fuit etiã & nõ. Deinde pro promissis, Quæcunq; enim sunt promissa dei,in illo sunt etiã. Qđ si q̃ promittit, firma sunt, & omnino prestaturus est promissa:multò magis ip se,& qui de illo sermo est firmus est, neq; possis dicere,nunc est,nunc non est,sed semper est,& semp idẽ est. Quid autem est,in illo etiam & amen? Declarat E
omnino futurũ quod dictũ est,propterea qđ per ipsum non per hoiem habent, ut sint atq; impleantur promissa. Nequid igitur metuas, non.n. homo est, ut tibi suspectus esse possit, sed deus est qui & dicit, & prestat.*Deo ad gloriam per nos.* Quid est, ad gloriã per nos? Implet sua promissa per nos,id est p nostrã in uos beneficentiam,ad suam ipsius gloriã. Nã hoc est quod dicit, deo ad gloriã. Quod si ad dei gloriã spectat, omnino futurum est. Nõ enim negligeturus est suam gloriam,etiamsi nostrã negligeret salutem, partim quòd supra modum amans est hominũ, partim quòd nostra salus annexa est illius glorię,dunta xat in hoc negotio. Ergo si promissa ad illius gloriã pertinent, dubiũ non est quin & nostra salus sit cõsequutura. Quod idẽ Ephesiis scribẽs assiduè celebrat dicens,In acquisitionẽ gloriæ eius: idq; ubiq; inculcat,significãs necessariò euenturũ qđ dicitur. Quod *Ephe.1.e.*
idẽ hic dicit, quoniã illius promissa nõ mentiuntur, eò quòd nõ modò seruant nos, uerũ etiã ipsum glorificant.Proinde caue cogitaris, quod illa p nos sint promissa, atq; ita hæsites:non.n.per nos implentur, sed per ipsum:quin & promissa sunt per ipsum. Neq; F
enim quæ nostra sunt, sed quę illius sunt, apud uos retulimus. *Qui autẽ confirmat nos uobiscũ in Christum, quiq; unxit nos deus, ac signauit, deditq; arrabonem spiritus in cordibus nostris.* Rursus à ꝑteritis cõfirmãtur futura. Nã si ille est qui confirmat nos in Christũ,hoc est, qui non sinit nos dimoueri à fide quã habemus de Xꝑo,& idẽ est quia iam unxit nos, deditq; spiritũ in cordibus nostris:q cõsentaneum est, ut nõ det q̃ restant in posterum? Si initia & fundamentũ dedit, si radicem ac fontem,ueluti ueram de ipso cognitionem,spiritus communionẽ:q cõuenit, ut quę ex his nascuntur,daturus nõ sit? Nã si illa propter hæc data sunt,multò magis qui hęc dedit, & illa præstatur⁹ est.Et si hęc dedit,quum essemus inimici,multò magis illa reconciliatis, & in amicitiam receptis largietur:eoq; non simpliciter dixit spiritum,sed pignus appellauit, ut ex hoc de cæteris omnibus fiduciam cõcipias.Non enim nisi totum daturus erat, uoluisset arrabonẽ exhibere ac ꝑdere,idq; frustra ac sine causa.Vide autem Pauli beneuolentiam. Quid, inquit, oportet dicere,quòd in nobis nõ est promissorũ ueritas?Hoc ipsum qđ uos stabilis immobiles, qđ fixi,nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

G in nobis est, sed dei munus est. *Qui nos*, inquit, *confirmat deus*: Non igitur nos sumus qui stabilimus uos, quandoquidem & ipsi opus habemus à quo confirmemur. Proinde nequis existimet euangelii prædicationē in nobis periclitari, ipse totum in se recepit, ipse totū curæ habet. Sed qd est, qui unxit & signauit? Nimirum dato spiritu, per quem utrunq; peregit, per quē simul prophetas & sacerdotes & reges facere solitus est. Nam hoc hominū genus olim ungebatur. Nos uerò non unam, sed tres nunc habemus dignitates. Nā & regno potituri sumus, & sacerdotes efficimur, dū corpora nostra hostiā offerimus. Exhibete, inquit, corpora uestra hostiā uiuentem, acceptā deo. Ad hæc & prophetæ reddimur, propterea qd q̄ oculus nō uidit, nec auris audiuit, hæc referata sunt nobis. Quanquam & alia ratione reges efficimur, si uoluerimus absurdis imperare cupiditatibus: nam is demum regnat & quidē uerius, quàm qui diademate cinctus est. Id uobis iam faciā perspicuū. Rex multos habet exercitus. At nos longè plures habemus cogitationes. Neq; enim numero comprehendi potest, immensa cogitationū, q̄ in nobis sunt, multitudo: imò non solū multitudinē uidere est, uerū etiam multos in hac cogitationum turba duces & imperatores, & hastatos & sagittarios, & fundibularios. Quæ res alia facit regē? Vestes? At hic melioribus indutus est, potioremq; gestat stolā, quā neq; tinea exedit, neq; tempus absumit. Dein uariā gestat coronā, tum eā quæ est gloriæ, tum eā quæ est miserationū dei. Ait enim, Benedic anima mea domino, qui te coronat in misericordia & miserationib⁹. De glorię corona dicit, Gloria & honore coronasti eū. Et, Velut armis beneuolentiæ coronasti nos. Adde coronam gratiarū, Coronā etiam gratiarum accipies in uertice tuo. Vides uariè contextū ac uenustius hocce diadema. Quin potius ab initio rursum diligentius expēdamus has regū dignitates. Ille dominatur satelliti bus, omnibus imperat, & obediūt omnes, eiq; inseruiunt. Verùm ego tibi hìc ostendo principatum excellentiorem. Nam multitudo par est hìc, aut etiam maior aut numerosior. Supereſt ut obedientiā expē damus. Ne uerò mihi hìc in mediū adducas qui regno fuerūt excusi, qui ab ipsis corporū custodibus trucidati sunt: ne istos, inquā, in mediū adducamus, sed eos tantū quæramus qui in utroq; genere regnū suum bene administrarunt. At tu quidē quos uoles ponito, ego uerò patriarchā Abrahā oīb⁹ oppono, qui quum uideretur interficere filiū, cogita quā multæ cogitationes tunc insurrexerint in illum, & tamē subegit omnes, omnes illum metuebāt, magis quā regem metuunt satellites, omnesq; solo oculorū intuitu cōpescuit, nec ulla illarum ausa est erumpere, sed submittebant uultus, ac uelut imperatori cedebant uniuersæ, quamuis erāt acerrimæ oēs, uehemē terq; prefractę. Neq; enim hastarū cuspides ęquè metuendæ sunt à multis subrectæ, atq; naturæ cognati affectus. Vnde & magis poterant illius animū penetrare, q̄ ulla cuspis acuta. Neq; enim ulla lācea posset unquā esse tam acuta, quā illarum cogitationum stimuli deorsum ab ipsis uisceribus acuebātur & surgebant, ac iusti illius mentem tentabant. Nā hìc & tempore opus est, & cōsilio, & ictu, & dolore, ac deinde mors consequitur. Illic uerò nullo horū fuit opus, tā tò perniciosiora simul & acriora erant uulnera. Attamē tū tot cogitationibus in illū armatis, multa erat tranquillitas, stabāt compositæ oēs, ornantēs illum uerius q̄ metuētes. * Itaq; spectа iam illum extendē- * terrent tem gladium, & quotquot uolueris reges in mediū tes.
producito, Augustos, Cęsares: nihil tamē simile dixeris, neq; poteris talem exhibere speciem, adeò magnificam ac cœlis dignā. Nam aduersus tyrannidē potentissimam trophæum statuit tum iustus ille. Nihil enim natura uiolentius. Etiamsi decē millia tyrannicidarum produxeris, nullum tamen nobis simile exhibebis. Tū enim angeli trophęū erat, nō hominis. Contemplator autē rē ipsam. Natura prostrata erat humi, cū armis suis, cū uniuerso exercitu, atq; ille stabat porrecta manu, nō coronā tenēte, sed ensē quauis corona splendidiorē, & angelorum populus applaudebat, & è cœlis de⁹ uictorē pronūciabat. Quoniam enim in cœlis fuerat illius conuersatio, inde recepit prœconium. Quid hoc splendidius? Imò potius quid huic trophęo cōferri potest? Etenim si posteaquā uicit athleta, nō p̄co ex humili loco, sed imperator ipse surgēs è sublimi, Olympiaci certaminis uictorē pronunciaret, an nō hoc uictori uideatur coronis magnificētius, totumq; theatrū ad se cōuerterit? Pro L
inde cū imperator, non homo, sed ipse deus, non in hoc theatro, sed in theatro totius orbis, in angelorū & archangelorū populo, clara uoce uictorē eū pronūciet, clamans è cœlis: Agè dic mihi, ubi ponemus uirū hunc sanctū? Quòd si uidetur audiamus etiā ipsam uocē. Quę nā est igitur uox? Abrahā Abrahā, ne Gen.22.b
inferas manū tuā sup Isaac, neq; quicq̄ illi feceris: nūc enim cognoui, qd timeas deum, nec peperceris filio tuo charissimo propter me. Quid hoc? Qui cuncta priusq̄ fiant, nouit, dicit, Nunc cognoui? Atq; uel homini liquere potuit uiri pietas, tot documētis p̄buerat specimen suæ erga deū beneuolētiæ, quū illi dicere, Exi de terra tua, & de cognatiōe tua, quū pp deū Ibidem.
& illius honoris gratia ius primogenituræ cesserit patrueli suo, quū eundē è tantis exemit periculis, quū 12.a
illū deus iussit in Aegyptū proficisci, atq; ibi spoliat⁹ Ibidem.d
uxore, nō acerbè tulit, cūq; his alia permulta. Ab his quemadmodū modò dicebā, uel homo discere poterat uiri pietatē, nō solū deus, qui nō expectat ut ab ipsis rebus cognoscat finē. Tū quo pacto illū iustificauit, quē ignorabat? Credidit, inquit, Abrahā, & im- Ibidem.
putatū est illi ad iustitiā. Quid est igitur quod dicit, 15.b
Nunc cognoui? Quoniā Syrus ita loquitur, cognoui et R.4.a
sti, pro eo quod erat, notificasti, nimirū hominibus: M
nā ipse nouerā, etiā anteq̄ illa omnia præciperē. Sed quur nunc patefacere uoluit hominibus? An illa nō satis erant ad declarādā Abrahę erga deū beneuolētiā? Erant qdē, sed hoc facinus tanto præstātius erat cæteris oībus, ut illa cum hoc collata, nihil esse uideretur. Vt igitur hoc insigne facinus attolleret, demōstrarétque cūctis esse sublimius, ita loquutus est. Siqdem & hominū uulgus de factis eximiis ac superiora uincentibus, hūc ad modū loqui consueuit. Exēpli causa, ubi qs ab aliquo munus aliquod accepit maius q̄ prius acceperat, frequēter ait, nūc cognoui qd ille me diligit, haud quaq̄ hoc sentiēs qd ignorarit antea, sed illud declarare uolēs, p̄sens beneficiū superare supiora. Itidē deus humano more loquēs, dicit, Nūc cognoui, nihil aliud q̄ certaminis eminentiā uolens hominibus cōmendare, nō autē qd tūc didicerit uel metū, uel metus magnitudinem. Neq; enim quum ait: Venite descendentes uideamus: ita loqtur
quasi descensu fuerit opus ipsi, q implet uniuersa, q Gen.18.a

A nouit euidenter uniuersa, sed nos eruditos illud non simpliciter nec uulgari more, sed isigniter ostēdi. Itē quū dicit: Domin⁹ prospexit è cœlo: uerbis hominū
Psa.13.a ad res diuinas trāslatis, declarat exactā cognitionē: Sic & hoc loco dicit, nunc cognoui, uidelicet, significans hoc factum esse superioribus oībus præstantius. Eius rei probationem exhibet, quū adiungit, dicens: Quoniā nō pepercisti filio tuo charissimo propter me. Propterea non solū dixit, filio: sed, filio charissimo. Nō enim erat filius naturæ tantū, sed & charitatis, quē affectum quum esset ingens, tum ob prios mores, tum ob uirtutē puerī in seipso sustinebat. Quòd si filios improbos non facilè solent cōtēnere parētes, sed hos quoq; luctu prosequuntur, hic quū & filius esset germanus, esset unicus, esset charissimus, deniq; esset Isaac, & ab ipso patre mactandus esset: Quis eximiā illius enimi fortitudinē uerbis possit assequi? Hoc certamē innumerabilibus diadematibus & infinitis coronis erat splēdidius. Etenim q illa redimitus est corona, eū frequēter & mors irruēs inuadit, & ante mortē innumerabiles molestæq; insidiæ. Huic cōtrà ne post mortē quidē diadema capiti
B circūpositū qsquā detrahere poterit, nec cognatus, nec alienus. Iam mihi spectа pretiosissimū huius diadematis lapidem. Velut enim lapis pretiosus sic cingit illum usq; ad finē. Sed quid est hoc quod ait, propter me? Neq; hoc mirandū est, qd nō pepercit filio, sed quòd propter deū. O dextram beatam, quali macharа digna est habita. O machęrā admirabilē quali dextra digna est habita. O machęrā admirabilem, in quē usum parata est, & quale peregit ministeriū, & cui typo subseruiit, quomodo cruētata est, & quo modo non cruentata est? Nescio. n. quid dicā, adeò uenerandū tremendumq; mysterium erat. Non attigit filii collum, neque perscidit sancti illius iugulum, neq; rubuit iusti sanguine. Quin potius attigit ac penetrauit & rubuit, & immersa est, & nō immersa est. Fortassis uideor uobis insanire, qui tā pugnantia loquar. Certè mente excidi mecū reputans iusti illius miraculum: Quanquā nō loquor pugnantia. Nā manus quidē iusti, gladium infixit in iugulum filii, sed dei manus non passa est, etiā impactam pollui sanguine pueri. Neq; enim Abrahā tātū tenebat ensem,
C sed & deus. Atque ille quidem impellebat ex animi sui sententia: hic uerò uoce cohibuit. Eadem enim
armauit & colibuit. uox dextram illā armauerat, eoq; uelut imperatori deo subdita, ad illi⁹ nutū omnia peragebat, omniaq; ad illius uocē exequebatur. Hæc ita considera, dixit, occīde, protinus armata est: dixit, ne occīdas, protinus exarmata est. Erāt. n. perfecta oīa. Post hæc deus ostēdit militem ac ducem suū orbi, illum coronatū angelorū theatro: illum sacerdotem ac regem, ensē magis quā diademate coronatū, illum trophęa gestantem, illum optimatē, illū sine conflictu uictorē. Etenim non aliter quā siquis imperator egregium hebēs militem, ipso armorū gestatu, ipso statu, ipso impetu, obstupefaciat aduersariū: ita deus solo aio iussi, sola specie, solo statu cōmunem oīum nostrū hostem diabolū reddidit attonitū, & in fugam uertit. Arbitror enim illum tunc tremefactū cessisse. Iam siqs dicat, quā ob causam nō passus est deus dextrā tingi sanguine, ac mox eum q mactatus fuerat, innocuum restituit? Quoniā fas non erat, deum talem recipere sanguinē, sed hæc noxiorū dæmonū mēsa est. Hìc uero utrūque demonstratū est, & domini boni-

D tas, & serui beneuolentia. Ac primū quidē Abraham egressus est è terra, tum uerò ab ipsa cessit natura, un- Gen.12.a
de & sortem recepit cū usura, idq; ualde cōgruenter. Præoptauit. n. nō appellari pater, ut seruus beneuolus apparēret, unde non solū pater, uerùm etiā sacerdos factus est. Et quoniam reliquit sua propter deū, ideo deus cū illis largitus est & ea quæ sunt ipsius. Itaq; quū hostes insidiantur, etiā usq; ad tentationē progreditur, prodigia facturus, uelut in fornace & leonibus. Cæterū quoties imperat ipse, intra animi promptitudinē cōsistit iussio. Cedò, quid supereret huic insigni fortitudini? Neq; enim pscius erat Abraham quid esset futurum: neq; enim cauponabatur dei bonitatē. Nā licèt esset prophęta, nō tamen omnia nouit propheta, ut iā supuacua fuerit mactatio, deoq; indigna. Quòd si discēdū erat, qd de⁹ ex mortuis excitare potest hominem, à uulua multò mirabilius hoc didicisset, imo potius ante hanc declarationē. erat. n. fidelis. Tu uerò ne tantū admirare iustum, uerū etiā æmulare. Cumq; uides illum in tanto tumultu ac iactatione fluctuū, uelut in tranquillo nauigantem, similiter & tu arripe obedientię ac fortitu E
dinis clauum. Nec mihi sic loquaris, tantū aram extruit ac rogum, sed recordare quas uoces emiserit filius: tecumq; reputa, quantæ exercituū cateruę ruerint in eū, animū illius expauefacientes, quū audiret filii uocē, patri dicentē, ubi uictima? Cogita quā multæ cogitationes mouerētur i animo eius, nō ferreis, Gen.22.b
sed flammeis lāceis armatæ, undiq; pungētes illum ac penetrātes. Quòd si nūc quoq; nō se cōtinēt multi, quanquā patres nō sunt: qd si etiā lachrymati fuissent cōplures, nisi nossent exitū, quanquā quosdā & ex his qui norūt exitum, multos cōspicio lachrymātes: quid cōiectandū est illi accidisse, qui illū generarat, qui enutriuerat, qui illū in senectute susceperat, qui habebat unicū, qui uidebat, q audiebat, q mox eum erat occisurus? Quis in tellectus uerborū, quæ
F responsionis humanitas? Quis erat qui tum intus r q̄ fidei moderatio operabatur? Diabolus, ut naturā infiāmaret? Absit, immo de⁹ ut exploraret aīum iusti. Quū. n uxor Iob loquitur, diabolus operatur, talis. n. erat consultrix: Iob.2.c
hic uerò nihil sonat blasphemū, sed admodū piè ac circūspectè, multaq; gratia florebat in uerbis, multū mel sermonū distillabat, à trāquillo placidoq; fluēs animo. Hæc uerba poterāt, uel saxeā mollire mētē: non tamen adamantē illū subuerterunt, imo ne cōcusserunt quidem. Neq; dixit, patrem appellas, q pauló pòstpater tuus futurus nō est, qui iā hoc honoris perdidit. Sed quā ob causam puer iterrogat? Nō hęc erat uulgaris curiositas, nec aliena cognoscendi studiū, sed anxius erat super his q̄ instabant. Reputabat enim, si noluisset pater ipsum esse consortē eorū quę gerebātur, haud quaquā seruis deorsum manere iussis ipsum solū sibi adiunxisset. Atq; ob id sanè quum soli essent, tum demū illum percōtatur, quum nemo loquentium uoces exaudiret. Hæc erat filii prudētia. An non igitur incalescitis uiri simul & mulieres? An nō unusquisq; uestrum animo cōplectitur, & exoscultatur hunc puerum: admiratur prudētiā? ueneratur pietatem? cuius præsidio, etiā tum quū colligaretur ac busto iponeretur, nō expauit, nō resiliit, nō patrē uelut insanientē cōtempsit, sed uinciebatur, tolleba tur, & imponebatur, cuncta silentio perferens, nō aliter quā agnus quispiam: Quin potius tāquam communis omniū dominus, quandoquidē & illius imi-

G tabatur māsuetudinem ac figurā seruabat, qui uelut
ouis ad occisionem ductꝰ est, & uelut agnus corā tō
Esa. 53.c dente obmutescens. Attamen loquutus est hic: nā &
dominus illiꝰ loquutus est. Quomodo igitur mutꝰ? hoc
est nihil dixit audax, nihil asperū, sed placida mā
suetaq; omnia, ipsaq; uerba māsuetudinē potius de
clarabāt, quā silentium: quemadmodū & Christus
Ioan. 18.c dixit, Siquidem malè loquutus sum, testimoniū per
hibe de malo: sin bene, cur me cædis? magisq; declarauit suam mansuetudinem quā si tacuisset. Et quē-
admodū hic patri ab ara, ita ille patri de cruce lo-
Luc. 23.c
Gen. 22.b quitur: Pater, cōdona illis, nesciunt enim quid faciūt.
Quid igitur patriarcha? Deus prouidebit sibi ouē fi-
li in holocarposin. Ambo naturæ nominibus utun-
tur: ille patrē appellat, hic filiū: & utrinq; graue bel-
lum excitatur. ac magna quidē erat tēpestas, at nau-
fragiū nequaquā, eo quòd philolosophia uincit oia.
Deinde simul atq; audiuit deū, nihil postea loquutꝰ
est, nec amplius erat curiosus: adeò sapiēs erat puer,
& in ipso ætatis flore. Vides quot hic rex uicit exerci
tus? quot hostes urgētes? Neque enim perinde formi
H dabiles erant barbari, quū Hierosolymorum ciuita-
tem frequenter adorirentur, ut harum rerū cogita-
tiones ipsum undiquaq; obsidentes: Verū hic sūpe-
rauit omnia. Sed uis etiam sacerdotem uidere? Non
procul abest exemplū. Etenim quū uides illū ignem
tenentem & gladium, araq; astantem, qd iam dubi-
tas de sacerdotio: Quòd si libet etiam uictimam cer
nere, uide geminam: obtulit filium, obtulit pecudē,
immo super omnia suum ipsius animū: ac pecudis q
dē sanguine dexterā, filii uerò cæde sanctificauit ani
mam. Hoc pacto sacerdos electus est, sanguine uni-
geniti & immolatiōe agni. Nā & sacerdotes purifica-
cabantur sanguine uictimarū quæ deo offerebātur.
Ioan. 8.g Vis iam & prophetā uidere? Abraham pater uester
exultauit, ut uideret diem meū: uidit, inquit, & gaui-
sus est. Sic & tu in baptismo rex efficeris, & sacerdos,
& propheta. Rex quidem oibus prauis actionibus
humi prostratis, & interfectis peccatis, Sacerdos aūt
dū seipsum offert deo, dumq; immolat corpus suū,
2. Ti. 2. b mactatq; seipsum. Nā si, inquit, mortui fuerimus illi,
uiuemus etiam cū illo. Propheta uerò dū futura di-
I scit, & deo afflatus redditur, atq; obsignatur. Quem
admodū enim militibus signum, ita fidelibus indi-
tur spiritus, ut si deseras ordinem, conspicuus sis om
nibus. Iudæi quidē habebant pro signaculo circūci
sionem, nos uerò pignus spiritus. Hæc igitur intelli-
gentes, perpensa dignitate nostra, dignam dono dei
uitam exhibeamus, ut uenturi seculi regnum conse-
quamur: quod omnibus nobis cōtingat assequ gratia
& benignitate domini nostri Iesu Christi, qui cum &
per quem patri gloria, simul cum sancto spiritu nūc
& semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia. IIII.

Go uerò testē deum inuoco ī animā meam, quòd
e *uobis parcens non amplius uenerim Corinthum.*

Quid ais beate Paule, ut parceres illis, nō ue
nisti Corinthum? Nū igitur nobis hic inducis sermo
nē secum pugnātē? Dixeras enim paulò antè te ideo
non uenisse, quòd nō secundū carnē cogitares, neq;
teipsum in tua haberes potestate, sed quòd ubiq; spi
ritus arbitrio circunagereris. Tum & afflictiones in
mediū adducebas. Hic cōtrà, ais tuæ potestatis esse
quòd nō ueneris, non iam arbitrii spūs. Sic. n. loque
ris, parcens uobis non ueni Corinthum. Quid igi
tur dicendum est? an quòd hoc ēt ipsum spiritus fue K
rit, atq; ipse quidem uenire uoluerit, cæterùm spiri-
tus illum ne ueniret retraxerit, suggerens illi ut illis
parceret? an de alio quopiā aduentu loquitur, illud
significans quod priusquam priorē scriberet epistō-
lam uenire uoluerit, sed sese propter charitatem co-
cohibuerit, ne offenderet nōdū corrigibiles. Proba-
bile est autē, ēt post illam epistolam, spiritu iam non
amplius uetāte, hāc ob causam suapte uolūtate mā-
sisse: quod magis est opinādū, uidelicet quòd initiò
quidē spiritus obstiterit: mox quū & ipse secum ex-
pendisset hoc esse melius, quòd remanserit. At tu in-
terim considera, ut denuò sui memor est, illud assi-
duè dicens, non desinā ab his q̄ mihi contraria sunt
commendari. Quoniam enim consentaneū erat, &
illud eos suspicari ac dicere: Ideo noluisti uenire, qā
oderis nos: ostendit diuersum quiddam fuisse in cau
sa, nimirū ob id noluisse uenire, quòd diligeret illos.
Sed quid est quod ait, parcēs uobis? Auditum est mi
hi, inquit, quosdā apud uos stupro inquinatos esse,
eoq; uenire nolui ne uos contristarē. Siquidem ne-
cesse fuisset, si adfuissem examinare negotiū, perse-
qui & punire atq; à multis pœnam exigere. Itaq; sa-
tius duxi abesse, dareq; pœnitentię locum quā si præ L
sens persequutus fuissem, ac magis exacerbassem ma
lum. Nam sub illius epistolæ finē obiter hoc apertè *Infr. 12.b*
declarat, dicens: Timeo, ne quo pacto si uenire, hu-
miliet me deus apud uos, lugeamq; multos q prius
peccauerunt, nec egerunt pœnitentiam super intem
perantia & immūditia quam patrarunt. Hoc igitur
& hic indicat, atque id quidem ita indicat, quasi se-
met excuset: cæterū re uera uehementer obstringit
illos ac terrorem incutit. Significauit enim illos, licēt
eis parcat, pœna dignos esse, atq; etiam aliquid mali
passuros, nisi properè corrigerentur. Quod ipsum itē *Infr. 13.d*
sub epistolæ finem indicans, Si denuò, inqt, uenero,
nō parcam: nisi quòd illic hoc dicit apertius, hic quo
niam erat procœmium, idem sed aliter dicit uidelicet
circunspectius. Ac ne id quidem satis est, uerū hoc ip
sum qd dixit rursum mitigat, correctiōe usus. Quo-
niam enim sermo erat ueluti magnā ostētantis po-
testatem: nam parcit quis illis ī quos habet & punē
di ius: hoc ipsum leniens, quodq; uidebatur asperius M
adumbārs, ait: *Non quod dominemur uestræ fidei*: Hoc
est, non eo hoc dixi, me uobis parcētem nō ueniss̄e,
quòd dominer uobis: neq; dixit, uobis, sed, fidei, qd
simul & mitius erat & uerius. Nā qui nolit credere,
qs habet cogēdi ius? *Sed adiutores sumus gaudij uestri.*
Quoniam, inquit, gaudium uestrū idem nostrū est,
ideo non ueni, ne uos coniicerē in mœrorē, animiq;
mei angorē augerē, sed remansi ut minis meis cor-
recti gauderetis: quando nihil nō facimus gaudii ue
stri gratia, & in hoc studio incūbimus, eò qd illiꝰ su-
mus participes. N. *um fide statis*. Vide rursus ut mode
ratè loqtur. Veretur rursus illos attingere, qd in prio
re epistola taxasset illos acriter. Quoniā autē non
nullā mutationis speciē de se præbuisset, ea res erat
illorū animos deiectura, si quū essent mutati, rursus
eādē obiurgationē sustinuissent. Hāc ob causam hęc
epistola lōgè mitior est supiore. *Statui autē hoc apud* *Cap. 12.*
me, nō i terum in mœrore uenire ad uos. Quòd ait, iterū,
indicat illū iā ab illis fuisse contristatum. Cæterùm
quum uideatur excusare sese, clā illos taxat. Quòd si
iā cōtristarant, & rursus erant contristaturi, cogita-
quāta fuerit illorū improbitas. Verùm hoc nō dicit,
contrista-

A contristastis me, sed alia ratione rem aggreditur, ta-
citè innuens, cū ait, ob hoc nō ueni, ne cōtristarem
uos. Quod dixit eandem cū illo uim habet, sed acce
ptabilius est. *Quòd si ego contristo uos, quis est qui me*
lætificet, nisi is qui contristatur ex me? Qualis est hęc cō
sequentia? Maxima sanè. Rem ita considera. Nolui,
inquit, ad uos uenire, ne uos amplius contristarem,
increpās, indignās, auersans: deinde quoniā & hoc
ipsum erat uehemētius, & illorū continebat accusa-
tionē, si sic res habebāt, ut Paulus si uenisset, contri-
standus esset, correctione usus ait: Nā si ego contri-
sto uos, & quis est q lætificet me, nisi is qui cōtrista-
tur ex me? qd aūt sentit, sic habet: Quod si ēt in mœ
rore futurus essem, coactus obiurgare uos, ac uide-
re mœrentes: tamen hoc ipsum lętificaret me, quod
summæ dilectionis argumentū sit, tanti me à uobis
fieri, ut mordere ualeā animos uestros auersando.
Vide aūt apostoli prudentiā. Cū enim iustum esset
ut discipuli cū increpantur, doleant, sentiantq; repre
hēsionis molestiā: sic illos inducit, quasi in hoc gra-
tificentur. Nullus, inquit, me perinde lætificat, atq;
B ille qui meis uerbis dum cōtristatur, ad meliora cō-
uertitur, dum me uidet iratū. Quanquā consequens
erat ut diceret, Nā si ego contristo uos, & quis est q
uos possit lætificare: nō tamē hoc dicit, sed inuertit
interim illos deliniēs, ac dicens, etiāsi contristo uos,
tamē gratiam in hoc mihi præstatis maximā, quòd
mea uerba mordeant animos uestros, Et *scripsi uo-*
bis hoc ipsum. Quidnā? me ob hoc ipsum nō uenisse,
quòd uobis parcerem. Quando scripsit? In epistola
1. Co. 16.b priore cū diceret, Nolo uos nunc in transitu uidere?
Inf. 12.g Equidē non arbitror, sed in eadē epistola cū ait, Ne
si uenero, rursus deus humiliet me apud uos. Hoc ip
sum, inquit, scripsi circa finē epistolæ, Ne si uenero
humiliet me deus meus, & lugeam multos eorum
qui antè peccauerunt. Sed quare scripsisti? *Vt ne cum*
uenero, tristitiam habeam ab his, à quibus oportebat me
gaudium consequi: confisus de omnibus uobis quòd meum
gaudium, gaudium sit omniū uestrum. Quoniā dixerat,
gaudeo uobis dolentibus, idq; uidebatur ēt durius
atq; asperius esse: rursum illud in diuersum retorsit,
mollitq; his q̄ subiecit. Propterea inquit, scripsi uo-
C bis, ut cū gaudio reperiam uos correctos: eoq; dixe-
ram, ut non contrister, non meū spectans cōmodū,
sed uestrū. Noui siquidē quòd si uidentis gaudētē,
gaudetis: & si uideritis dolentem, doletis. Itaq; uide
iam rursum ab initio eorum q̄ dicta sunt congruen
tiam. Nā hoc pacto sermo uobis fuerit intellectu fa
cilior. Nō ueni, inquit, ne contristarē uos, si ueniens
inuenissem uos incorrigibiles. Id aūt feci, nō mea ip
sius causa, sed uestrę utilitatis respectu, Nā ego dum
uos cōtristamini, gaudiū habeo nō mediocre, quā-
do conspicor uobis tantā esse mei curā, ut me indi-
gnante & mœreatis & doleatis. *Quis est qui lætificat*
me, nisi qui contristatur ex me? Attamen q̄q̄ hoc essem
animo, quoniā uestrū specto cōmodum, scripsi uo
bis hoc ipsum, ne cōtristarer: atq; hic rursus, non ad
me spectans, sed ad uestrā utilitatem. Noueram. n.
futurū, ut uos quoq; cōtristaremini, si me tristē con
spiceretis, quemadmodū & gaudetis, cū gaudētem
cernitis. Vide igitur prudentiam. Dixerat, ne uos cō-
tristem nō ueni, & tamen gaudeo, inquit. Deinde ne
uideretur illis dolētibus gaudere, hactenus, inquit,
gaudeo uos obiurgatione perstringens. Nā ob alte-
rum contristor, cū sic amantes cogor mœrore affi-

D cere, nō solū ob id quòd uos increparē, sed quòd ip-
se simul essem in mœrore, & hac de causa uos rur-
sum cōtristaremini. Cōsidera uerò, quo huic quoq;
dicto laudē admiscuit, dicens, à quibus oportebat
me gaudio affici. Nā hic est sermo testimoniū perhi
bentis illorū synceritati, & singulari charitatis affe-
ctui: quasi quis loquatur de filijs in quos multū be-
neficiorū cōtulisset, & circa quos plurimū laboras-
set. Itaq; si propterea hæc scribo, nec uenio: magnæ
cuiusdā dispensationis gratia non uenio, non odio
habēs neq; auersans, sed magnopere diligēs. Ad hęc
quoniā dixerat se dolentē gaudere, ne dicerent, hoc
ipsum curas ut gaudeas, declaresq; cunctis quantū
ualeas, subiunxit: *Ex multa enim afflictione & cordis*
anxietate scripsi uobis per multas lachrymas, nō ut contri
staremini, sed ut cognosceretis charitatē quam habeo abun
dantius erga uos. Quid hoc aio amicius? Quando qui
dem declarat se nihilominus doluisse, q̄ eos qui pec
cauerant, imo amplius. Nō. n. solū dixit, ex afflictio-
ne, sed addidit, ex multa. neq; dixit, per lachrymas:
sed, per multas lachrymas, atq; ex anxietate cordis:
hoc est, præfocabar, strangulabar præ doloris ma- E
gnitudine, nec amplius ferebā doloris immēsum cu
mulū. Scripsi uobis nō ut contristaremini, sed ut co
gnosceretis charitatē, inquit, quā habeo abūdātius
erga uos. Atqui sermonis tenor postulabat ut dice-
ret, nō ut cōtristaremini, sed ut corrigeremini: quan
doquidē & ob hoc ipsum scripsit. Verū nō. h. d. sed
potius edulcans sermonē & ad uehementiorē chari
tatis flagrātiam illos alliciens, hoc illius loco ponit,
declarās se cuncta dilectionis gratia facere: nec sim
pliciter dixit, charitatē, sed addidit, quā habeo abū-
dantius erga uos. Cupit ēt illos & hac ratione pelli-
cere, dum declarat quòd præ cæteris oibus eos dili
gat, quodq; erga ipsos affectꝰ sit, ut erga discipulos 1. Co. 9.a
eximios: eoq; dicit, Etsi alijs nō sum apostolus, at sa *Ibid. 4. d*
nè uobis sum. Etsi multos habeatis pædagogos, nō
multos tamen patres. Ac rursum, In multa gratia cō *Sup. 1.c*
uersati sumus in mundo, abundātius aūt erga uos.
Ac progressus dicit: & abundantius uos diligens, mi *Inf. 12.e*
nus diligor. Hic itē, quā habeo abūdātius erga uos,
ut etiāsi uerba plena fuissent iracundiæ, tamē ea ira
ex uehementia amoris ac doloris proficisceretur. F
Etiā cū scriberē epistolā, cruciabar dolebamq;, non
tantū ob id, quòd peccatū esset admissum, uerùm
quòd cōpellebar uos afficere dolore: sed hoc ipsum
ex amore nascebatur, Nō aliter q̄ si quis filiū habeat
legitimū, & unicè charū, cui sic uomica, dum cogi-
tur illū secare & urere, utriusq; noie cruciatur, & qd
ægrotat filius, & quòd cōpellatur illū secare. Itaque
qd uobis uidetur odij signū, argumentū est flagran
tissimæ charitatis. Quòd si contristare quempiā ab
amore uenit, multò magis lętificare tristē, charitatis
est. Excusat igitur seipsum, idq; facit frequenter, nec
erubescit. Etenim si deus id facit, dicēs: Populē meꝰ
quid feci tibi: multò magis id decet facere Paulum.
Ergo postq̄ excusauit seipsum, iamq; aggressurus es- *Mich. 6.a*
set excusationē illius q stupro fuerat contaminatus,
ne distorquerētur quasi cōtrarijs iussis urgerētur, &
aduersus ipsum cōtenderent, propterea quòd idem
esset, qui tum illi indignabatur, & nunc iubet absol-
ui. Vide quo pacto ad causam hāc tractandā præpa
rauit rationē, partim ab his q̄ dicta sunt, partim ab
ijs q̄ dicentur. Quid enim ait? *Siquis contristauit, non*
me contristauit. Primū hoc laudis postq̄ illis tribuit,

G quòd iisdē gaudeāt ac doleāt, tum demū iniicit hac
Hic sup.a de re sermonē: cū prius dixisset, Meū gaudiū omniū
uestrū est gaudiū. Quod si uero gaudiū omniū ue-
strū est gaudiū, oportet uos & nunc mecū delec-
tationē capere, quemadmodū & tūc mecū doluistis:
per eadē.n.lætificati estis per q̄ fueratis cōtristati: &
per quæ gaudetis, nūc exhilarati idē facite. Nec dixit
meus dolor est oium uestrū, sed hoc alibi molitur:
nunc qd præcipuè oportet posuit, uidelicet gaudiū,
cū ait, meum gaudium omniū uestrū est. Deinde &
superiorū meminit, dicens: *Quòd siquis contristauit,
non me contristauit, sed ex parte, ne grauem uos oēs.* Scio,
inquit, quòd mecū irati fuistis, mecūq; indignati ei q
stuprum admiserat, quodq; acciderat, ex parte uos
oēs contristauerat: atq; ideo dixi, ex parte, nō quòd
uos minus indignati fueritis, q̄ ego, sed ne degrauē
illū qui stuprū patrauit: itaq; nō me tantū contrista-
uit, sed pariter & uos. Licèt parcēs ei dixerim, ea par
te. Vides ut protinus illorū laxauit animos, declarās
illos fuisse consortes indignationis? *Sufficit eiusmodi
hæc obiurgatio quæ facta est à pluribus.* Nō dixit, ei qui
H stuprū admisit, sed iterum dicit eiusmodi, quemad-
1.Cor.5.a modū in priore epistola, licèt nō eandē ob causam,
sed illic quidē erubescens, hic uerò parcens: eoq; ne-
quaquā amplius meminit peccati, quòd iam esset ex
cusandi tēpus *ut contrà potius condonetis & consolemi-
ni: nequa fiat, ut abūdantiore tristitia absorbeatur hmōi.*
Non.n.solū iubet remitti increpationem, uerū ēt ad
priorē statum reuocat. Nā siquis flagellis cæsum di-
mittat tātū, nec deliniat, nihil agit. At uide ut rursus
& illū premit, ne indulgētia fiat deterior. Quanq̄.n.
confessus erat facti pœnitens, tamē ostendit, quod
nō perinde ex pnia atq; ex cōdonatione cōsequatur
remissiorē: eoq; dicit, ut cōdonetis & consolemini.
Idem uerò declarat & id qd sequitur. Nō.n.quòd di
gnus sit, neq; quòd sufficientē exhibuerit pniam, sed
quòd infirmus sit, ideo, inquit, dignor illū uenia: un
de & adiecit, Ne abundantiore tristitia absorbeatur
eiusmodi. Cæterū hic sermo declarat illius uehemē-
tem pniam, quē Paulus nō passus sit i desperationē
uenire. Sed quid est illud, ne absorbeatur? Ne hoc fa
ciat qd fecit Iudas: aut si uiuat, fiat seipso deterior:
I aut si resilierit, inquit, nō ferens amplius ex prolixa
obiurgatione molestiā, ēt desperans, quòd sæpe fit,
aut ad laqueum, aut ad maiorē iam perueniat mali
tiā. Occupandus est igitur, ne uulnus fiat acerbius,
neq; qd rectè fecimus, insolētia perdamus. Hæc aūt
dixit, illū, quemadmodū dicere cœperā, simul cohi-
bens ad modestiā, simul erudiēs ne post absolutio-
nē fieret incogitantior: nō.n.iam ut perfectū qui se
lauerit, sed metuens nequid grauius admitteret, ita,
inquit, illū recepi. Qua ex re docemur, quòd non so
lùm ad peccatorū naturā, uerūetiā ad mentē habi-
tumq; peccantiū oportet moderari pniam, quod ip
sum tum faciebat Apostolus. Metuebat.n.illius in-
firmitati, eoq; dixit ne deuoretur, ac ueluti sub no-
xia bestia, uelut in tēpestate, uelut in procella. *Qua-
propter obsecro uos.* Nō iam iperat dum obsecrat, non
tanq̄ præceptor, sed uelut æqualis, & illis in sede iudi
ciaria collocatis, seipsum ponit i loco patroni. Quo
niā.n.ex animi snia cōfecerat q̄ uolebat, supplicatio-
ne præ gaudio insatiabiliter est usus. Sed agè, qd est
quod obsecrat? *Vt uincat in illum charitas:* Hoc est, ut
cōfirmetur, neq; id simpl'r, aut utcunq; inciderit, sed
efficaciter. Atq; hoc dictū rursus declarat illorū sum
mam uirtutē, siqui tantopere dilexerāt eū & applau K
serāt, ut super illo ēt inflarētur, eundē adeò fuerunt
auersati, ut tanto studio Paulo laborandū fuerit, ut
in illū ualere sinerent charitatē: quorum alterū erat
uirtus discipulorū, alterum uirtus præceptoris: quòd
illi tam tractabiles fuerint, quodq; hic illos ita cōpo
suerit. Quod si nunc quoq; fieret, haudquaquā pec-
catores absq; sensu sui peccarent. Nec.n.simpliciter
oportet amare, neq; sine ulla ratione quenquā auer
sari. *In hoc siquidem scripsi uobis, ut cognoscerem proba-
tionem uestram, an ad omnia sitis obedientes.* Nō tantū *in
resecando, uerū & in conciliando.* Vides ut rursus illis ī-
gerit periculū. Quemadmodū enim illic cū peccas-
set ille solicitos reddebat, nisi resecarent peccatorē, *1. Co.5.ē*
dicens: Exiguum fermentū totā conspersionem fer *Gala.5.b*
mentat, aliaq; cōplura: ita hic rursus illis inobedien-
tiæ metū iniicit, tantū non dicens: Quemadmodū
tunc non pro illo, sed & pro uobis: ita nunc nō pro
illo magis q̄ pro uobis ipsis est uobis consultandū,
ne uideamini contentiosi & inhumani, nec in omni
bus obedientes: eoq; dicit, *in hoc.n.etiam scripsi uo* L
bis ut cognoscerem probationē uestrā, num ad oīa
sitis obedientes. Siquidē illud uideri poterat inuidię
ac malignitatis: sed hoc maximè declarat puram ue
stram obedientiam, si ad humanitatē estis alacres
promptiq;. Quandoquidē hoc est proborum discī-
pulorū, non solū reiectionem imperanti, sed etiam
contraria iubenti obtemperare, unde dixit, Ad om-
nia: significans ni obedierint, futurū ut non tam illū
q̄ seipsos dedecorarent, conflata sibi pertinaciæ su-
spicione, uidelicet hoc agēs, ut hinc quoq; stimulet
eos ad obedientiam. Atq; ideo dicit: *In hoc.n.scripsi
uobis.* Quanquā nō in hoc scripserat, sed ideo sic lo
quitur, ut illos alliceret. Nam præcipua erat causa, ut
illum qui peccauerat seruaret, sed hinc sic illis grati-
ficatur, ut nemini noceat. Cæterū quòd ait, ad om-
nia, rursus collaudat illos, renouans memoriā prio-
ris illorū obedientiæ, eamq; reuocans in medium.
Cui aūt aliquid condonatis, & ego. Vides ut rursus sibi
sumit posteriores, illos quidē negotij duces, se uerò
comitē ostendens, quorum alterū lenit animū exa-
speratū, alterum remollit pertinaciter obsistentem.
Mox ne redderet illos elatos, quasi huius negotij au M
thoritas penes ipsos esset, itaq; fieret ut nō absolue-
rent hoiem, rursus adigit illos ad hoc, dicēs se quoq;
illi cōdonasse. *Nam & ego siquid donaui, propter uos,*
inquit, *feci.* Et quemadmodū cum iuberet hominē
resecari, nō passus est penes illos esse authoritatem
cōdonandi dicēs, Decreui tradere eiusmodi satanæ: *1.Co.5.b*
ac rursus assumpsit illos in eius sniæ consortium di- *Ibidem.*
cens, Congregatis uobis tradere illū: duas res maxi-
mas accurans, ut & proferretur snia, & ne id fieret
absq; illis, ne uideretur hic illos hoc facto lædere. Ac
neq; solus eā pronūciat, ne uideretur apostolus esse
præfractus, ipsosq; contemnere: neq; illis totū per-
mittit, ne permissa illis potestate dimitterent eū qui
peccarat, intempestiuè illi condonantes: itidem &
hic facit, dicens: Ego iam condonaui, qui in priore
epistola condemnarā: mox ne offenderentur quasi
contempti, addit, propter uos. Quid igitur? num pp
homines ignouit? Nequaquam: ideoq; adiecit, *In fa-
cie Christi.* Quid est, in facie Christi? Aut secun
dum deum intelligit, aut in gloriam Christi. *Ne cir-
cunueniamur à Satana. Neque enim illius cogitationes
ignoramus.* Vides ut simul illis & permittit authori-

A tatem, & rursus eam adimit, ut altero quidē illos de
liniat, altero illorū impudentiā excutiat. Cęterū nō
hoc solùm hic agit, uerum etiam illud, ut demon-
strēt, commune omnium incomodū esse, si minus
1.Co.5.b obedirent. Quod idem fecit in initio. Nam tū dice-
& Gala. bat, Exiguū fermentum totā consperſionē fermen-
tat: hic rursum, Ne circunueniamur à satana: breui-
ter ubiq; suā pariter & illorum facit condonationē.
Hic su.b Sed rem ab initio considera: Siquis, inquit, contri-
stauit, non me cōtristauit, sed ex parte, ne grauē om
nes uos. Mox iterū: Sufficit eiusmodi increpatio hęc,
quæ sit à pluribus. Hoc est illius suffragiū & senten-
tia. At non perstitit usq; ad decretū & pronuntiatio-
nē, sed rursus illos facit socios, dicēs: Vt cōtrà potius
uos donetis & cōsolemini, propterea obsecro uos,
ut uincat in illū charitas. Rursus postq̄ in illos cōtu
lit totius negotii authoritatē, ad suā trāsit authorita
Ibidē.c tē, dicens: In hoc.n.& scripsi uobis, ut cognoscerem
probationē uestrā, an ad omnia essetis obedientes.
Deinde rursus illorū facit gratiā, dicēs, Cui autem
aliquid donatis: mox facit suā, cum ait, & ego si qd
B donaui pp uos. Rursus & suā & illorum, Nā & ego,
inquit, si quid donaui propter uos, donaui in facie
Christi, aut in gloriā Christi, aut tanq̄ & hoc iubente
Christo: quæ res illis potissimum persuadebat,
ut condonarent, propterea quòd iam metuissent
non cōdonare causam quæ cederet in Christi glo-
riā, quæq; illi probaretur. Rursus cōe malū si minus
obediant, exprimit dicēs, Ne circūueniamur à sata-
na. Rectè dixit pleonexiā, hoc est, usurpationē ul-
tra iustum. Nō.n.iam sumit sua, sed nostrā rapit. Ne
uerò mihi ita loquaris: solus hic sit p̄da bestiæ: sed
& illud cōsidera, quòd gregis numerus imminuitur
nūc maximè, dū p̄ōt qd amiserit recuperare. *Neq;
enim cogitationes illius ignoramus:* Videlicet quòd sub
pietatis specie perdit. Nō enim solū illiciendo ad stu
prū, uerum & diuersa ratione potest exitium adfer-
re, puta, immodico pœnitentiæ dolore. Proinde cū
simul cū suis & nostros usurpet, dū & ad peccandū
incitans perdit, & nobis ad pœnitentiam prouocā-
tibus, rapit, an non res est ultra ius alieni usurpatio?
Nec enim illi satis est per peccatū deiicere, sed idē fa
C cit per pœnitentiā, ni aduigilemus: unde & meritò
uocat pleonexiā, quoties uincit etiā per nostra. Nā
per peccatū usurpare, propriū illius est: non item per
pœnitentiā, quòd hæc nostra sunt arma non illius.
Cum igitur & hinc possit arripere, consīdera quàm
turpiter uincemur, qūo ut imbecilles ac miseros de-
ridebit, atq; incursabit, si nostris nos armis aggres-
surus est. Nā uehementer ridiculū est, atque extremi
dedecoris, illū per nostra remedia, procurare uulne-
ra. Eoq; dixit: Nō enim illius cogitationes ignora-
m⁹, uafriciē eius, dolositatē, molitiones, malitiā, sub
Morale. pietatis imagine factos incursus declarans. Hæc
igitur nos reputantes, neminē despiciamus unquā,
nunquā peccantes desperemus, aut cōtrà simus in-
cogitantes, sed affligamus animū ubi deliquimus,
nec simpliciter effundamus uerba. Nā ipse nouī p-
multos qui dicunt quidē se lugere peccata, cum in-
terim nihil prædari faciāt: Sed ieiunāt quidē, asperis
uestibus induūtur: cæterū appetētiores sunt pecu-
niarū quā caupones & negotiationes exercētes, ma
gis uincuntur iracūdia quā feræ, magisq; gaudent
aliorū accusationibus, quā alij suis laudibus: Nō est
hæc pœnitētia. Imago tantū est & umbra pœniten

tiæ, non pnia. De his itaque rectè dicetur, Prospici- D
te ne usurpemur à satana: neq; enim illius cogitatio
nes ignoramus. Alios.n.per peccata, alios p pniam
perdit, rursus alios perdit dū non sinit illos ullum
ex pnia fructum capere. Etenim dum non inuenit
quo pacto recta uia perdat, alia ingreditur uia, la-
bores quidē intendens, fructibus autem spolians,
eisq; persuadens, quasi totū rectè peregerint, ut iam
reliqua negligant. Proinde ne nosipsos temerè lace-
remus, paucis aduersus huiusmodi fœminas disse-
ramus. Siquidē hic morbus præcipuè fœminarū est.
Bonum quidē est & hoc quòd nūc fit ieiuniū, humi
cubitus ac cinis: uerū ni cætera accesserint, nulla fue
rit utilitas. Demōstrauit deus qūo remittat peccata.
Quid igitur illa relicta uia, alterā uobis eligitis? Pec
cauerāt olim Niniuitæ, eademq; fecerunt q uos nūc
facitis, sed inspiciamus quæ res illis fuerit usui. Quē-
admodū enim ægrotantibus multa adhibent medi
ci, uerū qui sapit non eò spectat, hoc an illud fecerit
qui morbo laborat, sed quid profuerit illi: Sic & hìc
spectādū est, quid iuuerit illos barbaros. Adhibue-
rūt ieiuniū uulneribus, & acre ieiuniū, humi dormie E
bant, sacco uestiebantur, cinerem & fletus adhibe-
bant, uitæq; mutationem. Inspiciamus igitur quid
horum reddiderit illos sanos. Et qūo, inquies, scie-
mus? Si ad medicū accedamus, si ipsum interrogē-
mus. Non.n.celabit nos, quin potius omnino dicet:
Immo ne quis percontari opus habeat, perscripsit
etiā qd illos à morbo erexerit. Quid igitur est illud? *Ion.3.d*
Vidit, inquit, deus quòd illorū unusquisq; sese auer-
tisset à uia sua mala, ac pniam egit super malis quę
dixerat se facturū illis. Non dixit, uidit ieiuniū, saccū
& cinerē. Nō hæc loquor ut tollā ieiuniū, absit hoc,
sed hortor ut unà cū ieiunio, quod melius est facia-
tis, hoc est, ut ab oī malitia abstineamus. Peccauit
& Dauid. Videamus igitur, qūo & hic egerit pniam. *2.Re.12.*
Triduū desedit in cinere. Quanq̄ hoc non fecit pro *d*
peccato, sed pro puero, adhuc affectu in illū ebrius.
Sed peccatū alia ratione absterſit, uidelicet submis-
sione, cordis cōtritione, aī cōpūctione, deniq; cauē
do ne in eadē relaberetur, pterea quòd iugiter me-
mor esset sui peccati, quòd grato aio ferebat q̄qd
incurrebat afflictionis, quòd parceret his à qb⁹ mo F
lestia afficiebātur, quòd nō solū ulciscerētur insidiā
tes, uerū etiā hoc facere uolētes uetuerit. Cum illū
Semei innumeris probris aspergeret, ac dux q̄ præ- *2.Reg.1*
sens aderat indignaretur, Sine, inquit, illū deuouere *6.b*
me, quoniā domin⁹ præcepit illi. Habebat enim cor
contritū & humiliatū, quod maximè absterſit illius
peccata. Nam hæc est cofessio, hæc est pœnitentia.
At si ieiunātes elati simus, nō solū nihil capim⁹ utili
tatis, uerū etiā damno afficimur. Submitte igitur &
cor tuū ut deū tibi concilies. Propè est.n.dominus *Psa.33.d*
his qui cōtrito sunt corde. Nōne uides ut qui in splē
didis domibus ab honore submoti sunt, nec inferio
ris notę famulis cōuiciantibus respōdēt, sed tolerāt,
ob ignominiā, qua sepsit illos peccatum? Itidem fac
tu quoq;. Vbi quis te cōuicijs icesit, ne exacerberis,
sed ingemisce, non ob iniuriā, sed ob peccatū quod
te conicit in ignominiā. Ingemisce cum peccas, nō
quòd es castigandus: nam id quidem nihil est, sed
quòd offenderis dominū tuum usque adeò māsue-
tum, qui sic te amat, sic inhiat saluti tuæ, ut & filium
tradiderit pro te: propter hęc suspira, idq; facito iugi
ter. Hæc enim est cōfessio: non nūc quidem hilaris,

G posterodie tristis, deinde rursus hilaris, sed iugiter in luctu perseuerato, & in affligēdo temetipsum Beati enim, inquit, qui lugent, hoc est q iugiter hoc faciūt. Mat.5.a Persiste igitur in hoc luctu, & tibi insitās & cōterens animā tuā, non aliter quā siquis lugeat legitimū ac Ioel.2.c minimè degenerū filiū amissum. Scindite, iquit, corda uestra, & non uestimēta uestra. Quod autē confractū est, nequaquā sarcietur: quod Contritum, ne quaquā resurget. Ea propter, alter ait, Scindite: alter Psa.50.d dicit, Cor contritū & humiliatū deus non despiciet. Et si fueris sapiens, & si diues, & si potens: dilacera cor, ne sinas illud sublimes tollere spiritus, neq; infla ri. Quod enim discerptum est, nō inflatur: & siquid esset quod extolleret, conuulsio nō sustinet inflatio nē. ita tu quoq; sis aīo demisso, cogitās quòd publicanus ille unico uerbo iustificatus est, q̄q̄ non erat Luc.18.c illa animi modestia, sed uera confessio. Quod si hęc tantū ualet, quantò magis animi submissio? Ignoscē peccata ijs qui in te peccauerūt. Nā & hęc res remittit peccata. De priore quidē ait: Videbā quòd incede 3.Re.21. ret tristis, & sanaui uias eius. Hoc aūt in Achaab placauit irā dei: de altero uerò legitur, Remittite, & re- H mittetur uobis. Est alia uia remediū hoc adferēs no Luc.6.f bis, uidelicet detestatio peccatorum: Dic tu peccata Esa.43.d tua prior, ut iustificeris. Iam & hoc diluit peccata, si in rebus aduersis agas gratias, sed omniū p̄cipua est eleemosyna. Numera nūc remedia q̄ medentur tuis uulneribus, omniaq; semper appone, humilitatē, cōfessionē, obliuionē acceptarū iniuriarum, in aduersis gratiarū actionē, egentibus & pecunia, & officio Luc.18.a subueniendi studiū, assiduam precationē. Hoc modo uidua crudelē & immitem iudicē propitiū reddidit. Quòd si illa sibi cōciliauit iniquum, multò magis tu cōciliabis mansuetū. Est & alia p̄ter has uia, Esai.1.c ut adsis his q iniuria afficiūtur Iudicate, inquit, orphano, & iustificate causam uiduæ, & uenite huc, & disputemus. Et si fuerint peccata uestra, ut phœni ceū, ut niuē dealbo. Quid igitur erit nobis excusationis, si cū tot habeamus uias in cœlū ducentes, totq; pharmaca quæ nostris medentur uulneribus, I etiā post lauacrū in hisdē perseueremus? Ergo ne p̄sistamus, sed qui nōdū lapsi sunt, in sua permaneāt pulchritudine, aut potius magis ac magis excolant illā. Nā etsi nulla reperias delicta, tamē hæc benefacta, augēt animi pulchritudinē. Nos uerò q in multis deliquimus, his quæ cōmemorauimus, utamur ad correctionē, ut ad tribunal Christi multa cū fiducia sistamur, quā nobis oībus cōtingat assequi, p gratiā & bonitatē domini nostri Iesu Christi, cui cū patre & spiritu sancto gloria, imperiū, honor, nunc & semper & in secula seculorū, Amē.

Homilia quinta.

Vm autē uenissem Troadē in euāgeliū Christi,
C *& ostiū mihi apertum esset in domino, non habui requiē spiritu meo, eo quòd nō reperissem Titū fratrē meum.* Hic sermo uidetur quidem Paulo indignus, siquidē ob fratris absentiā tantam deseruit salutē, quin & tenor orationis uidetur inabsolutus. Quid igitur uultis? ut ostēdamus quòd nihil se dixerit indignum, an ut doceamus quadrare sermonis tenorē? Mihi placet ut posterius hoc prius demōstremus. Nam hoc pacto fiet ut & illud alterū nobis facilius reddatur ac manifestius. Qūo igitur hæc cohærent cum superioribus? Recordemur illorum q̄ præcesserūt, & qūo quadrent intelligemus. Quæ nā igitur erāt quæ dixerat initiò? Nolo, inquit, uos igno K *Supr.1.b* rare de afflictione quæ nobis accidit in Asia, quoniā supra modū grauati sumus ultra uires. Quūmq; declarasset qūo fuisset liberatus, & q̄ in medio sunt interiecisset, necessariò redit ad hoc ut doceat qūo & aliter afflictus fuisset. Quomodo igitur & quo pacto? ob id quòd non repererit Titum. Graue siquidem per se est ac dignum ob quod quis uitam abijciat, uel tentationes sustineat. Cæterùm si absit consolator, q posit onus unà ferre, grauior fit tempestas. Porrò Titus hìc ipse erat, quem in progressu epistolæ dicit à Corinthijs ad se missum, & de quo *Infr.7. & 8* multas magnasq; laudes deprędicat, quē ēūdē ait se ab se ad illos dimisisse. Proinde uolens ostendere, quòd hac quoq; i parte pp ipsos fuisset afflictus, hęc locutus est. Ex his igitur liquet hūc sermonē cū superioribus cohærere. Iā quòd nihil hic Paulo sit idignū conabor demōstrare. Nō. n. dicit, quòd Titi absentia obstiterit saluti eorū q fuerāt ad euangelicā acceptionē fidem, neq; quòd hāc ob causam neglexerit eos qui crediderāt, sed quòd non habuerit requiē, hoc L est quòd afflictus sit, discruciatus sit, ob fratris absentiā: declarans quanti momenti sit abesse fratrē, eaq; gratia decesserit illinc. Sed quid est quod ait: *Cū uenissem Troadem ad euangeliū?* Nō simpliciter dicit, adueni, sed, ut prædicarem euangelium. *Attamen etiam cum ob id uenissem, ac reperissem ingens negotium quòd ostium mihi magnum apertum esset in domino, non habui, inquit, requiem.* Haud tamen ea res interrupit quod agebatur. Qūo igitur dicit, dicto illis uale discessi, hoc est, non ibi moratus sum diutius, angustia loci laborans, ac mœrore discruciatus. Fortassis autē & interruptū est opus illo absente. Verū hęc quoq; res non mediocriter consolatur illos. Etenim si illic cū esset apertū ostiū, & in hoc uenisset, illico discessit, quòd fratrē nō reperisset, multò magis, inquit, oportet uos ignoscere negotiorū necessitatib⁹, quibus ubiq; agimur ac circūagimur, neq; sinimur, ita ut uolumus, neq; discedere, neq; commorari diutius cū quibus uellemus. Ea propter subijcit iterum, quēadmodū superius spiritui, ita hìc deo asscribens absentiā suā: *Gratia aūt, inquit, deo, qui semper triumphat nos in Christo, & odorē notitiæ suæ manifestat per* M *nos in omni loco.* Ne uideretur hæc ueluti lamentans deplorare, gratias agit deo. Quod autē dicit sic habet, Vbiq; afflictio, ubiq; angustia. Veni in Asiā, grauatus sum, grauatus sum ultra uires. Veni Troadē, nō inueni fratrē, nō ueni ad uos. Et hoc quoq; non exiguū dolorē attulit aio meo, sed admodū grauē. Tū illud quòd cū apud uos multi peccassent, nō uiderim uos. Nā parcēs, inqt, uobis, nō iterū ueni Co- *Supr.1.b* rinthū. Itaq; ne uideretur hęc dicēs cōploratiōe uti, subdit, Nō solū nō dolemus in his afflictionibus, ue rūetiā gaudem⁹, quodq; maius est, nō tantū spe futurorū præmiorū, uerumetiā horū gratia quæ nūc cōtingunt, propterea quòd hic quoq; per has afflictiones clari reddimur & illustres. Itaq; tantū abest ut lugeamus, ac lamentemur, ut qđ agitur appellemus triūphū, & ornemur his q̄ nobis accidūt, unde & dicit: *Deo gratia, qui semper nos triumphat:* hoc est, qui nos omnibus facit cōspicuos & claros. Nam qđ alijs uidetur esse ignominiæ, nimirum undiq; eiici, hoc nobis uidetur summi honoris. Eoq; non dixit, Qui nos facit notos, sed, q triūphat: significās quòd eiusmodi p̄secutiōes ubiq; terrarū assidua trophæa

erigerent

A erigerent aduersus diabolum. Mox dum cōmemorato eo qui triumphat, addit ēt triumphi causam & argumentū, hinc quoq; excitat auditoris animū. Nō enim solū, inquit, triūphamur à deo, sed triumphamur in Christo: hoc est, pp Christum, & ob euangelij prædicationē. Posteaquam. n. agendus est triumphus, oīno necesse est, & nos quoq; qui trophæum gestamus, esse cōspicuos: quoniā ipsum Christū baiulamus, ob id nobiles sumus & illustres. *Et odorem notitiæ suæ manifestauit per nos in omni loco.* Superius dixit, qui semper triumphat: hìc dicit, in omni loco, de mōstrans & locū & tēpus omne plenū esse certaminibus apostolicis. Rursus & aliā adhibuit metaphoram, ab odoris fragrātia sumptā. Sicut. n. qui portāt unguenta, sic oibus, inquit, sumus manifesti, dei notitiam appellans unguentū pretiosum. Nec dixit notitiam, sed, odorē notitiæ. Talis siquidē est præsens dei notitia, non admodū euidens nec exerta. Vnde
2.Co.13.d & in priore dicebat epistola, Videmus nunc per speculū in ænigmate: hic idē dicit, odorē. Qui uerò per sensit odorē, scit quidē unguentū alicubi positum
B esse: cęterū cuiusmodi naturæ sit, non itē nouit, nisi prius ipsum uidere cōtingat. Sic & nos, deum quidē esse scimus, at quid sit scīm substantiā nondum scimus. Proinde sum⁹ tanq; regale suffumigatoriū siue thuribulum, quocunq; accesserimus cœlesti fragrātes unguento, ac spirituali suaueolentia. Hæc aūt dixit, simul prædicationis uim ostēdens, quòd à quibus per insidias appetūtur apostoli, per hos relucēt magis, dum persequētes efficiūt, ut totus ēt terrarū orbis ipsos nouerit, ac illorū trophęa bonię odoris fragrantiam, simul cōsolans illos super afflictionib⁹ ac tentationibus ut oia forti preferant animo, siquidem & ante tempus reponēdę mercedis, ineffabilis gloriæ fructū capiunt. *Quoniam Christi bonus odor sumus deo, in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt.* Etenim siue quis saluus fiat, inquit, siue pereat, ipsum euangeliū manet propriā obtinens uirtutē, nō aliter q̄ lumē, etiamsi caliginem offundat infirmis oculis, lumen est ēt tum cum obtenebrat. Et mel quanuis amarum sit ægrotantibus, natura tamen dulce est: Sic & euangeliū boni odoris est, etiamsi qui pereūt
C increduli. Nec. n. euangelium facit, ut illi pereāt, sed illorū amētia. Quin hac potius ratione patefit illius fragrantia, si corrupti & improbi pereunt, ut nō tantùm ē salute bonorū, uerumetiā ex malorum interitu declaretur illius uirtus: quandoquidē & Sol cum uehementer lucidus est, hoc ipso maximē ferit infir-
Luc.2.c morum oculos. Atq; ipse seruator in ruinā, & resurrectionē multorum positus est: attamen manet id quod est, seruator, etiamsi corruāt innumerabiles: & illius aduētus grauiorē damnationē attulit incredulis, nihilo secius tamen perseuerat esse salutaris. Hanc ob causam & Apostolus dicit, *Deo bonus odor sumus:* Hoc est, etiamsi pereant aliqui, nos tamē perseueramus hoc esse quod sumus. Neq; simpliciter dixit, bonus odor: sed addit, deo. Quòd si deo sumus bonus odor, isq; hæc suo suffragio cōprobat, quis deinde contradictūrus est? Ac bonus odor Christi mihi duplicē uidetur recipere interpretationem, aut enim hoc dicit quòd apostoli seipsos immolarent morientes, aut quòd Christi ⌜immolatio bonus sit odor: ⌝quasi dicat aliquis, huius uictimæ bonus est odor, hic suffitus. Aut hoc igitur significat boni odoris uocabulū, aut qđ prius dixi, quoniam quoti

⌜*immolationis bonus odor simus.*

die immolantur pp Christū. Vides quò euexerit tentationes, dum eas triumphum appellat, ⌜bonumq; odorē, ac uictimā, quę deo offertur. Deinde quoniā dixit, Bonus odor sumus etiā in his qui pereunt, ne putares & illos deo acceptabiles esse, subiunxit: *His quidem odor mortis in mortem, illis uerò odor uitæ in uitam.* Quòd hunc bonū odorem alteri quidē admittunt ut salui fiant, alteri sic ut pereant. Itaq; siue quis pereat, ipse sibi causa est, quandoquidē & sues dicū tur unguēto præfocari, & lumen quemadmodum antè dixi, infirmis caliginē offundere. Talis est & bo *Hic incipit eadē iterare.* norū natura, non solū sua corrigit, uerū etiam contraria perdit, atq; hìc potissimū ostenditur illorum uis. Nam & ignis nō modò cū illuminat tantū, neq; cum aurum repurgat, uerū etiam cū carbones absumit, maximè suam uim exerit, atq; hac parte perspicuum fit, quòd sit ignis. Similiter aūt & Christus hoc quoq; argumento declarabit maiestatē suam, cū absumpserit Antichristum spiritu oris sui, & aboleuerit splēdore aduentus sui. *Et ad hæc quis idoneus?* Quoniā magnifica quædā fuerat elocutus, uictima sumus Christi, & bonus odor, & triūphamur ubiq; E rursus temperat ea, cuncta ad deū authorē referēs, ita loquens: & ad hæc quis idoneus? Totū, inquit, Christi est, non nostrū. Vides ut huius sermo cōtrarius est sermoni pseudoapostolorū? Siqdē illi gloriā tur, quasi ex sese aliquid attulerint ad euangeliū: hìc uerò hoc nomine ait se gloriari, quòd existimet illic nihil esse ipsius. Nā gloria, inquit, nostra hæc est, te- *Sup.1.c* stimoniū cōscientiæ, quòd non in sapientia carnali, sed in gratia dei conuersati sumus in mundo, & ub illi lucrum existimabant esse gloriari de sapientia, exi ternā loquor, hic existimauit exitium. Eoq; & hìc dicit, Et ad hæc quis idoneus? Quòd si nō sumus idonei, gratiæ est qđ geritur. *Non enim sumus sicut cæteri cauponantes uerbum dei.* Nam etiāsi magnifica loquamur, nullū tamen nostrum diximus esse benefactū, sed oia Christi. Neq;. n. imitabimur eos, qui se falsò uocant apostolos, dicentes pleraq; ipsorū esse. Nam hoc est cauponari, ubi quis adulterat uinū, ubi qs pecunia uendit, quod gratis donari oportuit, quan doquidē hic mihi uidetur illos taxare de quæstu, & quod dicebam, rursus subindicare, quòd sua misce- F rent diuinis. Quod reprehendens & Esaias dicebat, *Esa.1.f* Caupones tui miscent uinū aqua. Quanquā. n. hoc de uino dictū est, haud tamē aberrarit, siquis ad doctrinā transferat. At nos, inquit, nō eodē modo rem gerimus, sed quæ nobis credita sunt, ea exhibemus, merū & indilutū propinantes uerbum. Ideoq; subiū xit: *Sed tanquam ex syncerit ate, tanquam ex deo, in conspectu dei, in Christo loquimur.* Non seducētes uos ita prædicamus, ueluti gratificantes uobis, aut uelut ex nobis ipsis aliquid inferentes aut admi centes, sed tanq; ex deo: hoc est, non loquimur quòd aliqđ domi nostræ natū uobis largimur, sed quòd deus omnia donauit. Hoc. n. est ex deo, de nullo gloriari, q̄si proprium habeamus, sed omnia illi transscribere: in Christo loquimur, nihil nostræ sapientiæ, sed ab illo proficiscenti robori intentes. At non idē faciunt isti, qui se iactāt, sed perinde rem gerunt, quasi ex se quippiam intulerint. Vnde & alibi taxat eos dicens: Quid. n. habes quod non accepisti: Quod si etiam 1. Co 4.b accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Hæc summa uirtus est, omnia deo accepta referre? nihil nostrum ducere, nihil ad humanam gloriā facere,

G sed ad dei placita: propterea quòd is est, qui rationē exacturus est. Nunc uerò ordo inuersus est, eū q pro tribunali sedet, & causas excutit, non admodū metuimus: eos uerò qui nobiscū stant simulq; iudicantur, timemus. Vnde igitur hic morbus, unde í nostras animas inuasit? Ex eo quòd nō assiduè uersamus animo q̄ illic sunt, sed rebus præsentibus affixi sumus. Hinc uenit quòd in prauas actiones facilè prolabimur, & siquid boni facimus, ad ostentationē facimus. Hinc itaq; nobis uenit detrimentū. Proinde uidet quis impudicis oculis aliquā frequenter, sic ut nec illa q̄ aspicitur sentiat, nec hi qui cum ipso ambulāt, at non ēt sefellit oculū illū qui somnū nescit. Siquidē ille ēt priusquā peccatū comittatur, iam uidit animā impudicam, atq; internam insaniam, uidit cogitationes uelut in tēpestate ultrò citroq; fluctuantes. Neq; n. opus habet testibus & argumētis qui nouit omnia. Itaq; ne respicias ad conseruos. Nā etiamsi laudet homo, nulla hinc utilitas, si deus nō approbet. Rursum quāuis damnet homo, nullum detrimentū, si nō cōdemnet deus. Ergo ne isto modo prouoces iudicē, conseruorum quidē multā habens rationē, ipso uerò indignāte nec metuens nec tremens. Negligamus igitur laudē ab hominibus uenientē. Quousq; uiles & humilium rerum admirato res, quousq; deo nos ad cœlū erigēte ipsi studemus humi repere? Fratres Iosephi si dei timorē prę oculis habuissent, ut habere par erat, haud quaquā fratrē in solitudine nacti occidissent. Rursus Cain si iudicium illud metuisset, quemadmodū metuisse oportuit, nequaquā dixisset, Veni, egrediamur in campū. Quid. n. ô miser & infelix separas illum ab eo, qui ipsum genuit, & in solitudinē abducis? An deus in deserto nō intuetur facinus? An ex his q̄ patri tuo acciderūt, nondū edoctus es, quòd deus oía nouit? oíbus adest q̄ patrantur? Et quamobrē nō hoc ad illū dixit deus inficiantē, me celas, qui ubiq; sum p̄sens, qui occulta noui? Quoniā nondū ille hęc sublimioris philosophiæ rectè capere poterat. Sed quid dixit? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me: nō quòd sanguis habeat uocē, sed quemadmodū nos de rebus manifestis ac dilucidis loqui solemus, res ipsa clamat. Quapropter sanè, oportet dei iudiciū præ oculis habere, mox mala extincta fuerint oía. Sic & in precationibus posſumus esse uigilantes, si cōsideremus cui loquamur, si reputemus nos sacrificiū offerre, ac macherā tenere manibus, necnō ignē & ligna, si cogitatione cœli portas aperiamus, si illò transferamur, & arrepto gladio spiritus infigamus illum in iugulū hostiæ, & mactemus illam sobrietate, atq; in fundamus illi lachrymas. hic. n. & huiꝰ sacrificij sanguis, hmōi illa ara rubescit mactatiōe. Ne cōmittas igitur, ut hoc tpe quicquā humanarū cogitationū occupet animum tuū: considerato quòd & Abrahā cū hostiam adferret, nō uxorē, nō seruum, non aliū quenquā passus est adesse: itaq; nec tu sinas seruiliū ac illiberalium affectuum quicquā adesse tibi, sed solus ascende in montē, quò ascēdit ille, quò fas non est quenquā alium ascendere. Quòd si q̄ talium cogitationum conentur tecū ascendere, imperato illis cum authoritate ac dicito, Sedete hic, ego uerò & puer adorato domino, reuertemur: & asina & pueris deorsum relictis, aut siquid aliud brutum est, ac mentis indigum, siquid est rationale assumito atq; ascēdito, quemadmodū ille assumpsit Isaac, aramq; quemadmodū ille ędifica, tanq; nihil habens humanum, sed uelut à natura factus alienus. Siquidē ille nisi ultra naturā exisset, nequaquā filiū immolasset. Nequa res tum tibi obstrepat, sed fias cœlis excelsior, suspira amarè, imola cōfessionē. Dic tu, inquit, peccata tua prior, ut iustificeris: offer cōtritionem cordis: hæ uictimæ nō in cinerē abeūt, neq; in fumū dissoluuntur, neq; lignis egent aut igne, sed sola mēte cōpuncta: hęc ligna, hic ignis incendēs illa & non exurens. Etenim qui cū feruore deprecatur, inflāmatur & non exuritur, sed uelut aurū igni probatū fit splendidior. Cū his uerò & illud obserua, neqd inter precandū loquaris quod exasperet dominū tuum, neq; illū aduersus hostes interpelles. Nam si probro datur habere hostes, orare aduersus illos cogita q̄tum sit malū. Etenim cū oporteat te rationem reddere quamobrē hostes habeas, tu illos ēt accusas? Et quā assequeris ueniā, non solū hostes habens, uerùm ēt malē de illis loquēs, idq; eo tpe cū tibi opus est multa misericordia? quando quidē acceſisti, pro tuis peccatis deprecaturus. Proinde ne memineris alienorū, ne tuorum memoriā refrices. Nā si dixeris, percute inimicū, obturasti tibi os, nec amplius linguæ dedisti loquendi fiduciam. Primū quidē quòd ipso statim deprecationis exordio ad irā prouocasti iudicē, deinde quòd ea petis q̄ pugnāt cū orandi formula. Nā si deum adis pro peccatorum remissione, qua fronte de uindicta loqueris? Cōtrà igitur oportuit facere. orandū erat pro illis, ut deum & pro nobis ipsis imploremus. Nunc iudicis sniam anteuerti tua, dum postulas ut peccantes puniat, q̄ res tibi oēm adimit ueniā. Quòd si pro illis orareris, ac pro te nihil dixeris, perfectionem oēm præstiteris. Considera quot sint in lege sacrificia. Est sacrificiū remissionis, sacrificium cōfessionis, sacrificium salutaris, sacrificium purificationis, aliaq; innumera, cū nullū sit aduersus inimicos, sed unūquodq; pro peccatis proprijs, aut ēt pro feliciter gestis. An aliū adis deū? Illum adis, qui iusſit nos pro inimicis nostris orare. Quo igitur occlamas illi, quo imploras deum, ut propriā soluat legem? Non est istud supplicis personam agere. Nemo supplicat ut alius perdatur, sed ut ipse seruetur. Cur igitur supplicis personam induis, cum uerba habeas accusatoris? Cùm pro nobis quidem oramus, scabimus caput, oscitamus, inq; mille cogitationes delabimur, at cū aduersus hostes oramus, uigilantes id facimus. Quoniā itaq; nouit diabolus, quòd contra nosipsos gladiū uibramus, non retrahit, nō auocat huc & illuc, quò grauius nos pdat. Sed dixerit aliquis, iniuria sum affectus & affligor. Quin igitur aduersus diabolū interpellas deū, q omnium maximè nos lædit: quòd etiam iuberis dicere, Libera nos ab illo malo. Ille est hostis irreconciliabilis. Cæterū homo quicquid facit, amicus est & frater. Illi igitur irascamur omnes, aduersus illum imploremus deum dicentes. Contere sathanam sub pedibus nostris. nam hic etiam inimicos nobis parit. Quòd si precaris aduersus inimicos, precationē quam ille optat, precaris. Ergo si contra hostes oramus, aduersus hunc oremus. Cur igitur omisso eo qui uerè est inimicus, mordes tua membra, hac in parte feris immanior? Sed contumelia, inquis, me affecit, & rebus meis me spoliauit. Sed uter est lugēdus, is ne qui affectus est iniuria, an qui fecit iniuriam? Nam qui pecunias lucrifecit, à dei beneuolentia semet excusſit, plusq; perdidit quā accepit. Proinde ille est qui læsus est. An nō igitur orandū est, ut deus illis fiat propitius? Cōsidera q̄ multa passi sint illi tres pueri qui nihil admiserant sceleris, exulabāt à patria libertate, adducti sunt captiui, facti sērui & in alienā ac barbarā auecti regionē, etiā occidē di erant ob somniū, idq; temerè, & sine causa. Quid igitur cū essent ingressi cū Daniele, qd precati sunt, quid dixerunt? Prosterne Nabuchodonosor, dilacera illius diadema, deiice illū à throno? Nihil huiusmodi. Sed postulabant misericordias à deo, similiter & cū essent in camino. At nō itē uos, sed cū multo leuiora patiamini quā illi, frequēter ētiustè meritoq;, nō desinitis innumera imprecari mala: hic dicit, deiice inimicū, quemadmodū demersisti currū Pharaonis: alius dicit, percute carnem illius. Rursus alius dicit, uindictā transfer in liberos. An nō agnoscitis hæc uerba? unde igitur nobis hic risus? Vides q̄ sint deridicula, cum ab his dicantur qui cōmoti nō sunt. Quin & omne peccatum tunc demum apparet quā sit fœdum, cum illi detraxeris affectionem eius qui facinus commisit. Et si irato reuoces in memoriam uerba quæ dixit cōmotus, abdet se ac deridebit seipsum, cupietq; uel innumera mala fuisse passum potius q̄ ea uerba esse ipsius. Et si impudicū post coitū reduxeris ad mulierē quam stuprauit, ēt hic illā auersabitur ut abominandam: Sic & uos qui uacatis talibus affectibus, ridetis nunc, ridicula sunt enim hæc & anicularū uerba, ebriorū ac muliebris pusillanimitatis. Quin & Ioseph uenditus, & in seruitutē deductus, cum etiā carcerē incoluisset, ne sic q̄dē emisit uerbū amarum eduersus eos q fuerāt dolorū authores, sed quid dicit? Furtim sublatus sum è terra Hebræorū: nec addit à quo fuerat sublatus, propterea quòd puderet ipsum fraternorum malorū, magis quā ipsos qui fecerant ea. Ad hunc modū decet & uos affectos esse, ut magis doleatis pro his qui uos infectantur, quā ipsi dolent pro se. Noxa siquidem ad illos peruenit. Proinde quemadmodū qui calcitrant aduersus clauos, & interim elato sunt animo, ob insaniā misericordia digni sunt ac lamentis: sic qui lædunt eos à quibus nihil passi sunt mali, non imprecationibus, sed multis cōplorationibus ac lamentis digni sunt, ut qui suas ipsorū uulnerant animas. Nihil enim detestabilius animo aliū deuouente, neq; quicquā impurius lingua talia exhalante. Homo es, ne uirus aspidū euomas. Homo es, ne uertaris í ferā. Ideo tibi datū est os, nō ut mordeas, sed ut medearis aliorum uulneribus. Memineris qd tibi præceperim, inquit deus, uidelicet ut condones atque ignoscas. At tu me imploras uti tibi consortem me præbeā ad subuertenda præcepta mea. Comedis fratrē, ac furentium ritu cruentas linguam ac dentes membrorum tuorū sanguine. Vt putas diabolum ridere, cum talia audit uota? quomodo putas deum iritari & auerti, cum talia postulas? Qua re nihil fieri potest sceleratius. Nam si fas non est adire mysteria eum qui habet inimicum, an non à cancellis arcēdus est, qui non solùm habet, uerū etiam aduersus illum fundit preces? Hæc itaque cogitātes, & huius sacrificij materiā esse scientes, quòd pro inimicis immolatus est dominus, neq; nos quēquam habeamus inimicū, & siquem habuerimus, pro illo oremus, ut & nos peccatorū nostrorum ueniā consequamur, & cum fiducia stemus ad tribunal Christi, cui gloria & imperiū in secula seculorum, Amen.

Morale. *Gen.37.d* *Ibid.4.b* *Ibidem.* *Gen.22.a* *Daniel.1. & seq.* *Gen.40. 6* *Esa.43.d* *Mat.5.g. & Luc. 6.b M* *Mat.6.b*

Homilia sexta.

Incipimus iterū nosipsos cōmendare? aut nū egemus, ut quidā, cōmendatitijs epistolis ad uos, aut ex uobis commēdatitijs? Quod ab alijs futurum erat ut obiiceretur, uidelicet quòd seipsum efferret, id occupans ipse commemorat, licēt & superius tāta correctione sit usus, cum diceret, Ad hæc quis idoneus? & ex synceritate loquimur: haud tamē illis cōtētus est. Siquidē hic Pauli mos est, ut sēmper sibi uideatur magni qppiā de se loqui, eoq; procul ab hoc uitio sese submouet, ex abūdāti summa cautione id uitās. At tu mihi hinc considera eximiā Apostoli sapiētiā. Rē. n. q̄idetur esse tristis, afflictionem dico, usq; adeò extulit, adeoq; demōstrauit esse splēdidā & illustrē, ut ex his q̄ dixit, hæc illi extiterit obiectio. Facit autē idem sub finē epistolæ. Post quā enim recensuisset innumerabilia discrimina, cōtumelias, angustias, necessitates, & quæcunq; sunt huius generis, subiūxit dicēs: Nō nos ipsos cōmēdamus, sed uobis occasionē dantes gloriandi. Ac rursus idē illic ponit accriter, cumq; maiore delinitione. Nā hic quidē charitatis uerba sunt: Aut num egemus ut quidā cōmendatitijs epistolis: illic uerò uerba etiā spiritu quodā plena sunt. Necessariò simul & utiliter tū spiritu tū iracūdia plena sunt. Nō. n. inqt, nos ipsos iterū cōmendamus, sed occasionē dantes uobis gloriandi. Ac rursus, Putatis quòd nos uobis excusſamus: quod in cōspectu dei, in Christo loquimur. Metuo nanq; ne cū uenero, nō quales uolo reperiā uos, & ego reperiar uobis qualē nō uultis. Etenim ne uideretur in assentationis uenire suspicionē quasi uenans ab illis honorē, hæc dicit, Metuo ne cum uenero, non quales uolo reperiam uos, & reperiar uobis qualē non uultis. sed hęc qdē post multas incusſationes, in initio uerò non item, sed mitius loquitur. Sed agē, inquies, quid est quod dixit? De tentationibus ac periculis locutus est, quo dq; ubiq; ue lut in pōpa circunfertur à deo in Christo quodq; totus terrarū orbis nouit hos triūphos. Quoniā igitur magnifica de se locutus est, obijcit sibipsi dicēs, Incipimus iterum nos ipsos cōmendare? Sermonis huius sensus hic est: Fortasis quispiā nōbis cōtradictu rus est, Quid istuc Paule? hæc de teipso dicis, ac teipsum laudibus uehis? Hanc itaque suspicionem diluens ait, Non hoc uolumus, nimirum ut nosmetipsos ostentemus, ac nos ipsos efferamus: sed adeò non egemus commendatitijs epistolis ut uos epistolæ loco habeamus. *Nam epistola nostra*, inquit, *uos estis.* Si sit opus nos apud alios commendari, uos utiq; produceremus in mediū epistolæ uice. Quod idem dixerat in priore epistola, Signaculum enim epistolæ meę uos estis. Verùm non eundem ad modum hic loquitur, sed cum ironia quadam quò sermo seriat acrius. Aut num opus habemus commendatitijs epistolis? Tectè notans pseudoapostolos, adiecit, ut quidam apud uos. Aut ex uobis epistolis commendatitijs ad alios? Mox quoniam hoc dictum erat grauius, lenit his quæ sequuntur, dicens: *Epistola nostra uos estis, inscripta in cordibus nostris quæ cognoscitur ab omnibus, dum manifestatis quòd estis epistola Christi.* Hic non solùm illis testimonium perhibet, quòd charitatem habeant, uerùm etiam quòd multa rectè gesserint, siquidem idonei sunt qui per suam uirtutem cunctis hominibus demon-

Cap.III. *Sup.2.d* *Infr.5.b* *Infr.12.f* *1.Co.9.a*

G strent magistri dignitatē. Nā hoc est quod ait, Epistola nostra uos estis. Quicqd illud est qđ fecissent epistolæ nos cōmendantes, nobisq; reuerentiā conciliantes: hoc uos facitis, dū & uident uos, & de uobis audiunt oēs, propterea quòd discipulorū uirtus præceptorē ornare solet, & commendare, plusquā ulla possit epistola. Inscripta i cordibus nostris, hoc est quam omnes norunt, adeò uos ubiq; circunferimus, & in animo habemus: quasi dixisset, cōmēdatio nostri apud alios uos estis. gestamus.n.uos in corde assidue, & apud oēs uestra benefacta celebramus. Proinde tantū abest, ut quò simus apud alios cōmēdati, egeamus cōmendatitijs epistolis uestris, ut ne in hoc qdē apud uos egeamus cōmēdatione, quòd magnopere uos diligā. Quid.n. opus est literis apud eos, q te probè norūt? Vos autē in hoc pectore nostro estis. Nec simpliciter dixit, estis, sed addidit, inscripti: hoc est, ne excidere qdē potestis. Siquidem ut ex literis q eas legūt, ita ex corde nostro, qui hoc nouerūt, sciunt oēs charitatē nostrā quam habemus erga uos. Itaq; si in hoc adhibentur literæ: ut
H ex his constet hūc aut illum mihi esse amicū, utq; cōmendatus curæ sit, sufficit nostra charitas ad totū hoc efficiēdū. siue enim uenerimus ad uos, nō opus habemus alijs per quos cōmēdemur, cū amicitia nostra iā hoc officij anticiparit: siue ad alios eamus, nō egemus iterum literis, cū harum uice nobis eadem rursum sufficiat charitas, quando circunferimus epistolam in cordibus nostris. Post hæc amplius illos attollēs, ēt Christi uocat epistolam, dicens: *Dum manifestamini quòd estis epistola Christi*. Hæc locutus iā argumentum & initiū inde sumit sub mouendi legis ritus. Quanquā & alioqui suā hic dicit esse epistolā. Superius enim nominat eos, tanquam ab illis cōmēdatus esset, eoq; suā illos uocat epistolā: hic eosdem appellat epistolā Christi, tanquam qui legē dei habeant descriptam in cordibus, propterea quòd qđ deus uoluit esse nota, cum omnib⁹ tū uobis, ea descripta sunt in cordibus uestris. Nos porrò præparauimus uos ad excipiendas literas. Quemadmodum Moses lapides ac tabulas celte adornauit, Sic nos apparauim⁹ animos uestros: eoq; dicit, *Ministrata à nobis*. quanquā in hoc pares erant. Siquidē illæ à deo descriptę sunt, & hę literæ à spiritu dei. Vbi igitur differentia? *Inscripta non atramēto, sed gratia à spiritu dei uiuentis, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.* Quātū aūt interest inter spiritū & atramentū, itē inter lapideā tabulā & carneā: tantùm est discriminis inter hæc & illa: igitur & qui hæc administrarunt, differūt ab eo qui illa ministrauit. Quoniā igitur hoc magnificè dixit, mox corripit seipsum dicens, *Fiduciā aūt hanc habemus per Christū apud deum.* Rursum totū deo adscribit. nam horū, iquit, nobis author est Christus. *Non quòd idonei simus â nobis ipsis aliquid cogitare quasi ex nobis ipsis.* Vide rursus & alteram correctionem, siquidem hac uirtute insigni præditus fuit Paulus, uidelicet modestia. Ideoq; siquid magnificè dixerit de sese, omne studiū ac celeritatē adhibet ad omnibus modis mitigādū quod dixit. Quod hic quoq; facit dicens, *Non quòd idonei simus à nobis ipsis quicquā cogitare, quasi ex nobis ipsis.* Hoc est, non ita dicebā, fiduciā habemus, ut id partim sit nostrum, partim sit dei, sed totū illi atribuo, acceptūq; fero. *Nam sufficientia nostra ex deo est, qui etiā nos idoneos fecit ministros noui testamenti.* Quid est

Φαγε / ρουμε- / νοι. *id est dum manifestatis, uel, manifestamini: est enim nerbū medium.*

Exo.5.c.

I

icanosen? fecit ut hoc præstare possimus, eiq; mune K
ri gerendo efficeremur accōmodi. Neq; uerò hoc exiguū est, eiusmodi tabulas & epistolas per orbem terrarum deferre, priorib⁹ illis multò maiores, eoq; subiunxit, *Non literæ sed spiritus.* Ecce rursus alia differētia. Quid igitur, an lex illa nō fuit spūalis? Quo- *Rom.7.c*
modo ergo dicit, Scimus quòd lex spūalis est? Spiritualis quidē, at non præbebat spiritum. Nō.n. spiritū attulit Moses, sed literas. Nobis autē credita est potestas dandi spiritū. Vnde & prosequitur idē dicens: *Litera occidit, spiritus autem uiuificat.* Porrò hæc nō temerè dicit, sed illos tacitè taxans, qui sibi placerent ob ritus Iudaicos. Cæterū literam hic uocat legem, quæ punit delinquentes: spiritū uerò, gratiā, quę per baptismum uiuificat à peccatis mortificatos. Cum enim dixisset differentiam quę uenit ex natura tabularum, non immoratur illi, sed illā prętercurrens gratiam effert, qua potissimum capere poterat auditorē, utilitatis ac facilitatis illecebra. Neq; enim laborē habet, inquit, & amplius confert donum. Nam si de Christo disserens illa potissimum cōmemorat quæ magis declarant illius charitatē erga genus humanū, quàm dignitatem, quæq; nos amore mutuo copulant, multò magis idem necessariò facit de testamēto loquens. Quid igitur sibi uult, qđ dicit, litera occidit? Dixerat in tabulis lapideis, & in cordib⁹ carneis. Nondū magnū discrimē uisus est dicere, adiecit quòd illa, litera siue atramēto, hæc spiritu descripta sit. Ne id quidem prorsus illos excitarat: iā dicit, quòd sufficiat illis expergefaciēdis: altera, inqt, occidit, altera uiuificat. Quid aūt hoc est? In lege q peccā tū hēt punitur: hic aūt q habet peccata, accedēs baptizatur, & fit iustus. Iustus aūt factus, uiuit liberat⁹ à morte peccati. Lex si prehēderit homicidā, tollit ē
L uituis, gratia si acceperit homicidā, illuminat ac uiuificat: Et quid dico homicidā? Qui ligna sabbato col *Num.15.d*
legerat, lex lapidauit ēt. hoc est, litera occidit. Innumerabiles homicidas ac latrones recipit gratia, ac baptizās eos, liberat à malis prioribus: hoc est, spiritus uiuificat, lex è uiuo reddit mortuum quē capit, hęc è mortuo facit uiuū. Venite ad me q laboratis *Mat.11.d*
& onerati estis, & ego reficiā uos. Nō dixit, puniam uos sed, reficiā uos. Nā i baptismate sepeliūtur pcta, M
delētur priora, uiuificatur homo: uelut i tabula, ita i corde illius describitur ois gratia. Proinde cogita ąta sit spiritus dignitas, cū illius tabulæ sint meliores prioribus, cū ipsa etiā resurrectione maius quiddam exhibeatur. Nā hæc mortificatio unde liberat, priore grauior est, tantoq; grauior, quātò melior est anima corpore, Tum hęc mors per illā inducta est, uita per gratiam quā spiritus dat. Quòd si hanc uitā donare potest spiritus, multò magis illam hac inferiorem. Nam illā prophetę cōtulerunt, hanc uerò non itē. Nullus enim potest remittere peccata, nisi solus *Luc.5.c*
deus. Tametsi ne illā quidē absq; spiritus pfidio cōtulerūt prophetæ. Sed non hoc tantū est mirabile, quòd uiuificat, uerū ēt quòd alijs quoq; pstat id faciendi potestatē? Accipite, inquit, spiritum sanctum. Quāobrē? Nam sine spiritu nō poterāt, sed ostēdēs *Ioā 20.f*
deus quòd hoc facere sit supremæ potestatis, ac regalis illius naturæ, quodq; spiritus eādē habeat uim hoc dicit. Vnde adiungit, quorūcūq; remiseritis peccata, remittūtur eis: & quorū retinueris, retēta sunt. *Ibidem.*

Posteaq; igitur uiuificauit nos, maneam⁹ uiuētes; *Morale.*
nec rursus ad priorē mortē reuertamur. Nā Christus

A non amplius moritur. Quòd enim mortuus est pec-
Rom.6.b cato, mortuus est semel: neq; uult nos semper seruare per gratiā, alioqui nos uacui futuri sumus omniū. Quapropter uult & à nobis quiddam inferri. Offeramus igitur aliquid, & animam uiuam conseruemus. Quid est autem, uita animæ? A corpore disce. Tum enim dicim⁹ uiuere corpus, cui recto integroq; uadit incessu: cæterum ubi dissolutum decumbit, & in cōpositē mouetur, etiāsi uideatur uiuere aut ingredi, quauis morte miserior est ea uita. Item si nihil loquatur sani, sed attonitorū uerba profert, si alia pro aliis uidet, talis rursus miserabilior est uita defunctis. Itidē aia si nihil habet sani, etiā si uideatur uiua, mortua est: quum aurum non intuetur ut aurum, sed ut magnū quiddā ac pretiosum: quum de futuris non cogitat, quū humi serpit, quum alia pro aliis agit. Vnde enim liquet nos animam habere? nōne ab actionibus? Quoties igitur non peragit sua munia, nónne mortua est? Quemadmodū quando nō exercet sese ad uirtutē, sed rapit legesq; uiolat, quí possim dicere
B quòd animā habeas? An qđ ingrederis? Atqui isthuc etiam brutorū est. An quòd edis ac bibis? Atqui idē faciūt & feræ. An uerò quòd erectus duobus insistis pedibus? At isthuc mihi declarat potius te ferā esse humana specie. Etenim quum cætera quidē habeas cum bestia cōmunia, corporis rectitudinem nō itē, magis me terres ac pauorem iniicis, dum portētum esse puto quod apparet. Nam si bestiam uiderē humana uoce loquentem, haud quaquam eò dixerim hominē esse, sed potius ob hoc ipsum dicerē esse bestiam, quauis bestia prodigiosiorē. Vnde igitur potero cognoscere, quòd animā habes hominis quū calcitres asinorum more: quū lacessitus, effereris ut cameli, quū mordeas ut ursi, quum rapias ut lupi, quū fureris ut uulpes, quū sis dolosus ut serpētes, quum impudens sis, ut canes: unde possum cognoscere, qđ animā habes hominis? Vultis ostendam uobis animam uiuam & mortuā? Reuocemus denuo sermonem ad illos priscos uiros, ac si uidetur diuitem illū,
Luc.16.c. qui Lazari tempore fuit, in medium proferamus: ita sciemus, quę sit animæ mors. Nam ille mortuam habebat animam, id quod ex iis quę faciebat, erat pspicuum. Nihil enim agebat eorū, quæ sunt animæ munia. Sed tantū edebat, bibebat, ac deliciabatur. Eiusmodi sunt & hodie immisericordes & immites, quā doquidem & hi mortuā habent animam, quemadmodum & ille, quoniam totus calor dilectionis erga proximū cōsumptus est, atque est quouis exanimi corpore magis mortua. At pauper non est huiusmodi, sed in ipso philosophię fastigio stans resulget, cumq; fame luctans decertat, necessariis etiā alimentis destitutus. At ne sic quidē quicquam cōtumeliosum proloquutus est in deū, sed oia fortiter ferebat. Hoc autem non est mediocre opus animæ, sed uigoris ac sanitatis indiciū maximum. Quū uerò hæc nō adfuerint, nimirum mortificatus homo periit. Age dū, nū illam animā dicemus mortuā, cui insidet diabolus, uerberans, stimulans, mordens, calcitrās, nec illa quicquam horū sentit? Sed iacet exanimata, nec dolet suis facultatibus spoliata? Ille quidem insultat, hæc uerò manet immobilis, nec sentiens quidē, nō aliter quàm corpus à quo discesit anima. Quoties enim non adest uehemens timor dei, talis sit anima necesse est, ac mortuis infelicior. Neq; enim in tabē, cinerem ac puluerem resoluitur anima, quemadmo
D dum corpus: sed in his fœtidiora, in ebrietatē, in iracundiam, in auaritiā, in absurdos amores, in importunas cupiditates. Quòd si cupis plenius scire, quàm grauiter oleat, da mihi purā animā, ac tum perspicuè uidebis, quàm malè oleat turpis hæc & impura. Nūc enim non poteris perspicere, propterea quòd quandiu sumus assueti graueolentiæ, non sentimus eā. At ubi uersati fuerimus in uerbis spiritualibus, tum scimus quantū sit illud malum, licēt hoc plerisq; uideatur indifferēs. Nondū loquor de gehenna, sed si uultis, quæ præsentis uitæ sunt, expendamus. Nō de eo loquor, qui turpia facit, sed qui turpia loquitur. Quā is est ridiculus, quomodo seipsum primū afficit contumelia, perinde ac siquis cœnū aliquod emittat ex ore, ita seipsum polluit. Quòd si hic fluxus impurus
Luc.6.g. est, cogita qualis sit huius cœni fons. Ex abūdantia enim cordis os loquitur. At ego nō id solū deploro, uerū etiā illud, quòd hoc nonnullis ne uideatur quidē indecorum. Hinc omnia increscunt mala, quū &
E peccamus, nec uidemur nobis delinquere. Vis igitur scire, quantū sit malū, turpia loqui? Cōsidera audientes, quomodo rubore suffunduntur, dū tu loqueris indecora. Quid enim uilius est homine turpiloquo? quid cōtemptius? Nā tales se coniiciunt in mimorū ordinē, in sodalitatē mulierū corpore quæstum facientium. Quin potius illę magis erubescunt quā uos. Quo pacto poteris uxorem docere pudicitiā, quū istis exemplis doceas illam ad lasciua uerba prorumpere? Satius est purulentiam ab ore demittere, quā uerbum obscœnum. Nunc si fœteat os, ne cibū quidem unà capere sustines: at quum tātus fœtor sit in animo, dic mihi, audes communicare mysteriis? At siquis uas impurū alicunde capiat, deponatq; in mēsa tua, fustibus illum exacturus sis. Porrò deum in ipsius mensa, (nam mēsa illius est os nostrū, Eucharistia plenum) quū uerba adferas, quouis impuro uase sordidiora, obsecro te, nō putas ad irā prouocari? Et quomodo id fieri possit? Nihil enim peridē offendit sanctum ac purū, ut huiusmodi uerba. Nec alia
F res æquè improbos & inuerecūdos facit, ut talia uel dicere uel audire. Nihil ita dissoluit neruos pudicitię, ut per hæc emicās flamma. Vnguentū in ore tuo posuit deus, tu uerò cadauere fœtidiora ibi reposuisti uerba, ipsamq; interius animā torpidā & immobilē reddis. Siquidē quum profers contumeliam, nō est ea uox animæ, sed iræ: quum obscœna loqueris, nō illa loquuta est, sed intemperantia: quum maledicis, inuidia: quū insidiaris, auaritia. Nam hæc non sunt aiæ, sed cupiditatū ac morborū illius. Quemadmodum corrumpi nō simpliciter est corporis, sed mortis & concupiscētiæ, quæ est in corpore: ita hęc sunt non animæ, sed cupiditatū q̄ illi agnatæ sunt. Quòd si uis audire uocē animæ uiuentis, audi Paulum dicentem: Habentes alimenta, & quibus tegamur, his *1.Ti.6.b*
cōtenti erimus. Itē, est ingens prouētus pietas: & mi- *Ibidem.*
hi mundus crucifixus est, & ego mūdo. Audi Petrū *Gala.6.d*
dicentem, Argentū & aurum non suppetit mihi, qđ *Acto.3.a.*
autem habeo, tibi do. Audi Iob, etiā gratias agentē
ac dicētē: Dominus dedit, dominus abstulit. Hęc ui- *Iob.1.d.*
uentis animæ uerba sunt. hæc sunt aiæ propriā exerentis uim. Similiter & Iacob loqbatur. Si dominus
dederit mihi panē ad edendum, & uestem ad ami- *Gene.28.*
ctum. Sic Ioseph, Quomodo faciam uerbū hoc ma- *d.*
lum, & peccatum in conspectu dei? At non itidē illa *Gen.39.b*
barbara, sed pinde quasi temulenta ac delirās ita lo-

G quitur, dicens, Dormi mecum. Hæc scientes, suspicia
Gen.39.b mus animā uiuentem, fugiamus mortuā, ut æternā
consequamur uitam: quod nobis contingat per gra
tiā ac benignitatē domini nostri Iesu Christi, per quē
& qui cū patri unà cū sancto spiritu gloria, imperiū,
honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amē.

Homilia septima.

Vòd si administratio mortis in literis, deformata
q *in lapidibus fuit in gloria, adeò ut non possent in*
tendere filij Israel in faciē Mosi, propter gloriam
uultus illius, quæ euacuabatur: quomodo non magis a dmi
nistratio spiritus erit in gloria? Dixerat qd tabulæ Mosi
lapideæ fuerāt, quodq; literas habebāt, præterea qd
hæ tabulæ carneæ, uidelicet apostolorū corda, spiri
tu fuerint descriptæ: dixerat qd litera occīdit, spiritus
uerò uiuificat: restat ut huic comparationi & aliud
quiddā adiungeret, idq; nō exigui momenti, nimirū
gloriam Mosi, quā hic nemo uidit in nouo testamē
to, corporeis duntaxat oculis. Atque ob hoc ipsum
magna uidebatur. Nā sensibilis erat gloria, quando
H corporalibus oculis cernebatur, licēt esset inaccessa.
Cōtrà, noui testamenti gloria res est intellectus. Ne
que enim perspicuè tanta sublimitas infirmis percipi
potest. Sed illa magis attollebat Iudæos, atq; in se cō
uertit. Ergo quoniā in hanc incidit comparationem
conaturq; demonstrare noui testamenti præminen
tiā, quod erat perdifficile ob auditorū crassitudinē:
uide quomodo se gerat, & quibus rationibus rē tra
ctet: principiò functionū differentias indicans, easq;
inter se committens ex his q̄ superius dicta sunt. Nā
si illa ministratio fuit mortis, hæc uitæ, nihil est du
bitandū, quin & hæc gloria maior sit illa. Quoniam
igitur eā non potuit oculis corporeis ostendere, col
lectione exhibet illius eminentiā, dicens: Quòd si ad
ministratio mortis fuit in gloria, quomodo non ma
gis administratio spiritus erit in gloria? Administra
tionem autem mortis, ipsam dicit legem. Vide inte
rim, quomodo in ipsa etiam comparatione diligen
ter cauet, nequā ansam p̄beat hæreticis. Non enim
dixit, Lex facit mortem, sed, est administratio mor
tis. Ministrat enim in mortem, non item ipsam mor
tem. Nam quòd gignit mortem, peccatum erat: hęc
autem pœnam induxit, & peccatum ostendit, non
genuit. Retexit enim euidentius malum, ac puniit.
Non autem impulit ad malum, fuitque ministra nō
ut fieret peccatum aut mors, sed ut qui peccatum
admiserat, daret pœnas. Vnde fit ut peccatum hac
ratione etiam sustulerit. Siquidem lex dum ostendit
peccatum usque adeò formidabile, palàm est eam
efficere ut uitandum putetur manifestum, ac proin
de fugiendum. Quemadmodum igitur qui gladio
arrepto nocenti caput amputat, minister est iudici
ferenti sententiā, nec ipse est qui interficit hominē,
licēt amputet illi caput: ut ne is quidem, qui pronun
ciauit mortis sententiam, quique rerum comdemna
uit, occidit illum, sed ipsius qui punitur, iniquitas: iti
dem & hic non ipsa lex interficit, sed peccatum, hoc
& occidebat & cōdemnabat. Hæc uerò dum punit,
incidit uim peccati, metu supplicij cohibens illud. At
non sat habuit hoc solùm protulisse ad eminentiæ
probationem, uerùm & aliud quiddā adiicit dicens,
In literis deformata in lapidibus. Vide ut rursus premit
spiritus Iudaicos. Nihil enim aliud erat lex, quàm li
tera. Nihil opis profiliebat ac spirabat à literis, ad
subleuandos eos qui periclitabantur, quemadmo-
dum à baptismo: sed erant columnæ ac syngraphæ K
mortem adferentes his qui literas transgrediebātur.
Vides ut castigans Iudaicā ambitionē, per ipsa quo
que rerum uocabula tollit legis authoritatē, lapideā
illam appellans, & literas, & ministrationem mortis:
& illud insuper addens, quòd fuerit deformata. His
enim nihil aliud declarat, nisi quòd uno in loco lex
constituta sit, non quemadmodū spiritus ubiq; ade
rat, plurimū roboris inspirans oibus. Aut illud indi
cat, quòd multum terroris ac minarum inspirāt lite
ræ, ac talium minarū ut nec aboleri ualeant, sed per
petuò maneāt, ueluti lapidibus inferruminatę. Mox
dum uidetur laudare uetera, rursus admiscet accusa
tionem Iudęorū. Etenim quum dixisset, in literis, de
formata in lapidibus fuit in gloria: subiunxit, *Vt non*
possent intendere filij Israel in faciem Mosi. Quę res ar
guebat magnā illorum tum imbecillitatē tum humi
litatem. Ac rursum non dicit, propter gloriā tabula
rum: sed, propter gloriā uultus quæ euacuatur. Nam
indicat eum, qui portabat tabulas, fuisse glorificatū L
non ipsas. Nec enim dixit, ut possent intendere in ta
bulas, sed in faciem Mosi: & iterum, non propter glo
riam tabularū, sed, propter gloriā uultus Mosi. Dein
quorum extulerat hanc gloriam, uide ut rursus deii
ciat dicens, quæ euacuabatur. Quāquā hæc nō sunt
accusantis, sed deprimentis. Non enim dixit, quę cor
rupta est, aut mala est: sed, quæ antiquatur, & finem
accipit. *Quomodo nō magis administratio spiritus erit in*
gloria? Iam enim sumpta fiducia, attollit noui testa
menti dignitatē, uelut indubitabilē. Ac uide qd agat:
lapidem, cordi, & literam, oppositi spiritui. Deinde
quum indicasset quæ ex utrisque nascerentur, nō po
stea commemorat q̄ ex utrisque proficiscuntur, sed
quum commemorasset è litera nasci mortem & cō
demnationem, nō addit quid prouenīat à spirtu, ui
delicet uitam & iustitiam, sed ipsum ponit spiritum:
qui maiorem sermonis partē occupat, propterea qd
nouum testamentum, nō modò uitam dabat, uerū
& spiritum subministrabat uitæ largitorē, qui longè
potior ac maior est ipsa uita. Quapropter dixit, ad
ministratio spiritus. Mox denuo hoc idem circunuer
sat, dicēs, *Quòd si ministratio damnationis est gloria*: ac
dilucidius enarrat quid sit, litera occidit, ad hunc lo
quens modū: qd prius diximus, legem ostēdere pec
catum, non gignere: *multò magis administratio iustitiæ*
abundat in gloria. Si quidē illæ tabulæ peccatores ar
guebant ac puniebāt, hoc autē nouum testamentū
peccatores non solùm non puniit, uerū etiam iustos
reddidit. Nam hoc largiebatur baptismus. *Nec enim*
glorificatū est, quod erat glorificatū in hac parte, propter
supereminentem gloriam. In superioribus igitur ostēn
dit, quòd & hoc fieret in gloria, nō simpliciter in glo
ria, sed excelleret etiam. Neq; enim dixit, quomodo
non magis administratio spiritus erit in gloria, sed,
abundat in gloria, demonstrata ex supradictis ratio
nibus eminentia. Hic etiā quanta sit excellentia de
monstrat, dicēs. Si hanc illi compararo, ne gloria qui
dē ueteris testamēti gloria sit, sic tēperans sermonē,
ut non simpliciter neget esse gloriam, sed dūtaxat in
ratione cōparationis: eoq; subiecit, in hac parte, hoc
est iuxta rationem collationis. Haud tamen reprehē
dit uetus testamentum, sed uehementer etiā cōmen
dat. Siquidē comparationes in rebus cognatis fieri
solent. Post hac mouet & aliam rationē, euā aliunde
declarantē noui testamenti præminentiam. Quæ nā

A hæc est: Eam à tempore sumit, dicens: *Quòd si id qđ*
antiquatur, in gloria est: multò magis qd manet, erit in glo
ria. Illud.n. cessauit, hoc manet iugiter. *Habentes igi*
tur eiusmodi spem, multa fiducia utimur. Posteaq; enim
auditor, tot tantaq; audisset de nouo testamēto, iāq;
gloriam oculis euidenter ostendi postularet, quò li
ceret illam intueri: uide quo pacto illū subitò reiicit
ad futurum seculū, spem in medium proferens ac di
cens, Habentes igitur eiusmodi spem. Talē, quātam?
Quoniā maioribus nos dignātus est deus, quā Mo
sen. Non solū nos apostoli, sed & omnes fideles mul
ta fiducia utimur. Cedò erga quem? Erga deū, an er
ga discipulos? Erga uos, inquit, quos istituimus: hoc
est, ubiq; liberè loquimur, nihil celantes, nihil sub
trahētes, nihil dissimulātes: sed manifestò loquētes,
nihilq; metuentes, ne præstringamus uobis oculos,
quemadmodū Moses Iudæorū oculos præstrinxit.
Quòd autem hoc innuit Apostolus, audi quę sequū
tur. Quin potius historia prius erit narranda, quā ip
se Paulus assiduè celebrat. Quæ est igitur historia?
B Quū Moses denuò sumptis tabulis descenderet, glo
ria quædā adeò refulsit è uultu eius, ut inde neque
possent intueri ipsum neq; colloqui, donec uelamine
tegeret faciem: Atq; ita scriptū est in Exodo: Quum
Exo.34.d descenderet Moses de mōte, duæ tabulæ erāt in ma
nibus eius. Et nō nouerat Moses, qd est glorificatus
aspectus faciei ipsius, metueruntq; appropinquare il
li. Et uocauit illos Moses, loquutusq; est ad illos. Et
quum iam cessasset Moses loq ad illos, imposuit ue
lamen super faciem suā. Quum uerò introiret ut lo
queretur corā domino, tollebat uelamē donec egre
deretur. Hanc igitur historiam referens dicit: *Et non*
quemadmodum Moses ponebat uelamen super faciem suā,
quòd nō possent intēdere filij Israel in finem eius quod eua
cuatur. Quod autem dicit, hunc habet sensum: Nihil
est necesse uelare nos quemadmodū uelatus est Mo
ses. Possumus enim intendere oculos in hanc gloriā
qua circundamur, licēt multò maior ac uehemētior
1.Cor.3.a sit illa. Vides profectū. Etenim qui in superiore epi
stola dixerat. Lac uobis bibēdum dedi, non cibū: hic
dicit, multa fiducia utimur: ac Mosen in medium ad
ducit, sermonem comparatione prosequēs, atq; hac
ratione subuehens auditorē. Et hactenus nos Iudęis
C anteponit, dicens, Non egemus uelamine sicut illi, in
his qui incipiunt. Quæ uerò sequuntur etiā ad ipsam
legislatoris authoritatem refert, aut etiā multò ma
gis. Nunc autem quę sequuntur audiamus, *Sed excæ*
cati sunt sensus eorū. Vsq; ad hodiernū enim diem, idē ue
tamen in lectione ueteris testamenti manet nō reuelatū, qđ
in Christo antiquatur. Vide quid per hæc aggrediatur.
Quod enim tum in Mose semel factū est, hoc fit in
lectione legis perpetuò. Haud tamē quod dictū est,
legis est accusatio, quemadmodū nec Mosi tum ue
lati, sed Iudæorum legem præuaricantium. Nam illa
suam habet gloriam, sed isti illā intueri non poterāt.
Quid igitur, inquit, admiramini, si in hanc gratię glo
riam non possint intueri, post eaquā quæ minor erat
Mosi uidere non sustinuerunt, nec in illius faciem po
tuerunt oculos intendere? Quid autem turbamini, si
non credunt Iudæi Christo, quando ne legi qdē cre
dunt. ob hoc ipsum enim gratiam ignorant, quoniā
nec uetus testamentū inspexerunt, nec quę in illo est
gloriam uiderunt. Siquidē legis gloria est ad Chri
stum conuerti. Vides ut hìc quoque deiicit Iudæorū
fastum. Vnde uidebātur cęteris potiores quòd Mosi
facies refulsisset, hinc demōstrat illorū hebetudinem D
& animos humi repentes. Ne igitur ea re se ueniātēr.
Quid enim hoc ad Iudæos, qui frui nō potuerūt? Vn
de Paulus hoc subinde repetit: interdū dicens quòd
idem uelamen in lectione ueteris testamenti manet
non reuelatū, quod in Christo antiquatur. Interim
uerò, quod ad hodiernum usq; diem, quum legitur
Moses, idem uelamē super cor illorum positum est,
significans illud tū in lectione, tum in corde impos
tum esse. Superius uerò dixerat: ut non intenderēt fi
lii Israel in faciem Mosi, propter gloriam uultus eius,
quæ antiquatur: quo qd esse posset uilius aut contē
ptius, quando ne euanescentem quidē gloriā immo
quum eius quæ cōparatione nulla erat, spectare po
tuerunt: sed absconditur ab illis, ne possent intēdere
in faciem eius quod euacuatur, hoc est in finem le- ⌜*finem.*
gis, quoniam finē habet, sed excæcati sunt sensus il
lorum. Et quid hoc, inquiet, aliquis, ad uelamē illud?
Quoniam ea uelatio futurā nobis antè depinxit. Nō
enim tum temporis solū non uiderunt, sed ne nunc
quidem uidēt legem. Causa ab ipsis uenit, propterea
quòd excęcati sunt animi stupidi & itractabiles, quē
admodū contrà fumus qui legem nouimus. Illis ue- E
rò non solū gratia, uerùm etiam ipsa lex obumbrata
est. *Vsque ad hodiernum enim diem*, inquit, *idem uelamē*
in lectione ueteris testamenti manet non reuelatū, quod in
Christo antiquatur. Cæterū quod dicis, tale est: Hoc ip
sum nō possiunt intelligere qđ cessauit lex, eò qđ non
credunt Christo. Nam si per Christum cessauit, sicut
reuera cessauit, & ipsa lex hoc occupans prędixit: qui
fieri potest, ut qui Christum non recipiunt, per quē
lex antiquata, eam uideāt legem esse antiquatā? Hoc
autem quum uidere non sustineāt, perspicuū est eos
etiā ipsius legis hæc dicentis uim & uniuersam glo
riā ignorare. Et ubi, inquiet aliqs, dixit hoc lex, quod
in Christo antiquatur? Non dixit solùm, sed & factis
ostendit: Ac primū quidem per hoc, quòd sacrificia
& omnem sanctificationem in uno loco cōclusit, ui
delicet in templo, & hoc ipsum templū postea sustu
lit. Nisi enim uoluisset hostias & uniuersam de his le
gem cessare, alterū è duobus feciſſet, ut nequaquam
sustulisset templū, aut eo sublato non prohibuisset
alibi sacrificia fieri. Nunc uerò quū nusquam in uni- F
uerso terrarum orbe, ac ne Hierosolymis quidē eius
modi ritibus locum dederit, sed solū templum illis
reliquerit, & ad sacrificandū designarit, mox & illud
sustulerit, ipsis rebus pfectè declarauit legē per Chri
stum abrogatam esse, quādo templū Christus sustu
lit. Quòd si libet, & uerbis audire demonstrari, quo
per Christum antiquata sit lex, ausculta ipsum legis
latorem hoc pacto loquentem, Prophetam uobis su
scitabit dominus ex fratribus uestris, tanquā me, ip- *Deu.18.d*
sum audietis in omnibus q̄ præceperit uobis: & erit
omnis anima, quæ non auscultarit illi prophetæ di
sperdetur. Vides quomodo demōstrarit lex, quòd in
Christo cessaret. Nā hic propheta, nimirum Christus
iuxta carnē, cui auscultari iussit Moses, & sabbatis, &
circūcisioni, & cæteris omnibus finē imposuit. Quin
& Dauid hoc ipsum declarans dixit de Christo, Tu sa
cerdos secūdum ordinem Melchisedech, non secun *Psl.109.b*
dum ordinem Araon: eoq; Paulus hoc euidenter in
terpretans dicit, quòd trāslato sacerdotio, necessariò
siat & legis trāslatio. A c rursum alibi dicit, Sacrificiū *Heb. 7.b*
& oblationē noluisti, holocaustomata & prò pecca *Psa. 39.b*
to nō probasti: tūc dixi, ecce uenio. Quin & aliā plu-

Gra testimonia è scriptura ueteri producere liceat, quibus declaratur, quomodo per Xpm antiquatur lex. Itaq; quũ recesseris à lege, tunc rectè uidebis legem. Cæterũ quãdiu illam retines, neque credis Christo, nec ipsam nosti legem. Vnde & subnectit hoc ipsum probans euidentius, Sed *usque in hodiernum diem, quũ legitur Moses, uelamen cordi illorum impositum est.* Quoniam enim dixerat, in lectione ueteris testamẽti manet uelamen: nequis existimaret hoc dicto notari legis obscuritatẽ, quemadmodũ per alia superius hoc demonstrarat: Nam quum diceret, obscurati sunt sensus illorum, significat ipsorum esse culpã: ita hoc ipso loco rursus ostendit. Non enim dixit, in literis manet uelamen, sed, in lectione. At lectio actus est legẽtium: Ac rursum, quum legitur Moses. Quin hoc ipsum euidẽtius etiam expressit sermone sequẽte, quũ ait, Absque uelamine uelamẽ impositum est cordi illorum. Nã nec in facie Mosi propter Mosen positum erat, sed propter illorum crassitudinẽ, mentémque carnalem. Ergo posteaquam illos satis redarguit, H ostendit & correctionis modum. Quis autẽ hic est? *Vbi conuersus fuerit ad dominum*: quod sanè est à lege desciscere: *tum auferetur uelamen*. Vides hoc uelamen non fuisse uultus Mosaici, sed Iudaici aspectus? Neque enim id factũ est quò celaretur gloria Mosi, sed ne illi eam conspicerent. Non enim erãt capaces. Itaque hic illorũ defectus erat. Nec enim ea res effecit, ut quicquam ignoraret Moses, sed illos submouit à cognitione. Nec dixit, ubi legem reliqueris, sed hoc innuit: Quũ enim cõuersus fueris ad dominum, tolletur uelamen. usq; ad finẽ perstitit in historia. Quũ enim Iudæos alloqueretur Moses, uelabat faciẽ suã: quum autem se cõuerteret ad deum, amotũ erat uelamen. Hæc porrò erat figura futuri, uidelicet qđ posteaquã conuersi fuerimus ad dominum, tunc uisuri sumus gloriam legis, nudamq; legislatoris faciem. Quin potius non hoc tantũ continget, sed tum futuri sumus etiã in ordine Mosi. Vides ut accusat Iudæũ de fide, declarans eum qui ad gratiam uenerit, nõ solũ posse uidere Mosen, uerùm etiam in eodem cum I legislatore ordine collocari. Non.n. tantùm, inquit, uidebis gloriam quã tum nõ uidebas, sed ipse in eadem futurus es gloria: atq; adeò in longè etiam maiore, & usq; adeo magna, ut illa ne gloria quidem uideatur huic cõparata. Qui sic, & quo pacto? Quoniã qui conuersus fuerit ad dominum, cœperitq; esse in gratia, ea fruetur gloria, ad quã comparata Mosi gloria intãtum sit inferior, ut ne gloria quidem sit. Et tamen quãquam exigua est, multoq; interuallo abest ab hac Christi gloria: si Iudæus sis, ne hac quidem dignus habeberis. Nunquam igitur Iudæi illã uiderũt, ne nunc quidẽ. Cæterum ubi fidelis factus fueris, dignus habeberis, q spectes illa multò maiorẽ. Quum *Hic supr.* fidelibus loqueretur, aiebat ne glorificatum quidẽ fuit quod erat glorificatum: hic uerò non eodẽ modo loqtur. Sed quomodo? Vbi cõuersus fuerit ad dominum, auferetur uelamẽ: paulatim illũ subuehens, ac primum in ordine Mosi collocans, ac mox illum participem reddens rerum maiorũ. Quum enim uideris Mosen in gloria, tunc iam conuerteris ad dominum, ac maiore hac gloria perfrueris. Vide igitur rursus ab initio quã multa posuerit discrimina, quæ declarant noui testamenti ad ueteris præminentiã: præminentiam, inquã, non pugnam, aut cõtrarietatem. Illud inqt, litera est & lapis, ac mortis administratio, & antiquatur: & tamẽ ne hac quidẽ gloria digni habiti sunt Iudæi. Hæc tabula carnea, & spiritus, & iustitia, & manet, & omnes dignatione dei ad illã admittimur, non unus tantũ quemadmodum tunc Moses ad illam inferiorem gloriam admissus est. *Nos enim*, inquit, *oẽs reuelata facie gloriam domini speculamur, non Mosi.* Cæterùm quoniam id quod dictum est, ubi cõuersus fuerit ad dominum, quidam de filio dictũ esse prædicant, uehemẽter repugnantes cõfessis & euidentibus: hoc ipsum exactius expendamus, primum eo posito, unde illi uidẽtur argumẽtũ sumere. Quid autẽ hoc est? Quemadmodum, inquiunt aliqui, spiritus deus: ita hic spiritus dominus. At non dixit, spiritus dominus, sed dominus spiritus est. Multũ autem interest inter hãc & illam sermonis structuram. Etenim quoties uoluerit ita loqui, quemadmodũ tu putas, non addit articulũ apposito. Quin potius uidea mus omnia denuò q̃ dissertа sunt, qs sit ille de quo dixit: uelut illud, Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Ac rursus, inscripta nõ atramento, sed spiritu dei uiuentis: utrum de filio dixerit, an de spiritu? Perspicuũ est quòd de spiritu dictum sit, quandoquidem ad hunc illos auocabat à litera. Etenim neqs audito spiritus nomine, mox ita colligens, si Moses ad dominum conuersus est, ipse autẽ dominus ad spiritum, existimaret illum minus habere: corrigit hanc suspicionem dicẽs, Dominus autem spiritus est. Et hic, inquit, dominus est. Atque ut intelligas de spiritu fieri uerba, subiũxit: *Vbi autem spiritus domini, ibi libertas.* Neq; enim profectò illud dicere possis apostolum dicere, Dominus aũt est domini. Porrò libertatẽ dixit, respiciens ad priorem seruitutem. Deinde ne putares illum de futuro tempore loqui, ait: *Nos autem omues reuelata facie gloriã domini speculãtes, non illam quæ cessat, sed manentem, secundũ eam dẽ imaginẽ, trãsformamur à gloria in gloriam tanquã à domini spiritu.* Vides ut rursus spiritũ ponit eodem ordine quo deum. Atque ipsos subuehit in ordinem apostolorũ. Nam prius dixerat, epistola Christi estis: hic uerò, nos autem oẽs reuelata facie. Quanquã ipsi uenerunt portantes legem iuxta Mosen. Nos uerò, inquit, quemadmodũ non egemus uelamine, ita nec uos, qui recepistis euã M gelium. Et tamẽ multò maior est hæc gloria. Non.n. hic est nostri uultus, sed spiritus. Nihilominus æquè atq; nos potestis in hanc intẽdere oculos. Illi nec per medium potuerunt, uos autem citra interuentũ potestis & maiorem intueri gloriam. Illi in Mosi gloriã intueri non poterant, uos potestis etiã in spiritus gloriã. Quòd si spiritus esset inferior, haudquaquã hæc cõmemorasset, ut illorũ rebus maiora Sed quid est, gloriam domini speculantes, secundum eãdem imaginẽ transformamur? Euidentius quidem hoc declarabatur, quum signorũ dona in apostolis operabãtur. Quanquam haud erat difficile hoc ipsum perspicere, fideles habẽri oculos. Simul.n. ut baptizamur, etiam ultra Solẽ refulget anima spiritu perpurgata: ac non solũ intuemur in gloriam dei, uerùm etiam inde recipimus splendorẽ quendam: nõ aliter quàm si argentũ mũdum ad Solis radios expositum, emittat & ipsum radios, licẽt non ex suapte natura solũ, uerùm etiam ex Solis fulgore: Similiter & anima repurgata, & argẽto facta lucidior, accipit radiũ à gloria spiritus, & hunc uicissim ex se remittit. Eoq; dicit, speculantes secundum eãdem imaginẽ transformamur à gloria spiritus in gloriã nostram, quæ in nobis

Hic su. b *Ibidem. a* L

Ioan. 4. c

Hic sup. a

gignitur

A gignitur: & quidem talis, qualem cõuenit gigni à domino spiritu. Vides ut & hic spiritum appellat dominum? Quin & alibi uidere licet spiritus authoritatẽ. *Actо 13. a* Ministrantibus, inquit, illis domino, ac ieiunãtibus, dixit spirirus: Separate mihi Paulum & Barnabã: ut *Ioan. 15. b* ostenderet spiritũ honore equalem domino. Ac rursum Christus ait, Seruus nõ nouit, quid faciat dominus ipsius: spiritus autem qui est in homine, nouit q̃ sunt eius: ita nouit quę sunt dei, non quod docetur. *1. Co. 12. b* Nam imago non manet. Porrò illud, Operatur autẽ *& Phili. 2. b.* prout uult, indicat illius potentiam & authoritatẽ. Hic transformat, hic non finit nos conformari huic seculo, hic est opifex talis creaturę. Quemadmodũ *Colos. 1. c* enim dicit, cõditi in Christo Iesu: ita air, cor mundũ *Psal. 50. c* crea in me deus, & spiritum rectum innoua in uiscеribus meis. Vis hoc tibi demonstrem euidentius ab *Mor a.* *Act. 19. b* apostolis? Cogita Paulum, nõne uestes illi⁹ uim exe- *Ibid. 5. c.* rebãt? Cogita Petrum, nõne & umbra illius habebat uim? Neq; enim si regis imaginem gestissent, & splendor illorum submouisset ab accessu, tantũ mi raculorum uestes & umbræ illorũ edidissent. Nam B regis uestes etiã latronibus sunt formidabiles. Vis ne uidere gloriam hanc etiam per corpus relucentẽ? Intuentes, inquit, in faciem Stephani, uiderunt tanquã *Ibid. 6. d* uultum angeli. Verùm nihil hoc ad intus fulgurantẽ gloriam. Sicut enim Moses in facie uelamẽ habebat, ita hi in animo uelamen circunferebant, imò multò *Exod 34 g.* amplius. Quod enim in Mosẽ, sensibus erat expositũ *& 2. Cor 3. c. d.* hoc autem incorporale. Quemadmodũ igneſcunt à corporibus splẽdidis corpora, lucem suam in uicina transfundentia, atq; de propria luce communicant: sic accidit & in fidelibus. Hanc ob causam uidelicet subducuntur à terris, quibus hoc contigit, nec quicq̃ nisi cœlestia cogitant. Hei mihi. Nam hic par est etiã amaros edere gemitus, quòd quum tanta fruamur nobilitate, nec ea quidẽ scimus quæ dicuntur, eò qđ res celeriter nobis pereant, & ad sensibilia obstupescamus. Siquidẽ hæc ineffabilis ac tremenda gloria, ad unũ usque alterũm ue diem in nobis manet. Iam uerò etiã illam extinguimus, inducentes negotiorũ secularium hyemem, nubiúmque densitate depellẽtes radios. Hyems enim est, cura rerũ temporalium, atq; hyeme tristior. Neque.n. hic rigor aut pluuia nascitur, aut lutũ gignitur & profund⁹ limus, sed quod C est his oĩbus grauius, gehennam gignit hæc hyems ac gehennæ mala. Et quemadmodum in uehemẽti rigore cõgelascunt membra, suntq; mortua: itidem & peccatorũ hyeme horrescens anima, nihil suorum officiorum peragit, concreta, uelut à rigore conscientiæ. Quod corpori frigus est, hoc est animæ mala cõscientia. Vnde & timiditas nascitur. Nihil enim formidolosius homine rebus temporariis affixo, propterea quòd talis uiuit uitam Cain, quotidie tremens. *Gen. 4. b* Quid autem commemorem, mortes, damna, offensiones, adulationes & obsequia, quãdoquidẽ & pter ista innumerabiles metuit immutationes? Ac penu quidẽ auro refertũ est, nõ tamẽ liber est à metu paupertatis. Idq; meritissinẽ, ut qui ancoram fixerit in rebus putribus ac uolubilibus, etiam si ipse nullã patiatur mutationem, tamen in aliis eam conspiciẽs accidere, disperiit. Atq; quemadmodum adest multa timiditas, sic abest multa fortitudo, Non solùm enim aduersus pericula talis caret audacia, uerùm etiã ad cætera omnia. Quòd si pecuniarũ cupiditas irruerit, non tanquam uir ingenuus ac liber repellit incursio nem, sed uelut ære emptum mancipiũ cuncta facit, D qppe domino moroso seruiens auaritiæ. Sin formosam aliquam puellam conspexerit, protinus capitur attonitus, nec aliter quàm canis rabiẽs sequitur, quũ oportuerit illum secus facere. Quũ enim uideris mulierem formosam, ne huc intenderis animũ quomodo potiaris cupiditate, sed quomodo libereris à cõcupiscentia. At q poterit istuc fieri? dixerit aliquis. Neque enim meum est amare. Sed agè dic mihi, cuius igitur? Diabolici insultus. Omnino dæmonẽ esse putas q tibi insidiatur. Luctare igitur ac pugna cũ morbo. At non possum, inquis. Agè hoc igitur primũ te docebimus, tuę esse socordię quod pateris, tèque imitò dæmoni patefeciſſe aditum, atque etiã nuc si uelis illum perfacilè repelles. Dic enim mihi, qui mœchantur, utrum amãtes mœchantur, an simpliciter periculum appetentes? Non dubium quin amantes. Num igitur ueniam cõsequuntur? Nequaquã. Quur ita tandem? Quoniã ipsorum est peccatũ. Sed quid, inquis, mihi nectis syllogismos, ego mihi cõscius qđ E cupiam excutere morbum, nec licet, sed ĩstat ac premit, grauiterq; cruciat. Vis quidem excutere homo, at non facis, quę sunt excutientium: sed perinde accidit tibi, quasi febri laborans, ac frigidis potionibus sese ingurgitans dicat: Quã multa excogito, cupiens extinguere febrim, at non possum, sed magis augẽt incendiũ. Videamus igitur, ne fortè tu quoque, quũ facias quę inflammãt, putes te excogitare quę extinguunt. Non facio, inquis. Dic igitur, qđ tandẽ aggressus es facere ad extinguendũ morbum? Quid autem est omnino quod morbũ auget? Nã nisi omnes hisce criminibus sumus obnoxij, plures reperiemus, q pecuniarũ quàm corporum amore capiuntur. Sed commune remedium proponetur, tum his tũ illis, quãdoquidẽ & hic amor & ille pariter absurdus est, quanquam hic illo uehementior. Vbi igitur maiorẽ superauerimus, non dubium est, quin minorẽ facilè simus superaturi. Et q fit, inquis, ut si hic uehementior est, non omnes eo malo capiantur, sed plures in sanianti circa pecuniarum studium? Primũ quòd hęc cupiditas uidetur carere periculo: deinde quod etsi acrior est corporum amor, tamen citius quã ille extinguitur. Quòd si perseueret, quemadmodũ pecu- F niæ cupiditas, etiam funditus perdet quem ceperit. Agè igitur de corporis amore uobis disseram⁹ ac uideamus, unde augescat malũ. Sic enim sciemus, utrũ nostrũ sit crimẽ, an nõ sit. Et si nostrum est, omnia faciamus ut superemus. Sin nostrũ non est, quid frustra uexamus nosipsos? Quur uerò non inoscimus, sed reprehendimus eo malo captos? Vnge igitur nascitur hic amor? Ex pulchritudine, inquis, uultus, quoties formosa ac speciosa fuerit quæ uulnerat. Ista frustra dicis, ꝓterq; causam. Nã si forma pelliceret amatores, omnes haberet amatores ea puella. Quòd si nõ habet omnes, haudquaquã hoc est naturæ, neq; formæ, sed ab intemperantibus oculis proficiscitur. Nã simul atq; curiosè contemplatus mulierẽ admiratus es, & amas, recepisti iaculum. Et quis, inquis, aspiciens mulierẽ formosam posset non laudare quam uidet? Proinde si nõ est nostri arbitrij talia mirari, nõ in nobis uidelicet est amor. Cohibe te homo. Quur omnia simul commisces, undiq; circuncursans, nec uolẽs inspicere mali radicẽ? Nam multos uideo qui mirentur ac laudent, non amant tamẽ. At q fieri potest, ut qui mirantur nõ ament? Ne obturba, hoc.n.

G aggredior dicere. Sed præstat audire Mosen, admirā
Gen.39.b tem filiū Iacob, quū ait: Et erat Ioseph formosus spe
cie, ac decorus aspectu ualde. Num amabat q hęc di
cebat? Nequaquam: neque enim uiderat, inquit, eū
quē laudat. Verū erga formas auditas simili modo
1.Reg.16. afficimur, non solū erga conspectas. Verùm ne no
c. biscum decertes in his. Nónne Dauid erat formosus
ualde, ac subrubidus cum decore oculorū? quę sanè
pars est pulchritudinis maximè uiolenta, oculorum
decor. Nū igitur quisquā amauit Dauidem? Nequa-
quam. Non igitur amor nascitur simul cum admira
tione. Nam complures & matres habuerūt magno-
pere florentes specie corporis. Quid igitur? Num eas
amarunt filii? Absit. Sed admirantur quidē quod cer
nunt, non autē incidunt in amorem obscœnū. Est
enim rursus naturę correctio. Cuius, quæso, naturæ?
Quoniā inquiūt, matres sunt. Ad hæc, Nomades nul
lo cogente, suis matribus miscentur, idque nō unus
aut alter, sed tota natio. Sup hæc, ēt illinc perspicuū
est, hunc morbum non esse formæ corporis, neque
simpliciter pulchritudinis, sed animi socordis atque
seducti. Complures itaq; pręteritis innumeris mulie
H ribus forma p̄claris, deformibus semet dediderunt.
Vnde nimirū liquet, quòd amor nō nascatur ex for-
ma. Nam si ita esset, illæ ante alios obuios cepissent.
Quid igitur in causa? Etenim si forma non est causa
amoris: unde, inquis, amor habet originē ac radicē?
à malo dęmone? Habet quidē & illinc. Sed non hoc
est quod quęritur, uerùm illud quæritur, an & nos si
mus in causa. Neque enim ab illis tantū sunt insidię,
sed cum illis, & quidem à nobis primùm. Nec enim
aliunde perinde nascitur hic malus morbus, ut à cō
suetudine, à uerbis adulantibus, ab otio & inertia,
ex eo quòd nihil habemus quo occupemur. Magna
siquidē magna in quā est consuetudinis tyrannis, ad
eoque magna ut perinde cogat atq; natura. Quòd
si cōsuetudinis est amorē p̄arere, perspicuū est, quòd
eiusdē sit extinguere. Multi amantes hac ratione desi
erunt amare, quòd nō uiderent quas amabāt. uerū
id ad breue tempus uidetur acerbū, uehemēterque
molestum. at progressu temporis fit iucūdum, neq;
deinceps etiam si cupiant posint reuocare morbū.
Quid igitur? quum præter consuetudinē primo sta-
I ti aspectu capior? Et hic corporis segnities alit amo-
rem, quodq; non curas ea quæ decēt, nec in necessa-
riis negotiis occuparis. Talis uelut erro quispiā ob-
ambulans in quòduis incidit malum, & tanquā pue
rum solutum quicunque uoluerit in seruitutē abdu
cit talem animam. Quoniā enim illi mos est aliquid
agere, ubi cessaris in bonis occupat⁹ esse, quād o nō
potest esse otiosa, cogitur alia quædā gignere, non
aliter quàm terra si nō occupata semēte aut cōlitio
ne, quamlibet herbā producit: Sic & anima, quoties
non habet quod agat rerum necessariarum, quū o-
mnino cupiat aliqd agere, prauis actionibus semet
tradit. Et quemadmodū oculus quando nō desinit
cernere, atque ob hoc cernit mala, si quando bona
nō sint obiecta: sic & cogitatio quoties se abducit à
necessariis, circa inutilia iā uersatur. Nā undiquaq; p-
spicuum est, qd occupatio ac solicitudo ualet primū
incursum repellere. Itaque quū uideris mulierē for-
f & libe- mosam, & erga illam afficeris, desine intueri, f & ab-
ratus fue duc te f. Et quo pacto, inq̄s, potero abstinere ab intui
ris. tu, à concupiscentia pertractus? Alius rebus teipsum
trade, q animā reducant, libris, curis, necessariis, ad
ministrationibus, opitulationibus eorum qui afficiū
tur iniuria, deprecationibus, philosophiæ de futuris.
His deuincias animum. Hoc pacto non solùm corri
ges nouum uulnus, uerū etiam infixum altius, & in-
ueteratum facilè excuties. Nam si iuxta prouerbiū,
Contumelia persuadet amanti, ut amorē dissoluat:
quomodo non magis hæc spiritualia incantamenta
superabunt malū, tantū ut uelimus desistere? Quòd
si semper adhæreamus, & conuiuamus his qui talia
iacula in nos iaculantur, simul & audiētes & loquē-
tes de illis, alimus morbum. Quomodo igitur uis ex
tinguere incendiū, quum quotidie flammam accen
das? Et hæc quidē de cōsuetudine aduersus adolescē
tes dicta sunto, quando uiris quidē philosophandi
peritis, omnium maximum remediū est, dei timor,
gehennę memoria, & regni cœlorum desiderium. Hęc
enim sufficiunt extinguendo incendio. Cū his uerò
& illud cogita, id quod cernitur nihil aliud esse quā
phlegma & sanguinē, & alimenti putrefacti humo
rem. Exhilarat, inquis, floris aspectus. At nihilo ma-
gis quā flores è terra nascentes: quanquā & hi putre
scunt, marcescúntque. Proinde nec hic attēde flori, E
sed animo interius penetra & cogitatione, detracta
formosa illa pellicula curiosius inspice quæ sub ea la
tent. Nam & aqua intercute laborantiū corpus relu-
cet ac splendet, nec superficies quicquam habet ma
li: sed dum cogitamus tumorē intus repositū, percul
si nō possumus amare tales. Sed liquidus est oculus
& acer, pulchrē porrecta supercilia, nigræ pupillæ,
placida ceruix, purus & serenus aspectus. At uide rur
sum hoc nihil aliud esse, quā neruos ac uenas, hyme
nes & arterias. Tu uerò mihi cogita formosum istū
oculū ægrotantem, senescentē, ac præ dolore marci
dum, præ ira tumentem, quàm deformis sit, quā ce
leriter pereat, citiúsque quàm scriptura deleatur. Ab
istis abducito mentem ad ueram formam. At nō ui
deo, iquis, animi pulchritudinem. At si uis, uidebis.
Et quemadmodum qui formosos non uidit oculis,
tamē aio potest illos admirari: ita licet & animæ pul
chritudinē absq; oculis cernere. Nónne sæpenumero
pinxisti formā elegantē, & nonnihil affectus fuisti er
ga figmentum? Effinge & nunc animæ formā, & in
ea pulchritudine temet oblecta. Sed nō uideo, inqs,
incorporea. Verū hæc aio magis cernimus q̄ f cor- M
pore f. Propterea admiramur angelos & archāgelos, f corpora.
licēt illos non uideamus, sicut & morū probitatē &
aiæ uirtutē. Si uideris hominē æquū ac modestum,
magis hūc admiraberis q̄ illā formosam faciē. Quòd
si quē uideris contumelia affici, qui ferat iniuriæ au
thorē, seseq; illi præbet, nō solū admirare, uerùm etiā
ama tales, etiamsi senio confecti sint. Nā talis animi
pulchritudo, etiā in senectute multos habet amato-
res, nec unquā marcescit, sed floret iugiter. Vt igitur
eā formā nobis paremus, eos q hac præditi sunt se-
ctemur, atq; horum efficiamur amatores. Hoc. n. pa
cto poterimus, & nos accepta pulchritudine, sempi-
terna conseq bona, quorū nos oēs cōtingat fieri par
ticipes, gratia & benignitate domini nostri Iesu Chri
sti, per quē & qui cum patri gloria, unà cum sancto
spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amē.

Hactenus uertit D Erasmus Roterodamus. amcho v
Homilia octaua. *Damby*

Ropterea quū ministerium hoc habeamus sicut mi Cap. 4.
p *sericordiam assequti sumus, non redimus malis.*
Quoniā magnifica loquutus erat, & Mosi

À ptulerat sese, & fideles omnes: animaduertēs dicto
rum sublimitatem ac magnitudinē, uide quomodo
iterum modestiam pręse ferat. Nā oportebat propter
falsos apostolos, etiam auditores extollere, & iterū
mitigare, sed non inficiari tantā excellentiam: alio-
qui hoc fuisset desipientis. Ea propter istud aliter bre-
uibus conficit, demonstrando quòd totū hoc nō ex
suis bonis operibus factū sit, sed ex diuina misericor
dia. Vnde etiā dicit, Habentes igitur ministeriū hoc.
Nihil enim amplius nos attulimus, quā quòd minis-
tri dūtaxat facti sumus, & ministrauimus in his quæ
à deo data sunt. Idcirco non dixit, præbitionem, uel
suppeditationē, sed ministerium. Et neque hoc con-
tentus fuit, sed addidit, Sicut misericordiā assequuti
sumus. Etenim isthuc ipsum, inqt, quòd hæc per nos
administrātur, à misericordia & benignitate est: quā
uis misericordiæ sit à malis liberare, minimè aūt tan
ta etiam dona conferre. Verùm diuina misericordia
etiam hoc habet. *Non deficimus.* Etiam hoc illius mi-
sericordiæ imputandū. Nam quod dicit, Sicut mise-
ricordiā assequuti sumus, & de ministerio & de non
deficiendo dictū esse putare debes. Et cōsidera quā
B extenuet ea quæ de se dicta. Dicere enim uult, nō est
res magna si is q talia & tanta assequutus est, atq; ea
à sola diuina misericordia, & benignitate, tales su-
beat labores, periclitetúrq; ac tentationes sustineat.
Propter hoc non solū non deficimus, sed etiā gaude
mus, & fidenter loquimur. Vnde quum dixisset, Nō
cedimus malis, addidit: *Sed abnegauimus occultamenta*
dedecoris, non uersantes in astutia, neq; dolo tractātes uer
bum dei. Et quid est, occultamenta dedecoris? Non
pollicemur, inquit, & promittimus magna, alia autē
operibus declaramus, quemadmodū illi. Vnde etiā
dicebat, Ea quæ secundū faciem uidetis: sed tales su
mus, quales uidemur, & à duplicitate alieni, & nec di
centes, nec facientes talia, q occultare oporteat, &
adumbrare confusos ac erubescētes. Quod interpre
tans adiecit, non uersantes in astutia. Quod enim illi
putabant laudem esse, hoc fœdum, & ridiculum esse
pronunciat. Quid est autē, uersantes in astutia? Glo
riam habebant illi non accipientiū, sed accipiebant
& occultabant: gloriā habebant sanctorum, & apo-
stolorum probatorum, erāt autem innumeris pleni
malis. Sed nos, inquit, hæc abnegauimus: hæc. n. &
C uelamēta dedecoris appellat: tales sanè sum⁹ quales
& apparemus, nihilq; habemus adumbratum, neq;
in uita solū ista, sed etiam in ipsa prædicatione. Hoc
enim est, neque dolo tractantes uerbum dei, *Sed ma*
nifestatione ueritatis: non persona & ostentatione, sed
ipsa operum declaratione. *Commendantes nosmetipsos*
apud omnem conscientiam hominū in conspectu dei. Non
enim fidelibus solis, sed etiā ipsis infidelibus manife
stè propositi sum⁹, ut si uoluerint, examinare res no
stras possint, & hinc commēdamus nos ipsos, nō si-
mulando & claram personam circūferēdo. Dicimus
sanè quòd nihil accipimus, & uos i testes uocamus:
dicimus quòd nobis nullius mali cōscii simus, & hu
ius quoq; rei testimoniū à uobis recipimus, nō quē-
admodum illi, qui res suas adumbrātes multos deci
piunt: nos uerò & uitam nostram ante omniū ocu-
los in mediū ponimus, & prædicationem nudā faci-
mus, ut omnes illam cognoscant. Vltra, quoniam in
creduli illius uitutē ignorant, subdidit quòd hoc nō
nostra fiat culpa, sed illorū stupore, idcirco & dicit:
Quòd si adhuc uelatum est euangelium nostrū, in his qui
pereūt uelatū est, in quibus deus huius seculi excæcauit sen D
sus incredulorum. Id quod & antea dixerat, aliis qui- *Supr.2.d*
dem odor mortis in mortē, aliis uerò odor uitæ in
uitam: hoc etiam hic dicit. Quid autē est deus seculi
huius? Marcionitę dicunt de opifice iusto solū, & nō
bono, hæc dicta esse: narrant enim esse deū quendā
iustum, & nō bonum. Manichæi uerò aiunt diabolū
hic dici, uolentes ualde absurdè hinc creaturis alium
opificem introducere præter eū qui est. Solet enim
scriptura sæpe uocare deū non a dignitate eius qui *Mat.6.d*
sic appellatur, sed ab infirmitate subditorum, ut quā *et Lu.16.*
do mammona dominū dicit & uentrem deum: at *b.*
non ob hoc simpliciter uel uēter deus, uel mammō *Phil.3.d.*
dominus, sed illorū qui sese illis submittūt. Cæterùm
nos dicimus, quòd neq; de diabolo hoc dictum sit,
sed de uniuersorum deo, & sic legendū, quòd incre-
dulorum seculi huius excæcauit deus sensus. Futurū
enim seculū non habet incredulos, sed præsens dun
taxat. Quòd si & aliter qs legerit, ut puta, deus seculi
huius, neq; hoc reprehensione habet: non enim hoc
ostendit, ipsum huius dūtaxat seculi solū esse deum.
Nā & deus cœli dicitur, & non est solius cœli deus:
& deum præsentis diei dicimus, & non in hunc solū
diem eius principatum includimus. Dicitur item & E
deus Abrahā, & deus Isaac, & deus Iacob, & non est *Exo.3.d.*
solū illorū deus, & multa talia huius & alterius sen-
tentiæ inuenerit quis testimonia. Quomodo igitur
excæcauit? nunquid efficacia sua ad hoc impellens?
absit, sed permittens & concedēs. Est enim mos scri- *Rom.1.d*
pturæ sic loqui, ut quando dicit, Tradidit illos deus
in sensum reprobum. Nam quonā illi non credide-
runt primi, & sese indignos fecerunt ad uidendum
mysteria, & ipse deinde permisit. Et quid oportebat
facere? num ui cogere & reuelare uidere nolentibus?
immo despexissent, & nō uidissent. Vnde & subdidit,
Ne illucescer t illis illustratio f Solis f gloriæ Christi. Non *f euāgelii*
ut increduli essent deo, sed ne uideat icredulitas quę
sint illa quæ intus. Quod & nobis imperauit, præci-
piens non proiiciendas margaritas ante porcos. Nā *Matt.7.a*
si & infidelibus detegerentur, magis illoīū morbus
incrudesceret, Nā debiles oculos habentem cogens
quis Solis radios uidere, auget magis illius infirmita-
tem, ea propter illum medici in tenebris includūt, ne
morbus exasperetur. Sic igitur & hoc loco cogitan- F
dum est, quòd hi quidē f facti fuerunt increduli, & f *f per seip-*
non iam uidebant arcana euāgelij, deo ultra radios *sos facti*
ab illis excludente, id quod & discipulis dicebat. Pro *sunt in-*
pterea in parabolis loquor illis, qa audiētes non au- *creduli:*
diunt. Cæterū ut exemplo quod dicimus, euidētius *facti aūt*
fiat, pone Gentilem quendā esse qui res nostras fabu *incredu-*
lam asse arbitretur. hic igitur quomodo utilitatem *li, non iā*
assequetur ingressus & uisus mysteriis, maiorem quā *&c.*
foris manens? propter hoc, inquit, ne illucesceret illis *Mat.13.b*
illustratio. Perdurat adhuc in historia Mosis. Nam
quod cum Iudæis in illo factum est, hoc iā omnibus
incredulis fit in euangelio. Et quid est, adumbratū,
& id quod illis non illuxit? Audi ipsum loquentem,
Vt ne illucesceret illis lumen euangelij gloriæ Christi, qui
est imago dei: nempe quòd crux, orbis salus & illius
gloria: quòd ille ipse qui crucifixus est, cum magna
gloria uenturus sit: & alia omnia præsentia, futura,
quæ uidentur, quæ non uidentur, ineffabilis eorum
quæ expectantur gloria. Idcirco & illucescret dixit,
ut ne totū hic queras: nam quod datum est, splēdor
quidam solùm est spiritus. Hunc igitur & suprà ma-

Gnifestans, odorem dixit, & iterũ arrabonem, ostendens quòd amplius illic expectet, attamẽ hęc omnia occultantur ab illis: occultantur autem, quia priores non crediderunt. Deinde ostendens, quòd non Christi gloriam ignorent solũ, sed etiam eam quæ est patris non uiderunt, qui hanc ignorant, subdidit: *Qui est imago dei.* Nã ne in Christo solo subsistas, etenim quemadmodũ per hunc, patrem uides: sic ignorata huius gloria, neque eam quæ illius est, scies. *Non enim nos ipsos prædicamus, sed Christũ Iesum dominũ, nos autem ipsos seruos uestros propter Iesum.* Et quæ est ista consequentia, quid cũ dictis habet commune? Vel illos perstringit, quòd seipsos extollant, & persuadeãt discipulis ut a se nominari uelint, id qđ in priore dicebat, Ego sum Pauli, ego autẽ Apollo, uel aliud qđ dam multò grauissimum. Quale aũt hoc? quoniam illos ualde impugnabant, & ubiq; insidiabantur eis. Non.n.nos impugnatis, sed oppugnatis eum qui per nos prædicatur. Non enim nos ipsos prædicamus. Ego seruus sum, ego minister sum, & unus ex his qui prædicationis munere funguntur, alteri omnia concilians, & pro illius gloria, omne quicquid est faciẽs: & ita me impugnantes, etiam ea quæ illius sunt, destruitis. Nam intãtum abstineo, ne in me aliquid eorum quæ euangelii sunt transferã, quòd & uester seruus esse non detrectem, propter Christum. Quoniã illi uisum est sic uos honorare, eò quòd sic uos dilexit, & omnia pro uobis fecit. Ideo & dicit, nos ipsos autem seruos uestros propter Christum. Vidisti animam à gloriatione puram? Non enim aliquid ex his quæ domini sunt, inquit, nobis propriũ facimus, sed & uobis nos ipsos propter illum subiicimus. *Quia deus est qui dixit, è tenebris lucẽ illucescere, illuxit in cordibus uestris.* Vidisti quomodo iterũ quærentibus ut uideant gloriam illam excellentem, Mosis inquam, ostendit cũ additamento fulgurantem? quemadmodum in facie Mosis, ita in uestris cordibus illuxit, inquit. Et prius meminit eorum quæ in principio creationis facta sunt, nempe sensibilis Solis, & sensibiliũ tenebrarũ, monstrãs quòd istud maius est opificiũ. Et ubi dixit, ex tenebris lux luceat? In principio & in exordio creationis, Tenebræ enim erãt, inquit, super abyssum. Et dixit deus, fiat lux, & facta est lux. Sed & tunc quidẽ dixit, fiat, & factum est: nunc autem non dixit, sed ipse nobis factus est lux. Nõ enim dixit, Et nunc dixit, sed ipse illuxit: propter hoc neq; sensibiles res uidemus lucis huius fulgentis, sed ipsum deum per Christum. Vides trinitatem in se incommutabilem? Nam de spiritu quidem, inquit, Nos autem oẽs reuelata facie gloriam domini inspeculantes, ad eandem imaginẽ transformamur à gloria in gloriam, tanquam à domini spiritu: de filio autem, Ne illucescat illis illustratio euãgelii glorię Christi qui est imago dei: de patre uerò, Qui dixit ut ex tenebris lux luceat, illuxit, in cordibus uestris, ad illuminationẽ cognitionis gloriæ dei in facie Christi. Quemdmodum enim ut dixit, euangelii gloriæ Christi, adiecit, q est imago dei, monstrans qđ & illius gloria priuati sint: sic ut dixit, cognitionis dei adiecit, in facie Christi, monstrans quod per illũ patrem cognoscimus, unde ipsi quemadmodum per spiritum adducimur: *Habemus autem thesaurum hũc in testaceis uasis, ut excellẽtia uirtutis sit dei, & nõ ex nobis.* Nam quoniam multa & magna dixit de ineffabili gloria, ut neqs dicat, Et quomodo tãta gloria fruẽtes manemus in mortali corpore? inquit, quòd istuc ipsum quidẽ est mirabile, & indicium maximũ potentiæ dei, quòd uas testaceum tantũ fulgorem sustinere potuit, & talem seruare thesaurũ. Vnde id quod admiror dicebat, ut excellentia uirtutis sit dei, & non ex nobis, iterum illos perstringens qui gloriabantur in semetipsis, quã doquidem & datorum magnitudo & susciptientium infirmitas testatur uirtutem, non quòd magna solũ dederit, sed & quòd his qui parui sunt: nã testaceum dicebat, naturę mortalis fragilitatem insinuãs, & carnis nostræ infirmitatẽ significans: non enim melior est testaceis illa, adeò facilẽ illã inuadunt & mors, & morbi, & aeris intemperies, aliisq; innumeris facilẽ dissoluitur. Hæc autẽ dicebat, etiam illorum comprimens fastum, omnibusq; monstrans, quòd nihil humanum firmũ sit, eò quòd & tunc maximè manifestatur dei potẽtia, quãdo per uiles operatur magna. Idcirco & alibi dicebat: Virtus enim mea in infirmitate perficitur. Et in ueteri quoque testamẽto per culices ac mures, integros barbarorũ exercitus fugabat. Vnde & magnam suam uirtutem erucã uocabat. Et ab initio linguas confundens solùm, magnam illam turrim Babylonicã destruebat: & in bellis quoque, nunc quidẽ per trecentos, innumeros exercitus fugabat, nunc autẽ per buccinas ciuitates destruebat: postea uerò per pusillum adolescentẽ & contemptũ Dauidem, omnẽ barbarorũ aciem in fugam conuertebat. Sic sanè & hic, duodecim solùm missis, orbem uicit. Obstupescamus igitur uirtutem dei, admiremur, adoremus, rogemus Iudæos, rogemus Gẽtiles, qs persuasit untuerso orbi à patriis moribus desistere, & ad aliam transire conuersationem? Piscator, uel tabernaculorum factor, publicanus uel illiteratus & idiota? Et qũo hæc essent rationi consona, nisi diuina uirtus esset, quæ per illos operata est? Quid autẽ dicentes, persuaserunt? Baptizemini in nomine crucifixi. Cuius? quem nesciebant, nõn uiderant. Attamen hæc dicentes & prædicantes persuaserũt, quòd ij quidẽ qui uaticinabantur, & à patribus ipsis traditi erant, non sint dij. Crucifixus autem hic Christus oẽs attraxit, tametsi quòd crucifixus quidem esset & sepultus, omnibus manifestũ erat: quòd autem resurrexisset, nulli præter paucos uiderãt: nihilominus & hoc persuaserunt his qui non uiderant, & non solùm quòd resurrexit, sed etiam quòd ascendit in cœlos, & ueniet iudicare uiuos & mortuos. Vnde igitur sermones illi uerisimiles & probabiles, dic oro? non aliũde quã à dei uirtute. Etenim nouitas hæc primò omnibus ingrata erat. Quando autem & talia noua quis affert, res difficilior fit, quãdo amouet inueterata cõsuetudinis fundamenta, quando à fundamentis euellit leges. Ad hæc neque prędicones fide digni uidebantur, sed & apud omnes gentes exosi, indocti, ac meticulosi. Vnde igitur uicerunt orbem? quomodo nos & progenitores nostros, qui philosophi ac sapientes putabantur, cum diis suis eiecerunt. Nõnne manifestũ ex eo, quòd deum habebant secum? non sunt enim hæc opera humanæ facultatis, sed diuinæ cuiusdam & ineffabilis. Non, dicet quis, sed magicæ. Oportuisset igitur dæmoniorum principatus crescere, & propagari idolorum cultum. Quomodo ergo destructus est & euanuit ille, & prævaluere, nostra q̃ illis contraria? Proinde quòd dei arbitrio hæc euenerint, non à sola prædicatione, sed etiam à conuersatione ipsa manifestum est. Quando enim uirginitas

tanta

tantà ubiq; terrarũ pullulauit, quando diuitiarũ cõtemptus, & uitæ, & omniũ aliorum? Improbi enim & impostores nihil tale perficient, sed contraria omnia. Illi aũt angelorum nobis conuersationem inuexerunt, nõ inuexerunt aũt solum, sed etiam egerunt in hac nostra regione, in terra barbarorũ, in ipsis terræ finib⁹. Vnde perspicuũ, quòd omnia Christi ubique uirtus perfecit, ubiq; lucens, & ipso fulgure uelocius mentes hominum illustrans. Hæc igitur omnia cogitantes, & ex his quæ facta sunt, accipite promissionis futurorum manifestum indicium, adoremq; nobiscum inuictam crucifixi uirtutẽ, ut & intolerabiles effugiatis pœnas, & regnũ ęternum assequamini. Quod ut oẽs assequamur, concedatur nobis gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui sit gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia. IX.

Vm in omnibus affligimur, at non anxij reddimur: laboramus, at nõ destituimur: persecutionẽ patimur, at non in ea deserimur. Perseuerat adhuc, & monstrat, quòd totũ sit opus dei, reprimens sic illorũ qui in seipsis gloriabãtur superbiam. Neq; enim hoc solũ est mirabile, qđ in testaceis uasis custodimus thesaurũ hunc, sed quòd ẽt innumera sustinentes mala, & undecunq; pulsati seruamus illũ, & non perdimus: tametsi uel adamãtinũ uas esset, thesaurum tantũ portare nõ posset, neq; ad ferẽdas tales insidias sufficeret. Nunc aũt & fert, & nihil graue patitur per dei gratiã. Dum enim, inquit, in oĩbus tribulamur, at non anxij reddimur. Quid est, in omnibus? in inimicis, in amicis, in necessarijs, in alijs usibus, ab hostibus, à domesticis, sed nõ angustia premimur. Et uide qũo res contrarias dicit, ut & hinc dei uirtutẽ ostendat. Dum.n.angustijs premimur, anxij nõ reddimur, inquit: laboramus, at non destituimur: hoc est, non excidimus in fine. Perplexi animo efficimur ubiq;, & cõsilio destituimur, sed neq; sic ut ab his quæ proposita sunt excidamus: nã hæc à deo nobis ut exerceamur, nõ ut succũbamus permissa sunt. *Persecutionem patimur, sed non in ea deserimur: deijcimur, sed non perimus.* Nam tentationes quidem contingunt, sed nõ ea quæ illas comitãtur. Cęterũ etiã hoc per dei uirtutẽ ac gratiam. Alibi autẽ, inquit, etiam pp suam humilitatẽ & propter aliorũ securitatem permissa hæc esse, Vt enim nõ extollar, datus est mihi stimulus, inquit. Et iterũ, Nequis de me sentiat super id qđ uidet, ac audit quid ex me. Et alibi iterũ, Ne cõfidentes simus in nobis ipsis: uerũ hoc loco, ut appareat dei uirtus. Vides quantũ ex tẽtationibus lucrũ? Etenim dei uirtutem mõstrabat, & gratiã detegebat uberius. Sufficit enim tibi gratia mea, inquit, & ad humilitatem instruxit, & alios humiliari fecit, ipsosq; fortiores reddidit. Patiẽtia enim inquit, probationẽ operatur, probatio uerò spem. Nam qui inciderunt in pericula plurima, etiam à spe qua omnia in deum retulerant, erudiebantur, ut illã retinerẽt amplius per omnia. *Semper mortificationem domini Iesu in corpore circunferentes, ut & uita Iesu manifestetur in corpore nostro.* Et quæ est mortificatio domini Iesu, quã circunferebant? mortes quotidianæ, per quas & resurrectio monstrabatur. Si enim quis non credit, inquit, quòd mortuus est Iesus & resurrexit, nos uidens quotidie morientes & resurgentes, credat postea resurrectionẽ. Vidisti qũo & aliã causam inuenit tentationũ? Qualem oro causam? Vt & uita illius manifestetur ĩ corpore nostro, inquit: qđ eripit nos à periculis, ita ut hoc quòd uidetur infirmitatis esse & derelictionis, istthuc ipsum illius prędicat resurrectionem. Non.n.sic appareret, si nihil insuaue pateremur, uirtus illius, ut nunc ostenditur, dum patimur quidẽ, non aũt uincimur. *Etenim nos qui uiuimus, in mortem tradimur propter Iesum, ut & uita Iesu manifestetur in mortali carne nostra.* Semper.n. quãdo aliqd obscurũ loquitur, seipsum iterũ interpretatur, id qđ profectò & hoc loco fecit, hoc ut dicebam interpretans manifestè. Propter hoc enim, inquit: tradimur, hoc est, mortificationẽ circunferimus, ut uirtus uitæ illius appareat, non permittẽtis carnem mortalem tanta à multitudine malorũ patiẽtem uinci. Porrò & aliter istud accipiendũ. Quo? sicut alibi, inquit, si simul mortui sumus, & simul uiuemus. Nam quemadmodũ mortẽ illius sustinemus nunc, & eligimus uiuẽtes mori propter illum: sic & ipse eliget, si morimur, uiuificare tunc: nam si à uita in mortem uenerimus, & ipse à morte in uitã nos manu ducet. *Et ita mors operatur in nobis, uita autem in uobis.* nõ iam de cõi mortẽ filiȝ dicens, sed de tribulationibus & relaxatione. Nos.n.in periculis qdem & in tentationibus, inquit: uos uerò in relaxatione propter uitam, quam in huiusmodi tribulationibus lucrifacitis: & nos quidem periculosa sustinemus, uos aũt bonis illis fruimini, non enim tantas suffertis tentationes. *Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est, Credidi pro quod locutus sum, & nos credimus, idcirco & loquimur, quòd is qui excitauit dominum Iesum, idem & nos per Iesum excitabit.* Memores nos facit psalmi, multam in se habentis sapientiam, & sufficiẽtis in periculis maximè exercere. Dictum enim hoc est, in magnis periculis, sicut iustus ille locutus est, & propterea quæ non poterat aliter ferre, q̃ per diuinum auditorium: nam quoniã cognata maximè consolari solent, pp hoc, inquit, eundem spiritũ habentes: hoc est, eodem præsidio quo ille seruatus est, & nos seruamur: spiritu quo locutus est, & nos loquimur. Vnde ostendit magnã esse nouæ legis cum ueteri concordiam, & quòd idem spiritus in utrisq; operatus sit, & quòd non nos solum in periculis, sed etiam ueteres oẽs, opus habebant fide ac spe erigi, & nõ statim petebant solui quę imminebant. Nam postquam ostendit per rationes resurrectionẽ & uitam, & quòd nõ ab infirmitate uel derelictione sint pericula, ultra & fidem introducit, illiq; totum permittit: ueruntamen & illius demonstrationem exhibet Christi resurrectionem, dicens, Et nos credimus, ac idcirco loquimur. Et quid loqueris dic oro? Quid? Qui excitauit Iesum, & nos ex citabit, & constituet uobiscũ, nam omnia propter uos, ut gratuitum beneficiũ quod exundauit pluribus gratiam agentibus exuberet in gloriam dei. Iterum euacuat illorum superbiam, ne hominibus gratiam dent, pseudoapostolis inquam: totũ enim dei est, q uult multis gratificari, ut maior appareat gratia, unde propter nos resurrectio, & alia omnia. Nõ enim per unum, propter unũ hæc fecit, sed propter omnes. Ideo ne cedamus malis. *Sed licèt externus noster homo corrumpatur, attamen internus renouatur de die in diem.* Qũo corrumpitur? dum flagellatur, abigitur, innumera fert mala. Sed interim renouatur de diem in diem. Quomodo renouatur? fide, spe, alacritate, ut audeat se opponere malis. Nam quò plu-

ra tulerit corpus, hoc maiorẽ ſpem habet anima, & fulgidior euadit, uelut aurũ, quod multo igni exami natur. Et uide quo præſentis uitæ moleſtias demoli tur. *Nam momentanea leuitas afflictionis noſtræ*, inquit, *excellenter ſecundum excellentiam* ⌈*æternam* ⌋ *pondus glo riæ operatur, non ſpectantibus nobis ea quæ uidentur, ſed quæ non uidentur.* Cõcluſo in ſpem negotio, id quod & ad Romanos dicebat, Quòd ſpe ſaluati ſumus. Spes aũt quæ uidetur non eſt ſpes. Hoc etiã in loco iſto adornans ponit, collatis inter ſe præſentibus ac futuris, momentaneo & æterno, leui ac graui, afflictione & gloria. Et neq; his contentus eſt, ſed ponit aliam dictionem, geminans illã ac dicens, ſecundũ excellentiam excellenter. Deinde & modũ oſtendit, quo leues ſint tantæ afflictiones. Quomodo igitur leues ſunt? Non conſiderantibus nobis quæ uidentur, ſed quæ nõ uidentur: ſic & hoc leue quod præſens, & hoc magnũ quod futurũ, ſi nos à uiſibilibus abduxerimus. Ea enim quæ uidentur, temporaria ſunt. ⌈Igitur & afflictiones tales. *Quæ autem nõ uiden tur, æterna.* ⌋ Igitur & coronæ tales. & non dixit, afflictiones tales: ſed, quę uidẽtur omnia, ſiue pœna ſit, ſiue quies: & ſic neq; propter illa diſſolutè agendũ, neq; propter hanc uis facienda. Idcirco neq; de futuris loquens, dixit regnũ æternum: ſed, quæ non uidentur, æterna: ⌋ ſiue regnũ ſiue pœna ſit, iterum ut & propter hãc terreamur, & propter illud ſcitemur.

Morale. *Quoniam enim quæ uidentur temporaria ſunt, quæ autẽ non uidentur æterna, ad hæc quidem ſpectemus.* Qualẽ enim haberemus excuſationẽ temporaria pro æternis eligẽtes? licèt enim præſens ſuaue ſit, ſed nõ perpetuum, etiã uenia carebit. Qualem. n. habituri eſſent excuſationem, qui aſſequuti ſpiritum, & tanto fruentes dono, humilia ſapientes facti, & procumbẽtes ſuper terrã? Etenim multos audio dicentes ridicula hęc uerba, Da mihi hodiernum, & accipe craſtinum. Nam ſiquidem talia ſunt, inquit, qualia dicitis, illic unũ pro uno fuit: ſi aũt nihil omnino fuerit, duo pro nullo. Quid his uerbis iniquius, quid etiã magis delirum? Nos de cœlo diſſerimus & ineffabilibus illis bonis, & tu illa hippodromica nobis i me dium affers, & non erubeſcis? & talia quæ deſipientes ſolent, loquens non te abſcondis? non erubeſcis, quòd præſentibus addictus es? nõ deſinis deſipere, & inſanire, & iuueniliter nugari? Et non eſt mirum, ſi Gentiles ſic loquantur: quòd aũt fideles homines ſic nugantur, qualẽ habet ueniam? Omnino enim ſuſpicaris immortales ſpes illas, omnino putas ambigua hæc eſſe? Et quo hæc merentur ueniã? Et quis uenit, inquit, & annunciauit, quæ illic geruntur? Hominum quidem nullus, deus aũt, qui oĩbus fide dignior hæc annunciauit. At non uides quæ illic? neq; enim deum uides. Igitur non putabis eſſe deũ, quoniam nõ uides deũ? Et ualde puto, inquit, Itaq; ſi te rogarit quis incredulorũ, Et quis uenit de ⌈inferno, ⌋ & hæc annunciauit? Quid dices? Vnde ſcis quòd eſt deus? Ex his quæ uidẽtur, inquit, ex optimo ordine qui eſt in oĩbus creaturis, ex eo quòd hoc omnibus eſt notũ. Igitur etiam de iudicio ſic accipito ſermonem. Quo, inquit? Interrogabo te, tu uerò reſpõde. Iuſtus eſt hic deus, & iuxta meritum retribuit unicuiq;, uel non ſecundũ meritum? & iniuſtos quidem uult feliciter agere ac deliciari, bonos autẽ in aduerſis eſſe? Minimè, inquit. Neq; enim homo hoc pateretur. Vbi igitur, qui bene hic operati fuerint, bonis fruentur, ubi aũt mali contrarijs, niſi futura ſit uita quædam poſt hãc & retributio? Vides quòd unum pro uno, & non duo pro uno erunt iuſtis: peccatoribus aũt & hic delicatè agentibus, omnino diuerſum eueniet: nam ſiquidẽ hìc delicatè egerint, neq; unũ pro uno acceperũt: qui aũt in uirtutibus uerſati fuerint, duo pro nullo. Qui. n. relaxationem habebunt, num ij, qui præſenti abutentes uita, uel uirtutibus præditi? Tu fortaſſe illos quidem dices, ego aũt hos oſtendo, teſtes illos ipſos uocans qui præſentibus aliquãdo fruebantur, & nõ erubeſcent ad ea q̃ dicturus ſum: etenim pronubis maledixerũt ſæpius, etiam diei quo thalami ſtrati ſunt, & beatos dixerũt eos qui uxores nõ duxerunt: multi ẽt iuuenes à nuptijs abſtinuerunt, nõ ob aliam cauſam, quã quòd moleſta res ſit: idq; dico nõ accuſans nuptias, honorabiles enim ſunt, ſed eos qui illis abutuntur. Si aũt quì in coniugio uixerunt, uitam iniucundã ſæpe putauerũt: quid diceremus de his qui in meretricia barathra deducti ſunt, & quouis ſeruo ſeruilius & miſerius affecti, de his qui in delicijs abſorbentur, & multos corporibus morbos afferunt? Porrò ſuaue eſt uiuere in gloria. Immo hac ſeruitute nihil amarius. Etenim oĩbus ſeruis ſeruilius eſt uanæ gloriæ mãcipium, & oĩbus obuijs placere uolens. At q illã cõcupiſcit, omniũ ſummus eſt, nõ curãs quid de ipſo alij ſentiant. Sed ait, pecunias habere amabile eſt. At ſæpius oſtendimus, quòd qui ab illis liberati ſunt & nihil habent, ditiores fiunt, ac ſuauius agunt. Verùm dulce ait eſt inebriari. Et qs hoc dixerit? Igitur ſi nõ ditari ſuauius eſt q̃ ditari, & cœlibem agere q̃ uxorẽ habere, & uanæ glorię nõ eſſe auidum q̃ illam ſectari, & nõ deliciari, q̃ deliciari, ẽt hoc loco plus habẽt, qui præſentibus non ſunt addicti. Et nondũ dico, quòd ille quidem licèt innumeris tormentis diſtendatur, habeat bonã ſpem, quæ ipſum deducat. Hic aũt licet plurimis delicijs fruatur, habet metum futuri ſeculi, turbantẽ ac confundentẽ ſuam uoluptatẽ. Etenim, & hic nõ paruus pœnæ modus, utputa cõtrarius delicijs ac tranquillitati. Eſt ad hæc modus tertius. Qualis aũt hic? qa illæ ſeculares deliciæ, neq; quando ſunt apparent, & arguuntur cum à natura tum à tempore: hæ uerò nõ ſolũ ſunt, ſed etiam immobiles manent. Vides quòd nõ duo pro nullo ſolùm, ſed etiam tria & quinq; & decem & uiginti, & innumera pro nihilo ponere poterimus? Vt autem iſthuc ipſum in exemplo diſcas, propono diuitẽ ac Lazarum: nam ille quidem præſentibus fruebatur, hic aũt futuris. Nũquid igitur tibi unũ & unum eſſe uidetur omni tpe puniri, & breui tempore eſurire? ægrotare in mortali cõrpore, & in immortali grauiter cruciari? coronari & in æternũ deliciari poſt breuem illam ualetudinẽ, & torqueri ſine fine poſt paruam eorum quæ ſunt uoluptatem? Et quis hæc diceret? Vtrum enim de quantitate, uel qualitate, ⌈uel de ordinatione, ⌋ dei, uel de ſententia utriq; data delirabo? Vſq; quo ſcarabæorum loquimini uerba, q in luto perpetuò uoluuntur? Non enim hæc ſunt rationalium hominum, animam tam pretioſam prorę adeò nihili perdere. Opus paruo labore ad recipiendum cœlum. Vis te & aliunde doceam, quòd ſit tribunal terribile, aperi tuæ conſcientiæ fores, & uide in mente tua ſedẽtem iudicem. Si autem tu teipſum condemnas, quanuis teipſum amans non feres iniquum iudicium ferri: an non multò magis

deus iuſti magnã curã faciet, & incorruptã de omnibus feret ſentẽtiã? Num ſimpliciter & temerè omnia fieri ſinet? Et quis hæc diceret? nullus eſt. Sed & Græci ac Barbari, Poẽtęq; ac philoſophi, & omne hominũ genus conſonat in illis nobiſcũ, licèt non ſimiliter. Et dicunt eſſe quædam tribunalia in inferno, ita manifeſta & confeſſa res eſt. Et quare nõ hic punit, dicit? ut longanimitatẽ ſuam declaret, & ſalutẽ quæ ex pœna concedat: & non faciat genus noſtrum ut eripi nequeat, nec nõ eos qui ex mutatione optima poterãt ſeruari, prius, ⌈ad ſalutẽ liberet. ⌈Etenim ſi ſtatim puniiſſet peccantem Paulum, quomodo ſaluatus eſſet? quomodo etiam Petrus, pręcipui doctores orbis? quomodo Dauid ſalutem per pœnitentiam lucrifeciſſet? Quomodo Galatæ, quomodo alij plures? Sanè propter hoc non exigit hìc pœnam ab omnibus, ſed à quibuſdã ex omnibus, neq; illic ab oĩbus, ſed ab alio quidẽ hìc, ab alio uerò alibi, ut etiã ualde inſenſatos extimulet ⌈ab iis per quę punit. ⌈An non uides multos hic puniri, utpote eos qui à turre ſupreſsi, & eos quorũ ſanguinem ſacrificiis miſcuit Pilatus, & qui intempeſtiua morte apud Corinthios extincti ſunt, eo quòd indignè ſacramẽtis cõmunicarant, & eos qui ſub Pharaone, & ſub Iudæis ac Barbaris occiſi ſunt, & alios multos, qui & tũc & nũc & ſemper. Porrò alij quidẽ ubi multũ peccarunt defuncti ſunt, cum pœnã hic non luiſſent, ſicut diues apud Lazarũ, & multi alij. Hæc autẽ faciẽdo & diſcredentes futuris excitat, ⌈& credentes ⌈& ignauos diligentiores reddit. Nã deus iudex iuſtus, & fortis, & longanimis, & nõ inducens iram per ſingulos dies. Quod ſi lõganimitate abutemur, erit tẽpus quo nõ diu lõganimis erit ultra, ſed poſtea intẽtat pœnam. Ne igitur ſegnes ſimus, ut uno momento deliciemur: hoc enim eſt præſens uita, & infinito rũ ſeculorũ accerſamus nobis ſuppliciũ: ſed momento laborem⁹, uti ppetuo coronemur. Videtis, quòd etiã in ſecularibus, ſic pleriq; homines faciunt, & paruum laborẽ pro lõga quiete eligunt, tametſi diuerſum eis eueniat: nã hic quidẽ eſt æqualitas laboris ac lucri, ſæpe aũt diuerſo modo labor quidẽ immẽſus, fructus autẽ paruus, & ſæpius ne paruus quidẽ. In regno uerò ſit modo cõtrario. Nam quod moleſtũ, paruũ quidẽ: quod autẽ dulce, etiam immenſum. Conſidera autẽ agricolã per totũ laborantem annum, & ſub ipſum finem ſæpius excidit ſpe fructus multorum laborũ. Item gubernator ac miles uſq; ad ultimũ ætatẽ in bellis ac laboribus agit, & ſępius uterque moritur, & ille quidem ſarcinas diuitiarum, hic uerò cum uictoria etiam uitã amittit. Quã igitur habebimus excuſationẽ, in rebus ſecularibus laborioſa perferẽtes, ut parum refocillemur, uel ne parum quidẽ, ſpes. n. incerta eſt: in ſpiritualibus autem contrario modo facientes, & propter paruam ignauiã ineffabilem pœnã nobis accerſentes? Ideo oro uos omnes, uel ſero ex hoc ⌈ſtupore euigiletis. Nullus enim uos liberabit in illo tempore, non frater, nec pater, nec puer, nec amicus, nec uicinus, nec ullus alius: ſed ſi opibus deſtituti fuerimus, oĩa tranſibunt, omninoq; peribimus. Quantũ diues ille luxit, & patriarcham orauit, & mitti Lazarum petiuit? Sed audi quid ad illum dixerit Abrahã, Magnũ chaos inter nos & uos, ita ut neq; hinc uolentes egredi perueniant ad uos. Quantũ orarũt uirgines illę promodico oleo? Verũ audi quid & illæ dicunt, Ne for

tè non ſufficiat nobis & uobis: & nullus illas potuit in thalamũ introducere. Sanè hęc cogitantes ẽt nos, curemus diligenter uitam noſtrã. Quotquot enim dixeris labores, & quotquot attuleris pœnas, nihil hęc omnia erũt ad futura bona. Pone ſi placet ignẽ & ferrũ & beſtias, & ſi quid eſt his crudelius, attamẽ hæc neq; umbra ſunt ad illa tormẽta: nam hæc quãdo uehementiſsimè intentantur, tũc maximè leuia fiunt celeriterq; liberant, corpore non ſufficiente ad tantam uehementiam ac prolixitatem pœnæ. Illic autẽ non ſic, ſed utraq; cõueniunt, & intenſio & excellentia, cũ in bonis, tum in acerbis. Dum igitur eſt tempus, præoccupemus faciẽ eius in confeſsione, ⌈ut hodie illũ uideamus & tũc tranquillũ, ⌈& minaciſsimas illas poteſtates effugiam⁹. Nõ uides hic milites principibus miniſtrantes, quo rapiunt, quomodo flagellant, quo latera perfodiunt, quomodo faces in tormentis adhibent quomodo ſecãt? ſed oĩa hæc ludus ac riſus ad illas pœnas. Etenim temporariæ hæ pœnæ. Illic autẽ neque uermis moritur, neq; ignis extinguitur. Etenim corpus incoruptibile eſt omnium, qd reſurgit tũc. Sed abſit ne fortè hæc experiendo diſcamus, ſed ſint ſolũ terribilia, quantũ ad uerba attinet, ne autẽ tradamur illis tortoribus, ſed hinc erudiamur. Quantũ nos ipſos tunc accuſabimus, quantũ plorabimus, quantũ ululabimus? at nulla tum utilitas. Quoniam neque nautæ naui ſoluta & ſubmerſa proficere poſſunt, neq; medici mortuo ægroto. At ſæpe dicent, quòd oportebat ẽt hoc facere, omnia autẽ incaſſum & fruſtra. Nã quandiu ſpes correctionis ſalua eſt, dicenda ac facienda ſunt oĩa: poſtq; nullius ultra domini erimus, toto deſtructo, fruſtra dicũtur, & fiũt omnia. Etenim & ludæi dicẽt tũc, Benedictus q uenit in nomine domini: ſed hæc uox nihil illis proderit ad pœnã effugiendam: quando enim oportebat dicere nõ dicebant. Ne igitur & nos in uita hoc patiamur, hinc iã uitam mutemus, ut tribunali Chriſti cum omni fiducia aſsiſtamus. Quæ nobis oĩbus contingant gratia & miſeri cordia domini noſtri Ieſu Chriſti, per quẽ & cũ quo patri, gloria, cum ſancto ſpiritu, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia. X.

Cimus enim, quòd ſi terrenũ noſtrũ domicilium huius tabernaculi deſtructũ fuerit, ædificationẽ ex deo habemus nõ manufactã, æternam in cœlis. Etenim *in hoc gemimus, domicilio noſtro quod è cœlis eſt ſuperindui cupientes.* Iterum quia multæ ingruebant tẽtationes, alacritatẽ illorũ extimulat. Veriſimile. n. eſt propter abſentiam illius imbecilliores & tardiores factos. Quid igitur, inquit? Non oportet mirari, quòd grauia patimur, neque commoueri, plurima. n. commoda inde lucrifacimus: & antea quidẽ dixit, Mortificationẽ Ieſu circunferimus, & potentię illius ſpecimen maximũ exhibemus. ⌈Nam ut dixit, uita Ieſu manifeſtata eſt ⌈in mortali carne noſtra. Poſteãque cum his dixit, quòd & internus homo noſter melior euadat, ſic, Quippe tametſi externus noſter homo corrumpatur, ſed internus noſter renouatur de die in diem: monſtrans iterum, quòd tantam utilitatem flagellationes, & uexationes illæ afferant, dicendo, quòd quando illæ maximæ ſunt, tunc innumera bona his qui pertulerint, germinatura ſint. Etenim ut ne doleas, audiendo quòd externus homo tuus corrũpitur, dicit, quòd quãdo hoc

Gomnino fit, tunc maximũ gaudiũ habituros, & ad melioré peruenturus sis fine: atq; adeò non solùm dolere nõ oportet, si ex parte ille nunc corrũpatur, sed inquirenda ac optanda corruptionis huius plenitudo. Ista enim ad incorruptionẽ potissimum adducit. Et idcirco adiecit, Scimus enim, quòd si terrenũ nostrũ domicilium huius tabernaculi dissolutũ fuerit, ędificationẽ ex deo habemus, domum nõ manufactam, æternam in cœlis. Quoniam enim de resurrectione adornat sermonem, iterũ in hoc quo maximè laborabant, assumit etiam audientium iudicium, & sic illum conficit, non tamen ut antea, sed quasi ex utroque argumento, tanquã illo iam obtento: etenim iam correcti erant, & dicit: *Scimus quòd si terrenum nostrum domicilium huius tabernaculi destructum fuerit, ędificationem ex deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis.* Sunt nonnulli qui terrenum hoc domicilium, mundum hunc dicunt, ego autem asseuerarim de hoc corpore potius dici. Tu aũtem considera, quæso, quõ ipsis nominibus, quantũ futura præsentibus antecellant, ostendit. Vt
H enim dixit, terrenum, opposuit salutem: & ut dixit, domicilium tabernaculi, ostenditq; fragile illud & temporarium, opposuit, æternum. Etenim tabernaculi nomen sæpe ostendit temporarium quiddã. Ideo dicit, In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si autẽ alicubi tabernacula uocet etiã sanctorũ quietem, non simpliciter dicit tabernacula, sed cum additione. Non enim dixit, ut accipiant in tabernacula sua, sed, in tabernacula æterna. Porrò dicẽs nõ manufactum, insinuauit aliud esse manufactum. Quid igitur, nunquid corpus manufactum est? Minimè, sed uel domicilium hic insinuat manu fabricatum, uel si non hoc, sed domicilium tabernaculi hoc corpus uocauit, non manufactũ, non ad oppositionẽ ac distinctionem illius posuit, sed augens encomia, & adiectis laudib⁹, *Etenim in hoc gemimus, domicilio nostro quod est ex cœlo, superindui desiderantes.* Quale domiciliũ dic obsecro: corpus quod incorruptibile. Et quare ingemiscimus nũc? quoniã multò melius illud, quod ex cœlo, inquit, eo quòd incorruptibile. Sanè non supernè corpus nobis descendit
I sed illinc donũ mitti declarat nomine hoc. Adeò igitur non est dolendũ in particularibus tentationib⁹, ut & uniuersalis illa requirenda sit, quasi dicat: Ingemiscis quòd persecutionẽ pateris, quòd corrumpitur ille tuus homo? Ingemisce, quòd non excellenter hoc fiat, neque omnino corrũpatur. Vidisti quõ in contrariũ diuertit sermonẽ? ostendens quòd pro illis oporteat ingemiscere, quòd nondum plenè fiant, pro quibus particulariter factis ingemiscebãt. Propter hos postea non uocat tabernaculum, sed domicilium, idq; ualde meritò. Tabernaculum. n. hoc facilè destruitur, illud autem manet perpetuò. *Siquidẽ, & induti, nudi non inueniemur:* Hoc est, licèt deposuerimus corpus, non absque corpore illic assistemus, sed cum illo facto incorruptibili. Quidam autem dicunt, quod & maximè probandum. si quidem & induti, non nudi inueniemur. Nam ut ne de resurrectione omnes confidant, inquit, si quidem & induti incorruptione, & corpore incorruptibili recepto, nõ nudi inueniamur gloria & securitate, quod
& in altera ad Corinthios dicebar, Omnes quidẽ resurgemus, unusquisq; autẽ in suo ordine. Et sunt corpora cœlestia & corpora terrestria. Nam resurrectio quidẽ omnibus communis est, at non item gloria K
communis: sed alij quidem in gloria, alij autem in ignominia: & alij quidẽ ad regnũ, alij autẽ ad supplicium resurgent. Itaque & hoc loco istud manifestauit dicens, Siquidẽ induti, non nudi inueniemur. *Et enim qui sumus in hoc tabernaculo, gemimus, eò quòd nolumus exui, sed superindui.* Hic iterũ perfectè & manifestè hæreticorum ora obstruxit, monstrans quòd nõ de corpore simpliciter differit, quasi aliud & aliud sit, sed de corruptione & incorruptiõe. Nõ enim propter hoc ingemiscimus, iquit, ut à corpore liberemur: nolumus. n. hoc exui, sed curamus ut à corruptione quæ in illo liberemur. Ideo, inquit, nolumus exui corpus, sed uolumus superindui illud incorruptione. Deinde & interpretatur istud, *Vt absorbeatur corruptio à uita.* Nã quoniã multis onerosum esse uidebatur deponere corpus, & omniũ sententijs contrarium erat dicens: Ingemiscimus uolentes illo liberari. Nã si talia patitur & plorat anima quæ ab illo corpore separatur: quõ non dicis, quòd ingemiscimus, non concedi, non separari ab illo? Itaque ut ne hæc sibi obiiciantur, inquit, neque ego hæc dico quòd propter hoc ingemiscimus, ut illud deponamus: nullus enim sine mœrore istud deponit. Alicubi scilicet & Petro dicit Christus, Ducent te quò nõ uis. Sed ut superinduamur illud icorruptiõe. Ete nim hoc est, quòi corpore grauamur, nõ quòd corpus, sed quòd corruptibile & passibile corpus circũferimus: hoc scilicet est, qd nobis dolorẽ affert. Verũ uita futura corruptionem absumit & aufert, corruptionẽ inq̃, non corpus. Et quõ fit istud, inquit? Ne quæras, deus facit, ne sis curiosus: ideo & subdidit, *At qui parauit nos in hoc ipsum, deus est.* Hic ostẽdit hęc superius præfigurata: non. n. nunc hoc primũ monstrauit, sed quando ab initio de terra nos finxit, & Adam formauit. Non in hoc formauit ut moriatur, sed ut etiam immortalẽ faceret. Porrò, ut fide dignũ hoc esse indicet, & demonstrationẽ certã adhibeat, subdidit: *Qui etiã dedit arrã spiritus.* Etenim etiã tũc ad hoc formauit, & nũc in hoc præparauit per baptismũ, & illius nobis pignus dedit spiritũ sanctum. Frequenter autem arrabonẽ uocat, debitorẽ se ostẽ
M dere uolens omnium, & inde quoque credibiliorẽ sermonem constituere quærit. *Confidentes autẽ omni no & scientes.* Confidentes dictum est, propter persecutiones, insidias, mortesq; cõtinuas: quasi dixisset, Exagitat te quispiã, & persequitur, & occidit, ne cõcidas animo: propter te hoc totũ fit, ne timeas, sed confide. Ideo enim gemis & doles, quia corruptioni seruis. Hanc tollit postea è medio, & quantocyus ab hac liberat seruitute: proinde & dicit, Cõfidẽtes itaq; oĩno, nõ laudibus, sed, & in tribulationibus. Et *sciẽtes quod uersantes in corpore, peregrinamur à domino. Nã per fidem ambulamus, non, per speciẽ. Confidimus autẽ, & probamus magis, peregrinari à corpore, & uersari apud dominũ.* Quod omnibus maius est, posteriori loco posuit. Nam incoruptionem accipere, & cũ Christo esse, melius est. Quod autem dicit hoc est, hois & stoccidens non extinguit nostram uitam, ne timeas, confide dum aduersa pateris: non sulùm enim te liberat corruptiõe & molestia, sed ẽt statim te ad dominũ trãsmittit: propterea non dixit, Cùm sumus i corpore, sed quasi i aliena domo hospitaremur, Scientes itaq; quòd uersantes icorpore peregrinamur à domino: cõfidim⁹ aũt & probam⁹ magis, perigri-

alterò — *hoc* — *1.Co.15.g* — *nolentes* — *quomõ dicis tu quòd ingemiscamus, quoniã non separemur ab ipso? Ioã.21.f* — *relaxationibus,* — *Nã cum Christo esse melius est, quãin corruptio, nẽ accipere.*

A peregrinari à corpore & uersari apud dominũ. Vidisti quo occultatis tristibus mortis & cõsummationis nominibus, ualde desiderabilia pro illis posuit, uocans conuersationẽ apud deũ, & quæ uidentur esse dulcia in hac uita relinquẽs, à tristibus illa nominauit, nempe uocans uitã hanc, peregrinationem à domino. Cæterũ hoc fecit, ne ullus præsentiũ amore detineatur, sed illis potius grauetur, neq; moriturus indolescat, sed gaudeat quasi ad maiora profecturus bona. Porrò nequis audiens, peregrinamur à domino, dicat, cur hæc dicis? Alieni enim ab illo sumus dum hic agimus, prius hæc corrigit dicens, *Per fidem enim ambulamus, non per speciem.* Et hic quidem *ipsum* istas scimus, sed non sic manifestè: quod & alibi di-
2.Co.13.d cit, in speculo & ænigmate. *Confidimus aũt & magis probamus.* Papæ quorsum sermonẽ dirigit? Ad summum desiderium mortis, ostẽdẽs molestũ quod dulce, & dulce quod molestũ. Nã dum dicit, magis probamus, dicere uult, desideramus. Quid desideramus? *Peregrinari à corpore, & uersari apud dominum.* Hoc aũt perpetuò facit. Nã & antea sermonẽ cõtra-
B dicentium sibi in contrariũ uertit. *Eapropter & contendimus, siue simul uersantes, siue peregrinãtes, bene illi placere.* Nam quod quæritur, hoc est, inquit, siue illic simus, siue hic, iuxta illius sniam uiuere. Hoc enim est, quod præcedit, atq; adeò ut hinc iam habeas regnũ, si ualde ames. Etenim ne iterũ uenientes in tan
de'eant tum desiderium, alienentur ad tardationẽ aduentus, inde iam tribuit illis caput bonorũ. Quod autẽ hoc est? bene placere illi. Non. n. simpliciter bonum est, abire, sed libẽter abire. Vnde ẽt hoc fit bonum, neq; simpliciter graue est hic esse, sed impingere. Ne igitur putes satis esse à corpore proficisci, ubiq; enim opus est uirtute. Nã quemadmodũ cũ dixisset resurrectionem, non permisit de illa sola cõfidere dicẽs, siquidem & induti, nõ nudi inueniemur: ita & peregrinatione monstrata, ut ne putes illam solam utilẽ, etiam iudicauit ad salutẽ opus esse, illi bene placere. Igitur quoniã prius admonuit de multis iucũdis, ita & terret per grauiora: etenim utilitas in possessione bonorũ & in fuga malorum constituitur, hæc autẽ sunt gehenna & regnũ, & quoniam hoc maiorem
C uim habet, q̃ fugere supplicium. Nam hic quidem *Vt fugiamus supplicium.* damnum quod non suscipiũt bona, facilè multi ferunt: si aũt & mala perferenda essent, non idẽ facerent. Nam oportebat quidẽ illud damnum intolerabile nominare, sed propter infirmitatẽ multorũ qui sic humi repunt, hoc eis uidetur grauius. Quandoquidem igitur non sic excitat auditorem uulgarem bonorũ datio, ut suppliciorum intẽtatio, necessariò huc diuertit dicẽs: *Nam omnes nos manifestari oportet corã tribunali Christi.* Deinde cũ terruisset, & concussisset auditorem memoria tribunalis illius, neq; hic absq; iucundis tristia posuit, sed uoluptatem quandam cõmiscuit dicens: *Vt unusquisq; reportet quæ per corpus fecit, siue bonum siue malum.* Cæterũ dum hæc dicit, eos qui bene egerunt, & affligũtur, in bonam spem excitat, & collapsos timore alacriores reddit, sermonemq; de resurrectione corporum cõfirmat. Non enim quod ministrat ad hoc & illud, absq; retributionibus stabit, inquit: sed cũ anima hæc quidem puniuntur, illa uerò coronantur. Cæterũ hęreticorum quidam dicunt, quòd aliud excitatur corpus. Vnde dic, oro, aliud peccauit, & aliud punitur: aliud benefecit, & aliud coronatur? Quid aũt dice-

tis loquẽti Paulo, nõ uolumus exui sed superindui, D
quomodo autem corruptio à uita absorbetur? Nõ enim dixit, ut absorbeatur mortale corpus & corruptibile ab incorruptibili corpore, sed ut corruptio à uita: tunc enim hoc fit, quãdo illud resurgit corpus: si aũt illo relicto, aliud præparat, non iam absorbetur, sed manet corruptio quæ inualuerat: propterea non fit hoc. Cæterum oportet corruptibile hoc, hoc est, corpus, indui incorruptione. Nam corpus *in isto, hoc est, corruptione: postea aũt in isto, hoc est, incorruptione, futurũ:* & propter hoc in primo isto, quoniam incorru *corruptione: postea aũt in illo, hoc est incorruptione futurũ: & propter hoc i isto primo.* ptio destrui non potest. Non enim corruptio incor
ruptionẽ hæreditat, inquit, alioqui qũo esset incorruptio? sed contrà absorbetur corruptio à uita: hæc enim illam uincit, nõ aũt hanc illa. Quemadmodũ cera soluitur quidem ab igne, ipsa aũt non item soluit ignem: ita & corruptio ab incorruptione aboletur & euanescit, illa uerò hanc uincere nunq̃ potest. Igitur audiamus uocẽ Pauli dicẽtis, quòd oporteat nos asistere tribunali Christi. Et cogitemus illud tri *Morale.* E
bunal, & putemus ipsum nunc adesse, & pœnas exigere: ego enim illud amplius dicã. Nã Paulus quoniam sermonẽ de tribulationes habebat, & non uo *resurrectione.* lebat illos rursum affligere, non diutius hæsit in sermone illo, sed paucis ut dixit, unusquisq; reportabit quæ fecit, statim prętercurrit. Nunc igitur cẽseamus illud adesse, & unusquisq; suam conscientiam diiudicet, & iam cogitet adesse iudicẽ, omniaq; reuelari & in medium adduci: non enim solum nos asistere oportet, sed & reuelari. Nunquid erubuistis? nunqd obstupuistis? Si aũt nunc, cũ nondum res agitur, sed solũ proponitur, & in cogitatione effigiatur, à conscientia perimus: quid faciemus quãdo aderit? quando uniuersus orbis terrarũ asistet, quando angeli & archangeli, quando ordines hincinde constituti, & cursus omniũ, & raptus in nubes, & acies cursu plena, quando tubæ hincinde & continuæ illæ uoces? Nam si nõ esset gehenna, in tanta claritate repelli: & ignominiosum recedere, quantũ suppliciũ? Etenim si nunc rege cũ suis ingrediente, ob paupertatẽ non accedere audentes, non tantã à spectaculo uoluptatem accipimus, quãtũ mœrorem ex eo quòd F
non sumus participes eorum quę apud regẽ sunt, & ignominiã putamus, non esse propè illũ, quid tunc erit? Num paruam putas esse pœnam, in choro non constitui, ineffabilẽ gloriam non assequi? ab illo cœtu & ineffabilibus bonis procul abijci? quando aũt & tenebræ erunt, & stridor dẽtium, & uincula insolubilia, & uermis immortalis, & ignis inextinguibilis, & tribulatio & angustia, & linguæ q̃ cruciantur, sicut illa diuitis: & ploramus, & nullus audit: & ingemiscimus, & rigamur à doloribus, & nullus attẽdit: & in omnia loca respicimus, & nusquam adest qui consoletur: quo loco ordinabimus qui sic habent? quid animabus illis miserius? quid itẽ miserabilius? Nã si quidem ingressi in carcerem, & uidentes alios pallidos, alios uerò uinctos & esurientes, alios uerò in tenebris conclusos, concutimur, horrescimus, & omnia ne illuc incidamus facimus: quãdo adducti trahemur in gehẽnæ carceres, quales futuri erimus? nõ enim uincula illa ex ferro, sed ex igne sunt nunquam extinguibili: neq; qui præsunt nobis, eiusdem dignitatis sunt, quos unquã demulcere poterimus, sed angeli, in quos neq; respicere licèt, ualde iracũdi,

G propterea quòd dominum tanta contumelia afficimus. Nō est, sicut hic, uidere ingredientes alios qui afferant uel pecuniā, uel cibos, uel sermones consolatione plenos, ut cōsolatione assequamur: sed oīa illic ueniam negant, etiā si Noë, siue Iob, siue Daniel affuerit, & suos uiderit puniri, nō audet patrocinari. futurū enim tūc est, ut & naturalis compassio tollatur, (quoniam contingit malorū filiorum patres, & patrum filios esse iustos.) ita ut pura sit uoluptas, & fruentes bonis, cōpassionis necessitate, gaudio nulla in parte destituantur: dico & hanc cōpassionem extingui, & illos contra sua uiscera, cū domino suo indignari. Etenim cū communiter homines ubi uiderint filios suos improbos exhereditāt, & à cognatione eiiciunt: multò magis iusti tunc idem facient. Proinde nullus speret accepturū se aliquid boni, si nulla bona fecerit, etiam si sexcentos habeat progenitores iustos. *Nam unusquisq; portabit ea, quæ in corpore suo fecit.* Hic mihi uidetur perstringere ēt scortatores, & timorem hinc illis immittere, & non illis solū, sed & omnibus quicunq; negligētes fuerint. Audiamus igitur & nos: etiam si ignem concupiscentię habueris, oppone aliū ignē, & hic statim extinctus euanescit: & si uolueris quid absurdū loqui, cogita stridorem dentium, & frænum erit tibi timor: & si rapere uolueris, audi iudicem præcipientē ac dicentē, Ligate illius manus & pedes, & eiicite illū in tenebras exteriores: & sic etiam hanc cōcupiscentiam eiicies. Etsi ebrietati ac crapulæ uacas, audi diuitē dicentē, Mitte Lazarum, ut summo digito linguam, quæ cruciatur, refrigeret, & liberaberis nō uulgari passione. Si aūt amaueris uoluptatem, cogita quanta illic tribulatio & angustia, & hāc non cogitabis: si autem crudelis & immisericors es, memor esto uirginum, quę extinctis lāpadibus sic à thalamo exclusę sunt, & statim eris misericors. Sed segnis es ac dissolutus, cogita eum, qui occultauit talentū, & eris igne efficacior. sed arrodit te desideriū facultatū diuitis, cogita uermem immortalem, & facilè etiam hūc morbū depones, omniaq; alia rectè facies, nil enim molestum neq; graue imperatū est. Vnde igitur nobis præcepta tam molestа? à nostra ignauia. Nā quemadmodum si studiosi erimus, etiam quę intolerabilia uidentur, leuia erunt ac facilia: Sic si ignaui fuerimus, etiam tolerabilia ardua nobis ac difficilia apparebunt. Itaq; hæc omnia cogitantes, ne admiremur eos, qui in delicijs agunt, sed cogitemus quis illorum finis. Nam hic quidē stercus & corpulentia, illic aūt uermis & ignis: ne admiremur raptores, sed cogitemus quis illorum finis. Hic curæ & metus ac certamina, illic uerò insolubilia uincula. Ne cogites gloriæ studiosos, sed quid ex illa nascatur: hic seruitus & sannæ, illic uerò dānum intolerabile, & perpetuum incēdium. Nā si sic nobiscum meditemur, & hæc atq; talia malis nostris concupiscentijs crebrò occinuerimus, statim & eiiciemus præsentium amorem, & futurorū desiderium ſ attingemus. Attingamus ſ igitur illud, & exardescamus: nā si cogitatio illorum quāuis obscura sit, tantam suppeditat uoluptatem, cogita quantam lætitiam nobis allatura sit manifesta ipsa comprehēsio. Beati & ter beati, ac sæpius, qui illis bonis fruuntur, sicut & miserabiles & miserrimi, qui hisce contraria sustinent. Vt igitur nō horum, sed illorum socij fiamus, eligamus uirtutē, nā sic & uentura bona assequemur: quæ nobis omnibus contingant, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cū quo patri, simul ac spiritui sancto, gloria, honor, imperium, nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Mat. 22. b
Luc. 16. f
Mat. 25. a
Ibidem. c
Esa. 66. & Mar. 9. g
H
I
ſ *accendemus. Accendamus.*

K

Homilia. XI.

Cientes igitur terrorem domini hominibus suademus, deo autem manifesti sumus, &c. Hęc igitur sciētes, inquit, nempe tribunal illud terribile, omnia facimus ita, ut nō demus uobis occasionem, uel offendiculum, uel siniſtrā quampiā suspicione prauī erga uos operis. Vidisti cōuersationis diligentiam, & animę curam gerentis studium: non enim solū, si malū fecerimus, inquit, arguimur, sed etsi non malum fecerimus, si suspicionem repellere possumus, & neglexerimus, pœnā luimus. *Non iterū nos ipsos commendamus, sed occasionem uobis dantes glariationis de nobis.* Vide quō continuò tollit suspicionē, ne uideatur suas ipsius laudes proferre: nil enim sit ſ iniuria afficientes tuetur, ſ ut de se magna quædam & admirabilia dicere. Proinde quia coactus in ciderat in horū sermonum materiam, correctione usus dicit: hoc propter uos facimus, non propter nos, ut uos habeatis quo gloriemini, nō ut nos. Et neq; hoc simpliciter, sed propter pseudoapostolos. Vnde subdidit. *Contra gloriantes in facie, & non corde.* Vidisti quō hos ab illis segregauit, & ſ ad se traxit, commonstratione facta, quòd & ipsi Corinthij desiderent occasionem accipere, qua possint pro se dicere, & rationem reddere crimina obiicientibus: nō enim, inquit, ut nos gloriemur, hoc dicimus, sed ut uos habeatis, quo pro nobis liberè loquamini: id quod erat testificantis eximiam erga illos charitatē: & non ut simpliciter gloriemini, sed & ne decipiamini. Porrò hoc non dicit manifestè: ſ alibi autem etiā sermonem mansuetius ſ tractat, & illis nō perstrictis dicit, *Vt possitis gloriari contra eos, qui in facie gloriantur.* quin neq; hos simpliciter præcipit facere, si non fuerit causa, sed quando illi seipsos extollunt: ubiq; enim temporis rationem habet. Non igitur, ut seipsum clarum demonstret, sed ut illi quiescant absurdè & in dānum aliorum, in hoc opere pergere hoc facit. Quid autem est, in facie? in his quæ uidentur, & quæ ad ostentationem: tales enim erant illi propter ambitionem omnia facientes: & intus quidem planè uani, & pietatis gerentes faciem, & honesti apparentes, bonorum autem operum expertes. *Nam siue insanimus deo, siue sani sumus uobis.* Et siquid, inquit, sublime loquimur (ecstasim enim siue insaniā hoc uocat, quemadmodū & alio loco insipiētiam) propter deum hoc facimus, ut ne uos, existimantes nos quòd uiles simus, contemnatis & pereatis. Siue modestū & humile loquimur propter uos, ut discatis humiliter sapere: uel etiā illud iterum dicit, Siquidem insanire quis nos arbitratur, nos à deo mercedem repetimus, propter quem hæc suspicio in nos uenit: si autē saperę existimat, ipse nostra sapientia fruatur. Et iterū aliter, Insanire quis nos, inquit, propter deum taliter insanimus: propterea & subdit, *Charitas enim dei constringit nos iudicantes illud.* Nam non futurorū solū metus, inquit, sed & ea, quæ iam facta sunt, non sinunt nos segnes esse, neque dormire, sed extimulāt & protrudunt in labores illos pro uobis. Et quæ nā sunt illa, quæ iam facta? *Nempe si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui fuerūt.* Igitur quasi omnes pereant, inquit, non enim pro

L
M
Infr. 11. d
ſ *sed aliter, ac mā suetius sermonē.*

A omnibus mortuus fuisset, si nō omnes mortui essent. Nā ſ hæc ſ sunt salutis occasiones, illic autē non itē pp hoc, inquit, cōstringit nos charitas dei, & nō sinit nos quiescere. Extremæ enim miseriæ esset, & ipsa gehenna grauius, si tanta re ostensa, inueniantur quidā, post tantā illius prouidentiā nullū fructū afferē: summa.n. charitatis excellentia est mori pro tali mundo, & mori pro sic affecto, *Vt uiuentes non iam sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & surrexit.* Si igitur nō oportet nos nobis ipsis uiuere, ne turbemini, inquit, neq; commoueamini, si pericula insurrexerint & mortes: & rationē quoque ponit indubitatam, propter quā debitū hoc opus ostendit. Nam si propter illum uiuimus, quia ipse mortuus est, ipsi uiuere debemus, propter quē uiuimus. Et uidetur quidem unum esse dictum: si autem quis diligenter inquisiuerit, duo hęc sunt: unum quidem qđ propter ipsum uiuimus, alterum autem, quod ipse propter nos mortuus est: & utrunq; per se sufficit, ut obnoxios nos illi faciat, quando autem utraque conueniunt, cogita quantū sit debitum. Immo etiā
B hæc tria sunt, nam & primitias propter te excitauit, & in cœlū subuexit, ideo appositum, ei q propter nos mortuus est, & resurrexit. *Itaque nos posthac neminem nouimus secundum carnem.* Si enim omnes mortui fuerunt, & omnes resurrexerunt, & mortui quidem fuerunt, eo quod tyrannis peccati condemnauit, resurrexerunt autem per lauacrum regenerationis & renouationem spiritus sancti: meritò, inquit, neminem fidelium nouimus secundū carnē: quid enim quanuis in carne sint, sed uita illa carnalis perijt, & denuo nati sumus spiritu, & aliā scimus rempublicam, & cōuersationem ac uitam, & constitutionem in cœlis: & iterum illum ipsum ducē, qui est Christus, ostendit. Ideo & subdit: *Porrò si etiam cognouimus secundum carnem Christū, & nunc iam non nouimus.* Quid igitur, dic mihi, carnem deposuit, & nunc non est cum corpore? absit. Etenim & nunc in carne est. Nam hic Iesus, qui assumptus à uobis in cœlum, sic ueniet. Sic, quomodo? cum corpore. Quomodo igitur, inquit, si autē etiā nouimus secundū carnem Christum, sed nunc non item? Nam nostrū esse secundum carnē,
C est esse in peccatis: non autem esse secundum carnē, est non esse in peccatis. Christum uerò esse secundū carnem, est esse in passionibus naturę, utpote quòd sitiit, quòd esuriit, quod laborauit, quòd dormiuit: peccatum enim non fecit, neque dolus inuentus est in ore illius: proinde & dixit, Quis ex uobis arguit me de peccato? & iterum, Venit princeps huius mūdi, & in me inuenit nihil. Non esse autem secundum carnem, est esse liberatum ab illis, non quod extra carnem sit: etenim cum hac uenit iudicaturus orbem, impassibilē illam habens & incorruptibilem, ad quā incorruptionē & nos transimus, corpore nostro facto cōformi corporis claritatis illius, adeoq; si quæ in Christo, noua creatura. Nā quoniā à charitate ad uirtutē nos adhortatus est, iam & ex rebus ipsis ad hoc inducit, propterea & subdit, *Si q̄ in Christo noua creatura.* Si quis credidit illi, inquit, ad aliud uenit opificium: etenim iterum natus est per spiritū, adeoq; etiam propter hoc debemus illi uiuere, non solùm quòd nostri iuris non sumus, & quòd mortuus est pro nobis solùm, & quòd resuscitauit nostras primitias, sed etiam quòd in aliam uenimus uitam. Vide quot iustas causas bene uiuendi nobis po

Ibi.
Actо. 1. b
Esai. 53. c
Ioā. 8. f
Ibi. 14. d
Phili. 3. d

D
ſ *quòd oportet.*
2. Co. 5. e
E
ſ *anima noua. purificata est enim:*
ſ *ministerium*
Ioan. 1. e
F
ſ *Quis iniuria affectus? ipse. Quis primus ad cōciliādum uenit?*

G sibiipsi mundum in Christo, hoc est per Christum. *ipse. At qui filiũ, dices, misit.* Nã postq̃ dixit, qui dedit nobis ministerium cõcilia tionis, correctioe usus, inquit, Ne putetis quòd nos simus huius rei authores, ministri sumus, qui aũt to tum operatur deus est, qui per unigenitũ totum or bem cõciliauit. & quomodo cõciliauit? sibiipsi: hoc est n. admirabile, non quòd amicus factus est solũ, sed quòd sic amicus factus est, Qũo sic? quia dimi sit illius peccata. Aliter enim non fuisset factus amicus. Vnde & subdidit, *Non imputans illi peccata eorũ.* Etenim si uoluisset exigere rationẽ delictorũ, oẽs. pe riissemus: omnes enim mortui erant. attamen cum tanta sint nostra peccata, non solũ non exposcit pœ nam, sed & conciliatus est: non solũ dimisit, sed ne que iputauit: sic & nos dimittere oportet inimicis, ut & nos eandẽ remissionem assequamur. *Et posuit in nobis sermonem conciliationis.* Neque enim nos nũc accessimus ad aliquid, quod onerosum, sed ut facia mus omnes amicos deo. Quasi dicat, quando quidem à me non sunt persuasi, perseuerare uos exhor H tates, donec psuadeatis. Proinde & subdit: *Pro Christo igitur legatione fungimur tanquã deo uos exhortãte per nos, rogantes pro Christo, reconciliemini deo.* Vidisti, qũo officiũ suum affert, inducens Christum qui le gationẽ hanc iniunxit immo non Christum solùm, sed & patrem? Quod enim dicit, hũc sensum habet, Misit filium pater, exhortari & legatione fungi apud humanũ genus pro se: quoniam autem ille occisus abiit, nos legationem suscepimus, & pro illo & patre exhortamur uos. Intantũ honorat humanũ genus, quòd & filium impendit, quamuis sciret occidendũ, & apostolos nos propter uos fecit: & ita merito di *Supr.3.d* cebat, omnia propter uos. Igitur pro Christo lega tione fungimur, hoc est, illius loco. Nam nos quæ il lius officij sunt, suscepimus. Si autem magnum tibi hoc esse uidetur, audi & sequentia per quę mõstrat, quòd non pro illo solũ, sed & pro patre hoc faciant. Nam propter hoc & subdidit, Tanquã deo obsecrã te per nos. Non enim per filiũ suum exhortatur so lũ, sed & per nos, qui filij opus suscepimus. Ne igitur putetis, iquit, quòd à nobis rogemini: ipse Christus uos exhortatur & obsecrat. Ipse etiã Christi pater p I nos. Quid huic excellentiæ par fuerit, qui innumera beneficia contulit, contumelia affectus est: & con tumelia affectus non solũ non exegit pœnam, sed & dedit filium suum, ut cõciliemur. & postq̃ qui acce perant non conciliati sunt, sed & occiderunt, iterum misit alios legatos obsecrantes, & illis missis ipse est qui obsecrat. Quid autẽ obsecrat? conciliemini deo. & non dixit, conciliate uobis ipsis deum. Non enim ipse est, qui inimicitias gerit, sed uos: deus enim nun quam inimicitias gerit. Et rationẽ redderis, quem admodũ legatus sit missus, inquit: *Eum enim,* inquit, *qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Non di co priora, quòd iniuria affecistis eũ, q̃ in nullo offen derat, qui multa beneficia cõtulerat, qui pœnam nõ exegerat, qui prior iniuria affectus, prior obsecrat: nihil illorũ nũc ponatur: ⌜nõne propter hoc solùm *⌜nõne pp hoc solũ iustũ esset uos recon ciliari,* non esteris iusti, si nõ conciliemini, ⌜propter hoc sci licet, quòd nũc nobis fecit? Et quid fecit? eum qui nesciuit peccatũ, propter uos peccatum fecit. Si. n. nihil aliud perfecisset, hoc autem solùm operatus esset, cogita quale sit, dare filium pro his, qui iniuria affecerant: nunc autẽ & multa bona fecit. Et⌜cum his⌝illũ qui nihil iniustè egit, permisit puniri pro his, qui iniustè egerunt. Sed non hoc dixit, sed ponit qđ K illo multò maius est, nempe hoc, Eum qui nesciuit peccatũ, inquit, & existentẽ ipsammet iustitiã, pecca tum fecit: hoc est, quasi peccatorem cõdemnari p misit, & quasi maledictum mori. Maledictus enim *Deut.21.* qui pendet in ligno. Sic enim mori multò maius est *d* quàm mori, id quod & alibi insinuans dicit: Obe *& Gala.* diens factus usque ad mortẽ, mortem autẽ crucis. *3.b* Non enim hoc solã pœnam habebat, sed & confu- *Phi.2.b* sionem. Cogita igitur, quanta tibi concesit. Nam magnũ est etiam peccatorem existentem, pro quo piam mori. quando autẽ iustus hoc patitur, & pro peccatoribus moritur, & non moritur solũ, sed & quasi maledictus moritur: & non maledictus solũ, sed & multa nobis bona largitur, quæ nunquã ex pectauissemus: Vt *enim fiamus dei iustitia, in illo,* inqt. Qualis sermo, quæ mens ista cõmendare poterit? iustũ enim, inquit, fecit peccatorẽ, ut peccatores fa ceret iustos. Immo neq; sic dixit, sed qđ multò ma ius erat: ⌜non. n. qualitatẽ posuit, sed substantiã: ⌜nõ *1.Tim.1.* dixit peccatorem, sed peccatũ: non eum qui nõ pec *d* cauit solùm, sed & eum qui nesciuit peccatũ: ut nos *⌜nõ.n.ha* fiamus, non dixit iusti, sed iustitia, & iustitia dei: dei *bit ũ po-* enim est ista, quando non ex operibus, quando, ne *suit, sed* cessarium est etiam maculã nullam inueniri, sed à *ipsam* gratia iustificatio fit. Hinc omne peccatum euane- *qualitatẽ* scit. Interim autẽ illos non permittit extolli, ut pote L deo totũ præstante, & docet⌜dantis⌝magnitudinẽ. *⌜dati siue, doni.* Illa enim prior, legis & operũ iustitia, ista autem dei *Morale.* iustitia est. Hæc igitur cogitãtes, timeamus uerba hæc magis, quã gehennã: obseruemus hæc magis q̃ regnum ipsum, & ne putemus graue esse puniri, sed peccare. Etenim si ipse non puniuisset nos, oportebat nos exigere pœnã à nobis, sic ingratis erga benefactorem. Nunc autem quando quis amicã habet, sæpe amore frustratus seipsum occidit, &⌜contra amore fretus se, indignũ uita existimat, quòd in illã deliquit: at cũ cõtumelia afficimus, tam misericordẽ & mãsuetũ, non nosipsos mittimus in ignem gehennæ? Dicamus admirabile & rarum, & multis fortasis incredibile. Maior erit consolatio ei qui pu nitur, postq̃ exacerbauit tam misericordem, siquidẽ M mentem habeat, & amet dominũ sicut amare opor tet, quã ei qui non punitur. Nam etiam hoc commu niter euenire uidere possumus: nam qui contumelia affecit amicissimum, tũc maximè refocillatur, quã do seipsum i pœnam obtulerit & grauiter patiatur, quemadmodum & Dauid dicebat: Ego pastor pec caui, & ego pastor malè egi, & grex ille quid fecit? fiat manus tua super me, & in domum patris mei. Et quando Absalon periit, à seipso grauissimã pœ nam exegit, quamuis ipse non feciset iniustitiam, sed iniuria affectus esset: nihilominus quoniã ualde diligebat mortuum, afflixit seipsum doloribus, hac ratione consolationẽ accipiens: & nos quoque quã do peccamus, ubi nõ oportebat peccare, pœnas no bisipsis infligamus, Nõne uidetis eos q̃ germanos, filios abiecerunt, quòd pp hoc lugent, & capillos ex trahunt, eo quod punire sese pro dilectis consola tionẽ habet. ⌜Si autem quando nihil fecerimus nos magnam nobis cõsolationem affert, amicos ualde pati propter ea q̃ illi fecerunt: quando ipsi exacerba mus, & cõtumelia afficimus, nõne multò magis cõ solabitur, pœnam illum dare, & nos nõ puniri? Vni cuiq; manifestũ est siquis dilexit Christum, ut dili- *⌜Si uerò cũ in amicissimos nihil malì admiserimus, cõsolationẽ adfert quod ob mala*

A gere decet (scio quod dico) quomodo, illo nõ cõce- *quæ illi passi sunt nos afflige-* dente, non sustinebit non puniri: ⌜maximam enim pœnã fers exacerbans illum. Et scio quidẽ, qđ mul tis incredibilia dico, ueruntamen sic est ut dixi: siqui dem dilexerimus Christum, ut diligere oportet, pec cantes nosipsos puniemus: nam diligentibus quicũ que sunt, non malũ quiddam pati, propter ea per q̃ exacerbauerũt dilectum, est insuaue, sed ipsum ante oĩa exasperare amicum: etiamsi iratus iste nõ punie rit, magis torserit amatorem: si autem pœnã exqui sierit, magis consolatus fuerit. Ne igitur gehennam timeamus, sed quòd offendimus deũ: hoc enim illo grauius, quando irascens auersatur, hoc oĩum dete rius, hoc omniũ molestissimũ: & ut discas quale sit, cogita hoc quod dico. Siqs uiso hoĩe latrone & ma lefactore qui punitur, ipse rex existens dilectum filiũ unigenitum, & germanũ dederit, ita ut occidatur, & cum morte etiam causam ab illo trãstulerit in filiũ, qui non est talis, ut saluet cõdemnatũ, & à mala su spicione liberet, & post hæc ultra in magnũ principa tum prouehat: post salutem & gloriam illam ineffa bilem, contra eum, ⌜qui tanta passus est, ⌜contume lias profert: nõnne millies eliget ille magis mori, si sa piẽs fuerit, quã uideri tãtæ ingratitudinis obnoxius? Hoc sanè & nunc cogitemus, & ingemiscamus ama re, eò quòd benefactorẽ exacerbauim⁹: neq; unquã propterea confidamus, quia ille lõganimiter fert cõ tumelia affectus, sed propter istuc ipsum nos afftiga mus. Nã & inter homines, quando quis percussus in maxillã dexteram, dederit & sinistram, magis ulcisci tur, quàm si innumeras plagas dederit: at quãdo cõ uiciis affectus, non solũ conuicia nõ retulerit, sed & benedixerit, grauius perstrinxerit, quã si innumeris opprobriis⌜abluerit. ⌜Si autem erga homines, quan do iniuria afficientes, longanimitate non ulciscentiũ cõfundimur: multò magis apud deũ timere oportet peccantes, etiamsi nihil graue patiãtur. Etenim inef fabilis pœna in caput illorũ thesaurizatur. Hæc igi tur intelligẽtes, ante omnia peccatũ timeamus: hoc enim suppliciũ est, hoc gehẽna, hoc & innumera ma la: sed & fugiamus, & studeamus deo semper place re, hoc. n. regnũ est, hoc uita, hoc inumera bona: sic enim inde & regnũ & futura bona assequemur, quæ nobis oĩbus contingant, gratia & misericordia do mini nostri Iesu Christi, per quẽ & cum quo patri & sancto spiritui, sit gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia duodecima.

Cap. VI. Esa. 49.c

t Operãtes autẽ obsecramus, ne in uacuum gratiã dei recipiatis. ait enim: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis⌜adiuui te. Iam quoniã dixerat, quòd deus obsecrat, & nos legatione fungi- *Supr.5.d* mur, & precamur conciliemini deo: ut ne relabãtur, hinc illos iterũ terret, & extimulat dicẽs: Obsecram⁹ ne in uacuum gratiã dei uos recipiatis: nõ enim, ⌜quo niam obsecrat, inquit, & misit legatos, propterea ne gligentes simus: sed propter istuc ipsum etiã studeamus, ut placeamus deo, & spirituale mercẽ cõgrege *Supr.5.e.* mus. Ita quod & superius dixit, Charitas dei cõstrin git nos, hoc est, angit, impellit, urget, ut ne post tantã prouidentiã relapsi, nullamq; generositatẽ ostendentes, tantis bonis excidatis. Ne igitur quoniã mi sit obsecrãtes, putetis hoc semper fore, usq; ad aduẽ tum illius secundum hoc erit: tandiu obsecrat, quã diu hìc fuerimus: postea autẽ iudicium & suppliciũ. Propterea urgemur, inqt: nõ enim magnitudine bo- D norum illius, & humanitatis solũ, sed & breuitate tẽ poris semper urget. Ideo & alicubi, inquit, Nũc enim *Ro.13. d.* propior est nostra salus. & iterũ: dominus propè est. *Phili.4.a* Porrò hoc loco etiam amplius quiddam fecit. Non enim solũ inducit reliquum tempus breue, & paruũ esse, sed etiam solũ esse tempus idoneũ ad salutem. *Ecce enim nunc,* inquit, *tempus acceptum, ecce dies salutis.* Ne igitur prætercurramus opportunitatẽ, sed studiũ gratia dignum declaremus. propter hoc enim & nos urgemur, scientes temporis & breuitatem & utilita tem, propter hoc etiam dicit, cooperãtes & obsecrã tes. Cooperantes uobis. Vobis enim magis coope ramur quã deo, pro quo legatione fungimur: nullo enim ille opus habet, sed tota salus ad uos peruenit. Si autẽ etiã deo diceret cooperari, neq; hoc refutare tur. Nam & alicubi dicit, Nam dei sunius coadiuto- *1.Co.3.b* res. Hac enim ratione dicit homines saluari. Iterũ & *& 1.10ã.* obsecramus. Nã ille obsecrans non simpliciter obse 3. crat, sed alia quoq; , quæ iustè admonent proponit, *1.Ti.2.a.* nempe qđ filiũ dedit iustum, qui neq; peccatũ sciuit, *Supr.5.d* & peccatũ illũ fecit pro nobis peccatoribus, ut nos fiamus iusti. Porrò deum sic præstantem, non obse crare oportebat, præsertim homines & peccatores E & offendentes, sed cotidie⌜obsecrari, attamen⌝obse crat. Nos autẽ obsecramus, neq; ullũ bonũ opus ha bẽtes, qđ pretexere possumus, neq; beneficiũ. Vnum autẽ solũ quod oramus pro deo, qui talia fecit. Ora mus autem ut beneficum accipiatis, & non repella tis donũ: persuadeamini igitur à nobis, & in uanum gratiã ne acceperitis. Nam ut ne putent, hoc solũ esse conciliationem, credere⌜loquenti, ⌜urget petẽs uitæ *⌜uocanti,* diligẽs studiũ. Nam si is qui à peccatis liberatus est, & amicus factus iterum inuoluit se prioribus: quid aliud agit, quã quòd ad inimicitias redit, & inuanũ gratiam accipit riuxta rationem uitæ. nihil enim im purè uiuentes, ab illo priore beneficio utilitatis accipiunt ad salutem, sed inde magis incommodantur & grauantur in peccatis, qui post tantã agnitionẽ & tantum donũ ad priora regrediuntur mala: sed hoc nondum ponit, ne asperiorem sermonem faciat: qđ autem nullam utilitatem accipimus, dicit solùm. De inde &⌜prophetarum⌝meminit, urgens illos & exti- *⌜pphetiæ* mulans, ut surgãt ad recipiendam suam salutem, di- F cit enim: *Tempore accepto,* inquit, *audiui te. & in die salutis adiuui te: ecce nunc tempus acceptũ, ecce nunc dies salutis.* Tempus acceptũ quale illud? tempus doni, tem pus gratiæ, quando non exigũtur peccatorũ pœnæ, sed cũ conciliatione frui licet innumeris bonis, iusti tia, sanctificatione, aliisq; oĩbus. Quantũ oportebat laborare, ut tempus illud assequeremur: sed ecce, ni hil laborantibus aduenit remissionẽ afferens pecca torũ priorũ. Ideo & acceptũ uocat, quoniam & acce pit eos, qui multũ deliquerãt: nõ simpliciter accepit, sed in summum honorem adduxit: quemadmodũ quando uenit rex, nõ iudicij tempus, sed gratiæ & sa lutis est. Ideo & bene, acceptum, illud uocat, quãdiu adhuc sumus in stadio, quãdiu operamur in uinea, donec reliqua est undecima, accedam⁹ & uitã osten damus. Etenim facilè est: nã qui in tali tempore de certat, in quo tantum donũ effusum est, in quo tãta gratia, facilè assequitur brauia. Etenim in terrenis il lis regibus, in tempore quidẽ feriarum suarum, quã do imperatorio uestitu apparent etiam qui parũ at tulerit, magnum donum accepit. In diebus autẽ in qbus iudicãt, accurata diligentia opus est. Et nos igi

Gtur in tempore donī illius certemus, dies diuinæ gratiæ est. Ideo & facilè assequimur coronas. Nam si talibus malis grauatos, & accesit, & ab omnibus liberauit, liberatos & à seipsis tanta afferētes, nō multò magis accipiet? deinde id qd semper facit, seipsum in medium proponens, & hinc præcipiēs exemplū accipere: hoc & hic facit. Ideo addit: *Neque ullam in aliquo dantes offensionem, ne uituperetur ministeriū nostrū,* Non à tempore solùm, sed ab ipsis quæ bene egerūt illis persuadet, & uide quomodo absq; fastu: non. n. dixit, attendite nos quia tales sumus: sed quia sua iā narrat, ne sit accusationi locus: & duas ponit excellētias immaculatæ uitæ, neq; ullam in aliquo dicens: & nō dixit, accusationē, sed quod multò minus est, offensionē, hoc est reprehensionem, cōdemnationē nulli exhibētes cōtra nos: ut ne uituperetur ministerium nostrum, ut nequis illud perstringat. Et iterum nō dixit, ut ne accusetur: sed, ut ne ullam occasionē habeat ullus, ī qua carpere possit. *Sed in omnibus commendantes nosipsos, ut dei ministri.* Hoc multò maius: non. n. est æquale, liberum esse accusatione, & talem se gerere, ut omnibus modis uideantur esse ministri dei: non. n. æquale, liberari accusatione, & laudibus abundare, & non dixit, apparentes, sed, commendātes: hoc est, re ipsa ostēdentes: & unde tales facti fuerint, deinde subdit. Vnde igitur tales facti sunt? *In patientia multa,* inquit. Fundamentū bonorum ponēs: quapropter non simpliciter patientiā ponit, sed multam: & ostendit illius etiā magnitudinē. Etenim unū quiddam & alterum ⌜afferre, ⌝si nihil magni est: cęterū addit etiam cumulos tentationum. *In afflictionibus, in necessitatibus.* Hæc enim sunt incrementū tribulationis: quādo mala euadi nō possunt, & quasi necessitas quædā iniungitur malorum, quæ transiri neqt. *In angustiis.* Hoc est, uel fame & aliis necessariis, uel etiam simpliciter omnibus tentationibus. *In plagis, in carceribus, in seditionibus.* Quanuis unūquodq; illorū intolerabile sit, etiā flagellari solū, etiā uinciri solū, & exactū nusquā posse subsistere. Hoc ē enim en acata stasiæs, quasi dicas, crebris expulsionib⁹. Quādo autē & omnia & simul oía accidunt, cogita quāto animo opus. Deinde cū externis illis etiam ea quę à seipso patiebatur, ponit: *In laboribus, in uigiliis, in ieiuniis* ⌜*in puritate.* ⌝Per hæc labores insinuat, quos exantlabat, obābulans & laborās per noctes in quib⁹ docebat: uel quòd etiā in illis operabatur, & cū illis omnibus neque ieiunium negligebat, quanuis hæc ipsa pro innumeris sufficiebāt ieiuniis. Puritatē uerò hoc loco, uel continentiam iterum, uel in omnibus puritatē, uel donorum rectionē, uel etiā gratis euāgelium prædicare. *In scientia.* Quid est, in scientia? in sapientia quæ à deo datur, uera scientia: non quemadmodum illi, qui uidentur esse sapientes, & externa eruditione gloriantur, illa autem destituuntur. *In longanimitate, in benignitate.* Sanè & hęc generosum animum requirunt, longanimiter ferre omnia, multum & ubiq; exacerbari & ītari. Deinde ostēdens unde talis factus sit, adiecit, *In spiritu sancto.* In illo enim omnia hæc rectè aginus, inquit. Sed uide quādo spiritus sancti auxilium posuit, tunc cū ea quæ à se erāt ostenderat. Mihi autem uidetur & aliud per hoc uelle dicere. quale nam hoc? quòd spiritu multo impleamur, & ostēdimus etiam hinc, apostolatū à spiritualibus bonis nos sortitos esse. licèt. n. gratia hæc sit, est tamē & ille author, q per bona opera & sudores, gratiam conciliauit. Si autem quis dixerit, cū prædictis illum ostendere, quòd ī gratia spirituali nullum dederit offendiculū, à sensu non aberrarit. Etenim q linguas acceperunt, & ab illis superbierunt, uituperati fuerunt: contingit enim & spiritualem gratiam accipere, & illa non ut oportet uti: sed non nos, inquit, uerū etiam in spiritu, hoc est in donis irreprehēsibiles fuimus. *In charitate non simulata.* Hæc omniū bonorū causa est, hæc talē illum effecit, hæc & spiritū manere faciebat apud illum, per quem omnia illa rectè agebat. *In sermone ueritatis.* Quod ubiq; dicit, quòd uon dolosè utentes sermone dei, neq; adulterantes, cōuersāti sumus. *In uirtute dei.* Id quod semper facit, nihil sibiipsi, sed deo totū adscribens, & illi sua bene facta imputans: hoc & hic fecit. Nā quoniā magna locutus erat, & dixerat, exhibitam esse uitā omnibus modis irreprehensibilem & maximè philosophicā, spiritui & deo hæc tribuit. Non enim quæ dicta sunt uulgaria erant. nam cùm difficile sit etiam eum, qui quietus uiuit, egregia facinora facere, & irreprehensibilem esse: cogita quantæ animæ opus sit, tantis tentationibus non turbari, & in omnibus conspicuum fieri: quanuis neq; hæc sola passus sit, sed etiā multo his plura, quæ scilicet postea ponit. Et qd certè admirabile, non quòd irreprehēsibilis fuit, in talibus procellis nauigans, neq; quòd oía strenuè sustinuit, sed quòd etiā cū uoluptate oía, quæ scilicet nobis deinceps manifesta facit dicēs sic: *Per arma iustitiæ à dextris & sinistris.* Vidisti animæ ordinationem & prudentiam constantē: nā monstrat, quòd arma sint tribulationes, non solū non deiicientia, sed & muniētia & fortiores reddētia, dextrorum & sinistrorum. Sinistra autem uocat quę uidentur iniucunda. Nam talia sunt propter q̄ merces datur. Cuius igitur gratia illa sic uocat? Vel qd plerisq; hāc opinionē habēt, uel quoniam deus iussit precari, ne ingrediamur in tēptationē. *Per gloriam & ignominiam, per infamiam & bonam famam.* Quid dicis? gloria frueris, magnū hoc esse ponens: ⌜diceret quispiam, Cur nam aliquādo⌝ ignominiam quidem ferre magnum, gloriam autē accipere non est iuuenilis animi? Immo iuuenilis & ualde strenui animi est, ut illa fruens, nō pereat: non etiam in hoc sapit sicut in illa, imò in utrisq; similiter fulsit. Quo autem arma fiunt iustitiæ? Quia inducit multos ad pietatē, si doctores in honore sint, & hoc bonorū operum indicium est: etiam hoc deū glorificat: quin & hoc diuinæ industriæ est, per cōtraria prędicationē instituere. Porrò cōsidera: ligatus erat Paulus, & hoc erat pro euangelio. Dicit enim, ea quæ circa me acciderunt, ad profectū euangelii uenerūt, ita ut plures fratres confisi uinculis meis abundantius ausi sint sine timore sermonē loqui. Gloriā itē habebat, quòd etiam ipsum, illos iterum alacriores reddebat. Per infamiam & bonā famam. Nō enim solùm generosè ferebat, q̄ corpori accidebant, utpote afflictiones, & quæ enumerat, sed & ea quę animā angebant. Non enim hęc parum turbare solēt. Vnde Hieremias multis tentationibus perlatis ab his abhorrebat, & quoniam cōfundebatur dicebat, Nō prophetizabo, neq; nominabo nomen domini. & Dauid sępiⁿ exprobrationem deplorat: & Esaias post multa hæc deprecatur, dicens: Opprobrium hominū ne timueritis, & improbitati illorum ne succubueritis. Insuper & Christus discipulis dicit, Quando dixerint omne malū uerbū contra uos, mentientes, gaudete

& exultate: quia merces uestra multa est in cœlis. Alicubi autē dicit scirtesate, hoc est cum lætitiæ gestibus quibusdam exultate. Non autē tantā potuisset mercedem, nisi maguū esset certamen. Nam in tormētis quidem, corpus diuidit cū anima dolores: est enim corporis & animę labor, ille autē solius animę. Vnde multi propter has solas ceciderunt, & animas. suas perdiderūt. Etenim beato Iob, amicorū opprobria, uermib⁹ & ulceribus molestiora uisa sunt: nihil enim est dolentius, intolerabilius sermone qui animā lacerare potest: propterea cum periculis & sudoribus etiam hęc ponit dicens, per gloriam & ignominiam. Etenim & plerisq; ludæorum propter multorū gloriam non uoluerunt credere: non enim timebāt puniri, sed ne è synagoga eiicerentur. Ideo dicit, quomodo potestis credere, gloriam inuicem accipiētes? & multos nouimus, qui omnia grauia cōtempserūt, & à gloria uicti sunt. *Quasi seductores & ueraces:* hoc est, p infamiā & bonam famam. *Quasi ignoti & noti:* hoc est, per gloriam & ignominiam. Nam aliis quidē erant noti & familiares, qui illos etiam obseruabāt: alii autem uidere illos non dignabantur, *Quasi morientes, & ecce uiuimus.* Quasi morte adiudicati & cōdemnati, id qd & ipsum ignominię erat. Hoc autē dicebat, monstrans & dei potentiam ineffabilē, & illorum patientiam. Nam quantū ad insidiantes attinet, mortui sumus, & hoc omnes putant: per deum aūt pericula effugimus. Deinde manifestans etiā quare hæc deus permittat, subdidit: *Quasi qui* ⌜*corrumpūtur,* ⌝*& non occiduntur.* Magnum in tētationibus mō strās etiam ante mercedem lucrum illis accedere, & inimicos inuitos illis prodesse. *Quasi dolentes, semper autem gaudentes.* Nam ab his qui foris sunt, existimamur quasi in dolore simus. Nos autem illos nō attēdimus, sed uoluptatem habemus ingentem. & nō solū dixit, gaudentes, sed apposuit etiam perpetuò, semper enim gaudētes, inquit. Quid igitur huic uitę par fuerit, in qua cum tanta inuadāt aspera, gaudiū maius fit? *Quasi pauperes, multos autem ditantes.* Nā quidam dicunt diuitias hìc appellari, spirituales: ego uerò dixerim etiam carnales. Etenim & ⌜illi⌝ locupletes erant nouo quodā modo, habentes omniū domus sibi apertas: & hoc manifestauit, per hoc qd postea dixit, *Quasi nihil habentes, & omnia possidentes.* Et quomodo hoc est? immo quomodo contrarium est? Nā qui multa possidet, nihil habet: qui aūt nihil habet, bona omnium possidet. & non hoc loco solùm, sed etiam in aliis à contrariis contraria facta sunt. Si autem miraris quomodo est, quòd nihil habēs, omnia habet: illum ipsum in medium adducamus, q̄ orbi imperabat, & non solū diuitiarum illorum, sed etiā oculorum illorum dominus erat. Si possibile, inqt, oculos uestros erutos dedissetis mihi. Hæc autē dicit, erudiens, ne turbemur qd multi de nobis sentiāt, etiamsi nos seductores dicant, etiamsi nō agnoscāt, etiamsi cōdemnatos putent, etiāsi morti obnoxios, etiamsi tristitia affectos, etiāsi in paupertate sumus, etiamsi nihil habeamus, etiāsi in lætitia mœreamus: quia neq; cæcis Sol conspicuus, neq; continentiū uoluptas, delinquentibus manifesta est. Nā soli fideles operum recti iudices sunt, ⌜, & non in illis gaudēt, & dolent aliis. Etenim siquis certaminum ignarus uiderit pugilem uulnera habentē, & coronam gestantē: putauerit illū dolere propter uulnera, nescius uoluptatis, quæ ex corona. & sic quoniā quæ patimur

sciunt, propter quę autem patimur ignorant: meritò hæc sola suspiciunt, uidentes certamina quidē & pericula, prędmia uerò & coronas, & certaminum materiam non item. Quid igitur erant omnia, quæ scilicet ⌜paup⌝ possidebat dicens, quasi nihil habetes, & omnia possidentes? corporalia scilicet & spiritualia. Quē enim ut angelum ⌜ciuitatis⌝ susciebāt, pro quo oculos erutos dedissent, pro quo suā ceruicem subiecissent: quomodo hic non nomina quæ illorū erāt, possidebat? si autē uis & spiritualia uidere, uidebis etiā in illis ditissimū. Nam regi omnium sic charus erat ille, ut & arcanorū particeps esset apud dominū angelorum. Quomodo non omnū abundantissimus erat, & oía habebat, cui sic subiecti erant dæmones, quem sic fugiebant morbi & infirmitates? Igitur & nos quando aliquid patimur propter Christu, nō solū generosè feramus, sed & gaudeamus. Et si ieiunamus, quasi in deliciis exultemus: & si iniuria afficimur, quasi laudib⁹ honestati tripudiemus: & si sumptus facim⁹, quasi lucrificiētes affecti sim⁹: & si paupertate damus, accipere existimemus. Nā qui no sic dat, neq; dabit facilè. Quando igitur uis dispergere, ne hoc uideas solū, quòd sumptū facis, sed qd & plura lucrifacis, etiam hoc ante illud cogita: & non solū in eleemosyna, sed etiā in omni uirtute, & non laborum amaritudinem, sed etiam præmiorū dulcedinē reputa: & ante omnia, causam certaminum dominū nostrū Iesum, & facilè ingredieris certamina, & omni tempore iucundus uiues. Nihil enim est, quod ita uoluptatem afferre solet, atq; pura conscientia: propterea Paulus quidē quanuis quotidie tribularetur, gaudebat & exultabat: qui autē nūc neq; somnium quoddā horum sustinent, dolent, & lamentātur, nō aliunde, quā ex hoc quòd mentem habent à philosophia alienam, Alioqui quare dic, obsecro, lametaris? num quòd paup es & necessariis indiges? Igitur propter hoc te magis lamentari oportebat, non qd pauper es, nō quòd pauper es, sed quòd pusillanimis es: nō quòd opes non habes, sed quòd intātum illas honoras. Quotidie moriebatur Paul⁹, & non plorabat, sed & gaudebat. Fame cōtinua oppugnabatur, & nō dolebat, sed & gloriabatur. Tu autē quia nō omnia habes, quę annus profert, doles & uexas teipsum. Profecto, dicit quispiam, Ille pro se solo solicitus erat, ego autē & pro famulis & pueris & uxore. Immo ille non solū quæ sua, curabat cum solicitudine, sed & q̄ totius mūdi: & tu quidem pro una domo, ille autē pro his, qui in Hierosolymis erant pauperibus, qui tot & tanti erāt: pro his qui in Macedonia, pro his qui ubique pauperes erāt, pro his qui dabāt illis nō minus, quā qui accipiebant. Nam duplex illi cura erat, pro orbe terrarum, & quomodo necessaria nō deficerēt, & quomodo spiritualia abundarent: & nullū sic cōtristant esurientes pueri, ut illū omnia fidelium negotia. Quid dico, fideliū? neque enim à cura infidelium liber erat, à qua sic cruciabatur, ut oraret etiam anathema fieri pro illis. & tu licèt supra modum inualescat fames, non uis pro quopiam mori. & tu quidem pro uxore una solicitus es, ille autem pro ecclesiis, quæ per totum orbem: dicit enim, Solicitudo omnium ecclesiarū. Vsq; quo igitur ludes ò homo Paulo te conferens, & non desinis ab hac immodica pusillanimitate: nō enim quādo paupes sumus, sed quando peccamus, lachrymandum est. Hoc. n. multis lamentis dignū, atque adeò, ut alia etiam ridicu-

Iob. 19. a
Sup. 4. & 5. 6.
Ioan. 5. g
Gal. 4. b
Phili. 1. c
Hie. 20. c
Esa. 51. c
Mat. 5. b
Act. 19. b
Morale.
Rom. 15. f
Rom. 9. a
Infr. 11. g
1. Co. 15. d
Infr. 11. f

Universidad de Sevilla Biblioteca

G la sint. Sed dicet quis, hoc non cõtristat me solũ, uerũ quia alius est potens, ego autem ignobilis, ⌜& ille abseq; solicitudine⌝ esse uidebatur multis. At ille erat Paulus, dicit. Igitur, non negotiorum natura, sed mẽtis infirmitas mœrorem affert: ne igitur lamenteris ⌜tristitiam,⌝ sed teipsum, qui sic afficeris: immo neq; teipsum lamenteris, sed corrige, neq; diuitias quære, sed philosophiam & uirtutem, q̃ cunctis opibus clariores efficit, sectare. Vbi n. illa est, ibi nullum ex paupertate damnũ: ubi non est, ibi nulla ex opibus utilitas. Quæ enim utilitas est, dic oro, diuitũ, & pauperes animas habentium? Non tu teipsum ita miserum censes, ut diues ille seipsum, quia non ea quę omniũ habet: quòd autẽ non plorat sicut tu, reuela illius cõscientiam, & uidebis lamẽta & eiulatus. Vis tibi ostẽdã diuitias tuas, ut cesses beatos dicere diuitiis abundantes? Vides cœlum hoc? quomodo tam pulchrũ? quomodo tã magnum? quomodo tã sublime? illius pulchritudine non magis quidẽ fruitur ille, ⌜neque poteris adiuuare illũ,⌝ ⌜& facere, ut omnia sint eius. Nam quemadmodũ propter illum facta sunt, ita & propter te. Quid autem? Nõne Sol lucidũ hoc astrũ & radians, & oculos nostros lætificans, & iste proponitur, & fruuntur ex æquo illo omnes, cũ pauperes, tum diuites? Præterea stellarũ corona, & lunæ circulus, non similiter oĩbus oriuntur? Immo si oportet admirabile quiddã dicere, nos pauperes magis fruimur quã illi, ebrietate mersi, & in conuiuiis uersantes, & somno graui sub tectis & umbris delicatè agẽtes: illa ne sentiũt quidẽ: at pauperes sunt potissimũ, ij qui in his elementis delicias inueniunt. & si aerẽ autem inquisitueris liberum & effluentẽ, uidebis pauperem puriore & libero fruentem. Nam qui agros colũt, & in itinere ambulant, ijs qui in ciuitatibus agũt, maiores delicias habent: & inter illos, qui in ciuitatibus agũt, horũ magis participes sunt opifices, quàm qui tota die inebriãtur. Quid autẽ ⌜censes? ⌜nõne communiter omnibus cõceditur? Sed dicit quis, quo modo hoc dices, narra obsecro. Nam qui abũdat ẽt in ciuitate plura accipit iugera, & magnos circuitus cõstituit, & in agris plures partes sibi segregat. Quid igitur? nõnne quia congregat, ipse illis utitur solus? minimè, etiamsi plurimum contendat. Nam & fructus in omnes cogitur distribuere, & fruges, & uinũ & oleum tibi colit, & undequaq; tibi ministrat: licèt magni sint circuitus, & magna domicilia, post ineffabiles sumptus, & labores & erumnas usum tibi apparat, pro suo ministerio parua pecunia accepta. etiã in balneis & ubique istud euenire uiderit qs, & diuites quidem & opes & curas & labores impẽdere, pauperes uerò paucis obolis ⌜absque indigentia⌝ omnium usum fructũ accipere: fructu etiam nullo amplius de terra fruetur. Non. n. ille decem uentres, tu autem unum imples. Sed ille sumptuosius particeps est frugum. Maximè quidẽ. Nõnne magna id fit auaritia? Nõnne & hoc loco plus te habere inueniemus? Videtur. n. tibi esse sumptuositas ista admirabilis, eò q̃d maiorẽ habeat uoluptatẽ. ⌜Verum apud pauperem nõ uoluptas, sed sanitas maior est: ⌜& i hoc plus possidet solũ diues, ut corpus infirmius efficiat, & plures infirmitatum⌝ plagas⌝ contrahat. Nam pauper se totũ secundum naturam regit: ille autem quia immoderatus est, ad corruptionem & malam ualetudinem uergit. Iã si placet istuc ipsum & in exemplo cõtueamur. Nam si opus fuerit caminum accẽdere, de

⌜& abiectus. Et quid hoc? Siquidẽ et beatus ille Paulus sine honore et abiectus: ⌜pauertatem

⌜neq; potest te depelliere

⌜terra?

I

⌜cũ securitate

⌜uerum hæc apud pauperẽ maior, nec solũ uoluptas, sed & sanitas: ⌜fontes

K

inde ille qui dã sericas uestes, & multa & sine fine lin teamina subiicit, & sic illum accẽdit: at pauper ligna de quercu uel pinu: quid amplius habuit hic quàm ille? nihil, sed & minus. Ad hæc, nihil prohibet etiam aliter exemplo admonere. Nam siquidem hic ligna iaciat, ille uerò corpora adurat: cui camino suauiter assisteres, ei qui à lignis, uel ei qui à corporibus accenditur? Manifestum q̃d ei qui à lignis. Nam ille quidem secundum naturam flagrat, & dulce spectaculum uidentibus est: iste autem nidore, & pedore, & fumo, & osium maleolentia omnes abiget. Horruisti & abominatus es audito camino illo, at tales sunt diuitum uentres. Nam plus putredinis in illis, quàm in camino illo inueneris, & uentos maleolentes, & fluxus immundos, ⌜quòd omnibus modis etiam in quouis unguẽto, ⌜multa propter satietatem sit inoctio: non etenim sufficit naturalis calor omnia perficere, sed aliis suppresis, alia superiacent fumigantia, & magnam insuauitatem faciunt. Cui igitur quis cõferret illorum uentres? Ne ægrè feratis sermonem hunc, sed si uera non dixero, reprehendite: cui igitur quis illos comparauit? non enim sufficiunt prædicta illorum miseriam monstrare. Inueni & aliam imaginem. Quam nam? quemadmodum enim in fontibus, ubi multæ herbæ, fœnum, stramina, stercus, lapides, lutum, continuæ obturationes fiunt, & deinde supereffluit sursum luti uoramen: ita & in illorum uentribus contingit. Nam dum ille infra obstruitur, supra scaturiunt, plura quàm hæc mala fluẽta. sed non ita est cum pauperibus, sed quemadmodum pura flumina profluunt fontes, & hortos irrigãt: ita & uentres ab illis superfluitatibus puri sunt. Sed non tales diuitum, immo delicatorum nõ tales sunt uentres, & succis, phlegmatis, felle, corrupto sanguine, putrefacto humore, & aliis talib⁹ pleni sunt: ea propter nullus, etiam si ad paruum suffecerit tẽpus, semper in deliciis uiuere sufficiet, sed in perpetuis uiuet morbis. Quàm libenter uellem rogare illos, quã ob causam cibi dati sint. Num ut corrumpamur, uel ut pascamur? nũ ut ægrotemus, uel ut ualeamus? nũ ut sani simus, uel ut infirmi simus? Manifestũ est propter alimoniam, & sanitatem, & robur. Quam igitur ob causam in contrarium illis abutimini, morbũ & infirmitatem corpori per illos facientes? At non pauper, qui sanitatem & bonam ualetudinem per tenuẽ uictum lucrifacit. Ne igitur plora propter paupertatem, sanitatis matrẽ, sed & exulta: & si uis ditari, cõtemne diuitias. Non enim habere diuitias, sed non indigere ut habeas, hæc maxima abundãtia est. Si hoc facere studuerimus, & hic erimus omnib⁹ locupletibus abundantiores, & illic futura assequemur bona: quæ nobis omnibus eueniant, gratia & misericordia domini nostri Iesu Xpi, per quem & cum quo patri, ac sancto spiritui gloria, imperiũ, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

M

⌜qđ passim & in quauis particula

L

Homilia. XIII.

S *nostrũ apertũ est ad uos ô Corinthij, cor nostrũ dilatatũ est, non estis angusti in nobis, angusti autem estis in uisceribus uestris.* Cùm narrasset de suis afflictionibus, & tentationibus, dicit enim, In patiẽtia, in afflictionibus, in angustiis, in necessitatib⁹, in plagis, i carceribus, in crebris expulsionibus, in laboribus, in uigiliis: & monstrasset, quòd magnũ bonum hoc sit, dicens: Quasi mœrentes, semper autẽ gaudẽtes, quasi pauperes, multos autẽ locupletãtes,

Hìc su.b

quasi nihil habentes, & oĩa possidentes: & dixisset etiam arma ipsa, dicit enim, Quasi correpti, & nõ occisi: declarasset item per hæc, magnam dei uirtutẽ & prouidentiam, inquit enim, Vt excellẽtia uirtutis dei sit, & non ex nobis: & cùm connumerasset ⌜prędicta⌝ sua, Semper enim mortificationem illius circunferimus: & manifestasset certam resurrectionem, Nã ut & uita Iesu, inquit, manifestetur in mortali carne nostra: & quorum particeps factus sit, & qualia concredita sunt ei, Nã legatione fungimur pro Christo, quasi deo per nos obsecrante. & quorũ sit minister, nẽpe non literæ sed spiritus: & quòd nõ ob hoc solũ sit uenerabilis, sed etiam afflictionibus, Deo. n. inquit, gratia, qui semper in nobis triumphat: increpiturus postea etiam illos, quòd nõ multùm de ipso soliciti sint, hoc facturus non statim illuc accedit: sed prius dicit quidẽ de charitate, quã erga illos declarauit, & tunc ingreditur sermonem illum. Nam quãuis increpans ob suas uirtutes uenerabilis sit, attamen quando & amicitiã habere se cum his qui redarguuntur, ostendit, ⌜uehementiorẽ⌝ reddit sermonem. Propter ea & ipse à tentationibus & sudoribus suis, ac certaminibus egressus, trãsiit in sermonẽ de charitate, & sic ipsos perstringit. Quę igitur sunt, hęc charitatis indicia? *Os nostrum apertũ est ad uos ô Corinthij* Et quale hoc signum charitatis, & quid est omnino q̃d dictũ est? Non possumus, inquit, silere apud uos, sed semp uolumus & desideramus loqui & cõfabulari uobis, qui scilicet diligẽtium mos est. Nam id quod sunt in corpore manuũ complexiones, hoc in animo commetcium sermonis. Cum hoc aũt & aliud insinuat. & quale hoc? quia oĩa cum fiducia uobis loquimur, dilectis etiam nihil subtrahentes, uel abscondentes. Nam quoniam increpiturus erat, ueniam petit, ostẽdens, quòd cum tanta fiducia increpare, signum magnæ amicitiæ sit, ⌜& præmittere magnæ dilectionis nomen,⌝ ⌜multi feruoris & amicitiæ signum est. Consueuimus enim nuda amicorum nomina frequẽter appellare. *Et cor nostrum dilatatum est.* Nam quemadmodum quod calefacit, dilatare facit: ita & charitatis opus, est dilatare. uirtus enim calida est & feruẽs. ipsa etiam Pauli os expandit, & cor dilatauit: neque enim solo ore amicus sum, sed habeo etiam consonum cor: propter hoc cum fiducia loquor toto ore, totaq; mente: nihil enim latius corde Pauli. Nõne omnes fideles quasi amator qspiã, sic ardenter amabat: nec diuidebatur amor illius, nec ifirmior fiebat, sed integer apud unumquemq; manebat. Et quid mirum, si erga fideles tale cor habuit Paulus, cu etiam totum orbem ac infideles complexũ fuerit? propter hoc non dixit, amo uos, sed quod significantius, os nostrũ apertum est, & cor nostrũ dilatatum est. Omnes uos intus habemus, neq; hoc simpliciter, sed cũ magna quadam latitudine. Nam qui diligitur, in corde diligẽtis cum magna securitate ambulat: propter ea dicit, *Non angusti estis in nobis, angusti autem estis in uisceribus uestris.* Etiam increpationem uide, ut parcè facta sit, quod ualde diligentium est: non dixit, non diligitis nos, sed non cũ ista mensura. non enim uult illos ualde perstringere. Vbiq; autẽ uiderit quis, quo modo fideles accẽdat, si singularum epistolarũ uerba expenderit. Nam Romanis quidem dicit, Desidero uidere uos, & sæpi⁹ statui uenire ad uos. &, si quo pacto prosperum iter mihi sit ad uos. Galatis dicit, Filioli mei, quos iterũ parturio. Ephesiis uerò, Huius gratia flecto genua mea pro uobis. At Philippensibus, Quæ enim spes mea, uel gaudiũ, uel corona gloriationis? an nõ & uos? etiã in corde & in uinculis illos circũferre dicebat. Iam Colossensibus inquit, Vel lem autem uos scire, quale certamen pro uobis habeam, & qui non uiderunt me in carne, ut cõsolationem accipiant corda uestra. Ad Thessalonicenses dicit, Quasi nutrix fouet filios suos, sic bene affecti uobis, eligimus uobis communicare non solũ euangelium, sed & nostras ipsorũ animas. Porrò ad Timotheum inquit, Memor lachrymarum tuarum, ut gaudio implear. Tito autem scribit, Dilecto filio, & Philemoni similiter, & Hebręis quoque multa alia id genus, & non cessat obsecrare & dicere: Qui uenit, ueniet, & non tardabit: sicut filios ægrè habentes mater. Et istis, Non angusti estis in nobis. Nõ dicit autẽ solũ quòd amet, sed etiam quòd ab ipsis ametur, & hac ratione illos iterũ conciliat. Et hæc testificans q dem, inquit, Venit Titus annuncians nobis uestrum desideriũ, uestrum luctum, uestrum zelũ. & Galatis, Si possibile fuisset, uestros oculos erutos dedissetis mihi. & Thessalonicensibus, Qualem ingressum habuerim⁹ apud uos. & Timotheo, Memor lachrymarũ tuarum ut gaudio implear. & ubiq; in epistolis, in ueniet quis ipsum discipulis testimonium dare, & q̃d dilexerit, & quòd diligatur. ⌜Certẽ⌝ similiter & hoc loco inquit: quanuis impensius uos diligens, minus diligar, sed hoc quidẽ ad finem. Iam autẽ uiolentius: non angusti estis in nobis, angusti autem estis in uisceribus uestris. Vos unius capaces estis, ego autem totius ciuitatis, & tanti populi. & non dixit, nõ capaces estis nostri, sed, angusti estis: istud ipsum ĩsinuãs, & non tã uehementer perstringens. *Eandẽ autẽ remunerationem quasi filiis dico:* quãuis non est æquale pri⁹ diligi. Nam quanuis æqualẽ quis mensuram afferat, uincitur tamen qui posterior ad amandum accedit. Attamen non, inquit, sermone diligentius persequar etiamsi à me sumpto initio, eandem mensuram declaraturi sitis, ⌜diligo & amo. ⌜Deinde ut ostendat, quòd etiã debitũ sit, & quòd absque adulatiõe hæc dicta sint, *Quasi filiis loquor*, inquit. Quid est, quasi filiis? nihil magnum peto, cùm pater sim, uolo diligi à uobis. Et uide intellectũ & modestiã: non ponit hic pericula, quæ pro illis suscepit, & labores, & mortes, quanuis multa potuisset dicere: adeò est alienus à fastu: sed amorem narrat, & propter hunc amari cupit quia pater uester factus sum, inqt, quia ualde uobis afficior. Quod plurimũ eũ qui diligitur urget, quando quis illi beneficia proponit. Videtur enim exprobrare: propterea non facit hoc Paulus, sed quasi filij patrẽ dilexistis, inquit: quod naturæ magis est, & cui uis patri debetur. Deide ne u deatur pp seipsum hæc loqui, ostẽdit quòd propter illorum utilitatem etiã amorem ab illis requirat. Ideo subdit: *Ne sitis iugum ducentes cum infidelibus.* Et non dixit, Ne commiscemini cum infidelibus, sed magis ipsos perstringẽs, ut pote iustũ affligẽtes. Ne, inquit, abducatis uos ipsos. *Quæ enim societas iustitiæ & iniquitati?* Hìc postea cõparationem facit, non suæ dilectionis & illorũ qui illos corrumpebãt, sed istorum generositatis, & illorem ignominiæ. Sic enim & honestior sermo, & ipso dignior fit, magisq; illos conciliat, quasi quis filio parentes despicięti & flagitiosis se associãti dicat: Quid facis ô fili, patrem quidem despicis, & prefers facinorosos uiros, & iniq̃tatibus plenos, nescis quãtò hisce

Supr. 3.b
Supr. 4.c
⌜certamina
Supr. 4.c
Supr. 5.d
Ibid. 3.b.
Supr. 2.d
⌜magis acceptabile sue minus odiosum
B
⌜atq; nominis additio,
Rom. 1.b.
Ibidem.
Gala. 4.c
Epheſ. 3.c
D
Phili. 4.a
Ibid. 1.a.
Coloſ. 2.a
1. Theſ. 2.b
2. Tim. 1. a.
ad Tit. 1. a.
ad Phil. a
Hebr. 10 g.
Infr. 7. b.
E
Gala. 4. b
1. Theſ. 1. d.
2. Tim. 1. a.
⌜Non tamen
Infr. 12. c
⌜acquiescõ & boni cõsulo
F

melior sis & dignior: sic enim magis ab illorum consuetudine abducit, quàm si patrem admiretur. Nam si dicat, Nescis quantũ pater tuus illis melior sit, non tantùm efficeret: patre autem relicto, ſi illos præferat, ſdicens: Nescis quis tu quidẽ sis, & quid illi. Non cogitas tuam quidem generositatem ac liberalitatẽ & illorum ignominiam. Quæ enim societas tibi & illis furibus, adulteris, ueneficis? ſtatim istis laudibus alatum facit, ut ab istis se abrumpat. Nã priorẽ quidem sermonem non ſtatim accipiet, quia accusatio illius est, quòd pater præ illo honoratur, quando nõ solũ ostenditur offendere patrem, sed & talem patrẽ. Hic autem iam nihil tale patietur: nullus enim uolet non laudari, & per illum sanè cum laudibus audientis redargutio fit acceptior. Auditor enim trahitur, & præclarè sentire de se incipit, illorum autẽ consuetudinem aspernatur. Non hoc autem solũ, quòd hãc comparationem produxit, illius est miraculum, sed quòd & aliud maius quiddam excogitauit, & ad perſtringendũ efficacius. Nam sermone quidem per interrogationem præmisso, id quod est manifestariũ & ex confesso: deinde etiam amplificat frequẽtia & multitudine nominum. Non enim unum & duo, & tria, sed plura ponit. Ad hæc, pro personis nomina rerũ ponit, & hinc summam uirtutem, & illinc summum scelus scribit: differreq; ostendit in immẽsum, & ita ut non opus habeat multa apparatione. *Quæ enim*, inquit, *participatio iuſtitiæ & iniuſtitiæ, aut quæ societas luci cum tenebris, aut quæ concordia Chriſto cum Belial, uel quæ pars fideli cũ infideli, aut quæ compoſitio templo dei cũ idolis?* Vides quo nuda noia ponit, & sufficientia illi ad auersionem. Non enim dixit, Præuaricatio, quod maius erat: neq; dixit, lucidis & tenebrosis, sed ipsamet contraria ponit, quæ contrariorum nõ sunt capacia, lucẽ & tenebras. Nõ aũt dixit, Christianis & diabolicis, sed quod multò maius, separat Christũ & Belial, sic appellans defectorem Hebraica uoce. *Vel quæ portio fideli cum infideli?* Hic sanè ne uideatur simpliciter uitiũ & laudẽ uirtutis tractare, meminit etiam personæ indefinitæ & non dixit, societatẽ, sed portionem dicens, posuit præmia. *Quæ compoſitio templo dei cum idolis? Nam uos templum estis dei uiuentis.* Quod autẽ dicit hoc est, neq; rex uester cõmune habet quiddã cum illo: quæ enim concordia Christo & Belial: neque res ipsæ, quę enim societas luci cum tenebris: igitur neq; uos oportet. Et primò ponit regẽ, & deinde illos multò maximè separans: deinde dicẽs templo dei cũ simulacris, & affirmans: Vos. n. estis templum dei uiuentis: necessariò & testimoniũ subdit, ostendens quòd non per adulationẽ hoc agit: q enim laudauerit, & probationem non attulerit, uidetur etiã adulari. quod igitur testimonium? *Inhabitabo enim*, inquit, *in illis, & inambulabo.* Habitabo in templis & inambulabo, maiorem erga illos familiaritatẽ manifestans. *Et erunt mihi in populum, & ego ero illis in deum.* Quid, inquit? deũ nihil commune cum illis habentem fers in teipso, & ad illos curris? Et quomodo hæc uenia digna erunt? cogita quis inhabitet, quis inambulet in te. *Ideo exite è medio illorum, & ſeparemini, & immundum ne tetigeritis, & ego ſuſcipiam uos dicit dominus.* Et non dixit, Ne facito immunda, sed maiorẽ diligentiã requirens dicit: Ne tetigeritis, neq; appropinquaueritis. Quid aũt est, coinquinatio carnis? Adulteriũ, fornicatio, nequitia omnis. Quid autem est, inquinatio aiæ? Immundæ cogitationes, ut uidere intẽperatis oculis, uindictã meditari, dolosè agere, & quæcunq; talia. Igitur utrinq; uult esse mundos. Vidisti quantũ præmiũ sit à malis liberari, nẽpe unionẽ cũ deo. audi & cætera: *Et ero uobis in patrem, & uos eritis mihi in filios & filias dicit dominus.* Vidisti generositatẽ quæ supernè adunit prophetam prædicere? Nempe regenerationẽ per gratiam. *Has igitur habentes promiſsiones dilecti.* Quales? esse templa dei, filios & filias, habere illum inhabitatorẽ & inambulantem, fieri illius populũ, posside re ipsum deum & patrem. *Mundemus noſmetipſos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus.* neque immunda tãgamus. ſHæc enim carnis purificatio est, ut neque aiæ inquinentur, sic enim spiritus erit. ſEt nõ sufficit hoc solũ, sed etiam subdit. *Perficientes ſanctimoniam in timore dei.* Non enim non tangere immundũ, facit mundum, sed etiam alio quodam nobis opus est, ut fiamus sancti, studio, attentione, deuotione. & bene dixit, in timore dei. Contingit enim nonnunquam moderatè agere, & nõ in timore dei. sed per uanam gloriam, cũ hoc & aliud, insinuatur, dicens. In timore dei: ostendit modum quo sanctimonia perficiatur. Nã licèt magna sit concupiscentię tyrannis, obiecto tamen timore dei illius furorem destruxeris. Porrò sanctimoniam hoc loco non continentiam solũ dicii, sed omnis peccati liberationẽ. Sanctus enim est mundus, mundus autẽ quis fuerit, nunquid si à scortatione sola liberetur? quin etiã fugere oportet auaritiam & inuidiam, & stupiditatẽ, uanam gloriam, & maximè uanam gloriam: & illam ubique quidẽ, multò autem magis in eleemosyna: alioqui nõ esset eleemosyna, si adesset ille morbus, sed ostentatio & crudelitas: quando enim nõ miserando, sed cũ pompa quadam agendo feceris non est eleemosyna, sed etiam cõtumelia, nã traduxisti fratrem. Eleemosyna igitur est non dare opes, sed cum misericordia illas dare. Alioqui hi q in theatris expendunt, pueris scortatoribus, & aliis qui in scena, sed hoc non fuerit misericordia. Etiam ipsi qui contumelia afficiunt corpus scortoriũ, dãt: at nõ hoc est humanitatis, sed potius insaniæ. Talis etiam uanè glorioſus esse uidetur. Nã quemadmodum ille cõtumelia afficiens corpus scorti, præmiũ cõtumeliæ illi dat: sic & tu præmium petis ab eo qui accipit cõtumeliã, & mala gloria, & teipsum & illum afficere, & cũ hisce est ineffabile dãnum. Nam sicut bestiam etiã rabidus canis inuadit, ita nostra bona malus iste morbus ſ& ihumanitas ſ rapit. Etenim inhumanitas est & crudelitas, imò etiã illa grauior. Nam qui crudelis est non dat petenti, tu autem plus facis quàm ille, uolentes dare prohibes. Quando enim dando tanta pompa uteris, & gloriã eius qui accipit arripis, etiam daturum cohibes, si segnis fuerit. Nõ enim postea dabit, quasi ei qui iã acceperit, & nunc non sic egeat: sed & sæpius reprobabit, si accedens petierit postquam acceperit, & impudentẽ censebit. Qualis igitur hæc misericordia, quando & teipsum cõfundis & eum qui accipit, & eũ qui imperauit dupliciter, nempe quòd illum habens spectatorem eleemosynæ, requiris post illum conseruorum oculos, & quòd legem abillo constitutã, q̃ hoc prohibet, transgrederis? Vellem & alia tractare de iunio & oratione, & ostẽdere quòd & illa à uana gloria damnum sentiunt, sed recordor quòd sermonẽ quendam in priori homilia nõ perfeci. Dicebã quòd pauperes abundantiores sint quã diuites, etiã in his

crepari

quæ huius uitæ quãdo de sanitate & uoluptate dissẽrebam, &ſsubobscurẽ hoc monstratum est. Agè igitur hodie illud ostendamus, quòd nõ i his solũ quæ ad hanc uitam, sed etiam in his quæ superiora, quod plus est. Quid enim in regnũ inducit? diuitiæ uel pauertas? audiamus illum cœlorũ dominum dicẽtem, de illis quidem, quòd facilius sit camelũ intrare per foramẽ acus, quã diuitem in regnum cœlorum. De pauperibus uerò cõtrà: Si enim uis perfectus esse, uẽ de facultates tuas, & da paupib⁹, & ueni sequere me, & habebis thesaurũ in cœlis. Si autẽ uolueritis, utrũque uideamus quod dictum est: Angusta & ſtricta uia est, quæ ducit in uitã: quis igitur uadit angustã? Ille ne qui in deliciis, uel qui in paupertate, qui solus, uel qui inumera onera gestat, q solutus & liber à curis, uel curas & solicitudines multas habens? Sed qd opus rationibus? inducantur ad hoc exẽpla. Pauper erat Lazarus, & ualde pauper, diues uerò qui præterebat illum in uestibulo iacentem: uter igitur intrauit in regnũ, & delicatè egit in sinibus Abrahæ? Vter autem cruciatur, & nec ſtillam accipit? Sed dicis, etiam pauperes pereunt, & multi etiam diuites illis ineffabilibus bonis fruentur. Cæterùm contrariũ licèt uidere, nam pauci quidẽ diuites, multò autẽ plures pauperes saluantur. Cõsidera autem diligenter, & expendas quæ sint impedimenta diuitiarũ, & quæ inopiæ imminutiones, immo neq; diuitiarum, neq; inopiæ, sed utraq; sunt possidentium. Ceterũ quæ arma expeditiora sunt uideamus. Quem igitur defectũ habet inopia? uidetur habere medaciũ. Quem uerò diuitiæ? superbiam, matrem malorum, quę & diabolũ fecit esse diabolum, cũ antea non esset talis. Iterum, radix omniũ malorum est auaritia. Quis igitur est propior apud hãc radicem, diues uel pauper? Nõne manifestum quòd diues? Nam quãtò quis pl⁹s diuitiarum possidet tãtò ſplus amat. ſAd hæc, uana gloria innumera bona opera pessundat, sed & huic uicinior est diues. Præteris autẽ, inquit, tribulationem & angustiam pauperis. Verũ hæc etiam diuiti communis est, & magis illi accidit quã pauperi. Atq; ita, quæ uidentur esse propria inopiæ mala, communia utrorumq; sunt: quæ uerò diuitiarũ, sola illarum. Cur autem, inquit, propter acquirẽda necessaria, multa mala pauper operatur? Sed nullus pauper tanta operabitur mala propter indigentiã, quanta ditari uolẽtes, ut plura habeant, & quæ habẽt ne perdant. Non. n. paup necessaria sic deliderat ut diues superflua: neq; etiam tantũ robur habet ad perficiẽdam malitiam, quantũ ille. Igitur si & uult, magis etiam potest, manifestum quòd plura & operabitur: nõ enim ita formidat famem pauper, sicut rerum suarum iacturã diues tremit ac formidat, & quòd nondum quicqd alij habent accipit. Cũ igitur proximè stet apud uanam gloriam & superbiam, & auaritiam radicẽ malorum omnium, quã habiturus est salutis spem, nisi ſoptimam uiam ſ declarauerit? Quomodo autẽ gradietur per angustam uiam? Ne igitur multorũ opiniones habeamus, sed res ipsas iquiramus. Quomodo aũt non absurdum propter pecunias aliis nõ credere, sed ipsas numerare & supputare, pro rebus aũt ampliioribus aliorũ sententiã sequi simpliciter, præsertim cũ habeamus omniũ exactissimam trutinam & gnomonem, ac regulam, diuinarũ, inquam, legũ assertionẽ. Ideo obsecro & oro omnes uos, ut relinquatis quidnam huic uel illi uideatur: deq; his à scripturis hęc omnia inquirite: & ueras diuitias discẽtes, eas sectemur, ut & æterna bona assequamur: quę nobis omnibus contingant gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi per quem & cũ quo patri simul ac sancto spiritui, gloria, imperium, honor, nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia. XIIII

Apaces estote noſtri, neminẽ læſimus, neminẽ corrupimus, neminẽ fraudauimus. &c. Iterũ de charitate mouet sermonem, asperitatem increpationis resecãs. Nã quoniã redargu erat & perstrinxerat quòd amarentur quidẽ, non autem similiter amarẽt, sed à charitate illius se auellerent, & aliis corruptoribus admiscerent: iterũ increpationis seueritatem mitigat, dicens: capaces estote nostri, id est, diligite nos: petitq; accipere donũ minimè molestum, & suppeditantibus antea quã accipientibus utile: & non dixit, diligite, sed quod maiorem misericordiã mouet, capaces estote. Quis uos, inquit, abegit qs à uestra mẽte eiecit, unde angustiati sumus in uobis? Nam quoniam suprà dixerat, angusti estis in uisceribus uestris: istuc ipsum manifestius declarans, inqt: Capaces estote nostri, & hac ratione illos iterũ concilias: nihil enim sic amicitiam facit, ut dum is qui diligitur discit, quòd amans ualde amorem suũ desiderat. *Neminem læſimus.* Vide quomodo iterum non ponit beneficia, sed sermonẽ modestiorem, & alia ratione uiolentiorem facit: interim autẽ suggillat pseudoapostolos, nullum læsimus, dicens, nullũ corrupimus, nullũ fraudauimus. Quid est, corrupimus? hoc est, nullum decepimus, sicut & alibi dicit: Ne fortè si cut serpens Heuam decepit, ita corrumpãtur mẽtes uestræ. Nullũ fraudauimus, non rapuimus, non insidiati sumus. Et nõ iam dicit, hanc & illam utilitatem attulimus, sed sermonem faciẽs magis adhortantẽ, Non læsimus, inquit: quasi dicat, quãuis nulli bene esse cissemus, neq; sic auerlari oportebat: nihil. n. uel paruum, uel magnum poteritis nobis opprobare. Deinde quoniam sensit, grauitatem iterũ corrigit: & neq; siluit omnino, non enim excitauit: neq; incorrectã reliquit sermonis asperitatẽ, tametsi magis incitet. Et quid dicit? *Non ad condemnationem dico.* Vnde manifestum? *Prædixi enim, inquit, uobis, quòd in cordibus noſtris eſtis ad commoriendum & conuiuẽdum.* Magna amicitia ista est, quando & qui despicitur, etiam mori & uiuere cum illis eligit. Non enim simpliciter estis in cordib⁹ nostris, sed sic, inqt, ut dixi. Fit enim ut quis amet & pericula fugiat, at nos non sic. Et uide etiam hoc loco ineffabilem sapientiã: non enim dixit, quæ facta sunt pro illis, ut ne uideatur opprobrare, sed futura promittit. Nã si contingat, inquit, omnigena pericula ingruere, paratus sum pro uobis pati, & neq; mors, neq; uita mihi aliquid per se esse apparet. Sed ubi uos fueritis, hoc mihi eligibilius, & mors uita gratior, & uita morte. Cæterũ mori quidem indiciũ est amicitię. Viuere autem quis non uellet etiã nõ amicis aliis? Quare igitur tanquã magnum istud posuit? quia etiam ualde magnũ est. Nam multi certè malè habentibus amicis cõdolent, at bene habẽtibus nõ item congratulantur, sed inuident. Verũ nos nõ ita, sed siue in calamitatibus fueritis, nõ timemus infeliciatis uestrę esse socij: sin bene habueritis, nõ inuidemus. Deinde quoniã sæpe hæc uersans dicit: Non angusti estis in nobis, angusti estis in uisceribus uestris, & capaces estote nostri, & dilatemini etiã uos, & nul

G lum læsimus,& uidebantur omnia hæc illos condẽnare:uide quomodo & alia ratione hãc grauitatem consolatur, dicens: *Multa mihi fiducia erga uos*. Propter hoc talia audeo, inquit:non ad cõdemnationẽ dicens,sed propter multam fiduciam, quod & cõsequenter manifestans dicebat: *Multa mihi gloriatio de uobis*. Ne enim putetis,inquit,quoniã hæc dico quasi uos totos condemnarim:multũ enim de uobis glorior & honestari uolo,quin & solicit⁹sum,multo amplius uos ad uirtutẽ promouere,qd & Hebræis post multam increpationẽ dicebat: Cõfidimus autem de uobis meliora,& quæ adhærent saluti, quãuis sic lo quamur: desideramus autẽ unũquenq; ex uobis, ut idem præstet studiũ ad plenã spei certitudinẽ usque ad finẽ. Sic sanè & hic, magna mihi gloriatio est pro uobis. De uobis,inquit,apud alios gloriamur. Vidisti quomodo germanè consolatus sit,& nõ simpliciter glorior,inquit,sed & multum. Vnde subdidit,dicẽs: *Impletus sum consolatione*. Qua cõsolatione? ea quæ ex uobis,quia correpti operibus cõsolati estis me. Hoc diligentis est,& arguere quòd non diligatur, & time re ne supra modum arguẽs contristet: propter hoc, inquit, impletus sum consolatione. *Vehementer abundo gaudio*. At dicet quis, hæc uidentur esse prioribus contraria,sed non sunt. ⌜Etenim & sæpe contingũt:⌝ hæc enim illa faciunt acceptiora. Laus enim talis efficit utilitatẽ, quæ ex reprehẽsionibus istis est, probatiorem, dũ quę tristia sunt tollit. Propterea admodũ ingenuè his uerbis utitur,& ambitiosè. Non enim dixit,impletus sum gaudio:sed,abũdo:imo neq; abũdo,sed,uehementer abundo. Et hic iterũ ostẽdit de sideriũ:quia quanuis sic diligatur, ut gaudeat & exultet,nondum tamen censet se diligi, quemadmodum diligere oportet,& quòd totum acceperit. ⌜Sic insatiabilis erat, multũ illos diligẽdo. Nam quòd ab his qui uidebantur quomodocunq; diligere,multũ accipiat gaudii,eò qd uehemẽter illos diligat, hoc aliud suę dilectionis indicium erat. Et de consolatione qui dẽ,inquit,impletus sum,accepi id qd debebatur mihi. De gaudio uerò uehemẽter abundo:hoc est,mœsto animo eram erga uos,sed sufficientem rationem reddidistis,& consolati estis. Non enim solũ abstulistis mihi materiam tristitiæ, sed etiam gaudium fecistis amplius. Deinde manifestans illius magnitudinem,non solũ hoc mõstrat,istud dicendo,uehemẽter abundo gaudio, sed & subdit, *In omni afflictione nostra*. Tantum.n. erat propter uos nobis uoluptatis datũ, ut etiam propter talem afflictio minor appareat,sed abundantia magnitudinis illius cum grauissimis negotiis implicaremur, non permisit ut illa sentiremus. *Etenim cum uenissemus in Macedoniã, nullã habuit relaxationem caro nostra*. Nam quoniã dixerat, in afflictione,dicit etiam quãta afflictione, & extollit illam sermone, ut ostendat magnam esse quã ex illis habebat,consolationem,& gaudiũ quod tãtum dolorem repellebat. *Sed in omnibus affligebamur*. Quomodo,in omnibus? *Foris pugnæ* ab infidelibus. *Intus timores*, propter infirmos fideles, ne decipiantur. Non enim hæc solũ apud Corinthios contingebãt, sed etiam alibi. *Verũ qui consolatur humiles, consolatus est nos in aduẽtu Titi*. Nam quoniam illis magna testificabatur, ut ne uideretur adulari,testẽ adhibet Titũ, fratrẽ illũ qui ab ipsis profectus ad Paulũ, post priorem epistolam narrans quomodo illi se emẽdarint. Tu aũt, oro, considera quomodo ubiq; magnificat aduentum Titi. Nam & antea dixit. Cũ autẽ uenissem Troadem,nõ habuit relaxationẽ spiritus meus, eò quòd non inuenirem Titum fratrem meũ. & hic iterum dicit, in aduentu Titi consolationẽ accepimus. Volebat enim illis uirũ hunc facere ualde amicũ & fide dignũ,& uide quomodo ambo illa parat. Nam cùm dicit, Non habui relaxationem in spiritu meo,magnitudinẽ uirtutis illius ostendit. Quòd autẽ dicit,In afflictione nostra, aduentus illius sufficit ad consolandum:non solũ per aduentum illius,sed etiam per consolationem quã acceperat, cõmendat Corinthiis uirum. Nihil enim sic amicitias conciliat, ut dum de quopiam felicia & sana dicũtur: quod & Tito tribuit dicẽs, qd aduenientes refocillarit nos mira uoluptate,talia de uobis annunciãs: propter hoc aduentus illius lætificauit nos. Nõ.n.solùm in aduẽtu illius lætati sumus, sed etiam in consolatione,qua cõsolationẽ ⌜accepimus⌝ super uobis. Et quomodo consolatus est? per uirtutes uestras, perq; bona opa, propterea & addit: *Cũ annunciaret nobis uestrum desiderium,uestrum fletum,uestrum pro me zelum*. Hæc illũ, inquit,lætificauerũt, & consolationẽ ei attulerũt. Vidisti quomodo etiã se ostẽdit amatorem illorũ eximium,quandoquidem arbitratur suã consolationẽ, illos de se bene sentire: & qd ueniens gloriatur apud Paulũ, quasi de propiis bonis. Vide item quomodo hæc tã feruenter annunciat: Vestrum desideriũ,uestrum luctum, uestrũ zelum. Verisimile est enim illos doluisse, & mœstos fuisse, qd beatus Paulus illis sic succenseret, & tanto tẽpore abesset. Ideo autem non simpliciter dixit lachymas, sed fletum:neq; concupiscentiam,sed desiderium:neq; iram,sed zelũ, & zelum inquã pro illo,quem habebant contra eũ qu fornicatus erat,& contra accusatores. Accẽsi estis,inquit,& igniti acceptis literis meis: ppea magis gaudio abundat,& maiori cõsolatione impletus est, qa illos perstrinxit. Mihi autem uidentur hęc non solũ ad mitigationem priorũ dicta, sed etiam ut exhortetur eos q bene fecerant. Etenim quãuis censeat quosdam esse obnoxios prioribus criminibus, & tãtis laudibus indignos:attamen illos nõ separat, sed cõmunia ponit etiam encomia,& crimina:cõscientię audi torum cõcedit ut sua singuli supputent. Sic & illa nõ molesta facta sunt,& hęc in maiorem zelũ adducũt. Ita & nunc oportet eos qui arguuntur affectos esse, lugere & flere,ac pręceptores desiderare,& plus quã patres ipsos solicitos esse:per hos.n.uita datur,per illos aũt bona uita. Sic oportet ferre increpationes patrum,sic & super peccantes dolendum cum præpositis:nõ enim totũ in illis situm est, sed etiam in uobis. Nã licèt is qui peccauit, uideat quidẽ se à patre increpari,adulentur autem ei fratres,ignauior fit:sed quãdo pater increpat simul irascere & tu,siue ut fratris curam gerens,siue ut cũ patre condolens: solùm declara studium multũ,& deplora non quòd increpatus est,sed quòd peccauit. Nã si ego extruxero quidem,tu autem destruxeris,quid aliud reportabimus quã labores:immo non solũ damnũ inde tibi,sed & magnã pœnã reportabis. Etenim qui prohibet curari uulnus, nõ minus puniri meretur, quã qui uulnerauit,imo multò magis:nõ enim par est plagã inferre, & impedire plagã curari. Nam hoc quidẽ omnino mortẽ affert, illud autẽ nõ omnino. Hæc autem à me uobis dicta sunt, ut cũ principibus irascamini. illis quibus iustè succẽsent,quãdo uideritis aliquẽ increpari:

A crepari: oẽs magis auersemini q̃ præceptor, magis uos ⌜terreat⌝ quam principes qui peccauit. Nã si præceptorẽ quidem solũ timuerit,facilè peccabit. Si aũt illos uestros tot oculos,tot ora obseruarit,in maiori erit securitate. Nam quemadmodũ si hæc non fecerimus,extremã dabimus pœnam:ita si hæc operamur,socij erimus lucri in emendatione. Igitur sic faciamus:& siquis dicat Christianis cõgruere,ut misericordiã cum fratre habeat:is discat quòd irascens misericors est, non ille qui ante tẽpus nunc uocat, antequam peccatũ sentiat. Quis enim,dic mihi, febriẽtem & phrenesi laborantẽ miseratur: ille nequi reclinat hunc in lectũ & ligat & prohibet à cibo & potu nõ conducibili:uel qui permittit ei meraco impleri,ac iubet esse liberũ,& omnia facere q̃ scilicet in columes solent? Nõne is qui uidetur misericors esse, etiam morbũ auget,alius uerò emendat? Ita sanè & hoc loco sniam feramus. Etenim misericordia est nõ semper gratificari ægrotis,neq; adulari illicitis illorum concupiscentijs. Nullus sic diligebat scortatorem apud Corinthios, sicut Paulus iubẽs illum sa

B tanæ tradi. Nullus sic odio illũ habebat sicut socij

E. Co.5.b illius & ministri,quod & finis monstrauit. Nam illi quidem eũ magis inflatum & ardentẽ fecerant. Hic aũt humiliabat,nec cessauit donec ad purã sanitatẽ induceret:& illi quidẽ reuera, malitiæ augmentum dederant,hic aũt quod factũ ab initio refellit. Illas & nos discamus misericordiæ leges. Etenim si equũ uideris præcipitẽ ferri, frænum immittis,& uioleter reprimis,& multũ flagellas,quanuis sanè hæc punitio mater salutis sit. Ita fac & in peccantibus:liga eũ qui deliquit, donec placet deũ:ne relinquas solutũ, ne magis diuina ira implicetur. Nã si ego ligauero,

E. Co.11.g deus iam nõ ligat:si aũt ego non ligauero, infracta manẽt eius uincula. Nã si nos ipsos iudicauerimus, nõ iudicamur. Neq; putaueris hoc esse crudelitatis, uel inhumanitatis,sed summæ mãsuetudinis & optimæ curationis. At dicis,sat longo tpe pœnã luerũt. Quanto dic mihi? Anno uno duobus & tribus. Sed non quæro hanc temporis prolixitatẽ, sed animæ

C correctionem. Hanc igitur ostẽde si cõpuncti sint, si mutati fuerint, ⌜& omne quod factũ est quasi nõ esset factum,sit:⌝ nulla est tẽporis utilitas. non enim quærimus,an multo tpe obligatum sit uulnus, sed num profuerit obligatio. Nam si quidẽ profuerit ẽt in paruo tẽpore,non ultrà alligetur: si aũt nihil profuerit, etiam post decẽ annos adhuc ligetur, & terminus solutionis ligato sit illi utilitas: Sic & nostri ipsorum & aliorũ curam geramus, nec ad hominũ gloriam & cõfusionem uideamus, sed ad pœnam quæ illic est:& cogitantes opprobrium, & ante omnia exasperationẽ dei,pharmaca pœnitẽtiæ strenuè apponamus, & statim ad purã adducemus sanitatem, & futuris potiemur bonis. Quæ nobis oĩbus contingant gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,per quem, & cum quo patri gloria simul & spiritui sancto,nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Tomus quartus.

Homilia. XV.

Tque adeò licèt contristarim uos in epistola,non me pœnitet,tametsi pœnituerat. Excusat nunc se de epistola. Nam cũ peccatum emendatum esset,absq; periculo illos curabat, & ostẽdit rei utilitatẽ. Nam & istud ipsum etiam antea fecerat,dicens: Ex multa enim afflictione & angusto corde scripsi uobis,non ut contristemini,sed ut sciatis charitatem quã habeo erga uos. Facit aũt etiam nunc istuc ipsum pluribus instruens:& nõ dixit,prius quidem me pœnituerat,nunc aũt nõ pœnitet,sed quo? Non pœnitet, nunc quamuis pœnituerat: licèt, dicere, uult, talia sint quæ scripsi, quòd mensuram transgressus sum correptionis,& pnia ducar: attamẽ tantum lucrũ quod ex illis est,pœnitudinem mihi adimit. Hoc aũt dicebat,nõ quòd immodicè corripuerat,sed laudes illorum auctурus. Tantam enim, inquit, declarastis emendationem,quòd licèt etiã uehementius perstrinxissem uos, sic ut meipsum condemnem,& laudẽ nunc meipsum, quia bonum exitum res sortita est: sicut pueris quando molestã curationem recipiunt,utpote ex sectione, uel ustione, uel amaro pharmaco, deinde suauiter illis blandimur,ita & Paulus facit: *Video enim quòd epistola tametsi ad tempus contristauit uos, nunc gaudeo, nos quòd contristati fueritis, sed quòd contristati estis ad pœnitentiam*. Postq̃ dixit,non me pœnitet, dicit ẽt causam, utilitatem q̃ ex literis,ponens, & sapienter excusans ac dicens: quanuis ad tẽpus quidem breue sit quod contristauit,perpetuum tamen est quod utile,& cõsequenter dicere poterat,quanuis ad tempus contristarit uos,sed semper lætificauit uos & utile fuit: sed non sic dicit,uerũ priusquam lucrũ dicat,denuò ad laudes illorum & suæ prouidentiæ ac curæ ostẽsionẽ transit, dicens: Nunc gaudeo, nõ quòd cõtristati fueritis: qd enim mihi utilitatis ex uestra tristitia? sed quòd contristati estis ad pniam, quia & lucrũ quoddam habuit tristitia. Nam & pater quando uidet filium secari,nõ gaudet quia dolet, sed quia sanatur: sic & iste. Vide autem quo à rebus in illos transfert totum opus bonum: contristationẽ epistolæ imputat, quia ad breue tempus cõtristauit uos, dicẽs: utilitatem uerò quæ ex illa, dicit esse illorum bonum opus. Non.n. dixit, Emendauit uos epistola, quãuis & sic posset,sed quòd contristati estis ad pœnitẽtiã. *Nam contristati estis secundũ deũ, sic ut in nulla re detrimẽto sitis affecti per nos*. Vidisti ineffabilẽ sapientiam? dicere enim uult, nisi hoc feci̇ssemus, utiq; magno damno uos affecissemus. & bonũ quidem opus illorum esse dicit, damnum autem suum siquidẽ tacuisset. Nam si ex reprehensione emẽdaturi se erant, nisi reprehendissemus, utique damno uos affecissemus: & nõ ad uos solũ, sed ẽt ad nos damnũ, pertigisset. Nam quemadmodũ qui non dat negotiatori ea quæ ad nauigationẽ pertinent, is qui damnum facit: sic & nos si nõ exhibuissemus uobis occasiones pnię,utiq; damno uos affecissemus. Vides quòd non increpare peccãtes, damnũ est & magistri & discipuli. *Nam qui secundum Deum est dolor, is pniam ad salutem haud pœnitendã operatur*. Propterea dicit, quãuis me pœnituerit priusquam fructum, & tantũ lucrũ uiderem, nunc non pœnitet. Etenim tristitia secundum Deum talis est. Vnde de illa nunc differit, ostendens quòd non semper tristitia grauis res sit, sed quando secundũ mundũ fit. Quid aũt est, secundũ mundum? quãdo contristaris propter diuitias, propter gloriã, propter mortuum: oĩa hæc secundũ mundum, ideo & mortẽ facit. Nam qui propter gloriã contristatur, inuidet, & sępe perire cogitur: qualis erat tristitia Cain & Esau: hãc tristitiã uocat secundũ mundũ, quę tristibus perniciosa. Etenim tristitia illa solũ ad peccata utilis est, qd hinc manifestatur: qui

G pro amissis diuitijs contristatur, damnum nō soluit: qui pro mortuo cōtristatur, iacentem non excitat: qui pp morbum cōtristatur, non solū non curatur, sed etiā auget morbum. Qui uerò in peccatis contristatur, hic solùm utilitatis aliquid amplius à tristitia accepit: absumit. n. & euanescere facit peccata. Nam quoniam ad hoc remedium confectū est, hoc loco solū ualet, & utilitatem declarat: in alijs autem & nocet. ⌜Vnde & Cain, inquit, contristabatur, non quòd non placeret Deo: ⌜non propter hoc, sed quia fratrē uidebat clarum. Alioqui si pp hoc doluisset, imitari debebat, & illi congratulari, sed declarat se dolendo secundum mundum contristari. Verùm non sic Dauid, neq; Petrus, neq; aliquis iustorum: ideo uel pro suorum, uel pro aliorum peccatis dolere uoluerunt. Quāuis quid tristitia molestius? sed quādo secundū Deum fit, mundi gaudio melior est. Illud. n. in nihilum desinit, hæc autem pniam haud pœnitendam in salutē operatur. Etenim quod admirabile in ista, hoc est, quòd nullū pœnitet sic doluisse, id qđ mundanæ tristitiæ propriū est. Quid. n. ⌜germanius⌝ germano filio? Et quid morte illius maiorem dolorem infert? attamen parentes seipsos præ dolore plangentes in impetu luctus, quanuis nullam ferant inde utilitatem, ij tamen post tēpus pniam agunt quòd immodicē doluerunt, cū nihil utilitatis inde consecutæ sint, immo & se magis afflixerint: sed non talis est tristitia secundum Deum, sed habet gemina cōmoda, & quòd quis se nō incusat ob dolorem, & quòd tristitia in salutem desinit: ambobus illis cōmodis ista priuata est. Etenim suo damno dolēt, & postquam multū doluerint, seipsos incusant: maximū signum hoc esse ostendentes, quòd dolor sibi nocuerit. Porrò tristitia secūdum Deum diuerso modo se habet, ideo & dicebat, pniam in salutē haud pœnitendam operatur. Nullus. n. seipsum incusat, si de peccato cō tristetur, si lugeat & seipsum affligat. Id quod & beatus Paulus dicēs, non opus habebat aliunde exēpla afferre, neq; adducere in mediū, eos qui in antiquis historijs tristes fuerunt: sed ipsos Corinthios producit, & ab illorū factis suū argumentum cōfirmat, ut & cū laudibus illos erudiat, imo magis illos cōcilier.

I Ecce *enim*, inquit, *hoc ipsum quòd secundum Deum contristati fuistis, quātam in uobis operatum est solicitudinem.* Quasi diceret, tristitia non solū non fecit ut incusaretis uosipsos, quasi temerè hoc & frustra fecissetis, sed & magis solicitos reddidit. Deinde dicit solicitudinis confecturas: *Immo satisfactionem*, pro me. *Immo indignationem*, contra illum qui peccauit. *Immo timorem*. Solicitudo. n. talis & accelerata correctio ualde timentiū erat. & ne uideatur seipsum extollere, uide quō statim istud mitigat, dicens: *Immo desiderium*, qđ habuistis erga me: *Immo æmulum*, quem habuistis erga Deum. *Immo uindictam*. Etenim ulti estis eos, qui in diuinas leges peccarāt. *In omnibus constituistis uosipsos, ut sitis puri in ea re.* Non quòd non ausi fuerint solū, hoc manifestū erat, sed & quòd non congaudebāt. Nam quoniam in priori epistola dicebat: Et uos inflati estis. Hoc loco dicit, ēt hac suspicione uos liberastis ⌜Non quòd non laudet solū, sed & quòd increpet & succenseat. *Proinde tametsi scripserim uobis, non id feci eius causa qui læserat, nec eius, qui læsus fuerat.* Ne igitur dicant, qd igitur nos increpas si puri sumus in hac re? ad hoc etiā prius⌝ sciens, ⌜ & præordinans illud quod dicturus erat, dicebat, utpote nō me pœnitet tametsi pœnituerit. Nam intantū abest, ut me nunc pœniteat eorū quæ scripsi tūc, inquit: quia tūc magis me pœnituisset q̄ nunc, quando uosipsos puros exhibuistis. Vidisti iterū illius impetū & contentionem, quō in contrarium sermonem uertit? Nam ea per quæ putabant illū mutatū esse, quasi temerè increpasset propter illorū profectum, per ipsos ostēdit, quòd iustè libertate sermonis usus fuerit. Non. n. deprecatur iam ut condonent libenter, cùm liceat hoc facere. Nā quanuis dicat superius, Qui adhæret scorto, unum corpus est. & tradite illū qui talis est satanæ in interitū ⌜ carnis. ⌝ &, omne peccatū quod fecerit homo, extra corpus est: & quæcunq; talia, quo modo hoc loco dicit, non propter eū qui læsit, neq; propter eum qui læsus fuerat? Non est sibijpsi cōtrarius, & quō illa concinnè sibi respondent? quia plurimum curæ illi erat, ostendere amorem quem erga illos gerebat. Non igitur tollit è medio quòd curam illius gerit, sed & dilectionem qua erga illos gerebat declarat, sicut dixi, & quòd maior illum cōcusit timor nomine totius ecclesiæ: timebat. n. ne illam malum supra modū depasceret, & pergeret totā lædere ecclesiam. Ideo dicebat: Modicum fermentum totā massam fermentat, sed hoc quidem tunc: nunc uerò quoniā bene egerant, non ultra istud sic ponit, sed aliter: & istud quidē insinuat, dulciorem aūt sermonem in manus suscipit, dicens: *Vt manifestetur solicitudo nostra erga uos apud uos.* Hoc est, ut sciatis quō uos amem. Hoc autem idem est cum priore. Aliter autē interpretari uidetur, aliam significationē afferre. Sanè quòd idem sit, reuolue eius mentem, & nihil interesse uidebis. Nam quoniā ualde amo uos, inquit, uereor ne quid patiamini aliunde quod contristet, ne ipsi accipiatis tristitiam. Igitur quēadmodū quando dicit: Num Deo cura boum? non hoc dicit, quòd non sint curæ Deo: nihil. n. omnino est, quod à prouidētia Dei destitutum, sed quòd non præcipuè propter boues legē posuerit: sic & hoc loco, primū quidem pp uos scripsi, deinde autē ⌜ & illud: ⌜ Et habui quidem dilectionem in memetipso, etiam absq; epistola, inquit. Volebam autem hāc & uobis & omnibus per literas illas ostēdere: propterea cōsolationē accepimus, quandoquidem & solicitudinem ostēdimus erga uos, & omnia rectè egimus, quēadmodū & alio loco dicebat: Nunc uiuimus si uos stabitis in domino. Et iterum: Quæ. n. nostra spes, uel gaudiū, uel corona gloriationis, nōne et uos? Hęc. n. uita, hęc consolatio, hæc refrigeratio doctorum, si discipulos proficere uident. Nihil. n. ita clarum facit gerentem magistratum, atq; dilectionis studiū erga subditos. Etenim patrem non solùm facit quòd genuit, sed & quòd diligit postquam genuit. Si autem hìc natura tanta opus habet dilectione, multò magis gratia. Sic ueteres oēs, quotquot apud Hebræos insignes fuere, claruerunt. Sic Samuel magnus monstratus est dicens. Absit autem ut peccem Deo cessans orare pro uobis: sic Dauid, sic Abraham, sic Helias, sic oēs iusti in noua & in ueteri lege. Etenim Moses pp subditos tātas diuitias & ineffabiles thesauros deliquit, eligēs magis affligi cum populo Dei, & ante electionem operibus ualde clarus erat apud plebem. Propterea insipiētissimè dicebat ad illum Hebræus quidam: Quis te constituit principem ⌜ & iudicem ⌝ super nos? Quis dicis? Opera uides, & de nomine controuertis? quemadmodum si quis uiso medico qui

A optimè secet, & imfirmū corp⁹ adiuuet, dicat: Quis te constituit medicum, & secare iussit? Nōne Vir optime, ars & morbus ille tuus iussit, & hunc scientia talem fecit? Etenim imperare ars est, & non solū dignitas, immo ars est artiū omniū summa. Nam si imperium in his qui extra homines sunt ars & scientia oīum melior est, multò magis istud. Etenim iste principatus tātò maior illo est, quātò ille alijs, imo multò amplior: & si placuerit sermonem hunc diligentius inquiremus. Est ars agriculturæ, est texturæ, ars ædificatoria, quæ & necessariæ ualde sunt, & uitam hanc nostram multū conseruant. Nā aliæ ministræ illarū sunt, ut pastoralis, fabrilis, tectonica. Sed inter istas artes magis necessaria ē p alijs agricultura, quā & deus facto homine primā induxit. Nam possibile quidē hominē uiuere sine calceis & uestibus, absq; agricultura aūt impossibile: quales apud Scythas es se dicunt Amaxobios, & apud Indos, gymnosophistas. Nā illi & ædificatoriā, & textoriam, & sutoriā artem non curant, sola aūt agricultura opus habēt. Erubescite qui superfluis opus habetis artib⁹, & co

B quorū, & placentulariorū, & uariè cōdientiū cibos, & innumeris talibus alijs ut uiuatis. Erubescite qui inutiles artes in uitā inducitis: non erubescitis Barbaros illos non egere arte? Etenim deus naturam nostram paucis contentā fecit. Verùm tamen nō cogo neque legem pono sic uiuendi, sed sicut Iacob

Gen.28.d petiuit. Quid autem petiuit ille? Si dederit mihi dominus panem ad māducandū, & uestem ad amiciē

1.Tim.5.b dū. Ita & Paulus præcepit, dicēs: Habētes autē uictū & tegumenta, his cōtenti simus. Igitur prima quidē agricultura est, secunda autem textoria, tertia post illam ædificatoria, postrema autē omnium sutoria: unde apud nos multi sunt & serui & agricolæ absq; calceis uiuentes: igitur utiles & necessariæ illę. Agè

⌜propterea igitur cōferamus illas cū impatoria: ⌜ per has ⌜ enim adduxi eas quæ omniū magis proprię, ut cū apparuerit hanc meliorē esse illis, absq; dubio etiā cæteras uincat. Vnde igitur ostendemus illā magis omnibus esse necessariā? quia sine illa aliæ nihil utiles. Et si placet, relictis alijs, summā & magis necessariā agriculturam in medium adducamus. Quid enim

C habent agricolæ, quando se mutuū inuadunt & deprædantur, à qua re principis metus illos cohibet, nec sinit ut illa faciant. Quòd si hanc artem sustuleris, superuacaneus ille labor: quòd si qs diligenter quæserit, inueniet ēt alium principatū, matre illius & coniunctam. Quæ autē illa? hæc nimirum secundum quā unusquisq; seipsum regere & moderare debet, puniens illiberales affectiones, & cum omni diligentia omnia uirtutis germina plantans & fouens. Sunt enim principatus genera multā: nam in uno genere populis & ciuitatibus imperant homines, ciuilem hanc uitam moderantes, id quod Paulus ma

Rom.13.a nifestans dicebat: Omnis anima potestatibus excellētibus subijciatur, nō est enim potestas nisi à deo.

Ibidē.b Deinde mōstrās illius utilitatē subdidit, dicēs: Imperans dei minister est in bonū. Et iterū: Dei minister

Ibidem. est, ulciscens in ira eū q malè fecit. In alio autem genere unusquisque mentē habens sibijpsi imperat, quod & illic manifestauit, dicens: Si autem non uis timere potestatē, bonum fac: insinuando sibi ipsi imperantē. Hic autē est etiā alius principatus, ciuili sublimior. Quis igitur est ille? Is qui in ecclesia, cuius

Heb.13.c & Paulus meminit, dicēs: Obedite præpositis uestris & subiacete, quia ipsi uigilant pro animabus uestris D tanquā rationē reddituri. Iste enim principatus ciuili tantò melior est, quātò terra cœlū, immo & multò magis. Nam primū nō præcipuè quærit quomodo puniat peccata quæ fiunt, sed qūo fieri non incipiat: quemadmodū quæ facta sunt nō ut perdant infirmantē, sed ut aboleantur: & non multa cura illi est de seculari uita, omnia aūt de cœlestibus rebus pronūciat: noster enim municipatus in cœlis est, &

Coloss.3.a uita nostra illic: abscondita enim est cū Christo in deo. & p̄mia illic, & cursus pro coronis illic: neq; n. post mortē destruitur ista uita, sed tunc magis relucebit. Sanè propter hoc nō solū ⌜ subditis, ⌜ sed & co- ⌜principibus. ronatis illis maiores sunt, quibus ille principatus cō creditus est, utpote quòd in maioribus & ad maiora homines instituant. Sed neq; ciuilē, neque spirituale magistratū gerens poterit illū bene administrare, nisi sibijpsi imperauerit sicut oportet, & utriusq; leges ciuitatis cū omni diligentia custodierit. Nam quemadmodū multis imperare duplici ratione fit, ita & unusquisque sibijpsi imperat: & iterum hoc lo E co spiritualis ciuili, sicut sermo demōstrauit, melior est. uiderit autē quis quasdam artes imitari principatum præsertim agriculturā. Est enim princeps qdam plantarū cultor, alia quidē amputans & prohibens, alia uerò fouens, & crescere faciēs: sicut & optimi principes malos quidē & multis damnosos plectūt & puniunt, bonos uerò & frugi ad maiora prouehunt: propter hoc & scriptura principes uinitoribus cōparat. Quid enim si plantę uocē nō emittāt, sicut in ciuitatibus qui afflignutur, attamē aspectu ipso monstrant se obscurari & cōprimi à malis herbis. Quemadmodū legibus punitur malitia, ita & ī hac arte etiā terræ uitiū, & plantæ degeneratio, & feritas emendatur. Nam quæcunq; in humanis moribus sunt, etiā illic inueniemus, asperitatē, mollitiam, teneritatem, temeritatem, bonā compositionē. Et aliæ quidē ex illis intempestiuis diuitijs florēt & in malū proximarū: alię autē egent & læduntur: ut quādo sepes fruticibus abundant in malū proximarum plantarū tollantur, quando aliæ arbores steriles & syluestres in sublime surgentes, incrementum sub- F ditarū prohibent. Et sicut principes ac reges habēt, qui damnū suo principatui inferant, & hostes sunt: ita & agricola bestiarū insidias, aëris intemperiem, & erucas, grandinū imbres, siccitates, & quæcunq; talia. Hæc autē fiunt ut semper ad fiduciam dei respicias. Nā aliæ quidē artes & ab hominū solicitudine cōstituntur, hæc autē magis à diuina gratia pendet, & ferè tota inde perficitur: & opus quidē est, cœlestibus pluuiis, opus etiam temporū temperie, & ante omnia illius cura. Neque. n. qui plantat, ne- 1.Co.3.b que q rigat aliquid est, sed qui incremētū dat deus. Et mors illic & uita, & parturigines & partus sicut in hominibus: possunt. n. abscecari, & fructū afferre, & emori, & quod mortuū est iterum renasci. Vnde & uarius nobis ac manifestus de resurrectione sermo: quando enim radix affert fructū quando semē prodit, nonne resurrectio est? Et multam quis uiderit in hac arte dei prouidentiam insitam ac sapientiā, si singula tractet: sed id qđ uolebā dicere, quòd ista quidē est circa terram & plantas, nostra autem circa animarum curam: & quantū distat inter plantas & animam, tātùm hęc ars ista melior est. Et principes huius præsentis uitæ, iterum hac intantum in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G feriores sunt, quantò melius est imperare uoluntario, quã inuoluntario: istud enim est imperare natura. Nã illic quidẽ omnia metu & necessitate fiunt: hic autẽ opus bonũ per electionẽ & uoluntatẽ fit: & nõ solũ iste noster principatus illo ideo melior est, sed etiã quia non solũ est principatus, sed & paterni tas, ut ita dicatur. Nam & patris habet mansuetudinẽ, etiam maiora persuasione imperãs. Nam exer
Mat.5.d nus quidem princeps dicit, si mœchatus fueris, mor tuus es. Hic autẽ si intemperantibus uideris oculis, maxima minatur. Etenim honorabile hoc tribunal etiam animã nõ corpus solũ corrigit: quantũ igitur distat inter animã & corpus, tantũ iste principatus ab illo distat. Et ille quidem sedet iudex manifesto rũ, immo neq; horũ omniũ, sed eorum quæ arguun tur. Sæpius autẽ & in illis iniquè agit. Hoc autẽ tribu nal erudit eos qui accesserunt, quia qui apud nos iu dicat, oĩa nuda & reuelata in mediũ adducet, in cõ muni totius orbis theatro, & impossibile est ut aliquid lateat: atque adeò Christianismus nostrã uitã, H multò magis quã externæ leges conseruat, Nam si tremere de occultis magis securũ facit hominẽ quã timere de solis manifestis, & pœnas dare etiam de minorib⁹, multò magis ad uirtutem excitat quã de solis maioribus puniri: manifestũ quòd iste noster principatus maximè omniũ uitam cõponit. Si autẽ uis & ordinationes principũ uideamus, etiam hoc loco magnũ discrimẽ uidebis: non est enim principatus iste eius, qui plures pecunias dederit, sed qui maximas uirtutes declarauerit: neq; quasi ad humanã gloriã, & ad suã quietẽ, sed quasi ad labores & sudores, & ad multorum utilitatẽ, ita ad principatum hunc ascendit ordinatus. Vnde & multo adiutorio spiritus fruitur. Et illic quidẽ principaturus solũ cõsistit in forensibus causis quãdiu tractãtur. Hic autẽ etiã à precibus & à gratia apponit subsidiũ. Et illic quidẽ de philosophia nullus sermo, neq; sedet quis docẽs, quid aia & quid nã mũdus, & quid futuri simus post hæc, & ex auditu uerbi quibus fruemur, & quo uirtutẽ adipiscamur: sed de cõtractibus qdẽ & pactis, & diuitiis creber sermo, de his autẽ nulla cura. Porrò in ecclesia oẽs sermones de his fieri uide re licet: ideo & iustè quis illam dixerit, & tribunal, & domũ medicinæ, & philosophiæ scholam, & animæ eruditionis locũ, & gymnasium cursum qui in cœlos ferũt. Vnde etiã manifestũ est, quòd hic noster
⌜mansue tissimus principatus, licèt maiorẽ diligentiã exigat, omnium ⌜summus⌝ sit. Nã ille externus princeps quidẽ si arri puerit adulterũ, statim punit: quanuis quid inde lucri, hoc enim non est tollere affectionẽ, sed animam habentem uulnus: qui autẽ hîc princeps, siquẽ inuenerit, satagit non ut puniat, sed ut affectionẽ auferat. Nam tu quidẽ idem facis, quemadmodũ si dolens morbo capitis, non morbũ quiescere facias, sed caput descindas. Ego aũt non sic, sed morbũ desẽco, & ab ipsis mysterijs arceo & sacris ambitibus. Vbi aũt illum reparauero, liberatũ à peccato, & pœnitentia meliorem factum, iterũ recipio. Et quomodo, inquit, licet adulteriũ eximere? Bene fieri potest: ⌜si legib⁹ sit subditus. balneum. n. quoddã est Ipsa. ⌜est. n. à legibus illis factum balneũ, quod est in⌝ ecclesia spirituale, non sordes corporis, sed animę maculã abluẽs, multis pœnitentæ modis. Nã tu qdẽ si ue reliqueris impunitũ, deteriorẽ fecisti: siue puneris, incurabilẽ reliquisti: ego uerò neq; relinquo impunitum, neq; punio sicut tu: sed & pœnam exigo, quã me decet exigere, & corrigo quod factũ est. Vis K & aliter discere quo tu gladiũ uibrans & flammam ostendẽs, peccantibus non magnã medicinã præbes, ego autẽ absq; illis ad puram sanitatẽ manduxi? non opus est autẽ mihi sermonibus, neq; uerbis, sed terram & mare in mediũ adduco, & ipsam hominũ naturã. & inquire ⌜priusquã tribunal hoc cõscenderis, ⌜quomodo humanæ res habeant, quomodo nihil quod nunc bene fit, aliquando neq; no minari auditum sit. Quis enim mortẽ contempsit, quis diuitias spreuit, quis gloriã desp exit, quis fugiens tumultus seculi, montes & solitudinẽ matrem philosophiæ salutauit? Vbi uirginitatis nomen erat? Nam hæc omnia, & his multò plura, huius tribuna lis facinora sunt, & huius principatus opera. Hęc igitur scientes & discentes quòd hinc omnis uitæ utilitas & mũdi correctio, frequẽter ite ad diuinorũ elo quiorũ auditoriũ & hos conuentus & preces. Nã si uosipsos cõposueritis, poteritis cœlis dignum muni cipatũ ostendere, & promissa bona assequi: q nobis omnibus proueniant gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cũ quo & per quẽ patri gloria, si- L mul sancto spiritui, nunc & semp, & in secula seculorum, Amen.

⌜priusquã indiciũ hoc cõstituatur.

Homilia. xvi.

N *consolatione aũt nostra* ⌜*multò abũdantius gauisi sumus i gaudio Titi, qđ refocilliatus sit spiritus illius ab omnibus uobis.* Vide quo iterum illorũ laudes extollat, & charitatẽ monstret, dicens: Gauisus fui, quòd tantũ epistola perfecit, & quòd tã tum lucri feceritis. Gaudeo. n. inquit, nõ quòd contristati fueritis, sed quòd cõtristati sitis ad pœnitentiã. Et cũ monstrasset suã charitatem, dixit: Quanuis scripserim uobis, non id feci eius causa qui læserat, neq; eius qui læsus fuerat, sed ut palàm fieret studiũ nostrũ, quod pro uobis erga uos. Dicit iterum aliud indiciũ illorũ beneuolẽtię quod multã illis laudem affert, & charitatẽ illorũ monstrat. Nam in cõsolatione nostri multò abũdãtius gauisi sumus ob gaudiũ Titi, inquit: quanuis scilicet hoc non sit ual de diligentis, quod magis gaudeat de illo quã de illis: etiam inquit, Nõ enim ita propter illum ut propter uos gauisus sum. Idcirco & causam addit dicẽs: M *Quòd uiscera illius refocillata sunt ab omnibus uobis.* Nõ dixit, ille: sed, uiscera illius: hoc est, dilectio illius quã erga uos gerit. Et qũo refocillata sunt ab omnibus? Etenim & hæc maxima laus est, *Quòd siquid de illo gloriatus sum.* De uobis magna laus, quando doctor gloriatur. Dicit enim: *Non fui pudefactus*: propter hoc lætatus sum, quia meliores apparuistis, & operibus cõprobastis uerba mea: atq; ita duplex mihi laus accedit, & quòd uos sic egeritis, & quòd ego nõ apparui à ueritate excidisse: *Sed ut semper cum ueritate locuti sumus uobis, ita & gloriatio nostra quæ de Tito ueritas facta est.* Hoc loco & aliud qddã insinuat: quia quemadmodũ apud uos omnia cũ ueritate loq̃bamur: (uerisimile enim est illũ apud illos Titum multum cõmendasse:) ita & quæ ⌜a uobis Tito dicta sunt, nobis ⌜uera apparuerũt. *Et uiscere illius abundantius affecta sunt erga nos.* Hoc ultra illum cõmendat. Nam ual de accendit & conciliat illos, nec dixit dilectio illius, ne uideatur adulari, ubiq; ponit dilectiõis causas, ut id quod dixi etiã adulationẽ fugiat, & illos magis cõ mendet, laudẽ erga illos decurtans, ⌜& ostendens initiũ ac occasionẽ tãtæ dilectionis huic illos dedisse: dicens

⌜idcirco cõsolatio nẽ accepi mus cõso latiõe ue stri quin.

Hic sup.b

Ibidem.c

⌜de uobis Tito à no bis dicta sunt.

⌜illis ad scribens.

A se: dicens. n. quòd uiscera illius abundatius sunt affecta erga uos, adijcit: *Dum recolit omnium uestrũ obedientiam.* Hoc autem & Titum gratum erga benefactores ostendit: quandoquidem illos omnes habens in animo redijt, & continuò eorum memor eos in ore habet & in mente: & Corinthios iterũ ornat magis, quòd illũ sic beneuolè tractarunt. Deinde & obediẽ tiam illorum dicit, magnificãs etiam ipsorũ studiũ: unde & addit hæc, *Quemadmodum cum timore & tremore exceperitis ipsum*: non solũ cum charitate, sed cũ magno honore. Vidisti qũo duplicem illorum uirtutem testatur, & quòd quasi patrẽ diligebant, & quasi principem reueriti sunt: neq; propter timorem ob
⌜timorẽ. Hic sup.c scurantes dilectionem, neq; propter dilectionem sol uentes ⌜amorem. ⌜Hoc & superius dicebat, quòd secundum Deum contristari uos quantam fecit in uobis solicitudinem, immo timorem, immo desideriũ. *Gaudeo igitur quòd in omnibus confidam in uobis.* Vides quòd propter illos magis gaudet, quòd nusquã doctorem confudistis, inquit, neq; indigni apparuistis meo testimonio: & ita neq; sic propter Titum gaui-
B sus est tanto honore fruentem, ut propter illos tantam declarãtes gratitudinem. Nam ut ne putes propter illum magis gaudere, uide qũo & hoc loco causam ponit. Nam sicut supra dixit, siquid apud illum gloriatus sum de uobis, non cõfusus sum: Ita & hoc loco, quòd in omnibus confidam de uobis. Etiam si corrigere oporteat, non uereor, ne desciscatis: & si gloriari, non timeo quòd reprehẽdar: & si ut obediẽtes laudare, & si ut charitatẽ ac zelũ habentes, confido in uobis. Dixi abscindendum, & abscidistis: dixi accipiendũ, & accepistis: dixi quòd magni & admirabiles quidẽ estis apud Titũ, & doctores reuereri soleatis, operibus ipsis uera hæc esse declarastis: & nõ hæc ita didicit à me ut à uobis: redijt. n. uehemens uestri amator factus, cùm mea uos uerba beneficijs
Ca.VIII. uiceritis. *Certiores autem uos facio fratres de gratia Dei, quæ data fuit ecclesijs Macedoniæ.* Cùm illos laudibus euexisset, admonitionem iterũ assumit. Nã propter hoc correptioni admiscuit laudes, ut ne à correptione ad admonitionẽ descendens sermonẽ minus acceptũ faceret, sed mitigatis auribus illorũ ita admo-
C nitioni uiam parat. Vult. n. de eleemosyna differere, ideo prius dixit: Gaudeo quòd in omnibus confidã in uobis, exijs quę iam rectè gesta sunt, & ad hoc alacriores faciens. nõ mox dixit, date igitur eleemosynam: sed uide sapientiã, qũo à longè & procul sermonẽ præparat, dicit. n. Certiores uos facio de gratia Dei quæ data est in ecclesiis Macedonię. Vt. n. nõ extollantur, opus gratiam uocat: & aliorum laudes narrans, illos alacriores efficit, & duas coniungit laudes Macedonũ, immo tres: & quòd tentationes strenuè ferunt, & quòd misereri sciant, & quòd cũ sint pauperes, in eleemosyna liberalitatẽ declarant. Etenim direptæ erant illorum facultates, & hoc mani-
1.The.2.c festãs dicebat in epistola ad illos: Vos. n. imitatores facti estis, inquit, ecclesiarũ quæ sunt in Iudæa: quia & eadem passi estis & uos à uestris contribulibus,
He.10.g quẽadmodum & illi à Iudæis. Audi quid postea Hebræis scribat, dicens: Etenim rapinam facultatũ uestrarum cum gaudio fusc epistis. Gratiam aũt opus uocat, non solũ humilians illos, sed & prouocans, & ab inuidia alienum sermonem faciens. Propterea & nomen fratrum apposuit, ut ita omnẽ inuidiam repellat. Erat enim supra modum illos laudaturus, di- D cens. n. Certiores facio uos de gratia dei. Non dixit, quæ data est in hac uel illa ciuitate, sed totam gentem extollit dicẽs, in ecclesiis Macedoniæ: deinde & ipsam narrat gratiam, *Quòd in multa probatione afflictionis abundantia gaudii illorum.* Vidisti sapientiam? primum. n. nõ quod uult dici, sed ante hoc aliud, ne uideatur dedita opa hoc facere, & uenit ad hoc ab alia serie. In multa probatione afflictionis, quod & ipsis Macedonibus scribẽs dicebat: Imitatores facti 1.The.1.c estis domini accepto sermone ⌜cùm afflictione multa, ⌜cum gaudio spiritus sancti. & iterum: A uobis. n. Ibidem. personuit sermo domini, nõ solùm in Macedonia & in Achaia, uerũ etiam in omni loco fides uestra quę est erga deum, dimanauit. Quid autem est, in multa probatione afflictionis, abundantia gaudij illorum? Vtraq; cum excellẽtia habebant: dicere uult, & afflictionẽ & gaudiũ. Ideo & ualde mirabile erat, quòd tam abundans uoluptas ex afflictione illis germinauerit: non solum. n. afflictio non peperit illis tristitiã, sed & occasio lętitiæ fuit illis afflictio quæ tãta erat. Hoc autem dicebat exercens illos, ut in tentationibus strenui essent, & non subuerterẽtur. Neq. n. sim E pliciter afflicti erant, sed sic ut probati fierent per patientiã: immo non dicit, per patientiã: sed, gaudium, quod maius erat quàm patiẽtia: neq; gaudium simpliciter dicit, sed abundantiã gaudij. ⌜Etenim multa ⌜*etenim multũ et ineffabile germinauit ipsis.* & ineffabilis germinauit uirtus. ⌜*Et profunda paupertas illorum abundauit in diuitias simplicitatis illorum.* Ite rum duo illa excellentiã habẽt. Nam sicut magna afflictio magnũ gaudiũ peperit, & abundantiam gaudij: Ita multa paupertas multas diuitias peperit eleemosynæ: hoc. n. significauit, dicẽs: Exundauit, in diuitias simplicitatis illorum. Non. n. mensura dantiũ, sed uoluntate exhibentiũ liberalitas æstimatur. Propterea nusquã dicit, diuitias datorũ, sed, diuitias simplicitatis illorũ: quod aũt dicit, hunc sensum habet: Non solũ nõ obfuit eis ad liberalitatem paupertas, sed & occasio fuit exundandi, quẽadmodũ afflictio lætandi: quò. n. pauperiores erant, hoc magis liberaliores & alacriores exhibebant. Idcirco & ualde illos miratur, quòd ex tanta inopia tantam declararint liF beralitatẽ: profunda. n. paupertas illorum, hoc est, multa & ineffabilis ostendit illorũ simplicitatẽ, sed non dixit, ostẽdit, sed, exundauit: & non dixit, simplicitatẽ, sed, diuitias simplicitatis: hoc est, æquales magnitudini paupertatis, immo & multò maius põdus liberalitatis ostẽderunt. Deinde istud & manifestius interpretatur, dicens: *Nam pro uiribus testor.* Dignus fide testis. *Etiam supra uires* hoc est, exundauit in diuitias simplicitatis illorum: imo non per hoc solũ, sed & per sequentia omnia istud declarat ⌜*Voluntarius enim*, inquit. Ecce & alia excellentia. *cum magna obsecratione.* Ecce & tertia. Et quarta, *rogantes nos.* Ecce & quinta, *& in afflictione existentes, & paupertate.* Ista sexta. & septima est, *& abundanter dederunt.* Deinde quoniã hoc apud Corinthios maximè efficere uult, ut libenter dent ac uoluntariè, in hoc potissimũ uersatur dicens, multa cũ obsecratione & rogãtes nos. Non nos illos rogamus, sed illi nos. Quid rogarunt nos? *Vt gratiam, hoc est beneficium & societatem ministerij, quæ est in sanctos suscipieremus.* Vidisti qũo iterũ honestis nominibus opus eorum extollit gratiam uocãs: & quoniã spirituum erant ęmulatores, sic appellat ut accurrant: & iterũ uocat societatẽ, ut discant quòd accipiant, non dent solùm. *Itaque hoc nos roga-*

⌜*Voluntarius enim.*

G bant, inquit, *ita ut nos reciperemus tale ministerium, & non sicut sperauerāmus.* Hoc etiam de quantitate & tribulationibus dicit. Non enim sperauerāmus, inquit, quòd in tanta tribulatione & paupertate existentes, etiā nos coegissent, & sic obtestati essent. Quin & reliquæ uitæ eorū diligentiā manifestauit dicēs. *Quinetiam semetipsos dediderūt primum domino, & nobis per uoluntatem Dei.* In omnibus.n.magis obedientes fuerunt, quàm expectauerāmus: neq; quoniā misericordes erant, alias uirtutes negligebant, sed primū seipsos dediderunt domino. Quid est, seipsos dediderūt domino? obtulerunt: probati.n. apparuerūt in fide, & magnā fortitudinē in tentationibus declararunt, honestatem, iustitiam, charitatem, alacritatemq;, & studium in omnibus alijs bonis. Quid est, & nobis? obedientes facti sunt nobis, dilexerunt, obedientes fuerunt, & dei legē implentes etiā nobis per charitatem iuncti fuerunt. Considera autem qūo & hoc loco augmentum ostendit iterum dicens, dediderunt seipsos domino, nō partim deo, partim mundo obe

H dierunt, sed totos se dediderunt deo: neque.n. quoniam misericordes erant, arrogantes facti sunt, sed multam declarātes humilitatem, multam obedientiam, honoremq; ac sapientiæ studium, eleemosynā operati sunt. Quid autem est, iuxta uoluntatem dei? Quoniam, inquit, dediderunt seipsos nobis, neq; nobis humano modo, sed etiam hoc iuxta uolūtatem dei faciebant. *In hoc ut adhortaremur Titum, ut quemadmodum antè cœpisset, & ita consummaret quoque hanc erga uos beneficentiam.* Et qūo hæc cohærent? Valde & bene superioribus iungūtur: nam quoniam uidebamus illos seruētes & strenuos in oibus, in tentationibus, in misericordia, in dilectione nostri, in tristitia, in puritate uitæ, ut & uos illis æquales efficiamini misimus Titum. Verū hoc quidē non dixit sic, sed manifestauit. Considera ingentem amorem: nam ab illis rogati sumus, ut dignaremur uestra curare, ne illis inferiores sitis. Idcirco etiam Titū misimus, unde & hinc excitati & hoc recordantes, imitemini Macedonas. Etenim Titus illic erat quando epistola ista scribebatur. Cæterū ostendit illum, etiam ante Pauli

Supr.2.b adhortationē incepisse: Vt sicut antè cepisset, inquit:

I & propterea magnas illius laudes recensēt. Nam in principio dicit, quòd non inuēto Tito fratre, nō habuerit relaxationē spiritus suus. Hoc aūt loco ea quę diximus oia, & istud quidem ipsum ad laudem pertinet: non.n. parua laus est, iam antea cepisse, sed animæ feruētis & calidę, ideo & misit illum, etiam hac ratione per aduentū Titi ut darent, illos admonēs: propterea & extollit laudibus illum, uolens Corinthijs hoīem familiarius cōmendatum. Sanè etiā hoc ad persuadendum multū ualet, quòd consulens, sic

Hic sup.a amicè afficitur, pulchrēque semel ac iterum ac tertiò cōmemorans eleemosynam gratiam uocat. Nunc quidem dicens. Certiores aūt uos reddo fratres, de gratia dei quæ data est in ecclesijs Macedoniæ. Mox aūt, uoluntariè cum magna obsecratione rogantes nos, ut gratiā & societatem susciperemus: & iterum, sicut antè cepisset, ita & cōsummaret hanc quoq; erga uos gratiam. Etenim magnum bonum & dei donum hoc est, Et ipsi deo pro uiribus nos assimilat si bene geratur. Hoc.n. potissimum est homo. Vnde dicens, quis definitionem hanc hois posuit? Magnum enim, inquit, homo, & pretiosum qd, uir misericors:

orale. ista maior est gratia quàm mortuos excitare. Nam eò quòd in nomine Iesu mortuos ⌜excitāt, hoc multò maius est, quòd pauperem ⌜pascūt deo. ⌜Nam hìc quidem tu Christo benefacis, illic aūt ipse tibi: iā est merces in benefaciendo, non in bene patiendo. Nā hìc quidē, de signis loquor, ipse debitor efficeris dei. In eleemosyna deum debitorē constituis: eleemosyna aūt est, quando cum alacritate fit, quando cum liberalitate, quando non putas dare, sed accipere, quando quasi beneficio afficiaris, quando quasi lucrum faciens & non perdens, alioqui neq; gratia est. Nam eum qui miseretur alteri, gaudere & nō succen sere oportet: qūo.n. non absurdū, si alterius soluens tristitiam ipse contristeris? non.n. illam iam eleemosynam esse finis. Si. n. tristis es, quia alium tristitia liberasti, extremæ crudelitatis & inhumanitatis indicium affers: satius.n. fuerit non liberare, quàm sic liberare. Quid aūt tristis es homo? Ne minus tibi sit auri? Omnino si hanc uoluntatem habes, ne des: si nō confidis quòd multiplicetur tibi in cœlis, ne prę-

L stes. Sed hìc quæris retributionē? propter quid? sine eleemosynam eleemosynam esse, & nō fac negociationē. Sanè multi & hìc acceperunt, sed non sic acceperunt quasi hac ratione his qui hìc non acceperūt, plus habituri essent. Cæterū & horum quidā quasi infirmiores, quoniā non ualde ab his quæ illic adjciuntur, & quemadmodū gulosi, & inertes, uētrisq; mancipia, ad regiam uocati mensam, & non expectantes congruum tēpus, sicut parui pueri, suam lætitiā lædunt, prius accipientes & satiantes se uilioribus cibis: ita certè & hi qui hìc inquirunt & accipiūt mercedem, alibi minuunt. Porrò in usurā dans, post multum quidē tempus speras accipere, fortem fortè aūt non accipere, ut dilatione maius fœnus faciat: hìc autem statim repetis, idq; cum non hìc, sed illic perpetuò futurus sis: non hìc iudicandus es, sed illic. Et si quidē tibi quis cōstruxisset domū hìc, non mā

M suro, damnū putasses: nunc autem hìc uis ditari, unde & ante uesperam sæpius emigrare contingit. Nō uides quòd in aliena terra uersamur, quasi hospites & peregrini? non uides quòd aduenas cōtingit eijci, quādo nec cogitant nec sperāt? id quod & nobis cōtingit. Sanè pp hoc quæcunq; effecerimus, hìc relinquimus: non.n. permittit dominus, ut hinc abeūtes accipiamus illa, siue domos extruxerim⁹, siue agros emerimus, siue seruos, siue supellectilia, siue aliud quiddā, non solū autem hinc abeuntes non permittit aliquid auferre, sed neq; imputat tibi in mercedē. Nam prædixit tibi ne ędifices, ne insumas aliena, sed tua. Cur igitur relictis tuis, operaris & sumptū facis in aliena, ut perdas & laborem, & mercedē, & extremū supplicium feras? Ne sic agas, sed quoniam natura sumus aduenæ, simus & uoluntate, ut ne illic fiamus peregrini & ignobiles & neglecti. Nā si hic uoluerimus fieri ciues, neq; hìc, neq; ⌜alibi simus: sin

⌜illic. peregrini māserimus, & sic cōuersabimur, ut peregrinos decet, spem societatis habebimus eorū qui hìc, & qui illic sunt ciuiū: iustus.n. licèt nihil habēs, etiam hìc & in oīm quasi in suis rebus uersabitur, & in cœlū migrās, uidebit æterna sua habitacula, & neq; hìc graue quiddā feret: neque.n. quis illū poterit facere hospitē, qui totū mundū habet ciuitatē, & accepta sua patria, acquiret ueras diuitias. Vt igitur utraq; lucrifaciamus, & quæ hìc & quæ alibi, utamur rebus nostris ut oportet. Sic.n. erimus cœlorū ciues, & magna fruemur fiducia, quā nos oēs assequi cōcedatur

A gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, pquē & cū quo patri & spiritui sancto gloria, & nunc & semper, & in secula seculorū, Amen.

Homilia. xvii.

Sed quem admodū utiq; ⌜abūdatis fide & sermone & scientia, &c. Vide iterū cū laudibus fieri adhortationem ad maiores laudes: & non dixit, ut detis: sed, ut abūdetis fide, quæ est donum, & sermone qui est sapientiæ, & scientia quæ in dogmatis consistit. *Et in omni diligentia aliarū uirtum & dilectione uestra:* hac de qua dixi, cuius & indicium fecit. *ut & in hac gratia abūdetis.* Vidisti quod propterea inde cœpit a laudibus illis, ut uia ista pgens in idem studium illos inducat. *Non secundū imperium loquor.* Vide quomodo continuo illis condonat, quomodo non sit molestus, neque uiolentus, neque compellens, immo sermo utrunq; habet, sed sine molestia ac necessitate. Nam quoniā continuò laudauit, & Macedones cōmendauit, ut ne uideatur esse necessitas quædā inquit, non secundū imperium loquor, *Sed per aliorū diligentiam etiam uestram*

B *sinceram charitatem probo:* Nò quasi dubitans, (non enim hoc nunc manifestat) sed probatum istud faciens, & demonstrans, magisq; confirmans. Nam idcirco hæc loquor, ut uos acuā ad maiorem alacritatem: & memor sum illorū diligētiæ, illustrans, honestās, prouocans uestrā affectionē. Deinde ab hoc ad maius aliud tranfit: nullū enim consilij modum prætermittit, sed omnia mouet, & apprehendit ser

Hic su.a monem, etiā ab alienis laudibus extimulat, dicens Nostis enim gratiam dei quæ data est in ecclesijs Macedoniæ: & a propijs, sed quemadmodū abundatis in oi fide, sermone & scietia. Magis.n. hoc pōt

⌜mordere. ⌜uideri, ⌜quando quis seipso deterior fit, q̄ quando alijs. Deinde ad caput & summam consilij uenit: *Scitote enim gratiā domini nostri Iesu Christi, quòd propter nos pauper factus sit cū diues esset, ut nos illius paupertate diteſceremus.* Cōsiderate, inqt, aio expendite & cogitare, gratiā dei, & ne obiter prætercurratis illam, sed bene coniectetis illius magnitudinē quanta sit & qualis, & nullis reb⁹ uestris parcetis. Ille gloriā euacuauit, non ut uos diuitijs illius, sed paupertate diteſceretis: si non credis quòd paupertas diuitias facit, cogita dominū tuū, & non ultra dubitabis: nisi n. ille factus esset pauper, tu nō factus esses

C diues. Nam hoc mirabile est, quòd paupertas opulentas fecit diuitias. Diuitias aūt hoc loco dicit, scietiā pietatis, peccatorū purificationē, iustitiam, sanctimoniā, & innumera bona quæ nobis exhibuit & exhibiturus est, maximè cū oia per paupertatem factus sit nobis. Qua paupertate? quia assumpsit carnē, & factus est homo, & passus est ea q̄ passus: quanuis ille hæc non debebat, tu aūt ipsi debebas. *Et consiliū uobis in hoc do, ad hoc ut conducat.* Vide qūo iterum studet ne molestus sit, & duobus illis sermonem mitigat, & dicendo consilium do, & ad hoc ut uobis conducat: neque enim compello & cogo, inquit, & ab inuitis exigo: neq; cōsiderans tā quid accipientibus, quā quid uobis profit hęc loquor: deinde & exemplū ab ipsis sumit, & ab alijs: *Qui qui dē nō solū facere sed & uelle tā cœpistis anno superiore.* Vides qūo ostēdit & illos uoluntarios, & absq; adhortatione ad hoc accesisse. Nam quoniam hoc testificatus erat de Thessalonicensibus, quòd uoluntariè cum multa obsecratione, eleemosynam fece-

D rint: uult etiā istorum bonum opus ostendere: ideo dicit, non solū facere, sed etiā uelle: & non solùm incipere, sed etiam incepisse ab anno superiore ad hæc uos igitur adhortor, ad q̄ antea uos paratis cū alacritate animi. *Nunc aūt & perficite.* Non dixit, facite, sed, imponite finem. *Vt quemadmodū alacritas ex uoluntate, ita & facere ⌜ex habitu:* ⌜ut hoc opus non solū sit ex alacritate, sed ēt ab operib⁹ accipiat mercedem. *Nā si prius affuerit animi promptitudo, ea iuxta quicquid illud est quod possidet aliquis, accepta est, non iuxta illud quod non possidet.* Vide ineffabilē sapientiā, cum ostendisset facientes supra suas uires (de Thessalonicensibus loquor) & laudasset illos propter hoc & dixisset, testificor illis quòd super uires prōpti fuerunt: quoniam iuxta uires hortatur solū, relinquens exēplū, ut quod suū erat, facerent: sciebat enim quod non tā laus, q̄ zelus excitat ad imitandum similes: ideo dicit, si. n. animi promptitudo prius affuerit, ea iuxta quicquid illud est, quod possidet aliquis, non iuxta illud quod non possidet, ac cepta est. Ne terrearis, inquit, quòd ita dixi: Nā hęc laus est illorum liberalitatis, deus aūt exigit iuxta E nostras uires & secundum quod habet quis, non secundū quod nō habet. Nam acceptū esse, hoc loco, significat exigi. Et crasius agit illo fidēs exēplo, ut dandi facultatē magis alliciat. Ideo & subdidit: *Non enim ut alij relaxatio sit, uobis aūt tribulatio.* Quā ⌜laudane uis Christus contranūs fecerit, ⌜de uidua loquendo quòd totū uictum euacuauit, & quicquid reliqui erat, dedit. Sed quoniā Corinthiis loquebatur ⌜hìc, dicit, magnam famem. ⌜Nam melius mihi mori, q̄ ut euacuetur gloriatio mea. Propterea congrua utitur admonitione, Laudo quidē illos qui ultra uires dant: non cogo aūtē hos sic facere: non quia non uoluit, sed quia infirmi erāt: alioqui quare illos laudasset, quòd i multa probatione tribulationis, abū dantia gaudij illorū, & profunda paupertas illorū exūdauit in diuitias simplicitatis ipsorum: & quòd supra uires dederunt: nōne satis manifestū, quia & hos ad hæc inducens? ita ut quanuis uideatur minora cōcedere, hoc faciat ut p hæc illos ad eadem inducat. Cōsidera itaq; ēt postea, quoniā clā istud F efficiat, dicens: *Succurat uestra abūdātia illorū inopiæ.* Non.n. prædictis solis, sed etiā istis, leue præceptū facit: & non hinc solū, sed etiā a retributione iterū leuiorē illā cōstruit, & maiora illorum loquitur dignitate, dicēs: *Vt fiat æqualitas in præsenti tempore, & illorum abundantia uestra inopiæ.* Quid autem est qd dicit? Floretis uos opibus, florent illi uita & fiducia in deum: detis igitur illis de opibus quibus abundatis, illi aūtē non habent: ut accipiatis a fiducia, secūdum quam illi diuites sunt, uos autem penuriam patimini. Vide quomodo clā inducit quòd super uires & de paupertate dederunt. Nā si uis, inquit, de abundantia accipere, ⌜e abūdantia da: si aūtē totū præstiteris, ex abūdantia suppeditabis & supra ui- ⌜inopia. res Sed hoc quidē non dicit: relinquit autē auditorū cogitationi, ipsēq; propositā & congruam admonitionē efficit, ut uidebatur utilis adducens ac dicens: Vt fiat æqualitas in præsenti tempore. Quomodo æqualitas? abūdātia retribuētib⁹ nobis & illis, & implētib⁹ inopiā. Et qualis ista æqualitas, spiritualia reddere pro carnalibus? multa.n. hoc loco excellentia est. Qūo igitur æqualitatem uocat? Vel secundū qd abūdare est penuriā pati uel iuxta ipsen-

Gtem uitã hoc tantũ fieri dicit. Nam propter hoc cũ dixisset, æqualitas: addidit, in præsenti tempore. Hęc autẽ dicebat etiam diuitum superbiam deprimens: ostendens, quòd post hanc uitam in maiori dignitate spirituales futuri sint. Nam hìc quidem magna honoris æqualitate omnes fruimur: tunc autem magna diiudicatio, & iusti fulgebant multò magis quã Sol. Deinde quoniã ostẽdit illos, non solũ dare, sed & maiora recipere, etiam aliunde uult hanc illorũ alacritatem cõfirmare, ostẽdens quòd etiam si non cõmunicarint alijs, nihilo plus habituri sint, omnia intus cogentes: & affert ueterẽ historiam, sic dicens:

Exo.16.d *Quemadmodũ scriptũ est, qui multũ habebat, huic nihil superfuit: & qui parũ, non minus habuit.* Hoc autem de manna factũ fuit. Nam qui plus & qui minus collegerant, inuenti sunt habere eandem mensurã, deo sic insatiabilitatẽ puniente. Hæc autẽ dicebat & terrens illos per ea quæ tunc facta, & suadens, ne plus quã par sit desiderent, neq; doleãt si minus habeãt: porrò etiam nunc uidere licet in sęcularibus hoc fieri, non in solo manna. Nam cũ omnes unum uentrem impleamus, & uno tempore uiuamus, & unũ corpus tegamus: nihil magis habet diues ex abun-

H Morale. dantia, neq; ex paupertate minus pauper. Quid igitur times paupertatẽ, quid sectaris diuitias? Timeo, inquit, ne cogar transire ad aliorũ fores, & mendicare à proximo. Audio autẽ multos etiam hoc conti nuò orantes ac dicentes, ne me sinas peruenire ut hominũ auxilio egeam & ualde rideo, hæc audiẽs: puerilis enim timor est. Nam quotidie & i omnib⁹, ut ita dicã, aliorũ opera opus habemus, atque adeò uerba hæc sunt animæ incircũspectæ & inflatę, neq; rerũ naturã manifestè scientis. Non uides quòd oẽs mutua opa indigemus? Miles opificis, opifex negociatoris, negotiator agricolæ, seruus liberi, dominus serui, pauper diuitis, diues pauperis, q nihil operatur eius qui dat eleemosynam, qui expendit eius qui accipit. Etenim qui accipit eleemosynã, maximè omnium usui est. Nam si pauperes non fuissent, id quo abundamus, saluti nostræ nõ cederet, nõ habentibus nobis quò pecunias conijceremus: atq; hic pauper qui omniũ uidetur maximè inutilis, idẽ omniũ est utilis maximè. Si aũt turpe est egere alterius opera, reliquũ est ut moriamur. qui enim hoc timere uoluerit, uiuere non poterit. Porrò, inquit, non possum ferre superciliũ surrectũ. Quid alterius accusas fastũ? teipsum accusatione ista confundis. Etenim superbi est, non ferre animæ superbę inflationẽ. Quid autẽ times hæc quæ nullius momenti sunt? Hæccine tremis & propterea paupertatem horrescis? Nam licèt diues esses, plurimorũ eorumq; uilium opera indigeres: nam quãtò magis ditescis, tantò & huic maledictioni teipsum obnoxiũ facis. Sic ignoras quid nam ores, pecunias ideo petens, ne aliquo indigeas: quẽadmodũ si quis in mare ingressus, precetur ut neque nautarũ, neque nauis, neque supellectilis uariæ usu habeat opus. Nam si uis paucissimis rebus opus habere, ora pro pauptate & si rogaueris pro re aliqua, pro solo pane rogabis uel uestẽ. Quòd autem ẽt pro agris & domibus, & pro operibus elaboratis, & pro mercedib⁹, & pro dignitate, & pro securitate, & pro gloria, & pro principibus, rogare opus habiturus es, & pro his q illis subiecti sunt, tã in rure q̃ ciuitate, & pro negotiatoribus & mercatorib⁹. Vides quòd extremę insipientiæ uerba sint: omnino. n. si horrẽdũ tibi uidetur alterius indigere opera, nõ est possibile K ut ab hac libereris necessitate. Si aũt uis turbã fugere, licet ad portũ paupertatis, qui fluctibus caret, cõfugere: amputa multã negotiorũ turbam, & non putabis hoc eẽ turpe quòd egeas alio. Ineffabilis. n. sapientiæ dei opus hoc est. Nã cũ mutua opera indigeamus, & necessitas illa nõ cõciliaret amicitias nostras si omnia sufficerent, nõne essemus indomitæ bestiæ? Ita deus subiecit nos nobis inuicẽ ob hãc necessitatẽ, ut quotidie alter alterũ reqrat: & si hoc frenũ abstulisset, quis facilè proximi amasset amicitiã? certè neq; hoc putemus esse fœdũ, neque deprecemur & dicamus, ne des ut nos opera cuiusdam utamur, sed oremus dicentes, ne sinas nos qui aliorũ opera indigemus, respuere eos q nos iuuare possunt: neq; hoc onerosum sit quòd alterius opera indigemus, sed si q̃ aliorũ sunt rapimus. At qui pro illis quidẽ nunq̃ oramus, neq; dicimus, ne des ut aliena cõcupiscamus, sed quòd egemus, uidetur deprecabile: quãuis Paulus sępe opus habẽs aliorũ opera, non erubuit, sed & gloriatus est, & laudabat ministraturos dicẽs, quod & semel & secũdò i usus meos L misistis: & iterũ, alias ecclesias dẽpdatus sum, sumptu accepto i uestrũ ministeriũ. Nõ igitur ingenuita Phili.4.c tis est, de his cõfundi, sed mollis ac sordidę ac stultę Hic inf.b aiæ. Etenim deo usum est, ut mutua opera habeamus opus. Ne igitur ultra mensurã rigidus sis. Sed non possum, inqt, ferre hoiem, sæpe rogãtem, & nõ ⌜sæpe rogatũ, & cedentem. Et qũo te feret deus rogantem? qui & te orat, & tu nõ obedis, & nihilominus oras: ⌜dicit. n. nõ cedentẽ. Et qũo legatione fungimur pro Christo, quasi deo orante te feret per nos, conciliemini deo. Cæterum seruus illius, in deus, à quit, sum. Et quid hoc? Nam quãdo tu quidẽ ebrius quo rogatus nõ es seruus, dominus autẽ esurit, & neque necessario obedis & cibo fruitur: quid te⌜ offendit⌜ seruitutis nomen? Sanè rogatus hoc quidẽ etiã magis te grauabit. Nam quando sup his q̃ tu quidẽ manes in tridinijs, ille autẽ neque tecti par tibi cõferticeps est: quando tu in delicatis stratis, ille autẽ runt? neque ceruical habet. Sed dicit, dedi. Verùm non opor Supr.5.d tebat talia facientem cessare: tunc. n. solũ rectè ita re ⌜defen spondebis, quando non habes, quando nihil possi det. des: quandiu autẽ habueris, licèt innumera dederis, M & sint multi esurientes, nulla tibi prodest defensio: quando autẽ & recludis frumentũ, & pretium auges, & nouas alterius negotiationis uias excogitas: qualẽ tunc salutis spẽ habiturus es? Gratis iussus es dare esurienti: tu autẽ neque iusto pretio uendis. Ille propter te tantã gloriã exuit, tu aũt illum neq; pane dignũ censes: sed canis quidẽ impletus est, Christus aũt fame perit: & minister quidẽ præ satietate rumpitur, tuus autẽ & illius dominus necessario alimento caret. Et ubi sunt ista amicorũ opera, recõciliemini deo: hæc. n. hostium sunt & expugnantium. Erubescam⁹ igitur tãta illa beneficia quę accepim⁹, & quæ accepturi sumus: & si accesserit pauper orãs magna beneuolentia illũ accipiamus, obsecrãtes & sermone erigentes, ut & eadem nobis à deo & homin⁹ cõringant. Nam quæcunq; uolueritis ut faciãt uobis hoies, & uos facite illis: nihil onerosum, Mat.7.b nihil molestũ habet hæc lex. Quæ uolueris pati, hęc fac, inqt: par retributio: & nõ dixit, quę non uolueris pati neq; faciatis: sed quod maius. Nã illud quidẽ est abstinentia malorũ, hoc autẽ est operatio bonorũ: & illud i isto cõprehensum est: & nõ dixit, hęc & uos uelitis, sed, facite illis. ⌜Et qd lucri? hęc est lex &

A prophetæ. Misericordiam uis assequi, igitur miserere: ueniam cupis impetrare, igitur communica: uis non malè audire, igitur neq; dic: desideras laudari, igitur lauda: uis non fraudem pati, igitur ne defraudes. Vidisti quomodo ostẽdit naturæ legẽ esse, & nõ egere nos externis legib⁹ & doctoribus: q̃ enim uolumus pati uel non pati à proximis, ea ipsa imperemus nobis, & sic legẽ nobis ponamus: & ita si uolueris quidẽ non pati, feceris autẽ illud, ⌜aut contra uelles qui dẽ tibi fieri, nec tamen aliis feceris, ⌜reus factus es, & nulla iam excusatione frueris quasi ignorãs, & quæ faciẽda sint nescies. Ideo oro ut excitata hac lege in nobisipsis & per nosipsos legamus hæc tã breuia & manifesta scripta, talesq; sim⁹ erga proximũ, quales & illos erga nos esse uolum⁹, ut & psenti copia fruamur, & futura bona assequamur. Quæ nobis oĩbus contingat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cũ patre & uiuifico spiritu sit gloria, honor & imperium nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

B *Homilia. xviij.*

Ratia autem deo, qui dedit eandem solicitudinẽ pro uobis in corde Titi. Iterũ illum laudat post quam de eleemosyna disserut: nunc disserit etiam de his qui ab illis pecuniam accepturi erant, & portaturi eas. Hoc enim conferebat ad hãc collectionem, ut maiorem faceret illorum alacritatem. Nam qui ministris bene confidit, & de recipientibus nihil suspicatur, maiori liberalitate impendit: quod sanè ut & tunc fieret, audi quomodo commendat cum pecunia profecturos, quorum primus erat Titus, unde & dicit: *Gratia autem deo, qui dedit eandem solicitudinem pro uobis in corde Titi.* Quid est, eandem? eam scilicet quam & pro Thessalonicensibus habuit, uel eandem quam ego: & uide sapientiam, dei monstrãs opus hoc esse: & gratias agit ei qui dedit, atq; adeò sic adhortatur. Nam si deus illum excitauit & misit ad uos, ipse petit per illum: ne igitur putetis humanũ esse quod factum est. Et unde manifestum, qd deus illum adhortatus est? *Quia adhortationem accepit, & cùm esset diligentior, sua sponte ad uos uenit.* Vide quomodo & illum ostendit quæ sua sunt facere, non ali

C ter rogatum: & cùm dixisset dei gratiam, nõ permittit dei totum esse. Iterum ut & sic ad maiorem illos charitatem prouocet, dicens quòd & à se excitatus sit: diligentior enim cùm esset, sua sponte, ad uos uenit: arripuit negotium, apprehendit thesaurum, uestrum ministerium suam putauit esse utilitatem, & quòd ualde uos diligit, neque exhortatus mea rogatione: nam licèt quidem & à me rogatus sit, non tamen hinc excitatus est, sed à seipso & gratia dei. *Misimus autem & cum illo fratrem, cuius laus in euãgelio per omnes ecclesias.* Et quis est ille frater? Quidam sanè Lucam putant, & dicunt, propter historiam quam scilicet scripsit: quidam autem Barnabam, etenim etiã non scriptam prædicationem, euãgelium uocat. Et quare non ponit illorum nomina, sed Titum quidẽ etiam nominatim indicat, & à cooperatione in euã gelio laudat? Quãdoquidem adeò erat utilis, ut pro- ⌜posset pter absentiam illius, alicubi neq; Paulus ⌜rogaretur ⌜ magnum quiddam & præclarum facere (dicit enim, Supr.2.c. non inuento Tito fratre suo, non habuisse relaxationem in spiritu suo,) & à charitate quã haberet erga Ibid.7.d. illos. Nam uiscera illius, quæ erga uos sunt, inqt, abũdantius. Et à solicitudine in opere laudat: sua. n. spõ-

D te ad uos uenit, inquit. Hos autẽ neque similiter cõmendat, neque nominatim ponit. Quid igitur est dicendum? Fortè illos ignorabant, & propterea nõ immoratur in illorum laudibus: & quoniam nondũ periculum erat illis fecerant, tantùm dicit quantũ ad cõmendationem illis sufficiebat, & ut malã suspicionẽ pelleret. Cæterùm uideamus unde & illum commẽdet. Et unde nam commendat? primũ à ptædicatione laudat, non quòd prædicabat solùm, sed quia & ut oportebat, & cũ conuenienti solicitudine: non. n. dixit, quòd prædicat & euãgelizat, sed cuius laus est in euangelio: ne uideretur illi adulari, non unũ uel duos, uel tres hoies, sed totas ecclesias illi adducit testes dicens, per omnes ecclesias: deinde & à iudicio illorum qui delegerant, eum uenerabilem fecit: non paruum autem etiam hoc est, propterea ⌜hoc facit, ⌜quũ dicuius laus in euangelio per oẽs ecclesias: ⌜& addit, ⌜xisset, Non solum autem. Quid est, non solùm autem? Non ⌜addidit solũ ex hoc, inquit, est uenerabilis, quòd prædicatio eius celebratur & commendatur ab omnibus, *Sed* E *etiam quòd delectus est ab ecclesiis quæ nobiscum.* Vnde mihi uidetur Barnabã insinuare, & magnã illius dignitatẽ significare: ostendit enim & propter qd delectus sit. *Comes enim*, inquit, *peregrinationis nostræ, cum hac gratia quæ administratur à nobis.* Vidisti quantæ illius laudes in euangelio clarus erat, & ecclesias habebat testes, & delectus est à nobis, & ad eadem ad q̃ Paulus, & ubique socius illius fuit, & in tẽtationibus & piculis: hoc enim nomẽ, peregrinationis, insinuat. Quid autem est, cum gratia ista quæ administratur à nobis? uel dicit quòd sermonẽ annunciet & euãgelium prædicet, uel quòd pecunias administret: mihi autẽ uidetur de utroq; dicere. Postea subdit, *Ad eiusdem domini gloriam & promptitudinem uestram.* Quod autem dicit, hunc sensum habet: Dignati sumus hũc deligere nobiscum, & ordinare ad hoc opus, ita ut sacrarũ pecuniarum dispensator sit ac minister: non enim hoc parum erat: dicit enim, Considerate uiros Actо.6. ex uobis, qui testimonium habent septẽ, & delectus est ab ecclesiis, etiã totius populi suffragiis. Quid est ad eiusdem domini gloriam & promptitudinem uestram? Vt & deus glorificetur, & ut uos alacriores efficiamini, cũ hi qui pecunias suscipiunt tam probati F sint, & ab omni suspicione alieni: propter hoc tales inquisiuimus, & uni soli non totum permisimus, ut & hãc suspicionẽ effugiamus, sed & Titũ misimus, & cum illo alium. Deinde exponens hoc ad gloriam domini & promptitudinẽ uestram, subdidit, *Cauentes hoc nequis nos carpat, in hac abundantia quæ administratur à nobis.* Quid nam est quod dicitur, nõ dignũ uirtute Pauli, & multam illius declarãs prouidentiã & curam? Nam nequis suspicetur, inquit, uel parum quiddam contra nos, quod reprehensione dignum, quòd de cõcreditis pecuniis aliqd uobis usurpemus: propterea tales misimus, & non unum solum, sed & duos & tres. Vidisti quomodo liberat illos ab omni suspicione, commendãs nõ ab euãgelio, neq; ab electione solũ, sed etiam quòd probati sint, & propterea electi, ita ut nihil suspicentur? & non dixit, ne uos uituperetis, sed nequis alius: quanuis certè propter illos hoc fecerit, & insinuauit dicens: In eiusdẽ domini gloriam & promptitudinẽ uestram. Attamen nõ uult illos pstringere, sed aliter dicit, Cauẽtes ne hoc faciamus: & neq; hoc cõtentus est, & hoc quod adiicit, iterum curat dicens, In abundantia ista quæ ad

G ministratur à nobis, & cum laude pondus ponens. Nam ne doleant, neq; dicãt, Nos sanè habemus qd suspicemur, & sic eram⁹ miseri, quòd suspicabamur aliquando talia, illos corrigẽs, dicit: Multę sunt pecuniæ quas uos mittitis, & hæc est abundantia: id est, pecuniarũ multitudo sufficiebat malis dare suspicionem, nisi securitatem exhibuissemus. *Prouidemus n. bona non solùm coram domino, sed etiam corã hominib us.* Quid Paulo par fuerit? Nam non dixit, pereat & male habeat, qui uoluerit tale quiddã suspicari, quãdiu me non condemnarit cõscientia, nulla mihi ratio erit suspicionis eorum: sed quanto infirmiores erant, tanto magis se illis accommodat: infirmũ enim iuuare, nõ indignatione deprimere oportet. At nos à quo peccato sumus tam procul, quam ille ab hac suspitiõe? Nã neque siquis dæmõ esset, suspicaretur beatũ illũ sic infidele: attamẽ etiam à mala suspicione intantũ alienus omnia facit & operatur, ut neq; umbrã quã dam relinquat his qui suspicari aliquid uoluerint, & non solùm accusationes declinet, sed etiam quãuis parua uituperia minimamq; suspicionem. *Misimus au*

H *tem cum illis fratrem n ostrum.* Eccce & tertium adiungit, & hunc quoq; non sine laudibus, suoq; & multo rũ testium suffragiis. *Quem probaueramus*, inqt, *in mul tis sæpenumero diligẽt m: nunc autem multò diligentiorẽ.* Et laudato illo a suis operibus, etiam extollit à chari

Hic sup.c tate erga illos: & quod de Tito dicebat, cũ diligens esset, sua sponte ad eos ierit: hoc & de illo dicẽs, Nũc multo diligentiorẽ. Prius deponens apud illos semina charitatis erga Corinthios, & deinde ubi ostẽdit illorum uirtutem, hortatur & ipsos pro illis, dicens. *Siue Titi nomine qui socius meus est, & erga uos adiutor.* Quid est, siue Titi nomine? Si dicendũ est, inqt, hæc possum dicere, quòd socius meus est, etiã erga uos adiutor: uel enim hoc inquit, uel quòd Titi nomine aliqd facietis, quia non uulgari homini facturi estis, nam socius meus est: cunque uidetur hunc laudare, illos extollit, monstrans sic affectos erga se, quòd sufficiat ut agnoscant aliquẽ eius esse socium, ita ut honorem illi impendant: uel untamen non est hoc contentus, sed adiicit etiã aliud dicens, *Adiutor erga uos.* Non simpliciter adiutor, sed in his quæ ad uos spectant in uestra profectione, in incremento, in amici

I tia, in studio erga uos: id quod illum ipsis maximè cõmendare ualebat. *Siue aliorũ qui fratres nostri sunt.* Siue, inquit, aliorũ nomine audire aliquid uultis. Et hi tam bene meriti sunt, ut iustissimè propter se uobis cõmendentur. *Et enim & ipsi*, inquit, *fratres nostri sunt, & apostoli ecclesiarum*: Hoc est, ab ecclesiis missi. Deinde quod maius his omnibus, *Gloria Christi*. In illũ enim referuntur, quæcunque his facta fuerint: siue igitur ut fratres illos uolueritis excipere, siue ut apostolos ecclesiarum, siue ut aliquid in glorã Christi facientes, multas habetis occasiones beneuolentiæ erga illos. Nã pro Tito possum aliquid dicere, qd & meus socius sit, & uester amicus: pro his autẽ, qd fratres, quòd apostoli ecclesiarũ, qd gloria Christi. Vides quòd & hinc manifestũ, quòd ipsi fuerint ex ignotis, alioqui eos iisdẽ ornasset laudibus, quibus & Titum. Dico sanè de dilectione erga illos, sed quoniã nondũ noti erãt, quasi fratres accipite ut apostolos ecclesiarum, & facièes in glorã dei. Ideo subdit: *Proinde documentum charitatis uestræ & nostræ de uobis gloriationis in eos demonstretis etiam in conspectu ecclesia*

f ostẽdite *rum.* Nũc f accipite, inqt, quomodo nos quidẽ diligi

K tis: quomodo autem nos non simpliciter, neq; temerè de uobis gloriemur declarate, hoc facietis si dilectionẽ in illos declaraueritis. Et deinde facit sermonem horribiliorem dicens, in conspectu ecclesiarũ: in gloriam, inquit, ecclesiarum, in honorem. Nã si illos honoraueritis, ecclesias q̃ miserunt honoraueritis. Non enim illorum duntaxat honor erit, sed etiã eorũ qui miserunt & elegerunt, & ante omnia in gloriam dei: quãdo enim honorauerimus eos qui ipsi ministrant, in ipsum gloria pertingit. In commune ecclesiarũ. Non paruum autẽ & hoc fuerit, etenim magna est potentia synodi, id est, ecclesiarum. Oratio *Morale.* earum Petrũ à uinculis soluit, Pauli os aperuit. Earũ *Act.12.d* suffragium etiã eos qui ad spirituales principatus uẽturi sunt, non parum ornat: propter hoc & ordinaturus etiã tunc illorum uocat preces, & ipsi sententias ferunt & acclamant, id quod initiati sciunt. Non n. fas est non initiatis omnia detegere. Est autem ubi nihil differt sacerdos à subdito, ut quando fruendũ est horrendis mysteriis: similiter enim omnes ut illa percipiamus, digni habemur. Nõ sicut in ueteri lege, L parte quidẽ sacerdos comedebat, partem autẽ populus, & non licebat populo participem esse eorum *Leuit.10* quorũ particeps erat sacerdos: sed nunc nõ sic, uerũ *c.& 22.a* omnibus unum corpus proponitur & poculũ unũ. *b.* Quin & in precibus, uiderit quis populum multũ si mul offerre, cũ pro energumenis, tum pro pœnitentibus: communes enim preces à sacerdote & ab illis fiunt, & omnes unam dicunt orationem, orationẽ *Matt.6.b* misericordia plenam. Iterũ ubi excluserimus à sacerdotalibus ambitibus eos, qui non possunt esse participes sanctę mensæ, alia faciẽda est oratio, & omnes similiter super terrã iacemus, & omnes similiter surgimus. Quando iterum pax communicãda, omnes similiter salutamus. In iisdem iterum horrendissimis mysteriis bene p̃catur sacerdos populo, & bene precatur populus sacerdoti. Nam, cum spiritu tuo, nihil aliud est quàm hoc, f ea quæ sunt Eucharistię, id est, *f Rursum* gratiarum actionis f communia sunt omnia. neque *q̃ ad gra* enim ille solus gratias agit, sed etiã omnis populus. *tiarum* prius enim accepta illorum uoce, deinde congrega- *actionem* tis illis ut dignè & iustè hoc fiat, incipit f Heucharistiã. *pertinẽt.* Et quid miraris, si cum sacerdote populus loquitur? *f ΕὐχαριστίαΝ* Vbi sanè & cum illis Cherubin & supernis potestati- *.i gratia* bus, communiter sanctos illos hymnos personant. *rũ actio-* Hæc sanè à nobis dicta sunt, ut omnes etiã q̃ reguntur *nem ne-* sobrii sint, ut discamus qd unum corpus oẽs sumus, tantum inter nos habentes discrimen, quantũ *quis de* membra à membris, & ne totum in sacerdotes iacia- *sacramen* mus, sed & ipsi tanquam pro communi corpore, sic *to illo di-* ecclesiæ uniuersæ curam geramus. Hoc enim & no- *ctum cen* bis & uobis maiorẽ p̃stat securitatẽ, magisq; ad uir- *seat.* tutes p̃parat. Vnde audi & de apostolis, quomodo *1.Co 12.b* sæpe subditos sententiæ socios acceperunt. Etenim *Act.6.a.* quãdo septẽ elegerũt, prius populo consilũ communicarunt. Et quãdo Matthiam, Petrus id egit præsentibus omnibus tunc & uiris & mulieribus. Nõ enim *Ibid.1.d.* est hic fastus principum & seruilitas subditorũ, sed principatus spiritualis, hoc magis excellẽs, quò plus laborem & curarum pro uobis suscipitur, nõ quod pleres honores inquirãtur. Etenim ecclesiã sicut domum unam oportet inhabitare, & sicut corpus unũ affici. Vnde quemadmodum & baptisma unũ est, & *Ephe.4.a* mensa una est, & fons unus, & creatura una, & pater unus: quid igitur diffecti sumus, tantis nos in unum

A cogẽtibus? cur discerpti sumus? Cogimur enim eadẽ deplorare, quæ sæpius deplorauí. Res præsentes lu ctu dignæ sunt, adeò multum inter nos sumus diuisi. Oportebat unius corporis imitari conglutinationem, sic enim & à minore maior lucrum habere

Exo.18.c poterit. Nam cùm Moyses à socero utile quiddã didicerit, id quod ipse non cognouerat: multò magis in ecclesia hoc fiat. Et quid nam est quod cognoscit infidelis, quod nescìebat spiritualis? ut discant om-

Ibi.14.c nes qui tunc, quòd homo esset, licèt mare diuisisset,

& .17.b. & petram rupisset, ac dei gratia indigeat: & quòd illa non sunt humanæ naturæ, sed diuinæ potentiæ, Et nunc siquis nõ dixerit quod oportet, surgat alius & dicat, licèt minor sit: dicat autem aliquid utile,

f confir- f confirmet f sententiam: licèt minimus sit, ne despe-

ma. xeris: nullus enim horum tantùm distat à proximo, quantùm socer à Moyse: nec tamen detrectauit audire, sed & recepit sententiam, & obediuit, & scriptis commendauit, & non est confusus, illa historiis credere, ut multorum fastum destruat. Vnde etiam

B quasi in statua, uitę hæc scripsit: sciebat enim multis futurã utilẽ historiam, ne dispiciamus eos qui utilia cõsulunt, licèt subditi sunt & uiles: neque illa q̃ nos introduxerimus, uim habere ac robur oía putemus, sed ea quæ apparent conducibilia hæc ab oibus cõfirmentur: sæpe enim fit, ut hallucinantes pleraq; uideant, quæ non cernant acutè uidentes, eo qd diligentiores sint & circunspectiores. Ne autẽ dicas, qd me uocas in concilium, si non audis quod dico? Nõ sunt hæ obiectiones cõsiliarij, sed tyranni. Consilia rius enim solũ dominus est ut loquatur sua: si autẽ & alio utiliora ostendẽte, uult fieri ea quæ ipse dicit, non iam cõsiliarius est, sed tyrannus, ut dixi. Proinde ne sic faciamus, sed liberemus animã ab omni fastu & arrogantia. Consideremus nõ solũ ut nostra subsistant, sed ut utilis sententia robur habeat, etiamsi à nobis non afferatur: neq; enim paruum lucrum facimus, etiãsi non quæ oportet inueniamus ipsi, sed accipiamus ea quæ ab aliis dicta sunt. Nã & sic à deo mercedẽ accipiemus, gloriaq; maxima fruemur. Nã

C quemadmodũ ille qui utilia dixerit, sapiens est: ita nos ea recipientes, laudem consequamur intelligẽtię & obsequelæ: Ita & domus, & ciuitates, & ecclesiæ si sic regãtur, magnũ accipiẽt incrementũ, & nos quoque optimè administrata uita hac, futura bona adipiscemur: quæ nobis oĩbus contingant, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cũ quo patri, ac sancto spiritui gloria, nunc & semp, & in secula seculorum, Amen.

Homilia.xix.

Cap.1 X. Am de *subministratione in sanctos, supuacuũ est n mihi uob is scribere.* Cùm tanta de ministerio illo dixisset, hìc dicit, superuacuum mihi est uobis scribere. Et non solùm hoc declarat illius prudẽtiam, quòd post tot dicta dicit, superuacuũ mihi est uobis scribere, sed quòd iterũ de illo disserit. Nã hæc quidã quæ paulò antea dixit de his qui suscepe-

Supr.8.a runt pecunias dicit, ita ut magno honore illos ornaret: quæ autem antè illa de Macedonibus retulit, qd profunda paupertas illorũ exundarit, in diuitias simplicitatis illorum, aliaq; oia de misericordia & eleemosyna, quanuis antea tanta dixerit: iterum tamẽ dicturus, superfluũ mihi est uobis scribere, inquit. facit autem hoc ut magis illos conciliet. confunditur. n. homo existimationem talẽ habens, quasi non opus habeat cõsilio, si nõ esset talis, & inferior inueniatur, D & ea existimatione priuetur: ita & in accusatiõe sæpe facit, si per occupationẽ aliquid dicitur. etenim magnam habet uim. Iudex. n. uidens magnanimitatem accusatoris, nihil iam suspicatur. cogitat enim f quòd quãuis nihil dicat, possit tamẽ multa dicere, quoniã etiã quæ non sunt, fecerit & dederit: & plus suspicatur quam dicitur, & apud seipsum bonorum morũ opinionem concipit. Hæc ex animi consilio & cum laudibus f hic facit: dicens enim, *Superuacuum est mihi scribere.* Vide quomodo consulit: *Noui enim promptitudinem uestram quã de uobis iactо apud Macedones.* Sanè magnũ quidem est illum scire, multò autem magis quòd aliis annunciat. maiorem enim uim habet. noluissent sanè in tanta re confundi. Vidisti sapiẽtiam consilii, ab aliis Macedonibus scilicet, Notã uobis facio, inquit, gratiã dei, quæ data est in ecclesiis Macedoniæ: adhortabatur per illos. dicit enim quòd quidem non solùm facere, sed etiam uelle, *iam antea cœperitis anno superiore*. Hortabatur item & à domino: Scitis enim, inquit, gratiã domini, quòd propter nos pauper factus est. Iterum confugis ad hoc caput ualidum f alia ratione. f Nam humanũ genus æmula lationis studiosum est, & oportebat quidem exẽplo domini illos magis allici, & post illud retributiõis argumentum produci: sed quoniam infirmiores erãt, posteriori illo magis alliciebantur. Nihil enim tantũ operatur, quantùm zelus. Cõsidera autẽ quomodo istud nouo quodam modo introducit. Nõ enim dixit, illos imitemini, sed quid? *Zelus uester prouocauit quamplures*. Quid dicis? paulò antè dicebas, qd ipsi promiserint, cũ multa obsecratione rogantes nos: quomodo igitur zelus uester incitauit? Etiam, inqt, nõ consulebamus, nõ obsecrabamus, sed solùm laudabam⁹ uos, & de uobis gloriabamur. idq; illis ad adhortationẽ sufficiebat. Vidisti quomodo illos, dum uicissim laudat, extimulat, & hos per illos, & illos per hos. Porrò zelo etiã maximam laudem admiscuit. Vnde ne f uideretur adulanter illos extollere, breuiter dicit: f Zelo⁹ uester prouocauit multos. Cogita igitur quantũ sit, alios factos authores tantę liberalitatis, ipsusq; posteriores in oblatione ista fieri: propter hoc non dixit, imitemini illos: non enim tantum habebant zelum, sed quomodo? illi uos imitabãtur: ne uideamini minores discipulis q estis doctores. Et ui de quomodo extimulet illos, & magis accẽdat: simulat enim cũ illis stare, quasi in contentione quadam & lucta partem illorum recensens: quemadmodum enim superius dicebat, sua spõte cum multa obsecratione accesserunt nos, ut rogaremus nos Titũ, ut sicut antea f cœpistis, ita perficiatis f hanc gratiam: Sic & hic dicit, *Propter hoc misi fratres, ut non inanis fiat gloria nostra.* Vidisti illum certantem ac trementem, ut ne uideatur adhortationis gratia solùm dixisse hæc quæ dixit: sed, inquit, ut sic res habeat, misi fratris: tã tam pro uobis habens solicitudinẽ, ut ne inanis fiat gloria nostra. Et uidetur se facere partẽ Corinthiorum per omnia, quanuis parẽ omnium curam haberet. Quod autem dicit, hũc habet sensum: Valde honestor i uobis, apud omnes de uobis glorior, & me iacto: ita, ut si minores fueritis, cõmunis futura sit confusio. hoc aũt modestè dixit: apposuit. n. in hac Parte, non ubique. *Quemadmodum dicebã, parati sitis.* Non. n. dixit, quòd in futurum parent, sed quòd parata sint, & qd nihil illis desit. Hoc igitur uolo factis,

f is qui q̃ dicere po test: non dicit, tamen, quo ea q̃ non sunt effin gere pote rit? Et plura quam di cat suspicandi occasionem præbet, ac sibi ipsi ui rebus opi monẽ conciliat: hoc & in cõsi lio & in laudibus Supr. 8.b f qd ab ea lys ducitur

f illos extolleret, moderatè exequitur dicẽs:

Supr.8.a f cœpit, ita perficiat.

monstrare, inquit. Deinde suam angustiã augens dicit, *Ne quo pacto fiat si uenerint mecũ Macedones, confundamur nos: ut ne dicã, uos, in hoc argumento gloriationis.* Maior confusio, quãdo plures statuit spectatores, & eos qui audierant. Et nõ dixit, affero enim mecũ Macedones, sed uenient Macedones mecũ, ne uideatur hoc dedita opa facere, sed quomodo? Ne quo pacto si uenerint mecũ Macedones: cõtingit enim, inquit, ut hoc fiat, & ita sermonẽ magis alienũ à suspicione facit: si autẽ ille affirmasset, contentiosiorem fecisset. Vide quomodo nõ à spiritualibus solũ, sed & ab humanis rebus illos induxerit. Nã si & me non habeatis pro magno, inqt, & cõfiditis quòd ignoscam, sed cogitate Macedones si quo pacto ueniãt & inueniãt uos: & non dixit, non uolentes: sed, imparatos, & nõ omnia implentes. Si autẽ hoc confusionem affert, quod nõ statim, neq; totum affertur: cogita quantũ sit, ⌜nihil prorsus aut ⌟ minus q̃ oportet afferre. Deinde mansuetẽ quod sibi euẽturum sit, & seueriter ponit sic dicens, Confundamur nos, ut ne dicã, uos: & iterum punit, dicens: In hoc argumẽto gloriationis.

H non segniores faciens, sed ostendens eos qui in aliis probati sunt, etiã in hoc magnam habere debere alacritatem. *Proinde necessariũ arbitratus sum adhortari fratres, ut prius præpararent hanc benedictionẽ uestrã, ut in promptu sit sicut benedictio, & non sicut auaritia.* Iterum istud aliter assumpsit, & ne uideatur simpliciter hæc dicere, causam uiæ nõ aliã esse dicit: sed ita, ut ne ipsi confunderentur. Vides quòd dicẽdo, superuacuũ est mihi uobis scribere, initium consilii sit. Vides etiam quanta de hoc ministerio differat: cum hoc autẽ & aliud dicere licet, quòd ne uideatur sibi cõtradicere, dicens superuacuũ, & nihilominus de illis differens: ad hoc ut de celeritate & largitate ac promptitudine tracter, quibus & illud efficit. Nam tria hæc exigit: & mouit quidem hæc capita, etiam in principio. Nam quãdo dicit, in multa probatione afflictionis, abũdãtia gaudij illorũ & profunda paupertas exuberauit, in diuitias simplicitatis illorũ: nihil aliud dicit, quàm quòd & multũ obtulerint, & cũ gaudio ac celeritate: & non solùm multum dare, illos non offendit, sed neque quòd in tẽtationibus erant, id quod datione grauius est. & quòd seipsos nobis dederũt, ostẽdit sanè & hoc, alacritatem illorum & quòd multùm credant. Iterum autẽ & hoc loco eadem in manus assumit. Nam quoniã hæc contraria sunt, ⌜cupiditas ⌜ & alacritas: & alius quidem multũ dans, sæpius dolet: alius uerò ⌜dolet, quia minus dat: ⌜ uide quomodo utriusque curam gerat, cum sapientia se digna. non enim dixit, parum melius dare & cũ uoluntate, quã cũ coactione multum: quoniã & multum & uoluntariè uolebat illos offerre. sed quomodo? *Vt prius per ficiant benedictionẽ uestrã, ut sit parata sicut benedictio, & nõ sicut auaritia.* Prius incipit à leuiore & suauiore, quã à necessitate. Benedictio enim, inquit, est. Vide quomodo ĩ admonitionis loco fructus statim ostẽdit germinãtes, & benedictione plenos suppeditãtes, uocabulo; benedictionis illos allexit. nullus. n. benedictionẽ dat cum tristitia: & neq; illo contentus est, sed addidit: Nõ ut auaritia: ne putetis, inqt, quòd illã quasi auari recipiamus. Sed ut uobis sim⁹ authores benedictionis. Auaritia enim inuoluntariorũ est: & ita qui eleemosynã dat inuitus, auarè dat. Deinde ab hoc iterum ad illud transit, ut libenter dent. *Illud autem dico*: hoc est, cum hoc & illud dixerim. Quid? *Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet.* Et nõ dixit, tenuiter, sed celebrius, parci noĩe posito: & rem semen uocauit, ut statim ad retributionẽ spectes, messis; q recorderis, & discas quòd plura accipis, quã das. Ideo non dixit, qui dat, sed, qui seminat: & non dixit, uos si seminaueritis, sed generalem sermonem facit: neq; dixit, largiter: sed, in benedictionibus, quod illo multò maius est. Et iterũ ad prius regreditur, quod gratum est, dicens: *Vnusquisque secundum quod proponit in corde*, imò non ex tristitia uel ex necessitate faciat. Vnde & hoc diligẽter tractat: nam cũ dixisset, secundum quod propositũ est in corde, addidit, *nec ex tristitia, neque ex necessitate*. Et neque hoc contentus est, sed etiã à scriptura testimonium addidit, dicens: *Hilarem enim datorẽ diligit deus.* Vidisti quomodo continuò hoc ponit, nõ iuxta imperiũ dico, & consiliũ in hoc do, & sicut benedictionem, & non sicut auaritiam: & iterum, nõ ex tristitia, neq; ex necessitate: hilarẽ enim datorẽ diligit deus. Hoc loco opinor ⌜hilarem ⌟ largum dici, ueruntamen ipse accepit hoc nomen, ut cum pröptitudine detur. Nã quoniã exemplum Macedonum & alia omnia sufficiebant ad instituendam ⌜ ordinationẽ, ⌜ non multa de illo loquitur, sed de eo, ne inuiti dent. Nam quum opus sit uirtutis: omne autẽ quod ex necessitate fit, minuit mercedẽ: meritò hoc agit, & non cõsulit solùm, sed & precatur id quod semper facit, dicens: *Potens autem est deus, ut impleat omnẽ gratiam erga uos.* Per preces rationem quæ hanc liberalitatem non nihil impugnat, tollit, eam inquã quæ etiam nunc multis obstaculo est. Etenim plerq; timent eleemosynã dare dicẽtes, Ne fortè pauper fiam, ne fortè alijs indigeam: hunc autem soluẽs metum, opponit orationẽ dicens, omnem gratiã abundare faciat erga uos, nõ simpliciter impleri, sed abũdare faciat, inqt. Quid autem est, gratiam abundare? Impleti, inquit, uos tãtis, ut positis abundantes esse in hac liberalitate. *Vt in omnibus semper omnem sufficientiã habentes abũdetis*, inquit, *in omne opus bonum*. Vide etiã in oratione illius magnam philosophiam, non diuitias precatur, neq; abundantiã, sed omnẽ sufficientiã. Et non solũ hoc est in illo mirabile, sed quòd superfluũ nõ precatur. Ita neq; affligit illos, neq; cogit de penuria dare, attemperans se illorũ infirmitati, sed sufficientiam petit, & ostẽdit simul quomodo ⌜ donis à deo datis uti oporteat. Vt abundetis, inquit, in omne opus bonũ: propter hoc, inquit, & peto, ut & aliis suppeditetis. & ⌜non dixit, suppeditetis, sed, abundetis. Nã in carnalibus sufficientiam illis petit, in spiritualibus autẽ & abundantiam, non in eleemosyna solũ, sed & in aliis omnibus, in omne opus bonũ. Deinde prophetam illis adducit, consultum testimoniũ, quòd ad liberalitatem illos prouocare posset, inquires dicit, sicut ⌜scriptũ est, *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia illius manet in seculũ.* Hoc est, abundetis. Nam quòd dicit, dispersit, nihil aliud manifestat, quã quòd cum liberalitate dedit. Nam quanuis hæc non maneant, manẽt tamẽ quæ ex illis nascũtur. Etenim mirabile est, quòd quæ custodiuntur pereunt, quæ autẽ dispergũtur manent, & manent semper: iustitiam autẽ hoc loco misericordiã uocauit. Etenim iustos facit eleemosyna, peccata quasi ignis consumens, quãdo cum liberalitate effuderitis. Ne igitur multo scrutinio utamur, sed non cunctabunda manu seminemus. Nõ uides quanta alii dant mimis, & mulieribus scortis, & si dimidium

A midium Christo dederis, quæ illi saltantibus dant, & liberaliter his, qui in fornicibus, tanta tu uel esurienti da. Nã illi quidẽ corpus scortorum auro multo uestiunt, tu autẽ neq; tenui uestẽ Christi carnẽ, eamque nudam uidens: quali hoc uenia dignum, quantum hoc non meretur suppliciũ? quãdo ille quidem perdenti & cõfundenti se tanta suppeditati: tu autẽ neq; minimum saluanti te & facienti clariorem, sed in uentrẽ quidem & ebrietatem, ac intemperantiam insumens, nullius paupertatis memor es. Vbi autem paupertatem iuuare oportet, oĩbus es pauperior. Et parasitos quidẽ pascens, & adulatores quasi ex largis fontibus fouens gaudes: si autẽ pauperẽ alicubi uideas, tunc tibi paupertatis metus incidit. Sanè propter hoc & per nosipsos, & per alios tunc cõdemnabimur, tã hos qui probè egerunt, quã qui peccarũt. Dicet. n. tibi, quare nõ fuisti ita magnanimus, in his quæ congruũt, sicut ille qui scorto dat: nihil tale cogitauit, quod tu daturus domino, qui dixit, ne solicitus fis, tu uerò metu plen⁹ es ac tremore. Et qua uenia dignus eris? si. n. homo qui receperit nõ despicit,

B sed habet gratiã, multò magis Christus: qui enim dat cũ nihil acceperit, quomodo cũ acceperit nõ dabit? Itaque inquit, quid? cũ pleriq; quando multa erogarint, aliis egent? De his qui omnia insumpserũt, dicis ipse qui neq; obolũ das. Pollicere omnia te euacuaturum, & tunc etiam de illis roga. Si autẽ parcus fueris & pauca de his quę sunt suppeditas, qd mihi præ texis has causas? neque enim te ad summam inopiã adigimus, sed oramus, ut iam quę superflua sunt, imminuas, & sufficientiam solam ames. Sufficiẽtia autem horum usum petit, sine quibus nõ licet uiuere: neque te ab his abstrahit, neq; prohibet quotidianũ cibum, cibum non delicias dico, ⌜uel uestes uel ornatus: ⌜ si autẽ quis diligenter exquisierit, hæ maiores sunt delicię. Attende autẽ: quare maiores dixerimus delicias, herbis pasci & bene ualere, nihilq; molestũ pati, quàm Sybariticã habere mensam, & innumeris morbis esse obnoxium? manifestũ quòd illud plures habet delicias. Ne igitur amplius quęramus: nã si de liciari uoluerimus, & honestè uiuere, sufficientiã nobis determinemus, & alius quidẽ q̃ leguminibus potest esse contentus & bene ualere, nihil amplius inqrat: infirmior autem & olerum cura opus habẽs, ne

C prohibeatur: si autem & illo quis infirmior sit, & cõgruo carnium adiumento egeat, neque illũ abarceamus: neq; enim ut occidamus & corrumpamus homines, hęc cõsulimus, sed ut superflua amputemus. Superfluum autem est, quod plus est, quã usus reqrit. Nam quando etiam absque illis possumus agere sanè & honestè, superfluũ omnino illud est appositum. Sic & de uestibus arbitramur, & de mẽsa, & de domo, & aliis omnibus, & utilitatẽ ubiq; spectamus quod enim superfluum, etiam inutile. Quando ⌜ frugalitatem meditaberis, ⌜ tunc te uolẽtem fieri uiduæ imitatorem, ad maiora quàm hæc sunt, inducemus. Nõdum enim peruenisti ad mulieris uirtutem, ⌟ nisi frugalitatis ⌜ curã habeas: illa enim & hac uirtute superior fuit. Nam quæ ad ipsam sustentãdam pertinebãt, illa omnia dimisit. ⌟ igitur adhuc anxius es de necessariis, & nõn consunderis à muliere uinci, & illam non solùm non imitaris, sed etiam longè post illam relinqueris? Illa enim nõ dixit hæc quæ à nobis dicũtur, Quid si omnia expendens cogar rogare aliũ: sed libere ea q̃ habebat, exuit. Quid, quis dixerit, de prisca illa quæ sub propheta Helia fuit, quæ iam nõ de D paupertate, sed de morte periclitabatur, nõ solũ sua, 3. *Reg.* 17 sed & filiorum: neq; ab aliis expectabat se recepturã, *c.* sed statim morituram: Verũ prophetam uidit, dicet quis, & inde liberalis facta est. An non & uos uidetis innumeros sanctos? Et quid dico sanctos? prophetarũ dominũ uidetis mendicantẽ, & neque sic efficimini misericordes, & habentes promptuaria eructãtia *Psal.* 143 ex hoc in illud, neque ex hac abundantia cõmunica *c.* tis. Quid dicis? Propheta erat præsens, qui & hoc illi persuasit, ut tam magnanimiter ageret. Sanè istud ipsum miraculo dignũ, quòd persuasa est esse illũ magnum & mirabilem. Quomodo enim, quemadmodum uerisimile est de barbara & alienigena muliere cogitare, non dixit: Si propheta fuerit, non me rogauerit: si dei amicus, nõ illũ despexerit? Esto Iudęi pp peccata hãc pœnã luant, hic autem quare? Sed nihil horum cogitauit, imò aperuit illi domũ, & ante domum, mentem: & omnia quæ habebat, in medium posuit: & relicta natura, filiisq; contemptis, hospitem præ oĩbus honorauit. Cogita igitur quãtũ suppliciũ paratum sit, quãdo minus habemus & infirmiores sumus muliere ista uidua, paupere, alienigena, barba ra, filiorũ matre, & nihil eorum quæ nos scimus sciẽ E te. Nam non uiriles quidem erimus, licèt ualidũ habeamus corpus. Etenim ille solus habet hãc fortitudinis uirtutẽ, licèt in lecto decumbat, quid id roboris secũ habet. Sicut sine robore illo, etiã siquis montem sui corporis robore discerpat, nulla illum puella & anicula misera dixerim robustiorem. Nam ille quidem certat etiam cum incorporeis malis, hic autem neque aspicere audet. Et ut scias quòd hæc sit fortitudinis definitio, collige ab illo exemplo. Quid. n. illa fortius fuit muliere? Nonne contra naturæ tyrannidẽ, & cõtra famis uiolentiã, & cõtra mortis minas generosè stetit, & omnium fuit fortissima? Sed audi quomodo Christus illam prędicat, Multæ enim, in- *Luc.* 4. *d.* quit, erant uiduæ in diebus Heliæ, & ad nullã missus est propheta quã ad illam. Dicam aliquid magnũ & admirabile. Ista patre nostro Abraham plus in hospi *Gen.* 18. *a* talitatem impendit: non enim ad armentum cucurrit sicut ille, sed pugillo illo farinæ p̃currit oẽs in hospitalitate celebres. Nam ille quidem uincebat, quòd F ad hoc seipsum exhibebat: ista uerò neq; pueris pepcit propter hospitem, etiam nondũ futura expectãs. Nos uerò cùm sit regnum, cùm minæ gehennæ proponantur, & quod omnium maximum est, cũ deus tãta fecerit pro nobis, illisq; gaudeat ac lætetur, supini sumus? Ne sic agam⁹ oro, sed dispergamus, dem⁹ pauperibus, sicut dari uisum est deo: multum enim & parũ deus non ad mensuram dãtium definit, sed ad potentiam facultatum dantis. Vnde sæpe tu qui expendis centũ aureos, minus eo qui unicũ obolũ erogat, dedisti: nam ex abundantia expendisti. Verũ tamen etiam sic fac eleemosynã, & uenies breui etiã ad maiorem liberalitatem: disperge pecuniã, ut congreges iustitiam: neque enim illa cũ pecuniis adesse uult, sed & per illas quidem non cũ illis, nobis adest: nõ enim simul habitant pecuniarun cupiditas & iustitia, sed tabernacula separata habent. Ne igitur cõtendas, quæ cõmisceri nequeunt, coniungere, sed ex pelle tyrannum auaritiam, si uis reginam recipere iustitiam: ista enim est regina, & liberos ex seruis facit, ⌜ & non ediuersõ illa. ⌜ Vnde cum magna diligentia auaritiam caueamus, iustitiã amplexemur, ut & hic

Hic su.a

Supr. 8. *a*

I *magnificentia*

minus dat ne doleat:

Ecclꝛ. 33. *b*

1. Cor. 7. *b*

πολυτελεια.

L *magnificentiã siue sumptuositatem.*

Pſ. 111. *b.*

Morale.

K

M

⌜ *sufficiẽtiã meditatus fueris, ⌟ quamdiu sufficientiæ Mar.* 12. *d & Lucæ.* 21. *a.*

⌜ *uestes non ornatus:*

Luc. 4. *d.*

Gen. 18. *a*

⌜ *cui contrariũ illa.*

Glibertatem consequamur, & regno cœlorũ fruamur: quod nobis omnibus cõcedatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quẽ & cũ quo patri & sancto spiritui gloria, imperium, honor, & nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xx.

Orrò qui suppeditat semen seminanti, is & panem in cibum suppeditet, & multiplicet sementem uestram, & ⌈augeatur. ⌈Maximè quis hinc sapientiam Pauli admiretur, quòd cùm à spiritualibus & à carnalibus adhortatus esset, iterũ nũc istud in retributione facit, geminas retributiones ponens. Nam quod dicit, Dispersit, dedit pauperibus, iustitia illius manet in seculum, spiritualis est retributionis: quod uerò dicit, multiplicet ⌈semen uestrum, carnalis retributionis est: & tamen nõ hìc subsistit, sed iterum ad spiritualia continuò transit, permutatim illa ponens. Nam quod dicit, augeat prouentus iustitiæ uestræ, iterum spirituale est. Hoc autem hac ratione facit, ut extirpet radicitus illorum parum uirilem & flaccescentem animum, paupertatis q́ metum undique eneruet, id q́ exemplo hoc. Nam si terram seminantibus dat deus, & si his qui corpus pascunt, liberaliter suppeditat: multò magis his qui cœlũ colunt, animarum rationem habentibus. Etenim hęc maiori cura dignatur. Cæterùm istud quidem non syllogismo quodam ponit, nec quemadmodum nunc dixi, sed in orationem uertit: simul etiam manifestam ratiocinationem manifestans, & magis illos in spem inducens, non solùm ab iis quæ fiunt, sed etiã à precibus suis. Suppeditabit enim, dicere uult, & multiplicabit sementem uestram, & augebit prouentus iustitiæ uestræ. Iterum & hoc loco liberalitatem abs q́ suspicione insinuat. Nam quod dicit, multiplicet & augeat, hoc declarat interim quoque non permittit nobis plusquam necessaria quærere, panẽ dicens in cibum. Etenim & hoc in illo est admirabile, id quod & antea faciebat, quòd in necessariis quidẽ nihil ultra usum inquirere permittit, in spiritualibus autem magnã abundantiã fieri cõsulit. Vnde & superius dicebat, ut sufficientiam habentes abundetis in omne opus bonum: & hìc, qui suppeditat panem in cibũ, multiplicet sementem uestram, hoc est, spiritualem. Nõ enim simpliciter eleemosynam petit, sed eã quæ cum largitate: ideo & semen, istam continuò uocat. Quemadmodũ enim triticum quod seminatur, præ gnantes aristas ostendit: ita & eleemosyna multos manipulos iustitiæ efficit, & ineffabiles prouẽtus profert. Precando autẽ illis tantã fœlicitatem iterũ ostẽdit, ubi illam expendere oporteat, dicens: *Vt in omnibus locupletemini, in omnem simplicitatem, quæ ſcilicet efficit per nos gratiarum actionem deo*. Non ut expẽdatis in ea in q̃ non oporter, sed in illa quæ magnã deo afferunt gratiarum actionẽ: magnis enim rebus deus nos præfecit, minoribus sibiipsi seruatis. Nam ipse q́dem seosibilis alimenti dominus est, & spirituale nobis permisit. Etenim nos domini sumus laborando, ut ostendantur aristæ: nec hìc opus est pluuiis & tẽperie, sed uolũtate nostra & cursu ad cœlum ipsum. Porrò simplicitatem hìc uocat largitatem, q́ efficit per nos gratiarum actionem deo: neque enim quod fit solũ est eleemosyna, sed etiam magnæ gratiarum actionis argumentum, imò nõ gratiarũ actionis solùm, sed & multorum aliorum: & in processu illo ponit, ut cùm multa, quę rectè aguntur, esse declararit, inde alacriores reddat. Quæ igitur sunt illa? Audi illũ dicentẽ: *Nam administratio huius ministerij, non solũ supplet ea quæ desunt sanctis, uerũ etiã exuberat in hoc, quòd per multos gratiæ agantur deo, qui per probationem ministerij huius glorificant deũ, super obedientia cõfessus uestri in euangeliũ, & de simplicitate communicationis in ipsos, & in oẽs, & in illorũ oratiõe pro uobis, qui desiderãt uos propter eminentem gratiam dei in uobis*. Quod autẽ dicit, hunc sensum habet: Primũ, ea q̃ sanctis desunt non solùm impletis, sed & abundare facitis: hoc est, plusquã usus postulat, suppeditatis. deinde, per illos laudem offertis deo: glorificant. n. ipsum in obediẽtia consensus uestri. Nam ne ⌈uideatur ⌈illos propter hoc solùm gratias agere, quòd acceperint: uide quo modo magnos illos facit, id q́d ipse Philippensibus dicit, Nõ inquiro dona, & idipsum illis testimonium do. Nã gaudetis quidẽ quòd ea quæ illis desunt impletis, & paupertatẽ illorum releuatis: multò autem magis, quòd ita subditi estis euangelio, cuius hoc in dicũ est, tã largiter offerre. Nã hoc euangeliũ p̃cipit simplicitatẽ communicationis in ipsos & in omnes, & propterea glorificant, inquit, deum quòd sic estis liberales, non in illos solũ, sed & in omnes: q́d etiam ipsum præconium illorũ est, quòd gratias agũt pro his quæ aliis dantur. Nam non solũ ea quæ ad se pertinent ita ornant, sed etiam quæ ad alios quanuis in extrema sint paupertate: id quod magnæ illorũ uirtutis signum est. Nihil enim ita zelotypũ est, ut pauperum genus. Verũ illi ab hac affectione mũdi erãt. tantumq́ aberãt, ne dolerent super his quæ aliis cõmunicabantur, q́d etiam gaudebant nõ minus quã de his quæ ipsi accipiebant. *Et in illorum oratione pro uobis*. Nam pro his quidem gratias agunt deo, pro uestra autem charitate & felicitate obsecrãt illum. *Vt mereantur uos uidere*. Nam hoc desiderant, nõ propter pecunias, sed ut fiant spectatores gratiæ uobis datæ. Vidisti Pauli sapientiam, quomodo laudatis illis totũ acceptum tulerit deo? opus enim gratiã uocauit. Nam postquã magna de illis locutus est, ministros q́ illos uocasset, & extulisset in sublime, quãdoquidem illi quidem ministrabant, ipse autẽ minister erat: & cũ nominasset probatos, ostẽdit quòd horũ omnium author sit deus, & ipse cum illis iterum gratias agit dicens, *Gratia autẽ deo super inenarrabili illius munere*. Munus sanè hoc loco dicit, etiam tanta bona quæ per eleemosynam fiebant & accipiẽtibus & dantibus, uel ineffabilia bona, quæ per aduentũ suũ uniuerso orbi magna liberalitate donauit, q́d potissimum sentiendum est. Nam ut & humiliet, & liberaliores faciat, memores eos reddit eorum quæ à deo assecuti erant. Etenim hoc plurimum ad omnẽ uirtutẽ inhortatur. Idcirco & hoc loco sermonẽ finiuit. iam si inenarrabile donum, quanta insania eorũ qui subst ãtiam illius curiosius cognoscere attentant? nõ autem donum illius solũ inenarrabile, sed & pax excellit omnem mentem, per quam superiora inferioribus conciliauit. Studeamus igitur tanta gratia ⌈frui, & ⌈uirtutem uita dignã declarare, multamq́ eleemosynæ habere rationem. Faciemus autẽ, si fugerimus ⌈uindictæ auiditatem, ⌈si ebrietatem, si crapulã. Etenim esculenta & poculẽta dedit deus, nõ in luxum, sed in alimentum: nec enim uinum facit ebrietatẽ: alioquin si ita esset, oẽs oportebat inebriari. Sed cur nõ ita conditũ est, inquit, quispiã, ne multũ noceat? Ebriorũ hæc sunt uerba. Nã si quod multum nocet,

augeat prouẽtus iustitiæ uestræ.

Psal.3.b.

Hic supr. b.

Morale.

⌈fruẽtes,

⌈nimiam auiditatẽ

& nõ ab auiditate abstrahit, si sic fœdum & damnosum hoc, nec q́ sic desinis à mala cõcupiscentia, si liceret etiam multũ citra offensam bibere: quando nam ab auiditate abstineres? nonne desiderares etiam fluuios factos esse uinũ? nõne omnia perdidisses, & corrupisses? Iam quũ mensura sit alimenti, & damnũ patimur hac neglecta, & nec q́ sic freno retraheris, sed rupto illo oĩa sumis, ut ministres pe ſimæ tyrannidi crapulæ: quid non feciſſes, si hæc naturæ mẽsura sublata esset? Nonne omne tempus in hoc insumpsisses? Oportebat igitur absurdam illam cõcupiscentiã nõ tam fortem fieri, sed damnum quod ex intẽperantia prohiberi. Et quę damna nõ fuissent inde prognata? Sed ô stultos q́ in ebrietate quasi luto uoluuntur, & dolent intemperantiã quando parum sobrii fiunt, nihil aliud faciunt sedẽtes quã ut hæc loquãtur, Quare hæc in hunc usum insumũtur? oportebat se cõdẽnare à suis delictis. Nã dum dicis, quare terminos posuit, quare non oĩa absq́ ordine ferũtur? Dic quare non cessamus inebriari, quare nõ accipimus ⌈satietatem, ⌈quare brutis insipientiores sumus? Hæc. n. inter nos quærere oportebat, & audire apostolicã uocem, & scire quãta bona ex eleemosyna hiſce futura testetur, & arripere hũc thesaurũ. ⌈Etenim hoc probatos facit, quemadmodũ ille dixit, quòd diuitiarũ cõtẽptus facit glorificari deũ, & feruidã reddit charitatem, magnanimosq́ efficit, & sacerdotes cõstituit, & sacerdotium quod magnã mercedem affert: qui. n. miseretur, non indutus est podere, nec q́ tintinnabula in circuitu habet, nec q́ corona redimitus est, sed idutus quidem est ſtola misericordiæ, q̃ sancta uestę sanctior est. Vnctus uerò oleo, q́d nõ ex sensibili materia cõpositum, sed a spiritu sancto cultũ, & habet coronam ex miserationibus, sicut dicit: Qui coronat te in misericordia & miserationibus: & prope tali gesta mine qui habet nomen dei, ipse par fit deo. Quo: Eritis enim, inquit, similes patri uestro qui est in cœlis. Vis & altare illius uidere? Non Beseleel istud extruxit, nec q́ alius quispiã, sed ipse deus, non lapidibus, sed materia cœlo clariore, animab⁹ rationalibus. Sed dicis, sacerdos ingreditur in sancta sanctorum. Licebit & tibi sacrificanti hoc sacrificiũ, ad tremẽda ingredi, ubi null⁹ adest, sed pater tuus q́ uidet in occulto, ubi nullus alius uidet. Et quomodo dicis non uideri, cũ in propatulo sit altare? Nã hoc mirabile est, quòd tũ quidẽ geminæ fores, & uela secessum faciebant: nũc aũt licet publicè sacrificare, quasi in sancti sanctorũ, & facere hoc multò uenerabilius: quando. n. nõ ad ostẽtationẽ hoĩum feceris, licèt tot⁹ orbis uiderit, ne mo tamen uiderit, quando quidẽ tu sic feciſti: nõ. n. dixit simpliciter, non facite corã hominibus: sed adiunxit, ut uideamini ab illis. Hoc altare ex ipſis Christi membris compositũ est, & corpus domini altare tibi fit: reuerere isthuc ipsum, i carne sacrificas domini sacrificium. Hoc altare, etiã hoc quod nunc magis horribile est, non illo quod olim solũ: sed ne turbemini. Nam hoc quide admirabile est propter sacrificiũ, quod super illud ponitur. Illud uerò hominis misericordis, non propter hoc solũ, sed quòd ex illo sacrificio, quod hoc facit, compositum est. Nã hoc mirabile, lapis enim quidẽ est natura, ⌈sanctus ⌈aũtẽ fit, quoniam corpus accipit Christi: illud autẽ altare sanctius, quoniã ipsum corpus est Christi, ita ut hoc illo lapideo sit horribilius, cui tu qui laicus adsistis. Igitur tibi, nec q́ Aaron aliq́d uideatur, si ad hæc cõferatur, nec q́ corona, nec q́ tintinnabula, nec q́ sancta sanctorũ. Quid enim ultra cũ illo altario cõferri potest? Vbi scilicet & ad hoc quod cõfertur, tã clarũ apparuit. Tu autem hoc q́dẽ altare honoras, quod accipit corpus Christi: eũ autem qui est ipsum corpus Christi, ⌈cõtumelia afficis, & despicis pereũtẽ. Hoc altare ubiq́ poteris uidere sitũ, & in angiportis, & in foris: & per singulas horas poteris in illo sacrificare. Nã & hìc sacrificiũ ⌈celebratur, & quemadmodũ sacerdos stat spiritũ inuocãs, ita & tu spiritũ uocas, nõ uoce, sed factis. Nihil sic continet, & accendit ignẽ spiritus, ut hoc oleũ largum quod effunditur. Si autẽ uis uidere ẽt ea quę huc mittũtur, quid fit? Veni, & hæc tibi monſtrabo. Quis igitur fumus, q̃ fragrãtia altaris? gloria & gratia rũ actio. Et quousq́ procedit? nũq́d usq́ ad cœlũ? Minimè, sed cœlũ ipsum trãscendit, & cœlũ cœlorũ, & se regio throno adsistit. Dicit. n. preces tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt corã deo. Et sensibilis quidẽ illa ſrgrantia nõ multũ aeris penetrat, ista uerò ipsas cœlorũ apsides aperit: & tu q́dẽ taces, opus uerò clamat, & fit sacrificiũ laudis, nõ dum occiditur uacca, nec q́ pellis exuritur, sed anima spiritualis, sua offerẽs. Omni enim misericordia hoc sacrificium clarius est. Igitur quando uideris ⌈pauperem fidelẽ, aram te uidere putes: quando autẽ uideris talem pauperem, non solũ non affeceris iniuria, sed etiam reuerere: & si alium uideris contumelia afficientem, prohibe ad iuuans: sic enim poteris & ipse deum misericordem habere, & promissa assequi bona. Quæ nobis oĩbus contingant, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, ⌈per quem & cum quo patri & spiritui sancto sit gloria, & honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Psal.101 a.

Matt.5.g

Ibid.6.a.

Ibidem.

⌈sanctũ

Homilia xxi.

Aeterũ ego ipse Paulus, obsecrans uos per mã suetudinẽ & æquitatẽ Christi, qui iuxta faciẽ quidem humilis sum inter uos, ⌈absens autẽ cõfido in uobis.] Absoluto ut oportebat, de eleemosyna sermone, postquã monstrauit se plus illos diligere quã diligi, narrauit q́ de patiẽtia sua & tẽtationibus, opportunè postea sermones ⌈crepatorios attigit, pstringens pseudoapostolos, & molestiora sermoni admiscẽs seq́ ipsum cõmendans: hoc. n. per totam epistolã agit, unde sibi conscius non rarò corrigit istud, dicẽs: Incipimus iterũ nos ipsos cõmendare? & pergẽs, inquit, Non iterũ cõmendamus nos ipsos, sed occasionẽ dãtes uobis gloriationis. Et post hæc, Insipiẽs fact⁹ sum gloriãs, uos me coegistis, & multis talibus utitur correctionib⁹. Nec peccarit quis epistolã encomium Pauli agnominans, sic & dona, & patiẽtiã suã copioſẽ ponit. Quoniã enim erant quidã apud illos, sublime de se sentientes, & se præferebant apostolo, quẽ ut arrogantẽ infamabant, & ut hominẽ nihili, inutiliaq́ docentẽ, id quod peruersitatis illorũ maximum indiciũ erat: uide quo pacto incipit ab increpatione illorũ, Cæterũ ego ipse Paulus. Vidisti quanta grauitas? quãta dignitas? Vult. n. sic dicere, Oro uos ne me cogatis, ne me sinatis uti mea potestate aduersus eos, q́ nos extenuãt, arbitrãturq́ nos carnales uiros esse. Grauius hoc est, q̃ quod in priore epistola interminando illis dicebat, In uirga ueniã ad uos, uel charitate, spiritu q́ mansuetudinis? nũc aũt, quasi non sim uẽturus ad uos, inflati sunt quidã. Veniã autem & cognoscã, non sermonẽ inflatorum, sed uirtutem. Nã hìc ambo ostendit, & potentiã & modera-

Cap. X.

Supr.3.a

Ibid.5.b.

Infr.12.c

1.Co.4.d

Universidad de Deusto Biblioteca

G tionem animi, & malitiæ patientiã: siquidẽ sic orat, & cũ tanto studio ut ne cogatur ad ostentationẽ uenire suæ potẽtię, qua poterat & percutere illos ac punire, extremumq; exigere suppliciũ. Hoc insinuauit, dicens: *Oro autem ne præsens audeã ea fiducia, qua existimer audax fuisse in quosdã, qui nos putãt ueluti in carne ambulare.* Iam autem ad initiũ sermonũ redeamus.
Gala.5.a 2.Ti.4.b Cæterũm ipse ego Paulus. Magna emphasis, magna grauitas, sicut alicubi dicicit: Ecce ego Paul⁹ dico uobis. Et iterũ, sicut Paulus senior. Et alibi iterũ, Quę sanè multis affuit & mihi ipsi, Sic & hoc loco, Cæterũ
Ro.16.a. ipse ego Paulus. Magnum quidẽ & hoc, illum orare: aliud autem maius quod appositurus dicẽs, Per mãsuetudinem & æquitatẽ Christi. Valde enim illos adhortari uolens, præmittit humanitatẽ & æquitatẽ, precationem sic intendẽs: quasi diceret, ipsam Christi reuereamini æquitatẽ, per quã uos oro. Hæc autẽ dicebat interim ostendẽs, quòd licet grauem necessitatẽ inducant, ipse ad aliud magis propẽsus sit, eò quòd mãsuetus sit, & nõ ex infirmitate aggrediatur, sicut & Christus faciebat. *Quoniam iuxta faciem humilis quidẽ*
H *inter uos, absens autem audax sum erga uos.* Quid nam hoc est? uel per ironiã de illis loquitur. Illi enim hoc dicebant, Quãdo adest, nullius est momẽti, sed uilis
Hic inf.c ac cõtemptus: quando autem abest, inflatur & suppbit, cõtraq; nos insurgit: ac minatur. Vnde hoc postea insinuans dicit, Epistolæ quidẽ graues, aduẽtus autem corporis infirmus, & sermo contẽptus. Vel igitur per ironiam inquit, magnã declarãs grauitatem ac dicens: Ego humilis, ego uilis quãdo assum sicut ipsi dicũt, & absens sublimis: uel qđ licẽt magna loquatur, nõ ex arrogãtia tamẽ, sed ex eo qđ cõfidit illis. Oro autem ne præsens audeã ea fiducia, qua existimer audax fuisse in quosdam, q putant nos quasi secundum carnem ambulare. Vidisti quãta indignatio, & quã manifesta dictorũ reprehẽsio? Oro enim uos, inquit, ne me cogatis ostẽdere, quòd & præsens fortis sim & uirtutẽ habeã: quia enim absens ualde audax cõtra eos sit & extollatur, ipsorũ usus est uerbis. Oro igitur ne me cogant uti mea uirtute. Hoc.n. est qđ dicit, ea fiducia, & nõ dixit, qua paratus sum, sed existimer: hoc enim nondum decreui, illi aũt mihi hoc imputãt, & neq; sic uolo: quãuis nõ hoc faciebat, ut se, sed ut euangeliũ uindicaret. Iam si ℓhic ℓpdicationi assistit, austerus non est, sed cessat & mora
ℓpræsens. tur, & orat ne sibi fiat tanta necessitas: multò magis pro se ipso nũquã tale qd fecisset. Hoc.n. mihi condonate, inquit, ita ut nõ cogar ostẽdere, quod & ℓab sens ℓ possum, ubi res postularit, audacia uti: hoc est, punire & castigare illos. Vide ut non sit ambitiosus,
ℓquando quidẽ ẽt ubi necessitas postulet, ℓ Quòsnã tandem istos dicit, quibus minatur? neq; ad ostentationẽ quid faciat, ℓubi. s. utilitas est, sed si ℓ audaciam rẽ uocat: oro enim, inqt, ne audax sim fiducia qua existimer audax fuisse erga quosdã. Hoc enim potissimũ est præceptoris, non statim ulcisci sed corrigere, cessareq;, ac moram nectere in pœnis. ℓ Et quos? illos, inquit, qbus minatur, ℓ qui existimãt nos quasi in carne ambulare. Illi enim ipsum uituperabant ut hypocritam, ut malignum, ut arrogãtem. *In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus.* Hic iam terret sermonis stropha. Carne quidem amicti sumus, inquit, fateor: nõ uiuimus aũt in carne. Immo neq; hoc dicendũ, sed iam istud in recõdito habet, uitæ enim laus est. Porrò de præcatione differit, ostẽdẽs, quòd non sit humanũ, neq; huius uitæ ꝑsidio egeat, eo quòd nõ dixit, nõ iuxta carnẽ uiI ℓubi

ulmus: sed, non iuxta carnẽ militamus, hoc est, bellũ K
& pugnã suscepimus: sed neq; carnalibus præliamur armis, neq; per humanũ subfidiũ. *Nam arma nostra nõ sunt carnalia.* Et qualia arma carnalia? Diuitiæ, gloria, potẽtia, facũdia, authoritas, famulitia, adulationes, simulatiões, & alia id genus, sed nostra nõ talia sunt. Sed qualia? *Potentia deo.* Et nõ dixit, Nos non carnales, sed, arma nostra. Nam ut nũc dixi, de prædicatione disserit, & potentiã omnẽ deo tribuit. Et nõ dicit spiritualia, quanuis hoc ad distinctionẽ carnaliũ poterat: sed, potentia: per hoc & illud insinuas ac monstrans, quòd arma illorũ imbecillia & impotentia. Et considera illius humilitatẽ. Nõ enim dixit, nos potẽtes, sed, arma nostra potentia deo: non nos illa talia effecimus, sed deus ipse. Quoniã enim flagellabãtur, expellebãtur, & innumera patiebãtur dura, q̃ infirmitatem testabãtur, ostendẽs dei robur inquit, sed deo potentia sunt. Hoc enim maximè ostedit illius uirtutem, quòd per hæc uincat. Et ita licẽt nos his uestiamur & utamur, sed ipse est qui per illa militat & operatur. Deinde in longũ laudes illorũ recensẽt dicẽs, *Ad destructionem munitionum.* Et ne auditis munitionibus sensibile quid putes, dicit: *Cogitationes destruentia.* Verborum uariatione euidentiam ac emphasim ostendens, & per additionem, spirituale prælium declarãs. Hæ enim munitiones animos obsidẽt nõ corpora, adeoq; aliis fortiores sunt, unde & maiorib⁹ armis egent. Munitiones aũt dicit fastũ Græcorum, sophismatũq; & syllogismorũ robur: Omnia enim redarguerunt arma illa, q̃ cõtra ipsa steterunt: cogitationes enim destruentia fide. *Et omnem celsitudinem, quæ se extollit contra scientiam dei.* Mansit in hac similitudine, ut maior fiat emphasis. Munitiões enim licẽt sint excelsis turribus instructæ, & quicquid aliud, cedunt & succumbunt armis istis. *Et captiuam ducentia omnem cogitationem, in obedientiam Christi.* Licẽt abludere uideatur captiuitatis appellatio, est.n propriè captiuitas libertatis ablatio. Quare igitur hoc noie utitur in alio ꝑ significato? Nã captiuitatis nomẽ duo signat nẽpe excidere à libertate & ualidè capi, ita ut resurgere nequeas. Iuxta hãc secundã acceptionẽ igitur usus est. Sicut quãdo dicit, Alias ecclesias depdatus sum: non dicit se clã accepisse, sed, spoliasse & oia accepisse: ita & hoc loco dicẽs, ducẽtia ꝑ captiuitatẽ. Nõ.n. ex æquo pugna est, sed magno cũ robore uni & duobus. Nõ dixit, uincimus, & supamus solũ, sed & in seruitutẽ ducim⁹. Itaq; sicut suprà nõ dixit, addu
Infr.11.b. cimus machinas munitionib⁹, sed destruimus illas. Nã magna est armorũ potentia. Nõ.n. uerbis pugnamus, sed operibus cõtra uerba, nõ ĩ sapiẽtia carnali, sed in spiritu mãsuetudinis & potentiæ. ℓ Quo igitur honorabilis futurus erat? Magnificus. s. in sermonibus & minax in epistolis. ℓ Quemadmodũ illi accusabant dicẽtes, Epistolæ graues, ubi scilicet nõ his erat nostra uirtus. Dicens autem, captiuã ducentia omnẽ cogitationem in obediẽtiã Christi: (quoniã enim captiuitatis nomen graue) statim tropũ illũ dimittit dicens, in obedientiã Christi, à seruitute in libertatẽ, à morte, in uitã, ab interitu in salutẽ. Nõ enim ut simpliciter iaculemur, uenim⁹, sed ut trãs feramus ad ueritatem aduersarios. *Et in promptu habentes uindictam aduersus omnẽ inobedientiã, cũ impleta fuerit obedientia uestra.* Hic & hos terruit, nõ illos solùm. Vos enim, inqt, expectamus, ut quãdo laudem⁹ & minis correxerimus uos, & repurgauerimus, & ab illorũ societa
ℓ Qui igitur inquit futurũ erat, ut superbirẽ, magnifice q; in sermonibus de me sentirẽ, atq; in epistolis minax esse?
te abdu-

A te abduxerimus, tunc solis illis relictis, qui incurabiliter ægrotãt, inferamus pœnã, quando ſynceriter uiderimus uos deficere. Nã obeditis quidẽ & ℓ tunc, ſ sed non perfectè. Et siquis diceret, Si iã fecisses, maius foret opus ac lucrum? Minimè. Si.n. nũc feciſſem, & uos supplicio ꝑmiscuissem, oportebat aũt illos punire, & uobis parci. At si pepercissem, in gratiam putassent hoc factum: nunc aũt non hoc uolo, sed primũ corrigam uos, & tunc ueniam ad illos. Quid hisce uisceribus mansuetius? Nam ut uidit suos alienigenis cõmistos, uult quidem plagam intentare: parcit aũt & cohibet indignationem, donec illi recedãt, ut hos solos percutiat, immo ut neq; hos. Nam pro
ℓ hoc nominatur istis, & ter ℓ hos etiam ℓ dicit solos uelle illos assumere, ut & illi correpti metu redeãt, & in unam iram emittat. Etenim sicut medicus optimus, & pater cõis & curator & tutor, omnia agit, omnia curat, impedimenta remouet, offendentes reprimit, ubiq; circũcurſat. Neque.n. sicut is qui in prælio rem perficit, sed sicut is qui ad paratam ac promptam uenit uictoriam, trophæa statuit, suffodiens, destruens, deijciens diabo-
B li munitiones, & ministrorũ machinationes, & uniuersum tandem orbem ad Christi exercitum ducit, & neq; parum respirat ab his ad illos, ab illis ad alios transiliens, quasi militũ dux quidam optimus, quotidie afferens trophæa, immo singulis horis, sola tunica indutus, irrumpens in aciem, aduersariorũq; ciuitates, & tela, & lãceas, & iacula, & omnia in suum ius cogens. Talis erat lingua Pauli: etenim loquebatur solũ, & uelociſsimè in bellis cadebant sectæ: dæmones quidẽ abigebat, hoſes uerò qui ab illis detinebantur, ad se abducebat. Vnde cũ aliquando dæmonẽ malum expelleret, multæ magorum turbæ
Act.19.d conuenientes, libros magicos exurebant, & ad ueritatem transibãt. Et quẽadmodũ in bello collapsa turre, uel tyranno sublato, oẽs qui cum illo, proiectis armis, ad ducẽ exercitus currũt: sic certè & tũc factum est. Eiecto.n. dæmone, obsessi oẽs, abiectis libris immo perditis, ad Pauli pedes currebãt. Toti etiã orbi tanquam uni aciei se opponens, nusquam stabat, sed quasi ℓ cæteris inferior, ℓ omnia faciebat:
ℓ alis præditus eẽt. C & nunc quidẽ claudum rectè faciebat ambulare, &
Act.14.b & 20.b. & 13.b. mortuũ excitabat: nunc aũt aliũ excæcabat, de mago loquor: & neq; cum in carcere clauderetur tacebat, sed & illic custodẽ carceris ad se trahebat, honestã illam seruitutẽ imponẽs. Hunc sanè & nos imitemur pro uiribus. Et quid dico, pro uiribus? Licet.n. uolentibus, ad illum propiare, & excellentes fieri, & illius imitari fortitudinem. Adhuc.n. hoc facit, cogitationes destruens ac oẽm celsitudinem contra scientiam Dei se extollentem. Quãuis aũt multi hæretici conati sunt illum dilacerare, attamen uel lacer multam præ se fert potẽtiam. Nam usi quidem illo sunt Marcion & Manichæus, sed dilacerantes: attamen & sic redarguũtur, uel ex particulis. Etenim & sola manus optimatis huius apud illos cũ sit, fortiter illos fu
ℓ pes solus gat. Et ℓ quo solus ℓ apud alios persequitur & deijcit? ut scias potentiã magnam, & quòd carne mutilatus oẽs ad se trahere ualeat aduersarios. Et profectò sũt qui dicent, hoc esse peruersitatis, quòd oẽs qui inter se pugnant, illo usi sunt. At hæc peruersitas nõ Pauli est, absit, sed eorum qui abutuntur. Non.n. uarius
ℓ occasiones uolentibus? quispiam fuit, sed simplex ac manifestus: illi autẽ ad suos sensus uerba torserũt. Et quare sic scripsit, aiũt, ut det ℓ damnum? Verũ uolentibus ℓ non ipse dedit,
Tomus quartus.

sed illorum insania, eo quòd non, ut decebat, se usi D
sunt: quoniã & mũdus hic totus quãuis, & admirabilis, & diuinæ sapientię sit argumentũ, & cœli enarrãt *Psa.18.a*
gloriã dei, & dies diei eructat uerbum, & nox nocti indicat sciẽtiam: attamen in ipso multi collapsi sunt, cõtrarij inter se. Et alij quidem sic supra dignitatem admirati sunt cœlum, ut ipsum putarint esse deum: alij uerò sic illius pulchritudinem ignorarũt, ut indignam esse dei dicerent opificio, sed potius cuidã materiæ tribuerint, quãuis ab utroq; errore munierit deus, & bonũ faciendo & magnũ, ne alienum à diuina sapientia cẽseatur, & nihilominus indigum sibiq; ipsi non sufficientem, nequis deum esse suspicetur: uerũtamen illi excæcati à suis cogitationibus, in diuersas inciderunt sententias, seinuicẽ redarguentes, & mutuũ accusantes, & pro sapiẽtia diuina se excusantes, etiã pro suis cogitationibus à quibus seducti sunt. Et quid dico Solem ac cœlum? Ante oculos Iudæi miracula fieri uiderũt maxima, & uitulũ mox *Exo.32.a*
adorarunt. Iterum uidebant Christum abigentẽ dæmones, & dæmoniacum illum uocabant. Atqui cri- E
minem hoc non erat expellentis dæmoniũ, sed obcæ- *Ioan.8.f & 7.c.et 10.d*
catarum mentiũ accusatio. Noli igitur Paulũ condemnare propter sniam eorũ qui illo abutuntur. Quin potius thesaurũ illius melius cognosce, & diuitias reſera, et cõtra oẽs stabis fortiter, illius munitus armis: & sic Græcos ac Iudæos obturare poteris ℓ Et quo pacto non credunt illi, dicit? ℓ propter ea quæ ille fecit, & propter correctionem mundi? Non.n. erat humanæ potentiæ tanta posse, sed crucifixi uirtus quę in illo spirabat: talẽ illum fecit, & rhetoribus ac philosophis tyrannisq; & regibus potentiorem declarauit. Hic non solũ sufficit ad armandum & prosternendũ aduersarios, sed etiã alios facere tales. Vt igitur & nobis & alijs fiamus utiles, cõtinuè in illo uersemur, & delicias nostro quasi in horto ac prato q̃ramus in eo: sic enim poterimus & à malitia liberari, & uirtutem amplexari, promisisq; potiri bonis. Quæ nobis omnia contingant gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cũ quo patri & sancto spiritui simul &c.

ℓ Et quonã pacto, inquit, eos qui illi non credunt?

Homilia XXII. F

q Væ in conſpectu sunt uidetis, siquis de se considit quòd sit Christi: illud rursum cogitet apud se ipsum, quòd sicut ipse Christi est, ita & nos. Hoc est quod cũ alijs quis in Paulo maximè admiretur, quòd cogẽte necessitate summa seipsum extollẽdi, utraq; facit, & isthuc ipm: & ne uideatur multis molestus esse de seipso loquẽs, quod etiã in epistola ad Galatas uideris. Nam cũ & illic in hoc argumentum incideret, etiã utriusq; curã habebat, id quod difficilimũ erat, multæq; spiæ opus. Nã & moderatè se gerit, decq; seipso magnũ quid dici. Considera aũt, quo & hic rem istã magnã facit. *Ea quæ in cõſpectu sunt uidetis.* Vide etiã hoc loco sapientiã. Nã increpatis his qui decipiebant illos, non contentus illorũ increpatione, sermonẽ finiuit, sed ab illis etiam ad hos transilit. Continuò aũt hoc sic facit. Non.n. iam solos decipientes, sed & deceptos perstringit: etenim si illos sine correctione reliquisset, non tam facilè ex dictis correcti essent, sed ualde elati facti fuissent. Et non solùm hoc illis est admirabile, sed uicissim utroq; increpat. Audi igitur, quid illis dicat, Ea quæ in cõſpectu sunt uidetis. Nam paruũ crimen, sed quod ferè semper hominibus imponit. Quod autẽ dicit, hunc

G sensum habet: Ab his quæ uidentur, ⌜probatum est
⌜existimationē sumitis. satis,⌝ à carnalibus, à corporalibus. Quid est, ab his quæ uidētur? Siquis diues est, siquis inflatus est, siqs multis adulatoribus septus est, siqs magna de se sentit, siquis uana gloria fruitur, siqs simulat nō habēs uirtutē: hoc.n. est, Ea quę in cōspectu uidetis. Siquis cōfidit de seipso quòd Christi est: illud rursum cogitet ex seipso, quòd sicut ipse Christi, ita & nos. Non enim, uult ab initio uehemens esse, sed & paulatim crescit & exurgit. Expēde sanè hoc loco mirā asperitatē, & magnam obscuritatem. Nam, ex seipso, prægnantioris snię est: dicit.n. Ne expectet ut à nobis discat, hoc est, per increpationē, quæ aduersus, ipsum: sed ex seipso hoc cogitet, quòd sicut ipse Christi, ita & nos. Non quoniā sic erat Christi, ut ille: sed quòd quēadmodum ille Christi, ita & ego Christi, secundum quod societas est. Non.n. ille quidem Christi, ego aūt alterius cuiusdam. Et posito quòd hoc sit æquale, addit excellentius quiddam: *Si.n. amplius gloriarer de potestate quam dedit mihi dominus ad ædificationem, & non ad destructionem, non confundar.* Et ma-
H gnū quid dicturus, uide quō isthuc præmitigat. Ni-
⌜succidēs molestiā hil.n. ita offendit auditores plerosq;, ut quòd sese qs commēdat. Ea pp⌜augens grauitatem⌝ hanc, dicit, si.n. amplius quid glorier: & non dicit, quòd ⌜siquis⌝ confidat esse Christi, cogitet, quod multum à nobis absit. Ego.n. habeo ab illo magnā illam quos uolo puniendi & rescendi potestatē. Sed quid? nam licēt amplius quid etiā & ineffabile habuisset, attamen sermonē deprimit: & non *dicit*, quòd glorior: sed, si glorier, ⌜si uoluero. simul & moderatè agēs, & excellentiā ostendēs. *Si igitur glorier,* ⌝inquit, de ptāte quā dedit mihi dominus. Iterū totum illi adscribit, & cōe facit donū: *Ad ædificationem, & non ad destructionem.* Vidisti quo iterum mitigat inuidiam quæ ex laudibus, & auditorem allicit, usum pp quem potestatem accepit exponens. Et quo dicit, destruētes cogitationes? quia isthuc maximū ædificationis genus est, auferre ea quæ impedūt, & quę putria amouere, & uera ad ædificationem componere. Sanè ad hoc accepimus, ut ædificemus. Si aūt quis certet, ac resistat, & incurabilis sit, etiam altera utemur efficacia, destruentes illum & deijcientes. Idcirco etiam di
I cit non confundar, hoc est, non monstrer mendax, neque arrogans. *Vt autem ne uidear quasi terrens uos, quòd epistolæ quidē,* inquit, *graues sunt ac robustæ, at præsentia corporis infirma, & sermo contemptus. Hoc cogitet qui talis est, quòd quales sumus per epistolas absentes, tales sumus & opere præsentes.* Quod dicit, hunc sensum habet: Possem gloriari, sed ne hæc eadem dicāt, quòd glorię studiosus scribā, & contēptibilis sim præsens,
⌜dicam: nihil magnū⌝ dicēs: ⌜sanè & postea loquutus est, sed non de potestate hac, pp quam erat terribilis, sed de reuelationibus, & quod amplius, de afflictionibus. Vt igitur ne uidear terrere uos, hoc cogitet qui talis est, quòd quales sumus per epistolā absentes, tales & præsentes facto. Nā quoniā dicebāt, quòd magna de se scribat, præsens uerò nullius reputationis sit, propter hoc hęc dicit, & ipsa iterū humiliter. Non.n. dixit, quòd magnifica scribimus, magnifica etiam operamur corā, sed submissius. Quando.n. cum illis
Mic ſu. a loquitur, cū uehemētia istud posuit dicēs, Rogo autē ne præsens ea fiducia audeā, qua existimer audax fuisse in quosdā. Quando autem cum his, se submittit. Vnde ēt dicit, Quales sumus præsentes & absentes, hoc est, humiles, submissi, minimè elati. Et mani K
festum est ex sequentibus. *Non n. audemus inferere aut conserere nosipsos cum quibusdam, qui seipsos cōmendant.* Hic & arrogantes ostendit esse illos, & magnifica de se loquētes, & incessit illos quasi seipsos cōmendantes. At nos nihil tale, sed siquid etiam magnum operemur totum deo asscribimus, & nosipsos inter no
⌜Varia ē huius loci lectio & interpretatio uide Eras. in ann not. ipsos conferimus, idcirco & subdidit: ⌜*Sed isti non intelligunt, quòd ipsi inter sese seipsos metiuntur, & comparātsemet sibūpsis.* Quod aūt dicit, hūc sensum habet: non cū illis nosipsos conferimus, sed inter nosipsos. Hinc est, quòd dicit postea, Nulla re inferior fui sum mis apostolis. Et in priori epistola, plus omnibus laboraui. Et iterū, Signa quidē apostoli facta sunt inter nos in oi patiētia, & ita nos cōferimus inter nos ipsos, & nō cū illis nihil ualētib⁹. Talis.n. arrogātia, dementia est. Vel igitur de seipso hoc, uel de illis, nō audemus conferre nosipsos illis qui inter se certāt & magnifica loquuntur, nihilq; intelligunt: hoc est, nō sentientibus quàm sint ridiculi sic arrogantes, & inter sese seipsos efferentes. *Nos aūt non in immensum gloriabimur sicut illi.* Et enim ueri similę erat illos arrogātes dicere, quòd orbem terrarum conuertimus, ad
L fines terræ peruenimus, & multa talia magnificè cōcionari: sed, nos non sic, dicit: *Sed secundum mensuram quam partitus est nobis deus, mensura pertingendi etiam usque ad uos.* Et ita utrinq; modestia illius manifesta, & quod nihil amplius fecerit dixit, & quòd hoc deo tribuat. Secundum.n. mensuram, inquit, regulæ quā partitus est nobis deus, mēsura pertingendi etiā usq; ad uos: quēadmodum agricolis uineam distribuēs, ita nobis segregauit. Eatenus igitur gloriamur, quatenus pertingere datum est. *Non.n. non quasi pertigerimus ad uos extulimus nos, nam & usque ad uos peruenimus in euangelio Christi.* Nō simpliciter affuimus, sed anunciauimus, prædicauimus, persuasimus, emendauimus. Verisimile.n. & illos ⌜simpliciter affuisse, ac
⌜cum simpliciter affuisset apostolorum discipulis, sibi ipsis totū imputasse ex longa. apostolorū discipulis ipsis totū imputasse ex modica⌝ peregrinatione, at nō sic nos. Neq; poterit qs dicere, quòd nō potuerimus usq; ad uos peruenire, & sermone solo extendamus gloriationē usq; ad uos:
M *Etenim & uobis sermonem prædicauimus. Non in immensum gloriantes in alienis laboribus, spem autē habentes fidei quæ subcrescit in uobis, quòd magnificemur iuxta regulam nostram in exuberantiam, ut ijs quoque regionibus quæ ultra uos sunt euāgelizem, non per alienam regulā, ut de his quæ parata sunt gloriemur.* Multā hinc illorū uituperationē ostendit, quòd & in immēsum glorientur, & quòd in alieno, & quòd omnis labor apostolorum fuerit: illi uerò honestabantur aliorū laboribus. Nos aūt, inquit, factis hæc declarauimus. Non igitur illos imitabimur, sed hîc nobis opera testimoniū perhibent. Hæc dicimus. Et quid dico, inquit, ego? Spem.n. habeo fidei uestrę quę subcrescit. Non.n. affirmat simpliciter suo more, sed spero, inquit, uobis accedentibus, quòd & ulterius regula uestra extendetur, ut euangelizem ultra uestras regiones: profecimus.n. & ultrà, ita ut prædicemus & laboremus, & nō solis sermonibus, ubi alij laborarūt, gloriemur. Bene aūt regulam uocat & mensurā qua si ad possessionem orbis terrarū & ad optimam hereditatem accesserit: & ostendens totum hoc opus esse dei. Proinde habentes talia opera & maiora expectātes, non glorioſi sumus, ut illi quibus nihil est, neque nobis ipsis quid imputamus, sed deo totum.

A Idcirco & addit, *Qui gloriatur, in domino glorietur. Et hoc,* inquit, *ex deo nobis aduenit. Non.n. qui seipsum cōmendat, probatus est, sed quē dominus commendat.* Non dixit, nos sumus: sed, quem dominus commendat. Vidisti quō humiliter loquitur? Si autem procedēs sublimiora ponit, ne mireris: id enim Paulinæ sapiētiæ est. Si enim ubiq; humilia dicturus fuisset, non illos sic perstrinxisset, neq; discipulos ab errore liberasset. Fieri enim potest, quòd & humilia loquens intempestiuè, damnū faciat, & dicens de seipso mirabile quiddā tēpestiuè, prosit, quemadmodū. s. & ille fecit. Non enim paruum periculū erat discipulis malū quiddā de Paulo persuaderi, nō quòd Paulus gloriam ab hominibus quæreret. nam si hanc quæsiuisset, non magna illa & miribilia, quæ ante tēpus quatuordecim annorum uiderat, siluisset, & urgente uecessitate non sic cessasset, & tardus fuisset ad loquēdū: manifestū aūt, quòd neq; tūc dixisset, nisi multū coactus fuisset. Igitur nō humanam gloriam sectās hęc dicebat, sed discipulorū curā habebat. Quoniā. n. uituperabāt ipsum ut arrogantē,
B & sermonibus superbū, factisq; nihil declarare ualētē, cogitur ultrò ad ipsas uenire reuelationes. Quāuis ualeret tunc cū hæc diceret illis, operib⁹ persuadere: attamē uti maluit minis suæ potentiæ. Nam à uana gloria alienus erat ac purus, id quod omnis etiam superior, ac sequēs eius uita ostendit. Hāc.n. ob causam repētè conuersus est, & conuersus cōsudit Iudæos, & omnē illum honorem quem ab illis
1.Co.4.c expectare poterat, abiecit, quāuis inter illos esset ca
Phili.3.b put & præcipuus: sed inuenta ueritate ne cogitabat quidem de ea re, quin pro cōtumelijs & iniurijs bona rependebat, & ad multorū salutē respiciebat, in quo totū collocabat. Qui.n. neq; gehennam, neq; regnum putauit aliquid esse, neq; innumeros mūdos, si cū desiderio Christi conferantur: quomodo gloriā à multis uenatus esset? Minimè, sed & ualde
1.Tim.1.c humilis erat: quando licebat, etiam superiorē uitā suam infamabat, se. ⌜blasphemum, & persequutorem, & cōtumeliarū authorem uocans: discipulus quoque illius Lucas multa de illo dicit, certū quòd
Morale ab illo edoctus uitā suam priorē, nō minus quàm
C sequentē diuulgante. Hæc aūt dico, non ut audiamus solū, sed ut & discamus. Nam si ille delicto rum quæ ante lauacrū, meminit, quāuis omnia eua nuissent: quā igitur ueniam habituri sumus, si nos post lauacrū nō fuerimus memores? Quid dicis homo offendisti deū & obliuisceris? en noua offensa, secūdeq; inimicitiæ. Ita q; quorū peccatorū solutionem petis, eorūne quæ ipse nescis? Vtiq;. non.n. solicitus es, nec curas, ut rationē reddas: qui autē non est memor, is magis illudit: erit autē tempus, quando nihil proficiet nostra correptio. Etenim necesse
⌜siquidē illorū mortis nostræ, &c. est, ut moriamur: (nā qa adeò insensati sumus pleriq;, & de manifestarijs reb⁹ sermonē facere oportet) & resurgam⁹ oino, & iudicemur ac puniamur, immo ⌜hoc⌝ nō oino, si uoluerimus: ⌜mortis.n. nostræ, resurrectiōis, atq; iudicij, nos nō sumus domini, sed domin⁹ noster. Ad dādā aūt pœnā, an nō nos sumus domini? hoc.n. est ex possibilib⁹, & si uoluerimus, impossibile istud faciemus. Quemadmodū igitur Paulus ita & Petrus & sancti oēs. ⌜Etenim & ille qd impossibile erat, ui trahens possibile fecit. ⌜Quòd si & nos uoluerimus, ēt nos similiter impossibile⌝ quiddā à nobis fieri experiemur. ⌜Nā licèt in-
⌜Etenim ut illi puniātur, est impossibile. ⌜erit quic quā pati.

D numera deliquerimus, possibile tamē est, ut reparemur, quādo adhuc hic sumus. Reparemus igitur nos ipsos. ⌜Et q̄ diligit⌝ recogitet, quòd paruo post
⌜Et senex quidem tpe hinc emigraturus sit, quādo satis per ætatē suā delicijs uacarit. Quāuis quales habēdę sunt delicię, in malitia uersari? Verū iā ad illius gloriam hoc loquor. Recogitet cū illis, quòd possit in breui hoc tē pore hoc totū abluere. Itē adolescens expendat ēt ipse, quā incerta mors, & quòd sæpe adolescentes ante senes mortui sint. Nā ut ne mortē nostrā difficiliorē faciamus, incerta relicta est: unde & sapiens
Ec.5.b quis admonet dicēs: Ne moreris cōuerti ad dominum, & ne differas de die in diē, nescis quid paritura sit superuētura dies: periculum.n. & metus est in differendo, salus uerò certa ac secura, si nulla sit dilatio. Virtutē igitur cole. Sic.n. licèt iuuenis moriare, ⌜securè discesseris quòd si ad senectutē peruēneris, cum multa abundantia salutē habituros es, duplicemq; festiuitatē, nempe abstinens à uitæ malitia, & uirtutē colens. Ne dicas, erit aliquando tempus, quādo conuerti licebit. Verba enim hæc deū ualde
E exasperāt. Cur nā, cū ipse tibi infinita secula promisit, tu in præsenti uita laborare nō uis, quę parua & momētanea est: sed sic marcidus ac dissolut⁹ agis, quasi hac breuiorē aliam quandā inquiras? Nōne illæ quotidianæ comessationes, nōne illę mēsę, nōne scorta illa, nōne theatra illa, nōne diuitiæ illæ id testantur? Quandiu quasi sint, illa amas? quandiu habes inexplebilē malitiæ cōcupiscētiā? Cogita bene, quòd quoties scortatus es, toties cōdemnasti teipsum. peccatū enim ita se habet, ut mox atq; patratum fuerit, sententiā ferat iudex. Inebriatus es? uē tri indulsisti? rapuisti? Siste iā gradū, uertere te in diue
F sum, cōfitere deo gratiā, quòd nō in medijs peccatis te abstulit: ne q̄re aliud priuilegiū, ut malè opereris. Multi cū iam alijs damnū fraudulēter facerēt subitò perierūt, & ad manifestū iudiciū abierunt., Time ne & tu hoc patiare inexcusabilis. Sed multis, inquit, dedit deus priuilegiū, ut i ultima senecta cōfiterentur: Quid igitur? nūquid & tibi dabit? Fortasse dabit, inquit. Quur dicis, fortasse? Cōtingit aliquoties? Cogita quòd de anima deliberas, proinde etiā de cōtrario cogita, & dic: Quid aūt, si nō det? Quid autē si det, inquit? Det quidē ipse. Veruntamē hoc illo certius & utilius. Nā si iā cœperis, totum lucrifeceris, siue priuilegiū assequare, siue non assequare. Si autē semper cessas, ob hoc sæpe non accipies. Tu autē in bellū egressus, non dicis, Nō est opus ⌜ut me
⌜ut de re bus meis disponā, præparem, ⌜fortasis redibo. neq; de nuptijs deliberans dices, Accipiam uxorē pauperē: multi enim & sic præter spē ditati sunt. neque domū extruens, subiiciam fundamenta putria: multæ enim & sic constitêre domus. de anima autē agens apprehēdis magis putria dicens, fortasis, & sæpius euenit, & cōtingit aliquādo, teq; incertis tradis. Incertū quidē est, inquit, sed fido dei misericordiæ: misericors.n. est deus. Scio & ego, sed misericors ille deus, & illos de quibus dixi hinc abstulit. Quid aūt, si etiam multū tēporis acceperis, & similiter idē manseris? Qui.n. talis etiā in senecta segnis erit. Nō inquit. Nam quæ est illa ratiocinatio, ēt post octoginta annos nonaginta inquirere, & post nonaginta centū? & post cētū, negligentior eris: sicq; uita omnis frustra consumetur, & eueniēt etiā tibi ea quæ de Iudæis dicta sunt, quòd defecerint in uanitate dies eorum: & uti

Gnam in uanitate solũ, & non in malitia. Nam quando hinc migrabimus graue pondus peccatorũ gestãtes, accedit id mali quòd comitẽ afferemus igni, mẽsamq; largã uermi. Ideo oro & obsecro, ut sistamus aliquãdo strenuè gressum, & recedamus à malis, ut & promissa bona assequamur. Quę nobis oĩa cõcedãtur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quẽ & cũ quo patri ac sancto spiritui sit gloria nũc & semp, & in secula seculorũ, Amẽ.

Homilia XXIIII.

Cap. XI

Tinã sustinuissetis me paulisper in insipientiã, imò & sustinetis me. Zelotypus.n.sum erga uos zelo dei. Laudes suas ingressurus, multa pcastigatione usus est, nõ cõtẽtus hoc semel & iterũ fecisse. ⌈Et quoniã magna illi erat necessitas pro se dicere, ac defendere ẽt ea q̃ sæpe dixerat: Nam memor erat peccatorũ, quorũ deus nõ erat memor, & idcirco dicẽs, ⌈Indignus sum, ut apostolus uocer: etiã insensatis manifestũ, quòd quę nunc dicturus est, ea non pp uanam gloriã dicat. Oportebat enim mirabile quiddã dicere, & de seipso magna loqui: id quod gloriam maximè offendit, & accidit hoc multis. At nec hoc omittit, sed ad solã respexit auditorũ salutẽ: ita aũt, ut per hoc insipientiores non lęderentur, dũ magna de se loquitur. Multum enim usus est illis præcastigationibus, dicitq;: *Vtinam sustinuissetis me paulisper ineptientem,* ⌈*immo & sustinetis.* Vidisti sapientiam? dicendo enim, utinã, illos facit dominos: & quod affirmat, fiduciã illius erga ipsos declarat, ostenditq; quòd amet ac ametur, immo nõ à parua dilectiõe simpliciter, sed à feruido quo dã amore & insaniẽte dicit debere ipsos sustinere ẽt ineptientẽ. Vnde & subdit, *Zelotypus enim sum erga uos dei zelo.* Non dixit, diligo enim uos, sed qd his multò uehemẽtius erat ponit: zelotypę n. sunt animæ, quæ immodico dilectorũ amore flagrant, & non aliunde nascitur zelotypia, q̃ ex uehementi dilectione. Ad hęc ne putẽt, quòd uel dominationis, uel honoris, uel diuitiarũ, uel aliquorũ istorũ gratia amicitiã illorũ cupiat, adiecit dicẽs, zelo dei. Etenim deus dicitur zelare, non ut affectionẽ quandã in ipso suspicetur quispiã. Deus enim passionibus non est obnoxius, sed ut discant oẽs, quòd pp nihil aliud quàm propter eos quos tam efflictim amat, omnia faciat: nõ ut ipse aliquid lucrifaciat, sed ut illi seruẽtur. Etenim in hominibus ⌈non est zelus talis, sed ob propriã quietẽ: non ut decedat amicorũ contumelijs, sed ne ipsi qui diligunt cõtristentur, & minus clari sint, minusq; inueniant apud eos qui diligũtur. Hic nõ sic. Non.n.hoc mihi curæ est, inqt, ne minus apud uos habeã, sed ne uos pessundare uideã. Talis.n.est dei zelus talis & meus est, magnꝰ scilicet & purus. Deinde additur & necessaria causa: *Despondi n.uos uni uiro uirginẽ castam.* Itaq; nõ mihi ipsi, sed illi cui uos despõdi zelotypus sum. Prẽsens enim tẽpus desponsationis est. Thalamorum uerò aliud, nẽpe quando dicent, Surrexit sponsus. O nouas res. In mũdo uirgines manẽt ante nuptias, post nuptias non itẽ. Hic autẽ non sic. Nam licẽt nõ sint uirgines ante nuptias illas, post nuptias tamẽ uirgines fiunt. Sic ois ecclesia uirgo est. Hæc.n.omnibus loquens dicit & coniugatis, & nõ coniugatis. Cętẽrũ uideamus, qd ferẽs, nos desponsarit, quales dotes, nõ aurũ, nõ argentũ, sed regnũ cœlorũ. Idcirco & dicebat, Pro Christo legatione fungimur, & exhortatur quãdo spõsam sumpturi sint. Huius typus erãt ea q̃ de Abrahã legũtur: etenim ille quoq; seruũ fidelẽ misit desponsaturũ filiã Gentilẽ. Et hoc loco misit deus ministros suos desponsaturos filio ecclesiã, & olim prophetas hæc dicentes: Audi filia & uide, & obliuiscere populi tui, & domus patris tui, & cõcupiscet rex decorẽ tuum. Vidisti etiam prophetã, qui despõsabat? Audisti apostolũ quoq; magna fiducia hoc uerbũ loquentẽ ac dicentẽ, Desponsaui uos uni uiro, uirginẽ castã ut exhiberetis Christo? Vidisti iterũ sapientiam? nam postq̃ dixit, Vtinam sustinuissetis me, nõ dixit, Doctor enim uester sum, & non pp meipsum dico, sed dignitatatẽ quam illis potissimũ afferebat, ponit, statuens se in loco pronubi, illos uerò in ordine sponsæ, ⌈subdẽsq; dicit: *Metuo aũt, ne quo pacto serpẽs Heuã decepit p uersutiã suã, ita corrũpãtur sensus uestri à simplicitate, q̃ est in Christũ.* Nam quãuis uester sit interitus, tristitia tamẽ cõmunis est. Considera sapientiam quoq;. Non enim isthuc apparet, quãuis fuerint corrupti. Et hoc manifestans dicebat, Quãdo impleatur uestra obedientia, lugeãq; multos ex his q̃ antea peccauerũt: attamẽ nõ pmittit illos absq; pudore: idcirco & inqt, ne fortè. Nã neq; condemnat, neq; silet: neutrũ.n.sẽ curũ, siue manifestè dicas, siue ppetuò celes: propterea mediũ ponit dicẽs, ne fortè. Sic.n. dicere, nõ est oĩno cõdemnare, neq; omnino absoluere, sed ĩtra mediũ horũ duorũ consistere: unde sic qdẽ mitigabat: mẽtione uerò historiæ, metũ indicibilẽ illis immisit, & oĩ illos uenia destitit: nam cũ & malignus serpẽs ⌈is⌉q; insensatus fuerit, mulierẽ licẽt talis esset, malis inuoluerit, ⌈uidete igitur ne hæc patiamini. Etenim & ille maioribus promissis decepit, quẽadmodũ & superbi ac elati illi ipsos decipiebãt: quod nõ solũ hiuc, sed etiã aliunde cõiectare licet, nẽpe ex his quæ post hæc dicit: *Nam si is qui uenit, aliũ Iesum p̃dicat, quẽ nõ p̃dicauimus, uel spiritũ aliũ accipitis⌈, quẽ nõ accepistis, uel aliud euangeliũ quod nõ accepistis, rectè sustinuissetis.* Et nõ dixit, Ne fortè sicut Adã deceptus est: sed ostendit mulieres esse eos, q hæc patiũtur: mulierũ.n.est decipi. Nec dixit, sic & uos decipiamini: sed pmanens ĩ metaphora, inquit, Corrũpantur sensus uestri à simplicitate ea q̃ est in Christũ: ⌈ob securitatẽ, ⌈nõ ob malitiã dico neq; ob malignũ, neq; quia uos nõ creditis, sed ob ⌈securitatẽ, propter quam qui decipiũtur, uenia digni non sunt: ⌈id quod declarauit Heua. Quod si hoc uenia in dignũ, multò magis siquis pp uanam gloriã hęc patiatur. Nã si quidẽ is qui uenit aliũ Iesum prædicat, quem nos non prædicauimus, ostẽdes hinc nõ Corinthios esse, sed aliunde eos qui decipiũt prius corruptos, ideo dicit: Qui uenit. Si spiritũ aliũ accipitis, ⌈si euangeliũ aliud quod nõ accepistis, rectè sustinuissetis. Quid dicis? Qui dixisti Galatis, Siqs euã gelizauerit uobis præter id quod accepistis, anathema sit: nunc dicis, Rectè sustinuessetis? Quin & pp hoc nõ oportebat sustinere, sed resilire. Nã si eadẽ dicerẽt, oportebat sustinere: quo igitur dicis, si eadẽ dicũt, non sustinendos? Num si alia dicerẽt sustinẽdi essent? Nõ. Attendamus ergo, magnũ.n.periculũ & profundũ præcipitiũ, si obiter hoc prętereamus: ⌈quòd si dicatur, ⌈oibus hæresib⁹ aditũ patefaciet. ⌈Quid igitur est? Nomẽ uerborũ illorũ⌈ ficiactabãt illi, quasi imperfectè apostoli docuerint, & illi aliqd ampli⁹ afferẽtes dixerit. Verisimile.n.eũ illos multũ

nugantes,

A nugantes, intolerabilem stultitiã suis dogmatis admiscuisse. Ea pp & serpentis ac Heuæ meminit expectatione maximarũ rerum deceptæ. Hoc.n.in priore epistola insinuans dicebat, Iam diuites facti estis, 1.Co.4.b
Ibid.c absq; nobis regnastis. Iterum, Nos stulti pp Christũ, uos autem prudentes in Christo. Quoniã igitur uerisimile est illos multùm nugatos, externa sapientia usos: hoc inquit, quòd si quidem amplius quid dicerent illi, & alium prædicarent Christum, quem non oportebat prædicari, nos aũt omisissemus, rectè sustinuissetis: pp hoc addidit, quẽ non prædicauimus. Si aũt hæc capita fidei sunt, quid amplius poterant? quicquid.n.dixerint, non amplius dicent his quæ à nobis dicta sunt. Et uide quo istud ponit diligenter: non dixit, Siquidem is qui uenit, maius quid dicit. Dicebant.n.maius quid, cum maiore potestate cõciõnates, amplioreq; uerborum ornatu: propterea hoc non dixit, sed quid? Qui uenit, alium Iesum prędicat, id quod nõ opus habebat multa uerborũ supellecti le. Vel spiritum alium accipitis, neq; hic opus uerbis,
⌈secundũ B id est, ditiores uos facit, ⌈si⌈ domini gratiam, uel euã gelium aliud accipitis, quod nõ accepistis. Etiã hoc non egebat uerbis, rectè sustinuissetis. Tu aũt obserua, quo ubiq; discretione usus sit, quę declaret, quòd nihil amplius, neq; maius ab illis introductũ sit. Nã cum dixisset, Nam siquidẽ is qui uenit, alium Iesum prædicat: adiecit, quem non prædicauimus: & spiritum alium accipitis, addidit, quem nõ accepistis: uel euangelium aliud, ⌈adiecit, ⌈quod nõ suscepistis: per oĩa demonstrans, quòd non statim attendere oportet, si amplius quid dixerint: sed semper, qd amplꝰ dixerint, quod dici oportebat, & à nobis prętermissum est: qd si non opus erat, & propterea neq; à nobis dictũ est, & eadẽ dicũt, quid ergo illos sic obstupescitis? Et si dicatur, Si eadẽ dicunt, quare illos prohibes? quia hypocrisi utẽtes alia introducũt dogmata: uerũ hoc quidẽ iam non ponit, postea aũt quando, inquit, persona assumpta apostolorum Christi, iam uerò per minus molesta ab authoritate illorum discipulos abducit, & non illis inuidens, sed hos muniens. Quia & aliãs Apollo nõ prohibet, tametsi uir eloquens esset, & in scripturis potẽs, sed & obsecrat
C & promittit missurum illum: quia cũ eruditione ille etiã dogmatum retinebat rectitudinẽ, hi uerò cõtrario modo se habebant. Idcirco illos impugnat, & discipulis ab illis pendẽtibus improperat dicẽs: quòd si quidẽ nos omisissemus aliquid qd oportebat annunciari, impleſſent aũt illi, non prohiberemus attẽdere: si autem omnia à nobis absoluta sunt, & omissum est nihil, quo uos rapuerunt illi: proinde & addit dicens: *Arbitror.n.me nihil inferiorem fuisse eximijs apostolis.* Non iam cum illis, sed cum Petro & cæteris
⌈Itaq; si me scientia superant, superãt & illos. se comparat, ⌈& ita magnum quid inter me & illos distat ⌈Et uide quo etiam hoc loco modestè loquitur. Nõ.n.dixit, nihil me amplius locuti sunt apostoli. Sed quo? Arbitror, sic puto, quòd nihil minor sum eximijs apostolis. Quoniam.n.& hoc uidebatur illum humiliorem facere, quia illi priores maius nomen habebant, & magis de illis sciebatur, erantq; hi seipsos cõmendaturi, & idcirco cum illis se confert, habitu sibi congruente. Ideo & cum laudibus illorum meminit apostolorum non simpliciter dicens, sed eximijs illis Petro, Iacobo, & Ioanne sulicet: *Cętèrùm licèt imperitus sim sermone, non tamen scientia.* Nam quoniam illo multũ gloriabantur hi qui Corinthios corrumpebãt, quòd non essent imperiti, etiam hoc D ponit, mõstrans quòd nõ inde cõfundatur, sed magis honestetur. Et nõ dixit, si aũt & imperitus sermone, sunt etiam illi tales. Hoc.n.uisum fuisset esse & illos accusantis, & hos exaltantis: uerùm istam impugnat externam spiam. Et in priori quidem epistola multũ certat de hoc, dicens quòd non solũ nihil cõducat ad hanc prædicationem, sed etiam adumbret gloriam crucis. Veni.n.inquit, non secundum excel- 1.Cor.1.c
lentiã sermonis, uel spiæ ad uos, ut ne uacuetur crux &.12.a
Christi, & alia multa id genus, eò quòd scientia imperiti essent, ⌈& in summa laborarent imperitia. ⌈igitur in magnis quidẽ rebus se magnis apostolis confert: quãdo autem ostendendum imperfectius quid dam, non idem facit, sed re ipsa colligit: ac ostendit abundantiam esse hoc quod factũ: & quando nulla necessitas urget, etiam minimum se esse apostolorũ, 1.Co.15.b
⌈& nulla prædicatione⌈ dignum dicit. Hic uerò iterũ, quando tẽpus postulabat, dicit se non minorem exi le. Vel spiritum alium accipitis, neq; hic opus uerbis, id est, ditiores uos facit, ⌈si⌈ domini gratiam, uel euã gelium aliud accipitis, quod nõ accepistis. Etiã hoc non egebat uerbis, rectè sustinuissetis. Tu aũt obserua, quo ubiq; discretione usus sit, quę declaret, quòd nihil amplius, neq; maius ab illis introductũ sit. Nã cum dixisset, Nam siquidẽ is qui uenit, alium Iesum prædicat: adiecit, quem non prædicauimus: & spiritum alium accipitis, addidit, quem nõ accepistis: uel euangelium aliud, ⌈adiecit, ⌈quod nõ suscepistis: per oĩa demonstrans, quòd non statim attendere oportet, si amplius quid dixerint: sed semper, qd amplꝰ dixerint, quod dici oportebat, & à nobis prętermissum est: qd si non opus erat, & propterea neq; à nobis dictũ est, & eadẽ dicũt, quid ergo illos sic obstupescitis? Et si dicatur, Si eadẽ dicunt, quare illos prohibes? quia hypocrisi utẽtes alia introducũt dogmata: uerũ hoc quidẽ iam non ponit, postea aũt quando, inquit, persona assumpta apostolorum Christi, iam uerò per minus molesta ab authoritate illorum discipulos abducit, & non illis inuidens, sed hos muniens. Quia & aliãs Apollo nõ prohibet, tametsi uir eloquens esset, & in scripturis potẽs, sed & obsecrat
C & promittit missurum illum: quia cũ eruditione ille etiã dogmatum retinebat rectitudinẽ, hi uerò cõtrario modo se habebant. Idcirco illos impugnat, & discipulis ab illis pendẽtibus improperat dicẽs: quòd si quidẽ nos omisissemus aliquid qd oportebat annunciari, impleſſent aũt illi, non prohiberemus attẽdere: si autem omnia à nobis absoluta sunt, & omissum est nihil, quo uos rapuerunt illi: proinde & addit dicens: *Arbitror.n.me nihil inferiorem fuisse eximijs apostolis.* Non iam cum illis, sed cum Petro & cæteris
⌈Itaq; si me scientia superant, superãt & illos. se comparat, ⌈& ita magnum quid inter me & illos distat ⌈Et uide quo etiam hoc loco modestè loquitur. Nõ.n.dixit, nihil me amplius locuti sunt apostoli. Sed quo? Arbitror, sic puto, quòd nihil minor sum eximijs apostolis. Quoniam.n.& hoc uidebatur illum humiliorem facere, quia illi priores maius nomen habebant, & magis de illis sciebatur, erantq; hi seipsos cõmendaturi, & idcirco cum illis se confert, habitu sibi congruente. Ideo & cum laudibus illorum meminit apostolorum non simpliciter dicens, sed eximijs illis Petro, Iacobo, & Ioanne sulicet: *Cętèrùm licèt imperitus sim sermone, non tamen scientia.* Nam quoniam illo multũ gloriabantur hi qui Corinthios corrumpebãt, quòd non essent imperiti, etiam hoc D ponit, mõstrans quòd nõ inde cõfundatur, sed magis honestetur. Et nõ dixit, si aũt & imperitus sermone, sunt etiam illi tales. Hoc.n.uisum fuisset esse & illos accusantis, & hos exaltantis: uerùm istam impugnat externam spiam. Et in priori quidem epistola multũ certat de hoc, dicens quòd non solũ nihil cõducat ad hanc prædicationem, sed etiam adumbret gloriam crucis. Veni.n.inquit, non secundum excel- 1.Cor.1.c
lentiã sermonis, uel spiæ ad uos, ut ne uacuetur crux &.12.a
Christi, & alia multa id genus, eò quòd scientia imperiti essent, ⌈& in summa laborarent imperitia. ⌈igitur in magnis quidẽ rebus se magnis apostolis confert: quãdo autem ostendendum imperfectius quid dam, non idem facit, sed re ipsa colligit: ac ostendit abundantiam esse hoc quod factũ: & quando nulla necessitas urget, etiam minimum se esse apostolorũ, 1.Co.15.b
⌈& nulla prædicatione⌈ dignum dicit. Hic uerò iterũ, quando tẽpus postulabat, dicit se non minorem exi- ⌈neque se Apostoli appellatione.
stente? immo ædificabantur, & non offendebãtur, quo & maximè accusabantur, & infirmitatis redarguebantur: neq; n. illi aliter induci poterãt, nisi ipso prius humiliato. Improperatur, inquit, mihi, quòd humilis fuerim, sed propterea uos exaltati estis. Quoniam.n.& superius dicebat, quòd accusabant illum, quòd præsens quidem humilis est, absens uerò au- Sup.10.c
dax: excusans perstringit illos, iterũ hic dicens: quòd hoc propter uos feci, alias ecclesias deprędatus sum. Hoc loco iterum, cum confusione, sed priora ⌈non permittit ⌈duriora apparere. dixerat enim, Vtinam ⌈non permittunt ista
sustineretis me paulisper in insipientia. Et ante ⌈illa⌈ sua bene gesta, in hoc primo gloriatur. Hoc enim Hic su. a
maximè quærunt seculares, & in hoc etiam illi ad- ⌈alia
uersarij superbiebant: eapropter non prius sermo-

Gnẽ de periculis aggreditur, uel de signis, sed de opũ contemptu, quoniã per hoc superbiebant: insinuat simul & illos esse diuites. Hoc autem admirabile est in illo, quod poterat dicere, quòd ex laboribus manuũ pascatur, & nõ dixit, sed quod maximè illos ad monebat, & neq; illius laus erat. Dicit, ab aliis accepi: & non dixit, accepi, sed, deprædatus sum, hoc est illos nudaui & pauperes feci. Et quod maius, nõ ad abundantiam, sed in usum necessarium: quando.n. dicit, accepto ab illis stipẽdio, intelligit necessariũ alimentũ: & quod grauius est, in uestrũ ministeriũ: uobis prædicamus, & à uobis debebam ali, ab aliis aũt accepi. Duplex crimen, immo triplex, quia & apud illos erat, & illis minis trabat, & necessarium quærebat alimentũ, alios habebat suppeditantes. ⌜Non solùm enim aliorũ multorum erat excellentia, quorum illi segnitie, alij studio præcellebant: nã illi quidẽ absenti mittebant, hi uerò præsentem ⌜non alebant. Porrò quoniã acriter illos reprehenderat, sensim iterum uehementiam reprehensionis retrahit, dicens: *Et cũ præsens essem apud uos atque egerem, nullum grauabam*. Nõ enim dixit, Non dedistis mihi: sed, ego non accepi. Parcit.n. iam illis, attamen in contextu sermonis clã iterum perstringit. Præsentem esse & egere, emphaticum est, & prægnãtem habet significationem. Vt.n. non dicant, quid si habuisses? subdidit, & egens non grauaui uos. Hìc iterũ modestè illos pũgit, ⌜quòd eo periculo obnoxij fuerint, ut sic grauarẽtur. ⌜Præterea causa accusatione referta est ac zelotypia. Ideo & posuit illã simpliciter, sed docens unde & à quibus educatus sit. Et iterũ ipsos sine suspicione extimulat ad eleemosynæ opus. *Nam quod mihi deerat, supplenerunt fratres qui uenerant à Macedonia*. Vidisti quo exacerbat iterum positis in medium fratribus qui ministrarent. Primũ enim desiderare eos facit, ut cognoscant qui nam illi sint, ⌜de quibus loqueretur cũ diceret: ⌜Alias ecclesias deprædatus sum: & deinde nominibus eos exprimit, quo sanè & ad eleemosynam illos prouocat. Nã ijs qui negligebant alere apl'm, persuadet, ne in pauperũ subsidio minores uideantur. Hoc aũt & ipsis Macedonibus scribens dicit, In usus meos misistis mihi semel ac iterũ: & in principio euãgelij: quod sanè maximum illorum præconium erat, quòd statim ab initio euangelij sic floruerunt. Cæterũ uide ubiq; posuisse, quòd usui sibi fuerint, & nusquã in abũdantiã. Etenim dicendo, Præsens & egẽs: ostẽdit quòd apud Corinthios indigebat pasci: dicẽdo uerò, ea quæ mihi deerant suppleuerunt, ostendit quòd non petierit, neq; causam posuerit, quæ non esset. Quæna hæc? quòd ab alijs acceperit: nam quæ mihi deerant, inquit, suppleuerunt qui uenerunt. Propter hoc, inquit, non grauati sunt, non quòd non ausim. Etenim pp hoc istud ponit, & ostẽdit per sequẽtia, sed non dicit ipsum manifestè, uerũ adumbrat, conscientiæ auditorum relinquens, & occultè per sequentia ostendit dicens: *Et in omnibus, ne cui grauis essem me seruaui, & seruabo*. Ne.n. inquit, putetis me dicere ut accipiam: nam quòd dicit seruabo, grauius dicit. Et nisi quã de illis fiduciam haberet, sed semel abnegat se quippiam accepturum. Ostendit autem quòd & hoc graue putarit esse futurum, unde dicebat, seruaui me & seruabo me, ne cui sim grauis. Hoc & in priore epl'a dicit, nõ scripsi, ut sic fiat in me. Bonum enim mihi est mori, quàm ut quis gloriationem meam euacuet. Et hoc loco iterũ, ne uobis sim grauis, me seruaui & seruabo. Et deinde ne uideatur hæc dicere, ut magis illos conciliet, inquit: *Est ueritas Christi in me*. Ne putetis quòd idcirco dixi, ut accipiã, Vt magis attrahã. *Est.n.* inquit, *ueritas in me, quòd gloriatio ista non interrumpetur in regionibus Achaiæ*. Vt.n. nequis illum putet super hac re iterũ dolere, uel iratum hæc dicere, factum ipsum gloriatione uocat. Et in priore quoq; epistola similiter istud facit, atq; adeò neq; illic perstrigi illos dicit. Quæ igitur, inquit mihi est merces? ut euangelizans sine sumptu ponã euangelium Christi. Et quemadmodum illic merce dem, ita hìc gloriationẽ uocat, ut ne ualde confundantur dictis, quasi petenti non exhibentes. Quid.nã & uos datis, inquit, sed ego non accipio. & non interrũpetur, à metaphora fluminũ uel fontis quasi ubique fluentis, quia non accipit, nõ obturabitis dono libertatẽ meam. Non tamen dixit, non obturabitis, id quod austerius erat: sed non interrumpetur in regionibus Achaiæ. Hoc iterũ erat dictum dans plagã, sufficiebat q; ad humiliandũ illos ac contristandum: siquidem solos illos deprecatus esset. Si.n. gloriatus esset, ubiq; oportebat gloriari: si aũt in uno solo, propter infirmitatem fortasse nostram: ut igitur ne hæc cogitantes contristentur, uide qũo istuc corrigat. *Quare? num quia non diligo uos? Deus nouit*. Statim & mox corrigit, sed neq; sic alienauit illos à criminibus Neq; n. dixit, non estis infirmi, neq; non estis fortes, sed diligo uos: quod maximè illorum crimen auxit. Quòd.n. impẽsè diligat illos, declarabat non accipiẽdo ab illis, quoniã ualde perstringebantur: & ita diuersa ab amore faciebat, & accipiebat, & nõ accipiebat. Diuersitas aũt hæc erat iuxta dantiũ habitũ: & nõ dixit quidẽ, Propter hoc nõ accipio, qa ualde uos diligo: alioqui infirmitatẽ illorum accusasset, & perplexos feciſſet: sed uertit in aliã causam sermonem. Qualem ne? *Vt amputem occasionem eorum, qui uolunt occasionem, ut in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos*. Quoniã hoc curabat ut ansam quandã apprehenderent, & hanc tollere oportebat: hoc.n. est, in quo solo gloriantur, igitur ut nihil amplius habeant ⌜quod corrigere oporteat. ⌜In alijs. n. inferiores fuerunt. Nihil.n. sic ædificat seculares, ut non accipere. Vnde malignus ille diabolus, hanc potissimum escam parat, uolens illos aliò tractos lædere. Videtur autem mihi, etiã hoc ad hypocrisin pertinere, eò quòd neq; dixit, in quo bene egerunt: sed quid: in quo gloriantur. quod certè taxantis est arrogantiam. Gloriantur.n. esse quod non sunt, cum uirtum spectabilem uirtute, non solũ non de his quæ non habet, sed neq; de his quæ habet gloriari oporteat: sicut btus ille apl's faciebat, & sicut Abraham patriarcha dicens: Ego autẽ sum terra ac cinis. Quoniã. n. non habebat pctã, quę diceret, sed undiq; bonis operibus fulgebat, circuncursans, & nihil contra se inueniens, ad naturã ipsam confugit. Et quoniã terræ uidetur quodãmodo honestum etiam nomen, cineris addidit. Proinde alius quispiam dicebat, Quid superbit terra & cinis? Ne igitur dicas mihi, florem oculorũ, neq; erectã ceruice, neq; chlamydẽ & equum, & ministros: sed ubi moritur, hæc omnia cogita & attende. Si aũt ea quæ uidẽtur dixeris, dicã & ego ea quæ in scripturis inuenio: multò his clariora: nã quẽadmodum, propter aspectum nõ admiramur substantiã illorũ, uidẽtes quòd totũ limꝰ sit: ita certè neq; hęc, quę ẽt ipsa limus: imo ẽt prius quàm dissoluatur, & fiat puluis, ostẽde mihi

Et multa istorũ ad illos erat excellẽtia. Nã illi in segnitie, hi studio: & hi qui dẽ absenti mittebant, illi uerò præsentem.

qd tanquã grauati cunctãter talia cõferrent.

Phili.4.c

1

& hoc corrigere oportebat M

Gen.18.d

Ecc.10.b Morale.

Aerectũ illũ febre laborantẽ animamq; agentẽ, tũcq; tibi dicam & loquar: Quid factus magnus ille cultus? Quò peruenit frequens illa adulatio, & pompa ministrorũ, abundantia pecuniarũ & opũ? Quis uẽtus ingressus difflauit omnia? Quin & in feretro iacens fert diuitiarũ & superbię symbola, uestitu splẽdido adiacente, pauperibus & diuitibus præcedentibus, uulgo celebrãte. Maximè quidẽ & hęc ridicula, & facilè reprehẽduntur, sicut flos ubi diffluit: nã quãdo uiã transeo portarũ ciuitatis, & ubi illi corpꝰ tradiderunt uermibus, iterum dicam tibi: Quò uadit multitudo illa? qd facta est uociferatio & cõmotio? ubi faces? ubi chori mulierũ? Nonne hæc omnia somniũ sunt? Quid aũt factũ ex acclamationibus? ubi multa illa ora q̃ clamabant & iubebant fidere, quia ⌜nullus ímortalis? ⌜Nõ hæc nunc oportebat dicere nõ audienti, sed quãdo rapiebat, quãdo defraudãbat: tũc parum mutatis uerbis dicere oportebat, Nõ est fidẽdũ illis, nullus ímortalis, cohibe insaniã, extingue cõcupiscẽtiã. ⌜Ei uerò qui læditur, dicatur, Fidẽdũ est: illi uerò qui talia nũc curat, parcẽdũ erat, nec illudendũ: non enim propter hoc illũ iã oportet fiduciã habere, sed timere potiꝰ ac tremere: quanuis & illi qui iã stadiũ egressus sine utilitate dicatur, etsi diuites hoc morbo detenti, & laborantes audiant: ⌜nam quoniã antea præbrietate diuitiarũ nihil tale cogitant, sed in tẽpore illo, quando ab aspectu morientis, quod dicitur, credibile fit, prudentiores fiant, erudiantur intelligentes, quod paulò pòst & ipsi ad terribilia illa iudicia ducentur, & dare cogẽtur rationẽ eorũ quæ rapuerũt, & fraudibus cõquisiuerũt. Et qd hæc ad pauperes dicis pertinẽt? Maximè: multis. n. & hoc gratũ & iucundũ, uidere eũ qui læsit puniri: sed uobis non est iucundũ, sed si nihil mali patiatur: laudo enim uos & approbo alienis calamitatibus non gaudentes, sed propriã utilitatẽ sectãtes. Agè igitur & hanc uobis promittamus: nã si ab hominibus malè patiamur, ⌜& nõ paruo debito destituimur ⌜ferentes uiriliter quæ fiunt, nũquid lædimur? ⌜Deus.n. in mercedem imputat, non quòd iustè nobis debeat, sed quòd misericors est, ⌜& pius ⌜nõ iuuit eũ q affligebatur. Vnde hoc manifestũ? inquit. Malè uexabantur olim à Babilonijs Iudæi, nec prohibebat dominus, & abducebãtur pueri ac mulieres, & sequuta est captiuitas ista. Iuxta rationẽ peccatorũ facta est illis cõsolatio. Idcirco Esaiæ dicit: Cõsolamini, cõsolamini populũ meũ sacerdotes, loquamini ad cor Hierusalẽ, quia accepit de manu domini duplicia pctã sua. Et iterũ: Da nobis pacẽ. Omnia. n. persoluisti nobis. Et Dauid inqt, Vide inimicos meos, qa multiplicati sunt, & dimitte oĩa pctã mea. Et quãdo Sedeat dominus humilitatem meã, & retribuat mihi pro die illo. Quando.n. non ulciscitur qui læditur, tunc potiſimũ utilitatẽ accipimus: nam si cũ gratia rũ actione tulerimus, pro satisfactione peccatorũ imputatur: & ita cũ uideris diuitẽ, qui pauperẽ rapina opprimit, relicto eo qui opprimitur, deplora opprimentẽ: nam ille quidẽ sordes deponit, hic uerò se coinquinat. Sic & Elisæi discipulus patiebatur in Naaman: nam licèt nõ rapuerit, est tamẽ & fraude conquirere iniustitia. Quid igitur factũ est? Accepit cũ iniustitia & leprã: & ille quidẽ iniustè: læsus, utilitatẽ habuit: qui uerò iniustitia affecit, maximũ damnũ tulit. Hoc & nũc in anima fit. Tantũq; hoc est, ut ipsum solũ, sæpenumero deũ misericordem reddiderit, licèt adiutorio indignus esset qui patiebatur, quãdo grauissima luebat, deũ, ut sibi misereretur, concilians, & hinc solũ excitans, ut adiuuet. Propterea deus ẽt olim Barbaris dicebat: Ego quidem tradidi illos parum, ipsi autẽ conspirarunt in mala, incurabilia patientur. Nihil.n. omnino est, qd deũ sic exacerbat, atq; rapere, & uiolentia opprimere, & fraudare. Cur nã? quia ualde facilè ab hoc malo quis liberari posset: nõ est enim naturalis concupiscentia infestãs, sed à negligentia euenit. Quomodo igitur Paulus radicẽ malorũ uocat auaritiam? Etiam ego sic dico. Sed apud nos radix illa præter naturã rei: & si uultis, cõparationem faciamus, utra concupiscentia diuitiarũ ne uel corporũ uiolentior sit, ⌜hoc est grauior. ⌜Videamus igitur, quẽ magnũ uicit concupiscentia pecuniarũ? nullum, sed miserabiles ualde ac abiectos. Gieze, Achaab, Iudã, sacerdotes Iudæos: concupiscentia uerò corporum, magnum prophetã uicit Dauidẽ. Et hæc dico, nõ uenia dans his qui hac concupiscẽtia illaqueãtur, sed magis hoc ago, ut resipiscant. Quando enim ostendero magnũ malum, tunc maximè illos uenia omni priuatos ostẽdo: nam ignorans bestiã, posses ad illã confugere, nunc autẽ sciens & incidẽs in illam, non habes excusationẽ. Post hunc illius filium, gratuius abripuit, quanuis illo sapientior fuerit nemo, omnesq; alias exercuerit uirtutes, attamen ab hoc malo sic captus est, ut & letalem acceperit plagã. Et pater quidẽ surrexit, & iterũ præiatus est ac coronatus: hic autẽ nihil tale declarauit. Propter hoc & Paulus dicebat: Melꝰ est nubere quã uri. Et Christus, Qui pòt capere capiat. De diuitijs aũt non sic: sed, qui reliquerit facultates suas, cẽtupla recipiet. Quomodo igitur dices, de diuitibus dicit, quòd difficilè assequentur regnũ? Iterũ illorũ insulsam stupiditatẽ insinuãs, nõ diuitiarũ uiolentiã, sed illorum miserã seruitutẽ. Quod & ex his quæ Paulus consuluit manifestũ. Abducit enim ab illa concupiscentia dicens: Qui autem uolunt diuites fieri, in tentationem incidunt: in hac non item, sed ad tempus solũ dissoluit, & iterum concorditer ad idipsum redire consulit. Timuit enim fluctus cõcupiscẽtiæ, ne fortè naufragiũ graue fiat. Hæc affectio & ira pertinacior est. Nõ enim iræ locus est, uni nemo est q exasperat: concupiscentia autẽ oritur, etiãsi non sit aspectus, q ad hoc moueat. Ideo hãc quidẽ, nõ executi totã, sed adiecit, qui irascitur sine causa: neq; illam concupiscentiã sustulit, sed iniustã. nam pp concupiscentias, inquit, unusquisq; suã uxorẽ habeat: thesaurizare autẽ neq; temere, neq; sine causa cõcesſit. Nam hæ passiones, sunt nobis utilitatis gratia implãtatæ: nã cõcupiscentia propter procreãdam prolẽ, ira uerò, ut lęsos adiuuemus, opũ uerò amor minimẽ. Vnde nõ est naturalis affectio, unde quando ab illa caperis, tãtò fœdiora. pateris. Propter hoc sanè & secũdas nuptias pmittit Paulꝰ. In diuitijs uerò magnã reqrit diligẽtiã dicẽs: Quare non potius dãnũ accipitis, cur non potius iniuriã fertis? Et de uiginitate differẽs dicit, Præceptũ nõ habeo, & ad utilitatem uestrã dico, non ut laqueũ uobis iniiciam. Quãdo uerò de diuitijs loquitur, Habẽtes, inqt, tegmenta & cibos, his contenti simus. Qũo igitur, dices, hoc malo tã multi irretiũtur: Quia non sic se in

nulla mors

Cæterũ quãuis Billi, qiã stadiũ egressus sit, sine utilitate hæc dicãtur: diuites tamẽ eodẽ morbo detẽti, & ad sepulchrũ sequẽtes, audiant.

nõ paruam C debiti partẽ sic cidimus, ferẽtes uiriliter q̃ accidũt, nõ igitur lædimur, ſetiãſi prius

Esa.40.a
Ibid.26.c
Psa.42.d
2.Re.16.b

4.Re.5.f

qd enim magnos uiros deie ciſſeuenitur, hoc E sanè ẽ grauius.

2.Reg.11.a

1.Co.7.b
Mat.19.b
Ibid.d
Ibi.c. & Mar.10.b
1.Tim.6.b
F
Matt.5.c
1.Co.7.a
Ibid.6.b
Ibid.7.c
1.Tim.5.b

Gacie cõtra illud parant, sicut contra libidinem ac scortationẽ: quod siquidem similiter uideretur esse malũ, non facilè capti essent: sic & miseræ illæ uirgines à thalamo eiectæ sunt, quoniã maiore ob luctatore prostrato, ab ifirmiore & nihili deiectę sũt. Mat.25.a
Ad hæc etiã dici põt, quòd si cõcupiscẽtiã refrænãs à diuitiis uincitur, neq; cõcupiscentiis sæpe imperat, sed à natura sortitus est, quòd inde nõ ualde impugnatur. non. n. oẽs similiter propensi sunt. Hæc igitur scientes, & uirginũ exemplũ nobiscũ continuò uersantes, fugiamus malã hanc bestiam. Si enim uirginitas nihil prosuit, sed perierũt post infinitos labores ac sudores illę pp auaritiã, quis nos liberabit, si in illã inciderimus passionẽ? Idcirco oro ut omnia faciamus, ne aut capiamur, aut capti detineamur, sed rũpam⁹ grauia illa uincula. Ita. n. poterim⁹ apud cœlestẽ iudicẽ stare, & ifinita bona assequ, q̃ nobis cõcedãtur, gratia & miseri cordia domini nostri, &c.

Homilia. XXIIII.

H q *Vi autẽ tales, pseudoapostoli, operarij dolosi, assumpta persona apostolorũ Christi.* Quid dicis? Xpum p̃dicãtes, pecunias nõ accipientes, uel euãgeliũ aliud nõ introducentes, pseudapl'i nunc sunt? Etiã, has ob causas potissimũ, quia hæc omnia simulant, ut decipiãt. Operarii dolosi, nam operantur quidẽ, sed reuellunt ea quæ sunt planta: nã quoniã sciunt, se aliter nõ posse esse acceptos, p-sona ueritatis sumpta, erroris actũ simulantes peragunt. Sed, aiunt, pecunias non accipiũt? ut maiora accipiant, ut animas pdant: immo & hoc mendaciũ est, & accipiebãt, sed clã. Et hoc ostẽdit in proximis. nã iã ẽt insinuarat istuc dicẽs: In eo de quo gloriantur, ſinuẽti sunt ſsicut & nos. Sed postea ipsum manifestius insinuauit dicens: Si quis uos deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, illũ sustinuistis. Nũc autẽ aliũde illos accusat dicens: Persona assumpta, persona illis sola adiacet ouilla pellis. *Nec mirum: nã si ipse Satanas trãsfiguratur in angelũ lucis, quid magnũ igitur est, si et ministri illius personã inse trãsferũt, quasi sint mistri iustitiæ.* Atq; adeò si oportet mirari, hoc oportet mirari, illud aũt non itẽ: nam quando magister illorũ audet omnia, haud mirũ est, si & discipuli sequantur. Quid aũt est, angelus lucis? dicit eũ qui habet fiduciam loquendi, & deo assistit. Sunt enim angeli tenebrarũ, diaboli tenebrosi, ac feroces. Et multos diabolus sic decepit, persona in se accepta, & nõ factus angelus lucis: sic & illi personam stolorũ circunferũt, non ipsam potẽtiã, neq; fortes sunt. Nihil autẽ sic diabolicum, ut ad ostentationẽ quippiam facere. Quid autem est, ministerium iustitiæ? id scilicet quod nos sumus, euangeliũ prędicantes uobis, quod iustitiã habet: nam uel hoc dicit, uel quòd iustorũ uirorũ sibi opinionẽ assumũt. Mat.7.c
Qũo igitur illos agnoscemus? ab operibus ipsis, sicut & Christus dixit: eaq; propter cogitur sua præclara opera, & illorũ malitiam inter se componere, ut ex comparatione appareant nothi. Et ingressus iterũ ad encomia, illa primũ uituperat, ut ostendat hoc argumẽtũ sibi necessariũ, ut ne qs dicat, quòd seipsum laudet. Et dicit, *Iterum dico.* Et enim iã multa præmitigatione usus erat, attamẽ non contentus dictis, sed & iterũ dico: *Ne quis me putet insipientem esse.* Hoc. n. solebẽt illi, absq; causa gloriãtes. Tu autẽ considera repellentem, quoties ad suas laudes ingreditur: & hãc rẽ, nẽpe gloriationem, opus insipientiæ esse dicit: ego autẽ non tanquam desipiens istud facio, sed cõpulsus: si aũt non creditis, sed, licèt necessitatem esse uideatis, cõdemnatis, neq; sic deprecor. Vidisti, qũo ostendit multã dicendi necessitatẽ. Nam quẽ neque tanta suspicio remorata est à dicendo, cogita quãtam uim sustinuerit dicẽdo, & quantũ doluerit ac coactus sit eloquẽdo, attamẽ & sic in hac re modestia usus est. Nõ. n. dixit ut glorier parũ gloriaturus. Iterũ alia usus est deprecatione dicẽs: *Quod loquor, non loquor secundũ dominũ: sed tanquã in insipientia, in hoc argumento gloriationis.* Vides qũo gloriatio, iam non sit secundũ dominũ: dicit enim, Quãdo omnia feceritis, dicite, quòd serui inutiles sumus. Iam istuc quidẽ per seipsum non est secundum dominũ, fit tamẽ à mente bona: propter hoc dicit, Quod loquor, nõ causam arguẽs, sed uerba: alioqui mens eius ita erat mirabilis, ut & uerba honestaret. Sicut. n. homicida, quãuis occidere prohibeatur, bona tamẽ mente sæpius id facere eligit, & occidere non secundum dominũ, sed ex bona mẽte fit, sic & gloriari. Et cur nã nõ est usus tanta sermonis accurati diligẽtia? qa ad aliud properat, & ex abũdãtia, ẽt uolentibus carpere cõdonat, solum ut dicat, q̃ prosunt. Et enim quę dicta erant, sufficiebant tollere omnẽ suspicionẽ. Sed quasi in insipiẽtia. prius dixerat, Vtinã sustinuissetis me pauliſp in insipientia mea. Nunc autẽ quasi in insipientia: quò enim magis progreditur, hoc magis sermonẽ expurgat. Deinde, ut ne putes semper illũ desipere, apposuit, in hoc argumẽto gloriationis: scdm hanc p artẽ, inquit, quemadmodũ & alibi dicebat, Ne cõfundamur: & apponebat, in hoc argumẽto gloriationis. Et alibi iterũ dicens: Nũ quæ cõsulo, scdm carnẽ consulo, ut sit apud me etiam ẽt, non non. Et ostendens, quòd nõ possit semp ea q̃ promittit, implere: quoniã non secũdũ carnẽ consulit, ut ne suspicionẽ hanc, etiam ad dogma quiddã trahant, inq;, Fidelis autẽ deus, quia sermo noster, qui ad uos factus est, non fuit etiã & non. Et uide quãta prius dixerat, & iterũ alias defensiones apponit, sic dicens: *Quoniam multi gloriantur secũdum carnem, & ego gloriabor.* Quid est, scdm carnẽ? ab externis, à nobilitate à diuitijs, à sapiẽtia, à circũcisione & progenitoribus Hebræis, à magna existimatione. Et uide sapiẽtiã: illa ponit, quæ tamẽ nõ enumerat. Et tũc ẽt insipiẽtiam censet. Nam si in ueris bonis gloriari insipientia est, multò magis in uanis: & hoc est qd. s. nõ scdm dominũ, uocat. Nulla. n. utilitas est, Hebræũ esse, & similia. Ne igitur puteris, quòd quasi uirtutẽ hæc ponam, sed quoniã illi gloriãtur, cogor & ego hinc comparationem facere, quod scilicet & alibi facit dicens: Siquis uidetur confidere in carne, ego magis: & illic propter eos q cõfidũt in hoc. Quemadmodũ. n. siquis clari generis, philosophicã uitã eligens uiderit sublime sentiẽtes alios de generositate sua, uolens ẽt illorũ fastũ tollere, nõne cogitur propriã claritudinẽ dicere, nõ ⌜glorioſos, ⌝sed humiles alios reddens? Hoc sanẽ & Paulus fecit. Deinde ⌜relicto illo, ⌝apud Corithios totã causam extenuat dicẽs: *Libenter enim sustinetis insipiẽtes.* Et ita, uos authores horum, & magis q̃ illi. Nisi enim uos illos sustinuissetis, & dãnum passi essetis, nihil certè pp illos fuissem locutus, sed uestrę salutis curã gerẽs, & uobis seruiẽs. Et uide quomodo increpationẽ etiã cũ laudibus ponit. ut dixit enim, *Libenter sustinetis in-*

Hic sup.c
ſinuemã
tur
Hic inf.c
1
Mat.7.c
Ibi.1.d
Ibidem.
M
Phili.3.a
⌜gloriam
⌜illis reli
ctis,

A *sipientes.* addidit, *quum prudentes sitis.* Insipiẽtiæ enim est gloriari, maximè in talibus: quamuis oportebat increpare & dicere, Ne sustinete insipientes, sed abũdantius faciebat. Nam ille quidem uisus fuisset increpare, quasi priuatus illis: nunc autem quum ostenderet se quoque in his præcellere, eaq; nihili facere, magis illos corrigit. Iam autem prius quã laudes ingreditur, & comparationem: magnam Corinthiorũ seruilitatẽ illis opprobrat, qd intantũ illis se inflexerint. Et obserua, quomodo incesit. *Sustinetis enim,* inqt, *siquis deuorat.* Qũo igitur dicebas, ut in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos? Vides quòd ostendit illos accipientes, & non simpliciter accipiẽtes, sed plurimum? Hoc enim significat, deuorare. *Siquis uos in seruitutem redigit.* Et diuitias uestras, inqt, & corpora & libertatem exposuistis. Hoc enim plus est quàm
1.Cor.9.b accipere, non solũ pecuniarum, sed & uestri ipsorũ dominos esse: quod & antea manifestãs dicit: Si alii substantię uestræ participes sunt, non multò magis nos? Deinde id quod molestius apponit, dicens: *Siquis extollitur.* Neque uestrę seruitutis ratio habetur
B congrua, neq; mãsueti sunt domini, sed asperi & molesti. *Siquis in faciem cædit.* Vidisti iterum incrementum tyrannidis. Hęc autem dicebat, non quòd in faciem cædebant, sed quòd respuebant illos & cõtemnebant, ideo adiecit: *Iuxta contumeliam loquor.* Non minus enim patiebamini, quàm si in faciẽ cęsi essetis. Quid autem hoc dominio acerbius, quando & opes uestras, & libertatem, & honorem auferentes, neq; sic sint mansueti? neq; in seruorum ordine uos manere sinunt, sed quouis uenalitio mancipio contemptius uobis abutuntur. *Perinde quasi nos infirmi fuerimus.* Obscurè hoc dictũ est. Quoniã enim molestum erat, propterea istud sic posuit, ut molestiã obscuritate tollat. Vult autem sic dicere, Nunquid non possumus & nos hęc facere? Sed nõ facimus. Cuius gratia istos sustinetis, quasi nos non possimus hæc facere? Itaque crimen est, & stultè agẽtes ferre: quòd autẽ & sic contemnentes uos, & uestra rapientes, & se extollentes, & percutientes sustinetis, neque defensionẽ habet, neq; ullam rationem. Noua enim hæc
C deceptionis species est. Nã decipientes quidem dãt, & adulantur: hi autem & decipiunt & accipiunt, & contumeliam faciunt: unde neque umbrã habetis ueniæ, quòd eos qui se sic humiliãt propter uos, ut uos exaltemini, respuitis: & eos qui se exaltãt, ut uos humiliemini, admiramini. Nõne & nos hæc facere possemus? sed nolumus, considerantes potius quid uobis prosit: nã illi quidẽ q̃ uestra sunt destruẽtes, q̃ sua sunt quęrũt. Vides qd ubiq; per ea illos terret, per quæ & fidenter illos alloquitur. Si. n. propterea illos honoratis, inquit, quia percutiunt, contumelia afficiunt: possemus & nos eadẽ facere, in seruitutem redigere, percutere, extolli contra uos. Vidisti qũo totã causam in illos uertit, ut quæ sua uideatur insipiẽtia, illorum sit stultitia. Nõ enim ut meipsum clarũ ostẽtem, sed ut uos ab amara hac seruitute liberẽ, cogor parum gloriari. Oportet autem non simpliciter quę dicuntur exquirere, sed causam apponere. Quoniam
1.Reg.12 & Samuel pro se magnam proposuit laudem, quan-
a. do Saul unxit dicens: Cuius uestrum asinum accepi, uel uitulum, uel calciamentum? nũquid oppressi aliquem uestrũ? Attamen nullus illũ arguit. Causa est, quia non dicebat, ut seipsum laudaret: sed quoniã regẽ constituturus erat, pro defensione sua posuit, uolens illũ erudire, ut humilis sit ac mansuetus. Et cõsi- D
dera sapientiã prophetæ, imò dei misericordiã. Nam quia illos auertere uolebat multa difficilia cõgerẽs, dicebat de futuris regibus, quòd uxores illorũ factu ri essent molendinarias, uiros pastores multorũ magistros: & alia regum ministeria diligenter persequitur, quoniã uidebat illos nulla persuasione auocari, sed incurabili morbo laborare, & sic illis parcit, instituitque regem, ut mansuetus fiat. Et idcirco se testẽ producit: neque enim quis illum tunc iure conueneret, neq; quis arguerat, ut defensione haberet opus: sed ut illum faceret meliorem, hæc dicebat. Ideo & subdidit, deprimens illius supercilium: Si audieritis *Ibidem.c*
uos & rex uester, hæc & hæc erũt uobis bona: ⌜si ue-
rò non audieritis, ⌝contraria omnia. Et Amos quo- *Amos.7.d*
que dicebat, Non eram propheta, neque filius prophetæ, sed capararum pastor eram sycomoros, conterens, & suscepit me deus. Nõ extollens seipsum dicebat, sed obturans ora suspicantium ipsum nõ esse prophetã: & ut ostendat, quòd non decipiat, neque
à seipso dicat, ea quæ dicit. Alius quoq; ista huc ipsum E
declarans dicit, Veruntamen ego impletus sum for- *Miche.3.*
titudine domini in spiritu ac potẽtia. Et Dauid quũ *c.*
de urso & leone narraret, non gloriosus, sed magnũ *1.Reg.17*
& mirabile quiddam moliens dicebat: quoniã enim *d.*
non credebatur, quòd nudus & arma gestare non ualens, uicturus esset Barbarũ: coactus est suæ strenuitatis referre argumenta. Et fimbriã Saulis quãdo *Ibi.24.a.*
auferebat, non ostentando loquebatur quæ loquebatur, sed malã repellens suspicionẽ, quam finxerant dicentes, quòd uellet illum occidere. Igitur ubiq; inquirenda est causa. Nam qui ad utilitatem auditorũ spectarit, etiam si commendet seipsum, non solũ nõ meretur reprehendi, sed & coronari, & propter silentium taxandus. Quoniam & Dauid tunc, si siluisset, contra Goliath non esset permissus egredi in prælium, neque præclarum illud retulisset tropheũ. Sanè pro- *Morale.*
pter hoc dicere coactus est, & nõ fratribus: quamuis ⌜se ipsa ſi
& apud illos non inueniebat fidem, sicut etiã apud *mul cõfir*
regem, sed inuidia aures illorum obstruebat: ea pro- *mare so-*
pter ipsis relictis, nondum inuidenti narrabat. Gra- *lent.*
ue enim malum, inuidia, & propriam salutem contẽ *1.Re.18.*
nere facit. Ita & Cain seipsum perdidit, & ante illum *b.*
quoq; qui patrẽ ipsius interfecerat diabolus: sic Saul ⌜Budæus
malum dæmonem cõtra suam animam accersiuit, *ἐὰν μὴ*
& uocato medico iterum inuidit. Talem enim facie *legit.*
bat inuidia, quòd seruatus etiam perire maluit, quã *ἐὰν μὲν*
seruatorẽ glorioſum uidere. Quid hac affectioe mo *pro*
lestius fieret? Non errabit, qui illami germen diaboli *Nã si bo-*
dixerit: & in illo qdẽ uanæ gloriæ studij fructus, imo *nus fue-*
& radix. Vtraque enim hæc mala ⌜ipsa ſimul efficere *rit, nul-*
solita est: ⌝sic sanè & tũc inuidebat Saul, qa dicebãt, *lus inui-*
Percussit Dauid decẽ millia. Quo quid fieret absur- *det lan-*
dius? Cur enim dic mihi inuides, quòd laudatur quis *dato, sed*
piã, ubi certẽ gaudere oportebat? Aliter enim nesci- *simul lau*
res, ueram esse laudem. An propter hoc luges, quòd *dat. si ue-*
non existens admirabilis, laudatus sit? quin misereri *rò talis*
oportet. ⌜nam si non bonus fuerit, nullã inuidia lau- *non sit,*
dato. Sed laudant illum, ais, clari? Dic autem oro, q *quid cru-*
talis es, quid cruciaris? cur in teipsum figis gladium? *ciaris?*
Quòd admirabilis est hominibus. Sed hominibus q *&c.*
hodie sunt, & cras non sunt. Sed gloria, ais, fruitur? *Esai.40.*
quãnã dic oro? de qua propheta dicit, quod flos est *b.*
fœni? Quare inuides, quod non grauiter fert? tu autẽ *&.1.Pet.*
fœni circũfers onera talia. Si autem ille tibi zelo di- *1.d.*

Gnus esse uidetur propter hoc, cur non & arborũ sectores, qui quotidie grauia onera portant, & in ciuitatẽ ingressi? Nihil. n. hoc melius est istud onus, imo deterius: nam hoc quidem corpus solũ premit, istud autem & animam sępius incommodauit, & maiorẽ laborem habet quam uoluptatem: licèt enim dicã celebrem, maiorem tamen habet timorem quã gloriam, & hanc quidem breuem, illum uerò continuũ. Sed apud principes, inquit, clarus est? Et illic iterum periculum ac inuidia: nam ut tu afficeris erga illum, ita & alij plures. Sed laudatur cõtinuo, ais? hoc illi dutam seruitutem facit. non. n. audebit aliquid eorum facere liberè quę cupit, ne scilicet laudatores suos offendat: claritas. n. ei graue uinculũ est: & ita quò pluribus familiaris est, hoc plures habet dominos: augetur enim seruitus eius, dominis ubique apparẽtibus. Et seruus quidem quando à conspectu domini liberatur, respirat, & cum omni libertate agit: hic autem ubique occupatur, omnium. n. seruus est, qui in foro apparent: etiamsi aliquid necessarium urgeat, nõ audet se foro cõmittere ministris nõ sequentibus, & equis, & alio ornatu coniuncto, ne domini condemnent: etsi amicum uidet germanũ, non audet æquali honore cum illo loqui, timet. n. dominum, ne deponat illum à gloria: & ita quò clarior, hoc & seruilior. & siquid insuaue ei contingat, contumelia grauior, quò & plures habet, testes, & præter dignitatẽ res esse uidetur: non solùm autem cõtumelia, sed & calamitas grauior est, etenim multos habet, quibus gratũ est: quemadmodũ, licet bono quodã fruatur, plures patiatur inuidos & æmulos, qui illum deponere studeant. Est ne hoc bonũ dic oro? Est ne gloria? minimè, sed ignominia & seruitus, & uincula, & quicquid dicere licet onerosum. Licèt aũt & sic amabile quiddã gloria est apud hoies, & turbat, qđ multi illi applaudunt: quãdo uideris fruentẽ plausibus, ad futurũ seculum transi cogitatione, & gloriã quæ illic est. & sicut quando bestia inuadit, studes euadere, in domiciliũ ingressus claudis fores: ita & nũc ad futuram uitam confugito, ac ad ineffabilem gloriã illam: ita. n. & hanc conculcabis, & illam apprehendes facilè, ueraq; libertate frueris, ac æternis bonis: q̃ nobis oĩbus contingat gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cũ quo patri gloria, simul spiritui sancto nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia. XXV.

N *quo autem quis audet, in insipientia loquor, audeo & ego.* Vide iterũ recusantem, & deprecatione utẽtem ac præcastigatione, tametsi iam multa id genus dixisset. Vtinam sustineretis me paulispер in sapiẽtia. Et iterum, nequis me putet insipientem esse. Quòd si minus, uel ut insipientem accipite, quod loquor nõ secundum dominũ, sed quasi in insipientia: quoniã multi gloriantur secundũ carnem, & ego gloriabor. Et hic iterum, In quo autẽ qs audet, in insipientia loquor, audeo & ego. Dicit etiã insipientiam, audere de seipso magna loqui, etiam ubi necessitas postulat, multũ nos ut hoc fugiamus erudiens. Nã si postquã omnia fecerimus, debemus nos pro inutilibus habere: ubi autẽ nulla causa impulerit, qua uenia dignus erit, qui seipsum extollit & gloriatur? Propter hoc & Pharisæo acciderũt ea quæ euenerunt, nẽpe quòd in portu naufragium fecit, eo quòd impegit in hunc scopulum. Et idcirco Paulus magna in necessitate recusabat, & subinde inculcabat memoriis, insipientiã esse, sic agere, tãdemq; necessitatis defensione prẽmissa, audet ac dicit: *Hebræi sunt, & ego.* Non. n. omnes Hebræi Israelitæ sunt, qa & Ammonitæ & Moabitæ Hebręi sunt. Ideo subdit, exponens nobilitatem, ac dicit: *Semen Abrahæ sunt, & ego.* De Isaac loquitur, *Ministri Christi sunt: insipiens loquor, plus ego:* Non contentus priori deprecatione, sed etiã hìc iterũ eadem utitur dicens, ⌜insipiens loquor,⌝ plus ego: id est, superior illis sum ac melior: licet autẽ manifesta haberet eminentiæ suæ argumẽta, attamẽ insipientiã etiã sic, rẽ uocat, quamuis quũ pseudapostoli essent, non opus erat hac excellentiæ cõparatione: poterat. n. simpliciter negare, illos esse ministros. Negarat sanè istuc ipsum dicẽs, Pseudapostoli, operarii dolosi, persona assumpta apostolorũ Christi: nunc autẽ istud nõ sic facit. Trãsit. n. sermo, ut inquirat. Nullus autem ubi inquisitio nondum facta est, simpliciter sententiam fert, sed primum comparatione posita, negationem solidã esse re ipsa declarat. Aliter etiã dicere licet, quòd mentem illorum ponat, & non suam sentẽtiam, Ministri Christi sunt: & dicens, plus ego, proponit comparationẽ, & ostẽdit, qũo non asserens loquatur, sed re ipsa argumentum proferens, characterem ac notam apostolatus conseruat, relictisq; signis omnibus, à tẽtationibus incipit sic dicens: *In laboribus abundantius, in plagis excellentius:* quod illo maius est: plus enim est uerberari ac flagellari. *In carceribus abundantius:* & hoc loco iterum augmentum. *In mortibus frequenter:* quotidie enim, inquit, morior: hoc autem loco etiã facto. Sæpius enim in pericula morti uicinus uenit: A *Iudæis quinquies quadragenas una minus accepi.* Quare una minus? lex erat uetus, ignominiosum fieri eũ qui supra quadragita accepisset: ne igitur percutiẽtis impetus, supra numerum plagas inferẽs, ignominia notaret, decreuerunt una minus inferri, ut licèt uerberãs multiplicet, ne supra quadraginta excidat, sed intra constitutum numerum mãneat, uerberatusq; ignominia non notetur. *Ter uirgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci.* Et quid hoc ad euangelium? Quia lõga itinera & transmarina perfecit. *Noctem ac diem in profundo egi:* Dicũt alij, in medio mari: alij qđ uerius dictum uidetur, supernatasse: nam illud neq; ut miraculũ magnũ, neq; ut naufragio maius posuisset, si solũ in medio mari fuisset nauigãs. *In periculis fluminum.* Cogebatur enim & flumina traiicere. *Periculis latronum, periculis in ciuitate, periculis in solitudine.* Vbiq; mihi certamina proposita erãt, in regionibus, in prouinciis, in ciuitatibus, in solitudinibus. *Periculis ex gẽtibus, periculis ex falsis fratrib⁹.* Vide quale belli genus: non. n. soli hostes, sed & quis fraternitatẽ simulant, impetebant, multaq; opus habebat constãtia, ac prudentia. *In labore & molestia.* Pericula labores, labores pericula excipiebãt uicissim ac subinde, & ne parũ qdẽ respirare sinebant. *In itineribus sępius, in fame ac siti & nuditate, præter ea q̃ extrinsecus sunt.* Plura tamẽ omissa sunt, quàm enumerata: imo neq; quæ enumerata, quãta sint, ostensa sunt: neq; enim per species enumerauit, sed potius, prout numerus breuior, faciliusq; teneri poterat, recẽsuit, ter & ter dicẽs, & semel: de aliis nõ similiter, eo qđ sępe sustinuit. Et nõ dicit, q̃ ex illis sequuta sunt, utpote quãtos cõuerterit, sed sola ea quæ passus est, pro p̃dicatione: sì mulq; & modestia utitur, & ostẽdit, quòd licet nihil

præter laborem habuerit, mercedes sint perfectę. *In cumbens mihi quotidiana cura:* tumultus, turbationes, obsidiones, populorũ, urbium insidiæ. Ipsum. n. maximè impugnabant ludæi, quoniã maximè omniũ illos confundebat, & maximũ insanię argumentum uidebatur, quòd tã repentè se auerterat: unde graui bello eũ urgebant, sui, alieni, & hypocritæ, & ubique fluctus ac ꝑcipitia, in orbe habitabili & non habitabili: in terra & mari, intus & foris: & neq; necessario cibo abundabat, neq; tenui amictu tegebatur, sed luctator ille orbis, nudus luctabatur, & esuriẽs pugillabat, tãtũ aberat, ne opibus cumulãdis inhiaret. neq; hoc ęgrè ferebat, sed gratias pro his habebat agono thetæ. *Solicitudo omnium ecclesiarum.* Hoc autem caput omnium, quòd & anima discerpebatur, & mens disecabatur. Si. n. nihil extrinsecus accidisset, satis bel lorum intus erat, fluctus reciproci, cumuli curarũ, prælia cogitationum. Nam siqui uni soli domui prę est ac ministros habet, & dispẽsatores ac curatores, sæpe prę curis neq; respirat, tametsi intra domum nemo obturbet: qui autẽ non unius domus, sed ciuitatum ac populorum & gentium, & totius orbis curã gerit, & pro tãtis negotiis, & tot inuadentibus, solus existens, ac tanta ferens, & tã solicitus ut pater pro filiis, cogita quid sustinuerit? Nã ne dicas, Quid qđ solicitus fuit? sed solicitus fuit simpliciter: addit etiã magnitudinem curæ dicens, *Quis infirmatur, & non infirmus fum?* Nõ dixit, nõ communico mœstitię, sed quasi in ipsa passione essem & in ipsa infirmitate, sic cõturbor & commoueor. *Quis offenditur, & ego non uror?* Vide quanta excellentia doloris? Quomodo apparet ustionẽ nominans? accendor, uror, inquit: qđ certè omniũ maximum est. Nam illa quidem licèt sint uiolenta, recedũt tamen statim, & uoluptatẽ habent immarcescibilem. Hoc autẽ erat quod tribulabat ipsum & angebat ac sauciabat eius mentẽ, qđ in singulis infirmis hæc pateretur quicunque illi essent. Non. n. de maioribus quidem dicebat, minores autem despiciebat, sed etiã abiectum inter necessarios ponebat. Ideo dicebat, Quis infirmatur, quisquis fuerit: & quasi ipse ecclesia, quæ in toto orbe, sic in singulis dolebat membris. *Si gloriari oportet de his quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor.* Vides quòd nusquã à signis, sed ubiq; a persequutionibus & tentationibus gloriatur. Hoc. n. inquit, infirmitatis, & uariũ & multiplex bellũ indicat. Etenim Iudæi & gentes contra ipsum stabãt, & falsi fratres ipsum impugnabant, & fratres infirmi illum contristabãt, & qui scandalizabãtur. Vndequaq; illi turbationes atq; cõmotiones, à suis, ab alienis. Hic apostolicus est character, ꝑ hęc contexitur euãgelium. *Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit, qđ nõ mẽtior. Præfectus Aretæ regis obseruabat Damascenorũ ciuitat ẽ, ut apprehẽderet me.* Quid nã hìc affirmatur & asseritur, quũ nihil tale antea fecerit? fortè quòd hoc antiquius erat, ac minus notũ: illa autem & aliis nota, solicitudo ecclesiarum, & alia oĩa. Vide igitur quantum bellum, siquidem propter illum ciuitatem obseruabat. Quando autẽ bellũ dico, zelũ dico Pauli: nam nisi uehementiam spirasset, non in tantam insaniã præfectum succendisset. Hęc sunt apostolicæ aĩæ, tanta pati, & minimè succumbere, sed generosè ferre omnia quæ accidũt, simulq; cedere periculis, & temerè se non ingerere. Vide ergo hic quomodo uoluerit obsidionem effugere, *per fenestram demissus in sporta.* Nam licèt desideraret hinc emigrare, attamen & hominum amabat salutem. id circo sæpe etiã talia struebat, seruans seipsum prædicationi, & non detrectabat etiam humanis uti inuentis, quando exigebat tẽpus, ita erat prudens ac uigil: nam ⌜hic⌝ quidem ineffugibilia mala erant, gratia sola habebat opus ⌜alibi⌝ par illius humeris tentatio, multa & à se excogitat, & hoc loco iterũ deo totum imputans: & quasi flãma inextinguibilis ignis, si in mare lapsa, multis opprimẽtibus fluctibus mergitur, & iterũ fulgida ascẽdit: sic sanè & beatus Paulus, nunc quidem periclitans obscurabatur, nunc pericula transiens clarior redibat patiendo uictor. Ista est enim uerè fulgida uictoria, hoc ecclesiæ trophæum: sic diabolus configitur nobis malè afflictis. nobis enim afflictis capitur, & patitur ipse, quod nos pati uoluit, id quod & Paulo contigit. nam quò magis satan pericula multiplicabat, hoc magis uincebatur: non enim unum genus tentationum adornabat, sed multa & uaria: nam alia laborem, alia timorem, alia tristitiam, alia dolorem, alia curam, alia cõfusionem, alia omnia simul habebant: attamen in omnibus uincebat. & quasi miles unus habens totum orbem militantẽ cõtra se in medijs hostium uersetur agminibus, nihilq; graue patiatur: ita & Paulus. Solus inter Barbaros, inter Gentes, ubiq; terrarum, ubique marium apparebat, & inuictus manebat. Et quasi flamma in calamos & fœnũ incidens in suam naturam, quę uruntur transfert: sic & iste omnes inuadens, omnia ad ueritatem trãsferebat, sicut torrens qui omnia corripit, & impedimẽta reuellit. & sicut ãthleta quidã, ipse luctans, currẽs, & pugilẽ agens, uel miles muros oppugnans, in cãpo pręliãs, & in nauibus belligerans: ita omne genus pugnę tractabat, & ignem inspirabat, & omnibus in accessus erat, uno corpore orbem comprehendens, una lingua oẽs euertens. Non sic multæ tubæ in Hierichuntinorum ciuitatis lapides irruebant & destruebant illos, ut illius uox resonãs diabolica in humum trahebat subsidia, & aduersarios ad se trãsferebat: & quando collegit captiuorum multitudinẽ, ipse illos iterum armauit, & suum exercitũ facere cœpit, pérque illos mirè uincebat. Dauid Golhath uno solo lapide deijciebat: at si Pauli prędara opa scrutatus fueris, pueri fuerit opus illud, & quantũ inter militem ac pastorem distat, tantum uidebis discrimen. Hic enim non lapidem mittens deiecit Goliath, sed solũ loquens, omnẽ diaboli destruxit flammã: sicut leo rugiens, & flammã de lingua emittens, ita omnibus intolerabilis: & ubiq; assiliebat continuò, currebat ad hos, ueniebat ad illos, assistebat illis, irrũpebat ad alios, insiliens uento uelocior, & quasi unã domum uel nauem unam, totum orbem gubernans, eos qui mergebantur sursum trahens, & qui turbabantur ac cadebant cõfirmans, nautis imperãs, in puppi sedẽs, proram obseruans, rudentes extendens, remũ apprehendens, uelum trahens, in cœlũ suspiciens, omnia ipse existẽs, & nauta, & gubernator, & proræ director & uelũ, & nauem, & oĩa ferens, ut omnium mala soluat. Cõsidera autem, sustinuit naufragium, ut naufragium totius orbis auferret: noctẽ ac diem in profundo fecit, ut à profundo erroris extraheret: in molestiis fuit, ut laborantes refocillaret: uerbera sustinuit, ut à diabolo percussos sanaret: in carceribus conuersatus est, ut in carcere & tenebris sedentes, in lucẽ produceret: in mortibus sæpe, ut à grauib⁹ mor

G tibus liberaret. Quinquies quadraginta minus una accepit, ut illos hæc faciẽtes à diaboli flagello liberaret. Virgis cæsus est, ut sub uirgam & baculũ Christi mitteret. Lapidatus est, ut ab insensibilibus lapidibus liberaret. In solitudine fuit, ut à solitudine liberaret. In itineribus, ut sisteret errantes, & uiã in cœlũ ferentem aperiret. In ciuitatibus periclitatus est, ut supnã ciuitatem ostenderet. In fame & siti, ut auferret grauiorem famem. In nuditate, ut turpiter agentes stola Christi indueret. In commotione turbæ, ut à circunstãtia dæmonũ abduceret. Arsit, ut extingueret ignea tela diaboli. Per fenestram de muro demissus est, ut eos q humi erãt, inde sursum trãsmitteret. Adhuc igitur loquemur, neque scientes ea quæ. s. Paulus passus est, adhuc pecuniarum recordabimur? adhuc uxoris, & ciuitatis, libertatisq; , illum hanc uitam millies contemnere uidentes? Martyr semel moritur: at beatus ille uno corpore & una aia tot pericula sustinuit, quæ poterant etiam adamantinam animam conturbare. & quæ scilicet omnes tot corporibus sancti passi sunt: hæc ille in uno omnia tulit, in orbem quasi
H in stadium ingressus, & oĩbus uestibus exutus, adeò fortis stat. Cognoscebat. n. pugnantes secum dæmones. Ideo & clarus statim ab initio apparuit, ab ipsa repaguli porta, & usque ad finẽ perseuerauit, imo & proximè brauium maior fuit persecutio. Et hoc sanè mirabile, qd talia patiẽs ac faciẽs, ualde modestè agere sciebat. Etenim i necessitatẽ narrationis seruorũ præclarorum operum perductus, statim oĩa pertransit, tametsi libros innumeros implesset: siquidẽ singula uoluisset latius narrare, & ecclesias dixisset, pro quibus anxius erat, si carceres, & quę in illis ab se bene gesta, si alias quotidianas solicitudines & insidias, sed noluit. Hæc igitur & nos scientes, discamus
ſin diui- modestè agere, & nunquã ⸢ diutius ⸣ gloriari, neq; in
tijs. aliis huius uitæ rebus, sed in contumeliis pp Christum, & in his quãdo necesse fuerit: quòd si nihil est quod urget, neq; horum memores simus, ne extollamur, sed dolorum peccatorum: sic. n. & ab illis facilè liberabimur, & deum propitium habebimus, futuramq; assequemur uitam: quæ nobis oĩbus eueniat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cũ quo patri ac spiritui sancto gloria nũc &
I semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia XXVI.

Ga. XII. *Loriari sanè non expedit mihi, ueniã enim ad uisiones & reuelationes domini.* Quid sibi hoc uult, quòd tot ac tantis dictis, gloriari sanè, inquit, nõ expedit mihi, quasi nihil dixisset? Nõ quasi nihil dixisset, sed quoniam aliud gloriationis genus ingressurus erat, quod mercedem quidẽ tantam nõ habet, clarius autẽ plerisque uidetur ostendi, nõ his qui diligenter inquirunt: dicit, Gloriari sanè non expedit mihi. Magnæ. n. gloriationes illæ, quas scilicet enumerauit, ab afflictionibus erant. Habet & alias quas dicat, nempe reuelationes, & arcana sacramẽta. Et cuius gratia inquit, non expedit? Vt ne in superbiã efferatur, dicit. Quid loqueris? nisi dixisses illas, nesciuisses eas? Ät nõ similiter extollimur ipsi sciẽtes eas, & in alios efferẽtes. Neq; bonorum operum natura facit extolli, sed multorum testimonium & scientia. Vnde propter hoc dicit: Gloriari nõ expedit mihi, ne maiorem de me opinionẽ audientibus ingeram: nã illi quidem pseudoapostoli, etiam ea quæ nõ erãt de seipsis dicebant: hic etiam obticet ea, quæ fecerat, tã etsi tanta urgeret necessitas, dicitq;, Non expedit mihi. Doceo oẽs abundantibus argumentis, hoc fugiẽdum. Nullum enim lucrum, sed potius damnum res hæc affert, nisi necessaria quædam sit occasio & utilis, quæ in hoc inducat. Vt igitur dixit pericula, afflictiones, insidias, tristitias, & naufragia, ad aliud gloriationis genus transit dicens: *Nouì hominem ante annos quatuordecim, an in corpore nescio, an extra corpus nescio, deus nouit, raptũ fuisse ⸢huiusmodi usq; ad tertiũ cœlum. Et nouì raptũ fuisse in paradisum, siue in corpore nescio, siue extra corpus nescio, ⸣ et audisse arcana uerba, q̃ fas nõ sit hominibus loqui: pro huiusmodi gloriabor, de meipso uerò non gloriabor.* Magna quidem hæc reuelatio: non sola autẽ facta fuit, sed etiam aliæ multæ: ipse uerò unam ex multis ponit. Quòd. n. multæ fuerunt, audi quid dicat, Excellentia reuelationum, ut ne extol
lar. Iam dixerit quispiã, Si ocultare uoluit, omnino ænigma afferendũ non erat, neque tale quiddam dicendum: sin dicere uoluit, manifestè dicẽdum. Qua re igitur neq; manifestè dixit, neque siluit? ut & hoc loco ostendat, quòd inuitus ad hoc perueniat: pp hoc etiam tps posuit, quatuordecim annorum. Neque. n. obiter illius meminit, sed ostendens, quòd qui tanto tpe se à dicendo continuit, non iam effare tur, nisi magna esset necessitas: siluisset tamẽ nisi fratres pereuntes uidisset. Quòd si ab initio talis erat Paulus, ut tantã assequeretur reuelationem: quando nondũ tanta bona opa habuit, cogita qualis in quatuordecim annis factus sit. Vide itẽ quanta etiam in hoc modestia sit usus: nam alia quidẽ dicit, alia aũt se ignorare fatetur: nam raptum quidẽ se esse dicit, siue in corpore, siue non in corpore, id se ignorare dicit: quãuis sufficiebat dicere de raptu, & hoc silere, sed per modestiam, etiã hoc addit. Quid igitur? mẽs ne rapta est ac aĩa, corpus uerò mortuum mãsit? nũ corpus raptum est? Sed non est dicẽdum. Nam quũ Paulus, qui tot ac talia arcana consequutus ignorarit, multò mãgis nos. Etenim quòd in paradiso quidem fuerit, sciebat: & quòd in tertio cœlo fuerit, non ignorabat: modũ autẽ haud sciebat manifestè. Considera & aliunde quã sit à fastu alienus. De Damascenorum enim ciuitate confirmabat sermonẽ, hic autem non item: neque. n. istud agere uolebat, sed dicere & insinuare solũ. Ideo & addit dicẽs: Pro huiusmodi gloriabor. Neq; hoc manifestabat, quòd alius quispiã fuerit raptus, sed sicut permittebatur, ac possibile erat, & loqui & reticere manifestũ de seipso sermonem, sic illũ figurabat. Qualis enim esset consequentia, de seipso differentẽ, alium proferre in medium? quamobrem hoc posuisset? Non. n. ⸢erat dicere, raptum esse, ⸣ & scio raptũ: & gloriabor pro me ipso, & pro tali gloriabor. Si autẽ dixerit quispiam, Et quomodo potuit absque corpore rapi? dicã quo modo potuit cum corpore rapi? etenim si rationẽ re licta fide consulueris, hoc quã illud difficilius. Quare autẽ raptus est? ut mihi uidetur, ne haberetur aliis apostolis minor, quoniã illi simul fuerãt cum Christo, pp hoc in gloriam raptus est, hoc est in paradisum. Nam loci illius nomẽ ubique nosc̃itur. Idcirco & Christus dicebat: Hodie mecũ eris ĩ paradiso. Pro hoc tali gloriabor. Cuius gratia? nam si raptus alius, quid tu gloriaris? Vnde manifestũ, qd de seipso hęc dicebat. Quòd aũt adiecit, Pro meipso autem non gloriabor: nihil aliud dicit, quã quòd nisi sit necessitas, nihil tale dicerẽ simpliciter ac temerè: uel adum

Act. 9.d

Hic insẽ

⸢ Videlicẽ erat dicere, raptus sum,

Luc. 23.c

A brans iterum dixerat, quantum licebat. nam quòd pro illo ipso omnis sermo fuerit, etiã sequẽtia declarant. adiecit enim dicens: *Si autem uoluero gloriari, nõ ero insipiens, ueritatẽ enim dicam.* Quomodo igitur antea dicebas, Vtinã sustineretis me paulisper in insipiẽtia. &, Quod loquor, non secundũ dominũ loquor, quasi in insipientia: hic autẽ, Si autẽ & gloriari uoluero, non ero insipiens? non secundũ hoc qd glorior, ⸢ Itaq; se- sed secundum hoc quòd mentior. ⸢ Si enim gloriari cũdũ hoc insipientia sit, quanto magis mentiri? ⸢ Itaq; secundũ dicit, dicit, ⸢ Non ero insipiens, eapropter etiam addidit: *Veritatem enim dico. Sed parco, nequis de me cogitet, supra id qd uidet, uel audit quid de me.* Ista est manifesta causa. Etenim & deos illos putauerũt propter signorum magnitudinem. Nam sicut in elemẽtis deus fecit duplicia, & infirma & præclara, hæc quidẽ ut pręB dicent suam potentiam, illa uerò ut prohibeant hominum errorem: sic utique & hoc loco. Admirabiles erant & infirmi, sicq; operibus ipsis erudiebãt infideles: nã si admirabiles solũ mansissent, & nullum infirmitatis indicium præ se tulissent, sermone multos adduxissent, ut de se maiora, quàm ueritas ferebat, suspicati essent: & non solũ nihil perfecissent, sed & cõtraria facta essent, eo quod deprecationes, quæ per sermones fiunt, maiorem declarassent humilitatem, magisq; illos reddidissent admirabiles, & idcirco re ipsa manifestabatur illorum infirmitas. Viderit hoc quis & in hominibus ueteris legis. Erat enim &
3.Re.19.a b. Helias admirabilis, sed aliquãdo ob formidinem reprehensus est. Et Moses magnus erat, sed & hic ob
Exod.2.c eandẽ animi affectionẽ fugam iniit. Hæc autem patiebantur deo derelinquente, & redargui sinente humanam naturam. Nam quum postquã eduxit illos,
Exo.2.d. dicebant: Vbi est Moses? si & induxisset, quid non dixissent? Idcirco & hic noster dicit, Parco nequis cogitet: non dixit, dicat: sed, ut neq; cogitet aliquid ultra meã dignitatem: & ita etiam hinc manifestũ, quòd de seipso omnem sermonẽ habet. Vnde & incipiens
Hic sup.a dicebat, Gloriari autem non expedit mihi. Nõ dixisHic in exẽplari Basiliẽsi multa deerãt, quæ ex Veronensi addita sunt set hæc, si de alio sermonem habuisset. ⸢ Quare enim non expedit de alio gloriari? Sed is ipse est qui his dignus fuerat habitus. Ideòque adiecit: Et *ne excellẽtia reuelationẽ supramodum efferret, datus est mihi stimulus per carnem, nuncius satanæ, ut me colaphis cædat.* Quid ais? qui regnũ & gehennã p̃ desiderio Christi nihili faceret, honorẽ qui à multiudine defertur, magni æstimabat, ita ut efferretur & assiduo freno opus haberet? non enim dixit, qui colaphis ęciderit: sed, qui colaphis cædat. Et quis hoc dixerit? qd igitur dicit? Posteaquã apuerimus quisnã sit stimulus, & qs itẽ satanæ nuncius: tunc hoc quoq; dicemus. Quidã capitis dolorẽ à diabolo immissum hic Paulũ significare dixerũt. Sed absit. minimè enim Pauli corpus diaboli manibus deditum fuit: quandoquidẽ & diabolus ipse Pauli simplici mandato obtemperauit, ac
1.Cor.5.a leges ipsi limitesq; præfixit, quũ ei fornicariũ in carnis perniciem tradidit, quos ille prętergredi non est ausus. Quid ergo sibi uult? Satan Hebræorũ lingua aduersarius dicitur: & Regnorum tertio aduersarios
3.Re.5.a. ita uocauit scriptura: & de Solomone loquens, ait, Nõ erat satan in diebus ipsius: hoc est, aduersarius q oppugnaret, aut molestus esset. Itaq; qd dicit, hunc habet sensum: Deus prædicationẽ liberius progredi nõ est passus, fastum nostrũ comprimens: sed aduersarii nostri inuadẽdi potestatem fecit. Siquidẽ hoc ut fastum deprimeret, idoneum erat. Ille autem capi D tis dolor non item. Nuncium igitur satanæ dicit Alexandrum, fabrum illum ærarium, Himenęum & Phi 2.Tim.4. letum, omnes qui uerbo aduersarentur, omnes qui c. cũ ipso contenderent bellumq; gererent, qui in car- 1bid.2.c. cerem conĩcerent, qui uerberarent, qui abducerent, quoniã satanæ opera faciebant. Igitur quemadmodũ diaboli filios Iudęos appellat, qui illius opera imitabantur: sic & nunciũ satanę uocat, quemuis aduersariũ. Proinde hoc dicit: Datus est mihi stimulus, ut me colaphis cædat, non tanquã deo iſtiusmodi homines armante, absit, non puniente neq; cruciante, sed ad tempus sinente ac permittente. *Sup hoc ter dominum rogaui*: hoc est, sæpenumero. Et magnæ erat humilitatis nõ occultare qd ferendis insidiis nõ esset par, quòd laboraret, atq; ut liberaretur, p̃cibus opus esset. Et *dixit mihi, sufficit tibi gratia mea. nam uirtus mea in infirmitate perficitur*: hoc est, sufficit tibi quòd mortuos excitas, qd cæcos curas, quòd leprosos mũdas, qd alia miracula facis. Ne ęras securitatẽ à periculis liberã, & ut sine molestiis p̃dices. Sed ęgro deie ctoq; es animo? caue hoc meæ imbecillitatis esse putes, quòd multos habeas insidiantes, cædentes, uexãtes & flagellantes: hoc enim ipsum meã declarat uir E tutem. Nam uirtus mea, inquit, in infirmitate perficitur, quando persecutionem patiẽtes superatis persequentes, quando uexati uincitis uexantes, quando uincti, iis qui uos cædũt superiores euaditis. Ne ęras igitur superuacua. uidẽsne, quomodo aliã causam ipse proferat, aliã deus? Siquidẽ ipse dicit, ne efferar, datus est mihi stimulus per carnem: deũ uerò dixisse ait, ut suam declaret potestatem hoc se permittere. Non igitur tantũ rem superuacuam petis, sed etiã quæ meæ potentiæ gloriam obscuret. Nam illud, *Sufficit tibi*, alterius accessione nil opus esse significat, sed omnia esse suis numeris absoluta & perfecta. Quare uel hinc perspicuum est, quòd non de capitis dolore loquatur. Siquidẽ morbo laborantes haud prædicabant: non. n. prædicare poterant ægroti: sed quãdo uexati ac persecutionẽ passi, oẽs superarent. Itaque posteaquã ista audiui, inquit: *Libentissimè igitur gloriabor in infirmitatibus meis.* Ne enim animo cõcidãt, quum pseudoapostli ob res diuersas atq; istis contrarias gloriarentur, hi uerò in persecutionibus F uersarentur: ostendit se ob id clariorẽ euadere, sicq; uirtutem dei magis relucere, atque hæc digna esse ob quæ meritò quis gloriari possit. Propterea dicit: *Libentissimè igitur gloriabor.* Non cum animi dolore hæc dixi, quæ recensui, aut hoc qd nunc dixi, quòd datus sit mihi stimulus, sed gloriãs ac maiorem uirtutem mihi concilians. Idcirco etiam adiungit: *Vt inhabitet in me uirtus Christi.* Hic & aliud quiddam innuit: nimirum quantò plus ingruat tentationũ, tantò magis augeri gratia, esseq; diuturniorem. *Quamobrem mihi placeo in infirmitatibus multis.* Qualibus q̃so? *In contumeliis, in persecutionibus, in necessitatibus, in anxietatibus.* Vides q nunc clarissimè hoc aperuerit? Enarrans. n. infirmitatis genus, non dixit febres aut periodum aliquam huiusmodi, aut aliã infirmitatẽ corporalem: sed, cõtumelias, psecutiones, angustias. Vides animum ęquum & beneuolum? expetebat ut à molestis liberaretur. Cæteũ ubi diuino responso doctus est hoc fieri non conuenire, non solũ nõ despondit animũ uoto nõ potitus, sed etiã lętatus est. Propterea dicebat, mihi placeo, gaudeo, cupio con-

G tumeliam & persecutionem pati, ac pro Christo angustiis premi. Hæc autem dicebat, tũ illos deprimẽs, tum horum spiritus attollens, ne ob Pauli afflictiones pudefierẽt. materiã enim & causam huiusmodi res præbet, quò aliis omnibus clariores euadamus. Deinde aliam quoq; causam ponit: *Quum enim infirmor, tunc robustus sum.* Quid admiraris, si dei uirtº eo rerũ statu declaratur, ego etiam tũc robustus sum? eo enim potissimum tempore gratia accedit. Nam quemadmodũ abundãt afflictiones ipsius, sic abundat & consolatio nostra. Vbi afflictio, ibi & consolatio: ubi consolatio, ibi & gratia. Quãdo igitur in carcerẽ cõiectus est, tunc admiranda illa gessit. Quãdo naufragiũ passus est, atq; in barbaram regionem eiectus: tunc maximè inclaruit. Quãdo ad tribunal uinctus accessit, tunc & iudicem uicit. Sic & in ueteri testamento contingebat. in tentationibus iusti florebant. Sic tres illi pueri, sic Daniel & Moses & Ioseph. Omnes hinc clari, & magnis coronis digni iudicati sunt. Tunc.n. & anima purgatur, quũ propter deum affligitur: tunc maiori fruitur auxilio, quum amplioreget subsidio, gratiãq; meretur copiosiorẽ. Quin H & ante præmia à deo proposita, magna bona cõsequitur, dum interim sapiens redditur. Siquidẽ fastũ detrahit, ac socordiam omnem extirpat afflictio, & ad tolerantiam exercet: quàm sint uiles res humanę detegit, ac multam adfert sapientiam. Huic enim cedunt omnes animi motus concitati, inuidia, æmulatio, concupiscentia, pecuniarum potentatus, corporum amor, arrogantia, fastus, ira, omne denique huiusmodi morborũ agmẽ. Quod si in rebus ipsis cernere lubet, & uirũ seorsim & integrũ populum tibi ostendere potero, qui partim in afflictione uersatus sit, partim solutũ quoddam & liberius uitę genus sit nactus, atq; docere quantũ hinc lucri exoriatur, quã

Exod.1.c ta socordia illinc. Etenim Hebræorũ populus quũ malis affligebatur, exagitabaturq; suspirabat, ac deũ precabatur, & magnum sibi fauorem cœlitus cõciliabat: quũ uerò incressatus est, resiliit, Rursum Nini

Ionæ.1. et sequen. uitæ quando securitate fruebantur, ita deum exacerbarunt, ut minaretur totam se funditus ciuitatem euersurum: quum uerò ad prędicationẽ illam humiliati sunt, plenam demonstrarũt philosophiã. Porrò si uirum aliquem separatim intueri uelis, Salomonẽ I mihi considerato. Is enim quum curis angeretur, ac perturbaretur: de gentis illius perturbatione cõsiliũ

3.Reg. 3. & 9.a. iniens, ussione illa dignus est habitus. Cæterũ quando deliciis idulsit in ipsum uitiorum omnium barathrum delapsus est. Quid autẽ huius pateri? quandó

Ibid.11. b nam suspiciendus erat & admirabilis? nónne quãdo tentationibus exercebatur? Absalon uerò, nónne quã

2. Reg. 13 d. diu patrem fugeret, moderatè se gerebat? ubi autem

Ibid 15.a reuersus est, tyranni animum induit, ac parricida factus est. Porrò quid Iob? Nam hic quidem clarus etiã extra afflictionem fuit, clarior tamẽ post afflictionẽ extitit. Et quid attinet prisca & uetera commemorare? Si quispiam enim quæ nobis hisce temporibus acciderunt expendat: conspiciet quantũ sit afflictionis lucrum. Nunc enim pace fruentes, supini & desides facti sumus, diffluximus, innumeris ecclesiam malis impleuimus. Quãdo uerò agitabamur, temperãtiores, mansuetiores, meliores, & in hisce cœtibus eramus ad auscultãdũ promptiores & alacriores. Quippe quod auro ignis, hoc animabus afflictio: sordes purgans, puros reddens, splendidos efficiens & hilares: hæc enim in regnũ introducit, illa in gehennam. K

Ioã.16.g Propterea lata quidẽ est altera, angusta uerò altera. Vnde & ipse dicebat, In mundo tribulationẽ habebitis: tanquam magnum aliquod bonũ, quod nos comprehenderet. Proinde si discipulus es, angustam & afflictam ingredere: ne molestè feras, neque fastidias. Siquidem etiã si hac ratione non affligaris: alia tamẽ ex causa, eaq; inutili, affligi omnino est necesse. Nã & inuidus, & pecuniatum auidus, ac meretricis amore flagrans, & inanis gloriæ cupidus, tum denique quiuis alius qui praua sectatur: multas sustinet molestias & afflictiones, ac iis q lugent, nihilominus affligitur. Quòd si non lachrymatur neq; luget, præpudore sit & stupore. Nam si ipsius animũ perspexeris, infinitis fluctibus exundantem conspicies. Quũ igitur siue hanc siue illam sectemur uitæ rationem, afflictiones perpeti sit necesse: quare hanc non eligimus, quæ cũ afflictione innumeras adfert coronas? Etenim sanctos oẽs sic ad regnũ adduxit deus per afflictiones & angustias: simul & illos iuuãs, & aliis interim cõsulens, ne maiorem quàm par esset, de ipsis opinionem conciperent. Sic enim initiò idololatrię inualuerunt, quũ homines supra dignitatem ad L mirationi essent. Hac ratione Alexãdrum decimum tertium Romanorũ senatus ut deus esset, sanxit. hic enim ea prædituς erat authoritate, ut suffragiis deos crearet, approbarétque. Quum igitur facta Christi omnia renunciata essent, per nũcios rogauit prouinciæ præses num illis uideretur ipsum quoque suis suffragiis creare deum. Illi uerò non annuerunt, irascentes & indignantes quòd ante ipsorũ calculum & sententiam crucifixi uirtus inclarescens uniuersum terrarum orbem ad sui cultum attraxisset. hoc autẽ diuino consilio administrabatur, ipsis etiam inuitis: ne ex humano suffragio Christi diuinitas prędicaretur: néue unus esse ex multis ipse existimaretur, q ab illis creati essent. Siquidẽ & pugiles suis legibº in deorum numerum referebãt: imò & Adriani amores ac M delicias. Vnde & urbi Antinoi nomen inditum est. *Quòd Antinous Adriani amasius in deũ fit consecratus, ex eoq; Aegypti ciuitas nomen accepit, uide Suidã & diuũ Hieronym. in locum Esaiæ, cap ij. Et pueris alienis adhæserunt.* Nam quum mors naturam mortalem esse testetur, aliã diabolus uiam adinuenit, animę immortalitatẽ cui ingenti admixta adulatione plurimos in impietatem abduxit. Et malitiam quęso considera. Quãdo nos de ipsa rectè commodèque sentimus, nostrum euertit sermonẽ: ipsam uerò quando ut noceat uult adstruere, magno eam studio cõfirmat. Nã si dicat quispiam, Qui fieri potest ut deus sit Alexander, nõne mortuus est, idq; miserè? Sed immortalis, inquit, est anima. nũc scilicet de immortalitate uerba facis ac philosopharis, ut à summo deo abducas? Verùm ubi nos maximũ hoc dei donum prędicamus, humilibus & abiectis hominibus, brutisque animantibus nihilomelius affectis qđ decepti sint, persuadere conaris. Et si dicamus crucifixũ uiuere, risus protinus: quamuis clamet uniuersus terrarũ orbis & olim & nunc, tunc quidem per signa, nunc uerò per eos qui mundum ad Christum conuerterunt. non enim hominis mortui sunt ista adeò prędicarè gesta. Cęterùm siquis niuere Alexandrum dixerit, credis: quũ tamẽ nullum huius rei proferre possis argumentum. Imo, ais, multa enim & magna dũ uiueret, prędicarè fecit. Siquidem nationes & urbes subegit, in bellis multis ac pugnis superior euasit, ac trophęa erexit. Si igitur ego, quod ille uiuus ne cogitarit quidẽ, nec alius quispiam ex omni hominum memoria, ostẽdero: a-

A liám ne quæres resurrectionis demonstrationẽ? Nã quòd uiuus quispiã q rex sit, & exercitus habeat bel la prosperè feliciterq; conficiat & uincat: nihil mirũ supraq; uulgi opinionem, neq; nouum. At post crucem & sepulturã tanta passim terra mariq; gelsisse, id demum maximè stupendum, ac diuinã & arcanã declarat potẽtiam. Alexander post mortem suã dissipatum regnũ ac funditus euersum nõ reduxit: quî enim potuisset mortuus? Christus uerò tunc potissimũ quũ mortuus esset. Et quid de ipso Xpo loquor, quum suis quoq; discipulis ut post mortem celebres essent & clari, largitus sit? Vbi est, dic quæso, Alexandri sepulchrum? mihi ostẽdito, ac diẽ quo mortuus est dicito. Seruorũ autem Christi splendida sunt sepulchra, quæ urbem maximè regiã occupauerunt: & dies perspicui sunt, diem festum terrarum orbi faciẽtes. Ad hæc, Sepulchrum illius uel familiares ac domestici ignorant huius autem etiam barbari sciũt: Quin sepulchra seruorum crucifixi regiis aulis sunt splẽdidiora, non ædificiorum amplitudine ac splendore (hac etenim parte excellunt) sed qđ multò amB plius est, conuenientium studio. Nã & ipse ille purpura indutus, peregrè proficiscitur sepulchra illa cõplexurus, & fastu posito consistit sanctos rogans, ut

Inuocatio sanctorũ. sibi apud deũ patrocinentur, & tabernaculorum artificem ac piscatorem patronos etiam mortuos precatur ipse diadema gestans. Audebísne igitur, dic q̃so, horum dominũ dicere mortuum, cuius famuli etiã mortui huius mundi regum sunt patroni? atq; id cernat quis non Romæ tantũ fieri, sed etiam Cõstantinopoli. Nam & hic Constantinũ illum magnũ magno se honore affecturum existimauit filius, si in uestibulis collocaret piscatoris. Et quod in regiis ianitores sunt regibus, id in sepulchro Dreges sunt piscatoribus. Et illi quidẽ ueluti ipsius loci domini intus habitant: hi uerò tanquam accolæ ac uicini procul abrè secum agi putant, si ianua ipsis assignetur uestibularis: per hæc infidelibus planum facietes, maiorẽ in resurrectione futuram piscatorum excellentiam. Si enim hic ad eum modum excellant in sepulchris, multò magis in resurrectione: atq; immutata est status ac dignatis ratio. Reges quidem seruorũ ac domesticorum subeũt officium, subditi autem regum induunt dignitatẽ, immo uero etiã clariorẽ. Et quòd istud citra adulationẽ dicatur, ipsa declarat ueritas. Nam ab illis etiam isti clariores euaserunt. multo.n. quàm alia illa regum sepulchra, ista sunt ueneranda magis. Siquidem illic, multa solitudo, hic celebritas multa. Quod si uelis cum regiis aulis hæc sepulchra cõparare, rursum & hic ipsa excellunt. Illic enim qui alios magno cũ fastu submoueant multi: hic multi qui uocant & attrahunt, diuites, pauperes: uiros, mulieres: seruos, liberos. Illic metus multus: hic ineffabilis uoluptas. Sed suaue spectaculum regẽ aureis amictum uestibus coronaq; ornatum conspicere, tũ adstantes imperatores, duces, cẽturiones, tribunos, præfectos. Sed hæc sunt adeo uenerãda magis ac stupẽda, ut illa cũ his collata fabulam ac res ludicras existimes. nam simulatque limina conscenderis, protinus locus ipse mentem in cœlũ trãsmittit, ad supernum regem, ad angelorũ exercitũ, ad thronum excelsum, ad gloriam illam inaccessam: atq; hic in terrestri domino principis potestati subiacet, ut subditorum quosdã soluat, alios autẽ uinciat. At sanctorũ ossa non hanc habẽt potestatem miserabilẽ & abie-

Græcus codex habebat ΤΟΥΤΟ ἐν τῷ σωματι οἱ βασιλεῖς τοῖς βασιλεῦσι *sed legendum arbitror,* τοῦτο ἐν τῷ σώματι οἱς βασιλεῖς τοῖς ἁγίοις.

ctam, sed illã multò maiorẽ. Dæmones enim sistũt, D ac torquent, & à uinculis illis acerbissimis uinctos liberant. Quid hoc tribunali terribilius? quũ nullus uideatur, nullus imineat dæmonis laterib⁹: clamores, dilacerationes, flagella, tormẽta, dæmone nõ ferẽte admirandam illam uirtutẽ. Et qui corpora gestarũt, incorporeas superant potestates. Puluis, ossa, deniq; cineres inuisibiles illas affligũt naturas. Propterea sanè ut regias aulas conspiciat, nemo unquã peregrè proficisci sustineat. Atqui huius spectaculi gratia, reges multi sæpius peregrinati sunt. futuri.n. iudicij uestigia & signa nobis exhibent sanctorum martyria: quũ dæmones flagellentur, homines affligantur & liberentur. Vidisti sanctorum uirtutem etiam mortuorum? Vidisti peccatorum imbecillitatẽ etiam uiuẽtium? Quare ut huiusmodi obtineas, uitia fugito, & omni studio uirtutem sectare. Si.n. talia sunt præsentia, cogita qualia erunt futura: atque huic amori assiduè deditus, amplectere uitam æternam: quam nos oẽs assequi contingat gratia & benignitate do- E mini nostri &c.

Homilia XXVII.

Actus sum insipiẽs gloriãdo, uos me coegistis. ego f enim debuerã à uobis cõmendari. Absoluto de proprijs laudibus sermone. eo nõ cõtentus, rursum excusat, & ueniam dictis deprecatur, necessitatis esse dicens quod facit, non cõsilij. Attamẽ licèt etiã urgeat necessitas, insipientẽ se uocat. Initiò qui- *Sup.11.d* dem dicebat, tanquã insipientem suscipite me. &, tã *Ibid.* quam insipientia. Nunc uero hac dictione, tanquã, ablata, insipientem se uocat. Postquam.n. cõfirmauit per prædicta q̃ uoluit, magna cum fiducia deinceps ac liberè huiusmodi reprehẽdit delictũ: omnes docẽs, neq; unquam, ne proposita quidem necessitate, seipsum laudet, quũ causa etiam oblata insipiẽtem seipsum uocet Paulus. Deinde dictorũ culpam non in pseudoapostolos, sed in discipulos omnẽ cõuertit. Vos.n. inquit, me coegistis. Si enim gloriantur illi, neque id uos in errorem adduceret, aut perniciem: nequaquam sic adductus fuissem, ut in hosce sermones delaberer. Sed quum totam corrũperent ecclesiam, uestram spectans utilitatẽ, insipiens fieri F coactus sum. Nec dixit, metui.n. ne principatũ apud uos adepti sua dogmata disseminarẽt, sed istud quidem superius posuit dicens, Timeo ne sicut serpens *Sapr.11.a* Heuam decepit, ita corrumpantur sensus uestri. Ad eum modũ hic non loquitur, sed liberius, ac maiori cũ authoritate, sumpta ex antè dictis fiducia. Ego.n. debui à uobis commendari. Deinde & causam ponit. non dicit rursus ipsas reuelationes, neq; signa solùm, sed etiam tẽtationes. *Nulla enim in re inferior fuit summis apostolis.* Vide quo pacto rursum hoc quoq; in loco maiori cũ authoritate loquatur. Prius.n. dixerat, Existimo me nihilo inferiorem fuisse: hic uerò *Ibidem.b* pronunciatiuè: sic, quod dixi, post probationes magna cũ fiducia deinceps loqtur. Neq; sic tamẽ aſmo- *r modestia.* do, aut à suo more discedit. ueluti.n. magni quippiã locutus, atq; sui rationem transcendens, quòd cum apostolis se numerarit: ita rursum mitigat, & addit, dicẽs: *Etsi nihil sum, signa apostoli peracta inter uos.* Ne hoc spectes, inquit, nũ uilis sim & pusillus, sed an nõ ea sis consecutus q̃ ab Apostolo cõsequi oportuit. Nec dixit, uilis, sed quod minus est, nihil. Nã q̃ indeprouenit utilitas, qđ magnº sis, si nulli prosis? Sicuti uidelicet periti medici nullus est usus, si laborantium

G neminē sanet ne igitur, inquit, istud expendas quòd nihil sum, sed illud cōsideres quòd cōmodorū, quæ uos accipere oportuit, nullū omiserim: sed ego apostolatus mei experimētum dederim. Proinde nil uerbis meis fuit opus. Porrò hęc dicebat nō cōmendari cupiēs (quo pacto enim id faceret, qui præ desiderio Christi cœlum paruipenderet?) sed illorum salutis appetens. Deinde ne dicāt, quid ad nos, si nulla in re inferior fueris eximiis apostolis? Propterea adiecit: *Perfecta sunt inter uos apostoli signa in omni patientia, & signis, & prodigiis.* Papę quantum pręclarē factorum pelagus paucis uerbis prętercurrit? Ac uide quòdnā primū ponat, ipsam patientiam. Istud enim est apostoli indicium, ferre omnia generosē. hoc paucis uni ca dictione exposuit. Signa uerò quę ipsius industria non erāt facta, pluribus expresit. Cogita enim quot carceres, quot plagas, quot pericula, quot insidias, quot tētationū fluctus, quot bella intestina externa, quot dolores, quot denique impetus hic patiētiæ nomine significauerit? Rursum p signa quot excitatos mortuos, quot cæcos curatos, quot leprosos mūda
H tos, quot dęmones expulsos? Hęc audiētes, facta nostra concisē narrare discamus, si quando ad ea narrāda adigamur: quod & ipse fecit. Deinde ne aliq dicāt, etiamsi magnus ac multa sis operatus, nō tāta tamē quanta in aliis ecclesiis fecerint apostoli, subiunxit: *Nā quid est in quo fuistis inferiores cæteris ecclesiis?* Non minorem, inquit, quā alij gratiam cōsecuti estis. Sed fortasse dicet quispiā, Quid ita tandē omissa in pseudapostolos pugna ad apostolos sermonē cōuertit? Ex abūdāti ipsorū sensus excitare uolēs, & ostēdere se non illis modo præstantiorem, uerū ne magnis q dem apostolis inferiorem esse. Idcirco quum de illis uerba facit, ait magis ego. Quū uerò apostolis se cōparat, satis esse dicit, quòd inferior nō fuit, etiāsi plus quàm ipsi laborauerit. Hinc porrò ostendit quòd & apostolos iniuria afficiant, quū eum qui illis par sit, pseudoapostolis posthabeāt. *Nisi quòd ipse ego nō fuerim uobis onerosus.* Multa cum acerbitate rursum obiurgationem posuit. & quod sequitur acerbius est: *Condonate mihi iniuriam hanc.* Attamen acerbitas ista dilectionis uerba, & laudē illorum continet. siquidē iniuriā suam existimarent, quòd ab ipsis aliquid sumere atq; hinc ali non sustineret. Si hoc, inquit, accusatis: non dixit, malè accusatis: sed multa cum lenitate, ueniam peto, cōdonate mihi hoc peccatū. Ac uide prudentiam: quoniā quidem istud subinde agitatum, dedecus ac probrū ipsis adferebat, cōtinenter illud mitigat: nā superius quidem dicens, Est ueritas Christi in me, quia gloriatio mea ista non rumpetur. Deinde iterū, Non diligo uos? deus nouit, sed ut auferā occasionem eorum, qui uolunt occasionem. &, ut in quo gloriantur, inueniātur sicut & nos. Et in priore, Quæ igitur mea est merces? ut euangelizās sine sumptu ponam euangelium. Et hic, condonate mihi offensionem hanc. Vbique enim fugit gloriā, qa propter infirmitatem illorum non accipit, & hoc loco nō est asper. Vnde hic sic dicit, Si hoc delictū esse putatis, ueniam peto. Hæc autē dicebat percutiēs & curās. Enimuero ne hoc dixeris, Si percutere uis, qd excusas? si sanare, qd percutis? Hoc enim sapiētię est, & secare & obligare uulnus. Deinde ne uideatur gloriosus, & licēt prius dixerit, cōtinuò idem tractat, eo quòd non acceperit. Nā curat qdē istud, & in priore dicens: Nō scripsi aūt uobis, ut sic fiat in me. melius enim mihi mori, quā ut gloriationem meā quis euacuet. Dulcius autē hoc loco & blādius. Quomodo? *Ecce tertia uice nunc promptus sum uenire ad uos, & non grauabo uobis: non.n. quæro ea q̄ uestra sunt, sed uos. Non enim debent filij parentibus thesauros reponere, sed parentes filijs.* Quod autem dicit, hūc sensum habet: Nō qa nō accipio, propterea nō adero, sed & secundò inuisi, & paratus sum tertiò uenire, & non grauabo uos. Et causa iusta. Non.n. dixit, qa contemptibiles estis, quia uerberamini, quia infirmi estis: sed qd? Non.n. quæro uestra, sed uos: maiora inquiro, animas pro opibus, salutē pro auro. Præterea quia suspicabantur adhuc, quasi ægrè erga se afficeretur, ideo & causam ponit. Quoniam.n. uerisimile erat dicere illos, Nō enim licēt & nos habere & nostra? addit cū multa gratia defensionem illorum dicens: Non.n. oportet filios parentibus thesauros reponere, sed parētes filiis. Pro præceptoribus & discipulis parētes ac filios ponens, & ostendēs quòd rem debitam faciat, id qd non erat ex debito: nō.n. sic præcepit Christus, sed parcens illis hæc dicit. Propterea & amplius quiddā
L in medio interponit. Non enim dixit solū, quòd nō debent filii thesauros ponere, sed qd & debent parē tes hoc facere. Igitur ⌜indulgendum erit illis. *Ego uerò libentissimè ⌜impendā & expendar pro animabus uestris.* Nam parentes quidem filius thesaurizare lex naturæ præcipit. Ego autem non solū hoc facio, sed & meipsum addo. Et ista excellentia est, non solū non accipere, sed & addere, nō simpliciter, sed cum magna liberalitate, idq; ex magna penuria. Nam quòd dicit ⌜expendere, ⌜insinuātis est. Si & ipsam carnem insūmere oporteat, non parcam propter uestram salutē: unde additur cum improperatione & charitate. *Licēt amplius uos diligam, minus diligar.* Et hæc facio, inquit, pro his qui diliguntur, & ⌜non diligūt similiter. Considera igitur quot gradus cōmemorat. Licebat accipere, iple autem non accipiebat. Ecce primum opus bonū. & quanuis inopia premeretur: ecce secū dum. & illis prædicans: en tertium. & impendit, ecce quartum. & non simpliciter adiicit, sed & cum incremento: ecce quintum. & non solū pecuniam, sed & seipsum: en sextum. & his qui non ualde diligebāt ipsum: ecce septimum. & his qui ualde diligebantur: ec
M ce octauum. Hūc sanè & nos imitemur: nam magnum quidem crimen est etiam non diligere: maius autem crimen fit, quando quis diligitur, & non diligit: nam qui diligit diligētem, nihil amplius habet te lonariis, at si neq; hoc habes, bestiis inferior fueris. Quid dicis homo? Non diligis diligentem, & cuius gratia uiues? Vbi aūt posthac proderis, & ad quæ negotia idoneus? Num ad ciuilia? Nū ad priuata? Minimè: nihil.n. inutilius uiro, qui amore caret. Nam id uitij solent odisse, & latrones, & homicidæ, & parietum perfractores. & cōmunicato solo sale, mensęq; participes facti, mores mutauerūt. Tu uerò, nō salis duntaxat, sed & uerborum & rerū particeps, & ingrederis simul ac egrederis, non amas? Et illi quidem fœdè amātes totas substantias in mulieres ipudicas profundunt: tu autem ita frigidus es ac fœdus, infirmusq; ac imbellis, ut uel sine sumptu amorem nō suscipias, qui honestissimus esset. Et quis, inqt, erit sic miser? Et qs sic efferus, ut auersetur, & odio habeat amantē? Tu quidē bene facis quòd non credis tā ab surdā rē, ego uerò si monstrauero multos esse tales, quō posthac confusionē nō portabimus? Quando enim

Morale.

I *Hactenus ex Veronēsi exēplari Græco, q̄ in Basiliē si deerāt, addita sunt.*
Supr. xi. c
Ibid.
Ibid.
1. Cor. 9. c
⌜*cauet ne ostendat, quòd istud af fidue tra ctare ut aliquid accipiat.*
Ibid.

A enim delictum traducis, quando alium maledicentem audis, & non excusas, quādo clarescenti inuides: qualis est ista amicitia? Quanuis nec hoc amicitiam monstrare sufficiat, si non inuideas: sicut neq; si nō aperto bello impugnes ac hostis sis: sed amico assistere ac suppetias afferre decet. Quando autem cuncta facis & dicis, quibus proximus humilietur, quid ista anima miserius? Heri & pridie amicus, & loqueba
B ris cum illo, fortasis etiam comedebas: repentè quoniam uidisti membrum tuum magis honestatum, abiecta amicitiæ persona, hostilem induisti, imò insaniam. Insania.n. manifesta est, alienis bonis crucia ri. Hoc enim rabidorum canum, & insanientium hominum est. Nam sicut illi, in omnium insiliūt facies inuidia exacerbati. Melius esset habere serpentem in uisceribus sese uolutantem, quàm liuorem intus depascentem: nam illum sępe pharmacorum usu euomi contingit, & alimento mitigari. Liuor autem nō uoluitur in uisceribus, sed in animæ sinu uersatur, affectioq; est difficilè curabilis. Et serpēs quidem quū intus sit, appositō alimento humana corpora non contingit. Liuor autem, licēt plurima illi edulia proponas, illam deuorat animam, undequaq; mordēs, disrumpens, distrahens, neque inuenire potes ullam medicinam, per quam à suo furore liberetur. Nunquid una infelicitate eius qui bene agebat melius habet, imo neque sic: nam licēt ille æger sit, alium tamen uidens bene habentē illis doloribus obnoxius est, & ubique uulnera, ubique plagę. Neque ullus est qui super terram habitat, & nō uidet clarescere quosdam. Adeòque excellens est morbus, ut licēt quis se domi includat, priscis tamen uiris olim mortuis inuideat. Et seculares quidem uiros hæc pati, graue quidem est, ueruntamen non ita graue: quantò magis censendum, quòd hi qui à turbis semoti huic malo sunt obnoxij? hoc oībus grauius est. Et uoluissem quidem tacere, sed siquidē silentium, rem ipsam minus pudendam faceret, utile foret tacere: at licēt ego fileam, res tamen lingua mea fortius clamabit. Damnum enim nullum à uerbis meis erit, quasi euulgent uobis mala, lucrum autem fortasis & utilitas quæ-
C dam. Hic enim morbus & ecclesiam inuasit, & hoc est quod omnia sursum ac deorsum conuertit, corporisq; compagem discidit, & stamus alter cōtra alterum, inuidia nos armante. Idcirco ualde distorta est rerum facies. Si enim omnibus ędificantibus uix stabunt qui docentur, quando omnes destruemus, quis tandem erit finis? Quid facis homo, non censes
ad idem ferendū quod ea quæ proximi sunt destruantur? Nō ne tua prius quàm quæ illius sunt, infirma facis? Nō uides extructores domuum, agricolas, quō omnes ⌜quidem⌝ currunt, & ille quidē effodit, alius uerò plātauit, alius autem radicē purgauit, alius item rigauit quod plantatū, alius sepsit ac muniuit, alius iumēta abegit, & oēs ad unum respiciunt, plantæ scilicet cōseruationē. Hic autē non sic, sed planto quidē ego, turbat uerò alius ac disipat. Sine saltē bene firmari ut robustior fiat, & insidias ferre ualeat: non meum opus perdis, sed tuū destruis: ego plantaui, te autem oportebat rigare. Si igitur turbaris, & radicem euulseris: nō habebis qd tu riges. Sed uides clarescere plātantem, ne timeas. Neq; ego qd sum, neq; tu, neq; n. plantans, neq; rigās est aliqd. Vnius est opus dei, atq; ita cū illo pugnat, qui plātata reuellit. Excitemur igitur aliquādo, uigilemus: nō timeo externum bellū,

D quantū pugnam domesticam. Quoniā & radix, quā do bene compacta fuerit in terra, nihil à uētis patietur, licēt cōcutiatur: si autem illam intus uermes deuorent, etiam nullo turbante cadet. Vsquequo sicut teredines ecclesiæ radicē uorabimus? etenim à terra tales nascuntur cogitationes, imo non à terra, sed à stercore, cuius mater putredo est: & non desistimus à contemptibili cura mulierum? Scimus aliquando uiri fortes, simus athletæ uirtutum, repellamus magnam malorū horum corruptionē. Nā sicut corpus mortuū, ecclesiæ uideo multitudinē nunc abiectā. Et quemadmodū in corpore recens mortuo, est uidere oculos, manus, pedes, ceruicē & caput, sed nullū membrū facit qd debet: ita & hic, omnes fideles pręsentes, sed non est efficax fides. Feruorē enim extinximus, & corpus Christi mortuū fecimus. Si autē horribile quod dictum est, multò horribilius quando opera ipsa uidentur. Nomina enim fratrum habemus, opera aūt hostiū: & membra omnes dicimus,
E & sicut bestiæ disidemus. Hęc nostra non dico ut euulgē, sed ut admoneā & cesset ur. Ingressus est quis in domum, honorem obtinuit, decet ut gratias agas deo, qd membrum tuum honoratur & deus glorificatur: tu autē contrariū facis, malè loqueris honesta to, & ita utroq; subneruas: nam & te quoq; confundis. Quare miser & ærumnose? Audisti laudari fratrē à uiris uel à mulieribus, ⌜& dolore affectus: ⌜adde laudibus, & sic teipsum laudabis. Sin laudem corruperis, priùs ⌜teipsum malū dixisti, ⌜suspectus factus, illū magis extollis: quando audis laudari, esto eorū ⌜*de teipso, malè locutus es,* quę dicuntur particeps, etsi non uita ac uirtute, saltē congratulando illius bonis. Laudauit aliquem, admirare etiā tu: sic & te laudabit ille ut bonū & æquū. Ne timeas, quòd tuas laudes destruas alterū laudās. Id.n. accusando fieret: contentiosum enim est homi num genus, & quando uiderit te maledicentem, auget encomia. Hac ratione accusatores torquere uolens, teipsum etiā apud alios accusa. Vidisti quanræ fœditatis authores ⌜nobis ipsis⌝ facti sumus? quō perdimus gregem ac discerpimus? Fiamus aliquādo mē
F bra, fiamus unum corpus, & quilaudatur, is quidē repellat laudes, & eas in fratrem conuertat: qui autē de alio audit, collætetur, sic nosipsos congregemus, & caput nobis cōciliemus. Si autē separati fuerimus, etiam illius subsidio destituemur, quo absente, corpus magnū accipiet damnū, quod supernè non constringitur. Ne igitur hoc fiat, inuidia & liuore pulso, multorum opinionem non curātes, charitatē & cōcordiam amplexemur, & futura bona cōsequemur: quę nobis omnibus eueniant, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri ac spiritui sancto gloria, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia. xxviij.

Ed est, ego non grauaui uos, ⌜sed quum essem astutus, dolo uos cepi. Num per quemquam eorū quos misi ad uos, circunueni uos? ⌜Rogaui Titum, & misi cum illo fratrem. Nunquid Titus uos circunuenit? nónne eodem spiritu ambulauimus? Nónne iisdē uestigiis? ⌜Verba hęc admodū obscurè dicta sunt à Paulo, sed nō frustra, neque temerè. Nam quoniā de pecuniis sermo, & propter illos est defensio, meritò adumbrata sunt dicta. Quid igitur est qd ait, dicendo:

G Non accepi, sed paratus sum & addere & insumere? & multa de hoc etiam in priore & in ista epistola dicta sunt: nunc aliud quid dicit, quasi ex oppositione sermonē inducens, & præueniendo soluens. Quod autē dicit, hūc sensum habet. Ego quidē uos nō circunueni. Posset autē quis dicere, Fortasis ipse quidē non accepit, quū esset uersutus: sed subornarim missos à me, ut meo nomine aliqd à uobis acciperēt, & per illos ipse acceperim, & uidear accepisse, per alios accipiens, nō per me ipsum. Sed neq; hoc poterit qs dicere, etiā uobis testibus. Idcirco per interrogationē præmittit sermonē dicens: *Obsecraui Titum, & cū illo misi fratrē. Nūquid uos fraudauit Titus? An nō ipse sicut ego ambulauit?* hoc est, neq; ipse accepit. Vidisti quantū diligentiæ incrementū? non solū seipsum ab accipiendo purū seruare, sed etiā eos q à se mittebantur, sic instituit, ut ne paruā qdē carpe uolētib. āsā det. Hoc multò maius erat eo qd fecerat patriarcha: nā
Gene.14.d. ille quidē à uictoria rediēs rege dante spolia nō accipiebat, pter ea quæ illi comederāt. Hic autē necessario alimento, neq; ipse usus est, neq; socios uti permisit, ut impudentiū ora magis obturaret. Idcirco neq;
H affirmat, neq; dicit, quòd neq; illi acceperint, sed qd hoc multò maius erat, ipse Corinthios testes adducit, qd ipsi nihil acceperint, ut ne ipse sibi uideretur testis esse, sed illorū sententiā citat. Id quod solemus in ualde manifestis, & in his pro quibus audemus aliquid. Dicite, inquit, nunqd aliquis eorū qui à nobis missi sunt fraudauit uos? nō dixit, nū quis accepit aliquid à uobis, sed rem uocat fraudē, carpens illos & ostendens, quòd ab inuoluntariis accipere fraus est. Et non dixit, Nū Titus: sed dixit, Nū aliquis: neq; n. hoc poteritis dicere, inqt, quòd alius quidē nō accepit, alius uerò accepit: nullus. n. accepit. Rogaui Titum: & hoc seuerè dicit. Nō. n. dixit, Misi Titū, sed rogaui, ostendensq; etiāsi accepisset, iustè accepisset, & sic quoq; purus mansisset. Vnde iterū interrogat dicens: Nunquid uos fraudauit Titus? Nonne eodem spiritu ambulabamus? Quid est, eodē spiritu: Gratiæ totū tribuit, & ostendit quòd tota hæc laus nō à nostris laboribus, sed à spiritus dono bonū opus sit & à gratia. Etenim maxima erat gratia, inopia pressos & esurientes nihil accipere pp docendorū ædificatio
I nē. Nonne iisdē uestigiis, hoc est, ne parum quidem ab hac diligentia recesserūt, sed eandē seruarunt regulā? *Rursum arbitramini quòd nos uobis excusemus?* Vidisti quō ubiq; metuit, ne adulationis suspicionem admittat? Vidisti sapientiam apostolicā, quō continuè istud ponit? Etenim antea dixerat, Non iterum
Supr.5.b nosipsos cōmendamus, sed dātes uobis occasionē
Ibid.3.a. gloriationis: & in proœmio epistolę, Nū opus habemus cōmendaticiis epistolis? *Omnia autem ad uestram ædificationem.* Iterū illos cūrat, & nō manifestè dicit, quòd propter infirmitatē uestrā non accipimus, sed ut ędificemus uos. Manifestius quidē quàm prius dicens, & contegens id quod dolebat nō seuerè. Nō enim dixit, propter infirmitatē uestram, sed, ut ædificemini. *Metuo enim ne fortè ueniēs, nō quales uolo inueniam uos, & ego inueniar uobis qualē non uultis.* Dicturus magnū & molestum quiddā, eapropter & defensionem ponit dicēdo, quod omnia pro uestra ædificatione: & apponendo, metuo, quod asperius dicen dū mitigat. Hoc. n. iam non erat pertinaciæ, neque authoritatis doctoris, sed curæ paternæ: quādo eos qui peccarūt correcturus, metuit ac tremit. Sed neq; sic desinit, neque pronunciat, sed cedēs, sinquit, ne K
⌜dubitā fortè ueniens non quales uolo inueniam: non dixit, uirtute præditos: sed, non quales uolo, per oīa amicitię nomina declarans. Et quid dicit, inueniā? significat præter expectationē. Sicut igitur inueniar à uobis. Non enim uoluntas est, sed necessitas, q̄ ex uobis originem habet. Vnde dicit, Inueniar qualē nolitis. Hic non dixit qualem nolim: sed quod uehementius, qualem nolitis. Cæterum uolūtas illius erat, nō ⌜prauaꝫ quidem, uoluntas tamen erat. Poterat enim ⌜p̄cipua ⌜uerum⌝ dicere, qualem nolim, & sic monstrare charitatē: sed non uult auditorem perturbare, imo etiā ⌜rursum asperior sermo sic factus est, nunc etiam magis uerberauit, & mansuetiorē sese exhibuit. Hoc. n. sapientiæ illius proprium est, ut māsuetius percutiat & profundius fecet. Porrò quoniā obscurius dixerat, detegit istud dicens: *Ne fortè sint contentiones, æmulationes, iræ, obtrectationes susurri, tumores.* Et qd primū positurus erat, hoc postea ponit: nam contra ipsum efferebātur. Vt igitur non uideatur primū sua quærere, cō mune ponit primū. Hęc enim oīa ab inuidia prodierunt, calumniæ, accusationes, dissidia. Nam inuidia L
quasi radix quędam mala, iram, uituperationē, insolentiam, aliaq; omnia mala peperit, & ex illis maiora incrementa sumit. *Ne iterū uenientem me humiliet deus meus apud uos.* Iterum & hisce perstringit. Sufficiebāt enim priora, inquit, quod & incipiens dicebat, parcens uobis, nō iam ueni Corinthum. Vidisti quō & *Supr.1.d* indignationē mōstrat, & amoris indulgentiā? Quid est autem, humiliet? etenim gloria est, punire, imporperare, pœnas exigere, locum iudicis occupare: sed hoc humilitatē uocat, adeò absuit ab humilitate illa quòd aduentus corporis infirmus, & sermo cōtemptus, quia perpetuò uoluisset sic placidus esse, & contrarium deprecabatur: & dicit in processu illud manifestius, humilitatemq; potissimū putat, in tantam incidere puniendi necessitatē. Et cuius gratia non dicit, ne ueniēs humilier: sed, ne uenientē me humiliet deus? Quia nisi per illū nō aduertissem, nō curassem. Neque. n. quasi potestatem habens & ferox pœnam exigo, sed pp illius præceptum. Sanè superius quidē istud ponit dicens: Inueniar qualem non uultis. Hic autem & mansuetius ac mitius loquitur, dicens: *Lugeam multos eorū qui peccauerunt, non simpliciter qui peccauerunt, sed qui non egerunt pœnitentiam.* Et nō dixit, M
omnes: sed, multos, quos nec ipsos manifestos facit, dans etiam hinc ad pœnitētiam reditum, declarāns quę pœnitentiam posse neglecta emendare: non pœnitentes luget, sed quòd incurabiliter infirmi sint, & uulneribus saucij maneant. Cogita igitur Apostoli *Morale.* uiriutem, quum sibiipsi nihil mali conscius sit, pro alienis malis luget, & pro his quæ ab aliis neglecta sunt humiliatur. Hoc enim potissimum doctoris est, sic condolere discipulorum calamitatibus, & lugere ac deplorare subditorum uulnera. Deinde dicit & speciem peccati, *In libidine & immunditia quam patrarunt.* Etiam hoc loco scortationem obscurius insinuat. At siquis diligenter inquisierit, inueniat hoc nomine etiam omne genus peccati uocari: nam licēt per excellentiam scortator & adulter uocetur immūdus, attamen etiam alia peccata immunditiam faciunt in anima. Propter hoc certè & Christus Iudęos immundos uocat, nō solā scortationem illis imper⌜mūda
perās, sed & alia flagitia. Vnde dicit, fecisse illos ⌜im Mat.15.b
mundaꝫ ea quæ foris sunt, & quòd nō ea q̄ ingrediū

A tur coinquinant hominem, sed ea quę egrediuntur. Et ⌜alibi, dictus est immūdus, oīs immundus corMar.7.c ⌜alibi dictū est, immūdus apud dominū omnis qui elato est corde. de. ⌜Nihil enim uirtute purius, nihil malitia impurius. Nā illa quidē Sole fulgidior, hęc uerò luto fœtidior. Idcirco testātur ēt hi q in luto uolutātur, & q in tenebris uersantur, quādo. ſ. quis illos uel parū respicere fecerit. Etenim quādiu suo more egerint, affectionibus ebrij, quasi in tenebris uersantes, magna cum turpitudine fœdè iacēt, & nec sentiūt qdē satis ubi sint. Vbi uerò uiderint aliquē uirtute præditū se redarguētem, uel ēt cōparantē solū, tunc manifestius suā miseriā dignoscunt, quasi fulgore immisso: sic & suā fœditatē emēdant & conscios erubescunt, licēt ille qdē seruus sit, & ipse liber, & ipse quidē rex, ille autē subditus. Sic Helia uiso, Achab cōfundebatur, & quāuis ille nihil adhuc dixisset, solo tamē aspectu illius cōfusus, & silēte accusatore, condemnā
3.Re.21.f tē se tulit sententiā, loquēs sicut hi qui capti sunt accidēs: Inuenisti me inimice meus. Sic multa libertate cū tyranno illo Helias tūc loquebatur. Sic Herodes ægrē ferēs cōfusionē ex reprehensionibus manifestius indicauit, uoce linguæ propheticæ magis
B & clarius fulgente. Cōiecit in carcerē Ioannē, quasi nudaꝫ, & lumē extinguere attētās, ut iterū i tenebris
⌜sub modium fit, immo ipse qdē nō est ausus extinguere, sed quasi ⌜scabellū⌝ in domo posuit. Misera aūt & infelix illa hoc facere cōpulit. Atqui neq; sic obuelare potuerūt reprehēsionē, sed magis accēderūt. Interrogantes. n. quare Ioānes in carcerē coniectus est, cau sam didicerūt, & oēs qui post ea secula, in terra mariq; habitāt, & q tūc fuerūt, & qui nunc sunt, & qui erūt rursus, manifestè sciēt malā istā tragœdiā, tam libidinis q̄ cædis illorū, neq; ullū tempus memoriā horū delere poterit. Tanta res est uirtus, sic immortalē habet memoriā, sic ēt solis uerbis sibi aduersantes perstringit. Quare coniecit illū in carcerē? quare nō cōtēpsit? Nunquid ad tribunal illū tracturus erat? nū adulterij pœnā exegit? Nōne reprehensio in solis uerbis erat? Quid igitur timet ac tremit? Nōne uerba erāt ac reprehensio nuda? immoꝫ magis q̄ res
C mordebat. Non duxit ad tribunal, sed traxit ad aliud, nempe cōsciētiæ tribunal, & oēs constituit iudices, qui in mēte illius sententiā ferre poterāt. Hāc ob causam tremebat tyrānus, uirtutis facē nō ferens. Vidisti magnā uirtutē? uinctū tyrāno clariorē fecit, & hūc ille metuit ac tremit. Sed ipse qdē ligauit solū. Polluta aūt illa ēt ad cædem impulit, tametsi⌝ in hoc maius illi crimē erat. ⌜Neq. n. tūc ad illā ut corriperet, iuerat, & occurēdo dixerat, Quare cohabitas tyrāno? nō quoniā reprehensione carebat. Nequaquā, sed hinc totū corrigere uolebat. Idcirco reprehendit illū, neq; illū austerius. Non. n. dixit, sceleste, pollute, & præuaricator ac prophane, cōculcastiꝫ Christi legē, ⌜cōtempsisti quę statuta sunt, potētiā tuā legē fecisti: nihil horū, sed ēt in reprehen
Mat.14.a & Mar.6.c sione apparuit multa māsuetudo uiri ac mititas. Dixit. n. Nō licet tibi habere uxorē Philippi fratris tui: erat. n. magis uerbū docētis, q̄ reprehēdentis: erudiētis, quā punientis: instituētis, quā traducentis: corrigētis, quàm insultantis. Sed hoc est quod dixi, Furi lux inimica est: molestus est iustus peccantibus ēt solū apparens: grauis ēt, si uel spectetur. Nō. n. ferūt illius radios, sicut nec Solis iubar, qui oculorū morbo tenentur. Quin grauis est multis malis, etiamsi audiatur solū. Idcirco & polluta ac sceleſta illa do-

ctrix filię, immo filiæ trucidatrix, quāuis neq; uidis- D
set illū, neq; audiuisset illius uocē, ad cædē incitat: ac facit, ut quā ad molicię educarat, ea ad homicidiū properaret. Ita illū ualde timebat. Et quid dicit? Da mihi in patina hîc caput Ioānis Baptistę. Quò te fers præceps misera & calamitosa? Nūquid adest accusator: Nūquid obturbare uidetur? Alij dicebant, Grauis nobis est ad uidēdū: illa ēt ait, ut audiatur. Ideo dicit, Da mihi caput Ioānis. Quin & ī carcere est pp te, & catena circūligatur, & licet tibi sic insolēter agere ī amore ac dicere, Sic deuinxi regē, quòd neq; publicè rephēsus dimisit ac recesit ab amore, neq; adulteriū⌝ amisit, ⌜sed reprehendentem uinxit. ⌜aulsit, Quid insanis & rabida es, habēs & reprehēsa adulterū? Quare mēsam furiarū inquiris, & crudelium dæmonū instruis conuiuiū? Vidisti, q̄ contēptibilis, quā meticulosa, quā minimè uirilis res sit⌝ inuidia? ⌜malitia Qūo quando maximè inualescit, tūc infirmior fit. Etenim ista nō sic turbabatur anteq̄ Ioānē in carcere coniecisset, sicut detento illo turbatur. Et addit, Da mihi hic in patina caput Ioānis. Et quare hic? Ne obumbretur, inqt, inuidia, ne eripiant illū quidā à periculo. Et quare nō totū mortuū requiris, sed ca E
put? Caput qd cōtristauit, linguāq; hāc silētē uidere desidero. At secus euenit: nā ō misera & ęrumnosa, ut absecta est, clarius postea clamauit. Nā tunc quidem in Iudæa solū clamabat, nūc autē ad fines terræ uenit, & ubicūq; in ecclesiā ingrederis, siue Maurorū, siue Persarū, siue etiā Britānicarū insularū, audis clamantē Ioannē, Non licet tibi habere uxorē Philippi fratris tui. Verū ista nihil sciens sapiēter agere, urget & impellit stultū tyrannū ad homicidiū, timens, ne fortè pœniteat. Tu aūt disce iterū ēt hinc uirtutis robur, neq; inclusum, neq; ligatū⌝ ēt, silēte ferre iustū. Vidisti q̄ infirma malitia, q̄ immunda? ⌜& silē tē fert nam pro cibis humanis caput ī patina affert. Quid pollutius? quid sceleſtius? qd impudērius puella illa? Quā emisit uocē in theatro diaboli, & ī cōuiuio dæmonū? Vidisti linguā, & linguā illā afferre remediū, hanc uenenū & instruentē mensam cōuiuij diaboli ci. Cuius gratia nō iussit in cōuiuio intus occīdi, & F
maior illi fuisset uoluptas? Timebat ne præsens uisus, oēs suo aspectu mutaret, ob sermonis fiduciā. Propter hoc caput reqrit, clarū⌝ fornicationis ⌜triūphū statuere uolēs, deditq; matri suæ. Vidisti saltaticulæ præmia? uidisti spolia diabolicarū insidiarū? Nō caput Ioannis dico, sed ipsum cohabitātem. Nam si qs diligenter inquirat, cōtra regē eerit triūphus: & q uicerat, uicta est: & cui caput defectū, coronatus, ac laudabatur ēt post mortem, uehementius concutiens eorū qui peccarant conscientiam ac mentē. Et quòd nō rhetoricaudo hæc dicā, ipm audi Herodē, qui ubi Christi miracula audiu t dicebat, Hic est Ioannes, ipse excitatus est ex mortuis, *Mat. 14. a*
& propter hoc operantur in illo uirtutes: adeò uires centē habebat metū, & perpetuū certamen, & neq; *Mar.6.b & Lu.9. a*
conscientiæ poterat abiicere formidinem, sed man sit iudex ille incorruptus, constringens illū & quoti die pœnam cædis exigens. Hæc scientes ne timeamus, quòd mala patimur, sed quòd malè facimus. Nam illud quidē uincere est, hoc autē uinci. Vnde *1.Co.6.b*
& Paulus dicebat, Quare non magis iniuriā patimini? imo uos iniuriā facitis & damno afficitis, jdq; fratres. Nā dū mala patimur, expectamus coronas, brabia, celebritatē: quod etiam in omnibus sanctis

Universidad de Deusto
Biblioteca

G uidere licet, quoniã omnes sic coronati sunt, nc celebrati sunt: sic & nos hanc incedamus uiã, & oremus quidẽ, ne intremus tentationẽ: si aũt aduenerit, magna feramus cõstãtia, cõgruã alacritatẽ declarantes, ut futurorũ bonorũ cõpotes fiamus, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quã & cũ quo patri ac sancto spiritui gloria, nunc & semper, & in secula seculorũ, Amen.

Homilia. xxix..

Ca.XIII. *Ertia uice nũc ueniã ad uos: in ore duorũ testiũ*
t *& triũ stabit omne uerbũ.* Ex multis quidem etiam alijs locis, sed & ex hoc potissimum uidere licet insignẽ Pauli & sapientiã, & dilectionẽ. Quã potens enim & frequẽs in promissionibus, q̃ tardus & cunctabundus est in punitionibus. Non enim statim peccãtes puniuit, sed denunciãs semel ac iterũ, & neq; sic præuaricantes punit, sed iterum denunciat dicens: Tertia uice nunc uenio ad uos. Et anteq̃ adero, iterũ scribo. Deinde ne mora ignauiã operetur, uide quomodo etiã hoc corrigat, sub inde interminãs, intentansq; plagam ac dices: Si ite
H rum uenero, non parcã: &, ne fortè ueniens lugeã
Sup. 12.g multos. Hæc autẽ facit & dicit, dominũ omnium etiã sic imitans. Quoniã & deus quidẽ frequenter minatur & sæpe denunciat, non autem crebrò punit & cruciat: idipsum ẽt ipse facit. Eapropter etiam antea dicebat, parcẽs uobis non iam ueni in Corin
Ibid. 1. d thũ. Quid est, parcens uobis? Ne inueniam peccantes, & emendationẽ respuentes, inferam supplicium & pœnã. & hìc: tertia uice nunc ueniam ad uos, in ore duũ testiũ & trium stabit omne uerbum. Non scriptũ scripto coniungit, quod & alibi fecit dicens:
1.Co. 6.d Qui adhæret scorto, unum corpus est. Erunt. n. inquit, in carnẽ unã, tametsi hoc de legitimo coniugio dictũ esset: sed abusus est dicto hoc, in hoc utiliter, ita ut magis terreat: quod certè & hoc loco facit, ⌈pœnarũ loco suum aduentũ⌉ ponens & denũciationes. Quod autẽ dicit, hoc sibi uult: Semel dixi ac iterũ, quando aderã, dico & nunc per literas, & si quidẽ audietis, ex mea sententia facietis. Sin eri tis inobedientes, necessariũ deinde, ut statuãtur ea quæ dicta sunt, & inferatur pœna. Ideo dicit, *Prædi*
1 *xi & prædico ut p̃sens secũdò, & absens nunc scribo, his qui antea peccarunt, & reliquis omnibus, quòd si uenero iterũ, nõ parcã.* Si. n. in ore duũ testiũ & triũ stabit oẽ uerbũ: assui secũdò & dixi: dico autẽ & nũc per epistolã: necesse est deinde liberè loqui uerũ. Ne enim putes minus habere literas quàm præsentiã: nã quẽ admodũ p̃sens dicebã, ita & absens nũc scribo. Vidisti paternã curam? uidisti doctrinam prouidentia dignã? ⌈neq; siluit, neq; puniuit. quin & prædicit sæpius & perpetuò minatur, & remoratur, ⌈suppliciũ⌋ etsi manserint incorrigibiles, minatur tũc illos experturos pœnã. Quid aũt p̃dixisti p̃sens, & absens scribis? *Si denuo uenero, nõ parcã.* Quoniã prius mon
⌈*hoc facere nisi cogatur*
Sup. 12.g strarit quòd nõ posit ⌈cogi ut hoc faciat⌉, ⌈& rẽ hãc uocarit luctũ & humiliationẽ. Ne fortasis. n. inqt, cum uenero ego, deus me humiliet apud uos, & lugeam multos, ex his qui prius peccarunt, & pniam non egerũt: rationeq; reddiderit illis, quòd & semel ac iterũ & tertiò prædixerit, & quòd omnia fecerit, ac conatus fuerit, impedire pœnã, ac metu uerborũ meliores reddere: tũc tãdẽ graue & ualde horrẽdũ hoc uerbũ posuit dicẽs, Si uenero denuo, non parcã: nõ duxit, puniã & exigã pœnã, sed uerbis ad modũ paternis, ẽt ipsam pœnã posuit, mõstrãs sua K
uiscera, & condolẽtẽ illis mentẽ, pp quod semper parcens differebat. Deinde ut ne ẽt nunc putent, quòd itetum differat & simpliciter minetur uerbis, propter hoc & antea dixit, In ore duũ uel triũ testiũ stabit omne uerbũ, &, Si uenero denuo, nõ parcã, Quod autẽ dicit, hũc sensum habet: Nõ ultra differam si incorrigibiles inuenero, qđ absit, sed planè intẽtabo pœnas, & persequar id qđ dixi. Deinde cũ multa ira feruẽtiq; indignatione ad subsannãtes se tanquã infirmũ, & aduentũ suũ irridentes ac dicentes, aduẽtus ille inefficax est, & sermo friuolus, qua si his respõdẽs dicit: *Quãdoquidẽ exprimentũ quæritis eius qui in me loquitur Christi.* Nã hoc & illud pstringens ac carpens dixit. Quod aũt dixit, hoc est: Quoniã uultis probare, num in me Christus habitet, & correctiones exigitis, & propterea me irridetis quasi uilẽ & contemptibilem, quasi hac uirtute destitutũ: scitote quòd nõ sumus destituti si exhibueritis occasionẽ: qđ absit. Quid igitur, dic obsecro, Num pp hoc punis quòd experimentũ quẽrũt? Nõ dicit: nã si hoc q̃liuissetˌ principiò statim peccãtes puniis- L
set, & nõ distulisset. Quòd aũt hoc nõ quærat, pergẽs manifestius ostẽdit, ac dicit: *Precor aũt ut ne quid mali faciatis, nõ quò nos probati appareamus, sed uos probati sitis: nos uerò ⌈uelut⌋ reprobi simus.* Nõ igitur tanq̃ causam reddẽs hoc ponit, sed magis suscẽsens, imo perstringẽs se cõtẽnẽtes. Nã ego qdẽ, inqt, nolim uobis id experimẽti dare: si aũt uos dederitis causam & uolueritis me prouocare, scietis reipsa. Et uide ut onerosum facit sermonẽ: nõ. n. dicit, quãdoquidẽ experimẽtũ mei q̃ritis: sed, eius q̃ in me loqtur Christi, mõstrans quòd in illũ peccarunt: & nõ simpliciter dixit, eius q̃ inhabitat, sed, q̃ loquitur, ostẽdẽs spiritualia esse uerba: ⌈q̃ si illius uirtutẽ nõ indicẽt, ⌈neque puniat, (deinde. n. à seipso sermonẽ illuc trãstulit, terribiliores minas faciẽs,) nõ pp infirmitatẽ, potẽs. n. erat, sed pp longanimitatẽ. Ne igitur patiẽtiã illius infirmitatẽ quis putet. Quid. n. miraris, si non aggreditur nũc ut puniat peccãtes, neq; exigat pœnã, sed patiẽs est ac lõganimis, cũ & ipse se crucifigi scilicet sustinuerit, tãtaq; pas⁹ nõ puniuerit? Idcirco & subdidit: *Qui erga uos nõ est infirmus. sed potẽs est in* M
uobis: nã quãuis crucifixus fuit ex infirmitate, uiuit tamẽ ex potẽtia dei. Multã obscuritatem habent uerba hæc, & infirmiores turbãt, eapropter operæpretiũ fuerit ea manifestius explanare, & dictionis illi⁹ circa quã est obscuritas exponere significata, ita ut ne minimis qdẽ offendatur. Quid igitur hoc qđ dictũ, & qđ ⌈dicat⌋? Infirmitatis nomẽ, & i quo significato dictũ ẽ, discere necessariũ. Vna. n. dictio, sed multa ei⁹ significata sunt: nã & corporis aduersa ualetudo infirmitas dicitur. Vnde & i euãgelio dictũ, Ecce quẽ *Ioã. 11. a*
diligis, infirmus ẽ, de sancto Lazaro: & ipse dicebat, Infirmitas ista nõ ẽ ad mortẽ. Et de Epaphra Paul⁹, *Phili.2.d*
Et. n. infirm⁹ fuit ferè usq; ad mortẽ, sed de⁹ miserit⁹ est illius. Et de Timotheo, uino modico utere pp *1.Tim.5.*
stomachũ tuũ, & frequẽtes infirmitates tuas. Hęc. n. *d*
oía corporalẽ infirmitatẽ significãt. Dicitur itẽ infirmitas, nõ esse solidatũ in fide simpliciter, neq; pfectũ eẽ. Et hoc significãs Paul⁹ dicebat, Infirmũ ãt *Rom.14.*
in fide suscipite. Et iterũ, Ille quidẽ credit, ut mandu *a*
cet omnia: alius autẽ infirmus olera comedit, infirmũ i fide significãs. Ecce duo significata ifirmitatis. Est & aliud tertiũ significatũ infirmitatis. Quale

⌈*Si uerò ipsius uirtutẽ non indicet,*

Ibidem.

hoc⁹per-

A hoc persecutiones, insidiq, insultus, tẽtatiões, addu
Sup. 12.c ctiones ad tribunal. Et hoc manifestãs Paulus, pro hoc ter dominũ rogaui, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: uirtus. n. mea in infirmitate perficitur. Quid est, in infirmitate? in persequutionibus, ĩ pericu-
Ibi. 11.g lis, in tẽtationibus, i insidijs, in mortibus. Et hoc
&. 12. c manifestans dicebat, propterea glorior ĩ infirmitate. Deinde ostẽdẽs quã dicat infirmitatẽ: non febrẽ
Ibid. 12. c dicit, non ambiguã fidẽ. Sed quid? in contumeliis, in persequutionibus, in necessitatibus, in angustijs,
Ibidem. in plagis, in carcerib⁹, ut inhabitet i me uirtus Christi. Quando. n. infirmus sum, tũc potens sum: hoc est, quãdo persequutionẽ patior, quãdo expellor, insidijs impetor, tũc potẽs sum, tum magis ualeo, & superi or sum insidiãtibus, gratia uberius i me inhabitante. Sanè secundũ hoc tertiũ, Paulus infirmitatẽ hoc loco posuit. & qđ dicit, hunc sensum habet: ut iterũ refutet, qđ & antea dicebã, quia cõtem
B ptibilis esse uidebatur: nõ enim uolebat gloriari, ne
que id qđ erat esse uideri, neq; ostẽtare potentiam qua p̃ditus erat, ut puniat & uindicet, unde & cõtemptior esse putabatur. Igitur quoniã hoc putantes in magna ignauia & stupore erãt, nec à peccatis respiscebant, accepta occasione opportuna, ẽt de his magna austeritate differit, ostẽdẽs quòd nõ per infirmitatem hoc faciat, sed ob longanimitatẽ. Deinde, id qđ dixi, ab ipso trãsferens in Christum sermo intẽdit timorẽ, & auget minas: uult aũt dicere, Non. n. licẽt puniam & castigem peccantes, ego sum qui punio & castigo. Est qui in me habitat ipse Christus: si aũt nõ creditis hoc, sed uultis experimentũ accipere, re ipsa eius qui in me habitat, scietis statim. Neq; n. infirmus est erga uos, sed potens est quãuis ubiq; potẽs sit: nam siue infideles uoluerit punire, siue dẽmones, siue qduis, potens est. Et propter qđ appositum, erga uos? Quid igitut uult additio? Verbũ est, quo multũ inhortatur illos ex his quæ olim experti erant. Vel hoc significat: iã in uobis potentiã declarat, quòd debeatis corrigi: qđ &
1.Co.5.d alibi dicebat, Quid aũt ad me, ẽt exteros iudicare? Nã ab exteris, inqt, pœnã sumet in die iudicij: à uo-
D bis aũt nũc, ut ab illo supplicio liberet. Attamẽ uide qũo hoc cũ magna cura & dilectione factũ, eo seruore dicit, ut & metum ponat, inquiens: *Qui nõ infirmus est erga uos, sed potens est in uobis. Etenim licèt crucifixus sit ex infirmitate, uiuit tamẽ potẽtia dei.* Quid est, licẽt crucifix⁹ sit ex infirmitate? Etenim licẽt uoluerit, inquit, hoc sustinere qđ infirmitatis esse uidetur, sed propterea suã potẽtiam imminere noluit. Manet enim eadẽ, & inexpugnabilis, & nihil lædi
1.Co.1.e tur à facto hoc quod infirmitatis esse putatur: sed istucipsum maximè illius ostẽdit potentiam, quòd & talia sustinuit, & suã uirtutẽ non mutilauit. Ne igi tur te offendat infirmitatis uerbũ. Quoniã & alio loco dicit, Quod stultũ dei, sapientius hominibus
Ibidem. est: & qđ infirmũ dei, potẽtius est hominibus: quanuis deus nihil stultũ uel infirmũ habeat, sed crucem sic uocauit, iuxta infidelium suspicionẽ de ea loquẽs. Audi igitur illũ seipsum interpretantem: Verbum. n.
Ibidem.d crucis, his quidẽ qui pereunt, stultitia est: nobis uerò qui seruamur, uirtus dei est. Et iterum: Nos autẽ prædicamus Christũ, crucifixũ, Iudæis quidẽ offen
Ibid.2.d diculũ, gentibus aũt stultitiã, illis autem qui uocati sunt cũ Iudæis tum gentibus Christũ dei uirtutẽ ac dei sapientiam. Et iterum: Animalis autem homo nõ perci pit ea, q̃ spiritus sunt. Stultitia enim illi D
est. Vide qũo ubiq; infidelium errorem interpretatur stultitiã, etiã crucem infirmitatẽ existimantium. Ita etiam hoc loco infirmitatẽ dicit, non quæ erat, sed quæ ab infidelibus esse putabatur. Non hoc igitur dicit, qui cum infirmus esset, crucifixus est. absit: nã quòd omnino potuisset nõ crucifigi, ostendens ali
Ioã. 18. b bi prosternit hos, qui capere conabantur, ita ut supini caderent: alibi radios è corpore emittit transfi-
Mat. 17. a guratus, alibi ficulneã arefacit, & oculos eorũ qui
Ibid. 21. b ad se ueniebãt excæcat, & innumera alia facit. Quid igitur est, quòd dicit, ex infirmitate licẽt crucifixus sit periculũ & insidias ferens (nã admisi iam infirmitatem pericula & insidias uocari) attamẽ nullũ dãnum sensit. Hæc aũt dicebat in seipsum exẽplũ trãsferens. Nam quoniã uidebant se in persequutione esse, uexari, contemni, & non ulciscebantur se, nec euadebant, docens illos, quòd neq; ipsi per infirmitatem hęc patiebantur, ob hoc, quòd nõ possunt euadere, transfert sermonem ad dominũ: Quia & ipse, inquit, crucifixus est, ligatus est, inumera passus est, & nõ euasit, sed mãlit sustinẽs ea q̃ infirmitatis esse E
putabãtur, & hac ratiõe potẽtiã suã declarãs, quòd etiã nec euadens nec se ulcíscens, nihil omnino damni acceperit. Vitã igitur nõ remorata est crux, nec resurrectionẽ impediuit, sed & resurrexit & uiuit. Quando aũt crucẽ audis & uitam, de dispẽsatione accipe sermonẽ. De illa. n. omnis sermo ille. Quòd autẽ inquit, ex potẽtia dei, dicit non quòd ipse infirmus sit ad uiuificandã carnẽ, sed quòd eadẽ sit illi cũ patre. Dicens enim, Ex potentia dei, non quòd
Ioan. 2. d infirmus sit: sed, ex potentia sua dixit. Quòd & ipse illã resuscitarit & cõseruet, audi ipsum dicentẽ, Solui te templũ hoc, & ego in tribus diebus suscitabo il-
Ibi. 16. b lud. Quòd si aũt patris esse dicit, qđ suum est, ne tur
Ibid 17. b beris. Omnia enim quæ patris mei, mea sunt, inqt. Et iterum: Omnia mea tua sunt, & tua mea. Igitur quẽadmodũ ille crucifixus nihil damni passus est, ĩquit: sic neq; nos qui in persecutione sumus, & infestamur. Idcirco & addit, *Etenim & nos infirmi sumus in illo, sed uiuemus in illo ex potẽtia dei.* Quid est, infirmi sumus i illo? Persecutionẽ patimur, uexamur, ex F
trema patimur. Sed qd est, ĩ illo? Propter p̃dicationẽ, inqt, & fidẽ q̃ in illũ. Quòd si dura & grauia sustinemus pp illum, manifestũ quòd & præclarè habiturí sumus. Ideo & subdit, *Sed seruamur cũ illo ex potẽtia dei. Vos ipsos tẽtate, num sitis in fide, uosipsos probate. An nõ cognoscitis uosipsos q. Christus in uobis est? nisi aliquatenus reprobi sitis: spero autẽ uos cognituros quòd nos nõ simus reprobi.* Nã quoniã per prædicta ostendit, quòd quãuis nõ euadat, ⌈non quasi nõ habẽs in se Christũ, sed imitans longanimitatẽ illius, qui ⌈*inuadat.*
crucifixus, & nõ se ultus est. Iterũ aliter istucipsum operatur, & maiore abũdantia à discipulis sermonẽ cõficit. Quid. n. dicam de me doctore, inquit, cui tanta cura est, & cui cõcreditus totus orbis, & q tãta feci signa: uos enim ipsos si uoluerítis discutere q in discipulorũ ordine estis, uidebitis quòd & i uobis Christus. Si aũt in uobis, multò magis in magistro. Nam si fidẽ habetis, & i uobis est Christus: nã qui tunc credebãt, miracula operabãtur. Proinde & subdidit: Vosipsos tẽtate, nũ sitis in fide, uosipsos probate. An non cognoscitis uosipsos, quòd Christus in uobis? nisi aliquatenus reprobi sitis. Si aũt in uobis, multò magis i magistro. Cæterum mihi ui-

G detur hic fidem dicere illā, q̄ miraculorū est. Nam si habetis fidē illā, Christus in uobis est, nisi aliqua tenus reprobi facti sitis. Vidisti quo iterū terret, & abundanter ostendit apud se esse Christū. Hoc.n. loco uidetur mihi ēt ad uitā illos incitare. Nā quoniā non sufficit fides ad cōciliandā sibi spiritualem efficaciā, dixit autē, Si estis in fide, Christū habete in uobiipsis. Contingit autē multos esse ab hac efficacia uacuos, licet fidē habeant, soluens dubiū, inquit, nisi aliqua ex parte reprobi sitis, & habetis uitā corruptā. Spes uero mihi ē uos cognituros, quòd nos nō sim⁹ reprobi. ⌜Rursum hic minæ multę, terror magn⁹. Quādo quidē, inquit, hinc p nostrā in uos animaduertionē experimentū sumere uultis, id pfacilē uobis planū H faciem⁹. Cæterū ad eū modū nō loqtur, sed maiori cū grauitate ac minis grauiorib⁹. Spero aūt uos cognituros, quòd non simus reprobi. ⌟ Nā oportebat quidē etiā absque hoc scire, uos, inqt, scitis, & quòd Christū habemus i nobis loquētem & operantē. Quoniā aūt & reipsa uultis accipere experimētū sci tote quòd nō sumus reprobi. Deinde quoniam minas intētauit, & pœnas iam ad fores adduxit, & in timore cōstituit illos, & expectare fecit pœnā: uide quo iterū dulciorē reddit sermonē, & mitigat timorē, & ostēdit se ab ambitione alienū discipulorūq̄ curā gerentē, animo erectū, & cōsilio prudētē, uanāq̄ gloriā aspernantem. Hæc.n. oia ostendit in his quę subdit dicens: *Precor aūt deū, ut ne quid mali faciatis,* ⌜*nō quò nos approbati appareamus,* ⌟*sed uos quod bonū est faciatis, nos autē quasi reprobi simus. Nō.n. possumus aliquid cōtra ueritatē, sed pro ueritate. Gaudemus enim uos, cū nos infirmi fuerimus, nos autē potētes sitis: hoc autē insuper precamur uestrā integritatē.* Quid huic animæ comparabitur? contēnebatur, respuebatur, illudebatur, subsannabatur, quasi uilis, quasi cōtēptibilis, quasi arrogās, quasi glorios⁹ in uerbis qdem, re aūt ipsa neq̄ paruā uirtutis sue uim ostētās, nō solū differt, neq̄ solū cessat, sed & precatur, ne detur sibi talis occasio. Precor.n. inquit, ne faciatis male quippiā, non ut nos probati uidemur, sed ut uos quod bonū est faciatis, nos autē quasi reprobri simus. Quid est qd dicit? Obsecro deū, inquit, & oro, ut nullū inueniā incorrectū, nullū inueniā nō pœnitētē, imo neq̄ hoc solū, sed neq̄ inueniā initiū peccati: dicit.n. Nequid mali faciatis: si aūt peccaueritis, pœniteatis & præoccupetis uos emēdādo, omnēq̄ repellite irā: neq̄.n. hoc studeo ut sic⌜ reprobi sim⁹ sed planè cōtrariū, ut ne uos reprobi appareatis. ⌜Nā si māseritis, inqt, sine pœnitētia peccantes, necessariū erit: ut puniamus & castigemus, ⌟& exerceamus corpora nostra: ſqd & in Sapphira ac Mago factū est, & dem⁹ experimētū uirtutis: nō aūt pcamur hoc, sed cōtrariū, ut neq̄ nos sic probati appareamus, hoc ē, ne sic experimētū declaremus potētię nostrę i puniēdis uobis, & castigādis peccatoribus, incurabiliterq̄ laborātibus. Sed qđut uos qd bonū est faciatis, hoc precamur, ut semper uirtutē operemini, semper corrigamini, nos uerò quasi reprobi simus, nō declarātes nostrā punitiuā uim: & non dixit, reprobi: non enim futurus erat reprob⁹, licēt nō punisset, sed propter istud ipsum magis probatus. Quasi dicat, quāuis nōnulli suspicentur nos, quia non ostentamus: nostram potentiā, esse cōtēptibiles, & ea destitutos, nihil hoc nobis curæ est. Satius .n. ut tales ab illis habeamur, q̄ si plagis potētiā, quā dedit nobis deus, ⌜cōsilio minus recto⌝ declararemus. Non enim possumus cōtra ueritatem, sed pro ueritate: ut enim non uideatur illis condonare, hoc enim est animi à uana gloria alieni, sed quòd faciat id quod rei postulabat natura, hoc subdidit dicens: Non enim possumus cōtra ueritatem. Nā si inueniemus, inquit, uos probè agētes & repellentes peccata p pniam, ac fiduciā erga deū habentes, neq̄ poterimus etiāsi uellemus in posterū punire: sed etiāsi attentaremus, non cooperaturus esset deus. In hoc.n. nobis dedit potentiā, ut sententiā uerā ferамus & iustā, non à ueritate uel paululum diuersam. Vidisti quo ubiq̄ sermonē facit minimè molestū, & minarū asperitatem mitigat. sicut hoc satagebat, ita & mentē suā illis uult esse addictam: L propterea ēt subdidit dicens: *Gaudemus cum nos infirmi fuerimus, uos autē ualidi sitis. Hoc autē insuper precamur uestrā integritatē.* Minimè.n. inquit, poterimus aliquid contra ueritatem, hoc est punire uos bene agentes: & quia non possumus, propter hoc uolumus, sed contrariū cocupiscimus: quin & pp istuc ipsum maximè gaudemus, quòd non inuenimus uos tales, q occalionē nobis exhibeatis, ut nostrā quę in puniendo est potētiā ostēdamus, licēt talia faciētes nos claros & probatos & potētes declararemus, sed cōtrariū uolumus, nēpe ut uos probati & irreprehēsibiles sitis, & nos nunq̄ inde gloriā lucrifaciamus. Ideo dicit, Gaudemus.n. quādo nos infirmi sumus. Quid est, infirmi sumus? quādo existimamur infirmi, nō quòd simus infirmi. Sic.n. putabāt inimici, cū iā facultatē puniēdi nō manifesta ret: attamē gaudem⁹ quādo sic cōuersamini, quòd nō datis occasionē nobis castigandi uos, qđ nobis dulce ē ac gratū quādo sic existimamur infirmi, modò ut uos irreprehēsibiles sitis: unde addit, uos autē ualidi sitis, hoc est, probati, & uirtutibus cōspicui, & non solū uolumus hæc, sed etiā precamur ut uos sitis ita irreprehensibiles, absoluti, nullāq̄ nobis dantes occasionē. Hæc paterna uiscera, discipulorū salutē, suæ gloriæ pferebāt. Hoc aiæ fuerit uanæ gloriæ expertis. Tunc certè uirtus maximè à corporis liberat uinculis, & à terra in cœlū sublimē esse facit, si pura sit à uana gloria, quemadmodum hęc admissa in plurima inducit peccata. Fieri.n. nō potest, ut qui nō est purus à uana gloria, sublimis, magnus & strenuus fiat, sed necesse est ut humi repat, &⌜ magis corrūpit sibi seruientem tam polluta domina quouis barbaro crudelior. ⌜Quid enim illa ferocius fuerit, quā si ei maximè seruitur: tunc.n. maximè ferocit, quāuis hoc neq̄ bestiæ efferæ solent, quæ multo ministerio mansuescūt: cōtrà uanę gloriæ cupiditas, quādo contemnitur, mansuescit: quando autem colitur, effertur, & se armat contra se colentem. Hanc quum colerent Iudæi, graui, supplicio affecti sunt: hanc cum despicerēt discipuli, coronati sunt. Et quid dico supplicia & coronas? Nā si illam respuere, maximè facit apparere claros, & uidebis etiam hic eos qui illam colunt, damnum: eos

ἔχετε i. habete uel habetis, potius

⌜probati ſimus, ſed planè cōtrariū ut ne nos probati appareamus. ⌟mutilemus corpora noſtra: Act.5.a & 7.8.b

⌜in obſtinatos

Morale.

multa corrūpat quę tā polluta et quouis barbaro crudeliori dominæ ſeruiat

A uerò qui contemnūt, utilitatem accipere. Nam discipuli qui illam cōtempsere, (nihil.n. prohibet iterum eodē uti exemplo) & quæ dei erant prætulere, clariores Sole fulserūt, imortalē adepti memoriam etiam post mortē. Iudæi uerò qui ab illa uicti, sine ciuitate, sine domo, sine honore, exules et instabiles facti sūt. uilesq̄ ac cōtemptissimi. Et tu quoq̄ si uis gloria fulgere, gloriam contemne: sin gloriā sectaberis, gloria excides. Si aūt placet, hunc sermonem & in secularibus rebus approbabimus. Quos.n. maximè scōmatis incessimus? Nōne eos qui illi⁹ cupidi sunt? ⌜Quid? nónne qui hac destituti sunt, inquis, plurimos habēt uituperatores, & ab omnibus cōtemnuntur? ⌜Quos aūt admiramur, dic oro? Nónne eos qui illam maximè contemnunt? Igitur hi sunt, qui glorificātur. Quē admodum.n. diues est, non qui multis, sed qui nullo eget: ita gloriosus est, non is qui gloriæ amās est, sed illius contemptor. Vmbra.n. glorię est ista gloria: nullus.n. panem uidens pictū, etiamsi multū à fame uexetur, picturā attinget. Igitur neq̄ tu umbras sectare. Vmbra.n. glorię hęc est, nō gloria. Et ut discas, quòd hæc sic se habeant: illud cogita, quādo res ab hominibus uituperatur, quando omnibus fugiēda esse uidetur, ēt illis qui ipsam desiderant, quando cōfunditur qui uocatur illud habēs, uel habere desiderās. Vnde igitur desiderium istud, dicis, & quō nascitur hæc affectio? A pusillanimitate. Non.n. oportet solū uituperari, sed & emendari à mente impfecta, à sensu puerili. Desinamus igitur esse pueri, & simus uiri, & ubique ueritatē, nō umbras sectemur, & in diuitijs, & in uoluptatibus, & in delicijs, & in gloria, & in potētia, & cessabit morbus hic, multaq̄ alia: umbrā.n. sequi I.Co.15.c insanientis est. Vnde & Paulus dicebat, Resipiscite iuste, & non peccate. Est.n. & alia insania grauior ea quæ à dæmonibus est, uel ex curis. illa.n. ueniam accipit, hæc aūt excusatione caret, quando ipsa aia corrupta fuerit, & non rectum iudiciū illius perijt. Et instrumentū alterius insaniæ est corporalis passio, istā aūt insaniam operatur animus. Quemadmodum.n. febres illæ grauiores & incurabiles, quę solida corpora inuadūt, latentq̄ in neruis, & absconditæ sunt in uenis: ita certè & ista insania, quoniā intus in mente delitescit, corrumpens & lædens illam. Quo.n. non est manifesta & clara insania, & omni insania grauior passio insanientes quidem semper contemnere, ingerere autem se summo cum studio semper his qui pereunt. Dic.n. obsecro, siquis uentum sectaretur, uel cohibere attentaret: nónne diceremus illū insanire? Quid aūt est tenere umbrā neglecta ueritate? siquis mulierē suā odio habeat, umbrā aūt eius amplectatur: uel filiū auersetur, & umbrā iterum illius diligat: quæreres ne aliud insanię certius indiciū? huiusmodi sunt & hi qui ad præsentia stupent. Etenim oia umbra etiamsi gloriā dicas, etiamsi potētiā, etiāsi bonā existimationē, etiāsi diuitias, etiāsi delicias, uel quicquid in hac uita est. Eapropter & propheta dicebat, Psal.38.b In imagine pertrāsit homo, ueruntamen frustra conIbi.101.b turbatur. Et iterū, Dies nostri quasi umbra declinaIbi.101.c uerūt. Et alibi sumū & florē graminis uocat res humanas: non aūt ⌜diuitias⌝ solū uocat umbram, sed & tristitia, etiāsi mortē dicas uel infirmitatē, uel pauperta tē, uel quicquid aliud. Qualia igitur manētia, & iucūda, & aspera? Regnū æternū, & gehēna perpetua, Esaiæ 66. & Marc. 9.g neq̄.n. uerbis morietur, neq̄ ignis extinguetur, & resurgunt hi in uitā æternā, & illi in suppliciū sempiter-

⌜suauia

num. Vt igitur hoc effugiamus, & illa fruamur: relicta umbra, apprehendamus ueras res omni studio. Ita enim assequemur regnum cœlorum: quod nobis omnibus concedatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri gloria simul cum sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia. xxx.

Propter hoc hæc absens scribo, ut præsens ne austeritate utar, iuxta potestatem quam dedit mihi dominus in ædificationem, & non in destructionem. Perstringit illos uehemētius disserēs, & maximè ad finē epistolæ. Etenim antea dicebat, Ipse aūt ego Sup.10.a Paulus obsecro uos, p māsuetudinē & lenitatē Christi, q iuxta facię quidē humilis inter uos, absens cōfido de uobis: oro āt ne præsens audeā, ea fiducia qua existimor audax fuisse in quosdā, qui putāt nos uelut secdm carnē ambulātes, & in prōptu habētes uindicare oium inobedientiā, quādo cōpleta fuerit uestra obediētia. Et metuo ne fortè ueniēs nō tales inueniā Ibid.12.g quales uelim, & ego ne iueniar à uobis, qualē me nō uultis. Et iterū, Ne fortè cū uenero, me humiliet deE meus erga uos: & lugeā multos ex his q antea pecca Ibidem runt, & pniam nō egerunt super libidine & immūditia quā patrarūt. Et post hæc, Prædixi & prædico sicut præsens secdō, & absens nūc scribo: quòd si uenero denuò, nō parcā, quādoquidē experimentū q̄ritis eius qui in me loquitur Christi. Igitur quoniā hæc & multa alia dixit terrēs, inhortās, ⌜approbās, ⌟perstrin- ⌜exprobrans gens, excusans, de oibus inquit: pp hoc hæc absens scribo, ne præsens austeritate utar. Vellē.n. literis insitā esse austeritatē, & non ipsis operibus. Vellē uehementes esse epistolas, ut maneāt minę, & in opus nō exeant. Iterū, & in hac defensione terribiliorem facit sermonē, & ostendens quòd non ipse sit, qui punitus rus, sed deus. Adiecit.n. Secdm potestatem quā dedit mihi dominus. Et iterū ostēdit, quòd nō cupit ptāte in illis puniēdis abuti adijciens, Nō in destructionē, sed ædificationē. Et insinuauit quidē hoc nūc quod dixi, & reliquit illis expēdendū, si incorrigibiles māserint qd futurū. Et hoc iterū ædificatio est, eos qui sic affecti fuerint punire. Etenim sic habet, & ipe hoc sciF uit, & operibus monstrauit. *Quod superest fratres, gaudete, integri estote, cōsolationem habete, idem sapite, in pace agite, & deus charitatis ac pacis erit uobiscū.* Quid est, qđ iupereſt frēs gaudete? Contristasti, terruisti, in angustia cōstituisti, tremere fecisti & timere, & quō iubes gaudere? Dicere uult, Si res uestræ succesſerint, ut à me impletæ sunt, nihil est, qđ gaudiū prohibeat. Ego.n. feci omnia quæ mea sunt, longaminis fui, distuli, nō execui, obsecraui, cōsului, terrui, minat⁹ sum, ut omnibus modis cogerem uos ad pniæ fructū: reliquum est, ut & uos quod uestrum est agatis, & sic immarcessibile sit gaudium uestrum. *Integri estote.* Quid est, integri estote? Perfecti sitis, implete quæ desunt. *Consolationem accipite.* Quoniā & multæ fuerūt tentationes & magna pericula, inquit, consolationē accipite, & à uobis mutuū, & à nobis, & à mutatione in melius. Si.n. à conscientia sit gaudiū, & perfecti estote, nihil.n. deficit ad gaudium & cōsolationem: nihil enim sic facit consolationem ut pura conscientia, etiamsi innumeræ afflictiones ac tentationes. *Idem sapite, in pace agite.* Quod & in priore epistola ex proœmijs auditum est. Contingit enim idem 1.Cor.1.b sapere, & non agere pacificè, quando in dogmatis

G conueniunt quidam, diſsident aũt aliâs inter ſe. Verũ utraq; Paul⁹ exigit, *Et deus charitatis ac pacis erit uobiſcum.* Non.n. ſolũ admonet & conſulit, ſed etiã bene peccatur: nam uel hoc precatur, uel futurum prædicit, immo utraq;. Si.n. hæc feceritis, inquit. Quid? ſi idem ſapueritis, & pacificè uixeritis, erit etiã deus uobiſcũ: dilectionis.n. deus eſt & pacis, illiſq; gaudet ac lætatur. Hinc uobis & pax à dilectione illius, hinc malorum omnium ſublatio: iſta orbẽ ſeruauit, iſta diuturnum bellum ſoluit, iſta cœlo terram coniunxit, iſta homines angelos facit, iſtã igitur & nos imitemur. Innumerabilium.n. bonorum mater eſt dilectio, per iſtam ſaluati ſumus, per iſtam ineffabilia bona omnia aſſequimur. Deinde reducens illos ad hãc, inquit: *Salutate uos inuicem in oſculo ſancto.* Qui eſt ſanMar.14.c ctō? non ſubdolo, nõ fícto, ſicut Iudas Chriſtũ oſculatus eſt: propter hoc.n. oſculum datum, ut charitatis fiat ſymbolũ, ut accendat affectionem, ut ſic mutuum diligamus, tanquam fratres fratres, tanquam filij patres, tanquã patres filios, immo & multo magis. Nam illa quidem eſt naturæ affectio, hæc autem H ſpiritualis gratiæ. Sic animæ inter ſe colligantur. Propter hoc & ex peregrinatione redeuntes, oſculis excipimus mutuis, conuenientibus animabus. Hoc.n. membrum eſt, quod aĩam nobis prædicat. De oſculo aũt illo ſancto licet alium quoq; ſermonem dicSup.6.d re. Qualem nam? ⌜Templũ Chriſti ſumus.⌝ Igitur ue ſtibula templi & ingreſſum oſculamur, mutuũ oſculando. Nõne uidetis, quot etiam ueſtibula templi huius oſculantur, illi quidem flectẽtes, alij autem manu continentes, & ori manũ admouẽtes: per has etiam ianuas ac portas, & ingreſſus ẽ, & ingreditur ad nos Chriſtus, quando cõmunicamus. Scitis, qui myſteriorum eſtis participes quid dicatur: etenim non uulgarem honorem conſequutum eſt os noſtrum, acciens corpus dominicum, propter hoc maximè hic oſculamur. Audiant qui fœda loquũtur, qui cõuicia proferũt, & horreſcãt, quòd tale os polluunt: ⌜audiãt qui fœdè oſculantur.⌝ Audi qualia doceat te per os tuum deus, & cuſtodi immaculatum, diſſere de futura uita, de reſurrectione, de imortalitate, quòd mors non ſit mors, & alia innumera arcana. Nam quẽad- I modum ad adytum è quo oracula dantur, uenit ad os ſacerdotis initiandus. Audiamus quæ. ſ. ſunt horroris plena. Etenim perdiderat ſuam uitam ex progenitoribus, & uenit illã reparaturus, & rogaturus quo illam inueniat ac reparet: deinde reſpondet illi deus, quo inueniat: & ſit os illud propitiatorio terribilius. Nam illud quidem propitiatorium nullo modo talem emittebat uocem, ſed de multò minoribus loquebatur rebus, de bello ac pace quę ſubtus eſt. Hoc autẽ omnia de cœlo & futura uita, & rebus nouis, mentemq; trãſcendentibus. Dicens autem, Salutate uos mutuum in oſculo ſancto, adiecit: *Salutant uos ſancti omnes.* Et hinc dans illis bonam ſpem, ⌜hoc ad hortatus eſt,⌝ ⌜pro oſculo per ſalutationẽ illos copulans: nam ab illo ore cuius oſculũ, procedunt & uerba. Vides quo omnes cogit, & eos qui procul diſtãt corpore, & qui propè? illos quidẽ per oſculum, hos uerò per literas. *Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & dilectio dei, & communicatio ſancti ſpiritus cum omnibus uobis.* Quoniã cõiunxit illos inter ſe per ſalutationes & oſcula: iterum ad preces deflectit ſermonem, magna diligentia illos etiam deo coniungẽs. Vbi nunc ſunt qui dicunt, quia ſpirituſſanctus in epiſtolarũ proœmijs non eſt ſimul ordinatus, ideo non eſt eiuſdem K eſſentiæ? Ecce.n. nunc cum patre ac filio illum connumerat. Cæterũ præter hoc liceret etiam illud dicere, quòd Coloſſenſibus per epiſtolam ſcribit & dicit, Gratia uobis & pax a deo patre noſtro: filium ſilens, Coloſ.1.a & non addens ſicut in alijs epiſtolis: & domino noſtro Ieſu Chriſto. Igitur neq; filius erit eiuſdẽ eſſentię, eadem ratione, ſed hoc extremæ dementię eſt. Nam Ro.1. & iſtud maximè oſtendit eſſe eiuſdẽ eſſentiæ, quòd di- 1.Cor.1.a uerſẽ Paulus hoc utitur: & id non per ſolam cõiectu & c. rã eſſe dictũ, audi quo filij & ſpiritus meminit, & patrem obtícet. Corinthijs.n. ſcribens, dicit: Sed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis, in nomi 1.Cor.6.c ne domini Ieſu, & in ſpiritu dei noſtri. Quid igitur dicoro? Non baptizati fuerunt in patrem illi? Quare igitur non dixit, abluti eſtis in nomine patris? Quia ſine diſcrimine, nunc huius nunc illius meminit hypoſtaſis, & inuenies hunc morẽ in epiſtolis ſępius. Etenim Romanis ſcribens, inquit, Obſecro igitur uos per mi Ro.12.a ſerationes dei, quãuis filij ſint miſerationes: obſecro autem uos per charitatem ſpiritus, quanuis patris ſit charitas. Quare non meminit in miſerationibus, filij, & in charitate, patris? quia quaſi manifeſta & con L feſſa ſiluit. Inuenietur autem & dona illa iterum mutato ordine narrare. Nam cum dixiſſet, Gratia Chriſti, & charitas dei, & cõmunicatio ſpirituſſancti, alibi dicit cõmunionem filij & charitatem ſpiritus. Obſecro.n. uos, inquit, per ⌜communicationem⌝ ſpiritus. ⌜charitatem.⌝ Et Corinthijs dicit, Fidelis deus, per quẽ uocati eſtis in communionem filij illius. Sic ea quæ trinitatis, in- 1.Cor.1.b diuiſa ſunt: & cuius ſpiritus eſt communio, ⌜is inuentus eſt⌝ eſſe filij, & filij eſt gratia, & patris & ſpirituſſan ⌜ea inuẽcti: Gratia enim uobis à deo patre. Et alibi cum multa illius genera percenſuiſſet, ſubdidit: Omnia autem ta eſt hęc operatur unus & idem ſpiritus, diuidens ſeorſim 1.Co.12.b cuique ut uult. Et hæc dico, non confundens hypoſtaſes, abſit, ſed ſciens etiam, quid his proprium, ſit, quidue hæc diſcernat, & eſſentiæ unitatem. Perſeueranter igitur & horum dogmatum euidentiam habeamus, & dei dilectionem nobis cõciliemus. Prius enim nos, qui odio habebam⁹, dilexit: & qui inimici eramus, conciliauit. Vltra autem diligentes diligere uult. Perſeuerãter igitur diligamus illum, ita ut & ab illo diligamur: nam cum à potẽtibus hominibus diMorale. M ligimur, terrori ſumus omnibus: multò magis ſi à deo, etiamſi oporteat diuitias, uel corpora, uel animam ipſam pro hac dilectione dare, ne parcamus. Non enim ſufficit uerbis dicere, quòd diligimus: ſed oportet etiam operibus declarare. Neque enim ille uerbis ſolis, ſed & reipſa oſtendit dilectionẽ. Oſtende igitur & tu operibus, & facito quæ illi probantur: ſic enim & ipſe iterum lucrum habebis: nam ille nullarum noſtrarum rerum eget, quod & maximè ſynceræ dilectionis eſt, quòd ut diligatur à nobis, quãuis nullis egeat, neq; in ſuum uſum ſua conuertat, ſaciat omnia. Ideo & Moſes dicebat, Quid.n. quærit Deu.10.c dominus deus à uobis, quàm ut diligatis ipſum, & ut paratus ſis ambulare poſt illum? & ita quando ille iubet ſe diligi, tunc maximè oſtendit quòd te diligit. Nihil.n. ita noſtram ſalutem conſeruat, atq; illum diligere. Sanè uide, quomodo præcepta illius ad noſtram quietem, & ſalutem, & gloriam cõponit. Etenim quando dicit, Beati mundi corde, beati miſericordes, beati mites, beati pauperes ſpiritu, beati paMatt.5.a cifici, ipſe quidẽ nihil inde lucri percipit: nos autem

A honeſtos faciens ac componens hæc præcipit. Et
Ibid. 25.c quando dicit, Eſuriui, non egens noſtro miniſterio, ſed te exercens ad miſericordiam ſic præcipit. Poterat enim etiam abſque te pauperem paſcere, ſed theſaurum tibi donans maximum, hęc imperauit. Nam ſi ſol qui creatura eſt, non eget noſtris oculis, & licèt nemo ipſum uideat: manet tamen in ſua claritate, nos autem qui radiis illius fruimur, utilitatem percipimus: multò magis de deo ſic loqui conuenit. Vt autem & aliunde ſcias quantùm inter deum & nos diſtet, num quantùm inter culices & nos? multò magis manifeſtum, modóque immenſo. Si igitur nos uanæ gloriæ ſtudioſi & ſuperbi non egemus cu licum miniſterio uel gloria: quantò magis deus qui eſt à ⌜paſſione & indigentia alienus, tantùm nobis fruitur, quantùm beneficiis fruimur, quantùm noſtræ ſaluti & deliciis conducit. Eapropter & ſæpius
1.Cor.7.c relictis iis quæ ſua ſunt, tua quærit. Siquis enim, inquit, uxorem habet infidelem, & illi probatur habiMatt.5.e tare cum ea, ne relinquat illam: qui autem dimittit uxorem niſi propter fornicationem, facit illam adul
⌜bonitatem⌝ teram fieri. Vidiſti indicibilem ⌜dilectionem? ⌜Si ſit ſcortum, inquit, mulier, nõ compello, ut cohabites.
B Si autem infidelis, non probibeo. Iterum ſi contriſtauerit te aliquis, præcipio illi, ut relicta oblatione mea, ad te quem contriſtauit, currat. Si enim obtuMatt.5.c leris donum tuum, inquit, & Illic recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid contra te, relinque donum tuum ante altare, & uade, primúmque reconciliare fratri tuo, & tunc ueniens offer donum tuum. Quid autem parabola eius qui omnia decoMat.18.c xerat, nonne hoc oſtendit? Quando enim amiſit multa talenta, miſertus eſt eius & dimiſit: quando autem ille centum denarios à conſeruo repetiit, &
Ibidẽ. d. malum uocauit, & ſupplicio tradidit. Sic multa de tua quiete illi cura eſt. In uxorem iuſti Barbarus pec
⌜cuſtodiui te nes peccares in me.⌝ caturus erat, & dicit, ⌜peperci tibi quod in me peccaſti. ⌜Apoſtolos perſequebatur Paulus, & dicit ad illum, Quid me perſequeris? Alii eſuriũt, & dicit ſe eſuriſſe, & nudum obambulaſſe, & hoſpitem fuiſſe, uolens te admonere & excitare hac ratione ad eleemoGene.20 Actо.9.a ſynæ curam. Cogitantes igitur quantam per omnia declarauit & declarat charitatem, certiores nos per ſeipſum reddere dignatus, quod nam ſcilicet ſit maC ximum bonorum caput, & mentis lumen, uirtutiſque doctrina, & ad optimam uitam inſtituendam, & quòd omnia faciat propter nos, & filium dederit & regnum cœlorum promiſerit, & ad ineffabilia bona nos uocarit, uitámque beatiſsimam nobis prępararit, omnia faciamus, & dicamus, ita ut & digni appareamus dilectione illius, & aſſequamur ſutura bona. Quibus frui nobis omnibus concedatur gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri ac ſpiritui ſancto gloria, nunc & ſemp, & in ſecula ſeculorum, Amen.

FINIS.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOmi in hoc Apoſtoli dictum, *Vtinam toleraſſetis paululum quiddam inſipientiæ meæ*, Homilia: uiro quodam docto interprete. D 2.Cor.11.a.

OMneis equidẽ amo ſanctos, maximè uerò ſanctũ Paulum, uas electionis, tubã cœleſtẽ, ſponſæ Xpi ducẽ, ac pronubũ. Id qđ propter ea dixi, & amorem in medium produxi, ut uos illectamẽti amoris participes facerem. Quandoquidem externo amore ſuccumbentes, fateri palàm propriè diſpudet, tanquã deterritos tum ſui pudore, tum audientium periculo. Atque hunc noſtrũ amãtes nunquam tacẽt, quia ſibi atq; auditoribus iuxta profunt tam honeſta profeſsione. Nã amor ille uitio datur, hic laudi. Ille morbus animi probris obiectus hic animæ lætitia eſt & exultatio, mũdúſque indici- E bilis: ille bellum in amãtium cogitationem inuehit, hic bello, ſi qđ fuerit, eiecto, pacem copioſam ſubſtituit. Ex amore quidem uulgari, non modò nihil accreſcit emolumenti, ſed ingentem quoq; rei familiaris iacturã facit, inanẽ ſumptum, uitęq; internecionẽ, adeóque ædium è fundo ſubuerſionem. Ex honeſto autem, qui ſpectat animorum decorem, multæ opes bonorum operũ, magnaq; uirtutũ ſupellex exiſtit. Præterea bonã corporis formam adamantes, in hianteſq; ad ſplendorem faciei, turpes ſunt & inelegantis formæ, neq; ad mutandã deformitatẽ quicquam ex concupiſcentia lucrãtur, quin ſemper in peiorem, abiectioremq; oris habitum abeunt. Cæterũ in hoc amore penitus eſt cõtrarium: quicunq; amat animam ſanctam, formoſam, claram, pulchramq;, etiam ſi ipſe eſt turpis, ingratique aſpectus: immo ſi oĩum fœdiſsimus, modo perduret in amore ſanctorum, continuò talis erit, qualis eſt quẽ amat. Etenim diuinæ id benignitatis argumentũ eſt, quòd corpus deforme & mutilum nequeat emendari: anima uerò turpis & manca, in priſtinã lucem & decorem facilè reformatur. Nã ex bonitate uultus nihil emolu- F menti, ex pulchritudine autem aĩæ tanta licet bona lucrari, quãta cõgruè poſsidet, qui deum habet amatorem. Audi.n. inquit, filia & uide, & inclina aurem *pſa.44.c* tuam, & obliuiſcere populi tui & domus patris tui, & concupiſcet rex pulchritudinẽ tuã. Pulchritudinẽ hìc eam dicit, quæ eſt ſecundũ animam: cuiuſmodi uirtute & pietate contingit. Qua de cauſa, cũ tantũ ſit lucrum ſanctorum amatoribus, operæpretiũ facimus, ſi communi amore amplectamur ſanctũ tã eximum, idq; cupidiſsimè. Nam ſi animam noſtrã amor ille uel ſemel ſubiens, in ea lucidam excitauerit flammam: quicquid ſenticoſum, quicquid ſaxoſum & aſperũ & inſenſatũ offendit, in cogitatione noſtra totum exponit, aut certè promitigat, & animam noſtram in decliuem fundum, lætúmque aruũ purgat, aptámque reddit diuino ſemini ſuſcipiendo. Et nemo dicat, quòd nunc, neq; adſit Paulus, neque oculis noſtris uideatur: & quonã modo cõtingere queat, ut id qđ nunquã uidimus, amemus. Nihil.n. hoc eſt impedimenti, quãdo & abſentẽ amplectimur, & inuiſum diligimus, potiſsimum cuius uirtutis agno-

Scimus argumenta, tam magna, támque egregia, in omnibus ubiq; terrarum ecclesiis. Nempe impietatē dissipatam, malam uitam in meliorem uersam, errātes in uiam reductos: intemperantium sacra, ut Bacchanalia & id genus explosa: abdicata tēpla, obmutescentes dæmones. Vniuersa hæc tam admirāda lin guæ Paulinæ potentia, inspirata gratia dei confecit, claramq; flammam pietatis ubique gentiū accendit. Cum quibus donibus & sanctas huius epistolas habemus, quæ nobis characterem beatæ aiæ diligēter insculpunt. Quemadmodū ergo cū Paulo in præsentia constituto differere animus esset: sic cū alacritate nos obsequentes eius literis prębeamus, q̄ intus dicta sunt, explicemus. Discamus quid nā sit, quod
2.Co.11.a exclamauit hodie, dicens: Vtinā tolerassetis parum quiddam insipietiæ meæ, quin me sustinuistis: æmulor enim uos dei æmulatione. Quid ais Paule? qui di
Coloss.4.a scipulis legem præscribens, In sapietia, inquis, ambu
Ibidem. late erga extraneos: qui dicis, Sermo uester semper in gratia sit sale cōditus, ut sciatis qūo oporteat uos unicuique respondere: qui precaris oibus ut sapientia spiritali adimpleantur: ipse exclamas, Vtinā tolerassetis paululū quiddam insipientiæ meæ. Num satis tibi dixisse fuit, aliquod insipientiæ meæ uerbū? Ad discipulos etiam illud exponis, neque ad discipulos tantūm exponis, immo oibus hominibus, quotquot cū illis fuerunt, per epistolā notū facis. Animad uerte quā nō oporteat, quę dicuntur simpliciter percurrere, sed unū quodlibet accuratè disquirere. Illud enim quum legitur simpliciter, offendit auditores: peruestigatū uerò eximiam aperit Pauli sapientiam, admirandā prudētiam, curam indicibilem. At quid tandem id est, quod dicitur? Pseudapostoli frequentes apud Corinthios agebant, qui pręconio Christi deprauato, etiā accusati Pauli opinionē eruere, quā de ipso discipuli conceperant, ceu per cuniculos tentārūt, eumq; per ironiā falsō dictis arrodentes, super
2.Co.2.d biæ detulerunt: aduersus illos bona pars, ut uidetur epistolæ pertinet. Quemadmodū quū dicit: Non sumus sicut reliqui, uenditātes uerbū dei: & rursum di
Ibid.11.b cens, Sic me seruauī, ne cui essem onerosus: & addit,
Ibidem.c consiliū semper fuisse, ut hanc legē immotam seruet. Nā est ueritas, inquit, in me Christi, quòd hæc mea
I gloriatio non interrumpetur in me, in regionibus Achaiæ. Quando reddit causam, sceleratos istos tacitè notat, sic dicens: Quapropter, an quòd non dilīgā uos? Deus nouit. Verū quod facio, idem & faciā, ut amputem occasionem iis, qui cupiūt occasionē. Et antea discipulos cohortatur, ne committant, ut
2.Cor.10.a eis necessariò potentiam suam declaret, dicēs: Rogo autē uos, ne præsens audeam ea fiducia, qua existimor audax fuisse in quosdā, q putant nos ueluti secūdum carnem ambulare. Nam sic illi maledici, de quibus hæc dicit, omnia rememorabūt per ironiā eum ace: bius uellicantes: qd uidelicet epistolę Pauli magnum præ se ferant tumorem & uerborum arrogantiā: ipse uerò, nihil sit, exiguus, abiectus. Postea quā igitur hoc loco traducitur, quasi in nullo sit numero, quasiq; indignus sit, de quo ratio habeatur, sicut
Ibid.11.b iterū explicans pseudapostolis, Nū illud, inquit, peccaui, quòd meipsum humiliarim, ut uos exaltarē? Et
1.Cor.10.c istud obiectū crimē diluens: Quales, inquit, sumus sermone per epistolas cū absumus, tales sumus & cū adsumus facto. Quando itaque multi fuerant apud illos pseudapostoli, quos & operarios dolosos nominat, sic dicens: Siquidē istiusmodi pseudapostoli, K
operarij dolosi sunt, sumpta persona apostolorum
Ibid.11.d Christi. Atq; haud mirū, quando quidē ipse satanas transformatur in angelū lucis: nō magnū est igitur, si & ministri illius, personā in se transferūt, quali sint ministri iustitiæ. Qua de causa, quū isti contumelias infinitas in hunc dicunt, damnoq; afficiunt discipulos: quo perperā persuasi, minus idoneā de eo existimationem habere queāt, deinceps necesse habet in magnificam, tamē ueram laudum suarum recordationem descendere. Neque enim cōsultum fuit in reliquum tempus tacuisse. Cæterùm quia pugnas suas nobis erat memoraturus, & reuelationes quas uidit, & labores quos pertulit, ostēturus omnibus, quàm inuitus, quā ue coactus id faciat: quanquā necessitatem uidit ineuitabilē, tamen insipientiæ quiddā uocat, sic dicens, Vtinā tolerassetis quiddā insipientiæ meæ, Facturus, inquit, sum rē absurdā & stultā, me ipse celebrabo & extollam. Verū ego p̄dicationis huiusmodi propriæ causa non sum, sed illi potius, qui eò me detruserunt: propterea uos adhortor, perfera tis me illis causam reddentē. Nū perspicuè uides pru L
dentiā Pauli? Etenim dicens: Vtinā tolerassetis paulu lū quiddā insipientiæ meæ, quinimmo sustinete me: nam zelotypus sum erga uos dei zelo: non cōtinuò perrexit ad narrationem laudum, sed interim iterū interserit uerba quædā, & in hunc prope modum dicit: Iterum dico, nequis me putet insipientem, alioq; 2.Cor.11.d
& ut insipientem accipite me. At ne sic quidē attigit
Ibidem. narrationem, sed iterum dicit: Quod dico, non dico secundum dominum, sed uelut in insipientia, in hoc argumento gloriationis. Sed ne tum quidē audet ingredi, tot uerbis ceu in præsidiū præmissis. Quin iterum repositus præludit & dicit: Quandoquidē mul-
Ibidem. ti gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor: libenter enim suffertis insipientes, cùm sitis sapientes. Mox iterum recusat & contatur, pauciscp; interpositis addit: Sed in quocunque audet aliquis, in insipiē-
Ibidem.e tia loquor, audeo & ego. Cū demum latissima excusatione, præmitigationeq; præaudita, tentauit aggredi laudum suarum enarrationē. Et quemadmodū equus præcipitiū aliquod, præruptumq; cliuum trāsiturus se colligit, quasi hūc uno saltu exuperaturus foret: uerū profundum despiciens hiatum subiacere M
obstupescit metu, contrahiturq; deinde quum sentit equitē uehemētius urgere, rursum aggreditur, idém que quod antea profert, necessitatē & uim indicās, subsistit aliquandiu, hinnitum musitās super oram foueq, resumpto tandem animo se ultrò fidenter adigit: Sic & beatus Paulus ueluti se daturus in p̄ceps, in laudum suarum recitationem, semel atque iterū, ac tertiò, & subinde sæpius retrocedit, sic dicens: Vtinam tolerassetis paululum quiddā insipientiæ meæ. Et rursum: Nequis me putet insipiētem esse, alioqui & ut insipiētem accipite me. &, Quod dico, nō dico secundū dominum, sed uelut in insipiētia, in hoc argumento gloriationis. Et rursum: Quādoquidē multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor: libenter enim suffertis insipientes, cum sitis sapientes. Et rursum: In quocunq; audet aliquis, in insipientia loquor, audeo & ego. Et quū se millies insipiētē nominasset & stultum, uix tandē audet in proprias lau
Ibidem. des descendere. Hebræi sunt, & ego: Israelitę sunt, & ego: semē Abrahæ sunt, & ego: ministri Christi sunt, & ego. At nondū sibi excidit, sed iterū pręmolit hoc

A pacto: Delirans, inquit, loquor plus ego. Neq; hic de
2.Co.12.c sinit, nā absoluto laudū suarū catalogo, factus sum, inquit, insipiens gloriando, uos me cogitis. Ecqd nō dixit, pseudapostoli me coegerunt: sed, uos me cogitis? Quoniā illorū, inquit, ratione non habui. Vestra fermē fuerūt sana & sobria, nisi fuissetis auersi, nisi retulissetis pedē. Quòd si nos semper maledictis impetissent, illorū uirulētia nihil nobis accreuisset detrimenti. Verū quia cognouī dissipatum esse ouile, discipulosq; deficere, experiundæ rei & arduæ & perquàm molestę animū isumpsī, adeoq; coactus sum desipere, mea recensendo encomia, propter uos, uestramq; salutem. Ea sanctis consuetudo, quod peperam fecerunt, repandūt quotidie, deplorāt, omnibusque ob oculos ponunt: quod autem ingenuū & eximium, abscondunt, & obliuione transmittunt. Talis est hic sanctus noster, peccata sua uel nemine impelente perpetuò uersat, excantatq;. Siquidem aliquan
1.Ti.1.b do dicit: Christus Iesus uenit in hunc mundū, ut ser-
Phil.4.c uaret peccatores, quorum primus ego sum. Aliquando uerò: Gratiā habeo in eo, qui me confortat Chri
B sto, quòd fidelem me arbitratus est, ponēdo in mini
1.Tim.1.c sterium. Item prius fui contumeliosus, persecutor, & iniurius, sed eommiserationē sum consecutus, quia
1.Co.15.b ignorans feci in infidelitate. Et rursum: Postremò
Ibid. omniū tanquā putamento apparuit. &, Ego. n. sum minimus apostolorū, qui nō sum idoneus nominari apostolus, quādoquidē sum ecclesiam persecutus.
Ephes.3.b Et rursum: Mihi minimo oīum sanctorum data est hæc gratia. Non apostolorum tantū, sed generatim omnium fidelium, postremū se asserit, ita dicēs: Mihi minimo oīum sanctorū data est gratia hæc. Neq; se dignum dicit gratia, qua est seruatus: Christus, inquit, Iesus in mundū uenit, ut peccatores saluos faceret, quorū primus sum ego. Animaduerte quam causam salutis acceptæ reddit. Nā dicit, ideo misericordiam sum adeptus, ut in me primo ostēderet Iesus Christus omnē longanimitatem, ad exprimendum exemplar ijs qui crediturī essent in se, in uitam æternam. Nullo pacto suam asserit dignitatē & meritum. ne ullus peccator in malitia, quātumlibet cōfirmatus, deinceps animum abiiciat, etiamsi bellum
C Christo fecit: quando Paulū uidet postremū oium, quo posterior non erat alius quisquā, qui in acie deo
Act.9.c. restitit, hberè seruatum. Quandoquidem Christus dicit: Quoniam uas electionis mihi est iste, ut portet nomen meū corā gentibus & regibus. Ille uerò ne tātulum quidem ex tantis præconiis intumuit, se miserum pertinaciter contendit. Post tantam gratiā, post tam eximia uirtutis opera, post præclaram dicendi libertatē, primum se peccatorē nominat. Et proprer ea se affirmat misericordiam consecutū, ne quisquā, neq; in extremam malitiā delapsus desperare queat, modò rem spectet, & in hunc exhibitam dementiā. Itaque præter necessitatē excantat quotidie in omnibus epistolis, se notatione atra describēs: palamq; faciens, non solùm eius ætatis hominibus, sed & omnibus posteris. Pręconia uel urgente necessitate graua tur, uel potius refugit, enarrare. Nā sæpenumero eā rem insipientiam nominat, atque admirādam, diuinamq; illam reuelationē multo tempore subticuit: quam non paulò antè neque anno altero, aut tertio aut decimo, sed aliquāto superioribus uidit. Quāob rem nūc tempus nominatim apponit, sic dicēs: Scio
2.Co.12.a hominē ante annos quatuordecim raptū usq; in tertium cœlum, ut tu discas, quòd ne tū quidē dixisset, D
nisi multam uidisset necessitatem imminere. Nam si animo sedisset proprias aliquādo prædicare laudes, factam uisionem tam obstupendam continuò prodidisset, aut primo, aut secundo, aut tertio anno, modò ad annū quartumdecimum tacitò suppressit. Neque cuiquam aperuit, præterquam unis Corinthiis: & tum protisimū, quando falsos, mendaces; apostolos suboriri uidit, nimirum ut ostenderet, ne tum quidē fuisse animū dicendi, si non obseruasset Iuem illam pestimā in discipulos grassari. At nos nō item. Contraria ratione prorsus nitimur. ne unius quidem diei, qua peccauimus, tenemus memoriā: imo referē tibus indignamur, grauitérque succensemus, & perquā molestè suscipimus, cōuicii loco ducimus, mille cōtumeliis retaliamur. Cæterū siquid bene fecimus, quantulumcunque fuerit, latissimè prosequimur: recē sentibus illud habemus gratiam, eos putamus amicos nobis. Sed & Christus diuersum præcepit, benefactorū obliuionē, memoriā peccatorū. Quod nobis clararū effecit in hoc qd discipulos adhortatur, dicens: Quando omnia feceritis, dicite inutiles seruiE
sumus. Et in parabola pharisæi, cui publicanū ppo-
Luc.17.c suit. Quemadmodū enim illum delictorum memo
Ibid.18.c ria iustificauit, ita hūc memoria suorum operum destruxit. Quarum rerum deus Iudęos admoner, sic dicens? Ego sum is, qui extinguit iniquitates tuas & nō
Esa.43.d meminero, tu uerò memineris. Talis erat apostolis cōsuetudo, talis prophetis, atq; iustis oībus, quapropter Dauid peccati sui perpetuò meminit, uirtutis nū quam, nisi compulsus necessitate. Quādo Barbaricū bellum Iudęam uexabat, omniaq; periculis plena uidebantur, cū esset adhuc iuuenis, & rei bellicę imperitus, omissis ouibus in exercitum profectus, omnes aīo deiectos conspexit, obstupefactosq; metu ac trementes. nihil quod est humanæ fragilitatis persensit, neque formidolosum reddidit suę humilitatis cognitio: quum fide oībus quæ uidentur exuperatis, ad regem cœlorum suspiciens, multam aīo alacritatem concepit, non solùm milites, sed & fratres accessit, seq; eos ex præsente periculo promisit in securitatem uindicaturū. Cumq; fratres quod dictum erat,
risissent, ut q deū à quo inunctus fuit, ac generosum 1.Re.17.d
aium ignorabant, adeò redundantem cœlesti phi- F
losophia, illis omissis ad alios diuertit. Tādem ad re 1.Re.17.d
gem perductus, quē præ timore propè mortuum in uenit: principiò illū solatus cōsilium atque animum reddit, sic dicens: Ne concidat cor domini mei intra se, quia seruus tuus abibit expugnaturus istū. Rex uerò, cū non fidem haberet tantis pollicitis: abire, inquit, non poteris, admodū puer es, & ille uir bellicosus, & per omnē uitam exercitus. Dauid in ancipiti constitutus, necesse habuit recensere sua præconia. Quām autē inuitus id fecerit, ex prioribus apparet. Nā de præclarè à se gestis ne tantillum quidem narrauit, neq; fratribus, neque militibus, neq; regi ipsi, quoad eum nō adhibentē fidem promissis ipsius uidit, tum angustia pressum, tum negantē facultatem cum illo congrediendi. Quid. n. præterea faciundum fuit? tacendæne uirtutes? At nequaquam et concredita fuisset belli summa, neq; defensio periculi iam tum imminentis obtigisset. Qua de causa quatenus oportuit, obtexit silentium: inuitante autē, ac efflagitante temporis ratione ad dicendum, consiliū diuersum iniit, dixitq; ad regem: Pastor eram seruus tuus Ibid.

G in ouili patris, & quãdo uenit leo aut ursus, & rapuit ouem ex grege, à tergo aggressum perterrefeci, corripui prædam ex ore, & coprehendi guttur, & interfeci eũ: & leonem & ursum percussit seruus tuus, & erit alienigena iste in & circũcisus sicut unum ex illis. Num uides quo pacto declarauit, quanã gratia laudes proprias percensuerit? Tum sanè rex in reliquum tempus assumpta fiducia, iussit ut abiret: atq; abiuit, & i acie uictor euasit. Quòd si laudes suas refugisset proferre, neutiquam eum rex ad singulare certamen idoneum putasset, & parum idoneum existimatũ in aciem descendere qui dimississet? Cæterũ eo non dimisso, præclarum facinus fuisset impeditum: quo impedito, neq; dei gloria tum illustrata fuisset, neque ciuitas euitasset incumbẽs periculum. Ergo ne tot absurda cõmittantur, né ue tanta mineũ magnitudo secludatur, necesse fuit ipsi Dauid suas referre laudes. Quemadmodum n. tacere nouit, quando nulla urgebat necessitas: ita & dicere nouit, quũ instare multam uim perpendit. At non in hoc tantũ, sed in
H altero etiã, nempe Samuele uidere licet modestiæ rationem. Etenim ille tot annos pfectus populo Iudaico iuxta id quod deus tũ disposuerat, nihil tamẽ unquã de se eximium prædicauit, tametsi uberrimã si amasset, gloriæ materiam habuit: utpote laudabilẽ à puero educationem, sanctam in templo conuersationem, & amplissimam ab incunabulis prophetiã. Ad hæc tot bella, uictoriam toties nactam, non tam armis quã beneuolentia & fauore dei. Nihil horum superioribus annis, ut de se confiteretur, imperauit usus. Cæterũ ubi abdicatam rempublicam alteri cuãdam cedere parabat, tum inuitauit occasio ad laudes suas latè recitandas. Itaque coacta populi totius concione, præsente Saul in hunc fermè modũ locu-
1.Re.12.a tus est: Ecce uocem uestram audiui & constitui regẽ super uos, & senui: & ecce ego conuersatus sum coràm uobis ex adolescentia mea, usque in hunc diem iudicati estis à me coràm domino, & corã Christo eius. Cuius uitulum accepi? aut cuius asinũ accepi? quem uestrũ imperio depressi? cui uestrum uim feci? aut ex cuius manibus corripui hostiã aut calceũ,
I & abscondi oculos meos ab ipso? Dicite aduersum me, & reddã uobis. Aduerte quanta necessitas huiusmodi dicẽdi. Magna nimirũ & uehemẽs. Quandoquidem daturus erat illis principem Saul, in suam ipsius excusationem docere hunc intendẽs, quo nam pacto imperium sit gerendum, & quã uigilanter curioseq; pro subditis excubandũ, eos qui nuper admodum ipsum iudicem recusarunt, philosophiæ suę testes facit. Neque tamẽ eo tempere, quo pręfuit magistratui, quó ue ipsius dicto audierunt, ne cui uideãtur ceu timidi, metúque perterriti, quæ non fuerũt, affirmasse testimonio. Verùm præfectura iam tum præterita, mutataq; in successorem prouincia gubernandi, ubi in reliquũ tempus nihil periculi manebat accusatorem, tum demum apud eos iustitiam suam contestatur. Alius fortè iniuriæ memor, quam à Iudæis accepisset, neutiquam exoptaret post se principem mansuetum exoriri ac moderatum. Idq; nõ omnino propter memoriam iniuriæ, sed ut ipse queat amplius commendari. Siquidem grauis iste morbus magistratibus infestus est, ut post le administrationẽ rerum suscepturos, peruersos esse ac sceleratos prædicentur. Nam qui sunt generosi, magnique animi, in clariorem splendorem se existimãt euasuros, quum eiusmodi non fuerunt, qui in principatu sequuntur. K
Qui tantum umbræ sunt, corruptiq; moris, arbitrantur malitiam successoris ipsis in prætextum flagitiorum fore. At qui non sic beatus ille Samuel orauit, ex petiuitque uotis summam rerum in eximium quendam traducere. Vsqueadeo affectu charitatis teneba tur, usqueadeo mundus fuit & alienus ab inuidia, lõgeq; semotus à uanitate & opinione sui. Quia salutem hominum dũtaxat spectauit, illis gubernatorẽ ad sui expressit imitationem, in ea oratione, qua de gestis suis rationem dedit. Nam cũ ignarum sciret, odiosumq; regẽ adhortari, qui oía coràm erat auditurus, atque illi ceu formam præscribere reipublicæ: quàm scilicet mansuetus esse debeat, quàm modera tus, quàm procul à munerum corruptione, ut nemini uim inferat, ut nemini sit iniustus, neque diuitiis congerendis studeat: rursum tacẽdo cunctus populus in prædam traditus fuisset: prætextu excusationis, utrunq; periculum declinauit. Illum docuit cuiusmodi gubernatorem esse conueniat, simúlque ui tauit odium doctrinæ. Siquidẽ uidetur circa res suas occupatus, instruit tamen & præscribit, quanto studio, quáue uia, subditorum cõmodis aduigilare par sit. Tu interim expende, quàm accuratè seipse purũ declarat ab omni delicto. Non enim dicit, neque agrũ alicui ex uobis neq; argentũ abstuli: sed quod otium uilissimum est dicit, nempe ne calceum quidem. Mox alteram ipsius, eximiamque nobis uirtutem aperit: plerique enim principes, dum furto plebem expoliãt, mansueti sunt & moderati & suaues, non ex animo, sed propter necessitatem conscientię, adempta eis per futurum dicendi libertate. Si munerib⁹ accipiendis abstinent, onerosi graueq; sunt, quanquam non ex animo abstinent. Eo nanq; ingenio existimationem captãt, quasi ex proposito sint puri. Adeoq; in unum pariter utrunque sæpenumero confluit & quàm facillimè, ut idem sit ex æquo sęuus atq; furax. Sanctus ille cõtendit se ambobus his malis eminere, non minus ab industria compilandę plebis, quàm ab ira remotissimus: cũ dicit: Cuius uitulum sumpsi, nec desinit quin mox subiungit, aut quem ex uobis potentia suppressi, aut in uincula perpetua conieci, hoc est afflictionibus extinxi? Quod M
autẽ dicit, huiusmodi quiddã est: nemo illud aduersum me dicere poterit, cũ nihil penitus accepi. Quando uerò nihil accepi, consequens esset, me fuisse intolerabilem, difficilem, atrocem, ac inhumanum: eóque subnectit, Aut quẽ ex uobis imperio depressi? At quid illi responderunt? Non oppressisti nos, neq; uim culis intrusisti, neq; unquã ex manibus nostris quicquã accepisti: & quò discas, quòd regenii illorum instructurus, illa sit præfatus, subiecit: testis dominus, & testis unctus eius, quinimmo uobis idẽ est manifestum. Atque ostendit, quã iniucunda testificatio: illum enim testem nominauit, qui arcana cogitationum perspexit, quod est mundæ conscientiæ probamentum, quia nemo prorsus nemo qui sanus, quiq; mente nõ excidit, testem deũ euocat, nisi omnibus modis sibi confidat. Testificantibus itaque illis, de his quę modò narrauerat, aliam uirtutem ingerit, ueterum memoriam refricat, & eorum quæ gesta sunt apud Aegyptũ, præfecturæ dei, ac bellorum quæ secuta sunt. Rememorat pugnã sub se pugnatam, insperataq; uictoriam. Deducit quomodo sæpenumero propter peccata traditi sunt hostibus, inuocatóque

A toq; deo, ab eis rursum liberati. Veteribus noua cõmittens, Misit, inquit, dominus Hieroboam & Barach Iephthaẽ, ipsumq; Samuelem, & eripuit uos circumundiq; ex manu inimicorum uestrorũ, magnaq; fiducia domos uestras incoluistis. Num uides quem admodum est consuetudo sanctis, propria benefacta pertinaciter contegere, nisi dum ad explanandũ necessitas imperiosior impellit? Ideoq; Paulus huc spectãs, ut qui accuratè didicerat, quàm molestum, odiosumq; sit, audire de se magnificentius loquentem dixit, Vtinam toleraſſetis meæ insipientiæ paululum quiddam. Neq; ait, utinã toleraſſetis insipientiam meam: sed, paululum quiddam. Quandoquidem necessitas non fuit, ut se largius profunderet in encomiorum suorum narrationem, breuibus ea per uolitauit, idq; propter illos & ipsorum salutem. Quẽ admodum enim suas recitare uirtutes, extremæ uidetur dementiæ, si nulla supereſt necessitas: ita necessitate uiolenter incumbente propellenteq;, proditio est ea tacere, quæ quis studiosè perfecit. At Paulus præsentem considerans necessitatem, adhuc subcõtatur, insipientiæ negocium nominat: quò tu discas
B eius prudentiam, sapientiam & securissimam cautionem. Nam cùm dicit, quod loquor, non loquor secundum dominum, adnectit, argumento gloriationis. Ne putes, inquit, ista me generatim differere. Itaque in hoc eum laudo maximè & admiror, pronuncioq; sapientissimum, quod rem stultam existimauit sese prædicare & extollere. Quòd si ille cum necessitatem adesse uidet, appellauit hoc insipientiam: qua uenia, qua excusatione digni sunt, qui de se pręter necessitatem eximia iactant, aut alijs ut ipsos apud auditores efferant iniungunt? Ergo cùm illa cognoscimus, quæ dicta sunt, non tantùm uerbis commendemus, sed imitemur, & assequi contendamus, obliti, uirtutum, tenacem uitiorum memoriam foueamus, quò mediocribus consentire possumus, in futurum protendere, brabion apprehendere supremæ uocationis. Quod omnibus nobis obueniat ex charitate & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui simul atque patri & sancto spiritui sit gloria, potentia, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

C

FINIS.

R. D. D. IOANNI CAR. LOTHORINGIAE ERASMVS RO- autor dam by terod. S. D.

BENE habet, quòd non omnia licent isti malo seu fato seu genio, qui nunc res hominum undique miscet exitialibus disidijs. Datur etiamnum pijs animorum beneuolentia iungi: datur scriptis ultro citróque commeantibus confabulari. Itaque qua licèt uenio literis tuis amantissimis inuitatus: quóq; ueniam gratior, co D
mitem in primis gratiosum ac facundũ adduco Ioannem Chrysost. qui tibi Pauli ad Galatas epistolam, Latinè loquẽs & paucis & luculẽter enarrabit, ut uel hoc modo Galatę quoq; postliminio remigrent in suam Galliã. Vt tale quid auderẽ, crebrò mecum egit Claudius Cantiuncula, minimũq; abfuit, quin perpulerit. Quid. n. est omnino, quod ille nõ facilè cuiuis persuadeat, uir talli præditus ingenio, tã non uulgari tũ philosophię cognitione, tũ utriusq; iuris prudentia, tũ bonarũ etiam literarũ peritia prædi-
tus: adde his oibus, pręter eam dicẽdi facultatem, quam rhetorũ præceptiones conferunt, naturalẽ quandam facundiam, ut optimo iure, si non unicũ (nam id fortasse dictu E
uideatur inuidiosum) certè rarissimũ uestræ Lothoringiæ exemplum & ornamentũ dici possit, nec sine causa tibi taliũ dotiũ perspicacissimo iudici, præcipuè charus habeatur. Nutantẽ igitur iam pridem, ac propensum etiam aium facilè tandem impulit, reddens à R. T. D. literas, perbreues quidem illas, sed humanitatis plenas. Audierã te maiorũ imaginibus maximũ, dignitate maiorem, ad hęc ætate florenti, inter aularum uel negocia uel delicias euangelicas ac Paulinas literas circunferre manibus, his frequenter oculos & aium pascere, quæ res mihi piæ mentis non obscurum argumentum dedit. Nec. n. uel admodum uel diu põt inquinari uitijs huius seculi, cuius sacræ lrę cordi sunt. Inuitabat igitur ista tua pietas, ut aliquid è sa F
crorum uoluminũ thesauro tibi propriè dicarẽ: sed deterrebat nonnihil dignitatis tuæ maiestas, quem scrupulũ simul atq; tua excusit epistola, adornauit munusculũ, quod ut paucis tibi cõmendem: Primũ, opus hoc antehac à nemine uersũ fuit, ut si nihil aliud, uel nouitatis titulo possit esse non ingratũ. Deinde uix alia est epistola, in qua magis apparet ardor ac solicitudo Paulinæ charitatis erga discipulos, quos Christo genuerat, ut hinc admoneri queant eẽi, quem affectum erga gregẽ ipsis concreditũ gerere debeant. Accessit interpres Apostoli simillimus, ubi que materna uiscera spirans erga populum suum, tum in docendo tam dilucidus ac sedulus, tanquam si nutrix foueat filiũ suum. Paulus indicauit discrimen inter pædago-

gum & patrem. Et si decem milia, inquit, pę-
1. Co. 4.c dagogorū habeatis in Christo, at non mul-
Ibid. d tos patres. Nam in Christo Iesu per euange-
liū ego uos genui. Idem hic matrē exhibet,
iterum parturiens Galatas, donec in illis for-
1. Th. 2. b metur Christus. Porrò Thessalonicēsib. nu-
tricē exhibuit, neq; quālibet tamen, sed filij
sui nutricē. Has tres personas aspectare licet
in hoc episcopo, parrē authoritate sacerdo-
tali, matrem pariendi tuendiq; studio nutri-
cē dum cibū salutiferæ doctrinæ ueluti pre-
mansum ingerit animis suorū. De sacerdote
Mosaico scriptum est Exodi. 28. ut audiatur
sonitus, quādo ingreditur & egreditur san-
ctuarium in conspectu domini, ut non mo-
riatur. Atqui ille quidem aurea tintinnabu-
la gerebat in ueste. Huic pro aureo tintinna-
bulo, lingua erat aurea, nusquam nō obtin-
H niēs populo diuinæ scripturæ uocibus, do-
cens, arguens, exhortans, consolans. Sem-
per. n. sacerdos uersatur in sanctuario iuxta
doctrinam euāgelicam, ingrediens & egre-
diēs, ut pascua inueniat ouibus suis. Et mor-
tis periclū denunciatur, nisi tinniat. Hoc. n.
tinnitu saginātur oues Christi. Hic igitur ge-
minū boni pastoris exemplum proditum
est. Postremò incidunt in hac epistola loca
quędā, unde multi uehemēter suspicati sunt.
parum cōuenisse inter Paulum & reliquos
apostolorum proceres, præcipuè Petrum.
Ex eo dē fōte nata est illa nobilis inter Aug.
& Hierony. digladiatio de mendacio, quæ
cum efferbuerit usq; ad conuicia, nec aliter
finita sit contentio, nisi cedente Aug. tamen
si quis rem expēdat attentius, neuter alterū
I satis intellexit, cum Hierony. loquatur de
dissimulatione facti, Aug. tractet quæstio-
nem de mendacio sermonis. Illud autem de
miror in Aug. cp Petrum apostolorū prin-
cipem primumq; fidei præconem sic tracta-
rit, ut alicubi impingat illi superstitiosam si-
mulationem, alicubi peruersum studiū im-
ponendi legis onus in humeros gentiū, ali-
cubi prauam simulationem, alicubi peruer-
sitatem, adeoq; peccatū hoc non eleuet, ut
cōferat etiam cū peccato ter abnegati Chri-
sti. Hæc cū diuersis locis inculcet uir ille, ta-
mē in Retractationibus nusquā mitigat ea
dicta, cum ibi nonnulla penè friuola leniat.
Aug. sequuti Parisiensiū theologorū articu-
li, tribuūt illi errorem in fide. Iam ex hac ad
miratione subit altera admiratio. Cū æquis K
animis hæc feramus dicta in eum, cui Chri-
stus tradidit claues regni cœlorū quęq; uo-
luit esse principem totius ecclesiæ suæ, nec
offendantur aures nostræ, cū audimus à tan-
tis uiris summo fidei doctori, etiā post acce-
ptū spiritū cœlestē, post edita miracula, tri-
bui errorem in fide animumq; peruersum,
tamen hodie quiddam schismata, scandala,
blasphemias & hæreses uociferantur, siquis
dicat Hierony. uirum doctum quidem ac
pium, sed tamen hominem fuisse: siquis di-
cat Hierony. tanto studio mirari uirginita-
tem, ut non multum absit à contumelia ma-
trimonij, cum nemini sit obscurū, quæ uer-
ba per calorem ille de matrimonio locis ali-
quot effuderit. Sed hanc materiā hic Chrys. L
tanta dexteritate tractat, ut declaret non so-
lū nihil inter Petrum & Paulum rancoris in
tercessisse, uerū etiam summā fuisse concor-
diam ac beneuolentiam, nec ullam fuisse de
fide dissensionem, tum omnē illam de men-
dacio rixam esse superuacaneam, cū hic ni-
hil interuenerit, præter charitatem ad tem-
pus obsequundantem inuincibili Iudæorū
imbecillitati, præterq; piam simulationem,
iuuandi studio susceptam. Hæc interpreta-
tio, mea quidem sententia, dignior est sum-
mis illis euangelij principibus, ac piorum
hominum auribus acceptior. Verum hisce
de rebus tu melius iudicabis, ubi totum uo
lumen perlegeris, quod facilè citra tædium
feceris. Vt. n. longum non est, ita dilucidum
est ac facundum, nisi si quid hic detriui ma- M
lus interpres. Precor autē, ut dominus ma-
gis ac magis in te excitet syncerum amorē
euangelij sui, cui nūc non minus esse uideo
periculi ab his qui Christo debitam uicto-
riam ad se conantur arripere, quā ab ijs, qui
sub hostium uexillis scindunt ecclesiæ con-
cordiam. Luctuosa uictoria est, quæ sic ciui
tatem liberat ab uno tyrāno, ut eam tradat
multis illo grauioribus. Siquid hic aliud spē
ctetur quàm Christus, non poterit esse læta
uictoria. Sed optima spes habet animum
meum fore, ut Christus hos tumultus uer-
tat in lætum exitum, si modò nos prome-
reamur. Bene uale. Basileæ. iij. Cal. Iulias.
Anno. M. D. XXVII.

A DIVI IOANNIS CHRYSOstomi, Archiepiscopi Constantinopolitani, enarratio in epistolā ad Galatas: Erasmo Roterodamo interprete, aut Dom. Mato locis aliquot per ipsum restitutis ex editione Veronensi.

*

Vehementior Paulus aduersus. B Galatas.

PAulus apostolus, non ab hominibus, neque per homines, sed per Iesum Christum & deum patrem, qui suscitauit eū à mortuis, & omnes qui mecum sunt fratres, ecclesiis Galatiæ, Gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Proœmium multa uehementia, magnòque spiritu plenum est: nec proœmium modò, uerùm etiam tota, ut ita dicam, epistola. Etenim tum placide lenitérque loqui discipulis, quum opus est acrimonia, non doctoris, sed corruptoris potius fuerit & hostis.

Seueritas lenitate temperāda. Mat. 16. c

Hanc ob causam & dominus, quum multa placidè mansuetéque locutus sit discipulis, nonnunquam tamen & austeriorem adhibuit orationem, nunc quidem illos beatos prædicans & collaudans, nūc rursus increpans & obiurgans. Itaq; quū Petro dixisset: Beatus es Simon Bar Iona, promisisseq; futurū, ut ecclesię fundamenta super illius professionē iaceret,

Ibidē. d. Ibid. 15. b Ioā. 4. a d

haud multò pòst dicit eidē: Vade post me satana, scādalum es mihi. Et alibi rursus: Adhuc & uos sine intellectu estis? Tantumq; terroris illis iniecit, ut Ioannes dicat, quod uidentes eum cum muliere Samaritana colloquentem, de cibo quidē commonuerint: cæterum nemo fuerit ausus dicere: quid quæris, aut quid loqueris cū ista? Hæc edoctus Paulus, ac præceptoris sui uestigiis ingrediens, uariè sermonē ad discipulorum utilitatē attemperat, nunc quidē urens ac secans, nunc rursum mitiora admouens remedia.

1. Co. 4. d C

Et Corinthiis quidem dicebat: Quid uultis? ut in uiga ueniam ad uos, an in charitate & spiritu lenitatis?

Infr. 3. a

Porrò Galatis ita loquitur: O stulti Galatæ. Neq; uerò semel dūtaxat, sed bis usus est hac obiurgatione. Quin & sub finē epistolæ, taxans illos dixit: Nequis mihi facessat negotiū. Cæterùm hic acerbitatem de nuo mitigat, quū ait: Filioli mei, quos iterum parturio: aliisque multis consimilibus uerbis. Cæterū hāc epistolam esse plenam uehementiæ, cuiuis perspicuū est, uel ex ipso statim lectionis ingressu. Sed aperiendum est, quid apostolū prouocarit in discipulos. Ne

Ibi. uult. d. Ibid. 4. c

Paulus cur iratus Galatis.

que enim id pusillum fuit, neq; parui momenti: aliquin nec ipse tam acerbè fuisset in eos inuectus. Siquidē quibuslibet de causis iritari, hominis est pusillanimis, morosi, miserique: quēadmodum ex aduerso, in grauibus causis supinū ac negligentem esse, uiri est inertis ac somniculosi. At huiusmodi nequaquā erat Paulus. Quod igitur erat peccatū, quo sic commotus erat? Profectò magnum erat, & supra modū graue, quodq; illos omnes abalienabat à Christo, quēadmodū ipse in progressu sermonis declarat, dicēs:

Infr. 5. a Ibid.

Ecce ego Paulus dico uobis, quòd si circūcidamini, Christus nihil uobis profuturus est. Ac rursum: Quicunque in lege iustificamini, à gratia excidistis. Quid igitur tandē hoc erat? Nam apertius explanandum est. Qui ex Iudæis crediderant, partim occupati persuasione Iudaismi, partim inanis glorię siti tumultēti, dum sibi doctorum cupiūt parare dignitatē, authoritatemq;, profecti ad Galatas docuerunt illis opus esse circūcisione, seruanda sabbata, & nouilunia, nec tolerādum esse Paulum, qui harū rerum tolleret obseruationes. Nam Petrus, Iacobus, ac Ioannes hęc, ut aiebant, non prohibebāt, quū essent inter apostolos primę dignitatis, quumq; cū Christo fuissent uersati. Ac re uera non prohibebant. Cæterùm id faciebāt, non quòd ita faciendum esse decernerent, sed ut eorum qui ex Iudæis crediderant, imbecillitati morem gererent. At Paulus qui gentibus prædicandi munus susceperat, nihil opus habebat hac obsecundatione. Nā quū uersaretur in Iudæa, ad eundē modū & ipse morem gesit Iudæis. Verū impostores quidam non explicātes causas, ob quas tū hic tum illi Iudęis morem gererent, arte fallebant simpliciores huiusmodi sermonibus: Non est ferendus Paulus. Nā hic heri ac nudiustertius exortus est: at Petrus et q cū illo sunt, primi sunt apostolorū. Tum hic quidem discipulus fuit apostolorū, illi uerò Iesu Christi. Præterea hic solus est, illi multi & eccclesiæ colūnę. Deniq; & simulationis calumniā Paulo intendebant dicentes: Hic ipse qui tollit circuncisionē, alibi uisus est iis uti quæ damnat, aliter uobis, aliter aliis prædicans. Proinde quum cerneret totam Galatarum gentē inflammatam, ac periculosum incendū aduersus illorum ecclesiam excitatū esse, iamq; domum labefactā, periclitari ne corrueret, partim ira iusta commotus, partim immēso animi dolore correptus (nam & hoc declarauit dicens: Cupiebā nunc esse apud uos, & mutare uocē meam) scribit epistolam ad uniuersos, ad ista respōdēs, & ad hoc ab ipsis protinus exordiis tēdit, uidelicet quòd ij q suffosis cuniculis ipsius existimationē apud Galatas subuertere conabantur, dicebant, aliòs esse discipulos ipsius Xpi, huic apostolorum dūtaxat fuisse discipulū. Et hanc ob causam sic orsus est: *Paulus apostolus non ab hominibus, neq; per homines.* Prædicabant enim, quemadmodū iam cœperam dicere, impostores illi, quòd Paulus apostolorū oium postremus esset, quodque ab illis edoctus esset: Petrum. n. Iacobum & Ioannem, ut primi fuerāt uocati, ita inter discipulos tenere primas, q sua dogmata ab ipso Christo acceperant. Proinde magis credendū illis quàm huic. At illos non uetare circuncisionē, neq; legis obseruationem. Hæc & his similia dictitātes, hinc Pauli deprimētes authoritatem, illinc aliorum apostolorum gloriā attollentes, nō ut illos laudibus ornarent, sed ut Galatas seducerent persuaderent ut legi adhærerent, quū iam legis tempus præteriisset. Proinde congruenter ad hūc exorsus est modum. Quoniā enim ipsius doctrinam eleuabant, dicentes illam ab hominibus profectam, quū Petri esset à Iesu Chtisto, in ipso statim i gressu refellit hoc, dicens se apostolum esse nō ab hominibus, neq; per homines. Nā baptizarat quidem illum Ananias, atnō ille liberauit eum ab errore, nec ad fidē adduxit, sed ipse cœlitus Christus, emissa ad eū admiranda illa uoce, per quam hunc quoque piscatus est. Nā Petrum quidem ac fratrem eius & Ioānem cum fratre suo, ambulās iuxta mare uocarat: Paulū uerò uocauit quū iam ascendisset in cœlū. Et quemadmodum illi nō habebāt opus iterata uocatione, sed protinus relictis retibus, cæteriscp omnibus sequuti sunt eum:

D

E

F

Infr. 4. c

Actо. 9. b

Mat. 4. c d.

Actо. 9. a

G ita & hic à prima ſtatim uocatione, ad ſummũ aſcendit faſtigium, ſimul ac baptizatus eſt, bello cum Iudeis irreconciliabili ſuſcepto. Atque hoc nomine potiſsimũ cæteris apoſtolis ante cellebat: Abundantius enim, inquit, illis laboraui. Verũ nondum hoc aggreditur, ſed ſat habet cęteris ęqparari. Neq; enim hoc illi ſtudio fuit, ut oſtenderet ſe cæteris eminentiorẽ, ſed ut erroris ac deceptionis argumentũ materiámque diſſolueret. Itaq; quod dicit, nõ ab hominibus, oĩum erat commune, ſiquidem euangelij prædicatio originẽ ac radicẽ ducebat è cœlis. Cæterũ quod addit, neq; per homines, ipſi propriũ erat. Immo uerius, non ipſius tantũ, ſed cæterorum etiam apoſtolorum: neq; enim per homines uocarat eos, ſed per ſe ipſum. Sed quamobrem non meminit uocationis dicens: Paulus uocatus, non ab hominibus, ſed apoſtolici muneris facit mẽtionẽ? Quoniã in hoc totius ſermonis cardo uertebatur. Dicebant enim hũc apoſtolum ab hominibus ſuſcepiſſe illã docẽdi prouinciam, eoq; par eſſe, ut illos ſequeretur. Verùm quòd non ab hominibus eã ſuſcepiſſet, declarat Lucas qui dicit: Miniſtrantibus autem illis ac ieiunantibus domino dixit ſpiritus ſanctus, ſegregate mihi Paulũ & Barnabam. Vnde liquet eandem eſſe poteſtatẽ filii & ſpiritus. Quum.n. à ſpiritu miſſus eſſet, à Chriſto ſe miſſum ait. Idem & alibi declarat, ea quæ dei ſunt, adſcribens ſpiritui. Siquidem ſenioribus Mileſiis uerba faciens: Attendite, inquit, uobis ipſis, & uniuerſo gregi, in quo poſuit uos ſpiritus ſanctus paſtores & epiſcopos: & tamẽ in alia quadã epiſtola dicit, quos quidẽ poſuit deus in eccleſia, primum apoſtolos, ſecũdo loco prophetas, deinde paſtores ac doctores. Adeò promiſcuè citraq; diſcrimẽ loquitur, quę ſpiritus ſunt, deo tribuens, rurſum quæ dei, ſpiritui. Quin & obiter hæreticorũ obturat ora, quũ ait: Per Ieſum Chriſtum & deum patrem. Etenim quoniam aiunt hanc uocem, uelut inferioris dignitatis adiectam filio, uide qd facit: Eam patris uocabulo ꝓponit, nos interim docẽs, ne naturæ ineffabili leges ſtatuamus, neq; deitatis modum præfiniamus inter filium & patrem. Verũ ubi dixiſſet, per Ieſum Chriſtum: adiecit, & deũ patrem. Etenim ſi ſola patris mentione facta dixiſſet, per quem: fortaſsis cõmento reperto dixiſſent hanc particulam, per quem, congruere patri, eò quòd filii opera ad illũ referantur. At nunc ſimul & filij & patris facta mẽtione, cõmuniterq; de utróque loquutus, iſti commento non paſſus eſt locum eſſe reliquum. Neq; enim id facit, quòd ea quæ filij ſunt propria, referat ad patrem: ſed ut declaret, quòd hæc oratio nullũ naturæ diſcrimen inducat. Quid porrò hìc habituri ſint quod dicãt iſti, qui in baptiſmo cõmenti ſunt, unde putent aliam perſonam alia minorem, eò quòd baptizemur in noĩe patris & filij & ſpirituſſanctĩ. Nam ſi ideo inferior eſt filius, quòd poſt patrem ponitur, quũ hìc apoſtolus à Chriſto orſus ad patrem ueniat, quid dicturi ſunt? Verùm nihil ad huc blaſphemum dicemus. Non enim cõmittendũ eſt, ut cũ illis decertãtes à ueritate excidamus. Quin potius etiã ſi decies milies inſaniant illi, nos tamen intra ueritatis limites contineamur oportet. Quemadmodũ igitur nos haudquaquam dixerimus filiũ patre maiorẽ, eò quòd Paulus hũc priore loco commemorauit (nã id quidem ſummę dementiæ, totiúſque impietatis extrema linea fuerit) ita nec illic quia patri poſtponitur filius, arbitrari debemus filium patre minorem. *Quj excitauit eum à mortuis.* Quid agis Paule? Quũ cupias Iudaizantes ad fidem perducere, nihil ex illis magnis ac pręclaris adducis in medium? Quale eſt illud quod ad Philippenſes ſcripſiſti dicẽs: Quũ in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo. Itẽ quod Hebræis ſcribens clara uoce protuliſti, ſplẽdor eſt gloriæ, & figura ſubſtãtiæ illius. Rurſum quod in euangelii ſui initio ille toni trui filius exſonuit: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbũ. Præterea quod ad Iudęos crebrò pronũciauit dominus dicẽs. Quæ facit pater, eadem & filiũ faceret. Declarat.n. quòd eandem potentiam habeat cum patre, eãdém que operandi facultatem. Horum nihil dicis, uerùm his omnibus omiſsis, de carnis diſpenſatione facis mentionem, crucem ac mortificationem in mediũ adferens. Hoc eſſe uerũ faſſus aliquis, ſic pro Paulo reſpondebit: Si illi ſermo fuiſſet apud homines q nihil magni de Chriſto concepiſſent animis, æquum erat illa magnifica proferre. Verũ quoniam illi nobis mouent ſeditionẽ, qui ſibi uidebãtur pœnas daturi, ſi deſciuiſſent à lege, ideo mentionẽ facit eius rei, per quã excludit totã legis neceſsitatem, nimirum commemorans dei munificẽtiam ex cruce & reſurrectione collatam uniuerſis. Etenim ſi dixiſſet: In principio erat uerbum, & quũ in forma dei eſſet, & ſi feciſſet eum æqualem patri, aliaq; his conſimilia ſi dixiſſet, declaraſſet quidem uerbi diuinitatẽ: uerùm nihil ad id quod hìc agebatur, illa contuliſſent. Porrò qd ait, qui excitauit eũ à mortuis, commonefacit eos ſummi beneficij, quòd in nos contulit Chriſtus, quæ res haud mediocriter ipſi cõducebat ad id quod agebatur, eò quòd homines pleriq; non perinde ſolent attentis auribus audire eos ſermones q dei maieſtatẽ commendãt, atque hos q iuſdem in homines beneficentiam declarant. Hanc ob cauſam omiſſa illorum mentione, de collata in nos munificẽtia uerba facit. Verũ hìc inſultant hæretici dicentes: Ecce pater ſuſcitauit filium. Nam poſteaquam ſemel eos corripuit inſaniæ morbus, ad ſublimes illas ſentẽtias ſpotẽ ſurdi ſunt: cæterũ ſiqua humiliora uel ob carnem aſſumptam ita dicta ſunt, uel ob patri debitũ honorem, uel ob aliam quampiam diſpenſationẽ, hæc ſeligunt, & hæc ſola expẽdentes, citra aliorũ locorum collationem, ipſi ſibi noxam accerſunt, nolim.n. dicere ſcripturæ. Quos equidẽ lubẽs perconter, quas ob res iſta dicant? Nũ ideo, quòd ſtudeant filiũ oſtẽdere imbecillem, nec ſatis idoneum ad unius corporis ſuſcitationem? Atqui fides erga illum effecit, ut & umbræ eorum qui credebant, excitarent mortuos. Itá ne qui credebant in eum, hoies adhuc mortales, ex umbra ſola luteorum corporũ quæ gerebant, eóq; ueſtibus horũ corporibus admotis, excitabant mortuos, & ipſe ſeipſum excitare non potuit? An nõ hæc euidens eſt inſania, uehemenſq; deliratio? Non audis illum dicentem: Soluite templũ hoc, & in triduo excitabo illud? Ac rurſum. Poteſtatem habeo ponendi animum meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam? Quam igitur ob cauſam pater illum excitaſſe dicitur? Sic illum excitare dicitur, quemadmodum & alia facere dicitur, quæ facit filius. Siquidem hoc partim honoris gratia, qui patri debetur, dictũ eſt: partim ob auditorum imbecillitatem. *Et qui mecum ſunt fratres.* Quam tandem ob cauſam nequa quã hoc addit in cęteris epiſtolis? In illis.n. aut ſuum nomen

Filius ꝓponitur patri deo

Ordo in ꝓſonis nũ inæqualitas.

Quæſtio.

1. Co. 15. b

Actor. 13. a

H *Spiritus ſanctus probatur eſſe deus*

Act. 20. f

1. Co. 12. d

I

K

L

Phil. 2. d

Hebr. 1. d

Ioan. 1. d

Ibid. 5. d

Chriſtus excitatus à patre, nihilominus ſeipſum excitauit.

M *tanit.*

Act. 5. c

Ioã. 2. d.

Ibi. 10. d

Quæſtio.

A nomen ſolùm ponit, aut duorum dũtaxat triúmue addit nomina: hic aũt totam multitudinem poſuit. Ideo poſuit uniuerſos, quòd neminem cõmemorat nominatim. Verũ hoc ipſum cur facit? Traduxerant Paulũ hoc nomine, quòd ſolus hæc prædicaret, nouamq; dogmatũ rationem inueheret. Hanc igitur illorum ſuſpicionẽ cupiens eximere, ſimulq; declarare, quòd multos haberet eiuſdem ſniæ, adiungit ſibi fratres, ſignificans ſe ex illorum ſnĩa ſcribere quæ ſcribit. *Eccleſijs Galatiæ.* Neque.n. unam ciuitatem, neq; duas, neq; tres, ſed totam Galatarum gentem huius erroris incendium peruaſerat. Contemplare uerò mihi & hic uehementem indignationem apoſtoli. Nõ enim dixit, dilectis, neq; ſanctificatis, ſed eccleſijs Galatiæ. Nam hoc erat ægrè affecti animo, ſuumq; dolorem aperientis, quòd eos non à charitate, neq; prijs nominibus appellauit, ſed à ſola congregatione: quodq; non addidit, eccleſijs dei, ſed ſimpliciter dixit, eccleſijs Galatiæ. Quãquam & alioqui ipſa ſtatim præfatione feſtinat illorum diſsidium redigere in concordiam, eaq; gratia eccleſiæ, id eſt, congregationis uocabulum poſuit, pudorem illis incutiens, & & cogẽs in unum. Etenim qui diſſecti ſunt in uarias partes, nequaquam poſſunt hoc appellari cognomine. Siquidem eccleſiæ nomen, conſenſus cõcordięq; nomen eſt. *Gratia uobis & pax à deo patre & domino Ieſu Chriſto.* Cũ ubiq; neceſſario ponit hanc particulã, tum maximè nunc Galatis ſcribens. Cum enim peri clitarentur, ne à gratia exciderent, optat illis huius in ſtaurationem ac ſarturam. Et quoniam ſeipſos hoſtes reddiderant deo, obſecrat deum, ut eos ad eandem pacem reducat. *Deo patre.* Et hoc ex loco rurſum conficiuntur hæretici. Nam qui Ioannem in initio ſui euangelij, cum ait, & deus erat uerbum, dicũt ideo theon, id eſt, deum, abſq; articulo poſuiſſe, ut ſi filij deitatem induceret paterna minorem. Itemq; Paulum, cũ ait filium in forma theu, id eſt, dei fuiſſe, non de patre fuiſſe loquutum, eo quod ibi quoq; dei nomen careat articulo: quid hîc dicturi ſunt, cum ipſe Paulus ſic loquatur, nõ apo tu theu, id eſt, à deo, prę fixo articulo: ſed apo theu patros, id eſt, à deo patre, ſine articulo? Patrẽ uerò hic deũ appellat, non quidẽ illis aſſentans ac blandiens, ſed acriter taxans, eiusq; memoriã refricans cauſæ, per quam facti fuerant filij. Non.n. per legem, ſed per lauacrum regenerationis hoc honoris adepti ſunt, eoq; paſsim in ipſis etiã epiſtolarũ exordijs ſpargit ac diſſeminat beneficentiæ diuinæ ueſtigia, tantũ non dicens: Cum ſerui ſitis, cum ſitis hoſtes & alienati, qua fronte uocatis patrem deum? Num lex uobis largita eſt iſtam cognationem? Cur igitur deſerto eo, qui uos in hanc propinquitatem induxit, rurſum tranſcurritis ad pædagogum? Neq; uerò patris nomen tantùm uerũ & filij cognomina ſufficiebant ad declarandum illis dei erga ipſos munificentiam. Etenim domini Ieſu Chriſti nomen ſi diligenter expendatur, totam illius erga nos beneficentiam declarat. Ieſus.n. inquit, ob hoc uocabitur, quoniam ipſe ſaluum faciet ꝑplm ſuum à peccatis ipſorũ. Chriſti uerò cognomen ſpiritus unctionem reuocat in memoriã. *Qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris.* Vides quod haudquaquam ſeruile & adactum ſuſtinuerit miniſterium, nec à quoquam ſit traditus, ſed ipſe ſeipſum tradiderit. Itaque cum audis Ioannem dicẽtem, quod pater filiũ ſuum unigenitum dedit pro nobis, ne ob diminuas unigenitj dignitatem, neue quid humanum de illo ſuſpiceris. Quanquam enim pater dicit tradidiſſe, non hoc dicitur, ut imagineris, quod filius patri ſeruili more inſeruiat, ſed ut intelligas hoc patri quoq; fuiſſe placitũ. Quod & hic Paulus declarat, dicens: *Iuxta uoluntatem dei & patris noſtri.* Vide, non dixit, iuxta præſcriptionem: ſed, ſecundum uoluntatem. Etenim cum eadem ſit uoluntas patris ac filij, quæcunq; uoluit filius, eadem uoluit & pater. Quid eſt, pro peccatis noſtris? Innumeris, inquit, malis noſipſos inuoluera mus, eramuſq; rei extremi ſupplicij. Ac lex quidem adeò non liberabat, ut condemnarit etiam: ſic prodito peccato & in apertum prolato, ut nec liberos reddere, nec iram dei ſedare ualeret. Sed dei filius & hoc quod erat impoſsibile, reddidit poſsibile, dũ & peccata diſſoluit, & inimicos cõſtituit in amicorum ordinẽ, & alia deniq; innumera bona largitus eſt. Poſt hæc ait: *Vt eriperet nos ex præſenti ſeculo malo.* Rurſus hoc dictum alij arripiunt hæretici, damnantes hanc præſentem uitam, & in hoc Pauli teſtimonium allegantes: ecce, inquiunt, præſens ſeculum appellat malum. Sed agè dic mihi, quid eſt ſeculum? Tempus dies & horis diſcretum. Quid igitur? An ſpatium dierum malum eſt? An malus eſt Solis curſus? At nemo quiſquam iſtud unquam dicturus eſt, etiam ſi ad extremam uenerit amentiam. Verùm, inquiet, non tẽpus dixit malum, ſed præſentem uitam appellauit malam. Atqui non iſthuc ſonant uerba Pauli, uerũ non intelligis uerba, ex quibus nectis huius uitæ accuſationem, ſed ipſe tibi aperis interpretandi uiam. Proinde nobis quoq; cõcedas, ut quæ dicta ſunt interpretemur, idq; eò magis, quòd quæ nos adferimus, & pia ſunt, & rationi conſentanea. Quid igitur dicturi ſumus? An quòd nullum malum eſſe queat unquam cauſa boni? Sed hæc uita præſens innumerabiles coronas, tantaq; præmia parit. Vnde & ipſe Paulus ſupra modum laudat eam, loquens hunc in modũ: Quòd ſi uiuere in carne hìc mihi fructus eſt operis, & quid eligam ignoro. Hìc uerò cum ſibi proponat optionem, utrum hìc mallet uiuere, an diſſolui, & eſſe cum Chriſto, potius ducit hìc commorari. Quòd ſi mala eſſet uita, nequaquam hoc ille de ſeipſo dixiſſet, hæc alius quiſquam potuiſſet ea ad uirtutem abuti, quantumuis adhibuiſſet ſtudij. Nullus.n. unquam malitia poſsit in bonum uti, non ſcortationem ad pudicitiam, non inuidia ad beneuolentiam. Nam cum Paulus de prudentia carnis loquens ſcribit, eam non eſſe ſubiectam legi dei: neque.n. poſſe, hoc ſentit, malitiam donec manet malitia, nõ poſſe eſſe uirtutem. Proinde cum audis malum ſeculum, intellige prauas actiones, propoſitum animi corruptum. Neque.n. ob id uenit Chriſtus, ut nos excuteret exigeretq; ex hac uita, ſed ut nos in mundo relictos, dignos efficeret, qui in cœlis uerſemur. Eoq; patri loquẽs, ſic ait: Et hi in mũdo ſunt, & ego ad te ue nio. Ac rurſum: Nõ rogo, ut tollas eos de mũdo, ſed ut ſerues eos à malo, hoc eſt, à malitia. Quòd ſi non pateris hãc interpretationẽ, ſed adhuc prædicas hãc uitã eſſe malam, ne crimineris eos, qui ſibi ipſis conſciſcunt necem. Vt.n. qui ſe ſubducit malis, nõ criminationem meretur, ſed coronã promeretur: ita qui uiolenta morte, ſeu laqueo, ſeu alijs modis uitã abrũpit, hunc haudquaquã æquũ fuerit in crimen uocari iuxta ueſtram ſniam. Nũc uerò deus illos acrius punit quàm homicidas, & nos oẽs eos deteſtamur.

Eccleſia.

Ioan. 1. Articulus

Matt. 1. d

Ioan. 3. b

Quæſtio.

Vita quã dicitur mala.

B

C

D

E

F

Ibid. 6. d

Phili. 1. c

Rom. 8. b

Ioan. 17. b

Ibidem. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Atq; id iure, meritoq;. Nam si alios occídere fas non est, multò magis nefas est seipsum occídere. Quòd si hæc uita res est mala, coronandi forêt homicidæ, qui nos à malitia liberarêt. Ad hæc aût qui hęc dicût suis ipsorum uerbis inuoluûtur. Etenim cũ Solẽ præ dicẽt esse deũ, post hunc & lunam deam, hosq; adorent, ueluti multorũ bonorum authores, secum pugnãtia loquũtur. Nam horũ ut & reliquorum astrorũ, non alius est usus, nisi quòd præsentem uitam no bis absoluunt, hanc inquam, ut isti loquuntur, malã, dũ & alunt corpora, & splendore prælucent, & terrę fructus uegetãt: quí sit igitur, ut ad huius malæ uitæ constitutionem, adeo subseruiant isti uestro iudicio dij? Sed neq; astra dij sunt: Absit, sed opera sunt dei, in nostrã utilitatem cõdita: neq; mundus malus est. Quòd si mihi memores homicidas, adulteros, & monumentorũ suffossores, ista demonstro tibi nihil ad præsentẽ uitam attinere. Neq;.n. hęc peccata sunt uitæ quã agimus in carne, sed corruptæ uoluntatis. Etenim si ista sic essent uitæ presentis, ut sorte fatóue quodã illi esśet affixa: nullus ab his malis liber esset, H neq; purus. Proinde considera, neminẽ effugere posse, quę propria sunt huius uitæ Quę porrò sunt hæc? Edere, bibere, dormire, crescere, esurire, sitire, nasci, mori, cunctáq; his similia. Hęc nullus unquã uicerit, non peccator, non iustus, non rex, non plebeius, sed oẽs subiacemus naturæ necessitati. Itidem & scelera perpetrare, si pertineret ad sortem cõditionemq; naturæ, nullus hæc effugere posset, quẽadmodum nec illa. Nec.n. mihi dixeris, raros esse, qui rectè uitam gerunt. Nam nullum omnino reperies, qui naturalibus necessitatibus unquam fuerit superior. Itaque donec uel unus inuenietur, qui uirtutẽ pręstiterit, constabit undiq; illæsa nostra ratio. Quid ais miser & infelix? Num hæc uita mala, in qua deũ agnouimus, in qua de futuris philosophamur, in qua ex hominibus facti sumus angeli, cumq; cœlestibus uirtutibus simul choros ducimus? Et quod tandem aliud quæremus malæ peruersæq; uestræ mentis argumentũ? Cur igitur, inquis, Paulus seculũ præsens dixit malum? Nimirum cõi hominum more sic loquutus est, quando- quidẽ & nos ad eum modum loqui solemus, malũ I habuit diẽ: non ipsum tempus, sed circunstãtiam & actionẽ incusantes. Eadem ratione Paulus damnãs prauas hoíum uoluntates, hac loquendi consuetudi ne est usus, ostendens quòd Christus nos nõ modò liberauerit à prioribus peccatis, uerũ etiam in posterum aduersus hæc tutos reddiderit. Prius.n. illud declarat, cũ ait: qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. Cum aût addit, Vt eriperet nos ex præsenti seculo malo, tutamen & custodiam in posterum aperit. Nam lex quidem etiam ad unum horum erat infirma & inefficax, gratia uero ad utrunq; ualuit. Eóq; subiunxit: Iuxta uoluntatem dei & patris nostri. Cũ enim illi putarent se dei iussa negligere, utpote qui legẽ seruandã dederat, metuerentq; ne perirẽt, si deserta uetere lege in noua progrederentur, & hãc illorũ opinionẽ corrigit dicẽs, hæc patri quoq; placita esse. Nec simpliciter dixit patri, sed, patri nostro: idq; perpetuo repetit, pudorẽ illis incutiens, eo quòd ostendit, quod suum patrem Christus nostrum patrem effecit. *Cui gloria in secula, amen.* Et hoc nouũ est & insitatũ. Nam hãc uocẽ, amen, nusquã alibi reperimus in epłarum initio positum, sed multis præcedentibus solet addi. At hic ostẽdẽs ea quæ dicta sunt, satis eui- K dentem habere Galatarum accusationem, & sermo nẽ esse perfectũ & absolutum, hoc usus est exordio: quandoquidem manifesta crimina nõ egent multo probationis apparatu. Posteaq;.n. illis in memoriam redegisset crucem & resurrectionem, redemptionem è peccatis, in posterum datam tutelam, paternã uoluntatẽ, filij consilium, gratiam, pacem, deniq; totũ illius donũ gratuitum, glorificãdo deum sermonem clausit. Verũ non hac de causa solũ hoc fecit, uerum etiam quòd supra modum doni magnitudinẽ admiraretur ac stuperet, gratiæq; imensitatẽ, simulq; secũ reputaret, cum tales essemus, quales nos reddidisset deus, idq; subito, in puncto momentoq; tẽporis, tan quam qui hæc oratione consequi non posset, glorificatione finit sermonẽ, non eam quę deo digna sit, sed quã ipse poterat laudẽ pro toto terrarũ orbe depromens. Atq; ob id deinceps concitatiore usus est oratione, uelut inflãmatus uehementer ex consideratis dei erga nos beneficijs. Cum.n. dixisset, cui gloria in secula, amen: ab acriori obiurgatione orditur, dicens: *. Miror quòd tam citò transferimini ab eo, qui uocauit uos in gratia Christi in aliud euangelium*. Quoniã L per legis obseruationẽ arbitrabantur sese placere patri, quẽadmodum existimabant ludæi Christũ persequentes, hoc primũ demõstrat, illos dũ hęc faciũt, non modò Christũ, sed & patrẽ offendere. Non.n. inquit, à Christo, sed à patre deficitis ista faciendo. Nam ut uetus testamentum, non patris tantũ est, uerùm & filij: ita gratia non filij solùm est, sed & patris. Deniq; communia omnia. Omnia, inquit, quę patris *Ioan.17.b* mei sunt, mea sunt. Ergo cum dicit eos à patre desciuisse, duplicem impingit culpam, alteram quòd defecerint, alteram quod celerrimè defecerint. Atqui contrarium potius erat reprehensione dignum, uidelicet si post multum temporis desciuissent, uerùm hic agitur de circunuentione. Est quidem & ille dignus reprehensione, qui post longum temporis spatiũ deficit. Cęterùm qui ad primam irruptionem & in ipso sagittarum è longinquo uolantium iactu concidit, extremæ imbecillitatis de se specimen præbuit: hoc nomine & hos incusat, dicẽs: Quid hoc rei est, quòd ij qui uos decipiunt, nec spatio tẽporis ad id opus habent, sed prima statim inuitatio sufficit eis ad subuertendũ uos & capiendum? Quam tandem impetrare possitis ueniam? Etenim si hoc crimen in amicos cõmissum esset, is qui priores utiles ac necessarios amicos reliquisset, dignus esset cõdẽnatione: qui dẽo uocante resilit, cogita quãto supplicio sit obnoxius. Cęterũ cum a.t, admiror, non solũ uerecundiam illis ingerit hoc dicto, quòd post tantam munificentiam, post tantam pctorum condonationem, post imensam exhibitã humanitatem, ultrò currant ad iugum seruitutis: uerũ simul & illud ostẽdit, qualem habeat de illis opinionem, nimirum ingentem quandam & egregiam. Neque.n. si iudicasset eos de numero uulgarium, & eorũ quibus facilè imponitur: nequaquã admiraretur quod acciderat. Verũ quoniam uos, inquit, estis de numero syncerorum, & qui multum laboris sustinuerunt: ideo miror. Id igitur satis erat ad eos restituendos, & ad priora reuocandos, quod ipsum in huius epistolæ medio declarat, dicens: Tam multa pasi estis frustra, si tamẽ frustra. *Trãsferimini.* *Infr.3.a* Nõ dixit, trãslati estis, sed, transferimini: hoc est, non dũ credo, nondum abitror perpetratam circunuentionẽ. Qd ipsum rursus est reuocare studẽtis. Hoc igi

A tur in sequentibus dicit apertius: Ego confido de *Infr.5.b* uobis quòd nihil aliud sapietis. *Ab eo qui uocauit uos in gratia Christi.* Ipsa quidẽ uocatio patris est, uocationis aût causa filius est. Nã ipse est qui nos reconciliauit, qui donũ dedit. Neq;.n. ex operibus iustitię salui facti sumus: quin potius & hæc illius sunt, & il *Ioã.17.b* la huius. Nã mea, inquit, tua sunt, & tua mea. Nec dixit, ab euangelio transferimini: sed, à deo, qui uos uocauit: quod erat dictu horribilius, & accomodatius ad terrorẽ illis incutiendũ, id posuit. Siquidẽ q- studebant illos seducere, non id semel ac repentè, sed paulatim eos ab ipsis rebus transferẽtes, à nominibus nõ transferebant. Nã huiusmodi diaboli fraus est, haudquaq; nudos proponere laqueos, quibus uenatur hoies. Etenim si dixissent, descisćite à Christo, Galatæ uitassent eos, uelut impostores & corruptores. Nũc uerò sinẽtes eos adhuc í fide manere, & interim fraudi ptexentes euãgelij nomẽ, impunè summaq; audacia perfodiebant domũ, uidelicet ijs q̃ dixi, uelut obtentis uelamẽtis per hęc nomina celãtibus parietũ perfossores. Quoniã igitur B illi suã impostură appellabant euangeliũ, ipse ẽt aduersus nomẽ repugnat, liberęq; agit, dicens: *In aliud euãgeliũ, quod non est aliud.* Pulchrè: neque enim est aliud. Attamẽ quod accidit ægrotantibus, dũ salubribus cibis ostendũtur, hoc idẽ usu uenit hìc Marcionistis. Arripuerunt.n. quę dicta sunt hìc, ac dice- *Marcionis error.* bant: Ecce Paulus ẽt ipse dixit non esse aliud euangeliũ. Neq;.n. hi recipiunt omnes euãgelistas, sed unũ duntaxat, quod ipsum tamẽ suo arbitratu mutilarunt, cõmiscuerũtq;. Quid igitur sibi uult, cum ait, iuxta euangeliũ meum & prædicationẽ Iesu Christi? Sunt quidẽ uehementer ridicula, quæ isti adferunt: ueruntamen quanquã sunt deridenda, operæ pretium tamẽ est ea refellere pp eos qui facilè deci piũtur. Quid igitur dicemus, an quòd etiã si decies mille sint euãgelistæ qui scribunt euangelia, modò scribãt eadẽ, multa illa unicũ esse euangeliũ, neque quicquã obstare scribentium multitudinẽ, quò minus unũ sit euangeliũ? quemadmodũ ex aduerso, siquis unus scribens commemoret contraria, non esset unũ euangeliũ quæ scribuntur. Vt enim unũ *Euãgeliũ unũ & multa.* C sit euangeliũ aut non unum: nõ æstimatur numero scribentiũ, sed hinc, eadẽ ne sint, an diuersa quæ scribuntur. Vnde dilucidum est, quatuor euangelia unũ esse euangeliũ. Cum enim quatuor eadem loquãtur, non est aliud atque aliud ob personaũ differentiam, sed unũ ob eorũ qui loquuntur consonantiã. Neque enim Paulus nunc de numero loquitur, sed de pugnantia eorũ quæ dicuntur. Proinde si iuxta uiam eorum, quæ in illis scripta sunt, iuxtaq; dogmatũ excussam rationẽ aliud est euãgeliũ Matthæi, aliud Lucę: rectè Pauli sermonẽ hũc arripiũt. Sin unum & idẽ est, desinãt ineptire, simulãtes hęc ignorare sese, quæ uel admodũ pueris nota perspicuaq; sunt. *Nisi quòd quidã sunt, qui conturbant uos, & uolunt subuertere euangeliũ Christi.* Hoc est, donec fueritis sanæ mẽtis, ne agnoscatis aliud euãgelium, donec recto minimeq; distorto fueritis obtutu: nec imaginemini uos uidere q̃ nusquã sunt. Quemadmodum oculus turbatus aliud pro alio cernit: ita mẽs prauarũ cogitationũ confusione perturbata, idẽ pati cõsueuit. Itidem & qui laborãt insania alias pro alijs reũ species se uidere credũt. Verùm hęc insania quã illa periculosior est, quæ noxã adfert, nó in rebus sensibilib⁹, sed in rebus intelligibilibus: nõ D in pupilla corporalium oculorũ, sed in oculis animi distorsionẽ gignẽs. *Et uolunt subuertere euangelium Christi.* Atqui unũ aut alterũ dũtaxat præscriptum induxerant, circuncisionẽ, & dierũ obseruationem innouantes. Verùm ut ostenderet quòd pusillum quiddã perperam admisstum, totum corrumpit, dixit subuerti euangelium. Quemadmodũ enim in moneta regia, qui paulũ aliquid amputarit de impressa imagine, totũ numisma reddidit adulterinũ: ita quisquis sanæ fidei uel minimam particulã subuerterit, in totum corrumpitur, ab hoc initio semp ad deteriora procedens. Vbi sunt igitur qui nos ut cõtentiosos damnant, eò quòd cum hæreticis habemus disidiũ, dictitantq; nullũ esse discrimen inter nos & illos, sed ex principatus ambitu proficisci discordiã? Audiant quid dicit Paulus, nimirum illos subuertisse euãgeliũ, qui paululũ quiddã rerum nouarum inuexerant: Isti uerò non simpliciter pusillũ quiddam innouant. nam quì pusillum, qui filium dei prædicant esse creaturam? sed quod est omniũ maximũ, immutant. An non audisti, quòd is qui in E ueteri quoq; testamento, sabbato ligna collegerat, *Num. 15. d* unicũ mandatũ, nec id maximũ transgressus, extremo affectus est supplicio? Quodq; Oza, quoniã arcam alioqui subuertendã sulcit, è uestigio mortuus *2.Re.6.b* est, eo quòd ministerium ipsi non cõgruens usurpauit? Ergone sabbatũ uiolatũ, & solus arcæ ruituræ *Pusilla delicta nõ negligenda* contactus, ad tantam indignationem prouocauit, ut qui hæc ausi fuerant ne minimum quidẽ ueniæ sint consequuti: hic uerò qui adoranda & ineffabilia dogmata corrũpit, excusationem habiturus est, & uenią consequetur? Non potest hoc fieri, nõ potest inquã. Hoc ipsum igitur est omniũ malorũ causa, quòd ob pusilla non indignamur. Ob id.n. maiora scelera subierũt, quòd minoribus debita correctio nõ adhibetur. Et quemadmodũ in corpori b⁹, qui uulnera neglexerunt, febres gignũt, & putrefactiones, ac mortem deniq; itidem & in animis, qui pusilla dissimulant, maiora inuitant. Ille, inquiunt, labitur in ieiunio, neq; quicq; est magni. Alter uerò *Ieiuniũm Iudæorũ.* F ualet quidẽ recta fide, cæterũ tẽporis gratia simulans, profitẽdi libertatẽ prodidit. Ne id quidem est aliquid magni mali. Alius iritatus, minatus est se desectu rũ à recta fide. Ne id quidẽ supplicio dignum, eó quòd ira animiq; cõmotione peccauit. Quid & *Cõtẽptus ecclesiæ.* innumera reperiet aliqs huius generis quotidiè pctã inuehi ecclesiis. Hãc ob cãm deridiculi facti sum⁹, & gẽtibus, & Iudęis, dũ ecclesia in mille partes discinditur. Etenim si qui à diuinis præscriptis resilire conabantur, & paulũ quiddam secus quã oportet tẽtabant, mox ab initio fuisset adhibita conueniens increpatio? nequaquã nata fuisset hæc pestis, haudquaquã tanta tẽpestas ecclesias occupasset. Vide igitur quomodo Paulus circuncisionẽ appellat euangelij subuersionẽ. Nunc autẽ multi sunt apud nos, qui eodem die ieiunant quo Iudęi, qui similiter obseruant sabbata, & animosẽ ferimus, imo potius calamitosẽ. Et quid loquor de rebus Iudæorũ? Multi gentium mores apud nostros aliquot seruantur, sortilegia, auguria, omnia, ac dierum obseruationes, superstitiosa super genesim cura, & omnis impietatis plenæ literæ, quas puerorũ protinus ut nati sunt magno malo capitib⁹ imponũt, ab ipso protinus exordio docẽtes illos uirtutis adipiscendę stu

G dium abiicere,& ad falla cem fati tyrānidē, quod q dem in ipſis eſt,illos adducētes. Quòd ſi iis qui circunciduntur Chriſtus nihil prodeſt, iſtis qui tanta inuehunt mala, quur adeò deinceps profutura eſt fides ad ſal utē? Quāquā à deo erat data circūciſio, uerū quoniā non in tempore ſeruata, corruptelam inferebat euangelio, nihil non fecit Paulus,ut eam amputaret. Et poſt hæc cum Paulus ad excludēdas cōſuetudines Iudaicas tantū adhibuerit ſtudiū, eò quòd intēpeſtiuè ſeruarentur:nos ne paganam qui dem conſuetudinē amputabimus? Et quā obſecro ſumus habituri excuſationē? Has ob cauſas in tumultu ac turbatione ſunt res noſtrę, adeò ut qui diſcipuli eſſe debuerāt,multa repleti mentis elatione, ſubuerterint ordinem: & q̄ erāt ſuperiora,facta ſint iſeriora. Quòd ſi qs illos uel leuiter accuſet,cōſpuūt eos,quorū imperio ſubſunt. Id eò faciūt, quòd nos eos perperā à pueris inſtituimus. Verū enimuero ēt ſi qui præſunt, improbi forent, innumerisq; ſcateret malis, ne ſic quidē fas eſſet diſcipulo dictis non audientem eſſe. Etenim ſi de Iudæorū doctoribus dictum eſt, quoniam ſuper cathedrā Moſi ſedebant, eòs eſſe dignos qui à diſcipulis audirentur, quanquam operibus erant tā malis, ut dominus p̄ceperit,ne illa imitarentur: qua uenia digni erūt, qui eccleſiæ præſides per gratiā dei modeſtè uiuentes, cōſpuunt & conculcant? Quòd ſi nefas eſt, ut alius aliū iudicet, quātò magis fas nō eſt iudicare doctores? *Sed ēt ſi ego aut angelus de cœlo euangeliZauerit uobis p̄ter id quod accepiſtis, anathema ſit*. Vide prudētiam apoſtolicā. Ne quis diceret, illū ſua ipſius oſtētare dogmata, ēt ſeipſum deuouit. Cæterū quoniā ad authoritatem confugiebant, & ubiq; celebrabant Iacobū, & Ioannē, hac de cauſa & angelorum meminit. Ne mihi, inquit, Iacobum narres, & Ioannem, etiam ſi quis angelorum è cœlis deſcenderit, corrumpens euangelij prædicationem, anathema ſit. Non temerè dixit, de cœlo. Sed quoniam ſacerdotes quoq; dicti ſunt angeli: Labia enim ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem exquirent ex ore eius, quoniam angelus domini omnipotentis eſt: I nequis exiſtimaret de his angelis nunc uerba fieri, addita particula, de cœlis, ſupernas uirtutes indicauit. Neque dixit, ſi contraria annunciauerint, aut totū euāgeliū ſubuerterint: Verū ſi uel paulū euangelizauerint p̄ter euangeliū quod acceperiſtis, etiā ſi quiduis labefactarint, anathema ſint. *Sicut antè dixi, & rurſum nunc dico*. Ne putares ea uerba ab ira profecta eſſe, aut iuxta hyperbolē magnificentius quā pro re dicta, aut impetu curſuq; ſermonis raptim excidiſſe, repetit eadem. Etenim q animi commotione occupatus dixit aliquid, hunc mox dicti pœnitere ſolet. Cæterū qui denuò repetit eadē, declarat ſeſe iudicio loquutum, ac prius animi cōſilio fuiſſe decretū & cōprobatū, atq; ita demum uoce proditū. Abrahā igitur cū rogaretur, ut mitteret Lazarū, reſpondit, Habent Moſen & prophetas: ſi illis non crediderint, neq; mortuos reſuſcitatos audituri ſunt. Hæc aūt Chriſtus ipſe inducit in parabola loquentē Abrahā, declarans ſe uelle plus fidei habendū eſſe ſcripturis, quā ſi mortui reuiuiſcant. Paulus uerò, porrò cum Paulum dico, rurſum ipſum Chriſtum dico: hic enim erat, qui mentem illius agebat: etiam angelis è cœlo deſcēdentibus præponit ſcripturas, idq; ualde congruenter. Siquidē angeli quā libet magni, tamē ſerui ſunt, ac miniſtri. Cæterùm K omnes ſcripturæ nō à ſeruis, ſed ab uniuerſorū domino deo uenerunt ad nos. Hāc ob cauſam dicit, Si quis uobis euangelizauerit, præter id quod euāgelizauimus uobis. Non dixit, ſi ille aut ille, idq; pruderet admodū citra odiū & inuidiam. Quorſum. n. opus erat iam edere nomina, poſteaq̄ tam uehementi ſublimiq; fuerat uſus ſermone, ut uniuerſos & qui in cœlis ſunt, & qui in terris complecteretur? Per hoc enim quòd euangeliſtas & angelos pronūciat anathema, omnē dignitatē cōprehendit: per hoc uerò quòd ſeipſum quoq; pronunciat anathema, omnē familiaritatē ac germanitatem complexus eſt. Ne mihi dixeris, inquit, collegæ tui & ſocij apoſtoli hæc dicunt: nec mihi ipſi parco, ſi diuerſa prædicē. Neq; uerò Paulus hæc dicit, quòd damnarer apoſtolos tanq̄ euangelicæ prædicationis præuaricatores, abſit: ait enim, Siue nos, ſiue illi, ſic prædicamus: ſed ut oſtēderet perſonarū dignitatē non recipi, quoties expēditur ueritas. *Nunc enim hominibus ſuadeo, an deo, aut quæro hominibus placere? Si enim ad huc hominibus placerē, Chriſti ſeruus nō eſſem*. Quā L uis. n. inquit uos fallerem hæc dicens: num & deo ualeam imponere, qui perſpicit arcana mentis, & cui ut placerē ſemper omne mihi ſtudiū fuit? Vides ſpiritum apoſtolicū, uides ſublimitatē euāgelicam. Hęc eadem aūt in epiſtola ad Corinthios dixit: Nō 2.Cor.5.b uobis excuſamus nos, ſed occaſionē damus uobis gloriandi. Atq; iterum: Mihi uerò pro minimo eſt, 1.Co.4.a ut à uobis iudicer, aut ab humano die. Cum enim doctor cogeretur ſe diſcipulis excuſare, ſuſtinet qui dem illud, ſed tamen indignē fert, haud quidem ob inſolentiam: abſit hoc, ſed partim ob id quòd ij q ſeducebantur, tā mobili forent animo, tamq; inſtabili ſententia: partim quòd ipſius uerbis apud illos parum certa fides haberetur, hac de cauſa dixit hęc quoq;, propemodū his utens uerbis: An mihi apud uos eſt habēda oratio? An homines mihi ius dicturi ſunt? apud deum nobis eſt cauſæ dictio. Atq; ut apud illud tribunal bonā habeamus cauſam, oia facimus, ac nequaquā eò deuenimus infelicitatis, ut cum rationē reddituri ſimus omnium domino ſuper his quæ prędicamus, corrūpamus euāgelij dog M mata. Itaq; partim ſeſe excuſans, partim illos extimulans, hæc uerba poſuit. Non. n. conueniebat diſcipulis, ius dicere præceptoribus, ſed credere & obtēperare. Verū quoniam, inquit, inuerſus eſt rerum ordo, & iudices nunc ſedeſtis: ſcitote mihi non eſſe magnopere curæ, quo me purgem apud uos, ſed omnia facimus pp deū, utq; illi de hiſce dogmatibus reddamus rationē. Etenim qui ſtudet hoibus ſuadere, multa facit inſyncera prauaq;, & fraudibus utitur & mendacio, quò perſuadeat, mētēq; capiat auditorū: contrà, qui deo ſuadet, illiq; placere ſtudet, huic ſimplici puraq; mēte ē opus: Deus. n. falli nō pōt. Vnde pſpicuū eſt, inqt, nos quoq;, nec principatū ambientes, nec diſcipulos colligendi ſtudio, neq; gloriā ac laudē à uobis captantes hęc ſcribere: neq; enim nobis ſtudio eſt placere, hoibus, ſed deo. Nam ſi uoluiſſem hoibus placere, adhuc à Iudæis ſtarē, adhuc perſequerer eccleſiā dei. Cæterū qui totā Iudæorū gentem, qui familiares, amicos & cognatos, qui tantā contempſi gloriā, proq; his cōmutaui perſecutiōes, inimicitias, bella ac mortes quotidianas, ſatis declaraui me hęc quoq; q̄ nūc loquor, non

Etiā malis p̄poſitis obediē dum. H Mat.23.a

Mala.2.b

Luc.16.g

A quor, non humanæ laudis ſtudio loqui. Hoc autem ideo præfatus eſt, quoniā cōmemoraturus erat prioris uitæ ſuæ hiſtoriam, & quo repentè fuerit immutatus, & argumentis euidentibus demonſtraturus, ſe pro ueritate ſtare. Rurſus aūt ne putarent illum hæc eo facere, quò ipſis redderet rationē, atq; hinc afferrentur, in ſuperioribus illa dixit, Nūc hominibus ſuadeo. Nouerat enim prout poſtulabat opportunitas, etiā ſublime quippiā ac magnificum loqui, ad eorū quos inſtituebat correctionē, Atqui poterat aliunde probare, ſe cū ueritate ac ſyncēritate prædicare euangeliū, nimirum è prodigijs, è miraculis, è periculis, è carceribꝰ, & quotidianis mortibus, è fame, ſiti & nuditate, ex alijs horum ſimilibus: uerū quoniam illic nunc dirigitur oratio non ad pſeudapoſtolos, ſed ad apoſtolos, qui horum periculorum erant conſortes, alia uia aggreditur cauſæ tractationem. Alioqui cū ad pſeudapoſtolos ſermonē intenderet, hunc in mo dū induxit comparationem, tolerantiam in periculis 2.Co.11.c adducens in medium, dicensq; Miniſtri Chriſti ſunt, deſipiēs loquor, plus ego, in laboribus abūdātius, in B plagis ſupra modū, in carceribꝰ. abundātius, in mortibus frequēter. Nunc ſanè ſuperioris uitæ conuerſationem memorat, dicens: *Notum uobis facio fratres euangelium, quod prædicatum eſt à me, non eſſe ſecundum hominem: neque ego. n. ab homine accepi illud, neque edoctus ſum ſed per reuelationem Ieſu Chriſti*. Vide, ut undi quaq; confirmet ſe fuiſſe Chriſti diſcipulū, nullo hois interuentu, ſed ipſo Chriſto per ſeipſum oēm ipſi cognitionem dignato patefacere. Et quo inquiunt, probari poſſit incredulis, quòd deus per ſe, nullo hominis interuentu, tibi patefecerit illa arcana myſteria? Probat hoc, inquit, illa ſuperior mea cōuerſatio. Niſi. n. deus fuiſſet, qui effulſerat, haudquaquā adeò repentè fuiſſem immutatus. Nam qui docentur ab hominibus, etiā ſi ſint acri celeriq; ingenio, tamen ut ad diuerſa transferantur, tempore eſt opus multóq; ſtudio. Cæterum qui cum uehemētiſsimè laboraret inſania, totus ac purè redijt ad ſanam mentem declarat ſibi diuinā uiſionem ac doctrinā adfuiſſe, pérque hāc ſubitò ad puram rediſſe ſanitatem, eóq; cogitur C de priore ſua uita cōmemorare, atq; ipſos teſtes citat eorū quę geſta ſunt. Vos quidem, inquit, neſcitis, quòd unigenitus dei filius me è cœlis per ſe uocare dignatus eſt. Nam quí poſsitis id ſcire, cū non adfueritis? Verùm illud omnino noſtis, quòd fuerim perſe quutor, quādoquidem uſq; ad uos quoq; mea ſæuitia penetrauit, cum ingens ſit interuallum inter Palæſtinā & Galatiā, ut non fuerit rumor in tam longinquū dimanaturus, niſi quæ fiebant à nobis modū exceſsiſſent, fuiſſentq; intolerabilia. Vnde & dicit: *Audiſtis meam conuerſationem, quòd ſupra modum perſequebar eccleſiam dei, & expugnabam illam*. Vides ut ſingula cum exaggeratione cōmemorat, nec pudet ſua mala confiteri. Non. n. tantùm eſt perſequutus, ſed omni cum uehementia, nec perſequutus eſt modò, uerū etiam expugnauit: hoc eſt, conatus eſt eccleſiā extinguere, ſubuertere, demoliri, abolere. Nam id eſt expugnatoris opus. *Et proficiebam in Iudaiſmo ultra* ſingene- *multos æquales ſmeos, ſcum eſſem abundantius æmulator* re meo. *patriarum mearum traditionum*. Ne putares iræ fuiſſe qd gerebat, oſtendit ſe quicquid fecit, zelo quodam feciſſe, tametſi non ſecūdum ſcientiā, nequaquā aūt inanis gloriæ ſiti, aut uindicandi quos oderat cupidine, ſed quòd ſtudio teneretur traditionum, quas à maioribus acceperat. Huius aūt ſermonis hic eſt ſenſus: Si quæ feci aduerſus eccleſiam, non humano feci affectu, ſed zelo diuino, errante quidē, ſed zelo tamen: qui conſentaneum eſt me nunc, dum pro eccleſia curro, agnita ueritate, inanis gloriæ cauſa hæc facere? Etenim ſi in errore talis affectus mihi non eſt dominatus, ſed dei zelus eò me perpulit, multò magis poſteaq̄ agnoui ueritatem oportet me ab omni iſtiuſmodi ſuſpicione liberum eſſe. Nam ſimul atq; conuerſus ſum ad eccleſiaſtica dogmata, protinus quicquid Iudaicarum opinionum occuparat aium meum, totum exui, multóq; maiorē zelum hic præſtiti, q̄ illic præſtiteram. Quæ res arguit me uerē fuiſſe tranſmutatum, diuinóq; zelo teneri. Quod ni ſic haberet, agē dic mihi, quid aliud erat in cauſa ut tantam ſuſtinerem immutationem, ac pro honore contumeliā, pro requie pericula, pro ſecuritate afflictiones ſuſciperem? Nulla cauſa erat alia, niſi tantùm ueritatis amor. *Cum autem placuiſſet deo, qui me ſegregauit ex utero matris meæ, & uocauit per gratiā ſuā, ut reuelaret filium ſuum in me, ut prædicem illum in gentibus, protinus non communicaui cum carne & ſanguine*. Vide E quemadmodum hic ſtudet oſtendere, quòd per id etiam tpis quo relictus eſt in errore, propter occultā aliquam diuinæ prouidentiæ rationem relictus ſit. Etenim ſi ab utero matris ſegregatus erat ut fieret apoſtolus, & ad hoc miniſteriū uocaretur, uocatus eſt aūt tunc, & ſimul ut uocatus eſt, obſequutus eſt: perſpicuū eſt deum ob cauſam aliquam arcanā eò uſq; diſtuliſſe. Quæ igitur eſt hæc diſpenſatio? Fortaſſis inhiantes auetis hoc ab initio audire, cur tandem dē non eum cū duodecim apoſtolis uocauerit. Verū ne ego digreſſus ab eo quod eſt in manibus, prolixiorē faciam ſermonem, oro charitatem ueſtram, ne omnia ex me uelitis diſcere, ſed ex uobis etiā ipſis inquiratis, deum obſecrantes ut uobis patefaciat. Quanquam & nos ſuper hac re aliàs ſumus loquuti, cū de mutato Pauli nomine apud uos diſſereremus, cauſamq; redderemus, ob quā deus prius dictū Saulū, Paulum appellarit. Quę ſi uobis exciderunt, ex eo libro hæc omnia cognoſcetis. Nunc à tenore ſermonis non recedamus, cōſideremusq; quo rurſus oſtendit nihil in ipſo caſu aut hominū more factum eſſe, F ſed deum omnia ſuo arbitratu multa prouidentia diſpenſaſſe: oſtendit autem his uerbis: *Et uocaſſet per gratiam ſuam*. Hinc declarat quòd deus ipſum ob uir *Actо.9.c* tutem uocauerit. Ait. n. ad Ananiam: Vas electionis eſt mihi, ut portet nomen meum coràm gētibus & regibus: hoc eſt, Idoneus eſt miniſterio præclaróque facinori ſuſtinendo. Atque hanc uocationis cauſam hìc ponit, idem tamen ubiq; totum gratiæ & ineffabili numinis humanitati tribuit, loquēs hunc in mo- *1.Timot.c* dum: Sed miſericordiā conſequutus ſum, non quòd ſufficiens eſſem, neq; quòd idoneus, ſed ut in me declaret oēm lenitatē, in exemplum eorū qui crediturierant illi in uitam æternā. Vides excellentiam modeſtiæ, uides eximiè ſubmiſſum aium. Ideo, inquit, ego miſericordiā conſequutus ſum, nequis de ſeipſo deſperet, ſed quiſq; bonā ſpem habeat, poſteaq̄ oīum mortaliū peſsimus, dei benignitatē aſſequutus ſum. Id. n. declarat, dicens: Vt in me demonſtraret oēm lenitatem, in exemplum eorum qui crediturieſſent in illo. *Vt reuelaret filium ſuum in me*. Alibi uerò dicit ipſe *Mat.11.d* Chriſtus: Nemo nouit filiū niſi pater, nec ullus nouit patrem, niſi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Vides

G quòd & pater filium, & filius patrem reuelat. Idem
Ioan.17.a fit in gloria, Filius glorificat patrẽ, & pater filiũ. Glori
fica filiũ tuũ, ut & filius tuus glorificet te. Et rursum,
Ibidem Quemadmodum ego te glorificaui. Sed quã ob cau
sam non dixit, ut reuelaret filiũ suũ mihi, sed in me?
Ob id ita loquutus est, ut ostẽderet, quod nõ modò
uerbis edoctus esset de fide, uerũ etiam copioso spi-
ritus dono repletus. Reuelatione siquidẽ illustrante
illius animum, simul & Christum habebat in ipso lo
quentem. *Vt euangelizem illum in gentibus.* A deo nã-
que factum est, nõ solùm ut crederet, uerùm etiam
ut ad apostolicum munus deligeretur. Sic.n. inquit,
mihi seipsum reuelauit, non tantũ ut ipsum cogno-
scerem, uerũ etiam ut eius notitiam ad alios profer-
rem. Nec tamen simpliciter dixit, apud alios, sed ut
euangelizem eum in gẽtibus: Iam hinc incipiens at-
tingere nõ minimum suæ defensionis caput, ex ipsa
discipulorum persona. Nec.n. erat illi par necessitas
prædicandi Iudæis & gentibus. *Protinus non contuli
cum carne & sanguine.* Apostolos hìc tectè significat,
naturæ cognomẽto eos designans. Quòd si hoc sen
H tit de cunctis hominibus, nos non contradicemus.
*Neq; ascendi Hierosolymam ad antecessores meos apostо-
los.* Hæc uerba siquis per se expendat, uidentur spira-
re non uulgarem magniloquẽtiam & arrogantiam,
plurimumq; abesse ab apostolico spũ. Etenim quòd
Pro.26.b ipse sibi suffragium fert, neq; cum quoquam sniam
cõicat, uidetur esse fastus. Videbam, inquit, homi-
Esa.5.c nem, qui sibi uidebatur esse sapiens, sed maiorem il-
lo spem habet insipiens. &, Væ his qui prudẽtes sunt
Ro.12.d apud semetipsos, & in oculis suis intelligentes. Ac idẽ
rursus: Ne sitis prudẽtes apud uosmetipsos. Itaq; qui
tã multa huiusmodi præcepta ab alijs audierat, quiq;
eadem alijs præceperat, ipse in hæc incidit, non dicã
Paulus, sed uel homo quiuis? Verùm hic sermo si per
se nudus expẽdatur, offendere mouereq; potest audi
torem. Cæterũ si causam adiecerimus, ob quam hæc
dicebat apostolus, & applaudent & admirabuntur
oẽs ita loquutum. Hoc igitur faciamus. Non.n. opor
tet uerba nuda expendere, alioqui multæ cõsequen-
tur absurditates. Neq; conuenit sermonem per se nu
dum examinare, sed obseruare mentem scribentis.
I In humanis.n. sermonibus nisi hac ratione fuerimus
usi expendentes quid senserit is qui loquitur, multas
inducemus simultates, oĩa subuertentur. Et quid at
tinet loqui de uerbis, quando & in factis, nisi regulã
hanc seruauerimus, oĩa rursum deorsum miscebun-
tur? Nã & medici secant carnẽ, nonnunquam & ossa
frangunt: quæ frequenter eadem faciunt & latrones.
An non igitur fuerit extremæ infelicitatis, si nequea-
mus latronẽ à medico discernere? Rursum homicidę
pariter ut martyres torquentur, at non quia patriun
tur eadẽ tormenta utriq; eodem habentur loco, sed
plurimũ interest inter hos & illos. Quòd ni regulam
hanc seruauerimus, nulla de re rectè iudicare poteri-
mus: sed ipsum etiam Helã homicidam cẽsebimus,
cumq; hoc Samuẽlem, & Phinees. Quin & Abraham
filij interfectorem dicemus, si res nudas expẽdimus,
non addentes quamobrẽ, quo animo id fecerit. Ex-
quiramus igitur & Pauli mentẽ, qua hæc scripsit, con
sideremus quò spectarit, quem scopũ sibi proposue
rit, & quis in totum fuerit erga apostolos. Tum.n. in
telligemus, quo animo hæc scribat. Neq.n. quòd uel
eorum authoritatem eleuaret, uel seipsum prædica-
ret, loquutus est uel hæc uel illa superiora. Quî enim
id faciat, qui seipsum pronunciarit anathema? sed ut K
ubiq; seruaret euangelij synceritatem. Cum.n. ij qui *Rom.9.d*
oppugnabant ecclesiam, dicerent, ijs apostolis adhę
rendum esse, qui ista minimè prohiberent, non Pau-
lo qui prohibẽbat, atq; hinc sensim irrepsisset Iudai-
cus error ac deceptio, cogitur hic fortiter & apertè re
sistere, nõ quidẽ cupiẽs de aplis malè dicere, sed hoc
agens ac moliens, ut eorum insolentiam, qui seipsos
non rectè laudabant, comprimeret, eoq; dicit: *Non
contuli cum carne & sanguine.* Fuisset.n. extremæ ab-
surditatis, eum qui à deo fuerat edoctus, postea cũ
hominibus communicare. Nam qui discit ab homi-
nibus, is congruenter denuò recipit homines in com
municationem: uerũ quem deus sua beata uoce dig-
natus est, quiq; ab eo doctus est, qui habet sapiẽtię
thesaurũ: qua gratia pòst cum hominibus conferret?
Par.n. fuerit, ut talis doceat potius homines, q̃ ut di-
scat ab hominibus. Non igitur arrogantiæ causa hęc
dicebat apostolus, sed ut suæ prædicationis authori
tatẽ declararet. *Neq; ascendi*, inquit, *ad eos qui ante me
fuerunt apostoli.* Quoniã illi nusquam non inculcabãt
cæteros apostolos esse Paulo priores, & ante hunc L
fuisse uocatos, ideo hoc dicit. Quòd si fuisset cum il-
lis communicandum de euangelio, is qui per reuela
tionem iniunxerat ei prędicandi munus, utiq; & hoc
præcepisset. Quid igitur? non ascendit illuc? Sanè ascẽ
dit: nec tantùm ascendit, sed ut discederet aliquid ab
illis. Quando? Cum in ciuitate Antiochia, quæ ab ini *Acto.11.d*
tio singulare studium erga ecclesiam declararat quę
stio nata est de hac ipsa re, quæ nunc est in manibus.
Quærebant autem, utrum essent circuncidendi, qui
ex gentibus credidissent, an nõ compellendi potius,
ut tale quippiam paterentur. Id temporis ascendit,
tum hic ipse Paulus tum Silas. Quomodo igitur di-
cit, non ascendi, neq; contuli? Primum quidem quo-
niam ipse spontè non ascenderat, sed missus erat ab
alijs. Deinde quoniam non accesit eò, ut aliquid di-
sceret, sed potius ut alijs persuaderet. Nam ipse sta-
tim ab initio fuerat eius sententię, quam apostoli po
stea comprobarunt, uidelicet non esse circuncidẽ-
dos. Cæterùm quoniam ad eum usq; diem non ui-
sus est illis sat idoneus cui fides haberetur, sed magis M
auscultabant ijs, qui uersabantur Hierosolymis: ascẽ
dit non ipse percepturus quod antè nescierat, sed ut
contradicentibus persuaderet, eos qui Hierosolymis
erant, huic sententiæ subscribere. Itaq; ab initio quid
esset agẽdum perspexerat, nec opus habebat ullo do
ctore, sed quæ post multam discussionem erãt apo-
stoli decreturi, hæc ipsa citra discussionẽ cœlitus ha-
bebat apud sese certa & indubitata. Idq; Lucas decla
rãs dicit, Paulum prolixam & copiosam orationem *Ibi.20.b*
habuisse super hisce rebus apud illos, etiã priusquam
iret Hierosolymam. Verùm quoniam ita uisum erat
fratribus, ut ab illis quoq; disceret, ascendit, non sua
ipsius causa, sed illorum. Cæterũ ad explicandum id
quod dictum est, non ascendi: licet & illud adferre,
quòd nec in initio prædicationis ascenderit, nec tum
cũ ascendit, ascẽderit discendi gratia. Quandoquidẽ
horum utrunq; significat, dicens: Protinus non con-
tuli cum carne & sanguine. Nõ simpliciter dixit, non
cõtuli, sed protinus, non contuli: Simul & illud sub-
indicans, quòd huic rei nihil anteposuerit. Quòd si
pòst hæc uidetur ascendisse, non tamen ascendit, ut
quicquam ab eis acciperet, quod non habuisset. *Sed
abij*, inquit, *in Arabiam.* Contemplare feruentem ani-

A mum. Studebat occupare regiones antehac à nemi
ne cultas, sed quæ etiamnũ uastæ inculteque iace-
bãt. Etenim si mãsisset apud apsos, cũ nihil esset qđ
ab illis posset discere, prædicationis officiũ fuisset i-
peditũ. Oportebat.n. illos quaqua uersum dissemi-
nare uerbũ. Has ob res hic beatus spiritu doctrinæ
ferũs, protinus aggressus est homines barbaros &
agrestes, uitæ genus suscipiens multis laboribus ac
periculis obnoxiũ. Iam mihi cõsidera illius mode-
stiã. Cum dixisset, *Abii in Arabiam*: subiunxit, *Et iterũ
reuersus sum Damascum.* Non commemorat sua præ
clara facta, neque quos edocuerit, neque quã mul
tos. Atq; adeò mox ut baptizatus est, declarauit hu
iusmodi zelũ, ut non solũ confunderet Iudæos, sed
ad tantam iracundiã prouocaret, tum Iudæos tum
gentes, ut ipsi struxerint insidias, conatiq; sint è me
dio tollere. Quod haudquaquã accidisset, nisi credẽ
tibus magnã adiunxisset accessionẽ. Cum enim do
ctrina superarentur, restabat ut ad cędem sese uer-
terent. Quod quidẽ euidens erat argumẽtũ Pauli-
næ uictorię. At nõ passus est Christus illũ interimi,
B seruans eum prædicando euangelio. Cũ posset igi-
tur multa cõmemorare de rebus ab ipso præclarè
gestis, nihil tamen eorũ narrat. Sic & omnia q̃ dicit,
non ambitionis gratia dicit, neq; quòd cæteris Apo-
stolis præstantior habeatur, neq; quòd ægrè ferret
ipsius dignitatem eleuari: sed quòd metueret, ne qd
1.Co.15.b hinc detrimenti accideret p̃dicationi. Nam & abor
&.1.Ti- tiuũ seipsum appellat, & omniũ peccatorũ primũ,
mo.1. ac postremũ apostolũ, & huius honore nominis in
dignũ. Atq; hæc dicebat, cum plus omnibus labo-
rasset. Quod quidẽ præcipuum est modestiæ docu
mẽtũ. Etenim cum qui sibi nullius bonæ rei con-
scius est, submissè de seipso loquitur, prudẽs est, nõ
modestus. Atqui post tot emeritas coronas talia lo
quitur, ille nouit quid sit modestia. *Et iterũ reuersus
sum*, inquit, *Damascum.* Iam quã multa uerisimilè est
1.Co.11.g eũ illic egisse. De hac ciuitate refert quòd eã præfe-
ctus cui rex Areta gẽtis eius curã delegarat, custo-
dierit, cupiens ipsum comprehendere. Quod quidẽ
maximũ argumentum erat, illum acriter magnaq;
ui uexare Iudæos. Verũ horum nihil hìc cõmemo-
C rat. Ac ne illic quidẽ ea commemoraturus erat, sed
reticuisset, nisi dum perspexisset tempus illud eã hi
storiã postulare. Sic igitur & hìc dicẽs se isse ac redi
sse, præterea nihil addit eorũ quę illic gesta fuerant.
Caue. *Deinde post tres annos ascendi Hierosolymã, ut uiderem
Petrũ.* Quid hoc animo posit esse modestius? Post
tanta taliàque benefacta, cum nihil opus haberet
Petro, nec illius egeret uoce, sed honore par esset illi,
nihil enim hic dicã amplius, tamen ascendit uelut
ad maiorẽ ac seniorem, solúsque Petri conspectus
cõmouit illũ, ut eò proficisceretur. Vides quemad-
modũ illis tribuit congruentẽ honorẽ, neq; solũ nõ
ducit seipsum illis meliorẽ, uerũ ne parẽ quidẽ esse
putat: id quod ex ipsa profectione liquet. Sicut.n.
nunc multi fratrũ nostrorũ ad uiros sanctos profi-
ciscuntur, eodẽ affectu tunc Paulus ad Petrum pro
fectus est. Quin potius erat hoc multo submisius,
quod fecit Paulus. Nam isti nũc utilitatis suæ gra-
tia suscipiunt peregrinationẽ, at tum beatus ille nõ
ut disceret aliqd ab illo, neq; ut correctionẽ aliquã
acciperet, profectus est: sed tãtũ ut uideret eũ, suaq;
præsentia honoraret. *Vt uiderem*, inqt, *Petrum ascẽdi.*
Nõ dixit idim, id est ut cernerẽ Petrũ: sed historęsæ

id est, ut uiderem: quo loqui solent, qui magnas ac D
splendidas urbes inuisunt cognoscẽdi gratia. Adeò
iudicabat operæpretium multoq; studio dignum
tantummodo uidere uirũ. Idem autem ex ipsis
factis perspicuũ est: proficiscens.n. Hyerosolymã,
cùm multas iam nationes conuertisset ad euange-
liũ, tãtasq; res gessisset, quãtas cæterorũ nemo ges-
serat Pãphyliã, Lycaoniã, Cilicum gentẽ, omnes qui
illam orbis partem habitant, ad rectã uitam insti-
tuisset, Christoq; lucrifecisset, primũ quidem ingre
ditur ad Iacobũ, plurima cũ modestia uelut ad ma
iorẽ & honoratiorẽ. Deinde consulentẽ sustinet, &
consulentem contraria iis, quæ nunc tractat. Vides *Acto.21.d*
ne, inquit, frater quot milia sunt Iudæorũ qui credi
derunt? Itaque rade caput & purifica teipsum. Ra-
sit caput omnesq; ritus Iudaicos peregit, eo quòd
hic nõ lędebatur euangeliũ, oibus erat submissior.
Cæterũ ubi cõspexit nonullos ex hac modestia lę-
di, nõ amplius usus est hac immodica modestia. Iã
enim hoc fuisset nõ præstare modestiã, sed inficere
corrũperęq; discipulos ipsi subditos. *Et mansi apud*
illũ diebus quindecim. Itaq; quòd ad illum profectus E
est, declarat multũ honorem erga apostolos. Porrò
quòd ibi tot dies cõmoratus est, amicitiã ac uehe-
mẽtissimã arguit charitatẽ. *Aliũ uerò apostolorũ uidi
neminẽ, nisi Iacobũ fratrẽ domini.* Vide ut maiorẽ be-
neuolẽtiã habuit erga Petrũ. Huius enim causa pe-
regrinationẽ susceperat, & apud eundẽ commora-
tus est. Hæc & dico frequenter, & uos memoria te-
nere uolo, ut siqua audieritis, quę aduersus Petrũ
dicta uidebuntur, nequis suspectũ habeat Paulum
apostolũ. Siquidẽ hanc ob causam & ipse hęc lo-
quitur, præueniẽs, ut talẽ corrigat suspicionẽ, ueluti
cum dicit, Restiti Petro, nequis hæc uerba putet es *Inf*
se simultatis aut cõtentionis. Nam & honorat uirũ,
& diligit plus omnibus. Nec enim ob ullũ aliorum
apostolorũ narrat se ascendisse Hierosolymam, sed
propter hunc solũ. Cæterorum autẽ, inquit, aposto-
lorũ uidi neminem, nisi Iacobũ. Vidi, inquit, non
doctus sum. Sed uide quãto cũ honore & hũc no
minauit. Non.n. simpliciter dixit Iacobũ: sed magni
ficũ illud elogiũ addidit, fratrẽ domini. Vsq; adeò
liber erat ab omni liuore. Etenim si tantũ indicare F
uoluisset de quo loqueretur, poterat alia nota de-
clarare, si dixisset, Iacobũ Cleopæ, quod cognomẽ
posuit euangelista. Verũ non ita loquutus est, sed
quoniã existimabat honoris titulos apostolorum
esse proprios, ueluti seipsum honestans, ita & illum
ueneratur. Non enim appellauit eum Iacobũ Cleo *Iacobus*
pæ, ut dicebam, sed qũo: fratrẽ domini. Atqui nec *Cleopæ.*
frater erat domini iuxta carnem, sed esse putaba-
tur. Attamen ne id quidẽ auertit Paulũ, quò minus
adderet uiro dignitatis titulũ. Quin & aliunde mul
tifariam ostendit Paulus se tam syncerè erga apo-
stolos affectum fuisse, quã illo dignum erat. *Quæ*
aut ẽ scribo uobis, ecce coràm deo quòd non mentior. Vi-
des in omnibus similiter elucentẽ huius sancti ani-
mi modestiã. Nec enim aliter quàm si apud tribu-
nal periclitaretur, essetq; perpessurus sententiam ac
pœnam, ita studuit excusare sese. *Deinde ueni in re-
giones Syriæ & Ciliciæ*, post eaquã Petrum uidissem.
Rursus incipit narrare de certamine, quod proposi
tũ est, Iudæã quidẽ non attingens, tum quòd ad gẽ
tes missus esset, tũ quòd noluerit super alienũ fun-
damentũ ædificare. Cuius rei gratia ne simplici qdẽ

G cõgressu uiderat cæteros apostolos. Idcp perspicuũ est ex his quæ sequuntur. *Eram enim*, inquit, *de facie ignotus ecclesiis Iudææ: tantũ audierant, is qui aliquãdo persequebatur, nos, nũc annũciat fidẽ, quã pridem expugnabat.* Quid hoc animo posit esse modestius? Nã cum exponeret ea, quæ faciebant ad ipsius accusationẽ, ueluti quòd persequutus esset ecclesiam dei, quòdque expugnaret eã, hæc multa cũ exaggeratiõe protulit, traducẽs suã ipsius uitã prius acta. Cæterũ quæ demõstratura fuerant ipsius splendorem, ea prætercurrit, cum posset, si uoluisset, omnia sua præclara gesta commemorare: nihil horũ refert, sed unico uerbo pelagus immensum præteruectus, dicit: Veni in regiones Syriæ & Cilicię, & audierant, is qui persequebatur nos aliquando, nũc prædicat fidem, quã pridẽ expugnabat, nec præterea quicquã addidit. Quid aũt sibi uult, cum ait, Ignotus eram ecclesiis Iudææ? ut scires, adeò Paulum nõ prædicasse Iudæis circuncisionem, ut ipse ne de facie quidẽ fuerit illis notus. Et *glorificabant in me deũ.* Contem
H plator & hic regulã Paulinæ modestiæ, quantóque studio eam obseruet. Non. n. dixit, admirabantur me, laudabant me, stupebant: sed declarauit totũ hoc esse gratiæ, dicens: Deum glorificabant in me.

Cap. II. Deinde *post annos quatuordecim ascendi Hierosolymam una cũ Barnaba assumpto simul & Tito. Ascendi autem iuxta reuelationẽ.* Prioris ascensionis causam Petrum ait fuisse, utcp illũ uideret, ut aũt iterum ascẽderet, in causa fuisse reuelationẽ spiritus. *Et contuli cum eis euangelium, quod prædico in gentibus. Seorsum autẽ iis, qui uidebantur esse alicuius existimationis, ne fortè in uanũ currerẽ, aut cucurrissem.* Quid ais Paule? Qui initiò nolebas conferre, necp per annos tres, peractis quatuordecim annis tum demũ confers, ne fortè in uanum curreres? At quãtò præstiterat istud protinus in initio feciſſe, q̃ post tot annos? Quur autẽ currebas, si non persuasum habebas, te non in uanum currere? Et quis tam excors est, ut tot annos prædicet, ignarus an rectè prædicet? Iam illud hoc ẽt multò perplexius est, quod ait se iuxta reuelationẽ ascẽdisse. Hoc est perplexius, ut dicebam, priore: sed tamen idoneus qui nobis & illius porrigat solutionẽ. Nam si sua sponte ascendisset, ne id quidẽ ullo pacto consentaneũ esset rationi. Non enim erat illius beatæ animæ in tantã delabi amentiam. Siquidem ipse est qui dicit: Sic curro, ut nõ in incertũ: sic pugilem ago, nõ ut aërẽ uerberans. Quòd si curris nõ in incertũ, qũo dicis, ne fortè in uanũ currerẽ, aut cucurrissem? Vnde perspicuum est, quòd etiam si ascendisset absq; reuelatione, accidisset illi qđ impru dentibus solet accidere: attamen casus non fuisset perinde absurdus. Cæterũ posteaquã illum spiritus ducit gratia, quis deinceps ausit aliquid tale suspicari? Nam hanc ob causam & ipse addidit illud, iuxta reuelationẽ, nequis ante quæstionis solutionem, condemnaret illũ insciticæ, nimirum sciens non esse humanum quod geritur, sed diuinæ dispensationis multa prouidentis, & de præsentibus, & de futuris. Quæ tãdẽ igitur huius peregrinationis causa? Quẽadmodũ cum prius ascenderet ex Antiochia Hierosolymam, non sua sponte ascendit, (nã ipse planissimè nouerat, simpliciter ac merè Christi decretis hærendũ esse) sed cupiens eos qui dissidebãt, redigere in concordiã: Similiter & nunc non ipsi fuit opus discere, an in uanũ cucurrisset: sed ut iis qui ip

1.Co 9. d

Alludit ad prouerbiũ Stultus factũ cognouit.

sum accusabant, ad plenũ persuaderetur. Quoniã K
enim magnificentiorẽ de Petro & Ioanne opinionẽ haberent, putarentcp apostolos inter sese dissidere, propterea quòd hic prædicaret euangelium absque circuncisione, illi contrà permiterent eam, atcp hinc existimabãt Paulũ aduersum legẽ agere, & in uanũ currere: *Ideo ascendi*, inquit, *& cõtuli cũ illis euãgeliũ*: non ut ipse quicquã discerẽ: quod ipsum post apertius dicit, sed ut docerẽ eos, qui hęc susꝑcantur, me non in cassum currere. Spiritus enim qui præuiderat hãc contentionem oriturã, procurarat ut Paulus illuc ascenderet & conferret. Ideo dixit, scđm reuelationem ascendi, eademcp de causa Barnabam ac Titũ sibi adiunxit, testes futuros eorũ, q̃ Paulus prædicasset. *Et contuli*, inquit, *cũ illis euangeliũ, quod prædico in gentibus, hoc est, sine circũcisione. Seorsum aũt qui uidebãtur alicuius existimationis.* Quid significare uoluit, dicendo, seorsum? At qui cõia dogmata studet corrigere, nõ seorsum, sed in publicũ ea proponit. Paulus aũt non ita. Non enim cupiebat aliquid discere, corrigeréue suorum dogmatũ, sed occasionẽ adimere cupientibus alios decipere. Cũ. n. Hierosolymis offenderentur oẽs, siquis transgrederetur legem, siquis prohiberet circuncisionem, unde & Iacobus dicebat: Vides frater quot milia sunt Iudæorũ qui crediderũt: & hi omnes audierũt de ta quòd defectionẽ doces à lege. Cũ igitur offenderẽtur, palàm quidẽ accedere suamcp prædicationẽ aperire nõ sustinebat, sed seorsum cõtulit cũ his, qui erãt alicuius opinionis, præsentibus Barnaba ac Tito, ut hi apud eos, q ipsum criminabãtur, forent idonei testes, ne apostolis quidẽ usum, Pauli prędicationẽ in gẽtibus peractã pugnare cũ apostolorũ snia. Porrò quòd ait, qui uidebantur alicuius existimationis, non ideo dicit, ut detrahat eis suã magnitudinẽ: quando quidẽ de seipso quoq; loquitur, Videor aũt & ipse mihi spiritũ dei habere: quod uti que est modestè loquentis, nõ abnegantis se habere. Hoc pacto & hic dixit, qui uidebantur, suũ iudicium cũ publico omniũ iudicio coniungens. *Sed ne Titus quidẽ, qui mecũ erat, Cũ Græcus esset coactus est circuncidi.* Quid est, cũ Græcus esset? E Græcorũ, inqt, hoc est, è gentiũ erat genere, præputiũ gerens. Non M
enim ego solũ ita prædicaui, uerũ etiã Titus ita fecit: quẽ cũ esset Græcus, apostoli non compulerũt circuncidi. Quod quidẽ certissimũ erat argumentum, illos non damnare, quæ à Paulo dicebantur ac gerebãtur. Et quòd hoc quoq; multò maius est, cũ urgerent aduersarij, eaq; scirent, ne sic quidẽ apostoli per eos huc adacti sunt, ut iuberẽt eũ circũcidi. Id qđ ipse declarat dicẽs: *Sed ꝓp subintroductos falsos fratres.* Qui sunt isti falsi fratres? si quidẽ hinc nõ mediocris existit q̃stio. Nã si apostoli permittebãt circuncisionẽ, quare nũc falsos fratres appellat eos, qui & ipsi secundũ apostolorũ sentẽtiam iubebant hoc fieri? Primũ quia nõ est idẽ iubere ut fiat, & qđ fit permittere. Etenim q pręcipit, is studiosè seriocp ceu rem necessariã ac prędipuã agit. Verũ qui cum ipse nõ prącipiat, tamen non prohibet uolẽtem, is non concedit, ut rẽ factu necessariam, sed dispensatiõnẽ quandã implet: Quale quiddã & in epistola ad Corinthios Paulus scripsit dicens: Ne fraudetis uos inuicem, nisi fortè ex consensu ad tẽpus, ac rursum conuenite in unum. Loquitur autem uiris & uxoribus. Deinde ne putares eum hoc illis pro lege

1.Co. 7.g

1.Cor.7.b

A scribere, subiunxit, Hoc autem dico secundum indul
1.Co.7.b gentiam, non secundum imperium: eò quòd hoc nõ esset principale iudiciũ authoritatis ipsius, sed indulgentia erga illorum incõtinentiam. Eóque dicit, pro
Ibidem. pter incontinentiam uestram. Nã si Pauli sentẽtiam cupis cognoscere, audi quid dicat: Volo omnes homines esse, ut ipse sum. Itidẽ & hic accidit, Apostoli non ut legis defensores hoc concedebant, sed obsecundãtes infirmitati Iudaicæ. Alioqui si legẽ tueri uoluissent, haudquaquã alio modo ꝑdicassent Iudæis, alio gẽtibus. Etenim si res eiusmodi fuisset, ut ab insidelibus necessariò fuerit obseruanda: perspicuũ est etiam ab omnibus fidelibus obseruandã fuisse. Contrà, si decretum illis est, nequis gentibus harum rerũ gratia molestus esset, satis declararunt se hoc Iudęis morem gerendo permisisse: at falsi fratres non eodẽ modo, sed hoc agebãt ut eos excluderẽt à gratia, ac denuò in seruitutis iugũ pertraherent. Hoc igitur est primum discrimen inter apostolos & falsos fratres, longo interuallo alteros ab alteris dirimens. Alterũ
B erat, quòd apostoli id faciebant in Iudæa, ubi lex uigebat. Cæterũ falsi fratres nusquam hoc non faciebant. Nam & Galatas omnes attigerant. Vnde dilucidum est, hoc non factum ædificationis gratia, sed ad subuertendum totum euãgelij negotiũ. Aliter ab apostolis concedebatur legis obseruatio, aliter à falsis fratribus studiosè curabatur. *Qui subintroierunt, ut explorarent libertatem nostram, quã habemus in Christo Iesu.* Vides ut exploratorũ appellatione expresit bellũ eorũ? Exploratores. n. ob nihil aliud ingrediuntur, nisi ut cognitis rebus aduersariorum, ipsi sibi facillimũ aditũ parent ad expugnandũ capiendumcp, quemadmodum & illi tum faciebant, studentes eos in ueterem retrahere seruitutẽ. Vnde uel hinc liquet, non idem fuisse propositũ apostolis & istis, imo magnopere diuersum. Illi siquidem cõcedebant, ut eos paulatim eximerent è seruitute: isti cõtrà hoc moliebantur, ut eos in grauiorem pertraherent seruitutẽ. Eóque clàm obseruabant, attentè circũspicientes, & curiosè disquirẽtes qui nã haberent pręputiũ, quod & Paulus declarans ait: Subintroierũt, ut explorarẽt libertatem nostram. Non tantũ exploratorum uocabulo,
C uerũ etiam ex eo quòd clàm ingressi sunt, seꝙ furtim intro sùbmiserunt, demonstrauit eorum insidias. *Quibus nec ad horam cessimus subiectione.* Vide sermonis artificium ac significantiam. Non dixit, cessimus uerbo, sed subiectione. Non enim id faciebant, ut aliquid frugiferum docerent, sed ut eos subigerẽt, & in seruitutem pertraherent. Idcirco apostolis qui dẽ cessimus, istis uerò nõ amplius cessimus: *Vt euangelii ueritas maneret apud uos.* Vt, inquit, quod prius uerbis prædicaueramus, factis confirmaremus, nimirũ
2.Co.5. d quòd uetera transierũt, & noua facta sunt oia: & qđ
Infr.6.d. si quis est in Christo, noua est creatura: & quòd his
Ibid.5.a. qui circunciduntur, Christus nihil proderit. Hãc ueritatem confirmantes, nec ad horã cessimus. At mox quoniã protinus obstabant illa q̃ faciebãt apostoli, eratcp uerisimile futuros aliquos qui dicerẽt. Qui sit igitur, ut hęc illi prącipiant? Vide quàm sapienter solUit obiectionem. Nõ enim explicat uerã causam, ui
Dissimulatio Pauli. delicet quòd id facerẽt Apostoli, quò morẽ gererẽt Iudæis: nec hoc fuisse iudicij illorum, sed dispensationis. Hãc enim si protulisset, offensi fuissent audiẽtes. Oportet. n. dispensationis iguorare causam ad quos sit aliquis ex ea fructus rediturus. Nã si pateat causa

D eorũ quæ fiunt, tota perierit utilitas. Quapropter ipsum quidẽ, qui dispensationẽ adhibet, scire causam oportet eorum quę geruntur: cæterũ eos quibus est profutura dispensatio, hanc oportet ignorare. Atcp ut magis fiat dilucidum quod dico, ex hoc ipso argumento sumemus exemplũ. Hic ipse beatus Paulus, qui tollit circũcisionẽ, quũ Timotheũ esset missurus *Act.26.a.* ad docendum Iudæos, prius illum circuncidit, atcp ita misit. Id aũt faciebat, quò doctor esset acceptior apud auditores, & ingressus est cũ circuncisione, ut abrogaret circuncisionẽ. Atcp huius facti causam ipse quidẽ cũ Timotheo nouerat, discipulis autem ne quaquã aperuit. Etenim si nouissent quòd illũ hoc aio circuncidisset ut circuncisionem abrogaret, nec audissent omnino Timotheũ cõcionantẽ, totumcp lucrum & utilitas perisset. Nunc uerò hæc ignorantia maximã illis attulit utilitatem. Dum. n. arbitrantur illum seruandæ legis studio hoc facere, bneneuolis animis placidecp, tũ ipsum doctorẽ, tum eius doctrinã excipiũt. Qua recepta, ac paulatim eruditi, recesserunt à prioribus. Quod haudquaquã euenisset, E
si initio causam nouissent. Etenim si nouissent, auer sati fuissent illũ, auersantes autem nequaquã auscultassent. Si non auscultassent, perseuerassent in errore pristino. Id uerò ne fieret, nõ aperuit causam. Proinde nec hic aperit dispensationis causam, sed alia uia rẽ aggreditur, ita loquens: *Ab iis uerò qui uidebantur esse aliquid, quales aliqua do fuerint, nihil mea refert, persona hominis deus non accipit.* Hic non solũ non excusat apostolos, uerũ ẽt uehemẽter grauat sanctos, ut prosit infirmis. Tale autẽ est qđ dicit: Et si illi permittunt circuncisionẽ, ipsi deo reddituri sunt rationem. Non. n. quia magni sunt, ac dignitate præeminẽtes, deus personã illorum accipiet. Necq; tamen hic apertè loquutus est, sed moderatius. Nã non dixit, Quòd si illi turbant prædicationẽ, præterea quæ mandata sunt ꝑdicantes, luent extrema supplicia. Nihil inquã horum dixit, sed reuerentius uidetur illos attingere loquens hunc in modum: Ab his autẽ qui uidebantur esse aliqd, quales aliquãdo fuerint. Nõ dixit, quales iam olim sunt, sed quales fuerint: nimirum declarans, quòd & illi iam desiissent hoc modo ꝑdicare, ut F
pote iam ubicp coruscante euangelio. Cæterũ quod ait, Quales aliquando fuerint, hoc declarat: Si sic, inquit, prædicauerunt, ipsi reddent rationẽ. Non. n. hominibus, sed deo sunt rationẽ reddituri. Hæc autem dicebat, non uelut ambigens aut ignorãs, quid quo aio facerent illi, sed ut dicere cœperã, quòd expedire iudicaret, ut hac uia rem aggrederetur. Deinde ne ueluti diuersę factionis uideretur illos accusare, & hinc oriretur contentionis ac dissidij suspicio, mox correctionem adiunxit, dicẽs: *Mihi enim qui habebantur in pretio, nihil contulerunt.* Quid autẽ hoc est? Quæ uos dicitis, inquit, nescio: illud certò scio, quòd mihi nõ modò non sunt aduersati, uerũ etiam consspirarunt mecũ, concordiacp sociati sunt. Id enim declarat, cũ ait, Dextras dederunt. Verũ nondum hoc dicit, sed illud tantũ dicit, quòd non docuissent, nõ correxissent, necq; quicquã addidissent iis quæ prius seiuerat. *Mihi enim*, inquit, *qui erant in precio, nihil præterea cõtulerunt:* Hoc est, posteaquàm cognouerant quę prædicarem, nihil adiecerunt, nihil inde correxerunt: idcp cũ scirent, me ea gratia uenisse Hierosolymã, ut cum ipsis communicarem. Nã iuxta reuelationẽ spiritus
Hic sup.a accesseram, ut cum illis communicarẽ, ac Titum in-

G circuncisum habebā mecum. Itaq; nec illi mihi quicquam dixerunt ultra ea, quæ prius scieram, nec illū circuncidi. *Sed contrà.* Quid est contrà? Quidam hoc sentire Paulū dicunt, quòd non solū ipsum nihil docuerint, uerū etiam ab ipso docti sint. Ego uerò nequaquam hoc dixerim. Quid enim ab illo præterea erant docendi? quando quidē unusquisq; illorū perfectus erat. Non igitur hoc sentit, quū ait, Cōtrà: sed illud potius uult dicere, quòd non solū nihil reprehēderunt, uerū in tantum abfuerunt ab incusando, ut comprobarint etiam. Nam comprobatio contraria est incusationi. Mox quoniam coniectandum erat, dicturos aliquos: Si cōprobarunt, quare non sustulerunt circuncisionē? Nā si comprobarunt, tollenda erat. Hic si dixisset, sustulerunt, iudicabat nimis inuerecundū fore, atq; hinc oriturā pugnam manifestā aduersus ea quæ confessus fuerat. Rursus si confiteretur concedendā esse circuncisionē, uidebat necessario fore, ut in aliā incideret obiectionē. Si enim, inquient, comprobarunt tuam prædicationē, quū cōtrà permiserint circuncisionem, ipsi secum pugnant.

H Quo pacto igitur hic soluitur nodus? Dicere poterat quòd ista fecissent, morē gerentes infirmitati Iudaicæ. Verùm hoc dicendo totū dispensationis fundamentū conuulsisset, eoq; non dicit hoc, sed reliquit in dubio, atq; in ancipiti dicens: Ab iis autē qui uidebātur esse aliquid, nihil mea refert: perinde quasi diceret, Non accusor, neq; sugillo sanctos illos. Sciunt ipsi qd fecerint. Deo siquidē reddituri sunt rationē. Quod autē hic demonstrare studeo, hoc est, quod à me gesta non resciderunt neq; correxerūt, neq; qpiam addiderunt, quasi quicquā illis deesset, uerùm etiā comprobarūt & assensi sunt. Atq; huiusce rei testes habeo Titū ac Barnabam, unde subiicit dicens: *Quum uidissent mihi commissum euangelium præputij, quemadmodum Petro circuncisionis, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis.* Circuncisionē & præputium dicens: non res ipsas, sed gentes hac nota distinctas, Subiungit igitur, *Qui enim operatus est in Petro, in apostolatum circuncisionis, operatus est & in me inter gentes.* Quemadmodū igitur pputii nomie designat gētes, ita & circuncisionis nomine Iudæos. Iamq; se cæteris honore parē ostendit, nec se reliquis illis, sed ipsi summo comparat, declarans, quod horū unusquisq; parē sortitus sit dignitatē. Posteaquā enim argumētis declarauit apostolorum inter ipsos concordiam, quod superest sumpta fiducia liberè prosequitur: ne que iam solū puenit usq; ad apostolos, sed ad Christum ipsum deducit sermonē, adq; gratiā ipsi ab illo donatā, quarū rerum testes citat apostolos dicens: *Vbi cognouissent gratiam dei quæ data est mihi, Iacobus, Cephas, & Ioannes.* Non dixit postquā audissent, sed cognouissent: hoc est, ex ipsis didicissent factis, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis. Vides ut paulatim demōstrarit, hoc & Christo uisum & apostolis. Neq; n. data fuisset, neq; in illo fuisset operata gratia, ni prædicationē eam cōprobasset. Ac Petri quidem solius meminit, ubi se cogitur cum illis conferre. Cæterùm ubi citandum est testimonium, trium pariter facit mentionē, idque nō sine laudis elogio: Cephas, inquit, Iacobus & Ioannes, q uidebātur esse columnæ. Nec rursus dicit, uidebātur, quod tolleret rei ueritatē, sed aliorum quoq; assumit sententiā dicens: Qui magni sunt & eximii, quós que oēs ubiq; celebrāt, huiusmodi testes sunt eorum quæ dico, qd eadem placent & Christo, quódque hæc ex ipsis rebus cognouerunt, ipsaque rerū experiētia commoti sunt ut crederent: *Ideoq; & dextras mihi dedere, nō mihi tantū, sed & Barnabæ, ut nos quidē ad gētes, ipsi uerò in circuncisionem.* O prudentiam eximiā, ô concordiæ demonstrationē irrefutabilem: ostendit & illorū dextrinam ipsius esse, & ipsius doctrinam illorum esse. Eadem enim utriq; placebant: uidelicet ut & illi sic prædicarent Iudæis, & hic gentibus. Eóque subiecit, ita loquens: Vt nos quidē in gētes, ipsi uerò in circūcisionem. Vides quòd hic quoq; circuncisionem appellat, nō rem ipsam, sed Iudęos. Quoties enim rem ipsam sentit, addito cōtrario discernit, ipsumque nominat præputium, ueluti quum ait: Circuncisio quidem prodest, si legem obserues. Quòd si trāsgressor legis fuerit, circuncisio tua præputiū facta est. Ac rursum: Neq; circuncisio quicquā ualet, neq; præputiū. Cæterū ubi sic appellat Iudæos, nec rē intelligi uult, sed populum: non opponit præputium, sed gentes. Etenim uelut è regione discernuntur, Iudæi quidē à gentibus, à circuncisione uerò præputiū. Quemadmodū quū superius diceret q operatus est in Petro ad apostolici muneris functionem in circuncisione, operatus est & in me inter gentes & hìc rursus, Nos inter gentes, ipsi uerò in circūcisionē, non rē ipsam, sed Iudæorū populū sic appellans, distinguens eum à gentibus. *Tantū ut pauperum memores essemus, quod ipsum etiam studui facere.* Quid tandem est hoc quod dicit? In prædicandi, inquit, munere, partiti sumus inter nos orbē terrarū. Atq; ego quidem eos qui ex gētibus sunt, illi uerò Iudęos sortiti sunt, iuxta dei placitum. Cæterū curam pauperū qui sunt apud Iudęos ego ex meipso iunxerā cum illorū uoluntate. Quòd si bellum fuisset inter eos & contentio, nequaquam hoc illi recepissent. Qui sunt autē isti pauperes? Pleri que Iudæi qui crediderant in Palæstina, facultatibus omnibus erāt exuti, ac per oēs regiones disiecti exulabant. Quod quidē & in epistola ad Hebræos scripsit dicens: Nam bonorum uestrorum rapinā, cum gaudio susceptistis. Declarat idem & Thessalonicēsibus scribens, ac fortitudinem illorū prædicans: Vos enim, inquit, imitatores facti estis ecclesiarū dei, quę sunt in Iudæa: quoniā & uos eadem passi estis à propriis contribulibus, quemadmodum & illi à Iudæis: omnibusq; modis ostēdit, quod ij qui ex gentibus crediderant, non perinde oppugnabātur à Græcis, quemadmodū ij qui ex Iudæis crediderant, à suæ gētis hominibus uexabantur, sed hæc gens cæteris oībus erat atrocior: eoq; summa solicitudine, modis oībus curā illorū gerunt, atque ob hoc ipsum & Romanis p̄cipit & Corinthiis, neq; solùm colligit pecunias, uerū etiam ipse eas perfert, dicens, Nunc autem proficiscor Hierosolymā, ministraturus sanctis. Nā & ad uictum necessariis egebant. Quod igitur hic significat illud est: Hac in re mihi uisum est illis opitulari, quod ut recepi, ita non cessaui in suscepto negotio. Ac postquā ostendit suam, cum apostolis cōcordiā cōsensumque, cogitur deinceps & disceptationis cum Petro Antiochiæ habitæ mentionem facere, dicens: *Quū autem uenisset Petrus Antiochiam, in faciē illi restiti, quoniam reprehēsus erat. Priusquā enim uenissent quidā à Iacobo, simul cū gentibus edebat. At postquā uenissent, subduxit ac separauit seipsum, metuēs eos qui erāt ex circuncisione.* Multi qui parum attentè legunt hunc epistolæ locum, existimant Petrū à Paulo insimulari

Paulus honore par Petro

I

Mat.16.c
Ma.17.et
Mar.9.a
Mat.16.d
Rom.2.d
1.Co.7.d
Ibi.14.d
L
1.Co.16.a
Rom.15.f
Hebr.10 g.
1.Thess.1 c.
M

A de simulatione. Verū hoc non ita se habet, non ita se habet inquam. Absit ut ita sit. Multam enim hìc cōperimus tum Petri tū Pauli prudentiam in hoc adhibitam, ut clàm tectēq; prodessent audiētibus. Sed prius dicēdum est de Petri fiducia, & quomodo hic unus ante cæteros discipulus solitus sit profiteri, quā doquidem etiā cognomen sortitus est, ob immutabilem & immobilem fidē. Quū enim omnes essent interrogati, hic ante cęteros prosiliens, Tu es, inquit, Christus filius dei uiui: quo tempore illi & claues regni cœlorū concreditæ sunt. Præterea in monte solus extitit qui loqueretur. Ad hæc quum de cruce fieret setmo, cæteris tacētibus ipse dixit, Propitius esto tibi. Quanquam autem hæc uerba non erant circunspectæ mentis, erant tamen feruidæ charitatis. Quin & in cęteris oībus, uidemus illum aliis feruidiorem, & ad pericula præsilientem. Ita quum dominus uisus esset in littore, cæteris nauim trahētibus ipse non sustinuit nauigio accedere. Iam & post resurrectionē Iudæis uociferantibus insanientibusq;, ac discipulos discerpere quærentibus, primus accedēs ausus est in uocē erumpere ac dicere, quòd ille crucifixus assum

B ptus esset, iamq; in cœlis ageret. Aliud est autē, ostiū clausum recludere, ac negotio dare principiū: aliud post deinceps confidenter agere. Itaq; qui suā, ipsius animā tā numeroso populo exposuerat, quomodo simulasset unquā? qui flagellatus, q uinctus, nihil de sua fiducia uoluerit remittere, idq; tū in ipso statim prædicationis initio, tū in media metropoli, ubi tantum erat discriminis: quomodo post tantū temporis Antiochiæ, ubi nullum erat periculum, quū iam ipsis factis comprobatus ac spectatus esset, eos q ex Iudæis crediderāt, formidasset? Qui Iudæos ipsos nō metuerat, & in principio, & in ciuitate primaria: quī consentaneum est, ut post tantū temporis, quum esset in aliena ciuitate, eos qui ab illis defecerāt, metuerit? Non igitur hæc dicens Paulus, aduersus Petrū loquitur, sed quo cōsilio dixerat illud, Ab his autē qui uidebantur esse aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea refert, eodem & hæc loquitur. Verū ne diutius his de rebus dubitemus, eorum quæ dicta sunt, causam oportet explicare. Apostoli quemadmodū dicere cœperāt, Hierosolymis quidē permittebant, circuncisionē: non.n. poterant subito à lege reuelli.

C Vbi uerò uenissent Antiochiam, iam nihil istarū rerum obseruabant, sed cū his qui ex gentibus crediderant, indifferenter uiuebant: quod sanè & Petrus tū faciebat. Vbi uerò uenissent ex urbe Hierosolymarū, qui uiderant eū ibi sic prædicantem, non ulterius tē tabat idē facere, metuens ne illos offenderet: sed secesśit, hic duo per dispensationem agens, alterū ne offenderet eos qui erant ex Iudęis, alterū ut Paulo iustam præberet occasionem increpandi. Etenim si ipse qui Hierosolymis p̄dicarat cū circuncisionis permissu, Antiochiæ secessisset: uisus fuisset iis qui ex Iudæis crediderant, Pauli metu id facere, ac Petri nimiā facilitatem reprehendissent discipuli: quæ res nō mediocre perperisset offēdiculū, quanquam Paulo quē nihil latebat, suo discessu nullam huiusmodi p̄buisset suspicionē: nouerat enim quo animo hæc fierēt. Vnde & Paulus obiurgat, & Petrus sustinet, ut dum magister obiurgat° obticescit, facillimè discipuli mutarent sententiā. Nā si Paulus, quum tale nihil accidisset, admonuisset: nihil magni fecisset. Nunc uerò quoniam nactus occasionem acrius increpauit, maiorem Petri discipulis timorem iniecit. Quòd si Petrus D hæc audiens cōtradixisset, meritò quis eum culpare potuisset, quòd dispēsationem subuertisset. Nunc uerò dum alter obiurgat, alter obticet, multis timor in *Colosſ. 3.* cutitur iis, qui ex Iudæis crediderāt: eoq; uehemētius *a.* tractat Petrum. Vide autem quanta circunspectione *Rom. 6.a* sermonem temperat, prudētibus subindicās, ea quæ loquitur non esse dissidii, sed dispensationis. *Quum enim, inquit, Petrus uenisset Antiochiā, in faciē illi restiti, quoniam reprehensus erat.* Non dixit, reprehensus à me sed simpliciter, reprehensus: haud dubium quin ab aliis. Nā id aliunde subaudiendiū est. Quòd si ipse reprehendisset illum, haudquaquā ueritus fuisset hoc dicere. Quò autem dixit, cata prosopon, id est, iuxta faciē: perinde est quasi dixisset, in speciem. Etenim si uerè fuisset inter ipsos contentio, nequaquā præsentibus discipulis se inuicem increpassent. Graui enim illis fuissent offendiculo. Nunc autem utilis erat palàm in speciem adhibita dissensio. Et quemadmodū Paulus Hierosolymæ cessit illis, ita iidem Paulo cesserunt Antiochiæ. Quæ nam igitur erat reprehensio? *Supr.1.d* *Priusquā enim uenissent quidā à Iacobo (Recte: Nā ipse fuerat doctor Hierosolymis) simul cū gentibus edebat. postquā autē uenissent, subtraxit ac subduxit sese, metuens eos* E *qui erant ex circuncisione.* Non hoc metuens, ne ueniret in discrimen. Nam qui in initio nō metuerat, multò minus tum metuisset. Verū illud metuebat, ne deficerent. Quandoquidē & ipse Paulus loquitur Ga- *Infr.4.b* latis, Timeo de uobis, ne frustra laborauerim. Ac rursum: Timeo ne quemadmodum serpens decepit He- *2.Co.11.a* uam, corrūpātur sensus uestri. Apud illos igitur mortis metus nihil erat, uerùm metus ne perderent suos discipulos, uehementer cōcutiebat illorum animos. *Ac simularūt eū illo et reliqui Iudæi, ut & Barnabas simul abductus fuerit in illorum simulationem.* Ne mireris, si factū hoc appellat hypocrisim, hoc est, simulationē. Non enim uult, ut prius dixi, patefacere cōsilium, ut illi corrigerentur. Quoniam.n. uehementer hærebāt legi, ideo Petri factum appellat simulationem, & seuerius increpat, ut persuasionem illis radicitus infixam euelleret. Et hæc audiens Petrus, iungit cū Paulo simulationē, quasi deliquisset, ut per ipsius obiurgationē corrigerentur. Etenim si Paulus obiurgasset eos, qui erant ex Iudæis, indignè tulissent ac respuissent illius obiurgationem. Nec enim admodū magnificè de illo sentiebant. Nunc autē quum conspiciunt doctorem suū obiurgatū obticere, neque contemnere: neque contradicere Pauli uerbis poterant. F *Sed quum uiderē, quòd non rectè incederent ad ueritatē euangelij.* Ne hæc quidem dictio uos conturbet. Nō enim hæc dicit reprehendens Petrum, sed ita figuratam facit orationē, ut audita prodessent iis, qui ob Petrum obiurgatum erant futuri meliores. *Dixi Petro coràm omnibus.* Vides quo hinc corrigit alios? Nam ideo dixit, coràm: ut qui audirent, timerent. Agè dic quid dixeris: *Si tu Iudæus cū sis, gentiliter uiuis & non Iudaicè: quur cogis gentes Iudaizare?* Atqui gentes non simul cū illo fuerāt in simulationem illam abductæ, sed Iudæi. Quur igitur incusas quod factū nō est? Quin potius uertis sermonem ad eos qui simulabant, qui quidē etāt ex Iudæis, & nō ad gētes? Quur autem Petrum solum incusas? Cæteri quoq; cum illo simulauerant. Videamus porrò & quid sit, in quo ac cusat. *Si tu Iudæus cùm sis gentiliter uiuis, ac non Iudaicè: quur gentes cogis Iudaizare?* Atqui solus hic se subdu-

Mic su. b

Universidad de Deusto Biblioteca

G xerat. Quid igitur est, quod uult efficere? Vt obiurgatio careat suspicione. Nam si dixisset, Malè facis, q legem obseruas: increpassent illũ Iudæi tanquam confidentius agentẽ aduersus præceptorem ipsorũ. Nũc uerò dum illum obiurgat pro suis discipulis, nimirũ pro his qui erant ex gentibus, molliorẽ reddidit hũc sermonem: quanquã non hoc modo tãtùm, uerùm etiã hoc, quòd abstinens ab omnium reprehẽsione, totam increpationem confert in doctorem. Si enim tu, inquit, Iudæus quũ sis, gentiliter uiuis non Iudaicè: propemodũ apertè clamãs, Imitamini doctorẽ, ecce & ipse Iudæus quũ sit, gentium more uiuit. Verùm id non dicit. Non enim accepissent admonitionem, sed prætextu reprehensionis pro gentibus patefacit Petri sententiam. Rursum si dixisset, quur eos
Γ *Quidã Græci codices habent,* ἰουδαϊκῶς ζῆν. qui sunt ex Iudæis, cogis Γ gentiũ more uiuere? Γ acerbior fuisset oratio. Nunc uerò sic moderãs sermonẽ, nõ quasi defendat discipulos Iudæos, sed eos q erãt ex gẽtibus, hoc pacto corrigit illos. Increpationes. n. si non fuerint uehementer acerbæ, facilimè possunt,
H recipi. Nullus. n. eorum qui erant ex gentibus incusare Paulum poterat, si de Iudæis fecisset uerba. Hoc totum suo silentio correxit Petrus, recepta in se simulationis opinione, quò uera simulatione Iudæos liberaret. Primũ igitur in Petri personam torsit sermonẽ, si tu Iudæus cùm sis. Cæterùm in progressu communiter ad omnes uertit orationem, seipsum etiam cõplectẽs cum cæteris, atque ita dicens: *Nos natura Iudæi, ac non ex gentibus peccatores.* Ac sermo quidem ad monitionem habet, nisi quòd addita est species obiurgationis, propter eos qui erant ex Iudæis. Facit autem idem alibi quoq; ut aliud uideatur dicere, aliud
Rom.15.f agens. Veluti cũ Romanis scribens, ait: Nunc autem eo Hierosolymam ministrans sanctis. Non. n. uolebat dicere, nec hoc eos simpliciter docere, cuius rei gratia proficisceretur Hierosolymam: sed illud agebat, ut eos prouocaret ad æmulationẽ beneficẽtiæ. Nã si causam modò uoluisset explicare, satis erat dicere, eo ministrans sanctis. Nunc uerò cõsidera, quã
Ibidem. multa connectat. Complacuit enim Macedoniæ & Achaiæ communicationẽ aliquam facere in sanctos
I pauperes, qui sunt Hierosolymis. Complacitum est
Ibidem. enim, & debitores illorũ sunt. Ac rursum, Etenim si in spiritualibus gentes fuerunt illorũ consortes, debent illis & in carnalibus subministrare. Vide igitur quomodo Iudeorum spiritus premit, aliud per aliud agens, utq; cum authoritate loquitur, *Nos*, inquiens, *natura Iudæi, & nõ ex gentibus peccatores.* Quid est, natura Iudæi? Nimirum non proselyti, sed à teneris annis educati in lege. Nos itaq; relicto uitæ genere, in quo fueramus nutriti, confugimus ad fidem q̃ est in Christum. *Scientes quòd non iustificabitur homo ex operibus legis, sed tantũ per fidẽ Iesu Christi, & nos in Christũ credimus, ut iustificetur ex fide Xpi, & nõ ex operibus legis, eò qd non iustificabitur ex operibus legis omnis caro.* Vide & hic, ut omnia circũspectè loquitur. Nõ enim ait, reliquimus eã ut malam, sed ut infirmam. Proinde si lex non cõfert iustitiam, otiosa est circũcisio. Sed nunc quidem ad hũc modũ loquitur. Cæterùm in progressu declarat, non solũ otiosam esse, uerùm etiam periculosam: quod quidem uel maximè obseruandum, quòd quũ initio dixerit, nõ iustificatur homo ex opibus legis: progressus uehemẽtius loqtur. *Quòd si q̃rentes in Christo iustificari, reperti sumus peccatores, nimirũ Christus peccati minister est.* Nã si nõ potest, inquit, fides in eũ iustificare, sed opus est rursum K
amplecti legẽ: & si posteaquã legem relinquimus ob Christũ, non iustificamur ex legis omissione sed condemnamur: comperiemus illum esse causam condẽnationis, cuius gratia quum legem reliquerimus, ad legem ultrò recurrimus. Vides in quantam absurditatis necessitatem coegit orationem, quamq; ualidè pugnet. Nam si, inquit, nõ oportuit legem relinquere, nos aũt reliquimus propter Christũ: quomodo sumus iudicãdi? Quid igitur Petro dicis, qd admones eũ, qui hæc omnia plenissimè nouit? An non deus illi ostendit, non esse iudicandum hominẽ, qui præputium habet, in circumcisione? Nonne cũ Iudæis hisce de rebus differens, liberè illis ex hac uisione restitit? Nonne decreta publica sup his denuò misit ex Hierosolymis? Hæc igitur non ut Petrũ corrigat loquitur, sed sermo in illum erat intendendus, quũ discipulos redargueret. Nec ista propriè pertinẽt ad Galatas, sed in omnes quadrant, qui eodẽ cum illis errore tenebantur. Quanquã enim nunc non multi circuncidũtur, sed ieiunant, seruantq; sabbata, eadẽ cũ L
illis faciũt, excutiẽtes semetipsos à gratia. Nam si iis *Ieiunia Iudaica.*
qui tantũ circuncidebantur, Christus nihil prodest: ubi ieiunium ac sabbatũ accesserit, pro uno pcepto duo seruantur. Vide quantũ sit periculum, quod ab ipso etiam tempore fit formidabilius. Siquidẽ illi in initio hæc faciebãt, quũ adhuc extaret ciuitas, quũ templum, quũ cætera omnia. Hi uerò quum & conspiciant, quas pœnas Iudæi dederint, & urbem funditus deletam uideant, nihilo secius plura etiam obseruant: quã habere poterũt excusationem, eo tẽpore seruantes legem, quo ipsi Iudæi, quanuis uehemẽter cupientes, nõ possunt hæc cõseruare? Induisti Xpm, membrum factus es domini, in supernã ciuitatẽ adscriptus es, & adhuc circa legẽ serpis? Et quomodo potes regnum illud consequi? Audi Paulum dicentẽ, euãgeliũ subuerti per legis obseruationem. Quòd si uis etiam, rei nodũ discito, simul horrescito, fugitoq; barathrũ. Quur enim obseruas sabbatũ, ac ieiunas cum illis? Videlicet ueritus legẽ ac ritus illos omittere? At nequaquã timeres legem, nisi fidem contemneres, ut quæ sit imbecillis, nec per se ualeat conferre M
salutem. Quòd si metuis non seruare sabbatũ, cõspicuum est te adhuc metuere legem, uelut etiã nũ authoritate pollentem. Quòd siquis rursum usus est legis, profecto nõ est opus parte, aut unico præcepto, sed tota lege est opus. Si uerò tota est opus, excussa est paulatim, q̃ per fidẽ datur iustitia. Nã si obseruas sabbata, quur nõ & circuncideris? Quòd si circũcideris, quin & pecudes immolas? Etenim si seruanda lex est, tota seruanda est. Quòd si non est necesse seruare totã, ne partẽ qdẽ seruare necesse est. Quòd si pro parte formidas ne condẽneris, multò magis pro tota metuas oporteat. Qd si tota uiolata nõ punit, palã est, nec partẽ id facere. Qd si portio legis uiolata punit, multò magis id faciet tota. Si tota seruãda est, nõ oportet auscultare Xpo: aut si Xpo auscultam⁹, legis transgressores efficiamur oportet. Etenim si oportet eã seruare, q non seruant, transgressores sunt: huius aũt trãsgressionis Christus nobis author esse deprehendetur. nam ipse legẽ soluit, eam quæ talia præcipit, & aliis ut soluerent præcepit. Vides quid moliantur isti Iudaizantes: Christũ qui nobis est author salutis, hunc etiam peccati faciunt authorẽ, quemadmodum & Paulus ait, nimirũ Christus minister est peccati.

A peccati. Post hæc quum sermonem eò deduxisset, ut uideretur absurdus, nam iam opus erat probationũ apparatu ad cõsutationẽ, sed satis erat negasse ac dicere, *Absit*. Siquidem aduersus uehementer absurda & inuerecunda nihil opus est oratoriis rationibus, sed sufficit abnegare solùm. *Nam si quæ destruxi, hæc iterum ædifico, transgressorem meipsum constituo.* Vide Pauli prudentiã. Illi studebant ostẽdere, qui nõ seruaret legem, eum transgressorẽ esse: hìc in diuersum torquet sermonem, ostendens eum esse transgressorem qui seruat legẽ, transgressorẽ inquam, non modò fidei, sed & ipsius legis. Quæ enim destruxi, hęc rursus ędifico, nimirũ legẽ. Quod uerò dicit, tale est: Cessat lex, & hoc professi sumus, & ob id ea relicta cõfugimus ad salutem quæ est ex fide. Itaque si contendamus eã statuere, hoc ipso reddimur transgressores, q contendamus seruare, q̃ deus antiquauit. Deinceps qũo soluta sit, ostendit: *Ego enim per legẽ legi mortuus sum.* Duplicem habet hic sermo considerationem. Aut enim de lege gratię loquitur: solet enim Paulus
Rom.8.a & hanc appellare legem, ueluti quum ait: Lex autem spiritus uitę liberauit me: aut hic de lege ueteri loqui
B tur, significans se per legem ipsam legi mortuũ esse: hoc est, ipsa lex me huc perduxit, ne posthac ipsi auscultarẽ. Itaq; si nunc illi sum æuscultaturus, ipsam ẽt legẽ trãsgredior. Qui nam? & quomodo? Moses ait:
Deu.18.d Prophetam suscitabit uobis dominus deus ex fratribus uestris, tanquã me, eũ audietis: nimirũ de Christo loquens. Itaque qui huic non obtemperant, legẽ transgrediũtur. Rursus & alio modo nobis intelligẽdum est quod ait, Per legem legi mortuus sum. Lex enim iubet omnia fieri, quę in ipsa scripta sunt, ac nõ facientem punit. Omnes igitur illi mortui sumus, eò quòd nullus eã implerit. Ac uide quã hìc quoq; moderatè pugnet aduersus legẽ. Non enim dixit, lex mihi mortua est, sed, ego legi mortuus sum. Huius dicti sensus est, Quemadmodũ exanimis ac mortuus nõ potest auscultare præceptis legis, ita nec ego, qui ex illius maledictione mortuus sum: siquidem iis quæ loquitur illa, mortuus sum. Ne igitur præcipiat mortuo, quẽ ipsa etiã occidit, idq; non solùm morte corporali, uerũ etiam animæ, per quam mortẽ corporis inuexit. Hoc enim sentire se declarat in his q̃ sequuntur, dum subnectit: *Vt deo uiuam, simul cum Christo crucifixus sum.* Nam quoniam dixerat, mortuus sum, ne
C quis diceret, quomodo igitur uiuis, subiecit & uitæ causam: declarans quòd lex quidẽ uiuentẽ occidit, Christus autẽ mortuũ assumptum per mortem uiui ficauit. Declaratq; duplex miraculũ, alterum qđ mortuum reuocauit ad uitam, alterum quòd per mortẽ largitus est uitam. Siquidẽ hoc loco mortis nomine uitã designat. Hoc enim est quod ait, ut deo uiuã, simul cum Christo crucifixus sum. Qũo, dixerit quis piam, uiuens ac spirans simul crucifixus est? Nã Christum quidem fuisse crucifixum, clarum est. Tu uerò quomodo crucifixus es ac uiuis? Vide quemadmodum & hoc interpretatur dicens: *Viuo autem non iam ego, uiuit uerò in me Christus.* Nam dicendo, simul cũ Christo crucifixus sum, baptismũ tectè significatiũ uerò dicit, uiuo autem iam nõ ego, significat sequẽtem uitæ rationẽ, per quam mortificantur mẽbra. Quid autem est, uiuit uerò in me Christus? Nihil, inquit, geritur à me, q̃d nolit Christus. Sicut. n. mortẽ appellat non istam communem, sed mortẽ à peccatis: sic & uitam appellat liberationẽ à peccatis. Deo siquidẽ nemo potest aliter uiuere, nisi mortuus fuerit peccato. Quemadmodum igitur Christus corporalem sustinuit mortem, ita & ego mortem à peccatis sustinui. Mortificate, inquit, membra uestra, quæ *Coloss.3.a.* sunt super terrã, quę sunt scortatio, adulteriũ, immũditia. Ac rursum, Vetus noster homo crucifixus est, *Rom.6.a* id quod in lauacro factũ est. Quòd si manseris mortuus peccato, uiuis deo: sin denuò peccatũ suscitaris corrupisti talẽ uitam. At nõ talis erat Paulus, qui per seuerauit perpetuò mortuus. Proinde si uiuo, inquit, deo alia uita, quàm in lege uixerã, ac legi factus sum mortuus: nullam legis partẽ seruare possum. Vide ex actam uitæ rationem, ac beatam illam animã admirare. Non dixit, uiuo ego: sed, uiuit in me Christus. Quis ausit hanc uocẽ erumpere? Quoniã. n. seipsum Christo domino ac crucifixo buerat, cũctaq; reiecerat temporalia, & ad illius uoluntatẽ faciebat omnia, nõ dixit, uiuo Christo, sed qđ lõgè maius erat dixit, Viuit in me Christus. Quemadmodum. n. peccatũ, si uicerit, ipsum est quod uiuit in homine, animum ad q̃ uult pertrahens: ita si illo mortuo, quæ Christo sunt placita fiant, nec humana deinceps est eiusmodi uita, uidelicet ipso Christo uiuente in nobis, hoc
E est, agente ac dominante. Porrò quoniã dixit, simul crucifixus sum, neciã uiuo, sed mortuus sum, uideba turq; multis absurda dicere, subiunxit: *quòd autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei.* Quæ hactenus, inquit, dixi, de uita intellectuali dicta sunt. Quòd si quis expendat & hanc uitã sensibilẽ, & ea mihi per fidem in Christũ contigit. Quantũ. n. ad ueteris uitæ rationẽ ac legem attinet, dignus eram extremo supplicio, ac iampridem perieram: Oẽs enim, inquit, pec *Rom.3.e.* cauerunt, & egent gloria dei. Nos enim quũ essemus obnoxii sententiæ damnationis, Christus liberauit: omnes enim eramus mortui, si minus experientia, certè iudicio, iamiamq; plagam expectantes liberauit. Quũ igitur & lex accusasset, & deus cõdemnasset: Xps interueniens, ac semet exponens morti, nos oẽs eripuit à morte. Itaq; quòd nũc uiuo in carne, in fide uiuo: hoc est, per fidẽ, quã habeo in ipso, uiuo. Nã ni id fuisset, nihil obstabat, quò minus interirent uniuersi, qđ & accidit in diluuio. sed Christi aduẽtus *Gene.7.* inhibens irã dei, fecit ut per fidem uiueremus. Vt autem scias hoc illum sentire, audi quæ sequantur: quũ enim dixisset: quòd autẽ nunc uiuo in carne, in fide F
uiuo, subiecit: *Filij dei qui dilexit me, dedit q̃ semetipsum pro me.* Quid facis ô Paule, dum communia propriè tibi uindicas, quæq; pro toto terrarum orbe facta sunt, tibi facis peculiaria? Non enim dixisti, q dilexit nos, sed, q dilexit me. Atqui euãgelista dicit: Sic dile- *Ioan.3.b.* xit deus mundũ. Quin & tu ipse dicis, Qui proprio fi *Rom.8.f* lio nõ pepercit, sed tradidit eũ pro nobis. Non igitur pro te, sed pro oibus. Ac rursum, Vt acquireret sibi populũ peculiarẽ. Quid est igitur qđ hìc dicit? Quũ consideraret apostolus infirmitatẽ humanæ naturę & ineffabilẽ dei solicitudinẽ, tũ quibus ipsum malis liberasset, quæ bona largitus esset, inflãmatus illius desiderio, hunc in modum loquitur: Quando quidẽ & prophetę non raro deum commune, sibi propriũ faciunt, hoc modo loquẽtes: Deus deus meus ad te *Psa.62.a.* luce uigilo. Præterea uerò declarat hoc quoque par esse, ut quisq; nostrũ nõ minus agat gratias Christo, quã si ob ipsum solum aduenisset. Neque enim recusaturus erat uel ob unum tantam exhibere dispensationem, adeò singulum quenq; hominem pari chari

G tatis modo diligit,quo dlligit orbem uniuersum.Ita
que uictima quidē pro tota oblata est natura,ac suf
ficiebat omnibus seruādis.Cæterùm soli illi qui cre
diderunt,sunt quibus usui fuit beneficiū.Attamē nō
abstterruit eum ab eiusmodi dispensatione,quòd nō
omnes accederent:sed quemadmodum in euāgelio
Luc. 14.c conuiuium omnibus quidem paratum erat, uerum
quoniā qui uocati fuerant uenire noluerunt,nō pari
ter sustulit quæ fuerant parata,sed alios uocauit:Iti
Mat.18.b dē & hic fecit.Nā & ouis quæ fuerat à nonaginta no
uē distracta,unica erat, nec hanc tamen cōtempsit.
Hocidē & de Iudeis differens Paulus, in hunc fermè
Rom.3.a modū significauit dicēs:Quid.n.si quidam non cre
diderunt?Num incredulitas eorū fidem dei faciet ir
ritam?Absit:Sit autē deus uerax,omnis uerò homo
mendax.Ergo quū ille sic te dilexerit,ut semetipsum
etiam tradiderit,omnisq; salutis spe destitutum ad tā
tam talemq; uitā adduxerit: tu post tot accepta bo
na,denuò recurris ad ueteraPosteaquā igitur diligē
ter interiecit, quæ rationibus erant tractanda,quod
supereſt acriter asseuerando pronunciat, dicēs:*Non*
reiicio gratiam dei. Audiant hoc isti, qui hisce quoque
H temporibus Iudaizant, legisque attendunt,ad eos si
quidē hęc dicūtur.*Etenim si per legem est iustitia,nimi*
rum frustra Christus mortuus est. Quid hoc peccato
grauius? qd his uerbis ad incutiendū pudorē efficacius? Etenim si mortuus est Christus, clarū est legē
non posse iustificare nos. Quòd si lex iustificat,supuacanea est Christi mors. Et q possit hoc uideri ra
tioni cōgruens,rem tantā,tam adorandā ac reuerēdam, omnemq; superantem hominū cogitationē,
tam ineffabile mysterium,quod patriarchę quidem
parturiebant, prophetæ uerò prædixerunt,angeli ui
dentes obstupuerunt,tum qd caput est diuinæ erga
nos solicitudinis,apud oēs creditū ac receptum,hoc
frustra & incassum factū dicere?Ergo quū cōsidera
ret insignem absurditatem,si tātam talemq; rem di
cerent superfluè fuisse factā: hoc enim colligebatur
ex his quæ faciebant, etiam conuiciis obiurgat illos
Cap.III. dicens:*O stulti Galatæ, quis uos fascinauit? quibus ante*
oculos Iesus Christus præscriptus est, in uobis crucifixus.
Hic iam ad aliud trāsit caput. In superioribus quidē
ostendit se non esse apostolū hominū, neq; per ho
mines, nec eguisse apostolorū doctrina:hīc uerò po
I steaquā se iam doctorē dignum cui fides haberetur
declarauit,maiore cū authoritate differit, fidei legis
Supr.1.a. que faciēs comparationē.Sic igitur illic ingrediēs di
cit:Admiror quòd tā citò transferimini:hic uerò, O
stulti Galatę. Tum.n.parturiebat indignationē,quā
ubi iam pro se respondit,in medium erumpens pro
tulit,re comprobata.Quòd si stultos uocat,ne mire
ris. Nō enim transgrediens Christi legem, quæ uetat
nequis fratrē suum appellet fatuū, hoc facit,sed ad
modum illam obseruans.Nō enim simpliciter dictū
Matt.5.c est,Qui uocarit fratrē suum fatuum, sed qui temerè
uocant.Horum uerò nonnulli digni erāt hac appel
latione, qui post tāta taliaq; perinde quasi nihil esset
actum,prioribus hærebāt circunuenti. Quòd si hāc
Actio.5.a ob causam Paulum appellas contumeliosum, simul
& propter Sapphiram & Ananiam Petrum dices ho
micidā. Quòd si demētiæ sit illud dicere,multò ma
gis dementię fuerit hæc dicere. At tu mihi cōtempla
tor ut non statim in initio usus est hac uehementia,
sed post tot redargutiones, totq; probationes, quū
iam nō ab illo, sed ab ipsis argumentis accipiebant
obiurgationem. Quum.n.demonstrasset, quòd fidē K
repellerēt, quòd Christi mortē superuacaneā redderent,tum adiūgit obiurgationē, ac ne id quidem ut
merebantur:digni quippe qui seuerioribus etiā uerbis acciperentur. Cæterū & illud mihi cōsidera,quo
modo protinus etiam uulnere inflicto temperat do
lorem.Non enim dixit,Quis uos seduxit?quis uobis
abusus est?quis uos circunuenit?sed,quis uos fasci na
uit? Sic moderans increpationem, ut non careat lau
de.Hæc enim uerba sunt indicantis,quòd prius inui Βασκαίνω
dia digna fecerint,quodq; id quod accidit,dęmonis γω.
insultu factum sit, qui secundis illorum successibus
uehementer reclamauerit. Porrò quū audis inuidiā,
quemadmodū hic & item in euangelio, audis ocu- Matt. 6.b
lū malū,idem declarantē:ne sic existimes,quòd ocu & 20.b.
lorū coniectus intuentes lædere soleat.Oculus siqui
dem, hoc est, ipsum membrū nequaquā possit esse
malum: uerū hic eo modo Christus notat inuidiā.
Nam oculorum est, simpliciter uidere tantū:cæterū
uidere perperā,animi est intus deprauati. Quoniam
enim per hunc sensum in animū nostrum influit eo
rum quæ uidentur consideratio, & plerunq; diuitiis
innascitur inuidia, porrò diuitiæ cernuntur oculis,
quemadmodū & principatus & satellitia:propterea
uocauit malum oculum, qui non simpliciter cerne- L
ret,sed qui cū liuore animiq; malitia.Quū uerò dicit
quis uos fascinauit?declarat eos,quòd nō ueluti cu
ram habētes,nec ut id quod deerat supplentes, ue
rùm etiā id quod erat mutilantes, ac decimantes id
facerent.Siquidē liuoris est, non addere quod deest,
sed de pleno etiā aliquid detrahere,totumq; corrum
pere.Hęc autē dicit,nō quasi liuor per se nocere pos
set,sed ut ostendat eos qui ista docebāt, per inuidiā
ad hoc uenisse. *Quibus Christus ante oculos prius depi*
ctus erat, in uobis crucifixus. Atqui non apud Galatas,
sed Hierosolymis crucifixus fuit. Quomodo igitur
dicit,in uobis? Vt fidei uim ostenderet,que possit &
procul dissita cernere.Nec dixit, crucifix⁹ est:sed,præ
scriptus est crucifixus:indicans quòd oculis fidei q-
dē exactius perspicerent,quā nonnulli qui presentes
adfuerant eaq; quæ gerebantur,conspexerāt. Illorū
enim qui spectarant complures nullum inde fructū
retulerunt:hi uerò quæ oculis ipsis non uiderant,ta
men per fidē euidentius uiderant. Hæc autem loqui
tur,simul & taxans eos,& laudans:laudans quidem
quòd tanta cum fiducia recepissent id quod accide-
rat:taxans uerò, quòd quē uiderāt pro ipsis nudari, M
colaphis cædi, affigi clauis, conspui,probris incesi,
aceto potari,accusari à latronibus,lācea uulnerari,(
nam hæc oia significauit dicendo, prescriptus est,in
uobis crucifixus:)eo desertо ad legē currebāt, nihil
reueriti cruciatus illos.Tu uerò & illud cōsidera,quē
admodum ubiq; prætermisso cœlo, terra,mari,cæ-
terisq; rebus omnibus, Christi potentiā prædicarit,
crucem ubique celebrans. Hoc enim erat præcipuū
caput diuinæ pro nobis solicitudinis. *Hoc solum uolo*
discere à uobis, ex operibus legis spiritum accepistis,an ex
auditu fidei? Quomiā,inquit, non præbetis perpetuā
attentionem prolixis sermonibus, nec uultis magni
tudinem huius dispensationis intueri,compendioso
sermone breuissimaq; demonstratione uolo persua
dere uobis, uosq; extremæ ingratitudinis ac demen
tiæ coarguere. Ac prius quidē in his quæ superius di
cta sunt,ex his q̄ loquutus est Petro, persuaserat:sed
hic iam ipsos aggreditur,non ex his quæ alibi conti-

A runt,sed ex his quæ inter eos gesta sunt, oia demō
strans:neq; tātùm ex his donis quæ cum cæteris ac
ceperant communia, uerū etiam ex his quæ ipsis pe
culiariter donata fuerant,fidē facit, simul & proba
tionem instruit,eoq; dicit: *Hoc solum uolo discere à uo*
bis,ex operibus legis spiritū accepistis, an ex auditu fidei?
Accepistis, inquit, spiritum sanctū, edidistis multa
miracula,perfecistis prodigia mortuos excitando,le
prosos mundando,prophetādo, linguis loquendo.
Hāc igitur tam insignem potestatem num uobis de
dit lex?Atq prius nihil tale faciebatis, sed posteaquā
credidistis,ta'ia facere cœpistis.An non igitur extre
mæ dementię est, quum tantum beneficiorū in uos
cōtulerit fides,hanc relinquere,& ad legem quę tale
nihil uobis præstitit,ultrò recurrere? *Adeò stulti estis,*
qui in spiritu cœpistis, nūc carne cōsummamini? Rursum
opportunè conuiciū addidit, Quū,inquit, oportue-
rit uos temporis progressu, prioribus bonis accesio
nem adiungere,non solū non profecistis, uerùm de
nuò ad relicta estis retroacti. Etenim q ab exiguis ini
B tiū faciunt,procedentes ad maiora conscendūt. Vos
cōtrà à magnis orsi,ad diuersa retrocessistis. Si à car
nalibus cœpissetis, oportebat ad spiritualia proficere:nunc uerò quū à spiritualibus cœperitis,ad carna
lia diuertistis. Nam edere miracula,spirituale est:circ
uncidi uerò,carnale. Vos aūt post signa deuenistis
ad circūcisionē, post apprehēsam ueritatē ad typos
recidistis,post conspectū Solem lucernam quæritis,
τελεῖ- post solidum cibum ad ac recurritis. Et non dixit,
σθε ἐπὶ carne consummamini:sed,deinde carne consumma
τὲ λεῖ- mini:illud indicans,quòd pseudoapostoli pecudum
σθε. ritu correptos eos conciderent, dū semet illis ꝓbent
ad ferendum quicquid illis collibuisset, perinde ac si
quis è ducibus ac fortibus uiris, post innumera tro-
phęa uictoriasq; seipsum i desertorū infamiā tradat,
corpus suū exhibeat uolētibus iprimere notas. *Tā*
multa passi estis frustra,si tamen & frustra. Hoc multo
acrius uulnerat quā illud prius. Non enim signorum
refricta memoria æquè poterat illorū animos mor-
dere, ut ostensa certaminū malorumq; tolerantia,
quæ propter Christum fuerant perpesi. Omnū, in-
quit,illorum quæ sustinuistis, istiiacturam uos face
C re uolūt,& coronā uobis studentinteruertere. Mox
ne concuteret illorū aios, neruosq; dissolueret, non
expectauit inficiationē,sed continenter subtexuit, si
tamen frustra:significās uidelicet, si uolueritis exper
gisci,ac reuocare uos ipsos,non frustra passi fueritis.
Vbi nunc sunt qui tollunt pœnitentiā? Ecce hi spiri-
tum acceperant,signa fecerāt,confessores fuerāt,in-
numerabilia pericula, uarias persequutiones Chri-
sti causa perpesi fuerāt, & post tā multa rectè facta,
à gratia exciderāt:& tamē dicit,si uolueritis,potestis
uos ipsos reuocare. *Qui igitur subministrat uobis spiri-*
tū quiq; in uobis operatur miracula,ex opibus legis, an ex
auditu fidei? Quum tātum,inquit, donū adepti fitis,
ut & miracula ederetis:utrum quia legem seruastis,
ideo ista faciēdi potestate dignatus est uos deus, an
propter fidē? Non dubium est quin propter fidem.
Quoniam.n.sursum deorsum hoc uertebant illi, &
undique iactabant dicentes, fidem non ualere nisi
adiuncta lege,Paulus cōtrà demonstrat, additis pre
ceptis, fidē iam nihil profuturam. Tum enim ualet
fides,quū nihil accesserit ex lege. Quicunque.n.in-
Infr.5.a. quit,in lege iustificamini,à gratia excidistis. Verū id
quidem in progressu declarat,quum etiā liberius lo-
quitur,ex his quæ iam probata sunt sumens occasio D
nem,hactenus uerò ex præteritis parat occasionem.
Quum inquit,non attendebatis legi sed fidei, tūc spi
ritum accepistis,tūc signa prodidistis.Deinceps quo
niam de lege dicendum erat, & aliū mouet locum.
qui plurimum habet contentionis. Abraham in me
dium adducit,idq; ualde opportunè,multaq; copia,
loquens hunc in modum:*Sicut Abrahā credidit deo,et*
imputatum est illi ad iustitiam. Declarant quidem,inqt,
fidei uim,& à uobis edita miracula. Quòd si uultis,
etiā ex uetustis historiis conabor uobis facere fidē.
Itaq; quoniā celebris magnaq; existimationis apud
illos erat patriarcha Abraham,& hūc profert in me
dium,declarās hūc quoq; sic fuisse iustificatū. Quòd
si is ante gratiā ex fide iustificatus est, idq; quum &
operibus bonis floreret,multò magis uos. Quid igi
tur illi detrimenti attulit,quòd non esset sub lege? Ni
hil.Sed sufficiebat ei fides ad iustitiā. Dixerit aliquis,
Non erat tū lex.Pulchrè.Neq; nunc est lex, sicuti nec
tum:ob id enim sublaturus legis necessitatē, eū qui
tum ante legē iustificatus fuit inducit, ne hoc possit E
obiici. Nam quemadmodū tunc data nōdum erat,
ita nunc quę data fuit,antiquata est. Ad hęc quoniā
efferebantur animis quòd ad Abraham ducerent ge *Ioan. 8.c*
nus, metuentes ne si legem relinquerent,ab illius co
gnatione fierent alieni:id quoq; rursus in cōtrarium
uertit,metumq; soluit, declarans qd fides potissimū
conciliat cū illo propinquitatem:quod quidem ma-
nifestius i epistola ad Romanos probauit,nō minus *Rom.4.a*
tamen idem hic agit dicens hoc pacto: *Scitote ergo,*
qd qui ex fide sunt, hi filij sunt Abrahæ. Deinde hoc ip-
sum ueteris scripturæ testimonio probat. *Præuidens*
enim scriptura,qd ex fide iustificat gētes deus, prænuncia-
uit Abrahæ,dicens,In te benedicētur omnes gētes. Itaque
siqui nullam cū illo naturalem habēt cognationem, *Gen.22.d*
sed fidem illius imitati sunt, filii sunt:perspicuum est
quòd in hanc inseruntur gentes qui crediderunt. Id
enim significat quum ait,In te benedicentur omnes
gentes.Per hæc autē & aliud quiddam magnum de
claratur.Nam quoniā illud eos turbauerat, uidelicet
legem antiquiorem esse,fidem autem post legem:&
hanc illis eximit suspicionem, ostendens fidem esse F
lege antiquiorem,idq; liquere ex Abraham. Priusquā
enim existeret lex,ille iustificatus est.Porrò ut osten-
dat ea quoque quæ nunc fiunt, iuxta uaticinia pro-
phetarum euenisse:*Præuidēs*,inquit,*scriptura, quòd ex*
fide iustificat deus gentes,nō ex lege, prænunciauit Abra-
hæ. Quid tandem hoc est? Qui,inquit, legem dedit,
idem & priusquā legē daret hoc definierat, ut gen-
tes per fidem iustificarentur.Nō dixit, reuelauit:sed,
euangelisato,id est, lętū nuncium attulit, ut intelli-
gas & patriarcham tali iustificationis modo gaui-
sum fuisse,ac uehementer ut hoc contingeret desi-
derasse. Cæterū quoniam illos & alter quidam habe-
bat metus,Scriptum erat enim,maledictioni obnoxius est omnis qui non manserit in oibus quæ scri- *Deu.27.d*
pta sunt in libro legis huius,ut faciat ea: Et hunc exi
mit metū,sapienter ac prudenter rursus hoc uertens
in diuersum,& ostendens quòd non solùm non sint
execrationi obnoxij, qui legem relinquerent, sed &
benedictionis participes:contrà qui legē obtinerent
adeò non benedicti,ut etiam execrabiles.Siquidem
illi dicebant, Qui non seruauerit legem, execratio-
ni est obnoxius. Hic uerò declarat, eum qui seruat,
execrabilem esse:è diuerso qui nō seruat, benedictio

G nis consortem. Rursum illi dicebant, qui sola fide ni titur execrabilis est: hic contrà demonstrat, q sola fide nititur, eum benedictum esse. Agè igitur hæc om nia demõstremus uobis iam euenisse. Sed his q̃ iam dicentur, attendite diligenter: non.n. rem uulgarem pollicemur. Ostenderat quidem hoc antea, quum narraret scripturã dixisse patriarchæ, In te benedicen tur omnes gentes. Tum uerò lex non erat, sed fides, eóque ratio cinans subiunxit: *Itaque qui sunt ex fide, benedicuntur cum fideli Abraham.* Porrò ne hinc ansam arriperent contradicendi, dicerentq̃, Meritò ex fide iustificatus est, nondũ enim erat lex: At tu mihi demonstra post traditam legẽ, fidem iustificare. Ad id uenit, ac plus demonstrat, quã illi quærunt, nimirum non modò iustificare fidem, uerũ etiam legem ipsa utentes obnoxios execrationi reddere. Hæc quò ma gis intelligas, audi ipsius apostoli uerba. Quæ tandẽ sunt illa? *Quotquot enim ex operibus legis sunt, sub male dictione sunt.* Verùm hæc est sententia, nondum habẽs probationẽ. Vnde igitur probatio? Ex ipsa lege. *Maledictus enim,* inquit, *qui non manserit in omnibus q̃ scripta sunt in libro legis huius, ut faciat ea. In lege aũt ne*
H *minem iustificari, cuius perspicuum est.* Oẽs enim peccauerunt, & execrationi sunt obnoxij. Verũ hoc mo do non loquitur, ne uideatur ipse ex se pronunciare, sed iterum idem probat testimonio breuiter utrunq̃ complectẽte, alterum quòd nullus legem impleſſet, unde & execrationi erant obnoxij, alterum quòd fi des iustificat. Vnde igitur testimonium? Ex propheta
Abac.2.a Abacuk ita loquente: *Iustus autem ex fide uiuet.* Hoc enim non solũ ostendit ex fide iustificationem esse, uerũ etiam fieri non posse, ut per legem contingat salus. Posteaquàm, inquit, legem nemo seruauit, sed omnes ob transgressionẽ erant obnoxij maledicto, excogitata est facilior quædã uia per fidem: quod ipsum maximũ est argumentum, ex lege neminem posse iustitiam adipisci. Non.n. dixit propheta, iustus ex lege uiuet: sed, ex fide. *Lex autem non est ex fide.* Quid autem & hoc sibi uult, *Qui fecerit hæc, uiuet in eis?* Hoc est, non tantùm fidem requirit lex, sed opera quoq̃. Gratia uerò ex fide seruat ac iustificat. Vides quomodo demonstrauerit eos qui legi hærẽt, eò quòd impleri non possit, execrationi fuisse obno
I xios. Sed qũo fides habet hãc uim, ut iustificet? Audi. Nam hæc antè promisit, eáque magna ui comprobauit. Quum enim lex esset infirmior, quàm ut posset hominem ad iustitiam perducere, repertum est non leue remedium, nempe fides, q̃ quod legis erat impossibile, per se redderet possibile. Ergo si & scriptura dicit iustum ex fide uicturum, reiiciens iustitiã quæ est per legem: & si Abraham ex fide iustificatus est, manifestum est, magnam esse uim fidei. Quin & eum qui non perseuerauerit in lege, execrabilem esse: & eum qui fidei innititur, iustum esse manifestum est. Sed unde, inquiet aliquis, poteris nobis probare, quòd illa execratio nõ amplius subsistit? Nam Abra ham quidem ante legem fuit, nos autem qui semel sub iugo fuimus seruitutis, nos ipsos reddidimus ob noxios execrationi. Quis igitur est, qui soluit illam execrationem? Vide quã celeriter huic etiam obiectioni occurrit, quanquã & ea quæ dicta sunt, sufficere rant. Etenim qui semel iustificatus est, mortuúsque legi, ac uitã nouam amplexus est, qui possit esse obnoxius execrationi? At his contentus nõ est, uerùm & aliis modis rem aggreditur, scribens: *Christus nos redemit ab execratione legis, factus pro nobis execra-* K
tio. Scriptum est.n. Execratus quisquis pendet in ligno. Ve Deu.21.d
rùm an populus execrationi fuit obnoxius, quæ dicit: Maledictus omnis, qui non permanserit in his q̃ Ibid.27.d
scripta sunt in libro legis huius. Et quid hoc? Nam po pulus quidem obnoxius erat. Non enim permansẽrat in lege, neq̃ quisquam erat, qui legem totam impleuerat. At Christus hanc execrationem altera permutauit, quæ dicit: Maledictus qui pendet in ligno. Quoniam igitur & qui pendet, execrabilis est: & qui legem transgreditur, execrabilis est: non oportuit illum, qui execrationem illam erat sublaturus, obnoxium eidem fieri execrationi: uerùm pro illa erat alia suscipienda execratio, quã & suscepit, ac per eam illam sustulit, perinde faciens, ac si morti adiudicato quopiam, alius insons, illius damnati uice spõtè mori uolens, eripiat illum, ⌜sic & Christus fecit.⌟ Quum enim Christus non esset obnoxius execrationi transgressionis, hanc in se recepit pro omnibus, ut omnes ab illa liberaret. Peccatum enim, inquit, nõ fecit, nec Esa.53.d
inuentus est in ore illius dolus. Itaque sicut mortuus eos quibus erat moriendum, exemit à morte, ita & ⌜execratione in se recepta⌟ ab execratione liberauit. Vt *in gentes ueniret benedictio Abrahæ in* L
Christo Iesu. Quomodo in gentes? In semine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes: hoc est, in Ge.22.d
Christo. Quòd si hoc de Iudæis dictum esset, nequa quam ita loquutus fuisset. Neq̃ enim rationi consentaneum, erat, ut qui ob trãsgressionem execratio ni erant obnoxii, hi cæteris essent authores benedictionis. Nullus enim execratus alij dat benedictionem, cuius ipse est expers. Vnde liquet totũ hoc de Christo dictum esse. Ipse enim erat semen Abrahæ, & per hoc gentes benedicuntur, atq̃ ita denunciat spiritus promissio, quod ipsum significans dicebat: Vt *promissionem spiritus accipiant per fidem.* Etenim quum non posset gratia spiritus in eum qui ingratus erat & offenderat uenire, primũ benedicuntur sublata maledictione: deinde per fidem iustificati, accipiunt spiritus gratiam. Proinde crux sustulit execrationem, fides inuexit iustitiã, iustitia uerò gratiam spiritus allexit. *Fratres, secundum hominem loquor, hominis licèt confirmatũ testamentum nullus irritũ facit, aut aliquid adornat.* Quid est, secundum hominem loquor? Humanis utor exemplis. Posteaquàm enim M
& ex scripturis, & ex miraculis apud illos editis, & ex his quæ Christus passus est, deniq̃ ab ipso patriar cha sermonẽ confirmauit, iam ad communem digreditur consuetudinem. Solet enim Paulus hoc sem per facere, quò condulcet etiam sermonem, quò & facilius recipiatur, & crassioribus fiat intelligibilior. Sic & Corinthiis differens ait, Quis pascit gre- 1.Co.9.a
gem, & ex lacte eius non uescitur? ⌜Quis plantat uineam, & de fructu eius nõ edit?⌟ Ac rursus Hebræis, Testamentum enim in mortuis ratũ est, quoniam Hebr.9.c
nondum ualet, dum uiuit, qui testatus est. Quin & alius compluribus locis aliquis comperiet illum talibus libenter immorantem rationibus, quandoquidem & deus in ueteri testamento idẽ hoc assiduè fa cit, hunc in modum loquens: Nũ mulier obliuiscetur filii sui? Ac rursum, Num dicet figmentum figu- Esa.49.d
lo, quid facis? Item in Osee maritũ imitatur ab uxo- Ibid.29.c
re despectũ. Insuper & in figuris multum humano- Osee.1.a
rum exemplorum cernere quispiam poterit: Veluti quum cingulũ accipit propheta, & in domunculam

A figuli subit. Quid igitur sibi uult exemplum? Nimi-
Hie.18.a rum illud, quòd fides fuit antiquior, lex uerò tum re centior, tum temporaria, & in hoc data, ut præcedẽs uiam aperiret fidei. Et ideo dicit, Fratres secundum
Supr.3.a hominem loquor. Cum superius illos appellarit stul tos, hic fratres uocat, simul & perstringens eos & cõ solans. Hominis licèt confirmatum testamentum. Si homo, inquit, condit testamentum, num quis audet superuenins inuertere, aut adijcere quidpiam? Nam hoc est quod ait, aut superordinat. Magis igitur hoc non est faciẽdum in deo. Et ad quẽ, inquiet aliquis, deus condidit testamentum? At nullum quidẽ alio rum hominum, præterq̃ Abraham. *Nam illi dictum*
Ge.22.d *est, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Non dicit, in seminibus, tanquàm in multis: sed in uno, & semine tuo, quod est Christus. Hoc aũt dico, testamentum prius confirmatum à deo in Christum, lex quæ post quadringentos ac triginta annos facta est, non irritum facit, ut manẽ reddat promissionem. Nam si ex lege hæreditas, non iam ex pro missione, Abrahæ uerò per repromissionem donauit deus.*
B En igitur & deus fecit testamentum Abrahę dicens, per semen eius uẽturas benedictiones in gẽtes. Qũo igitur lex eas potest subuertere? At tu charissime cũ hæc audis, caue nequid noxæ tibi adferat exemplũ, ut minus bene sentias de maiestate dei. Nã quoniam exemplum totum non potuit cõquadrare ad materiã propositam, ideo premisit, Secundum hominem loquor. Verũ agè rursus ab initio consideremus exemplum. Promiserat Abrahę deus fore, ut per semen ipsius benedicerentur gentes. Semen autem eius secundum carnem fuit Christus. Venit post quadringentos & triginta annos lex. Itaq̃ si lex confert bene dictiones, uitam, & iustitiam, repromisio illa irrita est. Itáne fit igitur, ut cum hominis testamẽtum nullus irritum faciat, dei testamẽtum post quadringentos triginta annos irritum sit? Etenim si quod illud testamentum promisit non præstat ipsum, sed lex pro illo præstat, nimirum illud reiectum est. Et qũo possent hæc congruere rationi? Cuius igitur gratia, dixerit aliquis, dedit legem? Audi ipsum dicentem, subnectit enim: *Quid igitur lex? præuaricationum causa*
C *addita fuit.* Itaq̃ nec hæc est ũperflua. Vides ut omnia perspicit, ut innumeris utitur oculis. Quoniam extulerat fidem, declarans eam fuisse antiquiorem le ge, nequis existimaret legem esse superuacaneam, hanc quoq̃ partem corrigit, demonstrans eam non frustra, sed admodum utiliter fuisse datam. Ob trãsgressiones, inquit, addita fuit: hoc est, ne liceret Iudæis securè uiuere, atque in extremam prolabi malitiam, sed lex illis fræni uice foret imposita, erudiẽs, componens, prohibẽsq̃ transgredi, si minus omnia, certè aliquot præcepta. Itaque non mediocris erat ex lege fructus, ac significans apostolus, quousque esset addita lex, subtexuit: *Donec ueniret semen,* ⌜*cui*
⌜Codex Veronen. habet cui s.i. sicut, non cui. *repromissio facta fuerat.* De Christo loquitur. Proinde si usq̃ ad Christi aduentum data est, quid eam longius & ultra tempus prorogas? *Disposita per manus*
angelorum in manu mediatoris. Aut sacerdotes uocat angelos, aut sentit ipsos etiã angelos subministrasse ferendæ legi: Mediatorem autem hic appellat Christum, declarans, quòd is ante legem fuerit, ipsq̃ legem dederit. *Mediator autem unius non est, sed deus unus*
est. Quid hic dicturi sunt hæretici? Etenim si quòd solus pater dicitur uerus deus, obstat quò minus fi- D
lius sit uerus deus, prosectò nec deus erit, eò quò de solo patre dicitur, deus unus est. Quòd si dum unus Deu.6.a.
deus dicitur, pater deus est & filius: perspicuum est, & 1.Co.
quòd dũ solus pater dicitur uerus deus, uerus deus 8.b.
sit & filius. Mediator aũt, inquit, non unius, sed duo rũ quorumpiã mediator est. Cuius igitur mediator fuit Christus? Clarũ est quòd inter deum & hoĩes in tercesserit. Vide qũo declarat, quòd ipse etiam legem dedit. Quòd si ille legem dedit, nimirũ idem habet authoritatem abrogandi. *Lex igitur aduersus promissa*
dei? Nam si in semine Abrahæ repromissiones datæ sunt, lex autem inducit maledictionem, est utiq̃ aduersus promissa dei. Qũo igitur soluit obiectionem? Primùm quidem negat dicens, *Absit.* Deinde etiam probat, ita loquens: *Nam si fuisset data lex, ut posset*
uiuificare, uerè ex lege fuisset iustitia. Quod autem dicit, hoc est: Si in lege, inquit, uitæ spiritum habuissemus, & hæc potestatẽ habuisset nostræ salutis, fortas sis ista rectè diceres. Contrà, si per fidem seruaris, etiam si lex reddat execrabiles, nihil detrimenti capie
E bas, posteaquàm uenit fides, omnia dissoluẽs. Nam si per legẽ fuisset repromissio, iure metueres, ne exclusus à lege, simul & à iustitia excludereris. At si ideo data est lex, ut omnes concluderet, hoc est, coargueret, ostenderetq̃ eis ipsorum peccata, non solùm nõ obstat quò minus consequaris repromissiones, uerùm etiam confert ad eas adipiscendas. Hoc itaque significans dicebat, *Sed conclusit scriptura omnia sub*
peccatum, ut promissio per fidẽ Iesu Christi daretur credentibus. Nam quoniam Iudæi ne sentiebant quidem sua peccata, non sentientes autẽ nec desiderabant remissionem, dedit legem quæ proderet uulnera, quò medicum requirerent. Quod enim dixit, conclusit, perinde ualet ac si dixisset, coarguit, & coargutos cõ F
tinuit in metu. Vides quòd non solùm aduersus dei promissa data non fuit, uerùm etiam pro promissis. Etenim si lex sibi negocium hoc uindicasset, & authoritatem habuisset, rectè ista dicerentur. Sin alteri currit, ac propter illum omnia facit, quomodo est aduersus promissa dei? Nam si lex data non fuisset, omnes in malitiam fuissent deuoluti, neque quisquam Iudæorum fuisset auditurus Christum. Nunc uerò data hæc duo præstitit cõmoda: alterum quòd uirtutem mediocrem docuit eos qui ipsi parebant: alterum quòd per hanc agnouerũt sua peccata, quæ res illos maximè reddidit promptos ad quærendum dei filium. Itaq̃ qui nunc crediderunt legi, eò quòd
Ro.10.a non agnoscerent condemnarentq̃ sua peccata, non crediderunt Christo. Idq̃ significans ait: Ignorantes enim dei iustitiam, & propriam iustitiam statuere quærentes iustitiæ dei non fuerunt subiecti. *Priusquàm autem ueniret fides, sub lege custodiebamur cõclusi*
in fidem, quæ erat reuelanda in nos. Vides ut diligentiè quæ diximus, confirmat. Nam quod dixit, custodiebamur, & conclusi, nihil aliud significat, quàm tutelam ex legis præceptis adhibitam. Lex enim timore ueluti muro quodam continens illos, ac secundum ipsam uiuendi necessitate constringens, reseruabat illos fidei. *Itaque lex pædagogus noster fuit ad*
Christum, ut ex fide iustificaremur. Ergo non est aduersa. Pædagogus enim non aduersatur præceptori, sed adiuuat, arcens adolescentem ab omni uitio, reddens illum idoneum omni studio percipiendis quæ tradit præceptor. Verũ ubi iam habitum collegerit,

G discedit pædagogus,eoq; dicit:*At ubi uenit fides,quæ in uirum perfectum educit, non amplius sub pædagogo sumus. Omnes.n.filij dei estis per fidē,quæ est in Christo Iesu.* Itaq; si lex est pedagogus,& sub hoc custodiebamur cōclusi,non aduersatur gratiæ,sed adiuuat.Quòd si postq; aduenit gratia, perseuerat constringere, tum est aduersaria. Etenim siquos oportebat exire ad illam,apud sese concluderet,tum nostrā corrumperet salutem. Quemadmodū si lucerna quæ noctu præluxit,iam orto die,uetet nos obtueri Solem,non solū non præstaret officium,uerùm etiam læderet: itidem & lex,si obstaret ad meliora pergentibus. Qui nunc eam seruant,ij maximè traducunt illam: si quidē & pædagogus tunc ridiculum reddit adolescentem,cū tempore postulante,ut ab eo discedat,apud se detinet.Et ideo Paulus sic ait: *Posteaquàm uenit fides, non amplius sub pædagogo sumus. Omnes.n.* inquit, *filij dei estis.*Papæ,quanta fidei uis,& quomodo eam progressu sermonis aperit. Prius enim ostēdit, quòd fides redderet filios patriarchæ: Scitote, inquiens, qui ex fide sunt, hos esse filios Abrahæ. Nunc uerò demonstrat eosdem esse filios dei. Omnes enim,inquit estis filij dei, per fidem quæ est in Christo Iesu. Per fidē, non per legem. Post hæc quoniam rem magnam dixit & admirabilē, explicat & modum, quo fiunt filij dei. *Quicunq;.n. in Christum baptizati estis, Christum induistis.* Et quam ob causam non dixit, Quicunque in Christum baptizati estis, ex deo nati estis? Hoc.n.congruebat ad demonstrandum quòd essent filij. Sed hic sermo plus habebat maiestatis ac religionis, eoq; sic loqui maluit. Etenim si Christus est filius dei,tu uerò illum induisti, cum habes filium in te, & in illum per similitudinem transformatus es in eandem cognationem, unāmque speciem perductus es. *Non est Iudæus neq; Græcus,non est seruus neq; liber, non est mas aut fœmina: oēs.n.uos unus estis in Christo Iesu.* Vides animam insatiabilem. Cum enim dixisset,Omnes facti sumus filij dei per fidem,non hactenus cōstitit, sed quærit etiam amplius aliquid inuenire, quod euidentius approbare queat propiorem erga Christum societatem.Cumq; dixisset,Christum induistis,ne hoc quidem dicto contentus est, I sed explanans illud, ultra talem coniunctionem progreditur, & ait: Omnes unus estis in Christo, hoc est,eandem formam,eandem figuram habetis omnes,uidelicet Christi. Quid his uerbis esse possit magis stupendū aut reuerendum? Qui prius erat ethnicus,aut Iudæus,aut seruus,nunc obambulat formā gestans non angeli, neque archangeli, sed uniuersorum domini, atque in sese Christum repræsentat. *Quòd si uos estis Christi, nimirum Abrahæ semen estis, ac iuxta repromissionem hæredes.* Vides ut quod antea dixerat, nunc demonstrat, uidelicet de semine, quòd Abrahæ & semini eius benedictiones sunt datæ.

Ga.IIII. *Dico aūt quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo,cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus & procuratoribus est,usq; ad tēpus præfinitum à patre: Sic & nos cū essemus paruuli,sub elementis mundi eramus seruientes.* Paruulum hic non ætate dicit, sed animo, significās quòd deus initiò uoluerit ista largiri: uerùm ubi uidit nos adhuc puerili esse affectu, passus est nos sub elementis mundi agere, hoc est, sub neomenijs & sabbatis. Nam hi dies nobis à lunæ Solisq; cursu redeunt. Proinde si nunc quoq; uos sub legem redi-

Hic su. b

H

Rom. 6.a

gunt,nihilo secius faciunt, quàm si uos tempore ętatis adultæ rursus ad relictum pueritiæ tempus tetraherēt. Vides quanta res sit obseruatio dierum. Eum qui dominus est ac paterfamiliās & omnē potestatem habet,in famuli locum redigit. *Posteaquàm autem uenit plenitudo temporis,emisit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege,ut eos qui sub lege erant redimeret,ut adoptione locum filiorum reciperemus.* Duas hic causas refert,ac beneficia assumptæ carnis,uidelicet liberationē à malis,& bonorum subministrationē,quæ quidē nullus prestare poterat,nisi ipse solus. At quæ tandē erāt illa? Liberari ab execratione legis, & adoptari in ius filiorum. Ait.n.ut eos qui sub lege erant redimeret,& ut adoptionem filiorum recipere mus. Pulchrè dixit, reciperemus,indicans esse debitum. Cœlitus enim repromisit Abrahæ,quemadmodum & ipse multis uerbis declarauit his de rebus factas repromissiones. Et unde cōstat,inquiet aliquis, nos factos esse filios dei? Dixit modum unum, quia Christum induimus, qui est filius. Dicit & alterum, quia spiritum adoptionis accepimus. *Quoniam autem estis filij,emisit deus spiritū filij sui in corda uestra,clamantem,abba pater.* Itaq; *iam non es seruus,sed filius. Quòd si filius,ergo & hæres: hæres quidē dei, cohæres aūt Christi.* Ac si diceret, haudquaquam potuissemus illum appellare patrē,nisi prius facti fuissemus filij. Igitur pro seruis,liberos: pro paruulis,adultos: pro alienis,hæredes ac filios fecit gratia. An non igitur absurdum, extremeq; sit ingratitudinis,hac omissa,reuolui in ea quæ relicta sunt à tergo? *Sed tunc quidem ignorantes deum, seruiebatis ijs qui natura non sunt dij. Nunc autem cum cognoueritis deum, immo potius cogniti sitis à deo, quomodo denuò conuertimini ad infirma & egena elementa,quibus rursus ab integro uultis seruire?* Hic ad eos qui ex gentibus crediderant orationē dirigens ait,quòd tale quiddā est simulacrorum cultus, qualis est dierū obseruandorū custodia,quodq; nunc his grauius debetur suppliciū. Eoq; elementa uocauit,non natura deos,hæc ipsa persuadere cupiens, eosq; in maiorem impellere perturbationem. Quod aūt dicit,illud est: Tū quidē obtenebrati,& in errore uersantes,humi trahebamini: nunc uerò posteaq; nouistis deum, M uel cogniti potius estis ab illo,quī fieri potest, ut nō uobis maius & acerbius supplicium accersatis, post tantam uobis impensam curam, in eandem relapsi insaniam? Neq;.n.uos labore uestro deū inuenistis, sed uos quidem in errore uersabamini, ille uerò uos ad se traxit. Porrò elementa infirma uocat & egena, quòd nullam uim habeant ad bona proposita perducēdi. *Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos.* Ex his clarum est,quòd non solū circuncisionem eis prædicauerant illi,uerū etiam dies festos,& neomenias. *Timeo de uobis, ne fortè frustra laborauerim erga uos.* Vides uiscera & affectus apostolicos? Illi iactantur fluctibus,& hic tremit ac metuit, eoq; uehementer illis incutiens pudorem, ait hoc, laboraui erga uos: perinde quasi dixisset, ne tantos meos sudores raddatis inanes. Cum autem dicit,metuo,& addit, ne fortè:simul & desperationem illis iniecit,& in bonam spem erexit. Non.n.dixit frustra laboraui, sed, ne fortè. Nōdum,inquit,accidit naufragium, sed ad huc tēpestatem hanc hoc parturientem cerno, propterea metuo,non despero. Vobis.n.in manu est totū hoc corrigere, & ad pristinam redire tranquillitatē,quibus rursus ab integro uultis seruire? Hic ad eos qui ex gentibus crediderant orationē dirigens ait,quòd tale quiddā est simulacrorum cultus, qualis est dierū obseruandorū custodia,quodq; nunc his grauius debetur suppliciū. Eoq; elementa uocauit,non naturā deos,hæc ipsa persuadere cupiens, eosq; in maiorem impellere perturbationem. Quod aūt dicit,illud est: Tū quidē obtenebrati,& in errore uersantes,humi trahebamini: nunc uerò posteaq; nouistis deum,

G Nam & hi parturientis dolores hoc sunt acriores, quò maior erat affectꝰ charitatis, & peccatum erat haud quaquā uulgare. Hoc enim semper dixi, nec dicere desinā, quòd pusilla quæpiā trāsgressio ingēs dēt rimētū pārere solet. Quod quidē & tūc accidit. Siquidē ab exiguis ortum initijs malum, totam ecclesiam peruaserat, totā q̄ faciem ac formā uitiaue rat. *Vellem esse præsens apud uos nunc, & mutare uocem meā.* Considera mihi sibi non temperantem, considera feruentem, considera non potentē talia ferre. Talis nimirum res est charitas. Vt non contentus est uerbis, sed insuper quærit p̄sentiam, Vt, inquit, *immutem uocem meam*: Hoc est, ut uertā eam in ploratum, ut moueā lachrymas, quò simul omnes ad lamenta pertrahā. Per epistolam enim non licebat ostēdere lachrymas, neque cōplorationem. Et hinc ardet præsentiam desiderans, *Quoniā confundor in uobis.* Non enim, in quit, habeo quod dicam, non haheo quid cogitē. Vnde hoc, ut qui prius ad ipsum cœlorū culmen ascenderatis, partim ob peri
H cula fidei causa tolerata, partim ob signa q̄ per fidē edidistis, nunc adeò repentè ad tantā uilitatem deducti sitis, ut ad circuncisionē & sabbata pertrahamini, & Iudaizantibus adhæreatis? Ob id ēt initiò
Supr. 1.a dixerat, Miror quòd tam citò transferimini. Et hic dixit, Confundor in uobis, perinde quasi dixisset: Quid dicā? qd loquar? qd cogitabo? pplexꝰ sum, un de & plorē necesse est: quòd quidē in rebus perplexis faciunt etiam prophetę. Est autē & hæc non leuis curandi ratio, si non solū consulas, uerū etiā la-
Act. 10.f menteris. Nam hoc & Milesiis loquēs dicebat, Triē nium cum lachrymis admonere uos non cessaui. Idē hic dicit, ut immutē uocē meā. Siquidē quoties rebus perplexis ac desperatis derepētè obortis uincimur, deinceps ad lachrymas uertimur. Posteaquā igitur obiurgarat acriter, pudorē incusserat, ac rursus hæc mitigauerat, deinde complorationē addit. Hæc autē comploratio non solū habet castigationē, uerū etiam blandiloquium. Neque enim exasperat, sicut castigatio: neque remissum facit, quem admodū mitigatio, sed remedium est utrinq̄ mistū, multamq̄ uim habet ad exhortandū. Posteaquā igitur deplorauit, & eorū mentem emolliit, ac
I uehementius sibi cōciliauit, denuò redit ad contētionē, maius proponens caput, & ostendens, quòd ipsa lex nolit se seruari. Tum quidē ab Abrahā sumptum exēplū adduxerat, nunc uerò legem ipsam inducit, admonentē ne seruetur, sed ut ipsa iam secedat, quod erat uehementius. Itaq̄ si legi parēre uultis, inquit, discedite ab illa, nam hoc uult ipsa. Verū hoc pacto non loquitur, sed alia ratione idem agit, admiscēs etiā historiā. *Dicite mihi, qui sub lege uultis esse, legem non auditis?* Rectè dixit, qui uultis. Neque enim hoc quod gerebatur, rerum congruentia persuasit, sed illorū intempestiua cōtentio. Legē autē hìc uocat, librū conditi mundi, quod aliās crebrò
Gen. 16.d facit, uetus omne testamētū sic appellans. *Scriptum est enim, quòd Abrahā duos filios habuit, unum ex ancilla, & alterū ex libera.* Rursus ad Abrahā reuertitur, non eadē iterans, sed quoniā apud Iudæos patriarchæ nomē admodū erat celebre, declaratq̄, quòd illinc figuræ cœperint initiū, quodq̄ ea quæ nunc fiunt, prius in illo fuerint depicta. Quumq̄ prius de monstrasset Galatas esse filios Abrahæ, quoniam non eiusdem dignitatis erāt patriarchæ filij, quorū alter ex ancilla, alter ex libera susceptus erat, iā dein K ceps declarat, eos non solū esse filios, sed eo modo filios, quo fuit ille liber, ac generosus. Tanta est fidei uis. *Sed is quidē qui ex ancilla, iuxta carnē natus est:* *Ibid. 21.d* *qui uerò ex libera, iuxta repromissionē.* Quid est, iuxta carnē? Quoniā dixerat quòd fides nos iungit Abrahæ, idcq̄ uidebatur audientibus esse incredibile, si q̄ ex illo nati nō fuissent, eos uocaret filios illius, ostē dit hoc qd uidebatur incredibile, diuinitus esse factū. Nā Isaac non iuxta naturæ ordinem, neq̄ iuxta coniugiorū legē, neq̄ iuxta carnis uires natus, & filius & germanus filius fuit, ex aridis corporibus satus, & à uulua illa emortua progressus. Neq̄ enim caro conceptū, neq̄ semen partū dedit. Siquidē bis erat emortua, & propter ętatē, & propter sterilitatem, sed dei sermo hæc præstitit. In seruo uerò non itidem factū est, sed ille naturæ legibus, & iuxta coniugiorū morē natus est. Attamen qui non erat secundū carnē natus, prælatus est ei qui secundū carcarnē fuerat natus. Itaq̄ ne uos conturbet, quòd iuxta carnē nati nō estis. Nam ob hoc ipsum maximè L estis illius cognati uos, quòd secundū carnem nati non estis. Quandoquidē secundū carnem esse natum, non solū nō reddit honoratiores, uerū etiam efficit minus honorabiles. Mirabilior autē magisq̄ spiritualis est partus, qui non est iuxta carnem, nimirū ex his, qui cœlitus nati sunt. Natus est enim iuxta carnē Ismahel, sed seruus erat, nec id solū, uerū etiā exactus est è patrijs ædibus: Isaac uerò iuxta repromissionē natus, tanquā uerus, ut erat, filius & ingenuus, omnium dominus fuit. *Quæ sunt per allegoriā dicta.* Abusiuè figurā dixit allegoriam. Cæterū qd dicit illud est, Hæc historia nō hoc solùm declarat quod apparet, uerū & alia quædā altiora prædicat, unde & allegoria dicta est. Quid autē prædicauit? Nihil aliud quàm hæc omnia, quæ nunc fiunt. *Hæc enim sunt duo testamenta, unum quidē à monte Sina, in seruitutem generans, qui est Agar.* Hæc sunt. Quæ hęc? Matres puerorū illorū Sara & Agar. Duo uerò testamenta duæ leges. Quoniā nomina fœminarū erāt in historia, perseueravit Apostolus in appellatione generis, & ex ipsis nominibus multam ostēdit cō- M gruētiā. Quomodo ex ipsis nominibus? *Agar enim mons Sina est in Arabia.* Agar dicta est ancilla. Mons autē Sina, ita sonat illius gentis lingua, ut omnes q̄ ex ueteri testamento nati sunt, oporteat seruos esse. Nam mōs ille ubi uetus testamentū datū est, cōe nomen habet cum ancilla. Complectitur autē hic mons etiam Hierosolymam. Nā hoc est quod ait. *Qui coniunctus est ei quæ nunc est Hierusalem*, hoc est, uicinus est, contiguus est. *Seruit autē cum filiis suis.* Quid igitur ex hoc docet? Quòd non solū illa fuit ancilla, ac seruos genuit, uerū etiam hæc, uidelicet testamentū, cuius figura fuit ancilla. Siquidem Hierosolyma finitima est monti cognomini ancillę. In hoc aūt monte etiā testamentum est datū. Vbi ergo est figura Saræ? Audi: *Quæ autem sursum est Hiero* *Pro Sara Agar potius legendū uidetur.* *solyma libera est, quæ est mater omniū nostrum.* Nō igitur q ex ea nascūtur, serui sunt. Inferioris igitur Hierosolymę figura erat Sara, nec dubiū quin ex mōte eiꝰ nominis: supernæ uerò typꝰ est ecclesia. Attamē non est cōtentus figuris, uerū & Esaiam adhibet testē his quę dicta sunt. Cum enim dixisset, supernam illā Hierusalem esse matrē nostrā, & hāc uocasset ecclesiā, citat prophetā, ipsi suo calculo suffragātē.

Scriptū est

A *Scriptū est.n. Exulta sterilis, quæ non paris erūpe & clama*
Esa. 54.a & Luc. 23.d *quæ nō parturis, quia multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habet uirum.* Quæ igitur sterilis, & quæ deserta? An non perspicuū est, hanc esse ecclesiam ex Gentibus, q̄ antehac dei cognitione fuit priuata? Quæ uerò est illa quæ habet uirum? Nōne liquet hanc esse synagogam? Attamen hanc multitudine liberorū superauit uidua, ⌜si quidē hæc unam duntaxat habebat
⌜Sterilis. gentem. Cæterū ecclesiæ filij, Græciam, Barbariam, terram, mare, deniq̄ orbem uniuersum implent. Vides ut factis quidē Sara, uerbis autem propheta nobis futura subnotarint? Sed & illud considera. Sterilē appellauit Esaias, & hanc ostendit factā compluriū liberorum matrem. Idem sub figura accidit in Sara. Nam & hæc cum esset sterilis, numerosæ sobolis mater est facta. Cæterùm ne hæc quidē Paulo sufficiebant, uerùm etiam quō sterilis mater sit facta disquirit, ut hinc etiam ad ueritatem, accommodet figuram, eoq̄ subdit dicens. *Nos autem fratres, secundum Isaac repromissionis filij sumus.* Non.n. sterilis tantùm erat ecclesia, quemadmodum Sara, neq̄ solùm mul
B torum liberorum mater facta est ut illa, sed & ita ge-
Gen. 18.b nuit, quemadmodum illa. Vt.n. illam non natura, sed dei repromissio fecit matrem (nam qui dixit, secūdum tempus hoc ueniam, & erit Saræ filius, idem ingressus in uterum infantem formauit) sic & nostra renascētia, natura quidem nulla est, cæterùm uerba dei, quæ norunt fideles, hæc in aquæ lauacro per sacerdotē pronunciata, tanquā in utero quodam formant ac regenerant eum qui baptizatur. Proinde si sterilis filij sumus, sumus & liberi. Et quę nam est ista libertas, dixerit aliquis, cum Iudæi quidem constringerēt ac flagellarent eos qui crediderant: illi uerò qui putabātur esse liberi, persequutionibus affligerētur? Hæc.n. accidebant, cum arderet fideliū persequutio. Verùm ne hoc uos perturbet, inquit, quandoquidē hoc quoq̄ præcesit in figura. Nam & Isaac cum esset liber, à seruo persequutionem sustinuit, eóque subiungit dicens: *Sed quemadmodum tunc qui secūdum carnem natus erat, persequebatur eum qui natus erat secundum spiritum: & ita nunc. Sed quid dicit scriptura? Eijce*
Gen. 21.a *filiū ancillæ. Non.n. erit hæres filius ancillæ cū filio liberæ.*
C Quid dicitur? Hæccine cōsolatio, demonstrasse liberos à seruis persequutionem perpeti? Nequaquam inquit. Neque.n. hic subsisto, sed audi quæ sequuntur, & hanc accipies consolationem, quæ sufficiat lenien dis pusillanimorum persequutionibus. Quæ nam igitur sunt quæ sequuntur? *Eijce filium ancillæ. Non.n. erit hæres cum filio liberæ.* Vis nosse quod sit authoramentū temporariæ tyrannidis, & intempestiuæ insolētiæ? Eiectus est è paternis facultatibus puer, fitq̄ exul & erro simul cum matre. Iam mihi considera q̄ sapienter ista dicta sint. Non.n. dixit, persequebatur, & ideo eiectus est, sed ne fieret hæres. Neque.n. ob temporariam persequutionem hanc de illo pœnam sumpsit. Nam id quidem leue erat, ac nihil ad eam rem, sed non permisit illum consortem fieri bonorum filio paratorum, significans quòd etiam sublata persequutione, hoc illi ab initio prius signatum esset, quæ res non ceperit initium à persequutione, sed à uoluntate dei. Nec dixit, non erit hæres filius Abrahæ: sed, filius ancillæ, à uiliore genere illi cognomen addens. At Sara, inquies, sterilis erat: Ergo & ecclesia ex Gentibus cōgregata talis erat. Vides in omnibus seruari figuram. Sicut.n. illa cum per omnes ætatis annos nō peperisset, in extrema senectute fit mater: D ita & hæc, ubi uenit plenitudo temporis, parit. Hoc autem & propheta prædixerat, ita loquens: *Lætare* *Esa. 54.a & Luc. 23.d* *sterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis: quoniam multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habet uirum*: Hoc modo designans ecclesiam. Non n. nouerat deū, tamen ubi cognouit, uicit numerosæ sobolis synagogā. Itaq; *fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ.* Hæc oia mouet uerſatq̄, ostendere, studens id qd factū est, non esse nuperum, neq̄ recens, sed iam inde ab initio, & ante multa secula præfiguratum. An non igitur absurdum, ante tātum seculorū selectos. ac libertatis consortes, ultrò semetipsos in seruitutis iugum tradere? Post hæc aliā addit causam quæ persuadeat eis, ut in decretis perseuerent. *Libertate igitur* *Cap. V.* *qua Christus uos liberauit, state.* Num uosipsos liberastis, quandoquidē rursum ad priorem recurritis dominatum? Ipse est qui uos liberauit. Alius est qui pretiū dedit pro uobis. Vides quot modis illos abducat ab errore Iudaico. Primum ostendens extremæ demētiæ esse, eos qui pro seruis facti fuerant liberi, pro liberis uelle fieri seruos. Deinde quòd erga benemeri E tum immemores & ingratos sese declaraturi sint, cōtemnentes eum qui liberauit, & amantes eum qui in seruitutem pertraxit. Tertio loco, quòd hoc esset impossibile. Lex.n. iam non habebat dominium, cum alter eos omnes semel ab illiꝰ dominatu redemisset. Cum uerò dicit, state, fluctuationem subindicat. *Ac ne rursum iugo, seruitutis implicemini.* Nomine iugi, negocij molestiam illis significat. At cum ait, rursum, ingentem illorum indicat stupiditatem. Nam si non fuissetis hanc experti molestiam, non eratis perinde grauiter incusandi. Verū si cum experimento cognitum habeatis, q̄ graue sit huius iugi pondus, post hæc denuò uosipsos eidem submittitis, quā ueniam mereri poteritis? *Ecce ego Paulus dico uobis, quòd* *si circuncidamini, Christus nihil uobis proderit.* Vide q̄ atroces minæ. Meritò, quandoquidē & angelos anathemati deuouit. At ⌜ciuiliter dixit quòd Christꝰ eis *Supr. 1. b* ⌜quo ipsis *Christus* nihil esset
nihil esset profuturus. ⌜Nam ipse hoc non probauit, sed pronūciauit, quòd deinceps personæ authoritas satis esset pro quauis probatione. Et ideo occupauit dicere, ecce ego Paulus dico uobis, quæ uox erat cō F fidentis ijs qbus loquebatur. Nos pro nostra uirili ex *profuturus.* nobis ipsis hoc addemus, demōstrabimusq̄ quō circuncisis nihil profuturus sit Christus. Qui circunciditur, tanquam legem metuens circunciditur. Eam qui metuit, diffidit uiribus gratiæ. Porrò qui diffidit, nihil fructus capit ab ea cui diffidit. Rursus alio modo: Qui circunciditur, legem facit dominam, & authoritate pollentem. Qui uerò putat illam esse dominam, eamq̄ ex maiore parte transgreditur, ex minore seruans, semetipsum subijcit execrationi. Qui uerò seipsum submittit execrationi, libertatem quæ est in fide repellens, quomodo potest esse saluus? Nam si dicere fas est quiddam incredibile, hic neq̄ Christo, neq̄ legi fidit, sed in medio consistit, & hinc & illinc uolens lucrū facere, eoq̄ nec hinc nec illinc lucrum accipiet. Deinde posteaq̄ dixisset, quòd nihil esset illis profuturus Christus, tectè ac paucis probationem adfert, ita loquēs: *Testificor autem omni homini, qui circunciditur, quòd debitor est totius legis implendæ.* Etenim ne putares hæc inimicè dici: Non uobis, inquit, solū dico, sed cuiuis homini, quisquis circunciditur, quòd debitor est totius legis implendæ. Legis enim præce-

Universidad de Deusto Biblioteca

G pta inter se cohærent. Et qui ex libero descriptus est in seruitutem, non amplius facit quæ uult, sed oibus seruitutis legibus obstrictus est. Itidē accidit in lege, ubi pusillam aliquam legis partem receperis, teq; ipsum iugo submiseris, totū illius dominatum tibi accersisti. Idē fit in hæreditate mundana. Qui nihil attigit, ab omnibus liberatus est negocijs, quæ sequūtur defuncti hæreditatē. Quòd si paulum aliquid attigerit, etiā si non acceperit omnia, omnibus tamen sese obstrinxit, qui partē attigit. Idem accidit in lege, non ob hunc tantū quem dixi modum, uerùm etiam ob alium quendam: Legis.n. partes inuicem cohærent. Circuncisio, ut exempli causa dicam aliquid, īmolationem pecudū habet annexam, ac dierum obseruationem: immolatio rursus tū diei tum loci obseruationē habet annexam. Locus innumerabiles purgationū ritus, purificationes examen quoddam obseruationum secum adferunt uariarum. Non.n. fas est impurum sacrificare, non sacra ingredi adyta, deniq; non aliud quicq; eiusmodi rerum agere. Quapropter per unicum præceptum multa lex attrahit. Itaq; si circūcidaris, nisi circuncidaris octauo die: aut cū octauo quidem, sed non offertur sacrificium: aut cum sacrificium quidem offertur, sed non in loco præfinito: aut si in loco præfinito, nō iuxta legis præscripta: aut si iuxta legis præscripta, sed non purus: aut si purus, non cōueniēte ritu purificatus, cūcta illa pereūt. Proinde dicit: *Debitor est totius legis implendæ.* Quòd si lex habet authoritatē, noli partem implere, sed totam. Si non habet authoritatē, ne partē quidem seruare uelis. *Euacuati estis à Christo, quicunq; in lege iustificamini, à gratia excidistis.* Post eaq; argumētis rem probauit deinceps pronunciat, eoq; suspendit in extremo discrimine. Cum.n.is qui decurrit ad legem, nec hinc possit salutem consequi, & à gratia excideri, nihil supereſt, nisi supplicium indeprecabile, dum illa caret uigore, hæc non admittit hominem. Posteaq; igitur illis hoc pacto metum exaggerauit, ac mentem illorum perturbauit, posteaq; ostendit totū naufragiū quod perpessuri sunt, è propinquo patefacit illis gratiæ portum: id quod ubiq; facit, facillimam simul & tutissimā demonstrans illinc esse salutem. Eoq; subdit dicens: *Nos autem per fidem in spiritu, iustitiæ spem accepimus.* Nihil, inquit, opꝰ habemus illis legalibus. Sufficit.n. fides ad hoc, ut donet nobis spiritum, & per hūc iustitiam, multaq; insuper & magna bona. *In Christo.n. Iesu neq; circuncisio quicquā ualet, neq; præputium, sed fides, quæ per dilectionem operatur.* Vides ut eos iam maiore cum libertate aggrediatur? Qui Christum induit, ne post, inquit, talium sit curiosus. Atqui dixerat, noxiam esse circūcisionem, qūo igitur eam facit indifferentem? In his hoc facit, qui iam ante fidem eam habuerant, non in his qui post fidē circuncidebātur. Vide uerò, quo illam deiecerit, collocans eam cum præputio. Quod.n. eorum facit discrimen, fides est. Quemadmodum igitur si qui athletas deligit, siue naso adunco, siue simos, siue nigros, siue candidos eligat, nihil refert ad probationē, sed illud unum spectandum est, ut ualidi docti q; sint: ita qui adscribendus est in nouū testamentū, huic nihil nocēt hæc omnia corporalia, si absint, quemadmodum neq; iuuāt, si adsint. Quid aūt est, *Quæ per dilectionem operatur?* Hic illis ingentem inflixit plagam, significans hanc subreptionem inde natam, quòd charitas erga Christum in eis non egerit radices. Non.n. credere solùm est quod quæritur, uerùm etiam in charitate perseuerandum est, ac si dixisset: Si dilexissetis Christum, sicut oportuit, nequaquam cōfugissetis ad seruitutem: nequaquam eum qui uos redemit, deseruissetis: nequaquam contumelia affecissetis eum, qui uos in libertatem asseruit. Te ctē uerò notat & illos, qui Galatis insidiabātur, signi ficans quòd si illi quoq; charitatem habuissent erga Galatas, nequaquā ista facere sustinuissent. Vult autem hoc uerbo uitam illorum corrigere. *Currebatis bene, quis uos impediuit.* Non hoc interrogantis est, sed deplorantis & anxij. Quomodo tantus cursus interruptus est? Quis est qui tātum potuit? Qui omnibus quidem superiores, & in magistrorum eratis ordine, ne in discipulorum quidam classe manſistis. Quid accidit? quis tantum ualuit? Hæc potius sunt exclamantis ac lamentantis, sicut & antea dicebat, Quis uos fascinauit? *Persuasio non est ex eo qui uocauit uos.* Non in hoc uos uocauit, qui uocauit ut ad istū uacillaretis modum. Nō hanc legem uobis præscripsit, ut iudaizaretis. Deinde nequis diceret, Quid rem uerbis attollis, & oratione reddis atrocem? unicum tantū legis præceptū seruauimus, & tantos cies tumultus? Vide quomodo terrorem illis incutit, non ex præsentibus, sed ex futuris, loquens hunc in modū: *Exiguum fermentum totam massam corrumpit.* Sic & uos, inquit, hoc exiguū malum si non corrigatur, potent in perfectū Iudaismum pertrahere, sicut fermentum conspersionem. *Ego confido de uobis in Christo, quòd nihil aliud sentietis.* Non dixit, non sentitis: sed, non sentietis, hoc est, corrigemini. Vnde hoc nosti? Non dixit, scio: sed, confido. Cōfido, inquit, deo, & illius opem inuoco ad uestri correctionem. Cōfido. Nec simpliciter dixit, confido de uobis, sed adiecit, in Christo. Vbiq; n. laudem miscet accusationi. Quasi dixisset, Noui meos discipulos, noui q̄ sitis correctu faciles. Confido partim ob Christum, qui non patitur quid libet etiam perire, partim propter uos, qui facilē potestis reuocare uosipsos. Simul autē & adhortatur, ut ipsi etiam studium adhibeāt, tāquam non possint à deo cōsequi, nisi pariter quod in ipsis situm erat, adhiberent. *Qui autem conturbat uos, portabit iudicium suū quisquis fuerit.* Vtinq; delinit illos, tū ex eo, quòd illis addidit fiduciā: tum ex eo, quòd pseudoapostolos execratur, aut potius prædicit illis euenturū supplicū. Tu uerò iam illud mihi contemplator, ut nequaquam nomen edidit insidiantium, ne fierent impudentiores. Quod aūt dicit, illud est: Non quia uos nihil aliud sentietis, eò seductionis authores liberati sunt à supplicio, sed dabunt pœnas. Non.n. par est, ut aliorum probitas aliorum malitiā subleuet. Hoc aūt facit, ne & alios rursus inuadant. Nec simpliciter dixit, qui conturbat, sed exaggerauit sermonē dicens: quisquis fuerit. *Ego autem fratres, si circuncisionem adhuc prædico, quid etiamnum persequutionē patior?* Quoniā traducebatur apls hoc nomine, quòd ubiq; Iudaizaret, ficteq; prædicaret. uide quām purè semet explicet à suspicione, ipsos appellans testes. Nam uos quoq; scitis, inquit, istam fuisse persequutionū mearum causam, quòd à lege iubeo desciscere. Itaq; si circuncisionem prædico, cur persequutionem patior? Neq; n. aliud crimen mihi possunt intendere, qui ex Iudæis sunt, præterquām hoc solum. Nam si concessissem, ut seruatis maiorum ritibus crederent, haud quaq̄ mihi fuissent insidiati, nec ij qui crediderunt,

A nec ij qui non crediderunt: cum nihil ex ipsorū institutis labefactaretur. Quid igitur? An non prædicauit circuncisionē? An non circuncidit Timotheū?
Act.16.a Circuncidit quidē, at non prædicauit. Quid igitur est quod hic dicit? Discе eius exactā in dicendo circunſpectionē. Non dixit, non facio circuncisionē, sed nō p̄dico. hoc est, nō ita iubeo credere. Etenim ne hinc caperes dogmatū confirmationem, circuncidi quidē sed non prædicaui circuncisionem. *Ergo euacuatū est scandalū crucis:* hoc est, obstaculum impedimentūq; sublatum est, si uerum est quod dicitis. Neq; enim perinde crux erat offendiculo Iudeis, ut quòd non pareremus patriis legibus. Etenim cū Stephanū perduxissent in conciliū, non dixerunt,
Ibid. 6.d hic est qui crucifixū adorat, sed loquitur, inquiūt, contra legē & locū sanctū. Idem crimē Christo im
Ioan.5.c pegerant, quòd legē solueret. Propterea Paulus ait: Si concessa est circuncisio, soluta est quā habent aduersum nos contentio: nulla iam inimicitia manet aduersus crucem & prædicationē. Quòd si quo tidie cædem exercent cōtra nos, quomodo hoc in-
B tendunt nobis crimē? Me quidē propter hoc adorti sunt, quòd in circūcisum induxissem in tēplū. An igitur adeò stultus sum, inquit, ut cū pmiserim circūcisionē, frustra & incassum tantū in me receperim mali, ut tantum offendiculum ponerem cruci? Videtis enim, quòd nullā ob causam æquè nobis sunt hostes, atque ob circuncisionem. Num igitur adeò uecors erā, ut pro re nihili, & ipse affligerer, & aliis essem offendiculo? Porrò crucis offendiculū uocauit, eò quòd etiā sermo crucis hoc imperabat, idq; potissimū erat, quod offendebat Iudæos, & uetabat ne crucē reciperent, uidelicet quòd iuberentur à maiorū institutis discedere. *Vtinā & cōcidātur, qui uos conturbant.* Vide quā hic est amarulētus in eos, q
Sup.3.a Galatas seduxerant. In initio torquebat accusationē in seductos, semel atq; iterum eos appellās stultos: uerū ubi illos rectè castigauit correxitq;, deinceps in seductores fertur. Oportet autē nos & hāc apostoli sapientiā perspicere, qūo hos tanquā proprios filios, & tanquā correctionis capaces admonet, & ad mentē reuocat: eos uerò qui seduxerant,
C uelut alienos & insanabili morbo laborantes resecat, partim cum ita dicit, Portabit iudiciū suū quisquis fuerit: partim cum imprecans: ait, Vtinā & abscindantur, qui uos conturbant. Ac rectè dixit anastatuntes, hoc est, statu mouent. Compulerant.n. eos ut propria patria, ut libertate, ut cœlesti cognatione relicta, alienā ac peregrinam persequerentur, ut iā ab illa superna liberaq; Hierosolyma exules, cogantur ueluti captiui, solumq; uertere iussi, incertis uagari sedibus. Quapropter illis imprecatur. Qd
Titū.3.c autē dicit, hoc est: Nulla est mihi cura de illis. Hęre ticū.n. inquit, hoiem post unā & alteram admonitionē deuita. Si uolunt, non solùm circuncidantur, uerū etiā execentur. Vbi nunc sunt, qui seipsos audent euirare, simul & apostolicam imprecationem sibi accersentes, & dei opificiū accusantes, & à Manichæis stantes? Nā illi quidē aiunt corpus insidiosum esse, maleq; materiæ, hi uerò factis suis, crudelibus illis opinionibus pbent ansam, dū membrū amputāt uelut insidiās & inimicū. Itaq; multò magis oportebat execare oculos: per oculos.n. in animā descēdit cōcupiscētia. Verū nec oculus nec, ullū aliud membrū est in culpa, sed sola praua animi in-
D ductio. Quòd sinō sustines, quur nō & linguam ob blasphemias, quur non & manus ob rapinas, quur nō & pedes ad malitiā currentes, deniq; quur non totum resecas corpus? Nam & aures delinitæ tibia, frequēter effœminarūt animā: & nares, accepto suaui odore, imposuernnt menti, & ad uoluptatē lympharunt. Itaq; circūcidamus omnia, & aures, & manus, & nares. Verū hæc extremæ sunt impietatis, ac satanici consilij. Tantū oportet corrigere inconditum mentis impetū. Isti uerò sua relecant mēbra. Ita malus dæmon perinde quasi erraverit opifex, persuasit ut instrumenta perderent, semper gaudēs cædib⁹. Quī fit igitur, dicet aliquis, ut saginato corpore efferuescat cōcupiscentia? Quoniā hoc ipsum rursus est animi delictū. Nam saginare carnē, non est carnis, sed animi. Nā si uellet extenuare, habet idē omnē potestatē. At tu perinde facis, quasi siqs uidens aliquē accedentē ignem, ac lignis impositis domum incendere, omisso eo qui fecit incendium, flammam accuset, quę correptis multis lignis in altum sustulerit. Atqui culpa non ignis, sed eius qui
E ignē accendit. Hic enim ad parandos cibos, ad præbendam lucē, adque alia id genus ministeria datus est, non ad cōflagrationē ædiū. Quemadmodū & concupiscentia ad liberū procreationē uitæq; conseruationē data est, non ad adulteriū, scortationes ac lasciuias: ut pater fieres, nō ut adulter: ut legitimè uerseris cum uxore, nō ut contra fas eam corrūpas: ut relinquas tuū semē, non ut alienū uities. Siquidem adulteriū non est naturalis appetitus, sed contumeliæ præter naturā. Siquidē appetitus ille tantū desiderat misturam, non talē misturā. Hæc autē mihi non temerè dicta nunc sunt, sed præludimus ad disputatiōes quasdam ac ceu uelitamur in eos, qui dicunt dei opificiū esse malū: omissa animæ so
F cordia aduersus corpus insanientes, carnemq; nostram calumniantes, de quibus & Paulus deinceps disserit, nō carnē incusans, sed diabolicas cogitationes. *Vos aūt fratres in libertate uocati estis, tantū ne libertatē in occasionē carni.* Hic iam uidetur expatiari in sermonē moralē. Accidit autē illi quiddam nouū, quodq; in nulla cæterarum epistolarum accidit. Cum enim omnes in duas partes solitus sit partiri, sicut primū de dogmatibus, i fine de moribus disserat: hic posteaquā incidit i sermonē de moribus, rursum admiscet disputationē de dogmatibus. Nā hic sermo uicissim hæret illi, illi inquā qui pugnat aduersus Manichæos. Sed qd est, Tantū ne libertatem in occasionē carni? Liberauit, inqt, nos Christus à iugo seruitutis, liberū nobis esse uoluit facere quicquid uolumus, nō ut hac potestate ad malitiā abutamur, sed ut maioris præmij sumamus occasionē, ad altiorē philosophiā progressi. Posteaq; Sup.3.b
enim passim legē appellat iugū seruitutis, & de gratia quæ liberat ab execratione meminit, ne quis suspicaretur ipm ideo reuocare hoies à lege, quòd liceret ex lege agere uitam, corrigit eā suspicionem dicens, Non ut ill egitima fiat uitæ ratio, sed ut legē trāscendat philosophia. Soluta sunt enim legis uincula, atque idem ego dico, nō ut deiiciamur, sed ut erigamur ad altiora. Etenim tā is q scortatur, quā is qui in uirginitate perseuerat, legis terminos excessit: uerū non eodem modo, sed hic quidem in deteriora prolapsus, ille uerò ad meliora proiect⁹, sic ut alter ptergressus sit legē, alter supergressus. Hoc ita

Universidad de Deusto Biblioteca

G que dicit Paulus, Christus iugũ uobis relaxauit, nõ ut exiliatis, aut calcitretis, sed ut absq; iugo compositè incedatis. Post hæc ostendit modũ, quo hęc facilè queãt corrigi. Quis igitur modus? *Per charitatẽ*, inqt, *inuicem uobis seruite.* Rursus hîc subindicat ambitionẽ, seditionem, dominandi studiũ, & insolentiam huius erroris illis fuisse causam, quippe hæreseon mater est principatus cupiditas. Etenim cum dicit, Seruite uobis inuicem, ostendit hoc mali ex arrogantia fastuq; cepisse exordiũ. Eoq; malo respõdens admouet remediũ: Quoniã, inquit, dũ alius alij uultis dominari, dissecti fuistis, seruite uobis inuicẽ: sic denuò in unũ redigemini. At peccatũ quidem non explicat apertè, sed apertè refert emendationis modũ, ut hinc etiã illud cognoscerent, perinde ac siquis lasciuienti non dicat quidẽ quòd lasciuiat, tamẽ frequenter hortetur ad pudicitiam. Nam qui proximũ sicut oportet diligit, non grauatur illi seruire submissius quàm quisquam seruus. Quemadmodũ enim ignis admotus ceræ facilè mollit eã, sic & amoris calor omnẽ fastũ & arrogantiã uehementius quã ignis soluit. Eoq; non simpliciter dixit, Diligite inuicẽ, sed seruite, intensam ac uehemẽtem declarans amicitiã. Etenim quum legis iugum detraxisset, ne subsilirent, aliud illis imponit iugum nimirum charitatis, illo quidã ualidius, sed multò leuius ac iucundius. Deinde quid boni præstet charitas, ostendit dicens: *Tota enim lex in uno uerbo impletur, uidelicet in hoc, Diliges proximũ tuum ut teipsum.* Quoniã legẽ susq; deq; uersauit, si uis, inquit, illã implere, ne circuncidaris: non. n. circunciſione, sed dilectione impletur. Vide ut doloris sui nõ obliuiscitur, sed id quod dolet, idẽtidem attingit, etiã ingressus moralẽ tractationẽ. *Quòd si inuicem mordetis & comeditis, uidete ne à uobis inuicem cõsumamini.* Non pronunciat, ne grauet illos, nouerat tamẽ id fieri: uerũ hoc ambiguè profert. Non enim dixit, quoniã uos inuicẽ mordetis, & quod sequitur cõsimili modo, nec enim illic rursum pronunciat, sed obumbrat ac dicit, Ne à uobis inuicẽ cõsumamini, qui sermo est metuẽtis & cõsulẽtis, ut caueãt, nõ cõdẽnantis: Ac dictionibus significantibus est usus. Non. n. tantũ dixit, mordetis, quòd sanè est cõmoti? sed ad didit, & comeditis, quod est in malitia perseuerantis. Nam qui mordet quod appetebat, irã expleuit: cæterũ qui deuorat, extremæ feritatis & immanitatis specimen dedit. Morsus autem ac tineas non corporales dicit, sed eas quæ sunt his multò crudeliores. Non. n. qui carnẽ gustauit humanã tantũ malì dedit, quantũ is qui morsum fixit in animũ. Siquidem quantò corpore præstantior est anima, tantò grauius est hanc læsisse. *Videte*, inqt, *ne à uobis inuicẽ consumamini.* Quoniam qui lædunt & insidiantur uelut alios consumpturi, hoc animo ueniũt: ideo dicit, Videte ne res in uos reuoluatur. Nã seditio & cõtentio corruptionem & cõsumptionem affert tum iis qui recipiunt ea, tũ iis qui inuehunt, ac magis intus corrumpit omnia quã tinea. *Dico aũt, spiritu ambulate, & cõcupiscentiã carnis nõ perficietis:* Ecce alterã indicat uiã, quæ uirtutẽ reddit facilem, ac præstat ea quæ dicta sunt, uiam quæ gignit charitatẽ, quęq; stricta redditur à charitate. Nihil enim nihil inquã sic charitatẽ inserit nobis, ut si simꝰ spirituales, nec alia res ęq; persuadet spiritui: ut apud nos maneat atque uis charitatis, eoq; dicit: *Spiritu ambulate, &*

Leui. 19. & Matt. 22. d

carnis concupiscentiã non perficietis. Quoniam expressit, quæ res gigneret morbũ, & remedium aperit quod adfert sanitatẽ. Quod aũt est illud? Non aliud quã uiuere spiritu. Vbi uerò dixerat, spiritu ambulate, & carnis concupiscentiam non perficietis: subiecit, *Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem: hæc enim sibi inuicem aduersantur ut non quæcunque uolueritis, ea faciatis.* Hîc quidã adoriuntur nos dicentes, quòd apostolus hominẽ in duo dissecuerit, inducens eum, uelut ex contrariis naturis compositum, dum ostẽdit pugnã esse corpori aduersus animã. Verũ hæc nõ ita se habẽt, non ita se habẽt inquã. Neque enim hîc carnẽ appellat corpus. Alioqui si hoc sentiret, quomodo consentaneũ sit quod mox dicitur. Concupiscit enim, inquiens, aduersus spiritũ? At qui corpus non est de eorũ numero, quæ mouent, sed quæ mouentur: nõ de eorũ numero quæ agũt, sed de eorũ quæ aguntur, Quomodo igitur cõcupiscit, quandoquidẽ cõcupiscentia non carnis est, sed animi? Siquidẽ alibi dicit, Concupiscit anima mea. Et, Quid desiderat anima tua? & faciã tibi. Et, ne ambules iuxta desiderium animæ tuæ. Ac rursus, Sic desiderat anima mea. Quò igitur Paulus dicit, Caro cõcupiscit aduersus spiritũ? Solet appellare carnem, non corporis naturam, sed prauã uolũtatẽ: ueluti cum dicit, Vos non estis in carne, sed in spiritu. Et rursum, Qui uerò in carne sunt, deo placere non possunt. Quid igitur? Tollenda est caro? Ipse uerò qui hęc dicebat, an non carne circũdatus erat? Non carnis sunt ista, sed diaboli dogmata. Ille enim homicida erat ab initio. Quid igitur dicit? Carnẽ hîc appellat cogitationem terrestrem, socordem & incogitantẽ. Hæc enim nõ corporis est accusatio, sed aię negligentis crimen: si quidẽ huius instrumentũ est caro: Instrumentũ aũt nullus auersatur oditue, sed eum potius, qui organũ malè tractat. Neque. n. ferrum, sed hominem & & odimus & punimus. Atqui, dixerit aliquis, hoc ipsum est accusare corpus, animi peccata carnis appellare uocabulo. Ego uerò fateor quidẽ carnem anima inferiorẽ esse, sed hanc quoque pulchrã esse. Non enim quod pulchro inferius est, statim malũ est, sed ipsum quoque bonũ. Malum autem nõ est minus bonum, sed contrarium. At tu si demonstrare potes malitiã è corpore proficisci, accusa carnem. Quòd si ex appellatione conaris struere calumniã, tempus tibi est, ut simul accuses & animã: quando quidẽ & animalis homo dicitur, qui ueritate priuatus est. Et spiritus malitiæ dicũtur dæmonũ multitudo. Rursus carnis uocabulo scriptura solet appellare mysteria, totamq; ecclesiam, dicens eã Christi esse corpus. Quòd si uis etiã officia cernere, quæ p carnẽ præstantur, hinc considera. Imaginare sensus extinctos esse, & uidebis animã omni cognitione destitutã, neque quicquã eorũ quæ nũc nouit, nosse. Etenim si potẽtia dei deũ ex opificio mũdi p res conditas intelligitur, cõspicitur, qũo uidere poterimus absque oculis? Quòd si & fides ex auditu est, quomodo sine auribꝰ audiemus? Prædicare uerò, & circũcursare, linguæ pedũq; cõstat adminiculo. Quomodo. n. inquit, prædicabũt, nisi mittãtur? Et scribẽdi munus peragitur manibꝰ. Vides ut inumerabilium causã bonorũ ẽ carnis ministeriũ? Cæterũ cũ dicit, Caro concupiscit aduersus spiritũ, de dupli ci loquitur cogitatiõe, quarũ altera alteri aduersa-

I Ps 83. a & 118. c Ibid. 41. a

Rom. 8. b Ibidem.

Ioan. 8. f

Colo. 1. e

Rom. 10. d

Ibidem. e

A tur, uidelicet uirtutis & malitię, nõ anima & corpus. Nam si hæc sibi inuicem aduersarentur, seipsa tollerent, non aliter quã ignẽ aqua, tenebræ lucẽ. Sin corporis curã agit anima, multaq; solicitudine illi prospicit, innumeraq; patitur, ne deserat illud, quum uirabrumpitur, obsistit, ac uicissim corpus animæ subseruit, ⌜multarumq; rerũ ipsi cognitionem adfert⌝ & ad illius operationẽ compositũ est: qui possunt hęc esse contraria, & inter sese pugnantia? Nã ego non solùm nõ contraria, uerũ etiã magnopere concordia, seq; uicissim tuentia conspicor ex ipsis factis. Nõ igitur de his loquitur, quòd sibi inuicem aduersantur, sed malarũ ac bonarum cogitationum pugnã proponit. Velle. n. & non uelle animæ est. Ideo dicit, Hęc autem aduersantur, ne sineres animã pergere in suis prauis affectibus, Siquidẽ hæc loquutus est apostolus, ceu pædagogus quispiam ac præceptor terrorẽ incutiens. *Quòd si spiritu ducimini, non estis sub lege.* Quæ nã est hęc consequentia? Maxima quidẽ & euidẽs. Etenim qui spiritũ, ut oportet, habet: per hunc extinguit omnẽ prauã concupiscentiam. Porrò qui B liberatus est ab his, non eget legis auxilio, sed multò factus est præceptis illis sublimior. Nã qui non irascitur, quid opus habet ut audiat, nõ occides? Qui nõ intuetur intemperãtibus oculis, quid opus habet eo qui doceat non esse mœchãdum? Quis enim illi uerba facit de fructu malitiæ, qui radicem malitiæ iam euulsit? Radix enim homicidij, ira: & adulterii radix, curiosus oculorũ obtutus. Ea propter dicit: Si spiritu ducimini, nõ estis sub lege. Hîc autem mihi uidetur magnas etiam & admirandas legis laudes retulisse. Quas illas? Quanquã, inquit, lex erat loco spiritus, iuxta suas uires, priusquàm spiritus aduenisset, nõ tamen ob id oportet manere in pædagogo. Tum quidem merito sub lege eramus, ut metu castigaremus concupiscentias, nondũ prodito spiritu. Nunc uerò posteaq; uenit gratia, quæ non solũ iubet ab illis abstinere, uerũ & ad altiora. Prouehit, & ad perfectiorẽ uitæ rationem adducit, quid opus est lege? Etenim qui ex sese suo fungitur officio, huic quid opus pædagogo? Neque. n. qui philosophus est, opus habet Grammatico. Quur igitur uos ipsos redditis uiliores? Quũ prius uos exhibueritis spiritui, nũc assidetis C legi. *Manifesta autem sunt opera carnis, q̃ sunt. fornicatio, adulteriũ, immundicies, lasciuia, ueneficiũ, simulacrorum cultus, inimicitiæ, contentio, æmulationes, iræ, concertationes, seditiones, hæreses, inuidiæ, cædes, ebrietates, cõessationes, & his similia, q̃ prædico uobis, quemadmodũ & prædixi, quòd qui talia faciunt, non erunt hæredes regni dei.* Hîc iam mihi dicito tu qui carnis accusator es, & arbitraris hęc ob simultatẽ & discordiã eẽ dicta: Siti adulteriũ, & scortatio carnis, iuxta uestrã opinionẽ: inimicitię, cõtẽtio, æmulationes, cõcertationes, hæreses, & ueneficia, cuius erunt? Nã hæc tantummodo sunt corruptæ uoluntatis, nimirũ ut cætera: quò igitur erunt carnis? Vides igitur, quòd hîc non loquitur de carne, sed de terrestri cogitatione quę humi serpit, eoq; terrorẽ ingerit dicens, Qui talia faciunt, regni dei non erunt hæredes. Quòd si hæc essent natura malæ, non uoluntatis prauæ, superstuè dixisset, faciũt: sed, patiuntur. Huius aũt rei gratia etiã exulant à regno cœlorũ. Neq; enim ad ea quæ sunt naturæ, sed ad ea quæ sunt uoluntatis pertinent uel coronæ uel supplicia. Quapropter etiã hæc minatur Paulus: *Fructus autem spiritus, charitas, gaudium, pax.* Non dixit, opus spiritus: sed, fructus. Num igitur anima superuacanea est? Nã si de carne & spiritu uerba fiunt, ubi anima? Num de inanimis loquitur? Siquidẽ ubi quæ mala sunt, carnis sunt: quæ bona, spiritus: superuacanea est aia. Nequaquam. Nam huius est temperatura affectuũ, & ad hanc pertinent. Ipsa in medio sita inter uirtutẽ & uitium, si ad id quod oportet utitur corpore, reddit illud spirituale: sin tecedit à spiritu, si seipsam ꝑbet malis cupiditatibus, reddit ⌜illud magis terrenũ. ⌜Vides eum non loqui de substantia carnis, sed de mala & bona uoluntate. Quur autem uocat fructũ spiritus? Quoniã mala opera ex nobis solis oriuntur, unde & opa uocat. Bona uerò non tã tũ egent nostra cura, uerũ etiam opus habẽt diuina benignitate. Igitur hęc dissertatus prius radicẽ bonorum proponit, ita dicens: *Charitas, gaudium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, temperantia, aduersus huiusmodi non est lex.* Quid. n. aliquis præcipiat illi qui oia in se habeat, etiam perfectã philosophiæ magistram charitatem? Quemadmodũ enim equi freno morigeri, omniaq; ex sese facientes, non opus habent scutica: sic & anima quæ impulsu spiritus recta facit, nõ eget admonitrice lege. Cæterũ hic quoque legem ualdè mirabiliter deiecit, non ut malam, sed ut inferiorẽ philosophia, quã dat spiritus. *Qui uerò sunt Christi, carnem crucifixerunt cũ uitiis & concupiscentiis* Etenim ne dicerent, & quis est istiusmodi? ex factis ostendit, q̃ sint qui talia præstãt, rursus hic carnẽ appellans malefacta. Non. n. sanè carnem sustulerant, alioqui quo uiuerent? Nam quod crucifixum est, mortuum est & inefficax. Sed perfectam indicat philosophiam. Siquidem concupiscentiæ quanuis obturbant, incassum rabiunt. Quoniã igitur tãta uis est spiritus, illi uiuamus, illo contenti simus. Et hoc declarans subdit: *Si spiritu uiuimus, spiritu & ambulemus.* Hoc est, contenti simus spiritus ui, nec; requiramus legis accessionẽ. Mox ostendens eos qui circunciſionẽ inducebant, id ambitionis gratia facere, ait: *Ne efficiamur inanis gloriæ cupidi, quæ est causa omnium malorum, nos inuicem prouocantes.* Hoc in cõtentiones & concertationes dictum est. *Inuicem inuidentes* Siquidẽ ex inanis gloriæ studio nascitur inuidia, rursus ex inuidia hæc innumera mala. *Fratres etiam si præuẽ- F tus fuerit homo.* Quoniã increpationis prætextu ulci- *Cap. VI.* scebantur suas cupiditates, uidebãturq; id facere propter delicta corrigenda, quum reuera studerent suã dominandi cupiditatem stabilire, ait: Fratres si etiã præuentus fuerit. Non dicit, si fecerit: sed, si præuentus fuerit, hoc est, si abreptus. *Vos qui spirituales estis, instaurate talem.* Non dixit, punite, aut condemnate: sed, instaurate, hoc est, corrigite. Ne hîc quidem constitit, uerùm ut ostenderet eos uehementer mites esse oportere, erga eos qui supplantantur, ita subiecit: *In spiritu mansuetudinis.* Non dixit, mansuetudine: sed, in spiritu mansuetudinis, declarans hæc etiam spiritui placere, quippe quum hoc ipsum posse cũ humanitate corrigere peccantes doni sit spiritualis. Deinde ne qui corrigit alterũ, efferatur animo, & ipsum eidẽ timori subiecit, ita loquẽs: *Considerans teipsum, ne & tu tenteris.* Quemadmodum enim diuites sportulas mittunt egẽtibus, quò siquando & ipsi in egestatẽ inciderint, eadẽ ab aliis consequantur: sic & nobis est faciẽdum. Quapropter & causam necessariã memorat, ita loquẽs: *Considerans teipsum, ne & tu tenteris.* Simul excusat eũ qui peccauit: primùm ita di-

ipsam magis terrenam.

D

E

Universidad de Deusto Biblioteca

G cens: Quanuis præuētus fuerit. Deinde uox illa multam declarat infirmitatem, dum usurpat pronomē, tu, ita loquens, ne & tu tēteris. Quod igitur dicit, tale est: Corrige fratrem, si præuentus fuerit, sed cum mā suetudine, dæmonis incursionē accusans magis, quā animi negligentiā. *Alij aliorū onera inuicē portate.* Quoniam fieri non potest, ut homo uiuat absq; defectu, admonet ne rigidi sint expensores alienorum delictorū, sed tolerēt etiā proximorum defectus, ut & ipsorū delicta tolerētur ab aliis. Sicut enim in structura domus non omnes lapides eundem habēt locum, sed hic quidem in angulum est accommodus, ad fundamenta non itē: ille contrà, ad fundamenta commodus est, nō itē ad angulum: itidē sanè est in corpore, quod est ecclesia. Quin & in nostra carne licet idē cernere, attamē aliud membrum ab alio tolerātur, nec ab omnibus omnia requirimus. Nam ex communi facta collectio, & corpus & ædificium cōstituit. *Et sic adimplete legem Christi.* Non dixit plerosate, id est, implete: sed, anaplerosate, hoc est, simul omnes implete, uos inuicē ferendo. Velut ille est iracundus, tu somnolentus. Tolera igitur illius acrem impetū, ut uicissim ille tuā ferat segnitiem: Ita fiet, ut nec ille peccet, dū ab te toleratur: neq; tu, dum in his in quibus molestus es, sustineris à fratre tuo. Ad hunc autem modum uobis inuicē, ubi lapsus immi net periculum, manū porrigentes, mutuis officiis im plete legem, sic ut unusquisq; quod proximo deest, sua tolerātia suppleat. Porrò nisi sic egeritis, sed quisque proximi uitam tendat excutere, nunquam inter uos fiet quicquam eorum quæ fieri decet. Vt enim in corpore siqs ab omnibus membris eundē postulet usum, nunquam constiterit corpus: sic & inter fratres graue bellū erit, si ab omnibus oia requirimus. *Etenim siquis uidetur aliquid esse, quum nihil sit, seipsum decipit.* Hic rursus arrogantiam specta. Qui sibi uidetur esse aliquid, nihil est, primū suæ uilitatis argumētum edens, talem morum leuitatem. *Sed suum opus probet unusquisque.* Hic ostendit quòd oporte nos uitæ nostræ expensores esse, nec leuiter, sed exacta cura probare q̄ nobis gesta sunt: uidelicet, fecisti boni quidpiam, considera ne fortè propter inanē gloriā, ne propter necessitatē, ne in odium, ne per simulationem, ne ob aliam aliquā causam humanā. Sicut enim aurum uidetur quidem esse splendidum priusquàm mittatur in fornacem: uerùm ubi traditū fuerit igni, tum uerò certò dignoscitur, eò quòd adulterinum est, ab eo quod est syncerum, separato: Sic & nostra opera, subi diligēter examinaueris, tum euidēter retegentur, uidebimusq; nos ipsos multis criminibus obnoxios esse. *Et tūc in seipso tantū gloriam habebit, & non in altero.* Hæc dicit non uelūti legem præscribens ut fiat, sed illis obsecundans, perinde ac si dixisset, Absurdū quidem & est gloriari: quòd si porrò gloriari uis, ne glorieris aduersus proximum, ut ille Pharisæus. Nam qui hoc didicerit, is & ab illo facilè abstinebit. Quapropter etiā illud concesit, ut paulatim totum eximeret. Nam qui consuērit in seipso tātùm habere gloriam, & non aduersus alios, statim & hunc defectum corrigit. Nā qui non existimat se cæteris melioré, quādoquidē hoc est quod dicit, nō in alterū, sed semetipsum apud sese examinat, etiāsi glorietur, desinet tamen id facere in posterum. Atq; ut intelligas eum hoc uelle docere, uide ut illum metu cohiberi, superius dicēdo: probet suum opus: hic addēdo. *Vnusquisque suum onus portabit.* Videtur quidem proponere rationem quæ uetat gloriari aduersus alium, sed corrigit gloriantē ne sibi placeat, reuocās, illum ad propriorum delictorū consideratione dum onus nominat, & sarcinę gestationis meminit, premens illius cōscientiam. *Communi cet autem is qui instituitur sermone, ei qui instituit in omnibus bonis.* Hic iam de doctoribus loquitur. Vult enim illos diligenter curari ab his quos instituunt. Et quāobrē, inquit? Christus hoc ita præscripsit, & in nouo testamento lex hæc posita est, ut qui euangeliū prædicāt, ex euā gelio uiuāt, & in ueteri similiter multi prouētus erāt Leuitis è subditis. Cuius igitur gratia sic hæc constituit, sed prius substrato modestiæ & charitatis fundamento? Quoniā etiā doctoralis authoritas frequēter inflat ea præditos, cohibens doctoris spiritū, cōstituit illū in hac necessitate, ut opus habeat discipulis: & his rursus præbet occasionē, ut faciliores reddantur ad beneuolentiā, exercens eos per beneuolētiam erga doctores, ut & erga cæteros sint mansuetiores, quæ res non mediocrem charitatem excitauit in utraque parte. Alio qui nisi hoc esset quod dixi, quam ob causam deus, qui ingratos Iudæos mānā aluit, apostolos in medicorum deiecisset necessitatē? An nō perspicuū est, quòd hinc magna pararet bona, modestiā & charitatē? Et ne puderet discipulos, subditos esse probro obnoxiis. Probrum.n. esse uidetur, petere. At iam nō uidebatur, quum idem palàm omniq; cum libertate facerent doctores. Itaque non mediocrem fructum & hinc tulere discipuli, dū per hæc docentur gloriam omnē despicere. Idcirco dicit: *Communicet autē qui instituitur in sermone, ei qui instituit in omnibus bonis:* Hoc est, omnem in illum exhibeat liberalitatem. Hoc enim innuens dicebat, in omnibus bonis. Nihil, inquit, discipuli propriū est, sed oia communia, quippe qui maiora quàm dat accipit, atque hoc maiora, quò præstabiliora sunt cœlestia terrenis. Quod & alibi significans, ait: Si nos uobis spiritualia seminauim⁹, magnū est, si nos uestra carnalia metam⁹? Eoq; negotiū hoc appellat cōmunicationem, indicans fieri repensationē. Ex hoc uerò charitas quoq; redditur feruentior, multóque firmior. Itaque si doctor quērit, quod naturæ satis est, nihilo minus accipiens manet in sua dignitate: quandoquidē & hoc laudi dandū est, doctorem sic assiduum esse ministerio sermonis, ut cęteris egeat, altrīsimaq; laboret inopia, contemnens omnia quæ ad uictus necessitatē pertinent. Quòd si modum transgressus fuerit, corrupit suam dignitatē, non eò quòd accipit, sed quòd prę ter modum. Post hęc ne doctoris improba uita, segniorē ad hæc redderet discipulū, eumq; pauperē frequenter prætercurreret ob mores malos, pergit ac dicit: *Bonū autem facientes nō desa tigemur.* Hic ostendit discrimē ambitionis huiusmodi, & eius qui incumbit rebus temporariis, ita dicēs: *Ne erretis, deus non irridetur: quicquid enim seminauerit homo, hoc & metet. Nam qui seminat in carne sua, ex carne sua metet corruptionem. Qui uerò seminat in spiritu, è spiritu metet, uitam æternam.* Quemadmodum.n. in semēte, qui seminat, non potest ex hordeo metere triticū, eò qđ oporteat & sementē & messem eiusdē esse generis: lic & in operibus. Qui in carne deposuerit, delicias, temulentiā, concupiscentiam absurdā quæ hinc prouenium, metet. Quę autem sunt istā? suppli cium, ultio, probrum, risus, corruptio. Siquidem mē

A sarum sumptuosarum & cōdimētorum nullus alius prouentus est quā corruptio. Nam simul & ipsa corrumpuntur & corrumpunt corpus. Quæ uerò sunt spiritus, haud sunt eiusmodi, sed his omnibus oino diuersa. Considera uerò, seminasti eleemosynā, manēt te thesauri cœlestes, gloriaq; sempiterna. Semina sti pudicitiā, excipiet te honor & brauium, & ab angelis gratulationes, & ab agonotheta coronę. *Bonū aūt faciētes ne defatigemur: tpe enim suo metemus nō desicientes: ergo dum tps habemus, operemur quod bonum est in omnes, maximè uerò erga domesticos fidei.* Nequis arbitraretur, doctorū quidem habendam esse curam, eosq; alendos, cęteros uerò negligendos, ad generalitatē profert orationē, oibusq; patefacit ostium huius honoris ambiendi: tantaq; uehemētia id facit, ut in Iudæos etiā ac gentes, licèt non eodem gradu, tamen eleemosynam cōferre iubeat, Quis autē est ordo? Vt circa fideles maior habeatur solicitudo: & qđ in cæteris epistolis facere solet, hoc & hic facit, non modò loquens de danda eleemosyna, uerùm ēt de
C studiosē perpetuoq; dāda. Siquidem hæ uoces, semi nare & non oportet defatigari, hoc innuunt. Ergo quoniam rē magnam exigebat, premium quoq; collocat in foribus, messis faciendo mentionē nouę cuiusdam & admirabilis. Nam in agricolatione, non solùm qui seminat, uerumetiam qui metit multū sudet laboris, cū squalore, cum puluere, cumq; multa colluctans miseria. Tunc uerò nihil, inquit, tale erit, Quod etiam explanās, dicit: *Tępore enim suo metemus non deficientes.* Et hinc quidem illos hortatur & allicit, ex altera uerò parte urget etiam, & compellit, dicens: *Ergo dum tempus habemus operemur bonum.* Quemadmodum non semper est in nostra potestate facere sementē, ita nec dare eleemosynam. Quū enim hinc fuerimus abducti, etiā si milies uelimus,
Mat.25.a nihil effecerimus. Testes huius rei nobis sunt & uirgines illæ, quæ quamlibet promptam haberēt uolūtatem, tamen quoniam abierant non ferentes secū largam eleemosynam, exclusæ sunt à thalamo sponsi.
Luc.16.f Testis est & diues ille, qui Lazarū despexerat, q quoniam hoc destitutus erat auxilio, & plorans & suppli
D cans uehementer, nec à patriarcha, nec ab alio quopiā misericordiā impetrauit, sed citra ueniam omnē mansit in perpetuo flāmæ cruciatu. Propterea dicit, dum tps habemus, operemur bonum erga omnes, & hac ratiōe maximè subducit eos ab humilitate Iudaica. Nā illis omnia humanitatis officia erant erga contribules: at gratiæ philosophia, terram pariter & mare, ad beneficentiæ mensam inuitat, quanquàm erga domesticos copiosiorem exhibet solicitudinē. *Videtis qualibus literis scripsi uobis manu meas. Quicūque uolunt in carne placere, ij cogunt uos circuncidi.* Considera quantus dolor tenuerit illam beatā animā. Quēadmodū enim qui in luctum aliquem inciderūt, aut aliquem ex syncteris amicis amiserunt, aut alioq malum aliquod subitò obortū ferūt, neq; noctu quietē agunt, neque interdiu, luctu pectus illorū obsidēte: sic & beatus Paulus pauca loquens de moribus, de nuò reuertitur ad superiora, q̄ maximè discruciabāt ipsius aium, ita loquēs: Videte qualibus literis scripsi uobis: Hic nihil aliud innuit, nisi quòd ipse totā scripserit epistolā: quod affectus mirè syncteri erat argumentum. In cæteris.n. epistolis subscribebat quidem ipse, cæterū alius scribebat, idq; liquet ex ea quæ est
Ro.vlt.d. ad Romanos epistola. Ibi siquidē sub calcem ait, Saluto uos ego Tertius, qui scripsi epistolam. Hic uerò D
totam ipse scripserat. Fecit autē hoc non temerè, sed admodum necessariò, non ob charitatē modò, uerū etiā ad tollendam malā suspicionē. Quoniā enim traducebatur de iis factis, quibus affinis non erat, di cebaturq; circuncisionē profiteri, dissimulans tamē quasi non profiteretur, ideo compulsus est epistolā sua manu scriptam mittere, depositō apud illos scripto testimonio. Quod autē dixit, qualibus mihi uidetur non magnitudinē, sed deformitatem literarū significans hoc dicere. Nam propemodum illud dicit, quòd quum non nosset optimè scribere, tamen compulsus sit per seipsum scribere, ut calumniatoribus os obturaret. *Quicunque uolunt placere in carne, hi cogunt uos circuncidi, tantū ne per crucē Christi persequutionē patiantur. Neque.n. qui circuncidunt, ipsi legē seruāt, sed uolūt uos circūcidi, ut in uestra carne glorietur.* Hic ostendit illos nō sponte id facere, sed coactos pati, præbens illis occasionē redeundi, ac propemodū illos excusans, hortansq;, ut citò resiliant. Quid autē est, placere in carne? Probari apud homines. Quoniā E
enim apud Iudæos probro dabatur, quòd à patriis cōsuetudinibus descisceret: ne hoc, inquit, possit ipsis exprobrari, uolunt uos corrumpi, per uestram carnē illis satisfacturi. Hoc autē dicit, ut ostendat illos nequaquam propter deū quæ faciebant facere. Perinde quasi dixisset: Quod fit, non innititur pietati: propter humanam ambitionē hæc omnia fiunt, ut placeant infidelibus, quòd fideles trūcētur: & inducunt animum, ut deum offendāt, modò placeant homini bus. Hoc enim est in carne placere. Post hæc ut ostēdat & à diuerso eos esse procul à uenia, rursus illos redarguit, nō solū ob id, quòd aliis placere studerēt, uerū etiam quòd suæ gloriæ causa, hæc aliis præcipe rent. Eoq; subiecit, Vt *in carne uestra glorientur, tanquā qui discipulos habeant sintq; doctores.* Et unde hæc probantur? *Non enim,* inquit, *ipsi legem seruant.* Maximè igitur etiam si seruassent, erant accusandi. Nūc & scopus illorum insyncerus est. *Mihi uerò absit, ut glorier, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi.* Attamen res uidetur esse probrosa: uerū in mundo & apud infideles. Cæterū in cœlis & apud fideles gloria est, & qui- F
dem maxima. Nā & paupertas probrosa est, sed nobis gloriosa. Item sperni apud uulgus ridiculū est, at nos eo gloriamur. Ita crux nobis est gloriandi materia. Nec uerò dixit, ego non glorior, aut ego nō uolo gloriari, sed absit ut ego glorier, perinde quasi de re portētosa loquens abominatus est, & ad hoc pstandum diuinā opem implorauit. Et quid est quod de cruce gloriatur? Quòd Christus mea causa formam serui accepit, & mea causa q̄ passus est, pertulit: propter me inquam, qui seruus eram, qui inimicus, q̄ ingrat⁹, sed sic me dilexit, ut seipsum exponeret. Quid huic possit æquiparari? Etenim si serui dum tātū laudantur ab heris, hiq; eiusdem naturæ, uehementer sibi placent: an non gloriandū est, quū ille dominus, qui uerus est deus, non erubescit pro nobis crucē subire? Proinde ne nos quidē illius ineffabilis erga nos solicitudinis pudeat. Illum non puduit tua causa crucifigi, & te pudet eius inenarrabilem profiteri dispensationem? Et interim perinde facis, ac si quis uinculis constrictus antè non erubescens de rege, postquā is astans ipsi in carcere, uincula suis manibus detraxisset, ob hoc illius pudesceret. Verū hæc extremæ fuerint dementiæ: ob hoc ipsum enim maximè gloriam

dum est. *Per quẽ mihi mundus crucifixus est & ego mũdo.* Mundum hic appellat nõ cœlum, neque terram, sed res temporarias, laudem ex hominibus, famulitium, gloriam, opes. Hæc igitur omnia quæ uulgò uidentur esse magnifica, mihi facta sunt mortua. Talem oportet esse Christianum, & hanc uocem semper habere in ore. Cõsidera & hinc huius beati erga deum charitatẽm. Non contentus est priore mortificationis modo, sed & alterum intulit dicens: *Et ego mundo*: duplicem innuens mortificationẽ, ac dicens, & illa mihi mortua sunt, & ego uicissim illis. Nec illa me capere possunt, neque manibus iniectis, captiuum ducere, quippe semel mihi mortua, neque ego illorum cupidine teneri, quippe mortuus illis. Nihil hac mortificatione felicius. Hoc est beatę uitæ fundamentum. *Neque igitur circuncisio quicquã ualet, neq; præputiũ, sed noua creatura. Et quicunque hac regula incedunt, pax super eos & misericordia & super Israel dei.* Vides crucis potentiam, in quãtam celsitudinem apostolum subuexerit. Non enim solùm iam omnes mũdi res illi mortuas reddidit, uerum etiam lõgè supra ueterum institutum sustulit. Quid huic potẽtiæ par? Siquidem qui prius pro hac circuncisione occidebatur, & alios occidebat, huic persuasit crux, ut illa eodem loco relicta quo erat præputium, noua quædã & admiranda, ac cœlos transcendentia perquireret negotia. Hanc enim appellat nouam creaturam nostrum uiuendi institutum, tum ob ea quę nata sunt, tum ob ea quæ futura sunt. Ob nata quidem, quòd nostra ⌜natura, ⌜quæ inueterauerat senio peccati, repentè baptismi lauacro renouata est nõ aliter, quàm si denuò esset condita. Quapropter etiam noua ac cœlestis à nobis exigitur uitæ forma. Ob futura uerò, quòd & cœlum & terra, & omnis denique creatura, in incorruptibilitatem transferetur una cum nostris corporibus. Proinde ne mihi posthac loquaris, inquit, de circuncisione, quæ nullam habet uim. Quomodo enim hæc extabit, quum omnia tantopere sint immutata? Quin potius res nouas quærite, nimirum gratiam. Hæc enim qui sectantur, hi & pace & dei erga nos bonitate fruentur. Qui proriè nomine Israelis appellari possunt, quòd hi qui diuersa sentiunt, etiam si ex illo prognati forẽt, eiusq; cognomen circunferrent: ex his tamen omnibus exciderũt, & à cognatiõe, & ab ipso cognominis honore. Quippe qui regulam hanc seruant, hi sunt qui uerè Israelitæ possunt esse, qui à ueteribus discedunt, & gratiam sectantur. *De cætero nemo mihi molestus sit.* Hic non quasi lassus, aut defatigatus hæc loquitur. Etenim qui omnia tum facere tum pati causa discipulorum induxerat animum, quomodo nunc fractus esset cõ
2.Ti.4.a cidisset que? Qui dicit: Insta opportunè, importunè:
2.Ti.2.d Qui dicit, Si fortè det illis deus agnitionem ueritatis, & resipiscant à diaboli laqueis. Quam igitur ob causam hæc dicit? Vt illorum socordem animum premat, & in maiorem coniiciat terrorem, & leges ab ipso latas confirmet, nec sinat illos semper, uacillare. *Ego enim notas domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto.* Non dixit, habeo: sed, porto, tanquam aliquis de trophæis glorians, signisque regalibus. Quanquam hoc ipsum rursus probrosum esse uidetur. Verùm hic sua uulnera iactat, neque secus quàm solent milites uexilliferi, hic exultat, uulnera circunferens. Sed quam ob causam hoc dicit? Quouis sermone, quauis inqt, uoce clarius per hæc me purgo. Hęc nã

⌜anima.

que uocẽ tuba sublimiorem emittunt aduersus eos qui mihi cõtradicũt, ṗdicantq; me simulare dogma, & ad placandum homines aliquid dicere. Etenim si quis militem uideret ex acie cruentatum prodisse, innumeris uulneribus saucium: num posset illum ignauiæ proditionisque damnare, argumenta fortitudinis in ipso corpore gestantem? De me quoque igitur, inquit, similiter iudicate. Et si quis nolit meam excusationem audire, animúmque cognoscere, spectet uulnera, quæ certiorem exhibent probationẽ, quàm hæc uerba, quàm epistola. Exordiens enim epistolam, ex subita sui mutatione, syncerum animũ suum, sucique expertem euidenter ostendit: finiens uerò declarat idem, ex periculis huius mutationis causa toleratis. Nam nequis diceret, recto quidẽ animo mutatus est, uerum non perstitit in eodem proposito, testes allegat, se etiam perstitisse, nimirũ tentationes, pericula, plagas. Deinde posteaquam se dilucidè purgauit de omnib⁹, declarauitque, quòd nihil eorum quæ dicta sunt, dixerit animo commoto, aut odij causa, sed immobilem habeat erga illos charitatis affectum, rursus hoc ipsum cõfirmat, claudẽs orationem precatione, plena bonis innumeris, hunc in modum loquens: *Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro fratres, Amen.* Hoc extremo uerbo, cunctis quæ prius dicta sunt, signaculum addidit. Non enim simpliciter dixit, uobiscum, quemadmodum de cæteris, sed ait, cum spiritu uestro: auocans illos à carnalibus & ubique demonstrans dei beneficentiam, gratiæq; commonefaciẽs quam acceperãt, per quam poterat illos ab omni errore Iudaico reuocare. Nam & spiritum accepisse non erat legalis inopiæ, sed iustitiæ, quæ est secundum fidem: nec acceptum tenere, erat ex circuncisione, sed ex gratia. Ea propter admonitionem clausit deprecatione, spiritus simul & gratiæ mentionem refricans, & fratres alloquens, & deum inuocans, ut his perpetuo fruantur, & duplici muro quæ prius dicta sunt, communiens. Siquidem hæc ipsa precatio consummata doctrina est eorũ quæ dicta sunt, duplicis muri uicẽ illis exhibens. Nam & doctrina cõmonefaciens illos quãtum bonorum accepissent, magis cõtinet illos in ecclesię dogmatibus, & precatio gratiã inuocãs, & in iisdem perseuerare suadens, non sinit spiritum ab illis discedere: quo quidem in illis manẽte, non aliter ac puluis, dispellebatur omnis eiusmodi dogmatum fallacia.

Finis.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI CÕSTANTINOPOLITANI, IN EAM, QUÆ AD EPHESIOS EST, EPISTOLÃ ARGUMẽTUM: GODEFRIDO TILMANNO IN CARTUSIA PARISIENSI MONACHO INTERPRETE.

*

Ephesus, Asiæ metropolis. Erat planè ea ciuitas addicta cultui Dianæ: quam in primis ut patriũ numen uenerabatur. Tanta in eã superstitione tenebãtur Ephesij, ut nomen eius, qui templum deæ incẽderat, indicta pœna sanxerint ne à quoquam in uulgus exiret: incẽdio siquidem illo templum conflagrauit. Beatus proinde loãnes Euangelista plurimum illic egit ętatis. Etenim ea ex urbe relegatus in exilium, redux tandem uita perfunctus est Ephesi. Plerique philosophorũ qui in Asia id ætatis effloruerant, in ea agebant ciuitate. Dicitur etiamnum Pythagoras ⌜illinc nomen celebre assecutus. Quin & omnis Ionicæ philosopiæ schola adeò illic tum temporis florebat: ut etiam hodie inuenire possis non paucos, qui Parmenidem, ⌜Zenonẽ, Democritum, & alios id genus philosophos adhuc consectẽtur. Nolim existimes hæc mihi dicta esse temerè, sed ut demonstrem Paulo fuisse exactiore studio opus, cùm ad Ephesios scriberet. Dicitur enim Paulus sensa quædam doctrinæ altioris istis concredidisse: ut qui iam qualencunque gustum cepissent nostrę fidei. Est planè epistola hęc sublimium sententiarum atque dogmatum põdere pregnans, quam è Roma uinctus quoque scribit: sicut ipse ait: Orate pro me, ut mihi detur sermo in apertione oris mei cũ fiducia notum facere mysterium euangelii: pro quo legatione fungor in catena. Sententiis sanè quàm arduis & supra modum grauibus tota hæc scatet epistola. Nam quæ nusquam propè locutus est, hic ea ⌜profert: ut cùm ait: ut innotescat principatibus & potestatibus in cœlestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei. Rursus: Conresuscitauit, & considere nos fecit in cœlestibus. &, Quod aliis generationibus non est agnitum, sicut nunc reuelatũ sanctis apostolis ei⁹ & prophetis in spiritu: ut sint gẽtes coheredes, & concorporales, & compartícipes hæreditatis ipsius in Christo.

*

Act.19.d.e.f.g Danæ huius, ἡ Πολυμακεδὼν dicta est, teplũ incẽdit Erostratus. Strabo suorũ geographumenõ xiiij. Aul. Gellius. c. vj. secũdi lib. Plinius. xxxv. t. Ti. 1.a. ⌜De Ioanne euãg. Euseb. iij. eccl. hist. Hie. in catalogo. B ⌜De Timotheo idẽ Euseb. iij. ter ⌜Pytagoras Samius Ephesi primũ dedit operã philosophiæ. Laert. lib. viij. philosophiæ initia duo: Ionicum cuius C princeps Thales Milesius: Italicũ, huius author Pythagoras Idem. i. lib. ⌜De Parmenide. Laertius lib. ix. Ibidẽ de Zenone & de Democrito

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, IN EAM QVAE ad Ephesios est, sancti Pauli epistolam enarratio: GODEFRIDO TILMANNO IN CARTUSIA PARISIENSI MONACHO INTERPRETE.

HOMILIA PRIMA.

Paulus apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, sanctis qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu. Gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Ecce ut particulam hanc, dia, hoc est per, patri etiam hoc loco adscripsit. Quid igitur? Num ideo Christum dixerimus patre ipsum minorem? Nequaquàm. *Sanctis*, ait, *qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu.* Ecce etiam num sanctos uocat uiros, qui uxores habent, liberos & turbam famulorum, idque à fine epistolæ liquidò colligitur: ut cum dicit: Mulieres propriis
E uiris subditæ estote. Rursus: Filii obedite parentibus uestris. &, Serui obedite dominis. Ad mentem reuocemus, quæso quanta nos socordia detineat, quàm rara nobis hodie exerceantur munia uirtutum. Contrà, quantus tunc generosè cuncta & cum uirtute agentium fuerit prouentus, adeo ut non dubitet eos appellare sanctos ac fideles: qui secularibus negotiis operam dabant. *Gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo.* Gratiam quidem dixit, & patrem uocauit deum. Gratiæ enim illius hoc argumentum, Quod illud? Audi ipsum alio loco dicentem. Quia uerò estis filij: misit deus spiritum filii sui clamantem, abba, quod est pater. Gal.4.b
Et domino Iesu Christo. Nam nostræ salutis gratia Christus natus est, & carnem assumpsit. *Benedictus deus*, inquit, *& pater domini nostri Iesu Christi.* En uides quia deus quidem est incarnati. Quod si nõ admittis, certè dei uerbi pater est. *Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus, in Christo.* Præsenti loco uidetur Iudaicam illam tacitè sugillare benedictionem. Benedictio quidem erat, at non spiritualis: ueluti sunt illæ: Benedicat te deus. Benedicet F
fœtum uteri tui. &, Benedicet ingressum tuum pari- Nu.6.d
ter & egressum. Atqui hic dissimiliter, Quid illud? Deu.7.b
Nempe in omni benedictione spirituali. Quid reliquum fecit, quod præterea queas desiderare? Ecce immortalis factus es, liber, filius, iustus, frater, cohæres ipsi factus es: unà cum Christo regnas, gloriæ ipsius consors efficeris: denique semel omnia tibi contulit, idque gratuitò. Quomodo nõ etiam cum ipso inquit, oia nobis donabit primitię tuæ Xps ab angeRom.8.g
lis suppliciter adoratur, à Cherubim, à Seraphim. Quid proinde desit? In omni benedictione spirituali. Nihil hic, quod carnem resipiat. Ob id enim uniuersa illa, q̃ carnis erãt, exemit, cũ ait: In mundo pressuram habebitis, nimirum ad hęc spiritualia nos subIoã.16.g
inuitans. Vt enim carnalibus desideriis affixi audire Dissimile
non possunt, quæ sunt spiritualia: sic illi, qui spiritualia sectantur, illa assequi nequeunt, nisi à se prius carnales affectus abdicarint. Quid est, benedictio spi-

Vt initio aduersus Arianos pugnat.

Ephes.5.e & 6.a.

ritualis in cœ'estibus? Non utique ait in terra, quemadmodum illæ sunt apud Iudæos: Bona terræ comedetis. In terram lacte & melle manantem, Et, Benedicet deus terram tuã. Hic autem nihil tale. Quid igitur? Qui diligit me, mandata mea seruabit: & ego & pater ueniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus. Et, Qui audit uerba mea hæc, & facit ea: assimilabitur uiro prudenti, qui ædificauit domum suam supra petram. Flauerunt uenti, & uenerunt flumina, & impegerunt in domum illam: & nõ cecidit. Fundãta enim erat supra petram. Quænam petra illa, nisi facta cœlestia: quæ omnem transcendũt rerum præsentium mutationem? Quisquis enim me confessus fuerit coràm hominibus, ait, confitebor & ego eum coràm patre meo, qui est in cœlis. Et, Quisqs me negauerit, negabo & ego eũ, Itẽqꝫ, Beati mundo corde, quoniã ipsi deũ uidebũt. Iterũ: Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnũ cœlorũ. Rursus: Beati estis, qui persecutionẽ patimini propter iustitiã: quoniã merces uestra multa est in cœlis. Vidés ne, ut ubiqꝫ cœlorũ cõmeminit? ut nusquã terræ, aut eorũ, q̃ in terra sunt? Rursum: Nostra conuersatio in cœlis est: ex quo ẽt saluatorẽ expectamus dominũ Iesum. Itẽqꝫ: Non terrena sapientes, sed quæ in cœlis sunt. *In Christo Iesu.* Hoc est, quæ sunt per Christum Iesum, Neqꝫ enim authore Mose erat hæc benedictio. Itaqꝫ nõ qualitate modò, sed mediatore uos longo superamus interuallo ô Iudæi: quẽadmodũ in ea, q̃ ad Hebræos est, epistola ait apostolus: Et Moses quidẽ fidelis in tota domo eius, tanquã famulus in testimoniũ eorum, quę dicenda erãt. Christus uerò tanquã filius in domo sua: cuius domus sumus nos. *Sicut etiã elegit nos,* inquit, *in ipso ante constitutionẽ mundi: ut essemus sancti & immaculati in cõspectu eius.* Quod dicit, perinde est, ac si dicat: Per quem nos benedixit, per eũdem & elegit. Ipse igitur nobis illic bona illa refundet omnia. Siquidem iudex cum sit, dicet: Venite benedicti patris mei, possidete paratũ uobis regnũ à cõstitutione mũdi. Rursus: Vbi sum ego, uolo, ut & ipsi sint. Et in omnibus propemodũ epistolis magno studio adnititur Apostolus demõstrare quòd q̃ nobis cõtingunt, nõ sint nuper inuenta, sed supernè ab ipso rerũ primordio p̃figurata, neqꝫ ex eo quòd pigeat factorũ: sed sic diuina ratione cũcta dispensata sint ac præfinita, idqꝫ per multã erga nos prouidentiã. Quid est, *In ipso elegit?* Per eã, quæ in ipsum habẽda esset, fidẽ: hoc p̃stitit, priusquã ipsi essemus, magis aũt priusquã mundi huius iacerẽtur fundamẽta. Pulchrè admodũ catauolen dixit, quasi indicet mũdũ à summo quopiã fastigio iactis i imũ fundamentis esse conditũ: dũ ostẽdit mundũ ipsum in summi dei potestate esse. Magna prorsus & nulli explicabilis dei celsitudo, nõ loco qdẽ discreta, sed arcano naturæ secessu disiuncta. Porrò qd inter creatũ creatorẽqꝫ mediũ interiacet, cũ immensum sit: nulla mens queat cõcipere. Pudeat hæreticos, cũ ista audiunt. Sed cur elegit? Vt simus sancti & immaculati in cõspectu eius. Ne igitur ob id qd te elegit, existimes tibi fidẽ sufficere solã: adiecit & uitã. Nã propterea elegit, inqt, & in hoc elegit, ut sancti simus & immaculati. Elegit Iudæos quoqꝫ aliquando. Ecquã demum asserit electam gentẽ? Elegit sanè ex gẽtibus. Quòd si hoies, ubi obuenit eligẽdi optio, pulcherrima quęqꝫ eligũt: quãtò magis deus? Quare istiusmodi electio & diuinæ erga nos benignitatis argumentum est: & eorum uirtutis cõmendatio. Omnino. n. si futuros probos elegit, & nos utique reddidit sanctos: sed semel sanctificatos necesse est in sanctimonia uitæ persistere. Sãctus est is, qui fidei particeps factus, innocens uitã exigit nulla dignã reprehẽsione. Sed & sanctitatẽ uitæ requirit, non eam quæ utcũqꝫ irreprehensibilis appareat: uerũ, q̃ nos tales, hoc est, nulla uitiorũ labe culpabiles repræsentet in cõspectu eius. Sunt enim sancti quidã & irreprehensibiles, sed qui sic reputãtur hominib⁹, nõ absimiles sepulchris dealbatis: quemadmodũ ij, qui pellibus ouiũ integũtur. Atqui nõ tales requirit dominus, sed quales propheta indicat: Et secundũ puritatẽ manuum mearũ, Qualẽ? Eã profectò sanctimoniã uitæ requirit in cõspectu oculorũ eius apparẽre: quã ipsius dei oculus benignè cõtuetur, siqdẽ & ab his benefacta. Rursum Paul⁹ ad eius gratiã reuertitur. Nõ enim à laboribus fit, sed ẽt à charitate. Neqꝫ à charitate duntaxat, sed à nostra uirtute. Nã si à sola ipsius charitate proficisceretur, iã nec esset oẽs homines saluos fieri. Contrà uerò, si à nostra solũ uirtute dei in nos gratia dependẽret, ipsius ad nos aduẽtus foret superuacaneus, ac oía deniqꝫ ab ipso pro nobis admirabili dispẽsatione gesta fructu carerẽt. Cęterũ neqꝫ à sola dilectiõe, neqꝫ à nostra ipsorũ uirtute, sed ex utroqꝫ tẽperato. *Elegit enim nos,* inquit, Qui eligit, nouit utiqꝫ, quid eligat. *In charitate, qui prædestinauit nos.* At uerò nemi nẽ seruauerit uirtus, nisi adsit & charitas. Dic tu mihi, quæso: Quid Paulo profuisset, aut quod suæ sapiẽtiæ dedisset specimẽ: si nõ cœlitus illum acciuisset ad fidẽ, & quẽ prius dilexerat, ad se attraxisset? Quòd deniqꝫ nos si tot bonis dignatus: suę fuit erga nos charitatis, nõ itẽ nostræ uirtutis. Et enim si nobis inuserit uirtus, si Christi fidẽ amplectemur, si ad deũ accesserimus: hoc & eius munus est, q̃ nos uocauit: sed tamen & nostrũ. Illud uerò, quòd nos qui ipsi propinquauerimus, tot honoribus cumulauerit, ita, ut nos mox ab odio in locũ filiorum proueheret adoptione, oĩno, supereminentis est ipsius erga nos dilectionis. *In charitate,* ait, *qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum.* Vides ut nihil sine Xp̃o? ut nihil sine patre? Hic prędestinauit: ille cõciliauit: Et hæc inducit Paulus attollens quę gesta sunt, quemadmodũ & alio loco ait, Non solum autẽ, sed & gloriamur per dominũ nostrũ Iesum Christum. Magna enim prorsus & plurimi facienda semper, quæ à deo collata sunt humano generi: sed quæ per Christum dari contigit, multò præstantiora. qa non unũ quemlibet è famulis misit ad cõseruos, sed ipsum unigenitũ. *Secundum propositum uoluntatis suæ,* inquit. Perinde est, quia uehementer uellet fieri, hoc ipsius erat desiderium: quasi siquis dicat, Hæc ipsa eius erat uoluntas. eudocia enim ubiqꝫ est præcipua dei uoluntas. Est enim & alia eius uoluntas, ut est prima illa: secundũ hanc non uult perire peccatores. Est & secundaria: secundũ quã eos, qui in sceleribus persistunt contaminati, uult perire. Neqꝫ enim istos necessitas plectit supplicio, sed uoluntas. Tale aliqd uidere liceat apud Paulum: uidelicet, ut cũ dicit: Volo omnes homines esse, sicut meipsum. Rursus: Volo iuniores nubere, filios procreare. eudocia itaqꝫ primariam illã uoluntatem indicat, & ingentem ipsius atque propensam erga nos cũ flagranti desiderio coniunctam benignitatẽ. Neque enim defugiam dictione hac uti, cõmuniore licet: idqꝫ explicãdæ rei causa,

primo & in eorum gratiam, qui simpliciores sunt: quod ipsi dicimus prima, & secũdum animi nostri uehemẽtem affectionem: hoc est, quia mirũ in modũ cupit, uehemẽter desiderat nostram ipsorum salutẽ. Qua, quęso, gratia sic nos amat? Sola id facit sua bonitate. Hęc enim dei gratia bonitas ipsius est. Ideoqꝫ inquit, nos prędestinauit, & ascíuit in filiorũ adoptionẽ, uolens id atqꝫ uehementer expetens: ut gratię ipsius gloria declaretur. *Secundum propositum, ait, uoluntatis suæ in laudem gloriæ gratiæ suæ: in qua gratificauit nos in dilecto.* Vt gratię ipsius gloria declaretur, inqt, in qua gratificauit nos in dilecto, siue gratiosos sibi reddidit. Itaqꝫ si in hoc gratos sibi effecit, nimirũ in laudẽ glorię gratię suę, atque ut demonstret gratiã suam: in ipsa tamen permanens idem ipse. *In laudem gloriæ,* inquit: ut quis ipsum laudet. Nos ne? angeli? archangeli? Immo creatura oĩs. Et quo id suo emolumento? Nẽpe nullo. Nullius enim indigna est diuinę maiestas naturę. Qua igitur gratia sic uult laudari à nobis atqꝫ glorificari? Nimirũ ut nobis erga ipsum flagrantior charitas inseratur. Nihil enim eorũ expetit, quę possidemus, ꝑter nostrã duntaxat oĩum salutem, non famulatum, non gloriã, nõ item quidquis aliud. Et sanè omnia ob hoc unum facit. Profectò quisquis & laudibus tollit, & miratur tantũ gratię in se à deo deriuari: is in posterũ attentior fuerit suę salutis commodis, & ad studia uirtutum multò propensior. *Qua gratificauit nos, ait.* Non utiqꝫ echarisato dixit, hoc ẽ, nõ solũ à peccatis exemit: sed, echaritosen hemas. i. sibi mirẽ gratiosos reddidit atque amabiles. Quemadmodũ enim si quispiam unũ ex eorũ numero, qui cutim habent extima scabie opertam, desumpsent curandũ: adde pestẽ uitiatum aut morbo incurabili, senioqꝫ defectũ, prẽterea paupertate atqꝫ inedia: hunc talẽ confestim reddat ex deformi, bonitate formæ cõspicuũ, ex uetulo, iuuenculũ: ut qui cunctos ante eat prẽstãtia decoris eximij: qui ex ipsis malis splendorẽ eubret, q̃ oculorũ nictibus iubar quoddam roseum occultet. Deinde nostrum hunc seniculũ in ipso cõstituat flore ætatis. Ad hæc, purpureo circundet amiculo, caput cingat diademate, omniqꝫ cultu condecoret. Ad hunc sanè modum animã nostrã adornauit, elegantem reddidit ac desiderabilẽ, & mirè amabilẽ. Angeli enim ipsi uehemẽter affectant talem contemplari animã, archangeli, omnes deniqꝫ sancti. Sic nos cunctis mirificè gratiosos cõdidit deus, sibiqꝫ etiam desiderabiles. Cõcupiscet enim, inquit, rex decorem tuum. Tecũ nunc expende, quã præ hoc noxia sint, quæ præfati sumus: contrà quanta exundent gratia, quos nunc promimus sermones. Non iam diuitias suspicimus, non itẽ temporaria ista demiramur, sed cœlestia illa & quæ in cœlis sunt. Nũ quęso, fatendũ est puerulũ eiusmodi uideri debere cunctis gratiosum, qui cũ uenusto corpore & plurimũ habet in uerbis leporẽ? Sanè ad hunc modũ fideles se habent omnes. Vide iam qualia efferunt isti, qui primũ sunt initiati. Quid illo ore contingere possit gratiosius, quod uerba depromit digna prorsus admiratione? quod puro cordis affectu ac mundis labiis illius mysticæ mensę tã excellẽtis fit particeps cũ multa alacritate ac fiducia? Quid, inquã, gratius possit esse uerbis illis quibus renuncia mus diabolo, quibus Christianæ militiæ accenturia mur & cõunimur? Quid professione ea elegantius, quæ illã, per lauacrũ, præit regenerationẽ? Illa item, quæ sequitur? Nobiscũ reputemus, quotquot ipsi baptisma nostro uitio cõtaminauimus, ac suspiremus: ut quã fecimus iacturã, de integro farciamus. *In dilecto,* ait, *in quo habemus redemptionẽ per sanguinẽ ipsius.* Quo id pacto? Non. n. quia filiũ tradidit, tam admirabile uideri debet: q̃ quòd ipsum sic delictũ in hoc tradidit, ut nostri causa ĩmolaretur. Multa sanè hìc exuperantia diuinæ charitatis. Quem. n. unicè diligebat pater, pro his cõciliandis tradidit: quos meritò oderat. Perspice nunc, quãto nos dignetur honore. Etenim si cũ ipsum odissemus, eiqꝫ essemus infensi, tradidit nihilominus sic sibi dilectũ: qd nõ deinceps efficiet, cũ huic per gratiã recõciliemur? *Remissionem, ait, peccatorum.* Vt se initiò demittit ad inferiora. Priusenim cũ dixisset, filiorũ adoptionẽ, sanctificationẽ, immaculatos: tum etiã pium illũ animi affectum nihil imminuit. Neqꝫ. n. à magni momẽti rebus ad res pusillas deducit sermonẽ: qn potius ab exiguis assurgit ad ea, q̃ per se eximia sunt. Nihil. n. aliud quicquã inuenias sic magnũ, ut est, quòd dei quodammodo sanguis nostri causa effusus sit. Sanè quòd filio non pepercerit maius multò uideri debet, q̃ quòd nos in filiorũ numerum adoptarit, aut doms plerisqꝫ aliis abũdè cumulauerit. Magni quidẽ muneris loco habendũ est, quòd absoluti sumus à peccatis: sed illud lõgè p̃stantius, quia dominico interlita sunt sanguine. Et qa hoc cæteris oĩbus augustius sit: uide, ut ẽt in hac parte acclamarit, dicens: *Secundã diuitias gratiæ eius, qua superabundauit erga nos.* Diuitię quidẽ illę, sed hæ longè uberiores. *Qua superabundauit,* ait, *erga nos* Hæ uidelicet diuitię in nos copiosius effusę sunt. Hoc. n. insinuat uerbũ, eperisseulen. Nõ facilè possis repræsentare oratione, quantũ gratię re ipsa ipsi expti simus. Et hæ igitur diuitiæ, planè diuitiæ sunt oĩ ex parte cumulatissimæ. Hinc etiã nobis abundè dilargitus est. Diuitię, inquã, non hoĩum, sed dei copiosę usqueadeo, ut eas sermone nemo explicet. *In oĩ sapientia & prudentia, ut notũ faceret nobis mysteriũ uoluntatis suæ.* Hoc est, sapientes & prudentes effecit omnino secundũ suã sapientiã, prorsus secundũ suam mẽt prudentiã. Papæ, quantũ hìc diuini erga nos amoris elucet. Et quidẽ sua mysteria nobis enarrat. *Voluntatis suæ,* ait. Ac si dicat aliquis: Quæ in arcano cordis sui recessu cõdita erant, ea nobis innotescere uoluit. Hoc sanè sacramentũ omni sapiẽtia exuberat simul & prudentia. Quid enim tali sapientia requiras præstantius? Qui nulla re digni erant, hos inuenit, ut ad diuitias subueheret. Qujd solerti huic consilio par? Qui inimicus & idẽ odio habitus, hic derepentè in sublime euectus est. Neqꝫ id solũ, sed & ubi opportunũ fuit. Et hoc sapientię erat atqꝫ beneficio crucis ad scribendũ. Vt hæc demonstrẽ, sermone fuerit opus prolixiore: uidelicet ut doceã, q̃ id conueniret sapientiæ diuinę, rursus quo pacto nos reddiderit sapientes. *Secundum beneplacitum eius, quod proposuit in ipso.* Hoc est, quia id cupiebat: ac siquis dixerit, animo partiriebat euulgare nobis arcanum illud sacramentum. Quódnam? Quia hominem in sublimi collocare uolebat. Cupiebat, inquam, hoc efficere. *In dispẽsatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis & q̃ in terra sunt in ipso.* Ac si dicat, Cœlestia illa à terrenis dissecta, non unũ & idem habebãt caput, Et quidẽ secundũ rationẽ primeuę institutionis unus erat omnium deus: secundũ uerò, quod quisqꝫ sibi peculiariter uendicarat, non itẽ: idqꝫ per errorem

G gentilitię superstitionis toto orbe circūfusum. Diuisi enim erant homines, & quasi resecti ab obedientia creatoris. *In dispensatione plenitudinis temporum.* Hoc ipsum uocauit, plenitudinem temporū. Vide ut exacte loquitur omnia. Et originem quidē ipsam rerū ut à patre profluxisse declarauit, propositum, consilium item, atque primariam illam suæ erga nos clementiæ motionem: operum uerò adimpletionem, quæ per Christū fieri demonstrat, nusquā tamen ipsum nominat ministrum. *Elegit*, inquit, *nos in ipso, dū prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Christū Iesum in ipsum, & in laudem gloriæ gratiæ suæ: in quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, quam proposuit in ipso, in dispensationem plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo.* Vt nusquàm ipsum dixit ministrū. Quòd si particula hæc, in atque item per, utraque ministerū & famulantis operā indicet, obserua ubi id quadrat. Nā epistolam hanc statim exorsus dixit, per uoluntatem patris. Pater, inquā, uoluit: filius executus est patris uoluntatem. Neq; tamē ex eo quod pater uoluit fieri, filius censendus est extra operatio
H nem paterni operis: neque rursus ex eo, quod idem filius opere perfecit, uoluntate priuatus est pater, cū cōmunia sint patris & filij omnia. Omnia enim mea
Ioan.17.b tua sunt, ait: & tua mea. Aduentus autem eius in carnem, plenitudinem illam temporum declarabat. Simul itaque ut nihil non molitus est per angelos, per prophetas, denique per legem, neque tamē per hæc qdquā promouerat, sed & res hęc eo reciderat periculi ut homo ipse frustra natus uideri posset, frustra productus, immo in malum genitus cunctis semel pereuntibus, magis etiam quàm tempore diluuij: inuenit sua solius miserentis gratia talem assumptæ carnis à uerbo dispensationem, ut non iam frustra, néue inaniter factus foret homo. Hoc sanè est, quod plenitudinem dicit esse temporum simul & sapientiam: qa cùm omnibus graue immineret discrimen, ne interirent, tunc salutem cōsecuti sunt. Anacephaleōsasthæ ait. Quid est, anacephalæ ofasthę? Confere uidelicet, & in unum coagmentare. Cæterùm admitamur affinitate uniri ueritati huic. Sed & à nobis
I ex consuetudine anacephalæosis dicitur, cùm ea *Anacephalæosis* quæ susius dicta sunt, in breuem summam contrahimus: & quæ laxiore orationis sinu explicanimus, omnia in compendium reuocamus. Et præsenti qui dē loco hoc ipsum significat. Nam quæ prolixiore superioris seculi tpe dispēsatione cœlesti cōtigerant pater in ipso suo filio anacephalæosato, hoc est, concidit, abbreuiauit, terminauit. Verbum enim consummans fuit & abbreuians in iustificatione. Et illa quidem omnia una complexione comprehendit, in super & alia adiecit, id qd est anacephalæosis. Aliud quiddam insuper hinc colliquescit. Vnum omnibus caput pater imposuit, Christum uidelicet secundum carnem, & angelis, & hominibus. Nempe angelis ipsum dedit caput secundum aliam originem: & hominibus, his quidem, quod secundum carnem est, illis uerò quod secundum deum uerbum. Perinde atq; dicat quispiam de domo, cuius pars flaccida sit, ac cariosa uetustate ruinam interminetur: altera uerò pars fortis sit: De integro reparauit domum, hoc est, fortiorem reddidit. Fundamentum quippe imposuit solidius. Ad hanc dicendi formulam præsenti loco differit Paulus, hoc est, omnem creaturā sub unius capitis redegit ditionem. Sic enim omniū unio facta fuerit, sic exacta absolutáque connexio K contigerit: cùm uniuersi sub unum caput coacti fuerint necessariam ueluti compaginem desuper habentes. Tanta igitur munificentia conditoris digni habiti, tanto cohonestati honore, tanta denique benignitate affecti: ne, quæso, dedecore ullo aspergamus eū qui tantis nos beneficiis cumulauit. Et ne tantam hanc gratiam gratuitò nobis indultam sinamus incassum defluere: angelicam uitam re ipsa demonstremus, angelicam uirtutem opere ipso & conuersatio ne exeramus. At enim obsecro oróque supplex, ut ne ad iudicium, néue in damnationis nostræ cumulum contingat nobis hæc prærogata fuisse, magis uerò ut cedant in illorum fruitionem bonorum, quæ benignitate domini omnes nos aliquando asse qui promereamur.

Homilia secunda

i | N quo & nos forte uocati sumus, Prædestinati secundum propositū eius, qui omnia operatur secundū consilium uolūtatis suæ: ut simus nos in laudē gloriæ eius, qui antè sperauimus in Christo, in quo & nos L cū audissetis uerbū ueritatis euangelium salutis uestræ: in quo etiā uos qui credidistis, signati estis spiritu promissionis sancto: qui est pignus hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius. Magnopere studuit Paulus ubiq; dei erga nos clementiā nulli alioq pro dignitate explicabilē declarare, idq; quatenus ipsi possibile erat. Nā quod impossibilē esse sciret eam quanta est, explicare, etiāsi pro uirili adniteretur: audi, quid ipse dicat: O altitudo diuitiarū & sapientiæ *Rom.11.d* Πολυ & scientiæ dei, q̄ inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eus. Attamen hoc quadantenus τουκαι esse possibile indicat. Quid igitur illud, quod ait? In σοφίας quo etiā nos forte uocati sumus, prædestinati. Dixit *Hic supa* superius, elegit nos: at præsenti loco, forte delecti sumus. Cęterū quando sors res est casus fortuiti, non *Sors quid.* itē uoluntatis liberę aut uirtutis ullius (ignorantiam enim habēt sibi adiunctā & cōsecutionē rei optatę, sed quæ à fortuna pendeat, ut plurimū posthabens, eos, qui cęteris prælucent uirtute, illis interim promotis quos nec ratione ulla dignos iudices) uide, ut nūc sortis nomen mitiget ac castiget. *Prædestinati*, inquit *secundum propositum eius, qui omnia operatur*. hoc est, M non uulgari sorte acciti sumus. Vt enim nō utcunq; electi sumus, quando deus est, qui elegit: ita non cōmuni sortium iactu asciti sumus in sortē sanctorum: cū deus ipse nos sorte acciuerit, sed secundū propositū. Idipsum & in ea, quę ad Romanos est, epistola indicat, scribēs: Qui secundū propositū uocati sunt. *Rom. 8.f* Quos & uocauit, hos & iustificauit: quos autē iustificauit, hos & glorificauit. Cū autē prius dixisset, his q secundū propositum uocati sunt, idq; in genere: subinde exprimere uolens eximium quiddā, quod istis supra alios contigisset, sortē uocauit: ita tamē, ut nul latenus libertatē ademerit arbitrii, quod peculiarius hominis concernit beatitudinē: id quod præsenti loco constituit. Sors enim nō uirtutis est, sed casus fortuiti: quasi siquis dicat, aut perinde atq; dixisset Paulus: Sorte facta nos elegit, in summa etiā per liberā ipsius uoluntatem aut decretum prædestinatos: hoc est, Secreuit nos sibiipsi ac sepposuit, cū eligeret: Tanquam diceret Paulus, Priusquā ipsi essemus: ipse iam uiderat nos sorte prius esse delectos. Admirabilis prorsus ista dei pcognitio, ut q̄ uniuersa norit, priusquā exoriantur, aut ad esse procedāt. Tu uerò mihi nunc

Aſtruit arbitrij libertatē.

A nunc uide, q̄ non segni studio adnitatur ubiq; commostrare res istas non ex pnia priorum, sed ab initio diuinitus ad eum modum præfiguratas esse: ita ut nihil nos minus Iudæis habeamus, quantum ad hoc
Matt.15.c spectat. Idq; ut doceat, nihil non facit. Quinam hoc, inquies, cū Christus non sit missus, nisi ad oues quæ pereunt, domus Israēl? Idem rursus dicebat discipu-
Ibi. 10.a lis: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitatē Samaritanorū ne introieritis. Quin & Paulus rursum dice-
Act.13.g bat: Vobis oportebat primū loqui uerbū dei: postq̄ autem repellitis illud, & indignos iudicatis uos æternæ uitæ: ecce conuertimur ad gentes. Ideoq; ista mihi dicuntut, ut ne quis existimet hoc extra propositū contigisse. *Secundum propositum*, inquit, *eius: qui operatur omnia, secundum consilium uoluntatis suæ.* Hoc est, ni
Videtur hæc sentē tiæ pars pendere. Fortè sup plēdum, operatus est, quasi sibi nouū aut quid piam si mile. B hil postea operatus est: ut qui uniuersa cœlitus ante rerū conditionē disposuerat atq; instituerat. Ad hūc modū omnia ad se inuitat, secundum consilium uoluntatis suæ. Itaq; quòd Iudęi non accōmodarint aures prædicationi euāgelicæ: non ideo gentes exciuit ad fidē, siue ulla necessitate adactus, aut alicunde inductus, puta illorum pertinaci malignitate. Vt *simus nos*, inquit, *in laudē gloriæ ipsius, nos qui ante sperauimus in Christo. In quo et uos cū audissetis uerbū ueritatis, euangelium salutis uestræ.* In quo, hoc est, per quem, Christū uidelicet. Vide, ut ubiq; Christum oium authorē cōstituat: nusquàm uerò audis subseruiētis nomenclaturam aut ministri, quemadmodum alio etiā loco ait, ad Hebræos scribēs: Quia, qui olim loquutus
Hebr.1.a est patribus nostris in prophetis: nouissimis diebus loquutus est nobis in filio: hoc est, per filiū. *Verbum*, ait, *ueritatis*: non iam figuræ uerbū, aut ullius adumbratæ imaginis. *Euangelium salutis uestræ.* Pulchrè ipsum uocat euangelū salutis, partim ad legem obscurè quidem alludens, partim ad futuram respiciens re probandorum punitionem. Nihil.n. aliud ipsa prædicatio est, quàm salutis euāgelium: quod eos, quos æterna morte dignos reperit, non sinit perire. *In quo etiam uos, qui credidistis, signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ.* Rursus illud nō mediocris prouidentiæ prefert insigne, quòd signati sint. Nō iam dicit, quia à cęteris sepositi sint solū, aut sorte duntaxat electi: sed quia etiam signati. Quē-
C admodū siquis eos, quos sortitò sibi cōparauit, uelit
Argūmē tum à si mili. familiari aliqua nota notiores reddere: sic & deus nos in hoc secreuit à cæteris, ut in ipsum fidem habe remus. Porrò idem nos charactere spirituſſancti insigniuit: ut futuram illam hæreditatē possideamus. Num uides, ut ipsos progressu temporis admirabiles reddidit? Etenim quādiu in diuinæ mentis præscientia fuerunt, nulli dum erant manifesti: ubi autē illos
Dissimile signauit deus, manifesti facti sunt. cæterū, nō ut uos. Erunt.n. præter paucos manifesti. Signati sunt etiam Israēlitæ, sed circuncisionis nota, ut pecora & bruta. Et nosipsi signati sumus, sed ut filij: nimirum spiritu
Spiritus ſancti ad ueſtus bis ꝓmiſſus p ꝓphetas primum, rurſus p Chriſtū. Ioel.2.g Actor.1.a sancto. Quid illud est, spiritu promissionis? Videlicet, quia ipsum ex pacto promissionis accepimus. Duæ.n. legūtur promissiones. Vna quidē per prophetas, altera aūt ab ipso dei filio repromissa est. De ea, quæ per propheras prænūciata est, audi Iohelis testimoniū ita dicentis: Effundam de spiritu meo super oēm carnem, & prophetabunt filij uestri & filiæ uestræ: & iuuenes uestri uisiones uidebunt, & seniores uestri somnia somniabūt. De altera rursus audi Christum dicentem: Et accipietis uirtutē superuenientis spiritus sancti in uos: & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & usq; ad ultimū terræ. Etsi oportuerat ipsum ut deū credi, nō tamen hinc sumit robur fidei serendæ: sed quasi de homine texat sermonem, sic quæstionem promouet, quēad modū & in ea, quę ad Hebræos est, epistola dicit: Vt *Heb.6.d* per duas res imobiles, in quibus impossibile est mentiri deū, forte solatium habeamus: Ita & præsenti loco argumentū elicit eius, quę de futura est felicitate, promissionis. Hinc sanè quæ iam ipsis benignè impensa erant, arrhabonem uocat. Arrhabo.n. totius summæ pars, qualiscūq; est. Emit a nobis quodāmodo nostrā ipsorum salutē: dedit prius nobis pignus etiam istius salutis. Vt quid non statim cōtulit solidā ipsam felicitatem? Quòd uidelicet ipsi nondum opere expleuimus cuncta, quę pietas fidei nostræ reqrit. Credimus quidē: & hoc exordium est promerendi. *Fides arrhabo est emerēdæ felicitatis.* In se credentibus dedit etiā arrhabonem. Porrò ubi fidem nostrā ipsis operibus expresserimus, tū & ipse summā adijciet hæreditatis ex pacto nobis promissæ. Quin potius allud iam prærogauit nostræ redē-
E ptionis pretiū, proprium uidelicet sanguinē. Rursus promisit & aliud, Quemadmodum.n. si genti bellū exoriatur aduersus aliam gentem, consignāt utrinq; *A simili.* obsides: ita sanè deus fecit. Suum.n. ipsius filium tradidit sarciendæ pacis authorem, atq; firmandi iam icti fœderis pignus, spiritum. s. sanctum à se procedē tem. Sanè, qui beati istius spiritus cōsortes facti sunt: ij omnino norunt, q̄ uerū sit, ipsum esse nostræ futuræ hæreditatis pignus. Talis erat Paulus, ut qui iam qualencunq; gustum prælibasset futuræ illius beatitudinis: ideoq; desiderio urebatur eò festinandi, inq; morem parturiētis dissecabatur internis doloribus, atq; ingemiscebat, cupiens subduci præsentis uitæ in cōmodis. Alijs.n. quàm nos, cernebat oculis, ut qui totam animi sui contemplationem illò trāsmiserat. Sed istiusmodi rerum non sentis te esse participem. Vt quid? Nimirū, quia & ab ipsis uerbis spiritus deficis. Quòd si, ut par est, ipsi essem⁹ cōsortes gratię spirituſſancti: cœlestem gloriam contēplaremur, simul & municipum illic agentiū ordinē. Arrhabo iste cuius rei est index? Redēptionis illius, atq; acqsitionis. F Pura.n. tunc redemptio fiet. Nunc interim dum in seculo isto diuersamur, uaria incidimus discrimina humanæ conditionis. Adde, quòd cū impijs conflictamur. Illa autem pura erit redemptionis libertas cùm desierint esse peccata, cū passiones humanæ in tranquillo conquieuerint, neq; res nobis fuerit cum promiscua omnium turba: tunc inq̄ uera erit libertas. Nunc aūt istius redemptionis arrhabo nobis prærogatur. Ab improborū igitur cōgressu secedamus, nec super terram sit conuersatio nostra: ipsi etenim iā sumus extra oēm terrenarum rerū solicitudinem. Nam & aduenæ etiam nunc sumus. *In laudem gloriæ ipsius*, hoc subinde profert. Ad quid tandē? Nimirū, quòd idoneū sit persuadere, plenamq; facere fidē auditoribus. Vtrum.n. propter nos, ait, faciebat: poterat in dubiū uerti. Quòd si propter se & ut suam in nos benignitatem declararet, ueluti quoddam testimoniū, causam ponit, quòd ista nō poterant aliter fieri: quę etiā de Israēlitis suprà uidimus, & infrà uidem⁹ repeti. Fac nobis pp nomen tuū. Rursumq;, deus ipse ait: *Psl.108.c* Facio pp me. Et Moses, Fac nobis propter nomen *Esa.48.b* tuū, etiam si nullius gratia alterius. Nā id abūdē satis *Exo.36.c* facit auditorib. quos dimittit, ut qui edocti sint deū

Morale. 1.Reg.25. οὐδὲ κατάλλαγή τελευτήσει. .i. neque rursus secundaria reconciliatio. liquet nō intelligi d'pnia priuata, ad quam tot locis iuitat pō res, sed de solemni q̄ sēdm antiqua iura non iteratur bat, ne uideleceret: teste Augustino. sdē Ambros. Sicut unū baptisma, ita & una pœnitentia. iiij. Sētētē. distin. xiiii. cōsule Thomā. Bona uētu. & in decre. dist. l. ca. pœnitētes Chrys. stē homil. xx. & xxxi. ad Hebræ. I de pēlō intelligit qdsui gra- I mitate merebatur solenē pœnitētiā. Ex. 20. e et De. 5. b φιλαρχον. i. ꝓ. resmn

propter suam bonitatem planè præstaturum, quæ pollicetur, omnia. Ne, quæso, hoc audito sermone, interim desideamus otio. Etiāsi propter semetipsum uniuersa efficit, attamen nostram quoque repetit operam. Etenim si, ut ait, glorificantes me, glorificabo, & qui contemnunt me, erunt ignobiles: cogitemus ipsi, quia à nobis requirit & opera. Laus est gloriæ ipsius, etiam quòd inimicos ad salutem prouehit, sed illos, qui ubi semel amici ipsius facti sunt, in amicitia perseuerant. Quòd si denuò ad priores recurrant inimicitias, omnia frustra & incassum. Nō enim alterum regenerationis lauacrum conceditur, neque rursus supereſt secundaria reconciliatio: sed terribilis quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Si enim semper pergamus, ut ipsi hostili odio semper infensi ab ipso iudicandi semel: non desinemus interim inimicitias cum eo exercere, diffluentes deliciarum luxu, peiores effecti, denique ad appropinquantē iustitię Solē caligantes. Non pspicis radiū illum iustitiæ adperiente oculos, decoros efficere cupienrē, sanos atq; acriter contuentes? Ostendit tibi, lumen illud uerū. Quod si ipso depulso, tenebras rursus incurreris: qs tibi relinquitur excusationi locus? Quā speres uenią? Ne una quidem sperāda est deinceps. Sanè iteratio istiusmodi pctorum argumentum est odij in deum suprà quàm dici possit, impotentis. Cùm.n.ne uideris qdem deum, inimicitias tamen exerceas cum ipso: qua, quęso, fronte expectes te ab illo consecuturū ueniam? Quando aūt præguſtasti bonitatem ipsius atque du cedinem plusquā melleā, si rursus dimisso eo, ad uomitum usq; reuoluēris: nihil iam q̄ indicia præ te fers ingentis in deum concepti odij atq; contemptus. Non ita, inquies: sed naturæ ui quadam eò perpellor inuitus. Amo quidem Christū, sed eò me trahit impetus naturę. Si necessitatē pateris aut uim, ueniam utiq; consequēris: si aūt per ignauiam ac torporem laberis in peccatum, nō item. Agè igitur, rem ipsam reuocemus in quęstionem, utrum ne necessitate, uiolentóue naturæ impulsu peccata admittantur, an per socordiam nostrā siue contemptum. Nō occides, ait scriptura. Quæ aduersus legē hanc te adigit necessitas? Quæ uis? Vis ne est, ut unum aliquē occidas? Nunquid nostrum aliquis eligat in proximi sui guttur immergere gladiū, & dexteram alieno fœdare sanguine? Ne unus quidem, qui hoc uelit. Vides, ut in diuersum res hæc abeat? Peccādo.n. necessitatem potius infers naturæ, ipsamq; uiolas. Impresit enim deus naturæ nostræ philtrum quoddā, ut nosipsos mutuo complectamur amore. Omne enim animal, ait ille, diligit simile sibi, & homo proximum suum. Num intelligis, ut ab ipsa etiam natura seminaria ad uirtutem cōparandā uelut sortitò accepimus? Nam quæ ad malitiam scelúsue inuitant, præter naturam sunt. Quòd si prævalent: nostræ talia sunt argumēta ignauiæ. Nam ut mœcheris, quę te adigit necessitas? Certè inquies, nimirum tyrannis illa concupiscentiæ nobis cōgenitę. Vt qd? dic tu, obsēcro, mihi: Nūquid non liceat propria tua uti uxore, sicq; uiolentam illā concupiscētiæ sedare tyrannidē? Sed sic me, inquies, trāsuersum rapit amor potiūdi uxore proximi. Itaq; non hoc necessitatis est. Amor.n. iste obscœnus non est necessitatis. Nemo.n.ut sic amet, necessitate deflectitur: sed libera ac ultronea mentis destinatione. Et quidem ut miscearis, uideri forsan poterit qualiscunq; esse necessitatis: ut autem hanc deames aut illam, nihil iam necesse. Neq; de concupiscentia commistionis, causa hic uertitur, sed de impotēti affectatione gloriæ inanis, de cōtumelia proximo illata, de ea, q̄ modū prætergreditur, uoluptate. Quale illud quæso, quantū ad rectæ rationis regulā attinet: uxorem sponsalitio iure tibi locatam, & in hoc locātam, ut ex te excipiat liberos, hanc inq̄ retinere domi uelut incognitam? Nunquid non scitis, quòd istiusmodi consuetudines párere soleant amabilē uitæ ac morum parilitatem? Itaq; non naturæ uitium est: ut ne in ius trahas concupiscentiam. Propter copulam cō iugalem impressa est tibi isthæc concupiscentia, propter liberorum propagationem cōmodata est: non item ut te adulterio contamines, non ut teipsum obscœnè corrumpas. Norunt utiq; leges his indulgere ueniam, qui necessitate ad peccatū prolapsi sunt. Magis uerò non meretur peccatum dici, quicquid necessitate admissum est: quādo omnia hæc ex contēptu prouenium, incontinentiáue. Non.n. sic cōdidit naturam deus, ut necessitate perpelleret nos ad peccādū. Alioqui si hoc in causa esset peccati, nulla iā peccanti impenderet peccati pœna. Nam eorū, quæ necessitate conficiuntur aut ui, ne nos quidē ullam reposcimus rationem: saltem nō ipse deus, sic erga nos clemēs, ac bonus cùm sit. At uerò, ut aliena suppiles, quæ necessitas? Certè, inquies, paupertas.n. hoc facit. Immo uerò ipsa te paupertas urget magis, ut qdpiam operis cōficias: non item, ut suffureris. Itaq; diuersum & cum tua ista snia pugnans efficit paupertas. Nam compilare nō sua uacui est hominis & cessantis ab opere: paupertas enim non otium consueuit párere, sed amorem paupertatis. Itaq; & hoc ad ignauiam pertinet. Idq; ut intelligas, quęritur: Vtrum difficilius, dic mihi, aut minus iucundum esse possit, noctem ne insomnē traducēdo circumire, sustodere parietes, medijs ingredi tenebris, animā suam in manibus habere, atq; ad cædem instructū uelut in procinctu semper consistere, deniq; intremiscere ac pœnę magnitudine timoris examinari: an potius sese ac cōmodare laboribus diurnis, tutumq; esse cum multa tranquillitate animi? Et hoc utiq; tibi est in procliui: tantū si uis. Quòd autem facile sit, hinc liquet: qa hoc plures longè opere ipso consequuntur, q̄ illud tanq̄ molestius. Vides ne, ut uirtus secundum naturam sit maximè: contrà, q̄ sit præter naturę ductum malitia omnis? Nam ad eundem modum secum pugnant, ut morbus & sanitas. Proinde ut mentiaris, ut peieres: quæ te percellit necessitas? Ne unam quidem dixeris aut uim ullā: sed è rectitudinis calle ultronei eò diducimur. Suspecti habemur, inquies. Quādo ita ipsi uolumus. Cæterùm liceret à more laudabili fidem uerbis nostris impetrare maiorem q̄ interposito iuramento. Cur enim dic mihi, his ne iuratis quidem fidem habemus: illos autē dignos fide arbitramur, etiam si nihil interserant iuramēti? Num uides, ut nusquā opus sit iurisiurandi interpositione? Si talis perspectæ fidei mihi dixerit, credo, inquies: tibi autē non sine iuramento. Sanè superfluit iuramētum: est.n. perfidię potius, quàm fidelitatis argumentum. Quòd.n. tam sis ad iurandum propēsus, non sinit te apud alios obtinere pietatis opinionē ut usq; adeò: qui assiduo usu uerbis intermiserit iuramentū: nullā ex ea consuetudine referat utilitatē. Contrà, qui nūquā iuramento utitur: is maximè capit fructū iura-

K tui amoris conciliatrix. Eccle. 13.a

L

φιλοπτωχία. apparet dictione hanc nothā esse. φιλοπτωχία. i. M amorē. s. & alacritatem ad opus.

A menti. Dixeris iuramento opus est, ut mihi fides habeatur. Ipsi consideremus, quòd qui nō iurāt, iis maior soleat præstari fides. Præterea quid necesse est: ut in alios iam sis cōtumeliosus? Certè, dixeris. Eò.nme extimulat uehementia cōceptæ indignationis, incendit etiā animi feruor: nec sinit requietā esse animam & trāquillā. Non utiq; animi fortis est & generosi ô homo, potius timidæ cuiusdam pusillanimitatis indicium sic alios impudēter appetere contumeliis. Quòd si id adscribendū esset animositati isti congenitæ, quotquot sunt ad iram præcipites nunq̄ sibi temperarent ab inferendis contumelijs. Acrimoniā animi, fateor etiā uehementē ab ipsa natura sortiti sumus? non quidē, ut in proximos simus cōtumeliosi: sed ut solerter eos, qui peccāt, cōuertamus ab improbitate, ut ipsos quasi oscitātes experge faciamus ad meliorem uitæ frugē, ut ne ipsi marcescamus ignauia. Quasi.n. stimulus quidā, ab natura ipsa inserta est nobis uehementia hæc animi qua aduersus diabolū dētes exeramus, ut aduersum commenta maligni uehementer instemus: nō itē, ut ad

B uersus nos ipsos consistamus. Arma suppeditat natura, nō ut nos ipsos mutuis bellis cōficiamus: sed ut aduersus cōmunē humani generis hostē oi utamur genere armorū. Sētisne te ad irā præcipitē? Talis esto aduersus tua ipsius pctā: tuam aīam increpa durius, uerbera intimā conscientiā, acerbus, tibiipsi esto iudex, sententiam pronuncia aduersus peccata propria plenā amaritudinis, & ex ista tua ad iram propensione non mediocre capies lucrum. In hunc usum nobis insseuit dens passionē iræ. Sed & rapina nūquid necessitatis est? Neutiquā. Nā quę te, quęso, necessitas adigit: ut aliena p rapinā extorqueas? Quę te urget uis? Paupertas, inquies, hoc facit atq; timor: ne quod necessariū est uiaticū, nō suppetat. Ob hoc igitur nō debes, quæ alieni iuris sunt, ui eripere. Quæ enim sic parātur opes, nequaquā tutæ sunt. Tu autē perinde facis, quasi si quis interrogatus: Quid utique fundamenta tuæ istius domus iacis in arenam? is respondeat, propter præcipitiū & pluuiæ inundationē. Hac igitur gratia maximè omnium non conueniebat in arena eam collocare. Nā à fundamentis eam subruet ocyus uis uentorum aspirantiū uehemētior. Itaq; si ditescere uis: ne quæras, quàm par sit, plus possidere. Si liberis uoles uelut per manus tradere diuitias: illis acquire, quæ æquitate ac iustitia nitantur. Quæ enim tales sunt, utiq; durant ac solidè subsistunt: quæ autē nō tales, facilè dedereūt eūtq; pessum. Ditescere uis, dic mihi, & q̄ alieni iuris sunt, in tuū trahis usum? At qui hoc non est diuitē esse: sed potius diuitē esse, est quæ sua sunt, retinere. Qui aūt habet, quæ aliena sunt: is nequaquā hoc nomine sit diues. Nā & hoc modo, qui serica uendunt, si palliū à quopiā ceperint: affluentiores quā quispiam & ditiores dici possent. Iā ut ipsorum existimetur esse pallium, sed tamen nō eos uocamus diuitē. Quid ita? Nimirū quòd aliena habeant. Quanuis enim cōtingeret, ut ipsorum essent pallia: non tamen ipsorum esset honor. Quòd si etiā honor esset ipsorum: tamē non hæ forēt diuitię. Quòd istiusmodi pacta sic inina non continuò efficiunt diuites, quòd ocyus à nobis deficiāt ad alios: quæ ex rapina proueniūt, quo pacto reddere nos possint uerè diuites? Quòd si omnino cupis opulētior fieri, (nō tamē res hæc necessitatis est (quānā re ut pstantiore optas perfrui? Nū ui

ἐρνίλεος

ἑκὼν τὸν χρυμὸν C meo arbitratu legendum est, χρημάτων præcipitium, nō frigus.

ta lōgiore? Atqui hi è uita citissimè ꝓripiuntur, pau- D ciq; sunt tēporis. Plerunq;.n. pœnam dant suæ rapinæ, ac immoderatæ cupiditatis ultricē intempestiua morte præuēti, nec sinuntur malè partis perfrui. Et hoc quidē per se paruum est, sed ubi hinc cōmigrarunt: rapiuntur ad gehennam. Sæpenumero iide cōtracto prius morbo per luxum deliciarū, immodicos labores aut anxias solicitudines periclitati sunt uita. Optarē sanè ego didicisse, cur tā anxiè studeāt hoīes congerendis opibus: quanuis deus ob eā rem sic naturæ mensuram atq; limitē perscripserit, adeò ut nulla supersit necessitas opes cōquirēdi: uidelicet una uestę aut altera iussit amiciri corpus. Superfluę ac maioris copiæ nulla necessitas, quantū ad corporis munimem attinet. Iniquē quæso usum innumerę adeò uestes, & quæ arrosionibus tinearū exesę sint? uentri utiq; mēsura ēt circūscripta est, ultra eā siqd datū fuerit præter uidelicet naturæ necessitatē: id cōdit in animantiū pernicē. Quò igitur armenta tot, tot ouilia, tot item minutæ illæ carnium cōcisiones? Iam uno tecto indigemus. Quorsum igitur hæ porticus, totq; impēsis substructa ædificia: ut uultures E ac graculi sedes illic suas constituant, & pauperes interim suis spolias uestibus? Quāta hæc nō gehēna digna sunt? Et in loca plerūq;, quę ne uiderunt qdē, cōlūnas lapides pretiosos & substructiones ędificiorū plurimo fulgore pelluncentes insulciūt ædificaturi. Quid.n. non excogitarūt isti? Sed neq; fructū ullū ceperunt, at ne alij quiuis. Solitudo sanè non sinit eos illuc emigrare: neq; demū sic cessant. Vides, ut ne ditescendi qdē causa ista fiant? Cæterū omniū horum causa amētia est, incogitantia reddēdę, aliquando rationis ac sitis inanis gloriæ. Hanc magnopere, ut fugiamus adhortor, ut alia pleraq; uitare possimus incōmoda, bonisq; pfrui promereamur: q̄ deū diligētibus reposita sunt in Christo Iesu domino nostro.

Homilia tertia.

Ropterea & ego cū audissem fidem uestrā, quæ
p *est in Christo Iesu, & dilectionem in omnes sanctos non cesso gratias agens pro uobis memoriam uestri faciens in orationibus meis: ut deus domini nostri Iesu Christi pater gloriæ det uobis spiritum sapientiæ &* p *reuelationis in agnitionem eius, illuminates oculos cordis uestri: ut sciatis quæ sit spes uocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis, aut quæ sit superemi nens magnitudo uirtutis eius in nos, qui credimus.* Nihil inuenias, quod apostolicis istis uiscribus possis ex æquo componere. Nemo fuit, qui sic ingemiscere alienis malis: nemo, qui propensiore affectu salutē sitiret filiorum, ut beatus hic Paulus: quippe qui sua ipsius uota, orationes suas omneis effundebat pro ciuitatū commodis, pro communi reipublicæ salute. Idq; omnibus insinuat, scribens: *Quia gratias ago deo pro uobis, memoriam uestri faciēs in orationibus meis.* Expendite, quot in arcano pectoris sui sinu memoria complectebatur: quotū ut meminisset in orationibus, operę pretium erat, pro uniuersis gratias agēs deo, quasi illorum contemplatione ingentibus affectus sit beneficijs. Propterea, inquit, hoc est, propter futurum illud præmiū ac ea bona, quæ orthodoxā fidem atque pietatē uitæ amplexis reposita in cœlis sunt. Dignū quidem est igitur gratias exoluere pro beneficiis omnibus tā prius, quā postea impensis ab ipso deo uniuerso hominū generi. Sed & dignū pro credentium fide repēdere gratiarum actiones. *Cùm*

G audissem, inquit, eam, quæ in uobis est, fidē in Christo Iesu & dilectionē in omnes sanctos. Nullo non loco has duas ceu indiuiduas comites cōnectit, & agglutinat fidē atq; dilectionē, par uirtutū sanequàm admirabile. Nec indigenas dixit solū, sed omnes ubiubi sunt, sanctos. *Non desino gratias agens pro uobis, memoriam uestri faciens in orationibus meis.* Quid pro ipsis obseceras Paule, aut cur interuenis? *Vt deus domini nostri Iesu Christi pater gloriæ det uobis spiritū sapiētiæ & reuelationis.* Duo postulat illos insttui, ceu par erat, ut discerēt: uidelicet ob quæ essent ad Christi fidem acciti, atq; ut à prioris uitæ flagitijs erepti sint clementer. Porrò idē hæc esse tria indicat. Quo nam pacto tria sunt? Sanè de futuris ut intelligamus. A bonis qdem, quæ fidelibus reposita sunt, nosse poterimus arcanas ipsius atq; supereminētes diuitias. Itē ut discam⁹ nos q sumus fideles, quō ipsi credidimus in eius potentiā, & authoritatē: quòd eos ad se cōuerterit, qui
1.Co.1.d tot prioribus seculis ab se alienati fuerant. Nam qd infirmū est dei, fortius est hominibus. Tertiò demū discere liceat ab eius uirtute, qua excitauit à mortuis
H Christū, nosq; ad se pertraxit. Nec ad resurrectionē usque solū illa se diuinæ potētiæ maiestas porrigit: sed amplius multò. *Et considere fecit ad dexteram suā supra omnem principatū & potestatem, & uirtutē, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur: & omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit caput super omnia ecclesiæ, quæ est corpus ipsius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet.* Magnorū prorsus sacramentorū ac nulli pro dignitate explicabilium conscios nos reddidit: & q̄ nullis cōtingat intelligere, nisi q participes fuerint effecti nō mediocris gratiæ spiritus sancti. Hinc fit, ut Paulus ipsis apprecetur: *Pater*, inquiēs, *gloriæ*: hoc est, q ingētia nobis bona impertiuit. Porrò à subiectis ipsum semper uocat: ueluti cū insit, Pater misericordiarū & deus totius cōsolationis. Rursus propheta: Dominus fortitudo mea, & auxilium meū. *Pater gloriæ.* Neq; n. alio quouis nomine posit efficacius repræsentare istiusmodi. hinc ubiq; gloriā uocat, quod genus nomēclaturæ totius in se splēdoris insigne apud nos cōprehēdit. Et ecce ut gloriæ q dē pater est, Christi uerò deus. Quid igitur? Num patris gloria ideo credi debet minor filius? Sed nemo, etiā si insaniat, hoc dixerit. *Det uobis:* uidelicet spiritū, qui mentē uestrā attollat à terrenarū rerum fœce, & fabulare faciat ad cœlestium contemplationē. Neque enim aliās liceat hæc nosse mysteria. Anima lis enim homo non capit, quæ sunt spiritus. Stultitia enim ipsi est. Vtiq; spirituali opus sapientia: ut, quæ spiritualia sunt, mente contemplemur: ut, quæ, abstrusa sunt & recōdita, intelligamus. Ipse autē spiritus ist hæc omnia reuelat: ipsius est mysteria ennarraredei. Nā sacramentorū dei solus ipse spiritus sanctus absolutā habet cognitionē, ut qui solus ēt profunda dei scrutatur: non angelus, non archāgelus, non alia itē uirtus quāliber feliciter condita. *Det itaque uobis:* hoc est, gratiam spiritualē uobis impertiatur. Quòd si ad reuelationē referatur: iā nulla significatur humanarū ratiocinationū inuentio. Nam qui semel deū & didicit, & probè nouit: nō hic deinceps ulla de re addubitabit. Nō dicet, hoc quidē impossibile: illud uerò possibile est. Aut, quinam hoc contingere potuit? Si deū ceu par est, didicerimus: si deū edocti fuerimus, à quo oportet nos edoceri nimirū spiritu sancto doctore, non iam ulla de re ambige-

ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων. I.Co.1.a Psa.17.l & 30.a Aduersus Arianos.

2.Co.2.d

2.Co.14.a

Ibid.2.c

K mus. Propterea ait, *in agnitionē ipsius illuminatos oculos cordis uestri.* Qui probè didicit, quid sit deus: nihil hæsitabit pro ijs, quæ sibi promissa sunt: nō his discredet, q̄ præterierunt. Orat itaq;, ut ipsis detur spiritus sapientiæ & reuelationis, ēt si seipsum cōmuniat ratiocinationū ui, quantū potest, etiā ab his, quæ istis iā collata erāt. Cū. n. esset explicaturus ea, & quę iam facta erant, & quæ nondū contigerant: ab his quæ iam facta erant, fidē mutuatur confirmans ea, quæ nondum contigerant, quale illud est: *Vt sciatis, inquit, quæ sit spes uocationis eius.* Minus adhuc perspicuū, quæ ista sit spes, licēt nota fidelibus. *Et quæ diuitiæ gloriæ ipsius, hæreditatis in sanctis.* Hæc etiamnū oratio æquè obscura est. Quid uerò est hoc utroq; manifestius? Quia indubia fide credidimus, quòd potentia sua Christū excitauit à mortuis. Multò sanè admirabilius, quòd animæ ad fidē persuadeantur, ut ctedant: quā quòd morticina caro resurgat. ut res hæc colliquescat magis, adnitar pro uirili. Audi. n.
Ioā.11.f Dixit Christus iam mortuo: Lazare, ueni foras, dicto ocyus paruit. Dixit Petrus Tabitha surge: quæ
Act.9.g nihil cunctata, dicēti gesit morē. Dicet Christus extrema illa die: Et resurgēt omnes: idq; tanta cū uelocitate, ut tum uiuentes ne puncto quidē eos præuē
2.Co.15. turi sint q prius obdormierint somno mortis. Sicq; in momento, in ictu oculi uniuersa hæc conficientur, concurrentq;. Vt autē quis fidē amplectatur, nō
Luc.13.g sic. Rursum audi dicentem: Quoties uolui congregare filios uestros, & noluistis? Videsne, ut hoc illo sit difficilius? Itaq; ab hoc totius rei, quā nititur psuadere, adornat summā. Multò. n. difficilius fuerit humanis rationibus libero hominis arbitrio persuasisse, ut Christi fidē cōplectatur: q̄ ut credat quiduis naturam operari. Et hæc sanè causa est, quandoquidē nos adeò uult bonos ultrò effici, nō ite inuitè. Sicq; meritò dixit, supereminētē esse magnitudinē potentiæ eius in nos, qui credimus. Nam quādo nihil promouerunt prophetæ, at ne angeli quidē atq; archangeli, deniq; creatura omnis uisibilis iuxta ac inuisibilis. uisibilis quidē in mediū exposita nihil interim potens adferre adminiculi. Inuisibilis autē numero sa licet, tunc suam ipsius præsentiā in carne admirabili dispensatione exhibuit, rē ipsa declarās, quòd negotium peragendæ humanæ salutis diuina uirtute
M opus haberet. *Diuitias gloriæ*: hoc est, ineffabilē gloriā. Quæ enim oratio glorā illā expromere queat: cuius tum cōsortes futuri sunt omnes sancti? Quis in quā, sermo explicet? Nullus sanè. Omnino gratia spiritus sancti opus est præduce: ut uel mente intellige re eā possis, & ad summū, quālibet pusillū eius gloriæ radiū excipere promerearis. Quę autē prius sciebant cupiebat ipsos absolutius instrui, atque nosse explanatius. Num uides, quanta effecerit? *Excitauit Christū à mortuis.* Hoc ne mediocre uideri par est? Rursus & hoc expende: *Cōsidere fecit Christū ad dexterā suā.* Et sanè quæ hoc dignè repræsentare possit oratio? Nimirū eū, qui ex terra, qui piscibus ipsis magis fuerat mutus, qui ludibriū dęmonū factus erat: uide nunc ut ab infimo terræ cētro in quā sublimē thronū subuexerit. Velis, nolis, fateri te necesse est superemineté eē magnitudinē diuinę potētię. Specta, quæso te, q̄ sublimiter ipsum euexerit. *In cœlestibus.* Hoc est, oī natura quālibet feliciter cōdita superiorē cōstituit, nimirū supra oēm principatū & potestatē. *Supra omnē principatū*, inquit. Omnino gratia spiritus opus

A ritus opus est, ut mens tua sapientię luce illustretur. *In agnitionem ipsius.* Certè id opus est reuelationis. Reputa tecum nunc, quantum inter dei hominisq; naturā intersit. At qui Christū pater ab infima hac uilitate ad tanti honoris fastigiū prouexit. Non unum aliquem gradum transcendit, & alterum atque item tertium. Papæ, non utcunq; dixit, ano, sed hyperano Supra enim oēs potentatus illos, qui in cœlis sunt, eminet deus. Igitur illò usq; Christum pater promouit. Et hunc quidem nostræ carnis similem ab extremis carceribus humani stadii ad supremum illū usq; perduxit principatū, post quem alter gradus honoris nullus est. *Supra omnem principatum*, inquit. Non supra hunc, non supra illum: sed supra omnem principatum, & potestatem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur, si quod aliud in cœlo celebratur nomen, superior oībus cōstitutus est Christus. Idq; de eo intelligendum, qui à mortuis excitatus est, quod planè admiratione dignū est: nō item de deo uerbo. Quod. n. culices sunt ad homines collati: hoc omnis creatura est, si deo comparetur. Etiā
B si oēs homines instar fabiuæ sint ex ore prosilientis, aut tanquā momentum stateræ reputentur: fac etiā inuisibiles illas potentias quasi culices esse, sed & de eo idem dici, qui nostræ particeps effectus est naturę: stupendū prorsus atq; omni admiratione dignū.
Esa.40.d Et ecce ab infimo terræ centro quò ipsum extulit. Si gentes uniuersę quasi stilla: unus aliquis ex omni hominū numero, quota utiq; stillæ portio reputari debet. Sed & hūc uidelicet Christum hominem omnibus creatis superiorem constituit, non in seculo hoc solùm, uerū & in futuro. Fortè aliquot ordines cœlestium uirtutum supersunt: quarum ne nomina quidem nobis adsignata sunt, nostramq; adhuc fugiunt cognitionē: & ecce omnia quantęcunq; uirtutis sint substrauit Christi pedibus. Nec utcunq; effecit superiorem, quasi præficiens istis per comparationem: uerius quasi dominum seruis ipsum cunctis antepo nēs. Papæ, q̄ stupenda sunt hæc, quantæq; plena formidinis. Ecce ut homini Christo omnis creata uirtus quasi ancilla domino substrata est, idq; propter inhabitantē in ipso deū uerbū. Liceat unum aliquē
C uidere cæteris superiorem, cui tamen nemo præstare cogatur obedientiā, sed primas tantū is occupet honoris partes: hic uerò non ita. omnia enim subiecit pedibus eius. Nec utcunque subiecit: sed ad extremā usq; exhibendæ obediētiæ subiectionem, & post quā altera non est. Ideoq; dixit, sub pedibus eius. *Et ipsum dedit caput super oīa, ecclesiæ.* Papæ; rursus quò ipsam ecclesiam prouexit? Quasi. n. machina quapiā affabrè excogitata ipsam librans pertrahensq; in sublime illud cœlorū fastigium perduxit, atq; iusit eā in solio secum considere. Vbi enim caput, ibi & corpus: & si caput, utiq; & corpus est. Nullo enim intermedio loco alteū ab altero dirimitur. Quòd si alterum diducitur ab altero: non iam fuerit caput, non item corpus. *Super omnia*, inquit. Quid est, super oīa? An ipsum insinuat super omnia eminētem, quæ uel corporeis oculis subiiciūtur simul & quæ mēte queunt comprehendi: an uerius super omnia bona sua hoc effecit, ut filium suū daret caput ecclesiæ? Nō q dem angelum aliquem, non archangelum, non ullū alium permisit esse Christo superiorē. Non hac solū ratione nos tāto dignatus honore est, quòd Christū qui ex nobis erat, eò promouerit: sed quia in cōmu-

ne disposuerat, ut ipsius Christi uestigia uniuersum D
hominū genus consectaretur pietate operum, mēte illi cohærescęret, illū imitaretur. *Quæ est corpus ipsius.* Vt ne cū audieris caput, tecum reputes principatum tantū prætexi, sed etiam firmitatem: non quasi principem adsignat tātùm, sed ut totius corporis caput. *Plenitudo eius*, ait: *qui omnia in omnibus adimplet.* Quid est hoc? At interim quasi satis superq; demonstrarit huius corporis cognationē ac germanam affinitatē ad Christū caput, quid rursus intulit? Nimirum plenitudo Christi ecclesia est. Plenitudo capitis, corp⁹: ut plenitudo corporis, caput est. Perspice, quanta dis ferendi moderatione usus sit Paulus, ut à nullo uerbo sibi temperarit, modò id faceret ad repræsentandā dei gloriā. Plenitudo, inquit, uidelicet caput à corpore ipso adimpletur atq; perficitur: hoc est, per oia integrū cōstitit corpus, & suis quibusq; partibus coagmentatū, non in genere solū. Nec tamen ipsum inducit, quasi alienæ opis indigū. Quòd si ipsi neutiq;
1.Co.12.b fuerimus numerosæ multitudinis, & hic quidē manus, iste autē pes, ille uerò alia quæuis corporis pars:
E iam nō in solidū absoluitur corpus. Itaq; per omnia ipsius corpus adimpletur. Porrò tum caput impletur, tunc in sua ipsius exacta perfectione constituetur corpus: cū insimul fuerimus concordi animorū fœdere cōsentientes, ac ueluti cōcollati mutuæ glutinio charitatis. Agnoscis ne, q̄ sint diuitiæ gloriæ hę reditatis? Vides supereminentem magnitudinē potentiæ eius in eos, qui credunt? Perpendis ne, quæ sit uocationis nostræ spes? Morale.

Veneremur itaque caput hoc nostrum. Cogitemus sedulò, cuius sumus & quā suspiciēdi capitis corpus: cuius nimirū imperio creatura omnis subiecta est. Angelis sanè, quantū attinet ad præscriptam demōstrationem, par est: ut nosipsos exhibeamus meliores, imo præstantiores quadātenus archāgelis ipsis, ut qui prę his oībus primatū obtinuerimus honoris
Heb.2.d. tāti. Neq; n. angelos apprehendit deus, quemadmodum ad Hebræos scribens Paulus ait, sed semē Abraham. Non principatum, non potestatem, nō dominationē, non deniq; ullam aliam uirtutē: sed nostrā
F assumpsit, reparauitq; naturam, atq; in sublimi solio cōsidere fecit. Quid dico, cōsidere fecit? Trabeā illā carnis suæ nō utcunq; adornauit: sed pedibus ipsius substrauit uniuersa. Quot uis tibi supponā mortes? Quot animas? Innumerās ne, an etiā his numerosiores? Sed & nihil dixeris æquale. Duo. n. hæc omnium præstantissima fecit. Ipse quidem ad extremum usq; gradum humilitatis se demisit, & hominē prouexit ad apicē tātæ celsitudinis, quē suo ipsius asseruit sanguine. Dixit illud primū Paulus, qa seipsum exinani
Phili.2.a uit usq; adeò. Dicit etiānum firmius aliquid, quod p se magni est momēti & totius causę caput: quod solū etiāsi nullo enumeratorū bonorū digni habebamur, abūdè tamē sufficiebat. Quāuis nē hoc qdē haberemur digni, sufficiebat tamē absq; eo, qđ nostri causa tā atrocē oppeteret mortē. Porrò cū duo hæc in nos sic clemēter collata sint: quā nō exuperent ac supergrediātur humanæ orationis magnitudinē? Nō iā magnū aliqd uideri resurrectio poterit, cùm hæc mecū reputauero. Hac de re inqt, Deus domini Iesu Christi: idq; nō de deo uerbo. Reuereamur, obsecro germanā hāc atq; cognatā affinitatem nostrę carnis cū Xpo capite cōtractā. Timeamus interim, ne quē nostrū cōtingat à Christi corpore, præcidi, ne ullus

excidat, nēue aliquis tāto capite appareat indignus. Siquis ex nobis diademate caput sibi induerit, coro na item aurea: quid nou imperemus, ut digni uideri possimus gemmis illis inanimatis? Nunc autem non nostro capiti imponitur diadema, imo caput nostrū Christus factus est, quod præcellētius est multò, nec ullam tamen inimus tanti capitis rationem. Et ange li quidem oī honore ipsum prosequuntur, archange li, oēs denique cœlestes illę potentię, nos autem, qui ipsius capitis sumus corpus, nec hac gratia, neq; ob illud eundem reuerebimur? Quæ demum nobis relinquitur spes salutis obtinendæ? Ad mentē aduoca regale illud solium. Recole præcellentem gratiā honoris tibi exhibiti. Nam eiusmodi cogitatio, siqdem uoluerimus, magis nos exterrere poterit, quā gehenna ob oculos posita. Etiā si nulla gehenna esset, quū nos tāto honore dignatus sit: si indigni tot donis in ueniemur atq; flagitiosi, quo nō supplicio plecti mereatur tanta ingratitudo? Quam non uindicē pœnā debeat sustinere? Tecū reputa cui proximè assidet iā caput illud tuū: idq; solum ad quiduis operis pii abū dē extimulare te poterit. Caput inquam tuū ad patris dexteram adstat proximè supra omnē principatum & potestatem, & uirtutem: & huius capitis corpus à dæmonibus sic miserè proculcatur? Ne hoc, q̄so, fiat. Non sit in posterum talę Christi corpus. Qui inter dei seruos probati sunt, caput istud tuū multo cum tremore sunt uenerati: & corpus aduersariis capitis tui ultrò substernis? Quantum te manet merito tuo supplicium? Siquis regiis pedibus canes admoueat & pedicas: an non hic extremę pœnæ reus cēsebitur? Tu corpus in solidū exponis beluis istis immanibus deuorandū: nec horrescis immanitatē flagitii? Cæterū quando sermonem de domini corpore exorsi sumus, agē de illo etiā dignū meminisse est, quod cruci cōfixum, quod cōfossum clauis, quod immolatū est patri. Si corpus Christi es, ser crucē, ille enim tulit, fer purulētas ac sanioſas execrationes, fer alapas, fer deniq; clauos. Tale erat illud domini tui corpus, illud inquā corpus, quod nullum admisit peccatū, neq; dolus inuentus est in ore eius. Manus ipsius nihil non fecerunt, quod ad subleuandā liberaliter alie nā inopiam pertineret. Nihil os illud promebat aliquando indecorum. Dæmoniū habes, audiuit: nihil interim mitissimus respōdebat. De corpore nobis sermo est, & eo, quod ab illo nihil dissidet. Quot istius corporis efficimur participes, quot ei⁹ gustamus sanguinē? Recolite, qa illius corpus est & sanguis: q supra cœlos residet, q ab angelis suppliciter adoratur, illius inquā, qui proximē consistit immortali dei potētiæ. Huius delibamus sanguinē. Hei mihi, quot nobis uiæ præstruuntur ad parandam salutē præduces atque opportunæ. Nos suū ipsius corpus effecit, prium corpus nobis sumendū tradidit: & ecce nihil nos horum deterret ab improbitate uitę, nihil nos à uitiis auocat. O tenebras & abyssū nimiā. O humanæ mentis stuporem. Quæ sursum sunt, ingt, sapite: ubi Christus est in dextera dei sedēs. Et post tot insignia diuinæ erga nos benignitatis, tam anxiè nescio qui pecunias aut aliud quiduis temporariū curant, tam miserè toti cōsumuntur affectibus suis. Nunqd non ipsi perspicitis, ut in corpore nostro queq; superfluit pars, aut nulli usui subseruit: resecari solet, & circūcidi? Nā quòd de corpore fuerit, nihil inde resilit lucri: quando iā ea pars mutila fuerit, cū emortua aut absumpta putrilagine, quando etiā reliquū corporis uitiat & corrumpit. Ne igitur nimium hinc confidentiæ sumamus, qd semel ipsi fuimus de corpore. Si enim corpus hoc, naturale quū sit, secatur tamen: quæ electione liberæ uoluntatis fiunt, si nō iarrepto semel proposito perstiterint, quid nō graue & acerbum patiētur? Quū nihil alimenti acceperit cor pus, quum meatus oppilati fuerint: tunc emoritur. Tū periclitatur in mortem, quum obsepiuntur fistulæ. Ad eundē modū nobiscum agitur. Quum. n. aures obturauerimus, perit caro nostra. Quū nullius iā alimoniæ spiritualis participes efficiemur: tūc nequitiæ quædam, ueluti uitiati humores corrumpūt nos & opprimunt. Et hæc quidem omnia morbū pariūt non simplicem, sed permolestum, sed qui saniē purulentam operetur: usqueadeò ut in posterum igne illo opus sit cūctis formidabili, aut ut bifariā secetur. Neq; enim in thalamū suum patitur Christus ingredi eum, qui corpore est ad hunc modum uitiato. Si eū, qui squalēti uestę amiciebatur, iussit rapi ad pœnā: & eū exclusit foribus, qui corpore sordes præferebat: quid nō tum efficiet? Quid non statuet pœnarū aduersus aias sceleratas? Plerosq; uestrum conspicio: qui corporis quidem Christi fiūt participes, sed temerè, & quasi fortuitò id contigerit atq; consuetudine magis quā lege, ratione aut præuia mētis cogitatione. Si instaret, ait aliquis, sanctæ quadragesimæ tempus, qualis hic fuerit, q promerebitur fieri particeps sacramentorum? Si ingrueret solennis epiphaniorū dies. Addo, etiam si tps aduentus sacri, nedū epiphaniorū aut quadragesimæ: non efficeret dignos tanti aditu sacramenti, sed sola aiæ synceritas atq; expurgatio. Cum tali puritate accede semper: sine hac ne ꝑsumas unquā. Quoties, ait Paulus, hæc facitis, mortē domini annūciatis: hoc est, salutis uestræ memoriam instauratis. nēpe munificentiæ meæ, Christi. s. omnibus collatæ. Considera nunc quanta illi ueteris sacrificii participes, uitæ frugalitate utebantur. Quid enim non hi faciebāt? Omni tpe purificabantur: & tu ad salutarem hanc hostiam accessurus, quā angeli ipsi cū tremore susp̄iciunt, rem tantā circunscribis tpum ambitu? Qua fronte teipsum sistes ad Christi tribunal præsentē: qui impuris manibus ac labiis sic impudēter ipsius corpus ausus sis attingere? Regem utiq; non eligas exosculari, siquidē os tuū olet grauiter: & regem cœlorū impudens exoscularis aia tua tam uitus olente? A trox sanè contumelia est res eiusmodi. Dic tu mihi. Num eligas illotis manibus ad tam uenerabilē uictimam accedere? Non puto. Quin, ut coniicio, malis prorsus tibi tēperare ab aditu, quàm sordidis accedere manibus. At interim in paruo tam religiosus quum sis, animam autē habens cœno uitiorum squalentē accedis, & audes impudens contingere? Etiamsi ob manuū sordes ad tē pus quis contineat: sed ad aiam oī eluuie uitiorum repurgandā totus interim redeat. Quin perspicis uenerandā illam uasorum supellectilem sic persusam aquis? tanto splendore interlucentē? Atqui nostras ac multò splēdidiores animas par est reddi istis longè puriores, sanctiores, uirtutū ornamētis. Cur id? Illa siquidem nostri causa talia fiunt. Neq; enim capacia sunt se inhabitātis uirtutis. Nō enim sentiūt: nos autem maximè. Iam uerò nolis eo uti uase, quod sordeat: & anima sic contaminata accedis? Nimiā hic uideo rei huius inæqualitatē. In aliis qdē tēporibus

sæpenumero impuri acceditis: tēpore autem Paschæ etiā siquid temerè prius flagitiosē ue uobis tentatū est, aditis nihilominus sacrosancta hæc mysteria. O consuetudinē. O uerius temerariam præsumptionē. Frustra ad hūc modum offertur hostia salutaris: nequicquam adsistimus aris. Nemo. n. est, q dignè participet. Hæc idcirco dixerim, non ut quolibet modo participes sitis hostię, quin potius ut dignè uosipsos adornetis futuræ communioni. Indignum te agnoscis, qui uel per te sumas hostiā, aut per alium sumēdam accipias? Igitur nec oratione ipsa dignus es. Audis adstantem tibi ac inclamantem p̄conē: Quicunque in} pœnitentia constituti sup̄plicastis⌉: Quisquis enim nō cōmunicat, in pœnitentia esse dignoscitur. Si in numero es pœnitentium, ⌈neutiq̄ ad hostiæ cō munionem accedere debes. Qui. n. non communicat, in pœnitentium albo censetur descriptus. Nam qua gratia inclamat, absistite sacris, qui hic nō potestis orationes fundere? Et tu interim tāta cum temeritate perstitisti? Cæterū non in iis es, sed inter eos, q possunt communicare, non tamen magnopere curas, nec magni ducis rem hanc. Animum, quę so, huc aduerte. Mensa regia apparata est tibi. Mensæ isti angeli administrant. Deniq; ipse rex adest: & tu tā adstas oscitanter? Squalet sordib. uitiorum pallium animæ tuæ: nec ulla istius rei absonæ ratio initur tibi. Sed pura est animæ tuæ stola, inquies. Igitur accūbe mēsę, & esto particeps dominici corporis. Venit quotidie rex, ut interuisat discūbentes, texit cū uniuersis sermones familiariter: & nūc quidem in quo quorūdam cōsciētia tacitus insusurrat. Amici, qūo hic uos p̄sentastis non habentes uestem illam nuptialē? Nō equidem dixit, ut quid accubuisti mēsæ? sed iam antē, q̄ inuitareris, aut introires, te indignum fuisse pronunciauit. Neq; enim ait, ut quid discubuisti: sed, cur intrasti? Eiusmodi sunt, quæ omnibus etiam nobis nūc eloquitur: quos perspicit sic impudenter atq; temerè adsistere aris. Omnis enim, qui nō est sacramētorum particeps: impudens admodum sit hic oportet, ut q sic temerè adstiterit sacris. Ob hoc. n. qui flagitijs noscuntur esse contaminati, prius eliminantur templi foribus, q̄ communio sumenda dignis proponatur. Quemadmodum enim ad mensam domini alicunde nuper redeuntis, nō eos famulos propius adsistere oportet, qui dominū graui aliquo delicto offenderunt, sed exiguntur domo: ita & hic. Elata. n. hostia}: Christo q̄ immolato, hoc est, dominica oue quū audieris: Oremus oēs in cōmune, quum uideris bifores adyti ualuas subduci repagulis, & adaperiri: tūc tecum reputa supernè cœlum ipsum diffindi, angelos cœlo delabi in terras. Proinde ut neminē addecet propius sacris adesse, qui nō sit sacris initiatus: sic neq; ex iis, qui initiati sunt quidem, sed fœtent scelerum sordib. conuenit sacrificio illi interesse. Dic tu mihi: Siquis ad epulum inuitatus manus lauerit, accūbat etiam, seq; accommodet mensę, ac interim nō illi mensæ participet: nunquid non is inuitatorē suū graui afficit iniuria? An non p̄stitisset talem nō adesse conuiuio? Sic sanè. Et tu aduenisti inuitatus, hym num ceciniſti, cum cæteris confessus es te in eorum numero debere decerni, qui digni sunt sacramēti aditu, non qui cogaris cum indignis secedere domum. Cur remānsisti quasi particeps futurus mēsę illius uerādæ: nec tamē participas? Indignus sum, inquies. Igitur & ea indignus cōmunione es, quæ contrahitur inter nos orationum suffragiis. Neque enim propter accumbentes mensæ dominicæ solùm, sed & ob cantica illa quouis tempore ad nos usque spiritus sanctus descendit. Num uides, ut mensam ueluti spongia quadam abluit, collustrat domum, & circunuerrit, lances imponit mensæ? Atqui hoc fit per orationes, per præconis uocem. Et quasi spongia ip si hanc ecclesiam abluamus, ut in ecclesia cum synceritate expiata, cuncta administrentur: ut nulla discolor appareat uestium sordes, nulla sit ruga. Alioquin indigni oculi sunt istiusmodi spectaculis, indignæ aures. Et si bestia, ait, tetigerit montem, lapidibus obruetur. Vsqueadeo indigni censebantur montis illius ascensu? quanquàm postea & iidem adierint supercilium montis, & uiderint, ubi constiterat deus. Liceat etiamnū tibi postea & accedere, & propius contemplari. Dum tamen præsens fuerit, illinc abito. Non enim liceat tunc tibi adesse magis, quàm catechumeno. Nec æquale æstimandum est nondum fuisse consequutum mysteria fidei: aut postquàm assequutus es, offendisse, & ad hæc addidisse contemptum, ac teipsum re tanta indignum ultrò constituisse. Liceret his plura in medium depromere, multóque formidabiliora iam dictis. Cæterùm ne sensus uestros plus æquo onerem, satis sint hæc præsenti loco. Nam qui per hæc qualiacunque minus resipuerint: neque, si pluribus egero, ad meliorem redituri sunt uitæ frugem. Itaque ne maius iudicium uobis ipsi operemur, adhortamur uos, non qdem ut ne accedatis: magis aūt ut uos ipsos Christi p̄sentia atq; accessu cōstituatis dignos. Dic mihi tu: Si rex quispiam mādarit, dicens: siquis hoc fecerit, abstineat mensæ meę aditu. Nunquid non oía ipsi fecerit in gratiam huius solius p̄cepti? Ad regnum cœlorum nos inuitauit, ad mensam utique magnifici regis illius atque admirabilis: & excusamus, & cunctamur? Cur non pro uirili adnitimur, aut incursionem etiam admolimur, implendo tam salutari negotio? Et quæ nobis demum reliquitur spes salutis obtinendæ? Neque enim liceat in ius trahere infirmitatem, non ipsam accusare naturam. Sola est nostra, qua toti marcemus, ignauia: quæ nos sic efficit tanta gratia indignos. Et hæc interim à nobis dicta sint. Qui salutari compunctione atterit corda mortaliū, qui dat spiritum compunctionis: ipse corda uestra compungere dignetur, inseratq; in profundum usque semina: ut à timore eius promereamini concipere, simul & pārere spiritum salutis, & cum omni fiducia ad mensam dominicam accedere. Filij enim tui, ait scriptura, sicut nouellę oliuarum sunt in circuitu mensę tuę. Nihil hic uetustum, nihil immite, nihil acerbum. Tales enim nouę plantulę ad proferēdam frugem bonam, fructum sanèquam admirabilē accommodæ sunt & opportunæ, fructum dico oliuæ. Sed & fortes ac uegetæ sunt, ita ut omnes consistāt in circuitu mensæ salutaris. Ne id quidem ab re, né ue quasi fortuitò acciderit huc conueniſſe uos, sed cum timore & tremore. Sic enim ipsum etiam Christum perspicietis illic omni cum fiducia: quam contingat omnes nos assequi gratia & benignitate &c.

Homilia quarta.

Tuos quum essetis mortui delictis & peccatis ue stris, in quibus aliquādo ambulastis secundū secu lum mundi huius, secundū principē potestatis ae-

Cap. II.

Universidad de Deusto Biblioteca

Mortificatio una corporis, altera animæ.

ris, huius spiritus: *qui nunc operatur in filios diffidentiæ, in quibus & nos conuersati sumus aliquando in desideriis carnis nostræ faciētes uolūtates carnis & cogitationū, & eramus natura filii iræ sicut & cæteri*. Est sanè mortificatio, una quidē corporis: est & altera, animę. Quòd autē illius particeps sis, uerti tibi uitio nō debet: sed & nihil hinc periculi. Siquidem naturæ id opus est, nō itē liberæ uoluntatis. Id enim ex transgressione primi parētis profectū est. Ab illo & deinceps ea res in naturā demutata est, atq; degenerauit. Alioq citò etiā dissoluetur. Porrò mortificatio animæ cū sit uti que destinatæ uolūtatis, culpam habet, absolutionē autē ex se nullā. Iam uerò uide, ut magnū aliquid cum demonstrasset Paulus, quia u delicet præstantius sit animę mederi peccatis emortuæ, quā cadauera excitare rursus ad uitā: idipsum etiā nunc ut qd dā magni momenti loco recitans ponit. *Et uos cum, inquit, mortui essetis delictis & peccatis, in quibus aliquādo ambulastis secundum seculū mundi huius, secundum principem potestatis aeris, huius spiritus: qui nunc operatur in filios diffidentiæ*. Vides Pauli lenitatē? ut ubiq; H consolatur auditorem, in hoc magnopere adnitēs, ne qua in re illi sit grauis? Postquā enim dixit, quia ad extremū usq; malitiæ gradū progressi estis: (qd perinde est, atq; dicas illos mortuos fuisse) ne igitur grauius eos exagitare uoluisse uideretur, (pudefiunt enim homines, nec parū, magnicq; probri habent loco: quū illis obiiciuntur ob os atque euulgantur prioris uitæ commissa, etiam si interciderint, & quæ nihil deinceps habeant periculi) consignat his cooperarium, qui uidelicet eò flagitiorū ipsos inuitarit: ut ne sibiipsis adscriberent totam scelerū suorum molē, cooperarium sanequàm fortem. Quem, quæ so te, hunc? Diabolum utiq; Ad hunc certè modum & in ea, quę ad Corinthios est, epistola, facit. Vbi n.

1.Co.6.b dixit: Nolite errare, neque fornicarij, neque idololatræ, atque ubi cætera omnia per censuit & induxit: quia regnum dei non consequentur, tunc etiam subiecit: Et hæc quidē eratis. Non utcunque dixit, eratis, sed tines ete quidam perati: hoc est, tales magna ex parte eratis. Præsenti loco eiusmodi flagitia hæretici contendunt dicta esse deo, & suam effrenē linguam supra modū exerentes, talia deo accomodāt: quæ solius sunt commenta diaboli. Et quo tandem pacto tam impudentibus linguis inniiciemus frenū? Et uerbis ipsorū licebit. Nā si iustus est, ut & fatemini nobiscum: hæc autē secundum uos fecit. Porrò iusti non est talia admittere, sed uehementer iniusti atq; à rectitudine iustitiæ aberrantis, ac supra modū flagitiosi. Qd autē flagitiosus sit deus, nemo sanus dixerit. Obijcies: Quur uerò ipsum dixit, principem seculi huius? Ex quo sanè omnis propemodū humana natura seipsam ultrò illi addixit, adeo ut uniuersi ferè isti ultroneè malint obsequi. Et Christo innumera licet bona pollicenti uix unus est aut alter, qui accommodet animū: illi uerò adeo nihil talium bonorū promittenti, ut etiā nos in gehennam procuret transmittere, passim omnes manum dant ultroneā. Et hic quidē principatus plures in seculo isto possidet, quā dei regnum: & quos sibi magis de dititios impurus ille obstringit suæ ditioni, quā ipse deus præter admodū paucos. idq; contingit nostra omnium ignauia. *Secundum potestatem*, inquit, *aeris, huius spiritus*. Hoc rursum ait, quia subcœlestem obtinet regionē, Proinde spiritus aërij incorporeæ quę-

τίνες ποτε. i. οὗτω πῶς ἦτε. I Marcion qui Polycarpo dicebat eius esse, primogenitus diaboli. hic deū dixit iustū simul & crudelē.

dam sunt potentiæ eius, qui operatur. Quòd autem secularis sit, ac temporarius huius principatus? hoc est, cùm præsenti seculo dissoluendus, audi Paulum sub huius finē epistolæ dicentem: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mūdi rectores tenebrarum seculi huius. Vt autem, cum audieris mūdi rectores: non dicas, mundi istius molem à nullo esse conditam: cū etiam alio loco uocet scriptura mundū hunc malignum, sed & tempus puersum, non quidem id intelligens de creaturis dici. Mihi enim uidetur sic à deo princeps cōstitutus sub hoc cœlo aëreo, ut eo tamen principatu nunquàm ceciderit etiā post præuaricationem. *Qui nunc operatur in filijs*, inquit, *diffidentiæ*. Num uides, quia nó ui, neque tyrannica oppressione, sed persuasione sibi conciliat? Diffidentiā enim, ait, quasi siquis dicat: Impostura ac fraudulenta persuasione uniuersos ad se pellicit. Neque hac tantùm ratione ipsos consolatur, uidelicet consignando illis communem malorum omnium incentorē: sed quòd seipsum cum eis adnumeret. *In quibus*, ait, *& nos omnes conuersati sumus aliquando*. Omnes, inquit. Neque enim cuiquàm mortalium dicere liceat, quòd à peccati contagione exēptus sit & immunis. *In desideriis carnis nostræ facientes uoluntatem carnis & cogitationum: & eramus natura filii iræ, sicut & cæteri omnes*. Hoc est, nihil sapientes eorū, quæ spiritualia sunt, Sed ut nequis carnē suam traducat, néue graue aliquod ipsi imputet delictū, uide, ut se communit rationibus. *Voluntates carnis nostræ*, inquit, *& cogitationū facientes*. Hoc est, uoluptatum atque illecebrarum passiones, quibus ipsi exacerbauimus deū, atque illius in nos proritauimꝰ iram. Nam & hoc ipsum indicat, Ira eramus, & nihil aliud quā ira: hoc est, iræ filij. Vt enim hominis filius, homo est natura: sic & nos, quemadmodū cæteri. *Deus autē qui dives est in misericordia*. Non simpliciter dixit, misecors: sed, dives in misericordia: quemadmodum & alio loco dicitur, In multitudine misericordiæ tuæ. Rursus: Miserere mei secundum magnam misericordiam tuam. *Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos*. Quibus, quæso, meritis nos sic dilexit? Neque enim istiusmodi numerata flagitia dixeris digna esse dilectione, sed quæ potius ità promereantur & extremum supplicium. Et hoc igitur à multa dei miserentis benignitate proficiscitur. *Et cum mortui essemus in peccatis, conuiuificauit nos in Christo*. Christus iterū medius inducitur, quo ueluti pario fidem conciliet dictis. Si enim primitiæ ipse Christus uiuit, utiq; & nos uiuemus: illum uiuificauit, & nos itē. Num uides, ut omnia hæc de Christo dicta sint secundum dispensationem carnis? Agnoscis ne supereminentem illam potentię ipsius magni tudinem in nos qui credimus? Nos sic mortuos, ni mirum filios iræ, tales cum essemus, uiuificauit. Intelligis, quæ sit tuæ spes uocationis? *Et conresuscitauit, & considere fecit*. An non uides gloriam hæreditatis ipsius? Et hoc quidē, quia conresuscitauit, non obscurum esse putē: illud uerò, quia considere fecit nos, uidelicet in cœlestibus in Christo Iesu. Cæterū quinā cōstitit, quia cōresuscitauit? Neq; enim quispiā adhuc resurrexit: nisi fortè dixeris, quia capite resurgēte, & nos i ipso excitati sumus ad uitā: ac si dicas, Iacob ubi prōcidit adoraturus Ioseph filiū suū, prōcidit & Rachel uxor. Ad hanc itaq; loquendi formu-

K *Qui operatur sup plēdū in filiis diffidentiæ.* ἐνυιοὺς ἀπειθείας *Infr.6.b*

1.Ioā.5.d ἁμαρτίαν στραμμένον.

L *Pro.20.b*

Psal.68.e *Ibi.50.a* πολλην *multam.*

M

Gen.46.c *Vt Iacob adorante Ioseph, dicitur*

& Rachel adorasse: ita Christo resurgēte dicuntur in ipso resurrexisse mortui 2.Ti.2.b.

lam, intelligi debet illud, Cōsidere nos fecit: quia cōsidente capite, considere dicitur & corpus: ideòque intulit, in Christo Iesu. Quòd si hoc nō est, sed quia cōresuscitauit per lauacrū: quinam igitur intelligi debet, quia considere fecit? Si enim compatimur, inqt, & conregnabimus: si commortui fuerimus, & cōuiuemus. Omnino opus spiritu sancto simul & reuelatione, ut mente penetrare possis tam arcanā mysteriorū abyssum. Deinde ut ne diffidas promissis, pd subiiciat, uide. *Vt ostenderet in seculis superuenientibus superabundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu*. Postquā enim retulit, quæ de Christo sunt, (& hæc quasi ad nos nihil pertinerēt. Nā quid ad nos, inquies, si ille resurrexit?) ea probauit ad nos etiam pertinere. Si quidem nobiscum societatē iniit Christus, nobis secundū carnis dispensationem unitus. Præterquā quod & de nobis seorsim cōmemo-

1.Co.15.c rat, uidelicet: Quòd quum delictis essemus mortui, nos cū illo simul excitauit, & cū illo pariter iusit cōsidere. Itaq; quod nuper dicebam, nequa in re diffidas, sisue incredulus & à prioribus & à capite Chri-

B sto: neq; ex eo, quòd ipse uoluit bonitatē erga nos suā declarare, cuius iā specimen accepisti, expertusq; es. Alioqui quo pacto declarabit, si hoc minimè cōtinget fieri? Et declarabit in seculis superueniētibus. Quidnam? Nimirum quia ingentia erant ea bona: & quibus fides haberi maximè debuit. Et nunc quidē hæc quæ dicuntur, deliramenta esse uidentur ac nugæ, sed infidelibus: tūc uerò agnoscent oēs. Nosse ne uis, ut consideremus nos fecit? Audi Christum discipulis dicentem: Sedebitis super duodecim sedes, iudican-

Mat.19.d tes duodecim tribus Israel. Itemq; Sedere ad dexte-

Ibi.20.c. rā meā, & ad sinistrā non est meum dare: sed quibus paratū est à patre. Itaq; paratū est. Pulchrè dixit, *In bonitate super nos in Christo Iesu*. Sedere enim à dextris honoris supra cæteros præcipui, & post quem alter non est. Hoc itaq; insinuat, quia uidelicet & nos sedebimus. Prorsus superabundantes diuitię, omnino supereminēs magnitudo potentiæ eius, cū Christo residere. Quòd si innumeras haberes animas: nū dubitares eas morti exponere, Christi gratia? Aut si necesse fuerit te rogum ingredi: nunquid non te oportet tale aliquid alacriter tolerare? Rursus ait: Volo,

C Ioā.17.d. ut ubi sum ego, & ministri mei sint. Etiam si te opus sit minutim quotidie cōcidi: nōnne horū gratia conueniret cuncta te generosè excipere? Recole nunc te cū, ubi ille cōsedit, nimirū supra omnem principatū & potestatem. Et cui consedebis tu? Christo uidelicet, etiā si mortuus sis, & natura filius iræ. Quid interim cum laude ac merito dignū peregisti? Nihil. Pror

Rom.11. d. sus tempestiuū nunc, ut exerta clamemus uoce: O altitudo diuitiarū, & sapientiæ, & scientiæ dei. *Gratia enim seruati estis*, inquit. Vt. n. fastu non eleuêre, magnitudine beneficiorū tumidus: uide, ut istum animi tumorem premat. *Gratia*, inquit. *seruati estis per fidem*. Deinde ut ne rursus libertas uitiaretur arbitrij, quæ in nostra potestate sita sunt, posuit. Itemq; ipsum sustulit, dicens: *Et hoc non ex nobis*. Ac si diceret, Ne fides quidē ipsa ex nobis est. Si. n. non uenisset, si non uocasset: quinam in ipsum potuissemus credere? Quomodo, inquit, credent, nisi audierint? Itaque

Ibi.10.e. quod fidei est meritum, ne id quidem nobis adscribendū est. *Dei enim donum est*, ait. Neque enim usquaque sufficiebat fides: ut fieres saluus. Cæterū, ut ne operis uacuos, néue marcentes ignauia crederes ad salutē pertingere: talem, inquit, deus requirit à nobis fidem, quæ nó sit uacua boni operis. Dixit, quia fides seruat. Quandoquidē sic uoluit deus: fides ipsa ad salutem prouehit. Alioqui quo pacto nos seruare queat fides, quæ sine operibus est? Hoc ipsum dei donū est, inquit, ut nequis glorietur, ut ne ignoratos esse finat suæ erga nos gratiæ. Quid itaq; est, quod ait? Ipse ne impedimēto fuit, quò minus ex operibus iustificaremur? Nequaq̄. Sed nemo, ait, ex operibus *Ibid. 3æ.* iustificatus est: idq; ut dei gratia declararetur simul & ipsius erga nos benignitas. Non quòd habentes opa repulerit: sed eos, qui confidentia operū pessum ibant. Gratia sua seruauit, ut nemo deinceps possit gloriari. At interim ut ne cū audieris, quia nō ex opibus, sed per fidē totius rei summa absoluatur: ne inquā, hoc audito te cōtinuò dedas ignauiæ, uide, qd subiecerit: *Ipsius enim sumus factura creati in Christo Iesu, in operibus bonis: quæ præparauit deus, ut in ipsis ambulemus*. Nunc qd hoc loco uelit Paulus, perspice, hic nanq; regenerationē subindicat. Oino regeneratio creatura altera est. Ab ipso summo opifice cū nō essemus, sumus ad esse prouecti. Quod prius eramus, E commortui sumus, hoc est, uetus noster homo: rursum qd prius non eramus, facti sumus, nimirū creatura, quę multò sit altera illa priore pretiosior. Ex il la quidē uiuere datū est: ex hac autē, ut honestè & cū decoro uiuamus, integrū est nobis. *In operibus bonis, quæ præparauit deus, ut in ipsis ambulemus*. Non ut initia quædā honestæ uitæ auspicemur solū, sed ut ambulemus. Ad hoc uirtute opus est, quæ nobiscū perseueret, & ad mortē usq; nostrā protendatur. Ne quen. n. si nos uiam ingredi conueniat, quæ recta in *A simili argumentum.* ciuitatē ducat regiam, & iam confecta meliore itine ris parte, si postea circa uiæ finē lentescētes animoq; prāmolliti desederimus: nihil nos iuuerit eiusmodi spes uocationis. In operibus, inquit, bonis. Nihil, in- *Morale.* quam, nobis profuerit tale negotium. Ad hunc sanè modum etiam præsenti loco. Neque enim ut unum è multis operemur, iubet: sed ut insimul oia. Quemadmodum sensus nobis quinq; sunt: omnibus tamē uti conuenit, prout uel rei, uel temporis exigit decorum: sic & singulis quibusq; uirtutibus utēdum est. F Quòd si quis sibi temperet à cupiditatibus, non sit is erga inopes misericors: aut pius quidē in paupes, sit tamē auarus: uel etiā cōtineat, ne suppilet aliena, nō item q̄ sua ipsius sunt, in pauperum usus dispertiatur, si ultra fiunt oia. Neq; enim sufficit una quæpiam & sola uirtus, quæ nos cū fiducia repræsentet ante illud formidabile Christi tribunal, sed multi iuga opus uirtute, uaria, omniphariaq; imo nulla non necessaria est: Audi. n. ipsum dicentē discipulis: Pro- *Mat.28.d* fecti docete oēs gentes, docētes eos seruare omnia, quæcunque mandaui uobis. Rursus: Qui soluerit *Ibid.5,c.* unū de mandatis istis minimis, minimus uocabitur in regno cœlorum: hoc est, in resurrectione. Non. n. is demum in regnū introibit. Tempus ipsum resurrectionis pulchrè nouit uocare regnum. Vnum siquis soluerit, ait, minimus uocabitur. Itaque omniū uirtutum ornamentis ut decoremur, necesse est. Iā mihi uide, ut sine eleemosyna nō penetretur ad regnū. Sed etsi sola hęc desit: in ignē nihilominus commigrandum nobis fuerit hinc abituris. Abite, dicet, ma *Ibi.25.d.* ledicti in ignē æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Qua gratia, aut propter quid? Esuriui enim, & non dedistis mihi māducare: sitiui, & nō de

G distis mihi bibere. Vides, ut nullo alio illis obiecto crimine, ob hoc solũ perierunt? Et urigines illæ hac tantũ causa à sponso exclusæ sunt thalami ingressu, Heb.12.d etiamsi pudicitiã haberent: atq; ut dicit Paulus, sanctimoniam, sine qua nemo uidebit dominũ. Tecũ igitur reputa, quia sine castitate nulli contingit uidere dominũ. Neque rursus omnino possibile ipsum uidere cũ castitate, si sola fuerit. Plerunq; enim aliud aliqd incidit impedimenti. Iteũ, si actiones nostras omneis ad rectitudinis lineam moderabimur, proIac.2.a b ximũ uero nulla in re iuuerimus: neque sic ingrediemur regnum. Vnde id liquet? A domesticis illis conMat.25.c. seruis, quibus concredita fuerant à domino suo talẽ ta. Et aderat quidem illic syncera & sine fuco uirtus omnis, nihilq; defuit: sed quando circa talenti operationem desedit, iure optimo depulsus regno est. Cõtingit etiam ob solum aliquod conuiciũ incidisse gehennã. Qui dicit, ait dominus, fratri suo, fatue: reus mittetur in gehennam ignis. Etiã siquis uniuersam operum suorum summam cum laude persecerit, cõ uiciator tantũ sit: is non ingredietur regnum. Proin- In Marde nequis deum insimulet crudelitatis, qđ sic lapsos cionẽ, qui teste Eusebio Cæcœlorũ regno excludat: etenim si inter hoïes, quanlibet pusillum quis committat aduersus legũ decre sar. deum insimula, ta, scitãue maiorum, mox is abducitur è conspectu bat ut plagosum regis, etiam si unum solũ eorum sit prætergressus, & crudelem. quę lege iubentur. Quòd si calumniã intenderit nescio cui delator: suo statim cecidit magistratu. Et si cõmiserit adulteriũ, & deprehẽsus is fuerit: indignus A simili ac uilis effectus est: etiamsi innumeras egregiè perargumentum. trasset, periit tamen. Si cædẽ perpetrauerit, & indicatus fuerit: & hoc idoneũ ac sufficiens ipsum perdere. Quòd si humanæ leges tanta uigent obseruantia, quãtò magis diuinæ? Sed benignus est, inquies. Quo usq; stultũ hunc sermonẽ efferimus? Stultum autem dixi, non quia bonus nõ sit dominus: sed quia temerè ipsius bonitatẽ existimamus ad eiusmodi usum nobis fore utilẽ, quamuis sępenumero hac de re pluEccl.5.d. rima uobis disseruerimus. Audi, quæso, scripturã dicentẽ: Ne dixeris, quia miseratio domini multa: multitudini iniquitatum mearũ propitiabitur. Nihil nos prohibet dicere, qa miseratio domini multa est. Nõ hoc monet scriptura, qn potius uult, ut id cõtinuò I dicamus. ob hoc etiam nihil non mouet Paulus, sed & hæc proximo ordine differentur. Ne in hoc, ait, admirare dei benignitatẽ, qa cũ peccamus, solemus dicere: multitudini peccatorũ meorũ propitiabitur. Idcirco enim tanta differimus de dei bonitate, ut ne huic innixi, nimiãue freti audacia quæuis tentemus efficere: alioq ipsa dei bonitas nostræ potius obfuerit saluti. Cæterũ ut ne peccatorum pressi pondere, in desperationis ruamus laqueũ, ideo locus iste inducitur: & ut nos commissorũ pœniteat. Hæc enimRom.2.a dei bonitas, quæ te ad pœnitentiã adducit: non itẽ ad copiosiorẽ nequitiæ cumulũ. Quòd si nimia dei benignitate abusus, fias inde deterior, iam tu eã potius traducis, exponisq; hominũ calumniæ. Plerosq; noui, q dei coarguant longaminitatẽ. Iraq; lues quidem pœnã: quòd non sis utiliter & ut oportuit dei erga te usus benignitate. Fortè dices: An nõ benigꝰ deus erga homines? Vtiq;, sed & iustus iudex. NunqdIbidem. non indulget peccatis ueniã? Sed & unicuique reddit secundũ opera sua. Nonne transcendit iniustitias aufert iniquitates? Sed & iusto examine perscrutatur iniquitates. Quinam hæc tã sibi cõpugnantia queãt conuenire? Non pugnant utiq; hæc, si quidem ipsa per temporũ uices distinxerimus. Sanè aufert iniquitates in præsenti quidem uita, & per lauacrum regenerationis, & per pœnitẽtiam. Porrò illic torturis, nimirum igne atq; supplicio examinat, quæ ipsis fecimus, omnia. Dices: Igitur si & innumera mala cõmisero, aut si fortè unũ ex omnibus, quæ præcipiuntur, omisero: perẽquè depellor, & excido regno cœlesti: quidni igitur operer mala? Ingrati prorsum famuli uox ista est. Veruntamẽ & hunc dissoluamus uulgi sermonẽ. Nulla quę mala sunt, admiseris, ut & prosis tibiipsi. Equidem ut donem tibi, quia regno illo omnes similiter excidemus: in gehenna autẽ illa nõ eandem luemus pœnam: sed hic quidem acriore, ille uerò mitiore plectetur. Etenim si & tu & ille quippiã admiseritis per contemptũ siue fastum, & tu quidẽ in multis, ille uerò in paucis: similiter regno excidetis. Quòd si dissimiliter contempseritis eorum quippiam, quæ præcepta sunt, puta hic grauius, ille uerò minus: in gehenna non consimilem sentietis pœnã. Dices: Quid itaq; interminatur iis, qui non dederint L eleemosynam, ut eant in ignẽ? Non utcunque dixit, Mat.25.d in ignem: sed, in ignẽ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Vt quid, aut qua id gratia? Nihil enim sic dei in nos proritat iram. Insuper & ad alia quis mala Videtur hoc ẽt adiicit. Si enim inimicos necesse sit, ut ames: & hoc lo qui perdit è lædit amicos, gentilibus ipsis, quantum co corrupad hoc attinet, cũ sit deterior, quo non supplicio is ptum exẽ cẽsebitur dignus? Itaq; hìc ipsa peccati magnitudo se plar Vecit, ut abiret cũ diabolo. Væ. n. eleemosynæ ac pietaronense. tis opera non exercenti. Quòd si, cũ uigeret lex illa Epipho uetus, res se sic habebat: quantò magis constãte nonemа. uæ legis gratia? Si cũ permitteretur indulgentius, posse sio facultatum, cũ liceret fructum ex illis decerpere, curam adhibere congerendis opibus, tanta tamẽ prouidentia consulebatur pauperum subleuandæ inopię: quantò magis cũ admonemur semel excute- κελευο re à nobis omnia? Quid enim illi non faciebant? Deμεθα. cimas, & rursus decimas alias conferebant in pios usus, puta orphanorũ, uiduarũ, proselytorũ. Sed mihi dicere solebat nescio quis, miraculi loco referens. talis decimas dat. Quanti dedecoris plenũ hoc est, quia quod Iudaicę legis tempore nihil prę se ferebat miraculo dignũ: hoc ipsum inter Christianos cœpit M uideri mirabile? Si tũ tanti erat periculi omisisse decimarum solutionem: reputa tecum, quãti nũc sit neglectim illas transmittere. Rursum: Ebrietas non habet sortẽ in regno dei. Ecquis tam multorũ malorum modus? Proinde dixeris: Si & ego & ille in eisdẽ pœnis constituemur: non mediocris consolationis ratio suppetet. Quid igitur? Maximè quidem, si tu & ille parem sustineatis ultricẽ scelerum pœnam: alioq id nullo pacto nomen meretur consolationis. Tunc enim communio passionũ consolationẽ qualencũque habet: quum moderata quadã proportione tẽperatæ fuerint. Porrò cum excesserint modum ac uelut in extasi nos constituerint: non iam sinunt nos in posterũ ullam habere consolationem. Dic tu ei, q flagris accisus est, insuper pyrã inscendit iamiã urendus, quia talis graue aliquid patitur, sed neq; is ullã sentiet consolationẽ. Nonne insimul omnes perierunt Israelitæ? Isthæc cõmunio pœnæ quã illis, qso, adferebat cõsolationem? An non hac potius causa mœrebãt animo? Ideoq; fortè dicebãt: Periimus, exterminati ad internecionẽ sumus, miserè consumpti

A sumus. Quàm queso, hìc dixeris consolationem? Fru
γνώμην. stra nos consolamur spebus tã euanidis. Vna prorsus sola, ac solida consolatio est nõ incidisse in ignẽ illum inextinguibilẽ. Eum uerò qui incidit semel iã
Marc.9.g nulla manet consolationis spes: ubi stridor dentiũ, ubi fletus, ubi uermis nullo fine intermoriturus, ubi ignis inextinguibilis. Num quæso, tanta & tribulatione & angustia undiq; cinctus, recordabere ullius cõsolationis? Apud ne teipsum fueris deinceps? Nõ utique. Obsecro itaque & adhortor, ne nosipsos frustra seducamus, & istiusmodi uanissimis sermonibus consolemur: sed ea potius studiosẽ exequamur, quæ nos possint ad æternam salutem prouehere. Vt cum Christo aliquando consideas, repositum est tibi: & tu de his tam anxiè disceptas dubius? Quòd si nullum adesset aliud peccati genus, quantum tamẽ supplicii nos conueniat sustinere pro istiusmodi uerB bis? Quia sic lentescimus, sic miseri adeò & socordes sumus, ut & tanto nobis proposito honore tã pronunciemus indigna? Cùm eos ad mentem aduocaris, qui tum strenuè cuncta peregerunt: nunquid nõ amplius animo liquefies? Quum aliquot agnoscas è seruorum numero, aut qui nulla excelluerint claritudine generis, ob tamen paucos in præsenti uita desumptos labores fieri ob id participes sedis illius regiæ: nunquid non hęc tibi uidebuntur supplicio etiã illo horrendo deteriora? Nam si nunc cum uideas tales probari omnibus, licèt nihil hinc passus aduersi, peius tamẽ omni supplicio ob hoc solùm animo maceraris, luges teipsum miserè ac illachrymaris, cẽsesque te innumeris mortibus dignum: quid nõ tũc sustinebis? Etiam si nulla foret gehenna, ipsa ne cõsiderationis regni idonea fuerit ac sufficiens, quæ te miserè perdat, redigatq; in nihilũ? Porrò, quòd res hæc ad eum modũ successura sit, satis potes idoneè intelligere ipsa rerũ doctrice experientia. Ne igitur temerè nos ipsos oblectemus istiusmodi uerbis, sed intentã curã adhibeamus, meditemurq; solicitè, quæ ad nostrã ipsorum salutem propius attinent: sedulò curemus, quæ ad uirtutum nos prouehant munia: & ad C ea explenda opere, quæ per se honesta sunt, pro uiribus nos ipsos excitemus: ut digni habeamur tantã asse qui gloriam, in Christo Iesu domino nostro.

Hactenus Godefridus Tilmanus: reliquas uiginti homilias interpretatus est Musculus.

HOMILIA QVINTA.

Vapropter mementote, qđ uos quondam Gẽtes
q *in carne præputiũ uocabamini ab illis qui circuncisio dicuntur, q̃ manibus sit in carne, qđ eratis in tpe illo sine Christo, abalienati à republica Israelis, & extranei à testamentis promisionis, spẽ non habẽtes, deoq; carentes in mundo.* Multa sunt quæ benignitatem dei erga nos declarãt. Primũ, qđ p seipsum saluauit, idq; tali modo p seipsum. Alterũ qđ tales existentes saluauit. Tertiũ, qđ eo nos euexit. Hæc siquidẽ oĩa in seipsis pensata maximã habẽt benignitatis ipsius demõstrationem. Atque oĩa illa Paulus his quæ nunc scri-Hic su.a bit, exuperat. Dixerat qđ nos saluauerit deꝰ mortuos existentes delictis, ac filios iræ. iam cõmemorat, quibus nos adæquarit. Propterea dicit: Mementote solemus enim oẽs, siquãdo ex multa tenuitate in æqualem aliis aut certè maiorẽ quendam honorẽ euecti fuerimus, ne meminisse quidẽ priorum, gloria illa inescati. Propterea memẽtote, inqt. Quid est illud, pro pterea? Quòd uidelicet, conditi estis ad opera bona. D Istud uerò psuadere poterit, ut uirtuti operã ac curã impẽdatis. Memẽtote: ualet enim illa rememoratio gratos erga benefactorẽ reddere. Quòd uos quondã Gentes. Vide qũo Iudæorũ prærogatiuã deiciat, Gentiumq; deiectionem ac uilitatem celebrẽ faciat, quæ quidẽ deiectio ac uilitas nõ erat, sed ab ipso cõsuetudinis, ac uitæ genere utriusq; suadet. Qui uocabamini. In uerbis erat hic honor, in carne erat ista prærogatiua. Nihil. n. est pputium, nihil circuncisio. Ab Gal.6.d. illis qui circuncisio dicuntur, quæ manibus sit in carne, qđ eratis in tpe illo sine Christo, abalienati à republica Israelis, & extranei à testamentis promisionis, spẽ nõ habentes, deoq; carẽtes in mundo. Vos q à Iudęis ita uocabamini. Quid igitur? Cũ esset beneficiũ Gẽtibus pstitũ declaraturus in eo qđ cõmunionẽ Israelis essent nacti, rursus Israelitica dignitatẽ nõ deiicit, sed in illis eã extollit, q̃ ad salutẽ sunt necessaria: in eis uerò deiicit, quibus Gentes nõ cõmunicabant. In ipso nanq; progressus dicit: Cõciues estis sanHìc inf.d ctorũ ac domestici dei. Vide qũo nõ deiiciat. Ista inquit, indifferẽtia sunt. Nolite putare differre uos à Iu E dæis, qđ circuncisionẽ nõ adepti, in præputio estis. Nã hoc demũ graue ac molestũ erat, qđ sine Christo eratis. Abalienati à republica Israelis. Hoc est, nõ esse in republica. Extraneos esse à testamẽtis promissionis, nõ habere futurorũ spẽ, deo carere i hoc mũdo. At hæc oĩa illorũ erant. Dixerat de rebus cœlestibus, mentionẽ iam & eorũ facit q̃ super terrã erant, quoniã in illis magnã habebant ludæi gloriã. Ita & Christus, cõsolando discipulos cũ dixisset, Beati qui Mat.5.a persequutionẽ sustinent pp iustitiã, quoniã ipsorum est regnũ cœlorũ: quod minus est subiungẽs, ponit. Nã ita, inquit, prophetas quoq; q ante uos fuerunt, persequuti sunt. Istud qppe ad magnitudinẽ quidẽ priorũ minus est: ad hoc uerò, ut propinquũ faciat, ac persuadeat, sufficiens est ac multũ habẽs roboris. Hoc itaq; erat esse in republica. Nõ dicit, separati. sed, abalienati à republica Israelis. Nec dicit, nõ attendẽtes: sed, nec participãtes, & extranei. Multa est in uerbis emphasis, multã ostẽdens separationẽ. Alioq & ipsi Israelitæ, & extra rempublicã erant: at nõ ut alieF ni, sed ut socordes: & à testamentis excidẽrãt, sed nõ ut extranei. Quę erant autẽ promissionis testamẽta? Tibi ac semini tuo dabo terram hanc, & quicquid aliud illis promisit. Spẽ, inquit, non habentes, & sine Gen.15.d deo. Atqui deos adorabant. Verũ non erant dij. Nihil enim est idolum. *Nunc autem in Christo Iesu uos qui quondã eratis lõginquus, propinqui facti estis i sanguine Christi. Ipse siquidẽ est pax nostra qui fecit ex utrisq; unũ, & interstitiũ sepis, inimicitiã uidelicet, in carne sua, soluens.* An hoc magnũ est, inquis, quòd in Iudæorũ rempublicam uenimus? Quid dicis? Sũmatim instaurata sunt oĩa, siue q̃ in cœlis, siue quæ in terra: & nũc demum de Israelitis loqueris? Certè, inquit. Nã illa qdem fide oportet cõprehendere, ista uerò ipsis etiã operibus. Nunc autem, inquit, in Christo Iesu uos q olim eratis longinqui, propinqui facti estis huic reipublicæ. Longinquitas enim illa, & propinquitas, electionis duntaxat sunt liberæ. *Ipse enim est pax nostra, qui fecit ex utrisque unum.* Quid est, utraq; unum fieri? Non hoc dicit, quòd in illam Israelis nobilitatem nos euexerit, sed quòd & nos & illos in maiorem extulerit. Verũtamen maius est beneficiũ quod nobis obtigit. Nã illis quidem & promiserat, & uici-

Giores erant, uobis uerò & nihil promiserat, & præterea remotiores eramus: propterea & alibi dicit: Gẽtes uerò pro misericordia glorificẽt deum. Promisit quidẽ Israelitis, licèt indignis: nobis uerò neq; promisit etiam, sed extranei eramus, nihil habebamus, con
Ro.15.b. munionis cũ illis. Fecit autem ut unum essemus, nõ nos illis coniungendo, sed & illos, & nos in unũ conglutinando: Exemplũ uerò dicã: Proponamus esse statuas duas, unã argẽteam, alterã plumbeã: deinde opere fusorio, utraq; aureas fieri. Ecce duas, unã fecit artifex. Aut aliter: Ponam⁹ hinc seruũ, isthinc adopratum, utroq; eodẽ addictos domino: hunc quidẽ abdicatum puerũ, illum uerò & fugitiuum, & neque patrẽ agnoscentẽ: deinde & hæredes utroq; factos, & genuinos filios: Ecce quomodo ad unũ & eundẽ honorem inducti, ambo facti sint unũ: ille quidem è longinquo, iste uerò è uicino ueniens, & iam germanior, quàm antequam esset reiectus. *Interstitiũ*, inqt, *sepis soluens*. Quid est hoc interstitiũ? Inimicitiã, inqt, in carne sua, legem præceptorum in dogmatibus abrogans. Sunt quidã qui dicant legem fuisse interstitiũ
H inter Iudæos & Gentes, unde factum sit, ut commisceri nequiuerint. Mihi uerò istud non uidetur, sed cõmune hoc interstitium esse, nimirũ inimicitiam in carnẽ. Hoc. s. erat interstitium dirimens, quemadmo
Esa.59.a dum propheta dicit: Nunquid peccata uestra discernũt inter me & uos? Interstitium erat inimicitia quã habebat deus tam aduersum Iudæos, quã Gentes. Per legẽ uerò illa non solũ sublata non est, sed & au-
Rom.4.c cta: lex enim, inquit, iram operatur. Quemadmodũ igitur illic cũ dicit: lex iram operatur, non legi totũ adscribit, sed subauditur, quoniã illã transgressi sumus: ita & hoc loco illam, interstitiũ fortè dicit, ob id qd neglecta, inimicitiã causata est. Sepes erat lex, sed erat illa munitionis gratia facta, unde & sepes no
Esa.5.a minata est, ut circũsepiret. Nã audi rursus prophetã
Mat.21.d dicentẽ: Et sepem illi circundedi. Et iterum: Detraxisti sepẽ eius, &
Psa.79.b uindemiauũt eam oẽs quotquot illac iter fecerunt. hic munitionẽ uocat sepem. Et rursus:
Esa.5.b Dirimam sepem eius, & erit in conculcationẽ. Item,
Ps.102.b Legem ad auxiliandum dedit. Et iterum: Faciens misericordiam & iudiciũ dominus, notas fecit iustificatio
I nes suas Israeli. Factum est uerò interstitiũ illud tale quòd illos non amplius in munitionẽ constituat, sed à deo etiam separet. Tale siquidẽ est interstitiũ illud, qd à mactatio est. Quòdnã est illud? inimicitiã, inquit, i carne sua? Quomodo? Obsepierat, ac rursus illic inimicitiã soluit? Neq; uerò hoc solũ, sed & obseruantiam ipsius soluit. Quid igitur? Si à priore transgressione liberati sumus, an rursus illã seruare cogimur? Hoc rursus idẽ fuisset. Igitur & ipsam legẽ dissoluit: *Legem*, inquit, *mandatorum in decretis abrogans*. Papæ, quanta benignitas? Dederat nobis legẽ, ut illã obseruaremus: quoniã uerò nõ seruauim⁹, atq; ideo puniendi iã eramus, legem dissoluit: quemadmodũ siquis pædagogo commẽdatum puerũ, quoniã mo
rẽ noller gerere, & abduceret, & pædagogo liberaret. Quãtę benignitatis est istud? Quid est, in decretis abrogans? Multam. n. hic inter mandatum, & decreta
Mat.5.d differẽtiam ponit. Aut fidem dicit, decretum illã uocans. Ex sola quippe fide nos saluauit. Aut præceptũ
Exo.30.c intelligit, quemadmodũ Christus dixit: Ego uerò di
Ro.10.b co uobis, neque irascamini oĩno. hoc est: Si credideris, quòd deus illum excitauerit à mortuis, saluus eris. Et iterum: Propè est uerbũ in ore tuo, & in cor-

de tuo. Ne dicas: quis ascendet in cœlũ? aut quis descendet in abyssum? aut quis reduxit illũ ex mortuis? K
Pro uita, fidẽ induxit. Et enim ne frustra saluareris, & ipse su ppliciũ tulit, & fidẽ uicissim per decreeta exegit. *Vt duos conderet in seipso in unum nouum hominẽ*. Vides gentilem non esse Iudæum factum, sed & hunc & illum in alterum statum uenisse, non ut ex gentili alium faceret, sed ut duos simul conderet? Et bene ubiq; condendi uel creandi dictione usus est, non dicens, ut trãsmutaret, quatenus ostẽderet facti efficaciam: & licèt uisibilis sit reliqua creatura, istam tamẽ non minorem esse, & à naturalibus rebus nõ esse nobis in posterum resiliendum. Vt duos conderet in se ipso: hoc est, per seipsum. Non mãdauit istud alii cuiquã, sed per seipsum, & hunc, & illum reformãs: unũ ex illis admirabilem planè retulit, primum ipse hoc factus, quod quidem priore creatura maius est. Hoc enim est quod dicit, in seipso: nimirum quòd ipse primus typũ & exẽplar nouæ huius hominis exhibuit. L
Vbi enim Iudæum, illic apprehendit & gentilem, medius ipse factus, & utroq; cõmiscens: ac quicquid illorum extraneum erat, & alienum amoliens, diuinitus reformauit per ignem & aquã, nõ amplius per aquam ac terram, sed per aquam & ignem. Circunciso factus est Iudæus, fact⁹ est maledicto obnoxi⁹. Gentilis extra legem & super Gẽtes & Iudæos factus est. In unum nouũ hominem, inquit: *Faciens pacem*. Ipsis ad deum, & erga se mutuò. Non enim perseuerã tes Iudæi ac Gentes conciliati sunt, & non nisi à propria liberati quisq; conditione, in maiorẽ aliam uenerunt. Iudæus enim tum demum Gentili cõiungitur, quando fidelis redditur. Tanquam si duo quidam ex domesticis infernè, & unus admirandus quidã, & magnus supernè, existẽtes, alius aliũ uidere nequeat, donec in sublimi constituantur. Faciens pacẽ, magis & præcipue ad deũ. Quod enim sequitur, hoc declarat: Quid autem dicit? *Et ut reconciliaret ambos in uno corpore deo, per crucẽ*. Non dicit, ut conciliaret, sed reconciliaret: ut ostendat qd & antea conciliata fuerit humana natura, utpote in sanctis, & antè legẽ. In uno corpore, inqt, ipsius uidelicet deo. Quomodo istud factũ est? pœnã, inquit, q̃ debebatur, ipse luit per crucem. *Perempta inimicitia per ipsam*. Nihil his M
dictionibus propriũ magis, nihil expressius. Mors ipsius inimicitiã interemit, uulnerauit, ac perdidit. Nõ præcepit alii cuiq̃ hoc negotii, neq; inoperatus est tãtùm, sed & passus. Non dixit, soluta, neq; sublata, sed quod omnium erat uehementissimum, perępta inimicitia. Itaq; nõ excitetur amplius. Quomodo igitur excitatur? A multa nostra malitia. Nã donec in corpore Christi mãserimus, donec fuerim⁹ adunati, nõ excitatur, sed iacet emortua: immo uerò illa nũquã excitatur. Si uerò aliam quampiã parturierimus, nõ amplius ad eum pertinebit, qui priorẽ sustulit, ac peremit. Tu sanè aliã parturis. Affectus enim carnis, in- *Rom.8.b*
quit, inimicitia est aduersus deum. Si nihil carnale superim⁹, nõ generabitur altera, sed pax illa manebit.

Cogita siquidẽ quàm sit enorme, siquando tãta cõciliationis nostræ gratia moliẽte perficiẽteq; deo, *Morale.*
ad inimicitiã denuò fuerimus reuersi. Eam certè nõ amplius baptisma, sed gehenna, non iã remissio, sed acris inquisitio, ac cõdemnatio maneret. Affect⁹ carnis sunt deliciæ, ac uoluptatum oblectamenta. Affectus carnis sunt auaritia, & omne peccatũ. Quã obrem affectus carnis dicuntur, quũ tamen nihil horũ

sine

sine anima fiat? Non hoc ideo dicit, quòd carnẽ cul A
1.Co.2.d pet, ac traducat. Quandoquidẽ & cùm dicit, Animalis homo, animam non ideo criminatur. Neque. n. corpus, neque anima etiam in seipsa, nisi supernum adsit auxilium, ad generosum quid & magnum prę stándum sufficerit. Propterea uocat illa animalia, q̃ per seipsam operatur anima: & carnalia illa, quæ ex seipso facit corpus. Nõ quòd illa sunt naturalia, ideo perdunt, sed quòd cœlesti moderatione potita non sunt. Alioqui & ipsi oculi boni sunt, sed sine lumine innumera mala perpetrant, quod infirmitatis illorũ est. Si uerò naturalia in se mala essent, nunquã utiq; ut oportet, bene illis usi fuissemus. Nihil enim quod
Superiores naturale sit, malũ est. Quid igitur sunt affectus carnales? Peccata. Peccato enim quando supra aurigã⁷ eleuatum⁷ obtinuerit, mille mala parit. Virtus enim carnis est, animæ subditam esse. Malitia uerò est, quãdo caro dominatur aiæ. Quemadmodũ igitur bonus quidem est equus & robustis cruribus utilis, siue tamẽ auriga nullũ huius specimen dedit: ita & caro, si quando lasciuiã illius præciderimus. Sed neq; auriga B
probatur sine scientia. Et enim & ipse peiora illis designabit. Itaq; ubique cura & inspectione opus est. Spiritus, qui rerũ summam ac moderationẽ habet, aurigã etiã firmiorẽ facit. hic uidelicet & animam & corpus accuratè adornabit. Quemadmodum enim aĩa quæ corpori inest, bonũ illud quidem ostendit, quãdo uerò illa energia sua corpus destituerit, ac de reliquerit, quemadmodum si pictor colores præter ordinẽ confuderit, multa turpitudo fit, unoquoque membrorũ ad corrũptionẽ ac dissolutionẽ properã te: ita & spiritus, si tam corpus quàm animam desolationi permiserit, peior fit ac maior turpitudo. Noli itaque corpus, propterea quòd minoris est quàm sit anima, improbare. Neq; enim animã ego improbare audeo, propterea quòd nihil præter spiritũ præstare ualet. Quòd siquid hîc omnino culpandũ: anima magis accusanda fuerit, quàm corpus. Nam corpus quidẽ nihil mali absq; anima designat, anima uerò uicissim multa mala sine corporis usu cõmittit. Tabescente siquidẽ & nihil minus quàm lasciuiẽte corC
pore, multum illa malorũ operatur: quemadmodũ incantatores illi, & magi, & qui inuidia laborant, & M
uenefici, corpora sua potissimũ tabefaciũt. Propterea neque deliciæ ad corporis necessitatem pertinẽt, sed magis animæ segnitiei admetiendæ sunt. Cibus enim, non deliciæ, corpori necessarius est: si frenum diligẽter & acriter immisero, equũ facilè repressero. Animam uerò corpus in malis ipsius cohibere non potest. Quã ob rem igitur affectum ipsum carnis uocat? Eo quòd totum carnis sit. Tum enim caro peccat, quãdo primas obtinuerit, mentemq; & aiæ principatum abstulerit. Virtus itaq; corporis in hoc est, ut animæ morem gerat, alioq; in se nec mala est, nec bona. Quid enim ex seipso faciet corpus? Bonũ itaq; est cõiunctione propter subiectionẽ, alioqui nec bonum nec malum, sed uel ad illud uel istud, idoneum ad utraque motum habens. Corpus concupiscit, at neq; fornicationẽ, nec adulterum, sed simpliciter cõmistionem. Corpus concupiscit, uerũ non delicias, sed cibum: non ebrietatem, sed potum. Quòd enim ebrietas, nõ sit corporis cõcupiscentia, uide quomodo, siquando mensurã trãsgressus fueris, corporisq; fines excesseris, nihil curet aut complectatur amplũ: alioqui reliqua omnia animæ sunt, quãdo uidelicet

in ea q̃ carnalia sunt, delabitur, quãdo ueluti increfatur. Licèt enim bonũ sit corpus, uehementer tamẽ D
infra aiam est, quemadmodum infra aurum est plũbum: & tamen ut adglutinato plumbo opus habet aurũ, ita & corpore aia: & sicut nobili quidẽ puero, pędagogi tamẽ opera necessaria est. Quemadmodũ igitur, quãdo quæ pueri agũt, puerilia uocamus, nõ ex eo ætatẽ illorum, sed quæ in ea ætate cõmittũtur taxamus: ita & corporis habet ratio. Verũ, si uoluerimus, licebit non esse in carne, ut neq; in terra, sed in cœlis & spiritu. Esse siquidẽ alicubi, nõ tã iuxta sitũ localem, dicitur, quã iuxta affectum. Atq; ita multos alicubi existentes, illic nõ esse cõtendimus, dicentes: hìc nõ fuisti. Et qd dico? Sæpenumero dicimus: Non es apud teipsum, nõ sum in meipso. Atqui qd corporalius eo, quo quisq; sibiipsi proximus est? Et tamen nõ dicimus eũ ideo esse in seipso. Itaq; in nobisipsis constituti in cœlo & in spiritu, maneamus in pace & gratia dei, ut oĩbus liberati carnalib⁹ promissa bona consequi ualeamus, in Xpo Iesu domino nostro, cũ quo sit patri, simul & spiritui sancto, gloria, imperiũ atq; honor nũc & semp, & in secula seculorũ, Amẽ. E

Homilia VI.

Tueniens euangelizauit pacem uobis qui longè aberatis, & illis qui propè: quoniã per ipsum utrique habemus aditũ ad patrẽ in uno spiritu. Itaq; nõ estis amplius hospites & incolæ, sed conciues sanctorũ, ac domestici dei superstructi sup fundamentũ apostolorũ & prophetarũ, summo angulari lapide existente ipso Xpo in quo tota structura coaptata, in templũ sanctũ crescit, in domino, in quo & uos pariter ædificamini in habitaculũ dei, in spiritu.

Neq; aliũ, inquit, misit, neq; per aliũ quẽ piã pacem uobis nunciauit: sed ipse, per seipsum. Nec angelũ huc amandauit, nec archangelũ. Quandoqdẽ tot mederi malis, quæq; fiebant annunciare, nullius erat alterius, sed suiipsi aduẽtus, ministri ac propè diaconi sumpta cõditione dominus aduenit. Et euangelizauit pacẽ uobis q procul aberatis, & illis q propè. Iudęos intelligit propè existẽtes, nobis collatos. Quoniã per ipsum habemus aditũ utriq; ad patrẽ, in uno spiritu: pace, inqt, ad deũ nos conciliauit. Nã & ipse dixit: Pacem relinquo uobis, pacẽ meã do F
uobis. Et iterũ: Bono sitis aĩo, ego uici mundũ. &, Quæcunq; petieritis noie meo, accipietis. Et rursus: Ioã.14.d
Quoniam pater uos amat. Ista pacis sunt indicia. Et Ioã 16.g.
præterea quò? Quoniã per ipsum aditũ adepti sum⁹ ibi.14.b.
in uno spiritu. Nõ uobis minus, Iudæis uerò plus ob Ibid.16.f
tigit. Sed una utriq; gratia. Nã iram qdẽ morte sua sustulit, amicos uerò nos patri reddidit per spiritum. Ecce rursus, in, idẽ est quod, per, hoc est per seipsum & spiritũ adduxit nos ad patrem. Itaq; non estis amplius hospites & incolæ, sed cõciues sanctorũ. Vides qd nõ simpliciter dicit, Iudęorũ, sed sanctorũ, ac magnorũ illorũ uirorũ, ⁷qui cũ Abrahã sunt, cũ Moyse ⁷Abraha
& Helia, ⁷cũ quibus in eandẽ ciuitatem descripti sũ- Moysis et
mus? In hãc uidelicet declaramur (qui enim talia di- Heliæ.
cunt, inquit, patriã se quærere declarant) nõ iam hospites sanctorũ, neq; incolæ. Nam qui cœlis potituri Ioan.8.d
non sunt, incolæ sunt. Filius enim, inquit, manet in æternũ. Et *domestici dei*. Quod illi tantis laboribus ab antiquo adeptũ habebãt, istud nobis per gratiã dei paratũ est. Ecce uocationis spẽ, *Superstructi superfundamentum apostolorũ ac prophetarũ*. Vide quomodo oĩa commiscear, Græcos, Apostolos, Prophetas & Christũ, & nunc quidẽ corporis, nunc uerò structu-

Græ exemplo cõiunctionẽ istã ob oculos ponat. Sup
structi, inquit, super fundamentũ apostolorum: hoc
est, fundamẽtũ sunt apostoli ac prophetę. Et primũ
ponit apostolos, qui tamẽ tẽpore posteriores sunt.
Hoc sanè dicens, ostẽdit illos esse fundamentũ, totũ
tamen unã esse structurã & radicem unam. Intellige
hic & Gentes fundamenti loco patriarchas habere.
Hic certè quod propriũ est, magis dicit, q̃ dũ insertio
nis alicubi meminit: illic magis cõglutinat'. Deinde
oĩa continens, inquit, Christus est. Sumus enim an
gularis lapis, & parietes continet & fundamenta. In
quo tota structura. Vide quo coniunxerit. Nunc qui
dẽ supernè totũ corpus continentẽ & conseruantẽ,
nũc uerò infernè & structurã sustinentẽ, & radicem
existentẽ inducit. Illud uerò, qd suprà dixit, ut duos
Hic sup.c cõderet in seipso in unũ nouum hominẽ, per istud
declarauit, quod ostendit Xp̃m utroscp parietes per
Coloss.1. b. seipsum cõiunxisse, eo qd in ipso conditi sunt. Et pri
mogenitus, inqt, oĩs creaturæ. Hoc est, ipse sustinet
ac portat omnia, i quo tota structura coaptata est.
H Quicquid dixeris, siue fastigiũ, siue parietes, siue qc-
1.Cor.3.c quid aliud fuerit, totũ ipse baiulat. Alibi & fundamẽ
tum ipsum uocat. Fundamentũ enim aliud, inquit,
nemo potest ponere, prętereq̃ quod positũ est, quod
est Iesus Christus. In quo tota structura coaptata.
Declarat & ipsa exacta structuræ cõsummatio, non
posse aliter poni eũ, qui non cũ multa diligentia ui-
xerit. *Crescit enim, inquit, in templũ sanctũ, in domino, in
quo & uos pariter ædificamini.* Sæpius hoc dicit: In tẽ
plũ, i habitaculũ dei, i spũ. Quid sibi uult illa structu
2.Co.6.d ra? Vt inhabitet deus in isto tẽplo, & quisq; uestrũ, in
quit, templũ est, & cõmuniter oẽs, & uelut in Christi
corpore habitat, & tanquã in tẽplo spirituali. Nõ di-
xit, prosodon accessum: sed, prosagogen, id est, intro
Ioã.14.a. ductionẽ. Non.n. à nobis ipsis accessimus, sed ab ip-
Ibidem. so introducti sumus. Nã nemo, inquit, uenit ad patrẽ,
nisi per me. Et iterũ: Ego sum uia, ueritas, & uita. Cõ
iungit etiã illos sanctis. Rursus ad primũ redit exem-
plũ nequaquã à Christo elõgari permittens. Ista uti
1.Co.3.b. que structura usq; ad aduentũ Christi pertingit. Et
Ibidem.c propterea sanè Paulus dixit: Vt sapiens architectus
fundamentũ posui. Et iterũ: Quoniã fundamentum
est Christus. Quidnã hoc est? Vides qd ad ea q̃ cau-
I sæ subiecta sunt, animaduertere oporteat? Hoc autẽ
non simpliciter de exemplis ci.cerim, ut quando pa
trem suum agricolam, & seipsum radicem facit.
Huius rei gratia ego Paulus uinctus sum Iesu Christi,
Cap.III. *pro uobis Gentibus.* Dixit de multa Christi cura & pro
uidentia: egreditur deinceps & ad suam ipsius, modi
cam quidem & admodum nullam, ad eam, q̃ Chri-
sti est, collatam, sufficientem tamen & ipsam ad at-
trahendum illos. Huius, inquit, rei gratia & ego uin-
ctus sum. Nam si dominus meus crucifixus est pro
uobis, multò magis ego uincior. Nõ solùm uinctus
fuit ipse, sed & seruos suos in uincula coniici permit-
tit. Pro uobis Gẽtibus. Multa emphasis hic est. Non
solũ, inqt, nõ abominamur uos, sed & uincimur pro
pter uos, & ego quoq; qui tanta potitus sum gratia.
*Siquidẽ audistis dispensationẽ gratiæ dei quæ data est mi
hi in uos.* Vaticinũ illud subindicat, qd de se ad Ana-
Actо.9.c. niã in Damasco factũ est, quando illi dicebat domi-
nus: Vade, quoniam uas electionis mihi est iste, ut
portet nomẽ meũ corã gentibus ac regibus. Dispen
sationẽ gratiæ, reuelationẽ intelligit, quasi dicat: Nõ
didici ab hoie. Et pp uos uni mihi reuelare gratiam
istam dignatus est dominus. Ipse nanq; ad me dixit: K
Vade, quoniã ad Gentes procul amandabo te. Si qui
dẽ audistis: Dispensatio qppe magna erat, qd hoiem
nulla ex parte psuasum, cœlitus uocabat ac dicebat:
Ibidem.a Saule Saule, qd me persequeris? luceq; illa ineffabili
excæcabat. Siqdẽ audistis, inqt, dispensationẽ gratiæ
dei, q̃ data ẽ mihi in uos. *Quòd secũdm reuelationẽ notũ
mihi factũ sit mysteriũ quemadmodum antè scripsi paucis*
Fortè p aliquos manifestauit, aut pp multos scripsit.
Ostendit autẽ hic totũ esse dei, nihilq; nos attulisse.
Ibid.22.a Quid.n. dic quæso? Paulus ille magnus, & admirabi-
lis, legẽ edoctus, ad pedes Gamalielis diligenter &
exactè eruditus, nũ gratia saluatus est? Mysteriũ.n.
est, quòd Gentes in maiorẽ, q̃ Iudæorũ sit, nobilita-
tẽ continuò ac subito euehuntur, Quẽadmodũ an-
tè scripsi in modico, id est, breuibus. *Scripsi paucis. Iu-*
πρός α. *xta quod potestis legentes intelligere.* Papæ, itaq; neq; rẽ
omnẽ scripsit, neq; quantũ scribi oportebat. Sed hic
qdẽ istud rei natura, alibi uerò auditorũ ignauia fe-
cit, ut apud Hebræos & Corinthios. Iuxta qd pote-
stis legentes intelligere. *Cognitionem meam in mysterio*
L *Christi.* Hoc est, quo intellexerim, quo cognouerim,
siue illa q̃ dixit deus, siue qd ad dexteram illius sedet
Christus. Deinde & dignitatẽ illã, nimirũ qd ita non
fecerit deus cuius genti, & qualis sit gens ista, quam
ad hunc modũ dignatus est deus. *Quòd aliis ætatibus*
*nõ innotuit filiis hominũ, quẽadmodũ nũc reuelatũ est san
ctis apostolis eius ac prophetis in spiritu.* Quid igitur dic
quæso? Nõ cognouerunt ista prophetæ? Quo ergo
dicit Christus, quoniam Moses ac prophetæ ista de
me scripserunt? Et iterũ: Sic credidissetis Moysi, credi Ioan.5.g.
dissetis utiq; & mihi. Et rursus: Scrutamini scripturas Ibidem.e
quoniã putatis uos in illis uitã æternã habere. Et illę
sunt, q̃ mihi testimoniũ ferunt. Hoc dicit, aut qd non
omnibus hominibus reuelatũ sit hoc mysteriũ. Ad
iecit.n. quod aliis ætatibus uel generationibus non
innotuit filiis hominũ, quemadmodũ nũc reuelatũ
est: aut quòd ita nõ inotuerit, rebus ipsis & opibus,
quemadmodũ nuncr euelatũ est sanctis apostolis
eius ac prophetis in spiritu. Perpende siquidẽ: Ipse Pe
trus, nisi audisset ex spiritu, ad gentes utiq; non acces
sisset. Audi nanq; quid dicat: Dedit igitur illis, inquit,
deus spiritũ sanctũ, quemadmodũ & nobis, hoc est,
elegit illos deus in spiritu, ut gratiæ communionẽ ac M
cipiant. Prophetæ itaq; prædixerunt quidẽ ista, adeò
tamen exactè nõ cognouerũt: quãdoquidẽ ea neq;
ipsi apostoli planè tenuerũt, etiã posteaq̃ audissent.
Multùm.n. excellebãt humanã cogitationẽ commu
nemq; spem. *Cohæredes esse Gentes, & eiusdẽ corporis
consortesq; promissionis.* Quid est cohæredẽ esse con-
sortẽq; promissionis, & eiusdẽ corporis? Hoc uidelicet
est magnũ illud, unũ esse corpus: hæc est, magna
illa propinquitas. Quòd uocãdæ essent Gẽtes, noue
rũt qdẽ prophetæ, tantũ uerò huius rei nõ nouerũt.
Nã hoc uocat mysterium promissionis. In sorte pro
missionis dei erant Israelitæ, & illorũ cõsortes factæ
sunt gentes. *In Christo per euangelium.* Hoc eũ, qd euã
gelium & ad Gentes mittendũ sit, & qd illi essent cre
dituri. Non.n. simpliciter, sed per euangeliũ, inquit.
At istud quidẽ, nihil magni fuerit. Exiguũ enim est,
sed aliud qddã nobis, quod maius est, reuelat deus:
nimirum, qd non solũ homines, sed neq; ãgeli, neq;
archãgeli, nec alia q̃piã creata potestas istud cogno-
uerit. Mysterium.n. erat nondũ reuelatum, cognitio
nem meã, inquit, intelligere potestis. Fortè quod il-

A lis & in Actis dixit, quã habeat cognitionẽ, nẽpe qd
& Gentes ad istã gratiã debeant uocari, hoc uocat
hic suã ipsius cognitionẽ in mysterio, de quo suprà
dixit, quòd in seipso duos cõdiderit in unum nouũ
Supr.2.c hominẽ. Nã ex reuelatiõe & hic didicerat & Petr⁹, qd
Gẽtes abominabiles haberi nõ debeãt. Atq; hoc est,
qd & in apologia sua Petrus dicit: *Cuius factus sum*
Hic sup.a *minister, secũdũ donũ gratiæ des, q̃ data est mihi, iuxta ef-*
ficaciã potẽtiæ illius. Dixerat: Hui⁹ rei gratia uinct⁹ sum,
sed rursus totũ deo adscribit. Secundũ donũ ipsius,
inquit, secundũ potentiã doni ipsius, honoris huius
dignitas obtiguit. Sed nõ sufficisset donũ, nisi, & po
Morale. tentiã illi indidisset. Re uera qppe magna fuit hic
potẽtia, nec sufficisset humana diligentia. Nã tria cõ
tulit ad prędicationẽ Paulus: Alacritatẽ, uidelicet, fer
uidam & audẽtem, animũ nihil nõ ferre paratũ, & in
tellectũ, ac sapiẽtiã. (neq; enim satis ad hãc functio-
nẽ fuisset animus ad pericula intrepidus) deinde &
potentiã spiritus & uitã inculpatã'. Contẽplare uerò:
2.Co.6.a Vt non uituperetur, inquit, ministerium nostrũ. Et
2.The.2.a iterũ: Adhortatio siquidẽ nostra, non ex errore, neq;
B ex immundicia, neq; in sermone adulandi, nec in oc-
casione auaritiæ. Vides integritatẽ, quæ nullo pacto
Rom.12.d culpari queat? Et rursus: Procurãtes q̃ bona sunt, nõ
solũ corã domino, sed & coram hominibus. Deinde
1.Co.15.d post ista: Singulis dieb⁹, inqt, morior per nostrã glo-
Ibid. 8.g riã, quã habeo in Christo Iesu. Et irerũ: Quis nos se-
parabit à dilectione Xpi? Tribulatio? aut angustia?
2.Co.6.a aut persequutio? Rursus: In multa patiẽtia, in tribula
&.11.e tionibus, in necessitatibus, i persequutionibus, in an
gustiis, in plagis, in custodiis. Deinde quantũ attinet
1.Co.9.d ad dispẽsationẽ ipsius, audi: Factus sum, inqt, Iudæis
tanquã Iudæus: illis qui sine lege sunt, tanquã & ipse
sine lege: his q sub lege sunt, uelut sub lege essem. Ra
Ro.15.d. ditur etiã & innumera facit. Quòd uerò oĩum est ca
put, ista oĩa facit in potentia spiritus sancti. Non.n.
audeo quicquã loqui, inqt, eorũ, q̃ Christus per me
non fecerit. Et iterum: Quid enim est, in quo reliquis
2.Co.11.b ecclesiis inferiores fuistis? Et rursus: Nihil o enim mi-
nor fui illis, q excẽlẽter sunt apostoli, ẽt si nihil sum.
Sine his uerò, quæ cõmemoraui, erat istud impossi-
bile. Nõ igitur propter signa ipsius fideles facti sunt.
C Neq;.n. signa hoc fecerunt, neq; per illa, magna de se
sentiri permouit, sed aliũde. Oportet enim, ut irrepre
hẽsibilis fuerit, dispẽsandi muneris sui perit⁹, in quod
uis periculũ sese proiiciẽs, & ad docendũ appositus.
His uidelicet plura q̃ miraculis, promotum est. Ista si
fuerunt, nihil opus erat miraculis. Quin perpenda-
mus illum, etiã ante miracula, innumera talia p̃stitis-
se. Nunc uerò, quum nihil horũ habeamus, nihil nõ
obtinere præstareq; uolumus. At cum alterũ diuelli-
tur ab altero, quod reliquũ est, inutile redditur. Quę
nanq; fuerit utilitas, ad nullũ pallere periculum, uita
Mat. 6.c existente reprehensibili? Si enim lumen, inquit, quod
in te est, tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quantæ? Rursus,
quis fructus erit uita esse inculpata, segnis si fueris ac
somnolentus? Nisi.n. crucẽ suã quis tulerit, meq; se-
Ibi.10.d quutus fuerit, inquit, nõ est me dignus. &, Nisi posue
Ioã.10.b rit quis aĩam suã pro ouibus. Quis uerò sperabitur
profectus, si ẽt his existẽtibus utriscp, nõ fueris tamẽ
ad obeundã dispensationẽ accõmodus, noueriscq;
quo unicuique respondere oporteat? Quòd si signa
non fuerint, sint nobis tamẽ utraq; ista. Verũtamen
licẽt tanta ex seipso attulerit apostolus, totum tamẽ

D gratiæ adscripsit. Istud aũt grati est famuli. Nos uerò
utiq; nondũ cognouissemus ipsius uirtutes, nisi rerũ
fuisset necessitate adobrutus. Num igitur digni su-
mus, qui uel mentionẽ faciamus Pauli? Ille licẽt gra-
tiã habuerit adiutricẽ, cõtentus tamen nõ fuit: sed &
mille pericula quæ sustinuit, ueluti tributu intulit ac
pensitauit. Nos aũt, qui fiducia illa destituti sumus,
unde, dic quæso, sperabimus nos uel cõseruaturos
eos, q christianæ fidei rã dediti sunt, uel acquisituros
eos q nondũ accesserũt, hoies deliciis hactenus de-
diti, refocillationemq; ubiq; quærẽtes, & pericula ne
in somnis quidẽ ferre ualẽtes: imo neq; uolentes ẽt,
& præterea à Pauli sapientia nõ minus distantes, q̃
à cœlo terra? Propterea & discipuli nostri multũ ab il
lis qui tum erant, defecerunt: quandoquidem & illo
rũ temporum discipuli, meliores erant, quã nũc sunt οἱ ὑφ'
doctores, qui tum in mediis populis & à tyrãnis, mi- ἡμῶν.
narum insultus omniumq; mortalium undiq; hosti
les inimicitias pasi, neq; tamen uel tantillũ deiecti,
aut à senlentia deflexi sunt, Audi quippe, qd Philippẽ
sibus dicat: Quoniã uobis, inqt, datũ est pro Xpo, Phil. 1. d
ut non solũ in ipsum credatis: sed & pro illo patiami E
ni. Et Thessalonicensibus iterũ: Quoniã, inquit, imi- 1.The.2.c
tatores facti estis ecclesiarũ dei, q̃ in Iudæa sunt. Et
Hebræis scribens dicit: Et direptionẽ facultatũ ue- He.10.g
strarum cũ gaudio accepistis. Colossensibus autẽ te Coloss.3.a
stimonium fert, dicens: Mortui enim estis, & uita ue-
stra absc̃dita ẽ, cũ Xpo in deo. Et hos ipsos multa
tulisse pericula testatur. Galatis uerò scribens dicit: Gala.3.a
Tãta passi estis frustra, siqdẽ & frustra. Et uides istos
oẽs iustitiæ studio deditos fuisse. Propterea & ipsa
gratia tum efficax fuit. Et ob eã rem illi in uirtutibus
uixerunt. Corinthiis autẽ quid scribit? Audi: Quos
multis modis culpauerat, nunquid & illis ipsis uirtu 2.Co.7.c
tum testimonium adfert, cũ dicit: Sed zelũ uestrũ,
sed desideriũ uestrũ? Et quæ rursus de his rebus ad
eos dicit, illa nũc neq; in doctoribus quisquã depre-
hẽderit. Itaq; illa oĩa cessarunt ac perierunt. In causa
uerò est, qd charitas refrigiuit, & qd peccatores nõ ca
stigantur. Audi nãque ipsum ad Timotheũ scribẽtẽ 1.Tim.5.c
ac dicẽtẽ: Peccãtes, inqt, corã oĩbus argue. Et qd prin
cipes ægrotant. Capite siquidẽ non existente sano, F
quo reliquũ corpus ualidum manebit? Vide igitur,
quanta sit rerum turbatio. Quin rectè uiuendo re-
ctamq; quoquo modo fiduciã obtinendo, ipsa mõ
tium cacumina apprehẽderãt, è medio sublati, & ue
lut ab hostili alieno oc̃q;, & minimè domestico corpo-
re auulsi sunt. Corrupti uerò, quic̃q; innumeris malis
scatent, in ecclesias irruperũt. Venales facti sunt prin
cipatus. Mille hinc mala nascuntur, & tamen nemo
est q corrigat, nemo q reprehendat: sed uiã quandã
atq; sequelã nacta est hæc merces. Peccauit quispiã, κ' ἀξίαν.
culpatusq; est? Is nõ in hoc laborat, ut innocẽtem se
ostẽdat, sed ut criminum socios reperire liceat. Quid
patior ac turbor, quũ gehennæ minæ obiectæ sint?
Credite mihi, nisi illic nobis deus suppliciũ reseruas-
set maiores tragœdias singulis dieb⁹ uideretis, q̃ un-
quã Iudaicæ calamitates fuerũt. Quid.n. (sed nemo
molestẽ ferat, neq;. n. nominatim dicã) siqs ecclesiã
ingressus, postulatis ac statis ad iudiciũ uobis, q no-
bisc̃ũ nunc hic estis, inqsitionẽ faceret? immo uerò
nõ nũc, sed si circa Pascatis diem quotquot accesse-
runt ac baptizati sunt, post mysteriorũ participatio
nẽ diligẽter qs scrutatus esset, tali accepto spiritu, ut
exactè, quicquid egissent, cognouisset, multa sanè

Iudaicis malis grauiora deprehẽdisset. Nam inuenisset utique, qui & auguriis, & diuinationibus, & incantationibus usi essent: iueniſſet & scortatores & adulteros, & ebrietati deditos, & conuiciatores: auaros nolo dicere, ne quos hic stantium tangam. Quid uerò si ęs scrutatus esset quotquot in uniuerso orbe accedunt, quòdnã putas nõ reperisset delictum? Quid si principes? Nunquid deprehendisset pecuniarũ cupidos? num principatuũ emptores? nũ inuidos? nũquid tortores? nunquid uanæ gloriæ deditos? heluones? pecuniarũ seruos? Quid igitur malorum expectandum non erit, posteaquã tanta obtinuit impietas? Et ut discatis, quãto supplicio sint obnoxij, q peccatis: hisce detinentur, respicite uetera. Sacram pecuniam furatus erat homo militaris unus, & oẽs pecriclitabantur. Scitis historiã? De Charmi illo loquor, qui de anatemate subtraxerat. Propterea & prophetа dicebat. Repleta est regio illorũ diuinationibus, uelut regio alienigenarũ. Nunc uerò, quũ innumera undique scateant mala, nemo tamen est q quicquã metuat. Terreamur deinceps. Nouit deꝰ & iustos cũ impiis punire, quemadmodũ & cum Daniele, & cũ tribus illis pueris innumerisq; aliis factũ est, quemadmodum & in bellis quãdoque & nunc usũ uenit. Nam isti quidem ppea quòd tantam peccatorum grauitatem habent, tollunturꝫ illi uerò nõ hac causa. Propter hæc omnia, attẽdamus nobis ipsis. Nõ uidetis bella? Nõ auditis quæ pręstò sint calamitates? An his nõ erudimini? Gentes atq; urbes integræ submersæ perierũt, Tot hominũ myriades apud barbaros seruiunt. Quòd si gehennæ metu nõ resipiscimus, resipiscamus uel horũ gratia. ⌜Et si nimiæ istæ nõ essent, nunquid ex his rebus quæ iam euenerunt, sapere debeamus? ⌜Magnas illi dederũt pœnas. Nos uerò maiores luemus, ut qui ne horum quidẽ calamitatibus refrænamur. Durus & onerosus sermo. Noui & ego. Verũ si attenderimus, nõ inutilis. Neq; enim ad gratiam mihi loquendum nunc est, immo nunquã, sed semper ea dicenda, quæ animã contrahere, castigareq; ualeant. Ea nãq; nobis futura bona causãbuntur, quæ contingat nos omnes consequi gratia & benignitate, &c.

Iosu. 7.a Et sequẽ.

Nũ & ista sunt minæ? an uõ re ipsa euenerunt?

Homilia VII.

I *Ibi omniũ sanctorum minimo data est gratia hæc* m *ut inter Gentes euangelizẽ imperuestigabiles diuitias Christi, & in lucẽ proferam omnibus, quæ sit dispensatio mysterij, qđ erat absconditũ à seculis in deo, qui uniuersas condidit per Iesum Christũ, ut manifestetur nũc principatibus, ac potestatibus, in cœlestibus, p ecclesiã, n ehementer uaria sapiẽtia dei, secũdũ pfinitionẽ seculorũ, quam fecit in Christo Iesu domino nostro.* Qui se conferunt in medicorũ officinam, illis nõ Leo solũ eò similiter eundũ est, sed curandum, ut discãt, quomodo curẽtur ac pharmacis utantur: ita & nobis, q huc cõuenimus, non hoc tantũmodo agendũ, sed discẽdum fuerit, quanta sit Paulinæ modestiæ excellẽtia. Posteaquã enim diuinæ gratiæ magnificẽtiam prædicaturus est, audi quid dicat: Mihi omniũ sanctorũ minimo data est gratia hæc. Animi quidã erat demissi, quòd super prioribus peccatis, deletis etiam lamẽtabatur, illorũq; recordabatur, ac modestiã tenebat: ut quãdo seipsum blasphemũ uocat, & persequutorem, & contumeliosum. Verũ huic quod iam dicit, nihil poterit conferri. Primũ enim, inquit, talis eram. Et abortiuum etiã se uocat. Quòd uerò post tantas uirtutes, & in eo quòd præsens erat, adeò modestus est, ut & omniũ se minimũ esse dicat, multæ & excellentis est modestiæ. Mihi omnium sanctorum minimo. non dicit, apostolorũ. itaque & illud isto minus est. Nã illic dicit: Nõ sum dignus, ut uocer apostolus. Hic uerò & sanctorũ omnium se minimũ esse dicit: Mihi inquit, sanctorũ omniũ minimo data est gratia hæc. Quæ? Vt euangelizẽ in Gentibus imperuesti gabiles diuitias Christi, & illuminẽ quosuis, quæ sit dispensatio mysterij à seculis absconditi, in deo, q condidit omnia per Iesum Christũ: ut manifestetur nũc principatibus ac potestatibus in cœlestib⁹, per ecclesiam, uehementer uaria illa sapientia dei. Fac homini bus non fuisse reuelatum: Nunquid & angelos & archangelos, principatusq; ac potestates illuminas? Vtiq; inqt. Atq cũ in deo fuerit absconditũ, in deo, inquam, qui uniuersa condidit per Iesum Christum: quomodo audes hoc dicere? Sed quomõ hoc manifestum factũ est angelis? Per ecclesiã. Nõ dixit aũt simpliciter, uaria dei sapientia, sed uehemẽter uaria. Mysteriũ itaque istud, quid fuerit, ignorabãt angeli. Nam si principatus ignorabant, utiq; multò magis angeli. Quid igitur? Num & archangeli non cognouerunt? Neq; etiam illi. Vnde cogniturꝰ? Quo reuelãte? Quando uidelicet illud nos cognouimus, tũ per nos & illi, Audi enim quid ad Iosephum dixerit angelus: Vocabis, inquit, nomen eius Iesum. Ipse. n. saluũ faciet populum suũ à peccatis suis. Nam ipse Paulus ad Gentes missus est: illi uerò ad circuncisionẽ. Admirabilius itaq; est & stupendum, quòd dicit: Mihi minimo data est gratia hæc. Erat autẽ & hoc gratię, quòd exiguo maiora illa cõcredebãtur, ut esset eorũ euangelista. Qui. n. maiorũ fit euangelista, hoc ipso magnus est. Vt euangelizem in gentibus imperuesti gabiles diuitias Christi. Si diuitiæ Christi, etiam post quã manifestatæ sunt, imperuestigabiles fuerũt: Multò magis ipsa essentia: siquidem mysteriũ adhuc est. Nã mysteriũ ipsum propterea uocat, quòd illud neque angeli cognoscebant, neq; cuiquam alteri notũ erat. Et illuminẽ quosuis, ut sciant, quæ sit dispensatio mysterii à seculis absconditi, in deo, qui condidit uniuersa per Iesum Christum. Hoc solũ sciebant angeli, quòd portio domini esset populus eiꝰ. Et iterũ: Princeps, inquit, Persarum restitit mihi. Nihil itaque mirũ, si & hoc ignorarũt. Si enim q̃ ad remigrationem è Babylone concernebant, ignorarunt: multò magis & ista. Euangelium nanq; istud est: Qui saluũ faciet, inquit, populum suum Israel. Nihil hic de Gentibus: sed de Gentibus reuelat spiritus. Itaque qđ uocatæ essent, sciebant: qđ uerò ad eandem Israelis sortem uocatæ essent, & ad hoc, ut iuxta thronũ dei collocarentur, istud sanè quis expectasset? quisnam crediderit? Absconditi, inqt, in deo. Istã autem dispensationẽ, in ea quæ ad Romanos est, euidẽtius reuelat. In deo, inquit, qui cõdidit uniuersa per Iesum Xpm. Bene huius meminit, dicens: per Iesum Christũ. Qui enim uniuersa per ipsum cõdidit, is & hoc mysteriũ per ipsum reuelat. Nã sine ipso nihil fecit. Nihil enim, inquit, sine ipso factum est. Cũ dicit, principatus & potestates: tam superiores quã inferiores intelligit. Secundum præfinitionẽ seculorum. Nunc quidem factum est, inquit: non autẽ nunc primùm definitũ, sed olim ab initio præfiguratum est. Secundum pfinitionem seculorũ, quã fecit in Christo Iesu domino nostro. hoc est, secundũ præscientiam seculorũ, futura

1.Tim.1.c ad Tit.3.a.

1.Co.15.a

A futura præuidens, quę futura secula dicit. Cognouit enim futura, atq; ita definiuit. Secundum prefinitionẽ seculorũ. fortè eorum, q̃ fecit in Xpo Iesu. Vniuersa uerò p ipsum facta sunt. *In quo habemus*, inquit, *audaciam, & aditum in fiducia, per fidem ipsius*. Nõ addesumus uelut captiui, neq; tanquam ueniam rogãtes, neq; ut solent qui peccarũt. Et audaciam, inquit, habemus in fiducia. Hoc est, cũ confidentia. Vnde? Per fidem ipsius. *Propterea peto, ne deficiatis ob afflictiones meas quas pro uobis sustineo, q̃ est gloria uestra*. Quomodo pro illis? Quo illorum est gloria? Quoniam illos deus usqueadeò dilexit, ut & filium suum pro illis dederit, & serui sui illorum gratia malis afficerentur. Vt enim illi tantis potirentur bonis, uincula exptus est Paulus. Istud utiq; multæ erat erga illos diuinæ dilectionis indiciũ, qđ quidẽ & do prophetis suis dicit deus, ⌜Occiderunt, inquit, eos pp uerbum oris mei, Quo uerò defecissent propter alterius afflictionem? Si, uidelicet, perculsi turbatiq; fuissent. Ista & Thessalonicensibus scribens, dicit: Ne quisquã turbetur in adflictionibus istis. Nõ enim non dolere duntaxat, sed & gaudere oportet. Nam si à uaticinio cõ

Ose.6.b Occidi eos in uerbo oris mei.

B solationem admittitis, ecce p̃dicimus uobis, adfligẽdos nos hic fore. Quamobrem? Quoniam ita disposuit dominus. *Huius gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paterna cognatio tam in cœlis quàm in terra nominatur*. Quo affectu pro illis precatus sit, ostẽdit. Nõ dicit simpliciter, oro, sed per id quod dicit: Flecto genua mea, ita se precari declarat, quo solẽt, q rebus adflictis anxij precãtur. Ex quo ois paterna cognatio. Nõ amplius, inquit, scdm angelorũ numerum ac rationem tantũ, sed eam intelligit cognationem, unde & quę suprà & quę infrà sunt, tribus siunt, nõ quales Iudaicæ illæ. Vt *det uobis secundum diuitias gloriæ suæ, consolidari uirtute per spiritum suum, in internum hominem, ut inhabitet Christus per fidem in cordibus uestris*. Vide quàm insatiabiliter illis bona imprecatur, ne quo pacto circũferantur ac fluctuent. Quo uerò sit istud? Per spiritum sanctum, inquit, in internum uestrum hominem, ut inhabitet Christus per fidem in cordibus uestris. Quo? *Fixis in charitate radicibus, ut ualeatis comprehendere cũ omnibus sanctis, quæ sit latitudo, quæ longitudo, quæ profunditas et sublimitas, cognoscereque præcellentem cognitionis Christi dilectionem*. Quod statim exorsus pcatus est, idem

C pcatur & nũc. Quid aũt & in principio illis optauit? Vt deus domini nostri Iesu xpi, inquit, pater gloriæ, det uobis spiritũ sapiẽtię ac reuelationis, in cognitione ipsiꝰ, illuminatos, uidelicet, oculos cordiũ uestrorũ: ut sciatis q̃ sit spes uocationis ipsius, & q̃ opulenta gloria hęreditatis ipsius in sanctis, & q̃ sit excellẽs magnitudo potẽtiæ ipsius in nos, q credimꝰ. Et nũc idem dicit, ut posſitis cõprehendere cum omnib. sanctis, q̃ sit latitudo, quæ longitudo, quæ profunditas & sublimitas. hoc est, ut cognoscatis mysterium, qđ pro nobis diligenter dispensatum est. Quæ sit latitudo, longitudo, profunditas, & sublimitas. id est, q̃ sit magnitudo dilectionis dei, quo illa nusquam nõ sese extenderit. Descripsit aũt illam corporalib. figuris, ut hominem ostenderet. Amplexus est q̃ supernè, q̃ infernè, & q̃ sunt ex laterib. Nam dicimus, inquit, nõ esse nostrarũ uirium, ut ista sermone doceamus: sed ut uirtute, inquit, spiritus sancti consolidemini ad tẽtationes, ne circũferamini. Itaq; non licet aliter corroborari, nisi per spirititum ac tentationes. Quo uerò Christus habitet in cordib. nostris, audi Christũ ipsum: Veniemus, inquit, ego & pater, ac mãsionem apud eum faciemus. In cordibus fidelib. in dilectione ipsius radicatis, non circũfluctuantibus. Vt ualeatis, inquit. Itaq; multa fortitudine opus est. Vt *implearis in oẽm plenitudinem dei. Ei uero qui potest plusquã abundè ultra omnia facere* ⌜*quæ* ⌋ *petimus aut cogitamus, iuxta potentiam agentem in nobis*. Quòd iuxta potentiã deus ⌜abundẽ⌋ petimus aut cogitamus fecerit, ex his liquet q̃ scripsit ipse apostolus. Nã ego quidẽ, inquit, precor: ipse uerò ẽt pter meã precationẽ maiora pcib. nostris operatur. Et nõ simpliciter maiora, aut abũdè: sed plusq̃ abundè. Atq; hoc ex ipsius potentia clarũ est, q̃ in nobis agit. Neq; n. ista uel petiimus uel sperauimꝰ unq̃. *Ipsi sit gloria, in ecclesia, in Christo Iesu, in omnes ætates seculorum, Amen*. Bene sermonẽ in pcationẽ & glorificationẽ cõclusit. Oportebat. n. eũ, q oia nobis exhibet, & glorificari & benedici. Est ergo & hæc sermonis portio, stuporis & magnitudinis beneficiorũ, q̃ à deo nobis facta sunt, quòd deũ uidelicet glorificat, idq; p Iesum Xpm. Gloria ipsius sit in ecclesia. Rectè: nã ipsa sola indesinẽter psistere noũit. Quæ sint illę paternę cognationes, necessariũ est ut dicamus. In hoc quippe seculo paternę cognationes sunt generationes: in cœlo uerò qũo, ubi nemo ex quo quã nascitur? aut paternas illic cognationes uocat ordines ac familias cœlestes, quemadmodũ & in scripturis positum inuenire licet, familia Hamatharei, eò qđ ide patres uocãtur. Nõ aũt totũà deo petit, sed & ab ipsis exigit fidẽ & charitatẽ. Neq; simplr charitatẽ, sed ita radicatã & fundatã, ut neq; uenti illam quatiant, neq; aliud quicquam deiiciat. Dixerat adflictiones esse gloriam. Si uerò meæ, multò magis uestræ. Et precatur rursum.

Ioan.14.e

Quàm ⌜abundãtius quã.

Morale.

Nõ est itaq; derelictionis indiciũ, quòd affligimur. Neq; n. nos deserit, qui tanta nostri gratia operatus est. Si uerò pcatione opus est Paulo ac spũs insinuatione, ad hoc ut dilectio dei cognoscatur: essentiã Christi quis sciet, ratiocinationib. suis obsequutus? Quanquã qđ difficilius discitur, q̃ quòd nos diligat deus? Istud dilecte, uehementer difficile est. Nam sunt quidã qui & hoc ignorant, unde & innumera mala dicunt in mundum nasci. Alij uerò quantum nos diligat, ignorant. Et Paulus sanè non quærit, ut quantũ nos diligat, dimetiamur (quo. n. posſibile esset?) sed ut discamus hoc ipsum quod excellẽs est, & magnũ. Et dicit, quod per hoc ipsum ostẽdere potest & probare deus, q̃ nos diligat, nimirum quòd tanta cognitione dignatus est. Equidem exuberantiam quandã habet diuinæ dignationis consolidari potentia spiritus & Christum habere intrò in cordibus, unde magna, inquit, sunt quæ petimus: uerùm nouit & ultra illa pstare, ut non solùm diligat, sed etiam uehementer diligat. Hoc itaq; curemus dilecti, nempe, ut dilectionem dei cognoscamus. Magnum hoc est. Nihil quippe nobis ita proderit, nihil ita cõpunget. Plus. n. istud habet momenti ad attrahẽdum aĩas nostras, q̃ metus gehennæ. Vnde igitur illam sciemus? Ex his uidelicet, quæ dicta iam sunt, & quæ quotidiè contingunt. Quãobrem ista facta sunt? Cuius commodi necessarij gratia quòd illi cesserit? Nullius prorsus. Quoquo uertas horum oĩum causam, Paulus dilectionẽ ponit. Ista uerò potiſsimum est uera dilectio, quando benefit hominib. à quibus nihil captum est

Recurrit ad superiora.

τὸ σῦ-σηματα

G priotis beneficentiæ. Hanc itaque imitemur & nos. Benefaciamus inimicis, odio nos habẽtibus & auersantibus. Accedamus & recipiamus illos. Hoc. s. nos deo similes faciet. Si enim amicum dilexeris, inquit, *Mat.5.g.* quid habebis lucri? Istud faciunt & Gẽtes. Sed quòd nam est dilectionis indicium? Odio prosequentẽ diligere. Ignoscite mihi, uolo exemplo rem declarare, & in spiritualibus non inuenio quod adducã, sumã igitur ab exteris. Nõ uidetis amatores illos, qũo tot damnis affecti, nihilominus affixi teneantur & ardeant, ac mulierculas illas, ante quarum ianuas integrã subinde noctem contempti perdurant, plus diligant quàm suas ipsorum animas? Hinc sumamus dilectionis exemplum, non ut tales diligamus (fornicarias mulierculas intelligo) sed ut ad hunc modum diligamus inimicos. Etenim, dicas uelim, an non contumeliosius illis abutũtur, quã si inimicę essent? An nõ substantiæ inuolant? An nõ in faciem procaciter cõtumeliantur? An non illis plus quã seruis imperant? Et tamen nihilominus nõ absistunt isti, tametsi talẽ H nemo habeat inimicum, qualem habet, qui amicã ὠκκιζε τὸν diligit. Nã pro sua intemperãtia iam lasciuit, iam calide dissimulat, & illo sæpenumero temerè abutitur: & quò diligitur amplius, hoc magis diligentem floccipẽdit. Quid autẽ mente sic affecta immanius esse poterit? At nihilominus illi diligũt. Sed fortè & in spiritualibus talem dilectionẽ inueniemus, nõ in illis q *Mat. 24. b.* nũc sunt, (refrigerauit enim iam charitas) sed in magnis olim & celeberrimis illis uiris, Moyses, beatus ille, etiã amatores istos diligẽdo excelluit. Quo pacto? Primùm quidem regia relicta, relictis quas illic habebat deliciis, relicto famulatu, & quo colebatur honore, elegit esse cũ Israelitis. Atqui non solũ nõ fecisset hoc quisquã alius, sed & cognatus seruorũ suorũ uideri non sustinuisset, illos si quispiã increpasset: siq; illi non solũ serui, sed & scelesti reputati fuissent. Hic uerò non solũ horum cognationem nõ erubuit, sed & toto animo uindicauit, seq; ipsum illorum gratia periculis obiecit. Quomodo? Quum uideret, inquit, quẽpiam iniuriis adfectũ, & uindicauit oppressum, I & iniuriũ occidit. Sed ista nondũ pro inimicis fecit. Magna quidẽ, uerùm non ut ea quæ subsequuntur. Postero itaque die, quum idem fieri uideret, nimirũ eum quem antea ab iniurio uindicauerat, iniuriam facere fratri, ut ab iniuria desisteret hortatus est. Is uerò summè ingratus quis te, inquit, principẽ ac iudicẽ super nos constituit? Quẽ quæso hæc uerba nõ inflammassent? Itaq; si furore & incõmodi cuiusdã gratia primum hoc factũ esset, poterat & istum percussum è medio tollere. Neque enim alter eũ prodidisset, cuius gratia facinus istud designatum fuisset. Verũ quoniam cognati erãt, ista dicebat. Improbus *Exo. 2. c.* ille quum iniuriã aliunde pateretur, nihil tale loquebatur: Quis te constituit principem ac iudicem supnos? Quur istud non præteritis diebus dixerat? Iniuria illa tua, inqt, & crudelitas, ipsa me principẽ ac iudicem constituit. Sed uide, qũo nunc quidam & ipsi deo ista obiiciant, dum in illos, à quibus læduntur, uehementẽ illũ esse uolunt, longanimitatemq; illius reprehendunt: secus, si iniuriã ipsi intulerint aliis. Quid uerò improbi huius uerbis amarius? Veruntamẽ ad perfidos istos postea, & ingratos diuinitus missus uenit, nihil recusans. Et tamẽ etiam post signa illa, post *Num. 16 f.* portenta, quæ per illum fiebant, lapidibus eũ obruere sæpenumero tentarũt, ita ut manus ipsorum coactus sit effugere. Indesinenter quoq; aduersus ipsum K murmurabãt, nihilo tamẽ secius tanto ipsos amore prosequebatur, ut post graue illud peccatũ ab ipsis perpetratũ, ad deũ dixerit? Quòd si peccatũ hoc illis *Exo.32.g* remittis, remitte: sin minus, me quoq; è libro quem scripsisti, expungito. Cum ipsis, inquit, perire uolo magis, q̃ sine ipsis saluari. Reuera insania, reuera magnus amor. Quid dicis? Cœlũ contemnis? utique inquit. Diligo siquidẽ illos, licèt iniustè egerint. Expungi petis? Et quid patior? Amor. n. est. Quid uerò post ea? Audi quid alibi dicat scriptura: Et Moyses pp il- *Ps 105.c.* los adflictus est. Quoties cõtumeliati sunt? Quoties ipsum officio deturbare conati sunt? Quoties fratrẽ ipsius in Aegyptũ remigrare uoluerũt? Et tamẽ post ista oĩa exardebat & insaniebat, pati etiam illorum gratia paratus. Ita oportet diligere inimicos, ut plangens, laborans, oĩa faciens, separatusq; salutem ipsorum quæras. Quid uerò Paulus, dic quæso? Nunquid gehennã ipsorũ gratia sibi ipsi petiit? Sed ab ipso domino necessariũ est exemplũ adducere. Nã & L ipse ad eũ modum facit dicens: Quoniam Solẽ suũ *Matt 5.g* exoriri facit super malos & bonos, à patre sumẽs exemplum. Nos uerò sumamus ab ipso Christo. Venit ad eos (secundũ dispensationem loquor) seruus factus est pp eos, seipsum humiliauit & exinaniuit, for- *Phil.2.d* mamq; serui acceptauit. Cũ autem aduenisset, neq; ipse in uiã Gentium abiuit, neq; discipulis id permisit & nõ hoc solũ, sed circumiens omnem morbum & quãuis ægritudinẽ curauit. Quid igitur? Reliqui quidem omnes stupebant & admirabãtur dicentes, Vn *Mat.13.g* de huic sunt ista? isti uerò, qbus benefiebat, dicebãt: Dæmoniũ habet, & blasphemat, & ĩsanit, & seductor est. Nũ igitur auersatus est illos? Nequaquã. Sed his *Ioan.10.* auditis, magis etiam benefecit, accesitq; eos à qbus *d.* erat crucifigendus, tantũ ut illos saluaret. Et posteaquã crucifixus etiã esset, qd dixit? Pater, inquit, ne sta- *Luc. 23.a* tuas illis hoc peccatũ. Et cũ antea & post malè esset affectus, ad extremum tamen uitę halitum nihil nõ illorum gratia cõatus, etiam pro eis orauit. Post cru- M cem quoq; quid nõ propter ipsos fecit? Nũ apostolos non misit? Num signa non parauit? Num aliqd, quod ad salutem ipsorum faceret, non tentauit? Ita uidelicet diligẽdi nobis sunt inimici, ita Christũ imitari oportet. Ad hunc modũ fecit & Paulus, Lapidatus etiam, & innumera mala passus, nihil non ipsorũ gratia molitus est. Audi quid ipse dicat: Quoniã pro *Ro.9.c.* pensa, inquit, cordis mei uoluntas & deprecatio pro illis est ad salutẽ. Exiterum: Testimonium enim illis *Ibi dem.* perhibeo, quod studiũ dei habẽt. Item: Si tu cũ esses *Ibid. 11.a* ex oleastro, ĩsitus es: quãtò magis ipsi propriæ oleæ inserẽtur? Ex quãto dilectionis affectu putas hæc uerba dici? Ex quãta animi benignitate? Dici nõ potest. Non potest inquam. Isto, uidelicet, modo diligendi sunt inimici. Ita diligere inimicũ, est deum diligere, istud & præcipientẽ & admonentẽ. Imitatio dei, dilectio est inimici. Cogita te nõ inimico, sed tibiipsi benefacere: nõ inimicũ diligere, sed deo obaudire. His itaq; cognitis obfirmemus mutuã inter nos ipsos dilectionẽ, quatenus illa exactè præstita, promissa bona cõsequamur, in Christo Iesu domino nostro, &c.

Homilia. VIII.

Tota fere moralis de uinculorum & carceris laudibus.

Ortor itaq; uos ego uinctus in domino, ut ambu- *Cap. 4.*
h letis, ita ut exigit dignitas uocationis, qua uocati
estis, cum omni submissione & mansuetudine.

A Præceptorum uirtus est, nihil honoris, nihil gloriæ à subditis, sed salutẽ ipsorum quærere, atque huius gratia nihil non facere: ita ut qui non istud sed gloriam suam quærit, non iam præceptor sed tyrãnus sit. Nõ enim propterea te deus illis præfecit, ut maius acquiras obsequium ac famulitium: sed ut neglectis rebus tuis, quicquid illorũ est, ritè dispensetur & ædificetur. Hoc uidelicet doctoris est: talis erat beatus Paulus, qui quidẽ omni fastu liber, non aliter erat affectus quã uulgaris quispiam, imo & minimus etiam istorum. Propterea & seruũ eorum seipsum uocat, & potissimũ per supplicandi modum loquitur. Et nũc quoq; uide quã nihil imperiosum, nihil authenticũ, sed cõtractũ ac summissũ scribat. Hortor itaq; uos, inquit, uinctus ego in domino, ut ambuletis ita, ut exigit dignitas uocatiõis qua uocati estis. Quid hortaris dic quęso? ut emolumenti quicquã consequaris ipse? Nequaquã, inquit, sed ut alios saluẽ. Atqui q hortantur, eorum gratia plerunque hortantur, quæ ipso *1.The.3.c* rum intersunt. Et mea quoq; refert, inquit, quod hic hortor. Quemadmodũ & alibi scribens dixit: Nunc B uiuimus, si qdẽ uos in domino statis. Perpetuò qppe uehementer illorũ, quos in domino instituit, salutẽ desiderabat. Ego uinctus, inquit, in domino. Magna dignitas, & regno quouis & consulatu lõgè maior. *ad philemonẽ. b.* Istud & ad Philemonẽ scribẽs cõmemorat: Vtpote Paulus senior, nunc uerò & uinctus in Xpo. Nã nihil ita splendidũ, ut uinctum esse propter Christum, ut catenæ sunt sanctis illis manibus circundatæ. Vinctum esse propter Christũ, illustrius est, quã siue apostolum, siue doctorem, siue euangelistam esse. Siqs Christũ diligit, is nouit quid sit quod dico. Siqs erga dominũ insanit, ut ita dicam, & ardet: is nouit quæ sit uinculorũ uirtus. Hic utique prius habebit, optione data, uincula ferre pp Christum, quàm cœlos inhabitare. Quouis auro splendidiores, quouis diademate regali illustriores manus has illis ostendit. Non enim caput ita splẽdidũ reddit posita corona margaritis cõspicua, ut catena ferrea q̃ propter Christũ fertur. Tũ uidelicet ipsis regiis illustrior erat carcer, ipso etiã cœlo. Quid dico regiis? Vinctum. n. habebat Christi. Siquis Christum diligit, is nouit hanc dignitatẽ, hanc intelligit uirtutẽ, agnoscit, quantũ sit illud, quod humano generi largitus est deus, nimirũ C ligari pro eo. Istud forsan illustrius etiã est, q̃ sedere ad dexterã ipsius: honestius, quã sedere sup duodecim thronos. Et qd dicã de humanis? Pudet diuitias & aureã munditiẽ huiusmodi conferre uinculis. De magnis itaq; illis quid dicam? Etiã si nullam haberet mercedem res ista; hoc tamen solũ magnũ est præmium, hoc multa retributio, quòd ista mala pp dilectum feruntur. Nouerunt istud etiã qui non deũ sed hoĩes diligunt, qui uidelicet maiore uoluptate mala patiuntur propter dilectos, quã si honore ab illis adficerentur. Hæc conscire sibi sancti tantummodo *Actо.5.g* cœtus, hoc est, apostolorũ fuerit. Audi qppe qd beatus Lucas dicat: Quoniã reuersi sunt, inqt, gaudentes à conspectu concilij, eò qd digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliã pati. Alius quidẽ ridiculum uidetur, quòd probris adfici, dignitatẽ & honorẽ: cõtumeliã ferre, gaudiũ esse dicimus. Christi uerò desiderium non ignorantibus, oĩum istud felicissimum habitũ est. Quòd siqs mihi uel uniuersi cœli uel huius catenæ copiam & optionem largitus esset, catenam hanc ego planè elegissem. Deinde si aut mihi cũ angelis stando fuisset sursum, aut cũ Paulo uincto, carD cerem utiq; prœoptassem. Adhęc, si quis me aut in numerum & ordinẽ collocasset cœlestium potentiarũ, earũ etiã quæ propè sunt thronum dei, aut talẽ ligatũ fecisset, talis utiq; ligatus esse uoluissem. Nihil hac catena beatius. Vellem nunc etiam in eis esse locis, in quibus ista dicũtur esse uincula. Et meritò: Celebrarem uiros istos, qui huius erga Christũ desiderii fuerunt. Cuperem uidere catenas illas, ĵquas qdẽ uerentur & horrent dæmones, uenerantur uerò angeli. Ni- *2.Co.12.d* hil melius quã malè propter Christum adfici. Non ita beatũ dico Paulũ, quòd in paradisum raptus, atq; quòd in carcerẽ est coniectus. Non ita beatũ ęstimo quòd uerba audiuit ineffabilia, atq; qd uincula sustinuit. Non ob id adeò beatũ illũ prædico, quòd in tertium cœlũ raptus est, atq; propter uincula. Quòd. n. ista reliquis sint maiora, audi eũ ipsum qũo glorietur. Neq; enim dicit: Hortor uos ego, qui uerba ineffabilia audiui: sed quid? Hortor uos, inqt, ego uinctus in domino. Quòd uerò non oĩbus istud episto- E lis adiecit, nihil est quod mireris. Neq;. n. perpetuò in uinculis fuit, sed quibusdã duntaxat temporibus. Potius mihi habetur malè adfici pro Christo, quã honorari à Xpo. Istud demũ magni honoris est, istud gloriæ est nihil nõ excellẽtis. Si Christus ipse pro me seruus factus, gloriãq; suã exutus, tanti nõ duxit esse in gloria, quanti quòd mei gratia crucem subiret: qd quæso illius noie ferre non debeo? Audi siquidem quid ipse dicat: Glorifica me, inqt, tu pater. Quid di- *Ioã. 17.a* cis? Ad crucẽ cũ latronibus ac prędonibus ducẽdus, maledictorumq; necem subiturus: deinde & cõspuẽdus, & uirgis percutiẽdus es atq; alapis: & ista uocas gloriã? Vtiq;, inquit. Nã pro dilectis ista patiar, atq; ea nunc mihi pro gloria duco. Si gloriã istud uocat, qd miseros & calamitosos ita dilexerat, si gloria illi non in patrio throno, neq; in diuina illa gloria, sed in cõtumelia reputata est, eãq; reliqs pposuit: multò magis mihi istud pro gloria ducẽdũ est. O beata uincula, ô beatas manus, quas catena illa exornauit. Non erãt ita p̃claræ Pauli manus, quãdo claudũ illũ in Ly- *Act.14.b* stris erigebat ac restituebat, atq; quãdo uinculis erãt F circũligatę. Quòd si mihi tẽporibus illis esse licuisset, tum potissimũ illas circumplexus fuissem, inq; sinus meos collocassem. Vtiq; nõ cessassẽ exosculari illas, quibus pro domino meo ligari licuit. Admiraris Paulum, tum potissimũ, quãdo nihil illi, quæ manui adhęserat, detrimẽti adferebat uipera? Nihil mireris. Catenã illã quippe reuerebatur. Immo & uniuersum il- *Ibi. 28.a* lam mare ueneratum fuerat: nam tũ quoq; uictus erat. Siquis modò mortuos mihi largiretur excitãdi facultatẽ, istud planè non præferrem huic catenæ. *Chrysostomus corpore fuit infirmo.* Quòd si liberũ fuisset per curas ecclesiasticas, & corpus habuissem ualidũ, nihil utique causatus fuissem quò minus tãta suscepta peregrinatione, catenas dũtaxat illas, & carcerẽ ubi ligatus fuit, uidissem. Quan- *συσσῶμα* quam & miraculorũ ipsius multa sunt in plerisq; lo- *ρικὰ καὶ* cis signa, nõ tamẽ adeò sunt amabilia, atq; stigmatũ *σημεῖα* iudicia. Et in scripturis me non tantũ delectat mira- *θία*, cula patrans, quantum malè adfectus, flagellatus *Latinas* ac miserabiliter tractus. Ita ut à corpore eius, inqt, *uoces usurpauit* daria deferrentur ac semicinctia. Admiranda quidẽ *Lucas,* re uera fuerunt ista, uerũ nõ talia, qualia illa. Cæsum *Actо.19.c* autẽ, multis impositis plagis, coniecerunt in carcerẽ. Et iterum: Et uicti laudabãt dominũ. Item, & cùm illum lapidassent, extraxerũt è ciuitate, existimantes

G esse mortuũ. Vultis discere, quantæ sit dignitatis catena ferrea propter Christum corpori seruiẽti ipsius circundata? Audite Christum ipsum dicẽtẽ: Beati estis, inqt. Qui? Quòd mortuos excitaturi estis: Non. Sed quid? Quòd cæcos curabitis? Nequaquã. Quando ergo? Quãdo probris uos affecerint, isectatiq; fuerint, ac dixerint quod uis malũ contra uos, mentientes propter me. Quòd si malè propter Christum audire adeò facit beatos, quid nõ faciet malè etiam afficiẽs?
2.Ti.4.b Hoc beatus ipse alibi dicit: Quod superest, reposita est mihi corona iustitiæ. Verũ ista corona illustriꝰ est uinculum. Isto me dignetur, inquit, & nihil illa mora bor. Satis mihi sit ad quãuis retributionem, malè pp
Coloss.1.d Christũ tractari. Detur mihi, ut dicere liceat, quoniã adimpleo quod deerat afflictionũ Christi, in carne
Act.12.a mea, & nihil ꝓterea desiderabo. Honoratus est & Petrus ista catena. Erat.n. inquit, uinctus, ac traditꝰ militibus, & dormiebat: ita uidelicet erat hilaris ac nihil prorsus immutatus, & grauis illum habebat somnus. Vnde liquet utiq;, quã minima fuerit cura ac so
H licitudine: dormiebat, eratq; iter milites, & ueniebat ad eum angelus, ac percusso latere excitabat illum. Hic si mihi quispiã dixisset, elige utrum uelis, uis esse angelus Petrum stimulans ac soluẽs, an Petrus seruatus? Petrus utiq; maluissem esse, propter quem & angelus descendit. Vinculis istis potiri lubuisset. Quid igitur, dices? Quomodo alibi precatur & optat, ut à magnis malis liberetur? Nihil mireris. Mortem ueritus, precatur. Mortẽ uerò ideo timebat, quòd adhuc esset passionum occasio. Audi qppe quid dicat
Phil.1.c. ipse beatus Paulus, Desiderãs, inquit, dissolui, & esse cum Christo, multò longeq; melius est: In carne uerò manere necessarium magis propter uos. Et gra-
Ibidẽ.d. tiam istud uocauit alibi scribẽs: Hoc uobis, inqt, gratiæ datũ est à Christo, ut non solùm in ipsum credatis, sed & pro eo patiamini. Istud itaque illo maius est. Est enim doni ac gratiæ uice datũ. Re uera maximum donum, & omnibus istis maius: siue solem sistendi, siue lunam mundumq; mouendi. Maius est
I etiam quã dominari dæmonibus, aut dæmones expellere. Illos qppe nõ adeò malè habet, quòd fide nostra eiiciuntur, quemadmodum si quando nos pro Christo uinctos ac malè adfici uiderint. Istud qppe maiorem fiduciam parit. Non est autem ideo bonũ pro Christo ligari quòd inde regnum cœlorũ acquiritur, sed ideo bonum quòd pro Christo fit. Nõ ideo beata ꝑdico uincula, quòd in cœlũ destinãt ligatũ, sed quòd pro cœli domino feruntur. Quanta quæso gloriatio, quanta fuerit uoluptas, quantus honoris splẽdor, pro Christo se uinctũ esse cognoscere? Vellẽ ista mihi perpetuò gloriari liceret: uellem adhærere catenæ. Et quoniam ipsa re destitutus sum, uellẽ uel cogitatione & affectu aiæ meæ circundare catenã.
Acto.16.c Commotus est, inquit, carcer uincto Paulo, solutaq; sunt omnium uincula. Vides naturam uinculorum, uincula soluentem? Nam quemadmodum mortem interemit mors domini, ita ligatos soluerunt uincula Pauli, carceremq; concusserũt, ac ianuas illius aperuerunt. Atqui non est ista uinculorum natura, sed contraria, nimirũ uinctum in munitione & cautione detinendi, non ianuas illi & parietes carceris laxãdi. Verùm quorum uis simpliciter uinculorum non est ista natura: est autem eorũ quæ Christi nomine feruntur. Prõcidit ad pedes Pauli ac Silæ custos carceris, at neque istud faciunt uincula quæuis, quæ nõ
eos qui ligauerant ante pedes ligatorũ, sed cõtrariò K
ligatos istis subiiciunt. Nũc uerò qui solutus erat, pedibus aduoluitur ligati: q ligauerat, ligatũ orat, quò timore solui queat. Non tu ligaueras, dic quæso? Nõ in interiorem custodiã conieceras? Non ligno pedes munieras? Quid ergo tremis? Quid tumultuaris? Quid ploras? Quid gladiũ eximis? Nihil unquã tale ligaui, inquit. Ignorabam tantã esse eorum potentiã qui propter Christum uinculis subiiciũtur. Quid dicis? cœlos aperiendi potestatem acceperunt, & carcerem aperturi non essent? Qui soluunt à dæmonibus ligatos, istos ferrea fuerat detẽtura catena? Nõ noueras hos uiros? Propterea & ueniã adeptus es. Paulus uinctus est, quẽ uniuersi uenerati sunt angeli. Paulus est, cuius sudaria & semicinctia dæmones expulerũt, ac morbos fugarũt. Atqui quouis ferro adamãtino infractius est uinculũ, quod à dæmone est. Istud. n. animam ẽt, illud uerò corpus ligat. Itaq; qui animas ligatas soluit, quomodo corpus suum soluere non ualuisset? Qui dæmonũ uincula frangit, ferri ligaturam non soluisset? Qui uestibus suis captiuos illos re L
laxat, & à dæmonibus liberat: an ipse seipsum, nõ per seipsum soluisset? Propterea primũ ipse uinctus est, ac deinde reliquos uinctos soluit: ut discas seruos Christi ẽt ligatos, multò maiorẽ habere uirtutẽ quã reliqui soluti. Siquidẽ adeò mirum non fuisset, si liber ac solutus hoc feciſſet. Itaq; non erat infirmitatis hoc uinculũ, sed maioris potẽtiæ. Nam hoc pacto illustrior fit sancti huius uirtus, qđ uinctus ipse uinctis dominatur, quando nõ solũ seipsum uinctus, sed & reliquos uictos exoluit. Quid hic profuerũt parietes? Quid plenioris securitatis contulit carceris custodi, quòd in interiorem custodiam Paulũ coniecit, quãdo & exteriorem patefecit? Quamobrẽ uerò & noctu istud & cũ terræ motu factũ est? Indulgete paulum, atq; concedite, apostolicis uerbis detẽto, apostolicisq; in rebus deliciãti: permittite, inquã, in Pauli catena iocundari, date huic plus aliquanto immorari. Vincula prehẽdi, nemo me eximat. Tutiꝰ ego nũc desiderio ligor, quã ipse tum ligno. Istud uinculum nemo soluat. Nec titur. n. à desiderio & amore Christi. Istud certè uinculum neq; angeli, neq; ipsum cœM
lorũ regnũ laxare ualuerit. Ipsum potes audire Paulum dicentem: Neque angeli, neq; principatus, neq; Rom.8.g
potentatus, neq; præsentia, neq; futura, neque sublimitas, neq; profundum separare nos poterunt à dilectione Christi. Quamobrẽ igitur circa noctis mediũ res ista facta est? Qua ratione deniq; cũ terræ motu? Audite & stupescite dispẽsationem dei. Vniuersa uincula soluta sunt, & ianuæ patefactæ. Sed istud pp caActo.16.f ceris duntaxat custodẽ factum est, non ad ostentationem, sed ad illius salutẽ. Quòd enim reliqui uincti, quòd soluti iã essent, ignorauerint, ex ipsis Pauli uerbis liquet. Quid. n. dicit? Clamauit autem uoce magnã dicens, Nihil mali tibiipsi facias. Nã uniuersi hic sumus. Vtiq; non omnes intus fuissent, si & ianuas uidissent apertas, & seipsos iã solutos. Quum enim soleant & parietes perfodere, & tectorum fastigia superioraq; tabulata transire, & cũ ipsis quoque uinculis nihil non, quò effugiant, audere: intus cõsistere utiq; non sustinuissent, solutis iam uinculis, ac ianuis apertis, denique & ipso custode altũ dormiente. Verũ pro uinculis ferreis, erat illis uinculũ somni, ad hoc, ut & res ista fieret, & nihil ab hoc miraculo dãni, saluãdo accederet carceris custodi. Aliàs uerò

A solent maximè noctu uinciri captiui, nõ die. Videre itaq; licebat captiuos tum diligẽter denuò uinctos, idq; dormientes. Si uerò ista diurno fuissent tpe facta, multũ planè dedissent tumultus. Iam cuius gratia motum etiam est carceris ædificiũ? Ad hoc uidelicet, ut ad rei gestæ spectaculũ excitaretur carceris custos. Nam is solus dignus erat, q saluaretur. Tu uerò mihi excellentiam gratiæ Christi cõtemplare. Profuerit quippe & interea dum de uinculis agitur Pauli, xpi quoq; gratiam commemorare: imo & ipsa diuinæ sunt gratię. Sunt qui factum hoc reprehendũt, nẽpe, quòd saluatus est carceris custos, inde uituperantes benignitatẽ dei, unde illam admirari debuerant. Sed nihil mirum. Tales quippe sunt & ægroti, q cibum sanum ac pascentẽ, quem cõmendare debebant, improbant, quibus & mel ipsum amarum est. Quem in modum & cæci, unde debebant illumina
B ri, inde obcæcantur: id quod huic hoium generi nõ ab ipsa rerum natura, sed ex propria infirmitate contingit, qua fit, quòd rebus ritè nequeant uti. Quid igitur dicunt? Quum mirari deberent, quòd eum q in extremam inciderat malitiam, attraxerit, melioręq; fecerit. Quo, inquiunt, non æstimauit rem istam ꝑstigio, & incantatione factam, ut eo magis illos cohibuisset, eiulationeq; abstinuisset? Multa sunt q̃ ad hoc illi, ne tale quid cogitaret, cõtulerunt. Primum,
Act.16.e quòd audiuit illos deum laudantes. Tales utiq; hymnos nõ nouerunt incantatores. Audiebat. n. eos, inquit, laudantes deum. Alterum quòd non solũ non effugerant, sed & prohibebant eum ne seipsum occideret. Nã si hoc proprij cõmodi gratia feciſſent, itus certè non mansiſſent, sed primũ seipsos exemiſſent. Quin & multa hic apparet ipsorum benignitas. Prohibuerunt eũ, ne se occideret, à quo iam fuerãt multa diligentia uincti. Durè, inquit, ligasti nos, ut ipse à maioribꝫ. ac durioribꝰ uinculis absoluereris. Catenis quippe suorum quisq; peccatorum cõstringitur. Illa nanq; execranda sunt uincula: ista uerò beata, multaq; precatione & optione digna. Quòd. n. illa p ista soluta sint, patuit in eis quę sensibilia fuerunt. Vides solutos eos, qui ferro detinebantur? uide & teipsum alijs grauioribus uinculis absolutũ. Ista uerò uincula, nõ Pauli dico: sed aliorum uinctorum ex peccato
C rum uinculis causata fuerant: Duplex erat in hoc carcere uinctorum genus. Et ipse quoq; carceris custos uinctus erat. Illi quidem & ferro uincti erãt & peccatis, iste uerò peccatis duntaxat. Soluit illos Paulus ad istius plerophoriam. Erant. n. uisibilia uincula. Ita fecit & Christus, immo contrario modo. Gemina aderat paralysis. Quęnam? Peccatorũ una, corporis alte-
Mat.9.a ra. Quid igitur xps? Bono, inquit, esto animo fili, remittuntur peccata tua. Potiorẽ re uera paralysim soluit primùm, deinde & ad alteram transit. Quum. n. dixissent quidam scribarũ apud seipsos, hic blasphe-
Ibidem mat: cognitis Iesus cogitationibus eorũ, dicit: Vt qd mala cogitatis in cordibus uestris? utrum. n. facilius est dicere, remittuntur peccata tua: siue, surge & ambula? ut autem uideatis, potestatem esse filio hominis sup terrã remittẽdi peccata (dicit paralytico) Surge, tolle lectum tuum, ac uade in domũ tuã. Quod
Luc.19.d intelligibile erat, confirmauit à sensibili: & qd attine-
Mar.2.a bat ad aiam, in eo quod corporale erat, opatus est.
& Lucæ 5.d Qua uerò ratiõe hoc fecit? ut impleretur illud: Seruę nequã ex ore tuo te iudico. Quid illi dicebãt? Nemo pot, inquiunt, peccata remittere, nisi unus deus, neq;

angelus, neq; archangelus, neq; alia quæcunq; creata D
potestas. Vos istud, inquit, ipsi confessi estis. Quid itaq; dicẽdũ fuerat? Si probauero me peccata remittere, deum esse me manifestũ erit. Verũ ita non dicit: sed quid? ut uideatis potestatem eẽ filio hominis in terra remittẽdi peccata, (tunc dicit paralytico,) Surge, tolle lectum tuum, ac uade in domũ tuã. Quãdo itaq; quod difficilis est, inquit, ꝑstitero, patebit nihil prorsus ꝓtextus ac cõtradictionis de eo quod facilis est, relinqui. Propterea per contrarium Christus, qđ intelligibile erat, primùm præstitit, quòd multi essent cõtradictores. Hic uerò Paulus à sensibili carceris custodem, ad id quod mentis erat, subduxit: Non erat res adeò facilis, fides: uidebat uinctos, nihil uel uidebat uel audiebat quod uitiosum esset aut puersum, uidebat nihil esse per incantationem factum. Deum enim laudabant, uidebat oia multa benignitate geri. Nihil. n. ultionis præsumebant aduersum ipsum, tametsi potuissent: poterant. n. & seipsos & reliquos uinctos eximere & abire. Et si non reliquos uinctos uel seipsos tamen exemissent, uerùm nihil hmõi moliebantur: itaq; non miraculo solùm, sed & moribus illis suis ipsum obstupefaciebant. Quo exclamabat E
Paulus? Magna uoce dicebat: Nihil mali tibiipsi inferas, uniuersi siquidem hic sumus: uides modestiã & alacritatem, & benignitatem? Non dicebat: Per nos ista facta sunt, sed tanquam unus è numero uinctorũ, uniuersi, inquit, hic sumus. Quanquã etiã si neq; antea, neq; per miraculũ illud seipsos soluissent: potuerant tamen tacere, & omnes uinctos simul absoluere. Nam si tacuissent, manusq; custodis p magnã illã exclamandi uocem nõ cohibuissent: impulissetutiq; per guttur suũ correptum iam gladium. Propterea & exclamabat Paulus, nẽpe quòd erat in interiorẽ carceris custodiam coniectus: ⌜Ex teipso, inquit, hoc ha- ⌜ in teipbes ⌝ qui eos, quorũ eras beneficio liberãdus à picu- sum, inlo, in interiora conieceris. Verũ nihil eorum quæ ab quit, hoc ipso passi fuerant, uicissim imitabãtur: nã si seipsum feciſti,
occidissent, uniuersi utiq; facilè effugissent. Vides qd maluerint uincula ferre, q̃ custodẽ periclitantem cõtemnere? Cogitabat itaq; penes seipsum, si subdoli essent & præstigiatores, omnino & istos absoluissent, seipsos ab his uinculis liberasset. Potest. n. esse, ut plures tales in carcerẽ aliquando coniecti fuerint? uerũ- F
etiã quum sæpenumero tales præstigiatores ac subdolos custodiendos susceperit, nihil tamen hmõi ab illis factum admiratus est. Præstigiator utiq; fundamenta carceris nõ concussisset, ut & custodem excitaret, & difficiliorẽ fugam sibiipsi faceret. Sed uideamus iam deinceps custodis huius fidem. Postulato, inquit, lumine itrorupit, ac tremefactus accidit Pau- Act.16.f
lo & Silæ ad pedes, & productis illis foras, Domini, inquit, qd me oportet facere ut saluus fiam? Ignẽ tenebat ac gladiũ, & dicebat, Quid me oportet facere, ut saluus fiam? Illi uerò dicebant: Crede in dominũ, & saluaberis tu ac domus tua. Nõ est istud ꝑstigiatorum tale dogma tradere. Nullius hic oino dæmonis mentio. Vides quo dignus ille, q saluetur, factus sit? Viso. n. miraculo, timoreq; isto liberatus, non est eorum, q̃ prodesse poterant oblitus: sed in tali periculo salutis eius, quæ animã concernat, curam egit, & ita illos accesit quo præceptores accedere oportet. Accidit ad pedes illorum, & loquuti sunt ei, inquit, sermonem Dei, & omnibus qui erant in domo eius. Et assumptis illis nocte illa, abluit plagas illorum &

G baptizatus est ipse & oēs domestici illius continuò. Vides uiri huius feruorē? Nō distulit, nec dixit, expectetur dies: uideamus primū, ac consideremus quid in re sit, sed muko feruore baptizatus est & ipse, & domus eius tota. Verū non ita solent hodie plerique, qui rem istā ita contemnunt, ut & seruos habeant, & uxores, & pueros sacris nō initiatos. Sitis obsecro, qualis hic carceris custos, nō iuxta cōditionis dignitatē dico, sed secundū animi illius sententiam ac propositū. Quid.n. utilitatis cōditionis dignitas habet, animi deficiente proposito? Siquidē crudelis hic, immitis & innumeris assuetus malis, q hoc uitæ genus perpetuò exercuit, mox adeò factus est benignus & tantæ salutis procurator. Abluit, inqt, plagas illorū: uide rursus & Pauli feruorē, uinctus quū esset, & flagellis cæsus, nihilominus ita euangelizauit. O beatā catenā. Quibus doloribus illa nocte parturiit? quos filios pepit? Posśibile est ut & de istis dicat, quos genui in uinculis meis. Vides quō exultet, natosq; sibi filios splendidiores etiam ab eo æstimet, quòd illos
H in uinculis pepererat? Vides q̄ exuberans sit uinculorum gloria, quando quidem non solùm uinctū Paulum quem circundatū tenebant: sed & eos qui captiuitatis tempore ab illo nascebantur, illustres faciūt? Habent quiddā præ cæteris amplius, qui in uinculis Pauli nascebantur, non quidē quantū attinet ad gratiam: eadem.n. est gratia: neque quod peccatorum remissionē concernit: omnium.n. eadem est remissio: sed ideo quòd mox ab ipsis cunabulis, fidei. ſ. iniiis, ad hoc imbuebantur, ut in huiusmodi rerum calamitatibus & gauderent & exultarent. In ipsa, inqt, noctis hora assumptos à plagis lauit, & baptizatus est. Et uide deinceps fructum: mox carnalia bona rependit. Cū perduxissēt eos, inquit, in domum suam, statim apposuit illis mensam: & præ gaudio exultauit, qd cū uniuersa domo sua credidissēt deo. Quid enim futurum non erat, ſ cœlo illi carceris aperiente ianuas? ſ Lauit præceptorē, mensam apposuit, aio gestiēte exultauit. Carcerē ingressa Pauli catena, & oīa quæ illic erant ecclesiam effecit, & corpus Christi attraxit, & mensam spiritualē apposuit, & fœtus partu riit, in quibus & angeli gaudent. Nū frustra dixi carcerē hūc cœlo illustriorē esse factum? Is.n. gaudio qd
Luc.15.b. in cœlis est, causam dedit. Si nanque pp unius peccatoris resipiscētiam gaudium est in cœlis: si ubicunq; Mat.18.c duo fuerint in nomine ipsius congregati, in medio ipsorū est Christus: ubi Silas & Paulus & carceris custos, totaq; simul illius domus cū tanta cōgregātur fide, quantò magis ibi Christus est? uide fidei uehementiā. Verū interea alterius cuiusdā admonet me hic carcer. Cuiusnā? Eius scilicet in quo Petrus erat. At in eo nihil tale factum est, sed erat traditus quatuor quaternionibus militum custodiendus, & nec hymnū dicebat, nec uigilabat, sed dormiebat, neq; flagellis etiā cæsus erat: uerū maius hìc erat periculū. Hic quippe iā oīa peracta erant, pœnasq; iam dederant. Illic uerò nondū, unde & nullæ erant plagæ undè dolor fuisset, sed dūtaxat futurorū metus & expectatio turbabat: uide uerò q̄ illic quoq; miraculum
Act.12.b. fuerit. Ecce, inquit, angelus domini astitit, & lumē refulsit in habitaculo, percussoq; latere Petri excitauit eū dicēs: Surge uelociter, & mox eciderunt catenæ de manibus eius. Itaq; ne putaretur res ista luminis duntaxat negotiū esse, Petrū ēt pungebat ac stimulabat. Lumē uerò istud nemo p̄terea uidebat, nisi Petrus solus: uidebatur autē sibi uisum uidere. Ita uide licet beneficia dei dormentes nō sentiūt. Dixit uerò angelus, inqt, ad eum: Præcingere & subliga soleas tuas, & fecit sic. Et dicit illi: Circūda tibi uestimentū tuū, ac sequere me. Et egressus sequebatur eū, & nesciebat uerū esse qd fiebat per angelū, sed putabat se uisum uidere. Cū autē pertransissent primā ac secundā custodiā, uenerunt ad portā ferreā, q̄ ducit in ciuitatē, quæ qdē ultrò aperta est eis. Illa penetrata processerunt uicū unū, & continuò discessit angelus ab eo. Quamobrē non hìc quoq; cōtigit, qd illic Paulo ac Silæ? Ideo. ſ. quòd eos illic qui ceperant, dimissuri erāt: propterea nolebat eos deus hoc pacto solui ac dimitti. Apud beatū Petrū uerò res aliter habebat: nā ad necē illū educturi fuerāt. Quid igitur dices? nū maioris fuerat miraculi pariter ac stuporis, si eductū & iam in manus regis traditus, tū demū ex mediis periculis fuisset diuinitus raptus, nihilq; passus? Nam hoc pacto neq; milites pissent. Magna hic mouetur quæstio: An deus, inquiūt, cū aliorū supplicio & perditione seruū suum saluauit? Primū quidem non cū
L aliorū perditione: non.n. istud ex rei huius dispensatione, sed ex iudicis insania factū est. Quo? Deus quidem ita rem hanc dispensauit, ut non solùm isti non perirent, sed & ipse Herodes saluaretur: quemadmodū & hic carceris custodi usu uenit: Ille uerò dono dei nō est usus, ut oportebat. Exorto, inqt, die, facta Ibidem.c est turbatio non modica inter milites, quidnā Petro accidisset. Quur igitur rei discussionem habet Herodes, examinatosq; custodes duci iubet? Nisi.n. illos examinasset, poterat excusari. Nūc uerò custodes exhiberi sibi fecit, examinauit, & didicit uinctū fuisse Petrū, carcerē fuisse probè munitū, ante illius ianuas fuisse custodes: nec tamē parietes effossos, nec quicq; adesse quod alicuius maleficij indicium daret. Debebat autem ex istis diuinam admirari potentiā, quæ Petrū etiam ex mediis eripuit periculis, adoraréque eū qui tāta potuisset. Quā igitur causam hìc deo adscribes? Nam siquidem parietem effringi fecisset, atq; ita Petrum elabi: meritò rem omnem custodū socordiæ ac negligentiæ imputasset Herodes. Si uerò rem ita dispensauit, ut certò liqueret non humāo illā maleficio sed admiranda dei uirtute transactā esse: quid M opus erat custodes ducere? Nam si fugere uoluisset, cū catenis utiq; ut illas habebat, effugisset. Si fugere turbatus uoluisset, tantum certè prudentię nō impēdisset tollendis sandaliis, sed illa planè post se reliquisset. Nunc uerò propterea ad eum angelus, Subliga, inquit, sandalia tua, ut discerent illum non fugientē, sed multa quiete ac securitate rem hanc fecisse. Non enim tantū sibi sumpsisset otij, uinctus & inter duos milites, ut catenas soluisset: idq; in interiorem custodiam etiam ipse quemadmodum Paulus ac Silas cōiectus. Suppliciū itaq; de custodibus sumptū ex iniustitia est iudicis. Qua nanq; ratione istud Iudæi non fecerunt? Nā & alterius carceris iam recordor. Memini quidē prioris illius qui Romæ, deinde & huius q Cęsareæ, nūc autē & eius qui erat Hierosolymis. Cū enim summi sacerdotes ac Pharisæi ab eis quos in carcerē ad educendū Petrum miserant, audissent, qd Act.5.c. nemine in carcere reperto ianuas iuenissent clausas, & custodes ante ianuas stantes: quur nō occidebāt custodes, sed ambigebant de illis, quidnā hoc futurum esset? Si uerò nihil eiusmodi cogitarunt, q adeò uehemēter aduersum illos sęuiebāt: multò minus tu

A cogitares, qui omnia ad illorū gratiam faceres. Propterea mox consecuta est Herodem pœna. Quòd si deum propter istud reprehendis, reprehende quoq; propter eos q in utijs trucidātur, & innumeros alios qui iniustè occidūtur, adhæc & propter pueros pro Christi noīe occisos. Nam & illis Christus, si uerū est quod dicis, mortis causa fuit: immo nō Christus, sed insania tyrānisq; patris Herodis. Si uerò dicis, & quāobrem nō ex manibus Herodis eripuit illos? Et hoc facere poterat, uerū neq; ex eo quicquam profecisset: nā & Christus sępenumero è mediis illorum manibus euasit, Quid aūt istud ingratis ac stupidis profuit? Hìc sanè fidelibus multū etiam adiumenti quæ facta sunt, contulerunt, factis enim monumentis, inimiciq; ipsis, rebus hisce ita gestis, testimonium ferentibus factum est, ut res iam pręter suspicionē certissima sit. Quemadmodum & illic aduersariorum ora nusquā aliunde obturata sunt fortius, quā ex eo quòd qui allatum eos perrexerāt, q̄ gesta fuerāt, ingenuè fatebātur. Qua ratione nihil tale faciebat carceris custos? Atqui nihilo minoris miraculi erant q̄
B apud Herodem, quā quæ hic fiebant. Non enim minus erat, quātum ad stuporem attinet, quòd ille uinctum clausis abiisse ianuis discebat, ab eo quòd hic ianuas uidebat apertas. Quāquam ista phantasiam magis referre uidebantur, illud uerò nō itē, qd ita diligēter annūciabatur. Itaque si custos carceris adeò fuisset malus atq; hic Herodes, occidisset sanè Paulū & ipse, quemadmodū ille milites: uerùm ita malus non erat. Quòd siquis dixerit, quamobrem & pueros occidi permisit deus, in prolixiorē sermonē incidemus, quā ab initio ad uos habere oportebat. Nūc uerò quoniā plurimū Pauli catenæ indulsimus, immoratiq; sumus, eò quòd nobis illa tātorū causa bonorum facta est, terminabimus sermonē, adhortantes & obsecrantes, ut non solū nō ægreferatis siquid propter Christū ferendū fuerit, sed & gaudeatis quē admodū gaudebant Apostoli: & gloriemini, quem-
2.Co.12.c admodū Paulus dixit: Suauissimè, inquit, gloriabor
C in infirmitatibus meis. Propterea & audiuit: Sufficit tibi gratia mea. Paulus ī uinculis gloriatur, & tu interim in diuitiis superbis? Gaudebant admodū apostoli quòd digni habiti essent qui flagellis cederentur, &
Ibidē.b. tu requiem ac delicias quæris? Et quo iisdem cū illis
Act 20.c potiēris, quum contrariū iter aduersum illos hic ingrediare? Et nunc, inquit, Hierosolymā peto uinctus spiritu, ignorans qd illic mihi futurum sit, nisi quòd spiritus meus oppidatim testatur manere me uincula ac tribulationes. Quur igitur illò abis, si uincula te manēt ac tribulatiōes? Propter hoc ipsum, uidelicet, ut pp Christum uinciar, ut propter ipsum & moriar. Non enim uinciri duntaxat, sed & mori paratus sum pro nomine domini nostri Iesu Christi.

Morale.

Gal.6.g. Nihil hac mēte beatius. In qbus gloriatur? in uinculis, in afflictionib⁹, in catena, in stigmatibus. Ego, inqt, stigmata Iesu Christi in corpore meo gesto, ue
Act. 28.c lut magnum quoddā tropheum. Et iterum: Propter
2.Co.5.d Israël, inqt, catena ista circundatus sum: &, In quo legatione fungor in catena. Quid igitur hoc est? Non
ſimbecillitatis deiū tuū cōdēnet? Phil.1.b. erubescis? Nō uereris quòd uinctus orbē circuis? Nō metuis nequis ſimbecillitatē dei tui cognoscat? ſ Nequis ob hoc ipsum ad fidē, quā p̄dicas, nō accedat? Vincula mea, inquit, talia nō sunt: nouerūt & in regum curiis splēdescere. Ita, inqt, ut uincula mea manifesta facta sint in toto ptorio, & plures ex fratribus in domino freti uinculis meis uberius ausi sint impauidè sermonē loqui. Vides maiorē esse uinculorum, quā suscitationis mortuorū, uirtutem. Vinctū me uiderunt, & cōfidentius agūt: Vbi qppe uincula sunt, illic necesse est magnū quid fieri: ubi afflictio, illic oino & salus est, illic prorsus magnæ sunt uirtutes. Diabolus enim quando calcat, tū potissimum pcutitur: quādo seruos dei ligat, tū maximè sermo dei crescit. Et uide quā istud ubique sit factum: uinctus erat Paulus, & tamē ista in carcere operabatur. In ipsis.n. inquit, uinculis meis. Vinctus erat Romæ, Phil. 1.b & plures adducebat. Non enim ipse solus confidēter agebat, sed & per ipsum multi alii: uinctus Hierosolymis, & ut erat ligatus cōcionando, regē terrebat, ac principem in timorē cōiiciebat. Nam terrefactus absoluit ipsum, non pudefactus is q ligauerat de futuris ab eo q uinctus erat, discere. Vinctus nauigabat, & naufragiū soluebat, & tempestatē ligabat: in uinculis existentē mordebat bestia illa, sed nullo illato dāno decidebat. Vinctus Romæ, & ut ligatus erat, Act.28.b
E cōcionādo innumeros attrahebat, hoc ipso qd pro oībus catenā prætendebat. Sed iā nō est quòd catenis quisquā ligetur, nisi quòd aliud quoddā catenæ genus est, siquidē uoluerimus. Quod illud? Vt manū scilicet cohibeas, ut ad auaritiā paratus nō sis: hac. ſ. catena ligemus nos ipsos, pro ferro sit nobis timor dei, absoluamus eos qui rerū penuria & afflictione ligati sunt. Longè minus est carceris reserare ianuas, quàm aiam occlusam liberare: minus est captiuorū soluere uincula, quàm uulneratos aios ad remissionem absoluere. hoc enim illos maius est: illius enim nulla cōstituta merces est, huius uerò plurimæ: lōga facta est Pauli catena, multūq; nos detinet: est enim ita longa omniq; aurea catena uenustior. Vinctos ipsa uelut quadam machina, & quasi quadam aurea catena, ad ipsum cœlū, & quod admirandū est, quū infernè uinciat, uinctos tamen sursum trahit, quanquam non ea sit rerū natura. Verū quando deus dispensat, non est quòd rerū quæras uel naturā uel naturalem ordinem, sed quæ naturam naturæq; ordinē excedant. Discamus itaque in adflictionibus nec decidere, nec q̄ aduersa sunt, molestè ferre. Intuere F
beatū hūc Paulum: flagellis erat cæsus, idq; grauiter. 2. Co.11.c
Nā multis, inqt, plagis impositis. Deinde & uinctus erat, itaq; id quoq; grauiter. Coniecerat enim illum in interiorem carcerem, idq; magna cum diligentia & munitione. Et licēt in tantis esset periculis, mediatamen nocte, quando & qui uehemēter uigiles sunt, dormiūt, alio grauiori incumbente uinculo, somno uidelicet, nihilominus & canebat, & dominū laudabat. Quidnā huiusmodi mentibus adamantinum magis esse poterit? Cogitabat qd & pueri illi in igne cecinerint è camino. Fortasse ita cogitabant: nos nihil tale adhuc passi sumus. Verū rectè sermo ad alia nos uincula, aliūq; carcerē detulit. Quid accidit? Sermoni finem imponere uolebam, sed planè nequeo: aliū repperi carcerem, illo magis stupēdum & admirandū. Vos ergo expergiscimini mihi, non aliter quā si primum iam sermonem hunc exordiremur, renouatisq; mentibus accedite: uolebam intercidere sermonem, sed ipsa rei series hoc non patitur. Quemadmodū potum suum intercidere nequit, qui tā interbibendum est, etiam siquis præcipiat: ita & ego degustato isto mirabili calice, carceris uidelicet eorū q

G propter Christum ligantur, cessare nequeo, quiscere nō ualeo. Nam si ipse Paulus nec in ipso carcere, nec in ipsa nocte, neq; flagellatus etiā conticuit: ego tacerem hic sedēdo, existēte die, multaq; requie loquēs, id quod illis non contigit qui & uincti erāt & flagellati, inq; media nocte constituti? Pueri illi nec in igne caminoq; tacebāt: & nos si tacuerimus, nō erubescemus? Consideremus igitur carcerē istū, uincti erant & hic. Mox ab initio ostendit illos nō arsuros, sed ue lut carcerem ingressuros. Quid. n. uincires arsuros? Vincti erant quemadmodū Paulus, & manus & pedes uincti erant, etiā non minori furore. Nā in interiorem ille custodiā ipsos coniecit, & hic caminum uehementer incendi iusit. Sed uideamus q̄ subinde
Actō.16.c sequuntur: Psallētibus illis motus est carcer, apertiq; sunt illius ianuę. Et istis quoq; psallētibus soluta sunt uincula & pedū & manuum: illic apertus est carcer, & hic apertæ sunt ianuæ camini. Roris enim ſtar uētus quidam illum perflabat, sed rerum me copia turbat, quibus ita obruor, ut ignorē qd primo, quid ue
H secūdo sit loco dicendum. Propterea obsecro neqs à me dicendorum ordinem exigat. Multa siquidē est hic rerum cognatio: illic soluebātur qui simul uincti erant, sed dormiebant: hic uerò aliud quid ab istis accidit. Combusti sunt ministri qui in caminū pueros istos iniecerāt, sed quod dicere uolebam, uidit illos
Dan. 3.g rex solutos, & accidit illis, audiuit psallentes, uiditq; quatuor in camino inambulantes, & euocauit illos. Quemadmodum itaque carcerē Paulus non egrediebatur, tametsi potuisset, donec qui in illū cōiecerat ipsum & euocaret & educeret: ita neq; hi tres puri caminum egressi sunt, donec qui iniecerat, egredi quoq; iussisset. Quid hic docemur? Ne uidelicet in captiuitate soliciti simus, né ue in adflictionibus anxie liberari festinemus. Et rursus, ne, siquādo uos soluerint, proterue imaneamus: & ille qdē ad pedes Pauli ac Silæ procidebat. poterat. n. introgredi ubi erant sancti, hinc uerò ad ianuā camini accesit. Neque. n. audebat in interiora carceris huius ingredi, quē per ignis ardorem istis parauerat. Et obserua mihi ipsa
Actō.16.f uerba. Ille dicebat: Domini, qd me oportet facere ut salutem consequar? Hic uerò non quidē tanta animi
I modestia & humilitate, nihilo tamen minus amicā
Dan. 3.g & suauem uocem edebat: Sidrach, inquiens, Misac & Abdenago serui dei altissimi, egredimini & uenite. Magn⁹ honor. Serui dei altissimi, egredimini & uenite. Quomodo egredientur ô Rex? Vinctos in ignē abiecisti. Tantum iam tpis in igne fuerunt: nam etiā si adamantini fuissent, aut ex metallica quapiam materia: quomodo sub hymni huius spatio, quem totum copleuerunt, non perissent? Verùm hoc ipso sal uati sunt, quòd deum laudarunt. Alacritatem eorū reueritus est ipse ignis: postremò reueritus est & odā illam admirabilem, & diuinę laudis cōcentus. Quomodo uocas eos? Iam præueniens dixi, Serui dei altissimi. Seruis. n. dei omnia possibilia sunt: nam si qdam quòd hominum serui sint, in rebus ipsorū non parum possunt, dominantur & disponūt, multò magis serui dei, sanctissima uoce illos appellauit. Hoc ipso illos potissimū blandiendo ueneratus est. Si. n. ideo ignem ingressi sunt, ut serui dei manerent, nō potuit illis uox alia suauior esse quā hæc ipsa. Nam non ita gauisi fuissēt, si uel reges eos uel orbis dominos uocasset, atq; quod dixit, Serui dei altissimi. Et quid miraris? Quū enim urbi scriberet Paulus adeò magnæ, orbis uidelicet dominiū gerenti, & de magnis dignitatibus glorianti ac superbienti, tanquā quod ad illius dignitatē respōderet, imo quòd multò esset maius, incōparabiliter etiā & cōsulatum excelleret & regnum simul & orbis principatū: hoc posuit, nempe, Paulus seruus Iesu Christi. Serui dei altissimi. Si enim tantum, inquit, studij diligentięq; impendūt ut serui Rom.1.a dei sint, omnino illos hac appellatione promouebimus. Obserua igitur & pietatem puerorum: nec indignati sunt, nec ira commoti, neque quicquā contradixerunt, sed mox egressi sunt. Si enim supplicij loco, quòd in caminū iniecti fuerant, habuissent: molesto quoque animo aduersus eum fuissent, à quo in illū fuerant coniecti. Nunc uerò nihil horū præ se tulerunt: sed non aliter progressi sunt ex camino, quā si ex ipso cœlo prodirēt. Et quod de Sole Propheta dicit, quòd uelut spōsus è thalamo suo progrediatur, il Psal.18.b lud & de ipsis si quispiā dixerit, nihil planè peccauerit. Quin Sole ita progredięte, splēdidiores illi egressi sunt. Is n. sensibili luce orbem illuminaturus pro- τάτο πνεύ
L greditur, illi uerò alia, nimirū spirituali orbem illustrārūt. Propter ipsos siquidē mandatum mox emisit rex, cuius hæc erant uerba: Visum est mihi, ut signa Dan.3.g & portenta quæ deus operatus est nobiscū, manifestemus, & uelut magna & fortia prędicemus. Exibāt itaq; illustriores emittentes radios, splēdidos quidē, & in ipsis regalis curiæ locis: tales tamē q simul ubique sese per regalis mandati literas extendere, tenebrasq; illas oia iam occupantes discutere ualebant. Egredimini, inquit, & uenite. Non ausus est extingue re camini ardorē, sed hoc magis illos honorauit, qd persuasus esset eos nō solū intro deambulare, sed & ardēte etiam adhuc camino egredi posse. Videamus autem, si placet, & custodis carceris uerba: Domini, Actō.16.f inquit, q me oportet facere, ut saluus siā? Quid hac uoce iucundius? Et angelos exultare facit, & ut hāc uocē audiret, unigenitus dei seruus factus est. Hanc Actō. 2.f uocē & primi credentes ad Petrum emittebāt: Quid faciemus, ut salutē cōsequamur? Quid respōdebat? Credite & baptismum suscipite. Cū uoluptate Paulus & in gehennam incidisset ut hanc uocē à Iudæis audisset, tanta auiditate salutis & obedientiæ illorū
M tenebatur. Obserua uerò: omnia illis cōmittit, nihil curiosē agens: sed uideamus quæ sequuntur. Iste nō dicit, quid faciam ut saluus fiam? sed doctrinā emittit quauis uoce sonoram magis, & mox diuinę potē tiæ præco fit & p̄dicator. Nihil opus habet, ut in fide imbuatur, quemadmodū carceris custos, sed quid deum prædicat, & potentiā illius confitetur. In ueritate, inquit, cognosco quod deus uester ipse deus est deorum, & dominus dominantium. Quoniā angelū suū dimisit, & eripuit uos è camino. Et quid post ista? Non unus duntaxat carceris custos, sed plurimi per regales illas literas, pérque rerum illarum cōspectum in fide imbuti sunt. Manifestū enim erat omnino quod nihil horum ementitus esset rex. Neque enim statim præter causam captiuis taliū testimonium tulisset, neq; sua deiecisset, nec tantæ stultitiæ famam sibi admisisset. Itaq; nisi multus fuisset ueritatis splendor, talia utiq;, totq; ac tantis præsentibus non scripsisset. Videtis quanta sit uinculorum potentia? quāta sit diuinæ laudis, q̄ in adflictione canitur fortitudo? Nec desperabāt, nec elāguescebāt in adflictione, sed tum potissimum ferebant, tum maiore erant animi alacritate, meritò ista considerant. Vnū

A adhuc restat, nempe, cur qui in carcere ligati erāt, soluti: qui uerò pueros in caminum mittebant, combusti sint: alioq; debebat istud regi ipsi accidere, Neque. n. tantum peccauerant siue qui ligauerant, siue qui in caminū illos iniecerant, quantū qui istud præceperat. Quamobrem igitur isti perierunt? Nō opus est hic multa diligentię q; persecutatione: erant enim impij. Propterea diuina dispensatione hoc factū est, ut & probaretur ignis potentia, & maius fieret miraculum. Si. n. extra positos ita deuorauit, quàm eos quos intus in medio sui iam habebat inflexibili con
ἀπαθεῖς. stantia prēditos & impassibiles ostendit, ad hoc, ut manifesta fieret diuina potētia? Miretur autē nemo, quòd regem ad carceris custodem contuli. Idem. n. & iste præstitit: nam hoc nihilo splendidior erat ille. Vtrique siquidem & exultarunt & adiuti sunt. Verū, ut dixi, tum maximè feruēt iusti, quādo in adflictionibus & uinculis sunt. Nam propter Christum quicquam pati, quouis solatio iucundius est. Vultis mentionē uobis & alterius cuiusdam carceris faciam? Ne
B cesse est, ut ab hac catena ad alium carcerem sermonis translatio fiat. Quē uultis? An in quo Hieremias fuit? An in quo Ioseph? An qui Ioannem habuit? Gratia Pauli catenę: quot sermoni nostro carceres apuit? Ioannis carcerem uultis? uinctus erat & ille propter Christum legemq; dei. Quid autē in carcere cō-
Mat 11.a & Luc.7 c. stitutus fecit? An non ex illo missis discipulis suis dixit: Eūtes dicite Christo, Tu es uenturus ille, an aliū expectabimus? Itaque & illic existens docuit: non. n. erat negligens. Et Hieremias nunquid de Babylonio rum rege i carcere prophetauit, omnia & illic quę ipsum cōcernebant exequēs? Quid uerò Ioseph? An
Ioseph tredecim annos in uinculis fuit. non tredecim annos in uinculis fuit? Quid ergo? Neque illic uirtutis suæ oblitus est: adhuc unius cōmemoratis uinculis, finiemus sermonē. Vinctus erat & dominus noster, qui totius orbis peccata soluit. Vin
Mat.26.f ctæ erant manus, quę innumera bona patrauerant. Vinctū. n. inquit, duxerunt ad Caiaphā. Vinctus itaque fuit, q tanta miracula fecerat. His cōsideratis nō molestē feramus, sed magis gaudeamus, siquando uincti fuerimus. Et quanquā in uinculis nō sumus, simus tamē uelut simul uincti. Vides quantū sit uincu
C lorū bonū? Cognitis his oībus, gratias deo pro uniuersis destinemus, in Xpo Iesu domino nostro &c.

Homilia. IX.

Ortor itaque uos ego uinctus in domino, ut dignè
h ambuletis uocatione qua uocati estis, cū omni animi submissione & mansuetudine, cū longanimitate, tolerantes uos inuicē in dilectione, studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Demonstrata est magna illa Paulinę catenæ uirtus signis et illustrior. Nō
προβέλλεται. itaq; frustra illam, & p̄ter causam more suo, profert ac prætendit, sed tanquā qui per illam grauiter permoueat auditorē, & quod hortatur persuadeat. Vt dignè, inquit, ambuletis, uocatiōe qua uocati estis. Quomodo? Cum omni animi submissione & mansuetudine, cū longanimitate tolerantes uos inuicem
λυσωπήσωμεν. in dilectione. Vinctū esse, simpliciter in se bonū non est: sed propter Christum uinctum esse. Propterea di
in domino, propter dominum, cit: uinctus ego propter Christū. Nihil est quod huic æquari poterit, sed rursus nos Pauli catena ab iis q̄ iam proposita sunt abstrahit & euellit, ita ut resistere non sustineamus, uerū sponte trahimur & uolentes, optantes etiā. Et utinam perpetuò mihi de Pauli catena disserēdum fuisset, sed ne torpeatis obsecro. Est enim adhuc mihi tractanda iam quæstio. Nam D quod in defensione ad Agrippam dixit: Optarim à Act.26.g deo non solùm modicè, sed & plurimum, non tantùm te, uerumetiam omnes qui me audiunt hodie, tales fieri qualis ego sum, exceptis uinculis his: non ideo dixit quòd uinctum esse pro Christo rem putarit execrandam esse. Absit: Nam si hoc sensisset, non fuisset gloriatus in uinculis, in carceribus, in aliis af-
2.Co.12.c flictionibus, nec alibi & alibi scribens dixisset, Quàm suauissimè in infirmitatibus meis gloriabor. Quid ergo? Hoc ipsum indicium erat, quòd uincula magnificiebat, quemadmodum & Corinthiis scribens
1.Cor.3.a dixit: Lac uobis potum dedi, nō cibum: nequedum enim poteratis. Ita & hic uinculorum pulchritudinē, decorem, & utilitatem nōdum audire poterant. Propterea dicit: Exceptis uinculis his. Alioqui Hebræis non ita, sed illos ut uinctis, sint tanquam & ipsi uincti admonuit. Propterea & ipse in uinculis lætatus, & uinctus & cum aliis uinctis pariter in custodiam abductus est. Magna est Paulinæ catenæ fortitudo: satis fuerit unum hoc spectaculum aduersus omnia, E Paulum & uinctum uidere & ex carcere eductum. Quam non excelleret uoluptatem, & uinctum uide re Paulū & intus in carcere sedentem? Quid adeò pre cioſum est, quo non censerem rem hanc dignā esse? Non uidetis reges & cōsules in rhedis circunuectos, auroq; conspicuos, milites quoque illorum quibus stipati sunt, oia deaurata habētes, deauratas lāceas, deaurata scuta, equos etiā auro insignes? Quāto autem illo spectaculo iucūdius est istud? Optarim uel semel uidere Paulū ex carcere cum uinctis egredientem, magis quàm millies illos cum ista stipatione militari & insigni prætereuntes. Quot putatis angelos illum, cū ita educeretur, præcessisse? Quòd autem nihil hic mentiar, rem istam uobis ex ueteri quapiā historia manifestam efficiam. Eliſæus propheta (uirū fortè nostis) quum rex. Syriæ bellum aduersus regē Israel gereret, quicquid ille in secretis cum consiliarius consilij sui conscijs agebat, apud semetipsum cōstitutus nullo indice & cognouit & in medium protulit: regisq; insidias, arcana illius prædicendo irritas fecit, non permittens Israelitas in insidias quas ille collo- F
ἐκεῖνος ἐνόμισεν εὑρηκέναι τὸ πᾶν. cauerat, incidere. Male habebat hoc regē & cōsilij in opem reddebat, dum cognoscere nequiret quisnā esset qui oia proferret ac insidiaretur, omnésque ipsius artes irritas faceret: Hęsitanti regi causamq; quærenti satellitum quispiam insinuauit, eē Samarię prophetam quendam Elisęum nomine, qui regis cōsilium consistere non sineret, sed omnia patefaceret. Ille mox putauit iam oia confecta esse. nihil, hoc homine dementius ac miserius. Oportebat uirū honorare, admirari, ac planè stupere, quòd, quū tot stadiis abesset, tāta uirtute, nullius indicio, quicqd in secretis regiis agebatur, cognoscebat. Istud non solū non fecit, sed sola ira & indignatione accensus equestres & armatas copias misit, q̄ prophetam circundarent. Habebat autem propheta discipulum quendā in ipsis uestibulis, q talibus prophetię reuelationibus nō dum imbutus, aut ad imbuendum aptus fuerat. Im minebāt iā milites regis, ueluti uirum modò, immo prophetam ligaturi. Rursus in uincula incidimus, & omnis hic sermo undique sic texitur. Visis autem discipulus militum copijs obstupuit, & trepidus ac tremebundus ad magistrum currens, calamitatē, ut putabat, ineuitabilęq; periculum annūciauit: subridēs

G propheta, quòd quæ timenda non erant, timebat, hortatus est aïo esse bono & confidenti. Is uerò ut imperfectus erat, non persuadebatur, sed ex eo qđ uiderat adhuc mente perculsus, timore cõcepto detinebatur. Quid igitur propheta? Domine, inquit, api oculos pueri istius, & uideat qũo plures sunt qui no biscum, quàm qui cum illis sunt. Et repentè totum montem in quo tum propheta habitabat, uidet eqs ignitis, curribúsque talibus refertum. Hoc uerò nihil erat aliud quã angelorũ acies. Si uerò Elisæo unius discipuli gratia tanta obsequundata est angelorum acies, quid Paulo putas defuisse? Istud & propheta Dauid dixit: Angelus, inquit, domini castra metatur in circuitu timentium eum. Et iterũ: In manibus tollent te, ne fortè offendat ad lapidem pes tuus. Et qđ de angelis dico? ipse dominus quum ex carcere egrediebatur, cum illo erat. Non enim Abrahę quidẽ apparuit, huic autem defuit: ipse enim promisit hoc dicens: Ego uobiscum sum oibus diebus usq; ad consummationẽ seculi. Et iterum apparens illi dixit: Ne timeas, sed loquere, quoniã ego tecũ sum, & nemo adorietur te, ut adfligat te. Et in somnis astitit illi dicens: Bono esto animo. Quemadmodum. n. testificat⁹ es de me Hierosolymis, ita oportet te & Romæ testificari. Semper quidẽ admirandi sunt sancti multáque gratia pleni, maximè uerò quando pp Christum periclitantur, quãdo in uinculis sunt. Sicut. n. generosus miles semper quidẽ ac simpliciter iucundum est uidentibus spectaculũ, potissimũ uerò quã do iuxta regem ipsum in acie stat: ita & de Paulo cogita quantum fuerit, docentem ipsum in uinculis uidere. Dicam cogitationem meam quę dicenti iã sug geritur. Babylas beatus martyr, & ipse, eadem causa qua Ioannes, uinctus erat, quòd regem iniquè agentem arguerat. Hic quum moreretur, præcepit uincu la iuxta corpus suũ collocari, corpúsque uinctũ sepeliri, & nũc pedicæ simul cũ cinere illius sepultę iacẽt, tanto uidelicet ille desiderio pro Christo uictus esse cupiebat. Ferrum, inquit propheta de Ioseph, pertrã siit ⌈ anima ⌉ eius. Iam uerò & mulieres uinculorum istorum experimentum ceperunt. Verùm nos non ligamur: neq; ad istud hortor, quippe huius nulla iã existẽte occasione. Nihil opus est ut manus ligatas, I sed mentem uinctam habeas. Sunt & alia uincula, il la ferent qui istis non ligantur. Audi Christũ dicentem, ligate illi manꝰ ac pedes: sed absit uinculorum illorũ experientia, istis potius abundè uinciri contin gat. Propterea dixit Paulus: Hortor uos ego uinctus in domino ut dignè ambuletis uocatione qua uocati estis. Caput, inquit, habetis Christũ. Hic excitauit uos ⌈ simúlque secũ sedere fecit, cũ adhuc essetis inimici, milléque malorũ patratores. Magnifica planè uocatio, & ad res magnificas destinata. Non solũ ab illis malis, sed ad talia etiã bona, idq; tali modo facta. Qũo uerò dignè ambulabitur? Cũ omni, uidelicet, animi submissione, qui talis est dignè ambulat. Est. n. istud omnis uirtutis substãtia & fundamentũ. Si fueris humilis perpẽderisque quis existens qũo saluatus sis, occasionẽ ad uirtutem ex hac memoria capies, neq; uinculorum gratia extolleris, ne eorũ quidem de quibus dixi, sed cognito quòd oia diuinæ sint gratiæ, ad modestiã teipsum contrahes. Qui aïo est humili & modesto seruus esse potest, & gratus & iucũdus. Quid. n. habes, inqt, quod non accepisti? Audi uerò ipsum rursus dicentẽ: Abundantius, inquit, ipsis omnibus laborauiẽ: nõ autem ego, K sed gratia dei quę mecũ est. Cũ omni, inquit, animi submissione: nõ ea quæ in uerbis, neq; quæ in rebus duntaxat, sed quæ & in habitu & in uoce est, ut non erga hunc humilis quidẽ, erga illũ uerò arrogans sis. Humilis esto erga omnes, siue æmici sint, siue inimici, siue magni, siue tenues. Istud enim demũ est aïo submisso esse. Et in rectè factis etiã humilis esto: audi. n. quid Christus dicat: Beati, inquit, pauperes spiritu: & uide qũo istud primo loco ponat. Propterea *Mat. 5. b* & Paulus hìc cum omni, inquit, animi submissione & mansuetudine & longanimitate. Potest. n. esse ut humilis quidem quisquam sit, sed iuxtà acer & iracũdus, uerũ istud nihil prodest. Fit enim sæpenumero, ut ira correptus oĩa perdat. *Tolerantes uos inuicem in dilectione.* Quomodo tolerari potest, si iracũdus fuerit quisquam & conuiciator? Modum hunc dicit: in dilectione. Si tu proximũ, inquit, ferre nõ potes, quo modo feret te deus? Si conseruum tuum seruus ipse non fers, qũo tolerabit te dominus? ubi dilectio est ibi tolerabilia sunt omnia. *Studentes seruare unitatem* L *spiritus in uinculo pacis.* Liga ergo manus tuas mãsuetudine. Rursus bonum nomen est uinculũ, dimisimus ipsum, sed spontè nobis denuò recurrit: bonũ est illud uinculum, bonũ est & hoc, ab isto nascitur illud, Alliga teipsum fratri. Qui tales sunt, nempe, dilectione fratribus alligati, omnia facilè ferunt. Colliga teipsum illi, & illũ tibi: utrunque in tua potestate est. Possumus enim si quẽ uoluerimus, facilè amicũ nobis reddere. Studentes, inquit: nõ obiter istud agẽdũ, neq; cuiusuis est. Studentes, inquit, seruare unitatẽ spiritus in uinculo pacis. Quid est, unitas spiritus? Quemadmodũ in corpore spiritus est omnia continens, quanquam diuersa sint membra, ita & hìc. Nã *Quid unitas spiritus.* ad hoc datus est spiritꝰ, ut genere ac moribus diuersis discretos uniat. Hic enim senex & iuuenis, puppus unũ essent. Est enim ista cognatione, illa maior & diues, puer ephebus & uir, mulier ac masculus, & & plenior unitatis huius perfectio. Animę siquidem omnis aĩa, unum quid sunt: ádque magis quã si corpropinquitas tãtò est exactior, quãtò est simplicior, & non diuersarum specierum. Quomodo uerò cusstoditur? In uinculo pacis: in inimicitiis & dissensione M cõsistere nõ potest. Cùm. n. in uobis sint æmulationes, inquit, & contentiones, nónne carnales estis, & *2. Cor. 12. g.* secundũ hominem ambulatis? Quemadmodum. n. ignis, siquãdo arida ligna nactus fuerit, unam pyrã ex omnibus facit: si uerò humida fuerint, neq; in illis operatur, nec illa conglutinat: ita & hìc nihil eorum quæ frigida sunt unitatem hanc complecti poterit, sed quicqd uelut magna ex parte feruidũ fuerit. Ex hoc igitur & dilectionis feruor nascitur: uinculo itaque pacis oẽs nos colligari uult Apostolus. Nã quẽadmodum si quando teipsum alij cupiã alligare uolueris, alia ratione illud non potes, nisi illum tibi colligaueris, (nam siquidẽ duplex uolueris efficere uinculum, oportebit & illum tibi alligari) ita & hìc alligari nos inuicẽ uult: nõ simpliciter pacificos esse, neque utcunq; diligere, sed in omnibus unam esse animam. Bonum est hoc uinculum. Isto siquidẽ & nos inuicem mutuò, & deo nos ipsos colligabimus. Nõ stringit uinctas manus, nec premit hoc uinculũ, sed & relaxat, & in spaciosam ueluti campestrem latitudinem constituit, solutísque alacriores facit. Qui robustus est, si fuerit infirmo alligatus, & illũ portabit,

A & perire non sinet: & si cum pigro ligatus fuerit, exci
Prouẽ. 18. c. tabit illum. Frater. n. à fratre adiutus inquit tanq; ciuitas munita: istam catenam impedire non poterit uia rum interstitium: non cœlum, non terra, nec mors, nec aliud quidpiam, sed omnium est optima & robustissima. Ista ẽt si ab una duntaxat aĩa parta fuerit, plures tamen simul complecti potest. Audi quip
2. Co. 6. b pe quid Paulus dicat: Non estis angusti in nobis, angusti aũt estis in uisceribus uestris: dilatemini & uos. Quid autem uinculum hoc lædit ac perdit? Pecunia rum amor, ambitio dominandi, & gloriæ, aliorumq; talium uincula ista laxant atq; intercidunt. Qũo cauebitur ne intercidant? Si amoueris illa, nihilq; eorũ quæ dilectionem corrumpunt, interturbauerit, audi
Mat. 24. b. Christum dicentem: Quando abundauerit iniquitas, refrigescet dilectio multorum. Nihil adeò charitati aduersatur, atq; peccatum: & non de illa duntaxat dico quæ erga deum, sed & quæ erga proximum
B est. Qũo ergo latrones pacem habent inquis? Quando habent, dic quæso? Certè non, quando prędandi moribus utuntur. Neque. n. in illis ipsis quibus prædam inter se diuidunt æquitatis leges custodiunt, ut unicuiq; æquam ac iustam portionem distribuant. Inuenies. n. & tũ illos inter se belligerari pugnareq;. Itaq; neq; in malis inueniri potest custodia pacis: ubi cunq; uerò illam reperire licet, cum iustitia utique & uirtute, ubi ubi illæ fuerint, inuenietur: Sed inter riuales & æmulos pax est? Nequaquã. Sed quem uis proferam? Auarus cum auaro nunquam pacificus erit. Ita. n. habent, ut nisi essent in medio illorum & iusti, & mansueti, & qui iniuriam ferrent, dilaniaretur ac consumeretur mutuis morsibus istud hominum genus, non aliter q̃ duæ bestiæ uehementer famelicæ, quæ nisi esset in medio illarum quod consumi ab ipsis posset, seipsas consumerent. Ita & ab auaris & malis utique fieret. itaq; non potest esse pax, nisi uirtute primùm parta. Dic. n. obsecro, si mœchus quisq; fuerit, qũo cupiam amicus esse? Ponamus ciuitatẽ ubi omnes sint auari, eiusdẽ omnes honoris: hìc nemo iniuriam feret, sed omnes iniuriam inferent. Sed mœchis fortè pax est. Verùm non reperies hìc, ne duos quidem consentientes. Nulla igitur huius alia causa est, q̃ charitatis refrigeratio. Quòd charitas uerò refrigeratur, in causa est iniquitatis multiplicatio & abũdantia. In philautiam enim illa ducit, corpusq; diuellit, proscindit, laxat, & dissipat: uirtus uerò ubi fuerit, contrarium efficit. Virtuti enim deditus pecuniarumq; uictor, etiam si cum innumeris in paupertate fuerit, pacificus tamen esse potest: auari uerò etsi bini duntaxat fuerint, nunquam poterunt in pace consistere. Itaq; si uirtutis studiosi fuerimus, non perdetur charitas. Est. n. à charitate uirtus, & à uirtute uicissim charitas. Qũo? Dicam. Qui uirtute imbutus est non præfert pecunias dilectioni, non est memor iniuriarum, nihil iniuriæ committit in proximum, non conuiciatur, omnia generosè tolerat, ab illis cõtinuatur charitas. Rursus qui diligit, omnia ista præstat: ita quæq; istarum alteram parit. Et istud quidẽ hinc probatur quòd ex uirtute sit charitas. Quòd. n. dixit, Quando abundabit iniquitas, refrigescet charitas, hoc satis declarauit. Quòd uerò ex charitate sit
Rom. 13. c uirtus, ex eo liquet quòd inquit Paulus: qui proximũ diligit, legem impleuit. Oportet itaq; duorũ istorum unũ esse, aut ualde diligentem & amantem, aut uehemẽter uirtute imbutum. Vtrumuis enim istorum

D siquis habuerit, necessariò & altero potietur: & è contrario, q diligere nescit, multa quoq; mala patrabit: & qui mala perpetrat, diligere quoque non nouit.

Morale.

Persequamur igitur charitatem. Custodia siquidẽ illa est & munimentum ad hoc, ut non pmittamur aliquid pati quod malum sit. Conligemus ergo nos ipsos inuicem: nihil sit apud nos quod uel dolum sapiat uel fictionem: nam nihil tale reperitur, ubi fuerit amicitia. Dixit aũt hoc & alius quispiã sapiens uir: *Eccl. 22. c* Et si gladium, inquit, contra amicum euulseris, de amicitia tamẽ illius nihil desperes. Est. n. regressus ad amicum. Si contra illum os tuũ aperueris, ne despondeas animum: est. n. apud illum reconciliatio, exprobrationem duntaxat contumeliosam, secretorumq; reuelationem, & læsionem dolosam caueas, per ista siquidem fugatur amicus, maximè si secreta illius reuelaueris. Quòd si omnes fuerimus amici, nihil opꝰ erit secretis. Quẽadmodum. n. nemo apud seipsum E secretum quid habet, neq; etiam seipsum cẽlare quicquam potest, ita neq; amicos: ubi uero nulla sunt secreta, ibi non potest esse ex secretorum reuelatione amicitiæ diremptio. Secreta siquidem nõ habemus aliunde, q̃ ex eo quòd nõ oibus fidẽ habemus. Itaq; ex charitatis refrigeratione nascuntur secreta: ut qđ enim secretum habes? Iniuria uis afficere proximũ, aut prohibere, ne boni cuiuspiam tecum particeps sit, atq; ideo propositum tuum abscondis: uerùm nihil fortè horũ, sed pudor in causa est. Est ergo hoc ipsum iam indicium, quòd proximo fidem non habeas. Itaq; si charitas nobis fuerit, non erit inter nos secretorum reuelatio, immo neq; contumeliosa quę piam exprobratio. Quid. n. dic quæso, animæ suæ qs quam exprobrauit unquam? licèt illud ad utilitatẽ fortè aliquando fiat, qũo & pueris nostris subinde exprobramus, stimulare illos uolentes. Et Christus tum tẽporis ciuitatibus exprobrare cœperat, dicẽs: Væ tibi Corazin, uę tibi Bethsaida: sed ad hoc ut ab *Luc. 10. c* opprobrijs illas liberaret. Nihil enim aliud adeò ualidè mentem & mordet, & magis excitat, remissamq; restituit. Non ergo simpliciter, alius alij exprobremꝰ. Quid enim? Pecuniarũ gratia proximo exprobrabis? Nequaquam. Siquidem quæ possidentur, cõmunia *Hic uidẽtur aliqua deesse.* sunt: sed propter delicta? Neq; istud. Quin magis in uiam restitues, & læsionẽ, inquit, dolosam caueas. An seipsum quispiã interficiet, aut percutiet? Nequaquam. Charitatem itaq; persequamur: non dixit simpliciter diligamus, sed, diligendo persequamur. Multa diligentia opus est: aliàs. n. mox interit: nam præceps est, & ad secessũ prona. Quippe tot sunt in hac F uita, quib. res ista uastatur ac pditur. Si psequuti fuerimus illam, non pueniet nos, ut ausugiat, sed confestim eam extrahemus. Charitas dei cœlo terram cõiunxit, Charitas dei hoĩem in thronum regalem cõstituit, Charitas dei deum in terris declarauit & ostẽdit, Charitas dei ex domino seruũ fecit, Charitas dei pro inimicis dilectum, pro odio deum habentib. filium, pro seruis dominum, pro hominibus deũ, pro famulis liberũ tradi fecit. Et neq; hìc substitit, sed & ad maiora nos conuocauit: non enim priorib⁹ nos malis duntaxat liberauit, sed & alia multò maiora daturum se pollicitus est. Pro his itaque deo gratias agentes, oẽm uirtutẽ persequamur, & ad oẽs charitatem nobis diligenti studio comparemus, ut promissa bona conseq mereamur gratia et benignitate &c.

Homilia. X.

Num corpus et unus spiritus, quemadmodũ & uocati estis in una spe uocationis uestræ. Quãdo de rebus maioribꝰ admonet beatus Paulus, uehementer prudẽs si spiritualis, à cœlestibus exhortationem texit. Hoc ipsum autẽ à domino didicit, quẽadmodũ & alibi dicit: Ambulate in dilectione, sicut & deus nos dilexit, tradiditq; semetipsum pro nobis. Et iterum: Hoc affectu estote q & in Christo Iesu fuit, qui cũ esset in forma dei non rapinam arbitratus est, ut esset æqualis deo: istud & hic facit. Quã do enim magna proponuntur exempla, uehemens quoque est & zelus & desiderium. Quid enim ad unitatem nos adhortãs dicit? Vnum corpus, inquit, & unus spiritus, sicut & uocati estis in una spe uocationis uestræ. *Vnus dominus, una fides, unum baptisma.* Quid est autem unũ corpus? omnes ubiq; terrarum fideles, & qui iam sunt & qui fuerunt, quiq; futuri sunt, denicq; & qui ante Christi aduentum deo placuerunt, unum corpus sunt: quõ? quoniã & illi Christum uenerati sunt: unde liquet? Abraham, inquit, pater uester exultauit ut uideret diem meũ, & uidit & gauisus est. Et iterũ: Si Moysi credidissetis, inquit, credidissetis & mihi. De me siquidem ille scripsit, ut & prophetæ: non autẽ scripserunt tanquã de quo q̃ dicerent, ignorassent: uiderunt enim illũ, & adorauerunt. Itaq; & illi unũ corpus sunt: non est diuisum corpus spiritus, alioqui corpus nõ esset. Nam & nos de coadunatis, multamq; assectationẽ habentibus, dicere solemus, unum corpus sunt: Ita & nos hic, qd ad unitatẽ attinet, corpus accipimus, quod sub uno est capite. Si uerò caput unum, unum est & corpus. Corpus ex honestis & inhonestis membris cõponitur: ueruntamen nec maius aduersus minus, etiã si uilissimum sit eleuatur aut insolescit, nec istud uicissim huic inuidet. Nam alioqui nõ eandẽ omnia perfectionẽ adferunt, sed iuxta quod in unoquoq; necessit atis ratio poposcerit. Et quoniam oia necessario facta sunt, licẽt in uarios usus, oia quoque eiusdẽ honoris sunt. Sunt autẽ quædam potiora, quædam uerò minus: ut caput omni reliquo corpore præstantius est, quòd & oẽs sensus, & imperium animæ habeat in seipso. & qd sine capite nemo uiuere queat, quum amputatis pedibus multũ tẽporis plurimi uixerint. Melius est itaque reliquis membris, non solũ situ, sed & ipsa energia, ipsoq; ordinandi moderãdiq; regimine. Quorsum ista dico? sunt in ecclesia multi. Horũ quidã in sublime capitis instar, euecti sunt: cœlestia quidam uelut in capite oculi, contemplantes, multumq; à terrenis distantes, nihil cum illis cõmune habentes: alii uerò in pedum sunt ordine, terram calcantes, pedũ, inquam, sanorum. Non. n. culpabile est pedibus terram calcare, sed ad malitiã currere. Nam pedes, inquit, illorũ ad malitiam currunt. Neque isti, inquit, aduersus pedes superbiant, nec istis quicquam muideant illi: alioqui propria cuiusq; pulchritudo destruetur, & perfectus usus impedietur. Et qui proximo insidiatur, sibiipsi primũ insidiatus est: siue. n. pedes ad necessariam egressionem caput aliquo portare noluerint, sibiipsis per imobilitatẽ illã & pigritiem nocumentũ adferẽt, siue uicissim caput nullam uoluerit pedũ habere curam ac rationem, damno primũ seipsum adficiet. Sed meritò fortasis illa sibiipsis inuicem non aduersantur. Naturaliter enim ita dispositа sunt. Quõ uerò possibile est hominem aduersus hominẽ non extolli? Neque enim aduersus angelos erigitur: quandoquidẽ neq; illi aduersum archangelos. Rursus neq; bruta animantia aliqua in re superbire aduersum me poterunt: ubi uerò natura paris est honoris, donũ etiam unũ, & nihil hic præ illo amplius habuit: quo non extolleretur qui potior est? Atq hoc ipso nõ debes aduersus proximum erigi. Si enim communia sunt omnia, & alius præ alio nihil habet amplius, unde est arrogãtię causa? Eiusdem naturæ, eiusdem animæ pariter ac corporis participes, eundem spiramus aërem, iisdem utimur alimentis, unde igitur irrepit elatio? Attamen si qui per uirtutẽ incorporalium potestatũ uictores esse possunt, istud eos fortè in arrogantiã euehere ualuerit. Immo uerò non esset istud arrogantẽ esse. Meritò siquidẽ aduersus dæmonẽ sublimè sapio, & ualde sublimè: & uide quomodo Paulus etiã contra dæmonẽ superbierit. Quum enim de illo dæmõ magnifica & admiranda prædicaret, cõpescebat eum nec ferebat ne assentantem quidẽ. Dicente qppe puella illa Pythonem spiritũ habẽte, hoies illi serui sunt dei altissimi, qui quidẽ nobis uiã salutis annunciant, increpatione uehementi impudentẽ ipsius linguã obturabat. Rursus & alibi scribit dicens: Satanã sub pedibus uestris breui conteret deus. Num naturæ differentiam alicuius fecit? Vides eum nullius æstimare naturarum discretionẽ? Propter dæmonum malam uoluntatẽ, inquit: nam uolũtate peiores sunt omnibus: aduersus angelum autẽ non extollor. Multum enim discriminis est inter me & illum: sanè cõtra hominẽ non debes erigi, minus etiam quã cõtra angelum. Angelus. n. te natura excellit, quod quidem illi neque laudis, neq; malitiæ loco reputatur. Homo uerò ab homine non natura quidem, uerũ uoluntate distat. Est autẽ & in hominibus angelus. Itaque si cõtra angelos nemo erigitur, multò minus cõtra homines, i humana ista natura angelos effectos. Si. n. uirtute præditus inter homines quispiam uelut angelus fuerit, multò iste maior est quã angelus. Quãobrem? Quoniã quod ille ex natura habet, hoc iste per uolũtatis propositum adeptus est: & quoniã angelus habitationis loco abs te disiunctus cœlũ inhabitat, hic uerò & tecum hic uersatur, & æmulandi ti bi occasionẽ largitur. quãquã hic habtatione semotior sit q̃ ille. Nostra enim, inquit, conuersatio in cœlis est. Quòd autẽ iste remotius habitet, audi ubi caput ipsum sedeat, nempe, in throno regali. Quantũ autẽ hic thronus, tantum distat à nobis & iste, sed in zelotypiam rapiar, inquies, ubi honore illum potitũ uidero. Hoc enim est qd sursum ac deorsum uersauit ac turbauit omnia, & non solũ terrarum orbem, sed & ecclesiam innumeris malis oppleuit. Et quem admodum in portum tranquillum irruentes è cõtrario feroces uenti, quouis illum turbine ac freto periculosius reddunt: ita & subingressa gloriæ cupido oia subuertit & confudit. A delẽtis sæpenumero magnarum ædium incendio: uidetis quo ad cœlũ usq; fumus ascendat, & dum nemo malum extincturus prodit, sed quisq; quæ sua sunt spectat, ignis ille magna ui cuncta depascatur? Et circunstetit plerunq; ciuitas tota, circunsteterunt uerò spectatores tantũ, non opitulatores aut adiutores. Et uidere est istic q̃ nihil faciant oẽs quotquot circum incendium adstant, sed quisque illorum extensa manu recenter aduentanti uel locũ ostendat, uel flammam è foribus

indesinenter

A indesinenter exilientem, uel trabes deiectas, uel uniuersum culminũ ambitum deuulsum, ad terramq; ruentem. Sunt autem plurimi audacium, inq; periculа seipsos proiicientium, qui quamproximè ad ædificia illa ardentia ausi sunt accedere, nõ ut manus illis porrigerent, malumq; extinguerent, sed ut iucundius haberent spectaculum, & ut è uicino cuncta diligenter spectare possent, q̃ foris positos antea plerũque latuerant. Si uerò splendidis istud & magnis cõtigerit ædibus, miserabile uidetur esse spectaculũ, & multis lachrymis dignũ. Et est re uera miserandum spectaculum uidere columnarum capita in puluerẽ redacta, plures etiam ex illis in frusta cõminutas: has quidẽ igne uastatas, illas uerò etiam eorũ manibus æpenumero, qui ædificauerãt, impulsas ac demolitas, ne latius reliqua depasceretur incendium. Videre est hic & monumenta, quę multo ornatu, impositо tecto stabant, iam sublato culmine in lucẽ derecta multoq; dedecore in patulo prostãtia. Opes uerò q̃ intus erant recõditæ, quis enarrabit? uestes uidelicet deauratas, uasaq; argentea, & locum illum, quo non B facilè herus ipse cũ cõiuge sua ingrediebatur, ubi multorum erat uestimentorum, aromatum lapidumq; preciosorũ repositorium. Hic omnia in unam pyrã cõflantur, & balnearij, & stercorarii, & serui fugitiui, & quoquot intus sunt. Omnia in his ædibus iã nihil aliud sunt, quàm aqua infusa, ignis, lutũ & fimus, cinis & semiusta ligna. Sed quamobrẽ hanc imaginẽ adeò fusè extendi? Nolo simpliciter domus alicuius incendiũ describere. Quæ enim mihi esset illius cura? *Incendiũ ecclesiæ.* Sed ecclesię mala oculis uestris, quantũ licuerit, subiicere uolo. Non enim aliter illa, reuera quàm uelut incendium aut fulmen quoddam cœlitus delapsum ita in ipsum ecclesię culmen deuenerunt. & tamẽ ne minem excitant, sed paternis ædibus incẽsis, profundo quodã & insensibili pressi somno altum dormimus omnes. Quẽ enim hic ignis, quaęque columnas *Ecclesia quid sit.* in ecclesia stantes non corripuit? Nam nihil aliud est ecclesia, quàm ex nostris animabus constructa domus. Nõ est autẽ ipsa domus eiusdem honoris in oĩbus, sed lapidũ ex quibus est perfecta, quidã quidẽ splendidi sunt & illustres, quidã uerò minoris gloriæ C & obscuriores. Est aũt hic melius multò uidere, quã multi sint qui auri locum ac dignitatem obtinentes, tectum exornent, quomodo alij eum repræsentent ornatum, qui est à monumentis. Videre est etiã hic, multos columnarum instar stare. Nouit enim ecclesia & hoies uocare columnas, nõ uirtute ac robore duntaxat, sed & uenustate quadam, quã ex deauratis capitibus habent, plurimũ ornatus exhibẽtes. Videre est hic & multitudinem, ut plerunque est interstitium & capax septorum ac ambituum latitudo. Plurima. n. illa ecclesiæ multitudo in ordine est eorũ lapidum è quibus parietes construuntur: immo ad illustriorem aliquantò imaginẽ transeundum est. Ipsa ecclesia non ex his lapidibus ædificata est, sed ex auro, & argento, lapidibusq; preciosis, & plurimum ubiq; aurũ in illa disparsum conspicitur. Sed ò rem amaris lachrymis dignã. Nam oia ista incendit uanę *Vide quid hic queratur Chrysostomo suo tẽpore in ecclesia* gloriæ tyrannis, flamma illa nihil non uorans, & nemo est q malo isto superior factus sit, sed stetimus flammã quidẽ ipsam admirantes, malum uerò non dum extinguere ualentes. Et si extinxerimus aliquã do modico & exiguo tempore, mox tamẽ duobus aut tribus elapsis diebus, uelut cũ ex cinere quodam rediuiua scintilla omnia subuertit, & nõ minus quã D antea fecerat, demolitur: ita & hic contingit. Ad eũ enim modum cum incendiis euenire solet. In causa uerò est, quòd columnarum, quæ in ecclesia sunt, sustentacula destituerunt nos, qui ipsum culmen recipimus, & qui omne ædificium cõtinemus, igne nos primũ circũplexa sunt. Propterea & in reliquos parietes facilè peruenit incendiũ. Nã & in ædificiis quidem quando ligna corripuerit ignis, eò fortius aduersum lapides armatur: quando uerò columnas demolitas ad terrã proiecerit, nihil iam amplius opus est flamma, quò reliqua deuastet. Cadentibus enim sustentaculis, quorũ est superiora suffulcire, spontè iam & magna promptitudine sequũtur & ipsa supre ma. Ita sanè & nunc in ecclesia factũ est. Omnia corripuit ignis. Honores ab hominibus q̃rimus, & gloriæ desiderio accẽdimur, nec audimus dicente Iob: *Iob. 9. d.* Et si uoluntariè peccans, multitudinẽ & cõfusionẽ ueritus sum. Vides animũ generosa uirtute prædituꝫ? Non erubui, inquit, coram uniuersa multitudine, q̃ *Esa. 43 d* inuitus deliquerã, fateri. Si uerò ille nõ erubuit, mul E tò magis nos istud facere oportebat. Dic. n. tu iniquitates tuas, inquit, prior, ut iustificeris. Multa facta est & magna mali huius uehementia. Omnia subuersa sunt ac uastata. Honoris serui factꝰ sumꝰ relicto deo. Subditos iam nõ amplius increpare possumus, eadẽ & ipse febre detenti. Opus autẽ curatione habemus & ipsi, qui ad hoc ordinati sumus à deo, ut alios curemus? Quæ relinqtur ergo deinceps salutis spes medicis ipsis aliorũ opera & cura opus habẽtibus? Ista nec obiter dico, nec frustra deploro: sed ut pater omnes, cum mulieribus ac liberis cinere sparsi sæcòque circumamicti deũ intenso precemur ieiunio, ut porrecta nobis manu malũ istud extinguat. Re uera quippe manu illius magna illa & admirãda opus habemus. Maiora certè à nobis quã à Niniuitis fieri oportet. Adhuc tres dies, inquit, & Niniue subuertetur, Horrẽda pdicatio, & magnis planè referta minis. Quõ. n. tremendum non fuisset, ciuitatem ipsam post tres dies unum oĩbus fore sepulchrum, uniuersosq; pariter uno supplicii cõspectu & genere perdẽdos expectare: Si enim molestũ adeò malũ est, quan *Ionæ. 3. b.* do eodẽ temporis articulo in unis ædibus duo pari- F ter intereunt pueri, & si hoc potissimũ omnium intolerabile uisum est beato Iob, quòd tectũ domus *Iob. 1. d.* super oẽs illius liberos ceciderat, atq; ita simul obrutos enecauerat: quid putas fuisset non unam uidere domũ, nec duos duntaxat pueros, sed gentẽ duodecim myriadũ tectorũ culminibus pariter obrutã? Scitis iam mali quantitatẽ? Nã & nobis paulò antè eædem minæ factæ sunt, non quidẽ prophetæ cuiuspiam uoce: neque enim qui talẽ audiamus digni sumus: uerũ comminationibus desuper quauis tuba significantius intonantibus. Sed illud, Adhuc tres dies & Niniue subuertetur, horrendæ re uera sunt minæ. Sunt quidẽ, uerũ hic nihil tale est. Non enim tres dies nunc, neq; Niniue subuertetur: sed multi iã dies sunt, ex quo totius orbis ecclesia & eueꝛsa est, & humi prostrata iacet. Vniuersis pariter hoc malo comprehensis, tãtò uerò primoribus ac pñsidentibus ma- *Ut maiora quàm à Niniuitis facta sint, à nobis fiant.* gis, quantò maior eorũ est necessitas. Nihil est ergo quur miremini qd hortatus sum, ut Niniuitarũ clade maiorẽ eam quæ ecclesiæ est, faciatis. Propterea uerò non solũ ieiunium nunc prædico, sed & pharmacũ ipsum demonstro, quod ciuitatẽ illam iamiã

G cadentem restituit. Quòdnam illud est? Vidit dominus, inquit, quòd unusquisq; à uiis suis malis abstinuit, unde & dominū mali eius pœnituit, qđ facturū se ipsis prædixerat. Istud faciamus & nos & uos. Abstineamus ab amore pecuniarū uanæq; gloriæ, obsecrētes deū manū ut porrigat, lapsaq; membra restituat. Neq; enim idem nobis timēdum est quod Niniuitis. Tum enim cassura quidē erant & ligna & lapides, corporaque adobruta necatura. Nunc uerò nihil horū, sed animæ tradendæ sunt gehennæ igni. Obsecremus dominū, priorāq; confessi, gratiam illi pro futuris spondeamus. Precemur itē, ut graui ista fœuissimaq; bestia liberati, gratiam mereamur repēdere benigno deo ac patri, cū quo gloria, potestas, & honor sit filio, pariter ac spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia. XI.

Num corpus & unus spiritus, quemadmodū & uocati estis in una spe uocationis uestræ, unus dominus, una fides, unū baptisma, unus deus & pater omniū, qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus. Vestrū autē unicuiq; data est gratia secundū mensurā donationis Christi. Charitatē à nobis requirit Paulus, non uulgarē: sed quę nos ita coniungat, indiuulsq; mutuò conglutinet: deniq; eam unitatē itaq; exactā præstet, qualis est membri ad membrum. Ipsa enim est, quæ magna bona perficit. Propterea cùm dicit: Vnum corpus, per istud quo debeamus aliorū malis compati, & rursus aliorū bonis non deiici, sed magis congaudere, & simul omnia ostēdit. Rectè quoque subiunxit, & unus spiritus: ostēdens quo ex uno corpore unus sit spiritus, aut quomodo fieri possit, ut unum quidem sit corpus, spiritus uerò nō unus, utpote si quis & hæreticorū fuerit amicus, aut quòd ab illo dissentiendi malo fortè nonnihil eis timeat, atque ue'ut ad hunc modum dicat, quum unum ac ceperitis spiritum, ex unóque fonte potati sitis, animo non debetis esse duplici, aut spiritum hìc uoluntatem dicit. Deinde, quemadmodum uocati estis, in quit, in una spe uocationis uestræ: Deus, inquit, ad eadem uos uocauit. Nihil amplius cuiquam dedit præ aliis. Omnibus immortalitatem, omnibus uitam æternam, omnibus gloriā immortalem, omnibus fraternam cognationem, omnibus hæreditatē largitus est. Commune omnium caput factus est, omnes pariter & excitauit & secum sedere fecit. Qui ergo tantam in spiritualibus bonis honoris æqualitatem habetis, unde, q̄so, superbitis? Hic ideo quòd diues, iste ob id quòd potens est? Et quomodo non ridiculum est istud? Dic enim: Quòd si rex quispiam aliquando susceptos decem quosdam homines, oēs & purpura induisset, & in thronum regalem constituisset, uniuersisq; eundem pariter honorem tribuisset: an aliquis illorū aduersum reliquos, uelut ditior aut illustrior ausus fuisset insolescere? Nequaquam. Et nondum omnia dixi. Nō enim tantū est in cœlis differentiæ, quantū hìc fortè distincti sumus. Vnus dominus, una fides, unū baptisma. Ecce spem fidei. Vnus deus & pater omniū, qui est super oia, & per oia, & in omnibus idem. Non enim super te quidem maior, super illum uerò minor inuocatus est. Neque tu fide, ille operibus saluatus est. Nec tibi quidē per baptismū dimissa peccata sunt, illi uerò nihil. Vnus deus & pater oium, q est super omnia, & per oia, & in omnibus uobis. Super omnia, hoc est, dominus, & omniū supremus. per oia prouidens uidelicet & gubernans. Et in omnibus uobis, id est, inhabitans. Etiā filio istud adscribitur: Itaque si diminutionis esset, de parte utiq; dictū nō fuisset. Quid igitur? Vnde sunt, inquiunt, differētia illa dona? Istud. n. perpetuò ipsos, Corinthios etiā, partim ad insolētiam, partim ad tristitiam & inuidentiam abduxit. Propterea ubique corporis exemplū usurpat, atq; ideo illud & hoc loco ponit, quòd differentium donorū mentionem facturus esset. Exactius quidem illud in epistola quę ad Corinthios est, exequitur. Nam & apud illos hoc morbi genus potissimū tyrannidē obtinuerat. Nūc autē hoc loco breuibus hoc exemplū subindicat dū taxat. Et uide quid dicat. Non dicit, iuxta cuiusq; fidem, ne in mœstitiam eos coniiciat, qui magna nondum assequuti erant. Sed quid? Secundum mensurā, inquit, donationis Christi. Quæ apud quosuis, inqt, capitalia sunt & potiora, illa omnibus pariter sunt cōmunia: utpote baptismus, per fidem saluari, patrē habere deū, eiusdem spiritus quosuis esse participes. Quòd si uerò quispiam plus aliquanto diuini charismatis habet, ne doleas: quandoquidem illi plus etiā laboris incumbit, & qui quinque talenta accepit, quę talentorum quoque rationem exactus est: qui uerò duo, duo duntaxat, ex illis acquisita obtulit, & nihil ab illo minus habuit. Propterea ab ea ipsa ratione auditorē hìc consolatur. Ad instaurationem sanctorū, inquit, *in opus ministerii*, ad ædificationem corporis Christi. Huius gratia & ipse dixit, Vę mihi si non euāgelizauero, quemadmodum. s. Apostolatus donum acceperat. Sed ideo illi, uæ quoniam illud in mandatis diuinitus acceperat. Tu uerò liberatus es periculo. Secundū mensuram, inquit. Quid est, secūdum mensuram? hoc est, non secundum nostram dignitatem. Alioqui neq; accepisset quisquā quę accepit, sed uniuersi ex gratia & dono accepimus. Quam obrem hic plus, ille minus accepit? Nihil hoc refert, inquit, sed promiscua res est. Ad ædificationem. n. quisque accepit. Et propterea declarat, quòd non ex propria dignitate hic quidē amplius, iste uerò minus acceperit: sed quòd omnia partitus sit per alios, tanquam per seipsum. Quemadmodum & alibi dicit: Membra uerò posuit unumquodque ipsorū, sicut ipse uoluit. Et rationem huius non addit, ne mētes audientium deiiciat. *Propterea dicit, ascendens in altum captiuam duxit captiuitatē, & dona dedit hominibus.* Hoc est. Quid insolescis? Totum dei est. Propheta quidē in psalmo dicit: Dona accepisti in hominibus: ipse uerò, dona, inqt, dedit hominibus. Sed idē est utrunq;. *Illud autem ascendit, quid est, nisi quòd & prius in inferiores terræ partes descenderat? Qui descenderat idem ille est, qui & ascendit supra omnes cœlos, ut impleret omnia.* Ista cū audis, nō est quòd transitū cogites. Quod. n. in epistola q̄ ad Philipp. est astruit, illud & hic agit. Quemadmodū illic de animi modestia & humilitate admonens Christū inducit: ita & hoc loco, ex eo quòd in inferiores partes terræ descendit. Nisi enim hoc esset, inanis esset sermo ille quem illic dicit, nempe, quòd obediens factus sit usq; ad mortē. Ex ascensione uerò, descensum illius subostendit. Inferiores terræ partes, mortē dicit: idq; ex hominum suspicione & opinione, quemadmodū & Iacob dixit: Deducetis senectutē meā cū dolore ad inferos. Et rursus in psalmo: Similis ero descendētibus in lacū, hoc est, morientibus. Quamobrē hūc locum hìc tractandū

Cic. lib. 2 de nat. deorum, Deum uocat pertinentem per naturam cuiusque rei.

Philip. 2. b.

Hic inf. a

1. Cor. 9. a

Phili. 2. b

Ge. 44. g

Ps. 142. b

A assumit? Et quam captiuitatē dicit? Captiuitatem. s. diaboli. Captiuum apprehendit tyrannum diabolū, & mortem, & maledictū, & peccatum. Vides spolia & prædam? Illud aūt ascendit, quid est, nisi quòd & descēderat? Istud Paulo Samosateo repugnat. Qui descēderat idem ille est, qui & ascendit super cœlos, ut impleret oia. In inferiores, inquit, terrę partes post quas nō sunt aliæ, descēderat. Et ascēdit sup oēs cœlos, ultra quos quoq; nihil est aliud, hoc uidelicet est potētię & dominationis ipsius. Nam & ab antiquo adimpleuit oia. *Et idem dedit, alios quidem Apostolos, alios uerò prophetas, alios aūt euangelistas, alios uerò pastores ac doctores ad instaurationem sanctorum in opus ministerij, ad ædificationem corporis Christi.* Quod alibi dicit, Propterea & exaltauit illum deus, illud & hìc dicit. Qui descēderat, idem ipse est qui & ascēdit. Nihil illi nocumenti attulit in inferiores partes terræ descē disse, neq; impediuit ab eo, ut cœlis fieret sublimior. Itaq; quantò seipsum quis humiliauerit, tātò magis exaltabitur. Quemadmodum. n. in aqua sit, q̄ tantò altius ascendit, quantò illam quisquam ad ima dexerit: & quantum quis ex interuallo iaculatus fuerit,

B tāto potitur: ita habet & animi humilitas. Verū quādo deo tribuuntur ascensiones, necessarium est primum descensum illius considerare: quando autē homo ascendisse commemoratur, non item. Deinde & prouidentiam ipsius & sapientiam ostendit. Ad hęc, qui tanta fecit, tantaq; potuit, quiq; ad inferiores terræ partes nostri gratia descendere non detrectauit, non simpliciter charismatum distributiones dispensauit. Alibi uerò spiritum sanctum charismatum dispensatorem facit, cùm dicit: In quo posuit nos spiritus sanctus epos ad pascēdum ecclesiam dei. Hic ista filio tribuit. Alio uerò loco deo, cū dicit: Dedit aūt & ipse deus ecclesiæ, alios quidem Apostolos, alios aūt prophetas. Ad Corinth. uerò dicit, Ego plantaui, Apollo rigauit, deus autem incrementum dedit. Et iterum: Qui plantat uerò & qui rigat, unum sunt. Quisq; autem propriam mercedem, iuxta proprium suum laborem accipiet: ita & hìc. Quid enim si minus attuleris? tantum. s. accipies. Primùm Apostolos. Illi enim habebant omnia. Secūdo loco prophetas. Erant enim, qui quidem quum Apostoli non essent, prophetæ tamen erant, quemadmodum Agabus ille. Tertio euangelistas, nō circumeuntes. s. sed euangelizantes, ut erant Priscilla & Acyla. Pastores ac doctores, quibus uidelicet uniuersus populus concreditus erat. Quid ergo? Minores erāt pastores ac doctores? Admodum. Erant enim circūeuntibus & euangelizantibus inferiores, qui habitando quieti, circa unum duntaxat locum occupabantur, ut Timoth. ac Titus. Verùm aliàs ex hoc loco subiectio & præla

C tura colligi nō potest, sed ex alia epistola. Ipse dedit, inquit, Nequid huic expositioni meę contra dicas, potest fieri, ut euangelistas eos hìc intelligat, qui euā gelium cōscripserunt. Ad instaurationem sanctorū, in opus ministerij, ad ædificationem corporis Christi. Vides dignitatem? Quisq; illorum ædificat, quisq; instaurat, quisq; ministrat. *Donec omnes perueniamus in unitatem fidei, et cognitionis filij dei, in uirum perfectum, in mensuram plenè ædultæ ætatis Christi.* Aetatem hìc, perfectam Christi cognitionem dicit. Quēadmodū enim qui in uirum euasit, firmus perstat, pueri uerò mente uagātur: ita & fidelibus usu uenit. In unitatē, inquit, fidei. Hoc est, donec unā nos oēs habere fidē declarauerimus. Istud. n. demū est unitas fidei, quan D do omnes unum fuerimus, quādo coniunctionem istam pariter oēs agnouerimus. Interea donec eò peruenerimus, operandum & laborādum erit, siquidē ad hoc donum istud tuum accepisti, ut alios ædifices. Vide ne dū inuides alteri, teipsum euertas. Honore te deus affecit, & ad hoc ordinauit, ut alios instaures. Nā ad hunc scopū datus erat Apostolus, ad hūc propheta & prophetabat, & persuadebat, & euā gelista euangelizabat: huc respiciebāt & pastor & doctor, oēs unū hoc opus curandum susceperant. Nō est. n. quòd discrimen mihi donorū obiicias, sed obseruandum qūo omnibus unū & idem opus iniunctū fuerit. Quando. n. omnes pariter crediderimus eādem adepti fidem, tum demum unitas erit. Quòd enim istud uirū perfectum uocet, manifestum est: quanquam alibi nos paruulos appellat, etiam qūi perfecti fuerimus, uerū alio respiciens. Illic. n. nos collatione futuræ cognitionis paruulos uocauit. Nam quum dixisset, Ex parte cognoscimus, subiunxit, & p ænigmata, & si qua huiusmodi sunt. Hic uerò aliò respexit, nempe, quòd facilis adhuc sit sententię lapsus & mutatio, id quod puerorū est. Quēadmodum & alibi dicit: Perfectorum solidus est cibus: Vides & illic qūo pfectos dicat? Vide enim, qūo perfectos hìc uocauerit, uel ex sequētib. *Vt non amplius*, inquit, *paruuli simus.* Vt mensuram, inquit, illam modicam quā accepimus, cum omni diligentia, fortitudine & constantia contineamus. Vt non amplius. Istud indicat eos olim hoc perpessos esse. Ponit autem & seipsum, atq; in numerum eorum qui correctione opus habent, redigit. Propterea dicit: Tot in hoc dati sunt fabri, ne cōquassetur istud ædificium, néue uacillet, ut compactiores sint lapides. Illorum enim est uacillare, circūagi ac cōcuti. *Vt non amplius simus paruuli, qui fluctuemus, & circunferamur quouis uento doctrinæ per uersutiam hominum, per astutiam qua nos adoriuntur, ut imponant nobis.* Et circūferamur, inquit, quouis uento. Diligēter hac metaphora usus est, ostēdens i quo periculo sint ancipites aiæ. Quouis uento, inquit, p uersutiam hoīum, per astutiam qua nos adoriuntur, ut imponant nobis, cyuertę dicūtur q talis utun tur. Tales sunt & panurgi, si quando simpliciores nacti fuerint. Illi quippe transponunt & transferūt oia. Vitam quoq; hic reprehendit. *Veritatem aūt sectantes* F *in charitate, crescamus in ipsum per omnia, qui est caput, nempe xps, ex quo totū corpus coaptatum & cōpactum per omnem commissurā submin istrationis, iuxta uniuscuiusq; membri admensuratum actum, incrementum corporis facit, in ædificationem sui ipsius in charitate.* Admodū ob scurè mentem suā exposuit, dum simul omnia dicere uoluit. Quod aūt dicit, hoc est: Quemadmodum spiritus ille sensibilis, q ex cerebro per neruos in corpus descendit, non simpliciter omnib. oia tradit: sed iuxta cuiusq; membri analogiam, plus illi, qđ plus, et minus ei, quod min⁹ capere potest. Istud enim radix est, & principale, nempe corpus conseruandum. Ira & Christus. Ipsius. n. prouidentia, charismarumq; submin istratio, uniuscuiusq; mēbri, aiarum uidelicet earū quæ uelut membra quædā illi adaptatæ sunt, iuxta mensuram, & analogiam incrementum facit. Quid est autem illud, per cōmissuram submin istrationis? Idem uidelicet, quod per sensum. Spiritus. n. ille mēbris ex capite submin istratus unumquodque membrum, quod quidē attigerit, ita uiuax & efficax

1. Co. 12. d
Ibid. 3. b.
Ibidem

1. Co. 13. d

E ὡρὸς τὸ ἐυμετακ τωτον *Heb. 5. d.*

ἐπεξῆλθε τῆ προπῆ.

G reddit,ac siquis dicat: Corpus, subministrationē iuxta membrorū suorū rationem & analogiā adeptū incrementum ita facit. Aut aliter: Membra corporis, si iuxta propriam suam mensurā, necessariam submi nistrationem nacta fuerint, ita crescūt. Vel adhuc ali ter: Spiritus ille, è superioribus abūdè infusus, cunctis que membris prehēsis, iuxta cuiusque captū submi nistratus, incrementū ita facit. Quamobrē uerò ad iecit, in charitate? Ideo scilicet, quòd spiritus aliās in membra descendere nequeat. Quemadmodum. n. si manus fuerit à corpore diuulsa, spiritus ex cere bro descendens, atq; i illam sese effundere quærens, si nō inuenerit in corpore, extra illud utique nec exi lit, nec perforato illo ad manum auulsam egreditur: sed quam in corpore positam non inuenit, non con tingit etiā: ita & hic, nisi charitate colligati fuerimus, spiritus subministrationem non capiemus. Hæc au tem illi omnia propter inculcandam animi mode stiam & humilitatem dicuntur. Quid enim, inquit, quòd alius quispiam plus accipit? Eundem spiritum accepit, ab eodem capite demissum, similiter inope H rantem, similiter pertinentem. Coaptatum & com pactum, hoc est, multa cura subministrationéque fluens. Non utcunque simpliciter, sed ualde cōmo dè & artificiosè disponi corpus oportet: ita ut si lo cum suum membrum aliquod egressum fuerit, iam amplius in corpore collocari nequeat. Itaque non satis est unitum esse corpori, sed oportet & propriū locū obtinere: utpote qui nec unitus esse queas, nec spiritū accipere, si loco cesseris. Non uides in osium transpositionibus, quæ casu uel incommodo quo piā contingunt, quādo legitimū transgressa locum, alū occupare cœperint, quo pacto totū corpus, lædāt, mortemq; sępenumero adferāt? Fit autē aliquā do, ut ineptū sit membrum ad hoc, ut alio deinceps loco potiatur. Nā multi sæpissimè prorsus excisо, si quod tale fuerit, uacuū reddiderunt locum. Mala. n. ubique est superfluitas. Et ipsa elementa, siquando legitimam transgressa mensuram nimium abūdare cœperint, oia perdunt. Hoc est itaq; quod dicit, coa ptatum & compactum. Perpende ergo quantū sit, si quodq; membrū suo loco consistens, in ea q̄ sibi nō conueniunt, non transgrediatur. Tu mēbra com I ponis, ille è supernis q̄ necessaria sunt, subministrat. Quemadmodum. n. in corpore organa sunt necessa riorum capacia: ita sunt & in spiritu, omni radice in supernis existente: utpote organū spiritus cor, & san guinis iecur, splen fellis, & alia aliorum. Omnia uerò ista, à cerebro causam habent. Ita & deus hominem honore admodū afficiens, nec uolens illū à se alienū relinquere, causam ipsam quidē per seipsum admini strans, cooperatoresq; sibi cōstituens, hunc quidem 1. Co. 12. c ad hoc, alium uerò ad aliud locauit: utpote Aposto lus mēbrum & uasculū est corporis reliqs præcipuū magis, ab ipso cūcta recipiēs, q̄ quasi per uenas & ar terias, sermonis uidelicet, æternā uitā in oēs percur rere facit. Prophetes futura prędicit, atq; eadē agit & Hic su. c ipse. Qui mēbra cōponit, idē & ipse uitā illis adminis strat. Ad instaurationē, inquit, sanctorū in opus mi nisterij. Charitas ædificat & restaurat. Istud autē, & mutuò conglutinari, & cōpingi, & complicari facit.

Itaq; si spiritu qui à capite est, potiri uoluerimus, Morale. mutuò cohæreamus. Sunt autē duæ corporis eccle siastici diuisiones. Vna quidē, quando refrigerata in nobis fuerit charitas. Altera uerò quādo in corpus il lud ausi fuerimus, q̄ nec expiari nec restitui queant. K ἀναξίως τοῦτο λεγν. Nā utrinque nos ipsos ipsa corporis plenitudine priuamus. Si uerò qui ad hoc instituti sumus, ut alios ædificemus, corpus istud primi scindimus: qd illi nō accidet? Nihil est autē quòd ecclesiam ita diuellere queat, atque ambitio illa dominandi. Nihil ita deū iritat, sicut ecclesiæ diuisio. Et si inumera bona ope rati fuerimus, nō minores tamen pœnas dabimus, quā qui corpus ipsius prosciderunt, si plenitudinem & integritatē ecclesiasticā discerpserimus. Illud enim lucro quidē factum est totius orbis, tametsi non eo animo, si reprobos illos respexeris. Istud uerò, nihil uspiā commodi habet, sed plurimū nocumenti. Ista mihi non ad ecclesiæ primores duntaxat dicuntur, sed & ad subditos. Vir quidā sanctus quidpiā dixit, quod audaciā sapere uidetur, attamen dixit. Quid est aūt istud? Peccatū uidelicet istud, ne martyrii qui dē sanguine deleri. Dic enim, quæso, quam ob causam martyrium subis? An non propter Christi glo riam? Quo itaque pacto, qui animā pro Christo ex- 1. Cor. 13. b ponis, ecclesiam oppugnas, pro qua animam suā tra didit Christus? Audi Paulum ipsum: Non sum, inqt, dignus, ut uocer Apostolus, quoniam ecclesiam dei persequutus sum, ac uastaui illā. Non est autē hoc damnū eo minus quod ab hostibus est, sed multò etiā maius. Illud. n. ecclesiam illustriorem quoq; facit, si istud uerò etiā apud inimicos & exteros dedeco re afficit, quādo & à propriis filiis impugnatur. Vide tur. n. ipsis magnū esse seductionis indiciū, quòd q in illa & nati sunt & alti, arcanaq; illius diligēter edo cti, subitò mutati hostiliter in illam afficiuntur. Ista contra eos mihi potissimum dicuntur, q̄ seipsos sine omni discrimine scindētibus ecclesiam committūt. Nam illis, si quidem contraria dogmata habuerint, cōmisceri non cōuenit. Si uerò idem cū ecclesia sen tiunt, multò magis fugiendi sunt. Quam ob rē? Quo niam uidelicet, ambitionis morbo laborant. Ignora tis qd illis acciderit q̄ Chore, Dathan & Abirō sequu ti sunt? Nū tres illi soli perierūt? An non & qui cum illis faciebant? Quid dicis? Eadem, inquis, fides est, Hic su. d orthodoxi sunt & ipsi. Qua erga ratione nobiscum non sunt? Vnus dominus, una fides, unū baptisma. Si quę illorū sunt rectè habēt, nostra utiq; malè habēt: M Si uerò nostra rectè, ergo illorū malè. Sicut paruuli, inquit, fluctuantes, ac quouis uento circūiactati. An satis effecutas, quęso te, quòd dicis & ipsos orthodo xos esse, quum tamen interea quæ communē & ecclesiasticam electionem concernunt, intereant & pdantur? Et quęnam fuerit utilitas ex eo, quòd illā ne gligitur? Non enim pro cōseruanda illa secus, quàm pro ipsa fide pugnari debet. Alioqui cuiuis licet pro ueterū more manus suas implere, sacerdotumq; ar ripere, accedant omnes, sitq; frustra ædificatū istud altare, frustra corpus ac plenitudo ecclesiæ, frustra il le sacerdotū numerus. Tollamus illa & cōculcem⁹. Absit, iquis. Atq; uos ista facitis, & dicitis: Absit, quū interea fiāt. Ego ista dico & testificor, nō meipsum, sed uestrā quærens salutem. Si uerò quispiam est, q̄ ista cōtemnenda nulliusq; discriminis esse putat, ipse utiq; uiderit. Si uerò ista cuipiā ex illis curæ nō sunt, nobis certè sunt. Ego plantaui, inquit, Apollo riga- 1. Co. 3. b uit: deus autem incrementum dedit. Quo pacto irri sionem istā, qua subsannamur à Gētibus, feremus? Si enim hæresum gratia nos culpant, de istis quid di cent? Si eadē sunt dogmata, eadēq; mysteria, quānā

A nam ratione in alterā ecclesiā alter insilit præsul? Videtis, inquiunt Gentes, q̄ omnia Christianorum uanæ gloriæ plena sint? Quo apud eos & ambitio regnet & fraus? Deme illis multitudinem, & nihil sunt. Morbum illorum amputa, nempe turbæ corruptionem: uultis dicam quid de hac urbe nostra loquantur? Quo nos facilitatis ac leuitatis arguant & traducant? Nemo est, inquiunt, qui apud illos, si quidē uoluerit, non inueniat quiduis sibi credentes, neq; d efi ciet illum unquam talium copia. O meritam irrisionem. Quātum habet res ista dedecoris? Sed & aliud quiddam est, quod irrisionē nobis & probrum pa rit. Quòd siqui nobis ad turpissimorum hoium con sortium & factionem quosdam intercipiunt, præci puum quendam adepturi uidentur, multus hic tre mor, multus undiq; timor, ne resiliat, inquam, ne cū illis stet (resiliet. n. millies qui talis fuerit) & cum illis sit. Non de illis loquor, qui peccatores sunt. Sed si quispiam fuerit qui sine peccati labe sit, & transferri abalienariq; uoluerit, transferatur. Doleo quippe ac plango, lamentorq; & in intimis uisceribus meis con cutior, non secus q̄ si proprio quodam mēbro meo B priuari contingat. Veruntamen non ita doleo, ut co gar huius metus gratia quippiam quod indecorum sit, admittere. Non dominamur fidei uestræ charisi mi, neque imperij aut dominij iure ista præcipimus. Sermonis doctrina nobis commendata est, nō prin cipatus, nec potestatis authoritas. Ordinem tenem⁹ consulentium & adhortantium. Qui consulit, senten tiam suam dicens, auditorem non cogit, sed in illius potestate faciēdorum optionem liberam relinquit: in hoc tantum culpabilis, si nō, quæ decent & opor tet, dixerit. Propterea & nos ista loquimur, ista dici mus, ne uobis i illo die dicere liceat: nemo nobis de hac re loquutus est, nemo quic q̄ præcepit, ignorauimus, neq; peccatum esse putauimus. Propterea dico & obtestor, ecclesiam scindere nō minus esse peccatum, q̄ in hæresim incidere. Respondeo, quęso: Quòd siquis regi cuidam subditus, nemini quidem prætea rea addictus fuerit, nec alij se regi cuipiā tradiderit: huius uerò ipsius prehensam purpuram, ab ipsa sibu la ad imum usq; totā sciderit, & in multas partes ru perit: an minus puniendus fuerit, q̄ qui ad alium de sciuerūt? Quid uerò si ad hæc & regem ipsum appre C henso gutture trucidauerit, corpusq; ipsius per singu la membra prosciderit? Quam hic putas pœnam dignam ac meritam luet? Si iam facinus quauis pœna maius perpetraret, qui in regem conseruum suū ista designaret: quánam gehenna dignus non erit, qui & Xpm occidit, & membratim conuellit? An illa, cuius minæ toties obiiciūtur? Ego sanè non puto, sed alia quadā longè sæuiore dicetis, quotquot hic adestis. Vt. n. plurimum mulierum istud est uitium, narrabitis hoc exemplum absentib. & terrebitis illas. Quòd si nos quidam mœrore conficere, quasiq; ultionem hoc pacto de nobis sumere putauerint, sciant illi fru stra se hoc facere. Si. n. in nos ultionem exercere uo lueris modum ac rationē tibi facilè tradā, quo sine tuo dāno ulciscare. Immo nō pōt fieri, ut sine dāno planè ulciscaris, uerūtamen cū minore nocumento poteris. Alapis me pcute, conspue, publicè prehenso plagas intēta. Horres ista audiēs? Si ubi iubeo, ut me pcutias, ita horres: quo dominum tuū proscindis, & nō horres: dominica mēbra discerpis, & nihil tremis? Paterna domus est ecclesia. Vnum corpus est & spiri tus unus. Sed me punitū cupis? De me ergo sumpta D ultione, gradum sistito. Quid pro me Xpm lædis? Im mo quid contra clauos acutos calcitras? Nequaq; igi tur bonum est ulcisci. Alium uerò cōtumelijs afficere, multò peius est q̄ iniuriā simpliciter inferre. Iniu riam à nobis accepisti? Quid illum lædis, qui nihil in iuriæ intulit? Istud certè extremæ dementiæ est. Qd dicturus sum, nec dissimulanter nec simpliciter dicā, sed ut sentio & corde afficior. Velim unumquenque eorum q uobiscum læso aduersum nos sunt animo, atq; eius gratia seipsos lædunt, alioq; à nobis discedunt, in ipsam faciē nobis intendere plagas, exutisq; uestibus nudos nos ad flagella & uerbera rapere, si ue iniuria nos, siue meritò culpent: atq; ita conceptā iram in nos effundere, magis quā quę nunc audent, audere. Istud si factū esset, nihil retulisset hoiem nihi li, cuiusq; nulla habēda est ratio, ista pati. Aliās uerò & deū utut iniuria cōtumeliisq; adfectus, pcat⁹ fuis sem, qui & peccata uobis remisisset: nō quòd tantū, pro mea dignitate fiduciæ habeā, sed quòd multam fiduciam obtineat læsus, siquando pro eo orauerit, à quo læsus fuerat. Si quis in hoiem, inqt, peccauerit, deprecabūtur pro eo. Si uerò nihil ego hac in re corā E deo potuissem, alios utiq; sanctos quæsiuissem, & ut istud exequerētur, orassem. Nūc uerò quē orabim⁹, deo ipso cōtumelijs per nos adfecto? Videre i depra uationem & absurditatem. Eorum. n. qui aduersus ecclesiam ista perficiunt, alij quidem nunquā aut p annum semel duntaxat prodeūt, idq; tum quoq; fru stra & utcunq; alij uero sæpius, sed & ipsi frustra, & ὡς ἔτυχεν simpliciter differentes, deq; nihili reb. contendentes: alij aūt, qui de industria seruentiores uidētur, illi ipsi ut res tulit. sunt, qui calamitatem istam operantur. Itaq; si horū gratia in hęc studia rapimini, melius erat & uos cum negligentib. censeri posse. Immo satius erat neq; illos negligentes, neq; uos tales esse. Nō de uobis, qui ade stis loquor, sed de his qui resiliunt. Adulteriū est hoc facinus. Si uerò ferri nequit, ut de illis ista audiantur, ergo neque de uobis. Alterum. n. è duobus iniquè F fieri oportet. Igitur si de nobis ista suspicamini, para ti sumus prælaturam hanc relinquere ⸢quandocun- ⸣cuicunq; que⸣ uolueritis, modò una sit ecclesia. Si uerò nos le gitimè creati sumus, persuadebitis illis qui illegitimè sedem hanc cōscenderunt, ut munus istud deponāt. κατα θέσθαι Ista dixi, non uelut imperans, sed ut uos custodiam & muniam. Quandoquidem quisq; uestrū ætatē ha bet, rationemq; gestorū suorū dabit, admoneo, ne pondere uniuersо in nos proiecto, innoxios futuros uos putetis, frustraq; uos ipsos seducentes ecclesiam scindatis. Nā rationē quidē pro animab. uestris dabi mus, sed si quod nostri est officij non fuerimus exe quuti, si nō hortati fuerimus, si nō admonuerimus, si uos non fuerimus obtestati: si uerò nihil horū in termisero, dabitis & mihi ut dicā: Mūd⁹ ego sū à san guine oium, & quòd animā meā liberaturus sit de⁹. Dicite, si quidem uolueritis, iustā aliquā causam, ob quam discedatis, respondebo, sed non dicetis. Obse cro ut & uos generosè instetis, eos q abalienati sunt, reducere, ut unanimes gratiarum actionem destine mus deo, cui sit gloria in secula. Amen.

Homilia XII.

Oc itaq; dico, et testor in domino, ne posthac am-
h buletis quemadmodum & reliquæ Gentes ambu
lant, in uanitate mētis suæ obtenebratam mentē
habentes. Doctorē oportet non solùm cōsulendo do

G cendóque discipulorum mentes instruere ac corrige re, sed & terrendo, deóque tradendo. Quādoquidē quæ ab hominibus tanquam conseruis dicūtur, animos auditorū satis mordere pcelleréque nequeunt, necessariū est, q̄ reliqua sunt domino tradere. Hoc igitur & Paulus facit. De animi siquidem modestia unitatéque loquutus, & quō non debeat alter aduersus alterum insurgere, audi quid dicat: Hoc itaq; dico, & obtestor, inquit, in domino, ne posthac ambuletis quemadmodum & reliquæ Gētes ambulāt. Non dicit, ne posthac ambuletis, quemadmodum iam ambulatis: grauior quippe fuisset hic sermo: sed idem quidem insinuans, ab aliis uerò exemplum induxit. Et ad Thessalonicenses scribens hoc ipsum facit, quum dicit: Non in passione concupiscentię quē admodum & reliquæ Gentes. Cùm illorum, inquit, dogmatis uobis non conuenit, sed totum dei est. Ego uerò uitam ipsam à uobis, & conuersationem qua uita exprimatur, requiro, Hoc uestrum est. Testem autem cito dominum eorum quæ à me dicta sunt, quòd nihil uobis subtraxerim, sed ostenderim quemadmodum ambulare oporteat. In uanitate, H inquit, mentis suæ. Quid est, mentis uanitas? Circa ea quæ uana sunt occupatum esse. Quæ sunt autem uana illa? Omnia scilicet præsentia, de quibus ecclesiastes dicit? Vanitas uanitatum, & omnia uanitas. *Eccl. 1.a. & 12.c.* Sed dicet quispiam. Si uana sunt omnia, ipsáque uanitas, cuius gratia facta sunt? Si opera dei sunt, qūo uana sunt? Multa de his dici possent. Sed audi dilectissime. Non dixit opera dei uana esse. Absit. Cœlū non est uanum, neque uana est terra. Absit hoc. Neque Sol uanus est, nec luna, nec astra reliqua, quin neque ipsum corpus nostrum. Omnia siquidem illa ualde bona sunt. Sed quid uanum est? Audiamus ipsum ecclesiasten: Plantaui mihi uineas, inquit, con- *Eccl.2.a.* stitui mihi cantores & cantatrices, feci mihi piscinas, delicias aquarum, fuerunt mihi greges & armenta. Coaceruaui aurum & argentum, & uidi omnia uanitatem esse: immo uanitatem uanitatum. Vniuersa scilicet, uanitatem esse. Audi & Prophetam dicentē: *Psal.36.b* Coaceruat, ignorans cui congreget ea. Ad hūc modum uanitas uanitatum sunt domus splendidæ, plurimum & copiosum aurum, mancipiorum cateruæ per forum insequētes, fastus, & uanæ gloriæ studiū, I mentis superbia & elatio. Hęc. n. omnia uana sunt. A deo enim facta nō sunt, sed nostri sunt opificij. Quā ob rem autem uana sunt? Quoniam bonum finem non habent. Pecuniæ uanæ sunt, quando deliciis cō sumuntur. Vanæ uero non sunt, quando in pauperes sparguntur. Quod si ad delicias illas expendis, ui deamus quis illarū sit finis. Quis? Corporis pinguedo, eructationes, crebri flatus, multum stercoris ac sordium, capitis grauamen, carnis mollities, febris, & dissolutio: ut siquis in doliū perforatum liquorē ἐπαγγ- infunderet, inanem planè operam sumeret: ita & q λᾶν. deliciis deditus est, in pertusum dolium suas delicias infundit. Vanum enim dicitur, quod precium & honorem allaturum quidem expectatum est, sed nihil attulit. Id quod & inane dicunt, & inanes spes, & frustraneum, & stultum, hoc uanum dicitur, nullius uidelicet usus. Videamus igitur, nū talia sint humana κατὰ α- illa: Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. πλῶς *1. Cor. 15. d.* Quis ergo finis horū, dic, quæso? Induamur & amiciamur. Et quid postea? Nihil. Talia Græcorū quidā philosophati sunt, sed frustra. Durā uitæ cōuersationem ostenderunt, sed temerè præter rationē, nō ad K commodum finem respicientes: sed ad uanā gloriā, & qui à multis esset, honorem. Quid est autē à multis in precio atque honore haberi? Nihil. Si enim intercunt qui honorē impēdunt, multo magis honor ipse. Qui honorem exhibet alteri, sibiipsi primū exhibere debet. Si uerò illum sibiipsi non impendit, quo pacto exhibebit alteri? Iam uero honores etiā ab ignominiosis, tenuibus, contemptibilibúsque uiris, quos ignominiosos & probrosos esse scimus, uenamur. Qualis est ergo honor ipse? Vides quod uanitas uanitatū sint oīa? Propterea dixit: in uanitate mentis suæ. Religio uero ipsorū, nunquid & ipsa talis est, ligna, uidelicet, & lapides? Solem nobis pro lychno lucere fecit. Quis lychnum suum adorat? Lucē exhibet ipse Sol. Sed quando nobis ille lucē administrare non potest, tū lychnus potest. Quid ergo lychnum adoras? Etiam, inquis, ignem adoro. O rē ridi- *Cōtra eos qui ignē pro deo colebāt* culam. Quanta est ista contumelia? Rursus uerò & alia subiūgitur. Quare extinguis, q̄d adoras? Quare perdis & occīdis deum tuum? Quare non permittis, ut domus illo adimpleatur? Immo si deus est ignis, pascatur ex corpore tuo, non ex suffecto illo ollæ, le L betisq; liquore. Introduc eū in promptuaria thesaurorum tuorum, in serica illa uestimēta tua. Tu uerò illum non solum non introducis, sed & si fortè cuiuspiam temeritate subingressus fuerit, undiq; expellis, omnia claudis, & non secus quàm si bestia quæpiā demoliendi gratia ingressa esset, luges ac gemis, atq; illud calamitatem uocas excellentem, nempe quòd deus tuus illò accesit. Ego uerò deum habeo talē, ut nihil omittam, quo in ipso pectore meo illū includam, tum me beatissimum ratus, non quando domū meā tuetur & inuisit, sed quando ipsum in cor meum traxero. Trahe & tu ignē in cor tuū. Ridicula sunt ista, & ipsissima uanitas. Bonus est ignis, ad usū non ad adorandū, ad hoc ut mihi ministret, famuletur ac seruiat, non ut dominetur. Propter me factus est ille, non ego ipsius gratia. Si oīno ignem adoras, qua ratione tu quidē lecto quiescis, coquum uerò, deo tuo adstare seruireq; facis ac iubes? Quin ipse & coquus, si uoles, & pistor, & faber ærarius fias. Nihil enim his artibus honestius, eo q̄d illas deus tuus tuetur & moderatur. Quare ignominiosam hanc artē esse putas, in qua multus est deus tuus? Quid seruis M imperas, quod ipse dedignaris? Bonus est ignis, & bonum est illius opificiū, sed deus non est. Opus. n. dei, non deus uocatus est. Nō uides ipsius immodestiā, τὸ ἄπλη- quō nec finem nec modum, si quando ædes quaspiam corripuerit, sciat: sed quicquid obtinuerit, demoliatur, & nisi per fabrorum aliorumq; operam extinguatur, ipsius insania nec amicos cognoscat nec inimicos, sed pariter oībus abutatur? Hic ergo deus est? An non erubescitis? Reuera bene dixit, in uanitate mentis suæ. Sed Sol, inquis, deus est. Istud ēt dic, *De Sole.* quęso, unde, & quam ob rem? Quòd multū luminis emittit. Sed nō uides ipsum à nebulis uinci, & necessitate coactū naturæ seruire, & deficere subinde, atq; à Luna, nubilóque abscōdi? Atqui nebula Sole inferior est, & tamen illam sæpenumero uincit. Et hoc ὁ θεός ipsum uerò diuinæ sapientiæ opus est. Oportet etiā παραβ- nullius egere deum, sed omnem in seipso sufficientiā λάλλει habere. Sol autem multorum indigus est. Istud uerò γὰρ ὁ non est dei. Nam. aere opus habet, ut luceat, illoq; te φείλει nui ac subtili, ita ut si densus fuerit aer, non pmittat

A illū radiis suis quouis ptinere. Opus habet & aquis, & aliunde prohiberi, ne quæuis comburat. Nisi. n. & fontes & stagna, fluuiiq; & maria, & quicquid uspiā est humidum per uaporum exhalationem cōspirassent & obstitissent, nihil cohibuisset quò minus oīa incendisset. Vides igitur, inquis, quòd deus sit? O insaniam, ô rem ridiculam. Quoniam nocere potest, inquis, deus est. Atqui hoc ipso nō est deus, q̄d ubi quid dē nocet, nullius eget: ubi uerò prodest, multis aliis opus habet. A deo autē procul est noxium esse, prodesse uerò illius est proprium. Quum ergo hic cōtrarium sit, qūo deus est Sol? Non uides quòd uenenata pharmaca quando suapte natura nocent, nullius egeant: quando uerò prodesse debent, multis opus habeant? Propter te ergo talis est tam bonus q̄ imbecillus. Bonus quidem, ut dominum per illum agnoscas. Imbecillus uerò, ne dominum ipsum esse dicas. Sed fouet, inqs, & plantas & semina. Quid ergo? Nū hoc pacto & finus deus erit? Nā & ille nutrit. Quur non eadem ratione & falx & agricolæ manus? Ostē de mihi ubi Sol solus foueat & nutriat, nullius egēs, neq; telluris, neq; aquę, nec agriculturę. Sed proiecta B semina radiis illius temerè permittito, spicásque no bis hinc natas ostendito. Si uerò non solùm ipsius, sed & imbriū est seminis fomentum: qua ratione nō & aqua deus est? Sed de isto nondū. Quam ob rē nō & terra deus? Quare non & finus & ligo? An igitur oīa, dic, quæso, adorabimus? O nugas: imo & spica, & plantæ, & reliqua oīa, magis sine Sole, quàm sine terra & aqua nascuntur. Terra siquidē non existente, nihil horum unquam uidebitur. Si uerò quisquā in figulinum quoddam uasculum, id quod pueri faciūt & mulieres, terram imponens, sub tectum illam multo fimo repleto uasculo collocauerit: imbecillas quidē plantas producet, attamen producet. Itaq; maior est à tollere ac fimo utilitas, atq; ideo magis ista quā Solē adorare oporteret, Cœlo opus habet, aere indiget, & ne noceat, aquarū istarū eget, quasi quorundā frenorū, quibus ista potentiæ ipsius ferocitas cohibeatur, ne in oīa radios suos uelut ferocē quendā equū, immittere sinatur. Dic, quæso, ubi nobis nocturno tēpore Sol est? Quò peregrè abiit deus iste? Non. n. dei est, ita circunscribi ac terminari. Nam istud reuera corporū duntaxat est, Sed & potentia quædam, inquis, in ipso est, ac motus. Ista igitur potentia, dic, quæso, deus est? Quamobrē ergo & ipsa indiga est, & ignē non cohibet? Recurrit. n. mihi idē sermo. Quid est autem ista potentia? Illuminatiua quædam uis est, aut per hūc lucet, nullius ipsa ex his oībus particeps. Ipsa igitur Sol maior est. Sed quousque immoramur huic Labyrintho? Quid uerò aqua? Nunquid & ipsa deus est, inquis? Rursus & hoc ridiculosam contentionem habet. Nū deus est, inquis, qua ad res tātas utimur? Iterum & de terra similiter insaniunt. Reuera in uanitate mentis suæ, obtenebratam mentē habentes. Sed de uita nunc ista dicit. Fornicantur & adulterantur Græci. Meritò. Qui. n. sibiipsis tales deos fingūt, merito faciūt quicquid libuerit. Etsi humanos conspectus facta sua celare poterunt, nemo est qui illos à facinore cohibeat. Quid. n. apud istos posset resurrectionis sermo, quibus ille fabula quædam esse uidetur? Sed poterunt fortè quæ de his qui in inferno sunt, dicuntur. Verùm & ista fabulæ. Et uide satanicam mentē. Quando illis de diis fornicatoribus sermo fit, non dicūt esse fabulas, sed

mox credunt. Quādo uero de supplicio instruūtur: D Poetæ sunt, inquiunt, oīa fabulantur, ut iucundioris uitæ statum omnino subuertant. Sed philosophi, inquis, prorsus graue quiddam adinueniunt, istisque melius. Qūo? Quòd fatum inducētes, omnia improuisa esse dicunt, nec cuiquam cuiusque curam esse, sed oīa ex atomis constare. Sed alij corpus esse deū dicunt. Verùm quis ille dic, quæso? An illi sapiunt, qui humanas animas caninas faciunt, hominibúsque persuadent, fuisse aliquando qui ex homine canis factus sit, uel leo, uel piscis? Quousque non cessatis à nugis hisce uestris, obtenebratam mentem habētes? Tanquam enim qui reuera in tenebris sunt, omnia & dicunt & faciunt, siue ad dogmata respicias, siue ad uitam. Nam qui obtenebratus est, nihil eorū quę in tenebris sunt, uidet, sed sæpenumero fit, ut quum funiculum uideat, serpentem suopte uitio cernere sē putet: & si à maceria quadam uel sepis obiectu detētus fuerit ab homine se uel dæmone quopiā detineri credat. Et talia quædam multo cum timore, magnáque mentis perturbatione metuunt. Timebunt, *Psal.13.c.* inquit, timore, ubi non erat timor. Quæ uerò meritò timenda essent, illa non timent: sed quemadmo- E dū pueri, qui dū à nutricibus baiulantur, in ignē quidem ac lucernam ardentem temerè & cum audacia manus immittūt, uirum uerò qui sacco indutus sit, exhorrent: ita & Græci isti, tanquam uerè perpetuò pueri, ut & quidam de ipsis dixit, Græci semper pueri sunt: quæ quidem peccata nō sunt, metuunt: ut sunt sordes corporis, affinitatis, & coniugij, superstitiosa cura, dierumq; obseruatio, & qcquid eiusmodi est: q̄ uerò reuera peccata sunt, ut in pueros lasciu amor, adulterium & fornicatio, horum neque rationem ullam habent. Sed uideas ex eis qui à mortui quidē contactu se lauet, ab operibus uerò mortuis nequaquam: & qui pecuniarum gratia multum impendat diligentię, reliqua uerò omnia uno se gallo persoluisse putet. Ita uidelicet obtenebrata sunt mente. Animas habent plurimis terroribus refertas, utpote posset mihi domum egresso primus obuiam fieri talis quispiam, ut innumera prorsus mihi mala subeundum sit. Iam si famulus seelestus dum calceamenta porrigit, sinistrum primum exhibuerit, calamitates sunt graues & ignominiosæ. Ego ipse domum egrediens, si sinistrū pedē primò promouero, est & istud F calamitatum indicium. Et ista quidē mala circa domum sunt, domū uerò egresso si dexter oculus sursum uersus subsilierit, lachrymas istud protendet. Et mulieres quoque, si quādo ad histopodem textoriū illidentes calami strepitum dederint, quando fila pectine discutiūt, signū hoc faciūt. Rursus quādo subtegmen pectine decutiunt, idq; solito uehemētius faciūt, siqdē exin superiores calami ab intēto uerbere ad histopodem illidentes strepitum ediderint, istud quoq; signū habēt: & præterea mille alia irrisione digna. Et si rudat asinus, cantétue gallus, itē si quisquā sternutet, aut quicquid tale sit: nō secus, quā si innumeris uinculis obstricti essent, & ut dixi, quasi tenebris detēti, nihil nō suspicantur ac metuunt, qbusuis mācipiis seruiliores facti. Itaq; ne & nos tales simus, sed his oībus derisis ac spretis, ut q in luce uiuimus, atq; in cœlo conuersamur, cumq; hac terra nihil cōmune habemus: unum duntaxat timēdum esse arbitremur, nempe peccatum atq; offensionē dei. Peccatum uerò si non fuerit, omnia reliqua simul cū dia-

G bolo horũ introductore, ſubſannemus: Pro his gratias agamus deo, caueamuſq; diligenter nequando nos ipſi miſera iſta ſeruitute capiamur, & ſi quiſquã amicorũ noſtrorũ illa captus fuerit, ruptis uinculis exgrauiſſimo iſto & ridiculo carcere illũ eximam⁹, liberumq; & expeditũ ad curſum cœleſtẽ faciamus, remigiumq; illud alarum hactenus grauatũ reſtituamus, & quantũ ad uitam attinet & ſanam doctrinã, philoſophari doceamus. Gratias repẽdamus deo de oĩbus. Oremus ipſum, ne perceptis ſuis donis indignos nos deprehẽdi ſinat, & ut ipſi adiũgere ſtudeamus illis quę noſtratũ ſunt uirtũ, ne ſolũ uerbis, ſed & factis alios doceamus. Ad hunc enim modum futura bona conſequi poterimus, quæ ut omnes nos conſequamur, gratia fiat & benignitate &c.

Homilia XIII.

Oc itaq; dico et teſtor in domino, ut nõ ambuletis
b amplius quemadmodũ et reliquæ Gẽtes ambulãt
in unitate mentis ſuæ, obtenebratã mentem habẽtes, ab alienati à uita dei, pp ignorantiam quæ eſt in illis, propter excæcationẽ cordis ipſorũ: qui poſteaquã dedoluerunt, ſeipſos laſciuiæ dederunt, ad patrandum quamuis im
H *munditiam cum auiditate.* Non ad Epheſios dũtaxat iſta dicta ſunt, ſed & ad uos hodie dicuntur: idq; nõ à nobis, ſed & Paulo: immo uerò neq; à nobis, neq; à Paulo, ſed à ſpiritus ſancti gratia. Non itaq; ad hæc aliter affici debemus, quã ſi ab ipſa dici audiremus. Hoc itaq; dico, inquit, & obteſtor in domino, ut nõ ambuletis amplius, ſicut & reliquæ Gentes ambulãt in uanitate mentis ſuæ, mentẽ habentes obtenebratam, abalienati à uita dei, propter ignorantiã quę in ipſis eſt, propter excæcationẽ cordis ipſorum: Si ergo ignorantia in illis eſt & cæcitas, qd accuſas & culpas? Ignorantem enim non decet puniri aut reprehẽdi, ſed quæ ignorat diſcere. Sed uide quàm mox illis excuſationem & ueniam auferat: *Qui quidem*, inquit, *poſteaquã dedoluerunt, laſciuiæ ſeipſos tradiderũt, ad patrandũ quamuis immunditiã cum auiditate*: *Vos aũt non ita didiciſtis Chriſtum*. Oſtendit hic uitam illorũ cauſam ipſis eſſe factam cæcitatis: uitã uerò talem ex ſocordia & ſtupiditate natam eſſe. Qui quidem, inqt, poſteaquã dedoluerunt, tradiderunt ſeipſos. Quando igitur audis, quòd deus illos in reprobam mentem tradiderit, huius uerbi memor eſto, nempe, qd ſeipſos tradiderunt. Si.n. ſeipſos tradiderunt, quomodo deus illos tradidit? Si uero deus illos tradidit, quo modo ſeipſos tradiderunt? Vides quandã hic contrarietatem apparere? Illud ergo, tradidit, idẽ eſt, quod permiſit. Vides ibi & dogmatũ talium eſſe cauſam, ubi immunda eſt uita. Quiſquis enim malè facit, odit lucẽ, nec accedit ad lucem. Nam quomodo uitam hãc amplecti poſſet ſceleſtus quiſpiam uir, quarumuis mulierum corporibus turpius, quã qui quouis cœno uolutantur, immiſtus, pecuniarúmque amãs, & nihil prorſus quod ad modeſtiã faciat, deſiderans? laſciuiã ſuã, inquit ſtudio patrarũt. Hinc eſt ille cęcitas, hinc illa mẽtis obtenebratio. Eſt ẽt ex ſplẽdore lucis caligo, quãdo uidelicet imbecilli ſunt oculi. Imbecilli uerò redduntur oculi, uel malorum humorũ affluxu, uel cuiuſuis fluxus inũdãtia. Ita & hic: Quãdo uidelicet aciẽ & obtutũ mẽtis noſtræ abundãs qdã tẽporaliũ rerũ fluxus occluſerit, mox in tenebris ſum⁹. Et quẽadmodũ in imo maris fundo poſiti, Solem uidere nequiremus, pp inſtar denſæ cuiuſdam maceriæ incumbentem deſuper aquæ copiam & molem: ita & in oculis mentis ſit cæcitas cordis, K
quando animum nullus concutit metus. Non eſt timor dei, inquit, ante oculos eorum. Et iterum: Dixit *Pſal 13.b*
inſipiens in corde ſuo, non eſt deus. Cęcitas uerò nõ *Ibidem a*
cõtrahitur aliunde, quàm à ſtupiditate. Hinc ſcilicet
meatus obſepiuntur. Quando enim in unum quen- ἡ ἀπὸ
dam locum cõgelatus fluxus colligitur, emortuum ἀγχιστῶν
redditur ipſum membrum, & omnẽ ſenſum amittit, στάσις.
ita ut nec aduſtionem, nec inciſionem, ſiue quicquã
aliud perſentiſcat: ita & qui laſciuiæ ſeipſos ſemel tradiderunt, nihilo permouentur, nec mordentur, ſiue
de ignis ſupplicio, ſiue de ferro ſermonẽ inducas. Semel enim emortuum prorſus eſt ipſorum membrũ.
Et niſi ſtupiditatem illorũ ſuſtuleris, ut ſanatis membris tactus ſenſum recipiant, fruſtra conaberis omnia. Cũ auiditate, inquit. Hic potiſſimum excuſationem illis adimit. Poterant enim, niſi ſponte hoc uoluiſſent, neq; intemperãter auidi eſſe, neque laſciuiæ, nec uentri ſeruire, concupiſcentiiſq; locum dare. Licebat illis & pecuniis & uoluptate, & deliciis cũ modeſtia uti. Verũ quoniam his rebus immodeſtè abuſi ſunt, omnia corruperunt. Ad patrandum immũditiam, inquit. Vides quomodo uenia illos priuet, cũ L.
dicit, ad patrandũ immũditiam? Nõ obiter, inquit, & fortuitu præter animã ſentẽtiã peccarunt, ſed mala iſta patrarunt etiã, & rebus iſtis ſtudio abuſi ſunt. In quauis imunditia, quouis adulterio, quauis forni catione, in laſciuo inſanoq; puerorum amore, in iuidia, quauis intemperantia & laſciuia: *Vos autem*, inquit, *non ita didiciſtis Chriſtũ, ſiquidẽ illũ audiſtis & in ipſo edocti eſtis quemadmodum ueritas eſt in Ieſu*. Illud, ſi quidem illum audiſtis, non dubitantis eſt, ſed uehementer confirmati & certi, quemadmodum & alibi dicit: Siquidem iuſtum eſt coràm deo adflictionem 2. *The.1.c*
rependere illis qui uos adfligunt. Hoc dicit: Non ad iſta Chriſtum didiciſtis. Siquidẽ audiſtis ipſum, & in eo edocti eſtis, quemadmodum ueritas eſt in Chriſto Ieſu. *Vt deponatis iuxta ueterem conuerſationem, ueterem hominem*. Igitur & hoc eſt Chriſtũ diſcere, rectè inſtituere uitam. Nã qui malè uiuit, & deũ ignorat, & à deo non agnoſcitur. Audi enim quid alibi dicat: Deũ ſe cognoſcere fatentur, factis uerò negant. Quẽ *ad Tit.1.d.*
admodum ueritas eſt in Chriſto Ieſu, ut deponatis M
iuxta ueterem conuerſationem ueterem hominem. hoc eſt: non iſtis aſſueſcatis. Neque.n. uanitas apud nos eſt, ſed ueritas, Quemadmodũ dogmata uera ſunt, ita & uita. Vanitas.n. eſt peccatũ, & mendaciũ: recta uerò uita, ueritas eſt. finem enim & præmium magnum habet: intemperantia uerò ad nihil prodeſt. *Qui corrumpitur iuxta concupiſcentias erroris ſui*. Quemadmodum concupiſcentiæ ipſius corrumpũtur, ita corrumpitur & ipſe. Quomodo ergo cõcupiſcentiæ ipſius corrũpuntur? Morte diſſoluuntur oĩa. Audi.n. prophetam dicentem: In illa die peribũt omnes cogitationes eorum. Et nõ morte ſolùm, ſed & *Pſ.145.a*
aliis multis: utpote ingruentibus uel morbis uel ſenectute, pulchritudo corporis & tabeſit, & emoritur, & corrũpitur. Robur potẽtię iiſdẽ extinguitur. Deliciæ neq; ipſæ eiuſdẽ ſunt in ſenectute uoluptatis. Et iſtud nobis uel ĩ Bergellai liquet, noſtis oẽs hiſtoriã, *2.Re.19.f*
uel alias eundẽ ipſum ueterem hominẽ concupiſcẽtia corrũpit ac perdit. Quemadmodũ.n. lana unde naſcitur, hinc etiã perditur: ita & uetus homo. Perdit enĩ ipſum & amor uanę glorię, perdiderũt eũ ſepe numero uoluptates, ſeduxit illũ cõcupiſcentia. Non enim

A enim uoluptas eſt quod putatur, ſed amaritudo, & fallacia, & hypocriſis, & fabula. Et rerũ quidẽ facies ſplendida eſt: nec uerò ipſæ aliud ſunt quàm miſeriæ quędam, multęq; paupertatis, mœſtitię quoq; & plurimæ penuriæ abundantia: ita ut ſi perſona detracta rem ipſam nudaueris, fallaciã planè uideas. Iſtud.n. demum fallacia eſt, quòd id quod uerè eſt occulit, & quod nõ eſt oſtentat. Ita fiunt paralogiſmi. Quatuor uerò hominũ genera, nobis hic deſcribit Apoſtolus. Et horũ demonſtrationẽ iam exhibeo. Hic q dem duorũ, cũ dicit: Deponentes ueterem hominẽ, renouemini ſpiritu mentis ueſtrę, & induite nouum hominẽ. In ea uerò q̃ ad Romanos eſt reliqua duo
Rom.7.d ponit, cũ dicit: Video autẽ aliam legem in membris meis, rebellantem legi mentis meæ, & captiuantem me legi peccati, q̃ eſt in mẽbis meis. Mens & caro, & iſti duo homines ad illa cognationẽ habẽt. Ad internum quidem nouus, ad externum uero uetus ſe habet. Veruntamẽ tres corrupti ſunt: immo uero hi tres ſunt, nouus, & uetus, atq; ſubſtantialis hic & naturalis. *Renouemini uerò ſpiritu mentis ueſtræ*. Nequis
B putet illum, cũ ueterem & nouum dicit, hominẽ in-
Renouari, quid. ducere, uide quid dicat: Renouemini, inquit. Renouari eſt, quãdo quod inueterauit, aliud ex alio factũ renouatur. Itaque eadem quidem permanet ſubſtãtia, & idem ſubiectum: immutatio uero fit circa accidens. Quemadmodũ unum quidem & idem eſt corpus, tranſmutatio uero fit, iuxta id quod accidit: ita & hic. Quo fit autem renouatio? In ſpiritu, inquit, mẽtis ueſtræ. Itaq; ſi ueterem actum quiſquam habuerit, nihil proficiet. Actus enim ueteres non feret ſpiritus. Spiritu, inquit, mentis ueſtræ: hoc eſt, ſpiritu qui eſt in mente ueſtra. *Et induite nouum hominem*. Vides quod unum quidem ſit ſubiectum, indumẽta uero duo: unum quod exuitur, & alterum quod iduitur? *Nouum*, inquit, *hominem, qui iuxta deum conditus eſt in iuſtitia & ſanctitate ueritatis*. Qua uerò ratione hominem uocat uirtutem? Et quare malitiã uocat hominem? Quoniam homo ſine operatione utiq; non declaratur, ut agnoſcatur, ita ut ex operibus nõ minus quàm ex ipſa natura probetur homo ſiue bonus ſit, ſiue malus. Quemadmodũ uerò facilè eſt exuere ue
C ſtẽ, ita uidere illud eſt etiã in induenda uirtute ſeu de ponẽda malitia. Nouus homo fortis eſt. Reddamur ergo & nos ad patrandum quæ bona ſunt robuſti. Rugã nõ habet nouus, ergo neq; nos. Nouus nõ circũagitur, neq; morbis facile eſt obnoxius. Vide quid
τὴν δυ- hic creaturã uocet. Virtutis.ſ. eſſentiam, ex his quæ
σίωσιν non ſunt, ad hoc ut ſit, adductam. Quid uerò malitiã? An & ipſa iuxta deũ condita eſt? Nequaquã, ſed
τῆς ἕξε- iuxta diabolũ: Ipſe quippe peccati opifex eſt. Quo?
τῆς. Nouus .n. homo non ex aqua neq; ex terra creatus eſt ampli⁹, ſed in iuſtitia & ſanctitate ueritatis. Quid hoc eſt? filium ipſum mox creauit. Iſtud.n. per baptiſmum fit. Ipſa noui hominis eſſentia in iuſtitia eſt & ſanctitate ueritatis. Erat aliquando iuſtitia, erat & ſanctitas apud Iudæos: at illa non ueritatis, ſed typi erat iuſtitia. Nam corpore munoũ eſſe, munditiæ typus erat, non uera munditia: typus erat iuſtitiæ, non uera iuſtitia. In ſanctitate, inquit, & iuſtitia ueritatis. Reſpicit & ad falſam & mendacem iuſtitiam. Nã plurimi ſunt qui ab externis quidem iuſti uidentur, mẽdaces uero ſunt. Iuſtitia autem communis uirtus di-
Matt.5.e citur. Audi quippe dicentẽ: Niſi abundauerit iuſtitia ueſtra pluſquàm ſcribarum & phariſæorum, non in trabitis in regnum cœlorũ. Et iterum: Iuſtus dicitur, D
qui nullam prorſus habet noxam, Nam & in iudiciis *1.Ioã.3.b*
iuſtum eum dicimus, qui cùm iniuriam paſſus ſit, nihil tamen uicißim iniuriarũ rependit. Itaq; ſi & nos corã horribili illo tribunali alius erga aliũ iuſti comparare poterimus, licebit & diuina beneficentia frui. Erga deum quidem fieri neqt, quicquid fecerimus. Ipſe quippe ubiq; in iudicio uincet. Quẽadmodum & propheta dicit: Et uincas cũ iudicaris. Si uerò, qd *Pſ.50.b.*
iuſtum eſt alius erga alium non corruperimus, tum iuſti erimus. Si poterim⁹ oſtendere, quòd iniuriã patienter tulerimus, tũ iuſti cenſebimur. Quo ad induitos rurſus dicit, Induite? de uita iam & operibus loquitur. Tum ex baptiſmate dabatur ueſtimentum, nũc uerò à conſeruatione & operibus quæ non amplius iuxta concupiſcentias erroris ſint, ſed iuxta deũ. Sanctum uerò quid eſt? Mundum, uidelicet, & debitũ. Propterea & innocentiã & ius abeuntium tin oſian dicimus. hoc eſt, Nihil debeo ipſis amplius, nõ ſum illis obnoxius. Sic etiã dicere ſolem⁹ aphoſioſamin hoc eſt, immunis ſum, & ſi qua ſunt huiuſmodi: id
eſt, nihil debeo. Morale. E

Noſtrum eſt igitur, ut iuſtitiæ indumentũ nõ exuamus, quod & propheta indumentum ſalutis uocat, ut deo ſimiles reddamur. Nam & ipſius ueſtimẽtum eſt iuſtitia. Hoc amiciamur indumẽto. Illud uerò quod dicit, iduite, nihil aliud ſignificat, q̃ ut in dutã iuſtitiæ ueſtẽ non deponamus. Audi quippe qd propheta dicat: Induit maledictionẽ ſicut ueſti- *Pſ.108.c*
mẽtũ, & ueniet illi. Et iterũ: Amictus eſt lumine ſicut *1bi.103.a*
ueſtimẽto. Et nos ſolem⁹ de hominib⁹ dicere: hic illũ planè induit. Itaque non unum & alterum diem, neque tertium: ſed ſemper in uirtute nos eſſe uult, & nunquã hoc ueſtimẽto carere. Nunquã enim adeò turpe eſt homini nudo eſſe corpore, atque uirtute. Hic illũ conſerui nudum ac turpẽ uidẽt, illic uerò & dominus & angeli. Quòd ſi nudum quempiã, dic q̃ ſo, per forum incedere uideres, num doleres? Quum ergo tu præter hoc iuſtitię indumentũ nudus diſcurras, quid quæſo dicemus? Nõ uides mendicos illos, quos lotagas uocare ſolem⁹, quo pacto circũeant, & quo illorum miſereamur? Veruntamen nihil ueniæ merentur: neque.n. illis ignoſcimus, ſiquidem F
taxillis ludendo ueſtimenta ſua perdunt & amittũt. Quomodo ergo nobis ignoſcet deus, hoc noui hominis indumentũ perdentibus? Diabolus.n. ſi quando uirtute nudum repererit quempiam, mox faciem & polluit & obfuſcat, uulneras etiã & ad magna mala cogens. Nudi ſimus pecuniis, ne nudi reddamur deſtituamurq; iuſtitia, Pecuniarum indumentũ, iuſtitiæ ueſtẽ lædit ac perdit. Eſt.n. ſpinarum amictus. Tales, uidelicet, ſunt ſpinæ. Et quantò plures nobis circũdederimus, tantò erimus nudiores. Et laſciuia quoq; iuſtitię ueſtem nobis adimit. Ignis.n. eſt. Ignis uerò huius indumẽti cõſumptiuus eſt. Diuitiæ tineæ ſunt. Quemadmodũ tinea cuncta permolit: ita & diuitiæ. Iſta itaq; abiiciamus oĩa, ut iuſti reddamur, nouumq; induamus hominẽ. Nihil apud nos contineamus qd uetus ſit, quod oſtentationẽ & fictionẽ ſapiat, quodq; ſit corruptũ. Non eſt moleſta uirtus, μηδὲν
nec difficilis acquiſitu. Nõ uides eos qui morãtur in φαῦλο-
montibus? Illi & domos ſuas & uxores & liberos, ac μενον.
omnẽ pfecturæ dignitatẽ relinquentes, extraq; hunc mundũ ſeſe conſtituentes, indúto ſacco, cineréque ſubſparſo, & collo impoſito ueluti iugo, in exiguam

G seipsos cellulam induserunt. Neque hìc cõsistentes, ieiuniis etiã & continua fame seipsos cõficiũt. Quòd si quicquã uobis eiusmodi præcepissem, nũ omnes resiluissetis? Nõ dixissetis rem esse grauem & molestã? Nihil huius, inquam, opus est ut faciatis. Vellem quidem, ueruntamẽ nec decerno nec præcipio. Sed qd? Et balneis utere, & corpus curato, & forum ingreditor ac domũ possideto, & ministris tibi cibo ac potu inseruiri facito. Auaritiam uerò ubique proiicito. Ipsa quippe est quę peccatum generat. Immo ipsum opus auarum & intemperanter auidum, peccatũ sit. Itaq; nihil aliud est immodesta illa auiditas quã peccatum. Et obserua: Animus siquãdo plus æquo cõmotus fuerit, tum exiliens conuiciatur, tum iniustè ac improbè cũcta facit. Ita & corporũ & pecuniarũ, & gloriæ, reliquorumq; omnium amor. Et ne mihi dicas ſmontanos istos nihil potuisse. ſNam plurimi illorũ te multò imbecilliores, ditiores ac delicatiores, duram illam & asperam uitam amplexi sunt. Et quid de uiris dico? Puellæ nondum uiginti annos natæ, qbus omnis illa ętas in thalamis & delicato otio cõsumpta est: in thalamis, iquam, odoriferis, unguẽtis, ac suauissimo thymiamatum odore plenis, quæ in lectis teneris decumbebãt, teneræ & ipsæ natura multoq; & accurato cultu molliores factæ, q̃ totos dies nihil aliud habebant operis, quã ornare seipsas, aurũ gestare, multisq; deliciis frui, ne sibi quidẽ ipsis quicq; inseruientes, sed plures circa se famulas ad oĩa promptas habentes, quarum uestes teneræ ipso etiã corpore teneriores, linteaq; tenuia & delicata erant, quæ in rosis etiam similibusq; fragrantiis continuè uersabantur: istæ mox ut igne Christi correptę sunt, omnẽ illam molliciem delicatamq; naturã exutæ, educationisq; pariter ac ætatis suæ oblitæ, uelut generosi quidam athletæ, proiecto qcquid molle erat, in media certamina proruperunt. Et uideor fortè incredibilia dicere, sed uera sunt. Audiui quippe ego ipse eas uirgines olim quidem ita, ut dixi, teneras: quæ seipsas tamen postea tam austeræ disciplinæ dedicerunt, ut indumenta pilosis asperiora nudis imponerent corporibus, & plantis aliquãdo admodũ mollibus, iam nudis incederẽt, herbidoq; thoro cubarẽt, immo maiorẽ noctis partẽ uigiliis insumerent, & neque unguenti alicuius, neq; alterius cuiusquã, eorum quibus olim assueuissent, curã haberẽt: sed caput etiam adeò quondã diligenter curatum & ornatum, iam ita negligerent, ut capillis essent temerè ac negligenter uinctis, in eũ duntaxat usum, ut indecorũ ac turpitudinẽ uitarent. Mensam uerò haberẽt uesperti nam duntaxat. Mensam, inquam, nec holerum, nec panis: sed siliginis, fabarum, cicerum, oliuarum, & ficuum. Opera uerò earum continuum lanificium, & quæ duriora essent, quã quæ famulæ domi præstarent. Quid enim corpore laborantium curam susceperunt, lecticas baiulantes, pedesq; abluentes, quinetiam pleræque illarum coquinæ inseruiunt? Tanta potest ignis Christi. adeò scilicet mentis alacritas natura ipsam superat. Veruntamẽ nihil horũ à uobis exigo quandoquidem à sexu mulierum superari uultis. Quòd siqua non sunt grauia, ista facite. Manus continete & oculos immodestos. Istud, quæso, quid difficultatis habet? quid molestiæ? Quod iustũ est facite, neminẽ lædite, siue sitis pauperes, siue diuites, siue forenses, siue mercenarii. Possunt enim & pauperes aliquando lædere, non uidetis quas illi lites susci-

ſquòd illi potuerint.

tent, quomodo omnia subuertant? Vtere cõnubio, K
acquire liberos. Et talibus sua præcepta dedit Paulus, & talibus scripsit. Magnum est illud certamen, sublimis est scopulus, & uertex ad cœlũ usq; pertinẽs, nec potes ad id quod magnum est pertingere? Igitur uel minora sequere, quæ inferiora sunt concupisce. Nõ potes expromere pecuniã? Tantũ quæ aliorum sunt ne rapias, neq; cuiq; iniuriã inferas. Ieiunare non potes? Dũtaxat uide ne deliciis teipsum exponas. Super herbido thoro cubare nõ sustines? Lecticas tibi argẽto insignes ne cõpares, sed lectica utere ac stratis non ad ostentationem, sed ad necessariam corporis recreationẽ factis. Neq; eburneas lecticas habeas. Cohibe teipsum. Quid innumeris clientibus onerariã nauẽ, tutandi gratia, comples? Si frugalis esses, nihil timeres, non inuidiã, non latrunculos, non insidiatores. Nõ. n. ita pecuniis, quemadmodum curis, diteſces. Nõ ita possessionibus bonorũ abundabis, quomodo molestiis & periculis, tentationes & multa desideria introducentibus. Ista ferunt quicunq; uolunt acquirere multa. Non iubeo, ut miserè habẽti ministres: saltẽ præcipias, ut puer hoc faciat. Vides qũo nõ sit graue quod iniungitur? Qui fit, quòd uirgines illæ tenerę tãto nos iteruallo post se relinquũt? Pudeat nos obsecro, qd in mundanis quidẽ nusquã illis cedimus, neq; in bellis neq; in aliis certaminibus: in spiritualibus uerò pugnis tolerãtiores nobis illę & brauium priores corripiũt, & aquilarum instar sublimius uolant, cũ nos interea more graculorum circa nidorem & uaporẽ in inferioribus uersamur. Sunt enim reuera mẽsarum illi culinarumq; sectatores nõ aliter æstimandi quã quasi quidã graculi, canesq; uoracitati dediti. Respice mulieres illas ueteres. Erant enim magnæ. Magnæ. n. inquam, & præclaræ mulieres, utpote Sarra, Rebecca, Rachel, Debora, Anna, & quæ Christum sequebantur. Viros tamen nõ pcesserunt, sed postremũ locum tenuerunt. Nunc uerò cõtrarium uidemus. Mulieres nos præcedunt & obscurant. Quã, queso, istuc ridiculũ, quàm turpe est? Nos uice capitis sumus, & uincimur à corpore. Cõstituti sumus in hoc, ut imperemus illis, nec imperemus temerè, sed cum uirtute. Qui enim imperat, propterea potissimum imperare debet, qd in uirtute reliquos superat. Si uerò superatur, iam non est imperator. Vi M
detis quãta sit aduentus Christi potentia? Qũo maledictũ soluerit? Etenim plures iã sunt uirgines quã cõiugatæ. Maior nũc est apud illas quoq; modestia ac temperantia. Plures sunt uiduæ. Non facilè mulieres impudẽs quicq; effutiunt. Quur ergo tu, dic q̃so, à turpiloquio nõ abstines? Neq; enim est, ut deploratas illas mihi obiicias, q̃ ut plurimũ mundanæ sunt, & quod quasi peculiare uitiũ habent. Saltem in hoc superiores estote uos uiri, qui in uxoribus tanquã peculiari uestro ornamento, gloriamini. Non. n puto mulierem in muliebri suo mũdo, ut ut deaurato ita gloriari, ut uirum in illis quæ coniugem suam exornant. Nõ ita in zona sua auro cõspicua superbit uir, ut quòd uxorẽ habet ornamẽta auro insignia gestãtem. Itaq; & huius causam uos administratis, dũ magni scintillam & flammã suscitatis & prouehitis. Alioqui uerò non tantũ mulieri delictũ imputatur quantum uiro: officij tui est, ut illam in ordinem redigas. Dignũ putas, ut ubiq; priores habeas. Et in hoc ergo declares quã in illis quæ te ipsum concernunt, nullã magnorum sumptuum uxoris rerumq; pretiosarũ

μυρίων ὠνουμένου μύρ.

καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ

A rationem habeas. Mulieri peculiare ac cõmodũ est ornari, magis quã uiro. Quum ergo tu ipse non fugias istas ineptias, quomodo ipsa effugiet? Habent in se mulieres quoddã uanæ gloriæ studiũ, uerũ cõmune cũ uiris. Iracundæ plerunq; sunt. Et hoc commune habent cum uiris. Cõmunia uerò cum uiris non habẽt, in quibus excellũt, pudicitiam dico, feruorẽ, pietatem, & quã erga Christum habẽt dilectionem. Quam ob rem igitur, dices, à sede & officio docẽdi abarcuit illas apostolus? Et hoc ipsum indicium est, multũ illas à uiris differre, præclarasq; fuisse illius tẽporis mulieres. Nam Paulo docẽte, ac Petro, licebat ne, dic quæso, etiam alicuius sanctorum illorum cõiugem mulierem in hoc muneris insilire? Nunc uerò in id malitiæ prolapsi sumus, ut non immeritò iam quæri possit, cur mulieres non doceant: ita. ſin muliebrem imbecillitatẽ degeneramus. Ista non ideo commemoro, ut illas extollã, sed ut nosipsos pudefaciam, corripiam & admoneam, ut congruentem
B nobis principatum resumamus, nõ q sit iuxta prȩcellentiam magnitudinis duntaxat, sed secundum prouidentiam, præsidentiam & uirtutem. Nã & corpus tum demũ suo loco est, quãdo optimum habet gubernatorem. Faxit autẽ dominus, ut & mulieres & uiri in uniuersum oẽs ita uiuant, ut deo placeant, ut mereamur uniuersi in horrenda illa die benignitate domini frui, promissaq; bona consequi in Christo Iesu domino nostro &c.

Homilia XIIII.

Vapropter deposito mẽdacio loquamini ueritatẽ
q unusquisq; cũ proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. Irascimini, & nõ peccetis. Sol ne óccidat super iram uestram, neq; detis locum diabolo. Veteris hominis in genere facta mẽtione, deinceps ipsum & per partes describit. Est enim ea doctrina captu facilior quã per partes discimus. Et quid dicit? Quapropter deposito mẽdacio. Quo mendacio? An de idolis intelligit? Nõ de illis. Et ipsa qdẽ mendaciũ sunt.
C Verũ tum tẽporis nihil erat Ephesiis cõmune cum ipsis. De eo mẽdacio dicit, quo inter se alter alteri mẽtiebãtur: hoc est, de dolo & fictione. Loquamini ueritatẽ unusquisq; cum proximo suo. Deinde adiungẽs, quod magis urget: quoniã sumus, inquit, inuicẽ mẽbra, nemo decipiat proximum suũ, quod psalmista sursum ac deorsum uersat. Labia dolosa, inquit, in corde, & in corde loquutus est mala. Nihil. n. est, nihil est inquam, quod ita pariat inimicitias, atq; seductio & deceptio. Vide qũo ubiq; illos per exẽplũ corporis urgeat. Num pedem, inquit, fallit oculus, aut oculum pes? Vtpote sicubi fouea profunda fuerit, q̃ supernẽ insperſis arundinibus humoq; occultis tecta, solidæ telluris speciẽ ipsa superficie ingerat oculis: nunquid utetur hic pede, & cognoscet quale sit ibi, solũ, num subsit uacuum, aut resultet & repercutiat? Non fallit hic pes, sed uerũ indicat. Quid uerò si serpentem uiderit oculus aut malam bestiã, num fallit pedem? An nõ mox periculũ annunciat? Et pes illud ex oculi indicio cognoscens, ultrà nõ progreditur. Quid uerò siquãdo contigerit nec pede nec oculo rerum cognitionẽ haberi posse, sed totũ ab odoratu percipi oportere, utpote utrũ pestiferũ sit pharmacũ, nec ne. Nũ ab odoratu fallitur os? Nequaquã. Quare? Quia seipsum simul perderet odoratus. Itaq; qd sibi sentit aduersariũ esse, hoc indicat. Quid uerò lingua? Num illa stomachũ seducit? Non seducit, sed

τὸ ἐντρεπτικώτερον maioris pudoris aut increpationis. Psal. 11.a

ὅπερ καὶ τὴν πόρνην ἐποίησε.

Tomus quartus.

D dulce uerò immittit. Vide ministeriũ & uicissim ministerij retributionem. Vide prouidẽtiam ex ipsa ueritate & sua sponte, ut dicitur, natam. Ita & nos non mentiamur. Siquidẽ membra sumus inuicẽ. Amoris istud est indicium, cõtrariũ uerò inimicitiæ. Quid ergo, si quisquã insidias tetenderit? Disce quod uerum est. Qui insidiatur, nõ est membrũ. Dixerat, ne mentiamini aduersus mẽbra. Addit, irascimini & nõ peccetis. Vide prudentiam. Et dicit qũo peccare non debeamus, & immorigeros, iterũ nõ relinquit. Neq; n. hoc permittũt spiritualia ipsius uiscera. Nam quẽad modum medicus ægroto quidem quæ faciẽda sunt ostendit, non obtemperantem tamen nõ contẽnit, sed ex persuasione rursus inducto consilio curat: ita & Paulus. Qui secus facit, nihil aliud quærit quã gloriam suam, & hunc malè habet, siquando contemptus fuerit. Qui uerò oĩno ægroti sanitatem quærit, ad hoc unum respicit, ut iacentem ac postratum erigat. Istud & Paulus facit, cùm dicit: Ne mentiamini. E
Quòd si uerò subinde ex mendacio suborta fuerit ira, & hanc denuò curat. Quid. n. dicit? Irascimini, & nõ peccetis. Nam bonũ quidem est non irasci. Si uerò in morbum hunc quisquàm aliquando inciderit, uideat tantùm ne ingraueſcat. *Sol enim*, inquit, *ne óccidat super iram uestram*. Vis exaturari ira? Satis ad hoc fuerit una & altera hora, uel certè tertia. Sol abiẽs nõ relinquat uos inuicem inimicos. Exorsus est ab ipsa bonitate. Itaq; nõ habeat in indignos effuso lumine. Nam si ex multa illũ bonitate terris immisit dominus, delictaq; tibi condonauit, tu uerò proximo non dimittis. uide quantũ committas mali. Præterea & aliud quiddam accedit. Noctem metuit beatus Paulus, ne uidelicet illa iniuriis adfectum in solitudinem suã accẽso adhuc aĩo nacta, ignem excitet ac foueat. Nam interea dum per diem multa excutis, bene satiari potes: ingruente uerò uespera recõciliato proximo malũ adhuc recens extingue. Etenim si nox illud deprehenderit, non poterit quod nocte accesit uentura dies extinguere malum, sed etiam si F
maiorem fortè illius partẽ amputaueris, uniuersum uerò nõ potueris, fiet ut rursus, accepto quod relictũ est, uehementius incendiũ operetur nox altera. Quẽ admodũ siquando quod aëri nebulosum ac den- Simile.
sum per noctem accesit diurno calore Sol, nec dissoluere poterit nec dissipare, causam ac materiam tẽ pestatis exhibet, quod residuũ est apprehẽdente nocte, illudq; rursus aliis uaporibus augmẽtante, ita & iræ cõditio habet. Neq; detis locum diabolo. Itaque per iram inuicẽ impugnare, est locum dare diabolo. Oportet enim omnes pariter esse mutua cõpactione obturatos, & simul illi resistere. Iubemus ita ut solutis inimicitijs quas quisq; erga proximum habet, in unũ inuicem conuertamini. Nam ita non poterit unquam locum habere diabolus, quẽadmodũ si inimicitias inter uos alueritis. Hinc innumera mala generantur, & quemadmodũ quãdiu lapides bene cõpacti sunt, nihilq; uacuum inter se habent, firmi & infracti perstãt: si uerò uel foramen acus dũtaxat qd utrinq; penetret, aut scissura quæ capilli locum habeat, fieri contigerit: omnia dissoluuntur ac pereũt: Ita & diabolus, donec compacti quidẽ ac bene cõpositi fuerimus, nihil suorum oĩno poterit inferre. Quamprimũ uerò uel modicum nos relaxare poterit, non aliter quã quasi quãdã torrens toto impetu

G infunditur. Nam ubicp illi solis duntaxat initijs opus est. Et hoc laboriosum est. Si uerò nactus fuerit initiũ nocẽdi, oia sibiipsi subinde suopte ingenio uestigat & amplificat. Posteaq̃ uerò delationibus apertæ sunt aures, fit ut qui mentiantur, fideliores putentur. Habent.n. illi inimicitiã omnia damnantem, non ueritatem rectè iudicantem ac discernentem. Et quem admodum existente amicitia mendacia uidentur ẽt q̃ uera de malis dicuntur: ita regnante inimicitia uicissim uera uidentur q̃ falsa sunt. Alius animus, aliud tribunal. Hìc non ex æquo auditur, sed plurimum in partes inclinatur ac procliuiter assentitur. Quemadmodum.n. in libra additum plumbum totum detrahit: ita & hoc loco. Quippe inimicitiæ pondus plumbo grauius est. Quapropter obsecro nihil non faciamus, ut ante Solis occasum inimicitias extinguam⁹. Nam si primo die inimicitiam detines, & sequenti sæpenumero & in annum illam extendis, fit ut per seipsam crescat, nec aliqua re alia deinceps opus habeat. Nam mox & uerba aliter dicta in aliam suspicionẽ rapit, & habitus corporis & quicquid huius est, ad se
H rociã atcp agrestes mores immutat, peiuscp affectũ facit ac dispositum, q̃ sunt q planè insaniunt: nec patitur, ut nomen eius, quem odio prosequeris, uel ipse proferas uel ab alio audias, sed cõtumelioſe omnia loquitur. Quo igitur furorem subigemus? Quo flammam hanc extinguemus? Si nostra ipsorum delicta perpenderimus, quantum obnoxij simus deo. Si cogitauerimus nos hoc pacto nõ de hoste uindictam sumere, sed de nobis ipsis. Si consideauerimus qua lætitia diabolum exhilaremus, hostẽ illum nostrũ, q re uera hostis est, cuius gratia iniuriam membro nostro facimus. Vis esse memor iniuriarum & hostis? Hostis esto, sed diaboli, non membri tui. Propterea deus ira nos armauit, non ut aduersum corpora nostra stringamus & impellamus gladium, sed ut uniuersam machæram in ipsum diaboli pectus immergamus. Huc intrò poteris capulotenus abdere ferrũ. Quin, si uoles, & capulum ipsum, nec unquam inde gladium euellas, sed aliũ insuper addas. Hoc uerò tũ erit, quando nobis ipsis parcentes, pacificè inuicem animati fuerimus. Valeant pecuniæ, ualeat gloria, ualeat nominis celebritas. Omnibus his mihi membrũ
I meum pretiosius est, ad nos ipsos dicamus: Nõ afficiamus iniuria naturã nostrã, ut pecunias possideamus, ut gloriam consequamur. *Qui furabatur, non furetur*, inquit, *amplius*. Vides quę sint ueteris hominis membra? Nempe mendacium, iniuriarũ memoria, & furtum. Quam ob rem nõ dicit, qui furatus est puniatur, torqueatur, tormentis subiiciatur: sed, non furetur amplius. *Magis autem laboret operando manibus quod bonum est, ut possit impertiri ei qui opus habuerit.* Vbi sunt illi qui puri nominantur, qui quũ omnis generis sordibus scateant, hoc tamẽ seipsos uocare audent? Est.n. est, inquam, culpam exuere, non solũ ex eo quod sistitur peccati cursus, sed & quod bonum qd committitur. Videtis quo peccata diluere oporteat? Furati sunt: Peccatum hoc est. Non sunt furati: Istud nondum est peccatum exuisse, sed quo? Laborarunt, & aliis distribuerunt, atcp ita peccatum exuerunt. Non uult autem nos simpliciter operari, sed cũ labore etiã, & ita, ut aliis quoq; impertiamur. Nã & qui furatur, utique operatur, sed quod malum est. *Omnis sermo spurcus ex ore uestro non procedat.* Quis est sermo spurcus? Is uidelicet quem & otiosum & inutilem dicit, ut sunt, detrectatio, turpiloquium, festiua K
urbanitas, stultiloquium. Vides quo iræ radices amputet? Nempe, mendacium, furtum, inanem & intempestiuam disputationem. Quod uerò dicit, Non furetur amplius: non tam ad hoc dicit, ut iis qui furati erant ignoscat, quàm ut eos quibus facta erat iniuria, mites reddat ac beneuolos, adhortans ut cõtenti sint, quòd nihil tale passuri sint amplius. Non.n. rerum duntaxat, sed & uerborum pœnas pendemus. *Sed siquis est bonus ad ædificationem, quoties opus est, ut det gratiam audientibus.* Hoc est, Quod proximũ ædificat, hoc solùm loquere, superfluum uerò nihil. Nã hac ratione deus os tibi dedit ac linguam, ut & sibi gratiarum actionem persoluas, & proximum ædifices. Itaque si sermone tuo ædificationem subuertis, melius est ut taceas, & nũquam loquaris. Nam si artificis manus muros ac parietes quos extruere debebant, subuertere consuescerent, utique dignæ essent quæ amputarentur. Etenim & psalmista hoc dicit, Disperdet, inqt, dominus uniuersa labia dolosa. Tale *Psal. 11.a*
os omnium malorum est causa: immo non os sed q illo malè utuntur. Hinc uituperia, conuicia blasphe- L
miæ, incendia & fomenta uoluptatum, cædes, adulteria, furta, breuiter hinc omnia mala generantur. Et quo cædes, inquis? A uituperio in iram, ab ira in plagas, à plagis ad cædẽ progressus est. Quomodo hinc uenitur in adulterium? Illa te diligit, inquit, suaue qd ac bonum de te loquuta est, contentionem erga te remisit. Exin tibi quoque concupiscentiæ fomenta hoc pacto incẽdit. Propterea dicit Paulus: Siquis bonus est. Quoniam ergo sermones illi qui inter mortales dicuntur, latè patent: rectè sine determinatione loquutus, quæ loqui debeant, præscripto typo, iussit. Quis est ille typus? Siquis ædificat, inqt, aut istud loquere, quod gratiam tibi apud auditorem pariat, utpote, fornicatus est frater, ne uituperium fratris in uulgus spargas, nec in eo delicieris. Nihil inde profuturum auditori, sed magis dato stimulo nocueris. Atqui si quæ facienda sunt admoueris, multum illi gratiæ conferes. Si instruxeris, ut os habeat benedictionibus assuetum. Si docueris, ut nemini malè loquatur: summopere ipsum erudieris, gratiamcp præstiteris. Si de cõpunctione, si de pietate, de eleemosyna disseruerit: omnia ista mentem eius emollient, pro his oibus gratiam debere se fatebitur. Si uerò risum moueris, si turpe quid loquutus fueris, magis ad malum incenderis. Si admoueris, malitiam destruxeris ac perdideris, ut gratiosos eos hominibus & charos faciat, ista dicit: Quemadmodum.n. unguentum odoriferum gratiã exhibet usurpãtibus, ita & sermo bonus. Propterea & quisquã dixit, unguentum effusum nomẽ tuum. Redolere fecit eos & spirare bonã istã fragrantiam. Vides eũ quod semper adhortatur, idẽ & nunc dicere? Vnicuicp præcipit, ut pro uiribus proximum ædificet. Qui uerò alios horum admonet, multò magis seipsum. *Et ne contristetis*, inquit, *spiritum sanctum*. Istuc horrendum magis est ac terribilius, qd & in ea quæ ad Thessalonicenses est dicit: nã & illic tale quid dicit, utpote, qui spernit, non hominẽ spernit sed deum: Ita & hìc, Si cõtumelioſum uerbum dixeris, si percusseris fratrẽ, nõ illũ percussisti, sed spiritum cõtristasti. Deinde & adiicit beneficiũ spiritus, quò maior reddatur reprehensio. Et ne cõtristetis, inquit, spiritũ sanctũ. *In quo obsignati estis in diem redemptionis*. Hìc spiritus nos regalem esse gregẽ ostendit,

εὐφη-μον.

σόμα.

M, χαριγό-μολογη-σει.

κεχαρι-τωμε-νους.

Cãtic. 1.a

1. Thes. 4 b.

A hic nos ab oĩbus prioris uitæ actibus cohibuit, hic non est passus, ut coniuncti essemus illis qui iræ dei sunt obnoxii, & tu illũ contristas? Vide quo ad Thessalonicenses quidem terribiliter: Qui enim spernit, inquit, non hominem spernit sed deum: hìc uerò cum quadam reuerentia: Ne contristetis, inquit, spiritum sanctum in quo obsignati estis. Morale.

Hęc ipsa obsignatio i ore tuo est posita, ne tollas signacula. Os spirituale nihil tale loquitur. Ne dicas, nihil refert, si turpe quid dixero, si quenquam uituperauero. Propter hoc ipsum magnũ est malum, quod nihil esse uidetur. Etenim quæ nihil esse uidentur, facilè contemnuntur: quę uerò contemnũtur, augẽtur ac multiplicãtur etiam. Quæ augentur autem, reddũtur etiã incurabilia. Os habes spirituale. Cogita, quã primũ uerbum protuleris, quid sis loquutus, & quæ sit oris tui dignitas. Patrem uocas deum, & fratrem mox uituperas? Cogita unde sit, quòd patrẽ uocas deum. A natura? Non poteris dicere. A uirtute? Necp istud poteris. Sed unde? Ex sola benignitate, cõmiseratione & multa misericordia. Quando itacp deũ patrem uocas, non hoc solũ perpendas, quòd quæ no
B bilitatem istam non decent, uituperando cõmittis, sed quòd & à benignitate nobilitatẽ hãc habes. Noli itacp illam turpitudini exponere, id quod fit, dũ ex diuina benignitate nobilitatem hãc nactus, crudelitate erga fratres fueris usus. Patrem uocas deum, & uituperas? Atqui non sunt illa filij dei, sed porrò aliena. Quod ergo opus est filii dei? Inimicis ignoscere, pro crucifigentibus precari, pro odio habẽtibus sanguinem fundere. Ista demum digna sunt filio dei, inimicos, ingratos, fures, improbos, isidiatores, fratres & hæredes facere, nõ eos qui fratres facti sunt ueluti mancipia uituperare. Cogita quæ uerba sit os tuũ loquutum, qua dignatum mensa, q̃ contingat, quę de-
Cœna domini. gustet, quo cibo fruatur. Nihil putas te mali facere, quòd fratri maledicis? Quo ergo illum fratrem uocas? Si uerò non est frater tuus, quo dicis, pater noster? Illud enim noster, multas personas significat. Perpende cum quibus tpe mysteriorum adstes, nempe cum Cherubim, cum Seraphim. Seraphim neminem uituperant, sed unus & idem usus ora illorum adimplet, nempe benedicendi & glorificandi deum. Quo potes ergo cũ illis dicere, sanctus, sanctus, sanC ctus, qui ore tuo ad uituperium abuteris? Dic quæso, si uasculo regio, qd semper cibos habeat regios, & ad illos ordinatũ sit: ad stercora ministrorũ quisquã abuteretur, an auderet illud cum reliquis ad eadem regia edulia deputatis stercore refertũ denuò reponere? Nequaquã. Atqui eiusmodi est quòd fratrẽ accusas, quòd uituperas. Pater noster. Et nunqd hoc solum? Audi & quæ sequuntur. Qui es in cœlis. Mox atcp dixisti, pater noster q es in cœlis: & excitauit te hoc uerbum, & mentẽ tuam alacrẽ reddidit, ostenditcp habere te patrẽ in cœlis, nec facias quicquã nec dicas eorũ quæ sunt super terram. In ordinem illum supernum constituit te, & choro illi cœlesti adiudicauit: quid teipsum ad ima deiicis? ad thronũ regium adstas, & uituperas? Non uereris ne conuicii loco reputet illud rex? Atqui si seruus aliquis inter nos cõseruorum suorũ quempiã percuteret⁹, aut uituperaret, ẽt si hoc meritò faceret: mox illum obiurgaremus, factũ eius contumeliæ deputãtes. Tu uero cũ Cherubim apud thronũ regis constitutus, cõuiciaris fratrem? Nõ uides sacra illa uasa? Nõ ad unũ illa semper usurpãtur? Audẽtne quisquã illis ad aliud quicquã D
uti? Iã tu uasis istis sanctior es, idcp multò. Quur itaque teipsum sordidũ reddis & pollutum? In cœlis cõsistis, & uituperas? Cũ angelis conuersaris, & uituperas? Osculo dominico dignatus es, & uituperas? Tot ac tantis rebus os tuũ adornauit deus, utpote hymnis angelicis, cibo non tantũ angelico, sed angelicã etiam dignitatẽ superanti, osculo suo, complexibus etiã suis, & uituperas? Noli, obsecro. Magnorum malorum causam habens, res ista, quã longissimè absit à mente Christiana. Non persuademus ista dicẽtes, nec permouemus? Dignũ est ergo, ut quod reliquũ est, metuas. Audi.n. quid Christus dicat: Qui dicit, *Mat. 5.c*
inqt, fratri suo, fatue, obnoxius est gehennæ ignis. Si ergo quod omniũ est leuissimum, gehennam meretur: qui adeò cõfidenter ac temerè uituperat, qua gehẽna dignus nõ erit? Instituamus potius ora nostra ad benedictionẽ & laudem. Magnũ hinc erit lucrũ, ex uituperio uerò plurimum nocumenti. Nõ est hic quidquã fœneris expectandum. Claudamus oris nostri ianuã, obiiciamus repagulũ, mordeamus nos ipsos, siquando graue ac durum quoddã uerbũ dentes nostros tranſilire uoluerit. Precemur deum, precemur proximum cõuiciis affectũ, nihil huius ægreE feramus. Nos ipsos percussimus, non illum. Imponamus pharmacum, nẽpe precationem, & cum uituperato reconciliationẽ. Quòd si in uerbis tantũ impẽdimus prouidẽtię, multò magis in factis leges nobis ponamus. Siue amicos habuerimus, siue alios quoscuis, quamprimũ aliquid maledixerint aut uituperauerint, exigis ab illis pœnã. Discendum omnino peccatum hoc esse. Nam si didicerimus istud, mox cessabimus. Deus uerò pacis custodiat uestrã & mẽtem & linguam, muniatcp fideli munitione, timore uidelicet suo, i Christo Iesu domino nostro, cũ quo sit patri, pariter & spiritui sancto, gloria, &c.

Homilia XV.

Mnis amarulẽtia, et tumor, & ira, et uociferatio,
o & maledicẽtia tollatur à uobis cũ omni malitia.

Quemadmodum in uas impurũ, uelut immundum uestimentum, nunquã seipsum immittit apum genus: nã hac de causa & uaporationibus, & uirgultis odoriferis, bonacp fragrãtia locum apibus deputatũ commodũ reddunt, qui apum studio tenentur, uinocp fragranti, & reliquis bene olẽtibus calathiscos præparãt, quibus apes aluearia egressę insessuræ sunt, ne per iniucundum odorẽ offensę deficiãt iterum: ita habet & ingenium spiritus sancti. Vasculũ quoddã est aĩa nostra, & quidam calathiscus ad recipiendũ aluearia donis spiritualibus plena, commodus. Verũ si intus fuerit bilis, & amarulentia, & tumor, effugient ista aluearia. Propterea beatus hic & sapiens agrorum cultor, uascula nostra bene perpurgat, nec falcem nec aliud aliquod ferreum instrumẽtum habens. Et uocat nos spirituale apiarium, qd & concluſum primũ purgat precibus, laboribus, & reliquis huc pertinentibus oibus. Vide itacp, quomodo cordaſ uestra expurgat. Expulit mẽdaciũ, abegit iram. Ostendit rursus quo malum potius queat radicitus extirpari. Siquidem amari fuerimus, inquit, quẽ admodum euenire solet bile amara existente, dũ rupto quo tenetur folliculo uel modicè fuerit agitata. Nam quando acutior aliquanto fuerit, quæ quidẽ admodum eius est qualitatis ut sit acuta, & uasculũ illud primarium, quo continetur, illã iã non capiens

F

ſ nostra.

G nec tegens amplius, ut pote quasi uehemẽti igne per
esum, amplius illã tegere, & in deputatis finibus con
tinere neqt, sed cõuulsum ab immodico acrore, pro
rumpentem bilẽ toti corpori nociturum emittit. Et
quemadmodũ urbi grauissima & intolerabilis illa
ta fera, quandiu quidẽ commodis actutis continetur carceribus, etiã si ferociat & immane rugiat, nemini tamen quicquã inferri damni potest: quando uerò inualescente furore obiectos repagulos perfrin
gere exiliretq; poterit, mox urbẽ magno tumultu per turbationeq; adimplet, ac quosuis insequẽdo abigit. Ita sanè habet & natura bilis. Quousq; terminis suis cõtinetur, nullo magno malo nos afficit: posteaquã uerò rupta pellicula fuerit, quæ illã circumplectitur, nihil ultrà est quod proh beat, qn in uniuersam sese naturã effundat. Tunc uerò, tunc, inquam, etiãsi ad modum modica sit quãtitate, propter excellentẽ tamen qualitatis uim & potentiã omnia reliqua elemẽ ta agnata sua malitia imbuit. Tum.n. sanguinem na ĉta & loco & qualitate uicinũ, caloremq; in illo acutiorem operata, & quicquid cominus est, quod quidem iuxta humiditatis commensurationem termi
H nos suos excedit, isto assumpto, & in atrã bilẽ simul immutato, oibus deinceps membris bellũ indicit, atq; ita oibus corporis humoribus in suam malitiã insertis mutum constituit hominem, & spiritu defi
ciẽtem, anima ipsius impulsa & agitata, facit. Ad qd uerò nobis hæc omnia tanta diligentia narrantur? Ad hoc scilicet, ut à sensibili illa amaritudine intole
rabilem amaricatæ mentis malitiam sentientes, quo modo uidelicet illa postq; omnem animam primũ insecit, omnia sursum ac deorsum uertat, experien
tiam ipsius effugiamus. Nam quemadmodum illa quoduis elementum: ita ista rationis sensus incedẽs, in barathrum gehẽnæ captum hoiem abigit. Vt ita
que perscrutati diligenter hæc omnia malum istud fugiamus, frenumq; huic iniiciamus bestię, immo ra dicitus extirpemus, Paulo morẽ geramus dicẽti: Ois amarulentia, non purgetur duntaxat, sed tollatur à uobis. Quid.n mihi rebus hisce possessioneq; illa
rum opus est? Quid opus est custodire & obseruare bestiam, quam licet ex aia mea secludere, reiicereq; & in ulteriora quædam loca extorrẽ abigere? Morẽ ergo geramus Paulo dicenti: Omnis amarulẽtia tol
latur à uobis. Sed heu miseros, quæ nos obtinet puersitas? Oportebat oia huius gratia facere: uerùm adeò re uera demẽtes quidã sunt, ut beatos etiam se
I putent glorienturq; ac iactent se in hoc malo, atque alios æmulentur. Amarulentus, inquiunt, est hic homo, scorpius est, serpens est & uipera. Atq; ita terribi lem ipsum reputant. Quid metuis amarulentũ ô ho mo? Ne noceat, inqs, ne lædat, inexpertus sum mali tiæ ipsius. Vereor ne me simplicẽ & incautũ hoiem nactus, qui nihil eorum quæ meditatur, puiderim, in laqueos suos cõiiciat, & retibus nos suis, quæ parata habet ad nostram deceptionẽ, implicet. Quid ergo? Puerorum sunt ista uerba, metuentiũ quæ metuẽda nõ sunt. Nihil itaq; ita cõtemnere oporteat, nihil ita ridere, ut hoiem amarulentum & malum. Nam ni
hil adeo est imbecille atq; amarulẽtia: stultos facit & amentes. An non uidetis quã cæca sit malitia? Non audistis, quòd qui proximo foueã foderat, sibiipsi il lam foderit? Qũo igitur non est timenda mens per
turbatione referta? Si ut dæmonas & insanos, & quoquomodo stultos, (nam & illi omnia temerè fa

παρ' ἑτέρων ξηλοῦσθαι, *ab aliis magnifiant.*

ciunt) ita & amarulentos metuere oportet, assentior K & ego. Si uerò tanquã graues ac duros ad retũ exe
quutionẽ usurpãdos putas, nequaquã astipulor. Nihil.n. ad rerum administrationem ita necessarium est & accommodũ atque prudentia. Atqui nihil ita prudentiam remoratur, atq; malitia & uersutia, pari ter ac fraus. Non uidetis corpora cholerica, quomodo oi tabefacto flore tristia sint & iniucunda? quomodo sint imbecillia & macilenta, atq; ad omnia in epta? Tales sunt & animi amarulẽti. Neq;.n. alius est animæ morbus regius, quã malitia. Nõ est igitur po tens malitia, non est inquam. Si uultis, & per exem plum rursus, adductis improbi simul & candidi ima ginibus, clarũ efficiã quod dico. Improbus erat Ab salom, & oẽs sibi uendicabat & conciliabat. Vide igi tur quanta erat improbitas. Circuiens, inquit, dice bat, nũ est tibi causa diiudicanda? Vnumquenq; uo lens hoc pacto familiarem sibi & addictũ facere. Da uid uerò candidus erat & sine fraude? Quid ergo? ui de qs fuerit utriusq; finis, uide quãta fuerit ille stultia refertus. Nam quũ esset ad solum patris excidiũ intentus, in reliquis oibus cæcutiebat. Qui.n. simpli citer ambulat, ambulat fiducialiter: & meritò: utpo te, q nihil agat curiosẽ, nihil perpetret mali. Obedia mus ergo beato Paulo, & miseremur deploremusq; amarulentos oia molientes & facientes, ut malitiã hanc ex eorum mentibus exantlemus. Quomodo enim absurdum non est, quòd bilem eam quę in no bis est, quanquã utile est hoc elementum corporis: (nam sine bile nequit esse homo, elementalem aũt i lam dico) qũo, inquam, absurdum nõ est, quòd coti poralem quidem illam bilem licèt plurimum ab illa iuuemur, pro uiribus euacuantes, eam quæ prorsus inutilis est, imo & plurimũ nociua, nullo studio co namur euacuare? Qui uult, inquit, inter uos sapiẽs es se, stultus fiat, ut sapiens sit. Audi rursus & ipsum Lu cã dicentẽ: Sumebãt cibum, cũ exultatione & simpli citate cordis laudantes deũ, & gratiã habebãt apud omnem plebem. An nõ uidemus etiamnum simpli ces, & qui sine fictione sunt, cõmuniter apud quos uis in honore esse? Ei, qui talis est, nemo inuidet pro sperè habẽti, & nemo insultat ifeliciter ac misere agẽ ti, sed & rebus illi ex animi sentẽtia cedentibus con gratulantur oẽs, & lapso condolent omnes. Amaru M lentus uerò siquãdo rebus usus fuerit secũdis, mox tanquã mali quicquàm accidisset, ingemiscunt oẽs: & rursus si malè habuerit, lætantur omnes. Miserea mur itaq; illorum. Habẽt enim communes hostes, quocũq; se uertãt, circũeuntes. Iacob simplex erat, & tamẽ malitiosum illum Esau deuicit. In anitnã enim Iob. malignam non ingredietur sapientia. Ompis amaru Sapiẽ.1.4 lẽtia tollatur à uobis. Neq; quicquã illius maneat re liquũ. Solent enim reliquiæ, si motæ fuerint & irita tæ, quemadmodũ scintilla quędam, ingentem intus efficere pyram. Consideremus itaq; diligẽter, qd sit amarulentia. Vtpote, exẽpli gratia, in uiro subdolo, fraudulẽto, ad malefaciẽdum instructo & malè su spicioso. Ex tali sanè semp generatur & tumor & ira. Nequit.n. fieri ut talis anima tranquilla sit, tumoris & iræ radix est amarulentia. Qui talis est, semper aio est graui ac tristi, nec unquam mentem remittit, sem per cogitabundus, semper mœstus. Quemadmo dum.n. dixi, ipsi sua ipsorum mala primi demetũt. Et uociferatio, inquit. Quid igitur & uociferationẽ tollis? Mansuetũ qppe talẽ esse oportet. Equus enim

Absalom. 2.Reg.15.

κατὰ ἀπειλεῖν ἡσύχιον *Thessalidam, hoc est, mafrã & impostricem.*

Pro.10.b

L

1.Cor.3.d

Actu.2.g.

A quidã est uociferatio, ascensorem ferens furorẽ & iram. Equum cohibe, & ascensorem ipsius euertisti.

Morale.

Audiant ista potissimũ mulieres, quæ in nullo nõ negotio uociferantur & clamant. Vna in re dũtaxat utilis est uociferatio, nempe in prædicando & docẽ do, aliis in rebus nequaquam, neq; in precationibus etiam. Et si hoc uis reipsa cognoscere, nunquam cla mes, & nunquã irasceris. Ecce habes modũ quo uites iracundiã. Quemadmodum.n. fieri non potest, ut qui non uociferatur, irascatur: ita fieri nequit, ut uociferans non irascatur. Neq;.n. mihi iracũdum & iniuriæ memorem, ipsam uidelicet amarulentiam & bilem obiicias. Nos de affectus ipsius uiolentia disse timus. Itaq; non parũ conferet, si animum erudieris, ut nũquam clames ac uocifereris. Iræ pennas ampu tas, dum clamorem tollis, ipsumq; cordis tumorem cõtrahis. Quemadmodum.n. fieri non potest ut pu gnet, qui manus contra neminẽ extollit: ita fieri nequit, ut per iram implicetur qui nõ clamat. Liga ma nus uerberantis, & iube ut percutiat, uerũ non pote
B rit: ita & ira habet. Vociferatio uerò etiam nondum existentem iram elicit. Atq; hinc mox mulierum po tissimum genus capitur, quæ dum ancillis irascũtur, uniuersam domum uociferationibus suis adimplẽt. Fit autẽ sæpenumero ut ædibus ad biuiũ celebrẽmue plateam aut angiportũ ædificatis audiant quot quot adstant & istã uociferantẽ, & famulam eiulan tẽ. Quid uerò cũ maiore dedecore unquam poterit fieri, quàm istos audire ploratus, & quæ reliqua illic fiunt? Atq; hic mox quicunq; introspexerint: famulã suã, inquiunt, illa uerberat. Hoc autẽ quid esse potest turpius? Quid igitur, uerberare nõ oportet? Nõ hoc dico. Oportẽt quidẽ, sed neq; continuò, neq; immo dicè, neq; ad ulciscendas proprias iniurias, quod sem per admoneo, utpote siquid in ministerio delictum fuerit: sed siquid damni aiæ suæ intulerit, hac de cau sa si uerberaueris, laudabunt oẽs, reprehẽdet nemo. Si uerò tuarũ rerũ gratia hoc feceris, crudelitatis ac sæuitiæ argueris ab oibus. Iam quod omniũ est tur pissimum, sunt quædam usq; adeò feræ & immites, ut tã atrociter flagellẽt famulas suas, ut ne toto qdẽ
C illo die extingui queãt uerberũ uibices. Nudatas.n. puellas, ad lecticas, conuocato ad spectaculum ma rito, uerberaturæ ligant. Heu, non uenit tibi in men tẽ in ipso momento, dic queso, gehennæ memoria? Quin puellã nudas, uiroq; ostẽdis, nec erubescis, nõ metuens ne te reprehendat? Imò plerunq; ipsum iri tas, diraq; minaris: idq; posteaq; innumeris conuiciis miseram & calamitosam, nempe thessalidã, fugitiuã ac prostitutã uocando confeceris. (Ira siquidem ne proprio quidem ori parcere permittit, sed unũ hoc intendit, qũo uidelicet illam ulciscatur, etiam si inte rea seipsam turpitudini obnoxiam reddat.) Et post hæc oia quasi quidam tyrannus ad iudicium præsi det, ac pueros aduocat, assumptóque stulto uiro ue lut lictoris uice utitur. Debẽntne ista in Christiano rũ ædibus fieri? Sed malũ est, inqs, seruile hoc genus, & improbũ & impudẽs, & quod corrigi nõ sustinet. Noui & ego. Verũ potest aliter corrigi, metu scilicet, minis ac uerbis, idq; talibus, q̃ & illam amplius mor dere possent, & te ab isto dedecore liberare. Quòd turpia uerba loqueris, cũ sis libera: nunqd hoc ipso te magis pudore afficis quã illam? Deinde cũ in bal neo illi progrediendum fuerit, uibices in tergo nuda

D tæ ancillæ, indicia uidelicet crudelitatis tuæ circun fers. Sed intolerabile est, inquis, seruile genus, quàm primũ indulgentiam consequutũ fuerit. Nõ ignoro. Verùm quemadmodum dixi, aliter illam emenda, non solũ flagellis, neq; timore duntaxat, sed & blan diciis, & beneficẽtia. Soror tua facta est: si fidelis fue rit, cogita te esse dominam, illam uerò tibi seruire. Si temulenta fuerit, abscinde temulentiæ causas. Virũ uoca, & admone. An non uides q̃ turpe sit mulierẽ uerberari? Qui innumera suppliciorũ genera aduer sum uiros legibus suis statuerũt, utpote adustiones & tormenta, rarò mulierẽ suspenderunt: sed iræ metã usq; ad alapas ut uirgarũ castigationẽ posuerunt. Tanta uerò erga naturã hanc muliebrẽ usi sunt re uerentia, ut nulla urgẽte necessitate distulerint sæpe numero castigatione, utpote cùm prægnans fuerit mulier. Turpe quippe est uiro uerberare mulierẽ. Si uerò turpe est uiro, multò magis ei quæ eiusdẽ est se xus. Hinc quoq; mulieres reddũtur uiris exosæ. Quid igitur, inquis, si fornicetur puella? iũge illã uiro, am puta fornicationis causas, ne permittas ingurgitãdo E lasciuire. Quid si furetur? Custodi eam, & diligenter obserua. O ꝓcepti difficillimi hyperbolẽ. Eron' ego illius custos, inquies? ò demẽtiam. Quamobrẽ obse cro, non eris ipsius custos? An non eadem mente & aia tecum communicat? An nõ eisdem bonis ac be neficiis tecum à deo honorata est? Non eadem tecũ mensa fruitur? Non eiusdem nobilitatis tecum parti ceps est? Quid ergo, inquies, si fuerit contumeliosa, loquax & ebria? Quot uerò liberæ tales sunt? Præce pit autem deus ut oia mulierum uitia ferant uiri. Dũ taxat, inquit, non fornicetur mulier, reliqua uitia fer to. Et si temulenta fuerit, aut contumeliosa, aut lo quax, aut inuida, uel sumptuosa, substantiamq; dila pidãs, so ciã habes uitæ, compone illã. Id.n. tibi necesF sariò incumbit: nam ideo caput es. Quod tuũ est fa cito. Et si corrigi neqt, perpetuoq; furatur, quæ tua sunt custodi: ne excrucies illam tantopere. Si loquax fuerit, os illi obturato: Atq; hoc excellẽtissimę philo sophiæ est. Iam uerò in tantã absurditatem abeunt qdã, ut nudatis capitibus per capillos ancillas suas distrahant. Vt quid erubescitis omnes? Non ad oẽs uos mihi sermo est, sed ad eas quæ in istã ferocitatẽ abductæ sunt. Estne moris, dic quæso, ut nuda stet mulier? Tu uerò oino & uittam capitis uides. Vides quo teipsam cõtumelia afficias? Quòd si suapte spõ te nudo capite in cõspectu tuo compareret, probro illi uerteres: quum tu uerò ipsa illam nudes, nihil esse mali dicis? Deinde, quid si nõ emẽdatur, inquis? Vir ga & plagis illã castigato. Quanta uerò uitia tu ipsa habes, q̃ non corriguntur? Ista nobis iam non illarũ, sed uestri gratia dicuntur, q̃ liberæ estis, ut nihil desi gnetis quod inhonestũ sit ac turpe, nec uosipsas læ datis. Si ista domi tuæ in ancilla tractanda didiceris mansuetaq; fueris & non difficilis, multò magis erga uirum talis eris. Nã si nihil tale operata ubi potestas, erat, inuẽta fueris: multò magis nihil huiꝰ facies, ubi unde prohibearis impedimentũ est. Itaque philoso phia ista erga ancillam seruata plurimũ uobis ad ac quirendam uirorũ beneuolentiam cõferet. Nã qua Matt.c.7 mensura, inquit, metimini, eadem remetiẽtur uobis & alij. Pone frenũ ori tuo. Et si ancillam molestã ge nerosè ferẽdo laboraueris, in ea q̃ paris honoris est tecum, etiam si contumeliosa fuerit, nihil ægreferes. Si uerò nihil ægrè tuleris, absolutã philosophiam cõ

Oia mulierum uitia, excepta forni catione, ferenda sunt à uiris.

χρηστέμ. γον.

G sequuta es. Sunt uerò quædam quæ deierent ét: nihil est autẽ turpius ea quæ ad eum modũ irascitur. Quid ergo, inqes, si lasciuẽ se iactet & ornet? isthuc prohibeto, & ego cõsentiam: Ita uerò prohibeto, ut à teipsa incipias, nõ tantũ timore quantũ exemplo. Sis in omnibus illi exemplaris imago. *Et blasphemia*, inquit, *tollatur à uobis*. Vides quo progrediatur & crescat malum. Amarulentia peperit tumorem, tumor iram, ira uociferationem, uociferatio blasphemiam, hoc est contumelias, blasphemia deinde plagas, plagæ uulnera, uulnera mortẽ: uerũ nihil horũ proferre uoluit Paulus: sed dixit, tollatur, cum omni malitia. Quid est, cum omni malitia? In hoc omnia cõcludit ac summat. Sunt autem quidam instar eorũ canum, qui clanculum mordentes, prætereuntem quidẽ nec allatrant, nec quicquam erga illũ rancoris ostendũt. adblandientes uero mansuetudinis q́ speciẽ ostendẽtes, sicubi nacti fuerint incautos, dentes clanculũ infigunt. Isti peiores sunt illis, qui ex aperto inimicitiã in se suscipiunt & profitentur. Quoniam igitur & homines canes sunt, neq́ inclamantes quidẽ neq́ irascentes, neq́ molestiæ quicquam minantes, occultè uerò dolos concinnantes & innumera mala fabricãtes, factis q́ se ulciscẽtes, & illos notare uoluit apostolus. Tollatur, inquit, à uobis cum omni malitia. Non est quòd uerbis quidẽ parcas, factis uerò ulciscare. Ego linguã ideo castigaui, uociferationem q́ illius amputaui, ne flammã uehementius incendat. Si uerò sine uociferatione etiam eadẽ facis, incendiũ q́ & carbones internè nutris, quę utilitas erit silẽtii? An ignoras quòd eiusmodi incendia omniũ sunt nocentissima, quæ cùm intus nutriantur, nõ quibusuis circunstantibus apparẽt? Et uulnera quæ in conspectũ extra cutem sese non egerunt? Et rogi illi qui interna comburunt? Ita & peior est reliquis ea ira, quæ mentẽ depascitur. Quin etiã ipsa, inquit, cũ omni malitia, & parua & magna tollatur. Obediamus ergo apostolo, omnem q́ amarulentiã & omnẽ malitiã eruamus, ne contristemus spiritum sanctum. Euellamus radicitus amarulentiam, excidamus eam. Ex animo amaricato nihil planè fit boni, nihil sani: oía calamitates, omnia lachrymas, omnia ploratus & fletus spirant. Non uideris uel bestias illas quo eas cùm uociferant, auer. semur? utpote leonem aut ursam: ouem uerò non ita. Non. n. illic est uociferatio, sed mansueta quædam uox. Et instrumentorum musicorum quædam iniucundiora sunt sonitu, dum perstrepũt, ut tympana & tubæ. Quę uerò non ita sed submissa sunt & mollia, illa iucunda sunt, ut tibia, & cithara, & fistulæ. Ad hunc itaque modum mentem nostrã instituamus, ne uociferemus, atq́ ita poterimus & irã uincere: illa uerò excisa nos primi trãquillitate potiemur, & in serenum tranquillum q́ portũ enauigabimus: quod contingat nos omnes cõsequi in Christo Iesũ domino nostro &c.

Homilia. XVI. *tota ferè moralis.*

Mnis amarulentia, & tumor, & ira, & uociferatio, & maledicentia tollatur a uobis cũ omni malitia. Sitis uerò inuicem alius in alium comes, misericordes, largientes uobisipsis sicut & deus per Christum largitus est uobis. Nõ est satis à malitia liberari, si quidẽ consequendum sit regnum cœlorũ: sed & multo uirtutum lucro ac prouentu opus est. Nã ad hoc quidẽ ut à gehenna liberemur, opus est ut abstineamus à malitia: ut uerò regnũ consequamur, amplectenda

Quo non satis sit malis abstinuisse.

& usurpanda est uirtus. An ignoratis quòd ita fiat & K
in externo illo mundano foro, quando factorum habetur inquisitio, omnis q́ ciuitas in unum congregatur? Nam uetus erat apud eos qui foris sunt consuetudo, ut aurea donaretur corona, non is qui nihil mali perpetrasset in ciuitatem (nam istud ad hoc duntaxat sufficiebat, ne subeũdum esset supplicium.) sed qui etiam magna beneficia contulisset. Ita scilicet oportebat ad istum honorem consequendum duci. Sed nescio quomodo penè oblitus sim, quòd ad uos potissimum erat dicendum. Primam enim distinctionis istius partem reiiciam modica quadam correctione usus. Posteaquàm enim dixi secessum à malis sufficere nobis ad hoc ne in gehennam incidamus, incidit interea dicenti horrida quædam comminatio, quæ non illis qui malè quicquàm ausi sunt supplicium inducit, sed eos qui bonorum quippiam omiserunt, punit. Quæ est autem ista? Imminente, inquit, die illa tetribili, 'aduentante q́ certa illa & fixa iudiciaria cognitione, constitutus in tribunali suo iudex: & ouibus quidem ad dexteram collocatis, hœdis uerò à sinistris, ad oues dicet: Venite benedicti patris mei, possidete regnum uobis ab exordio mũdi paratũ. Esuriui enim, & dedistis mihi edere: istud bene babet. Oportebat enim eos tantæ beneuolentiæ tantam uicissim retributionem recipere. Quòd autem illi, qui de bonis suis egentibus nõ contribuerunt, non solũ usq́ ad bonorum priuationẽ puniũtur, sed & in gehennæ ignem amandantur: istud quę so, quámnã habet rationẽ? Et istud sanè potissimũ probabilem habet rationem, non minus quã illud prius. Nam ex eo instruimur, quòd illi quidem q bona fecerunt, cœlestibus sint potituri bonis: qui uerò culpantur, quòd etsi nihil habeant mali, bonorũ tamen aliquid omiserũt, simul cũ illis q mala fecerũt, in ignem gehennæ sint abducẽdi. Nisi quisquã illud dixerit, quòd & bonũ non facere, malitiæ pars quædam sit. Nam otii istud est & segniciei: otiũ uerò malitiæ pars est: ímo uerò nõ pars, sed causa & mala radix. Omnem quippe malitiam docuit otium: itaque cauendũ ne stultè quæstiones istas indagemus & inquiramus, nempe, Quẽ sit habiturus locũ qui nihil boni fecit. Nihil. n. boni facere, hoc ipsum est malũ facere. Dicas. n. uelim, si famulum quempiam haberes, qui etsi nec furaretur, nec conuiciaretur, nec cõtradiceret, ímo nec inebriaretur, nec reliquorũ malorum quicquam designaret, sederet tamen perpetuò otiosus, nec aliq̃d eorum, quæ seruus hero suo ṕstare debet, faceret, non flagellares illum, nõ ut peruersum castigares, dic quæso? At qui nihil dum mali operatus esset. Ita q́ hoc ipsum malũ est. Ponamus uerò & reliquæ uitæ rationẽ. Sit agricola quisquã qui nulla in parte lædat nostra bona, nec illis insidietur, nec furtũ intentet, dũtaxat ligatis domi manibus otiosẽ sedeat, nec seminans, nec sulcum proscindẽs, nec boues subiugans, nec uitẽ colens, nec alium quẽquam eorum laborum faciens, qui ad terræ culturã pertinent. An huiusmodi non puniemus? At qui nihil iniuriæ intulit, ne culpare talẽ possimus. Verũ hoc ipso quòd otiosus fuit, iniuriã intulit. Iniuriam enim cõmittit cõmuni ratione, qui, quã debet, utilitatẽ suam non præstat. Quid. n. dic quæso, si quis q́ opificũ & artificum, eũ qui alterius artis esset, ímo qui & suæ, nihil quidẽ læderet aut impediret, quiesceret uerò & otiaretur dũtaxat: an non, hoc pacto omnis uita nostra per

καὶ πα ραγενομένης τῆς κυρίας Matt. 25.6 L

ἐυπροσωπον. M *simile.*

A stra perderetur & corrũperetur? Vis ut & ipsum corpus in hãc rationem ducamus? Manus igitur nec caput uerberet, neq́ linguam excidat, nec oculũ effodiat, nec aliud quicquã eiusmodi mali committat: tantum uerò otiosa maneat, & ministeriũ suũ quod debet, toti corpori non præstet: an digna non esset quæ amputaretur potius: quã circunferretur otiosa, totiq́ corpori nociua? Quid si os nec manderet manũ, nec morderet pectus, quæ uerò sui sunt officij, omitteret oía: an non meliùs obturatũ esset magis os tale? Itaq́ si & in domesticis, & in opificibus, & in toto corpore magna est iniuria, nõ solũ mali quicq̃ facere, sed & bona omittere: multò magis istud utique in corpore Christi erit. Propterea nos & beatus
Simile. Paulus abductos à malitia ad uirtutẽ ducit. Quid enim proderit, dic q́so, spinas omnes excidere, si bonũ semen iactũ non fuerit? In idẽ quippe damni nos iterũ constituet labor inutilis manens & imperfect⁹. Propterea sanè & Paulus curã, nostri, habẽs, admonitiones suas non in eo sistit, ut mala excidamus &
Ephes. 4. &. tollamus, sed illicò adhortatur, ut & bonorũ semen tẽ & plantationẽ ostendamus. Cũ. n. dixisset, Omnis
B amarulentia, & tumor, & ira, & uociferatio, & maledicentia tollatur à uobis cum omni malitia, subiunxit: Sitis uerò inuicẽ alius in alium comes, misericordes, largientes uobisipsis. Isti. n. sunt habitus & affectus. Et nõ sufficit uno liberari, ad hoc, ut in alterius affectus habitũ restituamur: sed opus est rursus
Simile. instinctu quodam & impulsu non minore eo q ad fugam malorum permouit, ut ad possessionẽ bonorũ perueniamus. Etenim qui corpore niger est, etiã si ab ea corporis qualitate liberetur, non tamẽ mox
Exẽplũ. albus euasit. ímo uerò rei huius rationẽ ac iudicium nõ in naturalibus exerceamus, sed ex illis quæ ad uoluntatẽ pertinẽt, exẽplũ adducamus. Qui inimicus non est, nondũ omnino amicus est, sed est medium quiddã, quod neq́ ad inimicitiã neq́ ad amicitiam pertinet, in quo maximè constituta est erga nos maior hominũ pars. Qui non illachrymatur, non planè etiã ridet, sed est media quædã conditio: Ita sanè & hic nondũ omnino comis est qui amarus non est, nec planè misericors qui tumorẽ non habet, sed adhuc & alio quodã studio opus est, ut istud bonum
C possideatur. Contẽplare uerò quo iuxta legem ac rationẽ optimæ agricolationis concreditã sibi ab agricola tellurem beatus Paulus perpurget, & operãdo exerceat. Sustulerat adulterinã sementẽ, hortatur de inceps, ut conitneant genuinam sationem. *Sitis comes*, inquit. Nã si euulsis spinis otiosus iacet ager, inutiles iterum herbas proferet. Propterea otiũ ipsius ac desidiẽ bonorum seminum ac plãtarum sationẽ præoccupare oportet. Euulsitiam, posuit in locum comitatem: euulsit amarulentiã, reposuit misericordiã: excidit malitiã ac maledicentiam, plantauit remissionẽ ac cõdonationẽ. Hoc enim est quod dicit *largientes uobisipsis*, hoc est, Sitis, inquit, ignoscentes ac condonantes. Ista quippe largitio maior est ea q̃ fit in pecuniis. nam qui pecunias remittit ei cui mutuum dedit, bonum quidem opus facit & celebran dũ: ueruntamen ad corpus usq́ dũtaxat ista largitio pertingit, licèt sibiipsi retributionẽ in illis donis acqrat, quæ spiritualia sunt, & ad animã pertinent. Qui uerò peccata largitur ac condonat, & aiæ suę ipsius prodest: & eius pariter cui remittit. Non. n. seipsum duntaxat hoc pacto, sed & illum mansuetiorẽ reddi

dit. Nam animos eorum, qui nobis iniuriã intulerũt, D
non ita mordemus si in ius eos uocemus, atq́ si iniuriã cõdonemus, hoc modo illos pudefaciẽtes & placãtes. Aliãs etenim nec nobisipsis nec illis prosum⁹, ἀυσωποῦντες.
sed utrosq́ damno afficimus: dũ & nos uindictã ac retributionem more principum Iudæorũ persequimur, & tumorem in illis incẽdimus. Si uerò acceptã iniuriam mansuetudine cõpensauerimus, omnem ipsius iram excutiemus, posito apud ipsius conscientiã iudicio, unde pro nobis prolatis sententiis, seipsum cõdemnabit, iudicabit q́ peiorẽ esse quã nos. Nã reprehendet & damnabit seipsum, quæret q́ occasionẽ, quò mutuò captã lõganimitatis partem maiore mensura reponat: sciens, quòd si par duntaxat beneficiũ rependerit, inferiorẽ se fore ob id quòd non prior ipse benefecerit, sed exemplum benefaciẽdi primũ à nobis sumpserit, atq́ ideo minus rependat. Studebit itaq́ atq́ eò cõtendet, ut beneficij sui reddita semina in mẽsura excellant, ut minores, quas ex eo sustinet, quòd non prior, sed secundus ad beneficii retributionẽ accesit, retributionis excellentia superet & abscondat: & inferiores quas ex tẽpore tulit, eius scilicet, qui prior malè adfectus est, eas per man E
suetudinis hyperbolen communes faciat. Homines enim quando grati sunt, non ita propter accepta mala, quo propter bona, quibus ab illis afficiũtur, quos læserant, anguntur & gemunt. Nã illud quidem malitiæ, istud uerò probri, contemptus q́ plenum est, eũ scilicet cui benefactum est, nullo beneficio respondere. Hoc etenim laudẽ habet & applausum, & præconiũ, ab oibus, quòd qui iniuriã passus est, nullam meditatur uicissim ultionẽ. Atq́ ideo potissimum hoc pacto qui mali sunt, mordẽtur. Itaq́ si uoles ulcisci, isto modo ulciscere. Malefactis repende bona, ut & ipsum malefactorẽ debitorem tuum cõstituas, & uictoriam feras admirabilẽ. Affectus es malẽ? uicissim benefacito. Ita ulciscere inimicũ. Nam si in ius ipsum uocaueris, & te pariter & illum reprehendent oẽs. Alter uerò fiet, si iniuram tuleris. Te quidem laudabũt & admirabuntur, illum uerò reprehendent & incusabunt. Quid uerò maius poterit fieri inimico, quàm ut uideat eum quẽ odit, admirari laudariq́ ab omnibus? Quid inimico poterit obtingere amarius, quã se ipsum uidere ab oibus in eius cõspectu quem odit, calumniari & probris affici? Si uindicaueris in ipsum, F
& cõdemnaberis pariter, & solus ultionẽ patieris. Si uerò noxam remiseris, uindictã in hostem tuũ exercebunt omnes. Istud quidẽ grauius est, quàm si malè abs te afficeretur, nẽpe, quòd tot ultores in ipsum hostẽ tuũ insurgũt. Quòd si tu quoq́ os tuũ aduersus illũ aperueris, tacebũt illi. Si uerò tacueris, nõ iam uni ori, sed innumeris aliorum illũ obiicies, & magis hoc pacto ulciscẽris. Et te si probris inimicũ tuũ affeceris, multi etiã culpabunt. Dicent. n. uerba esse animi commoti. Si uerò nulla lacessitus iniuria conuiciis ipsum ita perfuderis, tũ maximè à suspicione ista pura erit ultio. Nã quãdo nihil mali perpessi, propter excellentiã mansuetudinis tuæ, non aliter condolẽt atq́ compatiuntur, quã si iniuriis essent affecti, tum certè ab omni suspicione mũda erit ista ultio. Quid ὕστερον πρότερον ἐν κατασκευῇ μένοι.
igitur, inquies, si nemo ulciscetur? Nõ potest fieri ut adeò lapidei sint homines, quin admirentur philosophiã istã uidentes. Et si tum ulti non fuerint, facient tamẽ hoc posteaquã fuerint in eũ statũ & ordinem constituti, qui ad hoc deputatus est. Interea qui illũ

sugillant, & probris afficiũt, istud adimplẽt. Et si nemo alius te admirabitur, admirabitur tamẽ ille ipse inimicus tuus, etiã si nihil dicat. Nam iudicium boni incorruptũ, ac nulla parte deflexũ, etiã si in ipsum malitiæ barathrũ deueniamus, nihilominus adhuc nobiscum persistit. Aut quãobrẽ putas dominũ nostrum Christũ ista dicere: Si quis te percusserit in dexteram maxillã, obuerte illi & aliam? An non ideo qđ quantò quis longanimior fuerit, tantò magis & seipsum & aduersariũ suũ maxima utilitate afficiet? Propterea præcepit & aliam obuertere, ut irati ac tumidi desideriũ expleas. Quis. n. adeò ferinis est moribus q posttea nõ pudefiat? Canes hoc inter se facere dicuntur, ut quando in aliquẽ latrãdo irruperint: is uerò supinum seipsum in terrã proiecerit, nihilq; contra fecerit, mox omnẽ irã hoc pacto extinguat. Itaq; si illi placãtur, & quasi pudore suffundũtur corã eo, qui qduis ab ipsis patiparat⁹ est: multò magis istud humanum genus, maiore ratione p̃ditũ, decet. Sed enim dignũ fuerit non prẽterire quod paulò antè in memoriam inciderat, & in testimoniũ adductũ est. Quid autẽ est istud? Diximus de Iudæis & eorũ primoribus, qđ culpati sint tanquã ultionis retributionem sectantes. Quãquã istud lex illis permisit, nẽpe, oculum pro oculo, dentem pro dente. Veruũ nõ ideo ut oculos inuicem effoderent, sed ut metu idẽ patiẽdi, licentiam lædẽdi cohibentes, neq; malum aliis inferrent, neq; ipsi paterẽtur ab aliis. Propterea dixit, oculũ pro oculo, ut aduersarii tui manus liget ac cohibeat, nõ ut tuas cõtrã eliciat & educat: nõ ut tuorũ dũtaxat oculorũ lęsionẽ prohibeat, sed ut & illius saluos custodiat. Sed ut quẽrere cœperã, qua ratiõe concessa ultione reprehenduntur quòd illa sunt usi? Quidnam istud est? Iniuriarũ memoriam hic dicit. Nam eũ quidem qui lęditur, actionẽ mox instituere permittit, lædentẽ, ut dixi, detinens ac reum constituens. Iniuriæ uerò memorẽ esse non ita permittit: nã istud non iam iræ esset, aut feruentis impetus, sed studiosæ & accuratę malitię. Ignoscit uerò deus illis, qui dolore ac calũnia pariter rapti sunt, & ad uindictã impulsi. Propterea dicit, oculũ pro oculo. Et iterum: Viæ eorũ qui iniuriarũ sunt memores, ad mortem abeunt. Si uerò tantum supplicii iniuriarũ tenacibus positũ est, ubi oculum pro oculo excæcare & eruere licebat: quãtò magis illis, q seipsos, & ad malorum tolerantiã paratos exhibere iusi sunt? Ne simus itaq; iniuriarũ memores, sed extinguamus irã, ut beneuolentia ipsius p̃cipientis digni reddamur. Quan. mensura, inquit, metimini, eadẽ remetientur uobis & alii. Et quo iudicio iudicatis, eodẽ iudicabimini: ut, uidelicet, & eos qui in præsenti uita sunt, laqueos effugiamus, & ad futurũ illum diẽ ueniã ab ipso acquiramus, gratia & benignitate &c.

Homilia XVII.

Itis uerò mutuẽ alius in aliũ comes, misericordes, largiẽtes uobisipsis, quẽadmodũ & deus in Christo largitus est uobis. Sitis igitur imitatores dei, tanquã filij dilecti, et ambulate in dilectione, quẽadmodũ & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationẽ & uictimã deo in odorẽ bonæ fragrantiæ. Maiorem persuadendi uirtutẽ habent quæ præterierunt, quã quæ futura sunt. Videntur etiam admirabiliora esse & certiora. Propterea & Paulus ab acceptis iã beneficiis adhortationem texit: nã illa quidem Christi gratia plus habent uiriũ. Quòd enim dicit: Remitte, & remittetur tibi: &, Si non remiseritis, non remittetur uobis: si ad philosophos quidẽ uiros dictum fuerit, & eos qui futuris fidẽ habent, multum sanè potest. Paulus uerò non solũ ex istis urget, sed ex beneficiis iam acceptis. Illud enim est suppliciũ quidem fugere, istud uerò & boni cuiuspiã participẽ fieri, Christum imitare. Istud unũ sufficerit ad hortamentum uirtutis, deum. s. si imitatus fueris. Hoc uerò maius illo, quòd Solem producit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Nõ enim simpliciter dixit, ut deum imitemur, sed uult ut in qbus nobis benefit, paterna inuicẽ uiscera alius in aliũ habeamus. Nam uiscera ista dicuntur, & benignitas, & commiserationes. Quum. n. fieri nõ possit, ut qui hoĩes sunt, nec contristent aliquem, nec tristentur ipsi, reperit alterum pharmacũ. Itaq;, inquit, largimini uobisipsis. Quanquã ita nihil dum quod par sit, feceris: nã tu qdem nũc largiris, rursus tibi largitur ille, deo uerò nihil largitus es. Et tu quidẽ cõseruo, deus uerò seruo, & hosti suo & osori. Quemadmodũ & deus, inquit, in Christo largitus est nobis. Et istud magnum habet ænigma. Nõ simplr, inquit, sine periculo largitus est, sed cũ periculo filii: ut tibi ignosceret, filiũ immo lauit. Tu uerò sæpenumero cũm remissionẽ uideas esse, & sine periculo, & sine sumptu: tamen non ignoscis. Sitis imitatores dei tanquã filii dilecti, & ambulate in dilectione, quemadmodũ & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & uictimam deo in odorem bonæ fragrãtiæ. Ne uerò oblationẽ istã necessitate coactam fuisse putes, audi quid dicat: nẽpe, quòd semetipsum tradiderit. Quemadmodũ te dilexit dominus, ita tu dilige amicũ: imo neq; ita poteris: uerũtamẽ dilige ut poteris. Papæ, quid poterit hac uoce beatius esse: nihil par dixeris, etiã si regnum, aut quicquid tandem protuleris, deũ imitaberis, deo exæquaberis, siquãdo aduersario ignoueris. Oportet uerò delicta magis quã pecunias remittere. Nã siquidẽ pecunias remiseris, deũ nondũ hoc pacto imitaberis. Delicta uerò si remiseris, deum imitaberis. Veruntamen qũo poteris dicere, pauper sum, remittere nõ ualeo: cũ & ea quæ remittere potes, non remittas? Et est hic ne damni quicquã? Nunquid diuitiæ magis? num abundãtia? num opulẽtia? Ecce & aliã adhortationem generosiorem. Tanquã filii dilecti, inquit, & aliam habetis necessitatem imitandi ipsum, nõ solũ ut bene nobis fiat, sed ut & filii reddamur, tanquã filij dilecti. Quoniam enim non oes filii patres suos imitantur, imitãtur uerò dilecti, propterea dicit: tanquã filij dilecti. Ambulate in dilectione? En oium causam. Ista si fuerit, nec tumor erit, nec ira, nec uociferatio, nec maledicentia, sed simul hæc oĩa sublata erunt. Propterea & postremo loco caput hoc posuit. Vnde fact⁹ es filius? Ex eo qđ remissum est tibi. Ex ea itaq; causa, unde tãto affectus es honore: ex ea, inquã, ipsa ignosce & proximo tuo. Dic quæso: Siquis te uinctũ & innumeris malis obnoxiũ in regias duxisset. imo uerò relinquamus istud. Siquis te febricitãtem, & frigore pereuntem pharmaco quodam iuuisset, an non ipsum præ oĩbus honorares, atq; ipsum etiã pharmaci nomen: Si. n. tẽpora & locos, quibus adiuti sumus, non aliter habemus quã nostras ipsorũ aĩas, multò magis res ipsas. Amator esto dilectionis, per ipsam saluatus es, per ipsam filius dei factus es. Quòd si & aliũ ualuare posses, an nõ hoc ipso pharmaco utẽris & ad

monebis omnes dicti illius, Remittite, & remittetur uobis: Gratarum mentiũ est istud: ita adhortari liberorum est & generosorum. Quemadmodum & xps dilexit nos, Tu parcis amicis, ille inimicis: igitur multò maius est quod à domino fit. Quemadmodum enim illud, ubi seruatur, nisi, uidelicet, dum & inimicis benefacimus? Et tradidit semetipsum oblationẽ, & uictimam deo in odorẽ bonæ fragrantiæ. Vides quòd pro inimicis pati, odor sit bonæ fragrãtiæ, uictima acceptabilis? Quòd si mortu⁹ fueris pro illis, tum demum eris uictima. Istud. s. est imitari deum. *Fornicatio uerò & omnis immunditia, aut auaritia, neque nominetur inter uos, quemadmodum decet sanctos.* Dixerat de amaro tumoris affectu, uenit iam ad min⁹ malum. Quòd. n. minus malũ sit cõcupiscentia, audi & in lege Mosen primum dicentem, Ne occidas, qđ qui dem tumoris est: & tunc subiungentẽ, non mœchaberis, id qđ est concupiscentiæ. Quemadmodum. n. amarulentia, & uociferatio, & omnis malitia, & maledicentia, & quæcũq; talia tumidi sunt: ita concupiscentia laborantis est fornicatio, immũditia, & auaritia. Eodem. n. affectu concupiscentiæ & pecunias amamus & corpora. Sed quẽadmodum illic uociferationem, tãquam iræ uehiculum, sustulit: ita & nũc turpiloquium & facetiarum urbanitatẽ, ut fornicationis uehiculum aufert. *Et obscœnitas, inquit, & stultiloquium, et facetiarum urbanitas, quæ nõ conueniũt, sed magis gratiarum actio.* Neq; dicas urbanas facetias ac turpia, neq; facias: & flãmã extingues. Neq; nominetur, inquit, inter uos: hoc est, oĩno ne appareat qdẽ. Istud & Corinthijs scribẽs, dixit: Oĩno auditur inter uos fornicatio: id est, omnes mundi sitis. Sermones enim rerũ sunt uiæ. Deinde ne uideatur onerosus eẽ & molestus, urbanitatẽq; temerè amputare, addidit & causam, cũ dixit, Quæ non cõueniunt: quæ nihil, inquit, pertinẽt ad nos, sed magis gratias age. Quid prodest urbanè dixisse? Risum duntaxat mouisti: dic mihi, facit ne coriarius quicquam eorũ quæ ad artẽ suam non pertinent, aut possidebit aliquod tale instrumentum? Nequaquã. Quæ enim nullo sunt usu, nihil illa ad nos.

Morale.

Nullus sit nobis sermo otiosus. Ex otioso quippe sermone incidimus & in absurdos. Præsens tẽpus nõ effundẽdi gaudij, sed luctus est, tribulationum, & lamentationum. Tu uerò leuiter urbanis facetijs iocularis? Quis athletarum stadium ingressus, relicta soli citudine cũ aduersario certãdi, facetijs utitur? Instat diabolus, circuit rugiens, ut rapiat omnia, mouet actẽtat, oĩa aduersus caput tuum inuertit, extraq; nidũ eiicere te molitur, dentib. stridet ac fremit, ignem spirat aduersus salutem tuã: & tu sedes facetias effundens, & q̃ stulta sunt, & ad rem non conueniunt efsutiens? Poteris itaq; ipsum bene superare? Ludimus dilecti? Vis discere sanctorũ cõuersationẽ? Audi Paulum dicentẽ: Triennium, inquit, noctes ac dies non destiti cum lachrymis admonere unũquenq; uestrũ. Si uerò pro Mileſiis & Ephesiis tãta usus est diligentia, non facetias loquens, sed cũ lachrymis admonitionem inferens: quid de alijs dici poterit? Audi uerò qđ & Corinthijs dicat: Ex multa tribulatione, inqt, & ãxietate cordis scripsi uobis p multas lachrymas. Et iterum: Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Quis offenditur, & ego non uror? Quin audi qđ & alibi dicat: Nã & nos, inquit, qui sumus in hoc tabernaculo, gemimus, & p̃ singulos dies, ut ita dicã, ex hoc mundo migrare cupiente apostolo: tu rides & ludis? Belli tps est, & tu q̃ tripudiantium sunt, usurpas? Non uides bella geretium facies, quo sint tristes, cõtractæ, supercilijs terribiles, & horrore plenæ? Viden' aciem oculorum austeram? cor excitatũ, saliens, & palpitãs? animum collectum, trementem ac trepidantem? ut multam disciplinam rerumq; cõcinnitatẽ racẽã. Itaq; apud illos non licet turpe uerbum dicere, immo ne loqui quidem temerè, multũ silentij illis qui in exercitu sunt, sibi inuicem mandantib. Si ergo illi quibus cum sensibilib. & carnalibus hostib⁹ bellũ est, quicq; nihil ex sermonib. noceri poterunt, tãto utuntur silẽtio: tu cui in sermonib. bellum est, imo potior pars belli, eam tibi partem icautam relinques & nudam? An ignoras quòd hinc potissimũ plurib. insidijs obruimur? Ludis, deliciaris, facetias dicis ac risum moues, nihil ista curans? Quot sunt ex facetijs periuria, quot incõmoda, quot turpiloquia? Sed tales, inqs, nõ sunt facetiæ. Verùm audi quòd oẽm facetiarum urbanitatẽ reiecerit apostolus. Belli tps est, pugnę, uigiliarum, custodiæ, armaturę, & acies. Nullum hic locum habet ridendi tempus: illud. n. mundi est. Audi Christum dicentẽ: Mundus, inquit, gaudebit, uos autem contristabimini. Malorum tuorum gratia cruci fixus est Christus, & tu rides? Alapis percussus est, tãtaq; commodi tui gratia, ad auertendam tẽpestatẽ, quæ te occupabat, passus est, & tu deliciaris? Et qũo quæso, ipsum non magis ad iracundiam prouocas? Verùm quoniam nonnullis res ista indifferẽs esse ut detur, quæ & difficilè uitatur, agè pauca de illa differamus, q̃ sit mala, docẽtes. Etenim diaboli opus est istud facere, ut indifferentia cõtemnantur. Primũ igitur, etiam si indifferens esset res ista: neq; sic tamen illam contemnere oportebat, scientem quòd ex ea generentur magna mala, & ita crescat, ut & in fornicationem sæpenumero desinat. Quòd aũt indifferens nõ sit, hinc liquet. Videamus ergo unde nascatur: immo uerò uideamus qualem oporteat esse sanctum, mãsuetum. s. mitem, lugentem, lamentantẽ, ac tribulatũ. Sanctus ergo nõ est, qui facetias loquitur. Quin ridiculus est q hoc facit, etiam si sit Græcus atq; Gentilis. Illis duntaxat licet, q in scena ludunt. Vbi turpitudo, ibi & urbanæ facetię: ubi risus intẽpestiuus, ibi & urbanæ facetiæ. Audi qd hic propheta dicat: Seruite domino in timore, & exultate ei in tremore: urbanitas. n. mollem facit animum, desidem attollit, & cõuicia, sæpe parturit, & bella facit. Quid uerò omnino, nunquid inter uiros cõstitutus es? euacua q̃ sunt paruuli. Et famulum quidẽ tuum in foro quicquã dicere quod non prosit, non pateris: tu uerò, cũ te seruum dei eẽ dicas, facetias urbanas in foro loqueris? Animum sobriũ nemo decipere uolet: effusum uerò ac leuem qs nõ odiat & infectetur? Is seipsum circũuenit ac perdit, nec eget diaboli insidiis ac uiolentia. Vt id uerò discas, uel nomẽ ipsum uide. Eutrapelos (urbanus) dicitur uarius, uersutus, istabilis, leuis, in oĩa mutabilis. Istud uerò procul est ab illis q petrę seruiunt. Confestim uertitur q talis est, & transmutatur: oportet. n. ipsum & habitum, & uerba, & risum, & gressum, & omnia aliorũ imitari: & scommata et struere & excogitare talem oportet: nam & istud illi opus est. Mordere uerò scommatis procul est à Christiano. Necesse est etiam urbanis deditum facetijs minimè necessarias in sese recipere inimicitias eorum quos temerè salibus suis lædit, siue p̃sentes sint,

Universidad de Deusto Biblioteca

G seu absentes hoc audiãr. Si res ista bona est & honesta, ut quid mimis iniungitur? Sis mimus, & nihil pudefias. Quãobrem ingenuis uestris nõ mandatis, ut hoc faciant? Nunqd rem istam iudicatis morum esse inhonestorum, & minimè modestorũ? Magna mala mentem illã, q̃ facetijs istis urbanis dedita est, magna dissolutio & uastitas inhabitant. Harmonia illi⁹ inulca est, cariosum ac marcidũ est ædificiũ, timor exterminatus est, pietas fugata: linguam habes non ut alios salib. tuis mordeas, sed ut deo gratias agas. Nõ uides eos, quos Moriones uocant, Samardacos illos? Illi sunt urbani illi. Exterminate, obsecro, ex animis uestris ingratã istã gratiam. Parasitorum est res ista, mimorũ, saltatorũ, fornicãtium mulierum, procul à mẽte libera, procul ab ingenuo, procul etiam à seruis. Si quisq̃ est ignobilis, si quisquã est turpis & obscœnus, iste sit & urbanè facetus. Multis uerò res ista etiã uirtus quædã eẽ uidetur, & hoc ipsum luctu dignum est. Quemadmodum. n. cõcupiscentia paulatim in fornicationem prolabitur, ita fit etiam mox atq; urbanitas illa gratiosa uidetur. Nihil uerò illa minus habet gratiæ, Audi quippe quid scriptura dicat:

H Ante tonitruum præproperat fulgur, & uerecundiæ
Eccl.32.b. obseruantem p̃cedit gratia. Vrbano autem nihil impudentius. Itaq; os illius nõ gratia, sed dolore plenũ est. Eliminemus consuetudinẽ hanc mensuram: sunt uerò nonnulli, qui & pauperes istud doceant. O absurditatem. Eos qui in tribulationibus sunt urbanis facetiis inseruire faciunt: ubi quæso, morbus iste non inualuit? Iã & in ecclesiam introductus est, iã & scripturas apprehendit. Dicámne, quò mali huius excellentiã demonstrẽ? Pudet quidẽ, attamẽ dicã. Volo. n. ostendere, ubi malum hoc progressum sit, ne uideat minutula exaggerare, deq; re modica quadã uobis disserere, sed ut uel ita queã ab isto uos errore abducere. Neq; putet me quisquiã aliquid fingere, sed quæ audiui referã. Contigit ut ali quis huius farinę apud quenquã eorũ existens, q scientiæ gratia sese plurimũ iactitãt, (scieb ã quidẽ me risum moturũ, uerũtamen dicã) apposita scutella dixerit, draxasthæ pędia, me pote orgithe cœlia, hoc est, apprehendite pueri, ne qua sit ira uentri. Et alij uicissim, uæ tibi Mãmona, & ei q te nõ habet. Et multa hmõi absurda urbanitas ista induxit, ut quãdo dicũt: Iã nõ est genesis. Ad absurditatẽ dico illud, inquiũt, & mores turpes. Sunt. n. hæc uerba mentis ab omni pietate desolatæ. An igitur ista uerba nõ sunt fulmine digna? Et multa eiusmodi alia, q̃ ab illis dicũtur, inuenire qs poterit. Propterea adhortor, ut ista oĩno exterminata cõsuetudine, ea loquamur, q̃ nos deceant. Nec loquantur ora sanctorum uerba hoium ignominiosorũ ac turpiũ.

2.Co.6.d Quæ. n. participatio iustitiæ cũ iniquitate? Quæ cõmunicatio luci cũ tenebris? Debebat. n. iucũdum eẽ nobis & amabile, ut ab oĩb. absurdis nosipsos abducemus, quò promissa bona cõsequi ualeremus, ne tãtopere dissoluti essemus, mentisq; diligentiã & acrimoniã tot modis uastaremus ac perderemus. Mox enim cõuiciatur, & maledicit q eiusmodi facetijs urbanis studet. Qui uerò cõuiciatur inumera mala sibiipsi accumulat. Cõpositis itaq; duab. istis animæ specieb. rationiq; instar equorũ bene parentium subiugatis, cõcupiscentia. s. & irę tumore, ita mentem uice aurigæ illis imponamus, ut & palmam supnæ uocationis apprehendamus: quod contingat, oro, nos omnes consequi in Christo Iesu domino nostro &c.

Homilia XVIII. K

Am istud cognoscentes scitis, quòd omnis scortator, aut immundus, aut auarus, qui simulachrorum cultor est, hæreditatem in regno Christi ac dei non habet. Nemo uos inanibus sermonib. decipiat: nam istorum gratia uenit ira dei super filios inobedientiæ. Erãt & apud maiores nostros quidã, quẽadmodum fieri solet, q populi manus dissoluentes, & qđ ab Ezechiele dictũ est, in opus & effectum deducẽtes, imo quæ pseudoprophetarum sunt faciẽtes, pro pugillo hordei deũ ante populum suum uilipendebãt: qđ & nũc à quibusdã fieri puto. Quãdo igitur dicimus in gehẽnam abiturum eum, qui fratrem suum uocauerit fatuum: dicũt alii, etiam qui fratrem suum fatuũ uocauit, in gehennã ibit? Non, inquiunt. Et quando dicimus auarũ simulachrorũ esse cultorẽ, & istud quoq; uilipendunt, hyperbolen esse dicentes. Atque ad eũ modum oĩa præcepta extenuant. Istos itaq; & tũc significans beatus Paulus, scripsit Ephesiis, sic dicens: Nã istud cognoscentes scitis, quòd ois scortator, aut immundus, aut auarus, qui est simulachrorum cultor, hæreditatẽ in regno Christi & dei nõ habet. Deinde adiungit: Nemo uos inanibus sermonibus decipiat. Inanes sunt illi sermones qui ad tps gratiam habentes, nequaquam re ipsa ostendũtur. Est. n. seductio res ista. Propterea uenit ira dei super filios inobedientiæ. Propter fornicationẽ, inquit, propter auaritiã, propter immũditiam Aut propter ista, & propter seductionem, quoniã sunt impostores. Filios in obedientiæ uocat ualde inobedientes, q sibi nõ obediebant. *Ne sitis igitur consortes illorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc uerò lux in domino.* Vide qũo prudenter adhortatus sit. Primũ à Christo sumpto argumẽto, quoniam diligitis uos inuicem, & nemini iniuriam facitis. Rursus hortatur argumento supplicii & gehennæ. Eratis. n. inquit, aliquando tenebræ, nunc uerò lux in domino. Quod qdẽ & in epistola ad Romanos dicit: Quem igitur fructũ tũc habuistis in illis, quorũ uos iam pudet? Reuocat illis quoq; in memoriam priorẽ malitiã, quasi dicat: Cogitate quid aliquãdo fueritis uos, & quid facti sitis. Ne recurratis denuò ad priorẽ malitiam, neq; cõtumelia gratiã dei afficiatis. Eratis aliquando tenebræ, nũc autem lux in domino, idq; nõ ex uestra uirtute uobis, sed p gratiam dei cõparatum est: hoc est, eratis eodem supplicio & uos aliquando digni, sed iam non amplius. *Vt filij lucis itaque ambulate.* Quid est quod dicit, ut filij lucis? (*Fructus. n. spiritus est in omni iustitia, & bonitate, & ueritate*) *probantes quid sit acceptum domino.* In omni, inquit, bonitate. Istud cõtra iracũdos & amarulentos dicit. Et iustitia: hoc aduersus circũuentores ac defraudatores. Et ueritate. Hoc contra mentiendi uoluptatem loquitur. Nõ illa dicit, q̃ memorabilia, sed cõtraria. In omni. Istud est. s. spiritualiter fructificare. Probantes qd sit acceptũ domino. Igitur ludicræ mẽtis sunt illa & iutilis. *Et ne commercium habueritis cũ infrugiferis tenebrarũ operib. quin etiã redarguite illa potius. Nam quæ secretò fiunt ab istis, turpe est uel dicere: omnia uerò quæ arguuntur, à luce manifesta fiunt.* Dixerat, quoniam lux estis: lux uerò arguit ea quæ in tenebris fiunt. Si uos, inquit, uirtute fueritis conspicui & admirandi, non poterunt mali latere. Quemadmodum enim posita lucerna illuminantur, & conspicui reddũtur omnes, nec latro quisquam audet irrũpere: ita luce nostra lucẽte, deprehẽdentur mali

redarguti

A redarguti conspicuique facti. Itaq; redarguere oportet. Qũo igitur dicit: Nolite iudicare, ne iudicemini? Redarguere, non condemnare, & iudicare: hoc est, instruere & erudire præcepit. Illud uerò, Nolite iudicare, ne iudicemini, de minimis delictis dixit Christus. Deniq; subiunxit. Quid uides festucã in oculo fratris tui, trabẽ uerò q̃ est in oculo tuo non animaduertis? Quid est autẽ, inquis, quod dicit? Tale quid est: Quemadmodum. n. uulnus donec supnè tectũ latuerit, & profunda penetrauerit, nulla ratione curatur: ita & peccatũ quãdiu abscõditur, multa licẽtia, uelut in tenebris plurimũ audet: posteaq̃ uerò manifestũ fuerit, iam lux est non ipsum peccatum. Qũo? Qui peccatũ fecit quando in mediũ producitur & accusatur, quãdo admonetur, quãdo resipiscit, quãdo remissione potitur, nunqd tenebras eius hoc pacto expulisti? Nunquid tunc uulnus eus curasti? Nũ quid sterilitatẽ eius ad fertilitatem prouocasti? Siue hoc, iquit, siue illud, uita nostra, quũ manifesta est, lux est. Vitam. n. irreprehensibilẽ nemo abscondit. Quæ uerò celantur, per hoc quòd obtenebrantur, absconduntur. *Propterea dicit, Expergiscere qui dormis, & surge à mortuis, et illuescet tibi Christus.* Dormientẽ & mortuum eũ dicit, qui in peccatis est. Nã & malè

B fœteret ut mortuus, & inutilis est ut dormiens, & nihil uidet quemadmodũ & ille, sed somniat, & uana imaginatur. Et continges, inquit, Christum. Sunt uerò q dicãt, & illuescet tibi Christus: imo magis illud est, Abstine à peccato, & poteris uidere Christum: nam

Ioan.3.c. qui mala facit, odit lucẽ, & non uenit ad lucẽ. Itaque qui non malefacit, uenit ad lucẽ: & continget Christũ. Verũ non de infidelibus duntaxat istud dicit. Multi quippe fideliũ nihil minus q̃ infideles malitiæ adhærent: quin sunt qui multò etiã amplius. Propterea & adistos necessariũ est dicere: Expergiscere qui dormis, & surge à mortuis, & illuescet tibi Christus. Ad istos appositè & hoc dicetur, deus non est mortuorũ, sed uiuentiũ: si ergo mortuorũ deus nõ est, uiuamus. Sunt autẽ qui hyperbolen esse dicant, quòd auarũ dixit idolorũ esse cultorẽ. Verũ non est hyperbolicè dictũ, sed uerè. Quo & qua ratione? Deficit à deo auarus, quemadmodum simulacrorũ cultor. Et ne putes istud temerè dici, est sententia Christi q̃ dicit: Non potestis deo seruire & mãmonæ: qui mãmonæ seruiunt, seipsos extra seruitutẽ dei eiecerunt.

Luc.16.c. Qui uerò dominiũ ipsius abnẽgãt, & inanimato seruiunt auro, clarum est eiusmodi idolorũ esse cultores. Sed nullum, inquis, feci simulacrum, neq; constitui aram, neq; immolaui oues, neq; uinum libando obtuli: sed ecclesiam ingressus sum, manusq; ad unigenitũ dei filiũ extendi, adhæc mysteriorũ quoque participationẽ, & precandi communionẽ, ac reliqua oĩa, quæ ad Christianũ hominẽ pertinent obseruo. Qũo igitur idola, inqs, adoro? Istud ergo ipsum sum opere admirandũ est, quòd cum experimentum ceperis & gustũ diuinæ benignitatis, cognoscásque Christũ esse dominũ, relicto tamen Christo crudelẽ tyrannũ complexus es. Et simulas illi quidẽ te seruire, reuera tamẽ duro & graui auaritiæ iugo teipsum subiecisti. Nondũ mihi uirtutẽ tuã narrasti, sed dona domini. Dic mihi, obsecro, unde probamus militẽ? An ex eo quòd cũ reliquis satellitibus comitatur regẽ, & ab eo nutritur, illiusq; nomini accenseatur? an inde quòd quæ illius sunt, curat? Si cũ rege se facere & quæ illius sunt curare simulauerit quidẽ, interea ue-

Regreditur ad id quod auarus simulacrorum cultor dicitur.

rò res hostiũ agendas susceperit, grauius delictũ esse dicim⁹, q̃ si planè seipsum à seruitute regis abruptũ, hostibus addixerit. Et nunc uituperas deum quẽad modũ & idolorũ cultor, idq; non uno ore tuo, sed innumeris eorũ, quos iniuria afficis ac lædis. Sed simulacrorũ cultor, inquis, non est. Quãdo igitur Græcis infideles dicunt, Christianus iste auarus est: tum nõ solũ ipse deũ malefactis suis uituperat, sed & eos quos iniustè lædit, sæpe cogit istud dicere. Si uerò nõ dicunt, ipsorũ erit religioni & pietati adscribendum. An nõ uidemus res istas ita fieri? Quid aliud est idolorum cultor? An non & ipse uitiosam mẽtis affectionem sæpenumero adorat dũ illam nõ cohibet? ut ex empli gratia, cũ illi dicimus, quòd simulacra adoret. Non, inquit, simulacra, sed Venerẽ, sed Martem. Et cũ rogamus, quæ est ista Venus? qui grauiores inter eos sunt, respondent, uoluptas est. Et quis est Mars? Animus masculus & uehemẽs. Ad eum modũ & tu Mammonam adoras. Quòd si dixerimus, Quis est iste Mammonas? Auaritia est, & tu illã adoras. Non adoro, iquis. Quare? Quòd teipsum illi nõ accuruas? Iam multo illã amplius opere, req; ipsa adoras. Nam ista potior est adoratio. Et ut rem ipsam cognoscas, ad deũ animi intuitũ conuerte, considerãq; quinam illũ uerius ac magis adorent: an q simpliciter adstãt in precationibus, an qui uoluntatẽ ipsius faciunt. Ita & qui Mammonã adorãt, uerius illum ac magis adorant, qui uoluntati ipsius obsequuntur. Quanquam qui mentis affectiones adorãt, extra illas sæpenumero cõstituti sunt. Est. n. uidere Martis cultorẽ q animi uehementiã sępenumero cohibeat ac uincat. Tu uerò non ita, sed animi affectioni teipsum subiicis. At nõ mactas illi oues? Mactas uerò hoies & animas rationales, illas quidem fame, istas autẽ maledictis. Isto sacrificij genere nihil est bacchicum magis, nihil scilicet insanius. Quis uidit unquã animas mactari? Maledicta est auaritiæ ara: nã si ad simulacrorum illam accesseris aram, uidebis eam caprinũ & bouinũ olentem sanguinẽ: ad istã uerò auaritiæ aram si ueneris, humanũ sanguinẽ uidebis miserè & crudeliter exhalantẽ. Hic si steteris, nõ contemplaberis halitũ, alas incensas, nec redditum nidorem & fumum, sed perditum humanũ corpus. Hic uidebis quosdã quidem, qui seipsos in præcipitia cõiecerũt: alios uerò qui laqueũ applicuerunt, nonnullos etiã qui ensem per ipsum guttur transegerũt. Vides hostias crudeles & inhumanas? Vis istis etiam sæuiores uidere? Ostẽdam tibi iam non humana corpora illic, sed & homi

Peior est auarus quã simulacrorum cultor,

num animas mactari. Nã & animę mactari possunt, mactatione quę conueniat aiæ. Quemadmodũ scilicet animæ mors est. Anima. n. inquit, quæ peccat, moritur. Nõ quidẽ talis, qualis est corporis, sed multò grauior est mors aiæ: nam corporalis illa mors est, quæ solutis & seiunctis inuicẽ anima, & corpore, hoc quidem à multis curis & laboribus liberat ac recreat, illam uero in illustrem locum dimittit. Deinde quod dissolutũ est & sine spiritu, suo tẽpore denuo cũ incorruptione cõiungitur, propriamq; recipit animam. Atq; hæc mors talis quidẽ est, aiæ uero horrida & teribilis. Animam. n. posteaquàm à corpore soluta fuerit, non ita ut corporalis facit ad potiora dimittit: sed rursus incorruptibili corpori deiunctã in ignẽ detrudit inextinguibilẽ. Eiusmodi est mors aię. Quemadmodũ est ergo mors animæ, ita est & aiæ mactatio. Quid est corporis mactatio? Mortificari

Ezec.18.a

scilicet,& ab energia illa quæ animæ est abrūpi.Quē admodum enim tunc corpus mortificatur,quando aīa illud in operatione sua desolatū ac priuatū relinquit:ita & anima tum est mortua, quando illā energia sua destituta relinqt spiritussanctus. Atq; istę mactationes potissimū apud aram auaritiæ fiunt. Non saturatur nec sistitur humano fuso sanguine, nisi ipsam etiam aīam immolaueris:nec adimpletur auaritiæ ara, nisi utriusq; & immolantis & immolati aīas recipiat. Necesse est.n.hic ut qui immolat alium,primum immoletur ipse,atq; ita immolet, ut mortuus immolet interea uiuentem. Quādo enim maledicit, quando conuiciatur, quando indignatur: nunquid istæ aīæ plagæ immedicabiles sunt? Vides iam quō nō hyperbolicē dictū sit,quòd Paulus auarum idolorū esse cultorē dicit? Vis & aliū audire,& cognosce re quō auaritia sit idolorum cultus,imo peior etiam idolorū cultus? Idolorum cultores creaturas dei adorant. Et uenerati sunt,inquit, & coluerunt creaturā plusq; creatorē. Tu uerò tuā ipsius creaturā adoras: auaritiam.n. deus non creauit,sed insatiabilis illa immodestia tua eam adinuenit. Et uide insaniam & uanitatē ridiculam. Qui idola adorant, honori etiam habent quæ adorant:& siquis cōtradixerit, aut conuiciis illa infectetur,pro uiribi tuentur. Tu uerò quasi per ebrietatē rem adoras,quæ non solū reprehensio ne nō uacat, sed & impietate plena est. Itaq; peior es illis:neque.n.defendere potes auaritiā,ac dicere non esse malam. Licèt & illi potissimū inexcusabiles sint, tu tamen multò magis, qui sæpenumero auaritiā taxas ipse,& eos qui illā colūt,illiq; seruiunt & obediūt oēs in uniuersum improbas. Quòd si placet,inquiramus unde subingressa sit simulacrorū cultura. Sapiens quidā uir dicit, quòd diuitē quempiā hominem, immaturo mortui filii luctu exhaustum, cùm nullā prorsus luctus sui consolationē haberet, sic mentis suæ passionē solatū esse, ut inanimato simulacro ad imaginē mortui filii sui facto,ita perpetuò oculos intenderit, ut putauerit se in imagine ista quasi præsentē habere defunctū filiū:adulatores uerò quosdam, quorū deus uenter erat, ad honorē & assentationē diuitis simulacrū istud coluisse, atq; ita cōsuetudinē simulacra colendi in mediū produxisse. Introducta est igitur ab impotentia aīæ, à consuetudine inconsiderata,ab immodestia. Auaritia uerò non ita. Ab impotente quidē & imbecilla mente profecta est & ipsa,uerū à peiore. Non amisit hic aliquis filium,nec luctus solamen quisquā quæsiuit,neq; ab adulatoribus pertractus est,sed quō?Dicā uobis. Cain est qui auaritia sua deū fraudauit. Nā quæ illi dare debebat sibiipsi detinens,quæ ipse debebat habere,illi obtulit:atq; ita malū istud erga deū primus inuenit. Si.n. dei nos sumus,multò magis quæ potiora sunt in bonis nostris.Deinde à plus habēdi auiditate in mulieres impetus factus est, uidebant.n.filias hominū, & in cōcupiscentiā deuoluti sunt:ab illis postea ad pecunias. Plus.n.in temporalibus habere uelle quàm proximus habeat, non est aliunde factū, quā ex eo quòd dilectio refriguit.Plus habere uelle nulla est ex re alia,quā ex arrogantia, odioq; & contemptu hominū.Terram non uides quāta sit?Quo multò maior quā usus expostulet sit maritus eius, nempe cœlū? Vt.n auaritiam tuam extinguat deus, in tantam mensurā creaturas suas extendit:tu uerò uel sic rapinā exerces,& licèt audias auaritiā idolorum esse cul-

turā,neq; sic tamen illam abhorres.Terram possidere uis? At interea nō habes hæreditatē in cœlo.Aliis possessionē tuam relinquere studes, ut teipsum illa priues? Dic quæso:Quòd siquis tibi potestatem oīa acquirendi faceret, an non uelles?Iam si uoles,licet. Quanquā quidam dicunt dolere hoc hominum genus,quando hæredieatē suam aliis transmittūt, male;illam se deuorasse, quàm alios uidere dominos illius fieri. Neq; ego te ab ista impotentia mentis libero:nam & istud animæ est impotentis. Veruntamen etiam si istud sit, in testamentariis tamen legationibus saltē Christum relinque hæredē:oportebat quidē uiuentē hoc facere. Esset.n.illud recti ac liberi prositi,uerū etiam si ex necessitate fiat, esto tamē uel tum liberalior & largior.Nam & Christus ideo pauperibus dare iussit,ut dū uiuimus, philosophos nos faceret,psuaderetq; pecunias cōtemnere, & quæ terrena sunt negligere. Non est autē istud pecunias cōtemnere,quòd iam moriturus, nec dominus cuiuscunq; rei existens,uel isti,uel illi aliquid largiris. Non ex tuis bonis iam das,sed ipsa necessitate coactus illa relinquis. Mortis hæc est gratia non tua:istud nō est beneuolentiæ,sed uiolentiæ imputandū:uerūtamen uel sic liberalis;esto, uel sic auaritiæ passionem excutito.

Morale.

Cogita quantum rapueris, quantū auaritiæ tuæ fraude acquisieris,& oīa quadruplo redde:sic excusaberis apud deū.Sed sunt quidā qui in istud insanię cæcitatisq; uenerunt,ut neq; tunc quod oportet cōsiderent, nec aliter oīa faciant, quàm si data opera studeant sibiipsis grauius atq; grauius reddere iudiciū dei. Propterea & beatus iste Paulus scribēs dixit, Vt filii lucis ambulate.Auarus uerò in tenebris potissimū uiuit, & multum tenebrarū omnibus aspergit. Et ne commerciū, inquit, habueritis cū infrugiferis tenebrarum operibus, quin ea potius etiam redarguite. Nā quę secretò fiunt ab istis,turpe est uel dicere.Omnia uerò quę arguūtur, à luce manifesta fiūt. Audite obsecro, quotquot non uultis temerè odiosi esse.Rapit quisquā,& non arguis,sed metuis odiū? Atqui non est istud frustra reprehendere,sed tum iustè & meritò reprehendis,& times odiū? Argue fratrem, & suscipe in te inimicitiā propter dilectionem Christi, propter dilectionē ipsius etiā fratris tui. Cohibe ipsum ac prohibe in perditionis barathrū abeūtem. Nā mensę quidem participem esse, uerbaq; iucunda impartiri,& amicè appellare,simulq; deliciari non admodum est ueræ amicitię. Talia largiamur amicis nostris,quibus animas ipsorū ex ira dei eruamus. Quum uideamus eos in caminum malitię positos,excitemus ipsos. Sed non emendantur, inquis. At tu quod tuum est facito, & excusatus eris apud deū.Ne abscōdas talentū. Propterea rationē habes, propterea linguā & os,ut proximū corrigas.Irrationalia duntaxat proximum non curāt, neque aliquā habent irrationalium rationem.Tu uerò qui deum patrē uocas, & proximū fratrem, quū uideas ipsum innumera perpetrare, magis queris quo gratus illi sis,quàm quomodo prosis? Noli obsecro. Nullum tam certum est amicitiæ indicium,atque non conuiuere delinquentibus fratribus. Vides qui inimicētur sibi inuicem? Inimicitias eorum dissolue. Vides qui auarē circunueniant alios? Cohibe. Vides quibus in iniuria fiat? Tueare.Nō illis,si hoc feceris,sed tibiipsi primùm gratificaris.Propterea amici sumus,ut alios

alij prosit. Aliter obaudietur ab amico, & aliter à quolibet uulgari.Vulgarē forsan suspectum habebit quisquā, pariter & doctorē: amicū uerò non ita.Nā quæ secretò fiunt, turpe est, inquit,uel dicere. Oīa uerò quæ arguuntur,à luce manifestātur. Quid uult hic dicere?Hoc dicit:Nēpe,quòd quæ occultē fiunt, delicta sint.Quæ uerò & manifestē,nō item.Illic autem non ita erit.Nemo est enim qui non sibiipsi peccati conscius sit. Propterea dicit: Omnia uerò quæ arguūtur à luce,manifesta fiunt.Quid igitur,de idolorum cultu hīc dicit?Non:sed de uitæ conuersatione,deq; peccatis sermo est. Quicquid enim, inquit, manifestatur,lux est. Hortor itaq; ut neq; ad arguendum pigri sitis,neq; molestē seratis si ab aliis arguamini. Nā quandiu in tenebris quicquā patratur,maiore licentia & securitate patratur:posteaquàm uerò malefactis multi testes accesserint, illuminatur.Propterea oīa ad hoc potissimū faciamus,ut mortē fratrum nostrorū remoueamus, ut tenebras delictorū dispellamus,ut iustitiæ Solē attrahamus.Nā si multi fuerint luminariorum uice,& ipsis erit facile uirtutis iter:& qui in tenebris sunt,magis capientur,dum per lucis auctionē etiam tenebræ ipsæ pelluntur.Si uerò contrarium fuerit,timor est,ne etiam isti crassitie tenebrarum & delictorum lucem ipsorum exiguā uincente,& quod conspicuū in eis est,remouente extinguantur.Vt itaq; nobisipsis prosimus,ad hunc modum comparati simus, quo per omnia gloriam benigno deo remittamus,gratia & benignitate,&c.

Homilia. XIX.

Idete igitur circunspectè quomodo ambuletis,nō ut insipientes,sed ut sapientes, redimentes occasionem,quoniā dies mali sunt. Propterea ne fitis imprudentes,sed intelligitie quæ sit uoluntas domini. Adhuc amarulentiæ radicē expurgat,adhuc iræ causam amputat. Quid autē dicit? Videte diligenter quō ambuletis.Oues in medio luporū sunt, & iubet eos instar columbarum esse.Nam eritis,inquit,simplices & innocui,sicut colūbæ.Quū igitur & inter lupos essent, & præceptum adhuc haberent seipsos non ulciscendi,sed illata mala ferendi, quanquā primum illud satis fuisset ad deiiciendos & infirmandos ipsos, cùm uerò duorū adhuc fiat additio,perpende quę sit mādati excellentia. Vide quō Paulus illos communiat. Vniuersę ciuitates hostiliter illos impugnabant:adhæc domos etiā bellū istud subingressum iam erat. Ita diuisi erant,ut pater aduersaretur filio,& filius patri,mater filiæ,filia matri. Quid igitur? Vnde erāt ista dissidia?Audierant Christum dicentē:Qui amat patrem & matrem plus quàm me, non est me dignus. Ne putarēt itaq; apostolum temerè bella & pugnas introducere,quū alioqui magnam pariturū esset irā, si & fideles aduersarios suos essent in ius rapturi,huius gratia dicit, uidete quō accuratè ambuletis.Hoc est,uidete ne quo pacto aliunde nisi unius prædicationis Christianæ fidei gratia, inimicitiæ cuiusquàm contra uos causam detis.Sola euangelii annunciatio inimicitiæ causa sit. Nemo uos alterius rei gratia culpet,sed & honorē, & omnem obedientiam exhibete,quousq; nihil læditur prædicatio fidei,nihil impeditur pietas.Nam reddite, inquit,omnibus quod debetur:cui tributum,tributum:cui uectigal,uectigal. Pudefient qppe increduli, si uiderint uos extra fidei causam in reliquis omnibus esse mansuetos & morigeros.Non ut insipientes, inquit,sed ut sapientes redimentes opportunitatem.Non uult nos ista admonens uarios & uersutos esse.Sed quid dicit:Nō est uestrū hoc tēpus.Incolæ nunc estis,& peregrini,& alieni.Ne queratis honores,ne quæratis gloriā,ne queratis potentatū,neq; ultionem.Oīa ferte, atq; hoc pacto tempus redimite:multa aduersariis largimini ac deferte,immo oīa, si ita uoluerint.Cogita mihi quē dam,domū habentē illustrē, deinde quosdam hoc nomine subingressos ut eū occidant:illū uerò multis largitionibus seipsum liberantē,tūc dicimus,iste seipsum redemit.Ita & tu.Amplas habes ædes: ueniunt ablatū fidē tuam genuinā & ueram. Largire omnia, quicquid petatur:duntaxat caput, fidem dico,cōseruues.Dies enim prauisunt. Quę est diei prauitas?Diei prauitatē oportet circa diem esse. Quæ est prauitas corporis?Morbus. Quę est animæ prauitas?Malitia. Quæ est prauitas aq;?Acerbitas amara. Vniusc uiusq; rei prauitas, uitiositas est circa naturā illam cuius est prauitas. Si ergo circa diem est prauitas, oportet ut circa ipsum sit diē, circa horas, circa lucē est.Et Christus dicit:Sufficit diei malitia sua, ex isto cognoscemus & illud. Quō ergo dies prauos uocat? Quomodo tempus prauū?Non propter essentiam,neque pp creaturas,sed propter ea quæ in illis fiunt. Quemadmodum & nos dicere solemus: Molestū duxi hunc diem & malum.Quo,quæso, molestus est?Propter ea quæ in illo contingunt. Quæ uerò in illo contingunt,bona quidē sunt apud deum, mala uerò apud homines prauos.Sunti gitur hoies eorum malorum patratores quæ in his temporibus contingunt, atq; hac ratione tempora praua dicuntur. Ita & nos quoque tēpora praua uocamus.Propterea, inqt,ne sitis imprudentes, sed intelligentes quæ sit uoluntas dei. *Et ne inebriemini uino,in quo est luxus.* Et huius immodestia aīosos,temerarios,molles,irritabiles & molestos homines facit.Ad animi lętitiā datum est uinū, non ad ebrietatē Nunc uerò res ista eò abiit,ut efficæ minatæ ridendæq; ignauiæ loco habeatur nolle inebriari,ubi omniū maximè res debebat esse ridicula uino inebriari. Nam & idiotam hominē procul esse ab ebrietate bonum est:multò uerò magis militē, qui inter gladios, in sanguine & mactatiōe uersatur, multo inquā magis militē, quando & aliunde plus satis ad ferociā acuitur illius animus, nempe à potestate,à ui potētatus,ab eo quòd ppetuò est i insidiis & pugnis. Vis discere ubi bonū sit uinū? Audi quid scriptura dicat.Date uinū iis qui in mœrore sunt, & siceram his qui in dolore.Rectè. Quod.n.asperū est ac triste, emollire potest,& quod obnubilū, abigere, Vinum lætificat cor hominis. Quō est ergo ex uino ebrietas?Nequit n.fieri, ut contraria sibiipsi opetur uinū.Non est igitur ex uino ebrietas,sed ex immodestia.Vinū nō datur propter aliquid aliud quàm propter corporis sanitatē.Illam uerò impedit etiā immodestia.Audi quippe qd beatus iste Paulus ad Timotheū scribat,& dicat:Vino,inqt, modico utere propter stomachū tuū, & crebras infirmitates tuas. Nā eius gratia deus corpora nostra cōmensurata fecit, & quæ modicis saturētur,hunc nos instruēs,quòd ad alia nos uitam accomodarit.uolebat quidem illam etiā ab initio dare, uerū quoniā indignos illa nos ipsos cōstituimus, aliquousq; distulit.Et neq; in eo tpe quo distulit, immodico rerū usu nos frui pmisit.Vini quippe hemina, & panis unus ad implendū hominis uentrē sufficiunt. Et eum qui brutorum omniū

G dominium habet, minoris contentũ, quàm ipsa sint si proportionẽ corporũ spectes, fecit. Ad hæc & corpus breue dedit nihil innuens aliud, quàm quòd ad aliam uitam festinamus. Ne inebriemini uino, inqt, in quo est luxus. Non enim saluat, sed perdit, nõ corpus duntaxat sed & animam. *Sed impleamini spiritu, loquentes uobis ipsis in psalmis, & hymnis, & cãtionibus spiritualibus, canẽtes & psallentes in corde uestro domino, gratias agentes semper pro omnibus, in nomine domini nostri Iesu Christi, deo & patri. subditi uicissim alius alij in timore Christi.* Vis, inquit, lætari? Vis diẽ consumere? Ego tibi potũ dabo spirituale. Ebrietas. n. etiam claram linguæ nostræ uocẽ excidit, & balbutire facit, oculosq; & oĩa simpliciter puertit. Psallere discas, & uidebis rei iucunditatẽ. Implentur. n. spiritu sancto qui psallunt, quemadmodũ spiritu immundo qui sa tanicas cantiones modulãtur. Quid est quod dicit, in cordibus uestris domino? Hoc. s. cum intellectu attendentes. Qui. n. non attendunt, temerè psallunt, uerba duntaxat proferentes, corde interea alibi ober rante. Semper, inquit, pro omnibus gratias agentes
H in noie domini nostri Iesu Christi deo & patri, subdi
Phil. 4. a ti uicissim alius alii in timore Christi. Petitiones uestræ cum gratiarum actione innotescant apud deũ. Nihil enim ita deum lætificat, atq; si gratus quisquã fuerit. Gratias uerò tum potissimũ agere poterimus, quando animis nostris ab iis quæ iam dicta sunt abductis, istis etiã eos, quæ commemoraui, perpurgauerimus. Sed impleamini, inquit, spiritu. In nobis igitur istud est. Est. n. in nobis. Quando enim mendaciũ, quando amarulentiã, quando fornicationẽ, quã do immunditiam, quando auaritiã à mente nostra remouerimus, quando facti fuerimus comes, miseri cordes, largientes nobis ipsis mutuò, quãdo urbanitas non adfuerit, quãdo nos ipsos dignè accommodauerimus, quid prohibebit quin spiritus sanctus adueniat, immo aduolet? Non solũ adueniet & ingredietur, sed & adimplebit cor nostrum. Tãta uerò intra nos existente luce, Inó difficilis præstitu nobis de
Prou. 12. c inceps uirtus erit, sed prompta & facilis. Semper gra-
& Eccl. 2 tias agentes, inquit. Oportétne pro omnibus quę cõ
a. I tingunt gratias agere? Vtique. Etiam si sit morbus, uel paupertas. Si enim in ueteri testamento sapiens quisquam hoc admonet, dicens: Quicquid mali tibi euenerit, complectere libenter, & in crebris humiliationis tuæ uicissitudinibus longanimus esto: multò magis istud in nouo fieri oportet. Itaq; gratias age, etiã si rationẽ euentus non uideas. Istud. n. demum est gratiarũ actio. Si uerò gratias agis beneficiis affectus, & rerum abundans, & bene habens, rerumq; prospero successo potitus: nihil magni facis, nihil præcipui. Quod autẽ quęritur, est, ut in tribulationibus, in doloribus & mœrore existens, gratias agas. Nihil prorsus loquere, nisi primũ dicas, gratias ago tibi domine. Et quid de tribulationibus huius uitę loquor? Pro gehenna ipsa deo gratias agere oportet, proq; pœnis atq; suppliciis illic futuris. Plurimum. n. nobis res ista profuerit, si quidẽ attenderimus. Loco frẽni cordibus nostris gehẽnæ metus imponitur. Gratias igitur agamus nõ solũ pro manifestis beneficiis, sed & pro occultis, etiã pro illis, quibus inuiti afficimur. Etenim multis nos beneficiis cumulat, etiã nec uolẽtes, nec obseruantes. Si uerò nõ creditis, faciã uobis istud iã manifestũ. Aduertite, q̃so, aĩum. Immũdi illi & infideles Græci, an non oĩa Soli, idolisque suis adscribunt, Quid igitur, nũquid & illis benefacit deus? K
An non ipsius est prouidentiæ, quòd & uiuunt, & sa ni sunt, & liberos procreãt, & quicquid aliud est eius modi? Quid uerò, q̃ Marcionistæ dicũtur? Nũqd blasphemant ipsum, quemadmodũ & Manichæi? Quid itaq;, nunquid & istis singulis diebus benefacit? Si uerò illos etiã beneficiis afficit, qui istud non uident: multò magis nos. Quid. n. aliud est opus dei, quã benefacere humano generi, siue id fiat per supplicia, siue per relaxationẽ & quietem? Non itaq; prosperè tã tum habẽtes gratias agamus. Nã istud nihil esset magni. Et diabolus istud nouit, quapropter & dixit: Nũ quid gratis timet Iob deum? An non tu illius omnia *Iob. 1. b.* siue interna, siue externa circunuallasti? Auser omnẽ substãtiam illius, nimirum in faciem tibi benedicet. Sed nihil scelesto illi grauius quod eum mordeat cõtigit, neq; à nobis illi quicquã quod peius odiat, fieri potest: quã si quando in paupertate, siue in morbis, siue in calũniis, & uiolentia fuerimus, hoc amplius gratias egerimus. Gratias uerò dico, q̃ non uerbis, non lingua dũtaxat, sed reipsa, operibus ipsis, mente & corde fiãt. Ex omni aĩa gratias agamus deo. Plus E
enim nos, quã liberi soleant à parentibus, amat: & *Quãtum*
quantũ discriminis est inter malitiã & bonitatẽ, tan- *dilectio*
tũ dilectio dei dilectionẽ parentũ nostrorũ excellit. *dei, dile-*
Et hæc uerba nõ mea sunt, sed ipsius, qui nos amat, *ctionẽ pa-*
Christi. Audi quid dicat: Quis ex uobis est homo, q̃ *rentũ er-*
filio suo, si panem ab eo petierit, lapidẽ daturus sit? *ga libe-*
Si uerò mali cũ sitis, nostis bona dona dare liberis *ros superet.*
uestris, quantò magis pater uester cœlestis dabit bo
na poscẽtibus se? Rursus qd & alio loco dicat, audi: *Luc. 11. b*
Nunqd obliuiscetur mulier misereri filiorũ uteri sui? *Esa. 49. d*
Etiam si ipsorũ obliuisceretur mulier, ego tamen tui non obliuiscar, dicit dominus. Nisi. n. nos amaret, qua ratione nos condidisset? Num. n. nostri necessitatem aliquam habuit? Num utilitatem illi ministeriumq; exhibemus? Num aliqua re, eorũ quæ apud nos sunt, opus habet? Audi quid propheta dicat: Di *Psal. 15. a*
xi, inquit, domino, dominus meus es tu, quoniã bonorũ meorũ nõ eges. Sed ingrati & insensati dicunt. Sunt ne ista bonitatis dei? Et infidelis fortè dicet, honoris æqualitatẽ apud oẽs esse debere. Dic mihi ho- M
mo ingrate: Quænam dicis nõ esse bonitatis dei? & quã honoris æqualitatẽ exigis? Hic, inquis, fractis est pedibus, alter furit & insanit, alius ad extremã usq; senectutẽ progressus, omnẽ uitã in pauptate peregit: ille in morbis squisimis. Sũtne ista prouidẽtię opa? Hic surdus est, ille mutus: hic pauper, ille uerò & scelestus, imo omnino scelestus, & innumeris malis refertus, pecunias possidet, scorta nutrit & parasitos, & domũ habet splendidã, ac uitã uiuit inertem & otiosam. Talia multa cõnectentes, longũ reprehẽsionis sermonẽ aduersus prouidentiã dei conteunt. Quid itaque si dixerimus ad eos, ergo improuidè fiũt ista? Siquidẽ Græci fuerint, & respoderint mundũ à quopiã gubernari: eadem & nos rursus ad eos dicemus, quid igitur, sine prouidẽtia fiunt ista? Quo ergo uos deos colitis? Adoratis dæmonas & heroas? Nam si ἀποδυ
prouidè fiunt, oportet ut aliqs præsit omnibus. Si ue σπε
rò quidã obstinatè hæsitabũdi fuerint, & nihil respõ τοῦντες
dẽtes, siue Christiani, siue Græci, qd ad illos dicem⁹? τῆς φυ-
Sũtne tãta, dic quæso, bona per seipsa facta, lux illa σεως ἀ-
quotidiana, rerũ ordo tam bonus & constans, tãta κολου-
prouidentia, astrorũ chorea: æqualis ille noctũ atq; θία.
dierũ cursus, naturæ series, & ordo, siue in plãtis siue

A in animantibus, siue in hominibus? Dic agè, quis ista moderatur, si nemo præfuit, sed oĩa suapte spõte ita constituta sunt? Quis arcuatum istum fornicẽ, adeò pulchrũ, adeò magnũ, cœlũ dico, circunquaq; uolubile factum, super terram, aut etiã ipsas aquas cõstituit? Quis tẽpora frugifera dedit? Quis tam efficacẽ potentiam seminibus indidit & plantis? Quod enim suapte sponte fit, præter ordinẽ est oĩno: quod uerò ordine disponitur, arte fit. Quid n. dic quæso, ea quę apud nos suapte sponte fiunt, nõ multa cõfusione, multa tumultuatione, pturbationeq; plena sunt? Et non dico, q̃ suopte arbitrio, sed & quæ per opificem aliquẽ quidẽ fiunt: talẽ uerò, qui pter artẽ operetur, ut pote ligna & lapides. Ponamus calcẽ: hãc accipiat homo ædificãdi ignarus, ædificetq; & operetur in illa. An non oĩa perdet & corrũpet? Rursus, sit nauis sine gubernatore, omnia habẽs quę nauem habere oporteat, dẽpto artifice, nõ dico imparata, sed ne parata qdẽ, nauigare poterit: & tãta tellus super aquas constituta, sine cõseruãte ipsam uirtute adeò solidè
B tantũ temporis stetit? Habẽtne ista rationẽ? An nõ infinitis modis ridiculum est ista cogitare? Quin & si cœlum etiã aqua portat, uides aliud quoq; pondus. Si uerò & cœlũ in unda fertur, nascitur rursus alia q̃stio. Sed prouidentiæ opus est. Nam ea quæ in aquis feruntur, nõ incuruari, sed cauari oportet. Quãobrẽ? Quia. s. concaui corpus totũ quidẽ in aquis mergitur quemadmodũ & nauis, incuruatũ uerò corpus totũ est supernè, extremitatibus autẽ duntaxat aquis incumbit. Opus igitur habet corpore quodam contrario & duro, & qd tolerare queat, quò ipositũ onus ferat. Sed aer forsan cœlum portat: at hic multò mollior, est & laxior quã ipsa aqua, & nihil ferre ualẽs, ne minutissima quidem, nedũ tantũ onus. Porrò si uoluerimus prouidentiæ rei rationẽ per omnia, & minutatim prosequi, totũ nobis seculũ non sufficerit. Proinde nunc interrogabo eũ qui ista quærit, ac mo uet. Sũtne ista prouidẽtiæ, aut temerè accidẽtia? Dicis non esse prouidentię. Rogo ergo rursus quo sunt facta? Sed non potest aliqua illorũ ratio assignari. Debes igitur multò minus de rebus humanis inquirere & curiosè scrutari. Quam ob rem? Ob eam. s. quòd istis rebus omnibus homo pretiosior est: & illæ propter hominẽ factæ sunt, nõ homo propter illas. Itaq; si prouidentiæ illius quę hoiem duntaxat concernit,
C sapientiam & œconomiam non intelligis: quo potes rationes eas scire, quæ ipsum hominem concernũt? Dic mihi, qua ratione illi boreales loci & australes inhabitabiles sunt? Qua ratione hominem ipsum adeò parũ fecit, tantumq; ab altitudine cœli distãtem, ut nihil certi scire possit eorũ quæ supernè apparẽt? Dic mihi, quare facta est nox hyeme longior, æstate uerò breuior? Quare tantũ est frigus? quare calor? quare corpus mortale? Innumera talia rogabo. Et si uoles, ab interrogationibus non cessabo, in quibus oĩbus dubitabis. Itaq; uel hoc ipsum maximè est prouidentiæ, qd rerũ nobis rationes arcanæ sunt, & inefabiles. An est quisq; qui putasset hoiem oĩum causam? An non intellectu nostrũ uel istud excellit & represit? Sed hic pauper est, inquis, & mala est paupertas. Quid uerò est morbus? Quid cæcitas? Nihil sunt illa ô homo unũ dũtaxat est malũ, peccare. Et hoc solũ scrutari debemus. Iã relictis eorũ, q̃ uerè mala sunt, causis inquirẽdis, alia curiosè sectamur. Vnde est qd nemo nostrũ inqrit, quare peccauerit, & apud se cogitat, nũ aliquod in me peccatũ est, an non est? D
Et qd opus est me multis nõ necessariis superuacuũ esse? In me ipso rem istam exquiram. Nũ aliquando tumorem & uehementiam animi cohibui? Num irã aliquando uici? Idq; an pp turpitudinẽ uitãdam, aut pp humanum metum? Quòd si istud esse factum reperero, nimirum inueniam quod in me sit peccatũ, Nemo ista scrutatur, nemo hic curiosè inqrit, sed temerè, ut est in Iob, aliis reb. inuoluitur homo. Quid enim tibi curæ est cur hic cæcus sit, iste pauper? Non hoc tibi spectaculum præcipit deus, sed qua tandẽ ratione hoc facis? Nã si dubitas, an aliqua potẽtia præsit mũdo, oĩbus es insipientior. Si uerò illud persuasum habes, quid ambigis oportere deo placere? Semper, inquit, pro oĩbus gratias agentes deo. Audi obsecro. Abi in officinam medicorum, & uide, quãdo uulneratus quisquã adfuerit, quo illum medicus incidat & urat. Verũ te non eò abmandabo, sed abi in fabrilem aliquam officinam, Illic rationẽ nullius rei exquiris, etiam si nihil eorum quæ fiunt intelligas, ut deanturq; tibi multa inutilia esse, utpote, quando li- E
gnum erudit faber, quando transformat. Immo ad faciliorẽ artem te duco, & illic stupebis, nẽpe ad picturam. An non tibi uidetur temerè facere pictor q̃ facit, ut sunt lineę linearumq; circumitus? At quãprimum illis colorem addiderit, tum demũ apparet tibi bonitas ac pulchritudo artis, quanquãm ne sic qdem illã exactè cognoscere potes. Quid uerò de fabris, pictoribus, & conseruis loquor? Apis quo fauos suos operatur, dic mihi, atq; tum de deo interrogabis formicarum, aranei, hirũdinis industriam disce. & tunc de deo loqueris. Dic mihi ista. Sed nõ potes. Num cessabis ergo ô homo superflua quærere? Nã ista uerè superflua sunt. Non cessabis curiosè scrutari quæ ad te nõ pertinent? Nihil ista ruditate & insciti sapientius est. In istis qui nihil esse pronunciãtur, omnium sunt sapientissimi: qui uerò curiosi, oĩbus sunt insipientiores. Itaq; non in oĩbus mox est sapientiæ rerum cognitionem profiteri, sed est ubi etiã stultitiæ fuerit. Nam dic mihi, si duo essent quorum unus profiteretur se aerem à terra in cœlum usq; funibus extensis percurrendo metiri posse: alter uerò ridẽdo fateretur etiã apertè se illud non posse: quem ex istis, dic quęso, ridebimus? An eũ qui se hoc scire dicat, an ignorantem? Absq; dubio eũ qui scientiã istam profi
F teretur. Itaq; ignorans hoc loco sapientior esset eo q̃ istud se scire promitteret. Quid uerò si quisquãm dicturum se promitteret quot habeat mare cyathos, alius uerò ignorare se istud fateretur: nũ & hic ignorantia scientia ista sapiẽtiot esset? ualde. Quam ob rẽ? Eò. s. quòd & illa ignorantia scientię quicquã habet. Nam qui se ignorare dicit, partem aliquam ueritatis ἐπιτε-
nouit. Quam uerò illã? Quòd uidelicet, istud sit ho- ταμένη
mini incomprehensibile. Neque. n. hoc scire parum est. Qui uerò scire se dicit, is potissimum ignorat qd se scire dicit, atque ob hoc ipsum ridiculus est.

Morale.

Heu quot modis instruimur intẽpestiuam illã curiositatẽ & præposterã sedulitatẽ refrenare, neq; sic tamẽ cohibemur, sed aliorũ uitã curiosè scrutamur, cur ille sit cęcus, iste pauper. Hac itaque ratione & in alias nugas incidemus, nẽpe cur illa sit mulier, & nõ oẽs sint uiri. Quur sit asinus, cur bos, quare canis, quãobrẽ lupus, qua ratione lapis, pp quid ligna, atque ita in infinitã prolixitatem excurret curiositatis

G huius sermo. Quapropter nobis mẽsuram cognitionis determinauit deus, ipsiq; naturæ inseruit. Et cõsidera mihi multã istam curiositatẽ. Quum tantã celsitudinem à tellure in cœlum usq; uidentes nihil mali patiamur, in turri tamẽ aliqua sublimi cõstituti mox atq; terram desuper uel modicè deflexi intueri uoluerimus, uertigo quædam nos & caligo prehendit. Dic mihi huius rei causam. Sed non poteris. Qua ratione maiores uires habet oculus, & à remotioribus detinetur? Et in auditu similiter idem uidere est. Neq; n. tãtum inclamare quisquã potest, ut aerẽ adimpleat, quãtum occupare uisu potest oculus, neq; audire ẽt ex tanta locorum distãtia. Qua ratione nõ eiusdem honoris sunt oĩa membra? Qua ratione non eundẽ
1.Co.12.c sortita sunt usum, neq; eundẽ corporis locũ? & Paulus ista scrutatus est: immo uerò non est scrutatus. sapiens. n. erat. Sed in hunc cum incidisset locum, uni cuiq; ipsorũ dixit, sicut uoluit ut uolũtati dei duntaxat oĩa committeret. Gratias agamus pro omnibus.
H Propter quid dicit, gratias agite pro omnibus? Istud synceri & grati est famuli, istud sapiẽtis, istud prudentis: illud uerò loquaculi, inertis, & curiosi. Non uides in famulis, qũo qui sunt inter eos uiliores, & prorsus
Illud, id est, cũcta superflue & curiose scrutari. inutiles, illi ipsi sint dicaculi & nugatores, curiosẽ q̃ dominorum sunt, & quæ illi celata cupiunt, scrutantes: qui uerò prudentes & synceri, ad unum hoc duntaxat respiciant, ut ministeriũ suum adimpleant? Qui
1.Ti.5.b multa loquitur, nihil operatur: quẽadmodum & qui multa opatur, nihil intẽpestiuũ loquitur. Propterea Paulus de uiduis scribens dixit: Nõ solum autẽ ociosæ discunt circumire domos, sed & nugaces. Dic quæso, utrum maius est discrimen: an id quod inter nostram est & puerorũ ætatẽ, an quod inter deũ est & hoĩes, inter nos & culices, aut inter deum & nos? Manifestum est. Quid igitur tantopere curiosa sectaris? Gratias age pro omnibus. Quid igitur, inquis, si Græcus quispiam q̃stionem istam moueritꝰ? Quo respondebo? Vult ex me discere, num sit prouidentia. Ipse siquidem non dicit aliquos esse qui rebꝰ prouideant. Versa itaq; uice ipsum interroga tu quoq;. Non dicis ergo esse prouidẽtiam? Quòd quidem sit prouidentia, ex his ipsis liquet quæ dixisti. Quòd uero sit incõ
I prehensibilis, patet ex illis, quorũ non inuenimus rationem. Si. n. in iis, quæ homines administrant, sæpe numero administrationis rationẽ ignoramus, quam quam ex ipsis multa & absurda putamus & admitti mus: quantò magis in his quæ à deo gubernantur? Sed in deo nihil est absurdi, neq; ẽt fidelib. esse uidetur. Propterea pro omnib. gratias agamus, pro omnibus glorificemus. Subditi uicissim, inqt, alius alij in timore dei. Si. n. propter principem aut propter pecunias, aut propter reuerentiam subditus es. multò magis pp timorẽ dei sit seruitutis & subiectionis retributio: Nam ita non erit seruitus. Non hic locũ occupet liberi, ille serui: sed meliꝰ est ut & domini & serui inuicem alius alij seruiat. Multò satius est ita seruũ esse, q̃ aliter liberũ. Atq; illud hinc patet. Sit quisquã famulos habens centum, & nihil illis administret: rursus sint alij quidam cẽtum amici, qui inter se mutuò, alius alij, seruiãt: quinam melius uiuent? Qui cũ maiore uoluptate, cumq; maiore lætitia? Hic neq; est ira, neq; iritatio, neq; tumor, neque aliud huiusmodi quicquam: illic uerò timor ac metus. Illic ẽt seruiendi necessitas, hic uerò omnia spõtanea uoluntate geruntur. Illic coacti, hic gratiam habẽtes inuicem, aliꝰ alij, seruiunt. Sic uult deus. Propterea discipuloriũ pedes lauit. immo uerò si uelis exactè rem istam inquirere, etiam illa seruitus retributionem habet, quę sit dominis. Quid. n. quòd fastus non permittit appare re mercedem? Quando. n. iste corporalem quidẽ ser uitutẽ exhibet, tu uerò corpus ipsius nutris & alimẽtis, & uestibus & calceis curas & sustentas, & hoc ser uitutis est, nẽpe quòd nisi & tu tuũ exhibeas ministerium, neq; iste præstabit suũ, sed liber erit, & nulla lex ipsum coget, ut nõ nutritus istud faciat. Si ergo & in seruis: hoc est, qd absurdi est, si apud liberos quoq; ita fiat? In timore, inquit, Christi subditi. Quanta gratia, quòd & mercedẽ habituri sumꝰ? Sed nemo uult tibi subdi? At tu subdere. Nõ solũ obedias, sed & subditus sis. Non aliter erga quosuis affectus sis, q̃ erga dominos. Nam hoc pacto mox ipsos seruos tuos habebis, non minus subiectos, q̃ si tyrannicissima potẽtia in seruitutẽ adacti essent. Nã tum magis ipsos capies, si quãdo nihil ex bonis ipsorũ consequutus, ipse q̃ tua sunt exhibueris. Hoc. f. est quod dicit: Subditi inuicẽ, alius alij, in timore Christi, ut oẽs affectiones
K superemus, ut deo seruiamus, ut dilectionẽ mutuã
Ioã.13.d alius erga aliũ cõseruemus, atq; tũc poterimus benignitate dei digni esse, gratia & benignitate &c.

Homilia. XX.

Xores propriis uiris subditæ sitis, ueluti domino:
u quoniam uir est caput uxoris, quemadmodum & Christus caput est ecclesiæ: et ipse est qui salutem dat corpori: uerũ ut ecclesia subdita est domino, ita & uxores propriis uiris subditæ sint in quacunque re. Vir quidã sapiẽs multis in numerũ rerũ beatarũ positis, ẽt unũ hoc iter eas collocauit. Et mulier, inqt, uiro suo obsequens. Et rursus alio loco cũ rebus bene habẽtibus ipsum ponit, dicẽs: & mulierẽ uiro suo unanimiter cõsentire. Atq; mox ab ipso initio apparet deũ multã cõiugij istius prouidentiã fecisse. Et tanq̃ de uno, ita de ambobus loquutus, sic dixit: Masculũ & fœminã fecit eos. Et iterũ: Nõ est masculus & fœmina. Nõ. n. *Gene.1.d* tanta est uiri ad uirũ familiaritas, quãta mulieris ad *Galat.3.e* uirũ, siqdẽ legitimè illi cõiuncta fuerit. Quapropter & beatus qdã uir excellentẽ dilectionẽ ostendẽs, ac quendã amicorũ suorũ, & eorũ qui sibi planè cõcordes erant, lugens, non patrẽ illã uocauit, non matrẽ, M non filiũ, non fratrẽ, non amicũ, sed quid? Cecidit super me dilectio tua: sup me, inqt, sicut dilectio mulierum. Re uera. n. re uera inquã, quauis tyrãnide uiolentior est ista dilectio. Nam aliæ quidẽ uehementes sunt, ista uerò concupiscentia & uehementiã habet, pariter & immarcessibilẽ uigorẽ. Est. n. amor quidã in ipsa natura abditus, intraq; nos latẽs, qui corpora ista coniungit, & conglutinat. Propterea & abinitio ex uiro facta est mulier, & postea ex uiro & muliere, & uir & mulier. Vides uinculũ & complexionẽ, qũo non permiserit aliã creaturã externã illo non pertinentẽ, subingredi? Et uide quomodo rẽ istã instituerit. Permisit Adę ut fororẽ suã in uxorẽ duceret, ĩmo uerò non fororẽ. sed filiã: quin adhuc ne filiã qdẽ, sed propinquius qddã filia, carnẽ uidelicet suam ipsius. Totũ uerò statim ab initio fecit, utpote cũ adhuc essent simpliciores, in unũ eos cõiungẽs. Mulierẽ. n. non fecit ex eo qd esset extra corpus Adę, ne tanquã cũ aliena cohæreret. Neq; rursus in ipsa sola nuptias statuit, ne seipsum in se se constringẽs & cõtrahẽs reliquos desereret. Et quemadmodũ in plantis illa potissimũ sunt optima, quę & robur habent unum, & *ὥσπερ ἐπὶ τῶν λίθων. quemadmodũ in lapidibus fieri solet.*

A in multos ramusculos extenduntur, ita ut & si dũtaxat circa radicem scindantur ac luxentur, omnia sint frustra, etiam si multas habeant radices, & iam non poterit esse celebris arbor: ita sanè & hìc. Ex uno Adã plantari fecit totũ humanum genus, & ne diuelle retur ac separaretur, in magnam illud necessitudinẽ mutuam constituit, & magis contraxit. Deinceps uerò cauit ne ducerentur sorores ac filię ne dilectionẽ rursus in unum constringeremus, nosq; ipsos aliorsum separaremus. Propterea dixit: Qui fecit ab initio
Gene.1.d masculũ & fœminã fecit eos. Nam magna uel mala uel bona ex eo familiis & ciuitatibus generantur. Nihil. n. ita uitam nostrã turbat, quemadmodũ amor uiri ac mulieris. Huius gratia multi etiã arma sumũt: huius gratia & animã tradũt. Neq; sanè temerè, neq; frustra Paulus multũ studij huic rei impendit, dicẽs: Vxores propriis uiris subditæ sitis, ueluti domino. Qua ratione? Quoniã si uir & uxor concordes fuerint, & liberi bene educantur, & domestici probè instituuntur, & uicini ex eo pariter & amici, & cognati,
B quasi boni odoris fragrantia fruuntur. Si uerò cõtrariũ fuerit, oĩa subuersa sunt & cõfusa. Et quemadmo dũ militibus inter se bene pacatis oĩa prosperè succedũt, & uicissim turbatis illis oĩa sursum ac deorsum uoluuntur: ita sanè & hìc: Vxores, inquit, propriis uiris subditę sitis ueluti domino. Papæ. Qũo ergo ali-
Luc.14.f bi dicit Christus: Nisi quis renũciauerit & uxori, & uiro, non poterit me sequi? Si. n. ueluti domino subdi oportet, propter Christũ utiq; uehementer opus est ut non deseratur. Sed illud, ueluti, non oĩno eiusdẽ
Colos.3.d ualoris ubiq; est. Aut certe hoc dicit, ueluti quæ scitis uos domino seruire. Id quod & alio quodã loco dicit: Quoniã, inquit, & si nõ propter uirũ, sed præcipue propter dominum: quãdo uiro subderis, ueluti
Rom.13.a domino seruis. Si. n. ordinationi resistit, qui principatibus illis externis, politicis uidelicet, repugnat: multò magis quæ uiro non subditur. Ita ab initio uoluit deus. Admonemur itaq;, uirũ positum esse in locũ ac dignitatẽ capitis, mulierẽ uerò in locũ corporis. Deinde & à rationibus. Quoniã uir caput est, inquit, uxoris, quemadmodũ & Christus ecclesię: & ipse est qui corpus saluat. Verum ut ecclesia subdita est do-
C mino, ita & uxores propriis uiris in quacunq; re. Deinde, inquit, uir est caput uxoris, quemadmodum & Christus ecclesiæ: & ipse est qui corpus saluat. caput enim salus est corporis. Præstruxit iam uiro & uxori dilectionis causam, & prouidentiã: unicuiq; competentẽ distribuẽs locũ, huic quidẽ principatus & prouidentiæ, illi uerò subiectionis. Quemadmodum igitur ecclesia subdita est Christo: (Quid est ecclesia? Viri & mulieres.) ita & uxores uiris suis tanquã deo.
Viri diligite uxores uestras, quemadmodum & Christus dilexit ecclesiam. Audisti subiectionis hyperbolẽ? Laudasti & admiratus es Paulũ, quod attinet ad ea q̃ uitã nostrã turbant, tanquã admirabilem quẽdam & spiritualẽ uirũ? Bene. Sed audi quæ & abs te petat. Nã rursus eodẽ utitur exemplo. Viri, inquit, diligite uxores uestras, quemadmodũ & Christus dilexit ecclesiam. Intellexistis obediẽtiæ mensurã? Audi & mensurã dilectionis. Vis ut uxor tibi obediat, quemadmodũ ecclesia Christo? Prouide ipse quoq; illi, quẽadmodũ Christus ecclesię. Et si animam pro ipsa da re oporteat, ac millies trucidari, & quancunq; rẽ ferre & pati, ne detrectes. Nã etiã si ista passus fueris, nihil tamen unq̃ tale feceris, quale Christus. Etenim tu quidẽ iam coniunctus cũ illa ista facis, ille uerò pro D
auersante se & odiente. Quemadmodũ igitur Christus auersantẽ se & odientẽ, & conspuentẽ, ac lasciui entẽ ad pedes suos, multa solicitudine, nec minis, nec cõuiciis, nec metu, neq; alia re eiusmodi adduxit ita; & tu adhære uxori tuæ. Et si despiciẽtẽ, lasciuiẽtẽ & contemnentẽ te uideris: poteris tamen ipsam sub pedes tuos redigere, si multa fueris usus prouidẽtia, dilectione, & amicitia. Nihil enim uiolentius his uinculis, maximè uiro & mulieri. Famulum quidẽ metu coger eac sibi deuincere quisquàm poterit: ĩmo ne illum quidẽ. Mox enim resiliendo aufugiet. Eam uerò quæ uitæ tuæ est socia, quę liberorũ mater, quæ oĩs lętitiæ materia, non timore & minis constringere ac deuincere oportet, sed dilectione & cordis affectu. Quale est. n. istud coniugium, quando uxor uirũ tremebũda exhorret? Qua uerò uir ipse iucũditate fruetur, qui uxori, non ut liberæ, sed uelut famulæ cohabitat? Itaq; etiam si quid uxoris gratia ferendũ sit, ne doleas. Nam neq; Christus hoc fecit. *Et semetipsum,* E
inqt, *tradidit pro ea, ut mundaret illam & sanctificaret.* Erat ergo immunda, habebat ergo maculã, erat ergo deformis, erat uilis ac tenuis. Qualencunq; igitur uxorem acceperis, nondũ tamen talem sponsam accepisti, qualẽ Christus accepit ecclesiam: neq; tibi usque adeò imparem, qũo ecclesia impar est Christo. Veruntamen non fastidiuit illã, nõ odio habuit propter nimiam deformitatẽ. Vis deformitatẽ ecclesiæ audire? Audi quid Paulus dicat: Eratis enim, inquit, aliquando tenebræ. Vides ipsius nigredinẽ? Quid ni
Hic supr. b. grius tenebris? Vides temeritatẽ? In malitia, inquit, & inuidia uitã ducentes. Agnoscis immunditiã? Imprudentibiles, insipiẽtes. Quid dico? Et fatua erat & blasphema. Attamen quãuis tot essent odii causę, nihilo minus pro deformi illa ita seipsum tradidit, ac si esset formosa, ac si esset dilecta, ac si esset admiratione digna. Atq; hoc est quod admirat Paulus dixit: Vix enim pro iusto quisquàm moritur. Et iterũ: Si Chri- *Rom.5.a.*
stus pro nobis mortuus est, cũ adhuc peccatores es- *Ibidem.*
semus. Talẽ itaq; nactus sponsam Xps, ornauit eã ac lauit, neq; istud detrectãs: *Vt illam,* inqt *sanctificaret, mundatam lauacro aquæ in uerbo, ut adhiberet eã sibiipsi gloriosam ecclesiam, non habentẽ maculam aut rugam, aut quicquàm eiusmodi sed ut sit sancta. & irreprehensibilis.* F
Lauacro immũditiã ipsius lauit. In uerbo, inqt Quo? In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Et nõ simpliciter ornauit ipsam, sed gloriosam fecit, nõ habentẽ maculam aut rugã, aut quicquã eiusmodi. Et nos itaq; pulchritudinẽ istam inquiramus, & poterimus eam nobis cõparare. Ne quęras tu apud uxorẽ q̃ ipsius non sunt. Vides quod oĩa à domino acceperit ecclesia? Ab ipso facta est gloriosa, ab ipso irreprehensibilis. Noli pp deformitatem fastidire uxorẽ tuam. Audi quid scriptura dicat: Exigua est inter uolucres apis, & tamen fructus eius principatũ in rebus dulcibus obtinet. Dei figmentũ est uxor tua. Nõ iam illã, *Eccl.11.a.*
sed factorẽ illius uituperas, quicquid ferat uxor. Qd si laudaueris ipsam propter pulchritudinẽ, laus ista, & rursus illud odium, intemperantiũ est & lasciuorũ animorũ. Et ipsa dilectio aiæ pulchritudinẽ quærit. Ecclesiæ sponsum imitare. Externa corporis pulchritudo plena est multæ supbiæ & arrogãtię, atq; in zelotypiã coniicit, absurdaq; plerũq; suspicari facit. Sed uoluptatem habet usq; ad primum. f. aut secundum mensem: aut si multũ usq; ad annum. Deinceps uerò

G non ita,sed per cõsuetudinem tabescit illius admiratio. Interea tamen mala illa, quę ex pulchritudine nascuntur,manent,ut sunt fastus,arrogantia & contẽptus. In ea uerò quæ adeò formoso corpore nõ est, nihil tale metuendũ ,sed rectè primus amor admodũ perdurat, eò quòd aia formosa est,non corpus. Quid cœlo , dic quæso , pulchrius ? Quid pulchrius astris? Iam quodcunq; produxeris corpus, adeò candidũ nõ est: quoscunq; narraueris oculos, adeò hilares non sunt. Quũ uerò ista fierent, angeli etiã stupebant & admirabãtur. Et nos quoq; iam admiramur ea,sed non æquè ut ab initio . Nã consuetudo facit, ut etiã talis ac tanta pulchritudo non ita nos stupefaciat. Quantò magis istud in muliere usũueniet? Deinde quamprimũ morbus aliquis corpori formoso incubuerit, mox oĩs illa pulchritudo euanuit . Quin potius beneuolentiã,aium modestum,& mansuetudinẽ quęramus in uxoribus. Istę sunt uerę pulchritudinis notę. Corporis pulchritudinẽ non quęramus, neq; uitio demus uxoribus ea, quorũ ipsę nullam habẽt potestatẽ. Imò uerò ne oĩno quidem illas culpemus (nã temerariorũ istud est) neq; fastidio habeamus, neq; molesti illis simus. An nõ uidetis, quot eorum sint, qui cũ formosis uxoribus cohabitauerint, uitã suam miserè duxerint, imo subuerterint? Et rursus quot eorũ , qui cũ non admodum pulchris cum magna iucunditate ad extremã usq; senectutẽ pertigerint? Internas maculas extergamus, internas rugas explicemus, eas auferamus maculas quę in aĩa sunt. Talẽ pulchritudinẽ quęrit deus . Deo pulchritudinẽ istam comparemus, non nobis. Non quęramus pecunias, neq; nobilitatẽ istã externam , sed nobilitatẽ ac generositatem aĩę. Nemo expectet ab uxore diuitias . Turpes.n.ac probrosę sunt illæ diuitiæ. Neque oĩno quęrat quisquam hinc discedere . Nam qui hoc

1.Ti. 6.b. pacto discedere uolunt, incidũt tentationem, & desideria inutilia & nociua, & in laqueos, & in perniciem ac perditionẽ. Ex uxore itaq; ne quęras pecuniarum opulentiam , & omnia reliqua facilè inuenies. Quis est, dic quęso, qui neglectis præstantioribus minuto rũ curã habeat? Sed hei ubiq; hoc morbi patimur. Si filios habuerimus , non hoc satagimus qũo boni fiant, sed qũo opulentas illis uxores accipiamus: non qũo probis moribus, sed quomodo diuites fiant. Et si institutum quoddam aggrediendum fuerit , non quærimus qũo peccatis liberum sit , sed quomodo magnum nobis emolumentũ accedat. Pecunię iam sunt omnia . Propterea corrupta sunt etiam omnia, eò quòd nos amor iste corripuit. *Ita debẽt*, inquit, *uiri diligere uxores suas , ut sua ipsorum corpora* . Quid hoc est? Venerat tanquam ab sublimiorẽ imaginẽ, & uehemẽtius exemplum. Iam uerò, non istud , sed uelut propius ac clarius ponit, & aliam iustitiæ normã inducit. Nã prior illa non erat multę, & urgẽtis necessitatis. Ille Christus erat, ac deus erat, & seipsum tradidit. Aliunde igitur deinceps istud tentat , dicens : Ita debent. Non.n.gratia res ista est, sed debitum Et, ut sua ipsorum corpora. Quare ? *Nemo enim unquam suã ipsius carnem odio habuit, sed nutrit ac fouet eam.* Hoc est

Gene.2.d curã ipsius habet cũ multa solicitudine. Quomodo caro uiri est uxor? Hoc nũc os, inqt, ex ossibus meis, & caro de carne mea. Nam ex nostra facta est materia. Et non istud solũ, sed & erunt, inqt, duo in carnẽ unã. *Quemadmodum & Christus dilexit ecclesiam* . Ad primũ exemplum regreditur. *Quoniam membra sumus corporis eius ex carne eius, et ex ossibus eius.* Quemadmodum ex Adam, ex carne & ossibus eius est Heua. Sũt enim caro & ossa prestãtiora in nobis. Illa uelut fundamentum quoddam locata subiacent, ista tanquã ædificium . Sed illud quidem manifestum est , istud uerò qũo? Quemadmodum illic tãta est, inquit, propinquitas : ita & hìc . Quid est quod dicit , ex carne eius? Hoc est, germanè ac ligitimè ex ipso. Et quomodo nos hoc pacto mẽbra Christi sumus? Quoniam secundum ipsum facti sumus. Et qũo ex carne? Scitis quotquot mysteriorum participes estis , quoniã os eius non cõfringetur, inqt . Ex ipso statim fingimur. Et qũo? Iterũ audi quid beatus iste dicat . Quoniam igitur pueri cõmercium habuerunt cũ carne & sanguine , & ipse similiter particeps factus est eorundẽ. Sed hic ipse nobiscum commercium traxit, non nos cum illo. Qũo ergo ex carne eius , & ex ossibus eius sumus? Sunt qui sanguinem dicant & aquam . Verũ nihil est. Sed quemadmodũ ille sine uirili congressu natus est ex spiritu sancto , ita & nos illud efficimur in lauacro. Vide quanta exempla adducat, ut generationi illi fidẽ faciat. O hæreticorũ dementiã . Quod nunc nascitur, ex aqua nascitur, uerus fœtus, & uerũ corpus . Qũo ergo ex carne eius , & ex ossibus eius? Hoc est, ex itegra ipsius subsistãtia formatus est Adã, & natus est Christus. Qũo? Ex latere ipsius accepit. In cruce facta est susceptio, & nos substantiæ eiusdẽ cum ipso. Habet in seipso deum uerbum, & nos. *Huius rei gratia relinquet homo patrem suum, ac matrẽ suã, & adglutinabitur uxori suæ. & erunt duo ad carnẽ unã.* Quid iam? Ecce adiungit & tertiam iustitiæ normã, quòd relictis quisquam parentibus, ex quibus natus est, uxori cohæret. Deinde caro est & pater, & mater & filius quoque ex utriusque parentis congressu & commistione ortus. Nam commistis seminibus nascitur filius, ita ut hi tres una sint caro . Sed rursus fit una caro filius per congressum cum uxore. Nam illa quoque ac multo amplius ligat , quàm filius infans. Quam ob rem? Quoniam ab initio ita factũ est. Ne dicas mihi de uxore tua, quòd talis ac talis sit . Non uides quòd & in carne multos defectus habemus? Hic claudus est : iste distortos habet pedes . Manus aridas alius, alius aliud quoddã membrũ infirmum habet: & tamen illud nec dolẽdo occulit nec amputat, sed & reliquis sępenumero præponit. Et meritò. Est.n.suum. Quãtum itaque quisque dilectionis habet erga seipsum, tantum uult nos Apostolus, & erga uxores nostras habere. Vnius sumus naturę, uerũ pluris istud monitorium nobis esse debet erga uxores, qđ duo sunt corpora : sed hoc quidẽ caput, istud uerò corpus, caput autem Xpi deus est. Hoc & ego dico. Nimirũ quòd qũo unũ est corpus, ita Christus est & pater. Reperitur ergo quòd & pater caput nostrum est. Duo ponit exẽpla. *Magnum est istud corporis Christi mysterium. Ego autem dico, in Christo & in ecclesia* . Quid est , mysterium hoc magnum, inquis? Quoniam magnum quid & admirandũ beatus Moses indicauit, imo deus ipse. Interea sanè de Christo, inquit, loquor, quoniam & ipse relicto patre descendit, & ad sponsam uenit , & factus est in spiritũ unũ. 1.Co. 6.d Qui adhæret domino, unus est spiritꝰ. Et bene dixit, Magnũ est hoc mysteriũ: Ac si dixisset, ueruntamen allegoria ista dilectionem coniugalem non euertit. *Quanquã & uos singulatim curate, ut quisque suam uxorem tanquã seipsum diligat, uxor autẽ ut reuereatur uirũ.*

A Reuera nanq;, reuera, inquam, mysterium est, & magnum mysteriũ, relicto parente, eo qui genuit , eo q aluit, etiam ea quæ peperit, quæ miserè & cum labore parturiuit, illis uidelicet desertis quæ tanta beneficia præstiterunt, quibus cũ cõsuetudo tracta est, adhærere uirũ illi, quæ antea neq; uisa sit , neq; aliquid commercij cum illo habuerit, atq; hanc etiam omnibus præferre. Verè mysterium est. Et parentes etiam cum ista fiunt, non offenduntur, sed magis offendũ tur ac dolent quum non fiunt, expensis quoq; pecuniis, ac sumptu facto lætantur. Magnum reuera mysteriũ & inestimabilem quandã sapientiã habens. Istud suprà præfatus dixit, in Christo & ecclesia. Veruntamen non propter ipsum solũ ita dictũ est. Sed quid? Vt uxorem. s. tanquam propriã carnem foueat, quẽadmodum & Christus ecclesiam: uxor uerò ut reuereatur uirum. Iam non ea duntaxat quæ dilectionis sunt, ponit. Sed quid? ut reuereatur uirum . Alterum principatus locum habet uxor . proinde neque ipsa honoris æqualitatẽ appetat, est enim sub capite: neille tanquam subiectam contemnat , corpus nanq; B est. Et si caput contempserit corpus , & ipsum simul peribit. Sed dilectionẽ inducat , quæ obedientiæ ac subiectioni ex æquo respondeat , quale est, quando manus, pedes, & reliqua oĩa membra capiti seruiũt, illud uicissim eorũ curã ac prouidentiam agit, omnẽ sensum in ipsis habens . Nihil isto coniugio melius. Et qũo potest esse dilectio, inquis, præsente timore? Tum sanè potissimum potest. Quæ.n.timet uirum, diligit etiam: quę diligit, timet ut caput, diligit ut membrum , quandoquidem & caput membrũ est totius corporis. Propterea mulierem deus subiecit , uirum uerò illi præfecit, ut pax sit. Nã ubi honoris est æqualitas, aut ubi familia dominatur , uel oĩs principatũ gerunt , ibi nunquam poterit esse pax: sed necesse est unum esse principatum, atq; id ubique in rebus corporalibus. Quanquã si fuerint uiri spirituales, erit inter eos pax. Animæ erant quinquies mille , & nemo quicquam eorũ quæ possidebat, suum esse dicebat, sed subditi erãt inuicẽ alius alii. Istud erat intellectus & timoris dei signum. Dilectionis itaque formulam ostendit, timoris uerò non ita. Et uide, quomodo di C lectionis quidẽ normam multis amplificat , ad quã promouendam, quæ Christum, deinde & quæ propriã carnẽ concernunt, disserit, & illud adducit: Eius Gen. 2. d gratia relinquet homo patrem & matrem: quæ uerò timoris sunt , nõ adeò dilatat. Qua ratione? Quoniã uult, ut quod dilectionis est, magis obtineat. Nã ista existente, reliqua sequuntur oĩa: obtinẽte uerò timore, nequaquàm . Qui.n.uxorem diligit, etsi non admodum morigeram: is oĩa pariter sustinebit . Adeò difficile est & graue , ut concordes sint uir & uxor, quãdo dilectionis nõ fuerint ui ac tyrannide in unũ conuincti. Timor sanè omnino non præstabit istud Propterea illi magis immoratur Apostol⁹ , quod est ad concordiam faciendam potens . Videtur autem uxor eò quòd iussa est uirũ reuereri , uinci minoris q; haberi: uerũ ipsa uincit, ac maiores obtinet. Nam qđ magis est propriũ & herile, uiro imperatum est præstare uxori: nempe, ut illam diligat. Quid ergo, inqs, si uirũ non reueretur uxor ? Tu illã dilige, quod tuũ est præsta. Nam etiam si quæ aliorũ sunt, non sequũtur: sequi tamen oportet, quæ nos cõcernunt, ut exempli gratia: Subiecti , inquit, inuicem alius alij in timore Christi. Quid ergo si alius non subiiciatur? Tu morem gere legi dei. Ita sanè & hoc loco . Itaq; mulier, etiam si non diligatur, uirum tamen reuereatur, nequid ab ipsa mali committatur: & uir, etiã si uxor illum non reuereatur, tamen diligat, nequid ipse intẽ pestiuè designet, aut suo muneri desit. Nã unusquisque propriũ ac peculiare munus accepit Factæ sunt itaq; nuptiæ istæ, quod ad Christum attinet nuptiæ spirituales, & generatio spiritualis . Nostra generatio non est ex sanguinibus, non ex maternis parturitionibus. Talis erat & generatio Isaac. Audi qd scriptura dicat: Et desierant Sarrhæ fieri muliebria eius. Et nuptiæ nostræ non sunt ex desiderii passionibus, ne nuptiæ corporales , sed omnino spirituales animæ. s. cũ que corporales , sed omnino spirituales animæ. s. cũ deo coniunctæ, cõgressu arcano & ineffabili, & quẽ ipse solus sciat. Propterea dicit : Qui domino adhæret, unus est spiritus. Vide qũo cõetur, & carnem carni, & spiritum coadunare spiritui . ubi sunt hæretici Si nuptiæ inter ea essent connumerãdę quę ut crimi nosa traducuntur , nõ uocasset Christum sponsum, & ecclesiam sponsam. nec hortãdo adduxisset illud, Relinquet homo patrẽ & matrem: nec rursus subiũxisset, de Christo & ecclesia dictum esse. Nam de ecclesia, & Psaltes dicit: Audi filia & uide, & inclina aurem tuam , & obliuiscere populum tuum , & domũ patris tui: & concupiscet rex pulchritudinem tuam. Quapropter & Christus dixit : Ego à patre exiui , & ueni. Sed quando dico Christũ reliquisse patrem, nõ imaginaberis locorum trãsitum, qualis apud homines fit. Quemadmodum egressus esse dicitur, nõ qđ exiuerit, sed propter carnem hoc dicitur : ita & hoc intelligendũ est, quòd dico eũ reliquisse patrẽ . Qua uerò ratione non de uxore quoque dixit, adhærebit uiro suo? Quã ob rem id factum est ? Quoniã de dilectione disseruit, idq; uiro. Nam quum uxori de metuẽdo uiro dissereret , uirum dixit esse caput uxoris, & Christum quoque caput ecclesiæ. De uiri uerò officio ad uirũ egit, & quę dilectionis sunt, ipsi commẽdauit: de dilectione ad ipsum loquutus est, ipsum eò stringens ac conglutinãs. Qui.n.patrem reliquit propter uxorem, si illam ipsam quoque postea dimiserit ac reliquerit: quánam uenia dignus erit? Non uides quanto honore uelit eam potiri deus, quòd te à patre abductũ ipsi adfixit? Quid igitur, inqs, si q̃ nostri sunt officii, pstiterimus , illa uerò obsequuta nõ fuerit ? Si incredulus discedit, discedat. Non est seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi . Verũ cùm audis timorem, eum exiges ab uxore timorẽ qui cõgruat liberę, non qualis à famula exigitur. corpus nanq; tuũ est. Nam si hoc feceris, teipsum probro afficies, dehonestans corpus tuũ. Qualis est autem ille timor? Ne contradicat, ne aduersus uirum insurgat, ne priores appetat. Satis est hactenus cõsistere timorem. Si uerò quemadmodum iussus es, illã dilexeris, maiora etiam facies. Immo iam non ex timore hoc faciet, sed & ipsa dilectio nonnihil opabitur: imbecillius plerunq; genus est, multo egens auxilio , multa condonatione & accomodatione. Quid dicent qui secundis nuptiis iunguntur? Non quòd illas condemnem hoc dico, Absit. nam & Apostolus illas concessit. Veruntamẽ omnia uxori, per accommodationẽ largitor, omnia ipsius gratia facito , atq; etiam cum labore molitor. Necessitas tibi incumbit. Non putauit dignũ hoc loco quicquã externorũ exemplorũ inducere: quod sępenumero facit. Satis.n.fuit quòd magnũ & uehemens illud de Christo adduxit . imo

τὴν καλλιτωρήθεῖσαν.

ὑπὸ δημοκρατοῦμενος ὁι χίλιοι, Actor. 4. f

ἵνα μηδὲν οὕτως ὑπερέχῃ τοῦ ἀνδρὸς ἡ γυνὴ, ὡς τὸ ἀπέλαβεν. Gen. 18. b 1. Cor. 6. d Cõtra dãnatores cõiugii.

οὐκ ἐν τῶν διαβεβλημένων ὀνομάτων ἐστὶ τὸ μισεῖν τὸν ἄνδρα. Nota de diuortio. 1. Cor. 7.

ἐνεχείρισε.

πολλὴν τὴν συγκαταβάσεως De secundis nuptiis.

καὶ καλλιτωροῦ.

G & ad subiectionis rationē. Et relinquet, inquit, patrē ac matrem. Ecce ab externis. Et non dixit, & cohabitabit, sed cohærebit uxori suæ, uehemētem unionē, dilectionemq; cū uehementia declarans neque isto contentus est, sed & inductione subiectionē. ita declararuit, ut duo nō uideātur amplius esse duo. Non dixit: in spiritum: nec dixit, in aiam. Est enim illud clarum, & cuiuis posibile: sed ita, ut in carnem sint unā. Altera quidem princeps est uxor, principatum habens & multam honoris æqualitatem, ueruntamen aliqd amplius præ illa uir habet. Istud maxima salus domus est. Nam illud qdē quod de Christo est, non in hoc assumpsit, quòd oporteat duntaxat diligere uxorē, sed & corrigere & cōponere. Vt esset, inqt, sancta & irreprehensibilis. Illud qdē quod de carne est, ad hoc induxit, ut dilectionē psuadeat: & illud quoque, adhærebit uxori suæ, ad dilectionem facit. Si uero sanctam ipsam effeceris, & irreprehensibilem, sequentur reliqua oia. Quære quæ dei sunt, & humana multa facilitate consequentur. Corrige uxorē, atque ita conseruabitur domus. Audi quid Paulus dicat: Si uerò est qd discere uolēt, domi uiros suos iterrogent. Quòd si domos nostras ad eū modum gubernauerimus, erimus & ad ecclesiæ præfecturam idonei. Nam & domus exigua est ecclesia. Hoc pacto possunt uiri & mulieres, boni facti, oēs excellere. Considera Abraham, Sarrham, Isaac, trecētosq; illos decem & octo uernaculos, qūo uniuersa domus cō pacta fuerit, qūo tota pietatis plena, apostolicum p̄ceptum adimpleuerit, & ipsa Sarrha uirum suum reuerita sit. Audi quippe quid dicat: Nondum, inquit, tale quid mihi contigit usq; nunc, & dominus meus senior est. Et ille ipsam ita dilexit, ut quid uis iubenti morem gesserit, & filius generosus erat, & uernaculi etiam ipsi admirandi, qui periclitari quoq; cum hero suo, nec detrectarunt, nec cōtati, neq; quicquā causati sunt. Sed & unus eorum, nimirū, qui reliquis præerat, ita erat admirabilis, ut nuptiæ etiā unigeniti filii, legatioq; extorris, illi concreditę sint. Nā quēadmodū in militari duce est, quādo exercitus bene compactus est, nusquā subingreditur hostis: ita sanè & hic quando uir. & uxor, & liberi, & domestici eodem studio tenentur, multa est domus illius cōcordia. Alioqui si id nō fuerit, plerunque per unum peruersum famulum omnia subuertuntur & dissoluuntur. Sæpenumero unus duntaxat totum disperdidit ac corrupit.

Gene.2.d

H

1.Cor.14. Domus Christiani est ecclesia.

Ge.18.b.

καὶ τὸ πρόσωπον ἐνέκρυψε τοῦηλν.

I

Morale.

Multa itaque prouidētia curemus & uxores, & liberos, & seruos, sciētes quòd principatū nostrū hoc pacto nobis & ipsis facilem constituemus, & quòd rationū quæstiones & placidas ac mites habituri sumus, dicturq;, Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi deus. Si uir pcipuus fuerit & celebris, & caput bonum: & reliquū corpus nullam prorsus uim sustinere necesse habebit. Diligenter itaq; dixit quidē Apostolus, qūo quæ uxorem pariter ac uirum concernunt bene sint disponenda, hāc nempe adhortatus ut uirū reueretur ueluti caput, istum uicissim, ut diligat tanquam uxorem. Qūo uerò ista fient, inquis? Nam quòd ea fieri oporteat, istud quidem ostendit: qūo uerò fiant, ego uobis dicam. Si pecunias contemserimus, si ad unū duntaxat respexerimus, animi uidelicet uirtutem, si timorem dei ob oculos habuerimus. Nam quod, cū ad seruos dissereret, dixit, quoniam quicquid unusquisq; fecerit, siue bonum, siue malum, hoc accipiet à domino: istuc & hic cogitandū. Nō igitur tantum diligatur uxor propter seipsam, quantum pp Christum. Hoc etiam indicauit dicens, ueluti domino. Itaque cuncta sic facito, tāquā qui domino obedias, & propter ipsum oia facias. Sufficiet hoc ad inducendum & persuadendum ac prohibendū ne qua sit cōtētio aut dissensio. Nemo fidelium calumniam uiro apud uxorem struat. Sed neque uir temerè quicquā aduersus uxorem credat, neq; uxor temerè ingressus & exitus uiri curiosè scrutetur. Neque uerò uir ipse uspiam se talem exhibeat, ut aliqua mali suspicione dignus sit. Quid. n. dic quę so, totum diem amicis teipsum tradis, uxori uerò ue speram? Non poteris uel sic persuadere illi, extrāque suspicionē constituere. Quòd si te culpauerit uxor, ne molestè feras. Amicitiæ est indiciū, non arrogantiæ. Accusationes ille fruētis amicitiæ sunt, ardētisq; affectus atq; timoris. Timet enim ne qua forsan cubile suum circunuenerit, ne qua sibi circa bonorum summa nocuerit, ne qua sibi caput abstulerit, nequa sa: nemo sibi uendicet famulos ultra præscriptā mēsuram, neq; puellam uir, neque famulum uxor: possunt. n. ista suspiciones pārere. Perpende nanq; mihi iustos illos ueteres. Ipsa Sarrha patriarchę iusserat accipere Hagar, ipsa imperauerat: nemo coēgerat: neq; accessisset ad eam uir, sed maluisset nunquam fieri pater, quàm contristare uxore, quanquam multū tēporis iā sine prole protraxerat. Veruntamē post ista oia quid dicit Sarrha? iudicet deus, i quit, inter me & te. Iam si istud cuiquam alteri contigisset, an non adiram commotus fuisset? An non manus in eam extē disset, tātum non dicens? Quid, inquis? Ego nolebā cōgredi mulieri. Tuum est totū istud institutum, & iam me accusas? Verū nihil tale dixit Abraham. Sed quid? Ecce inqt, ancilla est in manibus tuis, utere ea quemadmodū tibi placuerit, sociam lecti tradidit, ne contristaret Sarrham. Quanquam nihil hac re ad beneuolentiæ rationem magis facit. Si enim mēsæ participem esse etiam latronibus unanimitatē erga aduersarios conciliat, & Psaltes dicit: Qui simul mecum suauiter epulabaris, unā fieri carnē (istuc enim est lecti cōsortem esse) multò magis in unum cōtrahere conciliareq; potest. Verū nihil tale potuit ipsum constringere, quin tradiderit uxori ancillam, ostendens nihil sui causa hac in re commissum esse: & qd sanè maius est, prægnantem etiam dimisit. Quis nō misertus fuisset eius, quæ ex se cōcepto puero iā prægnans esset? Sed nihil flexus est hic iustus. Dilectionē enim quā habebat ad uxorem, prætulit omnibus. Hunc imitemur & nos, nemo paupertatē exprobret proximo, nemo pecunias amet, & erunt resoluta & facilia oia. Neque dicat uxor aduersus uirū, ignaue, meticulose, pigritia segnitieq; ac multo somno plene, ecce hic uilis & abiectus, abiectiorūq; natalū, toleratis periculis peregreq; profectus multas diuitias adeptus est. Et uxor eius auro cōspicua, rhedaq; mulis albis uecta circunfertur ubiq;, greges habens domesticorū, eunuchorūq; copiam. Tu uerò meticulosus fact⁹ frustra & inaniter uiuis. Ne dicat ista, istisq; similia mulier. Corpus. n. est, non ut imperet capiti, sed ut illi morem gerat & obediat. Quomodo ergo feret paupertatē? Vnde iueniet cōsolationē? Deligat & proponat sibiipsi paupertiores. Reputet quot ge-

K

L

Gen.16.a Ab exemplo Abrahæ.

Gen.16.b

Ibidē.

M

Psa.54.c Hebræa sic sonāt Qui simul suauiter cōsultabamus uel, secreta inuicē communicabamus,

καὶ πολλὰ τοιαῦτα.

A nerosæ, & ex generosis ortæ puellæ, non solū à uiris nihil acceperint, sed & sua tradiderint, oiaq; insumpserit. Cogitet quæ ex eiusmodi diuitiis nascantur pericula, & quietā illam & otiosam uitā amplectetur. Nihil oino tale dicet, si fuerit amanter erga uirū suū affecta, sed eliget magis apud se domi habere illum nihil lucrantem, quam decem milia auri talēta cum cura & solicitudine, quæ mulieribus plerūque ex uirorum peregrinationibus incutitur. Sed neque uir ista audiens, ad conuicia & uerbera, tanquam principatum habens, se uertat: sed magis eam ueluti imperfectiorē admoneat, hortetur, & rationibus persuadeat, manus uerò in eam nūquā iniiciat. Sint ista procul à libera mente. Neq; conuiciis eam, neq; probris, nec uituperis afficiat, sed uelut minore prudentia p̄ditam corrigat & componat. Vnde uerò istuc erit? Si discat quę uerę sint diuitiæ, si cœlestem philosophiam cognouerit, nihil talium criminabitur. Instruat eam paupertatē nihil habere mali. Instruat autem non solum uerbis, sed & factis. Doceat contemnere gloriam, & nihil eiusmodi uxor uel dicet, uel cō cupiscet. Tanquam statuam quandā fingendam & ornādam nactus, ita ab ipsa uespera, qua in thalamū nuptialem eā primum accipit modestiā & mansuetudinem, & quo uiuere debeat, mox ab exordio doceat, ex ipsis q; uestibulis pecuniarum amorem deiiciat, atque ad philosophiam imbuat, & adhortetur, ne sint illi monilia aurea siue ab auribus, siue circa genas, siue circa collū pendentia, neq; circa thalamū apposita, né ue uestes sint deauratæ ac sumptuosæ, sed sit qdē nitidus ornatus: ita tamen, ne splendor uituperio obnoxius fiat. Verū relictis illis quæ ad sceni cum magis apparatum pertinent, tu ipse multa uenustate domum adorna, modestiā, immo plurimū bonæ fragrantiæ spirantem. Sequentur. n. hinc duo, immo tria bona. Primū, nō dolebit spōsa solutis thalamis, neq; si amittātur utriq; uel uestimenta, uel uasa siue aurea, siue argentea. Alterum, non erit solicitus sponsus de acquisitorū uel perditione, uel custodia. Tertium quoq; præterea, quod bonorum est caput, demonstrabit etiā ex istis animi sui sententiam, quòd nihilo horū adficiatur, quòd & reliqua oia pessundabit, & neq; saltationes, neq; inhonestos cātus aliquando fieri concedet. At noui quidem quòd ridiculus fortè quibusdā uideor, qui talia præscribā. Veruntamen si morem mihi gesseritis, processu temporis rei utilitate acquisita, fructum ac lucrum intelligetis: atq; tunc iste risus eximetur, ridebiturq; quod nunc fieri solet, ac uidebitis, ea quæ nūc fiunt re uera puerorum insipientium esse & uirorū temulentorū: quæ uerò ego iā admoneo, esse modestie & philosophiæ cœlestisq; cōuersationis. Quid igitur necessariū dico? Amputari à nuptiis oia turpia satanicaq; canticа, inhonestas odas, concursusq; immundorū adolescentum, atq; tum poterit sponsus ad istorum normam moderati sponsam. Statim. n. apud seipsam cogitabit, Papę qualis est hic uir? Philosophus est: nihil reputat præsentem uitam. Ad generandos & educādos liberos, custodiendamq; domum me in ædes suas induxit. Verū iniucunda erunt ista sponsæ, unū aut alterum diem, deinceps uerò nequaquā. sed magnam etiā inde uoluptatem capiet, liberans hoc pacto seipsam ab omni suspicione. Qui. n. neque tibias, neque saltantes, neque præfactos cantus tolerat, idque nuptiarum tēpore: difficillimè sustinebit aliquid unquā quòd turpe sit, uel facere, uel dicere. Posteaquam uerò oia ista à nuptiis abstuleris, accepta spōsa, benefacies, si non mox pudorē tollas, sed ad multum temporis producas. Nam etiam si impudētior sit puella, aliquò tamen usq; uirum reuerita, rebusq; istis insueta, tacere nouerit. Tu itaque pudorem istū nō statim illi eximas, quod lasciui uiri faciūt: sed magis longo tpe erigas ac proferas. Dabit. n. istud tibi magnos fructus. Interea quippe dū pudorē adhuc habet, nihil eorū quæ disponis culpabit, nihil reprehendet. Oia itaque iuxta rationem tēporis illius fancito, quo pudor mēti ipsius quasi quoddā frēnum, iniectus non permittit quicquam conqueri, uel quæ fiunt, reprehendere. Si nanque confidentiam nacta fuerit, multa temeritate subuertet, & confusa faciet oia. Itaque quando aliud tps est adeò fingendę uxori idoneū, quàm illud quo uirū reueretur, & adhuc metuit ac uerecūdatur? Tunc. s. ipsi quasuis leges ponito, & obsequetur omnino siue spontè, siue muitè. Qūo uerò pudorem non solues? Quando uideberis & ipse non minus uerecundus quam ipsa, paucaque colloquutus fueris, atq; ea cum multa grauitate atq; compendio. Tunc illi de amicitia loquere: nam animus recipiet. In pulcherrimum ipsam habitum, uide licet, pudorem cōstitue. Si uultis, dicam exempli gratia, quæ debeant ad sponsam dissei. Si enim Paulus non detrectauit dicere: Ne fraudetis uos inuicem, & pronubę uerba loquutus est, immo non pronubæ, sed animi spiritualis: multò minus nos detrectabimus de hac re dicere. Quid igitur ad eā loqui oportet? Cum multa gratia dicēdum illi est: Nos te ò puella uitæ sociam accepimus, introduximusq; eorum q̄ preciosiora sunt, & magis necessaria consortem, nimirum creationis liberorū, & gubernandæ domus. Quid igitur te obsecramus? Immo uero prius quę dilectionis sunt cum illa loquere. Nihil enim ita confert ad hoc ut q audit, persuadeatur ad recipiendū quę dicuntur, atque si cognoscat quòd cum magna dilectione dicantur. Quo pacto ergo ostendes dilectionem? Si dixeris, multas acquirere potui & opulentiores, & illustri genere, uerùm nolui: sed te, tuāq; conuersationem, munditiem, mānsuetudinem, & modestiam adamaui. Deinde statim ab istis uiā de philosophia differēdi parato, diuitiasq; facto quodā loquēdi circuitu, culpato. Nam si simplr ac temerè sermonem aduersum diuitias direxeris, molestus eris: si uerò occasionē ceperis, oia expedies. Videberis. n. rem istam apologiæ loco facere, non tanquam austerus, ingratus, & circa minuta curiosus. Verùm quādo ex iis quæ ad eam pertinent occasionem sumpseris, ac senserit, dices (necessarium enim est resumere sermonem) licebat diuitem sponsam ducere, & opulentam, sed talē non accepi. Quamobrem? Non temerè, nec sine causa, sed tanquā bene instructus, diuitias non esse possessionem ac substantiam: sed rē cōtemptibilem, quam & latrones, & fornicariæ mulieres, & sepulchrorū effossores sacrilegi habere possunt. Propterea relictis illis, ad animi tui uirtutem accessi, quam præfero cuiuis auro. Prudens enim ac libera puella iuuēcula, & cui pietas curæ est, uniuerso orbi comparanda est. Propterea te & cōplexus sum, & diligo, & ipsi aiæ meæ præpono: nihil est enim p̄sens hæc uita. Opto etiam ac precor, nihilque non faciam', ut ita præsentem mereamur uiuere uitam: ut & alibi in futuro seculo, cum multa securitate

B

C

D

E

1.Cor.7.a

Quo spō sus debeat alloqui sponsam.

οὐχ ὑγιὲς σχόμην

G simul esse ac conuersari ualeamus. Tempus.n.istud breue est ac fragile. Si uerò diuina gratia dignata nos fuerit, ut deo placentibus uitā istā ita transigere liceat: perpetuò & apud Xpm & unà cū maiore iucūditate simul erimus. Ego dilectionem tuam oībus antepono. Et nihil mihi tā graue fuerit ac molestū, quām si quando cōtingeret ut te offendā. Etsi oporteat omnia perdere, & Iro pauperiorem fieri, extremaq; pericula sustinere, aut quicquid tandem sit pati: omnia mihi erunt tolerabilia ac leuia, dummodo tecum mihi bene conueniat. Et liberi mei tum mihi iucundi erunt, quando aīo erga nos beneuolo affecta fueris. Opus est autem ut & tu ista facias: deinde immisi ebis & apostolica uerba, qđ deus beneuolentiam nobis ita uelit conciliari. Audi.n. quid scriptura dicat? Huius gratia, inquit, relinquet homo patrē suum ac matrē, & conglutinabitur ad uxorem suā: nulla sit nobis prorsus pusillanimitatis occasio, ualeant pecuniæ, mancipiorumq; multitudo, & honores externi. Istud mihi oībus est præstantius. Quāto H auro, quantis thesauris nō erunt uerba ista uxori iucundiora? Ne metuas, ne in arrogantiam aliquando aduersus te rapiatur, si fuerit adamata, sed cōfessūm ac certū facito, quòd eam ames. Reliquæ quidem, quæ nunc huic nunc illi applicantur uiro, extolleren tur fortè aduersum amatores suos, siquādo talia uerba audirēt: libera uerò uxor & generosa puella nō in soleſcet unquā ex his uerbis, sed magis etiam flactetur. Ostende illi, quanti facias apud eam cohabitare, quanq; malis domi esse pp ipsam quā in foro. Omnibus etiam amicis eā & liberis quoq; ex ipsa natis, præferto: qui tamen ipsi propter eam abs te diligantur. Si boni quicquā fecerit, lauda & prædica: si uerò absurdum aliquid & iuuenile quodammodo obtigerit, hortare & admone. Pecunias ac sūptuositatē sursū ac deorsū īdesinēter incusa, & ostēde ornatū illum qui est a munditie & ab honestate, & cōtinuē quæ utilia sunt doce: sint uobis preces communes. Ad ecclesiam quisq; accedat, & eorum quæ ibi dicūtur & leguntur, uel partem aliquam domi & uir ab uxore, & uxor à uiro exigat. Si pauptas pressērit, adduc in medium sanctos uiros, Paulum ac Petrum, qui oībus & regibus etiam clariores ac celebriores, quum fuerint: quo tamen in fame ac siti uixerunt? In strue uxorem nihil esse eorum quæ in hac uita sunt metuendum, nisi unum illud, ne deus offendatur. Si ita quis nupserit, istaq; obseruauerit, non multò minor erit illis qui solitariē uiuunt, neq; inferior erit cōiugatus non coniugatis. Si uolueris & prandia facere & cōuiuia parare, nihil adsit inhonestum, nihil indecorum ac inornatum. Si pauperem quēdam sanctū inueneris, qui donū uestram benedicere queat, quiq; ad ingressum pedum suorum omnem posīt dei benedictionem simul adferre, istum uocato. Dicam & aliud: Nemo uestrum opulentiorē uxorē ducere studeat, sed multò magis pauperiorem. Non enim adueniet opulenta tantam uoluptatis materiā ex pecuniis suis adferens, quantā tristitiam ex opprobrationibus, ex eo quòd plura quā attulerit exiget, ex conuiciis, ex sumptuositate, ex onerosis & intolerabilibus uerbis. Dicet.n. fortè: nondum tuorum quicquā insumpsi. Adhuc uestibus meis induor, illis amicior quę mihi parentes dederunt. Quid dicis ô mulier? uestris adhuc rebus tuis? Et qđ hoc uerbo poterit contingere miserius? Corpus propriū iam nō habes amplius, & pecunias habes proprias? Non estis amplius K post nuptias duæ carnes, sed facti estis in unā: & habetis duas bonorum ac facultatū substantias, & nō unā? O pecuniarū amorē. Vnus homo & unū aians uterque facti estis: & adhuc dicis hæc mea sunt? Execrandum hoc uerbū ac scelestum à diabolo inuectū est. Omnia nobis deus quę istis quoq; necessaria magis sunt, cōmunia fecit: & ista non sunt communia? Non potes dicere, lux mea est, meus est Sol, mea est aqua. Oīa maiora cōmunia nobis sunt, pecuniæ uerò cōmunes non sunt? Pereant pecuniæ millies, imo non pecuniæ, sed mentes illæ q̄ pecuniis uti nescīūt, sed oībus illas anteponūt. Et ista cum aliis uxorē tuā doce, sed cū multa gratia. Quoniam.n. ipsa uirtutis adhortatio per seipsam multum habet tristitiæ, & maximè ad puellam facta teneram & iuuenculam quando de philosophia sermones habentur, multū gratiæ construe: atq; istud, meum & tuum, potisimū ex aīo ipsius externina. Si dixerit, hęc mea sunt: respondę, quę sunt ista quæ tua dicis? Neq; enim noui: ego nihil proprii habeo. Quo ergo dicis, hęc mea L sunt, quū omnia tua sint? Gratificaberis illi hoc uerbo. Non uides quo istud & erga pueros nostros facimus? quando nobis aliquid eripiunt eorum quæ posidemus, atq; rursus & aliud accipere uolunt, per mittimus ac dicimus: etiam & hoc tuum est & illud. Istud & cum uxore faciamus. Est nanque animus ipsius puerilior. Et si dixerit, hæc mea sunt: dic tu, omnia tua sunt, & ego quoq; tuus sum. Non est adulantis hoc uerbū, sed plurimum prudentis. Atq; itaq; poteris fastum ipsius deprimere, & animi tristitiam extinguere. Adulatio quippe est quando quis parū uir, le quid mali gratia fecerit. Istud uerò maxima philosophia est, dic igitur? Et ego tuus sum, ô puella. Hoc me Paulus admonuit dicens, Vir proprii corporis sui potestatē non habet, sed uxor: si corporis mei potestatē ego nō habeo, sed tu, multò minus pecuniarū. Ista si loquutus fueris, recreabis ipsam, flammam extingues, diabolum pudore suffundes, famulam tibi ex uxore facies obsequentiorē, quā si emptitia esset: in summa, deuincies illam tibi planè his uerbis. Itaq; quicquid loquaris, doce eam ut nunquā dicat, meū & tuum. Et nunquā simplr ipsam ac nudè uoca, sed cum blanditiis, cum honore, cum multa dilectione. Honora ipsam, & nullū ab aliis desiderabit honorē, nullā cōcupiscet ab aliis gloriam, si gloria fuerit abste potita. Omnibus eam præpone, lauda etiam eam propter omnia, siue pulchritudinem, siue prudentiā: ita persuadebis illi te nulli externæ mulieri intendere, sed oēs alias contemnere. Doce timorē dei, & omnia tanquam ex fonte abūde affluent, eritq; domus tua innumeris bonis referta. Si quæsierimus incorruptibilia bona, aduenient & corruptibilia. Nam primū, inquit, quærite regnum dei, & hæc omnia adi- Mat. 6.d
cientur uobis. Quales cōsequens est fore liberos talium dominorum, tales erunt & oēs qui prope illos fuerint. An non continget & ipsos innumeris bonis abundare? Vt.n. plerunque fit, serui etiā mores suos ad ingenium dominorum componunt, desideriisq; illorum assimilantur: eadem amant, quæ & docentur, eadem loquūtur, in eisdem pariter cōuersantur. Si ad hunc modum nos ipsos cōposuerimus, scriptu rasq; obseruauerimus, pluribus per illas instruemur: atq; ita poterimus placere deo, psentemq; uitā omnem cum uirtute transcurrere, & bona diligentibus

ipsum pro-

A ipsum promissa cōsequi: quibus nos omnes, precor, dignos fieri contingat gratia & benignitate &c.

Cap. VI.

Homilia. XXI.

Ilij obedite parentibus uestris in domino: hoc.n.
f *iustum est. Honora patrem tuum, & matrē, quod est præceptum primū in promissione, ut bene sit*
Exo. 20. & Deut. 5.c. *tibi, & sis longæuus super terram.* Quemadmodum q corpus aliquod fingit, primum caput ponit, deinde iugulum, postea & pedes: ita & beatus Paulus sermone suo procedit. Dixit de uiro, dixit de uxore, secundum post uirum principatum gerente. Procedit deinceps rectà progrediēs ad tertium principatum: is autem est puerorum. Vxori enim imperat uir, liberis uerò & uir, & uxor: uide itaque quid dicat, Filij, inquit, obedite parentibus uestris in domino. Ipsum enim primum præceptum est in promisionibus. Nihil hic de Christo differit, nihil de sublimibus rebus. Differit enim ad teneras adhuc mentes. Propterea & breuē exhortationem facit, eò quòd longum sermonem pueri assequi non possunt. Quapropter neque de regno quicquàm differit. Nō est enim illius ætatis ista
B audire, sed ea dicit, quæ potissimum desiderat aīus puerilis audire, nempe, quòd morigerus longæuus sit futurus. Nam si quis inquisierit, quare nihil de regno differuerit, sed præceptum ipsis in lege positum proposuerit: dicemus ideo factum quòd pueriliores adhuc essent, & quòd sciret uiro & uxore iuxta legē quam præscripserat dispositis, non multi laboris esse subiicere liberos. Bono nanque firmo & honesto initio ac fundamento collocato, recto deinceps itinere & ordine res ac multa facilitate procedit. Est enim difficilius fundamentum ponere, ualidámque rebus subiicere basim. Filij, inquit, obedite parentibus uestris in domino, hoc est, secūdum dominum. Deus, inquit, ita iusit. Quid ergo si absurda præcipiant parentes? Potissimum quidem pater, nunquam absurda iubet, etiam si ipse sit absurdus. Veruntamen, ut ut sit, ita etiam hoc cauit, dicēs, In domino: hoc est, in illis, quibus deum non offendes: utpote, si Græcus infidelis fuerit aut hæreticus, nō erit illi amplius obediendum. Non enim illud iam in domino est. Quo-
Ubidem. C modo uerò dicit, quod est primū præceptū? Primū enim præceptū est, Non mœchaberis, non occides. Non dixit illud ordine, sed promissione primū esse. Illis quidem q̄ de malis secessuq; à malis posita præcepta sunt, non est adiecta merces: illis uerò quæ de bonis sunt, lucri etiam addita est promisio. Et quide quā admirabilem uirtutis profectui basim posuerit, honorē scilicet, ac reuerentiam erga parentes. Abducēs à malis operibus, ingressurusq; iam bona, primū præcipit honorē erga parentes, eo quòd & ante oīa ipsi post deum causa uiuendi sunt. Meritò igitur primi bonis nostris potiri debent, deinde post illos & reliqui homines omnes. Nunquā.n. erit erga exteros mānsuetus, quisquis isto caruerit. Adhortatus itaque pueros, quæ oportebat, transit ad patres, ac dicit: Et *patres ne prouocetis ad iram liberos uestros, sed educate eos in eruditione & correptione domini.* Non dicit, diligite ipsos. Ad hoc enim eos etiā inuitos ipsa natura impellit, unde superfluū fuisset de talibus legem ponere. Sed quid dicit? Ne prouocetis ad iram liberos uestros. Hoc multi faciunt, liberos suos exhæredantes & abdicantes, atq; intolerabiliter prementes, nō tanquam liberos, sed ueluti mācipia. Propterea dicit: Ne prouocetis ad irā liberos uestros. Deinde quod omniū summā habet, ostēdit, nempe quo obedire debeant liberi, in caput ac principiū omnem causam reducens. Et quemadmodum ostēdit multebris obedientiæ causam uirum esse factū, unde & ad ipsum plura differit, admonens, ut dilectionis ui uxorē cōplectatur: ita & hìc quoq; in ipsum causam reducit dicens, sed educate ipsos in eruditione & correptione domini. Vides quòd & carnalia sequantur eos q̄ spirituales sunt? Vis filium tuum esse morigerum? Ab initio ipsum educa in eruditione & correptione domini. Ne putes superfluū esse, si diuinas scripturas audierit: nā illic hoc primū audiet, Honora patrē tuū, ac matrem tuam. Itaq; istud tui gratia fit: ne dicas, solitariorum est audire scripturas. Num solitarium ipsum faciā? Nō est necesse ut solitarius fiat. Quid metuis quòd multo lucro refertū est? Faciēs ipsum Christia num. Mundanis potissimum necessarium est scire q̄ ex scripturis docentur, maximè pueris: est enim plurimum insipientiæ in illa ætate. Redditur autem illa stultitia puerorum auctior etiā externis rebus, quando cognouerint heroas illos quoq; quos admirantur, passionū esse seruos, & ad mortem meticulosos: quale erat quòd Achillē cū pro concubina sibi mori endū iam esset, facti pœnitebat: quale est & cū alius inebriatur, & reliqua multa talia comittuntur. Opus est igitur pharmacis istis: nam quo non absurdū est in officinas quidē mittere liberos, & ad reliquos præceptores, & ad eiusmodi institutionē omnia facere: in eruditione uerò ac correptione domini ipsos non educare? Propterea & nos primi fructus huius rei carpimus, temerarios, scelestos, ac immorigeros mechanicos educātes liberos nostros. Ne faciamus igitur istud, sed obediam⁹ beato huic Apostolo bene admonenti: Educemus eos in eruditione & correptione domini. Demus illis exemplū, facientes eos à prima ætate scripturarū lectioni uacare. Heu mihi, cōtinuē ista dicens nugari uideor: ueruntamen non cessabo, qđ mei est officij facere. Quāobrē, dic q̄so, non imitamini ueteres? Maximè uos mulieres, celebres illas mulieres emulamini. Peperisti puerū? Immitare Annā. Dísce qđ fecerit illa. Mox illū subduxit atq; obtulit in templū. Quis uestrū nō innumeris modis mallet filium suū Samuelē fieri potius quàm totius orbis regem? Et quo, inquis, posibile est eum talem fieri? Quamobrem non est posibile? Ideo. s. quòd nō uis, neque tradis eum illis, qui talem eum facere possent. Et quis talis est, inquis, qui hoc posit? Deus. Quandoquidem & illa filium suum ipsi commenda uit ac tradidit. Neque enim Heli erat ex illis qui potuissent ipsum admodum fingere. Quomodo enim potuisset, q̄ ne proprios quidē filios suos potuit? Sed fides ac promptitudo mulieris totū fecerunt. Primū pepererat hunc, & solum, nec sciebat an reliquos esset paritura. Neq; dicebat, expectabo donec crescat puer, ut rebus mundanis antea utatur: permittā, ut paululū puerili ætati immoretur: sed reiectis his oībus, mulier unum duntaxat intendit, quo statim ab ipsis uitæ exordiis spiritualem imagunculā deo fingendam offerret. Verecundiam nobis uiris incutiat mulieris huiꝰ philosophia. Obtulit ipsum deo, illicq; reliqt. Propterea & coniugiū illius factū est illustrius, quoniā primitias deo obtulit, & huius gratia aluus eius facta est fœcunda, uiditq; puerum hunc in mūdo celebrem esse, atque alios etiā fratres illi acquisiuit. Si enim hoēs honore affecti uicissim honorant,

Sacram scripturā scire mundanis potissimum necessariū est. E

F

1.Re.1.d.

1.Re.2.e.

non multò magis hoc faceret deus, qui istud nõ ho-
noratus etiã facit? Quousque caro sumus? Quousq; ad terram inclinamur? Oia nobis prouidentiæ puerorum, eruditionisq; & correptioni, quò in domino educẽtur, postponãtur. Si didicerit filiꝰ tuus ab ipsis initiis philosophus esse, diuitias acquiret omnibus diuitiis maiores, gloriamq; potentiorem. Tantum nõ lucraberis artem ipsum docens, & eruditionẽ externam, per quã pecunias acquirat: quantum si artẽ doceas, per quã pecunias contemnat. Si uoles ipsum facere diuitem, ita facias. Non.n. diues est, qui multis pecuniis eget, & sumptuosẽ uestitur, sed qui nulla re opus habet. Istuc instrue filiũ tuũ, istuc doce. Hę sunt maximæ diuitiæ. Ne quæras quo celebrem eum in externis doctrinis, & gloriosum facias: sed cura quomodo doceas eum gloriam in hac uita contemnere. Hinc fiet illustrior & gloriosior. Ista factu sunt possibilia tam pauperi quã diuiti: ista neq; ex præceptore quisquã, neque per artẽ discet, sed per diuinos sermones. Ne queras quomodo uitam longam uiuat, sed quo uiuat perpetuam & sine carentem. Magna ipsi largire, non modica. Audi Paulum dicentem: Educate ipsos in eruditione & correptione domini, ne cures ut rhetorẽ ex ipso facias, sed ad philosophiã eruditi. Nihil.n. damni erit, etiam si non sit rhetor. Sine philosophia uerò nihil proderit innumera etiam rhetorica. Modestia opus est, nõ sermonibus: bonis & honestis moribus, non astuta calliditate: opibus, non uerbis. Ista regnũ cõciliant: ista ẽt uera bona largiuntur: nõ linguam acuas, sed mentẽ expurges. Ista non dico ut prohibeã erudire pueros, sed ut prohibeam ne istis solis intendatur. Ne putes solitario dũtaxat, eruditionibus istis, q̃ ex scripturis sunt opus esse. Nam eis potissimũ pueris necessariæ sunt, qui mũdo isto usuri sunt. Quemadmodum enim apparatu nauium, gubernatore q̃, ac supplemẽto nautarũ nõ ita opus habet qui semper in portu consistit, atq; qui semper in mari uersatur: ita habent, & mundanus & solitarius, illẽ quidẽ in portu tranquillo est, quietam & otiosam uitam, atq; ab omni tẽpestate liberam uiuens: iste uerò perpetuus in marinis negociis est, fluctuatq; in medio mari, cũ multis & magnis procellis pugnã habens. Etsi ipse non habuerit opus, instructum tamen esse oportet, ut aliorũ linguas obturet. Itaque quantò celebrior fuerit filius tuus in hac præsenti uita, tãtò magis opus habebit ista eruditione. Nã si in regalibus curiis educatus fuerit, aderũt multi & Græci infideles & philosophi, & præsenti mũdana gloria inflati, ut sit uoluti in loco aquaticis fluctibus referto. Tale quid sunt regales aulæ, inflati sunt oẽs ac tumidi. Qui uerò non sunt, fieri tamen student. Cogita itaque quantũ fuerit bonum, filiũ tuũ ad illos concedentem medici instar cum instrumentis penetrare, ualentibus uniuscuiusq; tumorem deprimere, atq; unum quenque accedere, ac differre, ęgrotumq; corpus ex scripturis impositis pharmacis & effusis philosophiæ sermonibus sanare posse. Solitarius.n. cui differet? Parietibus & tecto? An solitudini & saltibus, aut auibus & arboribus? Non multũ igitur ille tali doctrina opus habet. Verũtamen hoc opus perficiendũ sibi sumit, nõ ut alios tãtopere, sed ut seipsum eruditat. Multò itaque necessarior est talis doctrina, potissimũ illis q in hac uita conuersantur. Habet.n. qui in hac mundana uita degit maiorem delinquẽdi necessitatẽ, quàm solitarius. Si uerò scire uoles, erit etiã aptior filius tuus in ipso mundo ad hũc modũ instructus. Reuerebũtur enim ipsum omnes propter uerba illa, quum uiderint ipsum in igne non comburi, neque principatũ aliquem cõcupiscere. Tunc.s. hoc ipso principatum sibi parabit, quando illum non desiderabit, & ab ipso rege in maiore reuerentia & honore habebitur. Nequit.n. talis latere. Nam inter multos sanos non æstimatur sanus: inter multos uerò ægrotos si unus fuerit sanus, mox fama illius ad regias aures percurrit, multisq; Gẽtibus ipsum præficit.

Morale.

Istis itaq; cognitis, educate liberos uestros in eruditione & correptione domini. Sed paup est q̃squã? Deniq; sit pauper, sed nemo uilior est paupere in regiis uersante: etiã si non sit in regiis, celebris tamen erit & admirabilis, statimq; ad principatũ ueniet spõtaneum, non plebiscito designatũ. Si enim Græci infideles, triobolares quidã uiri & canes, philosophiã istam triobolarem ac uilẽ, (talis enim est Græcorũ philosophia) imo non ipsam, sed nomen ipsius amplexi, pallioq; amicti, ac comã nutrientes, multos ad se flectunt atq; perstringunt: quantò magis qui uerè philosophus est? Si habitus mendax, si umbra philosophiæ apparens ita extollit: q̃d futurum est, si uerã ac syncerã philosophiam dilexerimus? An non omnes colent, & domos & uxores, & pueros talibus cũ magna facultate & libertate cõmendabunt? Sed nõ est iam, non est, inquam, talis quisquã philosophus. Propterea neque exemplũ aliquod inueniri potest. Sunt q̃dẽ tales inter solitarios, inter mundanos uerò non amplius. Quòd autem inter solitarios sint, possunt multi adduci: ueruntamẽ unũ ex pluribus proferam. Scitis sanè & audistis: quidam uerò uestrũ, uiderũt etiam uirum illum, de quo dicturus nũc sum, Iulianum dico admirabilẽ ac celebrem. Hic erat uir rudis & agrestis humili sorte & ex obscuris parẽtibꝰ ortus, neq; oino externæ eruditionis peritus, sed syncera philosophia plenus. Isto in ciuitates introeunte, (rarò autem hoc fiebat) ita cateruatim colligebatur populus, ut nihil tale factũ sit uel rhetoribus uel sophistis, aut aliis quibuscunq; ingredientibus. Quid dico? An non & nunc quidẽ nomen eius cunctis regibus illustrius ac uenerandũ magis habetur? Si uerò ista in hoc mundo fiunt, in eo.s. mundo, in quo nobis nihil boni promisit dominus, in quo peregrinos nos esse dixit, cogitemus quanta bona nobis reposita sint in cœlis. Si ubi aduenæ erãt, tantũ adepti sunt honoris: quãta potiẽtur ibi gloria, ubi ciuitates sunt? Si tantũ reuerentiæ inuenerunt ubi tubulationẽ prę dixit Christus, quanta erit illic requies ubi ueros promittit honores? Verùm uultis ut & mundanos ostẽdamus? Nunc quidem tales non habemus: nã sunt quidem mundani mansueti sortẽ, sed in philosophię uerticẽ non ascendunt. Propterea ex ueteribus & sanctis exempla uobis proferã. Quot eorum fuerũt qui quum uxores haberent, & pueros educarẽt, nihil minus iam dictis, nihil, inquã, minus habuerũt? Iam uerò istud non est propter instantem necessitatẽ, quẽadmodũ beatus iste Paulus dicit. Quẽ igitur uultis dicam? An Noë uel Abraham? Aut filiũ huius uel illius? Siue Iosephꝰ uel uultis ut ad prophetas ueniam? Mosen dico, uel Esaiam. Verùm si uidetur ad Abraham trahamus sermonem, quem nobis potissimũ proferunt oẽs. An non uxorem habuit? non habuit liberos? Nã illud ego ad uos dico, quod uos ad nos, uxorẽ habuit: sed nõ ideo factus est admirabilis, q̃d uxorẽ habuit. Pecunias habuit. Verũ non ppea deo placuit, quòd pecunias habuit. Liberos genuit. at nõ ideo beatus est factus, quòd liberos genuit. Trecentos decẽ & octo uernaculos possedit. sed non huius gratia celebris factus est. Sed uis discere unde? Ex hospitalitate, à contemptu pecuniarum, ab honestate. Quid enim, dic quæso, philosophi est? Nunquid & pecunias & gloriam contemnere, inuidiam & omnem animi passionem uincere? Agè adducamus ergo ipsum in medium, aggrediamúrque & ostendamus uobis qualis fuerit philosophus. Primùm, patriam suam paruipendit. Nam egredere, inquit, ex terra tua, & cognitione tua: & mox egressus est: non alligatus fuit domui, alioqui non exiuisset. Non consuetudinis amicitiæ, nulli alteri cuiquàm rei. Sed q̃d? Gloriam omnium potissimum & pecunias ille contempsit. Nam fugatis etiam hostibus cùm oblata essent spolia, accipere respuit. Quin & filius huius quo que non propter pecunias spectabilis factus est, sed propter hospitalitatem: non propter liberos, sed propter obedientiam: non propter uxorem, sed propter sterilitatem in uxore. Nihil æstimarunt præsentem uitam, pecunias non collegerunt, despexerunt omnia. Nam dicas mihi quæ nam sunt plantarum optimæ? Nunquid quæ ex seipsis uires suas habent, & neque imbribus, neque grandine, neque uentorum impetu, nec alia quapiam asperitate læduntur: sed nudæ perstant omnia contemnentes, neque operculorum, neque sepium munitionibus opus habẽtes? At talis est philosophus, talis Paulus ille. Nihil habet, & tamen omnia habet, omnia habet, & nihil habet. Paries.n. non intrò sed forinsecus est, & sepes non naturalis munitio est, sed externa. Quod autem corpus, dic quæso, ualidũ est, ac firmum? An quod sanũ est, quod neque fame, neque satietate, nec frigore, nec æstu consumitur: an quod mensariis & textoribus & uenatoribus ac medicis contra hæc oia, ut sanum sit, opus habet? Ille diues est, qui uerè philosophus est, qui nullius horũ eget. Propterea beatus iste dixit, Educate ipsos in eruditione & correptiõe. Nolite igitur externè illos obsepire: nã istud sunt diuitię, istud gloria. Quando.n. ista ceciderint, (cadent autem) nudum stabit quod plantatũ est, & læsioni obnoxium: non solũ nullo adepto in præsenti tẽpore lucro, sed accepto etiã nocumento. Nam septa illa, quæ prohibent ne plantula per uentorum impetus & incursus exerceatur, nunc illã eò parauerunt, ut simul planè decidat. Itaque magis etiam nocennt diuitiæ, pigros ad uitam inæqualem & asperiorem faciẽtes. Tales itaque paremus liberos, ut possint oibus obsistere, & ad uentura insolentes nõ esse: sed educemus eos in eruditiõe & correptione domini: multa merces nobis reponetur. Si enim qui regum statuas faciunt, & imagines pingunt, tantũ consequũtur honoris: nos qui regiam imaginẽ ornamus, (est enim homo imago dei) nõ innumeris potiemur bonis, q̃d ad similitudinẽ attinet illi restituentes? uirtus.n. aiæ est, in qua sita est similitudo illa, quando scilicet erudierimꝰ liberos nostros ad hoc, ut sint boni, ut sint placabiles, ut sint immemores offensarũ. Ista omnia propria sunt dei: quãdo fecerimus eos ad benefaciendũ propẽsos & humanos ac benignos, quãdo erudierimus, ut præsentia nullius æstiment. Istud itaq; opus nostrum sit, ut & nosipsos & liberos nostros fingamus, atque quomodo oportet componamus. Alioqui qua fiducia stabimus ante tribunal Christi? Si enim episcopatu indignus est pueros habens non subditos, multò magis regno cœlorum. Quid dicis? Ergo pœnas luemus, si uxores habuerimus immorigeras & liberos incõpositos? Planè. Nisi diligenter quæ nostri sunt officij, præstiterimus: non enim ad salutem nobis satis est propria uirtus. Nam si qui unum illud talentum neglexit, nõ solùm nihil lucratus, sed & punitus est: liquet quòd ad salutem non sufficiat propria uirtus, sed opus sit & alterius. Multam itaque curam impendamus uxoribus, multam & liberis, multam quoque domesticis, & nobis quoque ipsis. Atque dum & nosipsos componimus & illos, oremus deum, ut in opere hoc nostro nos adiuuet. Si uiderit nos istud curare in hoc solicitos esse, opem feret: si uerò uiderit nullam huius nos habere rationem, manum non porriget. Non enim auxilium nobis suppeditabit dormientibus, sed simul & ipsis operantibus. Auxiliator enim non est otiosi auxiliator, sed simul operantis. Potens uerò bonus ille deus est per seipsum opus hoc in finẽ deducere, ut digni reddamur oẽs, qui promissa bona cõsequamur gratia & benignitate &c.

Homilia. XXII.

Erui obedite ijs qui domini sunt iuxta carnẽ, cũ timore ac tremore, in simplicitate cordis uestri tã quã domino: non ad oculũ seruientes, uelut hominibus placere studentes sed tanquã serui Christi, facientes uoluntatẽ dei ex animo cũ beneuolentia: seruientes ueluti domino, & nõ hominibus: scientes, q̃d si boni quicquã fecerit homo, hoc reportaturus sit à domino siue seruus fuerit siue liber. Itaq; non solũ uir, non solũ uxor, neq; solùm liberi: sed & domesticorum uirtus ad constituendã regendamq; domum cõfert. Propterea beatus Paulus neque hanc partem neglexit. Attingit tamẽ eam postremò, quoniã & dignitate postrema est. Multa uerò & ad ipsos differit, nõ ut ad pueros, sed multò perfectius. Nullam.n. promissionẽ ipsis in hac uita ponit, sed in futura. Scientes, inquit, quòd unusquisq; à domino reportabit, quod fecerit, siue bonũ siue malum, & docet eos iam philosophari. Licèt.n. dignitate sint infra liberos, prudentia tamen maiores sunt, Serui, inq̃t, obedite iis qui domini sunt iuxta carnẽ: confestim animũ tristem restituit, confestim consolatus est. Ne doleas, inq̃t, quòd & uxore & liberis minores es. Nomen duntaxat seruitutis habes, dominiũ istud iuxta carnẽ est, tẽporale ac breue. Nam quicqd carnale est, fragile est ac marcidum. Cum timore, inquit, ac tremore. Vides quòd eundem timorẽ exigat ab uxore & seruis? Nam illic quidem simpliciter dixit, uxor uerò ut timeat uirũ: hic uerò cum intentione, cũ timore, inquit, ac tremore in simplicitate cordis uestri tanquam Christo. Crebro hoc dicit. Quid dicis ò beate Paule? Frater est, immo frater talis factus est, qui eisdẽ bonis potitus, atq; in idem corpus initiatus est: frater factus est non domini rãtum sui, sed & filij dei: oia eadem possider, & dicis: obedite iis qui domini sunt secundum carnem cum timore ac tremore? Propter hoc ipsum, inq̃t, hoc dico. Si enim liberos inuicem alium alii propter timorẽ dei subiici iubeo (quemadmodũ suprà dixit, subditi inuicem in timore dei) si etiã uxori impero ut uirum timeat, quanquam ipsa pari quoq; honore sit: multò magis

G seruum hoc decet. Non enim ignobilitatem res ista, sed primam habet nobilitatem: nempe, cedere & modestè agere posse, proximoq; obedire. Et liberi ét liberis cũ multo timore ac tremore seruierũt. In simplicitate cordis, inquit. Bene dixit. quandoquidẽ fieri potest, ut cum timore quisquã ac tremore seruiat: uerũ non cũ beneuolentia, sed quãtum fieri potest, celant multi multa, quæ malè erga heros suos faciunt. Atq; istam igitur malefaciendi astutiam tollit dicẽs: In simplicitate cordis uestri, tanquã domino: non ad oculũ seruiẽtes, uelut hominibus placere studentes, sed tanquã serui Christi, facientes uoluntatem dei ex aio: cum beneuolentia seruientes ueluti domino, & nõ hominibus. Vides quòd uerbis opus habuerit, ut bonum istuc illis insereret, nempe, ut cum beneuolentia & ex aio, seruirent? Nam illud quidẽ, cum timore, uidelicet, ac tremore, multos uidemus dominis suis præstare. Et ad illud etiã dominorũ cõminationes plurimũ faciunt. Verùm ostẽde, inquit, quòd seruias tanquã seruus Christi, nõ hominis. Fac seruitutem tuã nõ necessitatis esse, sed uirtutis. Quẽ
H admodum malè ab aliis affecto suader, atq; ex illis q̃ sequuntur, docet, ut quod patitur, uirtutis suæ ac uoluntatis esse faciat. Quandoquidem. n. qui maxillã alicuius percussit, nõ ex animo percussi ad hoc facinus uenit, sed ex propria malitia: quid dicit? Obuerte
Matt. 5.f ipsi, inquit, & alteram, ut ostẽdas quòd & istam alapam non inuitus tuleris. Qui. n. abundanter ad malum ferendũ paratus est, is etiam quod suũ nõ erat, suum esse facit: nempe in maxillam cẽdi, non solũ ad ferendum paratum esse. Nam istud quidem timoris forsan esse uidetur, nempe cẽdi. Illud uerò, uidelicet, ad ulteriora ferenda paratum esse, multæ philosophiæ. Atq; ita ostenderis etiã, quòd & istud propter philosophiam tuleris: itaque nũc istud quoq; demõstra, quod & istam seruitutẽ sponte feras. Non est igitur seruus Christi, q hominibus placere studet. Qui uerò seruus Christi est, iam is hominibus placere nõ studet. Quis enim cũ seruus dei sit, hominibus placere uolet? Quis uerò hominibus placere cupiens, seruus dei esse poterit? Ex animo, inquit, cum beneuo
I lentia seruientes. Quoniam enim fieri potest, ut & in simplicitate quis & sine malitia seruiat, non tamẽ illud cũ oi uirtute faciat: sed tantũ quod debet adimpleat propterea hoc dicit: Promptè, inquit, non ex necessitate: uoluntariè, non ex malitia. Si ita seruieris, non es seruus, si uoluntariè, si cũ beneuolentia, si ex aio, si propter Christum. Nam istam seruitutem
2.Co.4.b seruit Paulus etiã liber, ac clamat dicens: Non enim nosipsos prædicamus, sed Christum Iesum dominũ, nos uerò ipsos seruos uestros propter Iesum. Vide quõ seruitutis ignobilitatem abs te auferat. Quemadmodum. n. qui pecuniis priuatus est, si & reliqua auferenti adiecerit, non priuatis sed ambitiosis & superbis, non malè affectis sed malefaciẽtibus imputatur, & magis ista sua largitione auferentẽ in probrũ cõuertit, q̃ quòd ipse damno afficiatur pecuniis suis priuatus: ita & hic largitate magnanimior apparet, ostendens q̃ rapinã se nõ sensisse, raptorem suum pudefacit. Propter Christum seruiamus dominis. *Scientes*, inqt, *quòd si quicquã boni fecerit homo, reportaturus sit illud à domino, siue fuerit seruus siue liber.* Quoniã enim possibile erat, multos dominorũ infideles existentes nullo pudore affici, neq; domesticis obedientiæ mercedẽ dare: uide quomodo seruos consolatus sit, ne de retributione dubitent, sed securi admõ K
dum sint non defore mercedẽ. Nam quemadmodum qui beneficio affecti, quãdo nihil uicissim bene factoribus suis rependunt, deũ ipsis debitorem constituunt: ita sanè & domini isti, si beneficiis abs te acceptis nihil mercedis regesserint, hoc ipso amplio ẽt retribuerunt, deum tibi debitorem constituentes. Et *domini*, inquit, *eadem facite erga illos.* Eadem Quę? Cum beneuolentia seruite? Sed nõ dixit, seruite. Quã quam cũ dicit, eadem, istud euidenter ostendit: seruit. n. & dominus. Non ut hominibus, inquit, placere cupientes, cum timore & tremore erga deum, metuẽtes ne ille uos aliquãdo propter neglectos seruos reprehendat. *Remittentes minas.* Non onerosi, inquit, neque molesti, *Scientes quòd & uester & ipsorum dominus est in cœlis.* Papæ, quantam rem clãculum in
Matt.7.d nuit. Qũo terruit? Hoc est autem quod dixit: Qua mensura mensus fueris, eadẽ tibi remetiẽtur & alij.
Ibid.18.d Noli committere ut audias aliquãdo, Serue sceleste, L
omne illud debitum remisi tibi. *Nec personæ respectus est apud illum.* Ne putes, inquit, quòd quæ in seruum committuntur, propterea remissurus sit, quòd in seruum sunt facta. Nam externæ quidẽ leges differentiam horum generũ nouerunt, tanquam leges hominum. Lex uerò communis domini nullã prorsus differẽtiam nouit, eò quòd cõmuniter benefaciat omnibus, & uniuersis iuxtà facta sua retribuat. Si uerò q̃squã rogauerit, unde sit seruitus, & unde in uitã humanã irrepserit, (noui. n. multos qui libenter talia & rogant & dicere uellent,) ego illud uobis dicam: Auaritia uulgaris negligentia, & insatiabilitas seruitutem pepererunt. Alioqui Noë seruum nõ habuit, Vnde sit seruitus, δουλεία, alias, artificium.
neque Abel, neq; Seth, sed neq; qui post illorum tempora uixerunt. Peccatum seruitutem peperit, & cõtumelia in parentes, Audiant liberi, dignos esse se q̃ seruiant, quando ingrati fuerint erga parẽtes. Nobilitatem suam sibiipsi ademit q̃squis talis est. Qui enim patrẽ contumelia afficit, iam non est amplius filius. Qui in uerũ patrem nostrũ contumeliosus est, quomodo filius erit? Decidit à nobilitate sua, improbus aduersus naturã fuit. Deinde & bella & pugnę captiuos præhenderunt: sed Abrahã seruos habuit. Verũ nõ ut seruis usus est. Vide quõ omnia ad caput applicat, & uxorem, ut istam diligat: & liberos, ut educet eos in eruditione & correptione domini: & seruos, scientes, inqt, qd & uester & ipsorũ dominus in cœlis est. Ita, inquit, & ipsi tanquã serui, ita & uos benigni eritis & misericordes. *Quòd superest fratres mei, sitis fortes in domino, & in potentia roboris eius.* Si uerò uultis, primũ quæ seruos concernunt audite. Audite interea de pueris: Docete eos, ut pij sint, & omnino sequentur omnia. Nunc quidem in theatrum siquis ascenderit & in balneum abierit omnes pueros secũ trahit: in ecclesiam uerò, nõ ita, hic non cogit adesse pueros & audire. Quomodo seruus audiet, quũ tu herus aliis intentus fis? Seruũ mercatus emisti? Præcipe illi quæ dei sunt, ut erga reliquos conseruos mitis & quietus, multam habeat uirtutis rationẽ. Ciuitas quædã est uniuscuiusq; domus: princeps est quisque domus suæ. De diuitum ædibus manifestũ qui dem est, ubi & agri sunt & procuratores & p̃fecti supra præfectos. Ego uerò & pauperũ domum ciuitatem esse dico. Nã & hic principatus sunt, utpote dũ uir dominatur uxoris, & uxor seruorũ, & serui mulierum: rursus & uiri & uxores liberorum. Nõ igitur tibi uir *In theatrũ & in balneum ire.*

A tibi uir quãsi rex quidam esse uidetur, tot principes sibi subiectos habens, conueniręq; ut ad gubernandũ omnium sit peritissimus ac ciuilissimus? Sciens enim discriminatim illis uti nouit etiam accõmodos principes eligere, eliget quoq; illustres, ut exempli gratia: Rex alter in domo est uxor, licet sine diademate: qui nouit regem istum eligere, reliqua omnia bene dispo
net. Quod superest fratres mei, sitis fortes in domino: semper sermonem conclusurus, hoc loquendi modo utitur. Non bene ab initio dicebam integra castra esse uniuscuiusq; domũ? Nã ecce, dispositis omnibus principatibus, deinceps eos armat, & ad bellum educit. Et enim si nemo principatum alterius rapuerit, sed suo quisq; loco perstiterit, omnia erũt optimè disposita. Si tis, inquit, fortes in domino, per spem in ipsum, per auxilium eius. Quoniam multa præceperat quæ fieri oportebat, ne metuatis, inquit: proijcite spem in domi num, is omnia reddet facilia. Et in potentia, inquit, roboris eius. *Et induite totam armaturam dei, ut posßitis uos resßistere aduersus insidias diaboli.* Nõ dixit, aduersus pu
B gnas, neq; aduersus bella: neque enim simpliciter nos, neq; apertè impugnat hostis, sed insidijs. Quid est me
μεθοδευσε thodia? methodeusæ est fallere, & per compendiũ & abruptè adoriri, quod & arte fit, uerbis & operib⁹, &
ὑπὸ τῦ πνι certaminibus seducentium nos, ut exẽpli gratia: Nun
quis sit. quã aperta peccata proponit, idololatriam non dicit, sed idem aliter insidiosè struit: hoc est, persuasibilem ac uerisimilẽ sermonẽ adornat, operculis usus. Nouerat igitur istud apostolus, atq; in eo milites excitauit, uigilareq; fecit: quòd persuasit ac docuit cum peritissimo nobis bellatore & hoste pugnam esse, qui nõ simpliciter neq; apertè bellum gerat, sed cum multis insidijs. Et primùm quidem ab arte ac fraude eius arguit: deinde uerò ab ipsius natura & multitudine discipulos excitat. Sophismata uerò diaboli non ideo dixit & uigilare fecit, ut quos habebat sub se milites deijceret, sed ut excitaret & erigeret. Nã si de aduersariorum dũ taxat potẽtia loquutus sermonẽ clausisset, deiecisset eos utiq;. Cùm uerò antè & pòst ostendit posse illum talem præhendi & uinci, magis eos excitauit. Quãtò enim clarius aduersariorũ robur domesticis nostris à nobis annunciatur, tantò illos diligentiores facit.

C *Quoniam nõ est nobis lucta aduersus sanguinẽ et carnẽ: sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mũdi dominos, rectores tenebrarũ seculi huius, aduersus spirituales nequitias in cœlestibus.* Deinde & à p̃mijs quæ posita sunt certantibus, illos erigit. Quid ergo? Cũ dixisset uehementes esse hostes, subtrãxit, quo & magnis nos spoliẽt. Quibus? In cœlestibus sita est pugna. Nõ de pecunijs, nõ de gloria, sed pp mancipationem certatur. Propterea & irreconciliabiles hic sunt inimicitiæ. Vehementior est contentio & pugna quãdo pro magnis pugnatur: illud. n. in cœlestibus, idẽ est atq;, pro cœlestibus. Nõ ut spiritus mali si uicerint, aliquid
ἵνα εἰ rerum cœlestium cõsequãtur, sed ut nos illis spoliẽt.
ἐλέγχεν ac si dixisset, qua in re sita sit pugnãdi conditio. In, est
τὸν ἀνθρ loco, pro, & loco, propter. Vide quomodo nos hostis
ώπινον potẽtia excitet, uigilareq; faciat, dum scimus magnoἐν τῇ καθ rum bonorum esse periculũ, magnaq; nos cõsequuἡμᾶς turos si quidẽ uicerimus. Nam è cœlis nos eijcere studet. Principatus quosdam dicit, & potestates, & mundi dominos tenebrarum seculi huius. Quarũ tenebrarũ? An noctis? Nequaquã, sed malitię. Eramus enim, inquit, aliquando tenebræ, malitiam intelligens, q̃ in
Sup.5.b præsenti uita est. Non enim ultra præsentem uitã lo-

cũ habet malitia, non in cęlo, nõ in futuro post istud D
seculo. Mũdi uerò dominos eos uocat, nõ quòd mũdum gubernent, sed solet scriptura malos actus hũc mundum uocare, ut quando Christus dicit: Vos nõ
Ioan.8.e estis ex hoc mũdo, quemadmodum ego nõ sum ex mundo. Num igitur ex mundo non erant? Nõ carne amicti erant? Nõ ex illis erant, qui in hoc mũdo sunt?
Ibid.15.c Et iterum: Mundus me odit, uos autẽ odisse non potest, iterum malos actus mundum uocãs. Ita mundũ hìc malos homines apostolus dicit: Dæmones uerò horũ magis dominantur. Contra spirituales neqtias, inquit, in cœlestibus. Principatus & potestates dicit, quẽadmodũ & in cœlestibus sunt throni, dominationes, principatus & potestates. *Quapropter assumite uniuersam armaturam dei, ut posßitis resßistere in die malo, & omnibus confectis stare.* Die malũ præsentem uitã dicit, & seculũ malũ præsens hoc uocat, à malis illis quæ in eo fiunt: hoc est, semp armati estote. Et omnibus inquit, confectis: hoc est, & passionibus & desiderijs ab surdis, & omnibus quæ nos interturbant. Non simpliciter conficienda dixit, sed ita planè cõficienda, ut nõ solùm tollantur, sed ut & sublatis omnibus ipsi firmi E
persistant. Nam multi istam adepti uictoriam, denuò ceciderunt. Omnibus, inquit, confectis: non isto qdẽ confecto, illo uerò nequaquam. Oportet. n. & post uictoriam persistere. Ejecta aliquando sunt mala: uerùm nisi stemus, iterum reuiuiscent. Si uerò quæ ceciderunt, resuscitãtur, donec steterimus deciderũt: quousq; circunuenti non fuerimus, malus ille nõ exurget. Induamus uniuersã armaturã dei. Vides quomodo timorem exemerit? Si enim possibile est omnia confi cere & persistere, quod de inimicorum potentia disse rit, non metum inducit ac timorem, sed socordiã excutit. Vt possitis, inquit, resistere in die malo. Et à tempore eos cõsolantur. Breue, inqt, tẽpus est, itaq; stare oportet. Ne fatigemini post cædem. Morale.

Itaq; si bellum est, si tales sunt instructæ acies, si in corporales principatus, si mũdi domini, si spirituales nequitiæ aduersũ nos sunt: quomodo, dic quęso, deliciaris? quomodo adeò dissolutus ac discinctⁱ es? Quomodo inermes uincere poterimus? Ista quisq; sibiipsi singulis diebus dicat, quãdo p fastũ occupatur, quãdo per concupiscentiã, quando mollem uitam incon p
sultò ac frustra quærit. Audiat beatum Paulum dicentem: Non est nobis lucta aduersus sanguinem & carnẽ, sed aduersus principatus, aduersus potestates. Grauius ac difficilius hoc bellum est quàm ullũ sensibile, uehementior hæc pugna est. Cogita quantũ tẽporis iam duret. Nunc ergo, inquis pugnãdum mihi est? Ista quidam socordiũ loquuntur. Debebas gratias agere, ò homo, quòd tibi facultas huiⁿ belli uictoriq;, si uoles, data est: nunc uerò per cõtrarium indignaris etiam, pigri ac somnolenti cuiusdam militis. uerba loquens. Causas intelligis, si uoles, circunspice, ac muneipsum. Non aduersus diabolũ duntaxat pugna nobis est, sed & aduersus potẽtias illius. Quomodo ergo luctabimur aduersus tenebras? Si lux facti fuerimus. Quomodo aduersus spirituales nequitias? Si boni fuerimus. Bono nanque cõtraria est malitia. Et tenebras abigit lux. Si uerò et nos tenebræ fuerimⁿ, capiemur omnino. Quomodo igitur istas superabimus? Si qd illę ex natura sunt, istud nos ex uolũtate fuerimⁿ extra carnẽ ac sanguinẽ, ita ipsas interimemus. Nam quoniã possibile erat à multis illos agitari, ne putetis, inquit, quòd homines isti uos impugnẽt, sed dęmones

G in ipsis agentes uos impugnāt. Aduersū illos pugna nobis est. Per ista uerò duo agit: unū, quòd austerio res eos facit: alterum, quòd animū illis aduersum impugnatores suos homines mollit ac mitigat. Et cui⁹ gratia pugna nobis aduersus dæmões nata est? Quoniam adiutorem habemus inexpugnabilé, nēpe spiritus sancti gratiā: artem talem edocti sumus, ut nequeamus aduersus homines luctari, sed aduersus demonas. Si uerò uoluerimus, non luctabimur etiā. Nā lucta nobis est, eò quòd ita uolum⁹. Alioqui tāta est potētia illius qui nos ĥabitat, ut dicat: Ecce dedi uobis potestatē calcare supra serpētes & scorpiones, & omnem potētiam inimici. Omnem nobis potestatē dedit, siue luctandi siue non luctandi. Quoniā uerò nos segnes ac imbelles sumus, luctamur cū illis. Alio qui quòd Paul⁹ nō sit luctatus, audi quid ipse dicat: Quis nos sepabit à dilectiōe Christi? Tribulatio? aut angustia? aut psequutio? an nuditas? an periculū? an gladius? Et rursus audi quid dicat. Deus cōteret satanā sub pedibus uestris celeriter. Habebat enī ipsum subiectū. Propterea & dixit: Præcipio tibi in nomine domini Iesu, ut exeas ab ipsa. Istud uero nō est luctā tis. Nam qui luctatur, nōdū uicit. Qui uero uicit, nō luctatur amplius: subiecit ipsum & captiuauit. Et Petrus quoq; nō est cū diabolo luctatus, sed quod melius erat, quàm si cum illo luctatos fuisset i fidelib⁹, in obedientibus, in catechumenis iā diu circūuentis satanæ dominat⁹ est. Propterea & beat⁹ Paulus dixit: Non enim cogitationes eius ignoramus. unde & potissimum ipsum uicit. Et rursus audi quid dicat. Non est mirum, si & ministri illius personam sibi sumūt, quasi ministri sint iustitiæ. Ita sciebat omnē pugnā, nec quicquàm ipsum latebat. Et mysterium iniquitatis, inquit, iam operatur. Sed pugna illi aduersum nos est. Alioqui rursus quid dicat, audi: Cert⁹ sum, inquit, quod neque angeli, neque principat⁹, neq; potestates, neque uirtutes neq; præsentia, neque futura, nec creatura alia poterit nos separare à dilectione dei. Nō dixit, à Christo. Nam multi sunt qui quasi cū Christo uniti uidentur, ipsum tamen non diligenes. Non solùm, inquit, mihi nō persuadebis ut Christum abnegem, sed neq;, ut minus aliquanto ipsum diligā. Si uero supernæ uirtutes hoc non potuerunt, quis alius ipsū immutasset? Ista uero nō ideo dixit, quod illa quę numerauit, hoc facere conarētur, sed ut animi sui ipro positum declararet. Vnde & dixit. Certus sum. Igitur non luctabatur. Verunt amē uersutias satanæ metuebat; Etenī audi dicentē: Metuo, ne quā fiat, ut quēadmodū serpens Heuā uersuria sua decepit, ita corrūpātur sensus uestri à simplicitate quę est erga Christū. Et de seipso hoc uerbo usus est, dicens: Nam metuo, inquit, ne cùm aliis prædicauerim ipse reprobus efficiar. Quomodo ergo certus es, quod nemo te sit à dilectione Christi separaturus? Vides qd animi humilis ac modesti sint hæc uerba? Cœlum enim ille iā inhabitabat. Propterea & dixit: Nihil enim mihi conscius sum. Et iterum: Cursum consūmaui. Itaq; quod ad ista attinebat, nihil Paulū impediuit diabolus, sed quod attinebat ad discipulos. Quā ob rem? Quoniā illorum ipse non solus erat dominus, sed & eorum si mul dominabatur uolūtas. Illic scilicet erat, ubi satanas uincebat, imo uero neq; illic ipsum uincebat, sed magis in socordia non aduertentiū. Si enim quę sua sunt non præstitisset, siue segnitiei, siue alterius cuiusquàm eiusmodi rei gratia, certè ipsum uicisset. Si uero ipse quidem cuncta fecit, illi autē nō obediebāt, K non ipsum uicit, sed illorum inobedientiam. Et morbus quidem medicum nō superat, sed ægrotantis in cōposita & inordinata uita. Quando uero medicus quidem omnia adornat, ægrotus autē uicissim omnia corrumpit, non ipse sed ille superatur. Itaq; nequaquam Paulum deuicit. Veruntamē apud nos etiā luctari posse iucundum est. Romanis quidem nō hoc optat, sed quid conteret, inquit, satanā sub pedibus uestris celeriter. Et istis ita exoptat, Ei uero q potest, cumulatè facere ultra omnia quę petim⁹ aut cogitamus. Qui luctatur, adhuc detinetur. Veruntamē etiā non cadere iucundū est. Tunc scilicet illustris erit uictoria, quando hinc excesserimus, ut exempli gratia, Sint cōcupiscentia quædam mala, admirabile quidē fuerit illam neq; admittere etiā, sed extinguere. Si uero istud possibile non fuerit, uel luctādo semper illā cohibeamus. Quod si luctando hic excesserimus, uicimus. Nō enim hic habet quēadmodū apud athletas. Nam illic quidem nisi deieceris aduersarium, nō uiceris. Hic uero uiceris, si deiectus nō fueris, ritè deieceris aduersarium, si deiectus nō fueris, Illic ambo certantes uicere student, & si alter deiectus fuerit, alter coronatur, Hic uero nō ita. Sed diabolus huc laborat, ut nos inferiores reddat & uincat. Quādo igitur illi hoc quod studet, abstulero, uici. Non enī urget ut simpliciter nos deiiciat, sed ut secū pariter deiiciat. Ergo iā uictus est. Ipse enī iā proiectus & in perditione est. Victoria uero eius nō in eo est ut coronā adipiscatur, sed ut nos perdat, Itaque uici etiā si illū non deiecero, dūtaxat deiectus non fuero. Quę est ergo illustris uictoria? Ex abūdanti ipsū etiam conculcare, quomodo Paul⁹ fecit, nihil arbitrat⁹ res esse præsētes. Hūc imitemur & nos, studeamusq; superiores esse, & nullo pacto illi uīcēdi ansam dare. Ansam uero illi dāt diuitiæ, pecuniæ, & uanagloriæ studiū. Ipsum etiam sæpenumero incitauerunt, sępe iritarūt quoque. Sed quis usus luctę, qs usus congressus? Qui congreditur cum hoste, obscurum finem habet & incertū, & ne ipse uincatur & capiatur. Qui uero illū conculcat, manifestam habet uictoriā. Conculcabimus diaboli potētiam, si peccata conculcauerimus. Omnia dico temporalia, fastū, concupiscentiam, superbiam, omnes animi passiones, ne hic ad futuram uitā profecti, potestatem quā nobis deus cōtribuit, prodidisse iueniamur. Ita quippe & futura nobis cōparabimus. Si uero in isto mali fuerimus, quis nobis maiora commēdabit? Si enim repressum, ignominio sum, contemptū, pedibus uestris subiectum, concucare nequierim⁸, quomodo paterna bona nobis dabit pater? Si ita subiectū non uicerimus, quam habebimus fiduciam paternam ingrediūdi domū? Nam dic quæso, Si filiū haberes, qui relictis honestioribus seruis, misceretur illis qui te cōtristassent, quię extra paternas ædes excidissent, qui tax illis uacassent, idq; cōstāter ad finem usque faceret, an nō exhæredādus esset? Apertū ē quod esset. Ita & nos, si relictis q deo perplacuere, adiūctisq; nobis angelis, cōuersati fuerimus cum diabolo, omnino exhæredes erimus. Sed absit. quin bellum aduersus ipsum suscipiamus. Si qs inimicum habet, si quis iniuria lęsus ē ab inimico, si quis ira percitus est, omnem furorem illum, omnem sęuitiam collectam in caput diaboli effundat & euacuet. Hic furor bonus est, hic ira utilis, hic iniurię memoria laudem habet. Quemadmodū enim in extero hic dicit, quemadmodum in nauibus carinā. Nā ita D in nobis totius corporis subiectū sunt lūbi. Quem admodum fundamētum est, super quod omnis structura ædificatur, quēadmodū medicinæ studiosi dicunt. Initium itaq; ac fontē nostrum contingit, dum lumbos cingit. Nō autem istos lumbos intelligit, sed spiritualiter & intelligibiliter differit. Et quemadmodum lumbi superiorum & inferiorum corporis partium fundamētum sunt: ita habet & in spiritualibus & intelligibilibus lūbis. Hi est quod laborantes plerumq; manus suas illuc, tanquā in fundamētū quod dam immittentes, hoc pacto seipsos cōfortāt. Et baltheus huius gratia in bellis habetur, ut fundamētum corporis nostri tueatur & cōtineat. Propterea currētes etiam baltheo cingimur. Is robur corporis nostri tuetur ac munit. Hoc igitur, inquit, etiā i animo fiat, & robusti erimus ad omnia, quicquid fecerim⁹. Milites enim potissimū res ista sane decet, inquit. Sed lūbos istos corporales zona coriaria cigimus, qua uero nos spirituales cingemus? Ea scilicet quæ summa & caput cogitationū nostrarum esse debet. Lumbis, inquit, nostris baltheo circūcīctis in ueritate. Nullū di- E ligamus mēdacium, res omnes per ueritatem metiamur non inuicem alius cōtra alium mētiamur. Et si gloria quærēda sit, quæramus uerā: si uita, quæram⁹ ueram. Si hoc pacto nos ipsos cōmunierimus, si in ueritate uixerimus, nemo nos uicet. Qui ueritatis doctrinam quærit, ad terram non prostrenetur. Quod enim quę uera nō sūt ex terra sint, ex eo liquet quod omnes qui extra ueritatē sunt, passionibus animi seruiūt, proprias cogitationes suas sequētes. Propterea si sobriè uigilauerimus, nō opus habebim⁹ ut cōtra Græcorum infidelū sermones doctrina istruamur, κύκλῳ quoniam molles illi sunt ac laxi, nihil quod seriū sit, nihil quod humanā rationem excedat de deo cōpleti ualentes. Non enim sunt in ueritate cincti. Propter ea soluti sunt ipsorum lūbi, receptaculum scilicet genitalium seminum, & cogitationum rationalium robur: Nihil igitur illis imbecillius. Manichæos uerò uides quomodo & illi, omnia ex propriis cogitatiōib⁹ Mānichæi. suis loqui audeant? Nō potuit, inquiūt, mundū deus absq; materia facere. Vnde hoc liquet? Ex hūo & terra ista dicunt, & ex humanis rationibus. Quoniā homo inquit, aliter quicquàm facere non potest. Rursus Marcio quid dicat, uide. Nō potuit deus accepta carne manere purus. Vnde istud liquet? Quoniā neq; homines, inquit, tanquā homines, istud possunt. Valētius quoq; ex humo tractos sensus habēs, de terra loquitur, ut & Paulus Samosate⁹. Arius uero quid dicit? Nō potuit deus gignēs sine passione gignere. Vn de hoc audes dicere ô Ari? Ex nostris, id est, humanis Paul⁹ Samosateus. rationibus. Vides omniū ex humo tractas cogitationes depressas, terrā spirātes? Et ita quidē habet quod Arius. attinet ad dogmata. Quod uero ad uitā attinet, fornicatores, pecuniarum, glorię, & reliquorum omniū amatores humi trahuntur. Nō habēt quo consistāt, ut fatigati conquiescant: sed si laborauerint, nō manū firmant & persistunt, sed discedunt. Qui uero cinctus est ueritate, primùm nūquā fatigabitur: deinde etiam si fatigatus fuerit, in eadem ipsam reclinabitur & cōquiescet ueritatē. Quid enim ipsum, dic quæso, fatigabit? Paupertas? Nequaquam. Requiescet enī in ueris diuitiis, & per paupertatē istam cognoscet quę uera sit paupertas. Sed seruitus ipsū fatigabit? Nequaquā. Nouit enim quę uera seruitus. sit. At ægritudo?

Luc. 10. c.
Rom. 8. g
Ibidē. 16 c
Act. 16. d
ἐκ τοῦ λοῦ τοῦ περιόντος ἐχθροῦ τοῦ
2. Cor. 2. c
Ibidē. 11. c
2. The. 2
Rom. 8. g
ἀλλὰ κατὰ ὑπόθεσιν,
2. Co. 11. a
1. Cor. 9. d
Ibidē. 4. a
2. Ti. 4. b
Rom. 16. f
Supr. 3. d
M
I
L
ὄντως.
1. Co. 16. c
Phili. 4. a
2. Co. 10. c
C
ὄντως

A nis iniurię memorem esse malum est ita hic bonum est. Itaq; si uitia habes, hìc illa exerce si deponere nequis) potius quàm in eos qui mēbra tua sunt. Percussit te quisquàm, iniuriæ memoriā aduersus diabolū serues, inimicitiamq; aduersus ipsum nūquā solues. Sed non es percussus? Etiam sic iniurię memor esto, quod uidelicet dominū tuū cōtumelia affecit, quod illi aduersat⁹ est, quod fratres uastat & ipugnat. Huic semper inimicus esto semper acerbus, sęper immitis. Ita abiectus erit ille, ita cōeptibilis, ita facilis captu. Si nos sæuierimus aduersus eū, ipse nō erit nobis sæuus. Si nos mansueti fuerimus, tūc ipse sæu⁹ erit. Nō ita est in fratribus nostris. Inimicus est & hostis & uitæ & salutis tam nostræ quàm suæ. Si seipsum nō diligit, quomodo nos diligere poterit? Instruam⁹ itaq; aciem prosternamusq; ipsum, magnū habētes auxiliatorem dominum nostrum Iesum Christū, qui potest & nos laqueis ipsius incōprehensibiles facere, & futuris bonis dignos reddere: quæ contingat, oro, nos omnes consequi gratia & benignitate &c.

B *Homilia. XXIII.*

Tate igitur lumbis uestris baltheo circuncinctis in ueritate. Posteaquàm exercitum istum cōstruxerat, alacritatemq; ipsorum exercitaue rat (nam utroq; opus erat, uidelicet ut essent ordine coadunati, & ut alternis animum istum utiq; excitarent) & posteaquàm adhortatus esset eos (nam & istud necessarium erat) deiceps eos etiam armat. Nihil profuissent arma, nisi ipsi primum fuissēt ordinati & instructi, nisiq; fuisset animus, mētem militis excitās. Oportet enim ipsum primum intus armari, deinde foris secus. Si uero apud externos milites ita habet, multo magis apud istos spirituales: imo uero apud istos nō licet foris secus armari. Sed oia sunt interna. Animum excitauit & accendit, cōsidentiā addidit, in ordinem eos cōstituit: uide quomodo & armis eos iduat. State igitur, inquit: primū est quod ad ordinē militarē pertinet, bene stare posse. Et hìc multa sanè pendēt. Propterea & multis quomodo persistendum sit, differit & alibi, dicens: State, uigilate. Et iterum: Ita state in domino. Et rursus: Qui stare uidetur, prospiciat sibi ne cadat. Itē, Vt possitis omnibus confectis stare. Non igitur simpliciter quāuis stationem dicit, sed bene ordinatā. Et quotquot bellorū periti sunt, nouerunt quantū sit si quis stare sciat. Si enim pugiles & qui luctantur, huius, ut persistant scilicet, præ aliis admonentur: multo magis istud i bellicis & militaribus rebus opus fuerit. Qui rectus & arduus stat, non stat dissolutus, non cuiquam rei incūbens. Vehemens & exacta rectitudo i statione apparet. Itaq; qui uerè recti sūt, illi stant: qui uero nō stāt, utiq; recti non sunt, sed dissoluti & effusi. Qui delicitur, qui lasciuus est, qui pecuniis studet: nō stat, sed i clinatur. Qui stare nouit ex ipsa statione tanquā ex fundamento quodā quæcunq; ad luctam attinēt, facilia habebit. State igitur circuncinctis baltheo lūbis uestris in ueritate. Non de sensibili baltheo dicit. Nā omnia hoc loco intelligibiliter ac spiritualiter dicit. Et uide quomodo ordine progrediatur. Primùm baltheo cingit militem. Quid hoc est? Eum qui persuit quiq; cōcupiscentiis resolutus est, & sensus habet humi proiectos, per baltheum restringēs, nō permittit, ut uestibus tibias cōplectentibus impediatur, sed solutis pedibus illum ad cursum liberū reddit. State igitur lumbis uestris baltheo circūcinctis. Lūbos uero

Luc.12.d Qui neque illa. Sint lumbi uestri, inquit Christus, præcincti, lucernę ardentes, lux inextinguibilis. Istud
F G & ex Aegypto egredientibus præcipiebatur. Nam quam ob rem Pascha præcincti comedebant? uis discere causam hanc omnem? Vis iuxta historiam aut anagogen dicam? Morale.

Quin iuxta utranq; dicam, uos uerò animaduerti te ac mẽte cõseruate. Nõ enim uerba nostra ad hoc fundũtur, ut simpliciter sermonẽ dicam, sed ut opus
Exo.12.b ipsum i uobis prẽstetur. Erãt, inquit, præcincti, & baculi eorũ in manibus, ac calceamẽta in pedibus, atq; ita comedebant Pascha. Horrẽda ac tremẽda mysteria, multamq; profunditatem habentia. Si uerò in typis ita sunt tremenda, multò magis in ipsa ueritate.
1.Cor.5.c Egrediuntur ex Aegypto, Pascha comedunt. Attẽde Pascha nostrũ, inquit, immolatus est Christus. Quã ob rem præcincti sunt? Habitus iste est iter faciẽtium. Eteni habere calceamẽta, & uirgas i manibus, & stãdo comedere, nihil aliud nisi istud innuit. Vultis primùm audire historiã, aut anagogẽ? Melius fuerit primùm audire historiam. Quid igitur uult historia? Beneficiorum dei facilè obliuiscebantur Iudæi. Nõ igitur beneficia sua deus tempori dũtaxat alligauit, sed
H & uescẽtium habitui. Nam ideo nũc præcincti & calceati uescuntur, ut rogati dicant, quoniam ad iter faciendum eramus parati, & quoniam ex Aegypto iã i terrã promissionis egredi parati eramus. Hoc quidẽ uult typus. Veritas uerò ipsa est, quòd & nos Pascha comedimus, Christum. Pascha enim nostrũ, inquit, Christus est. Quid igitur? Et nos calceati, & nos præcincti comedere debemus. Quã ob rẽ? Vt & nos ad egressum, & ad peregrinandum ex hoc seculo parati simus. Nemo eorũ qui hoc Pascha te uescũtur, Ad Aegyptum respiciat, sed ad cœlum, ad cœlestẽ Hierusalem. Propterea præcinctus, propterea calceatus comedis, ut discas quamprimũ hoc Pascha te uesci cœperis, peregrinãdum tibi iterq; faciendum esse. Duo uerò innuit: & quòd egredi oporteat ex Aegypto, & quòd i Aegypto manẽtes deiceps nõ alio loco futuri sint, quàm ipsi alieni. Nostra enì, inquit, cõuersatio
Phili.3.d in cœlis est. Et quòd per omnem uitã semper parati esse debemus, ut uocati non contemur morã nectẽtes, sed dicam? Paratũ cor nostrũ. Paulus sanè istud
I dicere potuit, qui nihil sibi ipsi cõscius erat: ego uerò qui multo tẽpore ad respiscẽtiam opus habeo, hoc dicere nõ possum. Quod autẽ præcingi animæ sit uigilantis, audi deum iusto illi dicentem, Sed accinge i
Iob.38.a star uiri lũbos tuos. Interrogabo autẽ te, tu uerò respõde mihi. Et rursus ad prophetas omnes hoc dicit deus, accingere. Et ad Mosen etiã. Atq; ipse quoq; accinctus apparet i Ezechiele: imò uerò & angeli nobis præcincti apparẽt, tãquam milites essent. Militibus enim ex eo quòd accincti, sunt generosè stãdi uirtus est. Ita à stando est præcingi. Nam & nos egressuri sumus, & inter ambulandum multas laturi molestias. Mox atq; pueritiam istam superauimus: imminet diabolus nihil nõ faciens ac tẽtans, quò ex Aegypto seruatos, per mare rubrũ traductos, à dæmonibus & simul innumeris plagis liberatos, prehẽsos perdat. At si sobriè uigilauerimus, habemus & nos columnam ignis, si uoluerimus, gratiam scilicet spiritus sancti. Illa & illuminat & obũbrat. Habemus manna: imò uerò nõ mãna habem⁹, sed quod multò plus est quàm manna. Potũ habemus spirituale, nõ aquam de petra exeuntem. Habemus quoq; castra, nunc etiã ere-

mum inabitantes. Re uera nũc quoque terra, magis K
etiã quàm illa olim, uirtutis solitudo facta est. Quã ob rem solitudo illa horribilis erat? Propterea quòd scorpiones in se habuit, & uiperas. Per quã, inquit, nõ pertransiuit homo. Verùm nõ est, non est, inquã, ita infrugiferũ desertum illud, ut est humana natura. Iã quot scorpiones, quot uiperæ, quot serpẽtes, quot uiperarũ fœtus, per quos nunc trãsiuimus, in ista sunt solitudine? Sed ne timeam⁹. Exitus enim huius ducẽ agit nõ Moses, sed Iesus Quomodo igitur? Ne iisdem afficiamur, ne eadem faciamus, ut eadem nõ patiamur. Illi murmurabant, illi ingrati erant. Non igitur eadem accidant & nobis. Quomodo ceciderunt illi omnes? Annihilarũt terrã desiderabilem. Quo pacto annihilarũt? Atqui admirabantur illã. Verùm, eó an nihilarũt illam, quòd pigrescebant, nullumq; pro illa laborẽ susciperе uolebant. Ne uilipẽdamus itaq; nos cœlum. Cœli cõptus hic est. Delatus est & ad nos è cœlo fructus, nõ i amphoris deportat⁹ botrus, sed arrhabon spiritus, cõuersatio in cœlis, quam Paulus docuit & reliqui celebres agricolæ. Nõ Chaleb filius Iephone, non Iesus Naue, fructus istos attulit, sed Ie- L
sus patris miserationum, ueri dei filius, omnem uirtutem attulit, omnes è cœlo fructus, hymosq; nobis cœlestes dettulit. Eadẽ enim nobis, ut dicamus, mandauit, quæ Cherubim in cœlis dicũt, nempe Sãctus, Sanctus, sanctus, sanctus. Attulit nobis angelorũ uirtutẽ. Nõ nubũt, neque nuptum dantur angeli. Istud bonũ & in hac terra plãtauit. Neque pecunias illi, neque aliud quicquàm amãt. Et istud nobis largitus est. Nõ amplius iter nos mors est, sed somnus. Audi enim quid ipse dicat: Lazarus amic⁹ noster obdormiuit. Agnoscis fruct⁹ supernæ Hierusalẽ? Et quod admirabilius Ioan.11.b
est, non decreto dũ belli facto, sed ante promissionẽ, Hoc est, nõ demũ
omnia ista nobis dono dedit. Nam illi quidem etiã post exactũ bellũ
cùm i terram promissionis uenissent, laborabãt: imò ista nobis
uerò nõ laborabãt. Si enim deo obedire uoluissent, dedit, sed
omnes utiq; urbes sine armis & militari acie subuertissent: & Iericho tamen cedentium magis quàm im- antè.
pugnantium formam gerentes deuicerũt. Nos uerò M
posteaquàm in terra promissionis, hoc est, i cœlum Hebr.4.c
ingressi fuerimus, non bella geremus: sed donec i solitudine, in præsenti uidelicet uita egerimus. Nam qui Galat.6.c
ingressus fuerit in requiem suã, requieuit iam ab operibus suis, quẽadmodũ & deus à suis. Ne deficiamus itaq; quod bonũ est faciẽdo, eteni suo tempore metemus etiã non deficientes. Vides quomodo nos deduxerit quemadmodũ & illos? Illic de manna & solitudine dicit, qui multum, nõ abundauit: & qui mo- Exo.16.d
dicũ, minus non habuit. Et nobis istud præceptũ est, 2.Cor.8.c
ne thesauros scilicet in terra colligamus. Si uero collegerimus, nõ iã sensibilis uermis, sed uermis iustitiæ Matt.6.c
collecta pdet. Omnia itaq; faciamus, ne uermi isti cibum paremus. Qui multũ enim, inquit, non abũdauit. Nam & istud in nobis etiam quotidie fit. Omnes 2.Cor.8.c
enim eãdem uentris mensurã adimplemus: quod ue- Matt.6.g
ro illam excedit, inanis curæ ac solicitudinis additamẽtum iest, quod quidẽ iã ultro daturus erat. Quod φροσύ-
dicit sufficit sua diei afflictio, illud & olim iã docue- νην,
rat, sed neque ita receperant. Nos uero non simus in Latina di-
satiabiles aut igrati, nõ quæramus ædes illustres: iter ctio & mi-
eni facimus, non certo habitamus. Itaq; si quisquam litaris, à
est, qui nouit præsentem uitam iter esse & militiã, & Romanis
ut ita dicã, qd à militibus uocatur fossatum, is nõ militibꝰ i
quæret splendidas domos. Quis enì, dic quæso, etiã usu Græco
si admodum rũ uenit.

A fiadmodũ diues sit, in eo quod fossatũ dicitur, splendidas ędes ędificare cupiat? Ne unus quidem. Ridiculus enim fieret, & hostibus ędificaret, ipsosq; ędificio suo attraheret. Itaq; si sobrij fuerim⁹, nihil nobis præsens uita discriminis habebit à militia & fossato castrensi, Quapropter obsecro, uendamus omnia, ut
ἐκπανα- nullum hic thesaurum colligamus. Si enim fur uenesσωμεθα. rit, continuò eum pellemus. Vigilate, inquit, quoniã
Ma.24.d ignoratis qua hora fur uenturus sit, mortem ita uocans. Priusquàm itaque ueniat, omnia præmittamus in patriam nostram. Hic uerò succincti simus ac strenui, ut hostes superare ualeamus: quos contingat nos uincere gratia & benignitate &c.

Homilia XXIIII.

Tate igitur lumbis uestris baltheo circuncinctis
S *in ueritate, & induti thoracem iustitiæ, et calceati pedibus, parati existentes ad euãgelium pacis, super omnia sumpto fidei scuto, quo possitis omnia iacula ignea scelesti extinguere, galeamq; salutaris accipite, & gladium spiritus qui est uerbũ dei.* Circũcinctis iquit, balthẽo lumbis uestris i ueritate. Quidnam hoc est? Di-
B ctũ est uobis præcedẽti disputatione quomodo debeatis & succincti expeditiq; esse, & ita currere ut ni
ὁ θώραξ hil sit quod impediat. Et induti, inquit, thoracẽ iustiἀφθαρ- tiæ. Quemadmodũ thorax uulnera non admittit, ita
τος. & iustitia. Iustitiam uerò hic catholicã & uirtute præditam uitam uocat. Talẽ nemo unquã deijecere poterit, sed uulnerare quidem conantur plurimi, uulnerabit ac proscindet tamen nemo, ne ipse quidem diabolus. Ac si dicat quisquã, munitis pectorib⁹ uestris
Mat.5.a p facta iusta. De illis dicit Christus, Beati qui esuriũt ac sitiunt iustitiam, quoniã ipsi saturabuntur. Robusta est adeo iustitia & ueluti thorax. Qui talis est, nũ quã iracsetur. Et calceati pedibus, parati existẽtes ad euãgeliũ pacis. Obscurius est istud quomodo dictũ sit. Quid igitur est? Bonis nos ocreis calceauit. Aut sanè hoc dicit, ut prompti sint ad euangelium, & pedibus ad illud utantur, uiamq; illi præstruant ac præparent. Aut si non hoc, istud saltem, ut ad professionẽ
Psal.9.g ἑτοιμα- prompti sint. Præparatio igitur euangelij quid est nisi σία τοῦ uita optima? Id quod propheta dixit: Præparationẽ
C cordis ipsorum attendat auris tua: hoc est, institutionem & accõmoditatem. Euangelium pacis, inquit. Rectè dixit. Quoniam enim belli ac pugnę mẽtionẽ fecerat, ostẽdit hoc uerbo, quòd pugna nobis aduersus dæmones habẽda sit. Euãgelium enim pacis est. Bellum illud cum diabolo, aliud bellũ quod cũ deo erat, dissoluit. Si diabolũ impugnauerimus, pacẽ habebimus cum deo. Ne metuas igitur dilecte, euange-
Euangeli- lium, bonum scilicet nũcium est uictoria iam parta um bonũ est, Super omnia sumpto fidei scuto. Fidẽ hic nõ uonũciũ est, cat sciẽtiam, (non enim illam postremò locassetpartã sci- sed eam fidem per quam signa fiunt. Et meritò fidẽ sculicet iam tum nominauit. Quemadmodum enim scutũ ante esse uicto- totum corpus istar parietis proponitur, ita sanè & firiam. des. Nam illi cedũt omnia. Quo possitis, inquit, omnia iacula ignea scelesti extinguere. Nihil enim potest huic scuto resistere. Audi nãq; quid Christus discipulis dicat: Si fidem habueritis sicut granũ sinapis,
Matth.7. dicetis monti huic, demigra hic illuc, & demigrabit. Quomodo uero fidem habebimus? Quãdo illa ritè præstiterimus. Iacula uerò ipsius, & tẽtationes dicit, & absurda desideria. Et ignea dicit. Talia nẽpe sunt desideria. Si enì dæmonibus imperauit fides, multò magis animi quoq; passionibus. Et galeã salutaris, in

quit, accipite: hoc est, salutis uestræ. Nã circunquaq; D
illos communit. Et gladium spiritus, qui est uerbum dei. Aut spiritũ certè dicit, aut spirituale gladium. Per illum nanque scindũtur omnia per illum omnia amputantur, etiam caput draconis per illum abscindimus. *In omni deprecatione & obsecratione, inquit, orãtes in omni tẽpore in spiritu, & ad hoc ipsũ uigilãtes in omni sedulitate & obsecratiõe p omnibus sanctis et pro me, ut sermo mihi detur in apertiõe oris mei, ut cũ fiducia notũ faciam mysteriũ euãgelij, super quo legatione fungor in catena, ut in eo liberè loquar, quemadmodũ oportet me loqui.* Quemadmodum enim uerbũ dei omnia potest, ita & qui gratiam habet spiritualem. Nam uiuus est, in- Heb.4.c
quit, sermo dei & efficax, & penetrantior quouis gladio utrinque incidente. Vide autẽ beati huius prudẽtiam. Armauit eos cũ omni munitione. Quid igitur deinceps opus adhuc est? Regem iuuocare & obsecrare ut manum porrigat. Per omnẽ, inquit, deprecationem & obsecrationẽ orantes in omni tempore in spiritu. Non enì orare est, quando quis multa loquitur. βαττολογῆν.
Et ad hoc ipsum, inquit, uigilãtes: hoc est, sobriè i cũ- E
bẽtes. Talem enim esse oportet armatum militẽ qui coram rege stare debeat, nempe uigilem ac sobriũ. In omni sedulitate & obsecratione pro omnibus sanctis & pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei. Quid dicis ὁ beate Paule? Discipulis op⁹ habes? Et bene dixit, in apertione oris mei. Non igitur præmeditata sunt, quæ dixit, sed quẽadmodũ Christus dixit: Quando tradiderit uos, ne sitis solciti quomodo aut quid loquamini: dabitur enì uobis in illa ho- Ma.10.b
ra quid loquamini. ita omnia fide, omnia gratia dei peregit. Vt cum fiducia, inquit, notum faciam mysterium euangelij: hoc est, ut defendam ac respondeam quemadmodũ opus fuerit. Catena circũdatus es, & aliorum opera indiges? Etiam inquit. Nam & Petrus Actо 12.a
catena circundatus erat, & tamen sine intermissione precatio pro eo fiebat. Super quo legatione fungor i catena, ut in eo liberè, loquar, quẽadmodũ oportet me loqui, hoc est cũ fiducia, animo uirili, multaq; cũ prudentia respondeam. *Vt autẽ sciatis & uos quæ ad me ptinẽt, quid agã, omnia uobis nota faciet Tychicus dilectus frater & fidus minister in domino.* Quoniã uiculorũ meminerat, permisit quædã & Tychico quæ de se illis narraret. Quæ enim dogmata cõcernebant & cõsolationem, ea per epistolam declarauit: quę uerò tenuis erant nunci, ea epistolæ baiulo cõmisit. Vt sciatis, inquit, quæ ad me pertinent: hoc, ut discatis. Et hoc declarabat quàm eos deligeret, & quã eũ uicissim ipsi. *Quem in hoc ipsum, inquit, ad uos misi, ut cognoscetis de rebus uestris, cõsolaretur; corda uestra.* Nõ simpliciter ac temere hoc dicit, sed præmisso primũ, ut iduti, & circuncincti essent: id quod semper & indesinenter cõgrediẽdi indicium est. Nam audi quid propheta dicat: Fiat illi sicut uestimẽtum, quo indua- Ps.108.c
tur: & sicut zona, qua semper circuncingatur. Et deũ propheta iustitiæ thoracẽ esse dicit, per hoc nos erudiens, quòd semper ista non ad modicum tẽpus habere oporteat. Semper enim bellãdum est. Iustus nãque, ut leo, inquit cõfidit. Et qui hoc thorace ad hũc modum munitus est, nõ poterit aciem istructã horrere, sed in mediocris hostes isiliet. Speciosi siquidẽ, inquit, sunt pedes euangelizantium pacem. Quis sa- Es.52.b.ee
nè non curret? quis nõ huic negotio administrabit, Ro.10.c
cùm pacem annunciet? Et pacem ad homines, pacem non hominum laborantium & languentiũ, sed

G dei qui omnia iã cõfecit? Qûd uerò sit præparatio
Mat. 3. a euangelij, audiamus Ioannem dicentem: Præparate
uiam domini, rectas facite semitas eius. Rursus est &
alia ꝑparatio post baptisma, ut nihil scilicet baptiza
tus cõmittat quod pace ista dignum nõ sit. Quoniã
enim, ut plurimũ, uitæ symbolum pedes habẽt, pro
pterea admonẽs dicit: Videte quomodo acuratè am
Suprà.5.c buletis, de uita loquẽs. Propterea, inquit, quæ euãge
lio digna sunt, faciamus & ostendamus, hoc est, utã
mundam & actus mũdos. Annunciata pax est, date
nũciis istis bonis paratam ac prõptam uiam. Quòd
si rursus hostes fueritis, non relinquitur amplius præ
paratio pacis. Parati sitis. Nolite morã nectere con
trariq; erga hanc pacem. Quemadmodũ prõpti fui
stis ad pacem & fidem susciendã: ita & perdurate.
Scutum est quod primum aduersariorũ iacula exci
pit, & arma uulnerum expertia custodit. Multa uerò
de fide disserit, maximè ad Hebræos scribens, multa
etiã de spe. Fidem, inquit, habete futuris bonis, & ni
Hab.11.b hil horũ uulnerabitur. In aduersis enim & laboribus
H si fide fueris & spe mũitus, illęsa illa custodies. Opor
tet enim accedẽtẽ ad deũ credere, quòd sit, & quòd
quẽrentibus se remunerator sit. Fides scutũ est. Si ue
rò sophismata fuerint, rationes & argutiæ, illa nõ scu
tũ nobis erũt, sed impediẽt nos. Talis sit fides, ut to
tum contegat & obũbret. Non igitur sit modica ut
pedes nudos, aut alià quãuis partem corporis relin
quat, sed sit commensuratũ corpori scutum. Ignea.
Multæ sunt enim ratiocinationes animum incendẽ
tes, multæ hęsitationes, multæ desperatiões. Sed om
nia uera fides reficit, Multa immittit diabolus, inflã
mans animam nostrã & in dubiũ impellens: ut quã
extingue do dicũt: An est resurrectio? an ẽ retributio? an est fi
re possitis des? Et itelliges, inquit, tela diaboli i fide. Irruit cõ
φσυνέ cupiscẽtia, obtice fidem futurorũ bonorum. & neq;
σει legẽ apparebit amplius, sed peribũt omnia iacula: nõ illa
dũ uidet quidq certo peribunt, ista uero nõ, sed omnia. Audi
σβέσαι quippe quid Paulus dicat: Arbitror, eni nõ esse pares
ut notauit passiones præsentis temporis ad gloriã, quæ reuela
Budeus. bitur erga nos. Vides quot iacula tunc temporis exti
Rom.8.d xerint iusti? An non uidentur tibi ignea iacula fuisse,
I quibus patriarcha iterno igne, filium offerendo, ure
batur? Et alij quoq; iusti omnia diaboli iacula extixe
runt. Siue ratiocinationes igitur nos impugnauerit,
fidẽ obiiciam⁹: siue absurda desideria, fide ut amur:
siue labores & grumnæ, in fidẽ innitamur & cõquie
scamus. Omnium armorũ certè tutela est fides. Istã
nisi habuerimus, & illa cõtinuò lædentur. Super om
nia, iquit, sumpto fidei scuto. Quid est, super omnia?
Et in ueritate, inquit, & iniustitia, & in præparatione
euãgelij. hoc ẽ, omnia ista opus habẽt fide, propte
rea subiũxit: Et galeã salutaris accipite, id est, quò pe
riculum liceat effugere. Quemadmodũ enim galea
caput undiq; diligenter obtegens, non permittit ma
li quicquã pati, sed seruat: ita & fides, & pro scuto ẽ,
& pro galea salutari. Si enim tela illius ignea extinxe
rimus, mox & salubres cogitatiões recipiemus, quę
mentem nostram quicquã mali pati non sinent. Nã
si contrariæ illæ cogitationes extinctæ fuerit, conse
stim generabũtur aliq, quę nõ tales sunt, sed quę nos
& saluant, & bene sperãtes faciũt: & quemadmodũ
galea capiti, ita illæ menti nostrę imponentur. Et nõ
hanc solam, sed & gladiũ spiritus accipiemus: ut nõ
solũ deiceps immissa iacula propulsemus, sed & dia
bolũ ipsum percutiamus. Animus enim seipsum nõ
despondens, neque iacula ignea admittẽs, cũ multã K
alacritate aduersus hostẽ stabit, thoracemq; illi⁹ hoc
gladio perfringet per quẽ infregit, cogitationesq; ip
sius captiuant Paulus, & draconis caput abscidet &
amputabit. Vel mandatum hic uerbũ uocat, uel ad
monitionem, aut illud, i nomine domini nostri Iesu
Christi. Si mãdata ipsius fecerimus, per illa interficie
mus & occidemus draconem illum, serpentẽ tortuo
sum. Quoniã uerò dixerat, ut positis ignea diaboli
iacula extinguere, ne inflãdi occasionẽ illis tribuat,
ostẽdit eos omnũ potissimũ op⁹ habere deo. Quid
enim dicit? Per omnem deprecationẽ & obsecratio
nẽ orantes in omni tempore in spiritu sancto, & ad
hoc ipsum uigilãtes in omni sedulitate & deprecatio
nẽ pro omnibus sanctis in spiritu sancto. Non mihi
dici tempore determines. Nam audi quid dicat: In
omni tẽpore ad orandũ accede. Sine intermissione 1.The.5.a
inquit, orantes. Nõ audisti uiduã illam quomodo se
dulitate sua uicerit? Non audisti amicum illum, quo
modo medijs noctibus cõstantia interpellãdi exora
uerit? Nõ audisti de Syrophœnissa quo pacto precã
di assiduitate dominũ prouocauerit & per mouerit?
Illi omnes sedulitate sua quę petebant, expedierunt. L
Orãtes, inquit, in omni tẽpore in spiritu sancto. Hoc
est, quę dei sunt quæramus, nihil mundanũ, nihil tẽ
porarium. Non autem sine intermissione duntaxat
opus est orare, sed & uigilãter. Et ad hoc ipsũ, iquit,
uigilantes, Aut excubias nocturnas hic dicit, aut ani
mi sobrietatẽ: utrũque recipimus. Vides quomodo
uigilauerit Chananæa illa quę cùm non responderet
dominus, sed & abnegaret, catellumq; uocaret, dice
bat: Etiã domine, & catelli quoq; edũt de micis quę Matt.15.c
cadunt de mensa dominorum suorũ, nec desistebat et lu.16.c
donec uoti cõpos euaderet? Quomodo uerò uidua
illa iclamauerit iudicẽ, tamq; diu perstit erit quousq;
præfectũ, qui neque deũ metuebat, neque homines
reuerebatur, flectere potuerit? Amicus uerò ille quo Luc. 11.a
modo intempestiuo noctis tempore istiterit, atq; eo
usq; perduraverit quò efficeret ut ille excitaretur, exo
rans eũ ac flectens, petẽdi sedulitate? hoc scilicet est
uigilare. Vis discere animi uigilias? Abi ad Annã, audi
ipsa ei⁹ uerba Adonai Eloi Sabaoth. Imò uerò audi
quę uerba ista præcesserũt. Surgebant, inquit, omnes 1.Reg.1.b
de mensa, & illa confestim non ad somnum cõuersa
est, non ad quietem: unde mihi uidetur etiã cùm ad M
mensam sederet leuiter refecta & nõ cibis quibusdã
grauata fuisse. Non enim tot alioqui lachrymas emi
sisset. Si enim nos sobrij existẽtes & ieiuni difficulter
ita oramus, imo ne sic quidẽ unquam oramus, mul
to minus illa post mensam sic orasset, nisi & in mẽsa
ieiuniis assueuisset. Pudefaciat nos uiros hæc mulier,
pudeat nos, q dũ pro regno quoq; supplicamus, osci
tamus, cùm mulier ista pro puero orãs lachrymetur
etiam. Et stetit, inquit coràm domino. Et quid dicit?
Adonai domie Eloi Sabaoth. hoc uero est, si interpre
teris, domine deus uirtutum. Pręoccuparũt linguam
lachrymę. Istis iflectere dominũ sperauit. Vbi lachry
mę sũt, omnino illic et tribulatio est: ubi tribulatio,
ibi est & multa philosophia & attentio. Si audiẽdo, Ibidem.
inquit, audieris precationẽ ancillæ tuæ & dederis mi
hi filium, dabo illũ donum domino omni tẽpore.
Non dixit unum dũtaxat aut alterum annũ quẽad
modũ nos solemus neq; dixit, si dederis mihi puerũ,
dabo pecunias, sed ipsum totum, donũ retribuã pri
mogenitũ & orationis filium. Ipsa erat Abrahæ filia.

A Ille postquàm petitus erat, filium suũ dedit. Ista uerò
1.Reg.2.b etiam ante petitionem dedit. Sed uide & hic pietatẽ
ipsius. Vox eius, inqt, nõ audiebatur, at labia ei⁹ mo
uebãtur: Ita precatur qui uult quicquam efficere, nõ
pigrẽ, non oscitanter, nõ remissẽ neq; pruriginem in
terea scalpens, neq; tædiosẽ torpens. Etenim non po
tuit, deus etiã sine precatione dare? An desideriũ mu
lieris nõ ante petitionem quoq; cognouit? Verùm si
ante petionem dedisset, nõ apparuisset mulieris ala
critas, non fuisset manifesta uirtus eius, tantum præ
mij nõ acquisiuisset. Itaq; dilationis mora, non est in
uidentiæ, neq; indignationis, sed prouidẽtiæ. Quando
igitur scripturam audis dicẽtem quòd dominus
uterum eius concluserit, & quod iritarit eam æmula
eius: cogita illam philosophiã mulieris ostẽdere uel
Ibidem. le. Etenim obserua: Habebat uirum sibi subiectũ. Di
cebat nãque ad eam: Nõ sum ego tibi melior uel de
cem liberis? Et iritabat eã æmula eius: hoc est, impro
perabat, insultabat illa: ista uerò nũquam ulciscebatur, neq; malè illi imprecabatur, neque dicebat: Vidi
B ca me domine, quoniã ꝓperat mihi æmula mea.
Habebat illa liberos, sed habebat ista è regione æqui
ualẽtem uiri dilectionem. Hoc nomine ipsam etiam
consolabatur dicens: Nõ sum ego tibi melior quàm
uel decẽ liberi? sed uideamus iterum mulieris philo
Ibidem. c ὅτι ἐκ sophiam. Et reputabat eam, inquit, Heli temulẽtam
πλεί esse. Sed uide quid ad ipsũ quoque dicat: Ne reputes
ονους ἀ ancillam tuã tãquam filiam perditam, quoniam ex
φθόνου καὶ multitudine meditationis meę consumpta sum huc
ζήλους usq;. Istud uere cordis cõtriti est, quãdo erga eos, qui
μου ἐκ nos conuiciis afficiunt, non irascimur, quãdo nõ mo
τέτηκας lestè ferimus, quãdo non excusamus: nihil adeò cor
ἕως τοῦ philosophicũ facit, atq; tribulatio. Nulla res adeò iu
νῦν. cunda, ut luctus sẽcũdum deum. Ex multitudine, in
quit, cõtemplationis meæ expleta sum. Vnusquisq; istã
imitemur omnes. Audite quotquot steriles estis, &
audite quotquot liberos amatis, audite & uiri & mu
lieres. nã & uiri simul hac i re sæpenumero, nonnihil
cõtulerunt. Audi enim quid scriptura dicat: Et preca
tus est Isaac pro Rebecca uxore sua, quoniã sterilis
C erat. Magna nimirũ potest oratio. In omni, inquit, se
dulitate, & oratione, pro omnibus sanctis pro me.
Τείψυ Postremo loco ponis? Etiam, iquit, ut detur
χος ἐπὶ mihi sermo in apertione oris mei, ut cum fiducia no
λλον tum faciam mysteriũ euangelij, super quo legatione
το. fungor i catena. Vbi legatione fungeris? Apud homi
Gen. 25.c nes, iquit. Papæ, benignitatẽ dei. E cœlis misit, qui le
gatione pro se, proq; pace fũgerẽtur. Et arreptos eos
ligarunt homines, & ne communem quidẽ legem re
ueriti sunt, qnoniã qui legatus est, nunquã mali quic
quam patitur. Verũtamen ego legatione fungor i ca
tena; ut in eo liberè loquar, quemadmodũ oportet
me loqui. Catena mihi imposita est, quę libertatẽ lo
quẽdi obturet, sed oratio uestra os mihi aperiat, ut
omnia ad quæ dicẽda amandatus sum, dicã. *Vt ue*
rò sciatis et uos quæ ad me ptinẽt, quid agã, omnia uobis no
ta faciet. Tychicus dilectꝰ frater et fidus minister i domino
Si fidus nihil mẽtietur, sed omnia uera dicet. *Quem*
misi ad uos ad hoc ipsũ, ut cognoscat quæ circa uos sunt, &
consoletur corda uestra. Papę, quãta dilectio? Ne queãt,
inquit, terrere uos qui uellent. Nam possible est in re
bus illos fuisse aduersis. Illud enì inuit quod dicit,
ut cõsoletur corda uestra. Ne permittat, inquit, uos
decidere. *Pax fratribus & dilectio cum fide à deo patre,*
& domino Iesu Christo. Imprecatur illis pacem & dile

D ctionem cũ fide. Bene dixit simpliciter dilectionis ha
bẽdam rationem, & illis qui diuersę sunt fidei seipsos
immiscendos. Aut hoc, aut illud dicit: Vt & fidẽ ha
beant, & cõfidentes sint ac certi de futuris. Pax & di
lectio erga deũ. Si enim pax fuerit, erit & dilectio: si
dilectio, & pax erit cum fide. Nihil enim proderit di
lectio sine fide. Immo uerò non poterit aliter esse di
lectio. Et *gratia sit cum omnibus diligẽtibus dominum no*
strum Iesum Christũ cum synceritate, Amẽ. Qua ratione
hoc loco discreuit, pacem seꝑatim ponens, & seor
sim gratiam? In synceritate, inquit, Amẽ. Quid est, in ἐν κοσ-
synceritate? Aut idem est quod i puritate & honesta μιότητι
te, aut pro incorruptis, ut pote, nõ in diuitiis, neque i
gloria, sed in illis quæ sunt incorrupta. Illud, in, idem
est quod, per: per synceritatem, iquit, id est, pet uirtu
tem. Omne enim peccatũ, corruptio est. Et quẽad- *Quid sit*
modum uirginem corrumpi dicimus, ita & animã. *corruptio.*
Propterea Paulus dixit, ne quo pacto corrũpatur sẽ *2.Co.11.a*
sus uestri. Rursus & in doctrina incorruptionem di
cit. Quid eni, inquit, dic, quæso, corporis est corru- E
ptio? Nũquid dissolutio totius, cõpositiõisq; ipsius?
Illud & in anima fit, accedente peccato. Nam animę
pulchritudo est modestia, fortitudo: iustitia. Sanitas
animę ẽ, animꝰ uirilis, prudẽtia, bona ualetudo. Quã
do enim turpis, deformis, auarꝰ, quiq; improbis acti
bus seipsũ dedit, quãdo meticulosus, effœminatus &
imbecillis macrescit, adhuc peccata corruptionẽ in
illis operantur. Turpes enim faciunt & imbecilles, &
languores pariunt. Corrumpi nanque uirginẽ ob id
propriè dicimus, non solùm quòd corpus corrumpi
tur, sed & propter iniquitatem ac scelus. Commistio
enim est quod fit. Si autẽ illa corruptio esset, utique
corruptio essẽt & nuptiæ. Sed peccatũ est corrupti- *Peccatum*
o. Illud enim eam deturpauit. Quin corruptio domus *originale*
quid est, nisi dissolutio? Et ubique corruptio trãsitus *docat pri*
& immutatio quędam est, quę fit ad peius & in aliũ *mum pec*
habitum, & iterniciem prioris. Audi quippe quid scri *catum,*
ptura dicat: Corrupit enim omnis caro uiam suã. Et *Pſal. 37.b*
iterum: In corruptione intolerabili. Itẽ, homines mẽ *1.Co.15.g*
te corrupti. Corruptibile nobis est corpus. Verùm in
corruptibilis anima, ne itaque & ipsam corrũpam⁹.
Hoc primum peccatum fecit. Quòd uero committi F
tur post lauacrum, animam & corrũpere potest, & *Peccatum*
captu facilem facere uermi immortali. Non enim at *originale*
tigisset, nisi corruptibilem inuenisset animã. Adamã *docat pri*
tem uermis non attingit, & si attigerit, nihil efficiet. *mum pec*
Ne corrumpas animam. Quod enim corrũpitur, pu *catum,*
tredine plenum est. Nam audi Prophetam dicẽtem:
Malè fœtuerunt & emarcuerunt cicatrices meæ à fa *Pſal. 37.b*
cie insipiẽtiæ meæ. Ipsa uerò, inquit, corruptio i duet *1.Co.15.g*
incorruptionem: illa uero non ita. In anima enim in
corruptio, corruptio est. Itaq; corruptio animæ i cor
ruptibilis est finẽ non habens, mors est immortalis,
id quod futurum erat, si corpus imortale mansisset.
Si illo abierimus, ita corruptionem animæ habẽtes,
incorruptibilem & perpetuã corruptionẽ habemus.
Ardere enim, & per uermem perpetuo consumi, cor
ruptio est i corruptibilis. qualis erat & in beato Iob. *Iob.2.c*
Corrũpebatur & non peribat, sed perstabat semper
telluris glebas sanie sua poliẽs ac fricans: idq; multo
temporis progressu. Tale quid tunc patietur anima,
circunquaque instantibus in eam & cõsumentibus,
non duobus annis, neq; tribus, nec decem, nec cen
tum, neque decem milibus etiam, sed fine carenti- *Marc.9.g*
bus. Vermis, enim, inquit, ipsorum non morietur.

Morale.

Metuamus igitur, obsecro, uereamur uerba, ne in
G res ipsas ícidamus. Auaritia corruptio est, corruptio
omnium pessima, í idololatriam inducés. Fugiamus
corruptionem, eligamus incorruptionem. Defrauda
sti quẽquam? Ea quidẽ quę fraude acquisiuisti, corrũ
pitur: auaritia uerò manet, corruptio incorruptibi-
lis facta materiæ. Fruitio quidem trãsit, incorrupti-
bile uero peccatũ manet. Graue malũ est, quod non
omnia in præsenti uita corrumpũtur. Magna calami
tas est, quod peccatorum onera habẽtes hinc illò di
scedunt. Nam in inferno, inquit, quis cõfitebitur tibi?
Locus illic est iudicij, nõ amplius resipiscentię tẽpus.
Quomodo plorauit diues in inferno? Et tamen nihil
effecit. Quanta dixerũt qui Christum non pauerũt?
ueruntamẽ abacti sunt in ignẽ æternũ. Quanta tunc
dixerunt, qui iniquitatem operati sunt, Domine, nũ-
quid í nomine tuo prophetauimus, & in nomie tuo
dæmonia eiecimus? Veruntamẽ agniti nõ sunt. Om
nia ista tunc fient, & nulla omnino re tũ iuuabimur,
nisi nunc fiat. Metuamus igitur, ne quo pacto tũc di
camus, Domine, quando te uidimus esurientẽ, & nõ
pauimus? Iam ipsum pascamus, nõ unum & alterũ,
H
aut tertium diem. Nã elemosynæ, inquit, & fides, nõ
deserant te. Non dixit semel facias, neq; secũdo. Alio
qui uirgines illæ oleum habebãt, sed non quod fuisse
cisset. Itaq; multo oleo nobis opꝰ est, & oportet nos
esse instar oliuæ frugiferæ in domo dei. Perpẽdamus
itaq; quanta unusquisq; nostrum peccatorũ habeat
onera, & ex benignitatibus remedia faciamus corre
spondentia, imo uero multo etiam plura, ut nõ solũ
extiguãtur peccata, sed ut & iustitiæ sint quæ nobis
ad iustitiam reputẽtur. Nisi enim tãta fuerint bona,
ut & culpas exuamus, & ex reliquis sit, quod ad iu-
stitiam uobis reputetur, nemo nos à supplicio libera
bit: à quo liberari nos omnes contingat, gratia & be
nignitate, domini nostri Iesu Christi, Amen.

Finis comentariorum D. Ioannis Chrysosto-
mi in epistolam Pauli ad Ephesios.

DIVI IOANNIS CHRYSO-
stomi in Epistolã Pauli ad Philippenses argumentũ: Erasmo Roterodamo interprete, locis aliquot per ipsum restitutis ex editione Veronẽsi, quũ sæpe uariat à codice manuscripto, quẽ secutus est prius.

Hilippenses dicti sunt à Philippis
Act.16.b ciuitate Macedoniæ, quæ est ciuitas Colonia, quemadmodum refert Lucas. Hic illa purpuraria
Ibidem.c conuersa est, mulier admodum religiosa, ac piis operibus intenta. Hic synagogæ princeps credidit, hic flagris cæsus est Paulus una cum collega Sila, hic magistratus uoluerunt eos è ciuitate decedere, eo quod metuerent illos, ac prorsus splendidum initium habuit illic euangelij prædicatio. Quin & Paulus ipse multa magnaq; de illis testificatur, co-
ronam suam illos appellans, addens & illud, quod Phili.4.a
& multa & magna perpessi fuissent. Vobis enim, in- K
quit, donatum est a deo, non solùm ut in ipsum cre- Ibidẽ.1.d
deretis, uerùm etiam ut pro ipso patiamini. Quum
autem scriberet ad illos, fortè fortuna tum erat in
uinculis. Propter hoc, inquit, ut uincula mea manife- Ibidem.b
sta fierent in Christo, in toto prætorio: Regiam Ne-
ronis prætorium appellans. Sed uinctus fuerat, ac de
inde dimissus. Id declarat scribens Timotheo: In pri- 2.Ti.4.a
ma mea defensiõe nemo mihi adfuit, sed omnes me
deseruerũt. Ne illis imputetur, sed dominus mihi ad
fuit, & corroborauit me. His nimirũ uerbis designat
uincula sua, in quibus fuerat ante defensionem illã.
Quod enim id tẽporis non adfuerit Timotheus, per
spicuũ est: In prima enim, inquit, mea defensione ne
mo mihi adfuit. Id ita esse declarauit hęc Timotheo
scribens, haud quaquã scripturus, si ille scisset. Cę-
terùm quum hanc scriberet epistolã, Timotheus ad-
erat illi: Id declarat hisce uerbis: Spero autem in do- Phili.2.c
mino Iesu, me Timotheũ breui missurũ ad uos: Ac
rursus, Hunc autem ut spero, illico mittam ad uos, Ibidem.
quum primùm expendero mea negotia. Solutus enì L
fuerat a uinculis, ac denuo retractus in uincula, post
eaquàm ad illos uenerat. Porrò quod dicit, etiã im-
molor super hostia & oblatiõe fidei uestrę: nõ ita lo
quitur, quasi hoc iã factum esset, sed si quando id cõ
tingeret, Gaudeo, inquit, erigens animos illorũ à cõ
sternatione, quam ex uinculis ipsius conceperant.
Quod enim id temporis moriturus non esset, perspi
cuum est ex his quæ scribit: Spero, ìquit, in domino, Ibidẽ.1.d
quod & ipse breuì ueniam ad uos. Ac rursus: Et hoc
certo noui, quod mansurus sim, & simul cum omni
bus uobis permansurus. Miserant autem ad illũ Phi-
lippenses Epaphroditum, qui pecunias ad ipsum per
ferret, quidq; rerũ Paulus egeret, cognosceret. Vehe-
mẽter enim illi erant affecti. Et enim quod illum mi
serint, audi ex ipso Paulo q dicit, Recepi omnia, abũ Phil.4.d
do, repletus sũ acceptis quę Epaphroditꝰ uestro no
mine pertulit. Quin & in hoc ipsum miserunt illum,
ut per eũ scirent quid apud Paulum ageretur. Id ita
esse declarat in ipsa stati epistolæ fróte, de rebus suis
ita scribens: Scire, ìquit, uos uolo, quod quę mihi ac Ibid.1.b.
ciderunt, magis uenerũt ad profectum euangelij. Et M
iterũ: Spero quod breui Timotheũ missurus sim ad Ibidẽ.2.b
uos, ut ego refociller animo, cognitis quæ circa nos
aguntur. Quod ait, ut & ego, hoc significat, quem-
admodum uos ad mẽ misistis, ut de multis reddere
mihi certiores: sic & ego refrigerium accipiam, co-
gnito rerum uestrarum statu. Quoniam igitur mul-
to iam tempore neminem ad illum miserãt, nam id
declarat dicens: iam tandem refloruistis, ut de no- Ibidẽ.4.c
bis cogitaretis, & tum audierant illum in uinculis es
se. Etenim si de Epaphrodito rumorem acceperant
quod ęgrotasset, quum non esset perinde celebris ut
Paulꝰ, multo probabilius est illos de Paulo fuisse cõ
turbatos. Hanc ob causam in epistolæ principio dili
genter consolatur eos, docens nõ solùm nõ esse cau
sam consternationis, sed gaudij potius. Post hæc hor
tatur illos ad concordiam ac modestiam, docens in
his esse tutissimum ac maximũ præsidium, quod ea
ratiõe facile hostibus suis superiores forent euasuri.
Non est dolenda res, si doctores uestri coniiciantur
in uincula, sed si discipuli inter sese non sint unani-
mes. Nã illud profectum etiam adfert euãgelio, hoc
uero distrahit posteaquã igitur hortatus est illos ad

A concordiã, ostenditq; quòd ex modestia nascitur cõ
cordia: deinde multo sermone fertur aduersus Iudę-
os, qui sub specie Christianismi, undiquaque spiritum
Ibidẽ.3.a habebant corruptũ, eos & canes uocãs & malos ope
rarios, admonens illos ut alium fugiant consuetudi-
nem, & ostendens qbus oporteat auscultare. Ad hęc,
multa differit ad bonos mores conducentia. Deinde
propulsata ab illis socordia, excitatisq; ad uigilantiã
Ibidẽ.4.a animis, dicendo, Dominus prope est: meminit cum
apostolo digna prudẽtia & illorum quæ ab illis rece-
perat. Atque hunc in modum multam adfert illis cõ
solationem. Videtur aũt hanc epistolam multa cum
honorificentia, scripsisse Philippensibus, quòd nullã
prorsus habeat obiurgationem. Quę res arguit illorũ
uirtutem, qui nullam increpandi occasionem dede-
rint doctori, adeo ut nihil illis scripserit obiurgandi
specie, sed exhortandi omnia. Nam ut dictum est, ab
ipso statim initio hæc ciuitas declarauit se uehemen-
ter promptam ac propensam esse ad recipiendam fi-
dem. Dux huius negotij fuit, carceris custos. Siquidẽ
cum res essent undique afflictæ, plenæq; malis, repẽ-
B tè ex uno miraculo uersæ sunt in diuersum. Accurrit
Act.16.f custos carceris, & tota cum familia baptizatus est. Nã
1. miraculum quidem ipse solus nouerat, cæterum fru-
ctum lucrumq; miraculi non solus sensit, sed hic &
uxorem & uniuersam familiam habuit participem.
Atque etiam Euodiam ac Syntychen, uxorem præse
cti carceris, si cui uidetur hoc dicẽdum, aut fortasis
ipsum uirum aliquis malet Syntychen intelligi carce
ris custodem. Quin & ipsi magistratus qui flagellaue
rant eum, si propius inspicias, uidentur hoc magis ex
tumultu quàm ex malitia fecisse: idq; duobus argu-
mẽtis colligitur. Primũ quòd illico miserint per quos
dimitteretur, deinde quòd audita Pauli responsione
metuerint. Collaudat autem eos Paulus, non solùm
ob fidem, & ob tolerata pericula, uerũ etiam ob mu
Phi.4.c nificentiam hisce uerbis: Quoniam, inquit, initiò quo
que euangelij, semel atque iterũ misistis mihi quibus
erat opus, cum nullus alius idem faceret. Nulla, inqt,
eccclesia mihi communicauit in ratione dati & acce
pti. Quòd autem cessatum est in officio, non imputa
C uit illorum uoluntati, sed potius interpretatur nõ da
tam opportunitatem. Non quòd, inquit, nõ esset uo
bis cura mei, sed defuit uobis opportunitas. Hæc igi
tur nos quoque cum sciamus, ac tot exemplis prouo
cemur Paulinæ charitatis erga Philippenses, & Philip
Ibidẽ.2.c pensiũ erga Paulũ: (etenim quòd illos singulari pro-
Ibidẽ.1.b sequebatur affectu, perspicuum est. Neminem enim,
inquit, habeo unanimem, qui uere & ex animo curet
res uestras. Ac rursum: Eo quòd habeã uos in corde
meo, & in uinculis meis) hæc inquam cum sciamus,
etiam nos ipsos prębeamus dignos talibus exemplis,
ut ad patiendum pro Christo simus prõpti. Verùm
nunc quidem non est persecutio: proinde si nihil a-
liud, certe promptam illorum munificentiam imite-
mur. Ne uero si semel atque iterum dederimus, existi
memus nos totũ beneficentiæ munus expleſse. Sed
perpetuo id facere oportet: neq; enim satis est semel
cum laude rem gerere, sed perpetuo. Etenim qui post
Πόλιχος est spacium axiij. stadiorum. Proue.3.a quàm decem dolichos cucurrit, si post deficiat, totã
laudẽ perdidit. Et nos si semel aggresi bona opera,
postea defecerimus, totum amisimus, totum perdidi
mus. Audi utilem exhortationem quæ dicit: Eleemo
synæ, inquit, & fides ne destituant te. Non dicit semel
benefacito, aut bis, aut, ter, aut decies, aut centies, sed
semper: Ne destituant, inquit, te: nõ dixit, ne eas desti- D
tuas, sed ne te ipsę destituant: nimirum indicãs, quòd
nos eleemosynis egemus potius quã illæ nostri. Præ-
terea docens oía nobis esse faciẽda, ut eas apud nos
retineamus. Imò suspende, inquit, eas in collo: quem-
admodum diuitum filij, ornatus gratia, aureum mo
nile gestant in collo, necid unquam deponũt ueluti
nobilitatis insigne circũferentes & ostentantes. Itidẽ
& nos oportet semper beneficentiam indutos esse,
declarantes quòd filij sumus eius qui misericors est,
eius qui Solem suum exoriri facit super bonos ac ma Mat.5.g
los. At non credunt incredituli. Ergo per hæc creditu-
ri sunt, si nos ista fecerimus, ut uideant nos omnium
misereri, & illum exprimere magistrum, scient, quòd
ad illius exemplum hoc facimus. Eleemosyna, inqt,
& fides uera. Rectè addidit uera, nõ ex rapina, nõ ex
furto; id enim nõ est fides, nõ est ueritas. Etenim qui
fur est, hunc & mentiri oportet & peierare. Tu uero
non sic, sed eleemosynæ iungito fidem. Hũc ornatũ
circundemus collo, hanc torquem auream paremus
animæ, uidelicet eleemosynam, quãdiu sumus in hoc
mundo. Nam si præterierit hęc ætas, iam non erit lo- E
cus eleemosynæ, quando quidem illic nulli sunt egen
tes, nulla est pecunia, nulla est inopia. Donec sumus
pueri, ne spoliemus nos ipsos hoc monili. Quẽadmo
dum enim ista ornamenta pueris detrahũtur, postea
quã facti uiri, feruntur ad aliud ornamentorum ge-
nus: itidem & in nobis, non iam erit eleemosyna, quę
pecunijs erogãdis constat, sed, alia quædam multo p
stantior. Itaque si hac nos ipsos nõ spoliauerimus, ef
ficiemus ut anima formosa appareat. Magna res est
eleemosyna, præclara & pretiosa. Ingens, inquã, do-
num est: aut, ut melius dicã, ingens bonitas, si p hanc
didicerimus negligere pecuniã, & alia maiora disce-
mus. Iam hinc perpende quantum bonorũ nobis pa
riat eleemosyna, primùm qui dat eleemosynam quẽ
admodum oportet, discit pecuniæ contemptũ, quo
facto, malorum radicem execuit, adeo ut non tã det
beneficium quã accipiat, non ob id modo, quod fru
ctus & mutua pẽsatio reposita sit eleemosynæ, uerũ
etiam quod animam philosophicam, sublimẽ, ac di-
uitem reddat. Qui dat eleemosynam, eruditur ad pe-
cuniæ contemptum, discitq; non admirari fulgorem F
auri. Hanc eruditionem posteaquàm est assequutus
animo, nõ mediocre nactus est initium subuolãdi in
cœlum, ac litium, contentionum, liuoris & anxietatis
innumerabiles excídit occasiões. Scitis enim, scitis in-
quam & uos, quod pecunia sit instrumentum malo-
rum omnium, quin & innumera bella proficiscuntur
è pecunijs. Hanc igitur quisquis didicit contemnere,
in tranquillo se ipsum constituit, nec iam amplius dã
ni metu terretur. Nam hoc illum docuit eleemosyna.
Non amplius concupiscit res proximi sui. Quo enim
pacto concupiscęret aliena, qui sua profundit ac largi
tur alijs? Non amplius inuidet diuiti. Quo nãque pa-
cto haberet inuidum oculum erga proximum, q cu-
pięs fieri pauper animi sui perpurgat oculum? Et hæc
quidem hoc in seculo. Cæterùm in illo seculo quãtũ
bonorum sortietur qui largiendo pauper factus est,
nemo uerbis consequi possit. Non excludetur cũ sa- Mat.25.a
tuis uirginibus, sed cum prudentibus introibit cum
sponso, lampades habens lucentes, præferendus his
quæ multa dura passæ sunt in uirginitate, ipse talium
molestiarum expers. Tanta uis est eleemosynę, ut au
dacter introducat alũnos suos. Nota est enim ac fa-

G miliaris cœli ianitoribus, q̃ sponsi seruãt fores. Quid dixi, nota? non solũ nota est, sed & uenerabilis, adeo ut quot quot agnouerit q ipsam honorarũt, eos multa cum fiducia ducat introno. neq; quisquã obsistit, sed locum dabunt omnes. Etenim si deum in terram deduxit, & ut homo fieret psuasit: multò magis poterit hominem in cœlũ subducere. Magna enim est illius potestas. Proinde si misericordia & erga genus humanum charitas, deo psuasit ut seruus fieret, multo magis seruos in illius domum subuehet. Hãc diligamus, hanc amemus, non unũ aut alterũ diem, sed per omnem uitam, ut nos agnoscat. Quæ si nos agnouerit, agnoscet & dominus. Cõtra, si hæc non agnouerit, Mat.25.a nec dominus agnoscet, dicetq́: Nõ noui uos. Verùm absit ut hoc eueniat, quin illam potius audire uocem Ibidem. c detur, illam inquam beatã uocem: Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum à cõstitutione mũdi. Id quod oĩbus contingat assequi. gratia & bonitate domini nostri Iesu Christi, nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia I.

H *Aulus et Timotheus serui Iesu Christi.* In hac epi P stola ueluti scribens ad consortes & æquales: non addit apostolicæ dignitatis titulum, sed alium quendam, magnificum & ipsum. Quem tandẽ illum? Seruum profitetur seipsum nõ apostolũ. Nam re uera magna hæc est dignitas, omniumq́ bonorũ caput, seruum esse Iesu Christi, nec uulgari modo dici seruum Iesu Christi. Siquidẽ hic uere liber est à peccato: & qui Christi uere seruus est, nulli alteri seruus est. Alioqui nõ esset Christi seruus, sed ex dimidio seruus Christi, ex dimidio peccati. Rursum ad Romãos Rom.1.a scribens, dicit: Paulus seruus Iesu Christi. Corinthijs 1.et.2.co. autem ac Timotheo scribẽs, apostolum seipsum uo 1.a.1.et.2 cat. Huius rei quæ nam causa est? an quòd illi sint p̃ Tim.1.a stantiores Timotheo? Absit. Quin potius hos omniũ ad quos scribit, summo honore, studioq́ prosequtur. Etenim de uirtute illorũ egregium fert testimonium. Verũ quoniã illic multa erat ordinaturus, ideo sumpsit apostoli dignitatem. His uero nihil præscribit, nisi quæ ipsi ex sese perspiciebant. *Sanctis in Christo Iesu qui sunt Philippis.* Quoniam probabile erat quòd Iudæi seipsos sanctos appellarent, honore cognominis J assumpto, ex antiquo prophetæ uaticinio, quo dicun Deut.7.b tur populus sanctus ac peculiaris, propterea addidit et.14.a.et 26.d hæc uerba: Sanctis in Christo Iesu. Siquidẽ hi soli sancti sunt, qui sunt in Christo: cæteri uero deinceps prophani. [*Cum episcopis ac diaconis.* Quid hoc sibi uult? [Veronẽsis editio iabet συνεπισκόποις διακόνοις dictiõe cõposita. 1. coepiscopis. Itáne unius ciuitatis plures erãt episcopi? Nequaquã, sed hoc titulo designat presbyteros. Tum enim tempus adhuc uocabulum erat cõmune, adeo ut & episcopus diceretur diaconus, hoc est minister. Vnde in epistola ad Timotheum dicit. Imple ministeriũ tuũ, cum iam esset episcopus. Nam episcopũ illum fuisse declarat sic illi scribens, Manus cito nemini imposueris. Ac rursus, Quod datum est tibi per impositionẽ manuum presbyterij. Porrò haudquaquam seniores elegissent episcopum. Ac rursus ad Titum scribẽs ait: Horum gratia reliqui te in Creta, ut constituas per ciuitates presbyteros, quemadmodum & ego tibi præscripsi, siquis sine crimine, unius uxoris uir: de episcopo loquitur, & his uerbis mox subijcit hæc: Oportet igitur episcopũ sine crimine esse ut dei dispẽsatorem, nõ præfractum. Igitur, quemadmodum dixi, olim & presbyteri uocabatur episcopi ac diaconi, hoc est ministri Christi. Vnde nunc quoq́ complures episcopi K cum ad episcopum scribunt, cõseniorem & comministrum appellant. Post autem proprium cuique uocabulum tributum est, ut alius dicatur presbyter, alius episcopus. *Cum episcopis ac diaconis: gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo.* Quid tandem in causa est ut nequaquã scribat clero qui Romæ est, aut Corinthi, aut Ephesi, sed in cõmune omnib⁹ sanctis, fidelibus, dilectis: hic autem scribat clero? Nimirũ ipsi ultro ad illum miserant, ipsi fructificauerant, legauerantq́ ad eum Epaphroditum. *Gratias*, inquit, *ago deo meo in omni memoria uestri semper.* Dixit alibi Heb.13.c scribẽs: Obedite præpositis uestris, & subditi estote, quoniam ipsi uigilant pro animabus uestris, tanquã rationem reddituri, ut cum gaudio hoc faciãt, & non gementes. Itaq; si gemitus præpositorum, arguit malitiam discipulorum, contra cum gaudio facere declarat illorum profectum: Quoties, inquit, recordor uestri, glorifico deum. Hoc autem ideo facit quòd sciret illis adesse multa bona, & glorifico, inqt, & oro. Haud tamen posteaquã profecistis ad uirtutẽ, desino pro uobis orare, *Sed gratias ago deo in omni memoria uestri* L *semper, in omni deprecatione mea, pro uobis oĩbus cum gaudio etiam deprecationem faciens.* Non solùm cum oro. Nam id poterat cum dolore facere, quemadmodum dicit alibi: Ex multa enim afflictione & anxietate cor 2.Co.2.b dis scripsi uobis per multas lachrymas. *Super communicatione*, inqt, *uestra in euangelio à primo die usque ad hoc tempus.* Magnificum illis hic præbet testimoniũ, & quidem ualde magnificum, quod aliquis tribueret apostolis & euangelistis. Non, inquit, quoniam unã ciuitatem estis aggressi, illius unius curam agitis, sed omnia facitis, ut efficiamini participes laborũ meorũ ubiq́ præsentes & adiuuantes & cõmunicantes meæ prædicationi, non semel aut iterum aut tertio, sed semper ex quo credidistis ad hunc usq́ diem apostolorũ promptitudinem apprehendistis. Vide quo pacto q erant Romæ auersati sint illum. Nam audi ipsum lo- 2.Ti.1.d quentem: Nosti hoc quòd auersati sunt me omnes q sunt in Asia. Et rursus, Demas me deseruit. Et in pri- Ibidem ma, inquit, defensióe mea nemo mihi adfuit. Hi uero ulti.c. etiam absentes communicabant illis afflictionibus, mittentes ad illum uiros, ac pro uinbus illi suppeditã M tes necessaria, breuiter nulla in parte cessantes in officio. Non nũc solùm, inquit, sed semper omnibus modis auxiliantes. Nonne hoc est communicare euãgelio? Etenim cum ille quidem prædicat, tu uero in externis difficultatibus subseruis, non solùm ad certam tem corona pertinet, uerum etiã ad eũ qui instituit, qui curauit: in summa, ad omnes qui exercuerunt & instruxerunt athletam. Etenim qui illum corroborarunt, iure consortes esse debẽt uictoriæ: quemadmodum fit in bello, non solùm is qui fortiter rem gesit, uerũ etiam omnes qui illi inseruiunt, participes sunt trophæorum, in gloriæ quoque societatem ueniẽtes. Non enim res est mediocris inseruire sanctis, sed plurimum ualet. Consortes enim nos reddit præmiorũ illis repositorum. Verbi gratia: Proiecit aliqs multas pecunias propter deum, semper intẽtus est rebus diuinis, uirtutem exercet haud uulgarem, & usq́ ad uerba, & usque ad cogitationes, denique usq́ ad omnes uirtutes eorum, qui exactã ad pietatem adhibuere diligentiam. Tibi licet, etiam si tantã diligentiam non præstiteris, uenire in societatem præmiorum illis repositorum. Quo pacto? Si inseruias illis & dictis & factis, si consoleris, si necessaria suppeditaueris, si ministerium omne impenderis. Sic enim uiam illã asperã reddideris commodiorem. Proinde si suspicitis eos q uersantur in desertis, qui uitam angelicam delegerũt, qui in ecclesiis similia præstant officia, qualia illi in desertis: si hos suspicitis, inquam, pariter & doletis, quòd multo interuallo ab illis distatis licet & alia ratione consortes eorum fieri, nimirum subministrando & inseruiendo. Nam & hoc diuinæ bonitatis est, socordes quoq́ ac pigros, & qui uitæ rationem illam asperam exactamq́ uiuendi disciplinam non possunt suscipere, per aliam uiam in eundem cum illis ordinẽ adducere, uidelicet hoc est quod Paulus uocat communionem, Cõmunicant, inqt, nobis in carnalibus, cõmunicamus eis in spiritualib⁹. Etenim si deus pro exiguis nihilq́ rebus regnum largitur cœlorũ, famuli quoq́ eius pro exiguis ac sensibilibus, impartiũt spiritualia. Quin potius & hæc & illa dat dominus. Ipse enim est qui per illos largitur. Non potes ieiunare, nõ potes solitarius uiuere, non humi cubare, nõ noctes insomnes ducere, & tamen datur tibi horum omniũ E mercedem capere, si rem alia tẽtes uia, si eos qui hęc faciunt, curaris: si refocillaris, si assidue delinieris, & ex his rebus cõtractam lassitudinẽ alleuaris. Ipse stat in pugna, ipse uulnera quoque accipit, tu foue, à certa mine redeuntẽ excipe placidis manibus, ab animo sudorem abstergens, hortare, consolare, refrigera de fatigatum animum. Quòd si tali cum alacritate seruie- Luc.16.b rimus sanctis, consortes erimus præmiorũ illis repositorum. Idẽ & Christus docuit: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut recipiant uos in ęterna sua tabernacula. Vides illos participes esse factos. A *primo*, inquit, *die usque ad hoc tempus.* Gaudeo, inquit, non modo de præteritis, uerùm etiam de futuris: ex præteritis enim futura conijcimus. *Hoc ipsum*, inquit, *persuasum habens, quòd is qui cœpit in uobis, opus bonũ psiciet usque ad diem Iesu Christi.* Vide quomodo docet illos modestiã. Etenim posteaquã illos magnifico testimonio ornarat, nequid illis accideret humanum, protinus docet illos tũ præterita tũ futura bona ad Christũ esse referenda. Vnde hoc liquet? Non enim dixit, persuasum habeo quòd cœpistis & perficietis. Sed C quid? Qui cœpit in uobis, opus psiciet. Neq; detraxit illis laudem rectè factorum. Dixit enim, cõmunione uestra gaudeo, uidelicet indicãs & ipsos rectè facere: neque proprie tribuit illis quę bene gesserant, sed deo duce & auspice gesta significat. Cõfido enim, inquit, quòd qui cepit in uobis opus bonum, psiciet usq́ ad diem Iesu Christi, uidelicet ipse deus. Nõ enim de uobis tãtum hunc affectum habeo, uerùm etiam de ijs quæ ex uobis proficiscũtur. Hoc ipsum enim laus est haudquaquã mediocris, deũ in quopiam operari. Et enim si non est personarum discrimen apud deũ, sicuti nõ est, sed ad propositum respiciẽs, auxiliatur nobis, in benefactis: nimirum ipsi sumus in causa, ut ille nobis concilietur. Itaq; ne sic quidẽ loquens Paulus, priuauit illos sua laude. Nam si simpliciter in illis operabatur deus, nihil uetabat quò minus & in gẽtibus, & in uniuersis hominibus operaretur, si nos ut ligna lapidesq́ moueret, neq; nostram requireret industriã. Itaq; quod dicit: Deus perficiet, & hoc rursus ad illorũ laudem pertinet, qui conciliarint sibi dei gratiã ut ipsis esset auxilio, in his q̃ superãt humanã naturã. Accedit & hoc ad laudẽ, quòd ista talia sint uestra benefacta, ut humana nõ sint, sed egeãt fauore diuino. Qd si deus perficiet non erit mustum negotij: sed oportet D habere fiduciã, quòd omnia facile perficientur, nimirum illo opitulante. *Quemadmodũ iustum est me hoc sentire de uobis omnibus, eo quòd habeã uos in corde meo, et in uinculis meis, & in defensione mea, & in cõfirmatione euãgelij.* Magnum hic tuum adhuc declarat affectũ. Etenim quod illos in corde haberet, quodq́ in carcere uinctus Philippensiũ memor esset, ipsorum laus erat haud exigua. Nã sancti huius dilectio nõ prę occupatæ iam opinionis erat, sed iudicij, & rectæ rationis: ita ut uehemẽter usqueadeo à Paulo diligi, magni uiri in dicium sit, ac suspiciẽdi. *Et in defensione mea*, inquit, *& confirmatione euangelij.* Et quid mirum si in carcere illorum esset memor, ne tum quidem, inquit, cum ad tribunal accederẽ causam dicturus, excideratis mea memoria. Adeo uiolenta, & ut ita loquar, tyrannica res est amor spiritualis, ut nulli cedat occasioni, sed continenter inhæreat amantis animo, neque cõmittat, ut ulla afflictio, aut ullus dolor superet animum. Quemadmodum enim in fornace Babylonica cum Dani. 3.c tam ingens flamma ferretur in altum, tamẽ beatis illis pueris ros erat: sic amicitia diligentis ac deo placẽ E tis animum occupans, omne abigit incendium, & in rorem admirabilem uertit. *Et in confirmatione*, inquit, *euangelij.* Num uincula confirmabant euangelium? Num causæ dictio? Confirmabant, & quidem rectissimè. Etenim si deprecatus fuisset uincula, uideri poterat impostor. Cæterùm qui omnia sustinet, tũ uincula, tum afflictiones, declarat sese non ob humanã aliquã causam ista perpeti, sed propter deũ, qui præmia reddit ipsius amore patientibus. Etenim nemo uolens mortẽ etiam oppeteret, tantumq́ periculorũ in se susciperet, nullus etiam talẽ regem uidelicet Neronem offendere sustineret, nisi ad alium regem multo maiorem respiceret. Itaque uinculis cõfirmabatur euangelium. Vides quomodo ex abundanti oĩa uerit in contrarium? Quod enim existimabã infirmitatem & accusationem, hoc, inquit, erat confirmatio. Idq́ nisi factũ esset, futurus eram in infirmitate. Post hæc ostendit, quod eos diligeret non affectu prę uentus, sed iudicio. Quapropter? *Habeo*, inquit, *uos in uinculis meis, & in defensióe, quòd cõsortes fitis gratiæ.* Quid hoc est? aut quæ erat gratia Apostoli? Num hæc erat gratia uinctum esse, num agi duciq́, num innumera P perpeti mala? prorsus erat. Sufficit, inquit, tibi gratia 2.Co.12.b mea. Virtus enim mea in infirmitate perficitur. Eoq́ mihi placeo, inquit, in infirmitatibus, in cõtumelijs. Ibidem.a Quoniam itaq; uideo uos factis ipsis declarãtes uirtutem uestram, & huius gratiæ consortes esse, meritò hæc conijecto. Cum enim uestri ceperim experimentum, sicq́ uos cognitos habeam ut nemo melius, uestraq́ benefacta perspexerim, quòd cum tanto interuallo seiuncti fitis à nobis, non tamẽ deseruistis nos in afflictionibus, sed pro euangelio participes esse uoluistis tentationum: & quanquam ipsi procul abessetis, tamẽ ultro in pericula descẽdistis, sic ut nihilo minus haberetis quam ego qui in periculum descenderim: meritò hoc testimonium fero de uobis. Sed quã ob rem non dixit, consortes: sed, simul cõsortes: hoc est, nõ cœnonus, sed syncœnonus? Quoniã & ipse, inquit, alterius consors sum, ut communionẽ habeã cũ euangelio, hoc est, ut particeps fiam bonorũ euãgelij prędicatoribus repositorum. Idq́ præclarũ erat, Philippenses omnes eodẽ fuisse affectu quo erat Paulus. Simul, inquit, cõsortes gratiæ omnes uos esse. Ex

G his, inquit, initijs sumo fiduciam, uos ad finem usque tales fore. Non enim fieri potest, ut tam splendidum initium extinguatur ac desinat, sed magnos & egregios declarat futuros exitus. Posteaquã igitur datum est & alia ratione consortes fieri gratiæ, tẽtationum & afflictionũ, obsecro simus consortes, & nos quotquot hic stamus. Immo potius, si uultis oẽs cõsortes esse bonorum Paulo repositorum, licet: uideli cet si uelitis ijs qui Pauli ministerium susceperunt, ubi quid acerbum patiuntur propter Christum, esse auxilio. Vides fratrem in tentatione implorare opem, porrige manum. Vides doctorem periclitantem, adesto. Sed dicit aliquis, nullus est Paulo similis: Mox sumũt fastum, mox iudicant. Nullus est Paulo similis, istud & ego confiteor. Attamẽn qui recipit, inquit, prophetã in nomine prophetæ, mercedẽ prophetæ accipiet. Non enim illi ob hoc fuerunt in admiratione quòd Paulo auxiliarentur, uerũ quoniã Paulus susceperat euangelij prædicationẽ, ob id ab illis magni fiebat, quodq; illa patiebatur propter Christum. Nullus Paulo similis, imò nullus est, qui ad beatum illũ uel paululum accedat. At eadem est quæ tum erat ꝓdicatio. Neque solùm illi tum communicauerunt cum esset in uinculis, uerùm etiam ab ipso statim initio. Audi enim ipsum dicentem: Scitis autem & uos Philippenses, quod in initio nulla ecclesia mihi communicauit in ratione dati & accepti, nisi uos soli. At præter tentationes plurimum habet molestię qui doctorẽ agit, uigiliam, negotium loquendi, doctrinam, querelas, criminationes, incusationes, inuidiam. Num hęc pusilla uidentur, innumerabilium hominũ perferre linguas cũ liceat illis omissis sua ipsius curare? Hei mihi, quid facio? In medio duarum rerum cõstrictus sum. Cupio uos exhortari & animare ad opitulandum auxiliandumq; sanctis dei, uerùm metuo ne quis aliud suspicetur, uidelicet me hæc non uestra gratia, sed illorum causa loqui. Scitote autem me hæc illorũ gratia non loqui, sed uestra ipsorum causa. Et si uultis auscultare, rationibus ipsis hoc uobis persuadebo. Non est uobis par lucrum cum illis. Vos enim si quid dederitis, ea dabitis, qbus paulo post uelitis nolitis estis spoliandi, & qd habebatis alijs cessuri, Quæ uero accipitis, multo sunt maiora simul & meliora. An nõ hic est uobis animus, ut existimetis uos dando accipere? Nisi enim hoc pacto sitis affecti, ne dare quidem uos cupio. Itaque non pro illis uerba facio, nisi quis prius hunc animum sumpserit, ut existimet se accipere potius quàm dare, & immensum lucrum dando facere, magisq; se beneficio affici, quàm cõferre beneficium, ne det: si dat tanquam gratificans accipienti: ne det. Neque enim de hoc magnopere solicitus sum ut alãtur sancti. Etenim si tu non dederis, alius dabit. Proinde quod uolebã hoc est, ut uos de remissione peccatorum uestrorum consolationem habeatis. Etenim qui hoc animo non dederit, non accipiet consolationem. Non enim quisquis dat, facit eleemosynam, sed qui dat prompto alacriq; animo, qui gaudens dat, q gratiam habet accipienti. Ne ex tristitia, inquit, neque ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit deus. Ita quę qui non dat hoc modo, ne det. Damnum enim hoc est, non eleemosyna. Ergo si cognoscitis, quòd uos lucrũ facitis, non illi: scitote quòd maius lucrũ ad uos redit quàm ad illos. Nam illorum quidem corpori præbetur alimonia, uestra autem anima deo placita redditur. Illis, cùm accipiunt, nulla peccata condonantur: uobis aũt multa commissa, quibus deum offendistis, mitius habebunt. Cõmunicemus igitur illis in magnis illis certaminibus ac laboribus. Quidã cum reges adoptant, non arbitrantur se dare beneficium, sed accipere potius. Adopta tu Christum, & habebis multam securitatem. Vis & Paulo communicare? quid autem dixi, Paulo, cum Christus sit qui accipit? Vt autem sciatis quòd uestra causa tum dico tũ facio omnia, non ut alij refocillentur, solicitus: siquis est ecclesiæ præfectus, cui facultates sunt amplę, nec ullius eget, etiam si sanctus fuerit, ne da: sed præferi illi eum qui premitur inopia: etiamsi non emineat singulari uitæ sanctimonia. Quur ita tandem? Quoniã & Christus ita uult, dicens: Cum feceris cœnam aut prandiũ, ne uocaris amicos tuos, neq; uicinos tuos, sed mancos, claudos, cęcos, & eos qui non possint tibi referre gratiam. Non enim oportet in quoslibet talem humanitatem collocare, sed in esurientes, sed in sitientes, sed in nudos, sed in hospites. Non enim dixit simpliciter, alitus sum, sed esuriebam. Esurientem, inquit, me uidistis & aluistis. Duplex iustitia. Etenim si simpliciter oportet alere esurientem, multo magis id faciendum, si sanctus fuerit qui esurit. Quòd si sanctus quidem fuerit, non egeat autẽ, nequaquam alendus est. Neq; enim hoc lucrum fuerit, eo quod Christus istud non præceperit: imò potius ne sanctus qdẽ est ille, qui cum abundet, accipit eleemosynam. Vide tis quòd hæc uobis non ob turpe lucri studium dicta sunt, sed ad uestram magis utilitatem. Ale esurientem, ne alas ignem gehennæ. Ille uescens de tuis, etiã reliquias sanctificat. Considera quomodo uidua paruerit Heliam. Imò pasta est uerius quàm pauit, & accepit beneficium magis quàm dedit. Hoc nũc quoq; fit, sed in longè uberiore materia. Nõ enim lecythus olei, aut hydria farinæ reponitur, sed quid? Centuplũ in hoc seculo, & prętera uita eterna redditur. *Oleũ dei, est alimonia spiritualis. Esto fermentum purum. Vidua erat illa, fames urgebat. Nihil horum obstitit, quo minus aleret prophetã. Erant illi filij, ne sic quidẽ deterrita est. Hæc uidua illam æquiparat, quæ duo minuta misit. Non dixit apud se: Quid gratiæ ferã ab hoc? Ipse mei eger. Si quam uim haberet, nequaquã esuriret, & absterssisset squalorem, nec obnoxius esset iisdem malis quibus ego. Fortasis & ipse deum offendit. Nihil horum reputabat. Vides quãtum bonũ sit cum simplicitate dare beneficium, nec admodum curiose circũspicere qualis sit cui des. Si uidua uoluisset esse curiosa, hęsitasset, nec habuisset fiduciam. Itidem & Abraham si uoluisset esse curiosus, non excepisset angelos hospitio. Nec enim fieri potest, fieri inquã nõ potest, ut qui his in rebus exacte disquirit omnia, potiatur hoc quod quærit, imò talis potissimum incidit in impostores. Dices, quo nam pacto? Hoc dico: Qui pius est, nõ affectat uideri pius, nec sibi ipsi addit personam, sed studet esse aspernabilis. Contrà, impostor qui rem arte gerit, multam pietatis speciem sic addit sibi, ne facile queat deprehendi. Itaque fit, ut q bene facit ijs qui uidentur impij, in pios incidat: rursus qui eos, quærit qui uidẽtur pij, frequenter incidat: in impios. Quapropter obsecro, ut omnia faciam⁹ cũ simplicitate. Fingamus enim impostorem esse qui abs te petit. Nõ iussus es istuc exquirere: Omni, inquit, petẽti abs te tribue, & mercari mortuum ne parce. Atqui complures eorum quos tollis ad sepulturam, deprehensi in malis occisi sunt. Et tamẽ audis, ne parce. Sic enim

Morale.

græci stãt insacris.

mat.10.d

Luc.14.f

Hõa sua ipsi cõitasse,

Luc.6.d

1.Co.9.b

3.Re.17.b

hæc desunt in Veronensi.

mar.12.d

Gen.18.d

A enim similes erimus deo, sic erimus suspiciẽdi, & immortalibus potiemur bonis: quæ nobis omnibus cõtingat assequi gratia & erga nos charitate domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

AD LECTOREM.

Epistolam quæ ad Philippẽses est, Chrysostomus præter argumẽtum quindecim enarrauit homilijs. Omniũ primam cũ argumẽto Erasmus Latinam reddidit. Reliquas: quæ sequũtur, per Musculũ habes Latinas, & per Philippũ Montanũ ad exemplar Græcum recognitas.

Homilia. II.

Estis enim mihi deus est, quã desiderem uos omnes in uisceribus Iesu Christi. Et illud oro, ut charitas uestra adhuc magis atq; magis exuberet in agnitiõe, & in oĩ sensu ut probetis quæ sint ꝑstãtia, ut sitis syncери ac sine offensione in diẽ Christi, repleti fructibus iustitiæ, qui sunt per Iesum Christũ ad gloriam ac laudem dei.

T Deum testẽ nõ ideo citat, quòd fidẽ nõ mereatur, sed multò istud affectu: & ad hoc facit, ut uehementer ꝑsuadeantur, certoq; confidant. Quoniã dixerat eos B consortes suos factos esse, ne putarent eũ huius gratia isto esse desiderio erga se, propterea subiũxit, in uisceribus Christi. Quid hoc est? Idem. s. quod secundũ Christum, quasi dicat: Quoniam fideles estis, quoniã Christum amatis, propter dilectionẽ, quę secundum Christum est. Et non dixit dilectionẽ, sed quod feruẽtius erat, nempe: Viscera Christi. Tanquam parens uester factus, inquit, propter cognationem quæ secũdũ Christum est. Ipsa quippe uobis uiscera largitur, uiscera calentia & ignita. Germanis enim seruis suis uiscera sua donat. In illis, inquit, uisceribus, diligo uos, uisceribus non naturalibus, sed feruẽtioribus, quippe ipsius Christi. Quàm desiderem, inquit, uos omnes. Quoniam omnes tales iestis, sermone consequi nequeo quomodo uos desiderem. Dici itaque nequit. Propterea deo istud cognoscendum permitto, corda penetranti. Quòd si adulatus illis fuisset, deum utique testẽ non aduocasset. Neque enim istud periculo caret. Et hoc, inquit, oro, ut dilectio uestra adhuc magis atque magis exuberet. Est enim istud insatiabile bonũ. Vide siquidẽ. Ita dilectus magis adhuc diligi uoluit. C Qui enim diligit, dilectũ nusquã certo gradu dilectionis illum stare cupit. Nequit enim esse boni huius mẽsura, & illud Paulus semper deberi uult. Nemini quicquam, inquit, debetis, nisi ut mutuo uos inuicem diligatis. Dilectionis mensura est, nequaquam gradum figere. Vt dilectio uestra, inquit, adhuc magis atque magis exuberet. Vide dilectionis affectum, ut adhuc magis atq; magis, inquit, exuberet in agnitione, & in omni sensu, non simpliciter quamuis amicitiã, neque simpliciter dilectionem admiratur & celebrat, sed eã quę est ex cognitione, hoc est, qua non erga oẽs sit utendum. Istud enim non dilectionis, sed frigidi fuerit animi ac prorsus imbecillis. Quid est, in agnitiõe? Cum iudicio, cum ratione, cum sensu. Sunt enim qui prẽter rationem quosuis simpliciter ac fortuito diligunt. Vnde & fit, ut non sint admodum uehemẽtes tales amicitię. *In agnitione*, inquit, *& in sensu, ut probetis quæ sint præstantia.* Non propter me, sed propter uos ista dico. Timor enim est, nequis hęreticorũ dilectione corrumpatur. Hoc enim totum subindicat. Et uide quomodo ipsum ponat. Nõ ista, inquit, mea gratia dico, sed ut uos synceri sitis: hoc est, ne adulterinum dogma dilectionis prętextu suscipiatis. Quomodo igitur alibi, Cum omnibus, inquit, hominib⁹ quantum in uobis est, pacem habete? Pacẽ dixit habere, non ita diligentes ut amicitia damnum adferat. Si enim oculus tuus dexter, inqt, offensaculo tibi fuerit, erue illum ac proijce abs te, ut sitis synceri, nimirum erga deũ, & sine offensione erga homines. Multis quippe sæpenumero detrimento sunt amicitiæ. Etiã si te nihil læserint, inquit, alius tamen interea offenditur. *In diem Christi.* Hoc est, Vt tum mundi repe riamini, quippe qui nemini offensioni fueritis. *Repleti fructibus iustitiæ, qui sunt per Iesum Christum, ad gloriam & laudem dei.* Id est, cum dogmatibus quoq; uitam quoque rectã habentes. Et non simpliciter rectam, sed repletam etiam fructibus iustitiæ. Est aũt & iustitia quædam, sed non secundũ Christum. qualis est uita eorum qui fortiter ac strenuè uiuunt. Qui sunt per Iesum Christum ad laudem ac gloriam dei. Vides quòd nõ gloriam meam, sed iustitiam dei dico? Multis subinde locis iustitiam uocat eleemosynã. Nihil adferat, inquit, impedimenti uobis dilectio, ad hoc, ut cognoscatis quę sunt præstãtia. Non decidas E propterea quòd illum uel illum diligis. Auctam qpe uolo dilectionem uestram, at non ita, ut damno uobis sit. Et non simpliciter uelut ex prejudicio illud uolo, sed ut probetis primum, num rectè dicamus. Et non dixit, ut quæ nostra sunt eligatis, sed ut probetis. Neque apertè dixit, ne cuiuis appropietis aut applicemini, sed ad uestram utilitatem dilectionem uobis esse uolo, non ut sine sensu temerè fera mini. Stultum quippe fuerit si iustitiam non propter Christũ, & per Christum operati fueritis. Vide rursus illud, per ipsum. Ergo deo usus est ministro? Non ut ego, inquit, laudem capiam, sed ut deus glorificetur.

Scire aũt uos uolo fratres, quòd quæ mihi acciderunt, magis ad profectũ euangelij euenerunt, ita, ut uincula mea manifesta facta sint in Christo in toto ꝓtorio, ac cæteris omnibus. Posibile erat illos, audito quòd uinctus esset, dolere, putaréque ex eo remoras habituram euangelij prædicationem. Quid igitur facit? Mox illam suspicionem tollit. Et istud amantis est, ut quę sibi accidunt, illis manifestet, qui suo nomine curis angũtur. Quid dicis? In uinculis & compedibus es, & quomodo F euangelium ex eo incrementum sumit? Ita, inquit, quòd uincula mea manifesta facta sunt in toto prætorio. Deinde, non solùm hæc mea uincula aliorum ora non obturarunt, aut timidos effecerunt, sed magis confidentes reddiderunt. Itaque si illi qui periculis hisce uicini sunt, non solùm nihil hinc damni, sed plus etiam animi confidentis tulerunt: multo magis istud uobis accidere oportet. Nam si Paulus uinctus ægrè tulisset, ac siluisset, merito & ipsi eadem passi fuissent. Si uero uinctus maiore etiam fiducia egit, plus illis animi addidit, quàm si uinctus non fuisset. Quomodo uero ad profectum euangelij fecerunt uincula: Deus istud ita dispensauit, inquit, ut non essent occulta uincula mea, aut uincula in Christo, id est, propter Christum, in toto prætorio (tum enim regias ita uocabant) & in uniuersa ciuitate. *Vtq; plures ex fratribus in domino, freti uinculis meis, uberius iam audeant intrepidè sermonẽ loqui.* Ostendit quidem quòd & ante uincula sua fortes fuerint, cumq; fiducia differuerint: nunc uero multo amplius. Itaque si alij, inqt, animos ex uinculis meis sumũt, multo magis ego si alijs causa fiduciæ sum, multo magis mihi-

Ro.12.d

Mat.5.c

Ro.13.b

G ipsi. Vtq; plures ex fratribus in domino confidentes, multo audacius audent sermonem dei loqui sine timore. Quoniã magnum quid erat quod uincula sua alijs fiduciã addidisse dicit, propterea præoccupãdo, in domino, inqt. Vides quo à modestia etiã ibi non abstineat, ubi gloriandi necessitatem incumbere uidet. Vberius, inqt, iam audeant intrepidè sermonem loqui. Vberius illud, ostendentis est illos iam audere cœpisse. *Nonnulli quidẽ propter inuidiam & contentionẽ, nonnulli uerò & propter bonam uoluntatem Christum prædicant.* Quid hoc sit, dignum fuerit cognoscere. Quoniam in uinculis detinebatur Paulus, uehemens bellum multi in fidelium apud regem excitatum cupiẽtes, Christum & ipsi prędicabant, ut aucta regis ira tanquã ob prædicationem latius disseminatam, omnis furor & cõmotio in caput ipsius Pauli redũdaret. Causam itaq; duplici, inquit, occasioni uincula mea dederunt: istis quidem multum pepererunt fiducię, illos uero in spẽ perditionis meæ ductos, ad prędicandum Christum permouerunt: hoc est, Inuidentes gloriæ & instantiæ meæ, neq; perditum uolentes, contraq; tendentes, in hoc opere mecum laborant. aut, ut & ipsi in ptio habiti reputatiq; nonnihil gloriæ meæ detrahant. Nonnulli uero & propter bonam uolũtatem, hoc est præter hypocrisim, ex omni animi promptitudine. *Illi quidem ex contentione Christum annunciant non purè:* Id est, non syncere. Neque propter rem ipsam, sed cuius gratia? *Existimantes sese afflictionẽ addere uinculis meis.* Putãtes me hoc pacto in maius periculum casurum, tribulationi tribulationẽ superinducunt. O crudelitatẽ, ô diabolicã energiam. Vinctũ uidebant, & in carcere coniectũ, & tamẽ adhuc inuidebant. Auctas uolebant illius calamitates, maioriq; iræ regis obnoxium factum. Et bene dicit, existimantes. Neque enim ita euenit. Illi quidem, inquit, putabant hoc pacto se tristitiam mihi adferre, ego uero gaudium etiam sum, propter prædicationis profectum. *Ipsi uerò ex dilectione, scientes quòd in defensionem euangelij constitutus sim.* Quid est istud, quòd in defensionẽ euangelij constitutus sim? Hoc est rationes meas quas corã deo redditurus sum, promouẽtes & adiuuantes. Quid est, in defensionem? Iussus sum, inquit, prędicare, & iam rationem daturus sum, defensionẽmque obiturus pro opere isto quod in mandatis accepi. Itaq; ut facilis mihi sit defensio, adiuuant me. Nam si plurimi fuerint baptizati ac credentes inuenti, facilis erit parata defensio. Ita potest opus bonum, etiam ex proposito non bono, fieri. Et non solùm nulla reposita est pro eare merces, sed & supplicium. Quoniam enim Christum ideo prædicarunt, ut maioribus periculis præconem illius inuoluerent, mercedem non solùm non recipient, sed & pœnis & supplicio erunt obnoxij. Illi uero ex dilectione: hoc est, sciunt, quòd euãgelij mihi reddẽda sit ratio. *Quid enim? Dummodo quouis pacto siue per occasionẽ, siue per ueritatem Christus annuncietur.* Videte uim philosophiam Non admodum uehementer ipsos accusauit, sed quod factum est narrauit. Quid enim mea refert, inquit, siue isto siue illo pacto prædicetur, dũmodo quouis modo siue per occasionem siue per ueritatem Christus annuncietur? Non dixit, annunciator, uelut legislator, sed quod cõtigerat declarauit. Deinde etiamsi præcipiendo hoc dixisset, neque sic tamen hæreses induxisset. Inquiramus enim rem ipsam. Nam etiam si ad eum modum prædicare iussisset, quemadmodum illi prædicabãt, neque tamen uel hoc pacto hæresibus causam dedisset. Quomodo? Quoniam illi sanè prędicabant, scopus uero & animus, quo prædicabãt, corruptus erat, nihil immutata ipsa prędicatione: imò ut ita prędicarent, plurima cogebat necessitas. Nisi enim ita sanè prædicassent, non prædicasset ut Paulus. Si aliter docuissent, quàm Paulus, regis utique iram non auxissent. Nunc uero, ubi prædicationem illius augebant, similiter docebant, & pariter cum illo discipulos faciebant, inimicum illi regem hoc pacto, conspecta tanta discipulorum multitudine, reddere uolebant. Sed quis scelestus & impudens hunc sibi locum usurpauit? inquis. Imò contrarium potius fecissent, eos q iam crediderant abegissent, tantum abest ut credentium numerum auxissent, siquidem Paulum mordere uoluissent. Quid ergo dicem? Nimirũ hoc: Quòd unum istud spectarint illi, ut psentibus periculis Paulum, ne quo pacto dimitteretur aut effugeret, hoc modo inuoluerent. Atque hac ita putabant illũ magis tristitia conficiendum, prædicationẽmque extinguendam quàm per reliquos incredulos. Nam aliàs quidem & regis iram extinxissent, & Paulum exire, denuòque prædicare permisissent: sed hoc pacto totum euãgelij negotium sublatum iri, propter ipsum, putabant, si ipsum sustulissent. Non erant autẽ multi consilij huius consci, nisi nonnulli amatores.

Et in hoc, inqt, gaudeo, quin et gaudebo. Quid est, quin & gaudebo? Et amplius etiã fiat, inquit. Mihi quippe, inuiti licet, adiumento sunt, & pro laboribus illi suis supplicium: ego uero qui nihil confero, mercedem accipiam. An diabolo scelestius quicquam est? Prædicationis supplicium, laborumque pœnam considera. Vides quantis malis suos circunquaq; stimulet? Quo modo alius quispiam utcunq; hostis & inimicus, quic quid salutis est, ita profligasset? Vides quòd quisquis ueritati aduersatur, nihil efficiat, sed seipsum magis percutiat, quemadmodum qui contra stimulum calcitrat? *Nouì enim, inquit, quòd hoc mihi cedet ad salutẽ, per uestram deprecationem & subministrationem spiritus Iesu Christi.* Diabolo nihil est scelestius, ita suos undique inutilibus laboribus obruit & dissipat. Et nõ solùm nihil præmiorum acquirere permittit, sed & supplicio obnoxios facere nouit, non solùm prædicationem, sed & ieiunium tale, ac uirginitatem ipsis prę
M 1.Ti.4.a
figit, quæ non solùm præmijs illos priuet, sed & magnum malum aggredientibus se inducat. De quibus, inquit, cauterio notatam habentes conscientiam.

I *forte legẽdũ κεκαυτηριάσμενοι. instituti.*

Morale.

Proinde adhortor, ut pro omnib⁹ deo gratias agamus: Nobis enim & labores leuiores fecit, præmia adauxit. Quibus enim præmijs fruuntur apud nos q modestè utuntur matrimonio, illa non assequuntur qui uirginitatem etiam apud eos custodiunt, sed fornicantium iudicio obnoxij erunt, qui apud hęreticos de uirginitate gloriantur. Totum uero istud inde est, quòd nihil rectà intentione, recto scopo faciunt, sed per calumniam creaturarũ dei, ineffabilisque ipsius sapientiæ. Ne tamẽ torpeamus, certamina nobis decommensurata præscripsit, quæ nihil habeãt laboris. Verùm illa non ideo cõtemnamus. Si enim hæretici seipsos inutilibus laboribus deijciunt & affligunt, quid nobis excusatiõis relinquetur, qui neque eos labores ferre uolumus, qui & minores sunt, & plus mercedis habẽt? Quid enim graue, quid onerosum est, in
K
præceptis Christi? In uirginitate, degere nequis? Licet tibi nubere. Non potes ferre, ut omnibus bonis tuis priueris? Potes de illis quæ habes aliquid dare. Vt uestra, inquit, abundantia suppleat illorum inopiam.
L
2.Co.8.c Hæc quidem, quæ ad superandas corporales cõcupiscentias attinent, gratia uidentur. Alia uero nullo indigent sumptu, nulla uiolentia. Quæ nanque fuerit, dic, quæso, uiolentia, simpliciter nemini maledicere, neque calumniã omnino struere? Quæ uis fuerit non inuidere aliorum bonis? Aut quæ uis, gloria nõ capi? Tormenta patienter ferre, constantiæ est, philosophi cam uitam exercere, constantiæ est. paupertatem tolerare, cũ fame, & siti luctari constantiæ est. Quando uero nihil horum fuerit, sed licet ut bonis tuis, quatenus Christianum decet, fruaris: quæ, quæso, uiolẽtia fuerit aliorum bonis non inuidere? Inuidentia aliunde non est, quã ex eo quod rebus præsentibus nimio es addictior: immo hinc omnia mala. Nam si pecuniam & mundi huius gloriam nihili fecisses, nihil utique inuidiæ, erga eos qui istis potiuntur, sensisses. At quoniam illis inhias, illa miraris, illa stupes, propterea te & quæ inuidiæ sunt obturbant & fatigant. Atque ideo & quæ uanæ gloriæ studium concernunt,
B imò omnia huiusmodi ex eo nascuntur, quòd quæ psentis sunt uitæ, admirationi habentur. Inuidia torqueris, quòd ille uel ille dives est? Atqui commiseratione potius, & lachrymis, etiam qui talis est, dignus esse debebat. Sed ftatum istud, rideo, subinfers: Ego dignus sum qui deplorer, nõ ille qui dives est. Dignus planè es lachrymis, & tu quoq;. Non ideo quod eges, sed quòd teipsum pro misero habes. Deploramus. n. illos, qui cùm nihil habeant mali, nihilominus mole stè sortem suam ferunt, non quòd male habeant, sed quòd cùm non habeant malè, habere se putant: utpote si quis à febrili liberat⁹ ardore, nihilominus mœreat, & cùm sanus sit in lecto tamen plusquam febricitantes ipsi soleant, circũferatur: nõne is dignus fuerit qui deploretur? Ita & tu quoque sanè dignus es lachrymis, ob id quòd miserum teipsum æstimas, non ideo quòd pauper es. Paupertatis qppe gratia beatissimus etiam es. Vt quid inuides diuiti? Quòd seipsum pluribus curis obnoxium fecit? Quòd grauiori seruituti se subdidit? Quòd innumeris uelut catenis, canis instar, pecunijs suis ligatus est? Si quando hespera illũ
C & nox ipsa prehendit: quod alijs tempus est recreationis ac quietis, id huic tempus est tumultuationis, molestiæ, tristitiæ, & curarum. Si quid in ædibus uel modice strepit, mox ille turbatus exilit. A prædonibus spoliatus est quispiam? Plus perdito ipso curis conficitur cui nihil perijt. Is enim semel quidem periit, tristitiaque affectus, omnem postea curam abiecit: hic uero indesinenter curis angitur. Si nox, inquam, prehendit, nox illa malorum nostrorum portus, calamitatẽ nostrarum solatium, uulnerum pharmacum. Nam qui continuis ac magnis dolonbus undique premũtur, qui neque amicorum, neque cognatorum, nec domesticorum, ac sæpenumero neque parentum cõsolationibus cedunt, aut obtemperant, sed etiam ad illorum uerba indignantur, ad imperium somni, quẽtem iubentis, ne respicere quidem poterunt. Omni siquidẽ ardore magis animos nostros doloris amaritudo fiangit. Quemadmodum igitur corpus calore succensum, feruentioribusque Solis radijs reluctãdo fatigatum, si hospitium quoddam aut diuersoriũ locum, multis fontibus irriguum auráque tenui iucundum, nactum fuerit, refocillatur: ita & nox animos nostros, cum somno illos tradit, recreat. Imò illud
D
non nox neque somnus operatur, sed deus ipse misericordiam generis humani intuitus, hæc omnia ita disposuit. Nos uero nulla nostri ipsorum misericordia tacti: neq; secus quàm si hostiliter aduersum nosipsos essemus adfecti, tyrannidem meditamur ac struimus, ipsa naturali necessitate quietéque maiorem, uigilias nempe, diuitiarum gratia susceptas. Nam cura diuitiarum, inquit, somnum abigit. Et uide quanta sit dei, erga nos cura & prouidentia. Non animi nostri proposito quietem commisit: sed naturalibus illam necessitatibus ita obuinxit, ut nobis bene fiat uel inuitis. Dormire quippe naturæ est. Nos autem, tanquã nos ipsos uehementi odio prosequentes, nec minus quã alios impugnantes ac molestantes tyrannidem nobis procuramus, & imponimus hac naturali necessitate maiorem, eam uidelicet quæ à pecunijs est. Dies est? Tum sycophãtas, qui talis est, metuit. Nox illum apprehendit? Timet latrones. Mors imminet? Plus eo mordetur quòd quæ habet aliorum futura sunt, quã morte ipsa. Liberos habet? Tum maior illi est concupiscentia habendi, uidetúrque sibi tũ esse pauper. Nõ habet? Luget ac dolet. An hunc igitur beatũ estimas,
E
qui nusquam uel aliqua ex re gaudere potest? Huic inuides adeo fluctuãti, cũ tu in paupertate, uelut trãquillo portu, securus consistas? Et hoc re uera humanæ naturę uitium est, quòd quę bona sunt non gene rosè ferimus, sed in luxum lasciuimus. Atque ita hic q dem ista habent. Cum uerò hinc in aliud seculũ abierimus, audi quid ibi dicat dives ille multorum bonorum dominus, quemadmodum tu dicis. Ego quippe ista utique non dixerim bona. Hic itaq; infinitorũ bonorum dominus quid dicat, & in qua sit penuria, audi: Pater, inquit, Abraham, mitte Lazarum ut extremo digito linguæ meæ aquæ guttulam instillet, quoniã uelut in fartagine planè torrefio. Quòd si dives hic nihil etiam eorum quæ supra memini, perpessus esset, sed in summa securitate, præter quamuis solicitudinem, omnem uitam, quid dico omnem uitã? unicum illud momentum, egisset (momentum enim quoddam est omne nostrum seculum ad infinitũ illud futurum comparatum) quòd si etiam, inquam, omnia illi iuxta animi sententiam cessissent: an nõ ex his uerbis nihilominus, imò ex his rebus, miserabilis est? Age ô dives num mensa tua uino undiq; perfundebatur? Nũc uero ne guttam quidem aquæ in potestate habes, idq; in magna ista necessitate cõstitutus. Non pauperem illum ulcerosum contemnebãs? Nũc uero uidere illum petis, & nemo est qui det. Erat tum ante ianuam tuam, nũc uero est in sinu Abrahę. Sub amplis fastigijs tum accumbebas, nunc uero in igne gehennæ. Audiant ista diuites: imò non diuites, sed immisericordes. Nõ enim ideo punitus hic est, quòd dives, sed quòd sine misericordia fuit. Potest. n. fieri, ut qui dives est pariter & misericors, omne bonũ assequatur. Et propterea neminem alium, in tormentis cùm esset, uidit, quàm eum, à quo fuerat eleemosynã rogatus, ut disceret, quàm iustè tormenta illa ferret, in memoriam ductus eorum quæ malè gesserat. Nũ enim & innumeri alij pauperes iusti quoque fuerũt? Vtique. Sed hic illi apparet, qui ante illius ianuam iacuerat, instruens eum, & nos quoque quantũ sit bonũ, nullo ad pecunias affectu fuisse. Lazaro ad regni cõsequutionem, nihil obfuit ipsa paupertas. Huic ad effugium gehennę nihil profuere diuitiæ. Quandiu egeni? Quãdiu pauperes? Non est pauper, non est, in-

Nox.

Τὰ ἐφόδια τῆς ὁδοῦ.

Bonis suis.

Luc.16.f ἵνα ἄκρον τοῦ δακτύλου βάψῃ ἐπὶ στόμα μου τὴν γλῶτταν ὀδύνωμαι.

G quam, qui nihil habet, sed qui multa concupiscit. Vicissim non est diues, q multa possidet, sed qui nullius
mat.16.d eget. Quid enim profuerit, si orbem quidem uniuersum possederis, uitam uerò duxeris tristiorem quàm soleant qui nihil habent? Voluntates hominum & diuites faciunt & pauperes, non pecuniarum uel abundantia uel defectus. Vis diues fieri, qui pauper es? Licet si uolueris, atque id nemine etiam prohibente, cõtemne mundi pecunias. Cogita illas nihil esse, quem admodum & nihil sunt. Reijce abs te diuitiarum cupidinem, & planè ditatus es. Iste demum uerè diues est, qui ditescere non cupit. Qui pauper esse nõ uult, is pauper est. Quemadmodũ enim ille uerè ægrotus est, qui & in ipsa sanitate infirmi more mœret, non q morbum quauis sanitate facilius fert: ita & pauper est, qui paupertatem ferre nequit, sed in ipsis diuitijs pauperiorem se pauperibus esse putat, non is, qui paupertatem fert facilius, quã diuitias suas diuites. Is.n. ditior est. Dic enim, quẽso, quam ob rem paupertatẽ metuis? Quare ad illam tremis? Nũ propter famem? Nunquid propter sitim? an propter frigus, aut neque
H propter ista? Verùm non est, non est, inquam, qui spiam, qui istorum eguerit aliquando. Respicite etenim primordiales illas generationes, & uidete. Quis
Ibid. 6.d credidit domino, & derelictus est? Aut quis sperauit in illum, ac despectus est? &, Respicite uolatilia cœli, quoniam non serunt neque metunt, neque colligunt in horrea, & pater uester cœlestis pascit illa. Neminẽ citò quisquam nobis ostendere poterit, qui fame perierit ac frigore. Qua igitur ratione paupertatem horres? Dicere non poteris. Nam si necessariorum facultatem habes, quid paupertatem times? Quòd cares multitudine domesticorum? Istud est à dominis liberari. Istud est continua beatitudo. Hoc certè est à curis libertas. An quòd uasa sunt tibi, lectícæ', & reliqua supellectilia non sunt ex argento fabrefacta? Quid iam plus habet quàm tu si usum respexeris ac fruitio
nem, qui ista possidet? Nihil. Vsus enim idem & par est siue ex ista siue ex illa materia. Sed ob id fortè, quòd nõ multis es formidini? Absit, ut hoc unquam fiat. Quid nanq; uoluptatis haberet, si quidam te & timerent ac horrerent? Sed quòd tu' alios formidas?
I Verùm potes non formidare. Vis enim, inquit, nõ timerè potestatem? Fac quod bonũ est, & laudem habebis ab illa. Sed contemptui patemus', inquis, & ad
Ro.13.a quoduis malum ferẽdum exposiri? Istud maximè nõ paupertas facit, sed malitia, eò quòd multis pauperibus uitam sine negotio agentibus, & principes, & diuites, & magnates, omnibus & malefactoribus, & latronibus, & sacrilegis peius & miserius *egerunt. Idẽ enim in diuite diuitiæ operantur, quod in te paupertas. Nam quemadmodũ hic tibi, qui malefacere uolunt, ideo malefaciunt, quòd contẽptus es: ita diuiti, propterea quòd odio illum & inuidia prosequuntur. Atque hi magis quàm illi. Imò ista inuidendi uis fortior est quàm sit malefaciendi. Qui enim inuidet, nihil non omni facultate & potentia quàm studiosissimè operatur. Qui uerò contemnit, sæpenumero miseretur etiam contempti. Atque ita hoc ipsum illi causa fit remittendi & liberandi, quòd pauper est, quòd nihil habere potest roboris ac uiriũ. Et hinc est, quòd subinde, dum ei qui pauperi molestus est, dicimus: Egregiũ uerò facinus designaueris, si hunc sustuleris, si unũ hunc pauperculum occideris. Quę præmia nõ consequeris? Et hoc pacto furorẽ huiusmodi homi-

*ἀπήλλαξαν .i. degerunt, uel mortui sunt.

num supprimimus. Inuidia uerò quę est erga diuites, K
uehementer urget: quietis nõ prius patiẽs, quã quòd uolebat operata fuerit, uenenumq; cõceptum effudерit. Vides quòd neque paupertas neq; diuitię, bonum quid sint, sed nostrum ipsorum propositum & uolũtas. Voluntatem itaque nostram dirigamus, illam ad philosophię studium instruamus. Si illa bene habuerit, neq; diuitiæ nos regno dei eijcere poterunt, neque paupertas efficere, ut minus quid habeamus: sed paupertatem ipsam placidè feremus, nihil à consequutione futurorum bonorum, etiam eorũ quę hic sunt, impediti. Verum & istis potiemur, & cœlestia bona cõsequemur: quæ contingat nos omnes assequi &c.

Homilia. III.

T in hoc gaudeo, quin etiã gaudebo. Noui n. quòd
E *istud mihi, cedet ad salutẽ per uestrã deprecationẽ & subministrationem spiritus Iesu Christi secundũ expectationẽ & spem meam. Quoniam in nulla re pudefiam, sed cũ omni fiducia, ut semper, ita nũc quoq; magnificabitur Christus in corpore meo, siue p uitam siue p mortẽ.* Magnum & philosophicum animum nihil earum rerum quę in hac uita tristes accidũt, molestare potest, L
non inimici accusationes, non detractiones, nõ pericula, non insidię. Nequit enim quasi in quoddam excelsum montis receptus cacumen, à quoquam eorũ quib⁹ ab imo subiectę telluris impetitur prehẽdi. Talis erat mẽs Pauli. Quouis montium cacumine sublimiorem spiritualis philosophiæ locum tenebat, eius utiq; quę uera demum philosophia est. Quæ extrinsecus accidunt, uerba duntaxat sunt & puerorum ludus: sed de his nobis iam nõ est sermo: Pauli uerò uerba tractanda sunt. Habebat tũ beatus ille & regẽ hostiliter sibi aduersantem, & prẽterea alios quoq; inimicos, à quib⁹ precipuè, & amaris calumnijs adfligebatur. Et quid dicit? Non solũ, inquit, nullo hinc dolore adficior, neque ab officio decido, sed & gaudeo, & gaudebo. Non ad tempus, inquit, sed semper horum gratia gaudebo. Noui.n. quòd hoc mihi cedet ad salutem, futuram. s. quando uidelicet, ista inimicitia, & quæ aduersum me est æmulatio, prædicationẽ euangelij iuuet etiam & promoueat. *Per uestrã deprecationem ac subministrationem spiritus Iesu Christi, secundũ expectationem & spem meam.* Vide modestiã beati huius. M
Luctabatur in certaminibus. Præter ipsam coronam, innumera quoque assequutus erat: Paulus enim erat. Nam quid amplius quispiam dicet? Et ad Philippenses: Quoniam per uestram, inquit, deprecationem salũari potero, cùm tamen ex innumeris rebus bene gestis salutem possideret, *& subministrationem spiritus Iesu Christi*. Hoc est, si uestras precationes & gratiam nactus fuero. Id enim est quod dicit, & subministrationem spiritus, nẽpe, si subministratus, si plus aliquã to adauctus mihi fuerit spiritus. Sanè illud, ad salutẽ, liberationẽ intelligit, quasi dicat: quãtum attinet ad præsens, primum hoc periculum effugiam: nam de illo dicit: In prima mea defensione nemo mihi adfuit, 1.Ti.4.d
Nõ imputetur illis: sed dominus mihi adstitit & corroborauit me. Hoc itaq; iam propheticè prædicit.

Per uestram deprecationẽ & subministrationem spiritus Iesu Christi, secundum expectationem & spem meam: ita quippe spero. Etenim ne totum nos illorũ precibus committamus, nihil ipsi adferentes, uide quomodo quod suum erat, ponat: spem uidelicet omniũ bonorum causam. Quemadmodum propheta dicit: Fiat Psa.32.d
misericordia tua domine super nos, quemadmodum

sperauimus

A sperauimus ĩ te. Quemadmodũ & alibi dicit: Respici
Eccli.2.b te generationes priores, & uidete. Quis sperauit ĩ dominum, & confusus est? Et rursus beatus hic dicit,

Spes autẽ non pudefacit. Secũdũ expectationẽ, inqt, *& spem meã, quoniã nulla in re pudefiam.* Hęc ipsa est Paulisper, separare quod nusquàm pudefiã. Vides quãtæ sit uirtutis, sperare in deũ? Non pudefiã, inquit, quicquid euenerit: hoc est, Non uincent illi, sed quemadmodum semper, ita & nũc magnificabitur Christus in corpore meo. Sperabãt illi Paulũ se quidẽ hoc ue luti laqueo è medio tollere, p̃dicationẽ uero prorsus extinguere, tãquã illud iste eorum dolus efficere posset. Hoc itaq; dicit: Quod illi uolunt, nõ fiet: iam nõ moriar. Sed quomodo semp, ita nũc quoq; magnificabitur Christ⁹ ĩ corpore meo. Quomodo uidelicet sæpenumero ĩ pericula incidimus, in qbus de nobis desperabãt omnes, imo nosipsi de nobisipsis: (Nam ipsi nobisipsis, inqt, sentẽtiã mortis acceperam⁹, sed ex omnib⁹ eripuit nos domin⁹) ita et nũc quoq; magnificabitur ĩ corpore meo. Ne qs cogitet ac dicat: Quid igitur? Si tu mortu⁹ fueris, nõ magnificabitur? Scio planè, inquit. Neq; hoc ideo dixi, quod sola illũ uita magnificiat, magnificit illũ & mors. Interea ta
B mẽ magnificatur per uitã, inquit: non enim occidẽt me. Et si occiderit me, tamẽ etiã sic magnificabitur Christ⁹ Quomodo? Per uitã quidẽ, quod eripuit me. Per mortẽ uero, quod neq; mors mihi psuasit, ut ipsum negẽ, quod tantã animi prõptitudinẽ mihi largit⁹ ẽ, quod morte robustiorẽ me reddidit. Illic quod periculis me exemit: hic, quod nõ pmisit, ut mortis tyrãnidem exhorrerem. Ita uidelicet magnificabitur siue per uitã, siue per mortẽ. Ista uero dicit, non tanquam moriturus, (sed ut nihil tũ humani patiãtur, si quando contingat ipsum mori. Quod enĩ ista nõ uelut moritur⁹ (id quod ipsos omniũ potissimũ afflixisset) dixerit, uide quomodo idipsũ mittiget, tãtũ non apertè dicens: Hæc autẽ non tanquã iam moriturus dico. propterea & in ipso progressu subiũgit: Et hoc certo scio, quod mãsurus sum, & cũ omnibus uobis permãsurus. Quoniã nulla in re, inquit, pudefiã, hoc est, Nullum incutiet mihi pudorẽ si moriẽdũ sit, sed magnum etiã lucrum adferet. Neq; enim immortalis sum, splendidior enim ero, quàm si & immortalis essem. Quippe non idem est, eũ qui immortalis est cõtemnere mortẽ, atq; si mortalis hoc fecerit. Itaq; neq; hoc turpe fuerit, nempe, si iam morerer, sed non mortior. In neutro pudefiam, neq; in uita neq; in morte.
C *Vtrũque enim generosè faciã, siue uiuẽdũ sit, siue bene moriẽdũ. Hoc uidelicet animi Christiani est. Sed in omni*, ĩ quit, *fiducia.* Vides quomodo nõ pudefiam? Nam si mortis metus fiduciã meã amputasset, merito cũ de decore morerer. Si uerò nihil me terruit mors immi nens, nihil etiã si morerer, pudoris fuerit. Sed siue p uitã non pudefiam. Prædico enim euãgelij prædicationẽ, siue per mortẽ, neq; sic pudefiã. Siquidẽ nihil me timoris detinet, eãdẽ quippe fiduciam usq; ostẽdo. Neq; enĩ causam istã ideo turpitudinis quicquã habere putabitis, quod uinculorũ memini. Tantorũ nanq; bonorũ causam mihi dederũt hęc uincula, ut & aliis inde nata sit maior loquẽdi fiducia. Nõ enim propter Christũ uinctũ esse, sed uinculorũ metu quę Christi sũt prodere, turpe demũ est. Donec istud nõ fuerit, etiã fiduciam parient hæc uincula. Quãdoquidem frequenter pericula effugeri, ob eaq; aduersus ĩ fideles gloriari ualeã: si q̃do nos affligi cõtigerit, ne

ad pudorẽ nostrũ istud fieri existimetis. hoc enĩ non D
minus quã illud nobis fiducię largitur. Vide quomodo ĩ propria sua persona hoc adducat, id quod multis in locis facit, quemadmodum ad Romanos: Nõ Rom. 1.b
enim, inquit, me pudet euãgelij. Et ad Corithios, Hæc uerò, inquit per figurã transtulisti in me ipsũ & Apol 1.Co.4.a.
lo, siue per uitam, siue per mortẽ. Nõ hoc tanquã rerum ignarus dicit. Sciebat enim quod tũ nõdũ moriturus esset, sed demũ post ita. Verùm animos illorũ iam, ita in futurũ præparat. *Nam mihi uita Christus est, & mors lucrum.* Etiam moriẽdo, inquit, nõ moriar eo quod uitã habeo in me ipso. Tũ uero demũ me occiderint, si per metum & terrorẽ animo meo fidẽ potuerint excutere. Donec uero Christus in me fuerit, etiam si mors ingruerit, uiuã. Et in hac quoq; uita, nõ meũ est istud uiuere, sed Christi. Si uero neque in hac uita, quid i futura? Quod uero nũc in car
ne, iquit, uiuo ĩ fide uiuo. Illud & alibi dicit, Viuo au Gala.2.d
tem nõ iam ego, sed uiuit in me Christus. Talẽ oportet esse Christianam. Nõ uiuo, inquit, cõmunem uitã. Quomodo ergo uiuis ô beate Paule? Solẽ non uides? Cõmunem hunc aerẽ nõ spiras? Num cibis istis quibus nemo non uescitur, non pasceris? Num terrã istam nostromore calcas? Num somno indiges? Nũ E
uestimẽtis? Nũ calceis? Quid est quod dicis, nõ uiuo? Quomodo nõ uiuis? Quid gloriaris? Non habẽt ista uanam iactãtiã. Nisi enim rem ipsam probasset, merito quis uanam hic esse iactãtiã dixerit. Si uero quæ dicit, certo testimonio probat, quæ erit hic iactãtia? Quomodo ergo nõ uiuat, discam⁹. Nã & alibi dicit,
Ego mũdo crucifixus sum, & mihi mũdus. Quomo Ibidẽ.6.d
do igitur dicat, Nõ iã uiuo, & quomodo hic uita mihi Christus ẽ, audite. Vitæ nomẽ, dilecti, multę signi Vitæ nomẽ multæ significationis est. hoc est, plura significat, quẽadmodũ & mortis: est uita corporis, est uita peccati. Quẽadmodũ ipse alibi dicit: Si uero mortui sum⁹ peccato, quo Rom.7.d
modo adhuc uiuem⁹ ĩ illo? Est ergo uita qua pecca to uiuitur. Attendite, obsecro, diligẽter, ne frustra fatigemur. Est uita æterna & immortalis, quam significãs dicit, p ipsum uiuimus, mouemur & sumus. Itaq; Acto.17.f
non dicit se naturalem istam non uiuere uitã, sed eã quæ peccatorũ est, quã omnes homines uiuũt. Qui præsentẽ uitã non appetit, quomodo eam quę ĩ peccatis ẽ uiueret? Qui ad aliã festinat, quomodo peccatis uiueret? Qui mortẽ contẽnit, quomodo peccatis uiueret? Qui nihil eorũ quę hic sunt, cõcupiscit, quomodo peccatis uiueret? Quemadmodũ enim ex adamãte cõstans, coerceri nequit, etiam si millies percutiatur, ita neque hic Paulus. Viuo autẽ, inquit, non iã ego: hoc est, uetus homo iã non uiuit. Et alibi: Miser ego homo, qs me eripiet ex corpore mortis huius? Rom.7.d
Iã qui nec cibum curat, nec uestimentũ, nec quicquam rerũ præsentium, quomodo ille uiuit? Is certè neq; naturalẽ hanc uitam uiuit, qui temporalia nullius æstimat, non uiuit. Nos hãc uitam uiuimus, qui nihil nõ illi⁹ gratia facimus. Ille uero hãc non uiuebat, nihilq; eorũ quæ hic sunt, ex aĩo quærebat. Quomodo igitur uiuebat? Ad eum modum & nos de quibusdã dicimus: Mihi non adest ille, quando nihil eorũ facit, quæ me cõcernũt. Mihi nõ uiuit Ille, & uicissi. Quod enim naturalẽ hanc uitã non detrectauerit, patet ali Gala.2.d
bi, ubi dicit: Quod uero nũc uiuo ĩ carne, ĩ fide uiuo filij dei, qui dilexit me, quique seipsũ tradidit pro me: hoc est, nouã quãdam, immutatã & inusitatam uitã uiuo. Ista sanè omnia ad consolationẽ Philippensiũ

G dicit: Nolite, inquit, putare, quod naturali hac uita priuatus sim. Quanquam neq; uiuendo istam uitã, sed eam quã Christus uolebat, uiuebat. Nã dicas uelim, num eũ, qui nec pecunias, nec delicias, nec famẽ, nec sitim, neq; pericula, neq; sanitatem, nec salutẽ suam alicuius facit, uitam hanc uiuere putes? Qui nihil hic habet, qui uitam hanc sępenumero proiicere cupiẽs premente necessitate, nihil contra molitur, an hic uitam hãc uiuit? Nequaquam. Et ut propositò exẽplo uobis istud clarum red dã. Sit quispiam in multis diuitiis cõstitutus, habeat famulos & aurũ, utatur autem nihilo horum: Num is diuitiis istis diues erit? Nequaquã. Videat bona sua p liberos, uanè deceptos, aut turpiter uagabundos, dissipari, & nihil horũ curet, percussus ne doleat quidem: Num dicemus istũ in diuitiis esse? Nequaquam: quãquam diuitiæ illius sint. Mihi, inquit, uita Christus est. Si uoles indagare uitam meam, is ipse est. Et mors lucrũ. Quamobrẽ? Quoniam clarius & manifestius post mortẽ cũ ipso futurus sum. Mori igitur prẽstaret potius, quàm uiuere. Nihil molestię inferẽt qui me occidẽt, eo quòd H & ad uitam meam me dimittent & promouebũt, & ab ista non admodum cõmoda liberabũt. Quid igitur? Num hic existens, Christi non es? Et hìc planè illius sum. *Quod si uerò contingat in carne uiuere, id mihi fructus est operis, & quid eligam ignoro.* Ne quis dicat: Quòd si mors tibi uita est, qua te ratiõe Christus hic reliquit? Fructus est operis, inquit. Potest itaque fieri, ut præsenti uita bene, ut oportet, utatur, etiam qui illam non uiuit, ne putes illum huic uitæ calumniam struere. Nam si nihil nobis, quod usui sit, in hac uita relinquitur: quãnã ratione nosipsos nõ è medio tollimus & occidimus? Nequaquã, inquit: Possumus & in hac uita constituti lucri quicquam adipisci, si non eam, sed alteram uitam uixerimus. Sed fortè dicet quispiam, an & istud fructum tibi adfert? utique, inquit. Vbi nunc sunt hæretici? Ecce iam in carne uiue re fructus est operis. Quòd autem nunc in carne uiuo, i fide uiuo, propterea fructus est operis. Et quid eligã ignoro. Papæ, quãta fuit Apostoli philosophia? Quomodo præsentis uitæ desiderium excussit, & ipsam tamen nihil criminatus est? Quòd enim dicit, mors mihi lucrum est, eo ostendit, uitæ se desideriũ abiecisse. Quòd uero subdit, in carne uiuere, fructꝰ ẽ operis, declarat prẽsentẽ uitam necessariam quoque esse, siquidem rectè illa usi fuerimus, si fructũ tulerimus, ita ut si infrugifera fuerit, iam uita non sit. Nam & arbores infrugiferas nõ minus quàm aridas auersamur, ignicq; tradimus. Viuere enim mediũ est & indifferens. Bene uero uel malè uiuere, in nobis est sitũ uitã itaque nullo prosequamur odio. Possumus eni bene uiuere: imo etiã si malè uita hac usi fuerimus, neque sic tamẽ illam culpauerimus. Quare? Quia nõ ipsum uiuere causa illius est, sed uolũtas eorum, qui uita malè utuntur. Deus enim uitam fecit, ut ipsi uiuas. Tu uero ex malitiæ studio peccatis uiuẽs, nullo nõ iudicio teipsum obnoxiũ facis. Quid ais, dic, quæso? Ignoras quid eligas? Magnum hìc mysterium aperuit. Nempe, potestatem habere se abeundi? Quãdo enim optio datur & electio, potestatem eligendorũ habemus. Quid eligam, inquit, ignoro. In tua ergo potestate est? utique. si uoluero deum orare gratiam.

Coarctor ex his duobus, desiderium habens. Vide paternum affectum & amorẽ beati huius. Et hac ratione illos consolatur, quãdo uident eum electionis hu-

ius esse dominũ, mortemq; illius non in humana si- K tã esse malitia, sed dispẽsatione diuina. Quid, inquit, mortis gratia mœretis? Multò melius erat iam olim uitam hanc excessisse. *Nam dissolui, inquit, et esse cũ Christo, longè melius est. In carne uerò manere, necessariũ magis propter uos.* His illos ad futuram mortem suam præparat, ut generosè illam ferant. His illos ad philosophiam imbuit. Bonum, inquit, est dissolui, & esse cum Christo. Mors enim ex indifferentibus est: nam mori malum non est: sed eum qui mortuus est ad supplicium rapi, hoc demum malum est. Neque bonum est mori, sed posteaquàm mortuus fueris apud Christum esse, istuc bonum est. Quę post mortẽ accidũt, uel bona sunt uel mala. Morale. *Mortui quomodo lugendi.*

Mortuos itaq; non eo nomine lugeamus quòd mortui sũt, neq; uiuorũ gratia ob id simpliciter gaudeamus quòd uiuũt. Sed quid? Lugeam⁹ peccatores, nõ solùm mortuos, sed & uiuẽtes. Gaudeamus propter iustos, non solùm uiuentes, sed & mortuos. Nã illi quidẽ etiam uiuentes mortui sunt, isti uerò mortui quoque uiuunt. Illi etiam hìc existẽtes omnibus deplorandi sunt, eò quòd deum offendũt: isti in aliã quoque uitã trãsfati beati sunt, eò quòd ad Christũ L hinc abierunt. Peccatores ubi ubi fuerit, procul à rege sũt, atque ideo digni qui defleãtur. Iusti uero siue hìc siue in futuro seculo fuerint, cũ rege sunt: illic tamen magis & propius, non, per accessum ac fidẽ, sed facie ad faciem. Non itaque deploremus simpliciter mortuos, sed eos qui in peccatis sunt. Hi quippe & lamentis, & planctu, & lachrymis digni sunt. Nam, dic, quæso, quæ spes esse poterit illis, qui cũ peccatis suis eò hinc abscedũt, ubi peccata exuere nõ licet? Donec enim erant in hoc seculo, plurimum fortè erat expectationis ac spei, immutandos illos, meliores{que} fore. *Psal. 6.b* Digressi uero in infernum, ubi nihil potest prodesse pœnitentia: (In inferno siquidem, inquit, quis cõfitebitur tibi?) quomodo digni nõ sunt qui deplorẽtur? Defleamus eos, qui hoc pacto hinc abeũt, nõ prohibeo. Defleamus eos: sed non præter decorum, nõ capillos euellentes, non brachia nudantes, non faciẽ lacerãtes, nõ nigris nos uestibus obuelãtes, sed in animo duntaxat amaras lachrymas tacitè fundẽtes. Potest enim etiam sine ista pompa plorari, & nõ ita dũtaxat ludi. Nihil enì à ludis differunt, quę à quibusdã fiunt. Quoniam enim illi plãctus, qui in foro fiũt, nõ M ex cõpassione, sed ostẽtatione, & ambitione, uanęq; gloriæ studio sũt, multæ hoc mulieres ex artificio & composito faciunt. Amarũ plorato, gemito apud te ipsum, nemine uidẽte, atque istud demũ compassionis fuerit, istud tibi proderit. Qui nanque peccatorẽ ita luget, multo is magis cauebit, ne in eadem aliquã do delicta incidat. Terribile enim deinceps peccatũ erit. Defleto infideles, defleto eos qui nihil ab ifidelibus differũt, qui sine illustratione hinc abeũt, sine signaculo. Isti re uera digni sunt plãctibus, digni lamẽtationibus: quippe qui extra regias cœlestes cũ iudicio obnoxiis sunt & cõdemnatis. Amen enì, inquit, *Ioan. 3.d* dico uobis, nisi quis natꝰ fuerit ex aqua & spiritu, nõ intrabit in regnũ cœlorum. Deplorato eos qui in diuitiis mortui sunt, & nihil consolationis suis ipsorũ animabus ex diuitiis suis procurarunt: eos, qui quũ potestatem abluendorum peccatorũ habuissent, noluerũt. hos defleamus & priuatim & cõmuniter omnes sed cũ modestię decoro, sed cũ grauitate, sed nõ uelut lubridio nosipsos exponẽtes. Hos, inquam, nõ

A unum aut alterum deploremus diem, sed omnẽ nostram uitã. Non sunt absurdi affectus hæ lachrymę, sed magni amoris. Aliæ uerò absurdo & irratiõali affectu fiunt, atq; ideo mox etiã desinũt. Quãdo uerò ex timore dei nascuntur semper durant. Defleamus istos, iuuem⁹ eos pro uiribus, procurem⁹ illis aliquid auxilij, modici quidẽ: attamẽ iuuemus eos. Quomodo, quà ue ratiõe? Precantes, adhortemur & alios ut pro illis orẽt. pauperibusq; idesinẽter pro illis eleemosynas demus. Habet res ista nonnihil cõsolatiõis. Au- *4.R.19.g* di quippe quid deus dicat: Protegam ciuitatẽ istam propter me, & propter Dauid seruum meum. Si memoria duntaxat iusti tantum ualuit, quãdo & opera pro tali fiunt, quid nõ poterunt? Nõ frustra ab Apostolis sancitum est, ut in celebratione uenerandorũ mysteriorum memoria fiat eorum qui hinc discesserunt. Nouerunt illis multũ hinc emolumẽti fieri multũ utilitatis. Stante siquidẽ uniuerso populo manus in cœlos extendente, cœtu itẽ sacerdotali, uerẽdoq; posito sacrificio: quomodo deũ nõ placaremus pro istis orantes? Verum istud quidẽ de illis dicimus, qui in fide abscesserũt. Catechumenos uerò neq; isto solatio dignamur, sed omni huiusmodi destituti sũt auxilio, uno quodam dẽpto, Quòniã illos⁹ Pauperibus illorum nomine dare licet, unde illis nonnihil refrigerij accedit. Nam ita uult deus, ut nos inuicẽ mutuò iuuemus. Qua nanq; alia ratione pro mũdi nos pace & incolumitate precari iussit? Quamobrem pro omnibus hominib⁹? Tametsi hìc, ubi omnes dicit, & latrones, & sacrilegi sepulchrorũ spoliatores, ac fures, innumerisq; malis aliis scatentes comprehendantur, nihilo tamẽ minus pro omnibus oremus: erit fortè aliqua illorum cõuersio. Quemadmodũ itaq; pro uinis istis oramus, qui tamẽ nihilo differũt à mortuis: ita & pro mortuis orari potest. Pro liberis suis sacrificabat Iob, & à peccatis illos liberabat. Ne qd, inquit, *Iob.1.b.* fortè peruersi cogitauerint in cordibus suis. Ita prouidendum est liberis. Non dicebat, quemadmodũ plurimi solent relinquo illis quam habeo substantiam. Non dicebat, dabo illis gloriã: non dicebat, emã illis principatũ: nõ dicebat, emã illis agros: sed quid? Ne fortè cogitauerit aliquid i cordibns suis. Quæ nanq; C poterit esse eorũ utilitas, quæ i hac uita sunt? Nulla. Regem, inquit, omnium propitium illis efficiam, & nihil erit amplius quod desiderari queat. Dominus *Psa.22.4* enim, inquit, pascit me, & nihil mihi deerit. Is magnarum diuitiarum, is thesauri loco est: quòd si nobis timor esset dei, nulla re distitueremur. Hic uerò si non fuerit, etiam si regnum habuerimus, omnibus tamẽ pauperiores sumus. Nihil illi adæquari poterit, qui timore dei prẽditus est. Timor siquidem domini omnia, inquit, excellit. Hunc aquiramus, pro hoc omnia *Eccl.23.d* faciamus, etiam si anima relinquenda sit, non parcamus. Etiam si trucidandũ sit corpus, faciamus omnia, ut timorem hunc assequamur. Ita quippe omnibus erimus opulentiores, bonisq; futuris potiemur.

Memoria mortuorũ in celebratione sacrorum. πλήρωμα ἱερατικόν.

Homilia IIII.

T*quid eligam ignoro. Coarctor autem ex his duo* E *bus, desiderium habens dissolui & esse cum Christo, id quod longè melius est: manere uerò in carne, necessariũ magis propter uos. Et hoc certò noui quòd mãsurus sim, et cũ omnibus uobis pmãsurus sim in uestrũ profectũ, & gaudiũ fidei, ut gloriatio uestra exuberet in Christo Iesu, in me, per meũ ad uos reditũ.* Nihil animo Pauli beatius, quandoquidem nihil generosius. Propterea mortem horremus omnes: isti quidẽ propter peccatorum multitudinem, quorum ipse unus sum: illi uerò propter uitæ cupiditatẽ, & moriendi laboriosam miseriam, quorum ego nunquam fuero. Animales enim sunt qui hoc timore tenẽtur. Hoc itaque quod nos omnes expauescimus, ille exoptabat etiã & ad hoc summopere anhelabat, dissolui dicens lõgè esse melius. Quid dicis Paule? Quũ hinc abiens in ipsum cœlum migraturus sis, atq; cũ Christo futurus, ignoras quid eligere debeas? Sed procul istud est à mente Pauli. Quis enì fuerit, cui sì quisquam istud dixisset, obfirmassetq;, qui nõ mox arripuisset? utique nemo. Quemadmodum enì in nostra potestate nõ est, dissolui & esse cũ Christo: ita neq; quod præsens est obtinere. nempe, ut hìc maneamus, nostrũ est, sed utraque ista Pauli animiq; illis fuerunt. Ille persuasus, horũmque certus erat. Cũ Christo futurus es, & dicis, quid eligam ignoro? Et nõ solùm istud, sed & quod huius est uitæ eligis? Nempe ut i carne maneas. Quã- *2.Co.11.f* obrem? Nõ acerbã uitam ducebas in uigiliis, in naufragiis, in fame ac siti, in nuditate, in curis, ac solicitudinibus? cũ infirmis infirmus eras, propter eos qui offendebãtur urebaris. In multa patiẽtia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, i plagis, in carcere *Ibidẽ.6.a* ribus, i seditionibus, in ieiuniis, i puritate. Quinquies quadragenas plagas, una minꝰ accepisti, ter uirgis ecæsus, semel lapidatus, noctem ac diem i profundo egisti, in periculis fluminum, periculis latronũ, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in falsis fratribus. Nunquid quando uniuersa Galatarum gens ad legis esset obseruantiã reuersa, clamabas, di- *Gala.3.a* cens: Quicũque in lege iustificamini, à gratia excidistis? Quãtum, quæso, tum legebas? Et adhuc ifelicẽ hanc uitam desideras? Si nãque nihil horum tibi obtigisset, sed quicquid agebas, liberè & cũ uoluptate etiam patrasses, nunquid oportebat incertitudinẽ futuri euentus metuentem, ad portum quẽdam cõfugere? Quis mercator, nauem habẽs multis rerum copiis plenam, cùm liceat ad portum iam appellere, tuto{que} quiescere, adhuc tamẽ in mari nauigare mallet? Quis athleta cupiet amplius certare, cùm iam liceat coronari? Quis pugilum eliget denuo certamẽ ingressus de suo ipsius capite periclitari, cùm iã, si uellet, coronam posset accipere? Quis est ille miles, qui cum liceat iam cũ celebritate & trophæis à bello liberari, cumq; rege in ipsis quiescere ac refocillari regiis, sustineat adhuc in bello & sudare: & in aciem collocari? Quomodo ergo cupis adhuc in hac uita consistere, quam adeo amarã uiuis? an non dicebas: Timeo ne quo pacto, cũ aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar? Et si ob nullam aliã causam, ob hanc certè liberationẽ desiderare oportebat. Etsi innumeris bonis referta fuissent præsentia, propter Christum tamẽ dilectum ac desideratum, ab illis liberatum iri cõcupiscẽdũ fuerat. Papæ, quis est hic Apostoli animus? Nihil illi par unquã, uel fuit uel erit. Futura metuis, innumeris malis obnoxius es: & apud Christũ tamẽ esse non uis? Nõ, inquit, atq; id propter ipsum Christũ, ut quos illi lucrifeci seruos, expeditiores constituã & solidiores, & ut agricolationẽ illam quã plantaui, frugiferam reddã. Nõ audisti me, nõ quod mihi est utile, sed quæ sunt proximorum quærẽtẽ? Nõ audisti: quomodo anathema à Christo fieri cõcupierim, quò ad *1Cor.10* ipsum multi cõcederent? Qui illud uolui: quomodo *Rom.9.a* non multò amplius istud eligam, quum mihi ipsi

G libenter ex mora ac dilatione damnū inferam, quo aliqua possit illis obtigere salus? Quis loquetur potē tias tuas domine, quod Paulū nō es passus delitescere, sed orbi uniuerso uirū hunc in lucem exhibuisti? Laudarunt te simulomnes angeli cū astra creares: et Solē. Veruntamē non ita, quemadmodū cum Paulū nobis toto orbe conspicuū faceres. Propterea cœlo splēdidior facta est terra. Nam clarior iste solari lumine, illustriorem emisit splendorē, claros extendit radios. Quantū hic nobis peperit fructū, non spicas pinguefaciens, aut humectans, sed pietatis frugē & proferens, & ad uigorem ducens, languidosq; indesinēter recreans? Sol enim ille, si quid ex arborū fructibus emarcidū fuerit, nihil poterit iuuare. Paul⁹ uerò etiam eos qui innumeram ex peccatis marcedinē cōtraxerāt, restituit. Et ille quidem nocti cedit, hic uerò & satanam uicit, nihil hunc sustulit, nihil uicit. Sol ille in sublimi uectus, radios dimittit: ipse uerò Paulus in fernē ortus nō cœli medium ac terrā luce sua adimpleuit, sed simul atq; os suū aperuit, angelos etiā multa uoluptate affecit. Nam si super uno peccatore resipiscente gaudiū fit in cœlis: ipse uero cū prima mox cōcioē multos uenat⁹ sit quomodo nō gaudio cœlestes potestates repleuisset? Et quid dico? Simpliciter Paulum loqui sufficiebat, ad hoc ut cœli exultarēt & lætarētur. Si enī cùm ex Aegypto egressi essent Israelitę, montes exiliebāt uelut arietes: quādo in cœlū ex terra transferebantur homines, quantū putas fuisse gaudij? Propterea dicit: manere in carne necessarium magis est propter uos. Quam deiceps nos excusatiōnē habebimus? Fit enim sæpenumero ut exiguā quādam ciuitatem ac pauperē, homo quispiā fortitus, non sustineat aliò abire, propriā hac in re quietē cōsiderans & anteponēs. Ad Christum erat abeundum Paulo, & Christum illum nolebat, quē tamen usque adeo desiderabat, ut illius gratia & gehēnā elegerit, & i certamine diutius adhuc propter homines māserit, Quę, quęso, nobis reliquetur excusatio? Omnino uero cādidè Pauli mētionē facere oportet: uide quid fecerit. Ostendit quòd melius esset si abiret, psuadēs ne sui gratia dolerent. Ostēdit quod & si maneat, ipI sorum gratia maneat, quod istud nō ex insidiantiū malitia fiat: ut igitur & fidem illis faciat, causam quo que apposuit. Nā si necessariū est, inquit, ut manea, nō temere manebo solùm, sed & uobiscū manebo: hoc est, uidebo uos. Quamobrē? Ad fidei uestrę profectū & gaudiū. Hic ipsos etiam excitat, ut sibiipsis diligenter attēdant. Si enim propter uos, inquit, manebo: uidete ne præsentiam meā dedecore afficiatis. Cum iam Christum uisurus essem, elegi propter uestrum commodum adhuc manere. Quādoquidem mea præsentia & ad fidem uestram, & gaudium confert, propterea uolui manere. Quid igitur Philippensium duntaxat gratia mansit? Nō solùm illorum gratia mansit, sed ideo illud dicit, ut eis medeatur. Quomodo uero promouebātur fide? ut uos magis atq; magis cōfirmem, inquit, quēadmodū pullis necessaria est matris opera, donec solidiores nacti fuerint alas. Magnæ dilectionis indicium est istud. Ad hunc modū & nos quosdam excitamus, ut cùm dicimus: Tui gratia hic mansi, ut bonū te reddam. Vt gloriatio uestra, inquit, exuberet in Christo Iesu, in me, per meū ad uos reditum. Vides quod illud sympara-
meno, idē, simul manebo, hoc sit quod dixi? uide animi modestiam & humilitatē. Quoniam dixerat ad uestrum profectū, ostendit quod illud & ad suā ipsius utilitatē facturus sit. Quod & ad Romanos scribens facit: cùm dicit, Hoc uero est, ut cōmunem acquirā i uobis consolationē, quū præmisissem, ut aliquod spirituale donū uobis impertiar. Quid est autē ut gloriatio uestra exuberet? Gloriatio erat i fide corroboratū esse. Nam istud demum in Christo gloriari, est, rectè uiuere: Gloriatio uestra in me per meum est ad uos reditum: planè, inquit. Quæ est enim spes nostra? aut quæ corona exultatiōis: Nūquid & uos? Quoniā gloriatio nostra uos estis, quēadmodū & nos uestra: Hoc est, ut habeā quo magis in uobis glorier. Quo modo? ut exuberet gloriatio uestra, magis gloriari possū, crescētibus uobis, p meū ad uos reditū. Quid igitur. Ad eos uenit? hoc scilicet quæritur, nū ad eos redierit. *Duntaxat ut euangelio Christi dignum est, conuersemini.* Vides illū propterea cuncta dixisse, ut admoneat eos ad hoc, ut in uirtute augescant. Tantū, ut dignum est euangelio christi conuersemini. Quid est illud, tātùm? Hoc scilicet solùm ē quod quæritur, & præterea nihil. Istud si fuerit, nihil mali nobis obtiget. *Vt siue cū uenero & uidero uos, siue absens sim, audiā de rebus uestris.* Ista non dicit tanquā mutatus, aut uelut nondū uenturus ad eos: sed si fuerit istud, inquit, possū & absens bono in uobis esse animo. *Si audiero uos in uno stare spiritu, et anima una.* Istud est quod potissimū fideles cōiūgit dilectionemq; cōtinet, ut unū sint. Regnū enim i seipso diuisum, nō stabit. Propterea ubiq; tam multis ad cōsensū cōsulit: Et Christus dicit, In hoc cognoscēt oēs, quod discipuli mei estis, si dilexeritis uos inuicem. hoc est, Nolite i expectatū meum ad uos reditum respiciētes, obdormire, quēadmodū solent qui uēturos expectāt, deinde si quādo uideritis me nō uenturū, ne frangamini, nam possum non minus ex auditu & fama rerū uestrarū gaudere. Quid est autē, i uno spiritu? Id est, in uno cōcordiæ alacritatisq; charisinate. Spiritus enim unus est. Ostēdit etiā, (nam ita res habet) in una tū nos stare anima, quando spiritū unū habemus omnes. Vide, quomodo illud unum, ad cōcordiam & cōsensū referatur. Ecce multæ animæ una dicūtur: ita erat antiquitus. Erat omnibus, iquit, cor unū & anima una. *Adiuuantes decertantem & laborantem euangelij fidem.* Igitur tanquàm luctante certāteq; fide, iuuate simul uos inuicem. Nō enim aduersus seipsos inuicē luctabantur, sed adiuuate uos inuicem, inquit, interea dū euangelij fides luctatur. *Et nulla in re conterrnemini ab aduersariis, quæ illis quidē euidens est perditionis argumē tum, uobis uerò salutis.* Rectè dixit, cōsternemini. Nā talia quæ ab inimicis fiunt, territāt dūtaxat. Nulla igitur in re, inquit, quicquid tādem eueniat, siue sint pericula, siue insidiæ. Hoc enim est rectè ac solidè persistentium, nam illi nihil possunt, nisi terrere tantum. Quū ergo possibile esset territari ipsos, utpote, innumera mala Paulū pati uidētes, nō dico, inquit, ne fluctuetis, sed ne terreamini, imo uehementer illos contemnite etiā. Etenī si ita fueritis animati, & uestram hinc salutem iam, & illorū perditionem manifestam & euidētē facietis. Nam quando uiderint se nullo pacto terrere uos posse, ut ut inumera moliātur, suæ ipsorum perditionis certa hinc indicia capient. Etenim quando nec psequutores eorū, quos psequūtur, nec isidiatores, qbus isidiātur, nec potētes, quorū dominātur, uictores euadere possūt, an nō uel ex hoc ipso manifestū illis sit, quòd pereant, quòd nihil possint,

τὸ μέσον οὐρανοῦ — dimidiā cœliparte intelligit. Luc.15.b

ἁπλῶς.

τύπαραμεγνύν.

Rom.1.b

ὑμῶν ἐπιδημίαν, ἔκτεκτὸν quæritur i.contrauertitur, disputatur.

Mat.12.b et L.11.b

Ioan.13.b

Acto.4.f

ἐυδεῖ ξις. Erasmus reddit tam sam.

A quòd quæ illorum sunt falsa sint, quæ horū uero infirma? Et *hoc, à deo, inquit, quia uobis datū est pro Christo, nō solū, ut in ipsū credatis, sed ut et patiamini pro ipso.* Rursus mentem ipsorum ad modestiam instruit, dū omnia deo adscribens & gratiam esse dicit, & gratuitū munus ac donū pro Christo patiri: itaq; nolite pudefieri, Gratuitū enim munus est ac maioris admiratiōis, quā sit re uera mortuos excitare, & signa miranda patrare. Nam illic quidem debitor sum, hic uero debitorem habeo Christū. Itaq; non solùm pudefieri nō oportet, sed gaudere etiam, tanquam donationem gratuitam has uirtutes habentem. Donationes, inquit. Non simili quidem & eadem ratione quē admodum & alię. Nam illę quidē totæ omnino dei sunt, istæ uero & nostræ. Sed quoniam & hic potior pars dei est, propterea totum ipsius esse dicit, nō libe rum tollens arbitrium, sed ad modestiam illos & animi gratitudinem instituens. *Idem certamen habentes, quale uidistis in me.* hoc est: cuius exemplum habetis. Rursus illos hic extollit, ubiq; ostendēs eos eadem se cum passos, eadē decertātes, priuatim etiam & apud
B seipsos, & quòd pariter præcipuas secum tētationes ferant. Non dicit, audistis, sed, uidistis. Nam illic Philippis decertauerat. Magna itaq; ista horū uirtus est,
Gala.3.a Heb.10.f unde & ad Galatas scribens dixit: Tāta passi estis sine stra, si tamen & frustra. Rursus & Hebręis scribens dixit. Ad memoriam uero reuocate superiores dies, in quibus illuminati, ingens certamen adflictionum sustinuistis, dum partim quidē probris & pressuris, ue
1 The.1.d Ibidē.2.a lut in theatro collocati, adfecti estis, Item & Macedonibus: hoc est, Thessalonicēsibus scribens dixit: Ipsi enim de nobis annunciant, qualem ingressū habueri mus ad uos. Et itetū: Ipsi enim nostis fratres ingressum nostrum ad uos, quòd non fuerit inanis. Et ombus pariter eorūdem certaminum & luctarum testimonium præbet. Sed istuc nūc apud nos nō inuenietis. Iam enim satis habetur, si uel in pecuniis quic quam detrimenti quispiā ferat. Quin & hic, quod ad
He.10.g pecuniarum rerūmq; iacturā attinet, magna de illis profitetur Apostolus. Nam istis dicit: quoniam rapinam bonorum uestrorum cum gaudio sustinuistis:
Rom.15.f 2.Co.9.a illis uerò, Quoniam Macedoniæ placuit & Achaiæ
C communicationem quandam facere in pauperes. Et iterum: Zelus uester excitauit plurimos.

Morale.

Vides encomia uirorum illorum, qui tum fuerūt? Nos uero neq; ad alapas usq;, neq; adplagas patiētes sumus, nec conuicium, nec pecuniarum iacturā ferimus. At illi iam omnes zelotæ erant & martyres in agone decertantes. Nos uero quod dilectionē i Christum concernit, planè refriximus. Cogor iterum præsentem retū statum carpere. Et quid accidit? Nolebā enim, sed cogor: nam si tacendo, & nihil eorum quę fiunt carpēdo, per silentiū quæ gerūtur, amoliri licuisset, silere utiq; oportebat: si uero cōtrarium fit, ita ut nō solū tacētibus nobis nō extirpentur, sed & peiora fiant, necessario loquimur. Peccatores enī corripiēs, etsi nihil aliud, hoc tamē efficit, ut malum ultra pro
Pudorem quēdam omnibus mortalibus idtū gredi non sinat. Non enim uspiam est tā impudens & improbus animus, qui quum audiat se à nōnullis indesinēter iprobari, nullo afficiatur pudore, neque plurimum malitiæ remittat. Est enim, est, inquam, & impudētibus uel modicus aliquis pudor. Pudorem enim deus naturę nostrę indidit. Nam quoniā ad cōponendum nos nō satis ualet timor, usum est illi &

D alias quasdam instituere uias, ad hoc, ut nō peccem⁹ nempe ut reprehēdatur homo, ut leges positas reueatur, gloriā amet, amicitias appetat. Omnia enim ista uiæ quædam adhoc sunt, ut non peccetur. Nam sæpenumero quę dei gratia facta nō sunt, pudore facta sunt: quæ propter deū cōmissa non sunt, cōmissa sunt timore hominum. Primū enī quod quęritur, est
Ro.12.a non peccare: propter deum uero nō peccare, postremo loco prędiximus. Alioqui quā ob causam Paulus eos quibus superandi erant inimici nō à timore dei adhortetur, sed quod illos ultio diuina maneret? Istud enim, inquit, faciens, carbones ignis cōgeres su
τὶ ἂ σὰ χυτηρου. per caput eius. Vult eteni hoc pacto uirtutē interea promouere. Quemadmodū igitur dixi, est quoddā i nobis pudoris seminariū: multa nobis ad uirtutē sūt
Naturalis quædā in hominibus est miseri cordia. naturalia bona, utpote, quòd ex natura ad misericordiam uniuersi mouemur homines: atq; nihil ita i nostra natura bonū est. Verùm id solum cùm sit, nō immerito quisquā, unde sit, quæsierit: & quāobrē hoc
E potissimū naturæ nostræ seminariū sit inditū, quòd lachrymis frāgimur, quòd flectimur, quòd ad miseri cordiam parati & accomodi sumus. Nemo natura strenuus est, nemo natura uanę gloriæ studio caret, nemo natura zelo atq; emulatione superior est: miseri uero natura est omnibus inditum, utut crudelis quisquam sit, & immitis. Et quid mirū? Erga bestias etiam misericordia mouemur, adeo ex abundāti nobis insita est misericordia. Etsi catulū leonis uideri
Cur et reges & sacerdotes & pphetæ oleo sint uncti. mus, tale quid patimur: multoq; magis sup eo quòd eiusdem nobiscū est generis. Vide quot cæci sint & corporib⁹ mutilatis, id quod satis ualet ad misericordiā nos inducere. Nihil æquè deū delectat, atq; eleemosyna. Propterea & Sacerdotes, & reges, & prophetæ oleo ungebātur. nam diuinæ benignitatis symbolum habebat oleū. Rursus docuit, principē plus misericordiæ habere debere. Declarauit etiā spiritū sanctum propter misericordiā uēturum ad hominem.
φιλανθρωπεύεται. Quando quidē hominū miseretur deus, benigneq; illos cōplectitur, propterea inungebantur oleo. Nā sa
ἐλαίῳ id est oleo cerdotium ex misericordia instituit, & reges [per misericordiam] inungebātur. Etenim misereris, inquit,
Sapi.11.d omniū, quoniā potes omnia. Et si quis principē laudare uelit, nihil illi adeo deorū adscribet, atq; misericordiam. Principatus enim propriū est misereri. Con
F sidera, quando propter misericordiā constitutus sit mundus, & imitare dominū. Hominis misericordia
Eccl.18.b est erga proximū suum, misericordia uero domini erga omnem carnē. Quomodo erga omnē carnē? Siue peccatores protuleris, siue iustos, omnes in uniuersū misericordia dei opus habem⁹, omnes illa fruimur, etiā si ipse fueris Paul⁹, siue Petrus, siue Ioānes. Sed audi quid ipsi dicāt: Nihil opus est nostris sermonibus.
1.Tim.1.c Quid autē dicit beatus Paulus? Verū misericordiā, inquit, consequutus sum, quoniā ignorās feci. Quid igitur, postea nihil op⁹ habuit misericordia? Audi qd dicat: Abūdātius ipsius omnibus laboraui, uerū nō
1.Co.15.b ego, sed gratia dei quæ mecū est. Et de Epaphrodito inquit: Eteni ęgrotabat proximus morti, sed misert⁹
Infr.2.d est deus illius: non uero illius tantum, sed & mei, ne mœstitiam haberē super mœstitiam. Et iterum: Gratiā habeo, inquit, eram⁹ supra uires, ita ut desperauerimus
2.Cor.1.b etiā de uita, quin ipsi in nobis ipsius sententiā mortis acceperamus: ne cōfideremus i nobis ipsis, sed in deo, qui ex tātis mortib⁹ eripuit nos, & eripiet. Et rursus: Ereptus sum ex ore leonis, & eripiet me domin⁹.
2.Ti.4.d

G Et ubique de hoc illum gloriantē reperiemus, quòd per misericordiā saluatus sit. Et Petrus quoque ex eo quòd misericordiā consequutus erat, talis factus est, Luc. 22.c Christum nanque ad ipsum dicentem audi: Quoniā uos cribrare uoluit satanas uelut triticū: et orauī pro te, ne deficiat fides tua. Ioānes etiam ex misericordia Ioan. 15.c. talis erat, & in uniuersum omnes. Audi enim quid Christus dicat: Non uos me elegistis, inquit, sed ego Ecc. 18.b. elegi uos. Egemus enī omnes misericordia dei. Nam misericordia dei, inquit, super omnem carnem. Iam si Matth. 5.g isti misericordia dei opus habuerūt, quid de reliquis dicendum? Etenim unde dic quæso, Solem suū exoriri facit super malos ac bonos? Quid uero si annum duntaxat unum pluuiam suam prohibere? Nūquid perderet omnes? Quid si cōtinuam humiditatem ef ficeret? Quid si diluuium quoddā induceret? Quid si muscas mitteret? Sed quid dico? Quòd si nobis cū se cisset, quemadmodū aliquādo, nunquid omnes per didisset? Si terram concussisset, an non periissent omnes? Opportunè nunc dixero, Quid est hó quòd me mor illius es? Si terræ duntaxat indignando minare- H tur, omnes unum redderemur. Sepulchrū. Sicut stil- Es. 40.d la aquæ, inquit, à situla decidens, ita sunt gētes corā ipso: sicut spuma reputabūtur, & uelut momētū sta terę. Quemadmodum nobis facillimum est mouere trutinam, ita illi cūcta perdere & restituere. Qui igi- tur tātam habet nostri potestatē, & quum quotidie peccare nos uideat, interea tamen non punit: an non misericordia sua nos sustinet? Nā & iumenta alioqui misericordię dei beneficio persistūt. Homines enim, Psal. 35.b inquit, & iumēta saluabis domine. Terrā respexit, & bestiis illam repleuit. Quamobrē? Propter te. Te uero cui⁹ gratia fecit? Bonitatis, uidelicet: misericordia nihil est melius. Causa lucis est, & ad futurū quoq; lu cis est causa. Et orietur, iquit propheta, matutino tē- Es. 58. b pore lux tua, si misericordiam in proximū feceris. Et quemadmodum oleum lucem istam cōseruat, ita & eleemosyna magnam nobis & admirabil in ēfuturo lucem largietur. Et multam olei huius rationē habe Gala. 2.b bat Paulus. Audi siquidem ipsum aliquando dicētē: Duntaxat, inquit, pauperū memores essemus. Alibi uero dicit: Etsi dignū fuerit me quoq; proficisci. Et ubiq; uides ipsum sursum ac deorsum hac re soliciti- I tè agentem. Rursus quoq; Discāt & nostri bonis ope ad. T. 3.d ribus præesse. Itē, ista enim bona sunt, & utilitatē ho Ibidem. e minibus adferētia. Audi uero & aliūm quendam di Tob. 4. b. centē: Eleemosyna ex morte liberat. Si uero misēri- Ps. 142. a cordiā abstuleris ō deus, quis persistet? Et si igressus fueris, inquit, in iudicium cū seruo tuo. Magnū quid est homo, propter quid? & pretiosum, iquit, uir mise ricors. Istud enī est homo misericors: imo misereri, est deum esse. Vides quanta sit mseiricordię dei potē tia? Illa omnia fecit, illa mūdum operata est, illa ange los fecit propter solam bonitatē. Propterea, & gehen nam minatus est, ut regnum cōsequamur: regnū ue- ro consequimur per misericordiam. Quānā ratione cùm solus esset, tot ac tāta fecit? an nō propter boni tatem? an non propter benignitatē? Si quæ sieris cur uel hoc uel illud fecerit, ubiq; bonitatē reperies. Mi- sereamur proximorū, ut & nos ipsi misericordiā cō- sequamur. Nō magis illis quām nobis ipsis concilie- mus misericordiam istam in illū diem. Quando ue- hemens erit flamma ignis, oleum istud misericordiæ hoc uirtutis habebit, ut ignē extinguat. Misericordia uero illa lucis nobis causa erit, atq; ita à gehēnæ igni per illam liberabimur. Alioquin unde nostri misere- K bitur? Ex dilectione nascitur misericordia. Nihil adeo deum iritat, atque immisericordem esse. Oblatus est illi qui mille talēta debebat, misertus uero illius om nia remisit. Et huic ex conseruis quispiā debebat cen Mat. 18.i tum denarios, atque illū strangulabat: propterea tra didit hunc dominus tortoribus, quoadusque quòd debebat, redderet. Ista audiētes, misericordes simus erga debitores tā in pecuniis, quām i delictis. Nemo iniuriæ memor sit, nisi uelit seipsum lædere. Nō enim illum tantopere contristabit, siue i ius illum uocauer- it, siue minus. Tu uero quum proximo delicta non remittas, regnum quæris? Istud ne patiamur, remitta mus omnibus, (nā sic nobispsis remittimus) & con donemus: ut & nobis condonet deus delicta no- stra, atque ita futura bona consequamur.

Homilia. V.

Iqua cōsolatio in Christo: si quod solatiū dilectio Cap. II.
S *nis si qua cōmunio spiritus, si qua uiscera ac mise rationes, cōplete gaudium meū, ut eodem affectu sitis, eandem charitatem habentes, unanimes, unū sentien- L tes, ne quid fiat per cōtentionem aut per inanem gloriā, sed per humilitatē animi aliū quisque se præstatiorē existimet, ne sua quisque spectetis, sed unusquisque quæ sunt aliorū.*

Tota homilia moralis est.

Nihil melius, nihil amantius doctore spirituali: cu iusuis naturalis patris beneuolētiā superat. Vide igi- tur qualem supplicationē ad Philippenses pro com- modis ipsorū ponat beatus iste. Quid enim dicit de unanimitate bonorum omniū causa adhortans? Vi de quàm simpliciter, quàm diligenter, quomodo cū multa compassione. Si qua igitur cōsolatio, inquit, i Christo Iesu: hoc est, si quam habetis i Christo cōso lationem. Ac si dicat quisquā: Si quam mei rationem habes, si quo pacto tibi curę sum, si unquā aliqua in re tibi benefeci, hoc facias. Hoc uero affectus genere utimur, quādo pro eo oramus quod omnib⁹ prępo nimus. Nisi enim omnibus illud præponeremus, nō omnem utiq; retributionem i eo recipere uellemus, nec per ipsum totā uicissitudinem exhiberi nobis di- ceremus. Itaq; nos quidem carnalium æquitatū ad monemus, ut pote si pater diceret, si qua tibi erga pa M trem est reuerētia, si qua educationis, si qua paterni amoris, si qua honoris quē ex me consequutus es, si qua beneuolētiæ memoria ne sis, quæso, fratri inimi cus: hoc est, pro omnibus illis hanc exigo retributio nem. Paulus uero non ita: nihil carnalium admonet, sed omnium spiritualiū. Ac si diceret: Si quam mihi in tentationum aduersitatibus consolationē & exci tationē in Christo dare, si quod solatiū dilectionis, si quam cōmunionē exhibere uolueritis quæ sit in spi- ritu, si qua habetis uiscera & miserationes, complete gaudium meum, si qua uiscera & miserationes, Mise rationes suas ipsius, discipulorum concordiam dicit Paulus, ostendens extremum esse periculum, nisi cō cordes fuerint. Si qua cōsolatione, inqt, ex uobis frui licet, si quo licet ex dilectiōe uestra frui solatio, si licet communicare uobiscū in spiritu, si cōmunicare licet in domino, si qua misericordia mihi & cōmiseratio- poterit à uobis impēdi, omniū horū retributionē i di lectione ostēdite. Omnia ista cōsequutus sum, si uos mutuo alius aliū dilexeritis. Cōplete gaudiū meū. Vi de, ne uideatur parenesis ista tāquā ad eos q unā quā piam rē adhuc planè omiserint, facta esse: non dixit,

A facite mihi, sed cōplete: id est, cœpistis plātare in me, Eccli. 2. b iā mihi tradidistis, ut quietus sim, uerùm ad cōsum- mationē uenire desidero. Quid uis, dic, quæso? ut te liberemus à periculis? ut tibi quicquam subminis tremus? Nihil horū inquit, sed ut uos eodē sitis affectu, charitatē eādē habentes. in qua cœpistis, unanimes, idem sentientes. Papę quoties præ magno affectu ea dem dicit? ut idem sentiatis, imo potius ut unum sen tiatis. hoc enim hic inquam ipsum maius est. Eandē charitatem habentes, hoc est, nō solùm circa fidem, sed & in aliis omnibus. Potest enim fieri ut eodē sint affectu quidā, & tamen charitatem non habeāt, cha ritatem eandem habentes, id est, pariter & amare & amari studētes. Noli tu quidē multùm uelle diligi, pa rum uero dilectionis uicissim rependere, ut & in hac re abūdes. Vnanimes, inquit. Animæ uni omniū cor pora appropriat, nō ipsa essentia, neque enim fieri po test, sed animo ac uolūtate, ut ex anima una omnia fiant. Quid sit, unanimes esse, declarauit dicens unū sentientes. Sensus sit unus tanquam animæ unius: ni hil secundum contentionem. Dignatur delnceps mo dum etiā dicere, quo istud fieri debeat nihil secundū contētionē aut uanam gloriam. Quod semper dico, B malorū omnium istud causa est: hinc pugnæ & lites, hinc odia & contentiones, hic dilectionis frigiditas, quando gloriam hominum amauerimus, quādo ho noris qui à multis sit serui fuerimus. Nō enim fieri po test, ut qui gloriæ seruus est, Christi quoq; syncer⁹ sit seruus. Quo pacto ergo uanā gloriā effugiemus? Viā enim nondū ostēdistī. Audi quæ subiungūntur: Sed συγκρό humilitate animi inquit, alium quisq; præstantiorem τημα se existimet. Papæ, quàm plenū philosophię dogma, ἑαυτοῦ omnisq; salutis nostræ subsidium quoddā expressit. Si credideris, inquit, quod quidam te sit maior tibiq; ipsi istud certò psuaseris, non solùm dixeris, dabis illi & honorem quoq;. Si uero tu ipse honorē illi tribue- ris, non ægre feres, si uideris eū apud alios in honore esse. Nō itaq; simpliciter existima maiorem illum esse te, sed & excellere, quòd quidem sit uehemētis excel- lentiæ, & non insoleſces, neq; dolebis, si honoratū ui deris. Et si contumelios⁹ fuerit, generosē feres. Nam maiorē te illum iam existimasti. Et si obiurgauerit, patieris: & si malè fecerit, feres tacitè. Nam siquādo semel persuasus fuerit animus tuus, maiorē illum es- se, in iram non incidet, neq; in inuidentiā propter ea C quæ malè ab ipso patitur. Illis enī qui uehemēter ex- cellūt, nemo sanè inuiderit: excellentiæ quippe cedūt omnia. Igitur hic quidem istū ita affectū esse docet. Quādo uero & ille qui tāto abs te potitur honore ad hūc modum erga te uicissim fuerit affectus, cogita, i quit, quomodo tū sit duplici nomine robustus man suetudinis murus. Quando enim tu illum honore di gnum habueris, & ille te similiter, nihil unquam erit acerbum. Nam si ab altero duntaxat istud præstitū omnem contentionem dissoluere potest, quādo ab utrisq; seruatum fuerit: quis istam securitatem ac mu nitionem intercidet? Ne ipse quidem diabolus. Tri- plex enim erit, & quadruplex, imò multiplex ista mu nitio. Omnium quippe bonorum causa est animi hu Ps. 50. d militatis. Et ut discas, audi prophetam dicentē: Quo niam si uoluisses, sacrificium dedissem utique, holo- causta tibi non placent. Sacrificium deo spiritus con tritus, cor contritum & humiliatum deus non despi ciet. Non solùm animi humilitatem, sed & intentio- nem animi humilis posuit. Quemadmodū enim in

corporibus quod contritum est duro ac solido nun D quam sanè resistet, sed quæcūque tandē mala ab eo ferat, peribit citius quàm ut cum altero contēdat: ita & i animo est. Eliget magis ppetuo malè pati & mo ri quàm cōtendere & ulcisci. Quousque ſpirabimus inflationē istam risu dignam? Quemadmodū enim pueros ridem⁹, cùm elatos & iactabūdos uidemus: aut rursus eos ridemus, cùm lapides tollunt ac proii- ciunt: ita & humana arrogantia animi puerilis est, & Eccl. 10. b mentis imperfectæ ac uilis. Quid enim superbit ter ra & cinis? Magna iactas homo? Quam ob rem? Quę utilitas dic, quæso? Vnde uero superbis etiam con tra eos qui eiusdē tecum sunt generis? Non eiusdē consors es naturæ? Non eiusdem animæ? Non pari- ter à deo honoratus es: Sed sapiens es? Gratias agere debes, non inflari. Prima ingratitudo, arrogantia est: aufert enim beneficentiæ donum. Qui enim extolli- tur, tanquam ipse quod rectum est, perfecerit, extol- litur. Qui uero perfeciſſe se quod rectum est, putat, n gratus est erga eum qui pretium dedit. Habes ali- quid boni? Gratias age datori. Audi qd Ioseph dicat, quid & Daniel. Cùm rex Aegypti ipsū accersisset, & E in omni exercitu de re quapiam rogasset, i quo cesse- rant ac defecerant omnes Agepti, qui circa talia po tissimum idonei habebātur, & ablaturus ipse iam es- set, & subuersurus illorū omnia, sapientiorque appa- raturus astrologis, uatibus, incātatoribus, Magis, om nibus philosophis qui tum erant, ex captiuitate & ser uitute sumptus puer. Eteni tūc maior est gloria: non enim par est conspicuum aliquem splendere, & præ- ter expectationem illustrem fieri, ltaque quòd & pre ter spem hoc accidit, illustriorem eum fecit. Quid igi F tur? Cùm accessisset, dicebātne Pharaoni, utique ista noui? Sed quid? Nemine ipsum arguente, cum multa animi gratitudine quid dicit? Nunquid manifestatio Gen. 41. c horum per deum est? dominum confestim glorifica uit, propterea & ipse glorificatus est. Etenim & illud nō modicum erat. Quod enim deus illi reuelauerat, multo maius erat quam si ipse hoc perfecisset. Quæ enim dicebātur, ostendebat fide digna esse familiari tatisq; cum deo maximum indiciū. Nihil enim adeo bonum est, atque familiarē esse deo. Si enim ex ope- Rom. 4. a ribus, inquit, iustificatus est gloriationem habet, sed non apud deū. Si enim quē gratia dignatus est deus. in deo gloriatur, quòd dilectus sit: quanquā concel- sum hoc illi sit, habet gloriationē & qui operatur, sed non apud deum, quemadmodum ille. Est enī in dicium magnæ nostrę infirmitatis. Quisquis enim sa pientiā à deo accepit, si quanto fuerit celebrior, deū tāto magis glorificatit, uicissim quoque glorificatus Mar. 8. d est ab ipso. Nam qui me, inquit, glorificauerint, illos & L. 12. b glorificabo rursus filius hominis, quo nemo sapien- tior, unū tu sapientior, inquit, es Daniele? Hic Daniel, Ex. 28. a sapiētior omnibus in Babylone sapiētibus, ipsis quo que astrologis, uatibus, Magis, incātatoribus, omni philosophia non solùm culpata, sed & sublata (hoc Dani. 2. d enim ipsū quòd sublata est, ostēdit eos primū quo- & adora que seductos fuisse) ingressus ad regem quæstionem uit eum. que soluturus, neque ipse quicquam gloriabatur, sed Ibidē. f. primū deo omnia adscribebat dicens: Mihi uerò, ὁ καὶ εἰ- rex, non est per sapientiā, quæ omnes homines exce πὲ μοι νος dat, reuelatum hoc: [& procedit ante ipsum] rex, ac ἀσπεῖ- iussit illi oblationes offeri. Vides animi humilitatem? σας Vides gratitudinem? Vides morum modestiā? audi- nanq; & Apostolos aliquādo quidem dicētes, Quid

Gnos ītuemini, quasi nostra uirtute aut pietate effecerimus ut hic ambularet? Et iterū: Nos iisdem quibus Act. 3.b
uos obnoxij malis, homines sumus. Si uero illi obla Ibid. 14.c
tos honores ita repulerunt, homines maiora quam
Christus propter Christi humilitatem, & propter ip-
sius uirtutem operati, (Qui enim mihi credit, inquit,
maiora faciet quā ego facio) quomodo nō nos mi-
seri & calamitosi, qui neque culices expellere ualem⁹ Ioā. 14. b
nedum dæmones, qui neque unum hominē iuuare
possumus, taceo uniuersum orbem, & tamē tantope
re superbimus, quanto ne diabolus quidē ipse? Nihil
adeo alienum est ab anima Christiana, atque arrogā
tia. Arrogantiā dico, non fiduciam, neque animi for-
titudinem: illa enim propria sunt. Istud nāque, aliud
quicquam est, & aliud, illud: ut aliud quidē animi hu
militatis, aliud uero illiberalitas & adulatio & assen-
tatio, Et si uultis omniū horū uobis exempla exhibe
bo. Videntur enim contraria illa quodā modo coin
cidere & paria esse, quemadmodum cū tritico zizania,
& cum rosis acanthæ. Sed pueri quidem facilè fa
nē falsi fuerunt: qui uero uiri sunt, spiritualis agricul-
turæ piti, nouerūt uera bona à malis discernere. Agè
igitur ex ipsis scripturis exemplā uobis proponam⁹.
Quānam est adulatio, illiberalitas, & assētatio? Siba 2.R. 16.a
Dauidi intempestiuè adulatus est, herumq; suū detu
lit: imo Achitophel Abesalomo: Dauid uero nō erat
talis, sed animo humili. Adulatores enī sunt subdoli:
ut pote, quādo dicunt: Rex uiue i secula. Rursus ma-
gi quām sunt adulatores? Et in Paulo, in actis, mul-
ta talia inueniemus, quādo ad ludæos nō adulādo,
sed animo humili differe. Sciebat enim & liberē lo Act. 28.d
qui, ut cùm dicit? Viri fratres, quum nihil uel cōtra
populū uel patrios mores egerim, uinctus ab Hiero-
solymis traditus sum. Quōd enī animi humilis fue-
rint hæc uerba, audi quomodo eos increpet in frequē Ibidem. f
tibus dicens: Bene loquutus est spiritus sanct⁹: Audi-
tu audietis, & nō intelligetis: & uidentes uidebitis, &
nō perspicietis. Vides animum uirilem? Vide & Ioan-
nis Baptistæ uirilē animum, quo erga Herodem usus
est, dicens: Nō licet tibi habere Philippi fratris tui uxo Marc. 6.c
rem. hoc est fiducialiter, hoc est uiriliter loqui non il
lud Semei, quādo dicebat: Egredere uir sanguinum.
I Atqui & ille confidenter agebat. Verùm non est hoc 2.R. 16.b
animi fortitudo, sed temeritas, & conuicium, & lin-
gua scelesta. Conuiciata est Iezabel Iehu, dicēs: Ecce
occisor domini sui. Verùm temeritas erat, nō fiducia
& libertas. Vituperabat & Elias: sed libertas & uirilis 3.Re. 18.c
fortitudo erat. Nō ego, dicebat, puerto populū, sed
tu & domus patris tui. Liberē rursus loquebatur ad Ibidē. d
uniuersum populū Elias, dicēs: Quotusque claudica
bitis utrisque poplitibus uestris? Hoc pacto reprehē
dere, libertas erat & uirilis animi dexteritas: illud ue-
ro temeritatis. Vis cognoscere & humilis animi & li-
bertatis uerba? Audi Paulum dicētem: Mihi uero pro 1.Co. 4.a
minimo ē, ut à uobis iudicer aut ab humano die, sed
neque meipsum diiudico. Nihil enim mihiipsi con-
scius sum, uerùm nō in hoc iustificatus sum. Hoc ani
mi est Christiano digni. Et iterum: Audet quisquam Ibid. 6.a
uestrum negotium habens cum altero iudicio agere
sub iniustis, & non sub sanctis? Vis cognoscere adula Ioā. 19. c
tionem insipientium Iudæorum? Audi quid dicant: 2. C. 4.b
Nos non habemus regem nisi Cesarem. Vis animi ui
dere humilitatem? Audi rursus dicētem Paulum: Nō
enim nos ipsos prædicamus, sed Christum Iesum do
minum, nos uero ipsos seruos uestros propter Iesū.
Vis & adulationem uidere & temeritatem? Vis & te- K
meritatem Nabal, & adulationem agrestiū Ziphæo
rum? Prodebant enim consilio suo Dauidem. Vis phi
losophiam & non adulationem uidere Dauidis, quo
modo Sauli prehenso, parcebat? Vis adulationē co
gnoscere eorum qui Mēphibosthe[occiderant, quos alias, Mi
& Dauid occidit? Verum ut simpliciter, & uelut per phibo-
hypotyposim i summa dicam: Temeritas est, quādo seth.
quis, ira percitus conuiciatur, modo qui neminē de-
cet, aut seipsum ulciscitur, aut aliquo pacto iniustē
quicquam audet. Libertas uero & animi uirilis forti-
tudo est, quādo contra pericula & quis & mortē au
det, & tam amicitiam quām inimicitiam, eorum gra
tia, quæ deo placent, cotemnit. Rursus adulatio qui
dem est & illiberalitas, quādo quosdā colit quisquā,
non propter quæ colere oportet, sed ad captādū ter-
rena. Animi uero humilitas est, quando eorū quis
quam gratia quæ deo probantur, hoc facit, & ut ma
gnum quid & admirabile perficiat, a dignitate sua se
se demittit. Ista si cognouerimus, beati erimus, si qui
dem ea fecerimus. Non enim satis est cognouisse. Rom. 2.b
Nam non auditores legis, inquit, sed factores legis iu
stificabuntur: immo codemnat etiam scientia, si sine L
factis fuerit & rectorum perpetratione. Vt itaq; con
demnationem fugiamus, exerceamus uirtutum
actum, ut futura bona consequamur.

Homilia. VI.

S enim affectus sit in uobis qui fuit & in Chri-
I *sto Iesu, qui cùm esset in forma dei, non rapinam*
arbitratus æqualem esse deo, sed semetipsum ina-
niuit, forma serui sūpta, ī similitudinē hominū cōstitutus, et
figura reptus ut homo, humilē præbuit seipsū factus obediēs
usq; ad mortē, mortē autē crucis. Dominus noster Iesus,
Christus cū ad magna discipulos suos hortaretur,
seipsum, & partem, & prophetas in exemplū propo- Matt. 5.b
nebat, ut pote cū dicebāt: Ita nanq; faciebāt prophe Ioan. 15.c
tis qui fuerunt ante uos. Et iterum: Si me persequuti Luc. 6.c
sunt, & uos persequētur. & Discite a me, quoniam mi
tis sum. Itē: Misericordes sitis, sicut pater uester, qui
in cœlis est. Hoc & beatus Paul⁹ fecit. Adhortās istos
ad animi humilitatem, Christum in mediū adduxit.
Et non hic solum, sed cùm de amandis pauperibus
differeret, ita quodāmodo dicebat: Scitis enim gra-
tiā domini nostri Iesu Christi, quōd propter uos cū di 2. Co. 8.b
ues esset, pauper factus sit. Nihil enī ita magnū ac phi M
losophicū animū ad bonorū operum perpetrationē
excitat, atq; si cognouerit deo se ea in re similē fieri.
Quid enim huic ad exhortādū adæquari poterit? Ni-
hil. Quod & Paulus sciens cùm ad animi humilitatē
eos adhortaretur, primū qdē obsecrauit, supplicatio-
uemq; posuit. Deinde & increpatoriè dixit: Quoniam
in uno spiritu stratis. Dixerat, quoniā illis ostensio per
ditionis est, uobis uero salutis. Et hoc deiceps ponit.
Is enim affectus in uobis sit, qui fuit in Christo Iesu,
qui cùm in forma esset dei, non rapinā arbitratus est
equalē esse deo, sed semetipsum inaniuit, forma serui
sumpta. Attēdite obsecro & excitemini. Quēadmo-
dum enim gladius quidam agilis utrinq; acutus quo
cunq; inciderit etiam si in mille phalanges, facilè eas
intercidit & demolitur, eo quōd semper agilis sit, &
nihil aciē illius ferre queat: ita sanè & uerba spiritus.
Per hæc enim uerba & Arij Alexandrini, & Pauli Sa- Cōtra he
mosatei, & Marcelli Galatæ & Sabellij Libyci, & Mar- reticos.
cionis Pontici, & Valētini & Manētis, & Laodicensis
Apollinarij, & Photini, & Sophronij, & omnes in sū-

A ma hæreses deiecit, ut itaque tale spectaculum unaq; plaga tot cadentes phalanges contuiti excitemini, ne uos pigritia spectaculi iucunditas. Si enim in curri-
bus ad certandū paratis, in equorū certaminibus, ni-
hil adeo iucūdum est, atque quādo uniuersos currus
cum aurigis pulsos quisquam deiecerit, & multis qua
drigis supinis proiectis, cum aurigis solus ad carceres
& metam certaminis contenderit, & multus interea
applausus & clamor ad cœlos ascenderit, & ille uolu
cris instar, ex gaudio illo & applausibus totum stadiū
cum equis percurrerit: quanto maior hic erit spectan
di uoluptas quando omnium hæreticorum cuneos
& diabolicas officinas cum aurigis suis, gratia dei, si-
mul & pariter omnes deiecerimus? Et si uidetur, sista
mus primum in ordinē ipsas hæreses. Vultis eam quę
impietate, uel quę tempore superior sit? Nam quę im
pietate sit, difficile est cognoscere. Primus itaq; Sabe
Sabellius ex Libya. lius Libyis adductus est. Quid igitur dicit? Patrem, &
Marcion. filium, & spiritum sanctum, nuda esse nomina in una
Ponticus. persona posita. Marcion uero Ponticus dicit, eū deū,
qui omnia constituit non esse bonum, neq; patrē bo
B ni Christi, sed alium quendam iustum, & quōd carnē
Marcellus pro nobis nō sumpserit. Marcellus & Photinus ac So
Photinus phronius uerbum energiam esse dicunt, energiamq;
Sophroni illam inhabitare eum qui est ex semine Dauid, nō es-
us. Arius. sentiam substantiuam. Arius filium quidem confite-
tur, uerùm solo uerbo. Creaturam autem eū esse di-
cit, & patre multo minorem. Cæteri uero dicūt eum
non habere animam. Vides stantes currus? Speculare
igitur & eorū casum, quomodo simul omnes impel-
lens, una quoque plaga omnes pariter deijciat. Quo-
modo? Is enim affectus, inquit, in uobis sit, qui fuit &
in Christo Iesu, qui cùm in forma dei esset, non rapi
nam arbitratus est equalē esse deo. Cecidit hic & Pau
lus Samosatenus, & Marcellus, & Sabellius. Etenim,
inquit, qui cū in forma dei esset. Quomodo igitur di
cis, ò scelestе, quōd ex Maria primū cœperit, & antea
non fuerit? Quomodo tu uero dicis, Energia erat? In
forma nanque dei, inquit Apostolus, formā serui ac-
cepit. forma serui estne energia serui, an natura serui?
Omnino certè natura serui. Igitur & forma dei, natu-
ra dei est, nō ergo energia. Ecce & Marcellus, Galates
C & Sophronius, & Photinus deciderunt. Ecce & Sabe
lius. Non rapinam arbitratus est, inquit, equalem esse
deo. Aequalem autē esse, non de una persona dicitur.
Quod enim equale est, alicui equale est. Vides duarū
personarū hypostasim, nō nomina nuda sine rebus
ὑπαρξιν. ipsis dicta? Audisti æternam ante secula unigeniti es-
sentiam? Quid ergo cōtra Arium deinceps dicemus,
qui alterius essentiæ filiū esse dicit? Dic mihi, quid est,
quōd formam serui accepit? Homo factus est, inquis.
Igitur & cū in forma dei esset, deus erat. Vtrobique. n.
forma ponitur. Si istud uerum, uerum & illud. Natu-
ra homo est, forma serui: igitur & natura deus, forma
dei est. Et non hoc solùm istud testatur, sed & quōd
æqualis deo dicitur. Quemadmodū ergo & Ioannes
ostendit nihil illum esse patre minorem, ita & Apoſto
lus: non rapinam arbitratus est, inquit, æqualem esse
deo, Sed sapiens quisquam. sermo eorum: atqui con
trarium ostendit Apostolus, inquiunt. Dixit enim, cū
in forma dei esset, non rapuit ut æqualis esset deo. At
qui si deus erat, quomodo rapere necesse habuisset?
Quomodo nō insensate hoc carpitur? Quis enim di-
xerit, quoniam ille cum homo esset, non rapuit ut ho
mo esset? Quomodo enim rapiet quisquam id, quod
alio qui est? Non, inquiunt, sed quōd cū inferior deus D
esset, nō rapuit ut magno & maiori deo equalis esset.
Estne modicus & magnus deus? Itāne ethnica, in ec-
clesiastica dogmata inducitis? Apud ipsos. n. & paru-
us deus est & magnus, si uero & apud uos, hacte-
nus ignorauī. Nā apud scripturas nusquam inuenies,
sed magnū quidē ubique deum, paruū uero nusquā.
Si enim paruus est, quo & deus est? Si non est homo
paruus & magnus, sed una natura, & si quid nō unius
illius naturæ fuerit, homo nō est: quomodo nam erit
deus paruus & magnus? Qui non naturæ illius est,
deus nō est. Vbiq;. n. apud scripturā dicitur, magnus Ps. 144. a
dominus, & laudabilis ualde. Ecce & de filio. Nā ubi Ibid. 8.b
que dominum eum uocat. Magnus, inquit, es tu, & fa Ibidem.
ciens mirabilia. Tu es deus solus. Et iterum: Magnus Ibi. 146. a
dominus noster, & magna uirtus eius, & magnificen
tiæ eius nō est terminus. Sed filius, inquis, paruus est.
Sed tu hoc dicis. Nam scriptura contrarium. Quem-
admodum de patre, ita & de filio loquitur. Audi nan
que quid Paulus dicat: Expectantes, inqt, beatā spem ad Ti. 2 d
& apparitionem glorię magni dei. At nūquid de pa-
tre si loqueretur, apparitionē dixisset? Vt uero & uos E
magis argueret ad apparitionem, adiecit, magni dei,
Num igitur de patre dictum est? Nequaquā. Subiun-
ctio enim illa non admittit, quæ dicit, & apparitionē
magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi. Ecce & fi-
lius magnus est. Quomodo ergo paruum & magnū
dicis? Audi & prophetam magni consilij angelum ip- Esai. 9. b
sum dicētem. Qui magni cōsilij angelus est, magnus
non est? Qui fortis deus est & potens, non magnus,
sed paruus est? Quid ergo impudentes & improbi, di
cemus deum esse paruum? Ea refero quæ ipsi sępenu
mero dicūt, ut eos eo magis fugiatis Cū paruus esset,
inquies, non rapuit, ut æqualis esset magno. Quid. n.
dic mihi, (sed ne putetis hæc nostra esse uerba) si par
uus erat, ut ipsi uolūt, & multo paterna uirtute infe-
rior: quomodo sanè potuisset rapere, ut æqualis esset
deo? Inferior. n. natura utiq; rapere non poterit, ut sit
in magna: utpote, homo certè rapere non poterit, ut
angelo æqualis sit iuxta naturam: & equus rapere nō
poterit, etiam si uelit, ut homini æqualis sit secundū
naturam. Vltra tamen istud, etiam illud dicam, quid
uelit Paulus adstruere per hoc adductum exemplū. F
In animi humilitatē uult inducere Philippenses omnes. Quid igitur dic, quęso, in medium istud adduxit?
Nemo enim ad animi humilitatem adhortari uolēs,
hoc dicit: Esto humilis, & minorem te existimes illis
qui paris sunt honoris: etenim ille uel ille, cum seruus
esset, non rebellauit contra dominum suum: imitare
igitur illum. Atqui istud non est animi humilis, dicet
quisquam, sed deiecti. Discite quid animi humilitas,
uos qui diabolicā elationem habetis. Quid igitur est
animi humilitas? Humilibus affici. Humilibus uero af
ficitur, non qui necessario humili forte est, sed qui se-
ipsum humiliat: ut exempli gratia, quando qui sub-
limibus affici posset, humilib⁹ afficitur, is animo est hu
mili. Quando uero in eo qđ assequi non potest, hu-
milis est, non amplius uere animo est humili: utpote
rex si primati cuipiam subijceretur, animo esset humi
li, eo quōd a sublimitate sua descēdisset. Primas uero
etiam si regi obediat, non tamē propterea humilibus
afficietur. Qua ratione? Non enim de sublimi seipsum
humiliauit. Nequit enim aliter quisquā humilibus af
fici, nisi in potestate sit. Si. n. necessaria & coacta fue-
rit humilitas: iam nō est ex affectu uirtutis opus, neq;

ταπεινοφροσύνη, quid sit.

G ex uoluntate, sed ex necessitate. tapinophrosyne uero propterea dicitur, hoti tu phronematos esti tapinosis, eo quòd animi sit humilitas. Dic mihi: Siqs, cùm abundandi potestatē nō habeat, in eorum quæ habet possessione permaneat, laudabim ne illū tanquam iustum? Nequaquam. Quamobrem? Quoniā per necessitatem uolūtatis encomium sublatum est. Dic mihi: Si quisquā, cū tyrannum & regem agere ne queat, priuatus manserit, illū ne tanquam aliena non curantē laudabimus? Nequaquā. Ergo neq; hic. Laus enim, ô omnium indoctissimi, non est in horum abstinentia, sed in bonorū perpetratione. Illud. n.à uitu perio quidem liberat, nondum uero laudis participē facit, istud autem encomia meretur. Vide igitur Christum ita laudantem, cū dicit: Venite benedicti patris mei, possidete regnum uobis ab exordio mundi paratum. Esuriui. n. & dedistis mihi edere: sitiui, & potastis me. Non dixit, quoniam neminem defraudastis, neque quoniam non rapuistis: nam modica illa sunt: sed quoniam esurientem me uidistis, & cibastis. Et quisnam ita laudauit uel amicos uel inimicos? Itaque neque Paulum, Et quid dico Paulum? Ne uulgarē qui

Mat. 25. a

H dem uirum quisquam ita laudauit unquam, quomodo tu Christum laudas, nempe quòd principatum sibi non competentem non acceperit. Super talibus. n. admirari, multam est malitiam de se protestantium. Quomodo? Quoniam in illis eiusmodi laus est, utpote si qui furatus est, non furetur amplius. In bonis uero non ita, quoniam principatum & honorē sibi nō congruentem non rapuit, laudandus est. Et cuiusmā sunt ista dementiæ? Attendite obsecro, longus enim sermo est. Alioqui uero, quisnam unquam ab istis ad animi humilitatem adhortatus est? Oportet. n. exempla maiora esse quā causa sit ad quam hortamur. Nū enim ab alienis exemplis, & extraneis quisquā facile admonuerit. Tale est quod admonuit Christus, ut

Mat. 5. g
Ibid. 11. d

inimicis benefaceremus. Adduxit magnum illud patris exemplum, quoniam Solem suum producit sup malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Hortatus est ad clementiam, adduxit exemplum: Discite, inquit, à me, quoniam mitis sum & humilis corde. Et iterum: Si ego dominus & magister ista facio, quanto magis uos? Vides quomodo adducta exempla nō

Ioan. 13. b

I sint remota. Neque. n. usqueadeo remota esse debēt. Nam & nos ita facimus. Alioqui & hic ne potest qui dem uicinum exemplum esse. Quomodo? Quoniam si seruus est, & minor est & maiori obediēs. Istud uero nondum est animi humilitas. Oportuerit nanque contrario modo fieri, atque maiorem quendam minori obedientem ostendere. Verùm quoniam in deo istud non reperit, nempe maiorem & minorem, æqualem igitur posuit. Si uero minor fuisset filius, non potuisset ab ipsius exemplo Apostolus ad animi humilitatem hortari. Quare? Quoniam non est animi humilitas, si minor non insurgat aduersus maiorem, si principatum non rapiat, si obediens sit usque ad mortē.

Hic sup. a

Veruntamen uide quid & ante adductum exemplū dicat. Per animi humilitatem, inquit, alium quisque se præstantiorem existimet. Existimet inquit, Quandoquidem enim secundum essentiam unum estis, & secundum honorē quem habetis à deo, superest, oportere rem istam opinionis & existimationis esse. In ma

Heb. 13. c

ioribus uero & minoribus istud utiq; nō dixisset, existimet, sed honorate eos qui uos præcellūt, quemadmodū & alibi dicit: obedite præpositis uestris, & deferte illis. Illic naturæ negotium est subditum esse, hìc K uero oportet ut sit iudicij nostri. Per animi humilitatem, inquit, alium quisque se præstātiorem existimet, quemadmodum Christus fecit. Et quidem q̄ hæreticorum sunt, hoc pacto subuersa sunt: deinceps uero quę nos concernunt, dicenda erunt. Postquam summatim primum quę illorum sunt dixero, quod nēpe ad animi humilitatem adhortans, non sanè eum qui minor & inferior sit, & maiori obedierit adduxit. Si enim seruos admonuisset ut dominis suis obedirent, merito hoc fecisset. Si uero liberos adhortat? est obedire liberis, ad quid serui ad herum suum, & inferioris erga maiorem, obedientiam attulisset? Num. n. dixit, inferiores maioribus obediam? Sed qui pari estis honore alijs alij obedite, atque alium quisque præstātiorem se existimet. Qua uero ratione non etiam q̄ uxorem concernunt, adduxit: nempe, quemadmodum uxor obedit uiro, ita & uos obedite? Si uero qd̄ æquale est ac liberorum, non adduxit, quoniā modica quędā fuisset subiectio: quanto magis quod serui est, utique non adduxit? Prę occupando hoc dixi, ideo scilicet factum, quòd nemo ad hūc modū propter ma- L lorū abstinentiam quēquam laudat, neque omnino eius meminit, nec si castum quisquā laudare cupiat, ita dicit: quoniam nō est mœchatus: sed quoniam à propria quoque uxore abstinuit. Nusquā. n. malorū abstinentiam ponimus, quippe quòd ridiculū esset. Dixi formam serui fuisse ueram, & nihil deficientem: atque ideo & formam dei esse perfectā, & nihil deficientem. Qua ratione non dixit, in forma dei factus, sed in forma dei existens? Idem hoc est, ac si diceret: Ego sum qui sum. Quòd formam ponit, quę res, scilicet, ab eo cuius esse dicitur, nihil uariat, ostendit quo modo sit forma. Nequit uero fieri ut quod alterius ē naturæ, alterius formam habeat, utpote, nemo hominum angeli formam habet. Neque brutū hominis formam habet. Quomodo igitur filius? Deinde in nobis quidem, quoniā cōpositi sumus, forma est corporis: in eo uero quod simplex est & omnino incōposi tum, essentię est. Si uero, quod sine articulo dictū est, patrem non ostendit, multis illud locis demōstratur sine articulo dictū esse. Et quid dico multis locis? Nā confestim in ipso loco, non rapinā, inquit, arbitratus est æqualem esse deo. Et nō dixit de deo, de patre loquens? Volo & quæ nos concernunt adijcere, sed uereor ne mentes uestras obruamus. Interea uero q̄ dicta sunt, memoria tenete, ad hæreticorum subuersionem. Excidamus interea spinas, & tunc bonū semen excisis spinis, recreat aq; paululum tellure, iaciamus, ut malitia quam ex illis contraxit, in uniuersum depositā, cum multa uirtute diuina semina capiat.

τὸ ἁπαρράλλακτον μορφή.

M Sine articulo hoc ἐν μορφῇ θεοῦ non enim τοῦ θεοῦ οὔτοι ἴσον ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τῷ θεῷ. Nō habet τῷ θεῷ.

Morale.

Gratias agamus deo pro iam dictis. Precemur eū, ut custodiam & obseruantiā eorum donet, ut & nobis & uobis exhilaratis confundantur hæretici. Oremus eum ut & ad sequentia nobis os aperiat, ut & q̄ ad nos pertinēt, eadem quoque diligentia disserēdo percurramus. Precemur eum, ut & uitam nobis fide dignam præstet, ut ad gloriā eius uiuamus, ut nomē eius per nos nō blasphemetur. Nam uæ uobis, inqt, propter quos nomen dei blasphematur. Si. n. filiū habentes, (quanquam quid filio ingenuum magis habemus?) si filium tamē habentes, per quem blasphemamur, ipsum abdicamus, auersamur & nō admittimus: quanto magis deus seruos habens ingratos, ipsum blasphemantes & probris afficiētes, illos auersabitur, & odio habebit? Quē uero deus oderit & auersatur, qs amplectetur? Nemo, nisi diabolus, uel dęmones. Quem autem dęmones nacti sunt, quam ille salutis spem habebit? Quod uitæ solatiū? Donec in manu dei fuerimus, nemo nos rapere poterit. Potens enim est ac robusta. Si uero ex manu & adiutorio ipsius exciderimus, perierimus, omnibus parati & expositi ad rapinam, tāquam murus inclinatus & sepes impulsa. Si fuerit murus imbecillis, expositus est ad transeundum omnibus. Non. n. putabitis istud de Hierusalem

Rom. 2. d

Esa. 5. a

duntaxat dici, quod dicturus sum, sed & de omni homine. Quid uero de Hierusalē dictum est? Cātabo dilecto canticum, dilecti mei uineę meæ. Vinea facta est dilectio in cornu, in loco pingui. Et sepem circundedi & uallo cinxi, & plantaui uineam Sorec, & ędificaui turrim in medio eius, ac torcular fodi in ea, & expectaui ut faceret uuā, fecit autem spinas. Et nunc homo Iuda, & qui habitatis in Hierusalē, iudicate inter me & uineam meam. Quid oportebat facere uineæ meæ quod illi non fecerim? Propterea expectaui ut faceret uuam, fecit uero spinas. Nunc igitur pronuncia

B bo uobis quid facturus sim uineæ meæ: Auferā sepē eius, & erit in direptionem: & diruam murum eius, & erit in conculcationem: & deseram uineam meam, & non putabitur, neque fodietur, & ascendent in ea, tāquam in terra inculta, spinæ: & nubibus mādabo, ne pluant in eam, imbrē. Vinea quippe domini sabaoth, domus Israel est, & homo Iuda dilecta noua plātula. Expectaui ut faceret iudicium, fecit aūt iniquitatem, & non iustitiam, sed clamorem. Istud & de unaquaq; anima dicitur. Quando enim quęcunque oportebat impleuerit benignus deus, illa uero postea spinas protua fecerit, auferet sepem, & diruet murum, atque ita in rapinam exponemur. Audi nanque quomodo, &

Psal. 79. b

alius propheta lamentando dixerit: Quam ob rē destruxisti sepem eius, & deuindemiāt eam quotquot uia illa prætergrediūtur? uastauit eam aper syluestris, & fera agrestis cōsumpsit eam. Nam illic quidem de rege Medorum & Babylonico dixit: hic uero non de eo dici potest, sed aper & fera syluestris diabolus est, atque omnis illius uirtus. Agrestis ferocitas est impura eius audacia. Nam quando rapacitatē eius demon

C strare uult, dicit: Sicut leo rugiens circuit, quærēs quē

1. Pet. 5. d
Luc. 10. d

deuoret. Quando uero quā sit uenenosus & lethalis ac perniciosus, serpentem uocat & scorpionem. Calcabitis, inquit, super serpētes & scorpiones, & sup omnem uirtutem aduersarij. Quando uero quā potens

Ps. 103. c

simul & uenenosus sit, draconem eum uocat, ut cùm dicit, draco iste quem finxisti ad illudendum ei. Et draconem ipsum & serpētem tortuosum & aspidem ubiq; uocat. Est enim bestia multiplex & nodosa ac uaria, multæq; uirtutis: nihil non mouet, omnia turbat, omnia sursum ac deorsum uolutat & subuertit. Verū ne timeatis, ne uereamini. Vigilate duntaxat, & erit instar passerculi, inquit. Calcabitis enim supra serpentes & scorpiones. Conculcationem pedum nostrorum, si uoluerimus, fecit eum. Vide igitur quā ridiculum sit & miserum, supra caput nostrum stantē uidere eum, quem conculcandum suscepimus. Quo uero pacto istud à nobis fit? Si nos uoluerimus, magnus est: si nos uouerimus, paruus est. Si attēderim⁹ nobis ipsis, & cū rege nostro fuerimus, cōtrahetur, & nihil habebit ab exili puero melius in hac aduersum nos pugna. Si fugerimus ab eo, plurimū sibilabit, fremet dentibus tāquam qui nos magno dei auxilio de- D stitutos prehēderit. Non enim aggreditur, nisi permiserit deus. Neque enim gregem porcorum inuadere ausus fuit, deo nō permittente: multo minus animas hominum. Permittit uero deus ut uel erudiat, uel pœ- Luc. 8. e nam sumat, uel illustriores nos faciat, quemadmodū Iob. Vides ipsum nō progredientem, neq; audentem propius accedere, sed metuentem ac trementem? Et quid dico de Iob? Cū enim in Iudam insiliret, quoniq; eum Christus à sacro apostolorū choro nō abscinderat, non ausus fuit totum eum rapere, inq; ipsum introgredi. Itaq; tum quidem eum externe inuaserat, introgredi uero in eum nondum audebat: Postquā uero cognouit eum à sacro cœtu auulsum, uehementius in ipsum insilijt, quā quouis sermone dici queat, nec prius destitit quousque eum duplici morte interemerit. Ista ad admonitionem nostrā scripta sunt. Alio qui quod emolumentum fuerit, quis profectus, quæ utilitas, cognoscere quòd unus ex duodecim Christū prodidit? Multum profuerit. Quando enim cognouerimus, unde ille in pernicioſum hoc consilium incideret, custodiemur & nos ne eadem faciamus. Vnde igi E tur in hoc consilij uenit? Ex auaritia, fur erat, triginta argēteis dominum tradidit, ita scilicet ista animi passione inebriabatur, ut dominū orbis pro triginta argenteis proderet. Quid ista insania peius? Nihil illi adæquari, nihil par esse poterit, quem tradidit, cui comparatæ gentes nihil reputatæ sunt, illum pro triginta argenteis tradidit. Grauis est enim auaritiæ tyrannis, stupidam potēs efficere mentem. Non ita ab ebrieta te quisquā atq; ab auaritia attonitus redditur. Quid enim dic quæso? obscurum te & ignotum uocauit, & unum ex duodecim effecit, doctrinā tibi impertiuit, promisit innumera bona, miracula patrare fecit, mēsæ, itinerum, conuersationis, conuictus, & omniū eorum particeps factus es quorum & reliqui. An ista te cohibere non poterunt? Cuius graria tradidisti? Quid queri potes ô sceleste? Quid uero beneficij nō accepisti? Mentem tuam sciebat, non cessabat quod suum erat impendere. Sæpe dicebat, Vnus ex uobis me tra- Ioan. 13. c diturus est. Sæpe pungebat, tibiq; parcebat, quāuis tale m te sciret, non tamen choro illo ejiciebat. Adhuc te portabat, adhuc uelut genuinum & unum ex duo F dec im ita honorabat, ita diligebat, deniq;, ô animum sceleſtū, accepto linteo immaculatis illis manibus impuros pedes tuos lauit: neq; hoc te cohibuit. Furabaris quæ pauperū erant, & ne in maius malū progrederis, etiam hoc ferebat. Nihil tibi persuasit. Etenim fi bestia fuisses, si lapis non fuisses beneficijs illis tibi impensis, non fuisses miraculis, non fuisses adhortationibus immutatus? Verùm etiam usqueadeo efferatū uocauerat, & operibus mirādis lapidibus stupidiorē ad saniora inducebat. Tu uero nihilo horum melior euasisti. Merito tantam proditoris amētiā miramini. Formidate itaque uulnus illius. Per auaritiam talis factus est, per pecuniarum amorem. Excide affectum hunc. Tales. n. morbos parit. Impios facit, & efficit, ut deus nō agnoscatur, etiam si innumeris beneficijs affecti fuerimus. Excide obsecro. Non est ex uulgaribus. Mortes innumeras ac pnicioſas părere soler. Videmus Iudę passionem & affectum. Formidemus ne in eadē incidamus ipsi quoq;. Propterea scripta sunt, ne eadem patiamur & nos. Quapropter & omnes euāgelistę ista narrarūt, ut nos refrenarent. Procul & eminus malum hoc fuge. Non enim hoc solùm est

G auarum esse,multas pecunias desiderare, sed omnino pecunias amare.Grauis ē auaritia plura quā opus sit desiderare. Num.n.auri talentum tunc erant quæ proditionem suadebant? Triginta argēteis ipsum tradidit.Recordamini igitur,quomodo antea dixerim, quòd auaritia non demōstretur in eo si plura accipiantur,sed multo magis,si pauca? Vide quātum malū iste propter modicū aurum fecerit. Imo uero nō propter aurum,sed propter argēteos. Non potest, nō potest,inquam,fieri,ut homo auarus unquā Christi faciem uideat. Vnū istud ex impossibilib⁹ est. Radix est malorum. Si uero extra glōriā illam decidit, qui unū malum habet: qui ipsam adsert radicē, ubi stabit? Nō potest pecuniæ seruus germanus esse seruus Christi, Ipse Christus ita decreuit, rem istā esse impossibilem.

Mat. 6.d Non potestis, inquit, deo seruire & mammonę.& Ne
Ibidem. c mo potest duobus dominis seruire. Contraria nāque præcipiūt. Christus dicit, parce pauperibus: Mammonas dicit, exue &tolle quę habēt. Christus dicit, Effunde quę habes, Mammonas dicit, accipe etiā quę non habes. Vides contrarietatem, uides bellū? Quomodo potest quisquā utrisque facile obedire? Verū unum

H oportet cōtenere, aut certè nihil sermōe opus fuerit.

q.d.Alioqui frustra dicentur oia.

Quomodo non reipsa uidemus istud, Christū nēpe contemptum, mammonam uero honoratū? Vide te quomodo & uerba de hac re grauia, & molesta sint. Quanto magis res ipsa? Verū res ipsa non adeo uidetur onerosa, quādoquidem affectu ac passione illius occupamur. Etenim nunc quidem si uel modice ab hoc affectu purgat⁹ fuerit animus, donec sanè extra eum steterit, poterit rectè iudicare. In illum uero si abierit, igniq; illo perfusus arq; in rei ipsius uoluptate constitutus fuerit, nō habebit amplius syncerū forum, nō habebit incorruptū tribunal. Christus dicit:

Luc.14.g Nisi quis abnegauerit omnibus quæ possidet, nó est meus discipulus. Mammonas dicit: Accipe ab esuriente panem. Christus iubet, indue nudū: iste uero, nudū etiā exue. Christus dicit: Domesticos seminis tui, ne despicias: Mammonas dicit, nó misereberis domesticorū seminis tui: & si matrē uideris, si patrem, contemne. Et quid dico patrē & matrem? Etiā animam tuam, & ipsam perde. Verūtamen auditur. Heu ut ut crudelia, ut ut sæua & ferocia imperet, auditur tamē

I magis, quàm qui mitia salutariaq; uobis præcipit: Propterea gehēna, propterea ignis, propterea fluuius igneus, propterea uermis non moriens. Noui multos ista nobis dicentibus non libēter audire. Neque sanè ego libenter ea dico. Quid enim proderit ista dicere? Vellem uobis perpetuo de regno differere, de refocillatione, de aqua refocillatiōis, de loco uiridis pascuę.

Psal.22.a Nam super aquam, inquit, recreationis pauit me, & in loco pascuæ commorari me fecit. Vellem de loco differere, ubi nec dolor est, nec mœstitia, nec angustia. Vellem differere de iucunda Christi præsentia. Quam quam omnem superant sermonem & omnē intellectum: attamē, ut possem, uellē ista differere, Sed quid accidit? Non potest ad febricitantem & male dispositum de regno dici. Nam interea, donec talis est, de sanitate dicendum fuerit. Non licet ad eum qui obnoxius est pœnę, de honore differere. Nam antea quęrē dū est, quomodo à pœna & supplicio liberetur. Nisi istud fuerit, qūo illud esse poterit? Propterea ista continuè dico, ut ad illa confestim perueniamus. Nam & deus hoc nomine gehēnam minatus est, ut nemo in gehennam incidat, ut omnes regnum cōsequamur.

Et nos ideo continue gehennæ mentionē facimus, K
ut ad regnum uos impellamus, ut per timorē emollita mēte uestra, quæ regno digna sunt, facere instruamus. Ne sitis igitur ad uerborum istorum grauitatē difficiles. Nam ista uerborum grauitas occasionem animabus uestris à peccatis fugiēdi parit. Nam & ferrum graue est, & malleus grauis: uerūm parant uasa utilia & argentea, & distorta dirigunt, ita ut nisi grauia & dura essent, distortam materiam utiq; dirigere non possent. Ad hūc modum potest & grauis noster sermo animum componere. Ne fugiamus itaq; uerborum grauitatem, neq; illorum uerbera. Non inferū tur uerbera, ut animum frangant aut conterant, sed ut corrigant. Nouimus.n. quo pacto per gratiam dei percutiamus, quomodo uerbera inferamus, ad hoc ualentia ut nō cōteramus uasculum, sed ut extenuemus, ut dirigamus, ut utile faciamus domino, ut offeramus illud splendidū bene excultum in illam diem, in qua fluuius erit igneus, ne opus habeat ferre flammam illic futuram. Nisi enim igne uos hic examinauerimus, necesse erit omnino ut illic igne examinemi
ni, nec licet aliter fieri. Dies .n. domini in igne reuelatur. L
Melius est ut sermonibus nostris exuramini modico tempore, quàm perpetua illa gehennæ flamma. *1.Cor.3.d*
Prorsus enim manifestum est ita futurum. Et sæpenumero uobis rationes irrefragabiles dixi. Oportet quidem ut ex scripturis persuadeamini: quoniā uero cōtentiosi quidam sunt, mouimus & ex rationibus multa. Nihil uero prohibet quo minus ipsas & nūc dicamus. Quæ erant autem? Iustus est deus. Hoc fatemur omnes & Græci, & Iudæi, & hæretici, & Christiani. At hinc multi eorum qui peccauerunt, abscesserunt non punit: multi eorum qui quæ recta sunt, egerunt, abscesserunt innumeris malis affecti. Itaque si iustus est deus, ubi istis bona retribuet, ubi illis supplicia, si gehenna non est, si resurrectio nō est? Hunc ergo sermonem semper & illis & uobis ipsis occinite, & non permittet uos de resurrectione dubitare. Qui uero de resurrectione non ambigit, cum multa attētione uiuere studebit, ut æterna bona consequatur: quæ contingat nos omnes assequi, &c.

Homilia. VII.

I *Si affectus sit in uobis qui fuit in Christo Iesu, qui* M
cùm esset in forma dei, non rapinam arbitratus est
æqualem esse deo, sed semetipsum inaniuit forma
serui sumpta, in similitudine hominum constitutus, & figura repertus ut homo, humilem præbuit seipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Quapropter & exaltauit ipsum deus in summam sublimitatem, & donauit illi nomen quod est supra omne nomen, ut in nomine Iesu omne se genu flectat, cœlestium, terrestrium et inferorum, omnisque lingua confiteatur quòd dominus sit Iesus Christus ad gloriam dei patris. Diximus de hæreticis. Opportunum fuerit deinceps & quæ nos concernūt dicere. Illi dicunt, quòd istud, non est rapinam arbitratus, idem sit atque non rapuit. Ostendimus omni no uanum illud & absurdum esse, & quòd neque ad animi humilitatem hinc quisquam adhortetur, neq; deum ita celebret, quin neque hominem. Quid est igitur dilecti? Attendite quæ nunc dicantur. Quoniam multi homines putant, si animo fuerint humili, priuandos se fore dignitate sua, minorandosq; & humiliandos: hunc metum eximens apostolus, quid dicit? Ostendens quòd non ita sentiendum sit, quòd deus unigenitus in forma dei existens, nihil minus habens à

Hoc est, Hæretici dicūt, illud, nō rapinā arbitratus est æqualē esse deo, idē esse, atq; nō rapuit diuinitatē, p super biam, sed humilis eē uoluit: uolentes hoc argumēto christi diuinitatem re futare.

A bens à patre, æqualis illi, non rapinam arbitratus sit æqualem esse deo. Quid uero istud est? Quod rapuit quis, & præter congruum accepit, istud deponere nō audet, ueritus ne pereat ne excidat, sed perpetuò ipsum detinet. Qui uero naturalem quandam dignitatem habet, nō uereturdescendere etiam ab illa, sciēs quòd nihil tale passurus sit, ut exēpli uice dicā: Tyrannidem rapuit Absalon, & deponere illam deinceps ausus non fuit. Quin ad aliud ueniamus exēplum: si uero exempla rem omnē exprimere nequiuerint, ne ęgreferatis. Talia nāque sunt exempla. Potiorem partem menti reputandam permittunt. Regi siquis rebellauerit, regnumq; rapuerit, ille raptam dignitatem nec deponere nec dissimulare audet. Si.n. semēl dissimulauerit, mox perijt. Aut ad aliud quoddā exemplū ueniamus, utpote: Est qui quiddam rapuit, illud perpetuo continet: nam si deponeret raptum, cōsestim perijt, & omnino qui aliquid ex rapina habēt. deponere & dissimulare, & non semper in eo esse in quo sunt, uerentur. Sed non ita, qui quod habēt ex rapina
B non habent: utpote dignitatem hāc habet homo, ut rationalis sit. Non inuenio exēplum. Non enim apud nos est principatus naturalis. Nam nihil bonorū naturale nobis est. Alioqui natura eiusdē fortis cū deo essemus. Quid ergo dicit? Quòd dei filius nō sit ueritus à dignitate sua descendere. Nō enim rapinam arbitratus est diuinitatem, non timuit nequis naturā aut dignitatē dei sibi auferret: propterea & deposuit eam, securus quòd recepturus esset eā, dissimulauitque eam, nihil se ex eo imminuendum ratus. Propterea non dixit, nō rapuit: sed, non rapinam arbitratus est. Non raptum habebat principatum, sed naturalē: non donatum, sed legitimum ac securum. Propterea non contatur uel seruorum formam accipere. Tyrannus metuit in bello deponere purpuram, rex uero id cum magna securitate facit. Quare? Quia non habet raptum principatum. Non igitur tanquam qui rapuisset formam dei non deposuit, sed tanquam naturalē habens & quę nunquā deponi queat, eam absondit ac dissimulauit. Istud æqualem esse deo, nō ex raptu sed ex natura habuit, propterea inaniuit seipsum. Vbi sunt qui dicūt eum necessitate passum esse, quòd subditus factus est? Seipsum, inquit, inaniuit, seipsum humiliauit, obediēs factus usq; ad mortem. Quomodo
C inaniuit? Forma serui accepta, in similitudine hominum factus, & habitu inuētus ut homo. Hic ad illud, quisq; alium pstantiorem se existimet: hoc dixit, nempe, seipsum inaniuit. Alioqui si subiectus fuisset, animi humilitas res ista non fuisset, nisi sua sponte, nisi ex se ipso illud uoluisset. Si enim ignorauit quòd oporteat istud fieri, erit imperfectus. Si huius ignarus expectauit mādati tēpus, erit temporis ignarus. Vel si sciebat & quòd fieri, & quādo fieri oporteat: qua ratiōe subiectionem sustinuit? ut ostēderet excellentiam? Istud non est ostendere patris excellētiam, sed suam tenuitatem. Non enim potest patris nomē patris ostendere prerogatiuam. Nam sine illo omnia eadē habet filius. Non enim sufficit ad exprimenda ista honor patris in filium: Quid igitur dicunt hæretici? Ecce, inquiunt, nō est factus homo. Eos intelligo qui cū Marcione faciunt. Sed quid? In similitudine hominū, inquiunt. Quomodo uero potest qs in similitudine hominum fieri? Vmbram indutus. Igitur idolum istud est, & non hominis similitudo. Hominis enim simili tudo aliter homo est. Quid uero ad Ioānem dices, q

D dicit, Verbum caro factum est? Sed & ipse iste beatus *Ioan.1.b*
alibi dicit, In similitudine carnis peccati. &, Habitu in *Rom.8.a*
uentus ut homo. Ecce inquiunt, & habitu, & ut homo. Hoc uero nō est uere hominē esse, esse ut homo, & habitu hominem esse. Illud.n. habitu hominē esse, non est natura hominē esse. Videte quanto ego candore hostium argumenta ponam. Splēdida.n. demū & abunde parta uictoria hęc est, quando quę uidentur eorum robur esse, nō absconderimus. Nam istud seductio magis esset, quā uictoria. Quid itaq; dicunt? Iterum eadem repetamus. Habitu esse, non est ex natura esse: &, ut homo: &, in similitudine hominis esse, istud non est hominem esse. Ergo & formam serui accipere, non est naturam serui accipere? Igitur hic pugna est. Et quare tu non prior illud soluis? Quemadmodum.n. putas ista aduersum nos esse, ita & nos tibi dicimus illud aduersari. Non.n. dixit, tanquam formam serui, neque in similitudine formæ seruilis, sed formam serui accepit. Quid est igitur? Etenim pugnā tia hęc sunt. Immo non pugnantia, absit, sed frigidus quidam & ridiculus ipsorum sermo est. Formam, in-
E quiunt, serui accepit, quando linteo circuncinctus di scipulorum pedes lauit. Est istud forma serui? Sed nō est hoc forma serui. Aliud est opus esse serui, & aliud formam serui accipere. Nam quā ob rem alioqui nō dixit serui fecit opus, id quod clarius fuisset? Nusquā uero in scriptura forma pro opere dicta est. Multum enim ab opere differt. Istud.n. naturæ est, illud uero efficaciæ. Et nec in loquēdi quidem consuetudine usquam formam pro opere sumimus. Aliās uero neq; opus, iuxta illos assumpsit, neq; succinctus ē. Si enim phantasia negotium istud erat, non erat ueritas. Si manus non habuit, quomodo lauit? Si lumbos non habuit, qūo linteo cinctus est? Qualia uero uestimenta sumpsit? Accepit.n. inquit, uestimenta sua. Itaq; neque opus hic factū reperitur, sed mera seductio est, neque discipulos lauit. Si enim natura incorporalis fuit, non apparuit, in corpore non fuit. Quis ergo discipulos lauit? Quid igitur rursus ad Paulum Samosatea dicemus? Quid enim ille dicit? Et ipse idem dicit: Verū non est istud inanitio, humanæ existentem naturæ, & nudum hominem lauare conseruos. Quæ.n. contra Arianos dicimus, ea & contra istos dicenda
F sunt. Nihil enim inter se differunt, nisi exiguo tēpore. Etenim & isti & illi creaturam filium dei dicūt. Quid igitur aduersum eos dicemus? Si homo homines lauit, non inaniuit, non humiliauit seipsum. Si homo existens non rapinam arbitratus est æqualē esse deo, nihil meretur laudis. Nam eum quidem qui deus est, hominem fieri, humiliatio est multa, ineffabilis, inenarrabilis. Eum uero qui homo est, quæ hominum sunt facere, quę humiliatio? Vbi uero forma dei opus dei dicitur? Si enim nihil aliud erat quā homo, & propter opera dicitur in forma fuisse dei, qua ratione nō etiam in Petro idem facimus? Nam maiora quàm ipse operatus est. Quamobrem non de Paulo quoque dicis, quòd formam dei habuerit? Quare non etiā de seipso hoc exēplum induxit Paulus, qui innumera seruilia operatus est, & nihil horum detrectauit? Dicit
enim: Non nosipsos prædicamus, sed Christū Iesum *2.Co.4.b*
dominum, nos uero ipsos seruos uestros propter Iesum. Ridicula sunt ista & nugæ. Quomodo seipsum, inquit, inaniuit? Et quid inanitio est, & quid humiliatio? An ideo quòd miracula operatus est? Ista fecit & Paulus & Petrus. Itaque non est istud præcipuum ac

proprium filij. Quid igitur est, in similitudine hominum factus? Multa quidē nostra habebat, multa uero nō habebat. Vtpote quòd à uirili congressu nō est natus, quòd peccatum non fecit. Ista sibi peculiaria reseruauit, quæ nullus hominum habet. Non hoc solū erat quod apparebat, sed & deus homo apparuit. Non erat autem in multis similis. Nam iuxta carnem quidem similis erat. Hoc ergo dicit, nempe quòd nō fuerit nudus homo: propterea dicit i similitudine hominum. Etenim nos quidē anima sumus & corpus, ille uero & deus & anima & corpus. Ideo dicit, in similitudine. Nā ne immutationem, ſinconstantiam, ſ & abolitionem prioris naturę intelligas, cū audis quòd seipsum inaniuerit: manēs, inqt, quod erat assumpsit quod non erat, & caro factus mansit deus uerbū existens. Igitur iuxta hūc ſmodum similis homini factus est, & propterea dicit, & habitu. Natura non est immutata, nec aliqua confusio facta, sed habitu factus est. Cùm enim dixisset, eum serui formam accepisse, confidenter postea & ista dixit, ut quibus οἰα illius obtūderet. Nam & quando dixit, in similitudine carnis peccati, non hoc dicit, quòd carnē non habuerit. Sed quod caro illa nō peccauerit, similis quidem peccatrici fuerit. Secundum quid similis? Secundum naturam, non secūdum malitiam. Propterea similis animæ peccatricis? Quemadmodum igitur illic similitudo carnis peccati, propterea dicitur quòd nō omnia æqualia sint: ita & hic similitudo hominū ideo dicitur, quòd non omnia equalia sint, utpote quòd non ex uirili cōgressu, quòd sine peccato, quòd nō nudus homo. Et bene dixit, ut homo. Non.n. erat unus ex multis, sed tāquam unus ex multis. Non enim in hominem mutatus est deus uerbum, neq; essentia eius immutata est: sed ut homo apparuit, nō phātasiis ac spectris nos prestringens & obtundens, sed ad animi humilitatem erudiēs. Cùm igitur dicit, ut homo hoc dicit. Alioqui & alibi uocat eum hominem cū dicit: Vnus deus & unus mediator, homo Christus Iesus. Dicta sunt ēt quę contra istos sunt, necessarium uero fuerit & contra eos dicere, qui dicunt Christum non suscepisse animam. Si forma dei perfectus deus est, est & forma serui perfectus seruus. Rursus & cōtra Arianos est quòd nusquā hic de diuinitate ponitur, factº est, nusquā accepit: sed cùm in forma dei esset, inquit, non rapinam arbitratus est æqualem esse deo. De humanitate hìc illa sunt, accepit, & factus est. Istud accepit, illud fuit. Ecce, inquiunt, obediēs factus est uolūtariè, nō ergo erat æqualis. Illud, obediuit, nihil ipsum imminuit. O insensati & amentes, nam & amicis nos obedimus, & nihil hoc nos deijcit. Vt filius obediuit patri, non in seruilem conditionem decidēs, sed hoc potissimum ipso, multo erga patrem honore genuinam & legitimam suam celebrémque dignitatem cōseruans. Honorauit patrem, non ut tu ipsum de honestares, sed ut magis celebrares, ut & ex eo ipsum ut genuinum & germanum filium celebrares, quòd maxime omnium patrem honore affecerit. Nemo ita deū honorauit. Quantum habuit celsitudinis, tātum humilitatis uicissim subijt. Quemadmodum maior est omnibus, & nemo illi æqualis: ita & in honorādo patre cunctos superauit, non coactus nec inuitus, sed & hoc ex sua ipsius uirtute. An nō habeo quomodo dicam? Papæ, quàm magnum & uehementer ineffabile est, quòd seruus factus est? Quòd uero mortē quoq; sustinuit, multo plus est. Sed est & aliud maius quiddam isto & insolentius. Quam ob rem? Quoniā non quæuis mors isti similis est. Ista nanque omnium uidebatur esse probrosissima, ista plena dedecore, ista maledicta. Maledictus enim, inqt, omnis qui pēdet in ligno. Propterea & Iudæi studio ista morte interimere eum satagerunt, ut probrosum quoq; efficerent, ut & si nemo propterea ab ipso abstineret quòd occisus esset, abstineret tamen uel ideo quòd hoc pacto occisus esset. Quapropter & duo latrones cum eo crucifixi sunt, ut in gloria cum illis communicaret, & impleretur quod dictum est: Et cum iniquis reputatus est. Verùm tanto magis splendet ueritas, tanto redditur illustrior. Cùm enim, tametsi tanta sint aduersus gloriā ipsius machinati hostes, nihilominus illustris sit, tanto maior esse ostenditur. Non enim morte dunta xat, sed isto mortis genere putabant eum abominādum fore, & omnium abominandissimum, & tamē nihil potuerunt. Erant autem ita sceleſti quidem utriq; latrones (postremo quippe unus immutatº est) quòd & in cruce existentes probris Christum affecerint: & insaniam eorum, neq; delictorum conscientia cohibuerit, neq; quòd in supplicio essent, neq; quòd eadem paterentur & ipsi. Quemadmodum & alter dicebat, atque alterius os obturabat dicens: Neque tu times deum, quoniā in eadē damnatione sumus? Tantū habebant malitiæ. Propterea, inquit, extulit ipsum deus in summā sublimitatem, & donauit illi nomē, quod est super omne nomen. Quoniam de carne sermonem cœperat beatus Paulus, deinceps omnia humilia securè loquitur. Cum.n. nōdum dixisset, quòd formā serui acceperit sed de diuinitate adhuc differebat, uide quàm sublime, sublime dico, quatenus fieri poterat. Nam iuxta ipsius dignitatem nō loquitur, neque enim posibile erat. Cūm forma dei esset, inquit, non rapinam arbitratus est, æqualem esse deo. Cū uero dixisset, quòd homo factus sit, intrepide deinceps quæ humilia sunt loquitur, confidens, nihil fore damni. Quid uero est cœlestium, terrestriū, & infernorum? Hoc est: Omnis mundus, & angeli, & homines, & dæmones: aut, & iusti, & uiuentes, & peccatores, & omnis lingua cōfitebitur quòd dominus sit Iesus Christus ad gloriam dei patris: id est, ut omnes hoc dicant. Illud uero gloria est patris. Vides ubique glorificari patrem dum filius glorificatur? Ita & pater dehonestatur quando dehonestatur filius. Si enim apud nos hoc est, ubi multū discriminis inter patres & filios est: multo magis apud deum, ubi nihil est inter patrem & filium differentiæ. In patrem pertingit filij seu honor, seu ignominia: istud patris est gloria. Itaque & quando dicimus filium esse perfectum ac nullius egentem, neque patre minorem, istud ad gloriā patris facit, quòd talem genuit. Et quod ad bonitatē attinet & sapientiam, quando eum sapientem ut patrem esse dico, nihilque in eo patre minorem, & hoc multæ sapientiæ patris indicium est. Quando dico de filio, potens est ut pater, paternæ istud potentiæ indicium est. Cùm dico, bonus est ut pater, maximum istud paternæ bonitatis signum est, quòd talem genuit, qui nihil ipso sit inferior, nihil minor. Cū dico filium secundum essentiam non esse inferiorem sed æqualē, neque alterius essentiæ, & in hoc quoque deum & potentiam & bonitatem & sapientiam eius admiror, quòd aliū nobis ex se talem ostendit & exhibuit, qui tantùm non pater ipse sit. Itaque quæcūque tādem magnifica de filio prædicauero, ea in patrem redundant. Si.n. modicum istud est ac tenue, (modicum.n. est ad gloriā dei, quòd orbis filiū adorat) ad gloriā dei fit: quanto magis reliqua omnia?

Nudus hō, pro nihil aliud quā hō.

μετα-στω-σιν. id ē degeneratione ſiue euerſionē.

οὐ φαντασιοκοπῶν.

1. Ti. 1. b

Deu. 21. d et Ga. 3. b

Esa. 53. d

Luc. 23. f

Morale.

Credamus itaque ad gloriā eius, uiuamúsque ad gloriam eius. Nam alterius sine altero nulla erit utilitas: & si bene ipsum glorificauerimus, non autē bene uixerimus, tum eum potissimum contumelia afficimus, quòd cùm censeamus eum esse dominū & magistrum, nihilominus eum contemnimus, nec metui mus horrēdum eius tribunal. Nam quod Græci quidem impurè uiuunt: istud demū est omnibus peius, imò pessimum & intolerabile. Nam dic mihi: Extremam præstitit Christus obediētiam, propterea accepit & supremū honorem. Seruus factus est, quapropter & dominus est omnium & angelorum & hominū. Ne putemus itaque & nos dilapsuros à dignitate nostra, si nos ipsos humiliauerimus. Tum.n. merito magis exaltari poterimus, tum potissimum celebres fieri. Quòd enim sublimis sit humilis, humilis uero sublimis, satis quidem fuerit, uel Christi sententia, quæ hoc dicit. Veruntamen & hanc ipsam rē excutiamus. Quid est humiliari? An non uituperari, an non reprehendi & traduci? Quid uero exaltari? Honorari, laudari, bene glorificari. Videamus itaque quomodo hoc fiat. Angelus erat satanas, exaltauerat seipsum. Quid igitur? An non omnium potissimum humiliatus est? An non terram habet locum suum? An non ab omnibus incusatur & traducitur? Homo cū esset Paulus, humiliauit semetipsum. Quid ergo? An non celebratur? an non laudatur? an non prædicatur? an nō amicus est Christi? an non maiora fecit quā Christus ipse? an non diabolo sępenumero tāquā mancipio imperauit? An non ut lictorem circumegit? Non illum irrisit? Non caput ipsius contritū sub pedibus suis habuit? Nō & alijs istud cum multa fiducia imprecatus est? Quid dico? Exaltauit seipsum Absolon, Humiliauit seipsum Dauid: uter sublimis factus est? uter gloriosus? Quid enim humilius fuerit uerbis istis, quę de Semei beatus hic propheta loquebatur dicens: Sinite ipsum mihi maledicere, dominus enim ita præcepit. Inquiramus uero res ipsas si uidetur. Humiliauit seipsum publicanus, quanquā neque uera erat animi humiliatio: quàm tamē beneuole absolutus & iustificatus est? Exaltauit seipsum pharisæus. Sed ut quid res istas perscrutabimur? Statuātur duo quidem, ambo diuites, & magni honoris consortes, & in sapientia, ut potentia reliquisque mundanis excellentijs gloriabūdi. Deinde ille quidem & quærat ab omnibus honorari, & non assequutus iracatur, pluráque petat quā opus sit, seq; ipsum exaltet: iste uero rem hanc contēnat, aduersus neminē huius gratia indignetur, & oblatum etiam honorem abijciat. Nequit enim alio pacto acquiri gloria, quàm gloriam fugiendo. Nam donec eam persequimur, fugit nos: quando uero eā fugimus, persequitur ipsa nos. Si uis gloriosus esse, ne cōcupiscas gloriam: si cupis sublimis esse, ne sis sublimis. Alioqui uero omnes eum honorant, qui honorem non desiderat: eum uero qui honorari quærit, auersantur. Est enim natura quodammodo contentiosum humanum genus, & quod contrarijs afficiatur. Contemnamus itaque gloriam. Ita quippe potemus humiles fieri, imò uero sublimes. Ne exaltes teipsum, ut ab alio exalteris. Qui à seipso exaltatur, ab alijs non exaltatur. Qui à seipso humiliatur, ab alijs non humiliatur. Magnum malum arrogantia. Satius fuerit fatuum & insipientem esse. Nam illic quidem stultitia ex solo mentis defectu est, hic uero stultitia peior est, & stultitia cum insania coniuncta. Fatuus si bijpsi nocet, arrogās uero & alios lædit. Ex dementia ista animi passio generatur. Nō potest superbus esse, qui fatuus non est. Qui uero stultitia plenus est, is & arrogans est. Audi sapientem quendam dicētem: Videbam hominem qui sibijpsi prudēs esse uidebatur: insipiens uero spem habet præ illo potiorem. Vides quòd non frustra dixerim, arrogantiæ malum stultitia peius esse? Spem.n. inquit, potiorem habet stultus præ illo. Quapropter & Paulus dixit: Ne sitis prudentes apud uosmetipsos. In corporibus, dic mihi, quę dicimus esse sana? An quę multum habent tumoris, & plena interne multo & flatu & humore, an sedata & humilem superficiem habentia? Liquet quòd ista. Igitur & quod ad animos attinet, tumidus animus, peior rem intercute morbum habet. Sedatus uero, ab omni passione liberatus est. Quāta igitur bona nobis animi parit humilitas? Quid uis? clemētiam? mansuetudinem? benignitatem? sobrietatem? alacritatē? Omnia ista bona à modestia, & contraria ab arrogantia nascuntur. Necessario qui arrogans est, & contumeliosus est, & percussor, & iracundus, & amarulentus, & tristis, bestia magis quàm homo. Potens es, & superbis? Debebas hoc ipso magis humiliari. Quapropter in re nihili superbis? Etenim & leo te cōfidentior est, & aper robustior. Quin ne culex quidem es illis collatus. Et latrones uero, & sepulchrorum perfossores, & gladiatores, & famuli tui, & improbiores forte, te robustiores sunt. An igitur istud laude dignum putas, & non magis teipsum abdis, in hac re nihili superbiens? At pulcher es & formosus? Cornicum est ista iactantia. Non es pauone pulchrior, siue uirorem in eo, siue pennas inspicias. In pennis alitis uictoria est. Plurimū te excellit & collo & uirore. Et cygnus quoque ualde pulcher est, & plurimæ reliquarum auium, cum quibus si te contuleris, uidebis teipsum nihil esse. Sæpe uero & tenues pueri, & uirgines innuptæ, & meretrices, & uiri molles hanc habent gloriationem. An igitur istud arrogantia dignum est? Sed diues es? unde? Quid possides? Aurum, argentum, lapides pretiosos? Istam iactantiam habent & latrones & homicidæ, & qui in metallis operātur. Quod damnatorum labor est, ex eo tu gloriaris? At ornatus es & bene cultus? Et equos uidere est ornatos. Apud Persas uero & camelos uiderit quis ornari: inter homines aūt, omnes qui in scena sunt. Nō pudet in illis superbire, in quibus tecum communicant & bruta, & ferui, & homicidæ, & molles, & latrones, & tumbarū perfossores? Sed domos splendidas ædificas? Et quid istuc? Multi graculi splendidiores inhabitant, & uenustiora habent domicilia. An non uides eos qui circa pecunias insani, in agrestibus & desertis locis domos ædificarūt, graculorū scilicet habitacula? At uocis gratia superbis? Cygno & luscinia nunquam poteris canere suauius. Sed uariarū artiū gratia superbis? Et quid, quod ad hāc rē attinet, ape fuerit sapientius & instructius? Quis artifex adeo uarius, quis pictor, quis geometra, huius opera imitari poterit? At propter subtilem uestitum? Sed hìc te araneæ uincent. At propter pedum uelocitatem?

τοῦ ὄγκου.

2. Re. 16. b Præcedēti sermōe de uera animi humilitate disputatur.

G tatem? Rursus primores habebũt bruta. Nec leporẽ, nec capream, nec quæcunq; iumenta pedum uelocitate anteuertes. Sed in longinqua peregrinaris. Verũ non magis quã uolatilia. Nam illa facilius peregrinationes cõficiunt. Nec uiaticis sumptibus, nec iumẽtis opus habent, sed sufficit illis ad omnia alarum usus. Illę sunt & nauis, illæ sunt & iumentum, illę uehiculũ, illæ uentus, & quicquid dici poterit. Sed acutè uides? Verùm non ut caprea, neq; ut aquila. Acutè audis? At asinus acutius. Bene olfacis? At canis hìc se uinci non sustinebit. Ad instruendam alimoniã ingeniosus es? Verùm à formica superaris. Aurum gestas? At nõ quo modo indicæ formicæ. Sanitatis gratia superbis? Mul
Matt. 6.d tò melius habent bruta quàm nos, siue ualetudinem siue facultatem inspicias: non metuũt illa penuriam. Inspicite, inquit, uolatilia cœli, quoniam nec seminãt nec metunt, nec colligunt in apothecas. Melius itaq; bruta finxit deus quã nos, inquis? Vides quãta sit hìc inconsiderantia? Vides quã inexpensa stupiditas? Vides quãtũ nobis istarum rerum inquisitio largiatur. Qui plus omnibus hominibus superbit, brutis quoq;
H inferior esse reperitur, Sed parcamus illis, & non imitemur eos, neque quoniam quæ supra naturam nostrã sunt affectauit qui huiusmodi est, ad brutorũ numerum & album deductũ relinquamus, sed restituamus ac reuocemus eum inde, non propter ipsum (nã ipse quidem merito deiectionẽ hanc pateretur) sed ut benignitas dei, & honor, quo nos affecit, ostẽdatur & explicetur. Sunt. n. sunt, inquam, in quibus nihil cõsortij nobiscum habent bruta. Quænam sunt illa? Pietas, & uita iuxta uirtutẽ instituta. Hìc nõ potes obijcere fornicatores, neque molles, neque homicidas. Separamur enim ab illis. Quidnam istud est? Deum scimus, prouidentiam ipsius agnoscimus, de immortalitate philosophamur. Cedant hìc bruta. Præter hæsitationẽ de istis syncere sentimus. Hìc uero bruta nihil habent commercij. Vt enim omnibus, quæ ipsorũ sunt, inferiores simus: ipsis tamẽ dominamur. Nam iste potior est principatus, quòd ipsis inferiores: ipsorum tamen dominamur, ut discas te non horũ causam esse, sed deũ, qui te fecit, rationémque largitus est. Retia & laqueos ponimus, irruimúsque in illa, & capimus.
I Modestiam habemus, clementiam, mansuetudinem, pecuniarum contemptum. Verũ quoniam tu ex arrogantibus existens nihil horum habes, non immerito uel ultra homines superbis, uel ifra bruta humiliaris. Talis est. n. arrogantia & confidentia: aut ultra quàm oportet extollitur, aut rursus æquè humiliatur, nusquã rectã commẽsurationẽ custodiẽs. Angelis pares sumus, tales, ut dixi, existẽtes. Regnum nobis promissum est, & cum Christo tripudiũ. Flagellatur homo, & non succumbit. Homo mortem cõtemnit, nõ tremit, non metuit, plura non desiderat. Itaque quicũq; tales non sunt, brutis peiores sunt. Quando enim in corporalibus quidem abũdas, animales uero copias nõ habes: quomodo brutis nõ es peior? Duc enim in medium quempiam eorum qui in malitia, quicq; irrationabiliter, & qui in delicijs & abundantia uiuunt. Equus illo est bellicosior, aper robustior, lepus uelocior, pauo formosior, cygnus canor⁹ magis, elephas maior, aqla uisu acutior, oẽs uolucres ditiores. Vnde ergo dignus est, qui brutis dominetur? A ratione? At non est. Quãdo enim ratione non ut oportet utitur, illis quoque peior est. Nam cum rationem habẽs irrationabilior illis est, melius esset, si neque initio rationabilis factus fuisset. Non enim idem est, acceptã K prodere rationem, & nullo tempore accepisse. Qui regnat, & satellitibus peior est, melius haberet, si purpuram ne induisset quidem: ita & hic. Scientes itaque quòd sine uirtute brutis etiã peiores sumus, illã exerceamus ut homines simus, imò angeli, promissaque bona consequamur.

Homilia. VIII.

Taq; dilecti mei, quemadmodũ semper obedistis,
I *non in præsentia mea solùm sed & nunc magis in absentia mea, cum timore ac tremore uestram ipsorum salutẽ operemini. Nã deus est is, qui operatur in uobis, & ut uelitis, & ut efficiatis pro bono animi proposito. Oĩa facite sine murmurationibus ac disceptationibus, ut sitis inaccusabiles atq; integri, filij dei irreprehẽsibiles in medio nationis tortuosæ ac peruersæ, inter quos lucete tãquã luminaria in mundo, sermonẽ uitæ continentes, ut gloriari possim in diem Christi.* Parẽneses adiunctis encomijs faciendæ sunt. Nam ita promptiores fiunt quos hortamur, quãdo ad propriũ zelum eos prouocamus. Tale est, quod & Paulus hìc facit. Vide quõ prudenter. Itaque L dilecti mei, inquit. Non dixit simpliciter, obedite, sed præmissa primùm laude, & cũ dixisset, quemadmodum semper obedistis: hoc est, imitemini obsecro nõ alios, sed uos ipsos. Non in præsentia mea solùm, sed & multo magis in absentia mea. Quamobrem multo magis in absentia? Tũc quidem fortè uidebamini omnia propter honorem ac reuerentiam mei facere, nunc uero non ita. Si ergo apparuerit quòd nunc in idem intenderitis, apparebit simul quòd & tunc non propter me, sed propter deum feceritis. Quid uis? Nõ ut me audiatis, sed ut cum timore ac tremore uestrã ipsorum salutem operemini. Nequit enim fieri ut qui sine timore uiuit, generosum qd & celebre designet. Et nõ simpliciter dixit, cũ timore, sed addidit, & cum tremore, qui quidem auctio quędam est timoris. Ta 1. Co. 9.d lem timorẽ habebat Paulus, quapropter & dixit: Metuo ne quo pacto cùm alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Si enim temporalia sine timore comparari & disponi nequeunt, quantò minus spiritualia? Dic enim mihi: Quis literas absque timore didicit? Quis artis cuiuspiã peritus factus est absque timore? Si uero ubi nihil insidiatur diabolus, sed sola socor- M dia interturbat, tanto nobis timore opus est, ut solũ naturalẽ desidiam uincamus, ubi tãtum bellum est, tanta impedimẽta: quõ fieri poterit, ut unquam sine timore saluemur? Quomodo uero cõparabitur iste timor? Si cogitauerimus deum ubique præsentẽ esse, omnia audire, omnia uidere, non solùm quæ opere fiunt & quæ dicuntur, sed & quæ in corde sunt omnia, & quę in profundo sunt animi: iudex enim est cõ filiorum & cogitationũ cordis. Si ita nosipsos disposuerimus, nihil mali faciemus, nihil mali dicemus, nihil cogitabimus. Dic mihi: Si tibi semp proxime principem standum esset, non cum timore adstares? Quã do comedis, cogita præsentem esse deum: adest enim. Quando dormiturus es, quando irasceris, quando rapis, quando deliciaris, & quicquid tandem feceris, cogita adesse deum, & nunquam in risum incides, nunquam ad iram accenderis. Si cogitationem istam semper habueris, semper in timore eris ac tremore, tanquam si propè regem adstes. Artifex, etiam si peritus sit, & ualde artificiosus, cum timore tamen & tremore stat, metuens ne ab ædificio decidat. Et tu credidisti, multa bona patrasti, in sublime

A ascendisti: cautè teipsum continebis, & cũ timore stabis, oculumq; uigilãtẽ habebis, ne inde decidas. Sũt enim multæ nequitiæ spirituales, quæ te deiicere co
Psal. 2.c nãtur. Seruite domino in timore, & exultate ei in tremore. Et quomodo exultatio est cũ tremore? Est igitur ea sola uera exultatio. Quãdo enĩ boni quicquã fecerimus, & tale quòd deceat eos, qui cum tremore quid faciunt, tunc solũ lætabimur. Non dixit ergo ut sthe, sed catergazesthe: hoc est, cũ multo studio operemini, cũ multa solicitudine. Quoniã dixerat cum timore ac tremore, uide quomodo adiecto solatio certamẽ mitiget. Quid enĩ dicit? Deus est, qui operatur in uobis. Ne timeas quòd dixi, cum timore ac tremore. Non ideo istud dixi, ut desperes, ut uirtutẽ incomprehẽsibile quiddam putes, sed ut attendas, ne teipsum dissoluas ac remittas. Hoc si fuerit, deus omnia operabitur. Tu bono sis animo. Deus enĩ est qui opatur i uobis. Si ergo ipse operatur, oportet ut nos uoluntatẽ exhibeamus simul applaudentem, complectentem, & minimè effusam. Si uero uoluntatem i nobis ipse operatur, quomodo nos adhortaris? Et enim si ut uelimus ipse facit, frustra nobis dicis, obedite: non enim obedimus. Frustra dicis, i timore ac tremore: nam totum dei est. Nõ ad hoc deũ esse
B operantem i uobis, & ut uelitis, & ut operemini, sed ut solicitudinem uestram reuelarem. Si uolueris, tũc operabitur uoluntatem. Et promptitudinẽ ipse nobis dat, & operandi efficaciam. Quando enim uoluerimus, uolũtatem nostram postea adauget: Vtpote, uolo boni quidpiam operari, bonũ istud ipse operatur, & per ipsum etiam uolũtatem. Aut ex multa pietate hoc dicit, ut & facit quando rectè facta nostra dona esse dei dicit. Quẽadmodũ igitur cùm ea dona dei dicit, non eiicit nos ex libero arbitrio, sed permittit in nobis liberum arbitrium: ita quãdo dicit, Operatur in uobis ut uelitis, non aufert à nobis arbitrij libertatem: sed ostendit, quòd à rectè faciẽdo multã, ut uelimus, promptitudinẽ accipiamus. Vt enim ex opere nascitur opus, ita ex otio trahitur otium. Dedisti eleemosynã? Incitaris magis ad dandum. Non dedisti? Pigresces magis. Modestiam tenuisti unum diẽ?
C Habes incitamentum ad alterum. Segniter egisti? Au
Pro. 18.a xisti segnitiẽ. Impius enim, inquit, cum uenerit in profundum, contemnit. Quemadmodum igitur ille cũ uenerit in profundum malorum, cõtemnit: ita cùm uenerit iustus in profundum bonorum, diligẽter fatagit. Vt enim ille per desperationẽ socordior, ita iste considerata bonorum multitudine, diligẽtior reddi tur, ueritus ne totum perdat. Pro bono, iquit, animi proposito. hoc est propter dilectionẽ, propter placiti ipsius comitatẽ, ut quę ipsi placent fiãt, & iuxta uoluntatẽ ipsius fiant. Ostẽdit hìc, & securos esse facit, deum omnino operari. Vult enim nos iuxta uolũtatem suam uiuere. Si uero uult, agit ergo nos ad hoc, imo ipse istud omnino operabitur: Vult enĩ ut rectè uiuam⁹, Vides quomodo nõ auferat arbitrij libertatem? Omnia, inqt, facite sine murmurationibus & disceptatiõibus. Diabolus quoniã nequit nos à benefactis abducere, alia uia conatur mercedẽ nostrã inanire. Aut enim uanã gloriam, aut arrogantiã iducit, aut si nihil horum murmurationẽ, uel si neq; illã, disceptationẽ: Vide itaq; quomodo ista expurget Paulus. Dixerat de animi humilitate, quæ quidem ad tollendam arrogantiam dixit. dixerat de inani gloria, in eo quòd dixit, Nõ solũ in præsentia mea, hìc de mur- D muratiõe & disceptatiõe loquitur. Quamobrẽ, quæ so, cùm in Corinthiis hanc animi passionẽ tolleret, Israelitarũ meminit: hìc uero nihil tale dixit, sed simpliciter præcepit? Quoniã illic ea iam illos corripuerat. Quapropter & uehemẽtiore plaga, & maiore increpatiõe op⁹ habebat: hìc uero ne fieret, admonet. Superfluum ergo fuisset eos qui nondũ peccauerãt durius castigare. Alioqui & ad animi humilitatẽ eos inducens, non adduxit exemplũ illud ex euangelio, ubi superbi puniti sunt, sed à deo adhortationẽ induxit. Differit etiam ad eos, tãquam ad liberos & filios genuinos, nõ ut ad seruos. In bonis enim uir probus & generosus à rectè facientium exemplo inducitur: improbus uerò ab eorũ, qui malefecerũt. Ille ab honore iste à supplicio. Propterea & Hebræis scribens, Esau in medũ adduxit, qui pro unico edulio primo Heb. 12.d genituręsuę prærogatiuã uendidit. Et iterũ: Si se sub duxerit, non probabitur animę meæ. Et inter Corinthios multi erãt qui scortati fuerãt. Quapropter & di 2. C. 12.g xit: Ne iterũ me ad uos ueniẽte humiliet deus meus, & mœrore afficiam multos qui antea peccauerũt, & pœnitentiam non egerunt super immunditia, fornicatione, & lasciuia quam perpetrarũt, Vt sitis, inquit, E inaccusabiles atque itegri: hoc est, irreprehẽsibiles, synceri. Non enim exiguã maculam adfert murmuratio. Quid autem est absq; disceptationibus? Nũ bonũ? Nunquid non bonum? Nolite, inquit, disceptare, siue molestũ sit, siue laborioſu, aut quicquid aliud. Nec dixit, ne puniamini. Supplicium enim huic rei imminet. Atque illud in epistola ad Corinthios patefecit, hìc uero nihil tale dixit: sed ut sitis, inquit, inculpabiles & integri. Filij dei irreprehensibiles, in medio nationis tortuosæ atque peruersę, inter quos lucetis ut luminaria in mundo, sermonem uitæ continẽtes ut gloriari possim in diem Christi.

Morale.

Vides quòd eos erudiat, ne murmurẽt? Est enim seruorum improborum & insensatorum murmurare. Nã quis filius, dic quæso, in bonis paternis, sibiq; ipsi laborãs murmurat? Cogita, inquit, quòd tibi ipsi laboras, quòd tibi ipsi colligis. Illorum est propriũ murmurare, qui aliis laborant, quis aliis molestiã sustinent. Quis uerò sibi ipsi colligit, cuius gratia murmurat? quod opes, ipsius nõ augeantur? Sed non cõ- F uenit qui sponte agit ac nullo cogente quamobrem murmurat? Melius fuerit nihil operari, quàm cũ murmuratione. nam & quod factum est perit. An nõ uides, quòd et i ędibus nostris ista ppetuò dicimus: nẽpe, satius esset hæc nõ fieri, quàm murmurãdo fieri? Et sæpe malum⁹ ministerio priuari, quã murmurãtẽ sustinere. Grauis enim, grauis, inquam, est murmurator, & uicinus blasphemię: alioqui cuius gratia tantũ illi supplicij dederũt? Ingratitudo ẽ res ista. Qui murmurat, ingrat⁹ est deo. Qui autem deo ingratus est, blasphemus quoque est. Nã tum potissimũ cõtinuæ tentationes erãt, & cumulatiora pericula, nec ulla requies, innumera undiq; igruebant mala. Nunc uerò pax profunda, nunc tranquillitas. Quãobrẽ ergo murmuras? Quod pauperes? Sed cõsidera Iob. Quòd ęgrot⁹ es? Quid igitur, si tãtorũ bonorum ac uirtutũ tibiipsi cõscius, quot sanctus ille, ægrotares? Cõsidera rursus illũ, quomodo multũ tẽporis uermibus scaturiẽs, & i stercore sedẽs, scabiẽq; fricãs pseuerauerit. Elapso nanq; multo tẽpore, dicebat ad eũ uxor, quousq; pdurabis dicẽs, expectabo

Iob. 2. c

modicum ad huc tẽporis? Dei uerbum quoddã adG uersus dominũ & morere. At mortuus est tibi filius? Quid ergo si omnes amitteres, idq; misera morte, quemadmodũ ille? Scitis enim, scitis multum adferre solatij, assidere ægrotãti, ore colloqui, oculos claudere, adosculari genas, extrema uerba audire. Verùm nihil horum cõsequutus est iustus ille, sed omnes subito adobruti sũt. Et quid dico? Quòd si iussus esses ipse filium tuum occidere & immolare, ardẽtemq; uidere, quemadmodũ beatus ille patriarcha: quis quæso esses dum altare ædificares, ligna imponeres, filiũ ligares? Sed probris te quidã afficiunt? Quid ergo faceres, si ex amicis, qui ad consolationẽ uenissent ista audires? Nam nũc quidem multa delicta habemus, & merito probris afficimur. Tunc uero, qui uerax erat, qui iustus, qui pius, q ab omni re mala abstinuerat, ista ab amicis audiebat. Quid uero dic mihi, si uxorem exprobrantem audires ac dicentem: Ego errabundè & ancillæ iustar de loco ad locum, de domo in domum oberrabo, Solem occidẽtem excipiã: & dolores q me occuparũt solabor? Quamobrẽ ista dicis ô insensata? Non enim uir tibi horum est causa sed diabolus. Dic uerbũ aliquod aduersus dominũ, H inqs, & morere. Tu postea si ægrotus hoc diceret, & *quæ de muliere hic dicuntur, possunt de morbo intelligi.* morereturleuius haberes? [Nõ erat morbus in se gratior illa muliere, etiam si millies dixeris. Talis erat, ut quæ ne in domo quidẽ & domestica esse posset. Talis erat, ut quę omnes fatigaret & abiicer et. Nõ enim nisi immedicabiliter ægrotasset, extra urbem sedisset, peius habens elephantico morbo laborãtibns. Nã illi & domos ingrediuntur, & coniungũtur alternis: ille uero sub tempestate cœli nudus in stercore perno *Non erat morbꝰ illo grauior &c.* ctabat, & neq; uestẽ aliquam induere poterat. Quo modo? fortè dolores etiam auxisset. Nã liquefacio, inquit, telluris glebas, saniẽ & putredinẽ fricãs. Putrida caro eius uermes etiam pariebat, idq; cõtinuè. Vides quomodo quisq; nostrũ ista audiẽdo stupeat? Si uero audita ista itolerabilia sunt, uisu quomodo essent? Si uideri nequirent, multo minus perferri. Verũtamen passus est ea iustus nõ duos aut tres dies, sed multo tẽpore, & tamen nõ deliquit, ne in labiis quidem suis. Quẽ morbum mihi talem narrare poteris? Multos habere dolores? Illud enim non peius est stupiditate. Nam fœtorẽ, inquit, uideo esse cibos meos. Et non hoc solum, sed neq; nox & somnus, unde alij recreantur, aliquid illi solatij contulerunt, sed quouis tormento grauius presserunt. Audi ipsum dicentem: Iob. 6. b βρόμου γὰρ σ- Vt quid me in somnis torres, & uisionibus cõsternã reddis? Cùm mane fit, dico, quãdo erit uespera? ρῶ φη- σὶ τὰ σῖτα- Non murmurauit. Nec hoc solum erat, sed & gloriã quam à multis habuerat, amiserat. Habebãt enim iã eum tanquã innumeris malis obnoxium & rerũ, propter ea quæ patiebatur. Illud & amici quoq; eum dicebant, Non satis pro delictis flagellatus es. Quapro pter & ipse dicebat: Et corripiũt me minimi, quos canibus pastorum meorũ dignos nõ fuissem arbitratus. Quot mortibus istud non erat molestius? At cũ tãta esset rerũ perturbatione adobrutus, undiq; graui irruẽte tempestate, obnubilatione, procella, fulminibus, turbis, luorticibus, manfit tamen erectus & immobilis in tam seua tempestate, non secus quàm si i tranquillo sedisset, nec murmurauit, idq; ante gratię tẽpus, antequam de resurrectione, de gehẽna, de pœna & supplicio quicquam dictum esset. Nos uero auditis & prophetis & apostolis & euangelistis, uisisq; innumeris exemplis, & de resurrectione quæ dicũtur K edocti, adhuc tristamur, cũ tamẽ nemo dicere queat tanta sibi mala accidisse. Etenim & si pecuniã quis amittat, nõ tamen tot filios & filias: & si tot liberos amiserit, fortè cum peccauerit. Ille uero statim in me diis sacrificiis, in ipso cultu dei est. Et si liberos simul & pecuniam quis, tot scilicet, quot possibile sit amittat: nõdum tamen omnino ita ulceribus scatet, ut sanem & putredinem tãtam effũdat. Si uero & istud, at nondum insultantes & exprobantes passus est: id quod nos omniũ maximè mordere solet, magis quã calamitates ipsæ. Si enim cùm consolatores in malis & cõsulentes habemus, qui spem bonã nobis administrãt, adeo releuamur: cogita quid fuerit exprobrãtes habere i malis. Si illud, expectaui qui simul mecũ *Psa. 68.c* contristaretur, & nemo fuit: & qui consolarentur, & nõ inueni, graue est & intolerabile: quantũ malũ est pro cõsolatoribus inuenire qui exprobrent? Cõsola- *Iob. 16.a* tores, inquit, malorũ omnes. Si ista perpetuo uersassemus, si ea reputassemus, utique nihil nos rerum præsentium contristasset, respicientes in althetam istum, in adamantinam animam, in mentem istam ifractã L & æneam. Ita quippe generosè & constãter tulit omnia, ac si æneum aut lapideũ corpus habuisset. His cõsideratis, faciamus oia sine murmurationibus & disceptationibus. Bonũ quid facis, & murmuras? Quã ob rem? Nã necessitas tibi incũbit. Noui, inqt, quòd multi proximi murmurare uos cogũt. Istud enim in nuit; cùm dixit: In medio nationis tortuosę ac peruersę. Sed hoc admirandum est, & quòd iure nos uellicet, quòd qui talis est, nihil mali patitur. Nã & stellæ noctu lucent, & in tenebris comparent, & tamen nihilo læditur illarum uenustas, sed & splẽdidiores apparẽt: ita & tu, si apud tortuosos rectus mãseris, magis splendesces. Admirabile istud est, irreprehensibiles fieri. Etenim ne istuc dicerent, præocupans hoc posuit. Quid est sermonem uitæ continentes? Id est, uicturi, & de saluatis existentes. Vide quomodo confestim præmia ponat. Luminaria, inquit, sermonẽ lucis continent. Vos sermonem uitæ, semen uitæ: hoc M est, pignus uitæ habetis ipsam uitam continentes, id est, semen uitæ in uobis habentes. hoc dicit, sermonem uitæ. An igitur reliqui omnes mortui sunt? Istud *Rom. 4.d* enim significauit: alioqui & reliqui sermonem uitæ habuissent. Vt gloriari possim. Et ego, inquit, bonorum uestrorum particeps ero tanta est uirtus uestra, ut nõ solum uos seruet sed etiam me clarum reddat. Qualem gloriationẽ dicis ô beate Paule? flagellaris, agitaris, cotumeliis afficeris propter nos. Propterea dicit, in diem Christi. *Quòd non in uanum cucurrerim, nec in uanũ laborauerim. sed semper gloriari potero, etiã ſi immolor.* Non dicit, etiam si morior, ut neque Timotheo scribens. Nam & illic eodem utitur sermone dicens: Ego enim iam immolor, ut solaretur eos super mortẽ sua, instrueretque ut mortem, quæ pro *2. Ti. 4.a* Christo esset, prompto animo ferrent. tãquam libamen, inquit, & uictima immolor. O beatam animã. Victimam uocat accessum eorum. Multo est melius animã offerre quàm bouem. Itaque si circa oblatio- *Accessũ, ad fidem scilicet.* nem istam, etiam meipsum tradidero, & sicut libamen mortem meam, gaudeo. *Super hostia & sacrificio gaudeo, et congaudeo omnibus uobis. Ob idipsum autẽ & uos gaudete & congaudete mihi.* Quid congaudes? Vides quòd oporteat eos gaudere? Nam gaudeo, inquir, quoniam libamen fio. Congaudeo autẽ quòd

A uictimam offero. Ob idipsum autẽ & uos gaudete quod oblatus sum. Congaudete mihi in meipso lætanti. Non igitur lachrymis digna est mors iustorum sed gaudio. Si ipsi gaudent, congaudendum est eis. Esset enim absurdum, si lætantibus ipsis, nos eos deploraremus. At consuetudinem, inquis, illorum inqrimus: fictio est istud & prætextus. Vide igitur quid admoneat: Congaudete mihi & gaudete. Consuetudinem quæris? Quod si ipse hic mansurus es, merito dicis. Si uero post modicum deprehendes tandem abeuntem, quam consuetudinem quæris? Consuetudinem enim amicorũ quærit is, qui omnino & semper diuellitur, Si uero eandem uiam, quam illi, ingressurus es, quam consuetudinem quæris? Cur non eos deflemus qui in peregrinationib. sunt? An non post modicum & statim subinde post unum & alterum diem quiescimus? Si cõsuetudinem abeuntium quæris, tantum duntaxat fleto. Nihil, inquit, molestiæ patior, sed & gaudeo etiam ad Christum proficiscens, & non gaudetis? Congaudete mihi. Gaudeamus & nos. Si quando iustum mori uiderimus, imo etiam si B quem ex deploratis. Nam hic quidem abit mercedẽ laborum accepturus, iste uero cursum etiam peccatorum suorum amputauit. Sed, inqs, fuisset fortè immutatus si uixisset. At non rapuisset eum deus, si qui dem uiuendo mutari potuisset, quum omnia ad nostram salutem dispensset. Cuius enim gratia non permisisset quandoq; beneplaciturum uiuere? Si eos permittit, qui non immutantur, multo magis eos qui immutantur. Planctus itaque nobis undiq; amputatus est, undique lamenta tollantur. Super omnibus gratias agamus deo, sine murmurationibus faciamꝰ omnia. Lætemur, & bene accepti reddamur illi, ut futura bona consequamur.

Homilia IX.

Pero autẽ in domino Iesu me Timotheũ breui mis
5 *surum uobis, ut & ego bono sim animo, cognitis reb. uestris.* Nã neminẽ habeo pari mecũ animo præditũ, *qui germanè res uestras curaturus sit.* Oês enim quæ*runt quæ sua ipsorũ sunt, non quæ xpi Iesu.* Dixerat, quoniam q̃ mihi acciderunt ad profectum euangelii euenerunt, ita ut uincula mea manifesta facta sint in toto ptorio. Dixerat, & si immolor super uictima & sa- C crificio fidei uestræ, consolidauerat eos per ista. Forte suspicati fuissent, q̃ primò dixerat, solatii gratia dicta esse. Vt quid igitur Timotheũ, inquit, ad uos mitto? Etenim desiderabant audire oia quę ipsi accidissent. Et quã ob rem non dixit, ut sciatis res meas, sed ut ego cognoscam res uestras? Nam q̃ apostoli quidem erant, annunciaturus erat pter Timotheũ, Epaphroditus. Propterea progressus, inquit, necessarium autem putaui mittere ad uos Epaphroditum fratrẽ, *Hic inſ.d* uestra uero cognoscere uolo. Est. n. uerisimile multũ temporis illum egisse apud Paulum, pp corporalem ægritudinem. Itaque uolo, inquit, res uestras cognoscere. Vide itaque cũo omnia ad Christum referat, etiam quòd Timotheum missurus sit: dicens, Spero autem in domino Iesu: hoc est, Confido prosperaturum mihi deum & facilè redditurum istud, ut & ego bono sim animo, cognitis rebus uestris. Quemadmodum uos, inquit, refocillaui postq̃ quæ pro me precati estis audistis, nempe quòd euangelium creuit, quòd aduersarii pudefacti sunt, quod per ea ipsa me exhilararunt, quæ obesse putabant: ita cupio & statum uestrum cognoscere, ut & ego bono sim animo, cognitis rebus uestris. Ostendit hìc, quod gaudere D eos oportuerit super uinculis suis, eaq; imitari: multã enim ipsi animi iucunditatem pepererãt. Nã illud, ut *1 The. 2.d* & ego bono sim animo, idem est atq; quemadmodum uos. Papæ, quantum habebat Macedonię desiderium? Et ad Thessalonicenses idẽ dicit, ut cũ inqt, Nos uerò orbati uobis ad tẽps horę. Hic, spero, inqt, missurũ me Timotheũ, ut cognoscã res uestras, qd magnæ erat prouidẽtię. Cũ. n. ipse nõ posset adesse, discipulos mittebat, nõ sustinẽs uel modico tpe res illorũ ignorare. Non. n. spiritu oia cognoscebat. Et hoc aũt merito fiebat. Si. n. istud psuasi fuissent discipuli, impudentes utiq; facti fuissent. Nunc uerò sperãtes latere, ẽt si correcti fuerint, & hoc eos potissimũ conuertit quod dicit, ut & ego bono sim aio. Fecit eos diligentiores quoq;, ut etiã si Timotheus nõ ueniat, inuenturus tamen sit quẽquam, qui annunciet eorũ acta. Videtur autem ipse & hoc modo erga Corinthios usus esse, aduentumq; suum distulisse, ut illis immutandi daretur occasio. Propterea & scripsit: Parcens uobis, nondum ueni Corinthũ. Non. n. hoc solo ostenditur dilectio, quòd sua annunciat, sed & *2. Co. 1. d* eo, quòd res ipsorum cognoscere quærit. Est enim E istud animi soliciti & curis adfecti, semperq; in timo re existentis. Simul uerò eos etiã honorat, quòd Timotheum mittit. Quid dicis? Timotheũ mittis? Quã nam ratione? Etiam, inquit. Neminem. n. habeo pari mecum aio præditum, hoc est, qui pariter mecũ solicitus sit: qui germanè res uestras curaturus sit: hoc est, paterno affectu. *Omnes enim quærunt quæ sua ipsorum sunt, non quæ Christi Iesu* Id est, propriam recreationem quærunt, & ut securi sint. Hoc & Timotheo scribens, dicit. Quam ob rem ista deplorat? Vt nos, qui ista audimus, instruat, ne in eadem delabamur, ut audientes eruditi, ne requiem quærant. Quid F enim requiẽ quærit, non quæ Christi, sed quæ ipsius sunt, quærit. Oportet enim instructos & paratos esse ad quemuis laborem, ad omnem calamitatem sperendam. *Probationem uerò eius nostris*, inquit, *quòd ut filius cum patre mecum seruierit in euangelium.* Et quòd ego nõ temerè ista de eo dicã, nostris ipsum, inquit, uos ipsi, quòd ut filius cum patre mecum seruierit in euangelium. Comendat hìc merito Timotheum, ut multo apud eos honore potiatur. Hoc & ad Corin- *1. Co. 6. b* thios scribens facit, cùm dicit: Ne quis eum contemnat. Opus enim domini operatur, quemadmodũ & ego. Non illius curam ago, sed eorum qui ipsum reciunt, ut multam auferant mercedem. *Hunc igitur spero me missurum, mox ubi uidero mea negotia.* Hoc est, cùm uidero, quo statu sim, & quẽ habeant finẽ res meæ. *Confido autem in domino, quòd & ipse breui uẽturus sim ad uos.* Non ideo ipsum mitto, tãquã nõ uenturus sim: sed ut bono sim animo cognitis rebus uestris, ne interea tẽporis in timore sim. Cõfido autẽ in domino, inquit. Vide quomodo oia deo deferat. Nihil ex suo ipsius animo loqtur. Id est, si deꝰ uoluerit,

G Necessarium uero arbitrátus sum Epaphroditũ fratrẽ et cooperariũ & cõmilitonẽ meum. Et hunc iterum cum iisdem encomiis mittit quibus & Timotheum. Illũ enĩ à duobus istis cõmẽdauit, nẽpe, quòd & eos diligat, sũ dicit, Qui germanè tes uestras curatur⁹ sit: de inde, quòd i euãgelio probatus sit. Et hũc ab iisdẽ de nuo, propter eãdẽ causam, qua illum laudauit. Quomodo? Quod enim dicit, fratrẽ & cooperariũ, & nõ hic consistit, sed addit, & commilitonem meũ, ostẽdentis est, multam eũ cõmunicationem periculoũ secũ habuisse eademq; de eo testantis, quę de seipso: illud uero, cõmilitonẽ, plus est, quã quòd cooperariũ eum uocat. Facilè sortè in rebus exilibus cooperat⁹ fueriti: bello uero & periculis nõ itẽ. Hoc uero istud declarauit, quòd dixit, & cõmilitonẽ. *Vestrũ autẽ*, in quit, *Apostolũ et cooperariũ necessitatis meæ, mittere ad uos.* Hoc est, qua [nostra sunt, uobis largimur. Aut certè uestrũ uel eum qui uos docuit, uobis mittimus. Rursus uero multa de dilectione eius adiicit, dicẽs. *Quã doquidẽ desiderabat võs uos, anxius animi, propterea quòd audisse tis eũ infirmatũ fuisse.* Etenĩ *infirm⁹ fuit, ita ut esset uicinus morti sed deus misertus ẽ illius, at nõ illi⁹ tãtũ, sed & mei, ne dolorẽ haberem super dolorẽ.* Hic uero & alterũ agit, ostẽdens quòd & ipse Epaphroditus bene nouerit, quòd à uobis, inqt, diligatur. Non parũ autẽ istud ad diligẽdũ attrahit. Quomodo? Infirm⁹ fuit, i quit, & doluit, quòd san⁹ uos nõ uidisset, & mœrore isto uos liberasset, quẽ propter infirmitatẽ suã habuistis. Et aliud hìc agit, nẽpe, quòd pro tẽpore istũ ad eos mittat, & nõ propter negligẽtiã. Timotheũ uero propterea tũ apud se detineat, quòd neminẽ alioqui habeat. Nõ enĩ habeo, inquit, q pari animo mecũ sit. Epaphroditum autẽ, propter infirmitatem. Deinde ostẽdẽs quòd ifirmitas huius lõga fuerit, & multũ tẽ poris cõsumpserit, iquit: Etenim infirmus fuit, ita ut esset uicinus morti. Vides quãtũ diligentiæ impẽdat Paulus ad hoc, ut omnis socordiæ & negligẽtiæ occasionẽ ex animo discipulorum amputet, ne suspicẽtur se propterea nõ ipsũ uenisse, quòd eos cõtẽneret. Nihil enim ita discipulum allicere poterit, ut si psuasus sit curæ esse præpositо, illumq; sui gratia anxium esse, quod quidẽ excellẽtis est dilectionis. Propterea, inquit, quòd audisse tis eum ifirmatũ fuisse. Etenĩ isir mus fuit, ita ut esset uicin⁹ morti. Et quòd ista nõ ex cusãdi ac prętextus gratia dicam, audite: sed deus misertus est eius. Quid dicis ò hæretice misericordiam dei hìc esse dicit, quòd eum qui discessurus hinc erat, cõtinuit, & denuo ad sanitatẽ cõuertit. Atqui, si malus est mundus, nõ est misericordiæ opus in malo p mittere: sed aduersus hæreticum quidẽ facile est dicere: ad Christianũ uero quid dicemus? Nã & ipse fortè hæsitabit, ac dicet: si resolui & esse cũ Christo multò est melius, cuius gratia dicit huic factã esse misericordiã? Ego uero rogabo: cu⁹ gratia dicit, necessariũ magis est manere apud uos? Quemadmodũ enĩ ipsi necessarium erat, ita & huic, cũ maioribus diuitiis, & maiore fiducia ad deum hinc abituro. Illud enĩ & si nunc factũ non fuisset, postremũ mansisset. Animas uero lucrari nõ possunt, amplius, qui hinc illo abscesserunt. Multa secũdũ cõmunem audientium consuetudinem quoq; loquitur Apostolus, & nõ ubiq; philosophatur. Erat enim illi sermo ad homines mũdanos, mortẽ adhuc metuentes: deinde, ostẽdit, quãtã habeat Epaphroditi rationẽ, et ex eo uenerabilẽ eũ facit: utpote quod salutẽ eius adeo utile sibi dicit, ut

fortεὺμέ τερα i. uestra.

Supr. 1.d

misericordiam & ipse per illum cõsequutus sit. Aliàs K uero & prẽter ista, bona est præses uita: alioqui si bona nõ est, qua ratione supplicij loco deputat mortes immaturas? Vt cùm dicit: *Propterea multi fũt inter uos infirmi, & ibecilles, & dormiũt multi. Futura enĩ uita nõ est hac ut mala melior. nã alioqui bona nõ esset. Sed ut bõa melior est, istã bonã excellit ut melior. Ne dolorẽ haberẽ super dolorem.* Dolorẽ à morte super dolorẽ, quem ab ægritudine ipsius cõtraxerat. Per ista ostendit, quan to honore habeat Epaphroditũ. *Studiosius itaq; misi illũ.* Quid est, studiosius? Hoc est, sine mora, sine cunctatione, cum multa festinantia, iubẽs eũ ire a duos, ut ab isto mœrore uos liberaret. Nõ enim ita gaudẽ⁹ audiẽtes eos esse sanos, quos desideram⁹, ut quã do eos uidem⁹, & maximè si quãdo istud præter spẽ acciderit, id quod i Epaphrodito factũ est. *Studiosi⁹*. inqt, *misi illũ ad uos, ut uidẽtes illũ gauderetis, et ego magis dolore uacẽ.* Quomodo magis dolore uacẽs? Quo niã si uos gauisi fueritis, & ego gaudebo, & ipse gaudebit super eadẽ animi iucunditate, & ego magis dolore uacabo. Et nõ dicit, ut ego dolore, uacẽ, sed, ut magis dolore uacẽ: ostẽdẽs quòd anim⁹ eius nũquã L dolore uacet. Qui enim dicit: Quis isirmatur, & ego nõ isirmor? qs offenditur, & ego nõ uror? quomodo extra dolorẽ fuisset? Dicit ergo, ut mœrore istũ depo nã. *Excipite igitur illũ in domino cũ omni gaudio.* In domino: hoc est, spiritualiter, cũ multa diligẽtia: imo uero cũ dei uolũtate dignè sanctos susciptatis, quemad modum decet sanctos, cum omni gaudio. Hæc oĩa propter eos ad quos mittebat, facit. Maior enĩ utilitas accedit benefacienti, quã beneficiũ accipienti. *Et tales in precio habete.* hoc est, Excipite eum quomodo decet sanctos excipere. *Quoniã propter opus Christi co accessit, ut moriti esset pxim⁹, nõ habita uitæ ratiõe, ut sup pleret id quod i uestro erga me officio fuit diminutũ.* Erat ipse Epaphroditus cõmuni nomine à Philippẽsiũ ciuitate amãdatus, ut Paulo ministraret, & fortè aliqd secũ deferens ad eũ uenit. Quòd enim pecunias attulerit, ostẽdit circa finẽ dicẽs: posteaq; accepi ab Epaphrodito quę à uobis missa fuerãt. Possibile igitur ẽ eũ cum adurbẽ Romanorũ applicuisset i magno & uehemẽti periculo reperiisse Paulum, ita ut illũ accedẽtes securè hoc facere nequiuerint, sed cũ periculo M accesserint, quẽadmodũ in magnis periculis fieri solet, quando reges uehemẽter irascuntur. Quãdo enĩ qui regẽ ossẽdit, in carcerẽ conijcitur, multaq; custodia detinetur, tũc & famulis acces⁹ obstruitur, quòd uerisimile ẽ tũ Paulo quoq; obtigisse: Epaphroditũ uero, ut uir ũ animo generoso, omne periculũ cõtempsisse, ita ut illi adstiterit & administrauerit, ac cũcta quæ necessaria erãt, fecerit. Duo itaq; ponit, ex qbus eum uenerabilẽ facit. Vnum quidẽ, quoniã ad mortẽ usq; mei gratia, inquit, periclitatus est. Alterũ uero, quòd ciuitatis suę psonã idutus, ista in illo piculo ita administrauit, ut merces imputari meruerit illis qui eũ miserãt, tãquã si legatum aliquem ciuitas ista misisset. Itaq; quòd cũ obsequij famulatu excipitur, & propter præstita obseqa cõmẽdatur, mai⁹ est quã cũ reb⁹ audacibus & periculosis cõmercij habere. Et nõ dixit, propter me, sed, digniorẽ eũ facit, dicẽs: quoniã propter opus Christi morti accessit: Non enĩ propter me, sed propter deum eo acessit, ut morti esset proximus. Quid enim quòd deo ita dispẽsãte nõ est? mortuus? Ipse nanque uitæ rationẽ non habuit, sed seipsum exposuit, ab officio ministrandi mihi no

Infr. 4.d

A desistens, quicquid tandem ferre oportuisset. Si uero ad hoc ut Paulo ministraret, in mortem seipsum tradidit: multo magis pro ipsa euãgelij p̃dicatone istud sanè passus fuisset, imo & hoc ipsum pro prædicatione erat, quod pro Paulo mori parat⁹ fuit. Etenĩ martyrij corona nõ solùm pro eo est, quòd idolis nõ immolatur, sed & tales occasiones martyrium faciũt. Et si admirandũ quid dicendũ est, multo magis istæ quàm illę. Qui enĩ pro minore intrepidus est ad mortẽ, multo magis pro maiore. Itaque & nos siquãdo sanctos in periculis uiderimus, nullam habeamus uitæ nostrę rationem. Nequit enim fieri, ut qui nihil audet generosum quid faciat unquã: sed necesse est eũ, qui præsentis uitæ securitatẽ prospicit, excidere ex futura. Vt *suppleret*, iquit, *quod in uestro erga me officio fuit diminutum.* Quid hoc est? Ciuitas non aderat, sed mihi omne officium per istum præstitit, quòd eũ misit. Quòd igitur in uestro erga me officio diminutũ fuit, ipse impleuit. Itaque & huius nomine æquũ fuerit ut multo potiatur honore, quoniã quòd multos oportebat facere, hoc ipse pro uobis prestitit. Et ostẽdit, primũ esse officiũ quòd ab illis qui securè agunt, B periclitantibus impenditur. Illud enĩ diminutum, & illud, quòd in uestro officio, ita dictum est. Vides prudentiam & curam apostolicã? Hoc non ex arrogantia fit, sed ex multa prouidentia. Nam ne extolleretur, sed modestè ageret, neque se magnum quid præstitisse putarent, sed humiliarentur, rem istam ministerium & officium uocat, diminutionisq; meminit.

Morale. Etenim sanctis apud nos debetur ministerium, & nihil illis gtuito facimus. Nam quemadmodũ in exercitu stantibus, & bellum gerentibus sumptus debentur ab illis qui in pace sunt, & bellum nõ sustinẽt: pro illis enim isti in acie stant: ita & hic. Nisi enim do cuisset Paulus, quisnam ipsum tum in carcerẽ coniecisset? Itaque debetur ministerium & officiũ sanctis. Quomodo nanq; absurdum non fuerit regi terreno bellum gerenti omnia administrare, & indumẽta & alimoniam, non solũ quantum necessarius poposcerit usus, sed & ad abũdantiam usque, regi uero cœlesti aduersus multo grauiores hostes prælianti (lucta enim nostra non est aduersus sanguinẽ & carnem) ne ea quidem subministrare quæ necessitas exegerit, C quantæ non fuerit perfidiæ? quantæ ingratitudinis? quàm turpis quæstus? Verũ ut solet, plus ualet apud nos hominũ metus quàm gehennę & futurorũ supplicium. Quaproper & omnia peruersa sunt. Nã res quidem politicæ quotidie magna diligentia perficiuntur, nec quicquam eorum omittere licet: spiritualium uero nulla uspiã ratio, sed quę qdem coactè exiguntur, & cũ tormentis, & tanquã à seruis & inuitis, exhibẽtur cũ multa animi gratitudine: quę uero à uoluntariis, & tanq; à liberis petuntur, uicissim omittũtur, nõ de omnibus dico, sed de illis qui suptus istos non porrigunt. Num enim poterit deus ista quoq; necessaria facere & coacta? Sed nõ uult. Vobis enĩ parcit magis, quàm illis qui alũtur. Propterea nõ uult ut coacti deponatis hos sũptus alioqui nulla esset merces. Et multi eorũ qui hìc sunt, Iudæis inferiores sunt. Perpẽde quãtum Iudæi dederint, decimas, primitias, rursus decimas, iterũ & alias decimas: deinde & alias [trigesimas, ſ & siclũ, & tamen nemo dicebat quòd multa cõsumerentur à sacerdotib⁹. Quãto plura accipiebãt, tãto maior erat & merces. Nõ dicebãt, multa accipiunt, uẽtri inseruiunt, quæ nũc quosdã audio di

decimas tertias.

cere. Et quidẽ qui domos ædificãt, & agros coemũt, D nihil se putant habere. Si uero sacerdotũ quisquàm splendidius indutus fuerit, aut uictu necessario non eguerit, aut ne p̃ter decorũ ipse cogatur obire singula, ministrũ habuerit, pro diuitiis illi sputatur. Re uera diuites sumus. Et in istis, etiam inuiti fatẽtur. Nos quidẽ, etiam si modica habeamus, diuites sumus. Illi uero etiã si omnibus cumulẽtur, pauperes sunt. Quo usq; insipiẽtes erimus? Nõ sufficit [quòd nihil ad castigationẽ uobis facimus,] sed oportet damnũ quòd à malo est affectu quoq; adiicere? Nã etiam si ipse quę possidet, illi dedisses. mercedẽ tamen p didisses, quòd super illis quæ dedisses, quereris, & criminaris. Omni no uero, si dedisti, quid conquereris? Primũ itaq; pau pertatis illi testimoniũ exhibes, cũ dicis, quę habet ip se dedi. Quid ergo cõquereris? Nõ debebas, dare, si q dẽ cõquesturus fueras. Sed de aliorũ datis ista dicis? Grauius delinquis, quòd cũ nihil dederis, criminaris quę alius benefacit. Quantã putas mercedẽ habent, quos ita criminãdo malè audire facis? Propter deum enĩ, ista patiũtur. Quomodo & quã ob rẽ? Poterãt, si quidẽ uoluissent uel cauponariã amplecti uitã, etiã E si nihil habuissent à maioribus suis. Nã & hæc impudẽter audio multos dicere, cũ dicimus, ille paup est: Si uoluisset, inquiunt, poterat diues fieri: deinde & cõtumeliosè, auus eius, & pater eius, & ille, talis ac talis erat. Nũc uero tali uestitu indutus est? Sed dic mihi, estne illi nudd circũeundum? Tu uero curiosè ista inquiris. Vide autem ne contra teipsum loquaris. Sed audi admonitionẽ Christi dicentis: Nolite iudicare, ne iudicemini. At poterat, si uoluisset, cauponariam uel mercatoriã uitã agere, & omnino locuples euasisset, sed noluit. Quid ergo, iquiũt, hìc multa lucratur, dic quæso, fericis uestitur multitudniem sequẽtiũ & comitantium habens circa forum arrogãter incedit, equo uehitur, domos ædificat, habens ubi maneat. Si ista facit, & ego reprehendã, & nõ parcã: imo ipsũ sacerdotio quoq; indignũ dico. Quomodo enim ad monebit alios, ne superfluis istis uacent, cũ seipsum ipse admonere nequeat: Si uero necessarium uictum abũdè habuerit, ideone iniust⁹ erit? Sed circuire oportebat & mendicare? Et tu, ut discipulus, nihil inde, dic quęso, pudefieres? At pater quidem carnalis si hoc faceret, turpe putares: si uero spiritualis pater ad hoc F cogeretur, frontem nõ perfricares, nec; pudore cõtegendum putares? Ignominia patris, inquit, opprobrium est filiorum. Sed quid? Num fame perire oportebat? At nec; hoc pietatis fuerit, deus enĩ nõ ita uult. Sed quid cõfestim philosophãtur? Scriptũ est, inquis, ne possideatis aurum, nec; argentum, nec; duas tunicas, nec; pecuniam in zonis uestris, nec; baculũ: isti uero, & tres & quatuor uestes habẽt, & lecticas stratas. Cogor nunc amarè suspirare: licet nõ oportuerit me decorũ excedere, etsi lachrymatus sim. Quã ob rem? Quòd circa aliorum festucas excutiendas adeo seduli ac diligẽtes sumus, trabes uero i oculis nostris habẽtes ne sentimus quidem. Dic mihi. Qua ratione ista tibi ipsi non dicis? Quod doctoribus dũtaxat, in quis, præcepta sint ista. Cũ ergo Paulus dicit, habẽtes alimẽta, & quibus tegamur, istis cõtenti erim⁹: ad solos doctores hoc dicit? Nequaq;, sed ad oẽs homines: id quod ex præcedentibus liquet. Quid enĩ dicit? Est enim quæstus magnus pietas cũ animo sua forte cõtento. nihil enim intulimus in hũc mundum: liquet, quod nec efferre quicq; possim⁹. Postea stati subdit:

uobis ad suppliciũ quod nihil præsletis.

Mat. 7.a

1.Ti. 6.b

Ibidem.

Ecc. 22.a

Ma. 10.b

G Habentes autē alimenta & quibus tegamur, his contenti erimus. Qui uero diteſcere uolunt, incidunt in tentationem & laqueum, & cupiditates multas ſtultas ac noxias. Vides quòd ad omnes hic ſermo dictus ſit? Quid uero cum iterū dicit, carnis curam ne agatis ad concupiſcentias. nónne ſimpliciter omnibus dicit? Quid autem cū dicit, Eſcæ uentri & uenter eſcis: deus autē & hunc, & illas deſtruet? Quid cū dicit: Porrò quæ in delicijs uerſatur, uiuens mortua eſt, de uidua differens? An & uidua doctoris habet officium? Num ipſe dicit, Mulieri, ut doceat, non permitto, neq; authoritatem uſurpare in uiros? Si uero uidua, ubi & ætas eſt ſenilis (nā ſenectus multa cura opus habet) & ipſa natura, (mulierum enim genus maiore recreatione indiget, utpote infirmū ac debile) ſi, inquā, ubi & ætas iſta eſt & natura, deliciari uiduā non permittit, ſed & mortuā eam eſſe dicit, (non.n. ſimpliciter dicit, non delicietur, ſed quæ in delicijs uerſatur uiuens mortua eſt) excidit eā quoq; (quę nanq; mortua eſt, exciſa eſt) quā ueniam habebit uir eadem iſta faciens H pro quibus mulier prouectæ ætatis punitur? Sed iſta nemo ne cordi quide accipit, nemo iſta inquirit. Ego uero ea ægrè & coactè dixi, non ſacerdotes ab incuſationibus liberare uolens, ſed uobis parcens. Nam illi quidem ſi merito & non iniuria propter iſta male audiunt, tā quam pecuniarum quæſtui dediti, nihil dāni à uobis accipiunt: ſed ſiue dixeritis, ſiue non dixeritis, alibi rationē reddēt iudici, ita ut nihil eis uerba ueſtra noceant. Si uero falſa fuerunt quę à uobis dicuntur, ipſi quidem lucrū inde acquirunt ſruſtra calumniis adfecti, uos uero dānum hinc uobiſipſis infertis. Circa uos.n. non ita habet, ſed ſiue uera ſint, ſiue falſa quibus illis maledicitis, dānum habetis. Quam ob rem? Si nanq; uera ſunt, & ſic uobis nocetis, quòd doctores iudicatis, ordinemq; inuertitis. Nam ſi fratrem non oportet iudicare, multo magis doctorem non oportet. Si uero falſa ſunt, intolerabile ſupplicium & pœna. De quouis.n. otioſo ſermone rationem reddetis. Itaq; ueſtri gratia omnia facimus & laboramus. Quemadmodū autem dixi, nemo iſta inqrit, nemo in iſtis curioſus eſt, nemo ad ſeipſum quicq̄ horum dicit: uultis & alia addam? Niſi quis, inquit, Chriſtus, renunciauerit oībus quæ poſsidet, non eſt me dignus. I Quid uero quod difficile eſſe dicit, diuitem ingredi in regnum cœlorum? Quid quod dicit: Væ uobis diuites, quoniam recipitis hic conſolationem ueſtrā? Nemo iſtud ſcrutatur, nemo ppendit, nemo ad ſeipſum differit, ſed quæ aliorum ſunt ſtudioſe inquirimus. At iſtuc eſt participem criminum fieri. Vt uero & ab illis ipſis, quibus ſacerdotes obnoxios eſſe dicitis, ueſtri gratia eos eximam, audite. Nam illud ipſum, quod de eis perſuaſi eſtis, tranſgreſſores eſſe legis dei, multum habet momenti ad malum. Age ergo & illa ſtudioſe ſcrutemur. Dixit Chriſtus: Ne poſsideatis aurū, neq; argentum, neq; duas tunicas, neq; calceamenta, neq; zonam, neq; baculum. Quid igitur, dic mihi? Petrúsne iuxta præceptum hoc fecit? Quomodo fecit, cum & zonā habuerit & calceamenta? Audi.n. quid angelus ad eū dicat: Præcingere, inquit, & ſubliga ſoleas tuas. Atqui non tāta erat calceamentorum iſtorum neceſsitas. Potuit enim pro temporis illius ratione nudus eſſe pedes. Si uero magna calceamētorum neceſsitas eſt in hyeme eſt. Verū habebat calceamenta. Quid uero Paulus? Ad Timotheum ſcribens, dicit: Cura ut ante hyemē uenias, deinde præcipit ac dicit: Penulam quā reliqui Troade apud Carpum, cùm uenies apporta & libros, maxime membranas. Ecce penulā dicit. Nec poterit quiſquā dicere quòd & aliam quandam, quam geſtarit, non habuerit. Si enim omnino illam non induit, ſuperfluum erat quòd adferri eam iubebat. Si uero fieri nequit quin eam geſtarit, manifeſtum eſt quòd alteram habuerit. Quid autem quòd biēnio toto manſit in ſuo cōducto? Ergo Chriſto non obediuit uas illud benedictionis, ille qui dicit, Viuo uero iam non ego, ſed uiuit in me Chriſtus, de quo Chriſtus teſtatus eſt, dicens. Quoniam mihi uas electionis eſt iſte? Oportebat amphiboliā iſtam apud uos relinquere, nec ullam quæſtionis huius inducere ſolutionem, ſed pœnam iſtam neglectarum ſcripturarum à uobis exigere: nam ex harū negligentia omnia iſta naſcuntur. Propterea & in aliorum peccatis amaruléti ſcrutatores & inquiſitores ſumus, noſtrorum autem nullam rationem habemus, eo quòd ſcripturas ignoramus, quòd in diuinis legibus inſtructi non ſumus. Oportebat itaq; uos pœnam iſtā quidem exigere, ſed quid patior? Multa largiuntur filijs patres, etiam ultrà quàm oporteat, dum paterna illis incaleſcunt uiſcera, & ſi filium uiderint mœſtum & tabeſcentem, dolore mordentur, & ipſi pluſquam ille, nec quieſcunt donec triſtitiæ cauſam abſtulerint. Veruntamen uel hoc fiat, mœſti eſtote, quòd ſolutionem quæſtionis huius non accepiſtis, ut bene illam capiatis. Quid ergo eſt? An Chriſto aduerſati ſunt? Abſit. Imò ſtudioſē præceptis Chriſti obedierunt. Nam præcepta illa temporalia erant, & non perpetua, Et iſtud non ex cōiectura dico, ſed ex diuinis ſcripturis. Quomodo? Lucas ſcribit Chriſtum dixiſſe diſcipulis: Quando miſi uos ſine ſacculo, & pera, & zona, & calceamentis, num quid defuit uobis? Dicunt illi. Non. Poſthac ergo uobis cōparate. Sed quid oportebit fieri, dic quæſo? Vnam habere tunicam? Quid ergo cum lauanda fuerit, domi ne nudū ſedere oportet, aut nudum circuire, exigente neceſsitate, & præter decorum agere? Cogita quale fuiſſet, ſi Paulum illum tot uirtutibus peragrantem orbem, propter indumenti defectum domi ſedere, & à tantis rebus gerendis impediri oportuiſſet. Quid uero ſi frigus fuiſſet uehementer intenſum, ac depluiſſet, aut etiam glacialis fuiſſet tempeſtas, ſut torpeſcendum fuerit? Nudone rurſus illi deſidendum fuiſſet? Quid autem ſi frigus corpus illius deieciſſet? An tabeſcendum fuiſſet, & nihil loquendum? Quòd enim illis non adamantina corpora data ſint, audi quid de Timotheo dicat: Vino, inquit, modico utere propter ſtomachū tuū, & crebras infirmitates tuas. Et iterum de alio: Neceſſarium putaui, ut mitterem uobis apoſtolum ueſtrū, & miniſtrum neceſsitatis meæ. Etenim infirmus fuit, ita ut eſſet uicinus morti. Sed Deus miſertus eſt illius, at non illius tantùm, ſed & mei. Itaque quibuſuis paſſionibus obnoxij erant. Quid igitur? Pereundúmne erat? Nequaquam. Cuius ergo gratia tum iſtuc præcepit? Vt potentiam ſuam oſtenderet, quòd & poſtea ad hunc modum facere potuerit. Sed non fecit. Quā ob rem igitur non fecit? Multo erant iſti clariores & admirabiliores Iſraelitis, quorum calceamenta non atterebantur, neque etiam indumenta idque ſolitudinem illam perambulantium, ubi feruentior irruit Solis radius, ipſos quoque lapides exurere ualens. Qua ergo ratione hoc fecit? Propter te. Quoniam enim nō ſanaturus, ſed uulneraturus erat pharmacorum tibi materiam præbuit, atque uel hinc clarum iſtud eſt: Non potuit ipſe eos paſcere? Si tibi alimoniam dedit, qui illum offendiſti, non multo magis Paulo dediſſet? Qui iſraelitis dedit murmurantibus, fornicatoribus, idololatris: non multo magis Petro, qui omnia ſui gratia inſumpſerat, demiſiſſet? Qui ſceleſtos uiros alimoniam habere permittit: nō multo magis ſoanni largitus eſſet, qui & patrem propter ipſum reliquerat? Sed noluit illos niſi per te paſcere, ut tu ſanctificareris. Et ſpeculare mihi diuinæ benignitatis excellentiam. Diſcipulos ſuos humiliari uoluit, ut tu pauxillum reſpirares. Si enim eos nullius indigentes feciſſet, multo quidem celebriores, multoq; fuiſſent illuſtriores, ſed amputata fuiſſet tibi ſalutis tuę occaſio. Noluit igitur illos admirādos eſſe, ut tu ſaluareris, ſed minoris eſſe: & humiliari magis eos pmiſit, ut tu ſaluari poſſes. Non enim ita uenerabilis eſt præceptor à diſcipulo quid accipiens. Sed ille potiſſimū honoratur, qui nihil accipit: at tū nihil cōmodi ad diſcipulum redit, ſed fructu priuatur. Vides ſapiētiam benigni dei? Quemadmodum enim ipſe gloriam ſuam non poſuit, nec quæ ſua eſſent ſpectauit: ſed cum in gloria eſſet, tui gratia dehoneſtari uoluit, ita & de doctoribus: cùm poſſet eſſe uenerabiles, uoluit eos eſſe contemptibiles propter te, ut tu haberes quòd lucraretis, ut diteſcere poſſes, ut abundās et locuples fieres in ſpiritualibus: propterea ille aget in tēporalibus. Itaq; ſi potuit illos nullarū rerū egenos facere, oſtēdit quòd tui gratia illos in egeſtate eſſe pmiſerit. Iſtis itaq; cognitis, nō ad criminādū, ſed ad benefaciendum conuertamur, non aliorum delicta curioſe inquiramus, ſed noſtra ipſorū perpēdamus, aliorum rectè facta conſiderantes, noſtra delicta recogitemus, atq; ita placebimus deo. Qui enim aliorū delicta: & ſua rectè facta intuetur, duplici dāno afficitur. Nam ex iſtis in arrogantiā extollitur, & ex illis in ſocordiam incidit. Cū enim cogitat aliū peccaſſe, facilè peccat & ipſe: & cùm perpēdit ſe rectè quid feciſſe, facilè arrogās redditur. Qui uero rectè facta ſua oblitus C uioni tradens, peccata ſola uidet, & aliorum non delicta, ſed uirtutes, & rectè acta ſedulo ſcrutatur, multum hinc acquirit emolumenti. Quomodo? Cùm uiderit alium rectè quicquàm feciſſe, ad parem rapitur zelum. Cùm uiderit ſe peccaſſe, animo redditur humili & modeſto. Quòd ſi ad hunc modum feceri mus; poterimus promiſſa bona conſequi.

Homilia. X.

Caput II.

Q Vod ſupereſt fratres mei, gaudete in domino. Eadē ſcribere uobis, me quidem nō piget, uobis autē tutū eſt. Cauete canes, cauete malos operarios, cauete concisionē. Nos enim circuncisio ſumus, qui ſpiritu deum colimus, & gloriamur i Chriſto Ieſu, et nō cōfidimus in carne. Triſtitiæ & curæ quando ultra menſuram animum diſtendunt, ſuo illum robore priuant. Propter ea & Paulus Philippenſes in multa triſtitia, cōſtitutos recreat. Erāt autem in triſtitia, propterea quòd ignorarent quo in ſtatu res pauli eſſent. Erant in triſtitia, propterea quòd putabāt ipſum iam Mortuū eſſe propter euangelij prædicationem, & propter Epaphroditum ſimiliter mœſti erant. Sup his autē omnibus cū certos eos feciſſet, ſubdit. Quod ſupereſt fratres mei, gaudete. Non habetis amplius inquit, triſtitię cauſam: habetis Epaphroditū, cuius gratia doluiſtis, habetis. Timotheum, ueniam & ego, euangeliū creſcit: quid ad hucreliquum deſideratis? Gaudete. Galatas quidē ſi lios uocat, iſtos uerò fratres. Nam quando uel corrigere quicquam inſtituit, uel amoris affectum oſtēdere, filios: quando uerò cum maiore honore diſſerit, fratres uocat. Quod ſupereſt fratres mei, inquit, gaudete in domino. Bene dixit, i domino, non iuxta mūdum. Non eſſet enim iſtud uerum gaudium. Ipſæ tribulationes, inquit, quæ pro Chriſto perferuntur, gaudium habent. Eadem ſcribere uobis, me quidem nō piget, uobis autem tutum eſt. *Cauete canes.* Vides quòd adhortationem nō à principio inducit, ſed poſteaquam ipſos plurimum laudauerat, poſteaquam celebrauerat, tūc iſtud facit? Et iterum eos prædicat. Videtur enim hic ſermo generoſior eſſe, unde & ipſum undique adūbrat & mitigat. Quos uero dicit canes? Erant hic quidam, quos in omnibus epiſtolis ſuis notat, Iudæi impuri, execrādi, turpi quęſtui dediti, & ambitioſi. Hi cupientes fidelium plurimos ad ſe allicere, prædicabant, & Chriſtianiſmum & Iudaiſmum, corrumpentes euangelium. Quum igitur eſſent cognitu difficiles, propterea dicit: Cauete canes. Non ſunt amplius Iudæi filij. Aliquando Gentes canes uocabātur, unc uero illi. Quam ob rem? Quoniam quēadmodum Gentes & a deo & a Chriſto alieni erāt, ita, & illi nunc alieni facti ſunt. Et impudentiā eorum. & improbitatem exprimit. Quòd enim Ethnici aliquādo canes uocati ſint, audi Chananæam quid dicat: Etiā domine, nam & catelli comedunt de micis de menſa dominorum ſuorum cadētibus. Vt autē neque iſtud habeant (quandoquidem et canes ſunt mēſarij) ſubiungit unde eos alienos quoque faciat, dicens: *Cauete malos operarios.* Operantur quidē, inquit, ſed in malo, & opus, otio multo peius, quæ bene diſpoſita ſūt diuellentes. *Cauete*, inquit, *concisionem.* Grauis erat apud Iudæos circunciſionis ratio. Quandoquidē & lege prior erat, & ſabbato potior. Vt enim circūciſio fieret, ſoluebatur ſabbatum: ut uero ſabbatum ſeruaretur nunquam ſoluebatur circunciſio. Et perpende mihi diſpenſationem dei. Venerabilior erat circunciſio ſabbato quòd nullis tēporib⁹ omittebatur. Quū ergo nūc ipſa ſoluta ſit, multo magis ſabbatum. Propterea nomen eius Paulus amputat, & dicit. Cauete cōciſionē. Et non dicit, malam eſſe circunciſionem, ſuperfluam eſſe circunciſionem, ne percelleret uiros ac deiiceret, ſed ſapientius idem diſpenſat, à re quidē ipſa abducens, nomini uero parcens, imo & rei quoque diligentius. Sed ad Galatas non ita. Quoniam enim magnus illic erat morbus, nudo capite deiceps cum multa authoritate inciſionem infert. Hic uero quoniam nihil tale commiſerant, largitur iſtis inofenſioris appellationis uolupratem. Et illos deiicit & iſtos, ac dicit: Cauete conciſionem. *Nos enim circunciſio ſumus.* Quomodo? *Qui ſpiritu deum colimus, & non confidimus in carne.* Non dixit, quoniam circunciſionem illam probamus pariter & iſtam quæ ſcilicet, ſi melior, ſed neque nomen huic tradidit. Et quid dicit? Circunſio illa conciſio eſt. Quam ob rē? Nihil enim aliud faciunt quàm quòd carnē occidunt. Quū enim legitimum non ſit quòd faciunt, nihil eſt aliud quā carnis ſectio & conciſio. Aut propterea, quòd eo deſiā concidere tentabant Et conciſionē ſanē dicimus de illis, qui temerè & inaniter, ac præter artē inciduūt. Si enim circūciſio quærenda eſt, iquit, apud nos eā inuenietis, qui ſpiritu deū colimus hoc eſt, qui ſpiritualiter deū colimus. Nā dic mihi quid potius eſt, corpus an anima? Liquet quòd aia. Igitur & iſta cir-

G cuncisio potior est. Quin ipsa sola est circūcisio. Quo usque nanque typus stabat, merito iuxta collationē procedebat. Circūcidite, iquit, præputium cordis ue- Hie. 4. a
stri. Ita & ī epistola ad Romanos aufert ipsam, dicēs: Rom. 2. d
Nō enim qui in aperto ludæus est, neque quæ in apto in carne est circuncisio, sed qui in occulto ludeus est, & circuncisio cordis quæ est in spiritu, & nō in litera. Deinde uero & nomine suo ipsam priuat. Neque est, inquit, circūcisio. Etenim typus hoc uocabatur, quousque ueniret ueritas: postea quā uero uenit ueritas, non hoc amplius uocatur: utpote exempli gratia quomodo in picturarū adumbratione fit. Deliniauit aliquis regem adumbrās eum donec inducat flores, tum dicimus: Ecce regem. Cùm uero rex ipse ingreditur, obscuratur per ueritatē typus, nec apparet amplius. Et non dixit: In nobis enim est circuncisio: sed, nos sumus circūcisio. Merito. Istud est enim homo, circūcisio genuia, scilicet, hoc uerè est homo. Nec dixit: In illis enim est concisio. Ipsi enim sunt in perditione & malitia. Verum non amplius, inquit, in
H corpore fit circuncisio, sed in corde. *Et non confidimus in carne*, inquit, *quanquē ego confidere possum etiā in carne.* Quid uocat hic confidentiam, & in carne? Gloriationem, fiduciam, & iactātiam. Et bene istud adiecit. Si enim ex Gentibus existens circuncisionē eulparet, imo non circuncisionem, sed eos qui eā in tempestiuè usurpabant, speciem utique præberet, tā quam eam impugnaret uelut alienus à Iudaismi nobilitate, & qui grauitatē eorum ignoraret, neq; quicquam haberet cum illis commercij. Nunc uero consors cum sit, nihilominus eam incusat, non ideo scilicet, quod nihil commune cū eis habeat, sed ut qui eam damnauerit, non propter ignorantiam, sed maximè propter ipsius cognitionem. Vide ergo quid & in ea quæ ad Galatas est dicat, cum icidisset in necessitatē magna de seipso dicēdi, quomodo sic quoque
Galat. 1. c animi humilitatē ostendat. Nam audistis, inquit, conuersationem quōdam meam in Iudaismo, Et hic denique, *Si quisquam alius uidetur fiduciā habere in carne, ego magis habeo.* Et mox subiungit. *Hebræus ex Hebræis.* Sed si quisquam alius, inquit, ostendens quod
I necessitate cōpulsos, quòd illorum gratia hoc dixerit. Si confiditis, inquit, & ego loquar, alioqui taciturus. Et quòd nominatim hoc nō facit, ad hoc fit, ut reprehēsiones istas minus iuidiosas efficiat, id quòd & illis locum & copiam præbebat resipiscēdi. Si quisquam uidetur habere fiduciā. Rectè dixit, uidetur, aut quòd tantū fiduciæ nō habuerint, aut quòd ista fiducia non fuerit uera fiducia. Erant enī omnia non spontaneæ uoluntatis, sed necessitatis & coactionis.

Circuncisus octauo die. Primū quoque ponit, quod ipsi maximè iactabant, nēpe quod circuncisionē attinebat. *Israel ex genere.* Vtraque ista ostendebant eum nō esse proselytum. Ex eo nāque quod octauo die circuncisus erat declaratur nō esse proselytus. Ex eo uero quod Israel erat ex genere, ostēditur nō esse ex proselytis parentibus. Sed ne putes eum Israelē genere ex decem tribubus esse dicit: *Tribus Beniamin.* Itaque ex illustriore parte. Nā quæ ad sacerdotes pertinebant, erant in sorte tribus huius. *Hebræus ex Hebræis.* Quod non ex antiquis proselytis, sed ex uetustis illustribus Iudæis fuerit. Poterat enim ex Israel esse, & tamen non Hebræus ex Hæbræis. Nā multi iam nationem istam corruperant & linguæ huius ignari, & inter alias gentes oberrantes. Aut hoc igitur, aut multā generis sui nobilitatem ostendit. *Iuxta legem* K
Pharisæus. Progreditur deinceps ad ea quæ animum eius concernebant. Illa enim omnia quæ iam cōmemorauit, impropria erant, & non animi sui. Nā quòd circuncisus erat, suum non erat, & quòd Israel ex genere, & quòd ex tribu Beniam n. Itaque & ex illis eminebat, licēt ea potissimum cum multis cōmunia habuerit. Vbi uero magis? Maxime & ī eo, quòd pro se lytus non erat. Quòd enim erat ex probatissima tribu & secta, idq; antiquitus ab ipsis maioribus, istud nō multi habebāt. Sed accedit iā ad ea quę animi sūt ubi potior est gloria. *Iuxta legem Pharisæus, iuxta studium persequens ecclesiam.* At non hoc satis fuerit. Potest enim quisquām Pharisæus esse, & tamē non admodum zelotes. Sed illud adiecit: Ecce quòd potius est, iuxta iustitiam. At potuit temerarius periculorū contemptor esse, aut ambitionis gratia hoc facere, & nō propter studium legis. Quemadmodum fecerūt summi sacerdotes. Sed neque istud, uerùm. *Iuxta iu-*
stitiam quæ in lege est factus irreprehensibilis. Si ergo & generis nobilitate, & animi promptitudine, & moribus, & uita quosuis superauit: cuius putas gratia pręci L
pua illa & honorifica reliquerim, inquit, quàm ut maiora inuenirem, & multo maiora, nempe quę Christi sunt? Propterea subiunxit: *Sed quæ mihi erant lucra, ea propter Christum arbitratus sum esse damnum.*

Morale.

Paulus quidem conuersationē istam adeo exactā, ab ineunte mox prima ætate cœptam tantā generis nobilitatem, tāta pericula, tantas insidias, labores, ac studium proiecit, & quæ prius lucra erant, damnum arbitratus est, ut Christum lucraretur. Nos uerò ne pecunias quidem cōtemnimus, ut Christum lucrifaciamus, sed malumus futura potius excidere uita, quàm rebus istis præsentibus, quanquam nihil illæ aliud sunt quàm damnū. Nā dic mihi (discutiamus enim singula diuitiarum bona) an non damnum sit quòd laborem quidem habet lucrum uerò nullum? Quæ nāque, dic quæso, utilitas est ex multis ac sumptuosis uestibus? Quid lucramur, quando illis amicimur? Nihil, nisi quod dāno duntaxat afficimur. Quomodo? Quoniā & pauper tenuiter ac protritis indutus, in calore nihilo te peius æstum fert: imo ille etiā M
facilius. Indumenta nanque protrita, & sola induta, corpora pauperum minus constringunt, recentiora uero non ita etiam si subtiliora, sint quàm aranearum tela. Tū autem propter maximum fastum, & duas uel tres tunicas, plerumque & uestem subtilem, & zonam, & subligacula habes. Illi uero nemo exprobrat, quòd una dūtaxat tunica tegitur, atq; ita ex eo minus quoque grauatur. Diuites quidē uidemus sudantes: pauperes uero nihil horum patiētes. Quum ergo pauperi tenuia illa & propè nihilo coempta indumēta, eodem, imo meliore sint usū: illa uero, quū multum auri impendere cogant, non plus efficiant: nunquid damnum est multitudo illa & superfluitas? Nihil enim amplius adferunt ad usus necessarij obsequiū; rationem, sed plus auri tibi exhauriunt. Et eundem usum idemq; indumentorum obsequiū tu quidem diues centū aureis. ut pluris emisti, pauper uero modico argēto. Vides damnū? Sed fastus nō permittit ut uideas. Vis ut & eorum rationē excutiamus, qbus deauratis & equos, & uxores amiciūt? Diuitiæ nanq; præter alia stultos etiā faciūt. Eodē honore dignātur & uxores & equos, & unus est utrorūq; ornat⁹, & ab

A eisdem uolunt illustriores apparere uxores, à quibus & rhedas, & cortinarum pelles, in quibus feruntur. Dic qso, quid profuerit multum, aut equū auro exornare? Mulier uero tāto auri lapidumq; circundata pōdere, quid amplius habet? Sed non corrūpuntur, inquis, quæ aurea sunt. Et hoc quidē potissimum dicimus, quòd in balneis, & alibi ubiq;, & lapides, & indumenta deaurata multū de prētio amittunt. Veruntamē sit hoc, nihil sit dāni. Quid uero lucri, dic quæso? Quid autem si exciderint & perierint? Nūquid damnum fuerit? Quid etiam si inuidiam & insidias concitauerint? Nonne damnum? Cùm enim nihil adferant emolumenti gestanti mulieri, incēdant uero inuidorum oculos, & latrones magis incitēt: nónne damnosa sunt? Quid uero, dic mihi, si cum uiro liceat illis ad negotium aliquod lucrosum uti, ille propter uxoris nimios sumptus, nequeat, sed cogatur cum angustia & suspiriis famem ferre, illamq; auro uidere cōspicuā. non est res ista damnosa? Propterea nanq; pecuniæ, χρήματα.
chremata dicta sunt, nō ut illis ita utamur, ut aurifuforum prothecę, sed ut bonū quid in illis operemur.
B Cū ergo desiderium auri non sinat, an istuc non est damnum? Qui enim illis uti non audet, tanquam ab alienis abstinet, Atq; ita illarum nullus est usus. Quid aūt quòd domos ædificamus splēdidas, & magnas, & columnis eas, & marmore, & porticibus, & ambulacris omnino exornamus, ubiq; idola & statuas sistētes? Nā multi ab istis dęmonas etiam uocāt. Verūtamen ista nō excutiamus. Quid uult tectum quoque aureū? An non eundē usum exhibet, quē & is habet, cui mediocris est domus? At multū habet delectationis? Verū, unum & alterum diem. Deinceps uero non amplius'. Si n. nos Sol iste non stupefacit, propterea quòd illi assueuimus, multo min⁹ artis opera: sed his non magis intendimus quā luteis. Quid .n. ad commodam habitationem, dic quæso, colūnarum multitudo, & statuarum pulchritudo, & aurum parietibus insertum, confert? Nihil, sed mollities quædam est & superbia, & nimius fastus, & amētia. Nam ubiq; alias de necessarijs ea oporteret esse, & quę exigit usus, & non de superfluis. Vides rem istam habere damnū? Vides esse superfluam & inutilem? Si. n. neque plus ex
C hibet usus neque delectationis (fit. n. ex tēpore satietas) nihil est aliud quā damnum. Sed istud uidere nō permittit obstās uana gloria. Deinde Paulus quæ quidem lucra putauit, ea quoque reliquit: nos uero neq; damnū relinquimus propter Christū. Quousque terræ affigimur? Quou'que cœlū nō suspicimus? Nō uidetis senio confectos, quomodo nullum habeāt rerū præteritarū sensum? Non uidetis morientes? Eos qui in senectute sunt? Eos qui in iuuentute? Nō eos uidetis qui interea dū uiuūt, bonis suis priuati sunt? Quid rebus istis instabilibus usque adeo afficimur? Quid imbecillibus alligamur? Cur illorū loco nō apprehendimus manentia? Quid nō darēt senes, si liceret deponere seniū? Ad hæc, quantæ non est insipiētiæ uelle quidem ad priorem reuerti iuuentutem, & omnia promptè donare, ut liceat esse iuniorem, & cùm liceat iuuētutem accipere quæ senium nunquam habeat, & iuuentutem cum multis diuitijs, uidelicet spiritualem, ne minimum quidem illius gratia uelle dimittere, sed ea continere quę nihil in præsens etiā prosunt? A morte eximere te nequeunt, morbum expellere non ualent, nec à senio cohibere. Nihil illorum ex necessarijs est, & quę iuxta naturæ legem proueniūt, & adhuc tæ
men illis inhęres? Quid inde lucraris, obsecro? Ebrietas, uentris ingluuies, uoluptates absurdę, & omnis farię, magis nos distendūt & conficiunt quā acerbi domini. Ista duntaxat lucrari licet ex diuitijs, aliud uero nihil, quādoquidem nolumus. Alioqui si uellemus, cœlum ipsum utique ex diuitijs acquireremus. Itaque bonę sunt, inqt, diuitię. Diuitię nō hoc faciūt, sed possidentis uolūtas. Quoniam. n. uolūtas hoc facit, licet & pauperi adipisci cœlum. Quemadmodum .n. sępe dixi, nō mensurę datorum intēdit deus, sed uoluntati exhibentiū. Et potest in penuria existens & modica largiens, totum accipere. Ea nanque deus exigit, quæ quisque dare poterit. Neque diuitię cœlū, neque paupertas gehennā, sed utraque cōciliat uolūntas uel bona uel flagitiosa. Illā itaque corrigamus, illā acquiramus, illā cōponamus, & oia nobis erūt facilia. Quem admodum. n. artifex siue ferream, siue aureā securim habeat, ęquè in ligno operatur, imò magis per ferreā: ita & hic multo facilius p paupertatē paratur uirtus. Mat. 19. c
De diuitijs. n. dicit Christus: Facilius est camelum per foramen acus intrare, quā diuitem in regnum cœlorum. De paupertate uero nihil tale respondit, sed ma E
gis contrariū. Vende quę habes, inquit, & da pauperibus, & ueni sequere me, tanquam ex animi propositō. Ne fugiamus itaque paupertatem ueluti malam. Regnum. n. conciliat. Et rursus non persequamur diuitias, ueluti bonas. Incautos. n. perdunt. Sed ubique oculis in deum intentis utamur ut oportet, bonis ab illo submiistratis, siue corporis uirtute, siue pecuniarum copia, siue alijs quibusuis. Absurdū. n. fuerit, si q ab illo facti sumus, alijs ista utenda dederimus, & nō magis ei qui nos fecit? Oculū tibi fecit? Oculū illi utēdū exhibe, nō diabolo. Quomodo uero illi exhibebis? Si creaturis ei⁹ uisis, ipsum glorificaueris, uisumq; à mulierum conspectu abduxeris. Fecit tibi manus? Illas ipsi possideto, nō diabolo, nō ad rapinam & auaritiam: sed ad ipsius mandata & beneficia, & ad cōtinuas preces, & ad succurrendū deficientibus, eas porrigens & extendens. Fecit tibi aures? Illas ipsi exhibeto, non præfractis & lasciuis concētibus, obscœnis fabulis, sed omnis meditatio tua sit in lege excelsi. In eo tum. n. inquit, seniorum sta: & si quis sapiēs fuerit, illi adhæreto. Os tibi fecit? Istud nihil agat eorum quæ illi non probantur, sed psalmodias, hymnos, & odas spirituales concinito. Vt det gratiam, inquit, audienti bus: & ędificationem, & nō in subuersionē: ad benedictionē: & non ad maledictionē: nō ad insidias, sed omnino contrariū. Fecit tibi pedes, nō ut ad malitiā curras, sed ad ea quę bona sunt. Fecit tibi uentrē, non ut illum cibis rūpas, sed ut philosopheris. Indidit concupiscentiā ad procreandos liberos, sed non ad scortationem & adulterium. Dedit tibi mentem, non ut ipsum blasphemes, non ut conuiciator sis, sed ne mētiaris. Dedit etiam pecunias, ut ad necessaria illis utamur. Et fortitudinem quoque, ut & illa utamur quomodo oportet. Artes fecit, ut uita nostra constet, nō ut à spiritualibus nosipsos abstrahamus, non ut illiberalibus ac fordidis, sed necessarijs artibus intendamus: ut inuicem alius alij seruiamus, non ut insidias struamus. Tectum dedit, ut ferre queas imbrem, tantum scilicet duntaxat, nō ut superbias. Tectum uero tuum auro splendet, & pauper interea fame perit. Dedit indumenta, ut tegamur non ad ostentationem, non ut illa quidē multum habeant auri, Christus uero nudus pereat. Casā dedit, nō ut solus habeas, sed

ut & alijs impertias. Dedit terram, non ut succisa potiore illius parte, in scorta, & saltatores, & mimos, & tibicines, & citharœdos insumas bona dei, sed in esurientes & egenos. Dedit tibi mare, ut nauiges, ne iter faciendo labores, nõ ut profunda eius curiosè scruteris, & lapides, & quicquid tale est, inde tollas, neq; ut studiosum hûc quæstũ facias. Cuius ergo gratia sunt lapides, inquis? Dicas tu mihi: Cuius uero gratia lapides isti cõmunes tales sunt? Illi uirtute pretiosi sunt: imò uero isti utiliores. Nam isti uel ad ædificandum utiles sunt, illi uero nusquam, & isti illis robustiores quoq; sunt. At illi, inquis, pulchritudini seruiũt. Quomodo? Opinio istud facit. Candidiores sunt? sed mar more admodum candido cãdidiores non sunt, imò ne pares quidem. Sed solidiores? At neq; hoc qsquam dicere poterit. Sed pretiosiores sunt, & pluris? Atque neq; hoc est, unde ergo tantum admirationis & celebritatis adepti sunt, nisi ex sola opinione? Si enim neq; sunt uenustiores, (nam inueniemus illis illustriores, & candidiores,) neq; utiles, neq; solidiores: unde tantopere celebrati sunt? Nunqd ex sola opinione? Quãobrem ergo illos dedit? Sed tu eos magni æstimabas. Quid ergo, inquis, quòd & scriptura eos celebrat? Iuxta opinionem tuam differit. Nam & præceptor ad puerum differens, eadẽ cum illo ubiq; celebrat, cupiẽs ipsum allicere, & ad altiora subducere. Quid idumentorum pulchritudinẽ quæris? uestimento te induit & calceamentis. Ista uero, ubi nã rationem habent? Desiderabilia, inquit, super aurũ & lapidem plurimum pretiosum, iudicia dei. Non sunt ista, dilecti, pretiosa. Si pretiosa essent, utiq; contẽnere ea non iussisset. Sed iuxta opinionem nostram loquitur diuina scriptura. Et hoc ipsum sanè diuinæ benignitatis est. Quãobrem ergo, inquis, purpuram dedit & quæcunq; talia sunt? Ex dono dei sunt opera ista. Voluit enim & ab alijs diuitias suas ostendere. Et cibum dũtaxat & alimoniam dedit. Tu uero multa inde struis, placentas, bellaria diuersa & omnifaria, multã habẽtia uoluptatem. Voluptas & uana gloria, hæc omnia adinuenerunt. Videbantur tibi ista omnia præcellere. Quòd si te peregrinus quisquã, aut agricola, & morum huius terræ ignarus & imperitus, uidens quàm ista admireris, interroget, ac dicat, quamobrem hæc admiraris? Quid haberes quod responderes? Quod bonum sit ea uidere? Sed nõ ita. Cessemus igitur ab ista opinione. Quæ indubitato uera sunt, amplectamur. Ista qpe non sunt, sed temerè transeũt fluuij instar diffluentia. Quapropter obsecro instar saxi nosiipsos obfirmemus: ut futura bona consequamur.

De lapidibus pretiosis.

κατὰ τῆς πέτρας ἑαυτοὺς στήσωμεν.

Homilia. XI.

Ed quæ mihi erant lucra, ea propter Christũ arbitratus sum esse dãnum. Quinetiã arbitror ea damna esse propter excellentiã cognitionis Christi Iesu domini mei, propter quẽ omnia pro damnis duxi, habeóq; pro reiectamẽtis, ut Christũ lucrifaciam, & reperiar in illo non habens meam iustitiam ex lege, sed eam quæ per fidem est Iesu Christi, quæ ex deo est iustitia. Certaminibus quæ cõtra hæreticos fiunt, exercitatis & maturis animis intendendũ est ut diligenter aiaduertere queant. Quapropter disputationis huius initiũ ex fine præcedentis faciemus: Quis autẽ erat iste? Enumeratis cunctis Iudaicis gloriationibus, tã quæ à natura, q̃ quæ ab animi proposito erãt, subiunxit: Sed quæ mihi lucra erant, ea arbitratus sum esse dãnum, propter excellentiã cognitiõis Iesu Christi domini mei, propter quem omnia pro damnis duxi, habeoq; pro reiectamentis, ut Christũ lucrifaciam. Insiliunt hic hæretici. Nã & hoc sapientiæ est spiritus sancti, spem illis uictoriæ obiicere, ut pugnã suscipiant. Si enim apertè loquutus esset, quod in alijs fecerunt, fecissent & in istis. Deleuerunt nãq; literas, recusarunt scripturã, omnino in illã intendere non ualentes. Sed quèadmodum fit in piscium captura, ubi quod attrahere illos ualeat, ut accurrant, occultur, & manifestè non ponitur: ita & hic. Reiectamentũ, dicta est lex, dãnum dicta est, inquiunt. dicit, Christũ lucrifacere non potui, nisi legem pro dãno duxissem. Hæc omnia illexerunt hæreticos locum istũ captandi, putantes eum pro se facere. Posteaquã uero illum captarunt, tũ retibus suis eos undiq; inuoluit. Quid enim dicunt illi? Ecce damnosa est lex, ecce reiectamentũ est. Quomodo ergo eam dei esse dicitis? ista igitur ipsa pro lege sunt, & unde sit, hinc liquet. Attendamus diligenter quæ dicuntur. Non dixit, dãnum est lex, sed arbitror eã esse damnum. Et quando quidẽ de lucro dixit: non dixit, arbitror, sed, quæ erãt mihi lucra. Quãdo uero de damno, arbitror, inquit: & meritò. Erant enim illa ex natura, istud uero ex nostra opinione factũ est. Quid ergo est, inquit? Dãnum est propter Christum. Et quomodo lucrũ facta est lex, & nõ reputatum est pro lucro, sed erat. Cogita nãq; quantũ fuerint homines natura feroces ad hominũ conuersationem & uitã formare & instituere. Nisi enim lex fuisset, gratia utique data non esset. Quare? Quia pontis instar fuit. Cùm enim non liceret ex magna illa humilitate in sublime ascendere, facta est scala. Scalæ uero nullus est amplius usus. & qui per illã ascendit, non quidẽ eam contemnit, sed & gratiã ipsi habere nouit. Ipsa quippe eo illum constituit, ut adminiculo isto amplius non habeat opus. Et pro hoc ipso, quòd eius opera nõ eget, æquũ est ut ipsius gratia ingenuè confiteatur se non uolucrũ more in sublime uolasse: ita & de lege. Subuexit nos in sublime. Igitur lucrum erat. Sed deinceps dãnum eam arbitramur. Quo? Non quòd damnum sit, sed quòd multo maior sit gratia. Quẽadmodum enim pauper in fame constitutus, tantisper famẽ effugit, dum argentũ habet. Quãdo uero aurum nactus fuerit, & utraq; continere non potuerit, dãnum arbitratur retinere argentũ, ideo relicto argento, accipit aurũ: ita & hic. Non quòd damnum sit argentũ (non enim est) sed quòd nõ liceat utraq; habere, & unum necesse sit relinquere. Dãnum ergo non est lex, sed legi adhęrẽdo à Christo deficere. Itaq; quãdo nos abducit à Christo, tũc dãnum est. Si uero ad Christum destinat, non itẽ. Propterea dicit: Propter Christũ arbitratus sum esse dãnum. Si propter Christum, nõ natura dãnum est. Qua uero ratione ad Christũ accedere non permittit lex? Atqui ad hoc, inquit, data est, & plenitudo legis Christus, & finis legis Christus. Permittit, si uoluerimus. Finis. n. legis Christus est. Qui legi obediens fuerit, ipsum permittit lex? Permittit, siquidem attenderimus: si uero nõ attenderimus, nõ permittit. Quinetiã arbitror omnia dãnum esse. Quid de lege, inquit, hoc dico? Nunquid bonus est mundus? Nunquid bona est præsens uita? Sed si me abduxerint à Christo, pro damnis ista duco. Quare? Propter excellẽtiam cognitionis Iesu Christi domini mei. Sole quippe lucente ad lucernam federe damnum est. Itaq; à collatione damnum fit, ab excellentia. Videsne eum collationem facere? Propter excellentiã, inquit,

Hæreticis literas exscriptura sacra deleuerunt.

non propter alienum quid. Excellens. n. quod eiusdẽ est generis excellit. Ex eo igitur quòd excellentiã per collationem facit, ostẽdit cognitionis cognationem & familiaritatem. Propter quem omnia pro damnis duxi, & reiectamenta esse arbitror, ut Christum lucri faciam. Reiectamenta, nondum liquet, an de lege dicat. Verisimile nanq; est eum de rebus mõdanis dicere. Cũ. n. dixisset, quæ quidem lucra mihi erãt, ea arbitror esse damnum propter Christum, subiũxit: Quin etiam omnia damnũ arbitror. Et quid dixit omnia, nisi præsentia? Si uero & legem intelligere uoles, neq; sic probri quicquã fuerit. Nam reiectamentum à frumento est, & quod frumenti nascentis robur est & tutela, illud est scybalon, paleam dico. Sed antea utilis erat palea. Atque ideo & cum frumento illam colligimus. Nam nisi fuisset palea, frumentum utique natũ non esset. Vides quomodo ubique nõ rem ipsam dãnum uocat, sed propter Christum? Quin etiam omnia damnum arbitror. Quamobrem? Propter excellẽtiam cognitionis. Propter quem omnia pro dãnis duxi. Iterum: Quapropter omnia damnum esse arbitror ut Christum lucrifaciam. Vides quomodo undiq; ue luti sustentaculo, Christo inhęreat, nec sinat ullo pacto probrosè denudari legem, aut aliquid plagę accipere, sed undique eã muniat? Et reperiar in illo nõ habens meam iustitiã ex lege. Si iniustitiam habẽs, propterea quòd nihil esset, ad istam iustitiã cucurrit, quomodo non magis ad eam properare debẽt, qui iustitiam non habent? Et bene dixit, meam iustitiam, nõ quam laboribus, inquit, ac sudoribus acquisiui, sed q̃ est ex gratia: si ergo q recte operatus est, ex gratia saluatur, multo magis uos. Cũ. n. possibile esset eos eam iustitiam, q̃ ex operibus est, maiorem reputare, ostendit eam esse paleam & reiectamentum isti collatam. Non. n. unquam, inquit, cũ illam mihi comparassem, proiecta ea, ad istam accurrissem. Quæ uero est ista iustitia? Quæ est ex fide dei: hoc est, & ista à deo datur. Dei est ista iustitia. Omnino donũ dei est. Dona uero dei magna mensura tenuitatem eorum recte factorum quæ nostro studio fiunt, excellũt. Quid uero est? Per fidem eũ cognoscere. Ergo per fidem est cognitio, & sine fide cognosci nequit. Quomodo autẽ per ipsam cognoscenda est uirtus resurrectionis eius? Quæ nanque nobis ratiocinatio resurrectionẽ exprimet? Nulla, nisi fides. Si uero resurrectio Christi secundum carnem, fide cognoscenda est: quo uerbi dei natiuitas ratiocinationibus cõprehendetur? Est. n. resurrectio natiuitate inferior. Quamobrẽ? Quoniã illius quidem multa sæpe facta sunt exempla, huius uero nunquam. Nam multi mortui ante Christum resurrexerunt: licet posteaquã resurrexerant, denuo mortui sint, ex uirgine uero nemo unquam natus est. Si ergo quod & carnali Christi natiuitate exilius est, fide cõprehendi necesse habet, qd multo maius est, & infinite & contentiose maius est, quomodo p rationis collectionẽ comprehẽdetur? Ista iustitiam faciunt. Oportet. n. credere istud fieri potuisse. Quomodo uero potuerit, non item est probandum. Est. n. ex fide cõmunicatio passionum Christi. Quomodo? Si nõ credidimus, nihil utiq; fidei gratia patiemur. Nisi credideri mus, quòd si pariter passi fuerimus, pariter etiã regnaturi sumus, neque passiões utique sustinebimus. Fide cõprehenditur & natiuitas & resurrectio. Vides quòd non simpliciter oporteat fidem habere, sed quæ sit per opera? Nam iste potissimum Christũ resurrexisse credit, qui sui nullam habet rationẽ, periculis seipsum tradens, illiq; in passionibus cõmunicãs. Ei nanq; cõmunicat, qui resurrexit ac uiuit. Propterea dixit: Et reperiar in illo nõ habẽs meã iustitiam ex lege, sed eam quę per fidẽ est Iesu Christi, quę ex deo est iustitia.

τὸ σκύβαλον.

Vt fide cognoscam illũ, & potentiã resurrectionis illius, & communionẽ adflictionum illius, cõformis factus morti eius, si quo modo pertingã ad resurrectionem mortuorum. Conformis, inq̃t, factus morti illius: hoc est, communicãs, Quemadmodũ ille pro hominibus passus est, ita & ego. Propterea dixit, conformis factus. Et alibi rursus: Suppleo qd deerat adflictionũ Christi in carne mea: hoc est, perfequutiones. Et istæ adflictiones imaginem mortis illius efficiunt. Non. n. quod suum erat, quęsiuit, sed quod multorũ. Itaque pśequutiões illæ, & adflictiones, & angustiæ, non solũ terrere uos nõ debent, sed magis exhilarare, quoniã per illas conformes reddimur morti illi?: quasi dicat, ad imaginẽ eius fingimur, quod & alibi scribens dicit, Mortificationẽ domini Iesu in corpore nostro circunferentes. Et hoc uero ex multa fide fit. Non. n. eum resurrexisse duntaxat credimus, sed & post resurrectionẽ multam habere potentiam. Propterea eandem uiam ingredimur, quam ingressus est ipse: id est, fratres illi & huius gratia facti sumus, ac si dixisset: Christi facti sumus iuxta istam rationem. Papę, quanta est adflictionũ dignitas? Credimus nos conformes fieri morti illius p adflictiones. Quemadmodum. n. in baptismate similitudini mortis eius consepulti sumus: ita hic morti eius. Illic merito dixit, similitudini mortis eius. Nõ. n. prorsus omnem dum mortem obiuimus. Nã nõ corpore & carne mortui sumus, sed peccato. Atqui mors & mors utrinque dicitur. Sed ille corpore mortuus est, nos peccato. Et illic homo mortuus est, quem accepit ipse in corpore nostro: hic uero homo peccati. Propterea dicit, similiudini mortis eius. Hic uero nõ amplius similitudini mortis, sed morti ipsi. Paulus. n. non peccato in persequutionibus mortuus est, sed ipso corpore. Itaque eãdẽ sustinuit mortem. Si quo pacto pertingam, inquit, ad resurrectionẽ mortuorum. Quid dicis? Atqui omnes illam assequentur. Nam nõ quidem omnes, inquit, obdormiemus, immutabimur uero omnes: & nõ solũ resurrectionem omnes, sed & incorruptionem consequentur: illi quidem ad honorem, illi uero ad ingressum & uiaticũ supplicij. Si ergo resurrectionem assequentur omnes, & non solũ resurrectionem, sed & incorruptionem: quomodo tanquã præcipuum quicquã adepturus dixit, si quo pacto pertingam? Propterea, inquit, ista patior, ut ali quo pacto ad resurrectionẽ ex mortuis pertingã. Nisi enim mortuus fueris, nõ resurges. Quid est igitur? Videtur. n. magnum quid hic innuere. Erat. n. adeo magnum, ut liquido definire non ausus sit, sed dixerit, si quo pacto. Credidi in illum & resurrectionem eius, imò & patior propter ipsum, sed nondum possumus de resurrectione confidentes esse & securi. Quam hic ergo resurrectionem dicit? Eam. s. quæ ad ipsum Christum ducit. Dixi me in ipsum credidisse, & potentiam resurrectionis eius, consortemq; passionum ipsius fãctum, & conformatum morti eius: ueruntamen post ista omnia nondum securus sum. Quod & alibi dicit: Qui stare uidetur, uideat ne cadat. Et iterum: Metuo ne cùm alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. *Non quòd iam apprehenderim, aut iam perfectus sim. Persequor autem si quoque apprehendam, quatenus & appre-*

Colo. 1. d

ἐχθροὺς γινόμενοι.

2. Co. 4. c

1. Co. 15. g

1. Co. 10. c

Ibid. 9. d

Rom. 6. d

G *hensus sum à Christo Iesu.* Non quòd iam apprehenderim. Quid est, iam apprehenderim? Brauiũ dicit. Si ergo qui tanta passus est. Si qui persecutionẽ tulit, si qui mortificationẽ habebat nondum de resurrectione illa securus fuit, quid sanè nos dicemus? Quid est, si apprehendam? Resuscitationem ex mortuis, resurrectionem eius, inquit, si apprehendam: hoc est, si tãta pati potero, si potero ipsum imitari, si potero conformis ipsi fieri: Vtpote multa passus est Christus, alapis percussus est, flagellatus est, postremo passus est. Quę quidem passus est, istud est stadiũ. Per omnia ista ad resurrectionem eius pertingere oportet quęuis certamina ferẽtes. Aut hoc dicit: Si meruero resurrectionem probi ministri assequi, quæ fiduciam habeat in resuscitationem eius. Si.n. quęuis certamina ferre potero, & resurrectionem eius habere potero, & cum gloria resurgere. Nondum n. inquit, dignus sum. Persequor uero, si apprehendam. Adhuc mihi uita certaminum plena est, adhuc procul à meta sum, adhuc absum à brauijs, adhuc curro ac persequor. Imò non dixit, curro, sed, persequor. Qui persequitur, scitis quanta con-
H tentione persequatur. Neminem aspicit, quosuis impedientes magno impetu abigit, mẽtem & oculũ, & robur, & animum, & corpus in unum contrahit, ad aliud nihil nisi ad solum brauiũ intendẽs. Si uero Paulus ita persequẽs, tantaq; passus, adhuc dicit, si quoq; apprehendam: quid nos dicemus? Deinde ostendẽs persequutionẽ istam debitam esse, quatenus, inquit, & apprehensus sum à Iesu Christo. Ex pereuntibus, inquit, eram. Suffocabar, erã periturus, apprehendit me deus. Nã & ipse nos, cũ eum fugeremus, magno studio persequutus est. Itaque omnia exprimit. Quod.n. dicit, quoniam & apprehẽsus sum, ostendit apprehendere uolentis diligentiam, & nostram plurimã auersionem & errorem, quod ipsum scilicet fugerimus.

Morale.

Multo itaq; debito obnoxij sumus, & nemo luget, nemo illachrymatur, nemo ingemiscit, omnibus ad pristinum statum relabẽtibus. Quemadmodũ enim ante Christi aduentum, Christũ fugimus: ita & nũc. Deum.n. fugere non fit loci respectu. Nã ubique est.
Psa.138.b I Audi prophetam dicentem: Quò ibo à spiritu tuo, & à facie tua quò fugiã? Quo ergo fuga fit à deo? Quẽadmodum potest esse ut procul quis sit à deo, ut elõ-
Ibi. 72.d getur ab eo? Qui n. seipsos, inquit, elõgauerint abs te,
Esa. 59.a peribunt. Et iterum: Nunquid peccata uestra distinxerunt inter me & uos? Quomodo ergo elongatur ab eo? Quomodo fit diuisio? uoluntate & animo. Loco quippe fieri nequit Nam quomodo eum quisquã fugerit, q ubique ps̃ens est? Peccator ergo fugit. Hoc est,
Pro. 28.a quod dicit scriptura, fugit impius nemine persequente. Vehementer deum fugimus, licet ille nos usque psequatur. Apostolus persequutus est eũ, ut propè ipsum esset. Nos ita psequimur, ut procul ab eo simus. Non sunt ista digna lamẽtis? Quò fugis miser? Quò fugis uitam & salutẽ tuam? Si deum fugis, ad quẽ confugies? Si lucem fugis, quò respicies? Si uitã fugis, unde postea uiues? Fugiamus hostem salutis nostrę. Cũ peccamus, fugimus à deo, fugitiui in alienam terram discedimus. quemadmodũ ille, q bonis paternis consumptis abijt in terram alienam, qui male cõsumpta paterna substantia, in fame uiuebat. Habemus aũt paternam substantiã & nos. Quãnam illam? liberauit nos à peccatis. Largitus est potentiam ualidam ad efficaciam, & lucrum uirtutis: largitus est animi promptitudinem, & patientiã in baptismate, largitus est no K bis spiritum sanctum. Si ista consumpserimus, fame postea laborabimus. Nã ut ægrotantes, quousque sẽ bribus fatigantur & humorum malitia, nec exurgere, nec quicquã operari ualent: si uero quisquã eos liberauerit, & ad sanitatẽ reduxerit, & illi postea nihil operis fecerint, ex propria ipsorum istud est socordia: ita sanè & hic res nostræ habent. Morbus .n. hic grauis, & febris erat uehemens: & decumbebamus non in lecto, sed in ipsa malitia, in prauitate ueluti in stercore projecti, ulceribus ac fœtore pleni, squalidi, suppressi, idola magis quã homines. Circunstabant nos dæmones mali, princeps ille mundi ridens insultabat. Venit unigenitus dei, emisit aduentus sui radios, & caliginẽ confestim depulit: uenit ad nos qui in throno paterno constitutus regem agebat, relinquens paternũ illum thronum: (Cũ uero, relinquẽs, dico, ne immutationem aliquam putes. Cœlum enim & terram ipse adimplet, sed dispensationem intelligo) uenit ad hũc inimicum odio ipsum habentẽ, auersantẽ, & ne uidere quidem sustinentẽ, nullo non die ipsum blasphemantem. Vidit in stercore iacentem, uermibus scatẽ- L tem, & ulceribus plenum, febri & fame laborantem, omne morbi genus habentẽ. Nam & febris mel stabat: Ea quippe est mala concupiscentia. Et inflãmationes premebãt: Hoc.n. est arrogantia. Et uehemẽs fames, bulimia quædã, ut dicitur, obtinuerat: Istud nãque est auaritia. Et putredines undiq;: Nã hoc est somnolentia. Et cæcitas oculorum: Ea quippe est idololatria. Et surditas, & insania: Hoc siquidem est, procũbere corã lapidibus ac ligno, & illis colloqui. Et multa deformitas: Hoc scilicet est malitia, molestus quidam & grauissimus morbus. Rursus & peius loquentes uidit ipsis insanis, lignum deum uocantes, & lapidem similiter. Vidit nos in tanta malitia: non tamen abominatus est, non dedignatus, non auersatus, nõ execratus. Erat.n. dominus, & figmentum suum non odiuit. Sed quid facit? Quemadmodum bonus medicus parat pharmaca multi pretij, & primus ipse ea degustat. Virtutem.n. ipse primus exercuit, atq; ita & nobis dedit. Et primum ueluti antidotũ quoddam pharmacum dedit baptismi lauacrum, & sic omnem euomuimus malitiam, & effugata sunt simul omnia, M & inflãmatio cessit, & febris extincta est, & putredines exiccatæ sunt. Nam omnia tam quæ erãt ex ignauitia, quã quæ ab animi tumore, & reliqua mala oĩa euacuata sunt & eiecta per spiritum. Aperti sunt oculi, aptæ aures, loquuta est bona uoce lingua, robur accepit animus: accepit talem pulchritudinem, florem, ac uigorem corpus, qualem decebat habere pulchritudinem filium dei: natum ex spiritus sancti gratia, qualem decebat habere gloriam filiũ, regi iam recẽs natum, & in purpura educatum. Heu quantã nobis largitus est nobilitatẽ, quãta nati, quãta educati sumus. Quid denuo fugimus benefactorẽ, qui omnia ista fecit, & robur dedit? Neque.n. fieri poterat, ut hoc morbo detenti perduraremus, nisi ipse nobis uirtutem & robur dedisset, & à peccatis liberasset. Cõsumpserãmus omnia, dedit nobis facultatem, sed iterum consumpsimus eã. Dedit nobis charisma, extinximus illud. Quomodo? Consumpsimus illud in eo qd opus non erat, usi sumus ad id quod utile nõ erat. Ista nos perdiderunt, & quod omnium est grauissimum cũm inter alienos simus, & siliquas comedamus, nõ tamẽ dicimus, Reuertamur ad patrẽ, & dicamus. Peccaui-
Luc. 15.d mus

A mus in cœlum & in te, cùm patrem habeamus adeo amoris affectu in nos propensum, & reditũ nostrum uehementer desiderantẽ. Si duntaxat reuerteremur, ne opprobrare quidem præterita sustineret, modo; desisteremus. Est.n. sufficiens & magna apologia, reuerti. Non solũ ipse non opprobrat, sed & si alius opprobrauerit, reprimitur, etiã si celebris sit qui exprobrat. Regrediamur. Quousque recedimus? Sentiamus nostram ignominiã, sentiamus uilitatẽ. Malitia nos porcos esse facit animæ. Recuperemus nosipsos, & resipiscamus, redeamusq; ad pristinam nobilitatem, ut futura bona assequamur.

Homilia XII.

Fratres ego meipsum nondũ arbitror assequutum
f esse. Vnum autẽ illud ago, ea quidem quæ a tergo sunt obliuiscẽs, ad ea uero quæ à fronte sunt enitẽs, iuxta præfixum signũ insequor ad palmam supernæ uocationis dei in Christo Iesu. Nihil adeo recte facta euacuat, & in uentum abigit, atq; memoria bonorũ eorum q nos operati sumus. Nam duo mala parit: & segniores facit, & in arrogantiam extollit. Quapropter Paulus
B quoniam uidebat naturã nostram ad socordiã pronam, & Philippenses plurimũ laudauerat, uide quomodo animos eorum contrahat per multa quidẽ & alia superiora: maxime uero per presentem hunc locum. Quid dicit? fratres mei ego meipsum nõdum arbitror assequutum esse. Si uero Paulus nondum assequutus est, neq; de resurrectiõe securus est, neq; de futuris: nullatenus igitur illi qui ne minimam quidẽ ipsius partem perfecerant, istud assequuti sunt, hoc est, nondum me uirtutem omnem assequutum esse arbi
1.Ti.4.b1 tror. Ac si de cursu quisquã dicat: nondum ad totum pertigi, inquit. Quod uero alibi dicit, certamen bonũ certaui: & hic, nondũ arbitror me assequutum esse: si quis diligenter legerit, causam bene intelliget & illorũ & istorum uerborum. Non enim oportet eadem tor quere, quoniam ista multo ante dixit, illa uero circa finem. Sed in uno dũtaxat illo sum, inquit, ut ad ea q à fronte sunt, enitar. Vnum aũt illud ago, inquit, ea q dem quæ à tergo sunt obliuiscẽs, ad ea uero quæ ante me sunt enitens, iuxta præfixum signũ insequor ad palmam supernę uocationis dei in Christo Iesu. Istud
C enim ipsum fecit ad anteriora eniti. Qui ergo se iam perfectum esse, & nihil ad uirtutis assequutionem deesse sibi putat, à cursu cessabit, tãquam totum iam assequutus. Qui uero se metam nõdum attigisse putat, nunquam à cursu desistet. Hoc ergo nobis semper reputandum est, etiã si innumera bona exequuti fuerimus. Si.n. Paulus post mille mortes, post tanta periculа istuc arbitratus de se est, multo magis nos. Nondũ tamen animum despondi, inquit: quod, cũ usq; adeo cucurrerim, assequi non potui. neq; desperaui, sed ad huc curro, adhuc certo. Hoc solum obiicio, quomodo sanè promoueam. Ita & nobis faciendũ est. Obliuiscẽda rectè facta, & à tergo relinquenda sunt. Etenim & qui currit, nõ reputat quantũ spatij confecerit, sed quantum a huc desit. Et nos non quantum uirtutis impleuerimus reputemus, sed quantum adhuc superest. Quid enim nos iuuerit quod confectum est, si qd deest adiectum non fuerit? Et nõ dixit, non reputãs, neque memorans, sed obliuiscens. Nam ita demum diligentes & seduli reddimur, quando omnem animi promptitudinem & alacritatem ad id quod adhuc superest, assequendum recollegerimus & reparauerimus, quando præterita obliuioni mãdauerimus. Enitens, inquit, antequam appropiauerimus, prehen D dere satagimus. Enitens.n. is est, qui pedes quanquã currẽtes, reliquo corpore anteuertere studẽs, seipsum in ea quæ à fronte sunt extendit, & manus quoq; protendit, ut etiam amplius quiddam ultra cursum efficiat. Hoc uero fit ex multa animi alacritate, ex multo feruore. Ita oportet currentem currere, cum tãto studio, cum tanta alacritate, non pigrẽ. Quantum autẽ discriminis est inter ita currentem, & eum qui supinè iacendo torpescit: tantum est & inter Paulum & nos. Quotidie moriebatur ille, quotidie probabatur. Non erat momentum aliquod, non erat tẽpus, in quo nõ creuerit illi cursus. Non accipere uolebat, sed rapere palmam. Ita.n. accipienda est. Sursum stat qui palmã porrigit, sursum polita est palma. Vide quantum sit spatij percurrendũ. Vide quãta sit sublimitas, quò puolandum est spiritus alis. Nam sublimitas ista aliter obtineri nequit. Cum corpore eũdum est illo. Potest enim fieri. Nam nostra conuersatio, inquit, in cœlo est. Ibi est palma. Vides currentes quomodo ex lege & pscripto uiuant? Quomodo nihil eorum, quæ robur corporis resoluũt, attingant? Quomodo singulis die- E bus in palæstra sub pædotriba & lege decertẽt? Imitare illos. Imò maiorem etiam animi alacritatẽ ostẽde. Non.n. palmam ferent multi tardantes. Ex lege uiue. Multa sunt quę fortitudinem remittunt. Fac eam esse pedibus tuis loco robusti cruris. Potes.n. Nam non est naturę, sed uoluntatis. Facilem eam efficiamus, ne grauitate ac tarditate pedũ reliquum pondus impediatur. Ostende tibi pedes esse cauros. Multa.n. est lubricitas: & si ceciderís, perdes omnia. Verũtamen si ceciderís, resurge. Potes enim & hoc pacto uincere. Nunquam rebus lubricis innitere, & non cades. Sup solidis ac firmis curre. Caput sursum, sursum oculos. Istud & pædotribæ currẽtibus præcipiunt. Ita solidatur fortitudo. Si uero deorsum nutaueris, remissus decides. Sursum ubi palma est suspice. Ipse palmę cõspectus multam facit alacritatẽ. Spes in tribulatione, labores sentire non permittit. Loginquitas facit ut modica appareat palma. Quid est palma? Nõ ramus palmę. Sed quid? Regnum cœlorum, requies eterna, gloria cum Christo, hæreditas, fraternitas, innumera bona, q̃ memorari nequeunt. Non potest palmę huius F pulchritudo enarrari. Solus, nouit eam, qui eam obtinet, & qui accepturus est. Nõ est aurea, non est ex lapidibus insertis. Multo est istis pretiosior. Aurũ illi collatum, lutũ est. Lapides pretiosi ad palmæ huius uenustatem comparati, lateres sunt. Si eã habẽs ad cœlum hinc abscesseris, poteris illo cum multo honore transire. Et angeli te palmam istã ferentẽ uenerabuntur. Accedes quosuis cũ magna libertate. In Christo Iesu. Vide gratũ ac probum. In Christo Iesu, inqt, hoc facio. Non enim sine ipsius auxilio tantũ spatij pertrãsire potero: multo opus est auxilio, multo adiutorio. Infrà te quidẽ certare uoluit, supra uero coronabit: nõ quòd hic, ubi certamẽ est, ibi & corona sit, sed in loco splendido est corona. Non uidetis & hic, quomodo quos maxime honorant, siue athletas, siue aurigas, non in stadio infrà coronãt, sed ad supiora uocatos, rex illic coronat? Ita & hic. In cœlo accipiẽs palmã. *Quotquot igitur perfecti sumus, hoc sentiamus: & si quid aliter sentitis hoc quoq; uobis deº reuelabit.* Quid? Nẽpe quod oporteat quæ a tergo sũt obliuiscẽ, quòd perfecti sit nõ putare seipsum esse perfectũ. Quomodo ergo dicis, Quotquot perfecti sumus? Dic enim q̃so,

G num hoc sentimus, quod tu sentis? Si .n. non accepisti, neq; perfectus factus es: quomodo pfectos iubes sentire quod tu sentis, cũ nondum perfectus sis? Hoc enim, inquit, perfectio est. Et si qd aliter sentitis, hoc quoq; uobis reuelabit deus: hoc est, Si quis quam putat se omnia rectè assequutum esse. Cautos eos reddit. At non ita dicit. Sed quid? Et si quid aliter sentitis hoc quoq; uobis reuelabit deus. Vide quã contractè ac caute. Hoc, inqt, docebit uos deus. id est, deus uobis persuadebit, nõ docebit. Nam Paulus docuit, sed deus inducet. Et nõ dixit, inducet: sed, reuelabit, ut res ista magis uideatur esse ignorantiæ. Non de dogmatibus ista dicit, sed de perfectione uitæ, & ne putet seipsos perfectos esse. Quisquis putat se assequutũ esse totum, nihil habet. *Attamẽ ad id quod assequuti sumus, eadem regula procedamus.* Attamẽ ad id quod assequuti sumus. Quid est? Interea, inquit, qđ rectè fecimus, & assequuti sumus, cõtineamus, quod attinet ad dilectionem, quod ad cõcordiam, quod ad pacẽ. Hoc à nobis rectè factũ est, hoc assequuti sumus, ad quod pertigimus. Eadem regula procedamus, idẽ sentiendo in eo, ad quod pertigimus. Istud iam assequuti sumus. Vides quòd regula uult esse mãdata: Regula nec addi sibi quicquã, nec demi sustinet. Alioqui hoc ipsum quod regula est, amittit ac perdit. hoc est, eadẽ fide, eadẽ prescripto. *Imitatores mei estote fratres, & considerate eos qui sic ambulant, quemadmodũ habetis nos pro exemplari.* Dixerat suprà: Cauete canes. Abduxerat eos ab illis. Iã adducit, quos imitari oporteat. Si qsquã est, inquit, qui nos imitari uult, si quis est eadẽ uia incedens, illos obseruate. Licèt ego nõ adsim, nostis tamẽ incessus mei modũ, hoc est, uitæ cõuersationem. Non n. solis uerbis docuit, sed & re ipsa. Quemadmodum in choro & exercitu choragũ & ducem reliquos imitari oportet, atque ita composite incedendũ est. Potest. n. ordo uel à statione dissolui & dissipari.

Hic su.a

Morale.

Exemplar ergo erant apostoli, primarij quandam exemplaris imaginem seruantes. Cogitate quàm exacta illis uita fuerit, ut archetypum & exẽplum, utiusque leges alijs exhiberent. Quod. n. literæ referebant, illud re ipsa omnibus conspicuum faciebant. Ea demum est optima doctrina. Ita discipulus induci ac persuaderi poterit. Si. n. doctor uerbis quidem doceat ac philosophetur, operibus uero contraria fecerit, nõdũ doctor erit. Nam istuc & discipulo facile præstitu fuerit, nempe uerbis philosophari. Sed opus est admonitione & inductione, quæ sit ex ipsis operibus. Ista qp pe & doctorem uenerabilem facit, & discipulum obsequẽtẽ. Quomodo? Etenim si quãdo uiderit uerbis duntaxat philosophantem, dicet eum impossibilia pcipere. Quòd autẽ impossibilia prẽcipiat, eũ hoc ostẽdere primũ qui ea non faciat. Si uero uiderit per opera perfectam uirtutem, tam nõ poterit ista dicere. Veruntamen, etiam si negligẽs ac dissoluta fuerit doctoris uita, nobis tamen ipsis intẽdamus, audiamúsque

I

Fsa.54.d et Hie.31 f.

prophetam dicẽtem: Erunt omnes à deo docti, & nequaquam docebunt quisq; fratrem suum dicẽtes, cognosce dominum: quoniam cognoscent me omnes à paruo usq; ad magnum inter eos. Nõ habes exactũ ac strenuũ doctorem? Habes autem uerum doctorẽ, qui & solus est doctor uocãdus. Ab illo discite. Ille di-

Mat.11.d

xit, Discite à me, quoniã mitis sum. Nõ obserues doctorem, sed hunc & huius disciplinas. Hinc tibi exemplar sume, habes imaginem optimam. Ad illam te cõponas. Mille sunt in scripturis positæ solidę & genuinę uitæ imagines: utpote, si uoles, accede post doctorem, etiam discipulos. Hic quidẽ inops claruit: ille uero cum pecunijs quoq;. Exempli gratia: Helias inops, Abrahã cum pecunijs. Quam facilorẽ uitam ex istis putas, & commodiorem, illam accede. Rursus hic qdem coniugatus: ille uero uirginitatem tenens. Abraham coniugatus: Helias uirginitatem tenens. Ad quã uoles transi. Nam utraq; ad cœlum ducit. Alius per ieiunia, ut Ioannes: alius uero sine ieiunijs, ut Iob. Rursus hic ipse & uxoris, & filiorum, & filiarũ, & domus curam gerens, multasq; diuitias possidens. Alter uero nihil possidebat, nisi pilosum indumentũ. Et quid dico domum, & diuitias, & pecunias, cùm & in regia dignitate quisquã constitutus uirtutem assequi possit? Est. n. domus regia quauis priuata negotiosior. Dauid ergo splenduit in regia dignitate, & nihil eũ relaxauit uel purpura, uel diadema. Alius integro populo præfectus, Moyses dico: quod quidem difficilius est. Erat. n. hic maior potestas, unde erat & maior difficultas. Vides & in diuitijs celebres & probatos? uides & in paupertate? uides in cõiugio? uides in uirginitate? Speculare rursus ex contrario & in coniugio, & in uirginitate, & in diuitijs, & in paupertate perditos. In coniugio quidem multi homines perierũt: utpote Sampson, Verũ non ex coniugio, sed ex propria uolũtate. In uirginitate uero, ut quinq; ille uirgines. In diuitijs, diues ille Lazari cõemptor. In paupertate, innumeri & nunc quoque pauperes pereũt. In regia dignitate ostenderim plurimos, item & in rerum publicarũ administratione. Vis & in ordine militari saluatos uidere? Habes Cornelium. Et in gubernatione domesticã? Habes Eunuchum Aethiopissæ. Ita scilicet undiq;, siquidẽ, ut oportet, diuitijs probe usi fuerimus, nihil nos perder. Si uero minus, perdent nos omnia, & regia dignitas, & paupertas, & diuitiæ. Sobriũ autẽ nihil poterit lædere. Nam dic mihi captiuitas nihil nocuit? Etenim contemplare mihi Ioseph illum, seruum factum, & uirtutem tamẽ custodientem. Considera mihi Danielẽ, & tres pueros captiuos factos, & quomodo tamen multo amplius splenduerint. Virtus .n. ubiq; lucet & inexpugnabilis est, & nihil eam impedire potest. Quid dico paupertatem & captiuitatẽ? Adiungam & seruitutem, & famem, & ulcera, & morbũ quẽcunque grauem. Est. n. morbus seruitute grauior. Talis erat Lazarus, talis Iob, talis & Timotheus crebris infirmitatibus pressus. Vides nihil esse quod uirtutem superare ualeat? Non diuitias, nõ paupertatẽ, non principatum, non subiectionẽ, non rerum præsidentiam & administrationẽ, nõ morbos, non ignominiam, nõ proiectum esse, sed his omnibus infra, & in terra relictis ad cœlum ipsa pertingit. Duntaxat sit animus generosus, & nihil poterit solidum ac strenuũ impedire. Quãdo. n. operarius dexter fuerit, nihil illã ab externis impedit. Etenim & apud artifices, quãdo artifex peritus fuerit ac dexter, omnemq; artem sciẽs, etiam si morbus inciderit, habet eam: etiã si pauper fuerit, habet eam: siue instrumentũ in manu habeat, siue operetur, siue nõ operetur, nihil illi ex arte demitur. Scientiam enim habet in seipso: Ita & uirtute præditus, & à deo pendens, etiam si in diuitias illũ conijcias, ostẽdit artem suam: etiam si in paupertatẽ, similiter: siue in morbos, siue in sanitatem, siue in gloriã, siue in ignominiam. An non per omnia ista efficaciter operati sunt apostoli? Per gloriam & ignominiam, p

K

L

M

θεῶ ἀγα πεί με νος.

A diffamiam & bonam famam? Istuc demũ est athletæ ad omnia accommodũ esse. Etenim talis quoque est uirtutis natura. Si uero dixeris, non possum præesse alijs, solitarie uiuere debeo: uirtutẽ contumelia affecisti. Ipsa nanque potest omnibus uti: & tamen illustris esse, dummodo sit in animo tuo. Fames est? Satietas & abundãria est? Ipsa suam ipsius potentiam ostẽdit.

Infra.4.c

Quemadmodũ Paulus dicit: Noui & abũdare, & penuriam habere. Erat operandum? Nihil erubescebat, sed duos annos opatus est. Erat ferẽda fames? Nec deficiebat, nec uacillabat. Moriẽdum erat? Non reddebatur animo abiecto & humili: per omnia mentẽ generosam & artem suam ostendebat. Hunc igitur imitemur, & nulla nobis erit mœstitiæ causa. Quid enim talem, dic quæso, contristare poterit? Nihil, quousq; à uirtute abstracti non fuerimus. Omnibus erat hominibus iste beatior etiam hic, nedum in alio seculo. Sit enim uirtute quisquã præditus: etsi uxorem habeat, & liberos, & pecunias, & gloriam multam, cũ his omnibus uirtute firmus, & solidus manebit. Si ea uero amiserit: & sic quoq; firmus & solidus erit: neq; ab ad

B

flictionibus demersus, neq; ab ipsa rerum prosperitate tumidus, sed ut petra tã procelloso mari quã tranquillo æque firma persistit, neq; à procellis fracta, neq; a trãquillitate aliud quicquã perpessa: ita & animus solidus, tam in tranquillo, quàm in procellis firmus, & inconcussus perstat. Et quemadmodum pueri quidẽ nauigantes terrentur, gubernator uero ridẽs sedet & immotus, cum delectatione metũ illorum uidẽs: ita & animus philosophicus, omnibus alijs turbatis, rursus & intempestiue pro rerum uicissitudine ridentibus, tanquam in sublimi quodam & temone pietatis immotus sedet. Quid enim, dic mihi, animum pium conturbare poterit? Mors? Sed illa uitæ melioris principium est. Paupertas? Sed ista ad uirtutem illi cooperatur. Aegritudo? At nihil æstimat præsentem uel ægritudinem, uel requiem, neque adflictionem etiam. Seipsum nanq; præueniendo primum adflixit. Ignominia? Sed mundus illi crucifixus est. Liberorũ amissio? Sed nihil illis metuit, cùm de resurrectione certus sit & securus. Quid ergo eum deijcere poterit? Nihil horum omnium. Extollunt eum diuitiæ? Nequaquam.

C

Nouit enim pecunias nihil esse. At gloria? Sed instructus est, omnem humanam gloriam esse, sicut florẽ fœni. At deliciæ? Sed audiuit Paulum dicẽtem: Quo-

1.Ti.5.a

niam quæ in delicijs uersatur, uiuẽs est mortua. Quã do ergo nec inflammetur nec cõtrahatur, quid poterit sanitati huic adæquari? Verũ non sunt aliorũ animi tales, sed & mari & chamæleonte crebrius immutantur. Fuerit itaq; ualde ridiculum, siquando eundẽ uideris nũc quidem ridentem, nũc uero flentẽ, nunc rursus curis confectum, nunc uero ultra mensurã dissolutum & effusum. Propterea dicit. Ne cõformemini

Ro.12.a

seculo huic: nam in cœlis cõuersamur, ubi nulla rerũ est uicissitudo. Promissa sunt nobis præmia, non immutemur. Talem uitæ conuersationem demonstremus, ut inde iam quoque bona capiamus. Sed ut qd in Euripum nosipsos, & in fluctus, & tempestatem, & turbinem proijcimus? Simus in tranquillitate: nec in diuitijs hæc omnia, nec in paupertate, nec in gloria, nec in ignominia, nec in ægritudine, nec in sanitate, nec in infirmitate, sed in animi nostri potestate sita sunt. Si ille solidus fuerit, & bene in uirtutis scientia imbutus, omnia ipsi erunt facilia. Et hinc iam etiam requiem uidebit, & portum serenum, & innumera bona ex hac uita profecta assequetur: quæ contingat nos omnes acquirere &c.

D

Homilia XIII.

Omplures ambulant, de quibus sæpe dixi uobis, nunc autem & flens dico, inimici crucis Christi, quorũ finis est perditio, quorũ deus uenter est & gloria in dedecore ipsorum, qui terrestria curant. Nam nostra conuersatio in cœlis est, ex quo & seruatorem expectamus dominum Iesum Christum qui trãsfigurabit corpus nostrum humile, ut conforme fiat corpori suo glorioso, secundum efficaciam qua potest etiam subijcere sibi omnia.

Nihil est quod adeo sit inconcinnum & alienum à Christiano, atque requiem & recreationẽ quærere: & ad præsentem uitam nimiũ affici, alienũ est à professione & militia nostra. Dominus tuus crucifixus est, & tu requiem quæris? Dominus tuus affixus est, & tu deliciaris? Et ubi sunt ista militis generosi? Propterea & Paulus dicit: Multi ambulant, de quibus sæpe dixi uobis, nunc autẽ & flens dico, inimici crucis Christi. Erant enim quidam simulantes quidem Christianissimum, remisse tamen & delicate uiuentes: hoc autem contrarium erat cruci. Quapropter ista dixit. Crux E enim animi est ad aciẽ instructi, & mortificati, nihilq; remissi quærentis: illi uero contraria sunt cõuersatione. Itaque & si dicãt se Christi esse, sunt tamẽ inimici crucis. Nam alioqui si crucem dilexissent, uitam studuissent uiuere crucifixam. Non est crucifixus dominus tuus? Imitare dominum, crucifige teipsum, etiã si nemo te crucifigat. Crucifige teipsum, nõ ut teipsum interimas, absit: esset enim hoc impiũ: sed quomodo Paulus dixit: Mihi. n. inquit, mundus crucifixus est, & ego mũdo. Si diligis dominum tuum, mortem illius morere. Disce quanta sit crucis uirtus, quãta peregerit, & quanta adhuc perficiat, quomodo sit munimẽtum uitæ. Per hanc perfecta redduntur omnia, baptisma quoque per crucem datur. Oportet. n. signaculũ istud assumere. Et manus imponũtur per crucem, & cruce utimur siue in itinere simus, siue in domo, aut certe ubicunq; simus. Magnum bonũ est crux, salutaris armatura, scutum inexpugnabile. Cùm ergo sis illi inimicus, gestas crucem? Nõ solũ obsignatus sis cruce, sed & crucem patiens. Solet Christus passiones & adflictiones crucẽ uocare, ut cũ dicit: Nisi quis tulerit crucem suã, & me sequutus fuerit: hoc est nisi quis F

Mat.16. et lu.14.f

paratus fuerit ad mortẽ. Isti uerò degeneres, & uitæ & corporis amantes, inimici sunt crucis. Et quisquis deliciis gaudet, uitæq; huius securitate, inimicus est crucis, i qua Paulus gloriatur, quã cõplectitur, cũ qua coadunari studet, ac laborat: ut cũ dicit: Ego crucifi-

Gal.6.d

xus sum mũdo, & mũdus mihi. Nunc autem inquit, & flens dico. Quare? quoniã creuit malum, quoniam digni sunt isti qui defleantur. Reuera sunt lachrymis digni, qui deliciantur, qui indumentum quidẽ, id est corpus bene saginantes, futuri uerò supplicij qđ latu ri sunt, nullam rationem habent. Esto delicieris, esto inebrieris, hodie & cras, & annos decem & uiginti. & triginta, & quinquaginta, & centum etiam, quod est impossibile: imò si uoles, ponamus etiam quid ultra centũ, quid uero lucraberis? Nihil. Talẽ ergo uiuere uitã, nõ est lachrymis & lamentis dignũ? Duxit nos deus in stadiũ istud, ut coronet: & nos abimus nihil, quod generosum sit, operati. Flet ergo Paulus, in quibus alij rident ac deliciantur. Tãtæ scilicet, compassionis est, ita solicitus est pro omnibus hominibus. Quorum deus, inquit, uenter est. Quid est illis deus?

G Hoc,scilicet,comedamus & bibamus. Vides quantū
1.co. 15.d malum sint deliciæ? Alijs qdē pecunię, alijs uero uen
ter deus est. An nō & isti idololatrę sunt,illis quoque
peiores? Et gloria in dedecore eorum. De circuncisio
ne quidam hoc intelligūt,ego uero nō hoc dico. Sed
hoc est qđ dicit Apostolus,In quibus debebāt pude-
fieri,in illis etiam gloriantur. Graue quidem est & ma
lum turpia patrare:patrantem uero pudefieri medio
criter malum est. Quòd si uero quisquam male agēs
gloriatur, etiam excellens est stupiditas. Sunt ergō
ista de illis duntaxat dicta:qui uero nobiscū hic tales
sunt,crimine isto notari nō poterunt? & nemo est illi
obnoxius? neq; deum quisquā habet uētrem? neque
gloriam in dedecore? Vellem & uehementer, uellem
nihil horum apud nos esse magis quàm apud eos q-
bus tum ista dicebantur. Quando.n. omnem uitam
quis in potationibus & comessationib⁹ insumpserit,
& in pauperes quidem modica quædam,potiorē ue-
ro partem in uentrem impenderit & cōsumpserit:nō
& de illo istuc merito dicetur? Nihil potuit ad incutiē
H dum pudorem aptius,nihil maiore aculeo dici. Quo
rum deus,inquit,uenter est,& gloria in dedecore eo-
rum. Quinam sunt illi? Qui terrestria, inquit,curant.
Aedificemus domos. Vbi? In terra,inquiūt. Possideā-
mus agros. in terra rursus. Acquiramus principatū,
iterum in terra. Potiamur gloria,in terra quoq;. Dite-
scamus:omnia in terra. Illi sunt,quorum deus uenter
est. Qui enim nihil rerum spiritualium curant, sed hic
omnia possident,& terrena ista curant,merito deum
uētrem habēt,dicētes:comedamus & bibamus, cras
enim moriemur. Et de corpore quidem doles,dic mi
hi,quod terrestre est tametsi nihil hoc illi noceat: &
animam detrahis in terram? Debebas corpus etiā spi
rituale efficere:licet enim,si uelles. Vētrem accepisti,
ut nutrias,non ut saginando extendas, ut domineris
illius,nō ut tibi eū dominū habeas,ut tibi ad alendas
reliquas corporis partes inseruiat,non ut tu ipsi inser
uias,nō ut terminos naturæ excedas. Tanta mala nō
facit mare fines suos transgressum,quāta uēter si cor-
pus nostrum cum anima superauerit. Omnem orbē
illuit mare,& uenter totum corpus. Pone illi terminū,
naturæ sufficientiam,quemadmodum deus mari po
I suit arenam. Et si æstuauerit & ferocierit,increpa illū
uirtute quam in te habes. Vide quomodo deus incre
pauerit,ut ipsum imiteris. Tu uero non uis, sed cū ui-
deas ipsum transgredientem, omnémque naturam
corrumpentem ac stagnantem,nec cohibere audes,
nec castigare. Quorum deus,inquit,uēter est. Videa-
mus quomodo Paulus seruierit deo. Videamus quo-
modo & gulosi seruiant uentri. Non innumeras mor
tes sustinent tales? An non uerentur ad ea quę uenter
præcipit non obedire? An nō ad impossibilia illi ser-
uiunt? Non mancipijs quibusuis peius habēt? Nostra
uero cōuersatio,inquit,in cœlis est. Ne quæramus er-
go requiem in hac uita. In cœlis splendidi sumus, ubi
& cōuersamur. Ex quo & saluatorē,inquit, expecta-
mus dominū Iesum,qui trāsfigurabit corpus nostrū
humile,ut conforme fiat corpori suo glorioso: modi
cū nos subduxit. Ex cœlo,inquit,saluator noster ue-
niet,& à loco,& à persona grauitatem & sublimitatē
Christi ostēdens. Qui transfigurabit corpus, inquit,
nostrum humile. Multa patitur nunc corpus,ligatur,
uerberatur, mille mala patitur, sed & Christi corpus
tanta passum est. Hoc igitur innuit dicens,ut confor-
me fiat corpori suo glorioso. Igitur idem quidem est,
induet uero incorruptionē. Transfigurabit. Ergo & K
habitum aliū dabit. aut immutationē ita abusiue uo
cauit. Corpus uero nostrū humile dixit,eo quòd ab-
iectū nunc sit,& corruptioni ac doloribus obnoxiū.
Videtur uile esse,& nihil prę cęteris habere præcipui.
Vt cōforme fiat,inquit,corpori suo glorioso. Papę, il
li ne quod ad dexterā patris sedet,conforme fiet hoc
corpus? illi qđ adoratur ab angelis? illi cui adstant in-
corporales illæ uirtutes? illi quòd est supra omnē prin
cipatum & potestatem,& uirtutem? illi cōforme fiet?
Si ergo totus orbis sumptis lachrymis eos defleret q
ab ista spe deciderunt:num digne collachrymaretur?
quòd cū promissio nobis sit facta futurū corpus no-
strum corpori Christi ita glorioso conforme,illi cum
dęmonibus abeunt? Nihil curabo amplius gehēnam,
quæcunque dixeris nullius æstimabo ad istā collata
runam. Quid dicis ô Paule? illi conforme fiet? Etiam,
inquit. Deinde ne diffidas,rationem quoq; adduxit:
Secundum efficaciam,inquit,qua potest etiā subijce-
re sibi omnia. Potentiam habet,inquit,ut omnia sibi
subijciat,itaq; & corruptionem & mortem:imò uero
ex ipsa potentia & hoc facier. Quæ nanq; potētia ma L
ior est,dic quęso? An dæmones, & angelos,& archā-
gelos,& Cherubin,& Seraphin sibi subijcere,aut cor
pus facere incorruptū & immortale? Multo sanè ma-
gis,hoc,quàm illud. Ostendit maiora potentiæ suæ
opera,ut & istis credas. Itaque etiam si uideritis istos
lætantes,& si uideritis glorioſos,stare. Nihil lædami-
ni ab ipsis, nihil conturbemini. Poterunt spes istæ
quamuis pigrum ac somnolentum erigere.

Proinde fratres mei dilecti ac desiderati, gaudiū & co- Cap. 4.
rona mea,sic state in domino dilecti: Sic. Quomodo? Im-
moti. Vide quomodo post adhortationem subiūgat
encomia: Gaudiū & corona mea:nō simpliciter gau-
dium,sed & gloria:non simpliciter gloria, sed & coro
na. Cui gloriæ non fuerit adæquandum, quòd Pauli
corona isti sunt? Sic state in domino dilecti: id est,in
spe dei. *Euodiam obsecro, & Syntichen obsecro, ut sint con-* Erasmus
cordes in domino. Sanè rogo & te compar germane, adiuua habet,ger
eas. Quidam dicunt eū hic obsecrare uxorem suam, mana.
Sed non est. Verū honorat mulierem, aut uirū quo-
que unius ex his mul eribus. *Adiuua eas*, inquit, *quæ*
in euangelio decertarūt mecum unà cum Clemēte quoq; & M
reliquis cooperatȳs meis, quorū nomina sunt in libro uitæ.
Vides quantæ uirtutis testimoniū illis exhibeat? Qđ
apostolis dixit Christus: Nō gaudete, quòd dęmonia Luc. 10.b
uobis obediūt,sed quòd nomina uestra scripta sunt
in libro uitæ: huius testimoniū istis dat apostolus, di
cens: Quorum nomina sunt in libro uitæ. Videntur
autem mihi istæ mulieres caput fuisse ecclesię quæ il
lic erat: & commendat eas uiro ęque celebri, & quem
comparem uocat. Forte consueuit illi reliquos com-
mendare tanquam cooperario & commilitoni, & so
cio, & fratri, quod & in ea quę ad Romanos est facit,
dicens: Commēdo uobis Phœben sororem nostrā, Ro.16.a
ministram ecclesiæ quæ est in Cenchris: aut intelligit
fratrem quendā mulierum istarum, aut uirum unius
ex ipsis: ac si diceret, Nunc frater es germanus, nunc
uir germanus, quoniam membrū factus es. Quæ in
euangelio concertarunt mecum. Quid dicis? Mulie-
res tecum decertarunt? Etiam, inquit, nō parum & ip
sæ contulerunt. Quanquam complures sint coopera
rij, nihilominus tamen & ipsæ cooperatæ sunt. Nō pa
rum itaque ecclesiæ tum iuuabātur: nam ex eo quòd
probati ac celebres, siue uiri, siue mulieres tanto po-

A tiebantur à reliquis honore, multa fiebant bona. Pri-
mùm quidem reliqui ad eundem zelum agebantur:
Deinde & fructum etiam ferebant ac lucrum per ho
norem istum. Tertio illos ipsos alacriores etiam & di
ligentiores faciebant. Propterea uides istud Paulum
ubique curare, talésque commēdare. Quod quidem
1. Corin. 16.c & in ea quæ ad Corinthios est, dicit: Qui quidē sunt
primitiæ Achaię. Quidā dicunt illud, syzyge, nomen
esse proprium. Quid autē, siue hoc, siue illud sit? Non
est hoc admodum curiosē, scrutādum, sed quòd eas
iubet plurimùm tutari & iuuari. Omnia nobis, inqt,
in cœlis sunt, & saluator, & ciuitas, & quicquid dici
Suprà. 3.d poterit. Ex quo, inquit, & saluatorem expectamus do
minum Iesum Christum.

Morale.

Et hoc est benignitatis ipsius. Ipse rursus ad nos ue
niet. Non illo nos ita trahet, ut absens ad se accipiat.
Rom.3. d Et hoc multi honoris est. Si enim cū inimici essemus,
ad nos uenit: multo magis ad amicos factos ueniet.
Non mandabit istud angelis, neque seruis, sed ipse
ueniet ad regias suas nos uocans. Vide, rapiemur &
B nos in nubibus, si honorauerimus ipsum. Quis autē
reperitur fidus seruus & prudens? Quinā digni haben
tur tantis bonis? Quām sunt miserabiles, qui ab illis
decidunt? Si enim eos etiā nullo non tempore dese-
uerimus, quid tanta miseria dignum fecerimus? Nam
etiam si mille gehēnas dixeris, nihil dices quod par sit
dolori isti, quē sustinebit anima talis, orbe uniuerso
cōmoto, tubis insonantibus, angelis præcurrentibus
primis, deinde & alteris, postea tertijs, subinde innu-
meris ordinibus in terrā effusis: ad hęc & Cherubin,
& Seraphin, (multa uero sunt ista & infinita) ipso quo-
que ueniēte cū gloria illa ineffabili, omnibus prope-
rantibus, ut electos in medīū adducant, illis qui cum
Paulo, & quotquot celebres fuerunt, & cū ipso coro-
nati, declarati, & à rege coràm omni cœlesti exercitu
honorati sunt. Si autē nihil reputatur gehēna ad hoc
quòd isti quidem honorantur, illi uero dehonestan-
tur: quantum quæso est intolerabilis est gehenna, fa-
teor, & uehementer intolerabilis. Verūtamen intole-
rabilius est è regno dei excidere. Cogitate, si quis rex
aut filius regis alio profectus, innumerisque & cele-
bribus bellis confectis, & habito secum uniuerso exer
C citu, ascenderet ciuitatem quandā cum theda, cum
tropæis, cū mille aciebus, cum scutis aureis, cū satelli-
tibus ac lancearijs, circa seipsum omnibus, & oīs ciui
tas coronata esset, & oēs totius orbis principes cum
ipso, sequeretur uero eum omnis quoq; ætas à tergo
alienigenarum gentiū uinctorum: deinde primates,
satrapas, præsentibus oībus principibus totius splen
doris huius, occurrentes quoq; ex ciuibus ample cte-
retur, adoscularetur, manum porrigeret, & omnē li-
bertatem donaret, stātibúsque cunctis uelut ad ami
cos dissereret, & omne illud iter eorū se gratia feciſſe
diceret, atq; in regias duceret, ac illis eas traderet, etiā
si reliqui non punirentur: quantū, quęso, supplicium
istud non adæquaret? Si uero apud hominem adeo
est acerbū ex hac gloria decidere, multo magis apud
deum, quando supnæ uirtutes omnes cum rege ade-
runt, quando dæmones uincti ac deflexi incedent, &
diabolus ipse uinctus ducetur, & simul omnis aduer
sariorum ætas, quando uirtutes cœlorū, quando ipse
quoq; ueniet cū nubibus. Credite mihi, tantus dolor
animum meū ex ista narratione occupauit, ut neque
sermonem perficere queā. Cogitemus quanta priue-

mur gloria, cùm liceat nō priuari. Hoc enim demum D
graue est, quòd cū in nostro sit arbitrio ista non pati,
nihilominus patimur. Quando alios quidē acceptos
ad patrem ducet in cœlos: alios uero relinquet, quos
prehensos angeli quidā inuitos & collachrymantes,
terramq; deflexos spectantes, in ignē trahent gehen-
næ, spectaculum primum factos toti orbi: quantum
putas fore doloré? Satagamus itaq; dum tempus est,
multamq; nostræ ipsorum salutis curam faciamus.
Quæcunq; talia tum dicemus, qualia dixit diues, siqs
nunc pmitteret, statueremus quæ utilia nobis essent,
sed nemo permittit. Et quòd talia dicemus, nō ex di-
uite solo liquet, sed & ex alijs compluribus. Et ut di- Exęplum
cas, q̄ multi in febri fuerunt, dixerunt: si quando nos- sumit à
ipsos recuperabimus, non amplius in eadem ista inci febricitā-
demus? Talia tum multa dicemus & nos, sed audie- tibus.
mus quæ diues audiuit, nępe, quòd hiatus sit ingēs,
& quòd bona hic accepimus. Ingemiscamus igitur Lucæ. 16.
amare, obsecro: Imò uero nō solum ingemiscamus, g
sed exerceamus uirtutem. Lugeamus nūc propter sa- E
lutē nostrā, ne tunc frustra lugeamus. Ploremus nūc,
& tunc propter malitiā nostram non plorabimus Iste
ploratus uirtutis est, ille uero animi prorsus uani &
inutilis. Adfligamus nosipsos nunc, ne tunc adfliga-
mur: tantū non est hic adfligi, quantū illic. Hic modi
co tpe teipsum cōtristabis, imò ne senties quidē tristi
tiam, sciēs quòd ad bonū sit ea tristitia. Illic uero gra-
uior erit tristitia, eo quòd futura est sine spe nullum
habitura exitū, sed infinita & perpetua. Cōtingat au-
tem, obsecro, nos oēs ab ista liberatos, requiem po-
tius assequi: sed precemur ac studeamus assequi reqem.
Studeamus obsecro. Si.n. studium impēderimus, &
orauerimus, perficiemus. Si orauerituus sine intermis
sione, dabit eā deus. Si uero neq; rogamus eum, neq;
tale quicq̄ efficimus aut operamur, qūo dormientes
aliquando perficere poterimus? Nullo pacto. Præcla-
re enim secū agi putant currentes, & enitētes, & mor-
ti Christi cōformati, quemadmodū Paulus dixit, si as
seq posſinr. Si quo pacto pertingā, inquit. Si aūt Pau- Suprà. 3 c
lus dicebat, si quo pacto pertingā. Quid nos dicemus
usq; adeo obdormientes? Sōmniculosus.n.ne mundi
quidem negotia perficere pōt, nedum spiritualia. Non F
poterunt somniculosi ne ab amicis quidē quicquàm
accipere, nedū à deo. Somniculosos ne patres qdem
ipsi honorant, nedū deus: modicū laboremus, ut sem
per conquiescamus. Oino adfligi oportet. Et si non
adfligimur hic, manet illud nos in futuro. Quamob-
rem non malumus hic adfligi, ut illic cōquiescamus
ac refocillemur, bonaq; ineffabilia consequamur?

Homilia. XIIII.

Audete in domino semper, iterū dico gaudete. Mo-
g *destia uestra nota sit oibus hominibus. Dominus*
propè est. De nulla re solliciti sitis, sed in omni pre-
catione et obsecratione cū gratiarum actione petitiones ue-
strę innotescant apud deū. Et pax dei quæ supat oēm intelle
ctū, custodiat corda uestra et sensus uestros in Christo Iesu.
Beati lugētes, & uę ridētibus, dicit Christus. Quid er- Matt.5.a
go Paulus dicit, Gaudete in domino semp? Christus & Lucæ.
aūt uę dixit ridētibus, risum mūdi huius taxās, qui fit 6.d
propter res p̄sentes: & lugētes beatos dixit, nō simpli
citer suorū amissionē lugētes, sed eos q cōpūcti sunt,
quiq; sua mala lugēt & delicta sua, aut ēt aliena repu
eant. Non est aūt hoc gaudiū luctui, illi contrariū. Et-
enī ex illo luctu nascitur hoc quoq; gaudiū. Qui nan-
que suaipsius mala luget, & cōfitetur, gaudebit. Aliās

G eriam si fieri potest ut propter delicta sua quisquam lugeat quidem, in Christo uero gaudeat. Quoniã igi tur adflicti erant propter ea quæ patiebantur, (Da- Suprà.1. d. tum est.n.uobis, inquit, ut non solum in ipsum creda tis, sed & pro ipso patiamini) propterea dicit, In domi no gaudete. Ista.n. quæ patimini, nihil sunt, si talem ostenderitis uitã, ut gaudere liceat: aut, quando quæ dei sunt, uobis non impediuntur, gaudete. Aut illud, in, positum est pro, cũ: ut sit, gaudete cũ domino sem per. Iterum dico, gaudete. Securi & fiduciam habẽtis est istud, utpote qui in deo est, semper gaudet. Siue adfligatur, siue aliquid patiatur, semper gaudet qui ta lis est. Audi nãq; quid Lucas dicat: reuersi sunt à con- Actо.5.g spectu concilij gaudentes apostoli, quòd digni habiti essent, ut pro nomine eius uerberarẽtur. Si uerbera & uincula, quæ omniũ uidentur tristissima, gaudiũ pa riunt: quid nos aliorum malorũ mœstos efficere po terit? Iterũ dico gaudete. Bene adhortationem istam duplicauit, quoniam ipsa rerum natura tristitiam illis pepererat. Per hanc duplicationem ostendit omnino Suprà.3. d. gaudẽdum esse. Modestia uestra innotescat omnibus hominibus. Dixerat supra: Quorum deus uenter est, Ibidem. & gloria in dedecore eorum: &, quoniã terrestria cu H rant. Poterat ergo fieri, ut inimico animo redderẽtur aduersum malos. Adhortatur ergo eos, ne qequam cõmune cum istis habeant quidem, uerũ illis utantur cum multa modestia, non solũ fratribus scilicet, sed & inimicis & aduersarijs modestè utantur. Dominus propè est. De nulla re soliciti sitis. Quid.n.dic quæso, quod aduersum uos insurgunt? Et si uideritis eos de liciantes, cuius gratia uos animo conciditis? Iudicium iam imminet. Non longe abest, quòd daturi sunt facto rum rationẽ. Vos in tribulatione, illi uero in delitijs: sed ista iam finem habebunt. Sed insidiãtur & minan tur? De nulla re soliciti sitis. Imminet iã iudicium, ubi contraria euenient: nihil sitis soliciti. Si modestè tule ritis eos qui malis uos afficiunt, nõ in finem usq; pro sperabitur illis. Quæ retributionis sunt, iã instant, si ue quod ad paupertatem, siue quod ad mortem, si ue aliud quodcunq; malum attinet. Sed in omni pre catione & obsecratione cũ gratiarum actione petitio Mat. 28. nes uestræ innotescant apud deum. Vnum ergo sola d. tium, hoc est, quòd dominus propè est: & illud, Ero I uobiscũ omnibus diebus usq; ad consummationem seculi. Ecce & aliud solatium, quod instar est pharma ci, quo resoluitur quicquid uspiam est tristitiæ, & in commodi, & quæcunq; fuerint molestiæ. Quod au tẽ est istud? Precari, & in omnibus gratias agere. Itaq; preces fieri uult, non solũ petitionem, imò & gratia rum actionem pro illis quæ iam habemus. Quomo do enim futura petet, qui priorum gratiam non agit? Sed in omni re, precatione & obsecratione. Itaq; pro omnibus oportet agere gratias, etiã quæ tristia uiden tur: nam istud est uere grati. Illud quidẽ rerum exigit natura, istud uero ab animo sit bene grato, & erga deum studiose admodum affecto. Istas preces agno scit deus: alias uero non probat. Talia precemini, uti agnoscamini & approbemini. Omnia nanq; ad no strũ profectum dispensat, tametsi nos hoc nõ agno scamus. Atq; hoc ipsum indicium est, eũ nostrũ profe ctum uehementer quærere, quòd nobis non agno scentibus hoc facit. Et pax dei quæ superat oẽm intel lectũ, custodiat corda uestra & sensus uestros in Chri sto Iesu. Quid hoc est? Oẽm intellectum superãt, quæ pax dei erga homines operata est. Quis.n. expectas- set? quisnam speraſſet, tanta futura bona? Omnẽ hu- K manum animum, non solũ rationem excellunt. Pro inimicis, pro odio ipsum prosequentibus, pro auer santibus, pro his inquã filium unigenitũ tradere non recusauit, ut pacem nobiscũ faceret. Ista igitur pax. i. reconciliatio, ipsa dilectio dei, custodiat corda uestra, ac sensus uestros. Istud enim doctoris fuerit, non so lũ adhortari, sed & precari, & per obsecrationem ad iuuare, ne uel à tentationibus submergantur discipu li, uel errore circũferantur ac seducantur, acsi dicat. Qui uos eripuit, quẽ nullus poterit intellectus cõpre hendere, ipse uos custodiat & muniat, ut nihil patia mini. Aut hoc dicit: Pax illa de qua Christus loqtur, Ioã. 4.d cũ dicit. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uo bis, ipsa uos custodiat. Pax enim ista, superat omnem Mat.5.8. humanum intellectũ. Quomodo enim intellectum humanum non excedit, quòd iubet ut pacem habea mus cum inimicis, cũ iniuriam nobis faciẽtibus, cum illis qui nos impugnant, & animo erga nos afficiũtur inimico? Imò uero qd prius est uideamus. Si pax ex cedit omnem intellectũ, multò magis ipse deus, qui pacẽ dedit, omnem intellectum, non solũ nostrum, L sed & angelorum, & supernarum uirtutum excellit. Quid est, in Christo Iesu? In ipso custodiat, ut manea tis, & à fide ipsius non excidatis. *Quod reliquũ est fra tres, quæcunq; sunt honesta, quæcunq; uera, quæcunque iu sta.* Quid est reliquum? Idem est, ac si dixisset: omnia nobis iam dicta sunt. Verbum hoc properantis est, & nihil commune cum rebus præsentibus habentis.

Quod reliquum est fratres, quæcunq; sunt uera, quæcun que honesta, quæcunq; iusta, quæcunque pura, quæcunque amabilia, quæcunque boni nominis, si qua uirtus, et si qua laus, hæc cogitate, quæ et didicistis, et accepistis, et audistis, & uidistis in me. Quid est, quæcũq; amabilia? Ama bilia fidelibus, amabilia deo. Quæcũq; sunt uera. Ista enim certo sunt uera, ut uirtus, malitia uero menda cium est. Etenim & uoluptas malitiæ mendax est, & gloria eius mendax est, & quęcunq; mundi sunt, men dacia sunt. Quæcunq; sunt pura. Ad hoc ptinet quod dixit, quorum deus uenter est. Quæcunq; sunt iusta. Ista sunt, inquit. Quæcũque boni nominis, si qua uir tus, si qua laus. Vult hic eos etiam ea quæ ad homi nes pertinent prospicere. Hæc cogitate, inquit, uides M quòd omnẽ malam cogitationem animis nostris exi mere conatur? Ex cogitationibus enim mala facta na scũtur. Quæ & didicistis & accepistis. Istud est docto ris, in omnibus adhortationibus seipsum exẽplar exhibere, quẽadmodum & alibi dicit. Sic habetis nos Suprà.3.f pro exemplari. Et iterũ hic: Quæ & didicistis, & acce pistis: hoc est, edocti estis. Et audistis & uidistis i me. Siue quod ad uerba, siue quod ad acta & conuersa tionem attinet. Vides quòd de quouis uitæ negotio ista præcipiat? Quoniam enim non licebat exactè de omnibus admonere, de introitu, de exitu, de uerbis, de habitu, de conuictu, deq; omnibus christiano homini prospiciendis. breuiter & summatim dixit, quæ cunque audistis & uidistis in me: hoc est, apud me. Et per opera uos, inquit, & per uerba induxi. Nihil enim naturæ nostræ adeo inimicũ est, atq; malitia, *Ista fa cite.* Non solũ uerbis, sed & factis exprimite. Et *deus pacis erit uobiscum.* Hoc est, In tranquillo eritis, in mul ta securitate. Nihil patiemini triste, neq; quicq̃ præter uestrum consilium inuitis uobis nocebit. Si quando enim nos pacẽ cũ deo habuerimus, (habebimus aũt per uirtutẽ) multo magis ipse nobiscũ erit. Qui.n.nos

A adeo dilexit, ut & nolentes accesserit, si uiderit accur rentes, non multo maiorem amicitiam ostendet?

Morale.

Quomodo sit autem inimici nobis malitia, & uir tus amica, multis experimẽtis manifestum est. Quid uultis de fornicatione dicam? Probrosos reddit, pau peres, ridiculos, & omnibus contẽptibiles, quibus sci licet, quenquã afficere, inimicorum est. Sæpe uero & morbis & periculis inuoluit. Complures quoque scor torum gratia perierũt, & uulnera acceperunt. Si uero ista conciliat fornicatio, adulterium certè multo ma gis. Num ita habet & eleemosyna? Nequaquã: Sed ut mater amico affectu i multam honestatem, decorũ, & bonam gloriam filium cõstituit, facit nos circa ea quæ necessaria sunt immorari. Nõ dimittit nos, neq; à necessarijs abducit, sed & animum nostrum prudẽ tiorem reddit. Nihil enim imprudentius est fornica toribus. Sed uis & auaritiam uideamus? Et ista eisdẽ nos, quibus inimicus, afficit. Quomodo? Facit & ipsa nos odio haberi ab omnibus. Efficit ut nobis malè i precẽtur omnes, & iniuria affectis cõdoleant quidẽ, sibi uero ipsis à nobis timeant, & ut uniuersi nos ut B cõmunes hostes, ut bestias, ut dæmones aspiciãt. In numeræ hic sunt incusationes, insidiæ, iudentiæ, quę omnia sunt inimicorum. Iustitia uero cõtrariũ agit. Omnes nobis facit amicos, omnes familiares, om nes beneuolè erga nos affectos. Preces pro nobis fi unt ab omnibus. Quæ nos cõcernunt, in multa sunt libertate & securitate. Nullum hic periculũ, neque su spicio quidẽ: sed & somn⁹ securè obrepit. Nulla pror sus hic cura, nullus est planctus: uides quòd multo melior sit iustitia? Quid autem? Verũ inuidere, an cõ gaudere melius est? Discutiamus hæc omnia, & inue niemus uirtutẽ quidẽ instar matris re uera amicè af fectæ in securitatẽ nos constituere: malitiam uerò rẽ esse minimè securam, sed periculosam. Audi nanque Psa.24 c propheta quid dicat: Firmamentũ est dominus timẽ tium eum, & testamentum ipsius manifestatur ipsis. Neminẽ metuit, qui nullius mali sibiipsi cõscius est. Nemini rursus fidit qui in malitia uiuit: sed erga do mesticos tremit, & cum suspicione eos aspicit. Quid dico domesticos? Conscientiæ suæ tribunal non fert. Non solùm externę, sed & internę ratiocinationes ip sum fatigant, quiescere nõ permittentes. Quid ergo, C inquis, laudine intentũ uiuere oportet? Non dixit, lau dem spectа, sed quę laudabilia sunt: facias: nõ tamen laudis respectu. Quęcunque sunt uera: ista enim sunt mẽdacia. Quæcunque sunt honesta. Honestũ ad uir tutem conuersationis externæ, purũ uero ad animũ 2.Co.6.a pertinet. Ne detis offendiculum, inquit, neque ansã. Quoniam dixerat, quæcũque sunt boni nominis, ne putes eum simpliciter quæ hominibus conspicua sũt dicere, subiunxit: Si qua uirtus, & si qua laus, ista cogi tate, ista facite: uult nos semp in istis esse, ista curare, ista cogitare. Si enim inter nosipsos pacifici fuerimus deus erit nobiscũ. Si uero bellum excitauerim⁹, deus pacis non erit nobiscum. Nihil enim adeo hostiliter aduersatur animæ, atque malitia: hoc ẽ, In securitatẽ cõstituit eã pax & uirtus. Itaque gubernare oportet quę nostra sunt, & tunc deũ attrahemus: nõ est deus belli ac pugnę. Dissolue bellũ & pugnam, tã quę con tra ipsum quàm quæ est cõtra proximum. Pacificus Mat.5.a. esto cum omnibus. Cogita qualem te deus existẽtẽ saluet: Beati pacifici, quoniam filij dei uocabuntur. Omnino filiũ dei, qui tales sunt, imitantur. Imitare il-

lum & tu quoq;. Pacem seruato. Quanto te magis im D pugnauerit frater, tãto maior erit merces. Etenim au di quid propheta dicat: Cum his qui oderũt pacem eram pacificus. Hoc uirtutis est, hoc maius est huma Psa. 119.b na ratione, hoc deo uicinũ esse facit. Nihil adeo deũ exhilarat, atque si iniuriarum memores nõ fuerimus. Hoc tibi peccata remittit, hoc tibi culpas admit. Si uero pugnauerimus ac cõcertauerimus, parietur ini micitiæ. Ex inimicitia uero, iniuriarũ memoria & uin dicãdi libido. Excide radicem, & non erit fructus: ita discemus contemnere temporalia. Non enim est, nõ est, inquã, in spiritualibus pugna: sed quicquid fieri ui deas, siue pugnas, siue inuidentiam, seu quodcũque aliud dixerit quisquàm, temporalium gratia cõmitti tur. Habet enim omnis pugna ortum suũ, uel ex aua ritia, uel ex inuidentia, uel ex inani gloria. Itaque si pa cifici fuerimus, discemus & ea quæ in terra sunt con temnere. Rapuit tibi quisquàm pecunias? Sed nihil lę sit, modo supernas diuitias tibi nõ abstulerit. Gloriã tuam prępedit? At non eã quam habes apud deũ, sed eã quæ prorsus nulla est. Neque enim ipsa gloria est, sed nomen dũtaxat gloriæ, imo uero ignominia. E Præripuit tibi honorem? Non tibi, sed sibiipsi. Quem admodũ enim qui alium lædit, nõ lędit sed lædit ur: ita & qui proximo insidiatur, seipsum primum interi mit. Nam qui proximo suo foueam parat, incidit in Psal.7.d eandem: ne insidiemur itaque aliis, ne nosipsos læda mus. Siquando aliorum gloriam subuertimus, cogi temus quomodo hoc pacto nos ipsos lædam⁹, quo modo nobisipsis potius insidias struamus. Proximũ quidẽ si poterimus, apud homines damno afficim⁹, nosipsos uero apud deũ lędimus, ipsum irritantes, ne uel nobis ipsis noceamus. Quemadmodũ enim pro ximum lædentes nosipsos lædimus: ita & illi benefa cientes, nobisipsis benefacimus. Quãdo ergo tibi in commodat inimicus, benefacit tibi, si sapueris. Et tu non solùm paria referendo illum non ulciscare, sed & benefacias: at illata plaga, inquis uehementer inhę ret. Hoc ergo cogita, quod non illi benefacis, sed illũ quidem punis, tibiipsi uero benefacis, & confestim ad hoc uenies, ut benefacias. Quid ergo, nũ isto pro posito benefaciendum est? Nõ est quidem isto facie do proposito: quando uero cor tuum aliud non ad mittit, uel hoc pacto ipsum inducito, & mox persua- F debis ut inimicitiam remittat: & deinceps ut amico benefacies, futuraque bona asseqeris.

Homilia. XV.

Auisus sum autem in domino magnopere, quòd iã tandem reuiguit uestra pro me solicitudo, in eo in g quo & soliciti eratis, uerũ decrat opportunitas: nõ quòd iuxta penuriã loquar. Ego.n. didici, in quibus sum cõ tẽtus esse. Noui & humilis esse, noui & excellere, ubique et in omnibus institutus sũ, et saturari, & esurire, et abũdare, & penuriam pati. Omnia possum per Christũ, qui me corro borat: Attamen rectè feciſtis, quòd simul afflictioni meæ cõ municastis. Sæpenumero dixi eleemosynam non ac cipiẽtium, sed potius dantiũ gratia introductam esse. Nam illi sunt qui potissimum inde lucrantur. Hoc sci licet & Paulus hic ostendit. Quomodo? Miserant illi quædam longo antè tempore Philippẽses, quę quidẽ ipsa Epaphrodito commẽdauerant. Cùm esset ergo illum cũ epistola ista missurus, uide quomodo & lau det eos, & simul ostendat hoc non propter accipien tium necessitatẽ, sed dãtium gratia factum esse. Hoc

G autem facit, ne benefacientes in arrogantiam extollantur, & ut alacriores ad benefaciẽdum reddantur, tanquam seipsos magis hoc pacto iuuantes, accipientes uero non adeò securè ac temerè ad accipiendum
Act.20.g properent, ne ad iudicium illis uergat. Nam beatius est, inquit, dare quàm accipere. Quid ergo dicit? Gaudius sum autẽ in domino magnopere, Non mũdano more, inquit, neque temporaliter gauisus sum, sed in domino. Non autem ideo gauisus sum, quòd ego recreationem, habuerim, sed quòd nos prosperè profeceritis. Nam hoc ipsum recreatio mea est, unde & adiecit, magnopere. Quoniam non erat corporale gaudium, neque propter suam ipsius recreationẽ gaudebat, sed propter ipsorum profectum. Et uide quomodo, posteaquàm eos sensim præteriti tẽporis gratia increpauerat, mox illud obũbrauerit ac mitigauerit, instruens, ut cõtinui sint & perpetui in benefaciẽdo. Quòd iam tandem, inquit: illud, iam tandẽ, ostenditis est illos multo tempore torpuisse. Reuiguistis more fructuum nascentium deinde renascentium, & postremò denuo nascentium. Istud uero significãtis est,
H eos quum primùm essent floridi, deinde tabefactos, rursus tãdem germinasse. Est ergo illud, Reuiguistis, & increpantis pariter & laudantis. Non enim parum est quòd emarcuerat, denuo reuigescere. Ostendit autem eos oia ista ex socordia passos esse: Declarat autẽ hic eos etiam antea in talibus liberaliter agere cõsueuisse. Quapropter subiunxit: Ad hoc, ut pro me soliciti sitis: & ne putes eos & in reliquis prõptiores fuisse & emarcuisse, sed ihoc solo. Vide quomodo subdi
ibidem. derit: Ad hoc, ut pro me soliciti sitis. Ad hoc solum, inquit, iam tãdem? in aliis enim non ita. Quæsierit autem hic quisquã quomodo dixerit. Beatius est dare, quàm accipere: & quoniã manus meę necessitatibus meis subministrarũt, & his qui mecum sunt: & rursus
1.Cor.9.c ad Corinthios scribẽs, dixerit: Melius enim mihi fuerit, ut moriar, quàm ut gloriationẽ hanc meam quisquam euacuet, & inanem reddat. Cõtemnit id, unde
I gloriatio sua poterat inaniri Quomodo? Si ab aliis accepisset. Si iam ut inquit, gloriatio eius ea erat, quòd nihil accepat, quomodo nũc accipere sustinet? Quid ergo est Illic merito nihil accipiebat propter pseudapostolos, ut in eo de quo gloriantur, inquit, reperiantur sicut & nos. Et non dixit in quo sunt: sed, in quo gloriantur. Nam accipiebant quidem ab aliis, sed occultè. Propterea dixit, in quo gloriantur. Vnde & ipse dixit, ista gloriatio mea non interrumpetur. Et non
2.C.11.b simpliciter dixit, non interrumpetur, sed quid? In regionibus Achaiæ. Et illud: Cęteras ecclesias depręda tus sum, accepto ab illis stipendio, quò uobis inserui rem, ostendit eum accepisse, Sed Paulus quidem merito accepit, tãtum opus administrans, etiam sicubi acceperit. Qui uerò nihil operantur, quomodo nam poterunt accipere? Sed oro, inquis. At hoc non est opus. Est enim istud etiam cum opere faciẽdum. Sed ieiuno ¦ At neque istud opus est. Sed uide beatũ istũ ubique prædicantem & operantem. Verum deerat, i quit, opportunitas. Quid est, deerat autem oportunitas? Non erat hoc, inquit, socordiæ uestrę, sed necessitatis. Non habebatis in manibus, neque eratis in abũdantia. Hoc enì est, quod dicit, deerat opportunitas id quòd ex communi loquẽdi consuetudine desumpsit. Nam plerique ita loquuntur, quando ipsis tẽporalia nõ abunde adfluunt, sed in angustiis detinẽtur. Non quòd iuxta penuriã loquar. Dixi, inquit, iam tandem reuiguisse uestram pro me solicitudinem, & in- K
crepaui, non quòd meũ est quęrens, nec ita reprehendens, tanquam in penuria existens. Neque enim propterea uos quæsiui: unde hoc ò Paule? Neque enì te-
1.Thes.1 ipsum iactas. Corinthiis sanè dixit: Non enim scribimus uobis, nisi quæ legitis, aut enim agnoscitis. Et apud istos utique non tanquam penuria periẽs dixit. Non sanè siquidem gloriabatur ista dicens. nã apud scientes loquutus est, & maior erat pudor ac turpitudo, penuria perire. Ego enim didici in iis contentus esse, inquit, ì quibus sum. Est ergo doctrinę negotiũ, & exercitij, & curæ. Non enim facilis assequutionis, sed difficile est & rarum. In quibus sum, inquit, didici contentus esse. Noui & humilis esse, noui & excellere, ubique & ì omnibus institutus sum: hoc est, & modi cis uti: noui & famen ferre & penuriam, & abũdare, & egere. Sed hoc, inquis, non fuerit scientiæ & uirtutis, nempe excellere & abundare. Et hoc uehementer uirtutis est, nõ minus quàm illud. Quomodo? Quoniam quèadmodũ angusta paupertas ad multa mala facienda allicit, ita & abundãtia. Complures enim
L sæpenumerò in abundantia rerum constituti, negligentiores facti sunt, nec prosperitatem eam ferre nouerunt. Complures plerũque & ansam inde ceperũt nihil amplius operandi. At non ita Paulus. Nam quæ accipiebat, in alios insumebat, & in alios effundebat. Hoc est autem scire abundantem esse. Non diffunde batur, nec gaudebat super abundantia sua: sed æquo erat animo, siue ì penuria, siue ì abũdantia, neque ex penuria repressus, neque ex abundantia relaxatus. Et saturari, inquit, & esurire, & abundare, & penuriã pati. Multi saturati nesciunt: ut pote Israelite, qui comedebant, & calcitrabant. Sed in eadem modestia & cõstãtia ego maneo. Ostẽdit quòd neque nũc gauisus, neque antea cõtristatus sit sui gratia, sed ipsorum. Ipse quippe eodem ad omnia affectu fuit ubique, inqt, & in omnibus institutus sum: hoc est, Omnia experientiam lõgo isto tempore cepi, & hæc omnia mihi ἐπίλαμ
bene gesta & perfecta sunt. Verùm quoniam istud ia βάνε-
ctantiæ uidebatur, uide quomodo confestim sese cõ ται.
tineat ac sistat. *Omnia possum per Christum*, inquit, *qui*
2.Co.8.c *me confortat*. Virtus ista non mea est, sed eius qui po- M
tentiam dedit. Quoniam uero qui benefaciũt, si quãdo uiderint accipientem non affici donis, sed ea contemnere, segniores ad dandum redduntur. Nam ipsi affectu præditi sunt largiẽdi & recreandi. Si ergo Paulus recreationem contemneret, necessario isti segniores redderentur. Ne igitur hoc fieret, uide quomodo iterum medeatur. Per ea nanque quę dicta sunt hactenus, animum eorũ deiecit. Per ea uero quæ sequũtur, alacritatem eorum iterũ excitat, dicens: *Attamen rectè feciſtis, quòd ſimul afflictioni meæ cõmunicaſtis*. Vides & quomodo seipsũ segregauerit, & quomodo rursus cũ illis coadunauerit. Istuc germanæ est amicitiæ & spiritualis. Ne putetis me quoniam in penuria cõstitutus non fui, beneficio isto non egere. Ego propter uos. Quomodo cõmunicarunt afflictionibus ipsius? Per subministrationẽ istam: id quòd & uinctus dixi. Cùm sitis omnes mihi cõsortes gratię. Est enim gratia pati Supr.1.d
pro Christo. Quemadmodum & ipse dixit, Quoniã uobis datũ est à deo, ut nõ solùm in ipsum credatis, sed & pro ipso patiamini. Quoniam enim illa seorsũ ac solitariè dicta deiicere eos tãquam cõtẽptos potẽrãt, propterea medetur, & cõplectitur, & laudat. Rursus uero moderatè. & nõ enì dixit, quod dedistis, sed

ostendit eos

A dit eos omnia lucratos, siquidem præmiorum cõsortes facti fuerant. Nec dixit, quòd releuastis afflictiones meas: sed, quòd simul afflictioni meæ communicastis, quòd honestius ac grauiꝰ erat. Vides humilitatem Pauli? Vides animum generosum? Posteaquàm ostenderat se nihilo eorũ, quæ ipsorum erant, sui gratia egere, tũc deinceps securè humilia quoque uerba loquitur, quæ quidem & mendicãtes dicũt: quemadmodum, inquiũt, dare soles. Nihil enim detrectat, uel facere uel dicere. Hoc autem dicit: Ne putetis impudentiæ uerba esse, quòd castigo ac dico, iam tãdẽ reuiguistis, aut quòd in penuria sim. Nõ enì egens ista dico. Sed quid? Ex eo quòd uehementi sum in uos fiducia: & huius uero uos estis causa. Vides qũo illis medeatur? Quomodo uos estis causa? Ante alios beneficio uestro prosilientes, fiduciã nobis indidistis, istorũ uos comonẽdi. Et uide honestatem. Quũ non mitterent, non opprobrauit, ne quæ suaipsius essent, curare uideretur: Quando uero miserant quędã, tũc præteriti temporis ac neglecti gratia eos increpauit, id quod & patienter tulerunt. Nã non uidebatur po
B stea, quę sua essent, quærere. *Nostis autẽ et uobis Philippenſes, quòd in principio euãgelij cũ proficiſcerer a Macedonia, ne una mihi quidem eccleſia cõmunicauerit in ratione dandi & accipiendi niſi uos ſoli*. Papæ quantũ testimonium. Siquidem Corinthij, ex eo quòd ista ab eo audierant, item & Romani, ftexi sunt isti uerò hoc fecerũt, ne una quidẽ ecclesia præeunte. Etenim, inquit, in principio euangelij, tantum studij erga sanctũ istũ ostẽderunt, ut cũ nullũ haberent exemplum, ipsi primi in isto fructu ferendo fuerint. Neq; dici põt quòd manenti apostolo, neque quod eorum gratia quę ad ipsos pertinebant, hoc fecerint. Cũ enim, inquit, proficiserer ex Macedonia, ne una mihi quidem ecclesia communicauit in ratione dãdi, & accipiendi, nisi uos soli. Quid est autem accipiendi? Quid est communicauit? Quamobrem non dixit, quoniam nulla mihi
1.Co.9.b quidem ecclesia dedit: sed, communicauit in ratione dandi & accipiendi? Communicatio nanque est res ista: Si enim nos spiritualia uobis, inquit, seminauimus ut quid magni fuerit si nos uicissim carnalia ue
2.Co.8.c stra messuerim? Et iterum: Vt uestra copia suppleat
C illorum inopiam. Qũo? Communicarunt in ratione dandi carnalia, & accipiendi spiritualia. Quemadmodum nanque uendentes, & ementes cõmunicãt alternis quæ alius alij uicissim repẽdit, (hoc est. n. communicatio) ita & hic. Non est enim, nõ est, inquam, mercatura ista & negotiatione quicquã lucrosius: nã fit quidem in terra, cõsummatur uerò in cœlo. Emẽtes enim in terra quidem consistunt, coemunt uerò & pacisc̃untur ea quæ in cœlis sunt, terrenum rependẽtes pretium. Sed ne conquerare, cœlestia pecuniis nõ emuntur. Non pecuniæ ea comparant, sed uoluntas
Luc.21.a eius qui petunias dependit. Philosophia est tẽporalibus superiorem esse, esse benignum & misericordem: alioqui si argẽto cœlestia uenirent, quæ æra minuta duo dependebat. nihil utique magni accepisset? Quoniã uero nõ argentũ sed uoluntas hic ualebat, factũ est ut quia omnẽ uolũtatẽ suã exhibebat, omnia quo que acceperit. Non ergo dicamus pecunijs uenire regnum cœlorum, non pecunijs emitur, sed animi uoluntate quæ pecunijs ostẽditur & exhibetur. Igitur pecuniis opus est, inquis. Non opus pecuniis, sed animi uoluntate. Illam si habueris, potes & per æra minuta duo, emere cœlum. Illam uerò si nõ habueris, nõ po- D
terũt hoc uel innumera auri talẽta quòd alioqui posſét ęra minuta duo. Quare? quia si cũ multa habeas, minus depẽdis: eleemosynam quidem facis, tantam uerò non quantam illa uidua. Non enim tãta animi promptitudine dependis, quãta illa. Omnibus enim quæ habebat, seipsam priuauit: imò nõ priuauit, sed omnia sibiipsi largita est. Nec potui aquę frigidę pro misit deus regnum, sed animi uoluntati & alacritati, nec morti etiam, sed uoluntati. Alioqui non est magnum unam dare animam. Dedit unum hominem. Vnus autem ille homo ęquiparari non poterit. *Nam & in Theſſalonica cũ eſſem ſemel & iterũ quod opus erat, mihi miſiſtis*. Rursus magnum encomium. Siquidem in metropoli cõstitutus, à modica nutritus est ciuitate. Et uide ne si omnino se à necessitate rerum eximeret, (id quod pręueniẽdo dicebam) segniores eos effi ceret, quia toties ostenderat se non egere, semel dun taxa hoc fecit, dicens quod opus erat, Et non dixit, quòd mihi opus erat, sed simpliciter honestatẽ curauit. Et non solum eam, sed & quòd futurũ erat. Quoniam enim sciebat uehemẽter esse humile & abiectũ, rursus correctione ipsum communit. Non quòd mu E
nus requirã, inquit. Id quòd & supra dixit, non quòd iuxta penuriam loquar. Illud maius est, quã hoc sit. Aliud enim est egẽtem non quærere munus, & aliud cùm in egestate sis, ne reputare quidem quòd egeas.

Nõ quòd requiram munus, ſed quòd requiram fructum exuberantem in rationem uestram. Vides quod fructꝰ illis inde natus sit? Propter uos, inquit, ista dico, nõ propter meipsum ad uestram salutem. Nam ego nihil lucror accipiendo: dantium est ista gratia. Dãtibus enì seruatur in futuro merces, accipientibus uerò consumuntur in hac uita quæ data sunt. Rursus cum encomio, & quòd eisdem afficiatur, & egeat. Quoniam dixerat, non requiro, ne denuò segniores eos faciat. dicit. *Recepi uerò omnia & abundo*. Hoc est, Per hoc munus, quę omissa fuerant, compleuistis: quòd quidem potissimum promptiores eos fãciebat. Quanto nanque philosophiæ studiosiores fuerint qui benefaciunt, hòc magis quærunt illis gratificari, quibus bene faciunt. Dicit itaque: Non solùm resarciuistis quę prę terito tẽpore neglecta fuerant, sed & expeuastis. Et- F
enì ne uideatur eos propterea culpare, uide quomodo se rursus communiat: quoniam dixerat, nõ quòd requiram munus, & quòd tandem reuiguistis. & quoniam ostenderat, debitum esse officium istud, (hoc enim est quòd dicit: Recepi) rursus ostẽdit eos suprà quàm debuerant, prestitisse. *Recepi*, inquit, *omnia, & abundo. expletus ſum*. Non temerè istud, neque ex affectu dico. Sed quid? *Poſteaquàm accepi ab Epaphrodito quæ à uobis miſſa fuerant, odorem bonæ fragrãtia, hoſtiam aeceptam gratamque deo*. Papę, quò munus eorum euexit? Nõ ego, inquit, accepi, sed deus per me. Itaque etiã si ego non egeo, nihil uobis curę sit: quoniam neque deus opus habuit, & tamẽ suscepit. Ita ut non ueritus sit iuxta diuinam scripturam dicere, odoratũ esse deũ odore bonę fragrantiæ: quòd quidem erat sese oblectantis. Scitis enim, scitis, inquã, quomodo bona fragrantia afficiatur, gaudeat & exhilaretur aia nostra. Non detrectauit itaque scriptura humano & humili more loqui, ut ostẽderet hominibus. accepta esse coram deo eorũ munera. Neque enim uel nidor, uel fumus acceptam faciebat oblationem, sed animi uolũtas quæ offerebat. Alioqui si hoc fuisset, placuissent etiam quæ Cain offerebat. Dixit deum inde esse exhi

G laratum. Quomodo exhilaratum: Nō enim aliter cognouisset homines placuisse munera sua. Cū itaque in penuria non esset, dixit ita se exhilaratum, ne propterea quòd non egeret, negligentiores fierent. Et si quando reliquam uirtutem neglexissent, istis fiduciā
Psal.49.c conciperent. Vide quomodo rursus eos corrigat, dicens: Nunquid manducabo carnes taurorū, aut sanguinem hircorum bibam? Nō requiro, inquit, mānus.

Deus uerò metus suppleat quicquid opus fuerit uobis secundū diuitias suas, cū gloria in Christo Iesu. Vide quomodo uicissim bene precatur, quemadmodū solent pauperes. Si uero Paulus bene precatur dātibus, multo minus pudeat nos, quū acceperimus, idē facere. Non accipiamus autem, tanquā ipsi egeamns: neque gaudeamus nostri gratia, sed potius dātium. Ita merces erit nobis etiam accipientibus, si propter illos gauisi fuerimus. Ita etiam non ægreferemus, si nihil alij dederint, imo ipsorum nomine dolebimus: ita promptiores quoque & alacriores eos reddemus, si docuerimus, quòd ista nō nostri gratia faciam⁹. Deus me⁹, inquit, suppleat quicquid opus uobis fuerit: aut omnē
H gratiam, aut [omnem necessitatem. [Siue omnē gratiam dicat, nō eam solam, quæ i terra præstatur eleemosynam dicit, sed quodcunque rectè factum: siue omnē necessitatē, quòd magis dici puto: hoc ē. Quo
2. Co.9.c niā dixerat, deerat opportunitas: subiungit hic, quòd & in ea quę ad Corinthios est, facit dicēs: Qui suppeditat semen seminanti, is & panem in cibum suppedi tet, & multiplicet sementem uestram, & augeat prouentus iustitiæ uestræ. Optat illis, ut sint in abundantia, & habeant quòd seminent. Optat autem nō simpliciter ut in abundantia sint, sed secundum diuitias dei. Itaque & hoc moderatè facit. Si enim ea cōditione fuissent, qua erat ipse, & ad eum modum philosophi, ad eumque modum crucifixi, non hoc utique fecissent. Quoniam uero uiri erant artifices, paupes, uxores habentes, liberos educantes, domos gubernātes, & ex modica facultate tanta dederant: & aliquod ad huc habebant præsentium quoque desideriū, ad illorum captum sese demittens, optat competentia. Illis enim qui rebus ita utebantur, nihil erat absurdi sufficientiam optare & abundantiā: Vide ergo quid dixe
I rit. Non dixit, faciat uos diuites ac locupletes ualde. Sed qd? Suppleat qcquid uobis opus fuerit ut nō sitis
Matt.6.b in penuria, sed habeatis quæ opus fuerit. Nā & Christus uoti hui⁹ terminū nobis ponēs, precationi istud indidit, instruens ut dicamus: Panem nostrum quotidianū da nobis hodie. Secundū diuitias suas: hoc est, secundum donum suum: Id est, quoniā illi facile est, & possibile, & in promptu. Et quoniā dixi, quicquid opus fuerit, ne putetis quòd in angustias uos sit locaturus. Propterea subdidit. Secundum diuitias suas cū gloria in Christo Iesu. Ita abūdabūt uobis omnia, ut cum gloria eius sitis habituri omnia, aut ut nulla re egeatis. Nā & gratia, inquit, magna erat super omnes illos: neque enim quisquā egens erat inter eos: aut, ut ad gloriam eius omnia faciatis, ut ad gloriā eius copia uestra utamini. *Deo autem & patri nostro sit gloria in secula seculorum*, Amen. Ista uero gloria non solùm filio sed & patri fit. Quando enim glorificatur filius, tūc glorificatur & pater. Quoniā enim dixerat istud i gloriam filij fieri, ne quisquam putet solius esse filij, subiunxit: Deo autē & patri nostro sit gloria ista quæ filio fit. *Salutate omnē sanctum in Christo Iesu.* Nec hoc modicum est, sed magnæ beneuolentiæ, nēpe, quòd per literas eos salutat. *Salutant uos qui mecum sunt fratres.* Atqui dicebas te neminem habere pari tecum. K animo præditū, qui res eorū germanè curaturus sit. Quomodo igitur dicis, qui mecum sunt fratres? Aut eos fratres dicit, quos secū habebat: aut aliud. Quoniam neminem habeo pari mecū animo præditum, non de illis dicit qui in ciuitate erant. Quid enim necesse fuisset illos, quæ apostolorū sunt, exequēda sub ire? aut quod non dubitat etiam istos fratres uocare.

Salutant uos omnes sancti, maximè uerò qui sunt ex Cæsaris familia. Gratia domini nostri Iesu Christi sit cū omnibus uobis. Restituit eos ac recreauit, dum ostendit euāgelij prędicationem etiam ad Cæsaris usque familiā pertinuisse. Si enim qui in regiis sunt, omnia contemserunt proprer regnū cœlorum, multò magis oportebat eos hoc facere. Atque hoc sanè indicium erat, quòd à Paulo diligerētur, & quod multa de ipsis narrauerit, magnaque dixerit. Vnde & eos qui in regiis erant, induxit, ut salutarent istos quos nondum uiderant. Nam hic potissimum tum multa erat dilectio- L
inter credentes, quòd in adflictione cōstituti erant. Et qui procul etiam aberant, ueluti germana mēbra mutuo cohærebāt, & pauper ęquo erat affectus aio erga diuitem, & diues uicissim ergo pauperē. Et nulla prorsus erat inter eos excellētia & progatiua, quod omnes pariter odio premerentur & iactarentur, idq; eisdē de causis. Quemadmodū enim si ex diuersis ciuitatibus captiui quidā sedibus suis expulsi in unam uenirent ciuitatem, uehementer illi cohærerēt, & sese mutuo complecterentur, communione calamitatis eos conglutinante: ita sanè & tunc communione adflictionum & tribulationis eos coniungente, multam habebant inter se mutuo dilectionem fideles, ἀνοσιώτερ.

Morale.

Adflictio nanque uinculum est infractū, dilectionis augmentum, cōpunctionis & pietatis occasio & materia. Etenim audi quid Dauid dicat: Bonū mihi *Pſa.118.i*
domine, quod humiliasti me, ut discā iustificationes *Ther.3.d*
tuas. Et iterum alium prophetam audi dicentē: Bonū *Pſal.93.b*
est homini, si portauerit iugum ab adolescētia sua. Et *Eccli.2.d*
rursus: Beatus homo quem tu erudieris domine. Et M
alium quendā dicentē: Ne paruipendas disciplinā domini, & si accesseris ad seruiēdum domino, accōmoda animum tuum ad tētationē. Et Christus quoque *Ibid.16.g*
dixit: In mundo adflictionem habebitis, sed cōfidite. *Ibidem d*
Et iterum: Plorabitis & lamentabimini uos, mundus *Mat.7.b*
autē gaudebit. Ite, Angusta et stricta est uia. Vides ubique laudari adflictionem? ubique tanquā quæ necessaria nobis sit, commēdari? Si enim in externis certaminibus nemo sine ista coronā adipiscitur, nisi laboribus seipsum, & ciborum abstinētia, & legitimo uictu, uigiliisque & mille aliis munierit: multo magis hìc. Quem nanq; mihi regē dices? At neq; ille securā uitam uiuit, sed multis & adflictiōibus & curis plenā. Neq; enim diadema aspicias, sed fluctus illos curarū, per quos corona illi parata est. Nec purpurā ituearis, sed animum magis, quàm purpuraista sit, obfuscatū. Non ita corona caput obuincit, atque animū solicitudo. Neq; uero satellitum multitudinē aspicias, sed multitudinem tristitiarū. Neq; enim poterit priuata reperiri domus, quæ tot actātis referta sit curis, quantis refertę sunt regię. Singulis diebus mortes expectæ, & ante mensam uidetur sanguis, & ante cōuiuiū. Noctu uero, dici nequit, quoties palpitet & imaginādo subsiliat: idque i pace. Si uero bellū aliquod occu- προσ-δοκιμ.

A pauerit, quid poterit ista uita miseri⁹ esse? Quod uero attinet ad domesticos (quęcunq; subditos cōcerpūt dico) denique ppetuo madet cognato sāguine pauimentum regium. Et si uultis, natrabo quædā, & cognoscetis forsan, maximè quidē & uetera, & quę ante tempora nostra sunt facta, adhuc tamē in memoria conseruata. Quidam dicitur uxorem de adulterio
„ suspectam, in montibus nudam ac ligatā, feris lanian
„ dam tradidisse, matrem iam illi multorum regum fa ctam. Quam putatis illum uixisse uitam? Nisi enim illum uehementer ista animi passio decoxisset, ad tantum supplicium sumendum animum nō appulisset. Idem uero ipse filiū quoque suū necauit. Vel potius frater huius filium ipsius interemit. Hic quidem seipsum à tyranno comprehensus occidit, iste uero & cō sobrinum suum, regni consortem inquam communi cationem ipse eum colloc auerit, & uxorem cognouit à Persis curruptā. Vt enim nō peperarat mulier quædam infœlix & misera. (nam infœlix est & misera, quæ
Tmedicamētis da tis. donum dei sperauit per propriam se dare sapiētiam) [institutis ludis] corrupit reginam, & corrupta est simul & ipsa. Dicitur & fratrē ille suum occidisse. Rur-
B sus & alius post istū, uenenatis sublatus est pharmacis, & poculum illi nō amplius erat potus, sed mors. Et filius ipsi oculum effoderat, metu futurorū, prę ter ullam iniuriā. Alius, neque honestè dici potest, quā
Texarsit. miserabiliter uitā finierit. Eorum uero qui post istos fuerunt alius quidem combussit, quemadmodū mi ser quidem & infœlix, cum equis & fœminis, & aliis omnibus, & mulierculā in uiduitate. Quas eni, dū ui ueret, afflictiones passus sit, dici non potest: quas cū ille insurgeret, ferre coactus est. Hic uero qui nūc dominatur, an nō ex quo diadema suscepit, i laboribus, in periculis, in afflictionibus, in tribulationibus, cala mitatibus & insidiis uersatur? At nō tale est regnum cœlorū, sed posteaquàm illud acceptū fuerit: habetur pax, uita, gaudium, & lætitia. Sed, quemadmodū dixi, non est uita quæ careat ęrumnis. Si uero in tem poralibus, etiā quæ omnium fœlicissima putatur, nē pe regia, tantis referta est calamitatibus, quid putas i priuatis? Et quāta reliqua sint mala ne dici quidē po terit. Quot sæpenumero fabulæ de istis confictę sut? Omnes propè tragœdiæ i scenis, & fabulæ de regib⁹
C ostendūtur. Plura nanq; in fabulis ex rebus gestis fin guntur. Ita enim uoluptatem habent Thyestæa cōuiuia, quod omnis illa domus calamitatibus subuersa est. Sed ista quidē ex illis quę ab externis cōposita sūt scimus. Si uero uultis & ex scripturis dicemus: Saul primus regnauit. Sed scitis quomodo post ipsum David, & ipse mille malis tentatus pericli tatus sit, Salomō, Abia, Ezechias, Iosias similiter. Nō enim potest sine adflictione, nō potest sine laboribus, nō potest sine tristitia præsentem uitam quisquā pertransire. Sed nos tristemur non propter talia, propter quæ re- Phili.1.o
2.Cor.7.c ges: sed propter talia unde magnū etiam lucrum habemus. Quæ enim secundū deum est tristitia, pœnitentiam stabilem & cōstantem ad salutem operatur. Pro illis contristari oportet, pro illis dolere, pro illis
Ibid. 2.b morderi. Ita contristabatur Paulus. Nam ex multa, in quit, afflictione & anxietate cordis scripsi uobis per multas lachrymas. Quoniam enim rerum suarū gratia non habebat unde lugeret, pro alienis hoc faciebat. Imo & illa propria reputauit, iuxta luctus rationem. Alij offendebantur ipse urebatur, Alij infirmabantur, infirmabatur & ipse. Bona est eiusmodi tristitia, melior quouis mundano gaudio. Ita lugentē ego D
omnibus hominibus ppositurus: imo & ipse dominus ita lugentes et cōpatientes beatos dicit. Non ita Paulum, periculorum gratia admiror & stupeo. Imo nō tantum pericula admiror, quantū ea pro quibus singulis diebus moriebatur. Sed hoc me magis mouet. Nā ex animo fiebat dei amāte & amicē affecto, ex di lectione, quam Christus ipse quæfuit, ex cōpassione fraterna et paterna, imo utraque ista maiore: Ita affectū esse oportet, ita lachrymari. Tales lachrymæ multa sunt referte lętitia, talis luctus causa ē gaudij. Etiā si eos quos deploramus, nihil iuuerimus: nos tamē ipsos iuuabimus. Qui enim alienorum gratia ita dolet, multo magis hoc suorum gratia faciet. Qui aliorū delicta ita deflet, sua ipsius deflere nō negliget: imo nō statim delinquet. Hoc uero demū graue est & acerbum, quod ita pro peccātibus lamentari iussi, ne pro nostris quidem peccatis aliquam pœnitentiā ostēdimus, sed sine omni dolore peccamus: & omnia magis curamus, omniàque potius reputamus, quàm nostra peccata. Propterea gaudemus inane mūdi huius gaudium, quod cōsestim extinguitur, quod mille tristitias parturit. Tristemur tristitia quæ gaudij sit mater, & non lętemur gaudio quod tristitia pariat. Fun- E
damus lachrymas multam uoluptatē seminantes, et non rideamus risum qui nobis stridorem dētium generet. Tristemur tristitia, ex qua germinet reqes & refocillatio: & non quæramus delicias, ex quibus multa nobis adflictio & dolor nascatur. Laboremus modicum in terra, ut deliciemur in cœlis. In fragili & caduca hac uita adfligamus nos ipsos, ut i æterna illa te quiem assequamur. Non simus remissi ac dissoluti in breui hac uita, ne ingemiscamus in ęterna et infinita. Non uidetis quàm plerique etiam hic temporaliū rerum gratia adfligātur? Cogita et te unum ex illis esse. Ferto adflictionem et dolorem, spe futurorum nutritus. Non es Paulo melior, neque Petro, qui nūquam hìc requie potiti sunt, qui i fame et siti et nuditate uixerunt. Si eisdem cum illis potiri uis, quur cōtrariā am ingrederis? Si uis ad ciuitatem illam pertingere, in quam illi peruenire meruerunt, eam ingreditor uiam quæ illuc ducit. Non ducit illuc uia quietis ac recreationis, sed afflictionis: illa speciosa est, ista angusta. Hanc eamus, ut æternam uitam assequamur, in Chri F
sto Iesu domino nostro, cum quo sit patri simul cū sancto spiritu gloria, imperium et honor, nunc et semper et in secula seculorum, Amen.

Finis cōmentariorumD. Ioannis Chrysostomi in epistolam Pauli ad Philippenses.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI DE PROFECTV EVANgelii Homilia, in dictum Apostoli: Siue occasione, siue ueritate, Christus annunciatur.



VM pridem pharisæi et publica Luc.19.c
ni mētionē faciēdo, bigas duas. ex uitio scilicet uirtutēque iūgere mus, ostendimus quàm sit utilis humilitas animi, et quā dannosa mētis arrogantia. Nā arrogātia, licèt iustitiæ societur, et ieiuniis, et decimarū solutioni, posterior fit. Humilitas autē

G licet peccato iũgatur. pręcurrit phariſæi bigã: nec ipe
ditur, quia improbũ habet aurigã. Quid enĩ publica-
no deterius? Tamen nihilominus, quoniã animã ſuã
contriuit, & peccatorẽ ſe confeſſus eſt, præoccupauit
phariſęum, & ieiunia, ut dicitur, habentẽ, & decimas
dantẽ, áque malis omnibus liberatum. Quare nam
hoc? Quia tametſi ab auaritia & rapina fuerit alienꝰ,
matrẽ tamen malorũ omniũ inanẽ gloriam & arro-
gantiã habuit in aĩa profundius radicatã. Et idcirco
Gala.6.a Apoſtolus obſecrat, & dicit: Vnuſquiſque opus ſuũ
probet, & tũc in ſemetipſo tantũ gloriationem habe
bit, & nõ in alio. Ille autẽ in mediũ prorũpit, omniũ
qui in toto orbe accuſator, & omnibus ſe hominibꝰ
meliorẽ dicit. Non fuiſſet tolerabile, ſi ſe decem tan-
tũ, uel quinque, uel duobus, uel uni prætuliſſet. Nũc
autẽ nõ ſolũm paucis, ſed & toti orbi ſe prępoſuit: un
de nõ mirum, quòd curſu poſterior fuit. Et ſicut na-
uis quæ multos fluctus tranſit, multáſque tẽpeſtates
effugit, in ipſo autem portu tandem in ſcopulum im
pingit, iacturam totius in ſe recõditi theſauri facit: ita
& phariſæus ille, poſtquàm ſuſtinuit labores ieiunii,
aliaſque uirtutes omnes, quia linguam nõ coercuit,
H arrogantia ſua in ipſo portu naufragium fecit. Nam
abire cũ tanto detrimẽto à precibus, à quibus lucrũ
erat ſperandum, quid aliud eſt, quam naufragium fa
cere? Proinde dilecti, cùm hæc ſciamus, omnium nos
poſtremos exiſtimemus, etiam ſi ipſum uirtutis cul-
men conſcenderimus. Scimus quoque, quòd arrogã
tia ex ipſis cœlis ſuperbiẽtem deducere, & humilitas
ex abyſſo peccatorum, modeſtè agentem, in altũ re-
ducere poteſt. Humilias phariſęo publicanũ præpo-
ſuit. Arrogantia autem & ſuperbia incorporeas uirtu
tes diabolum inquã è cælo daturbauit: humilitas &
propriorum peccatorũ agnitio, latronem ante apo-
ſtolos in paradiſum induxit. Igitur ſi qui ſua confitẽ-
tur peccata, tantam ſibimetipſis fiduciã cõciliãt: qui
multorum bonorum conſcij, animas ſuas humiliãt,
quantas non coronas aſſequũtur? Si enim humilitas
peccatis ſociata, tam expeditè currit, ut iuſtitiæ ipſã
rectè iungas, quãdo eã iuſtitiæ coniunxeris, quò nõ
peruenit? quos nõ tranſibit cœlos? Stabit planè fidu-
cia magna inter angelos apud ipſum dei thronũ. Cõ
trà, ſi cũ iuſtitia copulata fuerit arrogantia, immodi-
I ca ſua grauitate, etiam illius fiduciam detrahet: pecca
to autem iuncta, in quam gehennę profunditatẽ nõ
præcipitabit? Hæc dixerim, non ut iuſtitiam negliga-
mus ſed ut arrogantiam fugiamus: nõ ut peccemus,
ſed ut modeſti ſimus. Fundamẽtum enĩ philoſophię
noſtræ eſt humilitas. Eſto, multum ædifices, habeas
eleemoſynas, preces, ieiunia, uirtutéſque oẽs, hac nõ
præiecta, fruſtra & in uanum erunt omnia, facilęque
ruet ſuper arenam extructum ædificium. Nihil eſt in
omnibus noſtris bonis operibꝰ, quòd hac nõ egeat:
nihil eſt, quòd ſine hac ſtare poterit. Etiã ſi dicas con
tinentiam uirginitatem, contemptum diuitiarum, &
quęcũque libet omnia prophana, impura, & abomi-
nabilia ſunt abſque humilitate. Cum hac igitur ædifi
cemus: hanc in uerbis, in operibus, ĩ cogitationibus,
in omnibus preſtemꝰ. Sed de humilitate ſufficiãt hęc
non equidẽ ut uirtutis poſtulat dignitas (nullus enĩ
eam pro dignitate laudare poteſt) ſed pro ueſtrę cha
ritatis intellectu. Scio enim quòd amplexabimini eã
magno ſtudio, licèt paucis admoniti dictis. Quoniã
autem apoſtoli dictum hodie lectũ, multis uidetur
ignauiæ anſam præbere, opere pretium ut ipſum cla
rius reddamus, quò nulli frigidam defenſionem in ſa K
lutis ſuæ pernicìem inde ſumant. Igitur eò ſermonem
flectamus. Quod autẽ hoc dictum? Siue occaſione, Phili.1.a
inquit, ſiue ueritate Chriſtus annũciatur. Hoc multi
in ore habent, & ſimpliciter ac temerè circunferunt,
neque priora, neque ſequentia legentes, ſed abſecta
aliorum membrorum conſequentia, in animarũ per
niciem ignauioribus proponentes. Attentant enim il
los hac uia, à ſaniore fide abducere: deinde cùm pa-
uidos actremẽtes, & periculum ſuſpicari uident, ut
timorem illum ex animis eorum eximant, dictũ hoc
Apoſtoli in medium afferunt, dicẽtes: Paulus hoc ad
miſit inquiens: Siue occaſione, ſiue ueritate Chriſtus
annuncietur. Verum hæc neutiquam ſe ita habẽt. Pri
mùm enim non dixit annuncietur: ſed, annunciatur,
Dicere enim, annuncietur, eius eſt qui legem ſtatuit.
Dicere autem, annunciatur, eſt annunciari quòd eue
nit. Quod autem Paulus legem non ſtatuat, ut fiant
hæreſes, ſed abducat omnes ab hoc initio, habes ex Galat.1.b
his: dicit enim, Si quis uobis euangelizauerit aliquid
præter id quod audiſtis, anathema ſit, etiã ſi ego, uel L
angelus de cœlo. Non autem anathematizaſſet & ſe
ipſum. & angelos, ſi rem periculo carere ſciuiſſet. Et 2.Co.11.a
iterum dicit: Zelotypus ſum ergà uos dei zelo. Apta
ui enim uos uni uiro, ut uirginem caſtam exhibeatis
Chriſto. Vereor autem, nè forte ut ſerpens Heuam Gene.3.a
uerſutia ſua decepit, ita corrumpantur ſenſus ueſtri à
ſimplicitate, quæ erat in Chriſtum. Ecce, & ſimplici-
tatem poſuit, & ueniam nõ dedit. Nam ſi condonaſ-
ſet, iam nõ erat periculum: & ſi periculum aberat, fru
ſtra timuit Paulus. Chriſtus quoque nõ iuſſiſſet exuri
zizania, ſi res indifferens eſſet, nunc illum audire, nũc Mat.13.d
alium, & omnes abſque diſcrimine. Et quidnam eſt
quod dicit? Repetam paulò altius hiſtoriam. Scien-
dum enim, in quo ſtatu res Pauli erant cùm hæc ſcri
beret: Quomodo ergo tũc agebat? In carcere erat, in
catenis, grauibuſque periculis. Vnde hoc manifeſtũ?
Ex epiſtola ipſa. Nam ante hæc dicit: *Scire autem uos* Phili.1.b
uolo fratres, quòd quæ mihi acciderũt, ad maiorem euange
lij profectũ euenere: ita ut uincula mea manifeſta facta ſint
in Chriſto, ĩ toto pretorio, ac cæteris omnibus, ut q; plures ex
fratribus in domino, freti uinculis meis uberius auderẽt im
pauidè ſermonem loqui. Nero enim eum in uincula cõ
iecerat. Quippe quemadmodum prædo aliquis, do- M
mum cunctis dormentibus ingreſſus, ut auferat om
nia, ſi quem uiderit accendere candelam, illum mox
interimit, & lumen extinguit, ut auferre & rapere alia
abſque metu poſſit: ita & Nero tunc latronem & fu
rem quendam agens, dormiẽtibus omnibus, profun
dò que ſomno grauatis, omniũ bona diripiebat, nu-
ptias inuadebat, domos ſubuertebat, nullũque mali
tiæ genus intermittebat. Proinde mox ut beatũ Pau-
lum uidit accendere in mundo candelam, & afferre
ſermonem doctrinæ, quo ſua reprehẽdebatur iniqui
tas, quò omnia facere licenter poſſet, curauit ut & ex
tingueretur prædicatio, & interficeretur magiſter. Ita
que uinctum ſanctum illum coniecit in carcerem. Et
tunc hæc ſcripſit Paulus. Quis nõ admiraretur, & ob
ſtupeſceret generoſam illam animã cœli municipẽ?
Vinctus, cõſtrictúſque Philippẽſibus ſcribit. Scitis au
tẽ quãtò interuallo diſtent Macedonia & Roma. Ne
que charitatem & memoriam diſcipulorũ ex pectore
eius uel uiæ prolixitas, uel tẽporis tãta intercape-
do, uel negotiorũ ſtrepitus, uel moleſtiæ, uel quæcũ-
que alia, abradebant: ſed habebat oẽs eos in mente

A Neq; ita catenis manus eius erãt uinctæ, ut amore diſ-
cipulorum anima eius cõſtricta: id quod etiam ipſe
Phi.1.a in proœmio epiſtolæ declarat, dicẽs: Propterea quòd
habeam uos in corde, & in uinculis meis, & in defen-
ſione & cõfirmatione euangelij. Et ſicut rex mane ſu
per thronum ſuum conſcẽdens, & in regalibus aulis
conſidens plurimas undequaque literas accipit: ita &
ille in carcere, quaſi in regalibus palatijs ſedẽs, multo
plures & accepit, & miſit: undequaq; gẽtibus ad eius
ſapientiam confugientibus, & ad eum referẽtibus, de
omnibus quę apud ſe fiebant. Et tanto plura quã rex
adminiſtrabat, quanto & maior principatus ſibi cõ-
creditus erat Non. n. eos ſolũ qui in Romanorũ ditio
ne, ſed & barbaros omnes, deus qui terram & mare
Rom.1.b continet, in manus eius dederat. Atque hoc manife-
ſtans Romanis dicebat: Nolo uos ignorare fratres,
quòd ſæpe propoſueram uenire ad uos, licet prępedi
tus fuerim uſque in hunc diem, ,quò fructũ aliquem
haberem inter uos quoque, ſicut & inter reliquas gẽ
tes. Græcis ſimul ac Barbaris, eruditis pariter ac rudi-
bus debitor ſum. Quotidie igitur curę ei erat, qd Co-
B rinthij, quid Macedones, quid Philippẽſes: quomodo
Cappadoces, quomodo Galatę, quomodo incolẽtes
Pontũ, quomodo omnes homines, ualerent. Et licet
totius orbis curam ſuſcepiſſet, nihilominus tamẽ nõ
ſolũ pro gẽtibus integris, ſed & pro uno homine ſoli-
Ad Phile monem. citus erat. Et nunc quidem propter Oneſimum epi-
1.Cor.5.a ſtolam mittebat, & propter eũ, qui apud Corinthios
ſtuprum commiſerat. Nõ. n. hoc conſiderabat, quòd
unus eſſet qui peccauerat, & pſidio egeret, ſed quòd
homo eſſet. Homo digniſſimum dei animal, & pro-
pter quem nec unigenito ſuo pater pepercit. Non. n.
mihi hoc dicas, quòd ſit fugitiuus quiſpiã, uel latro,
uel fur, uel facinoroſus, uel quòd ſit pauper, abiectus
uilis, & nulliꝰ frugis: ſed cogites, quòd & pro ipſo mor
tuus eſt Chriſtus, ſufficiatq; tibi, utpote idonea ſolici
tudinis cauſa. Cogita, quantum illum eſſe neceſſariũ
ſit, quẽ tantus Chriſtus ita appretiatus eſt, ut nec ſan-
guini ſuo pepercit. Neque. n. opinor, ſi rex pro aliquo
occidi uellet, quæreremus argumentum aliud, num
magnus quiſpiam ille ſit, quem rex tanti facit. Nõ au
tem ego tantũ opinor, ſed ſufficiens eſt mors eius, q
C mortuus eſt, ut oſtendat quantæ charitatis fuerit er-
ga illum. Nunc uero, cũ non homo, non angelus, nõ
archangelus, ſed ipſe cœlorum dominus, ipſe unige-
nitus dei filius, carne ueſtitus tradit ſemetipſum pro
nobis ad mortem. ſi non omnia fecerimus, & atten-
tauerimus, ut homines tanto pretio redẽptos, in om
ni cura habeamus, qua nos tuebimur defenſiõe? quã
uenią impetrabimus? Et hoc ipſum Paulus indicans,
Rom.14.c dicebat: Ne cibo tuo perde illum, propter quẽ Chri-
ſtus mortuus eſt. Volens enim eos qui deſpiciebant
& contemnebant fratres infirmos caſtigare, & in of-
ficio continere, ut perſuaderet eis habendam proxi-
morum curam, hãc unicam rationem pro omnibus
dedit. Igitur ſedẽs in carcere, per tantum ſpatium epi-
ſtolam ſcripſit Philippenſibus. Charitas. n. erga deũ
nullis humanis impeditur, utpote ſuperne in cœlis ra
dicata. Et quid ſcribit? *Scire autem uos uolo fratres.* Vi
diſti curam magiſtri pro diſcipulis? audi & curam diſ-
cipulorũ pro magiſtro, ut ſcias quòd hoc erat, quo
fortes & inuicti fiebant, quãdo quidem ita mutuum
Prou.18.c inter ſe amore uincti erant. Frater enim qui à fratre
adiuuatur, eſt ſicut ciuitas fortis, & multo magis tot
ac tanti uinculo charitatis inter ſe iuncti, omnibus dę

monum reſtiterunt inſidijs. Non opus eſt ulteriori de D
monſtratione & ſermone, quòd Paulus diſcipulis de
uinctiſsimus fuerit, qui & catenatus ſolicitus pro eis
erat, & quotidie moriebatur. Quòd autem diſcipuli
Paulo uicißim magno ſtudio deuincti fuerint, & non
ſolũ uiri, ſed & mulieres, audi quid dicat de Phœbe:
Commendo autem uobis Phœben ſororem, quę eſt Rom.16.a
miniſtra eccleſiæ Cenchreenſis, ut illam ſuſcipiatis in
Chriſto, ſicut decet ſanctos, & aſsitis ei, in quocunq;
uobis eguerit negotio. Nam & hæc cũ multis affuit,
tum & mihi. Et hæc quidem, quòd officioſe eum ad-
iuuerit, magnum accepit teſtimonium. Priſcilla autẽ
& Aquilas etiam mortem pro Paulo adierunt, de qui
bus ſic ſcribens inquit: Salutare Priſcillam & Aquilã, Ibidem.
qui pro anima mea ſuam ipſorum ceruicem ſuppo-
ſuere. Et de alio quoque his ipſis ſcribens dicit, quòd
appropiarit uſque ad mortem, non habita ratione ui
tę, ut ſuppleret id quod in ueſtro erga me officio fuit
diminutum. Vides quomodo amabant magiſtrum,
quomodo ſuæ ipſorum animæ, ſalutem illius præfe-
rebant? & propterea tunc nullus eorum ſuperabatur.
Hæc autem dico, non ut audiamus ſolũ, ſed & ut imi E
temur: & non ad ſubditos ſolũ, ſed & ad principes ſer
mo noſter ſe protendit: quò & diſcipuli frequens in
magiſtros officium, & uicißim magiſtri eandẽ quam
Paulus erga diſcipulos amoris affectionem declarẽt.
Etenim Paulus tam anxie omniũ ſalutem curabat,
perinde ac totus mundus ſibi unica domus foret, ne-
glectisq; ſuis uinculis, & plagis, & afflictionibus, & pſ
ſuris, cõſiderabat & inquirebat quotidie, quomodo
res diſcipulorum ſe haberent: & ſæpe propter hoc ip-
ſum ſolum miſit, nunc Timotheum, nũc Tychicum: Ephe.6.d
nam de hoc quidem inquit, Vt ſciatis & uos quæ ad
me pertinent, quid agam: de omnibus certiores uos
reddet Tychicus dilectus frater, & fidus miniſter in
domino, quem miſi ad uos in hoc ipſum, ut cogno-
ſceretis de rebus noſtris. Et iterum alijs: De oĩbus re- Coloſ.4.b
bus meis certiores uos faciet Tychicus dilectus fra-
ter & fidus miniſter, & conſeruus in domino, quem
miſi ad uos in hoc ipſum, ut cognoſcat qd agatis, &
conſoletur corda ueſtra. De Timotheo autem: Qua- 1.The.3.a
propter & ego non amplius ferens, miſi ad hoc ut co
gnoſcerem fidem ueſtram, ne quo pacto tẽtaſſet uos F
ille qui tẽtat, & inanis factus eſſet labor noſter. Et Ti 2.Co.8.c
tum quoque aliò mittit, & alium iterum in alium lo-
cum. Atque ipſe uinculorum neceſsitate in uno ſæpe
loco detentus, uiſceribus ſuis adeſſe non poterat, ita
diſcipulis ſuis aderat. Itaque & tunc detentus in uin-
culis ſcribebat Philippenſibus: Scire uos uolo fratres.
Diſcippulos fratres uocat. Tãta enim charitas eſt, ut
abijciat omnem inæqualitatem, nullamq; uel eminẽ-
tiam, uel dignitatem ſciat: ſed etſi quis omnibus ſit ſu
blimior, aduſque humillimum omnium deſcendit: id
quod & Paulus faciebãt. Audiamus autem quid eos
ſcire uolebat: Quæ mihi acciderunt, magis ad profe-
ctum euãgelij euenêre. Quo pacto, & quomodo dic
oro? Num uinculis abſoluebare? Nũ catenã depone-
bas? num impauide prędicabas in ciuitate, & in eccleſia
multos & prolixos ſermones faciebas de fide, ſuſce-
ptiſq; inde multis diſcipulis abibas? Num ſuſcitabas
mortuos, & admirationi eras? num leproſos purifica
bas & obſtupefiebant omnes? nũ dęmones fugabas?
Nihil horum dicit, ſed quid? & quomodo profectus
euangelij factus eſt? ita ut uincula mea manifeſta fie-
tẽt in toto prætorio, & cæteris omnibus. Quid dicis?

G Hic profectus est, hoc incrementum, hoc prædicationis lucrum, quòd omnes didicerunt te uinctum? Ita profecto, dicit. Audi ergo sequētia, ut discas quòd uincula non solū non sunt facta obstaculum, sed & magnæ fiduciæ materia: atq; adeo, ut plerique fratrum in domino freti uinculis meis, uberius ausi fuerint loqui impauide. Quid dicis ô Paule? Non anxietatē, sed fiduciam iniecerunt uincula: non timorem sed amorem? non habent quæ sequuntur consequentiā: Scio & ego. Neque. n. iuxta humanorum operum morem hæc contigerunt, ait. sed super naturā fiebant, erantq; diuinæ gratiæ opera, ut unde alij anxij, inde ille fidentes redderentur. Nam si quis capit, constringitq; ducem, & fit hoc manifestum alijs, uertitur in fugā omnis exercitus. Et si quis pastorē abducit ab ouili, absque timore abiguntur oues. Atqui hic non ita euenit, sed per omnia secus. Dux uinctus erat, & fiebant alacriores milites omnes, maiorib⁹q; animis & fiducia in aduersarios irrumpebant. Pastor constrictus erat, & oues neque auferebātur, neque dissipabātur.

H Quis uidit? quis audiuit à magistrorum aduersitatibus discipulos plus solatij capere? Quomodo non timuerunt? quomodo non dixerunt Paulo, Medice cura temetipsum, libera teipsum à malis: & nobis quoq; consultum erit? Quomodo non dixerunt talia? quō? Erant edocti à gratia spiritus sancti, hęc nō ex infirmitate, sed ex permissione Christi fieri, ut magis effulgeat uer tas, quæ p uincula & custodias, & afflictiones, & angustias crescēs, in altius fastigiū erigitur. Etenim si uincula, Pauli mentem deiecissent, & timidiorem reddidissent: non mirum, si & ipse, & qui eum accesisſent, fuissent anxij. Verū quia plus afferebant fiduciæ, & ad maiorem gloriam conducebant: magis obstupescendum est, & admirandum, quomodo per rem ignominiæ plenam, gloria doctori conciliatur, & per terriculamentum fiducia, & consolatio discipulorum crescit. Quis non obstupesceret, uidens illum catena circundatum, & dæmones fugere? Non diadema regis caput tam decorat, ut illius manus catenæ: nō sua quidem natura, sed gratia in ipsis efflorescente, q̄ magis consolabatur discipulos, uidētes quidem corpus uinctum, linguam autem solutā, manus constrictas,

I sermonem uero liberum, & in totum mundū citius, quàm Solis iubar percurrentem. Magna sanè discipulorum consolatio erat, cū re ipsa discerent, nullam p̄sentium molestiarum grauem. Anima. n. quando diuino amore & desiderio uere corripitur, ad nihil huius uitæ se conuertit: sed sicut mente moti, cōtēnunt ignem, & ferrum, & feras, & pelagus, & omnia: ita pij furore quodam, maxime spirituali ac honestissimo insaniunt, deridentes omnia quæ uidēr. Et propterea discipuli uidentes magistrū uinctum, exultabant magis & gaudebant: re ipsa declarantes aduersarijs, quā sint ubique inuicti, & nullis mancipati. Itaque rebus sic se habentibus, æmuli quidam Pauli, grauius bellū excitare, & tyrannum contra eum crudelius exasperare cupientes, simulabāt & ipsi sese esse prædicatores: prædicabantq; rectam ac sanam fidem, ita ut & doctrina Pauli magis increscēret. Hoc autem non ideo faciebant, quòd fidem rectam seminare uellent: sed ut audiret Nero prædicationem crescere, & doctrinā inualescere, ut inde exasperatus, quàm primum Paulum in profundum demitteret, ac perderet. Itaq; duæ erant tunc doctrinæ, una discipulorum Pauli, altera inimicorum eius: illis ex ueritate, his ex odio & contentione in Paulum, prędicantibus, & hoc manifestās K docebat: Alij quidem, inquit, propter inuidiam & cōtentionem Christum prædicant, inimicis illis designatis: alij autem bona uoluntate, quo discipulos suos intelligit. Deinde iterum de illis inquit: Alij quidem ex contentione, nempe inimici, non caste, non candide prædicantes, sed existimantes addere se afflictionem uinculis meis: alij contra ex charitate, & hoc quoque de fratribus illis suis dicit: scientes quòd in euangelij defensionem constitutus sum. Quid ergo? Attamen quouis modo, siue per occasionē, siue per ueritatē, Christus tamen annunciatur. Atque ita frustra & uane uerbum hoc pro hæresibus assumitur. Nam qui tunc prædicabant, non dogma corruptum prædicabant, sed fidem sanam & rectam. Quòd si adultera tam doctrinam prædicassent, & alia quā Paulus docuerat, non utiq; euenisset quod uolebant. Non uolebant autem aliud, quā ut aucta fide & multiplicatis discipulus Paulus à Nerone in grauius periculū adduceretur. Quòd si alia quā Paulus prædicassent, nō utique discipulos Pauli multiplicassent: etsi non plures fecissent, neq; exasperassent tyrannum. Igitur hic non L dicit, quòd corruptas doctrinas introducāt: sed quòd causa propter quam prædicabant, non fuerit syncera. Aliud enim est occasionem prædicationis nō esse sanam: & aliud, non esse prędicationem sanam. Nam prædicatio quidem non sit sana, quando errores cōtinent dogmata. Occasio autem non sit sana, quādo dogma quidem sanum est, prædicantes autem non propter Christū prædicant, sed uel ad inimicitias, uel ad aliorum gratiam. Proinde non dicit, quòd hæreses introduxerint: sed quòd nō ob rectam occasionem, neque ob pietatem prædicauerint id quod prædicauerunt. Quandoquidem hoc non faciebant ad incrementum euāgelij, sed ut Paulo infesti essent, & in maius periculum eum adducerent: & propterea illos arguit. Cæterū uide quomodo diligenter hoc posuit. Existimantes, inquit, afferre uinculis meis: non dixit, afferentes uinculis meis: sed, existimantes, hoc est putātes quòd afferant: insinuat, quòd licet illi sic opinētur, non tamē ipse sic afficiatur, quin potius ob euangelij incrementum gaudeat, unde adiecit, dicens:

Et in hoc gaudeo, quin & gaudebo. Quid. n. si etiam M semetipsos perdunt illi, ex odio mei hoc faciētes, dūmodo & q̄ mea sunt inuiti augeant? Vides quāta erat Pauli uirtus? quomodo nullis diaboli uersutijs capiebatur, & non solū nō capiebatur, sed & ipsum laqueis suis apprehendebat? Nam licet multiplex esset & diaboli uersutia, & ministrorum eius malignitas, qui p̄dicabant quasi idē saperent qđ Paulus. Qui tamē sapiētes in uersutia sua apprehendit, non permittebat hoc fieri. Proinde Paulus hoc tunc declarans, dicebat.

Manere quidem in carne, necessarium magis propter uos: et Phi.1.d *hoc certus scio, quòd mansurus sim, & cum omnibus uobis permansurus, in uestrum profectum, & gaudium fidei.*

Illi enim præsenti quidem uita eijcere me cupiunt, & propterea sustinent omnia: deus autē non permittet propter uos. Hæc igitur omnia diligēter seruate memoria, ut eos qui simpliciter, ac temere scripturis, ac cum pernicie proximi utuntur, omni cum sapientia corrigere possitis. Poterimus autem & dictorum meminisse, & alios corrigere, si ad preces semper confugimus: & oremus deum, ut det sermonem sapiētię, & intellectum auditus, certamq; & indeprędabilem huius depositi custodiam. Sæpe enim contingit, ut quæ

A studio nostro corrigere non possumus, ea per preces efficere ualeamus, per preces inquam perpetuas. Sēper. n. orandum est, & in afflictione & prosperitate, & tam ei qui in tribulationibus, quā qui in bonis. Et illi quidem, qui in bonis & prosperitate, ut immota hæc maneant, & non transferantur: huic autem, qui in angustijs, & afflictione, ut benignam eorum uicissitudinem sentiat. In tranquillitate es, ora deum ut ipsa tibi tranquillitas stabilis maneat. Tempestatē uides grauem, ora deum ut auertat ipsam, & ex ipsa tranquillitatem faciat. Exauditus es, gratias age, quòd exauditus es. Nō exauditus es, perseuera, ut exaudiaris. Et si differt aliquando dominus, non id odio facit, neq; te auersatur: sed differendo, diutius te secū seruare uult. Sicuti & patres filios indulgentius amantes, quò illos diutius apud se detineant quos desides uidēt, dedita opera, morantur aliquid daturi. Cęterū non opus tibi patronis apud deum, neque multo discursu, ut blādiare alijs: sed licet solus sis, patronoq; careas, & per teipsum deum pro, omnino tamen uoti compos eris. Neque. n. tam facile deus annuit, cū alij pro no-

B bis orant, ut cùm ipsimet oramus, etiamsi plurimis pleni simus malis. Nam & hominū, quos ualde exulceranimus, iræ quiescunt, si diluculo & meridie, & uesperi apud eos comparemus, atq; cum illis continua ac humili consuetudine conuersemur: & multo magis apud deum, si frequens fueris: licet indignus sis, dignus tamen eris: quoniam & indignus diutina familiaritate dignus fieri potest. Porrò tria hęc, nēpe quòd indignū frequens conuersatio dignū reddat: & quòd deus magis annuat, si per nosipsos oremus, quā si alij orent: & quòd dando sæpe differt, non ut nos uacuis manibus amādet, & animo hæsitabundo relinquat, sed ut bonorum maiorum nobis causa fiat. Tria hæc inquam, ex parabola hodie nobis lecta, manifesta facere tentabimus. Accesit Chananæa Christū pro filia orans, quæ à dæmone agitabatur, & clamans contenta uoce, ait: Miserere mei domine, filia enim mea male à dęmonijs torquetur. Ecce alienigena mulier & barbara, & extranea à Iudæorum iurisdictione. Et qd aliud erat, quàm canis, & indigna, quæ uoti compos fieret? Non enim honestū est, inquit, ut accipiatur pa-

C nis filiorum, & obijciatur canibus. Attamen precum frequentia digna facta est, non solū ut inter filios recenseretur q̄ erat canis, sed & ut multis laudibus honestata, dimitteretur. Dixit. n. O mulier, magna est fides tua. Quoniam autem Christus dixit, Magna est fides tua: nulla opus est demōstratione, & inquisitione ulteriori de mulieris huius gloria. Vides quomodo mulier, quæ indigna erat, ex assiduitate facta est digna? Vis discere, quòd etiā per nosipsos orantes apud deū plus efficimus, quā dum alij pro nobis orant? Clamauit hæc: & ut accesserunt discipuli, dicunt: Dimitte eā, quia clamat post nos. Et ad illos quidem dixit: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Quando autem ipsamet accesit, & perseuerauit clamans, & dicens: Domine, Etiam: Nam & catuli edūt de mensa dominorum suorum: tūc beneficiū dedit, & ait: Fiat tibi sicut uis. Vides, quomodo repulit, cū alij precarentur: ubi uero ipsamet orās pro dono clamauit, annuit? Illis. n. inquit. Non sum missus nisi ad oues, q̄ perierant domus Israel: huic autem dicit, Magna est fides tua, fiat tibi ut uis. Similiter ab initio & ad ingressum petitionis nihil respondit: ubi autem semel & iterum, & tertio accesit, tunc denique beneficium concesit. Et in fine docet, quòd dare distulerit: D non ut eam repelleret, sed ut patientiam mulieris omnibus monstraret. Nam si propter repulsam distulisset, neque tarde ei donasset: & nos minime agnouisse mus mulieris ab initio usq; ad finem fortitudinē. Dimitte eam, inquiunt, quia clamat post nos. Vos audi tis uocem, ego mentem uideo, scio quid dictura sit. Nolo thesaurum mētis suę occultum permanere, sed expecto & sileo, ut manifestetur, & oibus clarus fiat. Cū hæc omnia non ignoremus, posthac, licet peccatores simus, & indigni in quos conferātur beneficia: licet soli simus, & intercessorib⁹ careamus, ne deficiamus orando, ne despōdeamus animum: scientes, magnum apud deum patrociniū esse p semetipsum magna alacritate ad deum contendere: quanuis aūt differat, & cesset ut largiatur, neq; sic recedamus: scimus enim, quòd misericordiæ, magnæq; erga nos clemen tię est ita differre & tardare. Si ita senserimus, animaq; dolente & feruida, ac excitata, & tali quali ad ipsum Chananæa accesit, etiāsi canes simus, grauibusq; in peccatis, & nostra amoliemur mala: tātumq; fiducię accipiemus, ut alijs quoq; patrocinari possimus: quē E admodum Chananæa hæc, non solū ipsa fiduciam, & multas laudes consecuta est, sed & filiam intolerabilibus molestijs eripere potuit. Nihil enim, nihil inquam, precatione ignita & syncera ualidius est. Ipsa enim & præsentia mala dissoluit, & à futuris pœnis eripit. Vt igitur & præsentem uitam facilius transigamus, & ad iudicium fidentius migremus, multo studio, alacritateq; sedula precibus uacemus. Nam sic & reposita bona obtinere poterimus: quæ nobis omnibus per gratiam & misericordiam suā concedat dominus noster Iesus Christus, cui cum patre, & sancto spiritu sit gloria, imperium, & honor, in secula seculorum, Amen.

IN EPISTOLAM PAVLI AD COLOSSENSES, Diui Ioannis Chrysostomi expositio

.Ho F

milia prima.

CAPVT I.

Paulus Apostolus Iesu Christi, per uoluntatem Dei, et Timotheus frater, his qui Colossis sunt sanctis ac fidelibus fratribus in Christo, Gratia uobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo.

OMNES quidē epistolæ Pauli sanctæ sunt, habent tamen amplius quiddā quę ab eo ex uinculis sunt missæ, utpote q̄ est ad Ephesios, quæ ad Philemonem, quæ ad Timotheū, quæ ad Philippenses, & præsens ista. Etenim & ipsam uinctus misit, quēadmodum scribens dixit, propter qd f.4.a &uinctus sum, ut manifestē illud, sicut oportet me lo- το οῦ-
qui: uidetur autem ista post eā quæ ad Romanos est τος ὧν.
data esse. Nā illā quidam Romanis scripsit, cum eos pōt ēt de
nondum uidisset, istam uero, cum iam uidisset, & pro sęda pso-
pē finem esset prædicationis suæ, id quod & ex eo li- na dici. ui
quet, quòd in epistola ad Philemonem, inquit, r cum de Eras.
talis sim, s nēpe Paulus senex, & rogē pro Onesimo: annot.

G in ista uero ipsum mittit Onesimũ, quemadmodum dicit, quem misi unà cũ Onesimo fido & dilecto fratre fidum & dilectum, & fratrẽ eum uocans. Quapropter & cum fiducia in hac Epistola dicit, nec dimoueamini à spe Euangelij quod audistis, quod prędicatum est apud uniuersam creaturam, quę sub cęlo est, Durauerat. n. iam aliquandiu Euangelij prædicatio. Arbitror autem hac uetustiorem ſ esse eã quæ est ad Timotheum, & circa mortẽ eius ſ quoque scriptam, Dicit. n. illic: Nam ego nunc immolor, Vetustior sanè est ista quàm ea sit quã ad Philippenses scripsit. Tum enim primum erat in uincula Romę coniectus. Qua uero ratione istas Epistolas plus aliquid præ cæteris habere dico? Hac, scilicet, quòd ex uinculis scribens: quemadmodum si strenuus quidã in bello uictor, interea dũ confecta cæde trophæa statueret, suis scriberet: ita sanè fecit & ipse, Nam & ipse sciebat hoc magnum esse. Etenim Philemoni scribens inquit, quem genui in uinculis meis. Hæc autem dixit, ne tristemur in aduersis, sed gaudeamus potius. Cum hæc scriberet Colossensibus erat apud eos Philemon Nam ad
H Philemonem scribens, inquit, & Archippo commilitoni nostro. Et in hac præsenti epistola, Dicite, inqt, Archippo, uide ministerium quod accepisti. Videtur autem mihi hic Archippus aliquod Ecclesiæ munus administrandum suscepisse. Nondum uiderat autem Apostolus, neque istos, neque Romanos, neque Hebręos, cum ad eos scriberet. Et de illis quidem multis ex locis clarum est, de istis uero audi quid ipse dicat: Et quotquot faciem meam in carne non uiderũt. Et iterum: licet carne absens sim, tamen spiritu uobiscũ sum. Ita, scilicet, præsentiam suam ubique plurimum ualere sciebat, unde & semper præsentem seipsum facit & applicat, etiam cum absens esset. Et quando fornicatorem castigabat, uide quomodo iudicio suo p̃sentem se exhibuerit. Nam ego quidem, inquit, ut absens corpore, præsens autem spiritu, iam decreui tanquam præsens: Et rursus, ueniam ad uos, & cognoscã nõ sermonem istorum qui inflati sunt, sed uirtutem. Item, Non solũ cum præsens sum apud uos, sed multo magis cũ absens sum. Paulus apostolus Iesu Christi per uoluntatem Dei. Dignum fuerit & argumentũ dicere, quòd ex ipsa epistola colligimus. Quod est igitur? Per angelos credebãt se conciliatos accessum habere ad Deum. Habebãt multas obseruationes, tam Iudaicas quàm Gẽtiles: istas itaque corrigit. Vnde & initio statim dicit, per uoluntatem Dei Ecce rursus illud, per, posuit. Et Timotheus frater, inquit, igitur & ille apostolus. Decebat ergo eum quoque notũ fieri, His q Colosſis sunt sanctis. Ciuitas ista Phrygię erat, quod ex eo liquet quòd uicinam habuit Laodiceã. Ac fidelibus fratribꝰ in Christo. Vnde sanctus factus es, inquit, dic quęso? Vnde fidelis uocaris? An nõ ideo quòd per mortem sanctificatus es? An nõ ideo quòd in Christum credis? Vnde frater factus es? Non enim in opere, neque in uerbo, neque in uirtute quapiam fidelis comparueras. Vnde dic quæso, tanta tibi cõcredita sunt mysteria? An non propter Christum? Gratia uobis & pax à Deo patre nostro. Vnde uobis est gratia? Vnde pax? A deo, inqt, patre nostro. Atqui nomẽ Christi non hoc modo ponit, Cõtra eos dico, qui calumniantur spiritum. Vnde Deus pater est? Quis seruorum magnalia ista perpetrasset? quis te sanctum fecit? quis fidelem? quis filium Dei? Qui te fide dignum reddidit, is etiam causa est, quòd ista tibi concredita

Infra. 4.b

ſposterioꝛem.

2.Ti. 4.b

Argumẽtum epistolæ.

Cap. 2

1.Cor. 5.a

1.Co. 4.d

2.Co. 15.a

sunt. Fideles nanq; nõ ideo duntaxat uocamur quòd K
credimus, sed & propterea quòd mysteria ista nobis à Deo concredũtur quæ neq; angeli ante nos cognouerunt: sed indifferenter ista à Paulo ad hũc modum ponuntur: *Gratias agimus Deo patri Domini nostri Iesu Christi.* Videtur mihi oĩa ad patrẽ referre, ne mox illis sermone assentiatur. *Semper de uobis, cum oramus.* Dilectionem suam non solum ex eo declarat, quòd Deo gratias agebat, sed & ex eo quòd continue pro illis orabat, quòd & eos quos non uiderat semper in animo suo habebat. *Audita fide uestra in Christo Iesu, & charitate erga omnes sanctos.* Beneuolentiam ipsorum istis sibi conciliat. Epaphroditus hæc illi nuntiauerat. Epistolam autem mittit per Tychicum, Epaphroditum apud se detinẽs. Et charitate, inquit, erga omnes sanctos: Non erga unum & alterum, sed erga omnes, ergo etiam erga nos. *Propter spem repositam uobis in cœlis.* Futura bona intelligit. Dicit autẽ istud contra tentationes, ne hic sibi recreationem q̃rerent. Etenim ne quisquam inferret, & quid proderit charitas erga sanctos, cum & ipsi misere habeant & adflicti sint: gaudemus, inqt, quòd magnifica uobis ipsis L
in cœlis coparatis. Propter spem, inquit, repositã. Securitatem futurorum bonorum ita declarauit. *De qua prius audieratis per sermonem ueracem.* Reprehendit eos hoc uerbo, propterea, quòd cum diu iam in fide fuissent, immutati transferriq; se sustinuerint. De qua prius audieratis, inquit, per sermonem ueracem Euãgelij. Veritatis testimonium merito tribuit Euangelio, quoniam nullum est in eo mendaciũ. *Euangelij.* Non dicit prædicationis, sed continue uocat Euangelium, admonens eos beneficiorũ Dei. Et post eaquã eos prius laudauerat, tum horũ admonet. *Quod peruenit ad uos quemadmodum & in toto mundo est.* Gratificatur iam ipsis. Illud autẽ peruenit ad uos, metaphorice dixit. Nõ aduenit, inquit, ad uos: & rursus absceſſit, sed mãsit & adhuc illic apud uos est. Deinde quoniam plerique ex eo confirmantur quòd multos habẽt dogmatũ consortes, propterea subiunxit: quemadmodum & in toto mundo. Adest ubiq;, superat & obtinet ubique, præstat ubiq;. *Et fructificat & crescit quemadmodum & in uobis.* Fructificat eo quòd efficaciter opatur, Crescit, propterea quòd multi illud amplectuntur, propterea quòd magis atq; magis corroboratur. Nam & in plantis, quando corroborata est plantula, tũc & densantur ramusculi. *Quemadmodum & in uobis.* Præoccupat auditorem laudibus, ne inuitus si fuerit, deficiat aut repugnet. *Ex eo die quo audistis.* Admirabile est, quod mox accesistis & credidistis, & statim in ipso exordio fructum protulistis. *Et cognouistis gratiam Dei in ueritate.* Non uerbo, inquit, neq; fraude, sed ipsis operibus. Hoc ergo est quòd dixit, & fructificat, uidelicet, signa & miracula facit, quòd simul ut illud accepistis, gratiam Dei pariter cognouistis. Cum ergo Euangelio confestim adeo potentiam ac uirtutem suam ostenderit, quomodo nõ graue esset nunc demum suspectum fieri? *Quemadmodum & didicistis ex Epaphra dilecto conſeruo nostro.* Consequens ergo est istum illic prædicasse, didicistis Euangelium. Deinde ut ostenderet uirum hunc fide dignum esse, dicit, conseruo nostro. *Qui est fidus pro uobis minister Christi, qui et expoſuit nobis uestrã dilectionem in spiritu.* Ne dubitetis, inquit, de futura spe: uide tis orbem conuersum. Et quid opus est q̃ apud alios generãtur dicere? Quæ apud uos geruntur etiam sine istis

1.Co. 4.d

2.Co. 15.a

Argumẽtum epistolæ.

Infra. 4.b

ſposterioꝛem.

2.Ti. 4.b

Cap. 2

1.Cor. 5.a

A neistis certa sunt & explorata: cognouistis enim gratiam Dei in ueritate, id est, ipsis operibus. Itaque duo ista futura confirmantur, quòd & omnes passim fidẽ suscipiunt, & quòd uos quoque. Neque. n. alia quidẽ facta sunt, alia uero dixit Epaphras, qui est, inquit, fidelis. hoc é, uerax. Quomodo pro illis erat minister Christi? Quod ad Paulũ cõcesserat. Qui expoſuit nobis, inquit, charitatem uestram in spiritu hoc est, spiritalem, quam habetis erga nos. Si iste Christi minister est, quomodo dicitis reconciliationem cum Deo esse per Angelos? Qui & expoſuit nobis, inquit, charitatẽ uestram in spiritu. Ea nanque admirãda est, & solida dilectio, ita ut reliquæ nomen duntaxat dilectionis habeant. Sunt aũt quidam nõ tales: at hoc nõ est uerum amicitiã habere. Propterea & facile dissoluitur.

Multæ amicitiæ cauſæ.

Multæ sunt causæ ex quibus nascitur amicitia. Et turpes quidem prẽteribimus. Nam nemo nobis illarum gratia contradicet, tanquam q̃ malæ sunt. Sed si uultis naturales & temporales in medium adducemus. Iraque temporales quidem istæ sunt: utpote, beneficio quisquã affectus est, ab ipsis maioribus suis acqui
B siuit amicum, aut ex mensæ, aut peregrinationis cõmunione, aut est uicinus. Bonæ sunt & ipsæ. Aut eiusdem factus est artificij. Ista quidem non est syncera. Aemulationem enim quandam habet & inuidentiã. Naturales uero sunt, ut patris erga filium, filij erga patrẽ, fratris erga fratrem, nepotis erga auum, matris erga liberos. Vultis autem adiungamus & uxoris erga uirum. Nam omnes cõiugales amicitiæ temporales sunt & terrenæ. Igitur istæ quidem illis uehementiores esse uidentur: uidẽtur inquam, quia sæpenumero illis inferiores sunt. Etenim alicubi uisi sunt amici germanius affecti quã fratres, etiam quàm filij erga parẽtes, & natus quidẽ nihil opis attulit, alienus uero adfuit & adiuuit. Spiritalis uero dilectio, omnes reliquas excellit, tanquam regina quædam suorum dominiũ habens, & splẽdido conspicua est habitu. Nihil enim terrenum hic est, unde ista nascatur, quẽadmodum temporalis illa. Non ex consuetudine nascitur, nõ ex beneficentia, non ex natura, non ex tempore, sed è supernis descendit, ex ipso cœlo. Et quid miraris quòd ad conseruationem eius nulla opus est beneficentia,
C quando neque illata iniuria subuertitur? Quod autem ista maior sit quàm illa, audi quid Paulus dicat:

Rom. 9.a

Optabã enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. Quisnam pater optauerit filij gratia in

Philip. 1.c

malis esse? Et iterum: Dissolui & esse cũ Christo, multo melius esset, manere uero in carne necessarium magis est propter uos. Quæ mater mallet ista dicere, ut

1.the. 2.d

quæ sua ipsius essent negligeret? Et rursus audi ipsum dicentem, Orbati uobis ad spatiũ horę, aspectu non corde. Et hic quidem pater si contumelia fuerit affectus amicitiam dirimit, illic uero non item, sed usque ad lapidantes etiam pertigit, beneficijs illos adficies. Nihil enim, nihil est, inquam, adeo firmum ac ualidũ atque spiritus uinculum. Etenim qui ideo factus est amicus quòd beneficium accepit, nisi hoc sine intermissione fiat, inimicus erit. Qui ex consuetudine indi uulsę cohęret, is rursus amputata consuetudine amicitiam extinguet. Vxor quoq; quãprimum pugna interceſſerit, deserit uirũ, & desideriũ erga eum remittit. Et filius si diu uiderit parentẽ uiuere, grauatur. In spiritali uero amicitia prorsus nihil horũ est. Nihil enim ex istis est, unde dissoluatur, quandoquidem neque ex ipsis consistit. Neque tempus, neque itineris pro-
D lixitas, neque illata iniuria, neque diffamia, neque tumor, neque aliud quicquam audebit illam, neque ẽt
OVTOς
poterit dissoluere. Et ut rem istam cognoscas, lapida
Exo 17.b
batur Moses, & tamen pro eis orabat. Quisnã pater hoc pro lapidante se filio fecisset, & nõ magis, ipsum quoque lapidasset? Persequamur istam amicitiam q̃ est ex spiritu (est enim ualida & insolubilis) & non eã quę est ex mensarũ cõsortio: nã & tales prohibemur etiam in ista amicitia nobis adiungere. Etenim audi quid Christus in Euãgelio dicat: Si quando conuiuiũ
Locus
facis, inqt, ne uoces amicos tuos, neq; uicinos tuos,
Luc6.14.
sed claudos ac mutilos. Merito. Nã multa ex illis mer
de uocandis adprãdiũ pantrectas
cedis est. Sed ne ferre quidem potes, ut cũ claudis & cęcis comedas? Graue hoc & intolerabile putas ac de-
peribus
testas? Maxime quidem nõ oportebat eos auersari,
copiosę
ueruntamẽ non est necesse, ut simul cũ eis comedas.
tractatur
Etiam si non collocaueris eos tecum ad mẽsam, mit
E te tamen illis escas de mensa tua. Etenim qui amicos ad prandium uocat, nihil magni facit. Recepit enim in hac uita mercedẽ, Qui uero mutilum uocat & pauperem Deum habet debitorem. Ne tristemur itaque, si non in hac uita receperimus, sed si quando recepe-
rimus hic, alibi in futuro nihil recipiemus amplius. Quamprimum retribuerit homo nõ retribuet deus. Si homo non retribuerit, retribuet Deus. Ne quæramus itaque illis benefacere, qui nobis rependere possunt, neque eiusmodi retributionis spe illis benefacia mus. frigida enim est hæc cogitatio. Amicum si uocaueris, ad uesperã usque durabit gratitudo. Propterea consumitur ista amicitia uelocius quàm q̃libet ſtemporum ac momentorum exordia. Pauperem sanè & mutilum si uocaueris, nunquã peribit gratitudo. Nã debitorem habes Deum, qui perpetuo reminiscitur, & nunquam oblitioni tradit. Quanta uero mollities fuerit, dic quæso, cũ pauperibus non posse ad mẽsam simul recumbere? Quid dicis? Immundus est pauper, iniquis, ac sordidus. Laua ipsum, & ita duc ad mẽsam tuam. Sed indumenta habet sordida & squalida? Per muta cum tuis, da illi stolam mundã. Nõ uides quãtium hic sit lucri? Christus per ipsum ad te uenit, & tu erga ipsum parcus es & sordidus? Cum regem uoces ad mensam adhuc istorum gratia cõtaris ac metuis? Ponantur duæ mensę: una quidem ex istis repleatur,
F & habeat cæcos, debiles & claudos, manus habẽtes aridas & brachia mutila, nudos pedes, unam indutos tunicam eamq; protritam: altera uero habet optimates, duces, toparchas, principes magnos, pretiosis indutos uestibus, subtilibus etiam indumentis, & zonis præcinctos aureis. Rursus hic in mensa pauperũ, neque sit argentum, neque multum uini, sed quod sufficiat, & exhilarare ualeat. Pocula uero & reliqua uasa ex uitro duntaxat sint facta. Illic aũt in mẽsa diuitum sint quidem omnia uasa ex argẽto & auro. Et tale sit hemicyclium ut non unus illud porter, ſ sed duo ſtrenui adolescentes uix loco moueant. Deinde ponãtur amphoræ multo splendidiores argẽto, nempe ex auro. Sit hemicyclium tenere ac delicate undique ſtractum. Rursus sint hic accumbẽtium multi ministri, nõ minus uestibus adornati & splendide induti, anaxyri
Anaxyridæ bracteæ, sunt, hoc ẽ, laxũ quoddã uestis genꝰ quo cõtra frigus utebãtur.
das etiam habentes. Pulchrũ enim est ętatis flore uegetos uidere & bene curato corpore. Illic uero ad mẽ sam pauperum duo duntaxat stent famuli, quibus ni hil cordi sit omnis ille fastus. Et sint illis quidem fercula sumptuosa, istis uero tanta quæ excutere possint animi mœstitiam, & hilares reddere. Dixi ne & con-

G ceſsi abunde ſatis? Et eſt ne utraque menſa ſatis diligenter ad hũc modum inſtructa? Aut deſideratur ali quid? Ego quidem non puto. Etenim & uocatos cõuiuas & multum illum uaſorum, ſtratorum, & ſerculorum ſumptum recenſui. Veruntamen ſiquid omiſſum eſt, ſermonem proſequentes inueniemus. Age ergo, quoniam commode nobis utraque menſa inſtructa eſt, uideamus ubi uos accubituri ſitis. Nam ego quidem ad eam proficiſcor quæ eſt cæcorum & claudorum. Veſtrum uero plurimi menſam forte ducum eligent illuſtrem & ſplendidam. Videamus itaq; utra maiore ſit uoluptate & iucunditate referta. Nõdum autem futura bona diſcutiemus. Nã in iſtis etiã mea uincit. Quapropter? Propterea quòd Chriſtum habet recumbẽtem, illa uero homines, iſta habet dominũ, illa ſeruos At nondum iſta exquiram, ſed uideamus, utra maiorem habeat iucunditatem, eam quæ p̃ſentis ſit accubitus. Et iuxta hunc quidem maior eſt hic uoluptas. Etenim accumbere cum Rege maiorẽ adfert uoluptatem, quàm ſi accubueris cũ ſeruis. Sed diſcutiamus & iſtud, rem ipſam in ſeipſa exquirentes &
H ponderantes. Ego igitur & qui mecum hãc pauperũ menſam eligunt, cum multa libertate & animi delectatione & loquemur & audiemus omnia, uos autẽ trementes ac timidi, ſimulq; diſcumbentes ueriti, ne manum quidem protendere audebitis, tanquã in pedagogium quoddam, nõ ad prandium, ingreſſi, & ueluti coĩa moleſtis ac ſæuis dominis trementes. At illi non ita. Sed magni honoris eſt, inquis, recumbere cũ potioribus. Atqui ego maiore potiar honore. Nã ueſtra tenuitas hinc magis apparet, quando eadem mẽſa communicantes ſeruorum more abiectẽ loqmini. Etenim & ſerui tenuitas, tum maxime apparet, quãdo cum hero ſuo diſcumbit. Nam ille quidem loco ſibi non competenti conſtitutus, nõ tantum honoris ex mẽſæ familiaritate acquirit, quantum abiectionis & humilitatis. Tunc. n. uehementer inferior redditur. Seorſum uero conſtitutum ſeruum, ſeorſum etiã conſtitutum pauperem, uidere eſt illuſtriorem eſſe, quã ſi cũ diuite gradiatur. Quicquid. n. humile eſt & abiectum, tum maxime apparet quàm ſit humile, quãdo ſublimi coniunctum fuerit, & ipſa collocatio quod
I abiectũ eſt, abiectius facit non ſublimius. Ita & uos, quòd cum potioribus accumbitis, uiliores facit. Nos uero non ita. Igitur in iſtis duplici nomine uos ſuperamus, & libertate, ſcilicet, & honore, quibus, quod ad uoluptatis rationẽ attinet, nihil conferri poterit. Ego
Prou. 15. b quippe malim cum libertate panem ſumere, quã cũ ſeruitute mille fercula. Nam melius eſt, inquit, ad holera uocari cum amicitia & gratia, quã ad uitulum ſaginatum cum inimicitia. Quicquid. n. illi dixerint, coguntur laudare præſentes, aut certe offendere, niſi parаſitorum locum amplectantur, imò illis etiam peiores ſint. Etenim illi, etſi cum dedecore, libere tamen opprobrandi ius habẽt: uobis uero neque hoc licet. Tantam itaque uilitatem illic habetis (metuitis. n. & cum timore humiliamini) honorem uero non ita. Ita que omni iucunditate priuata eſt illa diuitum menſa, iſta uero quæ pauperum eſt quauis animi delectatione referta eſt. Sed ipſorum etiam ferculorum naturam diſcutiamus. Illic quidem, etiam inuito, neceſſe eſt multo uino rumpi. Hic uero nihil cogit noſentem comedere & bibere. Itaq; uoluptatem eã quæ illic ex qualitate ciborum eſt, ignominia & repletionis moleſtia occupans aufert. Nam corpora nobis nõ minus repletio corrumpit, & dolore cõficit, quã ipſa fames, K imò multo etiam peius. Et des mihi quencunque uoles, facilius ipſum repletione quam famerumpam ac perdam. Eſt enim reuera fames repletione tolerabilior. Famem nanque etiam uiginti dies quiſquã ferre poterit, repletionem uero ne ſolos quidem duos. Et qui cum fame continue luctantur, in agris nẽpe, ſani ſunt, & nihil opus habent medicis Hanc uero repletionem dico, niſi continue uocarẽt medicos, utique non ferrent. Imò & medicorum auxiliũ ſæpenumero iſta repletionis tyrannis ſefellit. Potieres itaq; quod ad uoluptatem attinet habet hæc pauperũ menſa. Si enim ſuauior eſt honor, quàm ignominia ſit, etſi ſua uius eſt in poteſtate eſſe, quã ſubditum eſſe, & libere loqui, & agere iucundius, quàm timere & meticuloſum eſſe, & quantum ſatis eſt neceſſarijs potiri, magis quàm excedendo menſuram in delitiarũ fluctus immergi, etiam uoluptatis gratia melior eſt iſta pauperũ, quàm illa diuitum menſa. Eſt etiã ſumptus gratia melior. Nam illa multa inſumit, iſta uero non ita. Sed quid? Ergo diſcumbentibus dũtaxat ſuauior eſt pauperum menſa? An & conuiuatori plus adfert uolupta L tis quam illa? Hoc enim eſt quod nobis potiſsimum quæritur. Igitur qui diuites & magnates ad prãdium uocat, ante complures dies prandium hoc apparat, & cogitur ſubire negotia, curas ac ſolicitudines, neque noctu dormiens, neque per diem quieſcens, ſed multa in ſeipſo comminiſcens, & coquis, & popinatoribꝰ, & ſtructoribus faciẽda p̃cipiens. Deinde imminẽte ipſo conuiuij die, uidere eſt ipſum timidiorem eſſe, quã ſint quibus iam depugnandum eſt, nequid cõtra præſcripti rationem fiat, ne qua per inuidentiam faſcinatio noceat, ne multos inde acquirat criminatores & opprobratores. Pauperes uero ad prandium uocans omni hac cura negotijsq; iſtis liber eſt, menſam extẽpore per ſeipſum parans, ac nihil ante multos dies curans. Et poſt iſta omnia ille mox gratiam perdit, iſte uero Deum habet debitorẽ, & bona ſpe nutritur, ſingulis diebus ab iſta menſa ſaturatus. Etenim cibi quidem conſumuntur, gratia uero non conſumitur, ſed quotidie magis gaudet & lætatur, quàm qui multum adeo uini ingurgitant. Nihil enim animum adeo nutrit, atq; ſpes bona, qua placida & utilia expectantur: M ſed uideamus & reliqua. Illic quidem ſunt tibiæ, citharæ, ac fiſtulæ: hic uero nulla eſt abſurda cãtio, ſed qd? Hymni & p̃ſalmodiæ: Illic laudãtur dæmones, hic uero laudatur omnium Deus. Vides quanta iſta gratia, illa uero quanta abundet ingratitudine & ſtupiditate? Nã dic mihi: Pauit te Deus ex bonis ſuis, unde & poſteaquam paſtus es illi oportebat agere gratias, & tu dæmones introducis? Quæ enim fiſtulis & muſicis inſtrumentis canuntur, nihil aliud ſunt quã dæmonũ cantilenæ. Dicendũ erat, Benedictus es Domine quoniam aluiſti me ex bonis tuis. Sed uelut canis quidã ignominioſus & uilis ne recordaris quidem horum, ſed dæmones ſuperinducis. Imò canes ſiue accipiant aliquid, ſiue non accipiant, adulantur domeſticis, tu uero non ita. Canis etiã ſi nihil accipiat, adulatur hero ſuo, tu uero etiam cum acceperis latras contra dominum tuum. Rurſus canis ẽt ſi beneficij quicquam acceperit ab alieno, neque ſic tamen inimicitiam quã aduerſus illum habet remittit, neq; ad amicitiam illius attrahitur: tu uero etiam cum innumera mala patiaris à dæmonibus nihilominus eos ad cõuiuia tua introducis. Itaque duplici nomine peior es cane. Op-

ἀπηχὲς μέλος, *abſona cã tio.*

A portune uero iam canum mentionem fecerim, contra eos qui tum ſolum gratias agunt, quando beneficiis afficiuntur. Obſecro pudorem uobis incutiãt uel canes. Illi famem quoq; patientes adulãtur heris ſuis: tu uero mox atque quempiã à dæmone curatũ eſſe audieris, Dominũ tuum deſeris, ô canibus ſtultior & improbior. Sed iucundum eſt, inquis, uidere ſcorta. Quæ eſt illa iucunditas? Imò quæ nõ eſt ignominia? Iupanar facta eſt domus tua. Furor eſt & inſania. Nõ erubeſcis, quòd iſta uoluptatẽ uocas? Etiam ſi liceret iſtis uti, omnem tamen uoluptatẽ ſuperaret turpitudo & quę ex turpitudine iſta eſt, moleſtia & iniucũditas. Domum tuam lupanar facis porcorum inſtar in cœno uoluratam. Si uero ſcorta dũtaxat, ad aſpectu uſque admittis, en etiam ſic maior eſt dolor. Cõſpectus enim nullã habet uoluptatem, ſi non acceſſerit uſus. Imò maior etiam hinc eſt concupiſcentia & uehemẽtior flamma. Sed uis cognoſcere finem? Illi quidem inſanis ac mente percuſſis à menſa ſurgentes ſimiles ſunt temerarij, iracundi, atque etiam ipſis manipijs ridiculi: & ſerui quidem abſcedunt ſobrij, illi ue
B ro ebrij. O dedecus. A pauperum uero mẽſa nihil tale uidetur. ſed prandium gratiarum actione dauden tes ita domum abeunt, iucunde dormientes, iucũde rurſus exurgẽtes, omni turpitudine & crimine liberi. Si uoles & ipſos conuiuas utrinq; uidere, aſpice, quo modo illi quidẽ tales ſint intus, quales iſti foris, cęci, mutili, claudi, & qualia horũ ſunt corporalia, tales illorũ animæ morbo intercute & inflammatione correptæ. Talis enim eſt arrogantia. Nã poſt delitias naſcitur cæcitas. Talis quippe ẽ repletio & ebrietas claudos facientes ac debiles. Rurſus & iſtos uide tales habẽtes animas, qualia illi corpora, nẽpe ſplendidas & bene ornatas. Qui enim i gratiarũ actione uiuũt, qui nihil ultra neceſſariam ſufficiẽtiam requirunt, qui ita philoſophãtur, illi ſunt in omni alacritate & ſplendore. Videamus uero quis & hic & illic ſit finis, Illic quidem uoluptas eſt laſciuia, riſus effuſus, ebrietas, urbanæ facetiæ, turpiloquium. Nam quoniã ipſi uerẽtur turpia & obſcœna loq, fit hoc p̃ ſcorta. Hic uero benignitas & mãſuetudo: igitur illũ qui diuites uocat, uana gloria incitat, & cõtra hęc omnia ueluti armat.
C Hũc uero qui pauperes uocat, benignitas & manſuetudo. Nam hanc quidem menſam commendat benignitas, illã uero uana gloria & crudelitas, quæ eſt ex iniuſtitia & auaritia. Et illa in ea definit quæ commoraui, nempe in arrogantiam, ecſtaſim & inſaniã. Tale ſiquidẽ eſt uanæ gloriæ germẽ: iſta uero in gratiarum actionẽ & gloriam Dei. Atque hic etiam maior eſt commendatio ab hominibus. Nam illi quidẽ inuident etiam, hũc autem uelut communem patrẽ ſuſpiciũt omnes, etiam nullo beneficio adfecti, quẽadmodum fit cum iniuria adfectis, quibus cõdolẽt etiam qui nihil ſunt læſi, & communes ſiunt contra iniquè agentẽ inimici pariter omnes, ita & habet cũ illis quibus benefit, etiam qui nihil beneficij ceperũt, non minus laudant, prædicant benefactorem quàm quibus factum eſt bene. Et illic quidem multũ eſt in uidiæ, hic uero multum prouidẽtiæ & auxilij, multæ ab omnibus precationes. Atque in hac ſanè uita iſta ſunt, in futura uero quãdo Chriſtus aduenerit, ſtabit iſte cum multa ſecuritate, & audiet corã uniuerſo orMa. 28. p be, eſurientem me uidiſti & pauiſti, nudum uidiſti & operuiſti, hoſpitem, & collegiſti, & quæcunque talia ſunt. Ille uero contraria audiet, ſerue male et piger:

Et rurſus. Væ qui delitiati ſunt in ſtratis ſuis, & dor- D
mierunt in lectìcis eburneis, qui biberunt unum de- *Amo. 6. b*
ſecatum, & primario unguento delibuti ſunt & iſta tanquã firma putarunt, & non tanquam fugacia. Iſta nobis nõ temerè dicta ſunt, ſed ut animus ueſter immuterur, & nihil inutile & noxium faciatis. Quid igitur, iquis, ſi & iſta & illa fecero? Multus eſt hic ſermo in ore omnium. Et quid neceſſe eſt, dic quæſo? Potes omnia utiliter facere, & interea quæ ad nihil proſunt & uanè quoque conſumuntur, & ea que uſui ſunt, diſcriminare. Dic quæſo, ſi inter ſeminandum alia quidem ſupra petram, alia uero in terram bonam proiceris, an & hic ſatis hoc tibi fuerit, ut dicas. quid damni eſt? ſi alia quidem temere & inaniter, alia uero in terram bonam proiecerimus? Nam qua ratione non omnia in terram bonam? Sed uideamus quamobrẽ utilitatem imminuas. Equidem ſi colligenda eſſet pecunia, non hoc diceres, ſed undique colligeres: illic uero non ita. Et ſi fœnerandum ſit, non dices. quare hæc quidem egentibus, iſta uero diuitibus dabimus? Quin demus illis omnia. Hic uero ubi tantum eſt lucri, nõ reputabis iſtud, & ceſſabis aliquando uane E
ſumptum facere & fruſtra bona tua pdere. Sed eſt & hic lucrum quoddam, inquis. Quodnam, dic quæſo? Amicitias auget. Nihil eſt his hominibus utilius quihinc amici fiunt, nempe à menſa, et repletione. Para- *Amici*
ſitorum duntaxat amicitiæ ex iſtis naſcuntur. Nẽ rõ *menſæ.*
adeo celebrem contumelia afficias, dilectionem ſcilicet, neque dicas hanc ipſius eſſe radicem. Quemadmodum ſiquis arborẽ aurũ & lapides pretioſos ſerentem, non talem habere radicem, ſed ex putredine naſci diceret. Idẽ tu quoque facis. Etenim ſi hinc naſcitur amicitia nihil illa frigidius fuerit ac uilius. At pauperum menſæ amicitiam generant, non erga homines ſed erga Deum, eamque cumulatam et auctã, quoniam et ipſæ cumulatæ ſunt. Nam qui partim in pauperes, partim uero in diuites inſumit, etiã ſi multa dederit, nihil tamen magnifecit: Qui uero in pauperes omnia impenderit, etiam ſi modica dederit, totum tamen perfecit. Non enim quęritur, num multa quiſquam dederit uel modica, ſed an non minus dederit quàm potuerit. Cõſideremus eum qui quique et eum qui duo talẽta lucratus eſt. Conſideremus eã F
quæ duos obolos in gazophylaciũ miſit. Cõſideremus uiduam illam quę pauit Eliam, Non dicebat illa *Ma. 25. b*
quæ duos obolos miſit, quid nocuerit ſi unũ quidẽ *Mar. 12. d*
obolum mihi ipſi retinuero, alterũ uero dedero? ſed *3. R. 17. b*
omnem uitam ſuam dabat. Tu uero cum in tãta ſis abũdãtia, ſordidior es illa. Ne negligamus itaque noſtram ipſorũ ſalutem, ſed ſummo ſtudio per eleemoſynã eam procuremus: nihil enim illa melius eſt. Atque hoc declarabit tempus futurum. Interea tamẽ & præſens hoc oſtendit. Viuamus ergo ad gloriã Dei, et quę illi probantur faciamus, ut promiſſis bonis digni reddamur, quę contingat nos omnes aſſequi gratia et benignitate Domini noſtri &c.

Homilia. II.

Propterea et nos ex quo hæc audiuimus, nõ ceſſamꝰ
p *pro uobis orare & poſcere ut impleamini agnitione uoluntatis ipſius, in omni ſapientia & prudẽtia ſpirituali, ut ambuletis digne domino, ut p omnia placeatis in omni ope bono, fructificãtes & creſcentes in agnitione dei.*
Propterea. Quapropter: Quoniam audiuimus fidem ueſtram ac charitatem, quoniam ſpem bonam nacti ſumus, etiã de futuris ſpe bona deũ precamur. Quẽ-

G admodum enim in certaminibus eos potissimũ exci
tamus, qui non procul à victoria sunt: ita sanè facit &
Paulus. Hos maxime adhortatur, qui plus cæteris as-
sequuti sunt. Ex quo die, inquit, audiuimus, non cessa
mus pro uobis orare. Nó unum aut alterum, aut tres
duntaxat dies pro nobis intercedimus. Declarat hic
quoq; dilectionem suam, & simul tacitè innuit, quòd
nondum ad finem peruenerint. Hoc enim declarat
quod dicit, ut impleamini. Et uide mihi prudentiam
beati huius. Nusquam eos nihil omnino cõsequutos
esse dicit, sed ostendit deesse adhuc quædam. Hoc il-
lud, ut impleamini, ubiq; declarat. Et iterum: Vt per
omnia placeatis in omni opere bono: rursus, In omni
uirtute corroborati. Item, Ad omnem patientiam &
longanimitatem. Illud enim in omni testificantis est,
& si nondum totum, aliquid tamen eos perfecisse. Et
ut impleamini, inquit: Non dicit, ut incipiatis: cœpe-
rãt enim: sed, quod adhuc reliquum est, ut impleami-
ni. Ita & correptio minus inuidiosa facta est, & enco-
mium adeo planè factũ non permisit eos animis cõ-
cidere ac segnes fieri. Quid est autem, ut impleamini
H agnitione uoluntatis eius? Quòd per filium, inquit, re-
conciliati accessum ad eum habetis, & non item per
angelos. Cognouistis quidem, quòd reconciliatione
opus sit: reliquũ uero uobis est, ut, & quamobrem fi-
lium miserit, discatis. Si. n. opus fuisset saluari per ange
los, filium utiq; non tradidisset. In omni sapientia, in-
quit, & prudentia spirituali. Quoniam enim per philo
sophos seducti estis, uolo uos, inquit, omni sapientia
spirituali instructos esse, non iuxta sapientiam homi-
num: si uero spirituali sapientia opus est, ut discatur
uoluntas dei: cõtinuis ergo precibus quoq; opus est,
ut quid sit essentia ipsius cognoscatur. Declarat etiã
hic Paulus, quòd ex quo orare cœpit, nec unquã per-
fecerit, nec ab orando cessauerit. Hoc enim indicat,
quòd supra dixit, ex eo die quo audistis. Cõdemnatio
nem uero illis adfert, quòd ex quo & precibus adiuti
erant, seipsos non recuperarunt. Et postentes, inquit,
cum magna diligẽtia. Nam hoc declarat, quod dixit:
& cognouistis. Sed oportet adhuc aliquid cognosce-
re, ut ambuletis, inquit, digne domino. De uita hic &
operibus dicit. et enim & hoc ubiq; facit. Semper con
iungit fidei uitæ conuersationem, ut per omnia pla-
I ceatis, Quomodo autem per omnia placeatis? in om
ni opere bono fructificantes & crescentes in agnitio-
ne dei. Quemadmodũ, inquit, confestim & abũde se-
ipsum uobis reuelauit, & quẽadmodum tantam acce
pistis scientiã: ita & uitæ conuersationem, quæ digna
sit fide, ostendite. Exigit enim ista magnã rectæ uitæ
conuersationem, & maiorẽ multo q̃ uetus. Qui enim
deũ cognouit, & seruus dei fieri meruit, imò & filius:
Vide quanta opus habeat uirtute. *Omni robore cor-
roborati.* De tentationibus hic & persequutionibus
loquitur. Precamur, inquit, ut impleamini, corrobor
reminiq;, ne torpescatis, neq; desperetis. *Iuxta robur
& imperium gloriæ illius.* Vt talem, inquit, animi ala
critatem recipiatis, qualẽ decet imperium gloriæ
ipsius. *Ad omnem patientiam & longanimitatem.*
Quod dicit, tale est: Breuiter, inquit, oramus, ut stre-
nuam ac solidã uitam habeatis, conuersationeq; chri
stiana dignã, & stetis firmiter, corroborati, quẽadmo
dũ à deo corroborari decet. Propterea dogmata nõ-
dum hactenus attingit, sed in uitæ conuersatione uer
satur, in qua nihil habebat quod reprehẽderet. Et po
steaquã, in quibus oportebat, eos laudauit: tum de-
mum & reprehensionem instituit. Hoc etiam ubiq; K
facit. Si quando quibusdã scripturus, habet quidem
quod reprehendat, habet uero etiã quod laudet: pri-
mũ laudet, deinde ad taxãda uitia descendit. Primum
enim auditorem sibi familiarẽ & beneuolum reddit,
atq; ita reprehẽsionem omni suspicione liberat, & de
clarat se per omnia quidem laudare & commendare
malle, necessario tamen in eos carpendi sermones in-
duci & cogi. Atq; hoc etiã in priore ad Corinthios fa-
cit. Cũ enim eos plurimum laudasset, ut qui eum dili 1. Cor. 5. a
gerẽt, tum ab eo qui fornicatus fuerat exorsus, repre-
hẽsionem aggreditur. In ea uero quæ est ad Galatas,
non ita: sed cotrarium agit. Imò uero si quis probe di
scusserit, etiã illa ipsa reprehensio ex laude est. Quum
enim nullam haberet ipsorũ uirtutem, quam tũ com
mendaret, & uehemens esset uitium uniuersis nimi-
rum corruptis, possentq; eo quòd essent robusti, cor-
reptionem ferre, ab ea exorditur dicens: Miror. Itaque Gala. 1. a
& istud encomium habet. Postremo tamen eos lau-
dat, non quidẽ præsentium uirtutum gratia, attamen
propter præteritas, cũ dicit, Si fieri potuisset, oculos L
uestros eruissetis, mihiq; dedissetis. Fructificantes, in- Gala. 4. b
quit: hoc de opibus dicit. Corroborati. Istud ad ten-
tationes pertinet, ad omnẽ patientiam & longanimi-
tatem. Longanimitatẽ inter seipsos mutuo ferendos,
patientiam erga exteros. Longanimes enim erga eos L. Longa-
sumus, quos ulcisci possumus: patientes uero erga nimis &
eos, quos ulcisci non possumus. Propterea patientia patiẽs i quo
quidem deo nunquã tribuitur, longanimitas uero sę discrepẽt.
pissimè, quẽadmodum hic ipse beatus alibi scribens,
dicit: An diuitias bonitatis illius ac tolerantiæ, lõga- Rom. 2. a
nimitatis q; contẽnis? Ad oẽm. Non nunc quidẽ, po-
stea uero nõ amplius, sed semp. In omni, inquit, sapiẽ
tia & prudentia spirituali. Nã alioqui uoluntas ipsius
cognosci nequit. Atq; putabant se uoluntatẽ eius te-
nere. Verũ non erat spiritualis sapientia. Vt dignè am
buletis domino: hoc. n. iter est bonę conuersationis.
Qui nanq; benignitatẽ dei edoctus, simul didicerit ut
& filiũ dei traditum cognoscat, maiorẽ habebit ala-
critatẽ. Alioqui uero nõ hoc solũ oramus, ut discatis,
sed ut & ipsis operibus declaretis & exprimatis. Qui
enim cognoscit & nõ facit, punietur ẽt. Vt ambuletis, M
inquit: hoc est, semp, non semel dũtaxat, sed ppetuo.
Quẽadmodum necessariũ nobis est ut ambulemus,
ita quoq; ut rectè uiuamus. Atq; hoc semp deambu-
lationẽ uocat, & meriro, declarans talẽ nobis præscri
ptam esse uitã: sed mundana talis nõ est. Et multum
hic est encomij quòd dicit, ut digne ambuletis domi
no, & in omni ope bono, ut semper pergaris ac cresca
tis, & nusquã pedem figatis. Et metaphorice, fructifi-
cantes, inquit, & crescẽtes in cognitione dei, quãtum
homini possibile fuerit. Per imperiũ eius multa cõso- οὐκ ἐν τῷ
latio est. Nõ dixit potentiã, sed imperiũ & dominium πεῖσμονῇ
quod maius est. Per imperiũ, inquit, gloriæ eius. Quo νεύσει ἀλ
niam gloria eius ubiq; dominatur & impat. Consola λὰ κράτ-
tus iã est eos qui contumeliosè tractabantur. Et ite- τος.
rum: Vt ambuletis dignè domino. De filio dicit, nẽpe
quòd ubiq; dominetur, tam in cœlo q̃ in terra, quod
gloria eius ubiq; regnet. Nõ simpliciter dicit, corrobo
rati, sed quẽadmodum decet eos, qui tã potenti do-
mino seruiunt. In cognitione dei, obiter simul & diui-
næ cognitionis rõnes attingit. Hoc. n. est seductũ esse,
deum quemadmodum oportet non cognoscere, aut
qũo oporteat, inquit, crescere in agnitione dei. Si. n.
qui filiũ non nouit, neq; patrẽ cognoscit, merito co-

gnitione

A gnitione filij opus est. Nihil enim proderit uitę cõ
uersatio sine ista cognitione. Ad omnẽ patientiã,
inquit, & longanimitatem. *Cum gaudio gratias agen-
tes deo.* Deinceps adhortaturus eos, nõ meminit tu
turorum bonorum quæ illis erãt posita, sed hoc
in principio quidẽ innuit dicẽs, Propter spẽ q̃ uo-
bis reposita est in cœlis: hic uero eorũ recordatur
q̃ iã habebant. Faciebant enim ea ad ipsorũ cõfir-
mationẽ, & multis locis hoc facit. Ea quippe q̃ iã
facta sunt, auditorem certum reddũt & magis eri-
gunt. Cũ gaudio, inquit, gratias agẽtes deo. Ordo
hic est, Nõ cessamus orare pro uobis, simul & pro
prioribus donis gratias agẽtes. Vides qũo seipsum
in sermonẽ de filio faciendũ inducat? Si enim cũ
magno gaudio gratias agimus, magnifica sũt q̃ di
cuntur. Potest enim quisquã gratias agere timoris
gratia duntaxat. Potest & in tristitia costitutus, ut
pote Iob, qui quidẽ gratias egit, Verùm cũ dolore.
Iob. 1. d Et dixit: Dominus dedit, domin⁹ abstulit. Neq;. n.
dicat quisquã quæ cõtingebant eũ non contristaſ
se, neq; mœstitiã aliquam incussisse, ne magnũ en-
B comiũ iusto huic auferat. Quando uero talia fiũt,
neq; propter timorem, neq; propter dominium so-
lùm, sed & propter ipsam rerũ naturam fiunt. *Gra-
tias agamus ei, qui idoneos nos fecit ad partẽ sortis sanctо-
rũ in lumine.* Magnũ est quod dixit. Talia sunt, inqt,
quę data sunt, ut nõ solùm dederit, sed & potentes
fecerit ad accipiendũ. Quòd ergo dicit, q̃ idoneos
fecit, multũ esse dono huic põderis ostẽdit: utpote
si tenuis quisquã fuerit rex factus, poterit præfectu
ram dare cuicũq; uoluerit, & tantùm poterit dũta
xat, nempe dignitatẽ donare, idoneũ uero ad prin
cipatũ gerendum facere nõ poterit: quin plerũque
talem collatus honor ridiculũ facit. Si quando cũ
ipsa dignitate idoneũ etiam ad honore faceret &
accommodũ ad gubernãdum, tum res ista hono-
ris esset. Hoc igitur & hic dicit, nempe quod nõ so
lùm honorem nobis, sed & uires ad amplectẽdum
eum dederit. Duplicatur enim honor p id quòd &
idoneos ad collocatũ donũ facit. Nõ dixit simpli-
citer, qui dedit, sed q̃ idoneos fecit ad partẽ sortis
sanctorũ in lumine: hoc est, qui uos i albũ sanctо-
C rũ retulit. Sed nõ simpliciter etiam hoc dixit: sed
qui ijsdẽ quoq; cũ illis potiri dedit. Pars enim est,
quod quisq; capit. Potest eni aliquis in eadẽ esse ci
uitate, & tamẽ non ijsdẽ cum alijs potiri. Fieri ue-
rò nequit, ut qui eandẽ partem habet, nõ etiam ijſ
dem potiatur. Potest quisquã in eadẽ sorte esse, &
tamen eandem nõ habere partẽ: utpote in eadem
sorte simus omnes, at nõ eandem partẽ habemus
omnes. Hic uero istuc non dicit, sed & partẽ simul
cum sorte coniungit. Qua ratione sortẽ uocat? ut
ostẽdat neminẽ ex propriis suis uirtutib⁹ acquire-
re regnũ: sed quemadmodũ sors magis ex euentu
est & casu, ita & hic. Nemo enim talẽ uitæ cõuersa
tionẽ ostẽdit, ut regno dignus esse possit, sed totũ
Luc. 17. c donũ est ipsius dei. Quapropter & dicit. Si quãdo
feceritis oia, dicite ſ Quoniã inutiles serui sumus:
quæ nãq; facere debuimus, fecimus. Ad partẽ sor-
tis sanctorũ in lumine. Et futuro, inquit, & præsen-
ti: hoc est, in scientia. Videtur aũt mihi & de præsenti-
b⁹ & de futuris bonis pariter dicere. Deide declarat, qbus nos dignat⁹ sit deus. Nõ. n. hoc solùm ad
mirãdũ est quòd regno nos dignatur, sed & appen
dẽdũ est, quales existẽtes illo dignetur. Neq; enim

idẽ est, sed plus aliquid inde accedit. Id quod & in D
ea q̃ ad Romanos est facit, dicẽs: Nã uix pro iusto
quisquã morietur. Siquidẽ pro bono forsitan ali-
quis etiam mori sustinet. *Qui eripuit nos*, inquit, *à po
testate tenebrarum.* Totum ipsius est, & illa dare pari
ter & ista. Nusquã enim nostræ uirtutis est. A pote
state tenebrarum, inquit: id est, errorũ, à tyrãnide
diaboli. Non dixit, à tenebris, sed, à potestate tene-
brarũ. Habebat eni multã in nos potestatẽ, & do-
minabatur nostri. Nã graue quidem est uel simpli
citer esse sub diabolo, cũ potestate uerò illud de-
mũ grauius est. Et *transtulit*, inquit, *in regnũ filij dile-
ctionis suæ.* Mó igitur benignitatẽ suã in hoc solo de
clarauit, quòd à tenebris liberauit. Magnũ qdem
est, à tenebris liberare: uerùm multò maiꝰ est, in re
gnũ etiã itroducere. uide ergo q̃multiplex fiat do-
nũ, qđ in imo iacẽtes nos liberauit, deinde quòd
nõ solùm liberauit, sed & in regnum trãstulit. Qui
eripuit nos. Nõ dixit, exemit uel eduxit, sed eripuit,
ut declaret multã nostrã fuisse calamitatẽ, & illo-
rũ captiuitatem. Deinde & facilitatem diuinæ uir-
tutis exprimit, quòd dicit, & trãstulit. Quemadmo E
dum si quis militẽ de loco in locũ traduceret. Et
nõ dixit, traduxit, neq; transposuit. Totũ. n. transſ
ponentis fuisset, & nõ transeuntis: sed transtulit, in-
quit. Itaq; & nostrũ est & ipsius in regnũ filij dile-
ctionis suæ. Nõ dixit simpliciter in regnũ cœlorũ,
sed honestiorem sermone reddidit dicẽs, in regnũ
filij. Nullũ enim isto maius est encomiũ, quod &
alibi dixit: Si sustinebimus, & cõregnabimus. Ijsdẽ 2. Tim. 2.
nos dignatus est cum filio, & nõ hoc solùm, sed & b
quòd rẽ istã plurimũ exaggerat, cũ dilecto inimi-
cos, & obscuros subitò quodãmodo eo transtulit,
ubi filius est, in eũdẽ scilicet cũ ipso honorẽ. Neq;
hoc solo cõtentus est, ut ostẽdat doni magnitudi-
nẽ, nõ satis habet dicere, i regnũ, sed & addit, filij.
Et neq; hoc duntaxat, sed subdit, dilecti: imò nec
istud solùm, sed & naturę honorificũ insigne adij-
cit. Quid. n. dicit? Qui est imago dei inuisibilis. Ve
rùm nõ statim illud aggressus est, sed beneficentiã
dei erga nos interseruit. Eteni ne audiẽs totũ fuisse
patris, filiũ putares exclusũ esse, totũ tribuit filio,
& totũ quoq; patri. Nã ille quidẽ trãstulit, sed hic F
causam exhibuit. Quid nãq; dicit? Qui eripuit nos
ex potestate tenebrarũ. Idipsum uero est, *In quo ha-
bemus redemptionẽ, remissionẽ peccatorũ.* Nisi enim no-
bis remissa fuissent peccata, eo utiq; trãslati nõ esſe
mus. Vide rursus hic illud, in quo. Et nõ dixit, ly-
trosin redẽptionẽ simpliciter, sed apolytrosin ple-
nã uidelicet, & consummatã redemptionem, ita ut
deinceps in eadẽ nõ icidamus amplius, neq; mor-
tales denuò reddamur. *Quid est imago dei inuisibilis,
primogenitus uniuersæ creaturæ.* In quęstionẽ hereticã
incidimus. Propterea suspẽdentes illã hodie in cra
stinũ diẽ differemus, quatenus flagrãtes aures ue-
stras percellere liceat. Si uero amplius qddã dicere
oporteat, maius est opus filij. Quomodo? Nã illud
qdem, nẽpe ut in peccatis manẽtibus regnũ detur,
impossibile est, istud uero facilius: itaq; dono illi niã
aperuit. Quid dicis? A peccatis ipse te liberauit. Er-
go & ipse reconciliatus. Præmolitus est iã dogmatis
radicẽ. Verùm dũ illud priꝰ dixerimꝰ, necesse erit
postea finire sermonẽ. Qd ẽ illud? Quod tãta bene
ficẽtia potiti nũq̃ illiꝰ obliuisci, sed sẽp donũ hoc
dei in nobismetipsis uersare, qbusq; liberati, & q̃ cõse-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gcuti sumus cogitare debemus: atq; ita erimus bene grati, ita dilectionē erga deū intendemus. Quid dicis homo? Ad regnū uocatus, ad regnū filij dei: & oscitabūdus es totus, ac desidum more scalpis, ac torpes? Si nāq; singulis diebus uel in mille mortes insiliēdū fuisset, an nō oia ferre oportebat? Atq; principatus gratia nihil nō faceres: cùm uerò cōsors futurus sis regni unigeniti dei, nō obijcies te uel mille gladijs? nō insilies in igne? Et istuc nondū graue quicquā fuerit. At tu luges etiā quòd abiturus hic es, & psentibus libenter immoraris plus ęquo corporis curam agens. Quidnā hoc est? Et mortē etiā horrendū qd esse putas. Horū uerò causa sunt delicię & uitę remissio. Alioqui qui uitā uiuit acerbā, auolare quoq; uellet, & ab hac uita liberari. Nunc uerò idē patimur qđ euenit & auium pullis pigrescētibus, sempq; in nido manere cupientibus. Illi quāto diutius hęserint, tāto reddūtur imbecilliores. Nidus. n. qdā est psēs uita. luto cōpactus. Etsi magnificas mihi ostēderis ædes, etiā ipsas regias auro multo & lapidib⁹ precio sis splēdidas, nihil tamē illas ab hirundinū nidis differre putabo. Ingruēte nāq; hyeme cadēt omnia sponte sua. Hyemem uerò diem illū dico, nō qdem oibus hyemem. Nam & Christus illū noctem simul uocat & diem, noctē pp peccatores, diem pp iustos, ita & ego nunc hyemem illum uoco. Si ęsta te bene enutriti nō fuerimus, ut imminēte hyeme uolare queamus, nō agnoscent nos matres nec fouebunt, sed fame perire sinēt, aut cadēte nido prorsus interire. Tanquā enim nidum quendā, imo & facilius etiā nido subuertet tūc oia deus reparans, ac restaurando adaptans oia. Qui uerò tum pēnis carebūt, illiq; in aera occurrere nō poterūt, sed ita fuerint ignauiter educati, ut leue alarū remigiū nō habeant, ea patiētur quę merito ad hūc modū dispositis ferenda ueniūt. Nidus qdem hirundinū si ceciderit, mox perit: nos uerò nō ita peribimus, sed cōtinuē puniemur. Hyems erit futurū illud tēpus, imò hyeme ęquius. Nō. n. illic torrentes undarum præcipitabunt, sed fluuij ignei: nō fiēt ex nubibus tenebræ, sed tenebrę insolubiles atq; adeò crassę & obscuræ, ut neq; cœlū uidere liceat, neq; aerē maioreq; premātur angustia improbi, q̄ si q̄ in terram defodiēdi sint. Ista sępenumero dicimus, sed nemini psuademus. Verùm non est mirū, si nos uiles homuculi talia de his rebus disserētes patimur, quando & prophetæ talia passi sint, non solùm de istis, sed & de bello & captiuitate disserētes. Et Sedechias à Hieremia corrept⁹ est, attamē nihil pudefactⁿ. Propterea dicebāt prophetę: Vę dicētib⁹, accelerēt properē q̄ facturus est deus, ut uideamus, & ueniat cōsiliū sancti Israelis, ut cognoscam⁹. Ne miremur ista. Neq;. n. credebāt ēt q̄ cū ipsa arca erāt, sed tū credebāt quādo nulla erat fidei utilitas. Neq; q̄ in Sodomis erāt, q̄ pdicebātur expectabāt, sed tum demū credebāt & ipsi, quādo nihil illis amplius supererat. Et qd dico futura? Quisnā ea expectauit, q̄ nūc uarijs locis hincide fiūt, nępe ciuitatū motus & cōquassationes atq; interitus? Quanquā ista certiora sūt illis, de arca dico. Vnde hoc liquet? Ex eo quòd illi qdē nō habebāt aliud exēplū in qd respicere potuissent, neq; scripturā dū audierāt: hic uerò innumera sunt exępla tā q̄ nostris, q̄ quę prioribus tpibus facta sunt. Sed unde erat illorum incredulitas? Ex animo delicato & molli. Bibebant & comedebāt, & ppea nō credebāt. Quę enim quisq; uult, illa & opinatur, illa & expectat. Qui uero contradicūt, nugātur & garriūt. Sed ne idē patiamur. Non. n. amplius futurū est diluuiū, neq; ad cōsummationem usq; supplicīū, sed initiū pœnarū mors, eorū, scilicet, q nō credūt esse iudicium. Et qs inde uenit, inquis, q̄ ista loquutus sit? Si qdem ioco ista dicis, neq; sic tamē bene. Nō. n. in istis ludere oportet. Neq;. n. in ludicris, sed in periculosis rebus hic ludimus. Si uerò serio ita sentis, & nō putas aliqd post uitam esse futurū: qūo te Christianū esse dicis? Eos nāque q̄ foris sunt, nihil moror. Quare baptismū suscipis? Quare ecclesiam ingrederis? Non enim principatus pollicemur. Ois spes nostra in futuris est: ut qd ergo accedis, si nō credis scripturis, si non credis Christo? Nō. n. dixerim talē esse Christianū. Absit. Sed gētili peiorem. Quapp? Propterea, scilicet, quòd cùm putes Christū esse deum, illi nō credis ut deo. Nā illa qdem impietas necessariò sequtur, ut necesse sit eū q̄ nō arbitratur Christū esse deū, neque etiā in illū credere. Ea uerò impietas nullam habet rationē, ut deū qs confiteatur, & tamen fide dignū nō arbitretur in illis q̄ dixit. Ebrietatis sunt hæc uerba, ludibrij, & deliciarū, comedamus & bibamus, cras. n. moriemur. Non cras, sed quandocunque ista dixeritis, iā mortui estis. Nihil ergo differimus à porcis, dic quęso, nihil ab asinis? Si. n. neq; iudiciū est, neq; retributio, neq; tribunal, quamobrē tali dono honorati sumus, nępe ratione, & oia nobis subiecta habemus? Quare nos qdē dominamur, illa uerò q̄ ratione carēt, nobis obedire coguntur? Vide qūo diabolus undiq; properet, quò nobis donū dei nō agnoscere persuadeat. Seruos immiscet dominis, & quēadmodū plagiarius qdā & seruus scelestus liberū hominē cogit in eandem cū inimico & repulso redire uilitatē. Et uidetur qdem tollere iudiciū, tollit uerò fidem qua creditur esse deus. Nam semp talis est diabolus. Insidiose obijcit oia nō directè, ut uitare possimus. Si iudiciū nō est, non est iustus deus. Humano more loquor: Si non est iustus deus, neque deus est: si deus non est, feruntur oia temerè, nihil est uirtus, nihil malitia. Sed nihil horum apertè proponit. Vides satanici enthymematis animū, quo ex hoibus irrationalia bruta, immo bestias, qn magis dęmones facere conatur? Ne obtēperemus ergo illi. Est. n. miser & infelix, iudiciū. Nouī unde in hos sermones uenias. Multū tibi delictorū est, offendisti deū, fiduciam nō habes, putas & rerū naturam cōsentire sermonibus tuis. Hactenus, inq̄s, animum meum expectatione gehēnę non adfligā. Et si sit gehenna, psuadebo tamē illi nō esse gehennā, atq; interea in hac uita deliciabor. Quare peccata peccatis cumulas? Si licet peccaueris, gehennā tamen esse credideris, euadas uel aliquorum delictorum pœnā? Si uerò & hāc addideris impietatem, & impietatis & cogitationis huius extremū dabis supplicium: & qd exiguo momēto inane tibi factum est solatiū, erit tibi perpetui supplicij causa. Esto deliqueris. Quid & alios ad peccandū incitas, cum diceris nō esse gehennā? Quid imponis simplicioribus? Quid manus populi dissoluis ac deijcis? Quantum in te est, subuersa sunt oia. Neque q̄ hactenus diligētes fuerūt, diligentiores erunt, sed desides, neq; à malitia

Nidus quidā est psēs uita.

χαταση ρουτας. I

Es. 5. e. et Amor. 5. e

A malitia sua desistēt improbi. Nū si alios quoq; corruperimus, delictorū ueniā habituri sumus? Nō uides qūo diabolus primū hoiem deijcere tentauerit? An ueniam consequutus est? Maioris itaq; supplicij causam hinc habet, ut nō solū pp sua ipsius, sed & pp aliena quoq; peccata puniatur. Ne putemus ergo nobis mitius hinc fore iudicium, quòd & alios in eādem pditionē nobiscū subuertimus. Nam hinc grauius puniemur. Quid nos ipsos ī pniciē impellimus ac pdimus? Oīno satanicum est. Peccasti o homo? Benignū habes dominū. Obsecra, supplica, illachryma, ingemisce, & aliorū quoq; mala metue, atq; ora ne in eadē cū illis incidas. Si seruus quisquam in ędibus heri sui cōstitutus, ex illis scilicet q̄ deliquissent, ad puerū suū diceret, Fili, ego herū offendi, tu cura, ut illi placeas, ne eadē tibi quoq; cōtingant: nō habebit ille aliquā ueniā? nō emolliet & inf ectet herum suū? Si uerò omissis his uerbis, loquutus fuerit ad hūc modū: Quid putas herū rei huius rationē habere, & quod unicuique pro meritis sit redditurus, quodq; nō oia tam

B bona q̄ mala temerè cōfundat? Nulla est in his ædibus gratiarum actio. An non maiorem iste pœnam luet, q̄ suis dūtaxat peccatis meruisset? Meritò. Nam illic qdem animi passio nonnihil excusat, licēt egre: hic uerò nemo planè excusabit. Itaq; si neminem aliū, uel diuitē illū in gehēna imitare Luc. 16. g dicētē: Pater Abrahā, mitte ad cognatos meos, ne in hunc locū ueniant. Nā ipse abire non poterat. Itaq; ne in eadē cū illis incidamus, abstineamus à satanicis hisce uerbis. Quid igitur, inqs, si nos rogarint infideles? Nō illos curare uis, sed in dubitatiō nē cōiecto Christiano, sub prętextu curādi infideles satanicū dogma corroborare q̄ris. Nā quoniam ipse ex animo tuo dūtaxat de istis disserens nō psuades, alios quoq; uis inducere testes. Si uerò disserēdum fuerit cū infideli, nō hinc sumendū erit disputationis initiū: sed, an Christus sit deus ac dei filius, an dęmones apud eos dij sint. Si illa fueris probē exequutus, reliqua sequētur oia. Ante q̄ uerò pstructū fuerit mutuū, uanū erit de fine disserere: antè q̄ cognita fuerint prima elementa, superfluū erit atq; inutile postremis immorari. Non credit infide-

C lis fore iudicium? Idem & ipse tecum patietur, quādoquidem & ipse multos habet qui de istis philosophati sunt, licet corpus ab aīa separantes hoc dixerint. Veruntamen locatū est tribunal, & tāta est rei huius claritas, ut ferè nemo sit q̄ eā ignoret, sed inuicem sibi tā de tribunali q̄ de iudicio & poetæ & pariter oēs consentiant. Itaque Græcus ille infidelis suis quoq; primùm non credit: nec Iudęus de istis hæsitat, neq; ullus horum. Quid ergo nosipsos seducimus? Ecce ista ad me dicis: qd ad deū dices, q̄ sigillatim corda nostra finxit, qui nouit q̄ in animis nostris sunt oia, qui uiuit & efficax est, & quouis gladio utrinq; incidēte acutior? Etenī dic mihi ręuera: teipsum nō cōdemnas? Et q̄ sapiēter factū est, ut qui peccauit, seipsum sua sponte cōdemnet? Nam istuc magnæ est sapientiæ. Tu cōdemnas teipsum: q uerò hanc tibi mētem dedit, temerè sinet oia ferri? Erit ergo canon iste catholicus, & generale præscriptum. Nemo eorum qui uirtuti studēt in credulus est illis quę de iudicio dicūtur, etiā si Gręcus sit, etiā si hæreticus. Rursus nemo eorū qui in multa uersantur malitia, dęptis paucis, resurrectio nis sermonem amplectitur. Atq; hoc Psaltes dicit, D Sublata sunt iudicia tua à facie eius. Quare? Quo- Psal. 9. c niam contaminatæ sunt uiæ eius, inquit, in omni 1. Cor. 15. tempore. Comedamus enim, inquit, & bibamus: d cras nanque moriemur. Vides quòd abiectorum sit ista dicere? Ab edendo & bibendo sunt hæc uerba resurrectionem euertentia. Non fert enim animus, non fert, inquam, propriæ conscientiæ sententiam ac iudicium. Idem autem hic fit, quod homicidę contingit. Is primùm sibiipsi promittit, se non esse capiendum, atq; ita occidit. Alioqui iudicāte ipsum conscientia, utiq; nō statim ad hoc sacinus perrexisset. Nouit igitur, & tamē ignorare se simulat, ne p conscięntiam & timorem torqueatur. Nam alioqui imbecillior esset ad homicidiū. Ita & q̄ peccāt, & quotidie ijsdem malis uolutantur: ista cognoscere nolunt, quanquā cōscientia ipsorū nō ignorāte. Sed nō attendamus istos. Erit enim erit oīno iudicium & resurrectio, nec inania deus tāta opera relinquet. Proinde obsecro relicta malitia sequamur uirtutē, ut ueracē sermonē amplectamur in Christo Iesu domino nostro. Quanquā utrū facilius est, an sermonē de resurrectione suscipere, an E eū quē habēt de fato? Ille iniustitia plenus est, ille ratioe caret, crudelitate abūdat, inhumanitate scatet: iste uerò refertus est iustitia qđ dignū est unicuiq; distribuēs, & tamē ipsum no suscipiūt. In causa uerò est segnities & socordia. Illū alioq nemo q mentē habeat, amplectitur. Etenī & inter Gręcos, q uoluptatē finem esse statuerūt, illi, inquā, eū amplexati sunt, q uerò uirtutem dilexerūt, non item, sed tanquā absurdū reiecerunt. Si uerò apud Græcos hoc est, multò magis ita habet & ī resurrectionis sermone. Cōtemplare mihi uerò è diuerso, qūo duo cōtraria induxerit diabolus. Siquidē ut uirtutis studiū negligerem⁹, necessitatis dogma iduxit, & ut dęmones propēsè coleremus: per duo contraria quoq; persuasit. Quā poterit ergo ratione dare, q rei tam celebri non credit, & illis obtemperat, q nugas istas obtrudunt? Ne te itaq; neq; hoc solatij, mutuat ac foueat, quasi uenia sis adepturus. Colligentes itaq; nosipsos, ad uirtutē excitemus, & uerè deo uiuamus in Christo Iesu domino nostro.

Homilia III.

Vi est imago dei inuisibilis, primogenitus uniuersæ creaturæ, quoniā p illum creata sunt omnia, quæ in cœlis et quæ in terra, uisibilia et inuisibilia, siue throni, siue dominationes siue principatus siue potestates. Oia per illū & in illū creata sunt, & ipse est ante omnia, et omnia in ipso consistunt, & ipse est caput corporis ecclesiæ.

Q Necessariū est, ut debitum hodie reddamus, quod heri ea ratione distuli, ut flagrātes ac uegetas mentes uestras pcellere liceret. De dignitate filij disserens Paulus ista dicit, quemadmodū & demōstrauim⁹. Qui est imago dei inuisibilis. Cuius ergo uis eum imaginē esse? Dei. Est ergo oīno eiusdem excellentię & magnitudinis. Si. n. tanquam hominis imaginē dixit, auersabor eum deinceps, tanquā insanum. Si uero, ut deū ac dei filium, dei imaginem dixit, omnimodam & per oia correspondentem æqualitatē ostēdit. Quāna ratione angelus nusquā uel imago uel filij⁹ dei uocatus est, sed homo utriq;. Quare? quoniā illic qdē naturę sublimias facilè cōplures ī hāc ipietatē cōiecisset. hic uero tenuitas & humilitas securitatē pstat: & ne uolētes qui-

οὐκοῦν ἀπαραλλακτος ὑπερμεγεθης λαγῳω πις δ ἀμφοτερος *legendū uidetur.*

Imago.

G dē tale qd ſuſpicari,ſermonemq; ad humilia appli care pmittit. Quapropter ubi quidē multum erat humilitatis,ibi ſcriptura cōſideter ac ſecure poſuit honorē:ubi uero maior natura, non itē.Imago in uiſibilis & ipſa inuiſibilis,& pariter eodē modo in uiſibilis eſt.Alioqui nō eſſet imago. Imaginē enī, quatenus imago eſt,etiam apud nos, ex oi parte,ei cuius eſt imago,correſpōdentē ac ſimilē eſſe oportet:quemadmodū characterū & ſimilitudinū ratio habet.At hic quidē iſtuc nequaquam poſſibile eſt.Humanū qppe artificiū in multis plerūq; aberrat,imō ubiq;,ſi diligēter excuſſeris.Vbi uero deus eſt,ibi nihil prorſus aberrat,neq; quicquā excidit. Si uero creatura eſt,qūo creatoris eſt imago ? Neq; enim equus hominis eſt imago. Si nō omnimodā & undique indifferētem ęqualitatē,inuiſibilis dei imaginē eſſe declarat: quid prohibebit & angelos eſſe imaginē dei?Nā & ipſi inuiſibiles ſunt: ſed nō ſibiipſis.Quin & aīa inuiſibilis eſt. an ideo mox, qa inuiſibilis eſt,ppea imago dei eſt?At nō quemadmodū ipſe,ita & angeli imagines ſunt. Primoge

H nit⁹ uniuerſę creaturę.Quid igitur,inqs? Ecce creatus eſt.Vnde dic,quæſo? Quoniā primogenitū dixit. Atqui nō dixit primocreatus, ſed primogenit⁹.

πρωτοτοκος ἐστι πασης κτισεως

Sanè conſequens eſſet multa ipſum dici.Nā & fratrē eū in uniuerſum dicere oporteret, & dominiū auferre,& neq; dignitatē neque aliud quidquā attendere.Illud.n.primogenitus,neq; dignitatis, neque honoris,neq; alterius cuiuſquā,niſi ſolius temporis reſpectū habet.Quid ſignificat illud, primogenitus? Creatū eſſe,inqs.Bene.Si hoc eſt, etiā fratres habet. Alioqui uerò primogenitus eiuſdē eſt eſſentiæ cū illis,quorū eſt primogenitus. Dixit enī uniuerſæ creaturæ.Ergo & lapidū, & mens quoq; primogenit⁹ eſt deus uerbū.Prętera dic mihi, qd

Iuſra. c

uult illud,primogenitus ex mortuis?Nūqd, quòd primus reſurrexerit?Nō enim dixit primogenitus mortuorū,ſed primogenitus ex mortuis.Nec dixit quòd primus ſit mortuus, ſed quòd primogenit⁹ ex mortuis reſurrexit.Itaque nihil oſtēdit aliud q̄ quòd primitię reſurrectionis factus ſit⁹. Ergo neq; hic.Deiceps dogma ipſum ingreditur.Eteni ne iu-

I niorē eū eſſe putarent,propterea quòd in ueteri teſtamēto per angelos acceſſus fuerit ad deū,nūc uerò p ipſum,primùm oſtēdit illos nihil potuiſſe. Alioq; nō ex tenebris utiq; iſte eduxiſſet.Deide quòd & ante angelos fuerit.Et hui⁹, nēpe quòd ante eos fuerit,ſignū eſſe facit,quòd per ipſum creati ſunt. Quoniam in ipſo,inquit,creata ſunt oīa. Quid hic dicūt,q Paulo Samoſatęo adhęrēt ? Quę in cœlis, quod cōtrouertebatur,primū poſuit:& quæ in terra.Deinde,uiſibilia,inqt,& inuiſibilia:utpote,anima in cœlo facta eſt,Viſibilia,ut hoies,Elias,Paulus,ſiue throni.Quod qdem confeſſum eſt & indubitatum,omittit:quod uerò in dubiū uocatū,hoc ponit:ſiue throni,inqt,ſiue dominationes,ſiue pricipatus,ſiue poteſtates.Illud,ſiue,totū comprehēdit,ſed ita ut ex maioribus minora declaret.Spūm uerò non ponit cum poteſtatibus.Oīa,inquit,per

Eſſentia, ſubſiſtentia.

ipſum,& in ipſum creata ſunt.Vide illud,i ipſo,idē eſt atq; p ipſum.Cùm .n. dixiſſet,in ipſo, ſubiūxit etiā per ipſum.Quòd uerò dicit,in ipſum, qd eſt ? Hoc ſcilicet,in ipſum,pēdet oīum hypoſtaſis.Non ſolùm ipſe ea ex nihilo ad hoc ut eſſent produxit, ſed & idē ipſe nūc quoq; ea cōſeruat ac tuetur, ita ut ſi ipſius cura deſtituerētur,mox perirēt & corrū K perentur.Sed nō dixit,cōſeruat,qđ craſſius fuiſſet, ſed quod ſubtilius eſt,nēpe quòd oīa in ipſum pēdēt-Duntaxat ad ipſum adnuere & inclinari, ſatis eſt ad conſeruandū & cōſtringendū. Ita & primogenitus,uelut fundamentū eſt.hoc uerò nō eandē cū creaturis eſſentiam,ſed oīa per ipſum eſſe, & in ipſo ferri demōſtrat. Etenim & Paulus cùm dicit, fundamentū poſui, nō de eſſentia, ſed de energia dicit.Etenim ne putes ipſum eſſe miniſtrū,dicit eū oīa conſeruare:id quod non minus eſt, quam oīa condere. Equidem apud nos maius etiā eſt.Nā illud artificiū inducit,iſtud uerò nō itē,neq; qđ corruptibile eſt cōtinet.Et ipſe eſt,inqt,ante oīa. hoc deo cōgruit.Vbi eſt Paulus Samoſatæus? Et oīa in ipſo cōſiſtunt:hoc eſt,in ipſum creata ſunt. Contiuuē eadē uerſat,aſſiduitate uerborū,quaſi creberrimis qbuſdam plagis,perniciosum illud dogmaradicitus extirpās.Si enim licet tāta dicta ſint,poſt tantū tamē tēpus Paulus Samoſatæus prodijt:quā to magis ſi iſta prędicta nō fuiſſent?Et oīa,inqt,in

L ipſo cōſiſtunt.Quo cōſiſtebant olim in ipſo,cùm ut uolunt,nō eſſet?Itaque etiam q̄ per angelos adminiſtrata ſunt,ipſius ſunt.Et ipſe eſt caput corporis eccleſiæ,prius loquutus de dignitate, deinceps agit de benignitate.Et nō dixit,plenitudinis,idem qdē ipſum declarās, uolēs tamē eū nobis familiariorē oſtēdere ex eo quòd adeō ſublimis,& oībus ſuperior,infimis ſeipſum cōiunxit.Vbiq; enim primus ac ſupremus eſt.In eccleſia primus. Caput nā que eſt,in reſurrectione primus:hoc eſt,ut ſit ipſe, primas tenēs. Itaq; & in Geneſi prim⁹. Atq; hoc potiſſimū eſt qđ Paulus diligēter oſtēdere conatur.Si .n.hoc probè effectū fuerit,& probatum,uidelicet quòd ante omnes angelos fuerit, etiā illud ſimul cōſequetur,quòd q̄ p angelos effecta ſunt, ipſe imperādo effecerit.Et qđ mirabile eſt, i poſteriore natiuitate contendit ipſum oſtendere primū.Quanquam alibi Adā primum eſſe dicit,quemadmodū & prim⁹ eſt.Sed eccleſiā pro uniuerſo hominū genere accepit. Nam eccleſiæ primus eſt,& hominū qdem,quemadmodum creaturæ, iuxta carnē pri-

M mus eſt.Atque ideo hic primogenitū ponit. Quid eſt hic primogenitus? Qui primus creatus eſt,aut q ante omnes reſurrexit.Quemadmodū & illic, qui ante omnes eſt,ita & hic primitias poſuit,dicens:

Qui eſt primitiæ primogenitus ex mortuis, ut ſit in oibus ipſe primas tenens. Oſtendens & alios tales eſſe. Illic uerò non dicit,primitiæ creaturæ. Atq; illic quidē cùm pmiſiſſet, qui eſt imago dei inuiſibilis, tunc quoq; ſubiūxit,primogenitus uniuerſæ creaturę.

Quoniā in illo complacitū eſt patri uniuerſum plenitudinē inhabitare,et per eū reconciliare cūcta in ipſum, pacificatis per ſanguinem crucis eius ſiue quæ ſup terrā ſunt ,ſiue quæ in cœlis. Quæcūque patris ſunt, inquit,ea ſunt & filij:idq; maiore cū diligentia.Nā & mortuus eſt, & ſeipſum nobis coadunauit.Primitias uerò dixit,tā quam de fructu quodā.Nō dixit,reſurrectionem, ſed primitias,declarās quòd nos omnes ſanctificauerit, & uelut hoſtiam obtulerit. Quòd plenitudinem dicit,quidā de plenitudine diuinitatis intelli

Ioan. 1.b

gunt.Quemadmodū Ioannes dixit, De plenitudine eius nos omnes accepimus:hoc eſt, ſiqd erat filius,uerbum illic habitauit,non energia quędam, ſed eſſentia.Non poteſt aliquam dare cauſam,niſi

Luc.2.b

uoluntatem

ὁμοούσιον τῶν ὅλων

Eſſicatia.

οὐσίας.

A uoluntatem dei. Nā hoc eſt,quod dicit,quoniā in illo complacitū eſt patri. Et p eum reconciliare oīa in ipſum.Ne putes eum cōditionem ac locum miniſtri ſuſcepiſſe,in ipſum, inquit. Atqui alibi dicit,

2.Co.5.d quòd deo reconciliarit oīa,quemadmodum in epīa ad Corinthios ſcribens,dixit.Et bene dixit, p eum reconciliare.Erant.n.iam conciliati.Sed pfectè reconciliauit,ita ut non amplius inimicaretur,illi in quit.Quo ? Non.n.conciliatio duntaxat data eſt, ſed & modus conciliationis. Pacificatis per ſanguinem crucis eius,inqt,ſiue q̄ in terra, ſiue q̄ in cœlis.Magnum qdem eſt conciliari: qđ uerò hoc per ipſum factū eſt, maius eſt. Atq; hoc quoq; ipſo maius eſt iſtud,quod p ſanguinē eius factū eſt, & nō ſimplr per ſanguinem,ſed qđ amplius etiā eſt p crucem.Itaq; quinq; ſunt hic pcipua & admiranda. Deo reconciliatur,p ſeipſum,p mortem, p crucē.Pacē,qūo rurſus illa commiſcuit. Etenim ne putares unum eſſe, neque crucē aliqđ eſſe iuxta ſeipſam, p

B ſeipſum dicit. Qūo perpendit hoc magnum eſſe, quod non uerba profundens,ſed ſeipſum pro reconciliatione tradens,ita oīa pfecit ? Quid uero eſt, ſiue q̄ in cœlis?Ea nanque,ſiue q̄ in terra,non immerito dicit.Siqdem illa inimicitia referta,& in multa diſcerpta erant.Et cōtra ſeipſum quiſque noſtrum diſſidebat,& cōtra alios. Quæ uero in cœlis ſunt, qūo ea pacificauit? an & illic bellū erat & pugna?

Mat. 6.b Et qūo oramus dicētes, Fiat uoluntas tua queadmodum in cœlo,ita & in terra? Quid eſt ergo? Diſſidebat a cœlo terra,hoſtiliter aduerſabantur hoib⁹

Ephe.1.b angeli,dominū ſuum contēni uidētes.Vt ſummatim,inqt,reſtauraret oīa in Chriſto, tā q̄ in cœlis q̄ q̄ in terra,Qūo,illa qdem q̄ in cœlis? Tranſtulit illuc hoiem,reſtituit illis inimicū adeo exoſum. Nō ſolùm quæ in terris ſunt pacificauit,ſed reduxit ad eos ipſum inimicū & hoſtē.Ea demū profunda ac ſolida pax eſt.Angeli deinceps in terra rurſus apparent;quādoqdem & hō in cœlo cōparuit. Videtur autē mihi raptus Pauli huius gratia factus eſſe, uidelicet ut oſtēderetur & filiū illuc eſſe ſuſceptū.Nā

C in terra qdem duplici noie pax eſt,& cum cœleſtibus,& erga ſeipſam. In cœlis uerò ſimplr.Si.n.ſup

Luc. 15.b uno peccatore reſipiſcente gaudent angeli, multo magis ſup tot ac tantis. Hæc oīa uirtus dei effecit. Quid ergo in angelos fiduciā collocatis,inqt? Tantum.n.abſunt illi ab eo ut uos recōciliarent,ut uobis magis infenſi hoſtes fuerint. Niſi deus uos illis conciliaſſet,utiq; pacificati nō fuiſſetis. Quid itaq; ad illos accurritis?Vis diſcere quanto odio fuerint aduerſum uos angeli, & qūo nos ſemper auerſati ſint? Ad ſupplicium mittebātur contra Iſraelitas, contra Dauidem,cōtra Sodomitas,in uallē fletus. At nunc nō ita,ſed è diuerſo in terra cecinerunt uehementer gaudentes. Et iſtos deduxit ad hoies, & hoies reduxit atque euexit in cœlū ad ipſos.Et cōtemplare mihi paradoxō. Angelos primum deduxit ad nos,& tūc hoiem euexit ad ipſos. Cœlū terra facta eſt,quādoqdem futurum iā erat, ut q̄ terrę eſſent cœlum ſuſciperet.Propterea gratias agentes dicimus,Gloria in altiſſimis deo, & in terra pax,in

Lucæ.2.b hoibus bona uolūtas. Ecce,inquit, & hoies deinceps apparuerunt, comiter ac placidè ſe habentes. Quid eſt bona uolūtas?cōciliatio.Non.n.amplius

interſtitium eſt cœlū.Primùm iuxta numerū Gen D tium erāt angeli,nūc uerò non ſecundū numerum Gentium,ſed ſecundū numerum fideliū. Vnde liquet?Audi Chriſtū dicentem:Videte,inqt,ne con-

Mat.18 b temnatis unū ex puulis iſtis. Nā angeli eorū ſemp uident faciē patris mei,q̄ in cœlis eſt.Etenim unuſquiſque credētium angelum hēt.Nam & ab initio quiſq; uirorum celebrium ac probatorū angelum habebat,quēadmodum Iacob dicit,angelus q pa-

Ge. 48.c ſcit me,& q liberauit me à iuuētute mea.Si ergo angelos habemus,ſobrij ſimus,tanq; ſi pædagogi qdā nobis adeſſent.Adeſt nanq; & dæmo.Propterea oramus ac dicimus,petētes angelū pacis. Et ubique pacē petimus.Nihil.n.illi adęquari pōt,in eccleſijs

Reſpicit ad notā quādā ecclęſiæ ſuæ pcationē. pacem,in pcationibus,in ſupplicationibus,in pſationibus,& ſemel,atq; iterū,ac tertio,& ſæpe eādē, qui eccliæ pēſt,impertit dicens,pax uobis. Quamobrem? Quoniā ipſa mater eſt bonorū oīum, ipſa cauſa eſt,& materia gaudij.Quapp & Chriſtus apoſtolis domos ingredientibus hoc ſtatim dicere præ

Mat.10.b & Luc. 10.a cepit,tanq; ſymbolum quoddā bonorum. Cum intrabitis,inquit,in domos,dicite:pax uobis.Nā iſta non exiſtente,oīa irrita ſunt.Et Chriſtus diſcipulis dixit,Pacē relinquo uobis, pacē meam do uobis. E

Ioā.14. b Bonū pacis. Ipſa dilectioni uiam parat. Et nō dicit eccliæ ſſul⁹, pax uobis,ſimplr,ſed pax oibus. Quid.n.ſi cū iſto quidem pacem habuerimus, cum altero uero bellum ac pugnam ? Quid hoc profuerit? Neque.n.in corpore,ſi quædam ex elementis bene qdem & pacifice habeant,reliqua uerò diſſideant,ſanitatē unquam cōſiſtere poſſibile fuerit,ſed illa conſiſtet ex oīmoda oium moderatione,conſonantia, & pace. Et niſi oīa quiete ac bene habeant,atque in terminis ſuis pſcriptoq; maneant,oīa ſubuertētur. Et in aio noſtro,niſi oēs cogitationes ſedatæ ſint ac quietæ,pax non erit. Tantum bonū eſt pax,ut filij dei

Matt.5.a uocentur,q̄ ipſam efficiunt & conſtituunt.Meritò. Nam & filius dei ad hoc in terram uenit,ut quæ in terra ſunt,& q̄ in cœlis pacificaret. Si uerò pacifici filij dei ſunt,q nouādis rebus ſtudentes diſſidia faciunt,filij ſiunt diaboli.Quid dicis?Cōtentiones & pugnas inijcis?Et qs adeò miſer & infelix eſt, inqs? Complures ſunt,q gaudēt in malis,& corpus Chriſti diuellunt magis q̄ milites,q lancea illud incidebant:aut q̄ ſudęi,qui clauis perforabant.Minus illud malum erat q̄ iſtud.Membra illa q̄ tum interci

Diuulſores corpis Chriſti. debantur,denuò coadunata ſunt. Iſta uerò auulſa niſi hic iterū coniungātur, nunq; coniungētur amplius,ſed manebunt extra corpus. Quādo fratrem impugnare uis,cogita te mēbra Chriſti impugnaturum,& ceſſabis ab iſania. Quid.n.quòd abiect⁹

Mat.18.b eſt,quod tenuis ? Quid quòd cōtęptibilis?Ita nō eſt uolūtas,inqt,corā patre meo,ut pereat unus ex paruulis iſtis.Et iterum Angeli eorū ſemp uidēt faciem patris mei q̄ in cœlis eſt. Propter ipſum deus

Ibidem. & ſeruus factus & occiſus:tu uero nihil eū eſſe ducis?Itaq; ēt hoc pacto deo repugnas,quòd cōtrariū aduerſus eum iudiciū profers. Mox atq; pſul eccleſiæ ingreditur,dicit,pax oibus: quando conciona tur,pax oibus:quando benedicit,pax oibus:quando ſalutem optare iubet,pax,inquit,oibus: quādo ſacrificiū abſoluitur, pax oibus:& interea rurſus, gratia uobis & pax. Quo ergo abſurdū nō eſt, qđ cùm toties pacē habendā nobis audiamus, nihilo minus hoſtiliter inuicē alius alium impugnamus?

οἱ νεωτεροποιοὶ υἱοὶ βελιάλ

F

Universidad de Deusto Biblioteca

G Accipientes pacẽ & reddẽtes, ei qui pacem affert inimicamur? Dicis,& ſpiritui tuo, & extra eccliã illum traducis? Heu me, quæ ueneranda in eccl'ia, & ſuſpiciẽda ſunt, ſchemata rerũ dũtaxat facta ſunt, & nulla prorſus adeſt ueritas. Heu me, exercitus huius ſymbola in uerbis dũtaxat cõſiſtunt, unde & ignoratis, qua rõne dicatur, pax oibus. Sed audite, q̃ poſt iſta Xps dicat: In quamcũque uerò ciuitate aut uicum fueritis ingreſsi, cùm domũ intrabitis, ſalutate illã: & ſi qdem fuerit domus digna, ueniat pax ſup illã. Si uerò digna nõ fuerit, pax ueſtra ad uos reuertatur. Propterea ignorãtes ſumus, quoniã iſta uerborum typum eſſe putamus, licet nec animum aduertamus. Num ego pacem do? Xps per nos loqui diguatur. Etiam ſi reliquo tpe omni gratia uacui ſumus, non tamen nunc illa uacui ſumus, pp uos. Si.n. in aſino & in diuinatore operata eſt gratia dei pp diſpenſationem & utilitatem Iſraelitarum, manifeſtum eſt, quòd neq; in nobis opari detrectabit, ſed & hoc facere ſuſtinebit pp uos. Nemo itaq; dicat tenuẽ eſſe me & humilem, & nulla rõne dignum. Vel ſic me obſeruato. Sum.n. talis. Sed ꝑpetuus dei mos eſt multorum gratia etiam talibus ſeſe applicare. Et ut hoc diſcatis, ad Cain loqui dignatus eſt pp Abel, diabolo pp Iob, Pharaoni pp Ioſeph, Nabuchodonoſor pp Danielem, Balthaſaro pp eundem. Et magi quoque reuelationem conſequuti ſunt, & Caiaphas cùm eſſet occiſor Xpi, & indignus, prophetauit, pp ſacerdotij dignitatem. Dicitur & Aarõ hui⁹ gratia lepra nõ eſſe correptus. Nã dic qſo, qua ratione, cũ utriq; Moyſi obloquuti eſſent, Maria ſola pœnas dedit? Nec mireris. Si.n. in externis ac mũdanis dignitatib⁹, ẽt ſi mille modis quis q̃ incuſetur, non tamen primum ad iudicium ducitur, niſi prius principatũ depoſuerit, ne ille cũ ipſo opprobrijs pateat: multò magis in platura ſpuali, quiſquis tandem ille ſit qui eam gerit, operatur gratia dei. Alioqui oia perierint. Quando uerò illã depoſuerit, ſiue morte, ſiue ẽt in hac uita, tũc ſanè, tũc eo grauiore ſupplicio punietur, ne opus ſit iſta à nobis dici. Gratia dei eſt, ẽt q̃ in indigno operatur, non pp nos, ſed pp uos. Audite ergo quid dicat Xps: Si fuerit domus illa digna, ueniat pax ueſtra ſuper eam. Quo uero digna ſit? Si receperint uos, inquit. Si uero uos non receperint, neq; ſermonem ueſtrum audierint, amen dico uobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhę in die iudicij, q̃ ciuitati illi. Quæ ergo utilitas erit, ſi receperitis nos, & q̃ à nobis dicuntur non audieritis? Quid profuerit, ſi colueritis nos, & q̃ uobis dicuntur non attẽderitis? Is demũ honor noſter eſt, is cultus celebris qui & nobis utilis erit & uobis, ſi nos audieritis. Audite & Paulũ dicentẽ: Neſciebã frẽs, quòd princeps eſſet ſacerdotũ. Audi quoq; qd Xps dicat: Quæcũque iuſſerint ut ſeruetis, ſeruate & facite. Non me contẽnis, ſed ipm ſacerdotium. Siquando uideris ſacerdotio exutũ, tunc contẽne, tunc neq; ego ꝑcipere potero. Quouſq; uerò i hac ſede conſtituti ſumus, quouſq; ꝑſidemiam hẽmus, habemus & dignitatem & ptãtem, licèt indigni ſimus. Si Moyſis ſedes adeò ueneranda fuit, ut pp ipſam audire oportuerit ſacerdotem, multò magis ſedes Xpi. Illam nos ſuſcepimus, ab illa loquimur, ex quo & Xps miniſterium reconciliationis in nos poſuit. Legati qualeſcunq; tandem ſint, pp legationis

Nota.

Matt. 10. b

Nu. 22. e

Gratia dei ẽt per malos operare.

H

Ioan. 10. f

Cur Aarõ nõ ſit lep percuſſus ut Maria.

I

Matt. 10. b

& Luc. 10. a

Ibidem.

Act. 23. a

Mat. 23. a

prærogatiuam multo potiuntur honore. Nã uide, K in mediã Barbarorũ terram, inter tot hoſtes, ſoli igrediũtur, & quoniã plurimũ ualet legationis lex, oẽs eos honorant, oẽs in eos intendunt, oẽs cum fiducia & liberè dimittunt. Iam & nos legationis ſermonem accepimus, & uenimus à deo. Hoc.n. eſt ẽpatus dignitas. Venimus ad uos, legatione fungẽtes, ac poſtulantes ut bellũ diſſoluatur, & dicimus quorũ gratia adſimus non ciuitates promittẽtes, neq; tritici tot aut tantos modios, neq; mancipia, neq; aurũ, ſed regnum cœlorum, uitã æternã, conuerſationẽ ac preſentiam cum Xpo, & alia bona q̃ nec nobis dictu, nec uobis auditu poſsibilia ſunt, donec in hac carne, & in hac præſenti uita ſumus. Legatione itaq; ungimur. Honore uero potiri uolumus nõ pp nos, abſit: ſcimus.n. ipſius uilitatẽ, ſed pp uos, ut q̃ à nobis dicuntur eò diligẽtius audiatis, ut uos emolumentum capiatis, ne ſocorditer ac negligẽter q̃ dicũtur attendatis. Nõ uidetis legatos quo eos amplectamur oẽs? Nos dei legati ſum⁹ ad hoies. Si uero uendicauerimus nobis iſtud, nõ nos, ſed ipſe ẽpatus hoc potuit, non quiuis, ſed eps. L Nemo me audiat, ſed dignitatem ipſam. Omnia itaq; iuxta qd deo probatur, faciamus, ut ad gl'iam eius uiuamus, & bonis q̃ diligentibus eũ promiſſa ſunt, digni reddamur, gratia & benignitate &c.

Homilia IIII.

T uos, qui quõdã eratis inimici & abalienati mẽte in opibus malis, nũc tamen recõciliauit in corpore carnis ſuæ per mortem ut exhiberet uos ſẽtos & irreprehenſibiles & inculpatos in conſpectu ſuo.

Oſtendit hic quòd & eos cõciliarit, qui cõciliatione digni nõ erãt. Nã eo qdẽ quòd dixit eos ſub poteſtate tenebrarũ fuiſſe, calamitatẽ demõſtrat, in q̃ fuerant. Sed ne cùm ptãtem tenebrarum audis, neceſsitatem quandam putes, ſubiungit: Et uos qui quondã eratis abalienati. Videtur itaq; idẽ qdem, dicere, ſed non eſt idem. Non.n. eiuſdem rõnis eſt, eũ liberare à malis qui neceſsitate mala ferre cogimur, & eũ q uoluntariè mala patitur. Nã ille cõmiſeratione qdem dignus eſt, iſte uerò odio. Verũtamẽ uos, inqt, neq; inuitos, neq; coactos: ſed ſponte neos, & uoluntariè ab ipſõ reſiliẽtes atq; adeò & cõ- M ciliatione indignos liberauit. Et quoniã eorũ meminerat q̃ in cœlis ſunt, declarat oẽm inimicitiam hinc à nobis, & nõ illinc ab ipſis ortum ſuum habuiſſe. Nã illi iam olim cõciliationẽ uolebãt, iqt, & deus quoq; ipſe, uos aũt nolebatis. Et omo declarat angelos anterioribus tpibus nihil potuiſſe, eò quòd inimici mãſerint, nec pſuadere potuerint, nec pſuaſos à diabolo liberare. Neq; n. ẽt ſi pſuaſiſſent, aliqd profuiſſet, nõ ligato eo qui captiuos detinebat, neq; ſi illũ ligaſſent, captiuis reuerti nolẽtibus, ſed utriſq; opus erat, quorũ quidem illi nihil, Xps uerò omnia perfecit. Itaque admirabilius eſt, quòd nolentibus perſuaſit, q̃ quòd à morte abſoluit. Nã illud qdẽ totũ ipſius erat, & ipſe ſolus hoc poterat: hoc uerò nõ ſolùm ipſe, ſed & nos. Ea uerò facilius pficimus, quod in ſola noſtra ptãte eſt. Hoc itaque tanq̃ maius poſtremò ponit. Et non ſimplr, inqt, inimici eratis, ſed & abalienati: id qd magnæ erat inimicitiæ. Neque abalienati ſolũ, ſed neq; aliquẽ regreſsũ, uel ſuſpicãtes. Et inimici, inqt, mẽte. Deide nec i uolũtate dũtaxat ſubſtitit abalienatio. Sed quouſq;? Et i opib⁹ malis, iqt. Et inimici

A eratis, & quæ inimicorum erãt, operabimini. Nunc uerò reconciliauit in corpore carnis ſuæ p mortẽ, ut exhiberet uos ſanctos, & irreprehẽſibiles, & inculpatos in cõſpectu ſuo. Rurſus & modũ recõciliationis ponit, addẽs in corpore quòd nõ ſimpliciter pcuſſus, aut flagellatus, aut terreno quodã pcio, ſed morte turpiſsima mortuus reconciliauerit. Iterũ crucis meminit, & aliud rurſus beneficiũ
2. Cor. 3. b inducit. Nõ.n. dũtaxat liberauit: ſed quòd ſuprà dixerat, q idoneos nos fecit, id hic quoq; innuit. Per mortẽ, inqt, ei⁹, ut exhiberet uos ſanctos & irreprehẽſibiles, & inculpatos in cõſpectu ſuo. Nõ.n. peccatis ſolũ liberauit, ſed & celebres, & illuſtres reddidit. Tãta qppe nõ hac ſolũ ratione paſſus eſt, ut malis liberaret, ſed ut primas ẽt conſequeremur.

Quẽadmodũ ſi qs condemnatũ nõ ſolùm ſupplicio liberaret, ſed & in honorẽ eueheret. Et in ordinẽ cõſtituit eorũ q nõ deliquerũt, imo nõ illorum ſolũ, ſed & eorũ q maxima bona pſtiterũt ac patratunt. Et ſanè magnũ eſt quòd ſanctimoniam quæ
B patam. Reprehẽſionis intẽtionem habet, qd dicit, & inculpatos. Hoc erit quãdo ſcilicet neq; qd condemnari, neq; qd criminari poterit, cõmiſſum à nobis fuerit. Sed quoniã totum poſuit qd Chriſti eſt, qd p mortem iſta perfecerit: qd ergo dicit ad nos? Nihil nobis preſtandum eſt? Propterea ſubiunxit: *Siquidem pmanſeritis fide fundati ac ſtabiles, et nõ dimoti à ſpe euangelij.* Ignauiã ac deſidiam ipſorũ hic amputat: Et non ſimpliciter dixit: permãſeritis. Poteſt .n. fieri ut permaneat etiã q fluctuat ac diſſidet. Poteſt ſtare & manere quoq; qui uagatur & errat: ſed, ſiqdẽ permanſeritis fundati, inqt, ac ſtabiles & nõ dimoti. Papę, quãta cõuerſione & ſolertia utitur? Nõ ſolùm nõ fluctuãtes, inqt, ſed neq; aliquouſque dimoti. Et uide. Nihil haẽten⁹ oneroſum ponit aut laborioſum, niſi fidẽ ac ſpẽ: quaſi dicat, pmanete credẽtes, quoniã certa eſt ac uerax futurorũ ſpes. Nã hic qdẽ poſsibile eſt: in uirtutis aũt ſtudio fieri neqt, quo minus uel modicè quis fluctuet ac dimoueatur. Ita nõ eſt oneroſum qd ponit. A ſpe, iqt, euãgelij. *Quod audiſtis, quod prædicatum eſt in uniuerſa creatura, quæ ſub cælo eſt.* Quid eſt aũt ſpes euãgelij aliud
C niſi Chriſtus? Ipſe.n. & pax noſtra, & qui oia iſta pfecit. Itaque qui alijs illam adſcribit, dimotus eſt. Nam oia perdidit, niſi in Chriſtum crediderit. Qd audiſtis, inqt. Rurſus eos ipſos teſtes aſſumit, deide orbẽ uniuerſum. Nõ dicit qd prædicatur, ſed quod creditum eſt, & ꝑdicatum: id qd & initio fecit, ex multorum teſtimonio & iſtos confirmare uolens. *Cuius factus ſum ego Paulus miniſter.* Et hoc ad gratiatẽ fide dignã conciliandũ facit. Ego, inquit, Paulus miniſter. Magna erat ipſi⁹ authoritas, ubiq; ſub inde celebrati, & totius orbis doctoris exiſtentis.

Nũc gaudeo in adflictionibus meis pro uobis, et ſuppleo qđ deerat adflictionũ Chriſti in carne mea pro corpore ipſius qđ eſt eccleſia. Et qũo iſta priorib⁹ cohęrẽt? Videtur .n. diſtracta. Verũm multũ habent rationis & ordinis. Cuius ſum, miniſter pro eo dixit, nihil à me ipſo adfero, ſed q̃ alterius ſunt, adnũcio. Ita credo, ut pro eo & patiar. Et nõ ſolũ patiar, ſed & cũ gaudio patiar ad futurorũ ſpẽ proſpiciẽs. Et patior nõ pro meipſo, ſed pro uobis. Et ſuppleo, inqt, qđ deerat adflictionum Chriſti, in carne mea. Videtur qdem magnũ eſſe qd dixit. At nõ eſt ex arrogãtia, abſit:

ſed ex magno amore erga Chriſtum. Non enĩ uult D ſuas eſſe adflictiones, ſed Chriſti, & hos illi appropiare. Et q̃ ego patior, inquit, pp illũ patior. Itaque non mihi, ſed illi gratiã referre debetis. Quẽadmodum ſiqs ad aliũ quempiam mitteret, rogaretq; dicẽs, Obſecro te, uade ad illũ meo nomine: is deide diceret pp eum qui me miſit, iſta facio. Itaque non erubeſcit etiã iſtas adflictiones Chriſti dicere. Non .n. dũtaxat mortuus eſt pro uobis, inquit, ſed & ꝑterq̃ quòd mortuus eſt: paratus eſt etiã adfligi pp uos. Hoc contendit & urſit ut oſtendat Chriſtum etiam nunc periclitantem pro eccleſia, per propriũ corpus. Inuehitur autem contra illos: quaſi dicat, non per nos recõciliamini deo, ſed per Chriſtum, etiam ſi nos iſta faciamus. Non.n. proprium opus noſtrũ ſuſcepimus, ſed illius. Atq; hoc peride eſt, ac ſi exercitus quiſquã ducẽ protectorẽ nactus, in bel lo pſiſteret, atq; illo deinde abeunte ſecũdarũ partiũ dux uulnera eius in ſe trãsferret & ſubiret, quouſq; bellũ dirimeretur. Deinde quòd & pp ipſum iſta faciat, audi: Pro corpore, inquit, eius. Aut hoc uult dicere, nõ uobis gratificamur, ſed Chriſto. Nã E q̃ illũ oportebat pati, ego pro ipſo patior. Vide quãta nã agat. Oſtẽdit multã amoris uim. Quẽadmodũ in ſecũda ad Corinthios epiſtola ſcribẽs dixit:
2. Cor. 5. d Impoſuit nobis miniſteriũ recõciliationis. Et iterũ: Pro Chriſto legatione fungimur, tanquam deo
Ibidem. obſecrãte p nos, iſtuc & hic dicit: Pro ipſo patior, ut hoc magis eos alliciat: quaſi dicat, ẽt ſi q uobis debet, abſceſsit: ego tamẽ reddo. Nã hac ratione & dixit, qđ deerat, adflictionũ Chriſti, ut declararet ſe nõ totũ ſibijpſi adſcribere. Nondum, inquit, oia paſſus eſt pro uobis, ẽt poſt mortẽ patitur, ſiqdem adhuc reliqua q̃dam manſerunt. Hoc etiã in ea quę ad Romanos eſt, aliter qdem facit dicẽs, Qui & in- *Rom. 8. e* terpellat pro nobis: declarãs quòd non mors ſola ſuffecerit, ſed & poſtea innumera faciat. Nõ igitur ſeipſum extollere uult cũ iſta dicit, ſed oſtendere Chriſtũ etiamnũ eorũ habere curã. Sermonẽ aũt hoc fide dignũ eſſe oſtẽdit, quòd ſubiũgit, pro corpore eius. Quòd aũt ita habeat, & nihil idecẽs hic ſit, ex eo liquet, quòd iſta pro corpore eius fiũt. Vi de qũo nos ſibijpſi coniunxerit. Quid igitur ange- F los mediationis gratia ſuperiducitis, cuius ego miniſter ſum, inqt? Quid alios nuncios infertis? Ego ſum miniſter. Deinde oſtẽdit, quòd ipſe nihil fecerit, eò quod miniſter ſit. *Cuius ego factus ſum*, inqt, *miniſter, iuxta diſpẽſationẽ dei q̃ data eſt mihi in uos implẽdi ſermonẽ dei.* Iuxta diſpenſationẽ. Aut hoc ſanè dicit: Quoniã ita cũ diſcederet, uoluit ut nos diſpẽſationẽ iſtam ſuſciperemus, ne tanquã neglectos ac deſertos uos putaretis. Ipſe.n. eſt qui patitur, ipſe q legatione fungitur. Aut certè dicit: Quoniam me potiſsimum oĩum perſequutorẽ, hac ratione perſequi permiſit, ut fide dignus eſſem ꝑdicator. Vel diſpenſationem dicit, quoniã nõ opera quæſiuit, neq; actiones, neq; uirtutum facta, ſed fidẽ & baptiſma. Nam alioq ſermonẽ non accepiſſetis. In uos, inqt, implendi ſermonẽ dei. De Gẽtibus dicit, oſtendẽs eos adhuc fluctuãtes, ex eo quòd dicit, implẽdi ſermonem dei. Vt.n. humiles & proiectę Gentes tantã dogmatum ſublimitatẽ capere poſſent, non erat Pauli, ſed diſpenſationis dei: nam ego, inqt, alioqui non potuiſſem. Poſtq̃ quod maius erat declarauit, nempe adflictiones ſuas eſſe Chriſti, tũc demũ qd

G clarius est,inducit.Quoniã & hoc dei est,inqt, implere sermonem in uos. Non autẽ apertè hic illud ostendit.Etenim & hoc dispensationis est,ut nunc dicatur,quod quidem audire potestis.Verùm non negligẽter,sed ut capaces reddamini. Nõ.n.subitò deus oia facit,sed utitur accõmodatione,pp multã suam benignitatẽ. Atq; hoc in causa est,cur non olim,sed nunc aduenerit Christus. Et in euangelio hoc declarat,quòd huius gratia seruos primũ miserit,ne in necẽ filij incideret.Si enim neq; post seruos aduentẽtẽ filiũ reueriti sunt,multo minus eũ ante illos reueriti fuissent.Si minora mãdata nõ audierunt,qõ maiora audissent ? Quid igitur iquis, an non & nunc quoq; Iudæi pariter & Gentes ineptiores sunt,& minus ad ueritatẽ affecti?Hoc iam ex nimia fit negligẽtia & socordia.Quòd.n.post tã tum temporis, post tantas disciplinas prophani & inepti adhuc manẽt,multę segnitiei est.Quãdo ergo Gẽtes dicunt,quãobrem nũc demũ uenit Christus,nõ permittamus hoc eos dicere:sed rogemus, an nõ ad qđ uenit,pfecerit.Quemadmodum enim etiam si mox ab initio uenisset,nõ tamen rẽ ipsam exequutus esset,nõ suffeciſſet nobis ad defensionẽ tpis maturitas,ita quoniam oia exequutus est non erimus obligati,ut tpis rationes demus. Neque.n. à medico quisq; sanitatis rationẽ exiget, si morbũ dispulerit,& ægrotum ad sanitatem reduxerit,neq; à duce exquiret,si uicerit,cur uel hoc tempore, uel hoc loco uicerit. Nam ista qui negotium non perfecit,rogãdus est.Qui uerò oia bene exequut⁹ est, probari commendariq; debet.Vtra.n.dic quæso,fi de dignior est, ratiocinatio & sycophãtia tua,an ipsa negotij cõsummatio? uicerit aut nõ uicerit, hoc proba,pualuerit,uel nõ pualuerit, ad finẽ quæ dixit,pduxerit,an minus. Istę sunt exquirendę rationes.Dic quęso : Deum esse oino confiteris etiam si Christũ minus?Rogo te, estne deus sine principio ? Prorsus,dices.Dic ergo mihi: Quamobrẽ hoies nõ ante decem annorum milia fecit?Nam ita plus temporis uixissent.Si.n.bonũ est esse, multò magis bonum est diutius esse. Nunc uerò tãti tpis damno affecti sunt,quanto non fuerunt. Verùm nullo tpis damno affecti sunt. Qũo autem,nouit ipse qui eos fecit.Rursus te rogo:Quare nõ oẽs simul fecit, sed huius qdem aia, qui primùm factus est, tot annos existẽs habet,altera uerò illis caret nondũ facta ? Quare hũc primũ,alterũ uerò postremò fecit,& in hũc mundũ induxit ? Et talia re uera digna sunt q̃ q̃rantur,sed nõ q̃ curiosè indagẽtur. Nã istuc neq; quærere est.Ego quippe dicam causam, quã qdem & dixi.Suppone uero, mihi humanã naturã tãquã ætatem quãdam esse,& primis quidem tpibus statum adolescentis habere genus nostrum, illis uerò q̃ proximè subsequuta sunt,iuuenis,senectute deide uicinis senis. Postea cũ aius maturus factus est membris corporis subactis,belloq; soluto,tunc ad philosophiam ducti sumus.Atqui cõtrariũ uerum est,inquis Adolescentẽ docemus. At non sublimia dogmata,sed rhetoricã, sed grauitatem sermonũ. Ista quidem,quando uegetus ac flagrans est aius. Vide qũo & deus istud cum Iudæis fecerit.Etenim qũo pueris solet prẽfici literator,ita Iudęis Moysen præposuit.Et is quæ pueris solent,illis fecit,adumbrans ac pingens ut nos solemus, elementa . Nam umbrã,inquit,futurorum bonorũ lex habẽs , non ipsam imaginem rerũ.Quemadmodum pueris placẽtas emimus,& pecuniã damus,unũ hoc ab ipsis exigentes interea in disciplinam ut eant:ita & deus tum fecit,& diuitias dedit & delicias, unũ ab ipsis dũtaxat p multã remissionem & indulgentiã mercatus,Moysen ut audirẽt.Propterea tradidit eos p̃ceptori, ne se tãquam beneuolum & indulgentem patrem contemnerent. Et uide qũo illum solũ reueriti sint.Non.n.dicebãt,ubi est deus? sed,ubi est Moyses:Et p̃sens duntaxat terribilis illis erat. Quã do igitur malã quicq̃ patrabant , uide qũo eos puniebat.Nam deus quidẽ eos abdicare uolebat,ipse uero nõ pmittebat.Immo uero totũ dei opus tum illis erat instar patris minitãtis:Moyses uerò instar p̃ceptoris detrectantis ac dicẽtis:Permitte illos mihi,ex quo nũc eos recipio. Ita locus disciplinę facta est eremus.Et quemadmodũ pueri cùm aliquã diu in exercitij loco detinẽtur, secedere cupiũt:ita & illi tũ ppetuo ī Aegyptũ reuerti quęrebãt ac plorabãt dicentes,Perijmus,cõsumpti umus, sine omni cura malè perditi sumus. Et tabulã ipsorũ contriuit Moyses,in qua illis ueluti nomina q̃dam addiscenda conscripserat, id qđ & p̃ceptor facere solet:cùm acceptã tabulã malè scriptam uidens,proijcit , multum iræ hoc pacto ostẽdere uolens , & si fracta quoq; fuerit,nõ tamen hinc irascitur pater.
Nam ille qdem diligenter scribẽdo incubuerat,illi uero nõ in ipsum attendentes, sed alio auersi petulãter se hẽbãt . Et quẽadmodũ in schola alius aliũ petit,ita & tũc pmittebat Moyses ut alius aliũ p̃cuteret & occideret.Et rursus qũo p̃ceptor addiscenda quædam tradens , deinde qũo didicerint exigens,si lusam uiderit operam,punit & castigat: ita & Moyses fecit,utpote scripta diuinam potentiã indicantia illis exhibens.An ea quæ in Aegypto dedit?Etiam.Sed illa scripta plagas demonstrabant, nempe quod inimicos puniret, erãtq; illis instar disciplinę.Quid.n.aliud erat supplicium de inimicis sumptum,q̃ uestrum beneficium?Alioqui uerò uobis benefaciebat.Atque hic perinde factum est,atque si puer cũ elemẽta se probè cognoscere dicit, sparsim illa extra ordinem rogatus deprehenditur ignorare,uapulat:ita & illi dicebãt se quidẽ uirtutem & potentiã dei scire,sparsim uerò eandem rogati scientiã nihil proferebant,unde & uapulabãt. Vides aquam?Reminiscí debes aquę Aegyptiacę. Qui.n.ex aqua sanguinẽ fecit , poterit idem & hodiè facere. Quemadmodũ & nos pueris sæpenumero dicimus,quãdo uides in libro literã à, reminiscere quòd eam & in tabula tua habueris. Vides famẽ?Recordare quòd idem eam faciat , q & tũ fructus perdidit. Vides bella ? Memento qũo Aegyptij in mari submersi sint. Vides magnos esse & robustos q terrã inhabitant? At maiores nõ sunt Aegyptijs. Qui te ex Aegyptiorum medio eripuit, qũo non multò magis extra Aegyptum existentem saluaret?Sed ignorabant literas,dũ illas sparsim rogabãtur.Propterea & percutiebãtur,comedebãt & bibebant,& recalcitrabant. Non debebant in mãna q̃rere delicias,docti qd ex illis mali sequatur. Fecerũt aũt pinde,atq; si puer igenu⁹ in disciplinã missus,cupet cũ seruis cõuersari,illisq; ministrare,& cũ necessariã,ingenuoq; puero cõpetentem alimoniã accipiat,inq; patris mesa sedeat,ni hilomin⁹ mallet ea potiri quę seruorũ est,fœtida & pturbatione re-

A ferta,ita & illi Aegyptũ quærebãt. Dicebant quoq; Exo.34.b Moysi,Etiam domine,oia, quæcunque dixeris,faciemus,& obediemus.Et qđ cũ deploratis filijs fit, quos pater occidere uult , p̃ceptor uero detrectat, hoc cõtinuo cũ istis tum quoque factum est. Cur ãt nobis ista dicta sunt?Quoniã nihil à pueris differimus . Vis audire quòd & dogmata eorũ pueri-
Deu.19.d Dogmata legis puerilia. lia sint? Oculũ pro oculo,inqt, & dentẽ pro dẽte . Nihil.n.adeo ad ultionem concitatum est,atq; animus puerilis . Nam ea animi passio ex inopia rõnis est.Multa uerò rõnis inopia, ac rectè consideratio nis multa desolatio in ista est ętate,unde nõ abs re puer iræ tyrãnidem patitur,eamq; tantã , ut sæpenumero ad terrã procidẽdo rursumq; exurgendo , aut genu pcutiẽdo stomachetur, uel scabellũ euertat,donec hoc pacto dolor cesset , & ita extinguatur.Tale qd & deus fecit, oculũ pro oculo, dẽtẽq; pro dẽte eruere faciens, dum & Aegyptios occidit, & Amalechitas,q eos contristauerant. Et talia illis promisit,quẽadmodũ si filius qsq; patri dicat: Pater,pcusit me qdã:pater uerò respodeat, malus est hic homo,prosequemur eũ odio:ita & deus: Inimi
B cis tuis,inquit,inimicus ero,& odiẽtes te odio habebo.Et rursus cùm oraret Balaã, puerilis erat accõmodatio q̃ cõtingebat illis. Quemadmodũ.n.
οἷον ἡ ἐ ριον. pueris cõtingit,quãdo nõ metuẽda timẽtes,utpote lanã,aut aliud quippiam tale subitò terrẽtur:ne metus ille in eis pduret , inducimus illud sub manus eorũ,& qd sit demostrare facimus: ita & deus fecit.Quoniã terribilis erat diuinator ille, cõuertit terrorem eius in confidentiam. Et qũo pueri ablactati in quasillis oia habent , ita & illis oia dedit, multasq; delicias.Sed ut puer papillã requirit,ita et illi Aegyptũ,& Aegypti carnes.Itaque nõ peccabit, si Moysen quisq̃ præceptorem , educatorem & pẽ-
ἐν κελλαρίσκοις πάντα ἔχουσιν dagogũ appellauerit,multamq; uiri huius sapiẽtiã esse dixerit.Non.n.eiusdem uirtutis est,uiris imperare iam philosophantibus,& pueris p̃esse rationis industriam nondum cõsequutis. Et si uultis aliud quoque audire, quẽadmodũ puero nutrix dicit, quãdo uẽtrẽ expurgas,collige & attolle uestimenta,& hactenus desidebis:ita & Moyses fecit.Nã oẽs animi passiones tyrãnidẽ in pueros exercent . Nõdum.n.habent rationis a rigam.Vana gloria,con
C cupiscẽtia,negligentia,fastus,inuidẽtia, quẽadmo
ἀλογίαι, θυμοί. dũ in pueris,ita in illis,dominabãtur.Cõspuebant & pcutiebant Moysem,& quemadmodũ puero lapidem arripiente clamamus oẽs , heus uide ne iacias:ita & illi lapides aduersus patrẽ arripiebãt,ipse uerò fugiebat . Et qũo si ornamentum quoddã pater habeat, puer illud ab eo ornamenti cupidus
Nu.16. exigit,ita sanè qui cũ Dathan & Abiró erant faciebant,aduersus sacerdotiũ insurgentes . Erant itaq; oium ingratissimi,animo pusillo,& ad omnia inutiles . Dicas igitur uelim , oportueritne Xp̃m tunc tpis comparere ? tunc philosophica illa præcepta proponere? quãdo ex cocupiscẽtia insaniebãt,quã do equorũ more post mulieres hinniebant,quando pecuniarũ,quãdo uẽtris erãt serui?Sed inaniter effudisset philosophiæ p̃cepta , si rudibus ac nihil dũ intelligẽtibus disseruisset, & neq; illa sanè, neq; ista p̃cepissent:& quẽadmodũ qui antequam elemẽta cognita sint lectionẽ instituens,nunq̃ ne ipsa quidẽ elementa docebit:ita & tunc factum fuisse,nunc uerò non ita,sed multa iã est tractabilitas, multa ubiq; plãtata uirtutis. Gratias itaq; agamus D pro oibus,& nihil curiosè inquiramus. Tpis.n.opportunitas non nobis , sed illi cognita est qui factor est tpis,& seculorũ opifex ac dominator. Permittamus ergo illi oia : Nam hoc est gl̃ificare deũ, nullas rationes exigere eorum quæ facit. Ita & Abrahã deo gl̃iam dedit . Et certo,inquit, persuasus quòd potens sit ad præstandum quod promisit . Ille neq; de eo quod futurũ erat pcõtatus est , nos uero & præteritorum rõnem exigimus.Vide quãta sit ista demẽtia,quãta iprobitas,& ingratitudo.Sed cessemus in posterum. Nihil.n.hinc lucri feremus, sed multum etiam dãni.Et grati simus erga dominum nostrum,deoq; gl̃iam destinemus,ut pro omnibus gratias rependẽtes, benignitate ipsius digni reddamur,gratia & benignitate &c.

Homilia V.

Ysteriũ quod reconditũ fuit à seculis, & à generationibus,nunc aũt patefactũ est sẽtis eius, quibus uoluit deus notũ facere, quæ sint diuitiæ gloriæ mysterij huius in Gẽtibus,qui est Xp̃s in nobis, spes gloriæ, quem nos annunciamus,admonentes oẽm hoiem,& dõcentes oẽm hominem in omni sapientia,ut exhibeamus oẽm hominem perfectum in Xp̃o Iesu. Posteaquam ea recẽ E fuit quæ consequuti sumus,benignitatẽq; dei, atq; acceptum honorẽ ex magnificentia donorũ declarauit, aliã rursus causæ huius intẽtionem inducit, nempe quòd mysteriũ hoc ante nos nemo cognouerit , id qđ & in ea quæ ad Ephesios est facit,cùm Ephe.3.b dicit,Neque angeli,neque principatus, neq; aliã qpiam creata potẽtia , sed solus filius dei cognouit. Et nõ simplr dixit conditũ , sed reconditũ eo quod licet nũc factũ sit,uetus tamẽ est,& quòd ista deus ab initio ita uoluit,atq; ita disposuit. Quare uerò hoc ita uoluerit,nõdũ dicit.A seculis,inqt,Ab initio.Et rectè mysteriũ uocat,qđ nemo cognouit,ni si deus.Et ubi reconditum?In Xp̃o,quemadmodũ ad Ephesios dicit.Aut qũo propheta dicit, A secu- Psa.89.a lo & usque in sẽm tu es ? Nunc autem patefactum est,inquit,sanctis eius. Itaq; totũ dispensationis est diuinæ.Nunc aũt,inquit,patefactũ est.Non dixit, nunc factũ est:sed,patefactũ sanctis eius.Itaque & F nunc quoque absconditur . Siquidẽ solis patefactũ est sanctis.Ne seducant igitur uos illi . Non.n.mysteriũ hoc sciũt.Quare solis sanctis ? Quibus,inqt, uoluit.Vide qũo ubique percontationes eorũ amputat.Quibus,inqt,uoluit notũ facere6. Velle uerò ipsius no est præter rõnem . Gratiæ magis obnoxios faciens , q̃ si in propria uirtute permisisset eos quicquam gloriari,dixit, quibus uoluit notum facere, quæ sint diuitiæ gloriæ mysterij huius in Gẽtibus.Grauiter dixit , & ex magno ai affectu pondus adiecit, exaggerationũ q̃rens exaggerationes. Nã & istuc exaggerationis est,qđ indeterminatè dixit , Quę sint diuitię gl̃iæ mysterij huius in Gentibus. Potissimũ n.in Gẽtibus apparẽt.Quẽadmo- Ro.15.b dum & alibi dicit: Gentes pro misericordia gl̃ificare deũ.Apparet quidẽ & in reliquis,magna mysterij huius gl̃ia, uerũ multò magis in istis . Homines enim lapidibus stupidiores ad angelorũ subitò dignitatem simplr nudis uerbis , solaq; fide , sine oi operũ adminiculo euehere,re uera gl̃ia est, ac mysterij huius diuitiæ. quẽadmodũ siqs canem quẽpiam fame & scabie tabefactũ , turpẽ ac deformẽ, & qui ne moueri qdẽ possit,proiectumq;,mox ho-

Heb.10.a

G minem efficeret, & ad thronū regalem deduceret. Lapides adorarunt & terrā: iam uero cognouerūt se & cœlo & Sole meliores esse, oēmq; mundū sibi seruire. Captiui erāt ac uincti diaboli, subito supra caput ipsius erecti: illi & imperāt, & uerberibus ipsum cædūt. Qui dæmonū erāt captiui & serui, ei⁹, qui angelorū & archangelorum dominus est, facti sunt corpus. Qui nesciebant qd esset deus, mox ad thronum dei euecti sunt. Vis mille uidere gradus quos transilierūt? Addiscendū primū erat, lapides non esse deos. Deinde non solū eos nō esse deos: sed & hoibus iferiores. Tertio, iferiores esse & brutis rōne carentibus. Quarto, ēt plātis. Quinto quo modo miseros illos tanq; & profundo quodam puteo subuectos in eū sustulerit uerticem, ut agnouerint nō solùm non lapides, sed nec terram, nec animantia, nec plantas, nec hoiem, aut rursus ab initio, non lapides, non aiantia, non plantas, non elementa, nec superiora, nec inferiora, non hoiem, nō dæmones, non angelos, nō archangelos, non aliā quancunque cœlestium illarum uirtutum, ab humana natura coli debere. Addiscendū erat eū esse deū, qui oium dominus est, eum solū esse colēdū, bonam esse celebrē & admirabilem illam uitæ cōuersationem, presentem corpis mortē nō esse mortem, uitā istam non esse uitā, corpus resurrecturū, & incorruptibile futurū, in cœlum ascensurū, immortalitatem assequuturum, cum angelis staturū, ac trāsmigraturū. Sed eū qui hic in imo cōstitutus erat, ista oia transilientem in superna super thronum angelorū & archangelorum collocauit: & q hic lapidibus erat inferior, thronis illū & dominationibus potentiorem effecit. Re uera bene dicit, q̄ sint diuitiæ gloriæ mysterij huius. Quēadmodū si quis fatuum quendam subito philosophū exhiberet: imo q̄cunque dixerit quisquā, nihil dicet. Sūt enim infinita q̄ Paulus dicit. Quæ sint, inqt, diuitiæ gl̄iæ mysterij huius in Gentibus, qui est Xp̄s in uobis. Addiscendum rursus erat eum qui oium est supremus, quiq; angelis dominatur, & reliquis oībus uirtutibus iperat, ad ima descendisse, hoiemq; factum esse, & inumera passum, resurrexisse, & rursus in cœlos assumptū esse. Hæc oia mysterij erāt. Et cum encomio addit, dicens: Qui est Xp̄s in uobis. Si uerò Xp̄s in uobis est, ad quid angelos quæritis? Mysterij huius, inquit. Est. n. & aliud mysterium. At istuc uerè mysterium est, qđ nemo cognouit, quod admirabile est, quod præter cōem est expectationem, quod absconditum est. Qui est Xp̄s in uobis, inquit, spes gl̄iæ, quem nos è supernis acceptum annunciauimus, nos, inquam, non angeli: docentes & admonētes, nō imperatorie neque ex necessitate. Nam & hoc diuinæ benignitatis est, non tyrānicè attrahere. Quoniam magni quicq; uidebatur, qđ dixit, docentes: adiunxit, admonentes: id qđ magis patris erat, q̄ p̄ceptoris ac doctoris. Quē nos, inquit, annunciamus, admonentes oēm hominem, & docentes omnem hoiem in omni sapiētia. Itaque oi sapiētia opus est: hoc est, omnia in sapientia dicentes. Nā talia discere nō est quorūuis. Vt exhibeamus oēm hominem perfectum in Xp̄o Iesu. Quid dicis, omnem hoiem? Certè, inquit, hoc studiosè conamur. Quid. n. si non fit? Diligenter cōnatus est beatus Paulus perfectum facere oēm hoiem. Igitur hoc perfectionis, illud uero imperfectionis est, ut siquis non oēm habuerit sapientiam imperfectus sit. Perfectum in Xp̄o Iesu. Non in lege, non in angelis. Illud. n. imperfectū est. In Xp̄o, id est, in scientia Christi. Qui nouit quid Christus fecerit, plus sapit q̄ angeli. In Xp̄o Iesu. *Ad quod et enitor decertans.* Et non simplr studeo, inquit, neque utrunque temerè, sed enitor, cum multa diligētia decertās, cumq; multa uigilantia. Si ego pro uestris bonis ita uigilo, multo magis uos hoc facere debetis. Deide rursus ostēdit esse diuinū. *Secūdū efficaciam eius operātem in me cū uirtute.* Declarat opus hoc eē dei. Qui ergo potētē me ad illud facit, manifestū est quod hoc uelit. Quapp & exorsus dixit, p uoluntatem dei. Itaque non solùm modestiæ gratia hoc posuit, sed & pro ueritate sermone cōtēdens ac decertās, cùm hoc dicit, à multis impugnari se declarat. Deinde multo amoris affectu subiūgit.

Volo enim uos scire quantū certaminis habeā uestri gratia, & eorū qui sunt in Laodicæa. Caput II. Postea ne uideretur istud infirmitatis eorū esse, cōiunxit & cæteros, & nondum arguit. Sed quāobrem? *Et quotquot non uiderūt faciem meā in carne.* Declarat hic diuinitus eos uidisse se in spū. Exhibet aūt illis magnæ dilectionis testimoniū. *Vt consolationē accipiant corda illorū cùm fuerint compacti in charitate, & in oēm opulentiā certæ persuasionis itelligētiæ, in agnitionē mysterij dei patris ac Xp̄i Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ ac scientiæ recōditi.* Iā deinceps studet & enititur ingredi dogma, neq; accusans eos, neq; ab accusatione liberās. Certamē, inqt, habeo. Ad quid? ut cōpigantur. Qđ dicit, hoc est: Vt firmi stent in fide. Verùm non ita ponit, sed q̄ accusationis sunt, amputat. Quasi dicat, ut coadunētur in charitate, neque cū necessitate, neq; cū uiolentia. Quēadmodū. n. dixi, perpetuo cauet, ne sit illis molestus & odiosus, admonens eos atq; adeo & luctādo decertās. Quoniam, inqt, cum charitate illos & uoluntarios uolo, non simplr ore, neque simplr congregationē fieri uolo, sed ut corda eorum consolationem accipiant. Compacti in charitate, in oēm opulentiam certæ persuasionis intelligentiæ: hoc est, ut nulla in re hæsitent, ut in oibus certò persuasi sint. Certā uerò persuasionē eā dixit, quæ per fidem est. Est enim & psuasio q̄dam, quæ per rationū collectionem est. Verùm illa digna nō est, q̄ alicuius habeatur mōēti. Noui uos credere, inquit, At uolo ut certò psuadeamini. Nō in opulentiā solùm, sed in oēm opulentiam, ut & in oi bus, & abundè psuasi sitis. Et contemplare beati huius prudentiam. Nō dixit, malè facitis, quòd non certò psuasi estis, nec arguit: sed ignoratis, inqt, quo pacto diligēter icūbam: ut cū prudentia & non simplr, certò persuadeamini. Quoniam. n. dixerat, siquidem permanseritis fide fundati, nolite putare, inquit, quòd temerè & inutiliter dixerim, sed cum prudētia & cū charitate. In agnitionem mysterij dei patris, ac Xp̄i Iesu. Itaque dei est hoc mysterium, per filium recōciliari & accessum habere ad patrem. Ac Xp̄i Iesu, in quo sunt oēs thesauri sapientiæ, & sciētiæ recōditi. Si uerò in ipso sunt thesauri sapiæ, ergo sapienter nunc demum uenit. Quamobrē igitur quęrunt & criminātur insensatorum quidā? Vide quomodo cū simplicioribus disserit. In quo sunt, inqt, oēs thesauri. Ipse nouit oia. Reconditi etenim ne putetis uos totū iam habere, recōditi sunt ab angelis quoq;, non solùm à uobis. Proinde oia ab ipso petere oportet: ipse dat sapiētiam ac scientiā. Quòd thesauros qdem dicit, copiā ac multitudinē: quòd uero addit, oēs, nihil ab eo ignorari: quòd aūt subiungit, reconditi, ipsum solum oia scire declarat. *Hoc autem dico, ne quis uobis imponat probabilitate sermonis.* Vides, inqt, quòd ista ideo dixerim, ne ab hominibus sapientiā quęratis. Ne qs uobis imponat probabilitate sermonis. Quid. n. si probabiliter dicat? *Etenim quamuis carne sim absens spiritu tamen uobiscum sum.* Ordine dicendum fuerat, Etenī quamuis carne sim absens, nouī tamē seductores. Nunc uerò in encomium desinit. *Gaudēs ac uidens uestrum ordinem ac soliditatem uestræ in Christum fidei.* Ordinē: constātem disciplinā ac decorū intelligit. Ac soliditatem uestrę in Christum fidei: Ista magis ad encomia pertinent. Et non dixit fidem, sed soliditatē, quemadmodum si qs milites compositè & solidè stātes cōmendaret. Quod solidum est, nec seductione, nec tētatione dimouetur. Nō solùm nō cecidistis, inqt, uerū neq; quisquam ordinem uestrum cōfudit aut dissoluit. Corā illis seipsum statuit, ut tanquam p̄sentem metuerent. Nam ita conseruatur ordo. hoc scilicet qđ à soliditate firmum est & cōdensum. Etenim hoc pacto fit soliditas. Quādo multa in unū coacta dēse cōglutinaueris ac indiuulsè, ita fit soliditas. Vtpote quo solidatur murus, istuc uerò charitatis opus est. Quando. n. seorsum existētes ac separatos qs diligenter conglutinat ac cōiungit, solidos facit ac firmos. Idem quoq; fides facit, quādo ratiocinationes excludit. Quemadmodum. n. illæ diuellunt, & cōcutiunt: ita fides cōsolidat, & stabiles facit. Quū nanq; maiora nobis beneficia contulerit deus, q̄ quę humana cogitatio comprehendere posit, merito fidem inducit. Nequit. n. solidè persistere, q rationes humanas consulit & inquirit. Etenim uide quo quæ nobis præcipua sunt, oia rationum collectionibus destituta sint, & soli inhæreant fidei. Nusquā est deus, & tamē ubiq; est. Quid isto absurdius rationi? Vnūquodq; in seipso hęsitatione plenum est. Neq;. n. in loco sanè est, neq; ullus est locus in quo nō sit. Non est factus, seipsum non fecit, neq; eē aliquando cœpit. Quænam ratio ista cōciperet, nisi fides esset? Aut nō ridiculū uidetur, uel magis ænigma esse, qđ finem non habet? Igitur quòd qdem sine principio est, & ingenitus, & incircūscriptus atq; infinitus, ita est inexplicabile: quod uero incorporeus est, uideamus an cogitatione aliquādo discutere ualeamus. Incorporeus est deus. Quid est incorporeū esse? Nudū dūtaxat uerbū. Nihil. n. hic cogitatio cōcipit, neq; qcquā sibijpsi imaginari poterit. Nam si qcquam imaginata fuerit, ad naturā dilabitur, & corpore figmenta. Incorporeū iraq; dicit qdem, ignorat tamen, aius quid dicat, nisi unum duntaxat, nempe qđ corpus non sit. Hoc solū nouit. Et quid de deo dico? In aia quid est incorporeum? In aia, inquam, quę facta est, quę inclusa est, q̄ circunscripta est, dicas ac demōstres. At nō poteris. an aer est? Sed aer corpus est, licēt non solidū. Et multis iudicijs liquet ipsum corpus esse molle ac laxū. Ignis corpus est. At energia aiæ incorporea est. Quāobrem? Si ubiq; penetrat. Si ipsa corpus est, est in loco qđ incorporeū est. Ergo circūscribitur. Quod uero circūscribitur, in forma est: formæ aūt à deliniatione, lineæ uerò corporū sūt. Rursus quā-

Notat idololatriam.

Rōne certior est fides.

Nusquā est deus, & tamē ubiq; est.

Incorporeus deus.

In anima quid sit q̄ corporeū.

cogitationem habet qđ informe est? Formam non habet, nō speciē, non figuram. Vides quo uertigine aīus in istis laboret? Rursus natura malorum deus capax nō est. Sed spōte sua bonus? Ergo capax. Sed dici nō potest. Absit. Iterū aut uolens ut esset productus est, aut nō uolens. At neq; istuc dici potest. Iterū aut circūscribit orbem. aut minus. Si minus, ipse circūscribitur. Si uero circūscribit, infinit⁹ est natura: rursus seipsum circūscribit? Si circūscribit seipsum, ergo nō est sine principio sibijpsi, sed nobis. Igitur nō natura est sine pricipio. Vbiq; contraria cōcedenda essent. Vides quāta sit horū caligo, & quod ubiq; fide op⁹ sit? Ipsa solida est. Sed si uultis, ueniamus ad inferiora q̄ hęc sint. Energiam habet illa essentia. Et qđ est energia in seipsa? an motio qdā? Igitur nō immutabilis. Quod. n. mouetur, immutabile non est. Nam tacitè quidem & quietè mouetur: attamen mouetur, & nunquam cōsistit. Quæ uero est ipsius motio dic, qso? Nam apud nos septē quędam sunt. Insrà, suprà, intrà, extrà, ad dextrā, ad sinistram, & quę circulariter in gyrum sit. Aut si nihil ex istis, est præterea auctio, diminutio, genesis, corruptio, alteratio. Verum nulla harū est. an qua mēs mouetur? Sed neq; hoc est. Absit. Mens. n. plurimū & absurdè importuneq; mouetur. an uoluntas est energia? Iam uult oēs hoies bonos esse & saluari: quo pacto nō fit? Sed aliud est uelle, & aliud operari. Igitur ad energiā non sufficit uoluntas. Quō dicit ergo scriptura: Oia quęcunque uoluit fecit? Et rursus, leprosus ad Christum iuquit: Si uelis, potes me mundare? Vultis & aliud dicam? Quomodo ex nihilo. ea quæ sunt, facta sunt? Quō in nihilum iterum resoluuntur? Quid cœlo sublimius? Et illo rursus quid sublimius? Et isto quid? Et qđ post hoc? Atq; illud in infinitū. Infra terram est mare. Post mare uerò quid? Rursus qđ infra hoc quoq; At in dextrā, & sinistram, an non eadem est perplexitas? Verùm ista sunt qdē inuisibilia. Vultis, de uisibilibus loquar? de illis q̄ iam contigerūt: Quo bestia Ionam in uentre habuit, & tamē illum non perdidit? Non rationis expers est? Non temerè mouetur? Quomodo pepercit iusto? Quomodo illum non calore suo suffocauit? Quomodo nō corrupit? Si. n. in profundo duntaxat esse, inexplicabile est: in uisceribus etiā esse & calore illo, multò est inexplicabilius. Si aerem illinc respiramus, quo suffecit duobus animantibus respiratio? Quomodo uero illum euomuit illæsum? Quo etiam loquebatur? Quomodo apud seipsum erat, & precabatur? Ista itaq; incredibilia sunt & suspecta, si ratione ea discusserimus: si uero fide, uehemēter certa sunt & firma. Dicamne plus aliquid? Frumentū in gremio telluris corrumpitur, & denuo exurgit. Vide mirabilia cōtraria: & sese mutuo superātia. Mirabile est, nō putrefieri: mirabile rursus putrefacta resurgere. Vbi sunt q talia nugantes, & resurrectionē non credentes, dicūt: Quo os istud cohærebit ossi illi? & fabulosè talia inducūt? Dic mihi, Elias, quo curru igneo ascendit? Ignis non subuehere, sed combure consueuit. Quo tantum temporis uiuit? ubi locorum est? Quamobrem hoc factum est? Quo uerò & Enoch translatus est? an eo nutrimēto utitur quo nos? Et qđ prohibet ipsū hic esse? Sed nō fruitur nostra hac uita. Et quare trāslat⁹ est? Vide quō nos deus paulatim instruat. Transtulit Enoch.

Psal. 13. b

Matt. 8. a & Luc. 5. c

Ionas in uētre Ceti.

Eliæ.

4. Reg. 2. b

Enoch.

Noe.

Scala Iacob.

Gene. 1.c

G Nō hoc admodum magnum. Instruxit nos isto ad subuectionē Eliæ. Noe inclusit in arca. Neq; istud tale magnū. Erudiuit nos illo ad inclusionē prophetæ in uentrem Ceti. Ita scilicet & uetera illa p̄cursoribus ac typis opus habuerūt. Quēadmodū enim in scala, primus gradus ad secundū mittit, à primo uerò non ad quartū subito ascendi pōt: ita & hic. Et contemplare signorū signa. Etiā in scala quā Iacob uidebat, istud speculare. Supra, inqt, innitebatur dominus: insuper uerò ascēdebāt angeli et descendebant. Prædicebatur patrem habere filiū. Oportebat huius fidē facere. Vnde uis illius tibi signa demōstrē? an ē sublimi ad ima, aut ab imis ad sublimia? Quoniā citra generandi passiones generat, ppea primum peperit sterilis. Immo uero prius etiam certū hoc facere oportebat quod ex ipso esset. Quid igitur? Fit hoc obscurē quidē tanq̄ in typo & umbra. Verūtamē fit. Et progressu ipso clarius admodū fit. Ex solo hoie mulier, & manet tamē ille integer. Rursus oportebat, signum aliquod ex parturitione uirginis fieri. Nō semel sterilis peH perit, sed secūdo quoque ac tertio, & sępenumero. Est.n. uirginei partus typus quidā sterilis. Et ip'a animā ad fidem promouet. Iterum hoc typus factū est, solum deum generare posse. Si.n. quod præstātius est, homo ēt sine isto nascitur, multo magis ex pstantiore generatur. Est & alia generatio, quæ ueritatis typus est, nostra scilicet, quæ spūs est. Hu us iterum sterilis typum hēt. Quoniam nō ex sanguinibus. Ipsa uero supnę generationis. Ista quidē impasibilitatē eius ostēdit: illa uero, qd ex solo deo generari posit. Xps supra oēs est potentes. Oportebat illud certū facere. Fit hoc in terra, in hoiem formando, Faciamus hoiem, inquit, ad imaginem & similitudinem nostram, ad principatum oium irrationalium. Ita non uerbis, sed rebus ipsis nos erudiuit. Humanæ naturæ à reliquis paradisus sēparationem & præstantiam declarauit, & hoiem oium esse optimum ostendit. Resurrecturus erat Xps? Vide deinde quanta signa: Enoch, Elias, quæ in eremo facta sunt, Ionas, quæ in camino, qd cum Noe factū est, baptisma, semina, plantæ, nostra generatio, etiam animantium oium Quoniam. n. in eo perichitabātur omnia, habuit quoq; oium maximè multos typos. Quod nō oia improuisa & neglecta sint, pōt ab illis quæ apud nos fiunt cōijci. Nihil. n. quod improuisum est ac neglectum manet, sed & greges & reliqua oia opus habent ut regantur. Et quod non sponte sua facta sint oia, gehenna declarat. Demonstrauit hoc & diluuium tēporibus Noe, ignis, submerso Aegyptiorum, & q̄ facta sunt in eremo. Oportebat ut et baptismū multa p̄cederent. Et innumera talia, utpote q̄ in ueteri testamento, quę in colymbethra, quod q̄ sanus nō erat purgabatur, et expiabatur, ipsum diluuium, & q̄cunq; in aqua facta sunt. Baptismum Ioānis certū & authenticū facere oportebat. Filium suum tradidit deus. Prę ueniēs hoc fecit homo, Abraham patriarcha. Oium ergo istorū typos, si uoluerimus, ineniemus, si quidē in scriptura quęsierimus. At ne defatigemur, nos ipsos in istis cōponamus. Solidā habeamus fidem, & conuersationis nostræ diligētiam ostendamus, ut per omnia deo gratias agētes digni reddamur bonis, diligentibus illum promissis, gratia & benignitate &c.

Homilia VI. K

Vēadmodū igitur accepistis Christū Iesum dominū, ita in ipso ambulate, radicati & supstructi in illo, fideq; cōfirmati, sicut edocti estis, exuberātes in ea, cū gratiarū actione. Rursus illos proprio ipsorum testimonio p̄occupat, dicens: Quemadmodū igitur accepistis. Nihil, inqt, noui aut peregrinum inducimus, neque uos. In ipso ambulate. Nam ipse uia est q̄ ad patrē ducit, non angeli. Nō illuc ducit uia quæ p angelos est. Radicati: hoc est, fixi, & constabiliti. Non ut nunc quidem hanc, nūc uerò illā arripiatis, sed ut radicati sitis. Qd uerò radicatum est, non sanè facilè mutatur. Vide quō proprijs & appositis dictionibus uratur. Et supstructi, inqt: hoc est, aio in ipsum pertingentes ac desinentes. Et cōfirmati in illo: id est, continentes & amplexātes ipsum, ueluti sup fundamētū structi. Declarat eos prolapsos fuisse. Hoc nanque innuit qd dicit, & superstructi. Nam fides uerè est ædificiū, & opus habet fundamēto ualido, & ædificatione diligēti & munita. Nisi. n. quis securè ac munitè ædificauerit, cōcutietur. Si uerò securè ac munitè satis struxerit L & nō pstiterit, non persistet amplius: quēadmodū edocti estis. Rursus illud quemadmodū, Exuberātes, inquit, in ea, cum gratiarū actione. hoc. n. gratorum est ac proborum. Non dico, ut simpli gratias agatis, sed cum multa exuberantia, plus q̄ dideritis: aut si fas sit dicere, cū multa cōtētione & ambitione. *Videte ne quis sit qui uos deprædetur.* Vides quō ostenderit furem esse et abalienatorem, & tacitè subingredientē aduersarium: Demonstrauit. n. eum iam subingressum. Et bene dixit, qui uos deprædetur: quemadmodum. n. si quis aggerem iserne pfodiens, efficiat ut non sentiatur, illū uerò subuertat: ita & uos uidete ac circūspicite. Nā hoc illi studiū est, ut insidiarū nullū sensum exhibeat.

Per philosophiā. Deinde quoniā honesta uidebatur esse philosophię opinio, adiecit. *Et inanē deceptionē.* Est. n. & bona quædam deceptio, qua decepti sunt multi: q̄ neque deceptio uocanda est, de qua Hieremias dicit: Decepisti me domine, & deceptus sum. Ego uerò nō credebā. Nā istud nō debet uocari deceptio. Alioq & Iacob patrē suū decepisset: uerūm nō erat deceptio, sed dispēsatio: p philosophiā inqt, & inanem deceptionem. *Iuxta traditionem hoium, iuxta elementa mūdi, & non iuxta Christum.* Tandem correptionem attingit, pp obseruantiam dierum, Solem & lunam, uocans elemēta mundi, quemadmodū & in ea q̄ ad Galatas est, dixit: Quo denuò conuertimini ad infirma & egena elementa? Non dixit aūt, iuxta dierū obseruantiam, sed totum oino præsentem mundum inuoluit, ut utilitatem ostenderet. Si. n. mūdus nihil hic ualet, multò minus ualebunt elementa. Postea q̄ igitur primū ostēderat quantis beneficijs essent affecti, quanta bona cepissent, tūc reprehensionē iducit, ut magis mordeat, & auditores moueat. hoc & prophetę faciūt. Sēper pstita beneficia primùm declarant, & tūc correptiones intendunt. Quemadmodū Esaias dicit: Filios genui, & exaltaui: ipsi uero dehonestarūt me. Et iterū? Populе meus qd feci tibi? aut qua in re cōtristaui te? aut quo pacto molestus tibi fui? Et Hieremias & Dauid: Audiui te in abscodito tēpestatis. Itē: Aperi os tuum, & adimplebo illud. Et ubi? ita inuenies. Nō debebatis igitur credere,

Hier. 20. b M
Gene. 27. b
Galat. 4. b
Esaiæ. 1. a
Mich. 6. a
Psal. 8. b
Ibidem.

A crēdere, etiam si q̄ maximè quid dixissent. Nūc uerò etiam sine acceptis beneficijs debebatis, iquit, ista fugere. Et non secūdum Christū, inquit, etiam si q̄ maximè, iquit, ita fuisset, ut potuissetis partim huic partim illi seruire: neque sic tamē fieri oportebat. Nūc uero non pmittunt uos incedere iuxta Christū. Nam ab eo uos ista in diuersum deferūt. Concussis primū gentilibus obseruationibus, tūc & Iudaicas aufert. Nam plura obseruabāt & gētes & Iudæi: sed illi qdē ex philosophia, isti uero ex lege. Primū itaque ea aggreditur, ubi maiore opus ē reprehensione. Quō non iuxta Christū? *Quoniā in illo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, et estis in illo cōpleti, qui est caput omnis principatus ac potestatis.* Vide quō illorum reprehensione istud p fodit, ac demolitur, primum ponens solutionē, & tunc demū antithesim. Nam eusmodi solutio suspicione caret, & auditor eam magis admittit, tanq̄ eo q̄ loqtur, nō hoc solicite ac studiosè agente. Na illic qdem contendit ēt ne uincatur: hic uerò non B ita: quoniā in illo inhabitat, inquit: hoc est, quoniam deus habitat in illo. Verūm ne putes ipm ut lut in corpe inclusum, dicit: Ois plenitudo diuinitatis corpaliter, & estis in illo completi. Alij dicunt Apostolum ecclesiā à diuinitate ipsius impletam Ephes 1. d dicere, quēadmodum alibi, inquit, Qui oia in oibus adimplet. Quod uero hic corpaliter dicit, perinde esse, atque in capite corpus. Quō ergo nō sub iunxit, quę est eccl'ia, de patre? Quidam uero dicūt Apm uelle, quod plenitudo diuinitatis in Christo habitet, primum quòd uerbum inhabitandi non proprie de deo dicatur: deinde quoniā plenPsal. 23. a Roma 11. c tudo non est quod aliud capit. Domini. n. est terra, & plenitudo eius. Et rursus Apostolus: Donec plenitudo gentiū aduenerit. Quod totū est, plenitudo dicitur. Iā uerò quid est illud, corpaliter? Tāquam in capite. Ad qd uero idem denuo dicit? Et estis in illo cōpleti. Quid est igitur? Quoniā nihil minus habetis ab illo: quēadmodū in illo habita C uit, ita & in uobis. Satagit eni & urget ppetuo Paulus, ut ad Christū nos proximè adducat. Vt quando dicit, Excitauit, & sedere nos fe' cū illo fecit. &, Si sustinuerimus, & conregnabimus. Et quō nō & oia nobis cum illo donabit? Et dum consortes, & cohæredes uocat: deide de dignitate. Et ipse est caput ois principatus & potestatis. Oium supremus, causa & author ois principatus ac potestatis, non consubstantialis. Istis iam quod pręclarū est in beneficio subiungit, idq; multo pręclarius q̄ in epla ad Romanos. Nam illic qdem circūcisionem cordis dicit, q̄ non litera, sed spiritu constat: hic uero, eam q̄ est in Christo, *In quo & circuncisi estis circūcisione quæ fit sine manibus dū exuistis corpus peccatorū carnis in circuncisione Christi.* Vide quō ad rē ipam uita exprimendam appropiat. Dum exuistis, inqt. Non dixit simpl'r exuistis, sed exuendo abiecistis corpus peccatorū. Loquitur de ueteri uita. Continuo eadem uersat, & diuersimodè: quēadmodum suprà dixit, Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & 'reconciliauit ab alienatos, ad hoc, ut simus sanēti & irreprehēsibiles. Nō amplius, inqt, in machera, & circūcisione, sed in ipso Christo. Non. n. manus, quēadmodū illic circūcisionem istā effēcit, sed spus. Non partem duntaxat, sed totum hominē circūcidit, corpus utrobique & illic, & hic: uerum illic quidem carne, hic uerò spūaliter circū D ciditur: sed non ut Iudæi. Non. n. carnem, sed peccata exuendo abiecistis. Quando? Et ubi? In baptismate. Et quod circūcisionem uocat, idē quoq; sepulturam uocat. Vide quō rursus ad iustitiæ studia transit, Peccatorū, inquit, carnis. Quæ in carne fecerant. Maius qddam dicit, q̄ circumcisio sit. Nō enim quod circuncidebatur, proijciebant, sed per debant & corrūpebant. *Consepulti*, inquit, *simul cum illo in baptismo, in quo & simul cū illo excitati estis p fidem operationis dei, qui excitauit illū ex mortuis.* Verùm non solū sepultura est. Etenim uide qd dicat: In quo & simul cū illo excitati estis, per fidem operationis ⌊ dei, qui excitauit illū ex mortuis. Bene dixit. Totum. n. fidei est. Credidistis deum excitare posse, atque ita excitati estis. Deniq; & side dignū hoc facit: qui excitauit illum, inqt, ex mortuis. Resurrectionem iam probat: Et ⌊ *uos cùm essetis mortui per delicta, & per præputium* ⌊ *carnis uestræ* ⌊ *simul cum illo uiuificauit.* Eratis. n. iudicio ad moriendū obnoxij. Et si mortui quoque essetis, morte debita mortui essetis. Vide quō rursus declarat, qd meriti fuerint, per ea quæ subiungit: *Condonans nobis omnia delicta, deleto, quod aduersus nos erat, chirographo in decretis, quod erat cōtrarium nobis: & illud sustulit è medio affigēs illud cruci, expoliatosq; principatus ac potestates ostentauit palā, triūphans de illis per seipsum.* Cōdonans nobis, inqt, oia delicta, q̄ mortalitatē effecerant. Et qd? an permanere illa pmisit? Nō, sed deleuit quoque, non solū dispūxit, ne deinceps comparērent. In decretis, inquit. Quibus decretis? fide: satis est credere. Nō opibus opa, sed fidei adiunxit opera. Et qd postea? Post remissionē deletionem quoque staruit. Et illud, sustulit è medio, inqt. Et neq; sic cōseruauit, sed dirupit illud, affigens cruci. Expoliatos principatus ac potestates ostentauit palā, triūphans de illis p seipsum. Nusq̄ ita magnifi cè loquutus est. Vides quātam diligētiam impēderit, ut chirographū è medio tolleretur? utpote eramus oēs sub peccato, pœnęq; obnoxij. Ipse suppliE cio affectus, & peccatū sustulit & supplicium. Supplicio uerò affectus in cruce. Illic igitur ipsum chirographum affixit, & deinceps tanq̄ potestatē habēs, discidit ac rupit. Quodnam chirographū? Aut hoc intelligit, quod ad Mosen dixerāt: Quæcūque Exo. 24. b dixit deus faciemus, & audiemus. Aut, si nō istud, quòd obedientiā deo debemus: aut, quòd diabolos detinuit chirographū, nimirū quod deus fecerat ad Adā dicens: Quocunque die comederis ex Gene. 2. c ligno, morieris. Detiuit itaq; & occupauit hoc chirographū diabolus. Christus uerò nobis ipm non dedit, sed ipse illud scidit: id quod indiciū est cū gaudio debita remittētis. Spoliatos principat' ac ptātes. Diabolicas uirtutes dicit. Quoniā igitur illas humana natura iduerat, aut quoniā ipsas tāquam occasionem habebat & manubrium, hō factus manubriū illud excussit. Quid est, ostētauit? Bene dixit, ostētauit. Nunq̄ enim diabolus tātam turpitudinem passus est. Nam cū speraret se Christum quoque habiturum, quotquot etiam habebat, pdidit: & cum cruci affixum esset corpus Christi, resurrexerint mortui, illic plagā accepit mors, à mortuo corpore letali ulnere cæsa, & quēadmodum si athleta cū aduersariū suum se iā prostrauisse putat, letalem plagam acciperet: ita & morti

ἐκδύσεις - μενος.

G factum est. Declarat turpitudinē & cōfusionē esse diaboli, quod Christus adeo cōfidenter palā, & sē cure mortuus est. Nihil.n. ille intentatum reliquit, ut aliquo pacto hoibus persuadere posset, non esse mortuū Christū. Quoniam enim oē tēpus quod mortem eius sequutum est, resurrectionis argumē tum & testimonia habiturū erat: mortis uero, nisi hoc fuisset, non fuisset aliud tēpus: ppea publicè q dem uidentibus oibus mortuus est, uerum nō publice resurrexit, sciens futurum tps ueritati testimo nium allaturum. Præclarum.n. est quod inspectore mundo sursum in ligno serpens ille immolabatur. Nam quid non fecit diabolus, quò occulte mo
Ioan. 19. a Matt. 27. c reretur? Audi Pilatum dicētem: Tollite eum uos, & crucifigite: ego.n. nullam cām in eo reperio. Et iterum Iudæi ad ipsum dicebant: Si filius dei es, descē de de cruce. Postea igitur quia letalem plagam acceperat, nec de cruce descenderat, ppea sepulturæ quoque traditus est. Poterat.n. subito resurgere: ue rum sepeliri oportebat, ut fides pararetur huic cau
H fæ. Quanquam in uulgaribus qdem mortibus defectio atque imbecillitas spūs ptext poterit, hic uero nequaq̄. Nam & milites crura eius nō fregerunt,
ὀλίγο-πσυχία ἀγαθὰ πάσα-σθαι. quemadmodum aliorum, ut cōspicuum esset illū iam mortuum esse. Obscuri quoque non sunt, qui corpus ipsius sepelierunt. Propterea & Iudæi ipsi lapidem obsignarunt, & adhibitis militibus cōmunierunt. Hoc.n. maxime oium summo studio diuinitus agebatur, ne obscura esset mors Christi. Et te
Matt. 27. g stes huius apud inimicos esse oportebat, apud Iudęos. Audi eos ipsos, quid Pilato dixerint: Dixit seductor ille, inquiunt, cum adhuc uiueret, post tres dies resurgā. Iube ergo a militibus custodiri sepulchrum. Et hoc illis quoq; obsignātib⁹ factum est.
Actor 7. e Audi uero quō ēt post ista illi ipsi ad apl̄os mortē Christi testificantes dixerunt, Vultis inducere sup nos sanguinē hois huius. Modum.n. & rōnem cru cis ipsius confundi non permisit. Quoniam nāque angeli nihil tale passi sunt, propterea huius gratia cuncta facit, declarans mortem suam magna perfe
I cisse. Factum est.n. hic perinde atque in singulari certamine solet. Mortem percussit Christus: uerum Christus primū percussus, postremò mortem iteremit. A mortuo destructa & enecata est corpore q uidebatur imortalis. Atque illud orbis ipse uidit. Et quod pręclarum est, non cōmisit hoc alteri. Sed rursus aliud chirographū factū est, non tale, quale
συγκκ prius fuerat. Videte igitur ne isto quoque damnemur, posteaq̄ diximus, renūciamus satanæ, & coniungimur tibi Christe: imò non uocetur hoc chirographum, sed fœdus ac pactum. Chirographum nanque est, quādo quis debitis obnoxius detinetur. Hoc aūt fœdus est & pactū. Pœnā non hēt, neque dicit: si hoc, & nisi hoc sit, id quod Moyses cū sanguinē testamenti aspergeret, dicebat. Hoc deus quoq; uitā æternā pronūciauit. Hęc oia pactū sunt
Gen. 2. c. ac fœdus. Illic agebat seruus cū domino, hic amicus cū amico. Quacūque die comederis, inqt, morieris. Mox minæ. Hic uero nihil tale. Aduenit dē⁹. Et hic nuditas, & illic nuditas: uerum illic qdē ex
ἐπ βν-νοει. pacto nudus factus erat, quoniā peccauerat, hic uerò recōciliationis gratia nudatur. Exuerat ille tūc gloriam quam habuerat, nūc exuit uterē hoiem.
De bapti smate. Et anteq̄ ascendat ē lauacro, adeo facile exuit atq; uestimenta. Inūgitur more athletarum, qui stadiū iam ingressuri sunt. Simul.n. nascitur, & non quē- K
admodō primus ille q paulatim formabatur. Sed subitò nascitur, non qūo sacerdotes olim caput, dūtaxat, sed multo amplius. Nam ille qdem caput, dexterā auriculā & manū, ut & ad obedientiam & opera bona ipsum excitaret, hic uerò totum. Non enim instruēdi gratia dūtaxat accedit, sed & certādi & exercēdi. In alterā creaturam euadit. Quando nanq; ad uitā æternā fidem profitetur, alterā profitetur creaturā. Accepit puluerem de terra, & finxit hoiem. Postea uerò nō amplius puluerē, sed spiritū sanctum. Illo fingitur, illo cōponitur: quēadmodū & ipse in utero uirginis. Non[dixit[in paradiso, sed [posuit. ut Bud. in cœlo. Etenim ne putes in terra esse, ppea quòd terra subiacet. Translatus es in cœlum. Illic ista inter angelos fiunt. Sursum accipit aiam tuam deus, sursum illam transformat, iuxta thronū regalē resistit. Fingitur in aqua quidē nouus ille hō, accipit uerò aliter aiantem spum. Posteaquam autem iam formatus est, non ducit ad illū bestias, sed dæmones & ducem ipsorū, & dicit: Calcate supra serpentes & scorpiones. Nō dicit, faciamus hoiem ad imaginē & similitudinem nostram, sed qd? Dat illis potestatem filios dei fieri. Qui ex deo, inquit, nati sunt. Deinde ne serpentem audias, mox docet, ut dicas: Renūcio tibi, ut idē sit, ac si dicas: nō audiā te. Ad hæc ne per alios quoq; te capiat, inqs, & pōpę tuæ, & seruituti tuæ, & angelis tuis. Posuit ipm, non amplius ad custodiēdum paradisum, sed ad cōuersandum in cœlo. Confestim.n. atque a baptismate regreditur, hæc uerba loqtur: Pater noster, qui es in Matt. 6. b cœlis, fiat uolūtas tua quēadmodū in cœlo ita & in terra. Non in faciē cadit puer, nō lignū uides, nō fontē, sed mox dominū ipsum amplecteris. Commiseris & subuectus cōiugeris corpori illi qd sursum in cœlis sedet, quò nō licet accedere diabolo. Nō est mulier illic quā accedat, & tanquā imbecilliorē seducat. Non est.n. inquit, mulier, non est masculꝰ, nisi tu deficias ad ipsum, nō poterit illuc ascēdere, ubi tu constitutus es. Es.n. in cœlo: cœlū autem inaccessum est diabolo. Nō habet lignū scientiæ boni ac mali, sed lignū uitæ dūtaxat. Nō am- M
plius ex latere tuo mulier, sed oēs unum sumus, ex latere Christi. Si q ab hoibus unctī sunt, nihil patiuntur a serpētibus: neq; tu patieris quicquā, dum unctus fueris, ut serpentē tenere queas & sussocare, calcare supra serpētes & scorpiones. Sed quēadmodū magna sunt dona, ita magna quoq; transgressoribus posita est pœna. Nō potest ē paradiso excidēs è regione paradisi habitare. Neq; poterimus denuo redire, siquādo exciderim⁹: sed qd postea? Gehēna, & uermis nō moriēs. Verū absit, ut quisquā nostrū isto supplicio fiat obnoxius, sed strenuè uirtutiq; dediti uuētes, studeamus q̄ illi probātur facere. Placeamus deo, ut & a supplicio liberari queamus, & ęterna bona assequ gratia & benignitate &c.

Homilia VII.

E quis igitur uos iudicet in cibo aut ī potu, aut in parte diei festi, aut nouiluuij, aut sabbatorū, quæ sunt umbra futurorū, corpus uerò Christi. Nemo uobis palmā interuertat, data opa in humilitate & superstitione angelorū in ijs quæ uō uidit incedens. frustra ista tus a mēte carnis suæ, nec obtinēs caput, ex quo totum corpus per cōmissuras & cōpagines subministratum & compactum augescit augmento dei. Cum primū ænigma-

A ticè dixisset, Videte ne qs sit, q uos deprædetur, iuxta traditionem hominū: & rursus superius aliquanto, Hoc autē dico, ne qs uobis imponat probabilitate sermonis: animumq; auditoris pręoccupasset, solicitumq; reddidisset: deinde & beneficia dei interseruisset, tūc uidelicet magnificētius, cū hoc fecisset: reprehensionē postremò inducit, ac dicit: Ne qs igitur uos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut nouilunij, aut sabbatorū. Vides qūo ista subuertit? Si talia, inqt, assequuti estis: quid modicis istis obnoxios uosipsos facitis? Et extenuat dicēs: aut in parte diei festi. Non.n. oīa priora tenebant: aut nouilunij, aut sabbatorū. Nō dicit, itaq; ne custodiatis illa: sed, ne qs uos iudicet. Declarauit eos esse trāsgressos & deliqsse, uerū in alios culpam reiecit. Ne feratis, inqt, iudices: imò nō hoc dicit, sed cum illis solis disputat, nō reprimēs eos, ne
[cū neq; ista repr. discernere & dijudicare ista debeāt:] sed istos utiq; non reprehendit. Nō dixit, in mūdis & immūdis: neq; dixit, in scenopegijs & azymis, & Pentecoste:
B sed, in parte diei festi. Non.n. sustinebant totum custodire. Etsi obseruauerūt, nō tamen ueluti feriando. In parte, inqt, ostēdens maiorē partē sublatam esse. Etsi.n. sabbatizabant, non tamen exactē: quæ sunt umbra futurorum: Noui, inqt, testamēti, Corpus uerò Christi. Igitur illa qdem hoc signabant.
Collatio ueteris ac noui testamenti Corpus uerò Christi, ueritas in Christo facta est: ista uerò corpus ipsum Christi sunt. Nemo uobis palmā interuertat: hoc est, offendat ac lędat. Palma.n. interuertitur quādo alij qdem uincūt, alij uerò palmā tollunt, quādo cùm uiceris, fraude læderis. Supra diabolū & peccatū stas, qd denuo te ipsum peccato subijcis? Propterea dixit: Quoniā debitor
Cala. 5. a Ibidē. 2. d est uniuersæ legis implēdæ. Et iterū: Num inuenitur Christus peccati minister? id qd ad Galatas scribens dixit. Postquàm eos cōmouerat, per id qd dixit, nemo uobis palmam interuertat, tum reprehēhonem orditur, data opera, inquiens, in humilitate & superstitione angelorum, in ijs q̄ nō uidit, incedens, frustra inflatus a mente carnis suę. Aut qūo in humilitate? Aut qūo inflatus? ostendit totum esse ex uana glia. Quid uerò prorsus est quod dicitur? Sunt nonnulli q dicunt nō oportere per Christum reconciliari & ad partem accedere, sed p angelos. Illud uerò maius est, q̄ nobis uideatur. Propterea sursum ac deorsum quæ de Christo sunt, uersat. Per sanguinē crucis eius, inqt: Propterea dicit, quòd pro nobis passus sit, quòd nos dilexerit. Et in eo ipso uero rursus tentabātur. Et nō dixit, cōciliationem aut accessum: sed, superstitionē angelorū: In ijs, q̄ non uidit, incedens. Angelos.n. non uidit, & tamen ita afficitur illorum superstitione ac si ui
C disset. Quapropter, inquit, inflatus à mente carnis suæ frustra. Neque.n. ex ueraci quadam causa aut dogmate inflatus est, prętextū uerò animi humilis ac modesti prefert. A mente carnali non spiritali, humana est cogitatio. Nec obtinens caput, inqt, ex quo totū corpus. Hic scilicet corpus habet ut sit, & ut bene habeat. Quid relicto capite membris adhæres? Capite si excideris, peristi. Ex quo totū corp⁹.
Relicto capite mē bris adhærere. Quisqs tandē sit, uiuere neqt, nisi ex capite, illi coadunatus, uitam habeat. Ois ecclesia quousque caput habuerit, crescet. Nam tūc nō amplius pręualebit arrogātię & uanę glorię passio, humanę cogitationis inuētū. Vide illud, ex quo, filio adscribit. Per comissuras & cōpagines, inquit, subministratū & D
cōpactum, crescit augmento dei. Augmento quod sit iuxta deum: quod sit conuersationis optimę. *Si mortui estis cum Christo.* Medium illud ponit, & quod utrinque uehementius est. Si mortui estis cū Christo. *Ab elementis mundi, quid quasi in mundo uiuentes decernitis.* Rationem consequentiæ non seruat. Oportebat enim dicere: qūo quasi uiuentes subditi estis elementis? Sed relicto illo quid dicit? *Ne tetigeris, neque gustaris, neque contrectaris, quæ omnia ipso abusu corruptioni patent, iuxta præcepta & doctrinas hominū.* Non estis in mundo, inquit, qūo elementis subditi estis? qūo mundi obseruationibus? Et uide qūo eos obiurgat. Ne contrectaris, ne tetigeris, ne gustaris, tanquam si magna quædam tradatis, aut a magnis quibusdam abstineatis: Quæ oia ipso abusu corruptioni patēt. Inflationem ac fastū multorum deiecit, & subiūxit. Iuxta! pręcepta & doctrinas hominū. Quid dicis? Etiā si legem obijcias, ea tamen ipsa iā dei ceps humana doctrina est, elapso uidelicet tpis sui præscripto. Aut hoc ideo dicit, quòd il- E
lam corrumpebant. Aut traditiones Grecorum taxat, totum, inquit, humanum dogma est. *Quæ quidē uerbotenus sapientiā prætexūt in superstitione et animi humilitate, et læsione corporis, ad expletionē carnis.* Verbotenus, inqt, non efficacia, non ipsa ueritate. Itaq; etiā si sermonem sapiētię habueris, auersamur. Videtur.n. talis religiosus quidam esse & modestus, corpusq; contēnere: nō aliquo honore ad expletionem carnis. Deus.n. corpori honorem suum contribuit, ipsi uerò illo nō cū honore utuntur. Ita solet.n. quando ad dogma attinet, honorem ipsum uocare. Ignominia, inquit, carnē afficiunt, priuātes illā honore debito, & potestatē cōcessam auferentes, nec pmittētes ut spontaneè illi imperetur: carnem deus honestauit. *Itaq; si resurrexistis unà cū Christo.* Coniūgit eos Christo, quoniam supra instruxerat, dicens: Si mortui estis. Propterea iam, inqt, itaq; si resurrexistis unà cū Christo, q̄ sursum sunt q̄rite. Non est illic talis obseruatio. *Superna quærite ubi Christus est, ad dexteram dei sedens.* Papę, quo animū nostrum subuexit? Qūo illos magno repleuit aio? Non satis habuit dicere, superna quærite, ubi Chri F
stus est: sed quid? ad dexteram dei sedens, inquit. Illinc scilicet ex terra, deinceps cœlū effecit. *Superna curate, non terrestria. Siquidem mortui estis, et uita uestra absc ōdita est cū Christo in deo. Quando Christus manifestatus fuerit uita nostra, tūc et uos cū illo manifestabimini in gloria.* Nō est ista, inqt, nostra uita. Alia q̄dā uita est. Iā urgēter laborat eos immutare alioq; trāferre, conaturq; probare: eos iā in supernis sedere, atq; hic mortuos esse, utrinq; instruens, ne præsentia quærant. Siue.n. mortui estis, non debetis, inqt, terrena quærere, siue in supernis estis, neq; sic q̄rere debetis neque hic apparet Christus, neq; uita uestra Quid igitur? Quādo uiuiem⁹? Quādo Christus apparuerit gl̄ia uestra, tūc gl̄iam quęrite, tunc uitā, tunc delicias quærite. Ista ueluti pręparamenta q̄dā sunt, ut à delicijs eos & à uitę remissione ac qete abducat. Ita solet, ut dum alia molitur, in alia trāsiliat, utpote qūo apud Corinthios facit de illis differens qui cœnam præsumebant, mox in obseruationem mysteriorum incidit. Magnum enim quid in se habet reprehēsio, quādo sine suspicione fit. Abscondita est, inqt, à uobis. Tunc & uos apparebitis

Cap. III.

nel, illinc effecit, ut terrena deinceps non aspiciantur.

G cũ ipso. Itaq; iã nõ estis cõspicui. Vide quomodo eos in ipsum cœlũ trãstulerit. Quẽadmodũ enim dicebam,perpetuò probare cõtendit, eadem illos habere cum Christo. Et per omnes illius epistolas ea ineſt rõ declarandi,in oibus fideles Christi cõsortes eẽ. Propterea & caput dicit & corpus,& omnia facit,ut hoc exprimat. Si ergo tunc apparebimus,ne doleat,siqdẽ honorem hic cõsequuti non fuerimus. Si hæc uita,uita nõ est,sed abscõdita est uita nostra, tanq; mortui uitã istã uiuere debem⁹. Tũc & uos,inquit,cũ ipso apparebitis in gloria. In gloria,inquit,non simplr. Nã & margarita abscondita est,quouscq; in ostreo fuerit. Siue igitur uitupemur,siue aliud qcq;,quicqd sit,patiamur,nõ lugeamus. Non enim nostra est uita,hæc uita. Aduenæ sumus & peregrini. Nã mortui estis,igt. Quis adeo desipit ut mortuo corpi,corpori sepulto,aut famulos coemere,aut ædes struere,aut pretiosa idumẽta cõparare cupiat? Nemo. Itaq; ne uos quoq;. Sed quẽadmodum unũ quærimus ne nudi.s.simus,ita
De baptismate. & hic unũ duntaxat quæramus. Sepultus est primus homo. Sepultus est nõ in terra,sed in aqua: non in
H morte ipsum enecãte,sed eo q mortẽ ipsam interemit,ipm sepeliẽte,nõ lege naturę,sed mãdato potentiore q̃ natura sit naturęq; dominiũ. Quę enim ex natura fiũt,destruerit quisq; fortè: quæ uerò ex ipsius mãdato,nõ itẽ. Nihil hac sepultura beatius, super qua gaudẽt oẽs & angeli & hoies,& angelorum dominus. Hæc sepultura nihil opus habet uestibus,nihil urna,aut alia re quapiã hmõi. Vis illi-
Exo.14.g us uidere symbolũ? Ostendam tibi colymbethrã in qua is qdẽ sepult⁹ est,iste uerò resurrexit. In mari rubro submersi sunt Aegyptij, traducti uerò & seruati Israelitę. In eadẽ re hũc quidẽ sepelit, illum uerò generat. Ne mireris quòd in baptismate & natiuitas est & corruptio. Nã dic mihi,an res dirimere ac dissoluere nõ cõtrariũ sit ei,qd est cõiũgere? Nemini nõ liquet. Atq hoc ignis facit. Nã cerã qdẽ dissoluit ac pdit,terrã uerò metallicã conglutinat, & aurum efficit: ita & hic fit. Statuã ex cera factam demolita ignis uis,uicisiim aureã loco illius exhi-
I bet. Verè qppè lutei sumus ante lauacrũ, post lauacrũ uero aurei. Vnde hoc liqt? Audi Paulũ ipsum
1. Cor.15. dicẽtem. Primus hõ ex terra terrenus,secũdus hõ
f dominus est è cœlo. Ego quidẽ tãtũ differẽtiæ dixi,quãtum est inter lutũ & aurũ. Reperi tamẽ maius discrimen,nempe cœlestis & terreni. Nõ est aũt tantũ discrimînis inter lutea & aurea, quãtum inter terrena & cœlestia. Cerei sumus & lutei. Liqfecit. n. nos cõcupiscentiæ flãma, multò magis q̃ ceram ignis,& uulgaris qlibet tentatio multo magis nos fregit,q̃ lutea uasa saxũ. Et si uultis, depingamus priorem nostrã uitam,an nõ oia terra fuerint & unda,instar Euripi, puluerem & instabilem & fluidũ habentia. Si uultis nõ priora, sed præsentia discutiamus,an nõ inuenturi simus oia puluerem esse & undam. Quid. n. uis dicam? principatus & potentatus? Nã istis quidẽ nihil magis æmulationi patere in præsenti hac uita uidetur. Verũ inuenerit quisq; puluerem in aere magis persistentem,q̃ istos nũc potissimũ. Cui nãque subiecti nõ sunt? Amoribus suis, eunuchis, illis q pecuniarũ gratia nihil non faciunt,furori populi, indignationibus potẽtiorũ. Qui heri in tribunali sedebat sublimis, qui pcones habebat uoce magnifica clamantes,& multos pcursores,& circa forum insequẽtes,hodie K
uilis & abiectus,& oibus illis spoliatus & nudus, instar pulueris excussi,& undę pterfluentis habet. Quẽadmodum aũt puluis pedibus nostris excitatur,ita & principatus ab illis creãtur, qui circa pecunias uersantur,& pedũ locum obtinent in oi uita. Et quẽadmodum puluis quãdo excitatur, magnam aeris partem occupat, cum ipse sit exiguus: ita & principatus. Atque ut puluis oculos excęcat, ita & principatus fastus oculos mẽtis excæcat. Sed quid? uis rem istam peroptabilem, diuitias uideli cet discutiamus? Age,illas ex parte inquiramus. Habent delicias,habent honores,habent potẽtiã. Primum ergo,si placet,exqramus delicias: An illę puluis non sunt? Imò puluere citius euanescũt: Voluptas. n. deliciarum ad linguã usque ptingit. Quando uerò repletus fuerit uenter, iam ne ad linguam quidẽ usque. Sed honores habere iucundũ est,inquis. Et quid est honore illo iniucundius, qui pp pecuniarum necessitatẽ obtingit,quando is nõ ex animi sentẽtia,neque ex alacritate aliqua exhibeatur? Nõ tu honore illo potiris,sed ipsæ diuitię. Ita- L
que hoc ipsum oium potissimum ignominia diuitem afficit. Nã dic mihi,si te amicũ quendam habentem oẽs illius gratia honore afficerent, simultamẽ ingenue faterentur nullo te prorsus honore dignũ esse,cogiq; se pp illum amicum tuum honorare te,quo non magis ignominia te afficerẽt isti? Itaque diuitię nobis ignominiæ causa sunt,maiore prædite honore q̃ qui possident. Sunt quoq; nõ potentiæ, sed ifirmitatis indicium & argumẽtum. Quomodo igitur absurdum non est, terra nos & cinere (hoc. n. aurum est) non putare dignos esse, sed nos illius gratia honorem cõsequi? Meritò. Verùm talis non est, qui diuitias contemnit. Melius enim est non honorari,q̃ hoc pacto honorari. Etenim dic, qso: Si quis tibi diceret, te qdem nullo arbitror honore dignũ,uerùm pp seruos tuos honore te afficio: an hac ignominia quicq̃ peius esse posset? Si uerò turpe est honori esse pp seruos, qui tamen eiusdem animæ nobiscũ & eiusdem naturę participes sunt: multò magis pp ista quæ uiliora sunt,parietes dico ædium,& aulas,& uasa aurea,& M
uestimẽta. Ridicula uerè sunt ista & turpia. Satius fuerit mori q̃ ad hunc modum honorari: nam dic mihi, Si te in isto fastu periclitantem uilis quisq; & despũedus periculo eximere uellet, quid tibi nam turpius euenire posset? Quod uerò de ciuitate ista inuicem alius alij dicitis,ad uos quoque dicere uolo. Offenderat aliquãdo regẽ ciuitas hæc nostra, iusseratq; illam totã funditus pdere cũ uiris, pueris,& ædificijs: tales. n. sunt regij furores. Potestati suæ quantũ uolunt,pmittunt & largiuntur. Tantũ malũ est libera potestas. Erat igitur in extremis periculis. Vicina ciuitas,maritima illa,succurrẽs regem pro nobis obsecrabat. Qui uerò urbẽ hãc nostrã inhabitabant,dicebãt hoc peius esse q̃ si urbs ipsa solo adæquaretur: Ita scilicet ad hunc modũ honorari peius est,q̃ ignominia affici. Etenim uide unde radicem suã habeat honor iste. Coquorũ manus faciũt ut honoremini: itaque illis gratiã referre debemus. Et subulci exhibẽt diutẽ mẽsam, & textores,& lanarij,& q metallis operãtur, & placentarij,& structores. An nõ melius est itaq; no honorari,q̃ illis honoris gratiam debere? Et præterea uerò,

A uerò,quòd plenum sit ignominia diuitẽ esse,manifestè declarare conabor. Aium turpem faciunt diuitiæ. Quid isto inhonestius? Et. n. dic qso: Si formoso quodã existente corpe,cunctosq; pulchritudine sua superante,accedẽtes diuitiæ denũciarent ac iuberẽt illud pro formoso rẽddere turpe, & pro sano ægrotũ,& pro sedato inflatũ,omniaq; mẽbra intercute replerent,tumefacerent quoq; faciẽ, atq; undique inflarent,item & pedes, trabibus ẽt grauiores eos redderent,rursus tumefacerent & uentrem,& quouis dolio maius exhiberẽt: & post ista neq; curare uolẽtibus ueniam & indulgẽtiam promitterent,(nam hoc facit ptãs) sed tantã libidini licentiã darent, ut siqs accederet nocumẽta illa ablaturus,illum ẽt punirent: dic qso,quando diuitiæ ista faciant & infligãt animæ, quo bonum est esse
B diuitem? Sed potestas illa licentiosa peior est morbo. Aegrotum nanq; ne medicorum quidem acqescere legibus peius est q̃ simpliciter ægrotum esse. Id quod in se habent diuitiæ,undique aium iutumescere facientes,medicorumq; accessum & operã prohibentes. Itaq; non arbitremur illos licentiæ ac ptãtis gratia beatos esse,sed miserẽdos potius. Neque. n. si uidero iacentem hydropicũ, & neminem prohibẽtem quò minus potãdo se quãtum uoluerit,carnibusq; nociferis ingurgitet,libertatis & potestatis huius gratia beatũ illũ reputauero. Neque enim ubiq; bonũ est quiduis posse,quẽadmodum neq; in honore esse. Nã & honores multo fastu animum replẽt. Si uerò nõ uoles corpus tuũ cũ diuitijs tãto morbo obnoxiũ fieri,quo aiam tuã contemnis,nõ hoc tãtum mali,sed & aliud inde supplicij sibi cõciliantem? Etenim febribus undiq; & inflammationibus inde cõburitur, & febrẽ illam nemo extinguere poterit. Neq;. n. diuitiæ permittunt, quæ sunt delicta & uitia,ista psuadẽtes esse quęstũ & lucra: utpote,neminẽ tolerare,& pro libidine ac licentia oia facere. Nam nõ inuenerit quisq; alium animum adeò concupiscẽtijs, idq; tam absurdis refertum,atq; eorum sunt,q̃ diteſcere uolunt. Etenim quantas nugas sibijpsis illinunt,magis q̃ q hippocentauros & chimæras imaginãtur & fingunt? Et
C dracontopodas,& scyllas,& reliqua monstra uide rit quis illos referre & fingere. Et si quisq; unam eorum concupiscentiam fingere & exprimere uolet, nihil neq; scylla,neq; chimęra,neq; hippocẽtaurus, ad monstrositatẽ illam esse uidebitur, sed inuenies eam oẽs cõplecti bestias. Et fortè putabit me quisquam ĩ multis fuisse diuitijs,ita rerum istarũ de quibus loquor,gnarum & cõscium. Dicitur quidã (nã primũ ex illis q̃ apud Græcos decantata sunt sermonem firmabo.) dicitur, inq̃, rex quidam apud eos usqueadeò in delicijs petulãs & luxuriãs fuisse, ut platanũ etiam aureã fecerit,& sursum cœlũ,atq; ita sederit,idq; in expeditione bellica cum hoibus belligerari doctis cõuersatus. An nõ ista concupiscentia hippocentaurorũ est? An nõ scylla? Rursus alius in bouẽ ligneum hoies coniecit. An hoc non scylla est? Tandem uerò priorẽ illum regẽ ex uiro mulierem fecit,militem rursus ex muliere. Quid dico? Bestiã irrationalẽ,atq; hac ẽt peiorem. Nam bestiæ qdem si sub arboribus sint,cõtenti sunt naturæ beneficio,nec quicq̃ quęrunt amplius. Hic uerò bestias quoq; superauit. Quid ergo demẽtius diuitibus? Istud uerò ex cõcupiscentiarum uiolentia & libidine nascitur. An nõ multi illũ celebrant & ad D
mirantur? Atq probro illi cõmunicant. Illud autẽ non diuitias oltẽdit,sed stultitiã & amentiã. Quãto melior est terrestris platanus q̃ erat aurea illa? Naturalia qppe iucundiora sunt illis q̃ præter naturam sunt. Quid uerò tibi cœlũ aureũ uolebat stulte? Vides qũo multæ diuitiæ insanos faciant? qũo inflent & inflãment? Puto ipsum & mare ignorasse suprasq; illud forsan incedere uoluisse. An ista nõ sunt chimæra? an non sunt hippocentaurus? Sed sunt & nũc qdam nihilo illo iseriores, sed multò ẽt insaniores. Quid. n. dic quæso, quod ad insaniã attinet,discrimînis est inter platanũ aureã,& eos qui fictilia faciunt aurea,ollas & alabastra? Quid uerò mulieres (pudet qdem,sed necessarium est ut dicã) quę matulas faciũt argẽteas? uos oportebat pudefieri quæ illas facitis. Tu Xpo tuo esuriente ad hũc modũ deliciaris? immo desipis & insanis? Quã istę pœnam non pẽdent? qris adhuc cur sint latrones, cur homicidiæ, cur tot mala, cũ uos ita uexet ac distrahat diabolus? Etenim scutellas habere argenteas,neq; istuc qdem aio philosophico cõuenit,sed totum deliciarum est,uasa uerò ẽt immunda ex argento facere,an deliciarũ est? At non dixerim hoc E
esse deliciarum sed stultitiæ,immo ne hoc qdẽ,sed insaniæ,quin insania quoq; peius Nouj multos meĥuⁱ⁹ gratia suggillaturos. Verũ nihil hoc curo,modo aliqd efficiam. Re uera stultos faciunt diuitię et insanos. Si tanta fuisset copia,uoluissent utiq; & terram esse aureã,& muros aureos,forsan & cœlũ aureum,& aerẽ quoque ex auro. Quę est insania? quę iniqtas? quę febris? Alius frigore perit,qui ad imaginẽ dei factⁱ⁹ est,tu uerò talia struis? ô fastũ. Quid enim insanus amplius fecisset? Ita. s. excremẽta tua honoras,ut argento excipiantur? Nouj quòd non sine nausea audiatis. Verùm q̃ hoc faciunt,torporem & nauseam hinc cõtrahere debẽt: & uiri quoque qui his morbis fomẽta ministrãt. Est. n. istud prodigalitas,& crudelitas,& inhumanitas, & feritas,& obscœna petulãtia. Quæ scylla? q̃ chimæra? qs draco? Immo qs dæmon? qs diabolus ista fecit? Quid proderit hic Christus? qd fides? Quãdo aliqs Gręcorum hoium istud,imo nõ Gręcorũ sed dæmonum,facere sustinebit? Si auro & margaritis caput ornãdum non est,q argẽto ad tã immundum officium abutitur,quã ueniam consequetur? Nõ sufficiunt reliqua? Quãquam neq; illa tolerabilia sunt. F
Cathedræ & scabella,ex argento sunt oia. Atq & illa stultitiæ sunt. Sed ubiq; fastus abundans & nimius,ubiq; uana gloria, nusquã necessarius usus, ubique superflua. Ego uereor ne ab ista isania mulierum genus mõstrorum sit abrepturum formas. Credibile nanque est eas capillos etiam aureos cõcupiscere. Aut fatebimini, quòd nihil ad id quod dictum est,affectæ sitis? Et excitatæ estis & in concupiscentiã istam incidistis, & nisi pudor cohiberet,nihil utique detrectaretis. Si. n. istis absurdiora quoque audetis, multò magis illas puto capillos etiam aureos concupiscere,& labia quoq; & supercilia,& oia auro liquefacto circunlinire uelle. Si uerõ non creditis, & putatis me rem dicere ridiculã, ego narrabo quod audiui,imo quod & nũc quoq; *Rex Persarũ barbã habuit aureã.*
est. Rex Persarũ barbam hẽt aureã. Nam q ad ista opanda apti sunt,quasi sub tegmine quodã ita ex aureis laminis barbę ipsiⁿ capillos intexuerũt. Sed

G monstri similis est. Gloria sit Christe tibi, quantis nos bonis accumulasti, qui sanos effecisti: quanta monstrositate, quanta insipientia nos liberasti? Ecce prędico, non amplius admoneo, sed prącipio & denuncio, qui uolet audiat, qui uero minus, contumax sit & immorigerus: quod si ista facere perrexeritis, non sum laturus, neq; uos recipiam, neq; patiar hæc limina transire. Quid enim mihi morbidorum multitudo? Quid uero si uos erudiens, non prohibeo quę superflua sunt? Atqui Paulus & auru prohibuit & margaritas. Ridemur à Grącis. Nostra uidentur illis esse fabulę: & uiros quoq; hic admoneo. In locum disciplinę huc accedis, ut in spirituali philosophia instruaris. Amputa fastum istum: huius & uiros & mulieres admoneo. Et si quicquam aliter egeris, non feram. Duodecim erāt discipuli. Audi qd ad illos dixerit Christus: Num
Ioan. 6.g & uos abire uultis? Etenim si perpetuò uobis 'obsę quuti fuerimus, quando recuperabimus perditos, quando proficiemus? Sed sunt, inquis, hæreses alię, ad quas plerique transibunt. Vanus & frigidus est
H hic sermo: Melior est unus qui uoluntatem dei faciat, q̄ mille improbi. Nam & tu, utrum uoles dic, quæso? an mille fugitiuos habere seruos & fures domesticos, an unum beneuolum? Ecce admoneo, & iubeo, ut & ornatum illum facierum, & quę alia huiusmodi sunt uasa, conteratis, & pauperibus dętis, & ut non ad hunc modum insaniatis. Qui uolet resiliat, qui uolet incusęt & conqueratur, nemini planè parcam. Quādo iudicandus ad Christi sistar tribunal, uos mihi nimio procul stabitis. Tum nihil proderit uestra gratia, quando mihi red denda erit officij ratio. Hęc uerba corruperunt omnia: Ne abeat, inquis, & transeat ad aliam hæresim. Infirmus est, condonetur illi. Sed quousque? Quan diu? Semel, bis, ter. Verùm non semper. Ecce rursus denūcio, & iuxta beatum Paulum protestor, quòd si denuò reuertar, non parcam. Quando uero
2. Cor. 13. 4 correcti fueritis, tunc scietis, quantum hinc sit lucri, quantum utilitatis. Etiam obsecro, & supplico, neque detrectabo genibus quoq; aduolui, supplicandiq; morem huius gratia subire. Quæ est ista
I mollities? q̄ sunt illę delitię? q̄ illa ignominia? (non .n. delicię sunt, sed ignominia) quę isthæc amętia? quæ insania? Tot pauperes ecclesiam circundant, & tot habęs ecclesia liberos, adeò opulentos, nulli pauperi succurrere potest, sed hic qdem esurit, ille uerò ebrius est, & argęto excremęta sua excipit, cū interea istene panis qdę particeps est. Quæ est ista iusania? q̄ tanta feritas? Faxit dominus ne sit periculū faciendum castigādi immorigeros, néue ista cū indignatione iudicio cōmittere cogar, sed ut uolū tariè & patienter hęc omnia in melius cōmutetis, ut ad glīā dei uiuamus, & futuro supplicio liberemur, bonaq; diligentibus ipsum promissa cōsequamur, gratia & benignitate &c.

Homilia VIII.

Ortificate membra uestra terrestria, fornicationem, immūditiā, mollitię, malā concupiscentiā, et auaritiam, quæ est simulacrorū cultus, pp quæ uenit ira dei in filios intractabiles, in quibus & uos aliquādo ambulabatis, cum uiueretis in ipsis. Noui multos prætexerita disputatione infensos mihi factos & abalienatos. Sed qd patior? Audistis qd pceperit dominus. Nō. n. ego in causa sum? Quid faciā? Nō uidetis debitorum repetitores quō ingratos debitores & im K probos carceribus & truncis dedant? Audistis qd hodie Paulus clamarit: Mortificate, inqt, membra uestra terrestria, fornicationem, immunditiā, mollitiem, concupiscētiam malā, & auaritiam, quæ qdem est simulacrorū cultus. Quid tali auaritia peius? hoc grauius est de quo dixi: Insania, scilicet, & iactātia illa q̄ fit circa argentū. Et auaritiam, inqt, quę quidem est simulacrorum cultus. Videtis quò malum illud desinat? Ne, quæso, ægreferatis. Nō. n. lubens neque temerè inimicos habere uolo: sed ue lim uos eò progredi uirtutis, ut de uobis audirem quæ deceant & oporteāt. Istud itaq; non authoritatis meæ est, non dignitatis, sed doloris ac mœroris. Ignoscite, mihi, ignoscite. Nolo pręter decorum agere, dū de talibus differo: interea tamen cogor. Non pp dolorem pauperum ista dico, sed propter uestram salutem. Peribunt. n. peribūt qui Christū non pauerunt. Quid enim si pauperem pascas? Quousque ita deliciaris genioq; indulges, uana sūt oia. Non enim hoc quæritur, ut multa des, sed ut non minus des q̄ facultas tua suppetat. Istud enim L ludentis est. Mortificate, inquit, membra uestra terrestria. Quid dicis? Nō dixisti, quoniā sepulti estis, quoniam simul cum illo sepulti estis, quoniam circuncisi estis, quoniā exuistis corpus peccatorū carnis? Quō ergo rursus dicis, mortificate? Non ludis? non aliter loqueris, q̄ si adhuc ista in nobis essent? Non est sibijpsi contraria ista loquutio: sed quem- *Simile pulcherri mum.*
admodū siquis statuā antea squalidam iā expurgatam, immo denuo quoq; excusam, splendidamq; exhibens, dicat quidem extersum esse ac sublatā rubiginē, admoneat uerò rursus ut diligēter tollatur rubigo, nō is sibijpsi contradicit, neq;. n. abstersam iam rubiginem, sed eam quę postea rursus accedit, auferre hortatur: ita & Paulus hic non priorē mortificationē dicit, neq; priores fornicationes, sed eas quæ postea succedunt. Non. n. est ista nostra uita, sed alia q̄ in cœlis est. Dic mihi: quoniā dixit, mortificate mębra uestra, terrena, an igitur & terra quoque taxata est? Deide mębra terrena ipsa uocat peccata, fornicationem & immunditiā, inqt: Præterijt ea quę neq; dici possunt honestè, & una immunditiæ dictione reliqua oia comprehendit. Mollitiem, M inqt, & concupiscētiam malam. Ecce in genere totum dixit. Nam oia peccata, mala sunt concupiscētia: utpote, inuidētia, ira, tristitia. Et auaritiam, inqt, quæ est simulacrorum cultus. Propter ista qppe uenit ira dei in filios immorigeros. Multis nūc eos induxit: p beneficia iam cōcessa, per futura, ex eo quòd à malis liberati sumus, declarato etiā quales fuerimus, & cuius gratia liberati simus. Et oia illa, utpote qui fuerimus, & in quibus, & quòd à malis liberati sumus, quō & qua uia, & quibus satis fuerint ad auertendum à malis. Verùm hoc omnium uehementissimum est: qd iniucundum quidem est dictu, non tamē inutile, sed & maxime utile, pp q̄, inquit, uenit ira dei in filios immorigeros. Non dixit in uos, sed in filios immorigeros. In quibus & uos aliquando ambulabatis, cùm uiueretis in eis. Reuerenter, Cùm uiueritis, inquit, 'in ipsis. Et tamen cū encomijs quoq;, tanquam iam nō amplius in illis uiuentes, aliquando quidam in eis uixerint, *Nunc uerò deponite & uos omnia.* Et unuesaliter perpetuò loquitur, & sigillatim: ea uerò affectus sunt,

A *Iram, indignationem, malitiā, maledicentiā, turpiloquē tiam ab ore uestro. Ne mentiamini alius aduersus alium.* Turpiloquentiā, inquit, ex ore uestro, Significāter. Nā illud inquinat turpiloquentia, *Posteaquā exuistis ueterem hoiem cum actibus suis, & induistis nouū, qui renouatur ad agnitionē & imaginem eius qui cōdidit illū.* Non immerito quis q̄ hic q̄rierit, quānam ratione membra, & hominem, & corpus corruptam uocet uitam. & integram rursus & rectā idipsum. Et si homo sunt peccata, qūo dicat, cum actibus suis. Semel. n. dixit, ueterem hoiem, ostędens non hoc hominem esse, sed illud. Animi uolūtas præcipua magis & principalior est q̄ ipsa hois essentia, atque ea magis est homo q̄ illa. Neque. n. essentia ipsa in gehennam conijcit, neque in regnum cœlorū introducit, sed ai uoluntas. Et neminem uel diligimus uel odio habemus, quatenus homo est: sed q̄tenus uel bonus, uel malus fuerit. Si igitur essentia qdem corpus est, ipsa uerò innoxia utrinque, qūo corpus malū esse dicit: Quid uerò est qd dicit, cum factis suis? Ai uoluntatem cum ipsis opibus dicit: ueterē aūt eum uocat, turpitudinē eius, ac deformitatē,
B imbecillitatemq; demōstrare uolens. Et nouū uocat istum, q̄si dicat, non expectabitis, quòd idē pas surus sit & iste qd uetus, sed contrarium. Quantocunque. n. progressus fuerit, non tamen ad senectutem, sed ad iuuentutē priore maiorem properabit. Quādo nāq; maiorem cognitionem nactus fuerit, tūc & maioribus honoratur, & magis uiget, robustiorq; redditur, nō solùm à iuuētute, sed & ab ipsa specie ad quā formatus est. Ecce creatura dicitur, optima uitæ conuersatio, quæ sit ad imaginē Xpi formara. Hoc. n. est quod dicit, ad imaginem eius qui condidit illum. Nam neq; Xps ad senectutē desijt, sed adeò bon⁹ & ueget⁹ erat, ut dici nō possit.

Vbi non est Græcus & Iudæus, circuncisio & ꝑputium, Barbarus, Scytha, seruus, liber, sed oia & in omnibus Xps. Ecce tertium encomium noui huius hominis, i eo quòd neque gentis, neque dignitatis, neq; maiorū aliqua differētia inducitur, quòd nihil hēt externorū, neque illis indiget. Talia qppe oia ab externis sunt, circuncisio & ꝑputium, seruus, liber, Græcus, hoc est proselytus, Iudæus ex maioribus. Si nouū dūtaxat habueris hoiem, eadem cōsequeris cū
C alijs habentibus. Sed oia & in oibus Xps. Oia uobis sit Xps & dignitas & genus, & in omnibus uobis sit Christus. Aut aliud dicit: Quoniam omnes unus Christus facti estis, corpus ipsius existentes.

Sitis igitur induti tanquam electi dei sancti ac dilecti. Declarat uirtutis facilitatē, & quòd illā continuò debeāt hēre, & quòd ea ueluti maximo ornamēto uti debeant. Ponit aūt adhortationem cum encomio coniunctam: nā ita potissimum ualet. Erant enī sancti, sed non electi, nunc uerò & electi, et sancti, & dilecti. *Viscera miserationū.* Non dixit misericordiam, sed quod duplici nomine significantius est. Et non dixit, tanquam fratribus, sed tanq̄ filijs patres. Etenim ne dicas, quod errauerit, ppea dixit uiscera. Nec dixit miserationes, ne illos extenuaret, sed uiscera miserationū. *Comitatē, molestiā, mansuetudinem, longanimitatē, sufferentes uos inuicē, & cōdonātes uobis mutuò, si quis aduersus aliquē habuerit querelam, quēadmodum & Xps condonauit uobis, ita & uos.* Rursus ad species descēdit. Etenim à comitate est modestia, & à modestia est lōganimitas. Sufferē-

tes, inquit, uos inuicem: hoc est, dimittentes noxā. D Et uide qūo nihil illam esse ostenderit, dum querelam uocat, & dicit, quemadmodum & Christus cō donauit uobis: magnum exemplum. hoc quidē semper facit à Christo illos incitans. Querelam, inquit, illic quidem modicum esse delictum ostēdit: quando uerò exemplū adduxit, condonandū esse persuasit: ēt si magna conqueri possemus. Illud. n. quemadmodum & Christus, hoc innuit. Et non hoc solùm, sed quòd ex toto corde cōdonādū fit. Et neque istud dūtaxat, sed quòd diligere dēam⁹. Xps. n. in medium adductus, omnia ista secum aduehit. Etiam si magna condonanda sint, & si nihil antea læserimus, & si nos magni simꝰ, illi uero modici, etsi contumelia nos ēt post ista affecturi sint, etsi animam pro ipsis ponere oporteat. Istud nāq; quemadmodum Xps, ista exigit: & quòd non solū ad mortem usque in istis persistere debeamus, sed & postea, si possibile sit. *Super omnia autem hæc charitatē, quæ est uinculum perfectionis.* Vides quòd hoc dicat? Quoniam enim fieri potest, ut qui condonat offensam non diligat, etiā diligere, inquit, E oportet. Et uiam ostendit per quā possibile fiat, ut condonemus. Potest. n. quis & comis esse, & mansuetus, & modestus, & longanimis: & tamē nullius afflictione affici. Propterea exorsus dixit, uiscera miserationū, & dilectionē, & misericordiam. Super omnia autem hæc charitatem, quæ est uinculum pfectionis. Quod uero dicere uult, hoc est: nihil illa proderunt, peribunt. n. omnia, nisi cum charitate coniuncta fuerint: ista cōstringit, & complectitur omnia. Quodcūq; bonū dixeris, nisi adsit charitas, nihil est, sed planè diffluit. Et quēadmodum in naui etiamsi magna sint instrumēta, nisi fuerint F subligacula, nihil proderunt. Et in domo nisi sint colligationes & cotignationes, & in corpe etiam si magna sint ossa, si non fuerint uincula & cōpagines, nihil proderunt. Ita quęcūq; quis habuerit rectè facta, inania erūt omnia, nisi sit charitas: nō dixit, quę uertex est, sed quod maius est, q̄ uinculum est. Necessarium magis est hoc q̄ illud. Nam nec tex quidem perfectionis est auctio & intentio, uinculum uerò conseruatio eorum est q̄ perfectionem efficiūt, tanquā radix quædā. *Et pax dei palmam ferat in cordibus uestris, ad quā & uocati estis in uno corpe, & sitis grati.* Pax dei ipsa est, q̄ firma est & solida: etenim si pp hoiem pacem habueris, ueluciter dissoluitur: si uerò pp deum, non item. Quanquam uniuersaliter loquutus est, dum charitatem dixit, uerùm rursus ad species redit. Est. n. & immoderata quædam dilectio: utpote quādo qs ex multa dilectiōe & temerè cōqueritur, & lites excitat, & auersatur. Non, inqt, non hoc uolo, sed quemadmodū pacem uobiscum fecit deus, ita & uos facite. Quō fecit? Sponte sua uolens, nō à uobis quædam accipiens. Quid est, pax dei palmam ferat in cordibus uestris? Quòd si disceptauerint duæ cogitationes, ne locū præbeas iræ, neque cōtumeliæ palmā occupare conāti, sed paci: utpote, sit quisq̄ contumelia p iniuriā affectus. Ex contumelia natę sunt duę cogitationes: unā qdem uindictā, altera uerò patientiam meditari iubens. Pugnent aūt inuicē. Si pax dei pstiterit palmam tenens, iubenti patiēter ferre palmā pbebit, & alterā diuersam pudefaciet. Qūo? Persuadens deum esse pacem, deum nobiscum

G feciſſe pacem. Non ſimplr oſtendit multum in hac re certaminis eſſe. Ne palmã, inqt, obtineat animi cõmotio, neque cõtentio, neque pax humana. Pax enim humana ex uindicta naſcitur, ex eo quòd nihil mali toleratur. At non iſtã uolo, inqt, ſed illam, quã & ipſe reliquit. Stadiũ intus in cogitationibus fecit, & certamen & colluctationẽ, & diſceptationem palmariã. Deinde rurſus incitat: Ad quam, inquit, uocati eſtis: hoc eſt, in qua uocati eſtis. Admonet quãtorũ bonorũ cauſa ſit pax. Propter illã te uocauit, in illa te uocauit, ut certã palmã accipere. Etenim quamobrem unum corpus effecit? Nõ ideo, ut pax ſuperaret? Nõ ideo, ut occaſionẽ habe remus ad conſequendam & conſeruãdam pacem. Qua rõne omnes unum corpus ſumus? Quo uerò unum corpus ſumus? Propter pacem unũ corpus ſumus: & ppea quod unum corpus ſumus, pacem etiam habemus. Quamobrem uerò non dixit, pax dei uincat, ſed palmã ferat? Certiorem & grauiorẽ eã fecit: malam cogitationem nõ permiſit reluctãdo appropiare, ſed inferiorẽ eſſe fecit. Et ipm palmæ nomen auditorem excitauit. Si.n. palma bonę

H cogitationi data fuerit, qd tũ mala impudẽter cõtrà egerit, nihil amplr efficiet. Alioq uerò ſciebat, qcquid tandem molita fuerit, ſe non recepturam palmã. Quęcunq; inſpirare, & obijcere uehementius tentauerit, tanquam inutilia conata deſiſtet.

Et bene adiecit, & grati ſitis: nã hoc demũ eſt gratũ eſſe. Et ualde argutè docet, ut conſeruos quiſq; tractet, qũo ipſe à deo tractatur: ut ſibi ſit domino ſuo. Vt obediat, ut pro oibus gratias agat, etiã ſi quiſquam calumnietur, etiam ſi percutiat. Non enim malefactorem ulciſcitur: qui illorum gratia quę malè paſſus eſt, deo gratias agit. Itaq; qui ulciſcitur, deo non agit gratias. Ne ſimus ergo ſiles illi

Matt.18. d cui centum debebantur denarij, ne audiamus, Serue improbe: nihil.n. iſta ingratitudine peius eſt: ergo ultores ingrati ſunt. Qua uero rõne priore loco fornicationem adduxit? Cùm.n. dixiſſet, Mortificate membra ueſtra terrena, mox, inquit, fornicationẽ. Atque hoc propè ubiq; facit. Ideo. ſ. quòd ille morbus potiſſimum obtinet. Nam & in ea q̃ ad

I Theſſalonicenſes eſt ſcribens, hoc fecit. Et quid mirum, cũ & Timotheo dixerit: Conſerua teipſum caſtum & purũ. Et rurſus alibi: Pacem ſectemini cũ oibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo deum uidebit. Mortificate, inquit, mẽbra ueſtra. Scitis qualis ſit mortuus, q̃ exoſus, q̃ abominabilis, q̃ corruptibilis. Si mortificaueris, quod mortuum eſt non durat, ſed mox corrumpitur, quẽadmodũ corpus. Extingue itaque calorem, & mortuum manebit.

1. Tim.5. d

Heb.12.c

Oſtendit idem hic fieri debere, quod & Xps in baptiſmate facit. Vnde & mẽbra uocat, quaſi ſtrenuũ quendam inducens. Et ut in maiorem emphaſim induceret, bene dixit, terrena. In terra quippe manent, & in terra corrumpũtur, multo magis quàm iſta corporis mẽbra. Itaque non ita terrenũ eſt corpus noſtrum, atque pctum. Nam illud etiam bonum aliquando apparet: hęc uerò membra nunq̃. Concupiſcunt quoque hæc membra oia terrena. Si oculus terrenus fuerit, ea q̃ in cœlis ſunt, non uidet: ita & auditus, & manus, & quodcunque aliud membrũ dixeris. Oculus corpora uidet, & pulchritudinẽ & pecunias. Illa uerò terrena ſunt, illis delectatur: Auditus cõcẽtu delicato, cithara, fiſtula, &

ἐφ' ᾧ ἐκλήθητε

ἀριστέα τινα.

turpiloquio afficitur. At illa terrena ſunt. Poſteaq̃ igitur eos in cœlis propè thronũ dei ſtatuit: tũc dicit: Mortificate membra ueſtra terrena. Non.n. licet in cœlis cũ his membris ſtare. Neque.n. illic eſt in quod operari debeãt. Et hoc lutum deterius eſt illo. Illud.n. mutatur in aurum: Oportet.n. inquit, corruptibile hoc induere incorruptionem. Hoc ue rò lutum poſthac denuo conflari ac mutari in melius non poterit. Itaque iſta magis terrena ſunt, q̃ illa. Atque ideo non dixit, quæ ſunt ex terra, ſed q̃ ſunt ſuper terram. Poſſunt.n. ea non ex terra eſſe. Iſta quidẽ neceſſe eſt eſſe ſuper terram, illa uerò nõ item. Nam quando auris nihil eorũ audit, q̃ in hac terra ſunt, ſed q̃ in cœlis dicuntur: quando oculus nihil terrenum uidet, ſed q̃ ſuprà ſunt in cœlis, iam nõ ſuper terram eſt: quando os nihil eorum q̃ hic ſunt loquitur, non iam ſup terram eſt: quando manus nihil mali operatur, non eſt ex illis q̃ ſuper terram ſunt, ſed q̃ in cœlis. Hoc & Xps dicit, Si oculus tuus dexter obſtaculo tibi fuerit: hoc eſt, ſi petulãter uideris, excide ipſum: id eſt cogitationem mali. Videtur aũt mihi, fornicationem, immunditiam, mollitiem, & concupiſcentiam, non aliud dicere, q̃ fornicationem, quo p hæc oia à fornicatione nos abducat. Eſt.n. re uera iſtud animi paſsio & mollities. Et quemadmodũ corpus patitur, ſiue febricitet, ſiue uulneretur: ita habet & ai paſsio. Et non dixit cohibete, ſed mortificate: ne deinceps denuo re ſurgãt, abijcite quoque. Quod emortuum eſt, abijcimus: utpote ſi uermes in corpe fuerint, mortuũ eſt, abijcimus illud. At ſi uiuũ corpus incideris, dolorẽ exhibet: ſi uerò emortuũ, ne contriſtamur q̃dem: ita ſanè habẽt & ai paſsiones. Immundam faciunt aiam, paſsibilem faciunt aiam q̃ immortalis eſt. Qũo auaritia dicta ſit ſimulacrorum cultus, ſę penumero diximus. Quæ potiſſimum tyrãnidem in genus humanum exercent iſta ſunt, auaritia, intemperantia, & concupiſcentia mala. Propter quæ, inquit, uenit ira dei in filios imorigeros. Filios imorigeros dicit, priuãs illos uenia, & oſtẽdens eos ex inobedientia in iſtis eſſe. In quibus & uos, inqt, ambulabatis aliquando, & imorigeri eratis. Oſtendens uerò & adhuc eos in iſtis eſſe, cũ encomio dicit: Nunc uerò & uos abijcite oia, iram, indignationem, malitiam, maledicentiam, turpiloquentiam. Verùm ſermonẽ in alios deducit: Animi paſsiones & maledicentiam, conuicia dicit. Quẽadmodũ & ab indignatione ai malitiam dicit. Alibi uerò reuerenter: quoniã ſumus, inqt, inuicem mẽbra. Quaſi hoium opifices eos facit, hunc quidem repugnantium, iſtum uerò amplectentium. Membra ueteris hois hic recenſuit. Cuncta, inquit, ipſius mẽbra dixi: cor, indignationẽ: os, maledicẽtiam: oculos, fornicationẽ: auaritiam, manus, pedes: mendaciũ, animum ipſum, & mentẽ ueterẽ. Vnam uerò formam regalem habet nouus homo, nempe Xpi. Videntur mihi iſti magis ex gentibus eſſe. Quemadmodũ. n. terra arenoſa exiſtens, ẽt ſi illa quidem plus, iſta uerò minus ſit: formã tamẽ ſuam primùm amittit, & poſtremò in aurum mutatur, & quẽadmodũ lana qualis qualis ſit, aliã faciẽ induit, & priorem occulit, ita & fidelis. Sufferentes, inqt, uos inuicẽ. Quid iuſtũ & æquum ſit oſtẽdit. Suffer tu alium, & alius te, id qd & in ea q̃ ad Galatas eſt, dicit: Alter, inqt, alterius onera portate: & grati ſitis, inquit. Hoc.n. potiſſimum

K

L

M

Matt.5.c

Ephe.4.f

Ibidem.a

Gal.6.a

A potiſſimum ubique requirit, utpote ſummã bonorum. Gratias itaque agamus in oibus, qcquid fiat: hoc.n. eſt gratum eſſe. Etenim rebus proſperis hoc facere, nihil magni fuerit. Nã ipſa rerum natura eò impellit. Quãdo uerò in extremis exiſtẽtes gratias agimus, tũc pclarum eſt. Quando.n. cæteri maledicunt & faſtidiunt, nos gratias agimus. Vide quanta ſit philoſophia. Primùm, deum lętificas: alterùm, diabolũ pudefacis, tertiùm, & qd malefactum eſt, nihil eſſe facis. Nam & tu ſimul gratias agis, & deus dolorem amputat, & diabolus abſcedit. Nam ſi tu qdem difficilis fueris, ipſe magis incũbit, tanquam q̃ iam qd uolebat, effecerit, & deus tanquam blaſphematus deſerit, & augetur malũ. Si uerò gratias egeris, abſcedit diabolus, tanquam q̃ nihil profecerit, & deus uicißi, uelut honoratus, maiore honore afficit. Non poteſt etiã fieri, ut afflictiones ſentiat homo ille q̃ in afflictionibus gratias agit. Gaudet.n. animus, utpote qui confeſtim illuſtrem ſibi conſcientiam cõparauerit, lætatur encomijs ſuis. Non poteſt aũt animus illuſtris mœſtus eſſe. Illic uerò

B etiã cum calamitate inſtat conſcientia ſtagellãs, at hic & coronat & pdicat. Nihil hac lingua ſanctius eſt, q̃ in aduerſis deo gratias agit. Certè nõ inferior eſt lingua martyrum, utraque pariter coronatur. Nam & aduerſus iſtam inſtat lictor, deũ p maledicentiam negare cogẽs, inſtat diabolus argutis cogitationum ſtionibus lacerans, & animi anguſtijs obtenebrãs. Si ergo dolores ptulerit, & gratias egerit, martyrij coronã ſortitur: utpote, morbo decumbit filiolus, & tamen gratias agit deo. Quo tortore nõ ſęuior eſt animi anguſtia? Attamẽ uerbulũ aliqd acerbũ extorquere nequit. Moritur? Rurſus gratias agit. Fit filia Abrahę. Nam ẽt ſi nõ propria manu filiolũ immolat, ſupra arã tamen illum uelut uictimam collocat, id quod idem eſt. Nõ cõqueritur ablato dono. Rurſus in morbum incidit? Nõ applicat ſupſtitioſa remedia. Pro martyrio illi iputatur.

περίκατα. Immolat.n. filiũ animi ſentẽtia. Quid.n? Etſi nihil proſint ſupſtitioſa illa remedia, ſed ſeductio ſint & ludibrium, ſunt tamen qui prodeſſe ſuadeant. At

C mauult iſta mortuum uidere puerũ, q̃ idololatriæ locum dare. Quemadmodum igitur iſta martyr eſt q̃ hoc ſiue in ſeipſa facit, ſiue in filio, ſiue in uiro, ſiue in alio quoquã ex amiciſſimis: ita q̃ diuerſum facit idololatra eſt. Liquet.n. immolaturã fuiſſe, ſi licuiſſet. Immo iã fecit qd ad immolationem attinet. Etenì ſupſtitioſa illa, quæ ęgrotis applicantur etiã ſi mille modis philoſophentur, q quæſtum ex ipſis faciunt, dicentes: Deũ inuocamus, & pterea nihil facimus, & quicqd eiuſmodi prętendunt: &, Chriſtiana eſt hęc anus & fidelis, idololatriã tamẽ ſapiũt. Fidelis es? Crucis ſignaculo utere. Dic, hoc dũtaxat habeo ſcutum, hoc ſolũ pharmacũ, aliud ignoro. Dic mihi, ſi medicus ad ęgrotum accedẽs, relictis medicinę pharmacis incãtatione uteretur, an hũc medicũ diceremus? Nequaquã: nõ.n. uideremus medicinæ pharmaca: ita neq; hic q̃ sũt Chriſtianiſmi. Alię uerò ffuuiorũ nomina collo appendunt, & mille talia audent. Ecce dico, & pdico uobis oibus, ſiquis deprehendetur, poſtea nõ parcã, ſiue ſupſtitioſa collo alliget, ſiue incãtet, ſiue aliud quicq̃ huiuſmodi artis faciat. Quid igitur? Morietur ne puer, inqs? Si hoc pacto uiuet, tum mortuus eſt: ſi uerò ſine iſtis mortuus fuerit, tũ reuixit. Iã ſi

D uideris filium ſcortis deditũ, mox uelles defoſſum & ſepultũ, ac dicis: quid.n. profuerit illum uiuere? Cùm uerò uideas ſalutis illum ſubire periculũ, uis ita uiuentem uidere? Nõ audiſti Chriſtũ dicẽtem? Qui pdidetit aiam ſuam, inueniet eam: q uerò inuenerit eam, pdet? Credis iſtis Chriſti uerbis? Aut fabulę tibi uidẽtur? Dic mihi, Si diceret quiſquam, duc ægrotũ tuũ in templũ ſimulacrorũ, & uiuet: ferres iſtum? Non, inqs. Quare? Quia ad ſimulacrorum cultum adigeret, inqs: hic uerò nõ eſt ſimulacrorum cultus, ſed ſimplr incantatio. Hæc ſatanica cogitatio eſt, iſtæ ſunt inſidiæ diabolicę ad occulẽdam ſeductionẽ, & ad porrigendũ ſub melle uenenoſum pharmacum. Sciens.n. te ad ſimulacrorum templũ pſuaderi non poſſe, hac uia ingreditur, ad amuleta & aniles fabulas abducẽs. Et crux qdem Chriſti dehoneſtatur, elemẽrorum uerò ſupſtitioſi characteres pferuntur, Chriſtus eijcitur, & inducitur tenulenta & nugatrix anus, myſteriũ noſtrum cõculcatur, & ſeductio diaboli tripudiat. Quãobrem igitur nõ arguit, inqs, iſta deus? Superſtitionũ iſtarum auxilium ſępenumero coarguit, & tibi tamen nõ pſuaſit. Proinde ſeductioni deinceps pmittit. Nã tradidit illos deus, inqt, in ſenſum reprobũ.

E

Rom.1.d

Iſta uerò neq; Gręcus mente prædituς tulerit. Ferũt concionatorẽ aliquem Athenis aliquando iſta amplexatum eſſe, & deinde philoſophum quendam, ipſius pceptorem, cùm uidiſſet, illum increpaſſe, reprehendiſſe, taxaſſe, ſuggillaſſe. Adeo nanque miſeri ſumus, ut & iſtis credamus. Quare non etiã nunc ſunt, inquis, q̃ mortuos ſuſcitent, & ſanitates perficiunt? Quare non ſint, nõ dico: ſed quare iam non ſunt, q̃ prẽſentẽ hanc uitam contemnant? Pro mercede ſeruim deo. Cũ imbecillior eſſet humana natura, cũ fides eſſet plantanda, tum multi erant tales. Nũc uerò nõ uult nos deus pẽdere à ſignis, ſed paratos eſſe ad mortẽ. Quid igitur pſenti uitæ tenaciter adhęres? Quãobrem futura non proſpicis? Ec quidem pp iſtam, etiam idololatriam recipis, pp futuram uero neq; animi mœſtitiam pateris. Propterea nunc non ſunt tales, eo quòd obſcura nobis uidetur illa uita. Siquidem pro illa quidem nihil facimus, pro iſta uero, nihil ferre detrectamus. Quid

F uerò & alia ridicula commemorem? Cinerem, fuliginem, & ſalem, & rurſus uetulam in medium productam? Re uera ridiculũ & dedecus. Et oculus ſquam, inquis, faſcinauit puerũ. Quouſque ſatanica iſta? Qũo non ridebunt nos Gręci? qũo non ſubſannabunt? Quando illis dicimus magnã eſſe crucis uirtutem, qũo credent, cùm uideant nos iſtis egere, quæ ipſi deridẽt? An ideo deus medicos dedit & pharmaca? Quid autem ſi illi non curauerit, & morte diſceſſerit puer: quò diſcedit puer, dic mihi, miſer & infelix? An ad dæmones abit? an ad tyrannum? Non ad cœlum hinc abit? nõ ad dominum ſuum? Quid ergo doles? qd ploras? qd luges? cur puerum plus amas q̃ dominum tuum? Non p ipſum etiam puerum tuum habes? Quare ingratus es, donum magis q̃ datorem diligendo? Sed imbecillis ſum, inqs, & non fero timorem dei. Si incorporalibus malis, qd̃ maius eſt minus abigit, multò magis in anima timor timorẽ, & mœſtitia mœſtitiam extinguit. Elegans & bonus erat puer? At qua liſcunq; tandem fuerit, formoſior non fuit q̃ Iſaac. Vnigenitus erat? Et ille. In ſenectute tibi natus eſt?

πέρικατα.

G Et ille. Vrbanus aũt erat? Ac ut ut fuerit, non erat
Exod.2.a elegantior Moyse, qui & barbaricam faciem ad sui
desideriũ attraxit, idq; in eo ætatis articulo, in quo
nõdũ apparet aliqua uenustas. Et tamen illũ tãto-
pere amabilẽ in fluuiũ exposuere parentes. Tu qui
dem decumbentẽ uides, & sepulturæ tradis, & ad
monumentũ abis, illi uerò ignorabãt etiam, an fu-
turus esset puer cibus uel pisciũ, uel canũ, uel alte-
rius cuiusq; bestiæ, quales circa mare aberrare so-
lent, atq; hoc fecerunt cùm nondum siue de regno,
siue de resurrectione quicq; cognouissent. At non
est unigenitus, sed post multos & ipse mortuus est?
Verùm nõ adeò subitanea. & tristis est ista calami-
Iob.1.c ras, atq; erat illa Iob. Non hic delapsum tectũ, non
inter conuicandũ interitus, non calamitates annũ
tiatæ. At erat tibi dilectus? Sed nõ magis q̃ Ioseph,
cuius tamen calamitatem pater, cùm putaret à be-
καὶ τὴν μετ ἐκεί νην καὶ τὴν με τὰ τοῦ τὴν. stia deuoratum, patienter tulit, non solùm eam q̃
erat ex perdito Iosẽph, sed & eam quæ erat pp Be-
niamin. Flebat pater, sed ipiè nihil agebat: lugebat,
at molestus & difficilis non erat, sed in uerbis tan-
tùm consistebat dicens: Ioseph non est, Symeõ nõ
est, & Beniamin aufertis: in me recidũt hęc oia. Vi-
H des quõ illum famis uis & tyrannis adegerit libe-
Gen. 42. ros suos contemnere? Apud te uerò non tantum
g potest timor dei, quãtum fames? Plora, non prohi-
beo. Verùm nihil blasphemũ uel dicas uel facias.
Qualiscunq; fuerit filius tuus, nõ tamẽ est ut Abel,
uerùm nihil huiusmodi dixit Adam, quanquã gra
uis admodum esset calamitas à fratre occisum essẽ
Abelẽ. Sed & aliorum fratricidarum mentionẽ fa-
2.Reg.13. ciã, utpote, Abesalomi, qui Amnon primogenitum
f fratrẽ occidit. Et Dauid rex diligebat filiolũ ægro-
tum, & in sacco qdem & cinere iacebat, uerùm ne-
que diuinos, neq; incantatores adduxit, quãquam
tum tales essent, id qđ in historia Saulis liquet, sed
deo supplicauit. Hoc & tu facias. Quod iustus hic
fecit, hoc, inquã, & tu facias. Eadem loquere: siquã
do tibi mortuus fuerit filius, q̃ Dauid dicebat: Ego
2.Reg.12. ad ipsũ abibo, ipse uerò nõ reuertetur ad me. Hoc
b animi philosophici, hoc amoris paterni: ut ut dili-
gas filiũ, nõ tantũ diliges, quantũ ille tũ diligebat,
desiderio stagrãte erga matrẽ erat beatus ille, tãetsi
ex adulterio esset. Scitis uerò liberos in amore parẽ
I tum cõmunicare. Et tãtus erat hic amor, ut filium
etiã culpabilem illum regni inuasorem uiuere uo-
luerit: ueruntamẽ gratias egit deo. Quid putas pas-
Gen.27.g sam esse Rebeccã, cũ Esau minitaretur Iacobo? Et
tamẽ nihil mœstũ reddebat uirum Isaac, sed iube-
Matt.18. bat illũ dimittere alio. Perpende q̃ filio tuo peiora
d accidere potuerint, siquando aduersi quicq̃ passus
fueris, & abundè solaberis. Et cogita, qd si in bello
interijsset? Quid si in igne? Atq; ita qcqd patiamur,
cogitemus atrociora, & habebimus sufficientẽ cõ-
solationẽ, proponamusq; ppetuò ob oculos, eos q
grauiora passi sunt, & nos etiã ipsos: siquidem ali-
quãdo duriora passi fuerimus: Ita & Paulus admo-
Heb.12.b net, cũ dicit: Nondũ usq; ad sanguinẽ restitistis ad-
1.Cor.10. uersus peccatũ decertantes. Et iterũ: Tentatio uos
c nõ cepit nisi humana. Quicqd igitur accidat mali,
deteriora ppendamus: (poterimus. n. semper dete-
riora reperire) atque ita erimus grati. Ante oia ue-
rò, continuè gratias agamus in oibus. Nam ita &
pẽtia mala quiescent, & nos ad gloriam dei uiue
mus, & promissa bona lucrabimur, q̃ cõtingat nos
omnes assequi gratia & benignitate &c. K

Homilia IX.

Sermo Christi inhabitet in uobis opulente in omni ſ *sapiẽtia. Docete et admonete uos inuicẽ psalmis, et hymnis, & cantionibus ſpiritualibus in gratia, ca nentes in cordibus uestris domino. Et quicquid egeritis ſer mone aut ope, oia in nomine domini Iesu facite gratias agẽ tes deo et patri p illum.* Posteaq; illos ut grati essent ad monuit, uiam quoq; ostendit, nimirum eam quam & nos primũ uobis accuratè diximus. Quid dicit? Sermo Christi inhabitet in uobis opulẽtè, inqt: im mo nõ hãc solã sed & alterã. Nam ego quidem di xi, quòd oporteat eorũ recordari, q grauiora per- pessi sunt, & eos recogitare q sæuiora tulere q̃ nos passi sumus, ac pro eo gratias agere quòd non ea quoq; nobis accidunt. Ipsẽ uerò quid dicit? Sermo Christi, inquit, inhabitet in uobis opulentè: hoc est, doctrina, dogmata, adhortationes, in qbus ni- hil esse præsentem uitam dicit, neque illius etiam bona. Si illa cognouerimus, nihil erit molestiarũ, cui cessuri simus. Inhabitet, inquit, in uobis opulẽ tè. Non simplr, sed cum multa opulentia. Audite L quotquot estis mundani, & uxoribus præstis ac li beris, quomodo & uobis potissimum præcipiat scripturas legere, idq; non simplr, neque obiter, sed magna diligentia. Quemadmodum enim diues pe cuniarum, damnum & noxam ferre potest: ita & diues dogmatum philosophicorum, non solũ pau pertatem, sed & quasuis calamitates facilè feret, il lo etiam facilius. Nam illic quidem dum ẽ damno sese explicat pecuniarum diues, necesse est illũ im- minui, & confundi, & si sæpius hoc accidat, ferre non posse. Hic uerò nõ ita: Non. n. sanas cogitatio- nes insumimus, siquãdo oporteat calamitatis qcq̃ ferre, sed semper manent. Et uide prudentiam bea- ti huius: Non dixit, sermo Christi in uobis sit sim- pliciter. Sed qd? Inhabitet, & opulentè in omni sa- piẽtia. Docete & admonete uos inuicem. Virtutem hic sapientiã dicit, & animi modestia sapientia est, & misericordia, & qcũque talia, sapiẽtia sunt, quem admodum istis cõtraria, stultitia. Crudelitas. n. ex stultitia est: unde & plerunq; omne peccatum insi- pientiam uocat. Dixit insipiens, inqt, in corde suo, non est deus. Et iterum: Coputruerũt & tabuerunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Quid enim illo insipientius, dic queso, q uestibus quidem pro- prijs induitur, fratres uero suos nudos cõtemnit? q canes cùm pascat, imaginẽ dei fame laborantẽ de- spicit? q res humanas oẽs temerè nihil esse credit, il lisq; non aliter afficitur q̃ si essent immortales? Quemadmodum rursus nihil eo sapientius est, qui uirtutem assequutus est. Etenim uide quàm philo- sophus est, inqunt. Elargitur sua, misericors & beni gnus. Naturam nouit q̃ sit communis: nouit pecu- niarum usum, q̃ nulla sit illarum habenda ratio, q̃ magis sit parcendum proprijs corporibus q̃ pecu- nijs. Ideo gloriæ contemptor uehementer sapiens est. Nouit enim res humanas. Scientia diuinarum pariter & humanarum rerum philosophia est. No- uit igitur & quę sint diuina, & quæ sint humana, & illis quidem abstinet, ista uerò operatur. Nouit ẽt in oibus gratias agere deo: psentem uitam nihil es- se putat. Quapropter neq; suauibus delectatur, neq; aduersis contristatur: neq; moreris aliũ doctorem. Habes oracula dei. Nemo te docebit, quẽadmodũ

καὶ ἐ- λαττοῦ σθαι. καὶ ἐ- λεγχε- σθαι.

Psal.13.a Ibid.36.b

Philoso- phia quid sit

A illa. Alius tibi multa sepe, siue per uanam gloriam, siue per inuidẽtiam iuidebit. Audite obsecro secu- lares oẽs: Cõparate uobis Biblia, animæ pharma- ca. Si nihil aliud uultis, uel nouum testamẽtum ac quirite, Apostolum, Acta, euãgelia, continuos ac se dulos doctores. Si acciderit mœstitia, huc ueluti ad apothecã pharmacorũ accũbe. Hinc tibi sume solamen mali, siue dãnum euenerit, siue mors, siue amissio domesticorũ. Immo nõ accũbe solùm, sed oia, menteq; illa contine. Hoc demũ malorum om nium causa est, quod scripturę ignorantur. Sine ar mis bellum ingredimur, & quo seruaremur? Arma ti uincere seruarię solent, inermes nequaq̃. Nõ om nia in humeros nostros proijcite. Oues estis, uerũ non irrõnales, sed rõnales: multa & uobis cõmit- tit Paulus. Qui ad instítnendũ mittuntur, nõ semp in eo cõmorantur ut discant: alioqui non addisce
Addisces rent. Si semper didiceris, nunq̃ docebis. Nõ ita ue
B nias, tanquam semper imbuendus: alioq nũquam sciens eris, sed tanq̃ aliquando discendi finem fa- cturus, aliosq; in his artibus docturus. An non cer tis ac determinatis temporibus, disciplinis, & sum- matim artibus uniuersis uacant oẽs? Ita certũ tem pus præscribimus oẽs. Si uerò semper didiceris, in- dicium est quod nihil addiscas. Istud probri &
Esai.46. b dæis obiecit deus: Quos ex utero sustuli, inquit, & usque ad senium instruxi. Nisi semp istud morati
Προσε- σοχᾶτε estis, non ita retrocessissent oia. Si fieri potuisset, ut partim iam instructi, partim uerò instruendi es- setis, profecisset utiq; labor noster, cessissetis & alijs, & nobis quoque manũ porrexissetis. Dic mihi, si q ad literatores abeunt, ppetuò in elementis addisce dis pfisterent, an non multum laboris præceptori exhiberent? Quousque uobis de uita probè insti- tuenda disseremus? Apud aplos non ita habebat, sed continuè transmigrabant eos, qui primum di- dicerant, aliorũ q adhuc instituendi erant, doctо- res cõstituẽtes: ita orbẽ circuire potuerũt, eò quòd non opus hẽbant uni se alligare loco. Quanta pu- tatis egere doctrina frẽs nostros, eos. s. qui in agro sunt, & eorum doctores? Sed uos me detinetis hic affixum. Priusq̃. n. caput bene habeat, frustraneum fuerit reliquum corpus curandi gratia accedere.
C Oia humeris nostris inijcitis. Vos oportebat dun- taxat à nobis instítui, uxores uero à uobis, à uobis & liberos. At oia nobis obeũda relinquitis: quapp
Ephe.5.d & multam sustinemus molestiam. Docete, inquit, & admonete uos inuicẽ psalmis & hymnis & can- tionibus spũalibus. Vide quo inuidiam declinet Paulus. Quoniã scripturæ lectio laboris & mole- stiæ plurimũ habet: non ad historias legendas in- ducit, sed ad psalmos, ut & aium pariter cantando oblectes, & labores fallas. Hymnis, inqt, & cantioni bus spũalibus. Nunc uerò satanicas cantiones ac saltationes pferunt pueri uestri, quẽadmodũ coci, & obsonatores, & chorearum ductores, psalmũ au tem nemo nouit ullum. Quin & res ista turpis esse uidetur, ludicra & ridicula: hinc mala cuncta ui- gent. Qualemnã plantula terrã sortita fuerit, talem quoq; fructũ adferet: si arenosam & salsam, talẽ: si
Vsus Psalmorum. dulcem ac pinguẽ, rursus consimilem: ita fons qui dã est doctrina. Doce puerũ tuum psalmos illos ca nere philosophia plenos, utpote, stati de tpantia, imo ante oia de uitãdo iproborũ consortio, mox ab initio libri. Nã huius gratia exordiũ hinc sum- psit propheta dicens: Beatus uir qui nõ abiit in cõ
Psal.1.a silium impiorũ. Et iterum: Nõ sedi cum cõsilio ua
ibid.52.a nitatis. Item, Cõtemptus est in cõspectu eius q ma-
Ibi.14.a lè agit, timẽtes aũt dominum glrificat. De cõsortio bonorum colẽdo. Etiam horum multa illic inue- nies, ut de cohibendo uentre, de cõtinendis mani- bus, de intẽperantia, de nõ fraudãdo, nihil esse pe- cunias, nihil gloriam, & quęcunq; alia eiusmodi. Si à puero istis assuefeceris illum, paulatim & ad sub- limiora subduces. Psalmi cõplectuntur oia. Rursus & hymni quoq; nihil habent humani. Quod si in psalmis istructus fuerit, tũ & hymnos intelliget, ac
Psalmorũ & hymno- rũ dif- ferentia. sciet, utpote rem diuiniorẽ. Etenim uirtutes tupnæ hymnos cõcinunt, nõ psallunt. Nõ. n. speciosus est hymnus, inqt, i ore peccatoris. Et iterũ: Oculi mei ad fideles terræ, ut collocem illos mecũ. Item, Non habitauit i medio domus meę faciens superbiam.
Eccl.15.c Rursus: Ambulans in uia imaculata, ipse mihi mi-
Psa.100.b nistrauit. Itaq; non solũ inter amicos, sed neq; inter seruos temerè seipsos imiscebunt, sed cautè agent.
Ibidem. Innumera qppe mala liberis hinc sunt, quod corru
Ibidem. ptos illis pficimus seruos. Si. n. cum paterna fruun- tur beneuolentia & philosophia, tanta difficultate consernãtur, quãdo seruorum crudelitati illos tra- dimus, isti nõ aliter illis abutuntur, q̃ si inimici es- sent, putãtes sioi miti° fore dominũ si stultos eos E reddiderint, & uiles, & prorsus nulli° momẽti. Ista itaq; curemus ante reliqua oia: Dilexi, inqt, diligen tes legem tuam. Hunc igitur æmulemur & nos, atq; istos diligamus. Vt aũt refrenentur quoq; liberi, au
Psa.37.b diant prophetam dicẽtem: Quoniã lumbi mei im-
Ibi.72.d pleti sunt illusionibus. Et iterum: Perdes oẽm eum
Ibi.77.d qui fornicatur abs te. Et quòd ingluuiem cohibe- re oporteat, audiant rursus: Et occidit, inqt, pigues ac potiores eorũ, adhuc esca in ore eorũ existente.
Ibi.61.c. Et quòd munera uincere oporteat: Diuitię, inqt, si affluxerint, cor ne adponitote, & glrię quoq; domi-
Ibi.48.d nari. Neque descendet cũ eo, nec post ipsum gloria
Ibi.36.a. eius. Item nõ æmulari malos: Ne æmuleris, inquit, eos q malè agunt. Potentatus quoq; nihili facere:
Ibidẽ.g. Vidi impium, inqt, superexaltatũ & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce nõ erat. Pro nihi-
Ibi.143.c lo habere pscntia: Beatum, inqt, dixerũt populum cui hęc sunt, btũs ppls cuius dominus deus adiu- tor eius. Quòd nõ temerè & multè delinqmus, sed
Ibi.61.c. retributio futura est: Quoniã tu reddes, inqt, uni- cuiq; iuxta facta sua. Quã uerò rõne non quotidie
Ibi 102.b retribuat: Deus, inqt, iudex iustus, fortis & longani
Ibi.130.a mis. Bonam esse ai modestiã: Domine, inqt, non est
Ibi.72.a exaltatũ cor meum. Malam esse superbiã: Propter-
Iacob.4. ea, inqt, tenuit eos superbia in finem usque. Et ite-
Psa.72.a rum: Dominus supbis resistit. Item, Egredietur tã- quã ex adipe iniustitia eorũ. Bonam esse eleemosy
Ibi.111.b nam: Disperst, inquit, ac dedit pauperibus, iustitia eius manet in scm. Quod laudabile sit misericor-
Ibi.111.a dem esse: Suauis ille uir, inqt, qui miseretur & com- modat. Et multa, istis quoq; plura reperies illic phi losophię dogmata, utpote, no esse maledicendum,
Ibi.100 a Qui clam, inqt, detrahit proximo suo, illũ psecut° sum. Quis sit hymn° cœlestiũ, norũt fideles. Quid in cœlestib° dicũt Cherubim? qd dixerunt angeli? Gloria in altissimis deo. Propterea psalmorũ con-
Luc.2.b cẽtum sequũtur hymni, tanquam diuiniores. Psal- mis, inqt, & hymnis, & cãtionibus spũalibus in gra tia, canetes in cordibus uestris deo. Aut hoc dicit,

G quòd pp gratiã nobis deus ista dederit: aut dicit, cantionibus in gratia, uel admonere uos inuicẽ & docere in gratia: uel quòd in graiia habeãt ista charismata. Expositio est: ex gratia, inquit, spūs sancti, canentes in cordibus uestris deo. Non simplr ore, sed cũ attentione. Hoc.n.demum est deo canere, illud uero aeri. Vox nãq temerè diffunditur. Nõ ad ostentationem, inqt, ẽt si in foro fueris, potetis tepm colligere, deoq nemine audiẽte canere. Eteni & Moyses ita pcatus est, & à deo auditus. Dixit.n. Quid clamas ad me? Quanq nihil dixisset, sed mẽte clamasset, (unde & deus solus audierat) idq cũ corde cõtrito. Nihil.n.uetabat quò minus & ambulãdo corde pcaretur, & in supnis esset. Et qcqd egeritis, inqt, sermone aut opere, oia in noie domini nostri Iesu Xpi facite, gratias agẽtes Deo & patri per illum. Si nanque ad hunc modũ egerimus, nihil erit sceleśti, nihil immundi, ubi Xps inuocabitur. Siue edas, siue bibas, siue nubas, siue pegrè proficiscare, oia in noie dei facias: hoc est, ipsum adiutorem inuoces, ac tum demum agenda contingas, H posteaq ipsum primum precatus fueris. Vis aliquid loqui? Nomen dei præstrue. Propterea & nos eplis nomen domini pstruimus. Vbicunq fuerit nomẽ domini, ibi oia sunt prospera. Si.n.consulum nomina securitatem literis addunt, multo magis Xpi nomen. Aut hoc dicit: Scdm deum omnia & dicite & facite. Angelos non introducite. Comedis? Gratias age deo, & post ista quoq idẽ fact̃ur. Dormis? Gratias age deo, idem & postea facturus. Forũ igrederis? Idem facias. Nihil mũdanũ, nihil seculare, omnia in noie domini facias, & prosperè succedent oia. Vbicunque additum fuerit hoc nomen, cũcta erunt secunda: Si dęmones eijcit, si morbos abigit: multò magis rerũ prosperitatẽ efficit. Quid est aũt facere uel in sermone, uel in opere? Siue orãtẽ, siue quodcunq aliud opus faciẽte intelligit. Audi qõ Abraham in noie dei seruum suum amandarit: Da uid in nomine dei Goliad interfecerit. Admirabile est nomen eius & magnum. Rursus & Iacob filios suos in Aegyptum mittens, dicit: Deus uero meus, det uobis gratiam in cõspectu hois. Qui.n.hoc faciebat, adiutorẽ habebat deum, sine quo nihil audebat facere. Tanq igitur ex inuocatione honoratus uicissim illũ honore affecit deus, reb⁹ illius successum administrando. Inuoca filiũ, gratias age patri. Etenim ituocato filio, muocatur pater, & uicissim si gratias egeris parri, eadẽ opa egeris & filio. Ista dicamus nõ solũ uerbotenus, sed & ipsis opibus adiplere. Nihil porerit huic noi conferri. Istud ubiq admirabile: Vnguentũ, inqt, effusum nomen tuũ mox bona fragrãtia refertũ est. Nemo põt dicere dominũ Iesum, nisi in spũ sctõ. Tanta opatur hoc nomẽ: Si dixeris, in noie patris & filij & spũs scti, cũ fide uidelicet ista pfeceris. Vide quãta pfeceris. Hoiem procreaueris, & qcqd reliquũ est ex baptismate pfeceris. Ita & morbis iperans terribile est hoc nomen. Propterea diabolus angelorũ superstitionẽ induxit, inuidẽs nobis honorẽ istum. Dęmonum sunt istæ incãtationes. Siue angelus sit, siue archangelus, siue Cherubin, ne feras. Neq ipse te uirtutes suscipiẽt, sed propulsabunt ẽt, si dominũ suũ dehonestari uiderit. Ego te, inqt, honorauí, & dixi, inuoca me. Et tu illũ ignominia afficis. Istã incantationẽ si cũ fide cecineris, & morbos abiges & demones. Et si nõ abegeris morbũ, nõ hinc est, quòd infirmũ sit hoc nomẽ, sed quòd utilis sit morb⁹. Secundũ maiestatem tuã, inqt, sic & laus tua. Per hoc nomen conuersus est orbis, tyrãnis deuicta, diabolus conculcatus, cœli apti, & nos regenerati sumus p hoc nomen. Istud si habuerimus. splẽdidi erim⁹. Istud & martyres facit & cõfessores. Amplectamur illud loco magnifici & pclari doni, ut in gl'ia uiuamus, deoq placeamus, ac bonis, diligẽtib⁹ ipm promissis digni reddamur, gratia & benignitate &c.

Deo canere.

Exo.14.d

1.Cor.10.g

Ge.14.a

1.Reg.17.f

Gen.27.a

I

Cant.1.a

1.Co.12.a

K

L

M

Homilia X.

Xores subditæ estote uiris sicuti cõuenit in domino. Viri diligite uxores, & ne sitis amarulẽti aduersus illas. Filij obedite parẽtibus ad oia: hoc.n. bene placet domino. Patres ne puocetis liberos uestros, ne despõdeant aium. Serui obedite p omnia ijs, qui domini sunt secundũ earnẽ, nõ obsequijs ad oculũ exhibitis, tanquã hominibus placere studẽtes, sed in simplicitate cordis timẽtes deũ. Quicquid egeritis, ex animo facite tanquã domino & nõ hominibus, sciẽtes quòd à domino recipietis mercedẽ hæreditatis. Nam domino Xpo seruitis. Cæterũ qui peccarit, feret quòd deliquit, & nõ est pſonarũ respectus apud deũ. Domini quod iustũ est & æquũ exhibete seruis, sciẽtes & uos habere dominũ in cœlis. Quãobrem non ubiq & in oibus epistolis ista pcipit, sed hic, & ad Ephesios, & in ea q ad Timotheum, & quæ ad Titũ est? Ideo, scilicet, quòd in istis fortè ciuitatibus essent dissidia: aut fortè quòd alia iam assequutæ essent, atq ideo de istis admonẽdæ. Immo qđ istis dicit, oibus dicit. Plurimum aũt huic epłę, ei q ad Ephesios est, ẽt in istis conuenit. Aut quòd uiris cætera bene habẽtibus, quos oportebat de dogmatis instruere sublimibus, q illis adhuc deerant, non fuerit op⁹ de istis scribere, aut quòd supflưũ fuerit de istis audire, eos q in tẽtationibus quoq satis habebãt cõsolationis. Itaq cõiecturamus hic eccłiam istã, in alijs firmã fuisse & stabilẽ, & ista tanq poste riora adijci, Vxores subditæ estote uiris sicut cõuenit in domino, pro eo dici, subditę estote pp domi nũ. Nã istud uos ornat, non illos. Nõ.n.seruilẽ subiectionẽ, neq eam q à natura solùm, sed q̃ sit propter deum dico. Viri diligite uxores, & ne sitis amarulenti aduersus illas. Vide qũo rursus eorũ admonuerit, quæ uicissim reddẽda sint. Quemadmodũ illic timorẽ & dilectionẽ posuit, ita & hic: pót.n. fieri, ut & qui diligit, amarulẽtus sit. Quod aũt dicit, hoc est: Ne sint inter uos lites. Nihil.n.amarulẽtius, q̃ si uiro pugna sit aduersus uxorẽ. Sunt nanq acerbæ pugnæ ac lites q̃ fiunt aduersus pſonas dilectas. Et ostendit hoc fieri ex multa animi amarulentia, quando à membro suo qsq̃ dissidet. Virorũ itaq est diligere, obtemperare uero uxorũ. Si ergo qsq qđ se decet attulerit ac pstiterit, firma pſistent oia. Vir si diligat, uxor quoq ex eo reddetur amica. Vxor si subdita sit, reddetur uir quoq mãsuet⁹. Vide uerò qũo & in natura ita cõparatũ sit, ut uir amet, uxor uerò obtẽperet. Quãdo nãq qui præest subditum suũ diligit, tunc oia bene cõpacta sunt. Nõ ita subiecti q̃ritur dilectio, atq principãtis erga subditũ. Nam ab isto q̃ritur obedientia. Quòd.n. mulieri pulchritudo data est, uiro uerò cõcupiscẽtia, nihil aliud ostẽdit, q̃ hoc iõ eẽ factũ, ut uxor à uiro diligatur. Ne domineris itaque temerè, quòd uxor subiecta ẽ, neq tu mulier ifferis, quòd à uiro diligeris. Nec amor uiri uxorẽ extollat, nec subiectio uxoris uirũ inflet. Propterea seipsam tibi subiecit, ut magis amaretur, & ppea amari te fecit ô mulier, ut eo facilr ferres quòd subiecta es. Ne formides subiecta. Amãti qppe subijci, nihil oino fuerit difficile. Nec tu amare metuas, habes.n.obtẽperantem quã amas. Neque.n.alr comparatũ est hoc coniugale uinculũ. Necessarium itaq ab ipsa natura principatũ habes. Habeto & uinculũ quoq ab ipsa dilectione. Imbecilliorem.n.tolerabilem reddet. Filij obedite parentibus ad oia. Hoc.n.acceptũ est in domino. Rursus illud, in domino, & leges obedientiæ ponens, & reuerentiã & submisiõnẽ incutiens. Hoc.n.inquit, acceptum est domino. Vide qũo non solùm ex ipsa natura, sed & p illa ex ijs magis q̃ deo probantur, cuncta nos uult facere, ut & mercedem inde habeamus. Patres ne prouocetis liberos uestros, ne despondeant aium. Vide rursus & hic quoq subiectionẽ & amorẽ. Et nõ dixit, diligite liberos uestros. Fuisset qppe superfluũ. Nã ad hoc ipsa natura cogit, sed qđ opus erat correxit. quòd & amor hic sit uehementior, quandoq dem & obedientia maior. Nusquam.n.exemplum uiri & uxoris ponit: sed quid? Audi prophetam dicentẽ: Quemadmodũ pater miseretur filiorũ, ita misertus est dominus timentiũ se. Et rursus Xps: Quis uestrũ est, inquit, homo quem si panẽ petierit filius, an lapidẽ dabit illi? Et si piscẽ petierit, nũ serpentem dabit illi? Patres ne prouocetis liberos uestros, ne despondeãt aium, quod illos pot ssimũ permouere posse sciebat, hoc posuit: & qđ amicum magis erat, hoc illis præcipiẽdo dixit. Et nusq̃ hic deum ponit. Perfregit qppe parentes inflectẽdo eorum uiscera. Dicit aũt: ne contentiosiores eos faciatis. Est in quo cõdonare quãdoq debeatis. Deide & ad tertiũ principatum accedit Et hic quoque amor est, sed nõ naturalis, quẽadmodũ suprà, sed consuetudinis, q̃ & ab ipso principatu, & ab ipsis est opibus. Quoniã igitur hic qđ amoris qdẽ est, succisum: qđ uero obedientię, auctum est: huic immorari uolẽs, quod priores, de qbus pmissum est, à natura habẽt, hoc istis dare uult ab obedientia. Atq ideo non solùm dominorum gratia ad seruos differit, sed & sua ipsorũ, ut amabiles seipsos reddãt dominis suis. Sed nõ ponit istud aptè: liqdẽ remissos eos fecisset. Serui, inqt, obedite per oia ijs q domini sunt scdm carnem Et uide qũo semper ponat noia, uxores, filij, serui, & mox obedientiæ debitũ. At ne doleas, subiunxit, qui domini sunt scdm carnem. Animus, inquit, qiu potior tui portio est, liberatur: deinde tpalis est seruitus. Aium igitur subijce, ne sit amplius necessaria & coacta seruitus. Nõ obsequijs ad oculum exhibitis, tanquam hoibus placere studentes: fac, inquit, ut q̃ ex lege est seruitus, fiat ex timore Christi. Etenim si quæ facienda sunt, & quæ ad honorem heri attinent, illo non uidente feceris, manifestum est quòd ea pp oculum dei perpetuò uigilem & cuncta uidentẽ facias. Nõ obsequijs, inquit, ad oculum exhibitis, tanq hominibus placere studẽtes. Hoc itaq si feceritis, dãnũ sustinebitis. Audi nanq quid propheta dicat: Dissipauit dominus ossa eorũ, inquit, qui hoibus placere student. Vide ergo qũo illis parcat, & tamen corrigat. Sed cum simplicitate cordis timẽtes deũ. Illud.n.nõ simplicitas, sed hypocrisis esset. Nempe si aliud corde habentes aliud opere faceretes: alios præsente hero uos ostẽderetis, & alios absente. Propterea, non simplr dixit, in simplicitate cordis: sed addidit, timentes deum. Hoc.n.est timere deum, quãdo etiam nemine uidẽte nihil mali fecerimus, Si uero fecerimus, nõ iam deũ, sed homines formidamus. Vides qũo eos corrigat? Quicquid egeritis, inquit, ex aio facite, tanquam domino & non hominibus. Non solùm hypocrisi, sed & segnitie liberatos esse cupit. Liberos eos pro seruis reddidit, quando dominorũ instantia, & pceptis iã amplius nõ egeant. Hoc.n.est, qđ dicit, ex aio: id est, cum beneuolentia, nõ ex seruili coactione, sed libertate & animi pròptitudine. Et q̃ huius est merces? Scientes, inquit, quod à domino recipietis mercedẽ hęreditatis uestræ: nam domino seruitis. Liquet ergo quòd & ab ipso mercedẽ sitis actepturi. Et quod domino seruiatis manifestũ est, ex eo quòd subditur: nẽpe, q peccarit, feret qđ deliqt. Hic priorẽ sermonẽ cõfirmat. Etenim ne uiderentur hęc uerba adulationis & blãditiarũ esse, feret, inqt, qsque qđ deliqt: hoc est, pœnas dabit. Non.n.est pſonarum respectus. Quid.n.quòd seruus es? Non huius pudeat. Atquì dominis hoc debebat dicere, quemadmodũ & in ea quę ad Ephesios est, fecit. Sed uidetur hic Grẽcos notare dominos. Quid.n.inqt, si ille Græcus sit, tu uero Christianus? Non pſonæ sed res ipsę ingruntur. Itaq ẽt si sic fuerit, cum beneuolentia & ex aio seruiendum est. Domini, qđ iustum est & æquum exhibete seruis. Quid uero iustũ est? Quid æquum? Oia abundè suppeditare, & nõ ita, ut aliorum ope egeant, sed ut laborũ mercede fruãtur. Non.n.ideo illos mercede priuabis, quòd dixi eos mercedẽ habere à deo. Alibi uero dicit: Remittentes minas, mãsuetiores uolens facere dominos. Erant.n.illi initiati, quasi dicat: Qua mensura metimini, eadem uicissim remetientur uobis & alij. Et illud: Non est pſonarũ respectus, dictũ est ad istos. Illis uero imponitur, ut isti illud amplectãtur. Quãdo.n.qđ alteri competit, ad alium dicimus, non illum adeo, quantũ eũ q obnoxius est, corrigimus. Et uos, inqt, cum illis. Communẽ hic fecit, utrisque seruiturẽ: scientes, inqt, & uos habere dominum in cœlis. *Obsecrationi instate uigilantes in ea, cũ gratiarum actione.* Quoniam.n.desidies plerunq ex precũ instantia nascitur, ppea adiecit, uigilantes: hoc est, sobrij existentes, non uacillantes. Nouit.n.nouit diabolus quantũ bonum sit precatio, atq ideo molestus aduersus illã incumbit. Nouit aũt & Paulus, quo multi peccantes torpeant. Propterea dicit, obsecrationi instate. Tanquã de re laboriosa quapiã loquutus addit, uigilãtes in ea cum gratiarũ actione. Hoc.n.inquit, opus uestrum sit in precationibus, ut gratias agatis deo, & pro manifestis, & pro occultis beneficijs, siue qb⁹ uolũtarios, siue qbus inuitos affecit, & pro regno, & pro gehẽna, pro afflictione quoq & tranqllitate. Ita qppe precari solent sancti, & pro cõmunibus quoq beneficijs gratias agere. Nouí ego sanctum quendam uirum qui ita orabat: nihil dicebat ante hunc sermonẽ: Gratias agimus tibi pro oibus beneficijs tuis, à primo die usq in hũc pſentẽ idignis nobis impẽsis, siue nota nobis sint siue incognita, tam pro occultis q̃ pro manifestis, q̃ uel ope nobis uel sermone facta sũt, & q̃ uoluntarijs & quę inuitis sunt præstita, pro omnibus q̃ immeritis nobis exhibita sunt, pro affli-

Ge.14.a

1.Reg.17.f

Gen.27.a

I

Cant.1.a

1.Co.12.a

Psal.102.c

Mat.7.et Luc.11.b

Psal.52.b

Cur uiro dilectio, & uxori subiectio præscr.batur.

Ephe.6.a

Cap.IIII.

Ibidem.b

Matt.7.a

Viri cũsubdã sctigratiarũactio

G ctionibus,pro quiete, pro gehenna, pro supplicio, pro regno cœlorũ. Obsecrã⁹ ut aras nostras sanctas custodias,mundã habentes conscientiã, sinẽ benignitate tua dignũ. Qui nos ita dilexisti,ut unigenitũ tuũ pro nobis dederis, dignare nos hac dilectione dignos reddere. Da sapietiã in uerbo tuo, & in timore tuo,unigenite Xp̃e. Inspira nobis fortitudinem tuã,qui unigenitũ pro nobis dedisti, & spũm sctũm tuum emittas in remissionem pctorum:& siue sponte quid,siue inuiti deliquerimus, condona,nec reputes. Recordare oium qui nomẽ tuum inuocant in ueritate. Recordare oium qui nobis uel bene uel malè uolunt. Oẽs.n.hoies sumus. His dictis addebat orationem fidelium, atq; ita cessabat, tanquam coronide quadam & colligatione, post orationem pro oibus factam imposita. Multis.n.nos deus ẽt inuitos beneficijs afficit, multis ẽt & pluribus quoque ignaros. Quando.n. contraria precamur, ipse uero diuersa facit,manifestum est quod & inscijs benefaciat. *Orantes simul & pro nobis.* Vide animi humilitatẽ. Post illos H seipsum demum ponit. *Vt deus aperiat nobis ostium sermonis,ut loquamur mysteriũ Xpi.* Accessum, inqt, & animi fiduciam det. Papæ,quantus athleta. Non dixit,ut liberer ab his uinculis. Sed cũ esset in uinculis alios adhortatus est, & adhortatus est pro re magna,nẽpe pro ai fiducia. Duo hic magna sunt. Et q̃litas psonæ, itẽ & qualitas rei pro qua admonet. Papæ,quanta dignitas. Mysteriũ,inquit,Xpi. Ostendit nihil sibi iucũdius esse hoc mysterio, qd loqui cuperet. *Propter qd & uinctus sum,ut manifestẽ illud, sicut oportet me loqui.* Cũ multa,inqt,fiducia,& nihil dissimulãter aut timidè. Vincula illũ illustrẽ reddunt non obscurum. Cum multa,inqt,fiducia. Dic mihi: uinctus es,& alios cõsolaris? Etiã: maiorẽ mihi fiduciã exhibent uincula. Indigeo tamen ope diuina. Audiui quippe Xp̃m dicentem: Quando tradiderit uos, nolite solicitè cogitare qũo aut quid loquamini. Et uide qũo metaphoricè dixerit: Vt deus aperiat nobis ostium sermonis. Ecce qũo fastu careat, in uinculis existens, qũo loquatur: quasi dicat,ut emolliat corda ipsorum. At nõ I ita dixit: sed,ut nobis det fiduciam loquendi. Aio modesto ita loquutus est, atque hoc quod iam habebat, p̃catus est ut acciperet. Ostendit aũt in hac epla, qua rõne ante hoc tps non uenerit Xps, ex eo quòd quæ ueteris erant testamenti umbram uocauit, corpus uero ipm dixit esse Xpi. Oportebat igitur in umbra exerceri. Sil'quoq; & maximum dilectionis indicium qua erat erga eos affectus declarans,ut & uos,inquit,audiretis. Ego uero uinctus sum. Rursus uincula in mediũ adducit, q̃ uehemẽter amo,q̃ cor meum excitant, & semper desideriũ incutiunt uidendi Paulũ uinctũ,& in uinculis scribentem,& p̃dicantem,& baptizantem, & instruentem, emergebat illi uincto oium undiq; ecclarum cura. Innumera dispensabat uinctus. Tum magis solutus erat ac liber. Etenim audi qd ipse dicat, Vt *Phil. 1. b* plures ex fratribus sumpta ex uinculis meis fiducia,abũdantius nũc audeant sine timore sermonẽ loq. Et ipe hoc rursus fatetur,dicẽs: Quãdo.n.infir *2.Co.12. c* mus sum,tũc robustus sum. Propterea & dixit: At *2.Ti.2. b* sermo dei nõ est alligatus: uinctus erat cũ male- *2.Cor.12.* factoribus,cũ alijs captiuis ac uinctis,cũ homicidis, *a* doctor orbis. Qui in tertiũ usq; cœlũ ascẽderat,q arcana uerba audierat,uinculis detinebatur. Sed K tũ uelocior erat ipsius cursus. Qui in uinculis erat, solutus: & q̃ solutus erat, uinctus erat. Nã hic qdẽ qd uolebat faciebat, ille uero eũ non prohibebat, nec propositũ suũ adimplebat. Quid facis ô stulte: Non est.n. corporalis cursor, non in stadio, q̃lia apud nos sunt, decertat. In cœlo conuersatur. Eũ q in cœlo cursum suum habet, q̃ sup terram sunt nec uincere poterũt, nec cohibere. Non Solẽ istum uides? Injice radijs illius uincula, siste cursum ei⁹. Sed nõ poteris. Ergo neq; Paulũ: imo multo min⁹ istũ q̃ illum. Est.n. maiore p̃ditus iste prudentia q̃ ille, tanq̃ qui lucem nobis non talem sed ueram apport t. t. Vbi nunc sunt qui nihil uolunt pro Xp̃o pati? Quid uero dico pati, quãdo neque pecunias illius gratia amittere uelint? Vinciebatur & Paulus aliquando, & in carcerẽ cõijciebatur: uerùm quoniã Xp̃i factus erat seruus. non faciendo sed patiendo honoratus est. Et hoc uero p̃dicationis est p̃cipuũ insigne, quando p patientes, & non p malè facientes ita erigitur & augetur. Vbinam qs̃q talia certamina uidit? Qui malis afficitur, uincit: & q malefa- L cit, superatur: ille illustrior q̃ iste. Per uincula progressa est euangelij p̃dicatio. Nihil pudet, sed ẽt in eo gl'ior, inqt, & crucifixum p̃dico. Etenim cogita mihi: Vniuersus orbis relictis illis qui soluti erant & liberi ad uinctos cõcesit, auersatus eos q in uincula cõi, ciebãt, illos honorauit q catenis erãt circũdati, crucifixores posus, erucifixum adorat. Nõ hoc solum admirabile est quod hoies piscatores, quod idiotæ p̃cones erant, sed quòd & reliqua inexta naturã impedimẽta, nihil impediebãt, sed magis ẽt crescebat p̃dicatio. Non solùm nihil oberat insc̃itia, sed & hoc ipm illustriorem reddebat p̃dicationem. Audi quippe quid Lucas dicat: Et coper- *Actor. 4. c* to, inquit, quòd essent hoies illiterati & idiotę, admirabantur. Non solũ nõ impediebãt uincula, sed & ea ipsa confidẽtiores eos reddebãt. Nõ ita fiducia⁹ agebant discipuli soluto Paulo, atque uincto. *Phil. 1. b* Vt abũdantius, inquit, iam audeãt sine timore loq sermonem dei. Vbi sunt qui cõtradicunt p̃dicationi, dicentes non esse diuinã? An nõ satis erat ad cõ- M demnandum eos, quod isti hoies erant idiotę? Debebant igitur uel hinc eos reuereri. Scitis.n. quòd his diebus ai affectionib⁹ detineatur multitudo, uana gl'ia. s. & metu Insc̃itia non sinebat confundi? At pericula in metum conijcere debebant. Sed mi racula, inquis, patrabãt. Credite igitur ob id quòd miracula faciebãt. Sed non fecerint. Maius est ergo miraculum, q̃ quòd miracula fecerunt, si p̃ter mira cula hoies attraxerunt. Vinctus erat & Socrates à *Socrates.* Græcis. Quid igitur, an non mox fugiebant illius discipuli? Admodum. Non.n. de immortalitate ser moue acceperãt. Sed uide hìc, uinctus erat Paulus, et cõfidentiores reddũtur discipuli. Meritò: Videbãt.n.nõ impediri euangelij p̃dicationem. Nũ.n. linguam alligare poteris? Hac potissimũ currit p̃dicatio. Quemadmodum.n. nisi cursoris pedes ligaueris, cursum illius non impedieris: ita euangelistę cursum, nisi linguã alligaueris, nõ prohibueris: sed qũo si cursuri lumbos uincieris, magis currit & in cursu solidatur, ita & iste magis p̃dicat: idq; cũ maiore fiducia. Meticulosus & pauidus est uinct⁹, cui nihil est, nisi uinculum. Qui uero & mortẽ contẽnit, qũo ligaretur? Non secus egerunt qui Paulum

A ligauerunt, quàm si umbrã eius alligassent, illiusq; os obturassent. Erat.n. umbratilis pugna. Et suis enim reddebatur desiderabilior, & inimicis uenerabilior, tanq̃ animi uirilis ac strenui ferens p̃mia uinculum. Et corona atq; uincit, sed nõ deturpat, uerũ & illustre facit. Inuiti illũ catena coronabãt. Etenim dic mihi: Potuítne ferro ligari, qui adamã- *Contra mulierbre ornandi studium.* tina mortis portas destruebat? Rapimur dilecti uinculorũ illorũ zelo. Quæcũq; mulieres ornamẽta aurea fertis, Pauli desiderate uincula. Nõ ita uos qd circa collum est monile illustres reddit, quemadmodum ferreorũ Ille uinculorũ illius ornatus reluceret aiæ uestræ impositus. Si qs illa Pauli uincula desiderauerit, ista prosequetur odio. Quę nãque cõio molliciei cum animi uirilitate? Ornamẽto corporali cũ philosoph.ia? Illa uincula ueneran tur angeli ista uero deridẽt etiã. Illa uincula à terra in cœlũ usque subuehere solent, ista uerò de cœlo in terrã detrahunt. Sunt.n.re uera ista uiucula nõ illa. Illa sunt ornatus, ista uero uincula. Ista cũ corpore & aiam stringunt, illa cũ corpore & aiam ex- B ornant. Vis discere quòd illa sint ornamento? Dic mihi uter magis inspectores attraheret, tu, uel Paulus? Et qd dico tu? Ipsa regina, prorsus undiq; auro cõspicua sanè nõ magis uidentes attraheret, sed si cõtingeret, eodem tpe & Paulum ligatũ, & reginã, eccl'iam ingredi, omnes utiq; ipsum ab illa ad istũ transferrent. Et meritò. Admirabilius.n. esset uidere uirum humana natura maiorẽ, & nihil humani habentem, sed angelum in terra uersantem, q̃ uidere mulierem ad hunc modum ornatã & iactabundam. Possunt.n. ista quidem & in theatris, & in põpis, & in balneis, & ubique uideri hoiem uero uinculis circundatũ, & in uinculis maximũ habere sẽ ornatũ reputantem, & uinculis nihil cedentẽ siqs uiderit, non terrenũ, sed planè cœlo dignũ spectaculum uiderit. Aius terrenis istis circundatus circunspicit quis uideat, qs nõ uideat, fastu plenus, curis detẽtus, & inumeris alijs passionibus alligatus. Qui uero Pauli uinculis circũdatus est, & fastu caret, & mẽte exultat, & oi cura liberatus, hilaris atq; alacris ad cœlũ suspicit. O siqs mihi Paulum daret C ex ipso cœlo prospicientẽ uidere, ac uocẽ emitten tẽ audire, aut ex ipso carcere: ex carcere sanè malle mus. Num.n.ad ipsum non uenerunt è cœlo, cùm esset in carcere? Prędicationis sustẽtaculũ sunt uincula illa Pauli, fundamentum p̃dicationis est catena illa. Illa desideremus uincula. Et qũo fieri põt, inquis? Si ista terrena contriuerimus & fregerimus. Nulla nobis utilitas est ex his uinculis, sed damnũ ẽt. Vinctos nos illic esse ostendunt ista: Pauli uero uinculis soluũtur uincula illa. Quæ istis hic uincta est', ẽt immortalibus alibi uinculis & manus ligẽbitur & pedes q̃ uero Pauli uinculis ligata est, tunc habebit tanq̃ splendido circundata ornatu. Solue teipm sil'à uinculo, & pauperẽ à fame. Quid p̃tõrum catenas cõnectis? Qũo, inquis? Quando tu quidem aurum gestas, alius uero interea perit: quãdo tu quidem tantum auri insumis ut uanam asse quaris gl'iam, alius uerò nihil interea habet quod edat, an non peccata connectis? Xp̃m indue, non aurum. Vbi mammonas est, ibi Xps non est: ubi Xps est, ibi mammonas non est. Non uelles regem ipsum præ oibus induere? Siquis tibi purpuram & diadema dedisset, nõ præ quouis auro accepisses? Ego tibi non ornatum regium tribuam, sed ipsum D regem induendum exhibeo: Et qũo, inquis, Xp̃m *Gala 3. d* poterit qs induere? Audi quid Paulus dicit: Quot quot in Xp̃m baptizati estis, Xp̃m induistis. Audi adhortationem aplicam: Carnis, inquit, curam ne *Ro. 13. d* feceritis ad concupiscentiam. Ita Xps induitur ab eo, qui carnis curam ad concupiscentiam non facit. Si Xp̃m induta fueris, ridebunt ẽt hoies. Si Xp̃m induta fueris, uenerabuntur te hoies. Vis pulchra & hõne sta uideri? Contenta sis creatoris tui figmento. Quid aurea ornamenta inducis, tanq̃ figmentum dei correctura? Vis decora & honesta apparere? Indue misericordiam, indue benignitatem, indue tẽperantiam & animi modestiam. Cuncta hæc auro sunt pretiosiora. Ista pulchritudinem quoq; uenustiorem efficiunt, ista ẽt eam q̃ formosa nõ est, formosam reddunt. Siquando.n. formam quis cum *Suspicor legẽdum iuxta* beneuolentia coniunctam uiderit, sniam suam iu- *bo* xta dilectionem feret: malitiam uerò non poterit *nitatem.* quis q̃ etiam pulchrã existentem, pulchram dicere. Aius.n. stupefactus ac perculsus non rectè iudicat. E Ornata erat aliquando Aegyptia. Sed ornatus erat & Ioseph. Vter erat formosior? Non dico, quando illa in regijs, hic uero in carcere erat. Nudus erat Ioseph, sed indutus erat castitatis indumẽtis. Induta erat, sed quàuis nuda turpior erat. Castitatẽ quippe non habebat. Quãdo uehemẽter ornaris ô mulier, tunc nuda quàuis turpior facta es. Decorum exuisti. Erat & Heua nuda: sed cũ induta esset, tũc turpior erat. Cũ.n. nuda esset, gl'ia dei ornabatur. Mox uero atq; pcti uestem induit, turpis facta est. E: tu quando supbiæ uestimentum induis, tũc turpior appares. Quod.n. sumptuositas uestimẽtorũ non sufficiat ad ostendendã pulchritudinem, sed posit esse, ut q̃ induta est nuda sit turpior, demonstrabo. Dicite: Si tibicinis aut chorauli habitũ eẽs & instrumẽta induta, an nõ dedecus esset? Atq; aurea sunt eorũ indumẽta. Verùm hoc ipso dedecus esset, quòd aurea sunt. Sũptuositas.n. scenę, Tragœdis conuenit, hypocritis, mimis, saltatoribus, illis q cum bestijs pugnant: mulieri uerò fideli alia sunt à deo data indumẽta, nẽpe ipse unigenitus dei fi- F lius. Quotquot.n. in Xp̃m baptizati estis, inqt, Xp̃m *Gala. 3. d* induistis. Dic mihi, siqs tibi regalẽ dedisset uestẽ, tu uerò supra illam seruile quoddã nacta indumẽtum superindueres, an non præterq̃ quòd dedecus cõmitteres, pœnas quoq; meritò dares? Cœli & angelorũ dominum induta es, & terrenis adhuc immoraris? Hæc ideo dixi, quòd magnũ qdem in seipso malum est studium illud ornãdi, ẽt si nullum *φιλοκο* aliud malum ex eo naſceretur, sed liceret tutò & ci *σμία.* tra periculũ habere. Ad uanam.n. gl'iam & fastum ibuit. Nũc uero & alia multa ex ornãdi studio nascuntur: aptæ suspiciones, sumptus intẽpestiui, maledicentia, auaritiæ & fraudis argumenta. Quid.n. ornaris dic qso: ut uiro placeas? Igitur domi hoc facias. Hic uero contrarium fit. Si.n. proprio placere uis uiro, alijs ne cura ut placeas. Si uero alijs placere uis, non potes placere tuo. Oportebat itaq; forũ ingrediente, aut ad ecclìam procedentẽ cunctũ deponere ornatũ. Præterea uerò ne placere uelis uiro unde placẽt et scorta, sed magis unde placẽt mulieres liberæ. Quo nanq; discrimine, dic quæso, discernitur uxor à scorto? Quòd ista quide hoc unũ

G respicit, quo corpis pulchritudine amicum attrahat, illa uero & domū gubernat, & liberorū particeps est, & reliquorum oium. Filiolam habes? Vide ne damni qcq capiat. Solent. n. plerunq filiolæ adronem educationis cōponi, & mores imitari matrenos. Esto filiolę tuę castitatis & modestię exemplar. Hoc ornatu componitor, & uide quo uanum illum contemnas. Hæc. n. uerè sunt ornamēta, ista uerò turpitudo. Sufficiant ista. Deus aūt q mundū fecit, & q aiæ nobis mundicię dedit, ornet nos. & gloria sua circūdet, ut cuncti bonis operibus illustres, & ad gloriā eius tiuentes, gliam destinemus & repēdamus patri & filio & spū sancto, Amen.

Homilia XI.

Apienter ambulate erga extraneos, tempus redimentes. Sermo uester semper cum gratia sit sale cōditus, ut sciatis quomodo oporteat uos unicuique

Matt. 10. b *respondere.* Quod Christus ad discipulos dixit, hoc & Paulus nunc admonet. Quid uerò Christus dixit? Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Sitis ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Dicit ergo: Cauti sitis, ne ullam eis occasionem aduersum uos detis. Propterea uero addit, erga extraneos, ut discamus non tanta nobis cautione erga domestica mēbra opus esse, quanta erga extraneos. Non. n. perinde est inter hostes & inimicos uersari, atque inter amicos. Deinde quoniam terruerat, uide quo rursus animo illis indat. Tempus, inqt, redimētes: hoc est, Breue est hoc præsens tempus. Hæc uerò nō ideo dixit, quòd uelit eos uarios & uersutos aut hypocritas esse. Hoc. n. non sapientię fuerit, sed stultitię. Sed qd? In quibus, inquit, nihil uobis damni fuerit, nullam prorsus occasionē illis date. Quod & ad Romanos scribens dixit: Reddite oibus debita, cui tributū debetis, tributum: cui uectigal, uectigal: cui honorē, honorem. Propter solā euangelij pdicationem, inquit, sit tibi dissidium & bellum. Nullum aliud initium hoc bellum accipiat. Si. n. nobis ēt pp alia futuri sunt inimici, & nos mercede priuabimur, & ipsi deteriores erunt, uidebunturq iustam aduersum nos habere querelam: utpote, si uectigalia nō soluerimus, si honores debitos nō exhibuerimus,

Rom. 13. b

I si humiles & modesti non fuerimus. Non uides q submissus sit Paulus, sicubi nihil damni sit pdicationi? Etenim audi qd ad Agrippā dicat: Beatū me reputo, q causam dicturus sim coram te hodie, cū tu maximē sis gnarus, earum q apud Iudæos sunt & consuetudinum & qōnum. Si uerò putasset se calumniari debere principem, oia utique subuertisset. Audi aūt etiam beatū Petrum, q mansuetè Iudeis responderit, dicens: Obedire oportet deo magis q hoibus. Quanquam hoies isti ut erant ais abnegatis ac desponsis, facilè & conuicium dicere, & nihil non facere potuissent. Verum huius gratia semetipsos abnegauerant, animumq ponderant, ne uanæ gloriæ studerent: (est. n. istud uanæ gloriæ studiū) sed ut pdicarent, & cum fiducia cūcta loquerentur. Calūniari uero imodestiæ est. Sermo uester semp in gratia sale sit conditus: hoc est, ne dum oibus gratificari uultis, sine discretione promiscue quosuis amplectamini, & quæuis faciatis. Potest. n. ad gratiam loq quisq, potest ēt cum lione state & decoro competenti. Vt sciatis quo oporteat uos unicuiq respondere. Itaque non eodē pacto

Actо. 27. a

ibidē. s. b

disputandum est, cum oibus Græcis dico, & fratribus. Nequaquam. Nam hoc extremæ esset insipientiæ. *De omnibus rebus meis certiores uos faciet Tychicus dilectus frater, ac fidus minister et cōseruus in domino.* Papæ, quanta est sapiētia Pauli, q̄ non quæuis eplis mandat, sed quę necessaria sunt & psuadendi indu cendiq uim habent: primū qdem nolens eas proli xius extēdere, deinde & tabellarium quē mittebat uenerabiliorem facere, ut haberet seorsim ēt q̄ narraret: tertio, ut probaret quo esset erga illum aio. Nisi. n. fuisset bono, ista utique illi non credidisset & cōmendasset: postremò quòd essent q̄dam literis non publicanda. Dilectus, inquit, frater. Si dilectus, oia nouerat, & nihil illum celauerat. Et fidus minister, & cōseruus in domino. Si fidus, nihil mētiebatur. Si cōseruus, cōsors ergo erat & tētationū. Ergo undiq illi fidem & authoritatē fecit. *Quem in hoc ipsum ad uos misi.* Multā hic dilectionem ostēdit. Siqdem huius gratia istū amādauit, & hęc peregrinationis huius cā fuit, quod & Thessalonicensibus scribens dixit: Proinde cū non amplius ferremus, uisum est nobis, ut Athenis residere mus soli, ac mitteremus Timotheum frēm nostrū. Et Ephesios quoq eundem ipsum, eademq causa misit. *Vt cognoscat quid agatis, & consoletur corda uestra.* Vide qd dicat: Non ut uos cognoscatis qūo ego habeam, sed ut ego quid uos agatis, cognoscā. Ita nusquam quod se cōcernat, ponit. Ostendit aūt eos & in tentationibus tunc fuisse, cum dicit, ut consoletur corda uestra. *Cum Onesimo dilecto & fido fratre, qui ex uobis est. De oibus uobis exponent, quæ hic agūtur.* Onesimus hic est, de quo Philemoni scribēs dixit: Quem ego uolebā apud me retinere, ut pro te mihi ministraret in uinculis euāgelij, sed absq tui sntia, nihil uolui facere. Et encomiū quoq ciuitatis adijcit, ut nō solū nihil eos pudeat, sed etiā habeāt unde glientur: qui ex uobis est, inquit. De oibus uobis exponent, quæ hic aguntur. *Salutat uos Aristarchus conca ptiuus meus.* Nihil isto encomio mai⁹. Hic est q ab Hierosolymis abductus erat cū eo. Maius dixit hic q̄ propheræ. Nam illi aduenas se & peregrinos uocarunt: hic uerò & captiuū. Ad modū enim captiui ita ducebatur & tractabatur, & oīb⁹ ad formā patiendi pponebatur. Immo peius etiam habebat, q̄ captiui. Nam illos qdem hostes, postq capti sunt, in magna deinceps securitate cōseruāt, curam eorū habentes, tanq rerum & possessionum suarum. Hunc uerò uelut inimicū & hostem agebant, & tractabant oēs, distrahentes, uerberantes, uituperantes, & calūniantes. Hoc uerò discipulis ēt consolationi erat, quòd & pceptorem suum in talibus esse uidebant. *Et Marcus consobrinus Barnabæ.* Et istum à cognatiōe laudauit. Vir. n. magnus erat Barnabas. *De quo accepistis mandata, si uenerit ad uos, excipite eum.* Quid enim? An non excepissent eum? Etiam. Sed cū magna, inqt, diligentia. Atque hoc ostēdit magnū fuisse uirū illum. Vnde uerò mādata ista acceperint, nō dicit. *Et Iesus qui dicitur iustus.* Fortè Corinthius erat iste. Deinde oibus cōmune dat encomium, posteaq unicuique suum priuatim dedisset. *Qui sunt ex circūcisione.* Hi *soli cooperarij sunt ad regnum dei, qui quidem fuere mihi solatio.* Quoniā dixerat, cōcaptiuus meus, ne animum auditorum deijceret, uide quomodo hoc ponat, illosque excitet. Cooperarij, inquit, ad regnum dei. Ergo qui

consortes

A consortes sunt tentationū, consortes sunt & regni. Qui qdē mihi solatio fuere. Declarat illos esse magnos, siqdē Paulo solatio fuere. Sed uideamus prudentiā Pauli. Sapienter, inqt, ambulate erga extraneos, tpis opportunitatem redimētes: quasi dicat: Non est uestrum hoc tempus, sed illorum. Ne uelitis igitur dominari: sed redimite tempus. Et nō dixit simpliciter emētes, sed redimētes, alio pacto, ut uestrum sit efficientes. Dementiæ qppe fuerit super fluas dissidiorū & inimicitiarū causas construere. Ad hoc. n. quòd superflua tolerantur pericula, & q̄ nihil habēt lucri, etiam istud damni accedit, quòd Græci nobis eò minus iungūtur. Nā si fueris inter fratres, meritò cōsidenter agis: apud extraneos uerò non ita faciendum. Vides quo ubiq Græcos uocat extraneos? Propterea & cū Timotheo scribens,

1. Tim. 3. b dixit: Oportet aūt ipsum & ab extraneis bonū habere testimonium. Et iterum: Quid. n. ad me attinet etiā ad extraneis iudicare? In sapientia, inqt, ambulate erga extraneos. Extranei qppe sunt, etiam si

1. Cor. 5. d eundem nobiscū mundū inhabitent, qui extra regnū sunt, & domum paternam cōstituti. Consola-

B tur aūt simul eos, quòd illos extraneos uocat. Qd

Supra. 3. a & superius aliquantò dixit: Quoniā uita uestra abscondita est cū Christo in deo. Tunc, inquit, gliam quęrite, tunc honores, tunc reliqua oia: nunc uerò non ita, sed illis ista permittite. Deinde qa redemptionis meminerat, ne putaret ipsū de pecunijs dicere, subiūgit: Sermo uester semper in gratia sale sit cōditus, ut sciatis quemadmodu oporteat uos uni cuiq respondere. Ne hypocrisim sapiat. Hoc. n. non esset gratiæ, neq sale conditum esse sermonem: Vtpote, si quisq citra periculum colēdus sit, ne detrectes. Si opportunum sit placidè colloqui, ne putes istud adulationem esse. Quicqd ad honorē fuerit, præter pietatis iacturā, hoc facias. Non uides quo Daniel hominem impium coluerit? Non uides tres pueros, quo sese sapiēter exhibuerint, & animi dexteritatem & fiduciam demonstrantes: & tamen nihil audacię, nihilq molestiæ præsumentes? Hoc. n. iam non uerè fiduciæ, sed uanæ fuisset glię & ostētationis. Vt sciatis, inqt, quēadmodū oporteat uos unicuiq respōdere. Aliter uidelicet principi, & aliter subdito, aliter diuiti, aliter pauperi. Quare? Quia

C diuitū & principātū animi imbecilliores sunt plerūque, inflati, & delicati, ita ut necessaria sit hic opportuna quædā accommodatio, pauperū uerò ac subditorū solidiores & prudētiores, ita ut hic maiore possis uti fiducia & libertate loquēdi, ad unū hoc aspiciens, ut ædifices. Nō ideo, qa hic diues qdē, iste uerò paup: hic plus honorādus erit, iste minus: sed pp animi infirmitatem hic quidem toleretur, iste uerò non ita: Vtpote, nulla existente causa, ne uoces Græcū impurū, neq illū uituperes: sed si de dogmate eorum rogatus fueris, respōde q̄ sit impurum & impium. Nemine uerò rogante, neq cogente, nō expedit ut temerè dicas, ne inimicitiā acquiras. Quæ nanq fuerit necessitas supfluas constare inimicitias? Rursus si quenquā instruxeris, dicas iuxta rationē subiecti & auditoris: alioq sileas. Si fuerit sermo tuus sale cōditus, siue in aium delicatum inciderit, astringet mollitiem: siue in confidētem, emolliet duritiē, siqdem gratiosus fuerit. Neque onerosus sit ac durus, neq rursus mollis, sed & qd stringat habeat, & qd iucundum sit. Etenim si immoderatè perstrinxerit, magis nocebit, q̄ prodesit. Rursus si immoderatè gratificabitur, perniciē magis adferet, q̄ utilitatem. Itaq ubiq oportet esse mensuram. Neq tristis sis ac durus. est. n. iniucundum. Neq rursus dissolutus sis. contemptui quippe & proculcationi obnoxiū reddet. Sed utrnque qd uirtutis est captās, malitiā fuge, instar apis cuius dā, hinc scilicet alacritatē, illinc uerò honestā gratitatem desume. Etenim si medicus nō eadē ratio ne quibusuis utitur corporibus, multo minus doctor. Quanq corpora sanè magis eadē ferre queant pharmaca, q̄ aius quisque eundem ubique sermonem: ut exempli gratia: Accedit ad te Græcus, & fit tibi amicus? Nihil illi de dogmate loquere, donec tibi ualde fuerit amicus. Et quādo fuerit, sensim ac māsuetè agas. Vide, & Paulus, cū Athenas appulisset, quo pacto illis disseruerit. Non dixit: O ipuri & sceleſti. Sed qd? Viri Athenienses, p oia superstit⁹ osos uos esse uideo. Rursus cū obiurgatione & uituperatione opus esset, nō detrectabat, sed cū multa uehementia Elymę dicebat: O plene ois doli, & ois malitię fili diaboli, inimice ois iustitię. Quēadmodum. n. inhumanū, si illos uituperasset, ita si istum nō uituperasset, animi mollis ac fracti fuisset. Rursus adductus ad pfidentē negotij gratia, cōpetētes illi ac debitos honores exhibuit. De omnib⁹, inqt, exponent uobis q̄ hic agūtur. quare uidelicet non simul uenerim. Quid uerò est, de omnibus uobis exponēt? hoc, scilicet, uicula mea, & reliqua oia quibus detineor. Non igitur, cū & uidere uos oraueri, & alios miserim, ipse uenire ad uos tardassem, nisi magna necessitate detētus essē. Atq hoc certè culpare non poterāt, etiāsi uehemēter culpare uoluissent. Quod. n. docere uoluit, & in tentationibus se constitutum esse, & q̄ generosè illas tulerit, fidelis hoc erat doctoris & aios illorum erigere cupiētis. *Vnà cum Onesimo*, inquit, *dilecto et fido fratre.* Fratrem uocat Paulus eum q̄ seruus erat. Meritò: quandoqdem & seipsum seruū uocat fidelium. Factum abijciamus oēs, conculcemus superbiam. Seruum seipsum nominat Paulus, & orbe dign⁹ & mille cœlis, & tu supbis? Qui oia suo arbitratu, ut uolebat, tractabat, q̄ primas habebat in regno cœlorū, q̄ iam erat coronatus, q̄ in tertium usq cœlum ascenderat, eos q̄ serui erant & fratres suos uocat & conseruos. Vbi est illa nostra insania? Vbi supbia? Ita fide dignus habitus est Paulo Onesimus, ut talia illi cō crediderit. *Et Marcus*, inqt, *cōsobrinus Barnabæ, de quo mandata accepistis, ut recipiatis ipsum.* Fortè à Barnaba mandata acceperant. *Qui ex circūcisione sunt.* Deprimit Iudęorum fastum, horum uerò animos erigit. Nā pauci erant ex circūcisione, plures uerò ex Gentibus. Qui qdem fuere mihi solatio. Declarat se in magnis esse tentationibus. Itaq neq hoc exiguum fuerit, si quando sanctos etiā fuerimus, & nostra pśentia, & comitatu, & sermone, & officij sedulitate cōsolati, siq simul cū illis adflicti fuerim⁹. Vinctis. n. cōpassi estis, tanquā & ipsi simul uincti. Si quando adflictiones illorū nostras, fecerimus, coronarum etiam cōsortes erimus. Non es tractus in stadiū? In certamen nō descendisti? Alius exutus est, alius luctatur? At si uoles, cōsors certaminis eris & tu. Ad certamē illū istructū redde. Esto illius amicus & fautor. Extra cōstitutus magnifice illi acclama, animi uirtutem excita, aium recrea. Hæc erga

D

1 Ibid. 13. b

E

1 Ibid. 26. a

F

G reliquos oēs recte fieri poterūt. Paulus uerò nihilo horū indiguit,sed ut illos erigeret,ista dixit. Tu ergo reliquos oēs, detrahere & maledicere uolentes compesce,adfricto compara amicos a certamine,regressum cū multa cura & obsequio cōplectere,ita cōsors eris coronarum,ita gloriæ. Et si nihil aliud feceris, gauisus uerò fueris in certātis uictoria,ēt sic cōsors factus es,neq; id utrūq; leuiter. Dilectionē nanq; attulisti,bonorum oium caput. Si enim flētes,consortes uidētur esse luctus,& lugentibus ēt plurimum gratificantur,& magnam partē luctus adimunt: multò magis & gaudetes magnā exhibent gaudentibus uoluptatem. Quantū.n.sit adflictionis augmentum, non habere q cōdoleāt, *Psal.68.e* audi prophetā dicentem:Et expectaui,inquit,si qs *Rom.12.c* esset,qui contristaretur,& non erat. Quapp & Paulus inquit: Gaudete cum gaudentibus, ac flete cū flentibus. Auge iucunditatē,si uideris celebrē haberi frēm. Nē dicas illius est celebritas & gloria,cur ego gauderē? Nō fratris ista,sed inimici sūt uerba. Si uelis,non illius est,sed tua. Tui est arbitrij,ut eā H maiorē facias,si non tristis,sed lętus fueris,sed alacer,sed hilaris.Et qd ita sit,hinc liquet. Qui liuidi sunt,non solùm gloriosis inuident, sed & illis qui horum gliæ & celebritati congaudent, ita.s.nouerūt & ipsos in gloria esse. Atque hi potissimum honore fruuntur. Nam qui celebratur quidem, erubescit, ēt si uehementer prædicetur:iste uerò cum magna animi iucunditate gloriatur.Non uidetis apud athletas quò hic quidem coronatur,iste uerò non coronatur? Dolor uerò & gaudium,hinc amicorum est & illinc odientium.Amici exultāt,amici tripudiāt. Vide quantū sit,nō inuidere. Alterius est labor,& tua uoluptas:Alius coronatur,& tu exultas,tu gloris.Nā dic mihi:Alius quum uicerit, tu qd exultas? Sed & illi bene nouerunt cōe esse qd geritur, ppea uictori quidem uitio non uertunt inuidi, tentant uerò si queant deijcere ac demoliri uictoriam. Audis aūt uictoris amicos hmōi uerba loquentes,Extinxi te,deieci te:q̄q alterius est opus,tu tamen encomium arripis.Si ergo in externis tantum est bonum non inuidere, sed aliena bona quasi propria reputare: multò magis in uictora diaboli liqt illū I hoc amplius aduersum nos spirare, quò plures sūt gaudentium.Quanq̄.n.scelestus sit & acerbus, exactē tamen nouit,magnam hanc esse uoluptatem. Vis ipm contristare? Gaude & lætare.Vis ipm exhilarare? Tristis esto. Mœstitiam quam ille ex fratris uictoria cōcepit,per tuam mœstitiam releuas. Cū illo stas,dum a fratre seiungeris, q̄ in re maius malum cōmittis q̄ ipse. Non.n.perinde est inimicum existētem q̄ inimici sunt facere, & eum qui amicus est,cum inimicis stare. Qui hoc facit, scelestior est inimicis. Si bene audierit frater, siue dicendo,siue pdicando,siue q̄ recta sunt faciendo, esto consors celebritatis eius,ostēde illum membrum esse tuū. Et qūo,inquis?Ego.n.nō glorior?Ne loquaris hęc uerba. Contrahe labia tua.Si apud me esses ista dicens.Manu tibi labia comprimerē, ne inimicus ea audiret.Sæpenumero inimicitias inter nos habere contingit, quarum tamen nullam spēm inimicis exhibem⁹. Diabolo igitur tu dissidij spēm pbebis? Ne dicas hoc, ne cogites, sed magis cōtrarium dic, membrum meum est. Membri gloria ad reliquū corpus ptingit.Quid igitur,iqs,quod extranei ad hūc modū non habent? Quia tu in causa es. Quādo te K uident alienum a fratris gaudio, alienātur & ipsi. Si uerò te gaudiū illius appropriare tibi uiderint, non ita audebunt,sed & tu sis illustris eris.Non es assequutus gloriam dicendo?assequutus tamē es congaudendo maiorem q̄ ipse. Si.n.magnum bonum est dilectio,& caput oium,tu eam q̄ ex illa est coronam accepisti: ille uerò eam q̄ est ex rhetorica. tu eam q̄ ex uehementi est amore, ille aūt uerborum pstitit,& ostendit uirtutem:tu ipsis operibus inuidiam superasti, liuorem proculcasti: itaq; meritò magis coronaberis q̄ ille,certamenq; tuū illustrius est.Non solùm proculcasti liuorem,sed & aliud qd effecisti.Ille unam duntaxat hīet coronam, tu uerò duas,easq; hac una splendidiores. Quas illas? unā pp superatam inuidiam,alteram uero,quapp dilectionem coronaris. Congaudere nanque indiciū est, non solùm ab inuidia liberum & purum esse, sed & radicatam habere dilectionem.Illum plerūque & humana qdam affectio pturbat, utpote uanæ gloriæ studium, tu uerò ois es affectionis hmōi purus.Non.n.si uanæ gloriæ sectator esses, super alte L rius bonis gauderes. Gubernauit ac direxit ecclīā, dic quæso?Auxit collegium?Rursus collauda. Habes duplicem coronam.Inuidiam uicisti,dilectione coronat⁹ es.Quin rogo ac supplico,uelis & tertiam audire coronam. Illi inferne applaudunt homines,tibi supernè angeli. Non.n.eiusdem est uirtutis facundum esse,& ai affectiones uincere. Laus ista tpalis est,illa uerò ęterna:ista ex hoibus,illa ex deo. Ille apparet coronatus,tu uerò in absconditо coronaris,ubi uidet pater tuus. Si separatā a corpe uniuscuiusq; aiam uidere posses,ostenderē sanè tibi hanc coronam illa honestiorem esse & magis renitentem.Proteramus inuidiæ stimulos,prosimus nobisipsis dilecti,cōnectamus ipsi coronam.Inuidus non hoi,sed deo aduersatur, Quando.n.uidet aliquem,cui concessa est gratia & dolet, ut uellet ecclīam subuersam,iā non illi,sed deo aduersatur. Etenim dic mihi:Siqs puellā regiam adornasset,& ornando celebrē & uenustā reddidisset:alius uerò qsq; deturpatam illam & exornari nō posse cupiuisset:cuinam ille insidiatus esset? Huic? An & puellæ & patri?Ita & hic.Tu q inuides & ecclīam impugnas,deo hostili⁹ aduersaris. Quoniam.n.celebrita ti fratris simul inserta est ecclīæ utilitas, necesse est ista pessundata, pessundari & illam. Itaque iuxta hanc rōnem satanicum opus facis, insidias nectendo corpi Xpi. Aduersus eum doles qui nihil læsit, imo multò magis aduersus Xpm. Quid is te læsit, quòd corpus ipsius iusta pulchritudine decorari nō pmittis? quod spōsam ipsius ornari nō pateris? Cōtēplare uerò mihi & mali huius pœnā, quantū uidelicet inimicos tuos exhilaras, & illū ipm celebrē,quē cōtristatū inuidēdo cupis,magis lętificas: & magis hoc ipso,quòd inuides, celebre esse declaras.Nā alias nō inuideres,imo magis prodis q̄ misērē crucieris.Puder qdē ab istis dehorrari. Verūtamē quoniā ita ibecilles sumus, uel hinc eruditi pniciosa hac affectiōe liberemur.Doles gloriosum esse frēm?Quid ergo gliam ipsius inuidēdo extollis?Vel les ipm excruciari?Quid ergo te dolore pmi declaras? Quid de teipso supplicū sumis priusq̄ de illo, quē cuperes nō esse celebrē? Duplex ex hoc illi uoluptas erit,& tibi pœna.Nō solū quòd illū magnū

A esse declaras, sed quòd & aliā illi uoluptatē paras, teipsum adfligēdo.Et rursus quorum gratia tu doles,ille te iuidēte lætatur.Vide q̄ grauib⁹ plagis nos ipsos cosicimus, & tamen non sentimus. Inimicus est? Quanq̄,quamobrem inimicus? Quid te læsit? Attamē & inimicum illustriorem reddimus, nosq; ipsos magis adfligimus. Quin & hoc quoq; cruciamur,si sensermus illum ista scire.Nā ipse qdem fortassis non lętatur,nos uerò putātes eū gaudere etiā huius gratia dolemus.Desine igitur iuidere. Vt qd teipsum uulneras? Hęc itaq; consideremus dilecti, nempe duplicem nō inuidentium coronā, pconia ab hominibus,& pconia a deo, mala q̄ ex inuidentia nascuntur,atque ita bestiam istā extinguere poterimus,& apud deum illustres fieri,& iisdē cū illustribus frui.Assequemur.n.æqualiter.Et si non fruemur æqualiter,commodi nostri gratia fiet. Atque ita ualebimus ad gliam dei uiuentes, bona diligentibus eū promissa cōseq;, gratia & benignitate &c.

Homilia XII.

B *Salutat uos Epaphras,qui ex uobis est,seruus Christi,semp pro uobis in precationibus decertans, ut stetis pfecti et completi in omni uoluntate dei.Testimonium.n.illi perhibeo,quòd multum habeat studium p nobis,& his qui sunt Laodiceæ,& his qui Hierapoli.* Etiā initio epistolæ uirū hunc a dilectione cōmendauit.Dilectionē uerò declarat & encomiū, id qd ab initio dixit,Qui exposuit nobis,inqt,dilectionē uestrā in spiritu.Dilectionē declarat, & amorē concil. 11. *liat etiam ipsa intercessio.Commendat aūt eum,ut ostium illi sermonis aperiat.Venerandū.n.esse doctorem discipulorum,est utilitas. Et rursus quod dicit,ex uobis,eò spectat, ut & ipsi in hoc uiro gloriētur,tanquam qui tales uiros proferant. Semper,inqūt, pro uobis in precationibus decertans. Non simpliciter dixit,orans,sed,decertans, cum tremore & timore. Testimonium enim illi perhibeo, inquit,quòd multū studii pro uobis habeat. Testis, scilicet,fide dignus. Quòd multum,inquit, studij pro uobis habeat:hoc est,quòd plurimum uos diligat,& amore erga uos ardeat.Et his qui sunt Laodiceæ,inquit, & his qui Hierapoli: & illis eum cō-*

C *mendat. Sed unde hoc cognituri erant? Maximè quidem etiam si antea non audiuissent, tamen lecta epistola cognouerunt.Nam dicit, facite ut & in Laodicensium ecclesia legatur. Vt stetis,inquit,perfecti. Simul illos & arguit, & tolerabiliter admonet,cōsilioq; iuuat.Potest.n.qs & pfectus esse,& tamen non persistere, utpote si oia quidem nouerit, & tamen adhuc fluctuet. Rursus potest ēt fieri, ut non perfectus sit quisq;, & tamen stet, ut si portionem qdem aliquam dutaxat nouerit, & tamen sohdè perstet.Verùm hic utraq; imprecatur.Vt stetis, inquit,perfecti. Vide qūo eos rursum admonuerit sermonis de angelis,& de uita.Et completi,inquit, in omni uoluntate dei. Non.n.sufficit simplr uolūtatem dei facere.Qui completus est, non permittit aliam inesse sibi uoluntatem. Alioq;cin no esset cōpletus.Testimonium.n.inquit,illi perhibeo, quòd multum habeat studiū.Et studiū, & multum,utra que intentionem habent. Quemadmodū & ſ ipse* ſde seipō. 2. Cor.11. 4 *Corinthiis scribēs dixit:Aemulor.n.uos dei æmulatione.Salutat uos Lucas medicus dilectus.* Hic est euāgelista ille.Non aūt hūc postremò posuit,quòd abiectū haberet,sed ut Epaphroditū illū extolleret. Potest esse,ut & alijs fuerint hoc nomine uocati.Et D *Demas.* Cūm dixisset,salutat uos Lucas medicus,adiecit dilectus.Et hoc nō modicū est encomium,sed admodum magnum,Paulo esse dilectum. *Salutate fratres qui sunt Laodiceæ, & Nymphā, et q̄ in domo illius est,ecclesiam.* Vide qūo eos conglutinat, & inuicem coniungit,non solùm salutādo,sed & epistolas exhibendo.Deinde rursus gratificatur,seorsum istum appellando,& salutando.Facit aūt hoc non temerè,sed ut & alios in idem studij inducat.Neq;.n.parum est cum alijs nō connumerari. Vide ergo qūo declarat uirum hunc esse magnum. Siquidem in domo eius erat ecclesia. *Et cū lecta fuerit apud uos epistola, facite ut & in Laodicensium ecclesia legatur.* Videntur mihi q̄dam eorū q̄ in hac epistola scripta sunt, & ab istis audiri oportuisse. Et maior erat utilitas, ut ex aliorum reprehensione sua delicta agnoscerēt. *Et ut eā, q̄ est ex Laodicea, & uos legatis.* Quidā dicūt non eam intelligendam, quam ad eos Paulus, sed quam ipsi Paulo miserint,ppea quòd nō dixit, ut eā quæ ad Laodicenses,sed quæ ex Laodicea scripta est. *Et dicite Archippo: Vide ministerium quod accepisti in domino,ut illud impleas.* Qua ratione non ad ipsum scripsit? Forte nō indiguit, nisi obiter dūtaxat submoneri,ut diligētior esset. *Salutatio mea manu Pauli.* Istud germani cādoris & amicitiæ signū ē,nē pe & manus ipsius uidere literas,& nōnihil erga illas affici. *Memores sitis uinculorū meorum.* Papæ,quāta cōsolario.Potens.n.hoc erat eos ad oia incitare, & germaniores ac dexteriores ad certandū facere: qn & familiariores eos reddidit. *Gratia uobiscum,* Ame. Magnum encomium,& maius reliqs oibus, quòd de Epaphrodito dicit,q est ex uobis,seru⁹ Christi: & pro ipsis illū Christi ministrū esse dicit, quemadmodū & seipsū ecclesiæ ministrū uocat: ut quā do dicit,Cuius factus sum ego Paulus minister.Ad eandē dignitatē uirū hūc euehit, & in pcedētibus cōseruū uocat,& hic seruū Christi, q est ex uobis, inqt. Ac si ad matrē dissereret ac diceret: Ex utero tuo est iste.Sed hoc encomiū iuidiā peperisset, propterea non solū ex his illū cōmendat,sed & ex illis q ad eos attinent,atq; & illic inuidiam amolitur & hic.Semper,inqt,decertans pro uobis. Non nūc solùm apud nos,ut nobis,neq; solū apud uos,ut uobis sese ostētet. Magnam animi alacritatē ostēdit, qd dicit,decertans. Deinde,ue uideatur adblandiri illis subiunxit,quòd multū habeat pro uobis studij,& pro his q̄ sunt Laodiceę, & his q̄ Hierapoli, & ut stetis pfecti. Neq; hoc adulatorium est,sed suspiciē di doctoris.Et completi,inqt,& pfecti. Hoc qdem dedit:istud uerò adhuc deesse dixit.Et nō dixit,ne dimoueamini,sed,ut stetis. Eò sanè quòd à multis eos salutari scribit,illos recreat, quòd nō solū domestici ex ipsis,sed & reliq eorū recordētur:Et dicite Archippo:Vide ministeriū qd accepisti in domino. Potissimum eos illi subijcit.Nō.n.poterant amplius de illo cōqueri,quòd ab eo reprehenderētur, quando ipsi sese fa turos oia polliciti essent. Alioqui pter rationē fuisset, si discipulis de doctore qd mandasset.At ut eos cōpesceret,ista scribit.Dicite, inqt,Archippo,Vide istud, ubiq; metuētis uerbum est.Vt quando dicit,uidete canes: uidete neqs sit q uos depdetur: uidete nequo pacto facultas ista ue strā offendiculo sit ijs,qui infirmi sunt.Et ubiq; ita dicit,quādo solicitè metuit.Vide, inqt,ministeriū

Ephe.3.a

G tuum quod accepisti i domino, ut illud adimple-
1.Cor.9.c as. Neque pmittit ipm sui iuris esse, quèadmodum
& de seipso dixit: Si.n.uolens hoc egero, mercedē
hēo: si uerò inuitus, dispēsatio mihi cōcredita est.
Vt illud adipleas, cōtinua usus diligētia. Quod ac-
cepisti in domino, ut illud adipleas. Rursus illud,
in, idem est, atq; quod accepisti p Christū. Ipse, in-
qt, illud tibi dedit, nō nos. Et eos illi subdit, dū de
clarat à deo ministeriū hoc illi demādatū esse. Me-
mores sitis uinculorū meorum. Gratia uobiscum,
Amen. Timorem excussit. Et si.n. in uinculis est do
ctor, gratia tamē illū liberat. Atque hoc ipsum est
gratię, quòd datum est eū ligari. Etenim audi quid
Acto. 5.g Lucas dicat: Nēpe quòd reuersi sint apli à conspe-
ctu cōcilij gaudentes, quòd digni habiti eēnt pro
nomine ipsius contumelia affici. Est.n.re uera di-
gnatio, ēt contumelia affici & ligari. Si.n. qui ami-
cum habet, lucro deputat, si illius gratia qcquam
ferat, multo magis si pp Christum hoc fiat. Ne tri-
stemur itaq; in adflictionibus q̄ pp Christum acci
dunt, sed memores simus uinculorum Pauli etiam
H nos. Atque hoc nobis incitamento erit: Vtpote, ad
hortaris quoslam, ut pauperibus pp Christum cō
tribuant, admone illos uinculorum Pauli, tuique
ipsius & ipsorū miserere. Si ipse qdem & corpus pp
ipsum uinculis dedit, tu uero ne cibum qdem por
rigis? Extolleris & tentaris uirtutū gratia? Memor
esto uinculorum Pauli, quoniā nihil tale passus es,
neque dū pateris. Tentaris circa desideriū quorū-
dam proximi bonorū? Memor esto uinculorū Pau
li, & uide q̄ sit absurdum illum esse in uinculis, te
uero deliciari. Rursus deliciarū concupiscentia p̄
henderis? Recordare carceris Pauli: discipulus illi-
us es, illius cōmilito. Quam rōnem habet, cōmili-
tonem qdem tuum in uinculis esse, te uero in deli-
cijs? In adflictionib⁹ es? Putas te derelictū esse? Aū-
di sermones Pauli, & uide quo in adflictione esse,
non sit derelictionis indiciū. Velles sericis indui?
Memor esto uinculorū Pauli, & uidebūtur tibi se-
rica idumenta qbusuis fœtulentis pāniculis abie-
ctiora esse. Velles aureis indumētis amiciri? Recor-
dare uinculorum Pauli, & ostendent tibi nihil illa
schœno protrito melius hēre. Vis ornari capillis,
I formosaq; uideri? Cōsidera squalorē Pauli in carce
re, & accēderis erga illā pulchritudinē, hāncque ex
tremā deformitatē esse putabis, atque amarū inge-
misces desiderio uinculorū illorū correpta. Vis o-
doramenta & fucū, & quicqd huiusmodi est, tibi-
ipsi accōmodare? Cogita illius lachrymas. Trien-
niū noctes ac dies à lachrymis nō cessabat. Hoc or
ñatu genas tuas adorna. Lachrymę istę splēdidio-
res eas faciēt. Nō dico, ut pro alijs illachrymes. Vel
lem qdem & istud. At sublimius est. Sed pro pctis
tuis hoc facere adhortor. Iussisti loris constringi
puerū, & irata es, & exacerbata? Recordare uinculo
rum Pauli, & mox irasci desines, cogita uinctorum
nos esse cōsortes, nō ligātium, cōtritorū corde, nō
conterentiū. Risu & cachinnis admodū effusa es?
Mente lamētationes ipsius cōcipe, & igemisce, mul
tò te lachrymę istę illustriorē exhibebūt. Vides de
liciātes & saltātes? Memor esto lachrymarū Pauli.
Quo fonte tanta fluēta scaturiere, quot ex illius o-
culis lachrymæ? Memores estote, inqt, lachrymarū
mearū, quèadmodū hic dicit, uinculorū meorū:
& merito hęc illis dicebat, cū ex Epheso eos Miletū
accersisset. Doctorib⁹ nanq; loqbatur. Itaq; ab illis K
qdem exigebat, ut simul ad hanc functionē cōfer-
rent & collaborarent: ab istis uerò duntaxat ut sil̄
pericula ferrent. Quē fontem uoles lachrymis istis
conferre? An eū q in paradiso est, q terram uniuer-
sam irrigat? Sed nihil quod par sit, dixeris. Iste quip
pe lachrymarū fons alias irrigauit, non terram. Si
quis nobis lachrymātem & ingemiscentē Paulum
ostendisset, an non melius fuisset illū uidere, q̄ mil
le choros splendidè coronatorum? Nō dico de uo
bis. Sed siqs ex theatro & scena lasciuorū quopiā
abstracto in corporū amorē flagrāte & debachan
te, uirginem quandā ostēderet ipso ætatis flore at-
que in cęteris, cōtubernales uincētem, & in facie, p̄
ter reliq̄ mēbra, oculos habētem teneros ac delica
tos, tacitè risidiātes, tacitè circūspiciētes, flexibiles,
placidos, se renos, subridētes, & multò qdem exor-
natos pudore, uerū & multa gratia ex nigris deco-
ratos palpebris, deide & iernē, & supnè coronatā,
uiuidā, ut ita dicā, ac splendidā habētem frontem,
& rursus infra illā genas exactum ruborē assequu-
tas, & marmoris instar plurimā subiectam æquabi L
litatem, deinde mihi uicissim ostēderet Paulum la
chrymantem, hac planè relicta ad illius cōtempla-
tionem resilire. Pulchritudo qppe spiritualis ab il-
lius oculis relucebat. Altera nāq; pulchritudo ado
lescentum animos euolare facit, incēdit, & inflam-
mat: ista uerò contrario mō sedabat, ac deprime-
bat. Qui huius oculos uidet, mētis oculos formosio-
res efficiet, libidinē deijciet, philosophia adimple-
bit, multa cōpassione & adamātinū quoq; animū
emollire poterit. His lachrymis irrigatur ecclia, his
plantātur aiæ. Etiā si ignis adfuerit, hę illū lachry-
mę extinguere ualent, & sensibilē, & corpalem. Hæ
lachrymæ ignea sceleti iacula extinguunt. Memo-
res itaq; simus lachrymarum eius, & psentia ridebi
mus oia. Has lachrymas & Christus btificauit, di-
cens: Bti lugentes, & beati flētes, quoniā ipsi ride- Matt.5.d
bunt. Tales lachrymas emiserūt & Esaias, & Hiere- Esa.22.d
mias: & ille qdē dixit: Permittite me ut amarè fleā: Hier.9.d
hic uerò, Quis dabit capiti meo aquā, & oculis meis
fontes lachrymarū, tanq̄ nō sufficiente, ad hoc na
turali fonte. Nihil his lachrymis iucūdius: quouis
risu suauiores sunt. Nouerūt lugentes quantū hēat M
res ista solatij. Ne putemus eā esse odiosam, sed ual
de optabilem, nō ut alij peccent, sed ut alijs peccā-
tibus nos ploremus. Recordemur harū lachryma-
rum, horū uinculorum. Ergo p̄terq̄ quod uinctus
erat, lachrymabatur ēt? Nō permittebat aūt illum
uoluptatem eam, q̄ ex uinculis erat, sentire pereun-
tium, hoc est, in uicula conijcientiū, mors: etenim
illorū gratia dolebat. Erat.n. discipulus illius, q̄ sa-
cerdotes Iudęorū defleuerat: nō quia ipsum cruci-
fixuri erāt, sed quòd perierant. Et nō ipse solus hoc
fecit, sed & alios ita hortat⁹ est dicēs: Ne ploretis su Luc.23.b
per me filiæ Hierlim: uiderant paradisum illi oculi,
uiderāt tertiū cœlū, sed non ita beatos illos uisiōis
istius gratia dico, quèadmodū pp lachrymas per
quas Christū uiderunt. Hoc qppe uerè demū beа-
tum est. Nam & ipse in hoc gloriatur dicēs: An nō
Christū Iesum dominū nostrum uidi? Sed beatius
est lachrymari. Quādoqdē multi qdē uisionis isti⁹
cōsortes fuere, & tamē Christus eos quoq;, q illius
expertes extitere, beatificat dicēs: Beati q nō uide- Ioā.20.b
runt, & crediderūt. Hoc uerò nō ita multi assecuti
sunt.

A sunt. Si.n. in hac uita manere propter Christū, ne-
Phili.1.c cessarium magis est q̄ ad ipsum hinc absolui, idq;
pp aliorum salutem: ergo & necessarium magis est
ingemiscere pp eos, q̄ Christum uidere. Si.n. desi-
derabilius est ipsius gratia in gehenna esse, q̄ apud ip
sum: ergo & propter ipsum separari ab eo desidera
bilius est, quàm esse cum eo. Hoc qppe est quod di
xit: Optabam ego ipse anathema esse à Christo.
Rom.9.a Multo magis & illachrymari pp ipsum nō cessaui.
Cū lachrymis, inquit, unūquenq; admonens. Qua
re? Nō pericula metuens, sed quēadmodum q egro
to assidet, & finem nescit, amoris gratia lachryma-
tur, metuens ne moriatur: ita & ipse. Quādo uide-
bat ægrotum & icrepare nō ualebat, quod reliquū
erat, lachrymabatur. Istud & Xps fecit: ut uel la-
chrymarū gratia uerecūdarentur. Vtpote delinque
bat quisq̄, increpabat eum. Resuebat eum repreh-
ensus, & resiliebat: illachrymabatur, ut uel ita at-
traheretur. Harum recordemur lachrymarū. Ita fi-
lias nostras educem⁹, ita filios, lachrymātes siquā-
do in malis eos esse uiderim⁹. Quotquot amari uo
B lunt, recordētur lachrymarum Pauli, & igemiscāt:
quotquot beatificari cupiunt, quotquot in thala-
mis estis, quotquot in uoluptate, istarū memores
sitis: quotquot in luctu, mutate lachrymis lachry-
mas. Nō mortuos lugebat ille, sed peuntes ac uiuē-
tes. Dicam & alias lachrymas. Fleuit ēt Timothe⁹.
2.Ti.1.a Erat.n. hui⁹ discipulus. Quapp & scribēs illi dixit,
Memor lachrymarū tuarū, ut gaudio adimplear.
Cōplures ex uoluptate quoq; plorant: ita & uolu-
ptatis est res ista, & maximè uehemētis: ita molestę
nō sunt lachrymę, sed q̄ ex tali sunt dolore, melio-
Psal.6.c res multò sunt, q̄ q sunt ex uoluptate mūdana. Au-
di qd propheta dicat: Audiuit dominus uocē flet⁹
mei, audiuit uocem deprecationis meę. Vbi.n. non
utiles sunt lachrymę? In p̄cationib⁹, & adhortatio-
nibus plurimū ualēt. At nos eas infames reddim⁹,
non ad quæ datę sunt illis utentes. Quādo fratrem
delinquetem admonemus, flere oportet lugēdo &
suspirando. Quādo adhortamur aliquē, is uerò nō
attendit, sed perit, flere oportet. Philosophiæ sunt
C hæ lachrymę. Quādo aūt pauper quisq̄ est, quādo
morbo corporali correptus, quando moritur, non
hæc est lachrymādi rō. Non.n. ista digna sunt la-
chrymis. Quèadmodū igitur & risum infamamus,
intempestiuè illo utentes, ita & lachrymas, dum il-
las importunè usurpamus. Vniuscuiusq; siquidem
uirtus tum est conspicua, quādo ad idoneū & con
ueniens opus assumitur, quādo uerò ad alienū, nō
item: utpote, uinū ad ai hilaritatem datum est, at
non ad ebrietatē: panis ad nutrimentū: cōgressus
muliebris ad puerorum procreationem. Quemad-
modum ergo illa diffamata sunt, ita & lachrymæ.
Pōnatur lex ut in p̄cationib⁹ dūtaxat, & in admo-
nitionibus illis utamur, & uide quo, & iucundum
hoc futurum sit. Nihil ita peccata expurgat, ut la-
chrymę. Et faciē formosam exhibēt, eamq; corpalē
istam. Nā ad misericordiā alliciunt uidentem. Ve-
nustam nobis illā faciunt. Nihil iucūdius oculis il
Ingredi- lachrymātibus. Est.n. hoc membrum nobilius in
tur taxā nobis, & formosius, & aio peculiare. Quasi igitur
dos nu- aium ipm lamentari uideamus, ita flectimur. Hæc
ptiarum nobis nō temerè dicta sūt, sed ut uos nec nuptias,
abusus. nec saltationes, nec choreas accedatis satanicas. Vi
de nanq; qd iuenerit diabolus. Quoniā ipsa scenę,

& eorum quæ illic inhonestè gerūtur, natura, mu- D
lieres abegit, in ipsum mulierum cōclaue, & cōtu-
bernium theatri turpitudinē abduxit, molles dico
& scorta. Hanc perniciem lex & cōsuetudo nuptia-
rum subintroduxit: imo uerò nō nuptiarū. Absit,
sed nostrę molliciei. Quid facis hō? Ignoras qd fa-
cias? Vxorē castitatis, & puerorum procreādorum
gratia ducis? Quid igitur sibi uolūt scorta? Vt ma-
ior, inqs, sit hilaritas. Atq non sunt ista isipientiæ?
Probro afficis spōsam, probro uocatas ad nuptias.
Si.n. talibus delectantur, probrū est res ista. Si mu-
lieres fornicarias dedecorosas uidere magnificen-
tiā quādam adfert, qua rōne non & spōsam protra
his, ut & ipsa spectetur? Oino ignominiosum & tur
pe est, uiros molles & saltantes, omnemq; satanicā
pompam in ædes introducere. Memores estote, in-
quit, uinculorum meorū. Vinculum est coniugiū,
uinculum p̄scriptum à deo. Solutio est scortū, im-
mo dissolutio. Possunt alijs exhilarari nuptiæ, ut
mensis multiplicatis, & uestimētis p̄cipuis. Nō am-
puto talia, ne uidear admodū agrestis. Quanquā
Rebeccę suffecerit solū theristrum. Sed nō ampu- E
to. Liceat uestimentis splēdescere, liceat exhilarari
p̄sentia uenerabilium uirorū, uenerabilū matro
narum. Quid ridicula illa, qd mostra inducis? Dic
quæ ab ipsis audias. Sed erubescis ea dicere? Erube
scis, & cogis illos ea facere? Si bonum & honestum
est quod faciunt, quāobrem non & ipse hoc facis?
Si uerò turpe, cur alium cogis? Oia oportebat casti
tate plena esse, oia grauitate, oia honestate. Cōtra-
rium uerò uideo, lasciuè saltantes, scilicet, ueluti ca
melos & mulos. Virgini thalamus duntaxat conue
niens est. At paupercula est, inqs. Quoniam pauper
cula est, debet & ornata esse. Habeat modestiam lo
co diuitiarum. Dotem nō habet quā det? Quid er-
go illam & aliunde contēptibilem facis, nempe ab
ista puersione? Laudo quòd uirgines adsunt contu
bernalem suā honorantes, quod adsunt matronæ
eam honestantes, q̄ iam in earū ordinē assumitur.
Bene istud decretum est. Sunt.n. hi duo chori, uir-
ginum & nuptarū. Istæ tradunt uirginē, illæ exci-
piunt. Sponsa inter istas est nec uirgo iā nec uxor.
Nam illinc progreditur, & ad istā matronarū tur- F
bam accedit. Scorta uerò quid adsunt? Debebāt in
timè occultari existētib⁹ nuptijs, debebāt defodi.
Fornicatio qppe nuptiarū corruptela est. Nos uerò
scorta ad nuptias ducimus? Et quādo qcq̄ aliās ēt
uerbotenus facitis ad uitanda aduersa auguramі-
ni. Quemadmodū & quādo seminatis, quādo uinū
ex torcularibus exhauritis, quæ uappam indicant,
an non secernitis? Hic uerò ubi seruanda est casti-
tas, uappam inducitis? Hoc.n. est fornicatio. Quan
do unguentum odoriferum conficitis, nihil quòd
fœtidū sit adiungi finitis. Vnguētum sunt nuptię.
Quid ergo cœni fœtorem dū unguētum hoc para
tur inducis? Quid dicis? Saltat uirgo, & nō pudefa
cit contubernalē? Oportet.n. eam grauiorem esse
q̄ ista sit. Ista.n. ex ulna sponsi, non ex palæstra pro
gressa est. Neque.n. omnino in nuptijs uirgo com-
parere debet. Non uides quo in regijs qui honora-
tiores sunt, intus sint apud regem: qui uerò cōtem-
ptiores, extra? Etenim intus esto apud spōsam. Sed
casta in domo mane, ne uirginitatē tuam probro-
sam ostētando reddas. Adstat uterque chorus. Hic
quidem, qualem det ostendens, iste uerò, ut eā cu-

Gastodiat. Quid uirginitatē dedecore afficis? Si.n.tu talis, talia, & si tu ab illa amari cupis: nūdinatoris, & olerum uēditoris, opificisq; sunt ista. Nō sūt hęc turpia? Turpe nanq; pter decorū agere, etiam si filia regis sis. Non.n.impedit pauptas, non uitæ institutum & cōditio. Etiam si serua sit uirgo, in castitate maneat. Nam in Christo Iesu neq; seruus est, neque liber. Nō theatrum sunt nuptię: mysteriū sunt, & typus rei magnæ. Si typum non uereris, reuerere tamen illud, cuius typus est. Mysterium hoc, inqt, magnū est. Ego aūt dico in Christo & in ecclesia. Ecclesiæ typus sunt nuptiæ, & Christi, & tu scorta inducis? Si ergo neque uirgines saltabūt, inqs, neq; nuptæ, quis saltabit? Nemo. Quæ.n.saltandi necessitas? In Grecorum mysterijs saltationes sint: in nostris uerō, silētiū, decorum, pudor, & modestia. Magnū celebratur mysteriū. Absint scorta, absint prophani: quō mysterium est? Conueniunt duo, & faciunt unum. Quamobrē? quādoquidē ingreditur, nec saltatio, nec cymbala, sed plurimum est silētij, plurimum quietis: quando uerō congredūtur, nō inanimatam quādam imaginē, neque imaginē alicuius eorū quæ sunt super terram, sed ipsius dei, & iuxta similitudinem eius procreaturi, tātum inducis tumultum, & eos q adsunt turbas, spōsamq; pudore suffundis ac territas? Veniūt unum corpus futuri: ecce rursus dilectionis mysterium. Si duo non fierent unū, nō efficerent multos quousq; duo manerent. Quando uerō in unitatē deueniūt, tunc efficiūt. Quid hinc discimus? Magnā esse unitatis potentiā. Prouidentia & industria dei unum hominē primū in duos initio diuisit, & ut ostēderet quōd etiam posteaq; eum in duos diuisisset, unus tamen maneret, nō pmisit unum ex illis ad procreationē sufficere. Non.n.adhuc unus est, sed dimidiū uni⁹. Atque id liquet, quōd liberos non procreat, quēadmodum & prius. Vides cōiugij mysterium? Fecit ex uno unū: & rursus cū duos illos unum fecisset, ita unum facit, ut & nūc ex uno generetur hō. Vxor.n. & uir non sunt homines duo, sed unus hō. Potest autem hoc multis etiam certificari: Vtpote à Iacobo, à Maria matre Christi, ex eo quod dicitur, Masculum & fœminam fecit eos. Si hic qdem caput, illa uerō corpus: quō duo sunt? Quapropter illa qdem discipuli, hic uerō doctoris locū sustinet: hic principis, illa subiectæ. Et ab ipso corpis fingendi modo deprehenderit quis duos esse unū. Nam ex costa facta est Heua: ut ąsi semisecta duo fuerint. Propterea & adiutorium uocat, ut ostēdat eos unū esse. Propterea patri & matri cohabitationē pfert. Et pater silr gaudet nubētibus & filia & filio, tanq; ad proprium mēbrum properante corpe. Et cū tātus fiat sumptus, pecuniarumq; imminutio, non tamen patitur innuptam negligi. Quēadmodum.n. diuisa & separata utrinq; carne inutilis est ad filiorum procreationē uterque: ita & uterq; ad prēsentis uitæ subsistentiam inutilis est. Propterea & propheta dicit, Defectio spūs tui. Quo uerō siunt ad carnē unam? Quemadmodū si quod in auro purissimum est, abstractum alio miscueris auro: ita sanè & hic, quod pinguissimum est, mulier quasi cōflante uoluptate acceptum, nutrit ac souet, collatoq; de suo quod habet, uirum reddit. Est aūt puer instar pontis cuiusdam. Tres itaq; una siunt caro, puero ambos in unū utrinque coniungente. Quē-

Gal. 3. d

Eph. 5. d

I

Gen. 1. d

Ibi. 2. c d

Psal. 141. a et 142. b

Locꝰ uidetur hēre defectū.

admodum. n. si ex duabus ciuitatibus fluuio interlabente dissectis per pontem illas utrinq; coniungentē, una fieret: ita & hic est, & amplius ēt: quādoquidem pons ipse ex utriusque substantia est iuxta hanc rōnem, sicut corpus & caput, unū corpꝰ sunt. Nam collo qdem diuidūtur, attamen nō magis diuiduntur, q̄ coniunguntur. Medium.n. existēs utraque coniungit. Atque hic fit, quemadmodū si chorus diuulsus, una qdem sui parte hinc à sinistra prehensa, altera uero à dextera, unum efficiat: aut quēadmodum q animo territi ac pculsi sunt, illi si manus inuicem porrexerint, unū fiunt. Manus.n. expansę duos esse non sinunt. Propterea & diligēter non dixit, erunt una caro, sed ad carnem unam, cōiuncta ea q̄ pueri est. Quid ergo si puerum non habuerint? Non erūt duo. Cōmixtio qppe hoc facit. Confudit & cōmiscuit utrorūque corpa. Et quem admodum siqs unguentum oleo immiscat, totum unū efficit: ita sanè & hic. Noui cōplures ex dictis pudore suffundi, atque huius cā sunt q̄ dixi, nempe lasciuia & petulātia. Quōd nuptię ad hunc modum fiunt, quod ita corrūpuntur, cām istā insamē reddidit. Nā honorandę sunt nuptię, & ipollutus matrimōij cōgressus. Quid pudet rei hōestę? Quid erubescis in eo quod impollutū est? Hæreticorum hoc est, eorum est, q in nuptias scorta introducūt. Propterea purgare nuptias uolo, ut ad propriā nobilitatem reducātur, ut hęreticorum ora obstruantur. Vitupatur donū dei, radix generatiōis nostræ. Multū stercoris & cœni circa hanc radicē est. Istud ergo sermōe hoc expurgemus. Sustinete igitur paululum. Nam & q cœno occupatur, fœtore tolerat. Demōstrare uolo, nō debere uos i istis pudore suffundi, sed potius in illis q̄ facitis. Deū itaque condemnas, q rem istā ita sanciuit. Dicam quō & ecclesiæ sit mysterium, quēadmodum Christus ad ecclesiam uenerit, quēadmodū illa ex eo facta sit, isq; eam cōgressu spuali accesserit. Nam despondi uos, inqt, uni uiro uirginē castam. Deinde & ex eo nos esse dicit, ex mēbris eius, & ex carne eius. His oibus itaque consideratis, nō pudeat nos tanti mysterij. Aduentus Christi typus sunt nuptię, tu uero inebriaris? Dic mihi, Si uideris imaginē regis, an ueluti re turpi uisa erubescis? Neq; quaquam. Videntur qdem q̄ in nuptijs facitis, leuia esse, susq; deq; facienda, sunt uerō magnorū malorum cā. Omnia iniqtate plena sunt. Obscœnitas, inqt, & urbanitas ex ore uestro nō procedat. Omnia uerō illa obscœnitas sūt, & stultiloqū, & urbānitas: neq; id uulgariter, sed cū exaggeratione. In artificiū. n. res abijt, & magnis extollitur encomijs q eā exercēt. Peccata, inq;, artificiū facta sūt. Neq; triuialiter illa exercem⁹, sed studiosè, & cū pitia. Et diabolus pterea rerū suarū hic probè ducem agit. Vbi.n.ebrietas, lasciuia, ubi turpiloqum est, ibi diabolꝰ adest, officiū suū impēdēs, istis uidelicet inescatus. Mysteriū Xpi celebras, & diabolū aduocas? Fortè graue me & onerosum putatis. Nā & hoc magnæ puerlionis est, quōd & q reprehendit, risu, ueluti austerus, dignus eē putatur. Non auditis qd Paulus dicat? Quicqd feceritis, siue edatis, siue bibatis, siue aliud quid faciatis, oia ad gl'iam dei facite. Vos uero oia ad diffamiā & ignominiam. Prophetā non auditis dicentē: Seruite domino in timore, & exultate illi cū tremore? Vos uerō lætitia resolumini. Neq; enim fieri, ut & ad hūc

K

2. Cor. 11. a

L

M

ἀδιαφόρον ἐστὶ γάμα. Ephe. 5. a

1. Cor. 10. g

Psal. 2. c

A modum lætemini, & cautè agatis. Vis audire concentus suaues? Maximè quidēm non oportebat. Veruntamen permitto, si ita uis. Nō tamen satanicos audias, sed spirituales. Vis uidere saltātes? Vide chorum angelorum. Et quomodo, inquis, uidere potero? Si ista spurca abegeris, ueniet & Christus ad has nuptias: Christo uero præsente, adest etiam angelorum chorus. Si uoles & miracula faciet, quemadmodum tunc, faciet & nunc ex aqua uinū, multoq; præclarius. Concupiscentiam dissolutam, fluxam, & frigidam immutabit, & in spiritualem trāsferet: hoc est ex aqua uinum facere. Vbi tibicines sunt, nusquam Christus est. Sed si illuc ingreditur, primùm illos eijcit, atque tum demum mirabilia patrat. Quid satanica pompa iniucundius & molestius? Vbi omnia sunt incondita, ibi & omnia sunt deformia. Si uero etiam conditum quicquam sit, rursus omnia turpia, omnia iniucunda. Nihil uirtute suauius, nihil honestate dulcius, nihil grauita te desiderabilius. Faciat quisquam nuptias, quales ego dico, & uidebit uoluptatem. Quales illas? Attē

B dite. Primum uirgini quæras uirum, qui uerè uirū & tutorem illi præstet, tanquam corpori caput im positurus, tanquam non mācipium illi, sed filiam traditurus. Pecunias non quæras non generis splēdorem, non familiam magnificam, uana sunt hæc omnia, sed animi quæras pietatem, mansuetudinem, ueram prudentiam, dei timorem si uoles filiam tuam iucundè uiuere. Nam si ditiorem quæsieris, non solùm illam nihil iuueris, sed & damno afficeris, pro libera seruam iam factam. Tantum enim uoluptatis ex aureis ornamentis non capiet, quantum molestiæ ex seruitute. Ne quæras itaque ista, sed eum qui pari sit sorte. Si uero istud fieri ne quiuerit, pauperiorem magis quàm opulentiorem quære, siquidem non uis uendere domino, sed uiro elocare filiam. Posteaquàm diligenter uiri uirtutem cōpertam habes, filiamq; iam elocare statuis,

C ora Christum, ut adsit. Neque enim pudebit illum adesse. Mysterium est aduentus & incarnationis ipsius. Tum igitur potissimum ora, ut talem det spōsum. Ne sis deterior seruo Abrahæ, qui in tantam amandatus peregrinationem, nouit quò confugiē dum esset, quapropter & planè uoti compos euasit. Quando satagis uirumq; inquiris, ora, dic deo: Quem tu uoles, dispone. Commenda illi causam. Honoratus abs te honore isto, uicem rependet. Duo autem facienda sunt? unum, ut illi negotium concredas: alterum, ut talem quæras, qualem ille honestum uoluerit. Quando igitur nuptias facis, ne circumęas domos: spectacula & uestes coloratas ostentaturus. Non enim ad ostentationem res ista instituta est. Neque in pōpam inducas filiam, sed exhilaratis ædibus tuis ex ijs quę in illis habes, uoca uicinos, & amicos, & cognatos quoscunque noueris probos, istos uoca: & ut illis quæ adsunt, cōtenti sint admone. Saltantium adsit nemo. Illic enim superfluus est sumptus, & dedecorosus: uoca Christum ante reliquos omnes. Nosti per quem illū uocaturus sis? Qui uni, inquit, ex minimis meis quicquam facit, mihi facit. Ne putes rem fore morosam & ingratam, pauperes ad nuptias uocare pp Christum. Morosum est & ingratum scorta uocare. Pauperes enim uocare diuitiarum est occasio, illud uerò, subuersio. Orna sponsam non ornamentis illis quæ sunt ex auro, sed mansuetudine & pudore, & consuetis indumentis, loco cuiusuis ornatus aurei, & intextorum, & ut rubore suffundatur, pudescatq; dum præter insolitum amicitur & tractatur, & ut illa non quærat. Nullus sit tumultus, nulla turba. Vocetur sponsus, accipiat uirginem. Prandia & conuiuia non sint ebrietate plena, sed satietate iucunda. Vide quot hinc bona, si perpenderimus quæ ad ista pertinent. Ex his uero nuptijs quæ nunc babentur, (si tamen nuptiæ & non magis pompæ uocandæ sunt) uide quot mala. Mox atque absoluti sunt thalami nuptiales, adest solicitudo ac timor ne quid defectuum incidat, atque ita uoluptatem istam excipit mœstitia intolerabilis. Sed hæc quidem eorum est solicitudo qui affines sunt & cognati: immo neque ipsa sponsa ab illa libera est, sed quæ post nuptias eueniunt, istam solam potissimum angunt omnia. Quōd enim uident omnia perdita domumq; desolatam, mœstitiæ causa est. Illic Christus, hic satanas, hic tristitia, hic cura: illic uoluptas, hic dolor: hic sumptus, illic nihil tale: hic dedecus, illic decorū: hic inuidia, illic candor: hic ebrietas, illic sobrietas, illic salus, illic castitas & modestia. His itaque consideratis, sistamus hactenus malum istud, ut deo placentes bona diligentibus ipsum promissa assequi mereamur gratia & benignitate &c.

Quō sint instituendæ nuptiæ.

D

E

Commentariorum D. Ioannis Chrysostomi in epistolam ad Colossenses, finis.

IN EPISTOLAM AD THESSALONICENSES

priorem expositio patris nostri sanctæ memoriæ Ioannis Chrysostomi, Archiepiscopi Constantinopolitani.

F

p Aulus & Syluanus & Timotheus Ecclesiæ Thessalonicensium in Deo patre & domino Iesu Christo, gratia uobis & pax. Gratias agimus Deo pro uobis semper, mentionem uestri in precationibus nostris facientes, indesinenter memores uestri, propter opus fidei & laborem charitatis, & tolerantiam spei, quæ est in domino nostro Iesu coram Deo & patre nostro.



Vanam ratione cum ſ Philippensibus ⁊ scribens Timotheū secum haberet, non etiam illic eum sibi coniunxit, maxime cum illis esset bene notus & pclaræ æstimationis, (Nam probationem eius, inquit, nostis, quòd ut filius mecum ueluti cum patre seruierit. Et iterum: Neminem habeo pari mecum animo pditum, qui germanè res uestras curaturus sit) cum hic eum sibi adiungat? Mihi uidetur, quòd eū illic mox fuerit ad eos missurus, atq; ideo superfluū fuisse si simul scripsisset, qui ueestigio erat literas ipsas subsequuturus & occupaturus. Dicit.n. hunc spero me confestim missurum. Hic uero non ita, sed iam primum ab ipsis reuersus erat, atq; ideo merito ista tum ad eos scribit. Nuper.n. inquit, cum uenisset Timotheus ad nos à uobis. Quare uero Syluanum illi præponit, cum tamen mille bonorū testimonia

ſ Ephesijs hēt cod. Ver. cui consentit Theo. & ad Phil. scribens sibi Tim. cōiunxit. ea tamen hic citat q̄ ad Philip. scribū tur. ca. 2.

G ei contulerit, omnibusq; illum præposuerit: Forte hoc ideo factum est, quòd is pro sua magna ai modestia hoc ita fieri orauerit & obsecrauerit. Quoniã.n.doctorem uidebat adeo aio humili, ut discipulum sibi coniungeret multo magis hoc ipse ultro q̃siuit, illumq; ita subsequutus est: Paulus.n. inquit,& Syluanus & Timotheus ecclíæ Thessalonicensium:Nihil hic de seipso ponit, nec Apl'um se nec seruum Xp̃i uocans. Mihi uidetur ob id authoritatem suam non posuisse, quòd isti recens essent in fide instructi suiq; nondum experientiam cepissent, essentq; adhuc initium prædicatiõis ad eos factæ.Eccl'iæ,inquit,Thessalonicensium. Bene:Possibile.n.est paucos eos fuisse & nondum compactos & solidos. Quapp eos per nomen eccl'iæ consolatur.Nam ubi multum iam elapsum erat tpis,& magna eccl'iæ congregatio, non posuit hoc eccl'iæ nomen. Quoniam uero multitudinis nomen plerunque est eccl'iæ nomen, & congregationis iam iustæ & absolutæ, ppea eos ita eccl'iam uocat. In deo,inquit,patre & domino Iesu Xpo. Eccl'iæ Thes
H salonicensium,inquit,in deo. Ecce rursus illud,in deo,de patre & filio. Erant.n.multæ eccl'iæ tam Iudaicæ quam Græcæ. Sed ei,inquit,quæ in deo est. Magna est ista dignitas, & cui par esse nihil queat, si in deo est eccl'ia. Vtinam & ista eccl'ia uere ita uocetur. Vereor aũt eã procul esse ab hac appl'one. Siquis.n.fuerit peccati seruus, non poterit in deo esse dici. Gratia uobis & pax. Vides illum eplam mox ab encomijs ordiri? Gratias agimus Deo pro omnibus uobis semper, mentionem uestri in precationibus nostris facientes. Quod.n.Deo pro illis gratias agit, testimonium perhibentis est plurimum eos promouisse: deinde quando non solum ipsi laudantur, sed & deo gratiæ aguntur,tãquam qui totum perfecerit, modestiam quoque eos docet, tantum non dicens, quoniam totum est diuinæ uirtutis. Quòd igitur gratias agit,uirtutum fit gratia: quod uero meminit eorum in p̃cationib⁹, dilectionis est quã habebat erga eos. Postea qd & plerunque facit,non solum in p̃cationibus eorum recordatur,sed & extra precationes. Indesinenter, inquit, memores uestri pp opus fidei, & laborem
I charitatis,& tolerantiam spei q̃ est in domino nostro Iesu Xpo coram Deo & patre nostro. Illud,indesinenter memores uestri, idẽ est atque memores uestri coram Deo & patre,aut laboris charitatis uestræ memores coram Deo & patre nostro,aut simpliciter indesinenter uestri memores.Etenim illud quidem, indesinenter uestri memores, ne putes simpl'r dictum esse,subiunxit, coram Deo & patre nostro: hoc uero quoniam nemo horum quæ fiebãt laudabat,nemo mercedem repẽdebat, coram Deo,inqt,laboratis.Quid est opus fidei? Quòd nihil,inquit,instãtiam uestram infregit. Hoc.n.opus est fidei.Si credis,omnia patere:si non patens,non credis. Etenim an talia non sunt q̃ nobis promissa sunt,ut credentem ẽt mille mortes pati malle oporteat q̃ ipsis excidere? Propositum est regnum cœlorum,& immortalitas,& uita æterna. Itaque qui credit,oia patitur. Proinde fides per opera probatur? Merito sanè quis dixerit non simpl'r illam,sed per opera probari & ostendi,per instantiam, per ai promptitudinem & alacritatem. Et propter laborem dilectionis,inquit. Quis labor fuerit simplici-

Fides per opera probatur.

ter ac uulgariter diligere? Nullus planè. Germane K
uero diligere,multũ habet laboris. Quando.n.innumera mouẽtur,q̃ à dilectione nos abducere conantur nosq; aduersus oia resistimus, non labor est, dic quæso? Quid.n.non passi sunt illi,ne à dilectione deficerent? Non in hospitẽ Pauli irruerũt qui prædicationem impugnabant, & illo nõ inue Act.17.b
to Iasonem ad ciuitatis magistratus traxerũt? An modicus erat hic labor dic mihi femina nondum bene radicata, nondũ solida tantã ferre hyemem, tãtas tentationes? Et satisfactionem quoq; ab illo postularũt,qua is data,Paulum dimisit.An parum hoc erat,dic mihi? Non & seipm pro illo in periculum coniecit? Hunc charitatis laborem hic dicit, quòd ita uincti fuerãt. Et uide:Primũ uirtutes eorũ dicit,& tunc q̃ seip̃m concernebãt,ne iactare sese uideretur, aut opinione solũ & p̃sumptione eos diligere.Et tolerantiam,inquit. Non.n.uno dunta xat tpis articulo prosequutio eorum facta est, sed indesinenter: Neque solum Paulum doctorem impugnauerunt, sed & discipulos.Si.n.ita contra eos affecti erant, qui mirabilia faciebãt, qui suspiciẽdi L
erant,qd putas eos fuisse contra domesticos & cõciues suos, adeo subito deficientes? Qd & ipsis testificatur dicens: Quoniam imitatores facti estis eccl'iarum Dei quæ sunt in Iudæa.Spei,inquit,q̃ est in domino nostro Iesu Xpo coram Deo & patre nostro.Hæc.n.oia fide geruntur & spe. Itaq; non solũ animi dexteritatem declararunt quæ ab illis facta sunt,sed quòd & certa persuasione propositis prẽmijs fidem habuerint. Nam hac rõne Deus confestim persequutiones exoriri permisit, nequis prædicationem hanc Euangelij temere & quadam assentatione consistere diceret,& ut seruorem istorũ probaret ac declararet,quodq; non humana fuerit persuasio,sed uirtus Dei,quę credẽtium animis ita persuasit, ut ad mille quoque mortes parati essent, id quod nõ fuisset,nisi mox Euangelij p̃dicatio radices egisset imotaq; perstitisset. *Scientes fratres dilecti electionem uestram, quoniam Euangelium nostrũ non fuit erga uos in sermone tantũ, sed & in uirtute, & in spũ sc̃lo, & in multa certitudine, quemadmodum nostis, quales fuerimus inter uos uestri gratia.* Quid scitẽs? Quo
inter uos fuerimus. Hic & uirtutes eorum attingit, M
sed tecte. Vult.n.prius encomia eorum exequi. Qd autem dicit tale est. Notiimus uos ex germanis esse,ex uiris magnis,ex electis. Quapp & nos omnia uestri gratia sustinemus. Quòd.n.dicit,quales fuerimus inter uos hoc declarat, quasi dicat: quoniã cum magna animi promptitudine multaq; uehemẽtia parati fuimus animas nostras pro uobis tra 2.Ti.2.b
dere, idq; hoc non mea sed uestri gratia, quoniam electi eratis. Quapp & alibi dicit: Atq; hoc patior pp electos.Nam pro dilectis Dei, quid non feras? Dicens itaque quod suum erat,rantum non dicit: si.n.& dilecti & electi estis,merito oia sustinemus. Non.n.eos ex eo solum quòd laudat,cõfirmat, sed & ex eo quòd admonet,quo & ipsi uirilem præstiterint dexteritatem, aliorum alacritati correspondentẽ,Dicit igitur. *Et uos imitatores nostri facti estis & domini, recipientes sermonẽ in afflictione multa, cũ gaudio spũs sancti.* Papæ quantũ encomium. Discipuli subito doctores euaserunt.Non audierunt duntaxat sermonem,sed & in eandem cum Paulo altitudinẽ ascẽderunt. At hoc nihil est. Etenim uide

A quo eos extollat dicens: Imitatores facti estis domini. Quo? Recipientes, inquit, sermonem in tribulatione magna, cum gaudio spus scti. Non simplr cum tribulatione, sed cum magna. Atq; hoc ex a-
Act. 17. b ctis Apl'icis cognosci pot, nempe quo persequutionem in eos excitauerint. Et oes, inquit, magistratus ciuitatis permouerunt, & ciuitatem concitauerunt aduersum eos. Nec pot dici, inquit, quòd afflicti qdem sitis, & crediderit is, uerum doletes, sed etiam
Act. 5. g cum gaudio, id qd & Apl'i fecerunt; gaudẽtes quod digni habiti essent qui pro noie Iesu contumelia afficerentur. Hoc.n.demum in hac re præclarum est. Quãquam neq; illud parum est, quòd afflictiones uel quoquo modo feruntur. Hoc uero eorum est, qui iam humanam naturam transcenderunt, corpusq; habent quasi nullis passionibus obnoxium. Quo autem facti sunt imitatores domini? Quoniam & ipse, quamuis multas afflictiones per
B tulerit, gauisus tamen est. Ad hoc.n.sponte sua uenit, & nostri gratia seipsum exinaniuit, conspuendus, alapis percutiendus, & crucifigendus, atq; ita
Ioan. 17. a gauisus est ista patiens, ut patri dixerit, gl'ifica me. Cum gaudio, inquit, spus scti. Nequis dicat, quo discis in afflictione? quo cum gaudio? quo utraque conuenire possunt? subiunxit, cum gaudio spus scti. Afflictio in corporalibus, gaudium in spiritalibus. Quæ quidem contingunt aduersa tristia sunt, quæ uero ex illis postea sequuntur, non item. Non enim permittit spus. Pot itaq; fieri ut qui affligitur non gaudeat, ut quando pp peccata quis patitur, rursus ut gaudeat qui flagellatur, quando, uidelicet, pp Xpm hoc patitur. Talis.n.est spus scti gratia. Ex illis quæ uidentur tristia, gaudium & iucunditatem elicit. Afflixerunt, uos, inquit, & persequuti sunt. Sed non deseruit uos spus ne in illis q-
Dani. 3.c dem. Quemadmodum in igne cœlesti rore perfusi sunt tres pueri, ita & nos in tribulationibus. Sed ut illic rore perfundi non est ex ignis natura, sed spiritu perflante, ita & hic. Non.n.natura afflictio
C num hoc habet, ut gaudium pariant, sed istud ex ea est afflictione, quæ pp Xpm toleratur, & ex spu irrorante, & per caminum tentationum in reqem ac recreationem constituente. Cum gaudio, inquit. Non simplr, sed multo. Hoc.n.est spiritus scti. *Adeo ut fueritis exemplo omnibus in Macedonia & Achaia credentibus.* Atqui postremo ad eos uenerat. Sed ita, inquit, resplenduistis, ut eorum qui uos p̃uenerant doctores facti sitis. Atque istud apl'icum est. Non.n.dixit, ut exemplo facti sitis ad credendum, sed illis qui iam credebant, exemplo facti estis. Quo in deum credere oporteat, uos docuistis, qui mox atque credidistis, certamina ingressi estis. Et in Achaia, inquit: Hoc est, in Hellade, Vide quid animi possit alacritas, q̃ nec tpe, nec meditatione opus habeat, sed sufficiat seipsum duntaxat exhibuisse, ita ut mox omnia perfecta sint. Ad hunc itaque modum cum posteriores ad Euangelij prædicationem accesseritis, primorum facti estis doctores. Nemo igitur desperet, etiam si multo consumpto tpe nihil effecerit. Potest modico spatio, tantum perficere, quantum ne anteriori quidem tempore potuisset. Si enim qui nondum crediderat tantum mox initio resplenduit, multo magis hoc poterunt qui iam crediderunt. Nemo rursum ex hac cogitatione pigritiam inducat, cogni-

to iam quòd breui momento totum acqrere licet. D
Incertum.n. est quid futurum sit, & dies Domini *Infrà.5.d*
furis instar est, subito dormientibus nobis iminẽs. At si nõ dormierimus, nõ ut fur nos adoruet, sed ut nuncius regius ad pparata nobis bona uocabit. Si uero dormierim⁹, ut fur aderit. Nemo igitur obdormiat, nemo piger sit ad uirtutem. Hoc.n.dormire est. Ignoratis quo dormiẽtibus nobis res nostræ securæ nõ sint? quomodo insidijs obnoxiæ? Quãdo uero uigilamus, tãta custodia nõ egemus. Quando dormimus, etiam cum magna custodia, plerũq; nostra amittimus: & ostia, & repagula, & uigiles, & prouigiles, & tamẽ subingreditur fur. Quid autẽ ista dico? Quòd si uigilauerimus, nihil opus fuerit aliorum auxilio. Si uero dormierimus, nihil
E nos iuuerit uel multa aliorum custodia, sed cũ illa quoq; nostra perdituri sumus. Bonum est sanctorum precibus frui: sed quando & ipsi seduli & uigiles fuerimus. At quid mihi opus est, inquis, aliorũ precibus, quando ipse sedulus & dexter fuero? Nẽ constituas teipsum eo, ut opus illis habeas. Neque ego hoc uolo. Verum semper indigentes sumus, liqdem recte sapuerimus. Paulus non dixit, qd mihi precibus aliorum opus est? tametsi illo[esset indigni] qui pro eo precabantur, immo neq; pares, & tu *[nõ eẽnt dignores]* dicis, quid mihi opus est aliorum precibus? Petrus non dixit, quid mihi necesse est ut pro me oretur? Precatio, inquit, fiebat sine intermissione ab eccl'ia *Act. 12.a*
ad Deum pro eo. Et tu dicis, quid mihi aliorum pcibus opus est? Propter hoc ipsum opus hẽs, quod te putas illis non habere necesse. Etiam si Paulo similis esses, opus tamen haberes aliorum precationibus. Non extollas teipsum, ne humilieris. Sed quemadmodũ dixi, si nos ipsi in uirtutis studio seduli fuerimus, efficaces erunt, & preces aliorũ pro
nobis. Audi quid Paulus dicat: Nouit.n. inquit, *Ad phi.1.*
quod hoc mihi cedet ad salutem, per uestram precationem ac subministrationem spiritus Iesu Xpi. *c*
Et iterum: simul adiuuantibus & uobis per depcationem pro nobis, ut ex multis psonis pro dono i F
nos collato per multos gratiæ agãtur pro nobis. Et tu dicis, quid opus mihi est aliorum pcibus? Si uero desides fuerim⁹, nemo nos iuuare poterit. Quid prosuit Hieremias Iudæis? An nõ tertio Deum pro *Hier. 7.d*
illis interpellauit, & uicissim tertio audiuit: neque orabis neque obsecrabis pro pplo isto, non.n. exaudiam te. Quid Saulem iuuit Samuel? An nõ *1.Reg.15.*
ad extremum usque diem lugebat illum, non tan- *c*
tum obiter precabatur? Quid prosunt Israelitis? Nõ *1 Reg.12.*
dicebat: Mihi uero absit ita delinquere ut cessem *d*
pro uobis orare? Non omnes perierunt? Nihil prosunt, inquis, preces? Prosunt plurimum. Sed quando & nos aliquid satagerimus. Adiuuant.n.& auxiliantur. Adiumento aũt quis & auxilio ei demũ fuerit, qui & ipse operatur. Si uero deses & otiosus manseris, non magnopere iuuaberis. Alioqui si pces tantum poterunt, ut nos, quanquam desides & otiosos, in regnum inducant, quamobrem non omnes Græci Xpiani fiunt? An non pro uniuerso mundo oramus? Non & Paulus hoc fecit? Non oramus ut omnes conuertantur? Qui fit quòd mali non reddũtur boni? Quod nihil de suo adferũt. Plurimum igitur prosunt preces, sed quãdo & nos quod nostrũ est fecerimus. Vis discere quantũ pro *Act. 10.*
sint pces? Considera mihi Cornelium & Tabethã. *d*

G Audi quoq; quid Iacob dicat ad Labā. Nisi adfuisset mihi timor, inqt, patris mei, iā uacuum me dimisisses. Audi rursus & Deū dicentē: Protegā, inqt ciuitatem istā pp me & pp Dauid seruum meum. Sed hoc dixit, cum esset Ezechias rex iustus. Nam alioq; si efficaces sunt pro uehementer quoq; malis factæ preces, quare non dixit hoc deus et cum Nabucho donosor illos adoriretur, sed ciuitatem hanc tradidit? Ideo. s. quòd plus potuerit illorū malitia. Rursus idem ipse Samuel pro Israelitis orauit, & efficax fuit precatio. Sed quādo? Quando & ipsi bene placebant, & quiescebant, tunc & hostes uincebant.

Et q̄ necessitas est, inqs, ut alius pro me oret, si ipse bene placuero? Nūquam hoc dixeris homo. Necesse est, & multa prece necesse est. Etenim audi quid Deus de amicis Iob dicat: Et orabit, inqt, pro uobis, & remittetur uobis peccatū uestrum. Peccauerant. n. uerum nō adeo magnū peccatum. Sed idē ipse iustus qui amicos suos precationis beneficio seruauit tpe Iudaico seruare nō potuit Iudęos pereuntes. Et ut hoc discas, audi quid per Prophetam dicat Deus: Si starent Noe, Iob, & Daniel, nō liberarent filios suos ac filias: inualuerat. n. malitia. Et iterū: Si staret Moyses & Samuel. Et uide quō duobus Prophetis istud dicatur. Nam utrique pro illis orauerant, sed nihil assequuti fuerant. Etenim Ezechiel inquit: Hei domine, deles ne reliquias Israelis? Deinde ut declararet illi Deus iuste se hoc facere, ostendit ei peccata illorū, & ut ostēderet simul nō ideo supplicationem eius acceptam nō esse, quòd ipsum contemneret. Quasi dicat, poterunt ista probare quòd nō tui conteptu, sed pp multa illorum peccata supplicationem tuā non accipio. Veruntamen subiugit ac dicit: Etiam si starent Noe, & Iob, & Daniel. Et merito huic magis ista dicit: Ipse nāq; erat, qui multa passus fuerat. Iussisti, inqt, ut in stercore comederem, & comedi: iussisti, & tonsus sum, iussisti, super latus unū dormiui, iussisti ut foramē parietis onustus exirē & exiui, abstulisti mihi uxorem, & iussisti ne lugerem, & non luxi, sed tuli fortiter: innumera alia illorum gratia feci, & iam te proijsdem oro & nō obsequeris? Nō quòd te contemnam, inqt, hoc facio, sed si & Noe, & Iob & Daniel ēt pro filijs suis orarent, non obsēqrer. Et Hieremiæ rursus minora qdem ex p̄ceptis Dei, plura uero ex populi malitia perpesso, quid dicit? Aut non uides, inquit, qd isti faciant? Etiam, inquit, faciūt. Sed uel mei gratia quod precor facias. Hac itaque ratione & ad istum dicit. Si Moyses & Samuel starent. Moyses, inquam, primus ille legislator, qui fæpenumero illos periculis liberauit, dicens: Siqdem peccatū illis remittis remitte, si uero non remittis, & me dele. Si ergo is nunc esset, & ista diceret, nihil utique assequeretur. Et Samuel quoq;, qui & ipse eos aliquando liberauit, q à primęua ętate p̄clarus factus est. Nam de illo quidē loquutus sum, quòd ut, amicus cū amico, ita uicissim mecū contulerit, & non per ænigmata: de isto uerò, quòd in primæua ætate illi appuerim, & per istos placatus clausam antea prophetiam reseraui. Erat. n. inquit, pretiosum & rarum uerbum Domini, nec erat uisio certa & explicata. Itaque si illi iam starēt, nihil proficerēt. Et de Noe dicit: Iustus & pfectus in generatiōe sua. Et de Iob: irreprehēsibilis, iustus, uerax, & pius. Et de Daniele, quē & Deum esse putabāt. His itaque cognitis, nec sanctorū preces contēnamus, neque totum in illas proijciamus, hoc qdem ne desideamus ac temere insidijs opprimamur: illud uero ne extra multum lucrum & profectum excidamus, sed oremus etiam ut pro nobis precentur manumq; porrigant, adhęreamusq; & ipsi uirtutis studio, ut bona diligentibus Deum promissa consequi ualeamus, gratia & benignitate &c.

Ibid. 9. g
Gen. 33. f
4. reg. 19. g
1. Reg. 7. c
Iob. 42. b
H
Esa. 14. e
Hier. 15. a
Ezec. 9. b
Ibi. 14. d
Ibid. 4. c
1. Reg. 3. a
Gen. 6. b
Iob. 1. b

K

Homilia II.

Vobis enim pertonuit sermo domini. Non solùm à *in Macedonia & Achaia, sed & in omni loco fides uestra, quæ in deum est, diuanauit, ut nō habeamus necesse quicquam loqui. Nam ipsi de nobis annunciant qualem ingressum habuerimus ad uos, & quomodo conuersi sitis ad deum à simulachris ad seruiendum deo uiuenti ac ueraci, & ad expectandum filium eius de cœlis, quem excitauit ex mortuis Iesum, qui liberat nos ab ira uētura.* Quemadmodum unguentum odoriferum fragrantiam suam in seipso non detinet occlusam, sed protinus illam emittit, & aerem odore penetrās uicinorum quoque sensus occupat: ita & generosi ac præclari uiri uirtutem suam in seipsis clausam non habent, sed fama sua multos iuuant, & meliores reddunt. Hoc igitur & tunc factum est. Quapp dixit, adeò ut fueritis exemplo omnibus in Achaia & Macedonia credētibus. A uobis. n. pertonuit sermo domini. Non solùm in Macedonia & Achaia, sed & in omni loco fides uestra quę est in deum, dimanauit. Doctrina itaque & eruditione, uicinos qdem omnes repleuistis, admiratione uerò ipsum orbem. Hoc enim est quod dicit, in omni loco. Et nō dixit, rumore diuulgata est fides uestra, sed pertonuit. Quemadmodum tuba clarè insonante locus undique uicinus completur: ita & clara est magnanimitatis uestræ fama, tubæ instar clangendo orbem implere ualens, & omnes ubique constitutos pari constantique sonitu appellere. Res. n. magnificæ, clarius quidem ubi fiunt decātantur, procul uerò etsi decantentur, non tamen ad hunc modum. A uobis igitur non ita, sed sonitus insignis, & clarus ubique terrarum dimanauit. Et unde, inqs, hyperbolica non erant hæc uerba? Etenim ista Macedonum gens ante Christi aduētum insignis erat & illustris, & ubique decantata magis quàm Romanorum. Et Romani hoc nomine præclari facti sunt, quòd istos uicerunt. Quæ nanque Macedonum rex perfecerit, nullo sermone comprehēdi poterunt. Nam ex modica quidem ciuitate impetu facto prorumpens, orbem tamen uniuersum cepit. Propterea & tanquam pardalem alatam uidit eum propheta, uelocitatem eius hoc pacto, & uehementiam, & feruorem, & quòd orbem terræ subitò trophæis ac uictorijs suis peruolaturus esset, declarans. Referunt autem, quòd cùm philosophum quendam audisset dicentem, infinitos esse mundos, amarum ingemuerit: eò quòd cum infiniti essent mundi, ipse propè ne unum quidem uicisset, adeò erat animo magno & elato: erat uerò ubique notus. Creuerat igitur simul cum regis huius fama gētis quoque gloria. Dicebatur enim Alexander Macedo. Itaque & quæ illic fiebant, meritò ubique decantabantur. Nihil. n. quod insigne sit, latēre potest. Nihil autem res Macedonicæ Romanis inferiores erant. Hoc uerò & ipsum ex ipsorum est uehementi studio factum. Tanquam. n. de animato quopiā, ita de fide eorū differēs dixit, In omnem locū fides uestra egressa est. Ita erat sedula & efficax, ut necesse nō habeamus qcq̄ loq. Nam ipsi de nobis annūciant, qualē ingressum habuerimus ad uos. Nō expectant ut de uobis audiāt, sed q̄ p̄sentes non fuerunt, neq; uos uiderunt, eos q & p̄sentes fuerūt & uiderunt, poccupant: adeo. s. ubiq; fides uestra rumoribus inclaruit, ut non hēamus opus illos res uestras narrādo in idē studij ducere. Quę nanque ex nobis audire debebāt, ꝛa poccupātes ultrò referunt. Et q̄q̄ ubique talibus inuideri soleat, excellentia tamen fidei uestræ hoc quoque superauit, ita ut ipsi sint certaminū uestrorum p̄cones. Et quamuis ipsi sint inferiores, neq; sic tamen obticescunt, sed ēt pueniunt. Talibus uerò existentibus si nos uestra narraremus, suspicionē ac diffidentiam p̄ferret. Quid est quod dicit, qualē ingressum habuerimus ad uos? Quòd plenus fuerit piculis, plenus inumeris miracl'is, quod nihil horū uos pturbauerit, sed nobis nō adhæseritis q̄ si nihil tale accidisset: ita nos post ista susceperitis, atque si nihil mali passi, sed inumera bona assecuti essetis. Erat. n. iste alter iam ingressus. Abscesserant in Berhœam Paulus ac Silas, atq; illi interea p̄secutionē passi, postea tamen reuersos ita susceperūt, tantoq; honore prosecuti sunt, ut alias quoq; suas pro ipsis tradiderint. Illud igitur, qualē ingressum habuerimus ad uos, utrorūq; qdem cōplectitur encomiū, & horum. s. & illorū, ipse uerò in illorum istud cōuertit. Et quō? Conuersi estis, inqt, ad deum à simulacris ad seruiendū deo uiuenti & ueraci: hoc est, facile conuersi estis, cumq; magna uehementia, ita ut nō opus fuerit multò negotio ad hoc ut seruiretis deo uiuēti & ueraci. Et parcnesim hic induxit, id qđ minº est molestū. Et ad expectādū, inqt, filium eiº de cœlis, quē excitauit ex mortuis Iesum, q liberat nos ab ira uētura. Et ad expectādum, inquit, filium eius de cœlis. Eū q crucifixus est ac sepultus, eū, inq̄, qui de cœlis est. Quem excitauit ex mortuis. Vides siℓoia & resurrectionē, & assumptionem, & secūdum aduētum, & iudiciū, & iustorum retributionem, & malorum suppliciū? Iesum, inqt, qui liberat nos à uentura ira. Et hoc cōsolationem hēt, & adhortationem, & incitamētum. Si. n. illum ex mortuis excitauit, & iā in cœlis est, atq; inde uēturus, & huic credidistis (nisi. n. credidissetis illi, tā ta passi non fuissetis) satis ista quoq; ad consolationem fuerint. Dabunt, inqt, illi pœnas. Id quod & in posteriore epla dicit: Et uos consolationem habebitis nō modicam. Et ad expectādum, inqt, filium eius de cœlis. Tristia qdem in manibus iā sunt, iucunda uerò expectantur, quādo. s. Christus de cœlis ueniet. Vide quō spe opus sit. Crucifixus. n. exci tatus est, in cœlos assumptus est, uenturusq; est ad iudicandum uiuos ac mortuos. *Ipsi nanque frēs ingressum nostrum ad uos nostis, quòd inanis nō fuerit, sed cū ante a Philippis & adflicti, & contumelijs, ut scitis, affecti essemus, cū fiducia egerimus in deo nostro ad loquendū apud uos euāgeliū dei in multo certamine.* Magnifice q dem & uos egistis, uerūtamē neq; nos humano sermone usi sumus. Sed qđ suprà, illud & hic dicit. Nā utrinque demōstratur qualis sit p̄dicatio, siue à signis, siue à p̄dicātium instituto ac prōptitudine, siue ab accipiētium illā feruore & diligētia. Ipsi nanque scitis, inqt, ingressum nostrū ad uos, quòd inanis non fuerit: id est, quòd nō fuerit humanus aut uulgaris. Primùm. n. ē magnis periculis, mortibus, ac plagis liberati, mox rursus in pericula ēcidimus. Sed cū antea Philippis, inquit, & adflicti, & contumelijs, ut scitis affecti essemus, cū fiducia egimus i deo nostro. Vides quō rursus deo totū adscribat? Ad loquendum, inqt, euangelium dei in multo certamine. Non pōt dici, quod illic qdem periclitati simus, hic uerò non. Nostis & uos quanto periculo, quanta solicitudine fuerimus apud uos. Quod & ad Corinthios scribēs, dicit: Nam p infirmitatem, & cum labore, & timore, ac tremore multo fui apd uos. *Nam adhortatio nostra non fuit ex errore, neque ex immunditia, neque in dolo, sed quemadmodum probati fueramus à deo, ut nobis cōmitteretur euāgelium, ita loquimur, nō ut hominibus placere studētes, sed deo, qui probat corda nostra.* Vides quòd ex ipsorum instātia, quē admodū dixi, argumētum struat, diuinā esse prędicationem? Non. n. tanta, inquit, nisi hoc fuisset, uel si seductio fuisset, pericula ppessi essemus, q̄ nos ne respirare quidem pmiserunt. Quid est igitur? Nisi futurorum quicq̄ nos excitasset, nisi persuasi fuissemus bonam esse spem nostram, quis uoluisset pp præsentia tāta perpeti, uitamq; certaminibus ac periculis plenam uiuere? Etenim cuinam psuasissent? An non hoc ipsum pturbare discipulos pōt, quòd doctores suos in periculis esse uident? Sed uos, inquit, istud passi nō estis. Adhortatio nanq; nostra, id est, doctrina, non est ex errore, nō est dolus hæc causa, neq; seductio, ut metuere, frangiq; debeam⁹. Non est rerum sceleſtarum, quales sunt pstigiatorū & magorum: neque ex immunditia, neque in dolo, nec seditione aliqua, quemadmodum Theudas fecit: sed quemadmodum probati sumus à deo, ut committeretur nobis euāgelium, ita loquimur, nō ueluti hoibus placere studentes, sed deo. Vides nō esse uanā gloriam? Sed deo, inquit, qui probat corda nostra. Nihil ad placitum hoium facimus, inqt. Cuius. n. gratia ista sanè faceremus? Postq̄ eos laudauerat, dicit, non tanq̄ hoibus placere uolentes, neque honores ab hoibus quærentes, sed quemadmodum probati sumus à deo, ut cōcrederetur nobis euangelium. Nisi nouisset nos ab oi re temporali liberatos, utique sibi non delegisset. Quemadmodum ergo nos probauit, euāgeliumq; cōmisit, ut deo, inquam, probati uisi fumus ita pduramus. Virtutis eorum est indicium, quibus euangelium concreditur. Non enim probasset nos deus, inquit, si puersum quid in nobis fuisset. Probare uerò hic, non est scrutari, sed quod nos ex probatione & experimento facimus, hoc ipse p̄ter experimētum. Dicit autem: quemadmodum nos probatos reperit, & euangelium cōmisit, ita loquimur, quēadmodū consequens est eos qui probati sunt à deo, qbusq; commissum est euāgelium, dignos esse euangelio, ita loquimur. Non tanq̄ hoibus placentes: hoc est, non uestri gratia hæc oia facimus. Quoniam poccupando illos laudauerat, ne suspicionem generaret sermoni, dicit. *Neque. n aliquādo in sermone adulationis conuersati sumus, ut scitis: neque in occasione anaritiæ, deus est testis: neque gloriam ex hominibus quærentes, nec à uobis, nec ab alijs, cùm possemus graues esse tanquam Christi apostoli.* Neque enim aliquando in sermone adulationis, inquit, cōuersati sumus: hoc est, Adulati nō sumus, id quod est seductorū, occupa-

Iob. 42. b
Exo. 32. g
Ibid. 33. c
1. Reg. 3. a
Daniel. 7. b
Alexād. Maced.
1. Th. 2. d
Cap. II.

L M

D ἀπὸ κυρίου ἐξήχηται οὐ μόνον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ καὶ ἐν τῇ Ἀχαΐᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ἡ πίστις ὑμῶν ἡ πρὸς τὸν θεὸν ἐξελήλυθεν, ὥστε μὴ χρείαν ἔχειν ἡμᾶς λαλεῖν τι· αὐτοὶ γὰρ περὶ ἡμῶν ἀπαγγέλλουσιν ὁποίαν εἴσοδον ἔσχομεν πρὸς ὑμᾶς, καὶ πῶς ἐπεστρέψατε πρὸς τὸν θεὸν ἀπὸ τῶν εἰδώλων δουλεύειν θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ, καὶ ἀναμένειν τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὃν ἤγειρεν ἐκ τῶν νεκρῶν, Ἰησοῦν τὸν ῥυόμενον ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης.

E

F

Universidad de Deusto Biblioteca

re,dominarię uolentium.Nó pôt dici quòd adulati sumus,ut dominaremur, neq; quòd pecuniarum gratia in hanc cām uenerimus.Huius deinde,quoniam manifestū erat,testes eos ipsos citat. An adulati sumus,uos,inquit,nostis. Quod uerò occultum erat,nempe,an occasione auaritiæ qcq; egerit, huius testem citat deū.Neq; gl'iam,inquit, ex hominibus q̄rentes,nec à uobis,nec ab alijs, cum possemus graues esse tanq; apl'i Christi: hoc est, neq; honores quærentes,nec iactabūdi,aut magno comitatu stipati. Quāquam ēt si hoc fecissemus,nihil fecissemus alienum.Si.n.qui regum sunt legati, quales quales fuerint in honore tamen sunt,multo magis nos.Et non dixit,ignominiosè tractati sumus: neque dixit,honore nullo apud uos potiti sumus, id qd exprobrantis illis fuisset: sed,non q̄situimus, inqt.Quid ergo,cū quęrere liceret, idq; p̄dicatione euangelij hoc exigente,non queſuimus, qūo gl'iæ gratia qcquam facimus? Tametsi ēt si quæsissem⁹, neque sic tamen culpabile qcquam desiignassem⁹. Decet.n.eos qui à deo mittuntur ad homes, tanquā
H ex ipso iam cœlo legatos uenientes,multo potiri honore.Nos uerò ut abūdè cauti simus nihil horum facimus,quò aduersariorum ora obstruamus. Nec licebit dicere, quòd apud uos qdem talis fuerim:
2.Co.11.d apud alios uero non itē.Nam & Corinthijs scribēs ita dixit: Sustinetis.n. siquis uos in seruitutē adigit,siquis exedit, siquis accipit, siquis seipsum extollit,siqs in faciem uos cędit.Et iterum: Presentia
Ib d 10.c uero corpalis infirma,& sermo cōtemptus.Itē:Do-
2.Co.12.c nate mihi hanc iniuriā, declarans & illic quòd ual-
ἀπὸ τοῦτο de fuerit humilis,ex eo quòd tāta spreuerat. Hic ue-
σαῦτα ro & de pecunijs dicit,cū possemus graues esse,tan-
πατεῖν quam apl'i Christi. *Sed facti sumus placidi in medio ue-*
ἴγενήθη *stri,tanquā si nutrix foueat filios suos, sic ꝓpēso in uos aio*
μεν ἤπι *cupiebamus uobis tradere,non solū euangelium dei, sed &*
οι. *nostras ipsorum animas pp ea quòd dilecti nobis facti essetis.* Sed facti sumus,inqt,placidi. Nihil onerosum, nihil molestum,nihil graue,nihil qd elationem habeat designauim⁹.Et illud, in medio uestri, idē ac si dicas,nō superiorē ex uobis sortem capessentes.
1 Tanq; si nutrix,inqt,foueat filios suos.Talem oportet esse doctorem.Nū adulatur nutrix,ut gl'iam inde acqrat?Num pecunias à paruulis exigit filiolis? An molesta illis est & onerosa? An non matribus blandiores sunt? Amoris hic affectum exprimit. Sic propenso,inqt,& cupido in uos animo,itaq; uobis deuincti sumus. Et nō solum nihil accipimus, sed si opus esset aīam quoq; tradere, nihil detrecta remus.Hoc igitur,dic q̄so,animi est humanitus affecti?Et qs ita desipit,ut hoc dicat? Cupiebamus,inquit, tradere uobis nō solū euangelium dei,sed & nostras ipsorum aīas.Hoc itaque illo maius est. Et quid profuerit?Nam ab euangelio qdem profectus est. Animam uerò dare,difficultatis gratia maius est illo.Non.n.perinde est p̄dicare,& aīam dare.Illud nāque pretiosius qdem, hoc uerò maioris erat difficultatis. Cupiebam⁹ quidem,inqt,si licuisset, & animas nostras uestri gratia effundere. Quoniā igitur illos laudauerat,& adhuc laudat, propterea dicit: non.n.pecunias quærentes, non adulantes uobis,nō glorię cupidi hoc facimus. Vide nāque: Multa decertauerāt,atque iō oportebat eos nō uulgariter laudari ac celebrari, ut solidiores redderentur.Habebat aūt laus ista suspicionē. Proinde hæc omnia eo dicit,ut suspicionē expellat.Et periculo- K
rum quoq; iō meminit.Et rursus ne putetur periculum dicere, tanq; illorum gratia negotiū facturus, ut qui pp illa rursus honorari ab ipsis debeat (opus .n.habebat periculorū mentionē facere) subiunxit: Propterea quod dilecti nobis facti essetis, aias nostras uobis sanè libenter dedissemus. Vehementer.n.uobis deuincti sim⁹. Itaq; euāgelium qdem, quoniā deus ita iussit annūciam⁹, tantū uerò uos amamus ut & animas nostras uobis,si licuisset, dedissemus. Ita oportet amātem aīnare,ut et si aia ab eo postuletur,& possibile sit,nō prohibeat. Nō dico,postuletur, sed ut & ipse ultro tali dono accurrat.Nihil.n.mihil tali dilectione dulcius esse poterit:nihil illic triste accidet.Re uera uitę pharmacū est fidus amicus, re uera protectio fortis est fidus amicus. Quid etenim nō efficeret germanus amicus?Quātam uoluptatē non generaret? quantā utilitatem?quātam securitatē?Et si mille thesauros diuersis,nihil tamē germano correspōdebunt amico. At primū de amicitia ipsa dicamus,quantum hēat uoluptatis. Qui illā uidet,lętatur & gaudio pfundi L
tur,atq; illa uicissim aīum eius cōplectitur cōplexione ineffabilem habēte uoluptatē: & si dūtaxat admonitus fuerit,illius excitatur aio, & alacris redditur. De germanis amicis loquor,q eiusdem sunt animi,q & mortem inuicē alius pro alio subire cupiunt,q feruenter amant.Ne mihi uulgares illos amicos cogitantes,& mētārum cōsortes, & appellationis gratia amicos,sermone isto probari putetis. Siqs amicū habet,qualē dico,agnoscet uerba mea. Et si uiderit illum quotidie,non tamē saturabitur. Eadem illi impcabitur q̄ sibijpsi. Noui ego quendam,q cum sanctos uiros amici sui gratia obsecraret,primū pro illo,& tū demū pro se orare obsecrabat. Tanti est amicus bonus,ut & loca,& tpa illius gratia diligantur. Quēadmodum.n.splendida corpora in uicino loco splendoris sui quasi uigorem emittunt,ita & amici gratiam suā ijs locis q̄ accesserint,indunt.Et plerunque ēt sine amicis ad ea loca uenientes illachrymamur,dierum illorū memores qbus illic unà cōueneramus,& ingemiscimus. Nequit sermone cōprehendi quantā adferat uoluptatem amicorū p̄sentia. Nouerunt ij tantum, qui experientiā eius rei ceperunt. Beneficiū petere, & uicissim accipe,apud amicū sine suspicione licet.Quā M
do nobis aliqd imperant,tunc gratiā illis habem⁹: quando uerò hoc facere dubitant,tunc aio concidimus.Nihil habemus quod illorū non sit.Oibus sępenumero p̄sentibus contēptis pp illos hinc abire nolum⁹.Et luce quoq; desiderabiliores illi sunt. Est.n.re uera amicus ipsa luce iucundior germanū dico.Et ne mireris . Est.n.nobis Solē hūc extingui iucundius,q̄ amicorum cōsuetudine priuari:iucūdius in tenebris agere,q̄ sine amicis esse.Et qūo?Dicam.Quia multi Solem istum uidentes in tenebris sunt,qui uerò amicorum copiam adepti sunt,ne in adflictionibus qdem tristitiā habent. De spūalib⁹ amicis dico,q nihil amicitiæ præponūt. Talis erat Paulus,qui aīam suam libenter,ēt non rogatus, dedisset,& in gehennam quoq; cupidè descendisset. Ita oportet feruenti affectu amare. Volo amicitiæ exēplum dare.Patres & filios excellūt amici,amici iuxta Xp̄m.Etenim ne mihi dicas,hoc bonū nunc cum alijs plerisq; in eccl'ia cessasse, sed cogita quo-

A modo apud apostolos,non coryphęos dico,sed ip-
Actio.4.f sos credentes,oium fuerit aia una, & cor unum, & nemo qcquam suorum bonorū suum esse dixerit, datumq; sit uniciuiq; iuxta qd op⁹ habebat.Nō erat inter eos illud meū ac tuum.Hoc demum amicitia est, neq; qd habet suum æstimet,sed quæ proximi sunt:q̄ uero sua sunt,putet aliena, ut ita illi⁹ aię parcat atq; suę ipsius,atq; ille uicissi pariter hoc faciat. Et ubi poterit,inquis, tanta amicitia reperiri? In causa est,qa nolumus. Posset.n.nisi posset,Christ⁹ non p̄cepisset,de dilectione tanta non dissertisset. Magnum qd est amicitia, & q̄ magnum nemo potest cognoscere,neque sermone consequi,præter ipsam experientiam.Hoc hæreses fecit,hoc Grecos facit esse Græcos.Qui amat nec p̄cipere uult, nec imperare, sed gratiā habet magis si ipsi impetur ac p̄cipiatur. Beneficium magis impendere q̄ accipere cupit:amat.n.Nec aliter affectus est,q̄ ueluti si desiderium suum nondum impleuerit.Non ita gaudet sibi benefieri, ut alijs benefacere.Vult.n.eum quē
B re uult,debitorēq; ipm habere. Et gratificari uult, & tamē gratificari nō uult uideri, sed hoc ita ex debito fieri.Plurimos uestrum hoc forsan qd dictum est ignorare puto:& prior beneficia impedere,& tamē nō prior hoc facere, sed magis tāquā posterior reddere,uideri cupit.Id qd & deus cū hoibus fecit. Largiturus erat pro nobis filiū suū, sed ne uidere-
Gen 22.a tur gratis illum largiri,sed eū nobis ita debere, præcepit Abraliæ ut filiū suū daret, ut cùm magnum qd nobis faceret,nihil magni uideretur fecisse. Vbi .n.amicitia non fuerit,exprobramus siqd beneficij impēdimus,& q̄ minuta sunt exaggeramus. Vbi uero fuerit amicitia, & absc̄dimus benefacta,& quę magna sunt,modica uideri cupimus,ne nobis amicū uelut debitorē obstrictū habere uideamur, sed magis nos illi debitores esse, in quo debitorē eum habemus. Noui multos ista non intelligere. In causa uero est,quòd de re disputo q̄ cœlū nūc inhabitat. Quēadmodū igitur si de plantula quapiam in India crescēte dicerē,cuius nemo haberet experientiā,nullo sermone illā exprimere,& ob oculos rep̄sentare possem,etiāsi innumera referrē,ita & nunc: C
qcqd dixero,frustra dico:nemo itelligere ualebit. In cœlo plātata est hęc plāta ramos habēs, nō margaritis,sed uita recta ac solida,illis multò iucūdiore,onustos. Quā uoluptatē mihi oppones, siue turpē,siue honestā? Oēs excellit ea q̄ amicitię est, etiā si eam dixeris q̄ mellis est. Fit.n.fastidiosum mel, amicus nero nunquā,donec amicus fuerit,qn magis crescit illius desideriū, ita ut illius uoluptas nū quam fastidium patiatur.Est & p̄senti uita suauior amicus,unde & multi post mortem amicorū deum ceps non optarint uiuere. Cum amico tulerit qs extorris esse,sine amico ne in proprijs qdē ędibus esse uolet.Cū amico & pauptas tolerabilis est:sine illo,& sanitas,& diuitiæ intolerabiles sunt. Aliū proseipso habet,q amicū habet. Præstringor & ueluti p̄cludor faucibus⁹, non ualens aliquo exēplo rem istam exprimere. Noui siqdem certo multo esse minora q̄ dicta sunt,q̄ oporteat. Et hæc quidem ita habent in hac uita.Apud deum uerò tāta est amicitiæ merces,quanta dici neqt.Mercedem nobis dat, ut amemus nos inuicē, cuius nos rei mercedē debemus.Precare,inqt,& accipe mercedē. Super hoc D
nos mercedē debemus,nā bona precamur. Pro eo
qd petis inqt,accipe mercedē.Ieiuna, & accipe mercedem.Sis rectus ac strenuus & cape præmiū,quanquam præmium debens.At quemadmodū patres, quādo pueros suos sedulos ac strenuos faciūt, tūc & p̄mium illis dant:(Nā debitores ipsis sunt,quod in uoluptatē eos constituerunt) ita & deus,mercedem,inqt,accipe,si probus atque integer fueris:exhilaras nanq; patrē, unde hanc tibi mercedem debeo.Si uero malus fueris,nō item. Nam exacerbas eū q̄ te genuit.Non igitur exacerbemus deū, sed exhilaremus, ut regnū cœlorum assequamur in Xpo Iesu domino nostro.

Homilia III.

Eminentis nanq; fratres laboris nostri ac sudoris.

M *Nā noctes atq; dies opantes, ne quenquā uestrum grauaremus p̄dicauimus apud uos euangeliū dei.*

Vos testes estis ac deus,quàm sctē & inculpatè,& iustè crędentibus uobis adfuerimus, sicut nostis, quo unūquemq; uestrū ut pater filios suos,adhortantes uos,& consolati simus, et obtestati,ut dignè ambularetis deo, qui uocauit uos in regnū suū ac gloriā. Doctorē nihil oportet eorū q̄ ad di E
scipulorū salutem attinent,cum molestia facere. Si .n.beatus Iacob nocte ac die in gregū custodia fatigabatur,multò magis eū cui comissæ sunt,aię,siue laboriosum sit opus, siue exile,oia facere oportet ad unum dūtaxat aspicientē,nempe ad salutem eorū quos instruit,& gl'iam q̄ ad deū inde redit.Vide nanq; Et Paulus homo,p̄co,apl'us orbis, talem nactus honorem,manibus suis laborauit, ne quos instruebat in aliquo grauaret: Meministis nanque fratres,inqt,laboris nostri,ac sudoris.Præoccupando dixerat,cū possemus esse graues tāquā apostoli Christi:id qd & in ea dicit,q̄ ad Corinthios est. An 1.Cor.9.b
ignoratis,inqt,quòd q̄ sacris operantur,de sacro & edunt?Ita & dominus p̄cepit eos q euangelium annunciāt de euāgelio uiuere.At ego,inqt,hoc nolui, sed laboraui. Et non simplr operatus est, sed cum magna diligentia.Vide ergo qd dicat: Meministis, inqt:Non beneficiorum dicit,q̄ ex me ceperitis,sed laboris nostri ac sudoris.Nocte atq; die opus faciē tes ne quēquā uestrū grauaremus, ita p̄dicauimus apud uos euangeliū dei. Corinthijs uerò aliud di- F
cit.Alias,inqt,ecclesias depdat⁹ sum accepto ab il- 2.Cor.11.
lis stipēdio,quo uobis ministrarē. Quanquā & il- b
lic operat⁹ sit,nō tamē meminit illius, sed aliud posuit qd magis pūgebat,ac si dixisset, ab alijs nutritus sum,cū uobis inseruirem.Hic aūt non ita. Sed qd:Nocte ac die,inquit,operātes. Et illic qdem dicit: Cū essem apud uos,& egerem,nemini onerosus fui.Itē,accepto ab illis stipēdio,quo uobis inseruirem.Hic ostēdit uiros istos in egestate fuisse,illic uerò non ita.Quapp continuè testes illos adducit. Vos.n.inqt,testes estis ac deus. Fide dignus est de⁹. Sed hoc illos magis certificabat. Nam illud incertum est & obscurū ignorantibus. Etenim ne quæras:Si Paulus erat ista dicens.Ex multa abūdantię cautione uult eos certos reddere.Proide dicit: Vos testes estis ac deus,q̄ sanctè,q̄ iustè,q̄ inculpatè uobis credētibus adfuerimus. Oportebat eos rursus laudare. Propterea ea pmittit q ualebant illis persuadere.Si.n.illic,inqt,in egestate constitutus nihil accepi,multo minus nūc.Quàm sanctè,& iustè, & inculpatè uobis credētibus adfuerim⁹, sicut scitis, quo unumquemque uestrum, ut pater filios suos,

G adhortantes uos cõsolati simus. Suprà qđ ad uitæ
conuersationẽ attinet dixit: hic qđ dilectionẽ con
cernit, qđ maius erat. Certè tutelę est & alacritatis
qđ dictum est: ut pater, inqt, filios suos, adhortan-
tes uos, & consolantes, & obtestantes, ut dignè am
bularetis deo, q uocauit uos in regnũ suum ac glo-
riam. Cũ dicit, & obtestantes: tũc patrũ meminit,
quasi dicat: At si obtestati quoq; sumus, nõ tamen
istud uehemẽter, sed ut patres. Vnũquęq;, inqt, ue-
strũ. Papę, in tãta multitudine neminẽ omittit. Nõ
paruũ, nõ magnũ, non diuitem, non paupem. Ad-
hortantes, inqt, ad tolerantiã, & cõsolantes, & ob-
testantes. Adhortantes, gliam igitur nõ quęsiui. Et
obtestẽtes: Nihil ergo adulati sumus. Vt dignè am-
bularetis deo, q uocauit uos in regnũ suũ ac gliã.
Vide qũo rursus disserens & doceat, & consoletur.
Si enim in regnum uocauit, omnia ferenda sunt.
Adhortamur, non ut aliqd nobis largiamini, inqt,
sed ut regnum cœlorũ assequamini, *Quapropter, &*
nos gratias agimus deo indefinẽter, quòd cũ accipetis à no-
H *bis sermonẽ dei, non hominũ sermonem accepistis, sed sicut*
uerè est, sermonem dei, qui & agit in nobis credentibus.
Nõ potest dici, inqt, quòd nos qdẽ inculpatè facia
mus oia: uos uerò indigna nostra cõuersatione fe-
ceritis. Non. n. tanquam homines audientes quum
nos audiretis affecti estis, sed nõ aliter attẽdistis q̃
si deus ipse adhortatus uos fuisset. Vnde hoc liqt?
Quẽadmodũ quòd neq; in adulatione, neq; in ua-
na gl'ia pdicauerit ex tentationibus suis, & illorum
testimonio, & ex *ijs* q̃ fecit probat: ita & quòd illi
sermonẽ rectè acceperit ex tẽtationibus ipsorũ de
monstrat. Nã unde talia pericula tulissetis, inquit,
nisi me tanquã deũ ipsum dicentem audissetis? Et
uide dignitatem ipsorũ. *Vos enim*, inquit, *imitatores*
facti estis ecclesiarum dei, q̃ sunt in Iudæa in Christo Iesu.
Nã eadẽ & uos à ppr'ijs cõtribulibus passi estis, quemadmo
dũ et ipsi à Iudæis, qui & dominũ Iesum occiderũt, & pro
prios pphetas: et nos psequuti sunt, et deo nõ placẽt, oibusq;
hominibus contrarij sunt, phibentes nos gentibus loqui, ut
saluẽtur, ut adimpleãtur peccata ipsorum semp. Peruenit ue
rò in illos ira in finẽ. Vos enim, inquit, imitatores facti
estis ecclesiarum dei, quę sunt in Iudæa. Multa con
solatio. Nihil. n. inqt, miraculi est, quòd in uos ista
I designãt, quãdo & in cõtribules suos hoc fecerint.
Hoc uerò non modicũ indiciũ est ueracẽ esse euan
gelij pdicationem, quandoquidem & Iudei omnia
perferenda susceperunt. Nam & uos talia, inquit, à
proprijs cõtribulibus passi estis, quemadmodũ &
ipsi à Iudæis. Habet qdã amplius, qđ dicit, & ipsi.
In Iudea, inquit: ostendit, quod ubiq; tanquam cer
tãtes cogniti fuerint. Dicit igitur: Nã & uos eadem
passi estis. Quid ergo mirum fuerit si & uos rursus,
quãdoqdẽ & in dominũ eadẽ uideamus esse desi-
gnata? Vides qũo ipm induxerit magnam habens
consolationẽ? Et continuè istud uersat, & in oibus
propè epistolis illud quis inuenerit si diligẽter in-
quisierit, qũo pręcipuè Christum in tẽtationibus
semper adducat. Vide igitur & hic qũo Iudæos re-
prehendens in memoriam Christi istos ducat, &
adflictionum domini: ita nouit quàm magnã ha-
beat res ista consolationem. Qui & dominũ, inqt,
occiderunt. At forsan illũ nõ cognouerunt (maxi-
mẽ equidẽ cognouerũt.) Quid tum? An nõ & pro-
prios prophetas occidẽrunt, & lapida ũt, quorũ &
uolumina circũferũt? Et ista nõ ueritatis gratia de-
signarunt. Non ergo consolatio dũtaxat est in tẽta K
tionibus, sed & admonitio ne putent aduersarios
hęc pp ueritatem facere, atque ppea turbentur. Et
nos, inquit, pśequuti sunt. Et nos innumera, inqt,
mala ppęsi sumus. Et deo non placẽt, & oibus ho
minibus contrarij sunt. Qũo? Si enim orbi uniuer-
so loquendum est: illi uero hoc prohibent, cõmu-
nes ergo sunt orbis inimici? Xpm occidẽrũt & pro
phetas, deũ uituperant, communes sunt hostes or-
bis, nos expellũt, q salutis gratia aduenimus. Quid
mirum si & in uos talia delignarũt, quãdo & in Iu-
dæa hoc fecerunt? Prohibentes nos, inqt, gentibus
loq ut saluentur. Inuidẽtia igitur est, quòd oium sa
lutem impediunt. Vt impleatur peccata ipsorũ sem
per. Peruenit uerò super eos ira in finẽ. Nõ amplius
talia sunt q̃lia priora. Nõ amplius reditus, non am-
plius terminus aliqs, sed propè instat ira dei. Vnde
hoc liquet? Ex eo qđ Christus prędixit. Non enim
hoc solum cõsolationẽ habet socios adflictionem
accipere, sed & audire quòd illi puniẽdi sint q ad-
flixerãt. Si uerò dilatio tristitiã adfert, soletur quòd
amplius postea nõ reuiuiscẽt. Immo & ipsam dila-
tionẽ cõtraxit cũ irã dixit, ostẽdens eam debitam L
quoq; esse & prefinitam & prędictam. *Nos uerò or-*
bati uobis ad momentum horæ, aspectu non corde, abũdã-
tius studuimus faciem uestram cũ multo uidere desiderio.
Nõ dixit, separati à uobis. Dixerat suprà de adula-
tione, declarãs se nihil adulatũ esse, neq; gl'am suã
q̃sisse. Hic de dilectione loqtur. Quoniã suprà dixe
rat, ut pater filios, & ut nutrix: hic aliud addit, or-
bati, inqt, uobis: id qđ filiorum est patres suos desi
derantiũ. Eteni illi erãt orbati. At nõ hoc dicit, sed
nos, inqt, orbati uobis. Nam siqs desiderium istud
exquisierit, quemadmodũ pueri parui tutore carẽ-
tes intẽpestiuamq; orbitatẽ sustinẽtes, multo sunt
erga parentes desiderio, non solùm pp istam natu-
ram, sed & pp desolationem, ita inueniet & nos,
inqt, habere. Hinc & mœstitiã suã declarat quam
habebat ex eo qđ separatus esset ab eis. Nec dici po
test, inqt, quòd multum tpis à uobis separati fueri-
mus, sed ad momentum horæ duntaxat: idq; aspe-
ctu non corde. Semper. n. uos in aio habemus. Vi-
de quanta dilectio. Quanquã eos in corde semper
haberet, cupiebat tamẽ & aspectu corã esse. Ne mi- M
hi qs inanem hanc dicat esse philosophiã. Est hoc
uerè feruẽtis dilectionis, & uidere, & audire, & col-
loq. Et plurimũ quoq; cõtulerit ac profuerit istud.
Abũdantius, inqt, studuimus. Quid est, abũdãtius:
Certè ut par erat, ad horã uestrã pśentia destituti,
faciem uestrã uidere studuimus. Vide beatũ Paulũ
quando desiderium suum p seipsum neqt implere,
per alios hoc facientẽ. Quemadmodũ & facit quã
do ad Philippenses Timotheũ mittit, & ad Corin-
thios rursus eundẽ, p alios eos cõueniẽs, quando p
seipsum non potest. Erat. n. ueluti amator quisquã
insanus, & effrẽnis, & intemperans in amore. *Quapp*
uolebamus uenire ad uos. Id quod dilectionis est. Quã
quam nullam aliam hic ueniẽdi necessitatẽ dicit,
nisi ut uideremus uos, inquit. *Ego quidem Paulus*
& semel, & iterũ, & impediuit nos satanas. Quid dicis?
Impediuit satanas? Etiã. Non. n. dei erat hoc opus.
Nã ad Romanos qdem dicit, quòd deus impediue
rit. Et alibi dicit Lucas, quòd spũs prohibuerit eos Rom. 15. c
in Asiã uenire. Et ad Corithios dicit hoc esse opus Act. 16. d
spũs: hic uerò dicit solùm esse satanæ. Quod uerò

A satanæ impedimentum intelligit? Tentationes q̃s-
Actо 19. b dam inopinas ac uehementes. Nam factis illi isidis
à Iudæis tres menses in Ellada detentus est. Aliud
aũt est dispensationis & muneris gratia alicubi, uo
2. Co. 1. d lentemq; ultro morari. Nã illic qdem dicit, quapp
cùm non haberem amplius locum in istis regiõn-
bus, & uobis parcerem, nõdum Corinthum ueni:
hic uerò nihil tale, sed qđ? Impediuit nos satanas.
Ego qdem Paulus, inquit, & semel, & iterum. Vide
quo ambiat honorẽ, & sese iactet, uolens ostẽdere,
quòd eos plus oib⁹ diligat. Illud, ego qdẽ Paulus,
idẽ est ac si dicat, ẽt si alij noluisẽt. Nã & illi cupie
bãt. Ego uerò conatus ẽt sum. *Quæ nãq; spes nostra*
est, aut gaudiũ, aut corona gloriationis? An nõ & uos corã
domino nostro Iesu Xpo in aduẽtu eius? Sũntne, dic q̃-
so, ô btẽ Paule Macedones spes tua? Non illi soli, in
quit. Propterea subiũxit, an non & uos? Quę est. n.
inquit, spes nostra, aut gaudiũ, aut corona gl'iatio-
nis? Non agnoscitis uerba ista mulierũ esse q uisce-
ribus incalescentes ad hunc modũ cum pueris par
uulis disserunt? Et corona, inqt, gl'iationis. Non. n.
B illi sufficit ad ostendendum splendorem nomen
coronæ, nisi adderet & gl'iationis. Quantinã istud
seruoris est? Neque. n. unquam uel mater, uel pater,
ẽt si in unum cõspirauerint, amoremq; suũ utrinq;
cõmiscuerint, talem poterũt ostendere amorem q
Paulo ex æquo correspõdeat, Gaudium, inqt, & co
rona. Magis in uobis, inquit, gaudeo q̃ in corona.
Cogita nanq; quantũ sit integram in aduentu Xpi
prodire eccl'iam à Paulo plantatam & radicatam.
Quis sanè pp tantam filiorum fœcunditatẽ & pro
speritatem non gauderet? Itaq; ne hoc quidem adu
lationis est. Non enim dixit, uos, sed uos cum alijs.
Cap. III. *Vos. n. estis gloria nostra & gaudiũ.* *Propterea*
ὑπὲρ τοῦ ἐλθεῖν *cũ nõ ferremus amplius, uisum est ut Athenis relinq̃remur*
soli. Visum est, dicit pro elegimus. Ac *misimus Ti*
motheũ fratrẽ nostrũ & ministrũ dei, cooperariumq; nostrũ
in euangelio Xpi. Et hoc non ideo dicit ut Timo-
theũ extollat, sed ut eos honoret, quòd cooperariũ
& ministrũ euãgelij ab alijs, ut ita dicat, operibus
auulsum, ad uos misimus, ministrũ dei, & coopera
C rium nostrũ in euangelio Xpi. *Vt cõfortaret uos,*
et consolaretur super fide uestra, ne quisquã turbaretur in
adflictionibus istis. Quid hic dicit? Quoniã tẽtatio-
nes doctorũ discipulos pturbare solet, hoc dicit.
Supr. 2. d Erat aũt tum multis circũdatus tẽtationibus, ut &
ipse dicat: impediuit. n. nos satanas, sp hoc dicens.
Et semel, inqt, & iterum uolebam ad uos uenire, at
non potui, quod multæ erat uiolentię. Poterat aũt
eos istud turbare. No. n. ita proprijs tentationibus
turbabãtur discipuli atq; doctorũ. Nã neq; ex pro-
prijs tentationibus tãtopere turbatur miles, atq; si
uiderit prostratũ ducem. Vt confortaret uos, inqt.
Non quasi uobis quicq̃ desit fidei, aut quòd disce-
re quicq̃ debeatis. Et consolaretur super fide ue-
stra ne quisq̃ perturbaretur in adflictionibus istis.
Nam ipsi nostis in hoc nos esse positos. Etenim cùm esse-
mus apud uos, pdicebamus uobis adfligẽdos nos fore, sicut
& factũ est & nostis. Nõ oportet turbari, inquit.
Nihil. n. insolẽs, nihil pter spem euenit. Sufficiebat
hoc ad erigendũ eos. Vides & Xpm ideo & discipu
Ioã. 14. d lis talia pdixisse? Audi nanq; quid dicat: Iam nũc,
inquit, ista uobis dixi anteq̃ fiant, ut quando facta
fuerint, credatis. Magnum. n. re uera est, magnum
inq̃, ad aliorum consolationem, à doctoribus au-
D dire q̃ futura sunt. Nã quemadmodum ægrotus si
quãdo à medico, uel hoc, uel illud futurũ audierit,
nõ admodum turbatur. Si uero ex inopinato qcq̃
euenerit, ita ut & medic⁹ hęsitet, & morb⁹ artis ui-
ctor euadat, aio deijcitur ac perturbatur: ita & hic
fit. Quæ puidens Paulus, pdixerat illis. Adlligen-
dos nos, inquit, fore pdicebamus, quemadmodũ
& factũ est, & nostis. Nõ hoc solũ ideo dicit, quòd
factum est, sed quod multa pdixerat quę & euene-
runt. In hoc positi sumus. Itaq; nõ solùm pteritorũ
gratia turbari non oportet, sed neq; pp futura, siqđ
tale contigerit. In hoc nanq; positi sumus. Audia-
mus quibus aures sunt audiẽdi. In hoc positus est
Xpianus. Illud. n. in hoc positi sumus, de omnib⁹ si
delibus dicit. In hoc positi sum⁹, & nos interea ad
ista ita sumus isolẽtes, q̃si in reqẽ collocati simus.
Immo cuius gratia adeo sumus insolẽtes ac mœrẽ
tes? Neq. n. nos adflictionis tps, neq; tentatio cepit
nisi humana. Opportunũ fuerit & ad uos dicere: Heb. 12. b
Nõdum usq; ad sanguinem restitistis, cõtra pctũm
decertãtes. Immo no istud opportunè ad uos dice
tur. Sed qđ? Nondũ pecunias contẽpsistis. Nã illis E
quidem quibus erant amissa oia, meritò ista dicta
sunt: ijs uerò qui sua adhuc habent, istud. Cui
sunt ablatę pp Xpm pecunię? Quis illius gratia ala
pis cęsus? qs cõtumelijs affectus est? Vel usq; ad uer
ba dico? Vnde nobis gl'iatio? Vnde poterimus ha-
bere fiduciam? Tanta passus est nostri gratia Xps
cùm inimici essemus, qđ nos ostendere poterimus
eorum quæ pp ipm passi simus? Quòd qdem passi
simus mali nihil, q̃ uerò bona ab eo acceperim⁹, in
numera. Vnde nobis fiducia erit in illo die? Nõ scitis
quòd & miles tum poterit illustris esse apud regẽ
quãdo inumera uulnera & cicatrices ostẽdere po-
terit. Si uerò nihil habuerit egregiorũ factorũ qđ
ostẽdat, ẽt si alioqui nihil mali designauerit, inter
postremas collocatur. Sed nõ est, inqs, iã belli tps.
Si esset, quisnam decertaret, dic quæso? Quis in cer
tamen insiliret? Quis aciẽ diuideret? Forsan nemo.
Cùm. n. uideam quòd neq; pecunias Xpi gratia cõ
temnas, qũo sperem te plagas contempturum? Di-
xit, eos qui uobis conuiciantur, forte fortiter, & F
benedicite illis. Hoc non facis, sed inobediens trã-
sgrederis. Quod periculũ non hẽt, non facis, & pla-
gas feres dic q̃so, ubi multũ est doloris ac mœro-
ris? Ignoratis quòd in pace quæ belli sunt, exercere
oportet? Nõ uidetis milites istos? Illi nullo existẽte
belli tumultu, sed pace profunda, extersis armis, &
cũ pceptoribus suis, à qbus q̃ ad militerem discipli
nam ptinent docentur, in aptum & spatiosum cã-
pum singulis, ut ita dicam, diebus egredientes, q̃
belli sunt magna diligentia & studio exercẽt. Quis
spũaliũ militũ istud fecit? Nemo. Quapp & in bel-
lis molles atq; inutiles sumus, ac qbusuis ad pdam
exposíti. Quantæ uerò socordiæ est, non putare p-
sens tps, tps esse belli, cùm Paulus clamet: Oẽs aut
2. Ti. 3. c qui uolunt piè uiuere in Xpo Iesu, persequutionem
ferent: & Xps dicat, In mundo pressuram habebi-
Ioã. 16. g tis. Et iterum btus Paulus clara uoce clamet, ac di-
Eph. 6. b cat, Nõ est nobis lucta aduersus sanguinẽ & carnẽ.
Ibidem. c Item: State igitur circuncinctis lũbis uestris in ue-
ritate. Quid armis nos munis, dic q̃so, non existen
te bello? Quid frustra nobis negotia facessis? Quid
armas milites, cùm liceat quiescere ac recreari? Sed di
xisset: Ob hoc ipm, etsi bellum qdem non sit maxi

G me tamen oportet q̄ belli sunt curare ac meditari. Qui.n. in pace ea curat q̄ pugnæ sunt, terribilis erit ipso tpe pugnæ: qui uerò rerum bellicarum imperitus est, turbabitur magis ēt in ipsa pace. Quāobrem? Quoniam eorū gratia q̄ hēt lachrymabitur, & quia illa defendere nequit, dolebit. Possessiones enim meticulosi, & imperiti, atq; ad pugnas obeundas inutilis, otium eorum sunt qui aio sunt uirili, & ad bella gerenda instructi. Itaq; huius gratia uos primùm armo. Deide & oē uitę huius tps belli nobis tps est. Quo & qua rone diabolus immineat,
1.Pet.ul.e audi quid dicat: Circuit, inquit, sicut leo rugiens ac rapere uolens. Corporales passiones innumeræ in nos irruunt, quas necessarium est pertransire, nè frustra nos ipsos seducam⁹. Quid.n. nos, obsecro, non impugnat? Diuitiæ, pulchritudo, deliciæ, potentatus, ptās, inuidentia, glia, arrogantia. Non.n. nostra solùm nos glia impugnat, m aī humilitatē demittere uetans, sed & ea q̄ aliorum est, in odium nos & inuidētiam abducens. Sed qd aduersa? paupertas, ignominia, contemptus, abiectio, & nullam
H prorsus habere potētiam? Hæc qdē in nobis sunt. Quæ uerò apud alios hoies sunt, uersutiæ, insidię, doli, calumniæ, incōmoda mille. Quę apud dęmones, principatus, ptātes, mundi rectores tenebrarū scli huius, spūales uersutiæ. Alij sumus gaudentes, alij dolentes. Vtraq; exorbitātia sunt, alios sanitas, alios nos facit infirmitas. Quō nō desperauerit qs quam? Vultis & ab ipso Adam exorsus disseram uobis, ab ipso mox mūdi initio? Quid primū hoiem strauit ac uicit? Voluptas, & esce, & libido dominā di. Quid post hunc filium eius? Inuidentia & odiū. Quid eos qui tpibus Noe fuerunt? Corporum uoluptates, & q̄ ex illis nascuntur mala. Quid filium Noe? Procacitas & licentia. Quid Sodomitas? Lasci
Prou.30. a uia & petulantia, & fasturitas panum. Plerunq; uerò & paupertas hoc facit. Quapp sapiens qsq̄ dixit: Diuitias & paupertatem ne dederis mihi. Immo neq; diuitiæ, neq; paupertas, sed aius utriusq; istis nō na-
Eccli.9.d lens probè uti. Agnosce, inquit, quō per mediū laqueorum incedas. Præclare dixit btūs Paulus, In hoc positi sumus. Non dixit simplr, tentamur: sed,
I in hoc positi sumus, pro eo qd est, ad hoc facti sumus: hoc est, opus nostrū, hæc nostra uita, & tu requiem q̄ris? Non instat lictor latus tuum lacerans, & ad sacrificandum cogens? At instat uehemens pecuniarum & auaritiæ cupido oculos nobis effodiens. Nullus miles pyrā nobis incendit, neq; craticulæ nos imposuit? At corporum flāma aiam nostram magis incendit, q̄ ille. Non adest rex innumera bona promittens, & ab instituto deflectens? At adest uesana gliæ cupido peius nos illo titillans.
Magnū re uera bellū, & admodū magnū. Si sobrij uoluerimus esse, & uigilare, hēt coronas & præsens
2.Ti.4.b hoc tps. Audi quid Paulus dicat: Reposita est mihi deinceps corona iustitiæ quā reddet mihi iust⁹ iudex, nō solùm aūt mihi, sed & oibus q̄ dilexerunt aduentū eius. Siquādo filiū amittis, dilectū, unigenitū, i multis diuitijs enutritū, spem bonā pbentē se unū hæreditatem tuā pcepturū, ne ingemiscas, sed gratias agas deo, eumq; glifices q illū accepit, et hactenus nō eris deterior Abrahamo. Quēadmodū. n. ille filium suū iubenti ac postulanti deo dedit, ita tu accipiēte eo nō igemuisti. Graui morbo decūbit, & accedunt multi ad uanitatē urgētes, & ij qdem incātationibus, isti amuletis: illi uerò alijs K
qbusdam superstitionibus solamē mali adferre conantur, si pp timorem dei fortiter & immotè tuleris, & oia malueris perpeti, q̄ sustinere, ut aliqd qd idololatriam sapit facias, hoc tibi martyrij coronā adferet. Nō est quod dubites. Et qūo, quāte rone? Ego dicam: Quoniam quemadmodū martyr dolores ex tormentis acceptos generosè tolerat, ne si mulachrum adoret: ita & tu dolores eos qui sunt ex filij morbo, toleras, ita ut nihil eorum q̄ ab illo obueniūt pusillanimiter deperis, neq; facias quæ ille uidetur præcipere. Sed uehemētiores sunt martyrij dolores? At isti diuturniores. Itaq; pari fine desinunt. Sæpenumero uehementiores etiā sunt isti. Quid.n. dic mihi, quando intus ardens fatigaris & inflāmaris, & alijs adhortantibus, tu incantationē amoues, an nō martyrij corona hoc pacto ornaberis? Rursus amisit aliqs pecuniā? Multi ad diuinatores cōsulēdos adhortātur. Propter timorē dei, quo niā istud prohibitū est, malis non recipere pecunias amissas, q̄ immorigerus esse deo. Parem habebis mercedē cū eo q̄ pecunias suas pauperibus largit⁹ est, si amissis illis gratias egeris, & cùm ad diuinatores ire potueris, sustinueris illas magis nō recipere, q̄ hoc pacto recipere. Quemadmodum. n. ille pp timorem dei in egenos pecunias suas effudit, ita & tu pp timorem dei abreptas illas non recepisti. In nostro est arbitrio nos ipsos uel lædere, uel illæsos seruare, qd uerò nemo alius pōt. Et si uultis, in ipso furto rem istam tractemus & cōsideremus. Parietem pfodit fur? Insiluit in cubiculū. Abstulit aurū magni pretij, & lapides auro pretiosiores, in summa thesaurum oēm? Euasit ēt, & non est interceptus? Graue quidem facinus. Et uidetur res ista damnum habere, uerùm nondū hēt, sed in te situ est, uel damnum ex ea uel lucrum facere. Et qūo pōt hoc lucrum fieri, inquis? Demōstrare conabor istud qūo fiat. Si uoles, magno lucro erit: si minus, damno maiore q̄ id quod factum est. Quemadmodum. n. apud artifices, accepta materia peritus qui dem artifex bene ut oportet utitur: imperitus uerò & illam perdit, & seipm damno afficit, ita & in his rebus hēt. Qūo ergo lucro erit? Si deo gratias egeris, si non ploraueris, si uerba Iob dixeris, Dominus dedit, domin⁹ abstulit: nudus egressus sum ex utero matris meæ, nudus ēt hinc abibo. Quid dicis? Abstulit dominus? Et qūo, inquis, dicere potero, dominus abstulit? Ne mireris. Nam & Iob de illis q̄ diabolus abstulerat, dixit, dominus abstulit. Et qūo tu dicis ea quæ per furem ablata sunt, non abstulisse dominum? Vtrū miraris ac laudas, dic q̄ so, an eū qui sua in pauperes effundit, an Iob hæc uerba loquentē? Nihil ergo minus hēt ab ijs q elee mosynas contribuunt, Iob ille, qui tamē tū nō dabat. Neq; dicas, nihil hinc habeo gratię: pter animi mēi sniam res ista facta est, me nec sciente nec uolente bona mea fur abstulit, quæ mihi merces erit? Neq; Iob quoq; uel sciēte uel uolente diabolus ista abstulit. Qūo nanq; cognouisset? At nihilominus patienter tulit. Potes tu uerò tātum acquirere mercedis, quātū si spōte ista proiecisses. Et meritò magis eum extollimus qui bono aio uim ac fraudem illatam tolerat, q̄ qui ultro sua elargitur. Quāobrem? Quoniam ille quidem laudibus fouetur & cō scientia, spęq; bona fruitur, & posteaq̄ fortiter primum

A mùm pecuniarū priuationē pertulit, tunc eas proiecit: hic uero mente adhuc alligatus bonis suis ui spoliatus est. Nō est aūt perinde aio primùm ad abnegandas pecunias psuaso illas sponte effundere, & adhuc illarū desiderio detentum priuari? Si hæc uerba dixeris, recipies amissa plurimū aucta, & plu
Iob.42. ra etiam q̄ ipse Iob. Nam ille duplicia quidē in hac uita recepit: tibi uero Christus centuplum hic pollicitus est. Non maledixisti pp timorem dei? non usus es diuinatoribus? malis affectus gratias egisti? Similis es ei q̄ bona sua contempsit. Nā & ista non fiunt, nisi primùm q̄ tua sunt contēpseris. Nō idem est aūt multo tpe pecuniarum meditari & exercere contemptum, & subitò damnum illatum fortiter ferre. Ita scilicet ex dāno fiet lucrum, & nihil nocumenti capies ex diabolo, sed & iuuaberis. Qūo uerò depdatio ista graue damnum adferet? Quando aiam damno affeceris. Dic mihi, Priuauit te pecunijs fur? Tu teipsum salute priuas. Qūo? Dum propterea lugens quòd ab alijs malè affectus es, teipsū
B pluribus malis inuoluis. Ille forsan in pauptatē te cōiecit, tu uerò teipsum letaliter lędis, dū mali qcquam ppea cōmittis. Ille te priuauit ijs bonis quæ extra te sunt, & postremò te inuitū quoq; deserēt: tu uerò teipsum ęternis diuitijs priuas. Cōtristauit te diabolus ablatis pecunijs: afficias illū tristitia & tu. Ne exhilares eū. Si diuinatores accesseris, exhilarabis illū. Si deo gratias egeris, letaliter eū uulnerabis. Et uides qd fiat. Neq; amissa reperies, si diuinatores accesseris. (neq;.n. diuinatores quod quæris, scire poterunt.) Si uerò aliquo pacto rē assequti dixerint, simul tamen aiam perdes, & à fratribus tuis rideberis, ac rursus ea malè perdes. Videns.n. dæmō quòd damnū ferre nequeas, sed & bonorū tpalium gratia deum tuum neges, pecunias reddit, ut occasionē habeat denuò te seducendi, & ad defectionē à deo solicitandi. Si uerò diuinatores qd q̄ritur dixerint, ne miremini: incorporalis est dæmō, ubiq; circuit. Latrones ipsos ipse in facinora armat. Neque.n. ista sine dęmone fiunt. Si ergo istos armat, & nouit ubi locorū in isidijs abditi sint, nō celabit hoc ministros suos diuinatores. Nihil hoc
C mirū est. Si uiderit te dāni gratia dolētem, addet & aliud. Si ridentem uiderit & contemnentē, cessabit ab hac uia. Quemadmodum. n. nos illis potissimū afficimus inimicos nostros, qbus eos cōtristamus: si uerò uiderimus eos, nihil inde dolere, desistim⁹ deinceps, ut q̄ nequeamus eos hac uia lędere: ita & diabol⁹. Quid dicis? Vel nō uides eos q̄ in mari nauigant q̄ non curent pecunias, sicubi tempestas ingruerit, sed & quas habens abijciāt? Quid dicis homo? An tempestatē ultro & naufragiū promoues? Anteq̄ tibi diuitias maris fluct⁹ auferāt, tu eas proprijs manibus abijcis? Quid teipsū ante naufragiū, in naufragium conijcis? Sed ista rogauerit qdē homo agrestis, & earum tentationū q̄ in mari accidūt imperitus: nauticus uerò, qui & quid tranquillitatem operetur, & qd tempestatem efficiat exacte nouit, ridebit etiam ista dicentem. Ob id. n. ipsum, dicet, illas proijcio, ne tēpestas fiat. Ita & q̄ rerum huius uitæ, tentationumq; peritus est, quando uiderit imminentē tempestatē, & spirituales uersutias naufragiū facere conantes, ēt quas adhuc habet pecunias abijcit. Obtigit tibi furtum? Fac eleemosynā, & releuabis naufgium. Diripuerūt tibi qcquam latrones? Tu quod reliquū est, da Xpo: ita & quæ ex D
priorū amissione est, paupertatē solaberis. Releua nauigium. Quæ manserunt, ne retineas, ne scaphus euertatur. Illi ut corpora cōseruēt, iactura sarcinarū faciunt, & non expectāt donec irruētes fluctus scaphum subuertant: tu ut aias serues, non sedabis naufragium? Periculum facite. Si mihi nō creditis, obsecro periculum facite, & uidebitis gl'iam dei. Si qd tibi molestū acciderit, da mox eleemosynam. gratias age qd acciderit, & uidebis quantū accessurum sit gaudij. Spirituale nanq; lucrū, ēt si modicū sit, tantùm tamen est ut quodcūque corporale detrimentum obscuret & tollat. Donec.n. habes qd Christo des, abundas. Dic quęso, si spoliatum te ac cedat rex, manum porrigens, & aliqd abs te petēs: an non putares te ditiorem oibus, quòd ne post tā tam qdē paupertatem regē tui pudeat? Ne rapinæ sis cōsors. Tātùm teipsum uincas, & uinces diaboli insidias. Potes magna lucrari. Cōtēnamus pecunias, ne contemnamus aias. Qūo uerò qs illas contempserit? Non uidetis splendida corpora, & eos q
E illa adamant? Quandiu quidem in conspectu sue rint, inflammatur incendium, & licēter fertur libera flamma: quamprimū uerò illos quisquam abduxerit, protinus extincta sunt oia, oia sopita: ita & in diuitijs habet. Nemo aurum curiosius obseruet, nemo lapides pretiosos, nemo inaures. Visa inescant oculos. Si oino ditescere uoles, imitare ueteres, non in auro, sed in rebus necessarijs, ut in promptu habeas qd des alijs. Ne sis ornamētorū studiosus. Istę diuitiæ latronū insidijs obnoxię sunt, & curas nobis exhibēt. Nō stēt in ędibus tuis aurea & argētea uascula, sed apotheca⁹ frumēti, uini & olei. Stēt aūt non ut uenditis illis argentū cōparet, sed ut egenis alimoniam submministres. Si nos ipsos ab istis superfluis abduxerimus, cœlestia bona assequemur: quę contingat nos omnes assequi in Christo Iesu, &c.

Homilia IIII.

Vapropter & ego non amplius ferens, misi ad hoc
q *ut cognoscerem fidem uestram, nequo pacto tētasset nos qui tentat, & inanis factus esset labor noster.* Nuper aūt cùm uenisset Timotheus à uobis ad nos, annūciasset q̄; nobis fidem ac dilectionē uestram, & quòd sem F
per bonam habeatis nostri memoriam desiderantes nos uidere, quemadmodū & nos quoque uos. Propterea fratres cōsolationē nacti sumus in uobis, super quacunq; nostra adflictione & necessitate per uestram fidem. Nunc.n. uiuimus, *siquidem uos statis in domino.* Quæstio nobis hodie à multis agitata, & magno studio undique uentilata proponitur. Quæ est autem ista quæstio? Quapropter, inquit, & ego non amplius ferens, misi Timotheum ad hoc ut cognoscerem fidem uestrā. Quid dicis? Qui tanta uiderat, qui ineffabilia uerba audierat, qui ad tertium usque cœlum ascēderat, hic fidem Thessalonicensium, idq; Athenis cōstitutus ignorat, maximè cùm non adeo procul Athenæ à Thessalonica distāt, cumq; paulo antè ab illis auulsus esset? Dicit. n. orbati uobis ad momentū horæ. Res Thessalonicensiū nō nouit, sed cogitur mittere Timotheum ad hoc, ut cognoscat fidē eorū. Ne quo pacto, inqt, tētauerit uos q̄ tentat, & inanis factus sit labor noster. Quid igitur, dixerit qsquā. Nō oia nouerunt scti? Atque istud multis indicijs cognosci poterit, tam ex prioribus, q̄ ex posterioribus. Quemadmodū Helisęus de muliere illa igna-

Sancti nō oia sciūt.

1.Reg. 19. b

et Ro.11.a

1.Reg.16. b

rus erat,& ut Helias ad deum dicebat: Ego relictus sum solꝰ,& ꝙrunt aiam meā: unde audiebat à deo, Reliq mihi ipsi septē milia uirorū. Et Samuel quoq; cū mitteretur ad ungēdum Dauidē, dicebat ad eū dominus: Ne attēdas uultum eius, neq; statură magnitudinis eius, cōtempsi nanq; eum. Non.n.ut hō aspicit deus: nā aspicit homo uultum ac personā, deus uerò cor. Fit aūt istud ex multa dei prouidentia. Quo,& qua ratione? Et ipsorū sanctorū gratia, & eorum qui illis credunt. Quemadmodū.n.& persecutiones oriri permittit, ita & multa pmittit eos

2. Cor.12. b

ignorare, ut reprimantur & humiliētur. Propterea & Paulus dixit: Datus est mihi stimulus, nimirum carni meæ, angelus satanę ut me colaphis cęderet, ne extollerer supra modū. Et iterum, Ne & alij maiora de ipsis imaginentur. Si.n.pp signorum patrationem putabant illos esse deos, multò magis hoc putassent si semp oia scientes ac uidētes permānsissent. Et hanc rōnem ipse quoq; Paulus assignat dicēs, Ne qs de me cogitet sup id quod uidet esse me,

Ibidem.

H aut quod audit ex me. Et rursus audi qd Petrus di-

Actlo. 5. b

xerit cū claudum restituisset. Quid nos, inqt, intuemini, quasi propria uirtute aut pietate claudū istū ambulare fecerimus? Si uerò ēt ipsis ista dicētibus ac facientibus, & ex rebꝰ puis adeo malæ natę sunt suspiciões, multo magis si maiora fecissent. Et alia quoq; rōne istud permisit: uidelicet, ne qsquam dicere queat, nō imerito sanctos agere potuisse quæ rectè egerūt, eò quod nō fuerint hoies, atq; ita oēs remissii ac desides redderentur. Propterea declarat eorum infirmitatē, ut oēm ingratitudinis & impudentiæ occasionem amputet. Hac rōne Paulus res Thessalonicēsium ignorat, hac ratione sæpenumero, tametsi proposuisset, nō uenit, ut cognoscerent illum multa nescire. Erat itaq; plurimū hinc utilita tis. Si.n.etiam sic erant adhuc qui dicerent: Hic est uirtus dei magna, & alij qdam, alium atq; aliū putabant, nisi fuissent ista infirmitatis indicia, qd non arbitrati fuissent? Videntur aūt hoc qdem loco illi nonnihil reprehendi, uerū multò magis q̄ sint p̄clari manifestatur, & eccellentia tentationū demonstratur. Quo? Attende, Si p̄dixisti illis, quòd in hoc positi sumus, & nemo inde perturbetur, ut quid Timotheum denuò mittis, ueritus ne qd accidat eorum q̄ nolles? Ergo hoc ex multa dilectione facit. Amantes.n.etiam q tuta sunt, suspecta habent, ex multò dilectionis feruore. Hoc uerò ex multis tētationibꝰ est. Nam dixi qdem, inquit, quòd in hoc positi sumus, excellentia tamē malorū territ me, Propterea nō dixit, iprobans uos illū mitto, sed nō amplius ferens: quod magis erat amicitiæ. Quid est, ne quo pacto tetauerit uos q tentat? Vides quòd diabolicum opus sit in adflictionibꝰ cōcuti ac dinoueri, diabolicaq; incitatio? Quādo.n.nos ipsos nō pōt, aliter pp nos infirmiores pmouet: id quod excellē

Iob. 2. c

tis imbecillitatis est, & nullā prorsus excusationē habentis. Quēadmodū cum Iob egit, uxorem incitans, Dic uerbum, inqt, aduersus dominū, ac more. Vides q̄o illam tentauit? Quare uerò nō dixit, cōmouerit: sed, tentauerit? Quoniā tantum duntaxat, inqt, ueritus sum, quantum ad tentandū uos attinet. Non.n.tentationem satanę cōmotionem uocat. Qui nanq; tētationem & incursum eius admiserit, is demū pmouetur & cōcutitur. Papæ, quā tus amoris affectus in Paulo est. Nihil illi curę fuerunt, quas patiebatur, adflictiones & insidię. Puto .n.eum tum illic māsisse, quēadmodū inqt Lucas, quod in Hellada mansserit tres mēses, factis insidijs a Iudeis. Pericula nō curabat, sed discipulos. Vides quòd oia naturalē patrem exuparint? Nam nos q̄dem in adflictionibus & periculis oium memoriā abijcimus: ipse uerò ita uerebatur ac tremebat filiorum suorum gratia, ut quem unum dūtaxat habebat solatij loco, Timotheum, & consortem ac cooperarium suum, hunc in ipsis periculis ad eos mi

K

Actlo.17.b

serit. Et ne inanis, inquit, factus sit labor noster. Quāobrē? Nā ēt si euersi essent, non p̄ter tuam culpam, non p̄ter tuam segnitiem factum esset? Nihilo minus, inquit, & horum oium mihi laborem inanem factum esse putarem, ex multo fraterno amore. Ne quo pacto tentauerit uos qui tentat. Tentat aūt ignarus an deiciat quē tētat. Deinde ille qdem ēt cùm nihil certi habeat, nos aggreditur: nos uerò sciētes quòd certò ac uehementer ipm prostraturi sumus, nō tamē sobriè uigilamus, Quòd uero ignarus nos ipetat, in Iob declarauit. Dicebat.n.ad deū uersutus ille dęmō: Nō tu circūuallasti illū & ius & foris? Aufer q̄ hēt: haud dubiè in faciē tibi bene

L

Iob.1.b

dicet. Tētat. Siqd infirmū uiderit, aggreditur: si robustū, abstinet. Et inanis, inqt, sit labor noster. Audiamus oēs quo laborauerit Paulus. Nō dixit, opꝰ nostrū, sed labor noster: nec dixit: Et uos pieritis, sed labor noster: itaq; ēt siqd accidisset, non frustra factū fuisset. Quoniā uero non accidit, plurimum uos admiror & suspicio. Hæc qdem expectabamꝰ, inquit: euenerūt aūt contraria. Non.n.solùm nihil augmenti adflictionibus nostris addidistis, sed & cōsolati estis. Nup uero cū uenisset Timotheus, inqt, à uobis ad nos, annūciasset q̄ nobis fidē ac dilectionē uestrā. Annūciasset q̄, inqt: uides uehementē Pauli lætitiā. Nō dixit, apangilātos simplr annūciasset: sed, euangelisamenu: hoc est, ut rē lætā & desideratissimam annūciasset. tātum uidelicet bonū æstimabat illorū corroborationem ac dilectionē. Necessario nāq; solida manente illorū dilectione, corroborata erat & fides. Dilectionē uerò eorū iō suspirabat, & audire gaudebat, quòd ea esset fidei signū ac testimoniū. Et quòd semp bonā habeatis nostri memoriā desiderātes nos uidere, quēadmo-

M

dum & nos uos quoq;: hoc est, laudādo nos nō solùm cùm p̄sentes essemus, aut cùm miraculis incla resceremus, sed & nūc cùm procul absumus à uobis, & pcutimur, innumeraq; mala patimur, memoriā nostri bonā habetis. Audite qūo prædicantur & cōmendātur discipuli, qūo btificantur, bonam doctorū suorū memoriā habētes: imitemur istos. Nos.n.ipsos, hoc facientes, non eos, quos ut doctores diligimus, iuuabimus. Desiderātes, inqt, uos uidere, quēadmodū & nos uos quoq;. Et hoc sanè illos exhilarauit. Plurimùm qppe solatij & recreationis diligenti adfert, si ei quem diligit, q̄ à se diligatur manifestum esse cognouerit. Propterea frēs cōsolationē nacti sumus in uobis sup quacūq; nostra adflictione & necessitate p uestram fidem. Nūc etenim uiuimus, si qdē uos statis in domino. Quidnam Paulo par esse poterit, qui proximorū salutē suam esse dixit? non alterga quosuis affectus q̄ re uera erga propria membra? Quis nunc hanc uocē promere ualebit? Immò qs ita poterit unq̄ affectus esse? Non petit ut gratias sibi habeant pp tentatio-

A nes quas illorū gratia sustinebat, sed gratiā ipsis habet, propterea quod à proposito nequaquā pp tentationes suas dimoti essent: q̄si diceret, Vobis.n.ex tentationibus nostris plus mali ac dāni intentatū est, q̄ nobis: uos tentati estis magis, q̄ nos: uos nihil patientes, quam nos aduersa sustinetes. Quoniam ista nobis prospera Timotheꝰ annūciauit, nihil iā rerū tristium sentimus, sed consolationē adepti sumus sup quauis adflictione nostra, nō ista solū. Bono nāq; pceptori nihil amplius molestū erit, quandiu q̄ discipulos concernunt, iuxta animi sententiā processerūt. Per uos, inqt, solatium accepimus, per uos corroborati sumus. Atq contrariū hoc erat: siqdem doctores adflictos animis non cōcidere, sed fortiter stare, ad hoc ualet, ut discipuli corroborentur. Sed totū contrariū facit Paulus, & encomiū in illos cōuertit. Vos, inqt, ad certādū nos instructos reddidistis, uos ut respiraremus dedistis, uos nō pmisistis ut tētationes nostras sentiremus. Et nō dixit, recreati sumꝰ, aut solatiū adepti sumus: sed qd: Nunc uiuimus, inqt, ostendēs se & tentationem ac

B mortem, nihil aliud putare q̄ ipsorū offendiculū, quandoqde & uitam suam nihil aliud estimet q̄ ipsorum profectum. Quonam pacto quisquam alius uel mœstitiam pp discipulorum infirmitatem, uel gaudium, clarius expressisset? Nō dixit, gaudemus, sed uiuimus iam uitam illam futuram. Itaque fine uestro profectu ne uitam qdem uitā esse putamus. Ad hūc modum oportet animatos esse p̄ceptores, ita discipulos. Hoc si fuerit, nihil unquam accidet absurdi. Deide idē adhuc exaggerās, iude qd dicat:

Quam enim gratiarū actionem possumus uestri gratia deo rependere super omni gaudio quo gaudemus pp uos in conspectu dei nostri nocte ac die supra modum orantes, ut uideamus uestrā faciē, et suppleamus q̄ desunt fidei uestræ.

Nō, inqt, uitę nobis dūtaxat causa factī estis, sed & multæ lætitię, ac tantę, ut nequeamus deo dignas satis agere gratias. Vestrā, inqt, uirtutē arbitramur esse donū dei. Talibus nos beneficijs affeciſtis, ut putemus ea, & à deo nobis donata esse: imo magis à deo. Neq;.n.humani est uel ai uel studij tātus affectus. Nocte, inqt, ac die supra modū orātes. Et hoc

C erat indiciū gaudij. Quēadmodū.n.agricola quisquā audiens de agro suo quem cū labore operatus est, q̄ fructibus sit onustus, coram uoluptatē ac iucunditatem illā uidere desiderat: ita & Paulus Macedoniam. *Supra modum orantes.* Vide hyperbolen.

Vt uideamus uestrā faciem, et suppleamus quæ desunt fidei uestræ. Magna hic est quęstio. Si ergo nunc uiuis ppea quòd illi stant, & Timotheus annūciauit tibi fidē ac dilectionem eorū, tantoq; refertus es gaudio, ut nequeas deo sufficienter agere gratias: quo hic fidei illorū aliqua adhuc deesse dicis? An non adulationē sapiūt uerba illa: Nequaquā, Absit. Etenī p̄occupās testimoniū illis exhibuit, quòd multa certamina sustinuerit, nec deteriores aut inferiores sint ecclesijs i Iudęa existētibus. Quid est ergo? Nondū oī fuerāt doctrina potiti, nec dum oia quę cognoscenda erant, didicerant. Atque hoc circa finem declarat. Voluebatur fortè apud eos q̄stio de resurrectione: & complures erant q eos turbabant, non iā tentationibus externis aut periculis, sed falsò sese doctores simulātes. Hoc est qd dicit, quę desunt fidei uestræ. Et ppea dixit, ut quæ desunt, suppleamus: nō aūt, ut uos corroboremus. Sed ubi fi-

Hic. sup. a

D

2. Tim. 3. d

dei qdem illorum metuebat, Timotheū, inqt, misi ad hoc, ut cōfirmaret uos: hic uerò, ut suppleamꝰ q̄ desunt, id quod magis doctrinæ est q̄ corroborationis. Quemadmodum.n.& alibi dicit, Vt instructi sitis ac pfecti, ad omne opus bonū. Perfectū autem est in quo parū adhuc deest: nam perficitur.

Ipse uerò deus ac pater noster, et dominus noster Iesus Christus dirigat uiam nostram ad uos. Vos aūt abūdantes faciat dominus et exuberantes mutua inter uos dilectione, et erga oēs sicut & nos erga uos. Excellentis hoc dilectionis est, quòd nō solū apud seipsum precatur, sed & epistolę precatione sua indit. Feruentis istud animi & uerè intempantis, & precum q̄ illic fiebāt indiciū est & exemplum, simul & exculatio, quòd non sua spōte uel pigritiæ causa illis abessent: q̄si dicat, Ipse uerò deus tentationes illas q̄ nos ubiq; agitāt ac remorātur, amputet, quò recta ad uos ire liceat. Vos aūt abundantes faciat dominus & exuberātes. Vides effrenē dilectionis insaniā, quam uerbis ostendit? Abundantes, inqt, & exuberantes, pro crescentes, ut dici solet: Admodū abūdē ab illis amari desiderat. Sicuti & nos, inqt, erga uos. Quod nos qdē

E

cōcernit, iam est, qd uos uero oramus ut fiat. Vides quò uelit illorū extendi dilectionē? Nō solū ut mutuò alius aliū inter se, sed ut oēs ubiq; diligāt. Hoc .n.uerè demum diuina dilectio est, si oēs complectatur: Si uero alium qdem diligis, alium aūt non item, humana erit amicitia. At nostra non est talis, Sicuti & nos erga uos. *Vt cōfirmet corda uestra irreprehensibilia in sanctimonia coram deo & patre nostro, in aduentu domini nostri Iesu Christi, cum oibus sanctis eius.* Dilectionē declarat non illis quos diligūt, sed ipsis lucrosam & utilē esse. Vellem, inqt, abundante esse uestrā hanc dilectionē, ne qs uestrum reprehensibilis fieret. Non dixit, ut confirmet uos, sed corda uestra. Ex corde nāq; prodeunt cogitationes malę.

Matt. 15. b

Potest.n.malus esse, etiā q opere nihil mali fecerit. utpote, potest inuidiā habere, pfidiam, dolum, potest gaudere i malis, nō esse amicus, dogmata habere puersa. Hęc oia cordis sunt. Sanctimonia est ab istis purum esse. Sāctimonia qppe propriè excellēs dicitur mētis castitas: nam & immunditia est fornicatio & adulterium. Vt uerò quod uis peccatum immunditia est, & quæ uis uirtus munditia. Beati nanq;, inqt, mundi corde. Mūdos dicit, qui prorsus mundi sunt. Possunt enim & alia inquinare, & non minus: quòd nanq; malitia aiam polluat, audi qd

ἁγνω-σύνη.

F

Matt. 5. a

Hier 4. d

Esa. 1. d

propheta dicat: Laua, inqt, Hierlm a malitia cor tuū. Et iterū: Lauamini, mundi estote, auferte malitiam ex animabus uestris. Non dixit, auferte fornicationes. Itaq; non solùm fornicatio, sed & alia polluūt aiam. Vt confirmet, inqt, corda uestra irreprehensibilia in sanctimonia corā deo ac patre nostro in aduētu domini nostri Iesu Xpi cum oibus sanctis eius: iudex ergo tunc erit Christus. Non solùm aūt ante illū, sed & ante patrem stabimus iudicādi: aut hoc dicit, Vt sitis irreprehēsibiles corā deo. Hoc sp dicit, coram deo. Nam hic uirtus ipsa syncera est, nō corā hominibus. Dilectio itaq; irreprehēsibiles facit, & re uera irreprehēsibiles facit. Cū aliquādo de hac re cū quodā dissererem ac dicerem dilectionem irreprehensibiles facere, & amicitiā q̄ est erga proximum nullum improbitati permittere ingressum, & reliqua oia sermone percurrerem & enuclearem, quisquam ex ijs q mihi noti sunt, seipsum in-

G gerens dicebat. Quid ergo fornicatio? Nō licet ergo & amare & fornicari? Atq ex amicitia fornicatio nascitur. Nam auaritia qdem,& adulteriū,& muidia, & insidiæ,& quęcūq; talia,à dilectione proximorū amputari poterunt,fornicatio uero qūo,inquit? Ego igitur dicebam,dilectionē proximi fornicatione quoq; amputare posse. Nam siqs mulierem fornicariam dilexerit,& ab alijs illā uiris abducere tētauerit,an nō & ipse peccato addictus est? Vehemēter itaq; mulierem odit,q cū ea scortatur: & rursus uerè mulierem diligit,q a scelesto illo actu eam abducit. Et non est,nō est,inquā, aliqd peccatum qd non dilectionis uirtus,instar ignis,consumat. Facilius.n.est stipulam tenuem ac uilem multo igni resistere,q̄ peccati naturam dilectionis ui ac potentiæ. Hāc itaq; in animis nostris plātemus. ut cū sanctis oibus stemus. Etenim illi oēs per dilectionem
Gen.4.b proximi deo placuere. Vnde erat quòd Abel non occidit,sed occisus est? Ex eo qd uehemēter diligebat fratrem. ne cogitationem qdem talē mēte concipere sustinuisset. Vnde sibi Cain inuidētię pniciē
H concepit? (non.n. deinceps illum Abelis fratrē dixerim.) Ex eo quòd non erāt solidata apud ipsum dilectionis fundamēta. Vnde celebres facti sunt silij Noe? An nō ideo quòd admodū amarunt patrē
Ibidē.9.c suum,nec nudū eum uidere potuerunt? Alius uerò qūo maledictus est? An non ideo quòd patrem nō dilexit? Abraham unde inclaruit? Non ex dilectione qua nepotē suū Loth seruauit,& qua pro Sodomitis supplicauit? Vehementer.n. uehementer, inquam, erant sēti aliorum malis cōdolentes. Nā cogita mihi,qso: Paulus ille adamātinus ignis conten
Rom.8.f ptor, robustus & immobilis, semp concussus, timore dei cōfixus, inflexibilis (Quis.n.nos, inqt, separabit à dilectione Christi? Adflictio? an angustia? an
οὐν οὐ- φὲν ὑ- φίσατο ὅλως. pśequutio? an fames? an nuditas? an periculum? an machera?) q his oibus restitit, terrę quoq; & mari, q adamātinas inferorū portas derisit, cuius uirtutem nihil prorsus excepit aut sustinuit: is, inquā, Paulus cū uideret quorundū lachrymas: ita perfrangebatur & conterebatur adamas ille, ut animi affectionē nō absc̄oderet, sed mox diceret: Quid facitis flē
I Actō. 21.c tes ac cōterentes cor meū? Quid dicis, dic qso? Adamantinū hunc aium lachryma conterere potuit? Etiam, inqt. Nam oibus resisto, una dempta dilectione, illa me uincit ac superat: hoc deo ita probatur. Abyssius aquarū ipsum nō cōtriuisset, & modica lachryma cōtriuit. Quid facitis, inqt, flētes ac cōterentes cor meū? Multa nāq; lachrymę uis est. Nō uides ipsum quoq; flentē? Quid fles dic quæso? Per trienniū, inqt, noctes ac dies non cessaui cū lachrymis admonere unumquenq;. Ex multa dilectione
2. Cor. 2. b metuebat nequa pestis irreperet. Et iterū: Ex multa qppe adflictiōe & anxietate cordis scripsi uobis p multas lachrymas. Quid Ioseph aūt, dic qso, robustus ille, q tantæ tyrānidi restitit, q contra tātam amoris pyram adeo uirilis comparuit, qui tantam heræ suæ insaniam uicit ac superauit? Qui nāq; factū est quòd illū tūc nō demulsit facies uenusta, dignitatis sublimitas, uestiū pretiositas, aromatū sragrantia: Solent.n.& ista animum emollire: deinde uerba oium mollissima. Scitis nanq; mulierē amātem, adeoq; nehementer amantem, nihil quantuis humile ac demissum loqui detrectare, supplicantis etiam personam induentem. Adeo quippe erat aio fracto mulier auro conspicua, & in dignitate regia K cōstituta, ut fortè & ad genua pueri captiui seipsā abiecerit, forsan & lachrymabūda, genibusq; illius prehēsis obsecrauerit, idq; nō semel atq; iterum, sed sępiº tētauerit. Videre licebat & oculos tū maximè splendētes. Neq; enim dubitandum qn non temerè ac negligēter, sed magna se curiositate ac sedulitate adornauerit, tāquā q̄ multis retibº cupiebat agnū Christi attrahere & capere. Adde mihi hic & multas incātationes. Attamē ille erga mulierē iflexibilis adeò, solidus & saxeus, cū uideret fratres suos, à qbus fuerat diuenditus, in puteum missus, alienis traditus. q ēt occidere proposuerant, q & carceris & rursus honoris causa fuerāt, ut ab illis audiret, ut Gen.37.d pater esset dolore affectus, (nā dicimus, inqūt, unū ex fratribus cibū esse factum ferarum) aio frange- Ibi. 42.1 batur, cōmolliebatur, cōterebatur, ac flebat, inqt, & cū animi affectionē non ferret, ingressus cubiculū sese cohibebat, hoc est lachrymas abstergebat. Quid ob hanc rē illachrymas ô Ioseph? Atq causa ista nō lachrymas exigit, sed irā, furorem, indignationem, magnumq; suppliciū ac debitā retributionē. Habes in manibº hostes & fratricidas, potes ani L mi furorem explere. Neq; iniuriā facies: non enim prior illos lacessęs, sed ulciscęris eos q primi iniuriā intulerunt. Nec mihi ad dignitatē tuā respicias. Nō ea tibi ex illorū sententia obtigit, sed ex deo q tibi gratiā hāc infudit. Quid fles? Sed ista rogāti respondisset utiq;: Absit, ut in oibus clarus ac celebris esse ctus hæc oīa p istam iniuriarum memoriam & ultionem perdam. Re uera lachrymarum hoc tēpus est. Nō sum bestijs durior & inhumanior. recōciliātur.n. illæ cum ijs quæ suæ sunt naturę, qcquid tandem mali passæ sint. Fleo, inqt, quoniam oino metalia affecerūt ac permouerunt. Hunc imitemur & nos, & lugeamus eos q iniuria nos affecerunt. Non iracamur illis. Sūt enim uerè desendi, pp pœnam & condemnationem cui seipsos obnoxios constituunt. Noui q̄ nunc fleatis ac suspiretis, & Paulum admirantes & Iosephū stupentes ac beatum iudicātes. Verū si quisquā uestrum inimicū habet, ad memoriam nunc illum reuocet, in aium sumat, ut dū adhuc feruida fuerit ac recēs sanctorum memoria, ab ifixa ira cor liberari absoluiq; queat, & aius acer
M bus & obduratus emolliri. Noui quāprimū hic fueritis egressi, quamprimum ego loq desiero, etiam si nōnihil caloris ac feruoris in animis uestris hęreat, non tamen tantū futurū quantum nūc est dū me auditis. Si qs igitur ueluti frigore cōstrictus est, dissoluat iam pruinā. Est.n.uerè pruina & frigus iniuriarum memoria. Sed inuocemus Solē iustitię, oremus eū ut radios suos emittat, & non erit amplius cōgelata pruina, sed fluuialis unda. Si Sol ille iustitię aias nostras igne suo cōtigerit, nihil reliquet cōgelatum, nihil durū, nihil frigore adustū, nihil infrugiferum, oīa exhibebit matura, oīa dulcia, oīa plurima iucunditate referta. Si dilexerimus nos inuicē, aduenięt ille Solis radius. Date mihi obsecro cū alacritate ista dicere, facite ut audiam me nōnihil uerbis istis apud uos pfecisse, ut audiā aliquē, cui inimicus fuerit, hinc digressum mox utriq; illū manibus circundedisse, cōplexum esse, in collum eius effusum, osculatū esse ac lachrymasse. Etsi fera is fuerit, aut lapis, aut qcquid aliud, ab ista tamē benignitate & humanitate mitigabitur. Ēteni quare

hostis

A hostis tuus est? Cōtumeliā tibi intulit? At nihil læsit. Sed pecuniarū gratia contēnis frēm inimicantem? Noli obsecro: remittamus oia. Nostrū est hoc
Ephes.5.f tm̄s: utamur illo ut oportet: tunes pctorum amputemus. Anteq̄ ad iudicium & tribunal ueniamus, indicemus nosmetipsos inuicem. Sol, inquit, nō occidat super iracundiam uestram: nemo differat. Dilationes cūctationes pariunt. Si hodie distuleris, magis erubesces. Et si crastinum diem quoque adiece ris, maior tibi pudor erit: & si tertiū, adhuc amplius pudebit. Ne nosmetipsos dedecorem⁹, sed remittam⁹, ut & nobis remittatur. Si uerò nobis remiserū fuerit, oīa bona assequmur ī Xpo Iesu domino nostro &c.

Cap.IIII. Homilia V.

Vod reliquū est frēs rogamus uos & obsecramus in domino Iesu, ut quemadmodum à nobis accepistis qūo ambulandum uobis sit & deo placendū, magis abundetis. Nostis.n. quæ uobis præcepta per dominum nostrum Iesum Xpm dederimus. Ea quippe uolūtas dei est, nimirū sanctificatio uestra. Quādo urgētibus immoratur, & q̄ in manibus habet, aggressurusq;
B deinceps ea est, q continua sunt, quęq; continuē audire oportet: tum illud quod reliquum est, præmittere solet: hoc est, sp quidem ad cōtinuationē uos rogam⁹ & obsecram⁹ in domino. Papæ, ne ad obscrandum quidem dignum seipsum æstimat (q̄q̄ quis ita dignus erat ut ipse?) sed Xpm assumit, Per deum, inquit, obsecramus uos: id qd & ad Corin-
2. Co.5.d thios dixit: Deus, inqt, uos obsecrat p nos, ut quem admodum accepistis p nos. Illud, accepistis, nō uerborum duntaxat est, sed & rerum. Qūo ambulare uos oporteat. Oēm hic uitæ conuersationem comphendit ac declarat. Et placere deo, ut magis abundetis: hoc est, ut ex maiore & abūdātiore cautione p̄ceptis nostris contenti non sitis, sed trāscendatis etiam. Hoc.n.est quod dicit, ut abundetis magis. Nam in pmissis quidem p̄claram & admirandam eorum fidem ac cōstantiam cōmendauit, hic uerò uitam componit. Hoc.n. illos profecisse fuerit, si p̄cepta & mandata aplica superauerint. Tum.n. non iam ampli⁹ ex p̄ceptoria coactione, sed ex propria spontaneaq; animi promptitudine cuncta fiunt.
C Quemadmodum.n. tellurem oportet non accepta duntaxat semina referre ac reddere, ita & animam oportet non in acceptis tantùm præceptis consistere, sed etiam transcendere. Vides quòd meritò dixerim oportere trāscendere? Est.n. in hęc duo discreta uirtus, nempe ut declinetur malum & fiat bonū. Ad uirtutis.n. aditum nō satis est à malis secessum feciſſe, sed hoc iter quidem est & initium quoddā eò deferens, uerùm multa animi alacritate præterea opus est. Itaque quæ fugienda quidem sunt p̄ceptorū authoritate illis interdicit. Et meritò: Nam ea si qdem feceris, adferent suppliciū: si uerò omiseris, nullum adferent encomiū. Quæ uerò ad ipsam uirtutē p̄tinent, utpote pecunias expendere in pau
Mat.19.b peres, & q̄cunque talia, non item in p̄ceptorum ordinem ponit. Sed quid? Qui pōt capere, inquit, capiat. Verisimile ergo est eū cū multo timore ac tremore illis præcepisse, pietatisq; huius per literas eos admonuisse. Vnde & præcepta ipsa noīatim nō ponit, sed eos admonet dicens: Nostis.n. quæ p̄cepta uobis dederimus per dominum nostrum Iesum Xpm. Ea quippe uoluntas dei est, nimirum sctificatio uestra. Et uide qūo nusquam de alia quapiam re adeò uehementer obscurè ac latenter loquitur, D atq; de ista. Quemadmodum & alibi scribēs dicit: Pacem sectemini cum oibus, & sctificationem, si- Heb.12.c ne qua nemo dominum uidebit. Et quid miraris, quod ubiq; discipulis de hac re scribit, quando & Timotheo scribens dixerit, Teipm castum custo- 1. Ti.5.d di. Et in sęda ad Corinthios epla: In multa toleran 2. Cor.6. tia, in ieiunijs, in castitate & puritate? Et in multis a.b locis hoc inuenire licet, & in ea quæ ad Romanos Heb.12.d est, & passim in oibus ubique eplis. Re uera nanq; quosuis hoc malum corrumpit ac perdit. Et quem admodum porcus in cœno uolutatus, quocunq; ingressus fuerit, oia fœtore replet, ac sensus graue olenti stercore imbuit: ita & scortatio, malum est qd difficile abluatur. Quando uerò ēt illi qui uxores habent, scortantur, quāta est absurditatis istius excellentia? Ea est.n. uoluntas dei, inquit, nimirū sctificatio uestra. *Vt abstineatis ab omni scortatione.* Multa nanq; sunt confusionis & intemperantiæ genera, multiformes ac uariæ lasciuiæ uoluptates, q ne dici quidem per honestatem possunt. Dicēs uerò ab oi scortatione, reliqua scientibus relinquit. E *Et sciat unusquisq; uestrum uas suum possidere in sctificatione & honore, non in affectione concupiscentiæ, quemadmodum & gentes q̄ deum ignorant.* Et sciat, inquit, unusquisq; uestrum uas suum possidere. Ergo disciplinæ est res ista, & multæ, ne lasciuiatur. Nos ergo uas nostrū tū possidemus, quando mundū fuerit. Qd uerò imūdum est, pctūm est. Et merito: Nō. n. uas nostrū imūdum q uolumus facit, sed q̄ pctūm impat. Non in affectione concupiscentiæ, inqt. Et modum hic declarat, iuxta quem seruāda sit castitas ac temperantia, nēpe, ut affectiones cōcupiscentiæ amputentur: eteni & delicię, & diuitię, & socordia, & segnities, & otium, & q̄cūq; talia, in absurdā nos concupiscentiā deducunt. Quemadmodū & gentes, inqt, q̄ deum ignorāt. Tales.n. illi sunt, qui non credūt se aliquando pœnas daturos. *Nequis supergrediatur, ac fraudet frēm in negotio.* Bene dixit, Ne supgrediatur. Vnicuiq; deus suam dedit uxorē. Terminos posuit naturæ, cōmistionem illā cum una: itaq; q cū altera fit, transgressio est, latrociniū, & fraus: imo quouis latrocinio peior ac grauior. F Nō. n. ita dolemus pp ablatas pecunias, atq; pp uio latum & corruptum coniugium. Frēm uocas, & de fraudas, idq; ubi minimè oportet? De adulterio hic dicit: supra uerò ēt de quauis scortatione. Cùm. n. dicturus esset, non supergrediendum, neq; defraudandū esse frēm, ne putes me, inquit, de fratre duntaxat ista loqui: sed neq; aliorum uxores, neq; innuptas, neque eas quæ cōes sunt, habere oportet: ab omni scortatione abstinendum est. Quapp dicit:

Propterea quòd ultor est dominus de oibus istis. Obsecrauit eos primū: & cùm dixit, quemadmodum & gētes pudore suffudit, deide apologisinis adiectis, q̄ absurdum sit defraudare frēm ostēdit. Postea & caput ipm ac summam inducit, dicens: Propterea quòd ultor est dominus de oibus istis. *Quēadmodū & p̄diximus uobis ac testati sumus.* Neq;. n. ipunè ista facimus, neq; tantum uoluptatis iam capimus, quātū expectamus ac sustinebim⁹ supplicij. *Nō. n. uocauit nos deus pp immunditiam, sed ad sanctificationē.* Quoniam dixerat, nequis defraudet frēm, & subiū xerat: deū fore uindicem, ostēdens pœnas daturū qui mala ista fecerit, ēt si incredulus perpessus illa

G fuerit,dicit,non ideo te púniet, ut illum uindicet: ſed ppea quòd ipſum contumelia affecíſti. Ipſe te uocauit,uocanti contumeliam intuliſti.Propterea ſubiunxit: *Proinde qui aſpernatur,nõ hominẽ aſpernatur, ſed deum,qui dedit ſpũm ſanctum ſuum in nos.* Itaq; ſiue reginam corruperis,ſiue famulam tuam, nuptam exiſtentem,pari culpa teneberis. Quare? Quia non pſonas læſas uindicabit deus,ſed ſeipm. Sic.n.atq; pollutus es,deum mox contumelia affeci ſti.Nam & hoc adulterium eſt & illud, quãdoqdẽ utrobiq; coniugium eſt.Etiã ſi adulterium non cõ miſeris,ſcortatus aũt fueris, tametſi uirũ non hẽat ſcortum,uindicabit tamen deus:ſeipm.n.uindica bit. Hoc.n.faciens non ita hoiem contẽnis atque deum.Et hinc manifeſtum eſt,quòd adulteriũ cõ mittens uirũ qdem celas, deum uerò uidentẽ non fallis. Nam dic mihi,ſiquis purpura dignatus à re ge,& mille alijs honoribus,iuſſuſq; honoribus ac ceptis dignè uiuere, abiens deprauaret illã in mu liere q̃dam:in quem caderet ignominia q̃ſo? An in H purpuram,uel in regem q illam dediſſet? Contami naretur qdem & illa,ſed non æquè ut rex. Quapp obſecro caueamus hoc pctum. Quemadmod ũ.n. mulieres nos punimus quando nobis nuptæ alijs ſeipſas coniungunt:ita puniemur & nos, & ſi non à Romanis legibus,certè à deo.Etenĩ & iſtud adul terium eſt.Adulteriũ qppe non tum ſolùm eſt,quã do mulier alteri nupta mœchatur,ſed &quãdo uir hoc facit q uxori alligatus eſt.Attẽde diligenter qd dico. Etſi nãq; graue ſit multis qd dico, neceſſariũ tamen eſt ut dicam,ut in poſterum corrigatur hoc malum.Nõ hoc ergo duntaxat adulteriũ eſt,quòd mulierẽ uiro coniunctam corrũpimus, ſed & ſi di miſſam ac ſolutã,ipſi uxoribus alligati, corruperi mus,adulterũ eſt.Quid.n.quòd fornicaria nemini alligata eſt? Si tu alligatus es uxori,legẽ trãſgreſſus es,carnẽ tuã iniuria affeciſti. Etenim dic mihi,cur punis uxorem ẽt ſi cũ ſoluto uiro & uxorem non habente fornicetur?Eò quòd adulteriũ cõmittit. Quãobrem?Atq uxorem non hẽt,q cũ ea fornica tur. At ipſa alligata eſt uiro. Iam & tu alligatus es uxori.Ergo tuũ quoq; facinus adulteriũ eſt.Qui.n. dimiſerit,inqt,uxorem ſuã pter fornicationis cãm, facit eam adulterium cõmittere:& q dimiſſam du xerit,adulteriũ cõmittit.Si ergo q dimiſſam ducit, adulterium cõmittit: q cum ſua & illam corrũpit, manifeſtũ eſt planè quod adulteriũ cõmittat. Sed uobis qdem uiris iſta ſatis dicta ſint. Nam & Xps de talibus.Vermis,inquit, eorum non morietur,& ignis nõ extinguetur. Iuuenum uerò gratia neceſſe eſt ut admoneã. Nõ.n.uiris duntaxat,ſed & uobis iuuenibus iſta congruũt. Et qũo? Iam dicam. Qui ſcortari nõ didicerit,neq; mœchari ſciet. Qui uerò ſcortis fuerit imolutus,mox & in adulteriũ quoq; prolabetur,ẽt ſi nõ in cõiugatis ſed in ſolutis mu lieribus corrũpi deperireq; cœperit.Quid itaq; ad moneo? ut radices hui⁹ mali,quotquot iuuenes ha betis excidatis. Ad honeſtã uitã eos inſtituite,ſta timq; cõnubiali iugo ſubdite.Dum.n.adhuc in iu uentute ſunt,cõcupiſcẽtiæ fluctibus impetuntur. Priusq; nuptiarũ qdẽ tps fuerit, admonitionibus, minis,terroribus,pollicitationib⁹,& inumeris alijs eos cohibere, ubi uerò nuptiarum tps & ætas adue nerit,nemo differat.Ecce pronubæ uerba loquor, dũ liberos ueſtros cõiũgo. Sed nihil pudet iſta di-

Matt.5.c

Mar.9.g

Iuuenes citò matrimonio ſubdẽdos eſſe.

cere,quandoqdem neq; Paulus erubuit dicens, Ne K defraudetis uos inuicẽ, id qd iſto turpius eſſe uide *1.Cor.7* tur.At nihil erubuit.Non.n.uerbis intendebat,ſed ipſis operibus q̃ per uerba corrigebantur. Quãdo filius tuus fuerit adultus,anteq; illum ad expeditio nem aut aliud uitæ genus inſtituas, q̃ nuptias con cernunt procures.Et ille ſi uiderit ſtatim ſibi ducẽ dam eſſe ſponſam,& modica intercapedine diſtare nuptias,poterit ſuſtinere ſtãmam.Si uerò cognoue rit te tardare morasq; nectere, & expectare dũ mul tam acquirerit rerum acceſſionem, ut tum demum nuptias paraturus ſis, mox ob longitudinem tpis deſperata continentia,in ſcortationem dilabetur. Sed heu & hic quoq; malorum radix eſt auaritia. Quoniam.n. nemini curæ eſt quo caſtus ac mode ſtus ſit filius,ſed in aurum inſaniunt oẽs,iõ nemo quoq; rem iſtam curat. Proide adhortor ut primũ aios ipſorum componatis.Si ſponſam caſtus acceſ ſerit filius,ſi illa corpus ſolùm uiderit, & uehemẽs erit deſiderium,& timor dei maior,honeſteq; re ue ra erunt nuptiæ munda & imaculata corpora con iungẽtes, & q ex illis naſcentur liberi multa erunt L benedictione referti,obtemperabuntq; ſibi iuuicẽ ſponſus & ſpõſa.Aliorum.n.mores cùm utriq; non ſint expti,ſubijcientur & obſequentur ſibi inuicẽ. Adoleſcẽs qppe ſi laſciuire cœperit,morumq; forni cariorũ experientiam acqrere, ad primam quidem & alteram uſq; ueſperam laudabit uxorẽ ſuã,poſt ea uerò ſtatim in priſtinã relabetur petulantiã, eſ ſuſum & indecorũ riſum,uerbaq; multa illiberali tate plena, & mores fractos ac delicatos, atq; oẽm aliam turpitudinem,quam ſine decori læſione nar rare neqmus exigentem.Hæc uerò pſtare non ſuſti nebit puella libera & ingenua, neq; ſeipſam detur pare poterit. Propter uitæ nãq; cõionem & puero rum procreationem adiuncta uiro eſt,nõ turpitu dinis,riſuſq; gratia,ut domum adminiſtret,ut & ui rum ad honeſtatẽ & caſtitatem erudiat,non ut illi fornicationis incitamenta porrigat. Sed iucũdi ti bi uidentur mulieris fornicariæ mores? Noui: Nã ſcriptura hoc dicit:Ex labijs,inqt,mulieris fornica tricis diſtillat mel.Etenim ad hoc oia iſta molior, ne mellis hui⁹ guſtũ capiãt adoleſcẽtes. Mox nãq; in ſel amarũ mutatur. Atq; ẽt iſtud ſcriptura dicit: Qd qdem, inqt, ad tps giutur tuum impinguat & oblectat, poſtremò aũt repies illud felle amarius, & gladio utrinq; icidẽte acutius. Quid dicis? Ferte me q̃ſo impurum ẽt qddam,ut ita dicam,loquẽtẽ, pudoremq; & ruborem exuẽtem. Nõ.n.iſtud mea ſponte accidit,ſed pp eos qui nullo rerum ipſarum pudore tenẽtur,iſta dicere cogor. Multa uerò & in ſcripturis talia uidemus.Nã & Ezechiel exprobrau do Hierlin multa eiuſmodi loqtur,& nihil pudefit. Ac meritò: Nõ.n.ex aĩ ſui affectione illa dixit, ſed ex caſtigatione.Etenĩ etſi uerba inhoneſta uidean tur,ſcopus tamen inhoneſtus non eſt,ſed cõgruus ei,q cupiebat immunditiam ex aĩs illorum eijcere. Niſi.n.hæc ipſa uerba audiat aĩus impudens,nõ ĩmutatur.Et medicus nãq; putredinẽ eijcere cupiẽs, digitos primum in ipm uulnus immittit,& niſi pri mũ polluat ſalutiferas manꝰ, ſanare nõ poterit: ita & ego. Niſi primũ os meũ affectionib⁹ ueſtris ſalu tiferũ polluero, curare uos nequiuero. Immo neq; iſtud polluitur,neq; manꝰ illæ. Quãobrẽ? Quoniã nõ eſt imũditia naturalis, neq; ex noſtro corpore,

Prou.5.a

Mel iſt ſel.

M

Ibidem.

A quemadmodum neq; illic ex illius manibus ſed ex D alienis.Si uerò ubi alienũ eſt corpus nõ recuſat me dicus manus ſuas immergere,ubi noſtrũ eſt corpꝰ, recuſabimus nos dic q̃ſo? Corpus.n.noſtrum uos eſtis,infirmum qdem & imundum,attamẽ noſtrũ. Quid ergo eſt quod dico? & cuius gratia tantã feci adhortationẽ?Indumẽtum qdem quod ſeruus ha bet,nunq̃ fere uolet pollutũ pp ſordes, ſed malet nudus eſſe q̃ illo uti:corpe uerò imundo ac ſordi do,& quod non ſolùm puero tuo ſed & mille alijs proſtat,abuteris & nõ abominaris? Pudefacti eſtis audientes. At in ipſis operibus erubeſcite, non in uerbis. Et reliqua oĩa ptereo,mores inhoneſtos & impuros alienę uitæ ſeruitutem & captiuitatẽ. Dic mihi,ad eandem & tu & ſeruus tuus?Et utinã dun taxat ſeruus tuus,niſi & lictor,& manus qdẽ lictoris contingere non ſuſtineres, & eam q̃ unum cum illo corpꝰ eſt facta cõplecteris & oſcularis, & tamẽ nec horres,nec times,nec erubeſcis,nec confunde ris,nec trepidas?Admõui qdẽ patres ueſtros,quòd oporteat uos ſtatim ad nuptias adigere, attamẽ ne B que uos à ſupplicio ĩmunes euadetis. Niſi.n.& alij iuuenes uobis plures fuiſſent i caſtitate & tpantia uiuentes,& olim & nũc,fortaſſe quandam hẽretis excuſationem. Si uerò ſunt, unde poteritis dicere, cõcupiſcentię ſtãmam cohibere uos non potuiſſe? *Heb.12.d* Nam illi uos arguunt q potuere,cũ eiuſdẽ uobiſcũ ſint naturę.Audite qd Paulus dicat: Pacẽ ſectemini & ſanctificationẽ,ſine qua nemo dominũ uide bit.An iſtę minę uos abſterrere nõ poterũt? uides alios ſemp caſtos ac tẽperantes, atque in pudicitia degentes:& tu ne uſque ad iuuentutis quidem tpa te cohibes? Vides alios ſępenumero uoluptatem uiciſſe,& tu ne ſemel qdem illam ſuſtines? Si uultis cãm ego dicam.Non.n.in cã iuuentus eſt. Alioqui futurum eſſet ut oẽs in uniuerſum adoleſcẽtes laſciui eſſent. Sed ipſi nos ipſos in flãmam & incen dium impellimus.Quando.n.aſcendis in theatrũ, ac ſedes, nudis mulierum mẽbris oculos ineſcãs,ad tps quidem oblectaris, nouiſſimè uerò magnã in de febrem tibi cõtrahis. Quãdo uides quaſi corpo rali forma & adũbratione appentes mulieres,quã do & ſpectacula & cãtiones nihil aliud habẽtes q̃ C abſurdos amores, (Quędam,inqunt,adamauit ali quẽ,& cũ aſſequuta non eſſet, ſeipſam ſtrãgulauit. qn & ad matres abſurdos amores deuolutos occi nunt) quando,inq̃,& per auditũ illa accipis,& per mulieres,& mulierũ typos,iã uerò & p uiros proue ctę ætatis: (etenim cõplures illic aſſumptis laruis mulieres fingũt & imitãtur) unde deinceps, dic q̃ ſo,caſtus eẽ poteris,narrationib⁹ illis,ſpectaculis il lis,auditoribus illis uanis aium tuũ occupãtibus, & talibus quoq; ſomnijs poſtea ſuccedentibus? Ita qppe plerunq; natura comparatus eſt aius, ut talia noctu imaginetur,qualia p diẽ cupit ac deſiderat. Quum igitur illic qdem & res uideas turpes,& uer ba audias turpiora,& uulnera qdem accipias,phar maca uerò nulla imponas:quo nõ merito putredo creſcet? quo morbus non intendetur, idq; multò magis q̃ in corporibus noſtris? Animus qppe faci lius,q̃ corpora ſiqdem uellemus, q̃ ad correctionẽ pertinent, admitteret. Nam illic qdem & pharma cis,& medicis, & tpis ſpatio opus eſt: hic uerò ad hoc ut uel bonus ſias uel malus,uoluiſſe ſat eſt,ita ut eò magis hinc morbũ cœperis. Quando igitur

κ' χρυσο-μάτων *auditionibus.*

noxia quidem cumulamus,utilium aũt nullam ra tionem hẽmus,quãdo ſanitas obtinget? Quapp & Paulus dixit: Quemadmodum & gentes q̃ deum ignorant.Pudeſiamus ac terreamur.Si gentes ſępe numero,q̃ deum ignorant, caſti ſunt ac tẽperates: erubeſcamus ſiquando peiores illis ſimus. Facile eſt aſſequi caſtitatem,ſi uoluerimus,ſiquidem nos ab ijs quę lędunt ſubduxerimus. Alioq neq; forni cationem fugere facile eſt,ſi noluerimus. Quid.n. facilius q̃ pedes in foro incedere? At ex multa mol litie difficile & moleſtũ factum eſt,non ſolũ mulie ribus,ſed iam & uiris. Quid facilius quàm dormi re? At & iſtud difficile fecimus. Complures quippe diuitum totas noctes circũferuntur, expectates ne ceſſitatem ſomni,& tunc demũ dormientes.Et oĩ no nihil eſt uolentibus difficile, nihil nolentibus nobis facile.Sunt.n.omnia noſtri arbitrij. Quapp *liberũ ar bitrium.* & ſcriptura dicit: Si uolueritis & audieritis me. Et *Eſaiæ.1.c* iterum: Si uerò nolueritis, nec me audieritis. Itaq; *ibidem.* totum in eo ſitum eſt,an uel uelimus, uel non uelı mus.Propterea & punimur & laudamur. Cõtingat uerò ut de ijs qui laudãtur exiſtentes, promiſſa bo E na conſequamur gratia & benignitate &c.

Homilia. VI.

E *fraterna uerò dilectione non hẽmus neceſſe ut* d *uobis ſcribamus. Vos.n.ipſi à deo docti eſtis,ad hoc,ut diligatis uos inuicem. Nã & erga oẽs fra tres hoc facitis,& erga eos qui ſunt in tota Macedonia.* Quãnam rõne cũ de caſtitate diligenter adeò ad eos diſputauerit, & de eo quòd operari oporteat, quodq; non ſit mortuorũ gratia lugẽdum eadem diligentia diſputaturus ſit,quod oĩum bonorũ ca put erat,nempe dilectionem,iſtud quaſi oĩum po ſtremum & uelut omittendũ ponit? Non hẽmus, inquit,neceſſe,ut uobis ſcribamus. Et hoc ex mul ta eſt prudẽtia,ſpũalię doctrina. Duo nãq; hic ma niſeſtat:Vnũ qdem rem iſtã tam eſſe neceſſariã, ut ne doctrina qdem opus habeat. Nam q̃ uehemen ter magna ſunt, oĩbus illa patent. Alterum uerò qd magis eos ſolicitos reddidit hoc dicens,q̃ ſi ad dile ctionem adhortatus eſſet. Putans.n.eos hoc probè exequutos eſſe ac pręſtitiſſe,atq; ideo nihil eius ad monens ẽt ſi non pſtiterint,magis tamẽ eos indu cit ac pmouet.Et uide, Nõ dicit de dilectione quæ F eſſe debet erga oẽs, ſed q̃ ſit erga frẽs. Non neceſſe habemus,inqt,ut uobis ſcribam⁹. Oportebat ergo tacere,& nihil dicere,ſi nulla erat neceſsitas. Nunc uerò p hoc quod dicit,nõ eſt neceſſe, maius effecit quàm ſi illud dixiſſet:uos.n.ipſi à deo docti eſtis. Vide quãto encomio deũ illis doctorem huius im poſuit. Non opus,inqt,habetis,ut ab hoie diſcatis. *Ioã.6.e.et* Id quod & propheta dicit:Et erũt oẽs à deo docti. *Eſa.54.d* Vos.n.ipſi,inquit,à deo docti eſtis, ad hoc,ut dili gatis uos inuicẽ. Nã & erga cunctos frẽs hoc faci tis,& erga eos q ſunt in tota Macedonia.Et erga re liquos,inquit,oẽs. Vehementer iſta ad hoc pręſtã dum ſolicitant.Et nõ temerè dico quòd à deo do cti ſitis,ſed noui iſtud ex ijs q̃ facitis. Multa aũt il lis huius gratia teſtificatus eſt. *Obſecramus aũt uos* *Exẽplar habet* τοῦτ ἐ- *frẽs ut abundetis magis,et enitamini ad hoc,ut quieti ſitis,* *ac res ueſtras agatis,et opemini manibus ueſtris quẽadmo-* *dũ uobis pcepimus, ut cũ decoro uerſemini erga extraneos,* *nullaq; re opus habeatis.* Declarat quantorũ malorũ cauſa ſit otium,& quantorũ bonorũ opandi ſedu litas, & manifeſtũ id facit ex ijs q̃ apud nos in uſu

σι πλεο νάζειν *textui inſertum.*

G sunt: quod & plerunq; facere solet, idq; prudenter. Magis. n. plerisq; per ista mouentur & inducuntur, quam per spiritualia. Dilectionis. n. est, qua proximi diliguntur, non ab illis accipere, sed illis potius largiri. Et uide cũ obsecraturus esset & admonitu-
rus, uirtutẽ hanc dilectionis eorũ in mediũ interse-
rit, ut & ex priore admonitione & minis p̃missis, q-
bus dixit: Proinde q aspernatur, non hoiem aspna-
tur sed deũ, i hac ueluti laude respirarẽt: & rursus,
ne ab hac altera admonitione resilirent. Hoc. n. fie-
ri so'et, siquando ad operandũ admonetur. Itaque
neq; ab aliis accipiendũ, neq; otiandum, sed operã-
Actor. 20. dum, & alijs dandum est. Beatius. n. est dare, iquit,
g quàm accipere. Et opemini, inquit, manib⁹ uestris.
Vbi sunt q opus requirunt spirituale? Vides quo il-
lis oẽm occasionem huius abstulerit, cũ dicit ma-
nibus uestris. An ieiunium quisq̃ manib⁹ opatur?
An manibus peruigilia fiunt? aut opus est manuũ
si humi quisq̃ dormierit? Nemo sanè hoc dixerit.
Attamen de spirituali opere loquitur. Est. n. re uera
spirituale, si quod operatus fueris, alijs dederis. Et
H huic certè nihil æqparari poterit, ut cum decoro,
inquit, uersemini. Vides unde eos rephendat? Non
dixit, ne inhonestè agatis mendicantes, sed idem q
dem innuit, mitius tamẽ ipm ponit, ut & percellan
tur, & illud nõ uehemẽter fiat. Si. n. qui nostri sunt,
illis offenduntur: multò magis extranei, qui mille
accusationes & occasiones cominiscuntur, siquan
do hoiem corpore sanũ & qui sibijpsi posset ad ac
quirendã alimoniam sufficere, mẽdicare, & aliorũ
operam implorare uiderint. Propterea & christẽpo
Rom. 2.d ros nos uocãt. Quapp & nomẽ dei, inquit, blasphe
matur. At nihil horum posuit, sed quod eos maxi-
mè mordere poterat, nempe turpitudinẽ & indeco
rum. *Nolumus aũt ignorare uos fratres de ijs qui obdor
mierunt, ne contristemini sicut & cæteri spem nõ habẽtes.*
Hęc duo illos potissimũ lædebant, paupertas. s. &
animi deiectio, id quod & oĩbus hoibus faciunt.
Vide ergo quo illis medeatur. Paupertas hinc erat,
quòd rapinam bonorum suorum sustinuerant. Si
ergo eos iubet labore manuũ suarum uictũ q̃rere
quibus pp Christum, quę habuerunt, per rapinam
ablata fuerant, multo magis alios. Quod. n. spolia-
I ti fuerint, liquet ex eo qd dicit, consortes facti estis
Heb. 10 ecclesiarum dei. Et quo illarum consortes fuerint,
g subiũgit: & rapinam, inquit, bonorum uestrorum
cũ gaudio susc epistis. Deinde de resurrectione hoc
loco sermonem mouet. Quid igitur, an non & an-
tea de resurrectione ad illos sermocinat⁹ est? Verũ,
sed hic aliud quoddam mysterium inuit. Quòdnã
illud? Quòd nos, inquit, qui tũ uiuemus, & reliqui
erimus in aduentu domini, nequaq̃ eos qui dormi
unt, præueniemus. Potest quidem & resurrectionis
sermo eũ qui in dolore est cõsolari, pòt uerò quod
iam dicitur potissimũ fide dignam facere resurre-
ctionem. Sed primũ illud dicamus. Nolumus igno
rare uos fratres, inqt, de ijs qui obdormierũt, ne cõ
tristemini quẽadmodum & cæteri spem nõ haben
1. Cor. 15. c et Gal. 3. tes. Vide quo & huc mãsuetè agat. Non dicit: Ita in-
a sensati estis (quẽadmodum ad Corinthios dixit)
& insipiẽtes, ut cũ resurrectionẽ noueritis, non ãr
doleatis, q̃ illi qui fidem nõ habẽt, sed admodum
leniter ac mansuetè, aliam ipsorum uirtutem uene
ratus. Et non dixit, de morientibus, sed de dormiẽ
tibus, mox in ipso exordio cõsolationis fundamẽ-
tum iactãs. Ne cõtristemini, inqt, sicut & cęteri spẽ K
non habẽtes. Ergo pp mortuos imodestè plange-
re, eorum est q spem nõ habent? Meritò: Anim⁹. n.
resurrectionis prorsus ignarus & mortẽ hanc cor-
poralem morte esse putans, nõ immerito mortuos
tan quam pditos plangit, & lamentatur, atque into
lerabiliter luget: tu uero qui resurrectionem p̃sto-
laris, cuius gratia lamentaris? Lamentari ergo eorũ
est q spe destituti sunt. Audite mulieres, quotquot Cõtra in
ad lamentandũ procliues estis, quotquot ad lugẽ- decorũ in
dum intolerabiliter & impotẽter feminini, quoniã ẽlũ mor-
q̃ gentiũ sunt facitis. Si ergo morientiũ gratia luge tuorum.
re, gentium est, imodestè plangere genasq; lacera-
re, quorum est, dic q̃so? Quamobrem lamentaris,
si credis & resurrecturum & non perijsse, & mortẽ
hanc esse somnũ ac dormitionẽ? Propter consuetu
dinem, inqs, rerumq; tutelam & curã, atque quod-
cũq; aliud obsequium. Quando ergo puerũ, ætate
imatura amittis, q nihil dũ agere potuit, cuius gra-
tia lamẽtaris? Quid illum reqris? Bone spei indicia
pferebat, inquis, & sperabam illum mihi fore tuto-
rem. Propterea quæro uirum, ppea filium, ppea plã- L
go & lamentor, non quòd resurrectioni diffidam,
sed quòd auxilio destituta sim, & tutorem amise-
rim, coniugem, oĩum consortem & consolatorem.
Ista lugeo. Noui resurrecturum, attamen interea ab
illo seperari nõ fero. Multa rerum turba ingruit, q-
busus iniuriã inferre uolẽtibus exponor, domesti
ci q antea metuebant, nunc contẽnunt, nunc insul
tant. Siqs beneficiorum mariti oblitus, siquis mali
nõnihil ab eo ppessus est, is mortuum ulturus con
ceptam iram in me effundit. Ista me uiduitatẽ hãc
ferre non permittunt, nec placidè ac leniter lugere:
ppea plango, ppea lamentor. Quo ergo tales sola-
bimur? quid dicemus? Quo dolorem earum re-
fellemus? Primùm eas conuincere tentabo, lamen
tationem non esse ex his q̃ dicta sunt, sed ex aĩ affe-
ctione incõsiderata. Si ergo ista luges, oportebit, ut
ppetuò lugeas mortuũ tuum. Si uerò anno elapso
obliuisceris illius, non secus q̃ si nihil huius accidis
set, nõ iam mortuũ luges, neq; amissam tutelam. At
separationẽ non fers, neq; cõsuetudinis amputatio
nem? Quid ergo illæ dicent, qui & sẽdis nuptijs cõ M
suescunt, idq; admodum ex aio? Non. n. priores re-
quirunt. Verùm ad illas nunc nihil loq̃mur, sed ad
eas q̃ mortuis maritis beneuolentiã suã cõseruant.
Quãobrem luges filium? Quãobrem maritũ? Hũc
qdem quòd nullũ dum ex eo fructũ cepi, istum ue
rò quòd sperabam me illo diutius fruituram. At
hoc ipm quãtę est incredulitatis? Nẽpe quòd putas
te uel maritũ uel filium in rerũ securitatẽ colloca-
turũ fuisse, deũ uerò nequaq̃. Quo nõ putas illum
irritari: nã ob idipm plerunq; eos aufert, ne ad eum
modũ illis alligata sis, ut spem tuã ab illis auferas.
Aemulator. n. est deus, & uult à nobis omnium po
tissimũ adamari: idq; ea rõne, quòd nos admodũ
uehemẽter amat. Scitis. n. hunc esse morem insanè
amantiũ: uehementer sunt zelotypi, & malunt uel
aiam effundere, q̃ ab ullo ritualium superari & ob-
scurari. Propterea & deus illũ tibi abstulit: pp illa,
uidelicet, q̃ dixisti. Alioq cuius gratia, dic q̃so, olim
non ita immaturæ uiduitates fiebant & orbitates?
Quãobrem Abrahã & Isaac multum tpis uiuere p-
misit? Eò quòd ille uiuo ẽt filio deum p̃tulit. Dice-
bat. n. deus, Macta filiũ, & mactabat. Quare Saram Gen. 22 d
in tantam

A in tantã senectutẽ deduxit? Quia uiuente etiam illa Abraham deo magis obediebat q̃ illi. Propterea
Gen. 21. b dicebat ei deus, audi Saram uxorem tuã: Neq; pro-
pter amorẽ uiri, neque pp uxoris, aut filij tutelam
ac curam quisq̃ ex ipsis deum iritabat. Nunc uerò
quoniam adeo ad libidinem intẽperãter ferimur,
& uehemẽter cõcidim⁹, & mariti uxores plus ama-
mus q̃ deum, & uxores maritos suos deo pferunt,
horũ gratia nos & inuitos quoq; ad amorẽ suum
trahit. Ne uirum plus ames q̃ deum, & uiduitatem
non senties unquam. Immo et si acciderit, nullum
tamen eius sensum capies. Quare? Quia habes, qui
te magis amat tutorem immortalẽ. Si deum magis
amas, ne lugeas. Quem. n. magis amas, immortalis
est, nec pmittit ut eius gratia, quem minus diligis,
ullũ doloris sensum accipias. Demõstrabo tibi per
exemplũ, hoc ipm te iã facere. Dic mihi, si uirũ ha-
beres, q iuxta animi tui sententiã cuncta faceret, ce
lebrẽ & illustrẽ, ubiq; splendidum & magni ẽstima
tum, gloriosum apud oĩes, prudentem, sapiẽtem, &
q te adamaret, ita ut beata illius nomine reputare-
B ris, deinde & filium ex eo pâreres, q postea antequã
ad maturã ætatẽ ptigisset, morte decederet: an lu-
ctũ sentires? Nequaquã. Maritus. n. plus amat⁹ amo
rẽ ac luctum filij superaret, & obscuraret. Et nũc si
deum plus amas q̃ maritum, maximè qdem illum
tibi non abripiet. Si uerò & abripuerit ẽt, luctũ ta-
mẽ nõ senties. Propterea & beatus Iob, nihil acerbi
passus est, cũ intempestiuã liberorum suorũ mor-
tem audiret, eò quòd deum plus amabat q̃ illos. Vi
uente itaq; adhuc deo quẽ diligebat, nihil ista q̃ ac
cidebant, illũ cõtristare poterãt. Quid dicis ô mu-
lier? Maritus & filius sunt tutores tui, deus uerò nul
la tui cura & misericordia tenetur? Quis tibi &
hũc & illũ dedit? Nõ ipse? Quis uerò te fecit? Nõ ip-
se? Qui te cũ nõ esses ad hoc ut esses pduxit, & ani-
mã inspirauit, & mentẽ indidit, suiq; notitiã largiri
dignatus est, & unigenito filio suo pp te nõ peper-
cit: tui nõ miserebitur, miserebitur uerò cõsernus?
Quantã iram non excitabũt hęc uerba? Quid tale
à uiro habes? Nihil utiq; proferre potes: nam etiã si
ribi quicq̃ benefecerit, beneficijs tamen affectus, &
C te primũ causante, hoc fecit. De deo uerò nihil tale
quisquam proferre poterit. Non. n. beneficijs deus
p nos affectus tantopere benefacit, sed nullius egẽs
ex sola bonitate sua humanũ genus beneficijs cu-
mulat. Regnum tibi pollicitus est, uitã immortalẽ,
gl'iam, fraternitatẽ, & filiorũ adoptionẽ dedit, co-
hęredẽ unigẽiti sui fecit: tu uerò mariti adhuc post
tãta bona recordaris. Quid is tibi tale dedit: Solem
suũ tibi produxit, pluuiam dedit, annuis alimonijs
nutrit. Væ nobis pp magnã nostrã ingratitudinẽ.
Hac ratione aufert tibi maritũ, ne ipm qras, tu uerò
mortuo quoq; adhęrens, deum etiã deseris. Opor-
tebat gratias agere, oportebat oĩa in deũ proijcere.
Quid. n. est quod à uiro accepisti? Dolores parturi-
onũ, & labores, & cõtumeliæ, & cõuitia plerũq;,
& obiurgationes, & querelę: an nõ ista sunt, q̃ ex ui
ris accidũt? At sunt adhuc & alia, inqs, iucunda. Quę
nã illa? Ornauit te preciosis indumẽtis. Auro facie
tuam decorauit. Suspiciendam oĩbus reddidit. Ve-
rũ si uoles, ornaberis ẽt mortuo illo ornatu multò
meliore. Pudicitia qppe & temperantia pclariorẽ
multò facit, si cui fuerit, q̃ quæ auro est conspicua.
Habet hic rex uestimẽta no talia, sed multo melio-
ra? illa si uoles, indues. Quę uerò illa? Vestit⁹ est au- D
reas habens fimbrias. Si lubet aiam ex illo uestias.
At nõ obiecit te hoium contẽptui? Et qd hoc ma-
gni est? Viduitas uerò non pmittit, ut dęmonum lu
dibrio pateas. Cũ uirũ haberes, dominabaris do-
mesticorũ tuorũ? si tamẽ & planè dominabaris.
Nũc uerò loco famulorũ dominaris uirtutũ incor
poraliũ, principatuũ, potestatũ, & mundi rectoris.
Tristia uero qbus cũ illo cõmunicasti, nõ dicis. Si
aliquando presĵt dominãtis tumor, si aliquãdo à
propinqs obscurata fuisti, ab his oĩbus iã es libera
ta, ab oĩ metu ac timore. Sed anxiè curas qs tibi sit
relictos liberos educaturus? Pater orphanorum.
Quis. n. illos dedit, dic q̃so? Nõ audis Xp̃m in euan
gelijs dicentẽ, Nõne aia plus est q̃ esca, & corpus q̃ Mat. 6. d
indumentum? Vides lamentationem istam non es-
se ex consuetudinis desiderio, sed ex incredulitate?
At non sunt liberi eque splẽdidi mortuo patre atq;
uiuente. Quare? Deum habent patrem, & non sunt
splendidi? Quot tibi possim ostẽdere, qui à uiduis
educati, celebres facti sunt? Quot uerò q̃ sub patri-
bus suis uixerũt, & perierũt? Si. n. illos ab ineute æ- E
tate quemadmodũ oportet educaueris, lõgè maio
re beneficio potiẽtur, q̃ si sub paterna tutela aleren
tur. Quod. n. hoc peculiare sit uiduarũ munus, nẽ-
pe liberos educare: audi qd Paulus dicat, Si liberos 1. Ti. 5. b
educauit, inqt. Et iterũ: Seruabitur aũt p liberorũ Ibid. 2. d
procreationẽ, (Non dixit, p uirum) si pmanserit in
fide & charitate & sanctificatione cũ castitate. Inse
re illis à primęua ętate timorẽ dei, & quouis patre
magis eos seruabis: Hoc illis murus erit infractus.
Quãdo. n. intus est custos, nihil nobis externis mu
nitionib⁹ op⁹ est: hoc uero nõ existẽte, frustra erũt
oia q̃ extrinsecus fiũt, siue diuitię, siue gl'a, siue qd-
cũque decorũ. Hinc illustres fiẽt, nõ sup terram so-
lũ, sed & in cœlis. Etenim ne mihi respicias eos qui
zonis p̃cincti sunt aureis, neq; ad eos q eqs ferũtur,
neq; ad eos q beneficio parentũ in aulis regijs splẽ-
dent, neque q assectatores habent & pædagogos.
Nã ista forsan uiduas sup orphanis plãgere faciũt,
cogitãtes, & hic filius meus, siqdẽ pater illi sup̃stes
esset, tãta quoq; felicitate frueretur, nũc uerò i mœ-
rore & contẽptu est, nec ulla eius habetur ratio. Nẽ F
cogites ista mulier, sed cogitatione tua sursũ ad cœ-
li portas euola, & cognosce q̃ illic sint regię. Vide se
dentẽ illic regẽ, & reputa: num q in terris cõspicui
sunt, illustriores illic possunt esse filio tuo, tũc de-
mũ suspira. Si uerò in terra qdem celebres sunt, nul
lius istud ẽstimãdũ est. Potes efficere si uoles, ut in
cœlis militet filius tuus, in illũ recẽseatur cœlestiũ
militũ delectũ. Qui. n. illic recẽsentur, nõ in eqs fe-
rũtur, sed in nubibus: non sup terrã incedũt, sed in
ipm cœlũ rapiũtur: nõ filios habent primores, sed
angelos ipsos: nõ regi adstãt & famulãtur mortali,
sed imortali, regi uidelicet regũ, & domino domi-
nantiũ: non zonam pelliceã circa lumbos habent,
sed gl'iam illam inaffabilem: & regibus quoq; & q
unquã celebres fuerũt, reddũtur illustriores. Nã in
regijs illis cœlestib⁹ neq; diuitię, neq; nobilitas, sed
sola uirt⁹ q̃ritur. Illa si fuerit, nihil illos prohibebit
quo minus primas obtineãt. Nihil nobis molestũ
aut difficile est, siqdẽ philosophari uoluerim⁹. Ad
cœlũ suspice, & uide q̃to sit illustri⁹ fastigio regiarũ
istarũ. Si ergo pauimentum supnarum regiarum,
tantò est inferiorũ ac terrestrium pclarius, ut istud

illius intuitu cœnũ æstimetur, si exactè qsq; cœlestes regias inspicere merebitur, cui nõ erit felicitati comparandũ? Quæ aũt uere uidua est, inqt, ac desolata, sperauit in deum. Hoc mihi ad quasdam dictum est, ad eas scilicet q filios habent, ut discãt se iam magis esse sui iuris, maioremq; occasionẽ habere, deo sese approbãdi. Resoluta qppe sũt illis omnia uincula & impedimẽta. Nemo est q detineat, neq; q catenis illis coniugij implicari cogat. Separata es à uiro? sed unita deo. No habes cogerronem conseruum? At habes dominũ. Quãdo precaris, nõ tum deo sermocinaris, dic qso? Quando legis, audi ipm tecum sermocinantem. Quid uero tecum sermocinatur? Multò iucundiora uerba, q uir posset. Nam uir qdem et si blandiatur, nõ tamen multum adfert honoris. est. n. conseruus. Quando uero ancillæ adblanditur dominus, hoc multum habet reuerentiæ & obsequij. Qũo ergo nobis obsequitur? Audi q̃ntis hoc rebus faciat. Venite, inqt, ad me oẽs q laboratis & onerati estis, & ego uobis requiẽ præstabo. Et iterum p prophetam clamat dicens: An obliuiscetur mulier, ut misereatur filiorũ uteri sui? Si uero obliuiscatur ẽt illa, ego tamen non obliuiscar dicit dominus. Quanti nõ sunt amoris hęc uerba? Et iterum: Cõuertimini ad me. Et rursus alibi: Cõuertere ad me, & saluaberis. Si uerò qpiã ex cãticis etiã sibi deligere uolet, secretiora illa excipiens, audiet illum ad unanquanque aiam sibi cõpetentem sermocinari ac dicere, formosa mea, columba mea. Quid aũt his uerbis suauius? Vides colloquiũ dei cũ hoibus? Quid uero, dic qso? Nõ uides quot filij beatarum illarum mulierum mortui sint & sepulti. Quantoq; illæ grauiora ppessæ sint, & cũ uiris simul & filios amiserit. Ad illa accingamur, illa curemus, & nihil nobis erit acerbum, sed totum uitæ nostræ tps cum gaudio spirituali deducẽtes absoluemus, æternis bonis fruemur: q̃ contingat nos omnes assequi, gratia & benignitate &c.

1. Tim. 5. a

ὅτι δὲ μᾶλλον ἀγαθοὶ

Mat. 11. d

Esa. 49. d

H

Ibid. 21. c

Ibidẽ. 45. d

Homilia VII.

Olumus aũt ignorare uos fratres de ijs qui obdormierunt, ne cõtristemini sicut & cæteri spẽ nõ habentes. Multa sunt, q̃ ex sola ignorantia nos angunt: ita ut si illa benne cognosceremus, dolorẽ quoq; pelleremus. Hoc igitur & Paul⁹ declarare uolens dixit: Nolo uos ignorare, ne cõtristemini, sicut & cęteri spẽ nõ habẽtes. Propterea nõ uis eos ignorare? Quamobrẽ uero nõ pœnam dicis q̃ reposita est? Ideo, inqt, quod resurrectionis doctrinã ignorant. Sed q̃re istud positum sit, manifestũ est & in confesso. Interea uero pter illud & hoc non parum est lucri. Quomam. n. de resurrectione non hęsitabant, & tamen mortuorũ gratia lamẽtabãtur forsan, ppea istud dicit. Nam aliter qdem cũ incredulis disputat, aliter uerò cum istis. Liquet. n. eos resurrectionem non ignorasse, q de illius tpibus & momentis quærebant. *Si enim credimus*, inquit, *mortuum esse Iesum & resurrexisse ac reuixisse, ad eum modum credemus deũ, et eos qui obdormierunt p Iesum adducturum cum illo.* Vbi sunt, q carnem Christi reprobant? Si. n. carnem non accepit, neq; mortuus est. Si mortuus non est, neque resurrexit: qũo ergo aplus, ex istis ad fidem nos hortatur? An non iuxta illos, nugator magis & seductor erit? Si. n. mori ex pcto est, Christus uero non peccauit: qũo nos adhortatur? Nũc uero de quibus dicit, quosnam deploratis ô homines? quorũ gratia contristamini? an peccatorũ? an eorum q simplr moriuntur? quamobrem uerò dicit, quemadmodum reliqui spem non habentes. Quosnam illi lamentantur? Itaq; oia ista uana sunt eis. Primogenit⁹, inqt, ex mortuis & primitię, oportet itaq; & reliquos esse. Et uide qũo nihil huc exratiocinationibus ponat. Mansueti enim erant. Nam Corinthijs qdem scribens, multa etiam ex ratiocinationib⁹ mouit, & tunc subiunxit: Insipiens tu, qd seminas nõ uiuificatur. Erat. n. hoc exploratius ac robustius, sed quãdo cũ fideli disputabat: erga infidelem uero, quã habuisset efficaciã? Ad eũ, inqt, modum credemus deũ, & eos qui obdormierũt p Iesum adducturũ cũ illo. Rursus dormientes eos, nusquam mortuos uocat. At de Xpo quidem dicit, quod mortuus sit, quoniã & resurrectionẽ posuit: huc uero dicit, q obdormierunt. Qũo p Iesum? Aut q p Iesum obdormierũt, aut p Iesum illos adducet. Illud qdem, q obdormierũt p Iesum: idem est atq; q credentes sunt. Hic hæretici dicunt, eos q baptizati sunt, intelligi. Illud igitur, qd dicit, ad eum modum, qũo stabit: Iesus. n. non p baptismum obdormiuit. Cuius gratia, inquit, qui obdormierũt? Itaq; non de uniuersali, sed de particulari resurrectione disputat. Eos enim, inquit, qui obdormierunt per Iesum. Et in plerisque locis ita dicit. *Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini, quòd nos qui tum uiuemus, & reliqui erimus in aduentum domini, nequaquam præuenietmus eos qui dormiunt.* De fidelibus dicens, & q obdormierunt, inquit, in Christo. Iam uerò non de resurrectione dũtaxat illi sermo est, sed & de resurrectione & de honore gliæ illius. Resurrectione qdem potientur, inqt, oẽs: in gl'ia uero non erunt oẽs, nisi q in Xpo sunt. Quoniã igitur consolari eos uult, non solùm p resurrectionem cõsolatur, sed & p magnũ resurrectionis honorem & p illius celeritatem. Resurrectionem nanq; sciebant. Quoniam. n. p honorem post resurrectionem futurum eos cõsolari cupit, in progressu dicit, Et semper cum domino erimus: &, in nubibus rapiemur. Qũo uero fideles p Iesum obdormiunt? Idem dicit atque, qui Christũ habent in seipsis. Illud uero, adducet cum illo, declarat, eos undiq; adducendos. Hoc enim uobis dicimus, inquit, in uerbo domini. Admirandum aliquid & insolens dicturus erat, propterea & authoritatem ponit. Ex uerbo, inqt, domini, hoc est non ex nobis ipsis, sed qđ a Christo docti sumus loquimur. Quod nos qui tum uiuemus, qui reliqui erimus in aduentum domini, non præueniemus eos qui dormiunt. Quod quidem in ea quę ad Corinthios est, dicit: Quoniam in puncto tpis, & in momento oculi. Hic uero & authoritatem uerbi dei resurrectioni & modo resurrectionis adiecit. Videtur. n. res ista difficilis esse. Quemadmodum, inqt, facile est uiuentes in sublime sustolli: ita & eos q mortui sunt. Illud uero, quod nos, nõ de seipo dicit. Nõ. n. ad resurrectionem usq; in hac uita permansurus erat, sed fideles intelligit. Propterea adiecit, qui reliqui erimus in aduentum domini, nõ præueniemus eos qui dormiunt quasi dicat: Ne putes aliquam hic operum difficultatem fore, deus est qui efficiet. Qui tũ uiuent eos q corrupti sunt & putrefacti, q̃q; innumeros annos habent, nequaquam præueniet, sed quemadmodũ facile erit pfectos illos adducere, ita & corruptos. Sed sunt quidam qui huic rei

Coloss. 1. i

1. Co. 15. d

Hieron. ad Ibidem

1. Co. 15. g

diffidunt, eò quòd deum ignorãt. Quid. n. facilius, dic quæso, an ex eo qđ nõ est aliquid producere ut sit, aut ea q̃ corrupta sunt denuò restituere? Sed qd dicunt? Quidam, inqunt, naufragium passus est, & cũ in mare pron⁹ dilaberetur, cõplures illũ pisces exceperunt, & qsq; piscium membrum aliquod ex eo depastus est: deinde ex ipsđ ipsis piscib⁹ alius q đ in illo, alius aũt in alio maris sinu, ab alio quopiã pisce interceptus & uoratus est, & is ipse rursus ab alio. Et iterũ ipsi qui pisces illos, naufragũ hũc depastos, comederũt in alijs regionib⁹ emortui, & ipsi quoq; à bestijs forte denorati sunt. Tãta igitur cõfusione dispersioneq; facta, qũo denuò uir iste, inquiunt, resurget? Quis pulueren ipsius undiq; restituet? Quãobrẽ hoc dicis, ô homo, catenamq; istam nugarum contexis, & tanq̃ inexplicabile qd dam ponis? Etenim dic mihi: Si nec in mare cecidit, si nec piscis illum uorauerit, neq; piscẽ istũ mille hoies comederint, sed uir ille sepultus in urnam positus fuerit, & neq; uermes ipm, neq; aliud quicq̃ læserit, qũo quod corruptum est nihilominus resurget? Qũo puluis & cinis conglutinabitur? Vnde deinceps uigor erit corporis? Hoc. s. inexplicabile non est? Si Græci fuerint qui de istis ad hunc modum inquirunt, innumera illis respõdebimus. Quamobrem? Sunt. n. inter eos qui aras & in plantas, & in frutices, & in canes diducunt. Iam dic mihi, utrum facilius sit, animã à proprio corpore denuò resumi, an ab alieno? Alij rursus dicunt illã ab igne consumi, & indumentorum & calceorũ resurrectionẽ fieri, & tamẽ non deridẽtur. Alij atomos somniant. Sed ad illos nullus nobis est sermo. Ad fideles uerò, (si tamen fideles uocandi sunt, ista rogantes) aplicum illud dicemus: Et tamen ois uita ex corruptione nascitur, oẽs plantę, oia semina. Nõ uides arborem ficulneam, quantũ quidem truncũ hẽat, quãtos stipites, & quãta folia, ramos, culmos, radices usq; adeo fixas & insinuatas? Arbor itaque ista tanta ac talis ex milio illo minuto seminato eoq; primũ corrupto nascitur, & nisi tabefactũ fuerit ac corruptum, nihil istorũ prodit. Dic mihi, unde hoc fit? Et uitis q̃ adeò iucunda est & uisu & gustu, ex turpitudine illa crescit. Quid aũt, dic qso, de aq̃ dices? An non una est q̃ de cœlis defertur? Qũo toties immutatur? Hoc. s. admirabilius est resurrectione. Nam illic qdem idem semen, & eadem plãta subsistit, & multa ẽ cognatio: hic uerò dic mihi qũo unam habens qualitatem & unam naturã tot modis imutatur? In uite fit uinũ, non solùm uinũ, sed & folia, & lachrymæ. Non. n. botrus duntaxat, sed & quod reliquũ est in uite p illã nutritur. Rursus in oliua fit oleum, & q̃cunq; alia: & quod mirũ est huc in humidũ, illic mutatur in aridum, hic in dulce, illic in acre: hic in asperum, alibi in amarũ. Qũo, dic oro, in tam uaria uertitur? Redde rõnem. Sed nõ poteris. De te uerò ipo dic mihi: propius. n. hoc est. Semẽ illud iactum, unde coceptus es qũo in oculos, qũo in aures, qũo in manus, qũo in cor, qũo in tot & tam uaria compositum est & figuratum? An non mille sunt in corpore discrimina, schematum, magnitudinis, qualitatũ, situum, uirtutum, harmoniarum? nerui, & uenæ, & carnes, & ossa, & pelliculæ, & arteriæ, & cartilagines & q̃cunq; alia istis plura, q̃ medici studiosè rimantur, q̃ naturã nostrã cõtinent, idq; ab unico illo semine nata? An nõ hoc tibi uidetur istis multò esse inexplicabilius. Qũo humidum & molle in os durũ ac frigidum consolidatur? Qũo in calidum & humidum sanguinẽ coadunatum? qũo in frigidum & molle neruum? Qũo in frigidum & humidum arteriam? Vnde sunt ista dic qso? An in illis non hæsitas? Nõ uides quotidie resurrectionem & mortẽ in hoium ætatibus fieri? Quò abijt iuuentus? Vnde uenit senectus? Qũo qui senuit, seipm quidem iuuenẽ reddere non pt, puerum uerò recentissimum generare potest, & quod sibijpsi non pòt præstare, pstat alteri? Hoc & in arboribus & in aiantibus uidere est. Atqui qđ alteri præstat, sibijpsi primùm pstare deberet. Sed hoc humana cogitatio exigit. Quando uerò deus opificem agit, oia cedant. Si ista ita sunt inexplicabilia, & supra modum inexplicabilia, incidit mihi nunc memoria eorũ qui, ita insaniunt, ut incorpalem filij dei generationem curiosè scrutentur, cũ q̃ quotidie fiunt, & manibus nostris subiecta sunt, millies q̃ sita sunt, nemo adhuc unq̃ reperire potuerit. Qũo ergo ineffabilẽ illã, & inexplicabilẽ generationẽ curiosè rimantur, dic qso? Nõ defatigatus est intellectus auditorũ? Non in mille uertigines circũquaq; uersus est? Non stupidus effectus est? Et tamen neq; sic eruditũtur. Cùm de uuis & ficis nihil q̃ant dicere, de deo curiosè inquirũt. Etenim dic mihi, qũo acinus ille resoluatur in folia & stipites, qũo nihil horum in illo antea fuerit, nec uisum sit? At non acini, inqs, sed telluris est totum hoc. Et qũo illa sine acino nihil tale ex seipsa profert? Verũ ne simus insipientes. Neque milij est qđ hic fit, sed ei⁹ qui & telluris est & seminũ dominus. Quapp & sine istis & cum istis, illa nasci fecit: hoc quidem, ut uirtutem suam & potentiam ostenderet, cùm dixit: Producat terra, herbã fœni: illud uero, ut post declaratam suam potentiam nos etiã instrueret, ut essemus studiosi & laborũ & opum. Ad quid uero nobis ista dicta sunt? Nõ temerè sed ut & resurrectioni fidẽ habeamus, & siquid rursus cogitationibus nostris comphendere uolentes nõ assequuti fuerimus, nec ægreferamus, nec indignemur, sed aio grato ac beneuolo cogitationẽ nostrã auertẽtes & cohibẽtes ad potentiã & industriã dei cõfugiamus. His itaq; cognitis frenũ imponam⁹ cogitationibus, & terminos, mẽsuramq; cognitionis nobis pstitã uon trãsgrediamur. Nam sigs, inqt, putat se qcq̃ scire, nihil dum nouit, quemadmodũ scire oportet. De deo, inquis, non dico, sed de q̃is re. Quid ergo de terra cognoscere uis? Quid nosti, dic qso? Quanta est eius mensura? Quãta magnitudo? Quis situs? Quæ essẽtia? Quis loc⁹? Vbi stat? Et cui ipositа est? Nihil utiq; istorũ dicere potes, sed quod sit frigida, & arida, & nigra, hæc dicere potes, ultra uerò nihil. Sed de mari: At hic silr in mentis inopiã incides, ignorãs uel ubi ordiatur, uel ubi desinat. In quo fertur? Quid fundum eius sustinet? Quis uerò locus illius est? Vtrũ & post ipm cõtinens est, an in undas desinit & aerẽ? Sed eorum q̃ in mari sunt, qd nosti? Verùm de aere dicam? At quid? Relinquã elementa. Vis eligamus qđ plãtarum est minutissimum? Granen dico, infrugiferum illud, quod oẽs scimus. Dic qũo nascitur. Non aqua subiectum est, & terra & fim⁹? Quid ergo illud adeò uenustũ apparere, coloremq; pclarũ adeò hẽre facit? Vnde uenustas illa ita marcescit? Op⁹ hoc nec aq̃ ẽ nec ter-

Gene. 1. a

φιλοπόνους εἶναι καὶ φιλεργους.

1. Co. 8. a

Græ. Vides ubiq; fidem esse necessariam? Quo terra producit? quo parturit? Sed nihil horum respondere poteris. Erudire ô homo in terrenis & ijs quæ hic sunt, & cœlū nec temerè nec curiosè scruteris. Et utinam cœlum & non cœli dominum. Terram nō nosti, dic mihi, de qua es, in qua es, in q̄ nutrit⁹ es, quā inhabitas, quā calcas, sine qua nec respirare potes, & ea q̄ tā procul absunt temerè discutis? Re tiera hō uanitas. Talis. n. uanitas est. Quòd si te qs quam in profundum qdē descendere iuberet, & in uestigare q̄ in imo sunt maris fundo, mandatum istud, non admitteres: nemine uerò cogēte ipse ultro abyssium inscrutabilē comphendere uis? Noli obsecro. Sed supnè nauigemus, nō inatantes. Subi tò nāq; delabimur, & submergemur. Verū diuinis usi scripturis, nauis instar, uela fidei in sublime extēdamus. Si in istis nauigauerimus, aderit nobis ēt gubernator sermo dei. Si uerò cogitationib⁹ humanis inatabimus, non itē. Cui nāq; narantiū qsq̄ adfuerit gubernator? Duplex itaq; periculū est, cū quòd nulla nauis est, tū quòd nemo gubernator H adest. Si. n. scaphus sine gubernatore, periculū hēt, quādo utraq; absunt, q̄ poterit spes esse salutis? Ne proijciamus itaq; nos ipsos in aptū periculū, sed in tuto incedamus, p sacrā anchorā liberātes nos ipsos. Ista qppe in tranqllum portum enauigabimus, cū magna qdem copia, uerū nō minus & cū magna securitate: bonaq; illa diligētibus deū recōdita assequemur in Xpo Iesu domino nostro, Amen.

Homilia VIII.

Oc. n. uobis dicimus in uerbo domini, quòd nos b *qui tū uiuemus, qui reliqui ertmus in aduentum domini, nequaquam præueniemus eos qui dormiunt. Nam ipse dominus in hortatu & uoce archangeli, & in tuba dei descendet de cœlo, & qui in Christo mortui sunt, resurgent primùm: deinde nos qui tum uiuemus, qui reliqui erimus, simul cum ipsis rapiemur in nubibus in occursum domini in aera, & sic semper cū domino erimus.*

Prophetæ qdē authoritatē dictorum suorū ostendere uolētes ante oia alia hoc dicūt. Visio quā uidit Iesaias. Et iterū: Verbū domini qd factū est ad Hieremiā. Et rursus: Hæc dicit domin⁹, & q̄cūq; talia. Multi uerò & ipm dominum sedentē uidebāt, I quatenus ipsis uidere licebat. Paulus uerò nō sedētem uidens, sed in seipso loquentē habens Xpm, hæc dicit. Dominus dixit: Aut experimentū q̄ritis loquētis in nobis Xpi. Et iterum: Paulus apls Iesu Xpi. Apls. n. q̄ mittētis sunt, loqtur. Vt ostēderet nihil se de suo loq. Et rursus: Arbitror. n. quòd & ego spūm dei habeam. Igitur illa quidem omnia ex spiritu loquebatur: hoc uerò quod nunc dicit, ēt manifestē ex deo audierat. Quemadmodum illud qd ad seniores Ephesiorum disserens dicebat. Beatius est dare q̄ accipere, secretò audierat. Videam⁹ itaq; quid & nūc dicat. Hoc. n. uobis dicimus, inquit, in uerbo domini, quòd & nos q tum uiuemus, q reliqui erimus in aduentum domini, nequaq̄ præueniemus eos qui dormiunt. Nā ipse dominus in hortatu & uoce archāgeli, & in tuba postrema descēder de cœlo. Tūc. n. inquit, & uirtutes cœlorū mouebuntur. Quamobrē aūt in tuba. Nā & in mōte Sinaio hoc uidem⁹, & illic quoq; esse angelos. Quid uerò uult sibi uox archāgeli? Quēadmodū de uirginibus dixit Xps. Exurgite, uenit spōsus. Aut hoc sanè dicit: aut quòd quēadmodū apud regē solet, ita & tunc futurum sit, angelis ad resurrectionē mi K nistrantibus. Dicet. n. Resurgant mortui. Et fiet opus non angelorum ad hoc quicq̄ ualentium, sed uerbi ipsius, tanquam si rege quopiā imperante ac iubente, egrederentur cōclusi & captiui, & ministri eos educerent. Nō illi postea propria uirtute, sed ex uoce illa hoc facerent. Hoc & alibi Xps dicit, Mittet angelos suos cum tuba magna, & congregabūt electos ipsius à quatuor uētis, ab extremis cœlorū rursus ad extremos illorū terminos. Et ubiq; uides pcurrentes angelos. Archāgelum putamus eū esse q̄ p̄sit, & incumbat alijs in orbem missis, atq; hoc il lis iclamet, Paratos facite oēs: adest. n. iudex. Quid est in postrema turba? Ostendit hic, multas fore tubas, & ad postremam descēsurum iudicem. Et qui in Xpo, inquit, sunt mortui, resurgent primùm, deinde nos q tum uiuemus, qui reliqui erimus, sil' cū ipsis rapiemur in nubib⁹ ad occursum domini, in aera, atq; ita semp cum domino erimus. Itaq; consolemini uos inuicē in sermonibus istis. Si descēsurus est, cuius gratia rapiemur? Honoris gratia. Nam rege ciuitatē ingressuro qui illustres quidē sunt, ad L occursum ei⁹ egrediūtur: q uerò rei sunt & iudicio obnoxii, intus expectāt iudicē. Et patre benuolo & pio aduentāte, filij qdem, & qui digni essent filio rum loco, per uehiculum educuntur ut uideant & exosculentur: qui uerò de seruis interea illū offenderunt, intus expectant eum q sup patris adsertur uehiculo. Ipse nāq; pater in nubibus suscepit eum. Et nos in nubibus rapiemur. uides quātus futurus sit honor? Et occursum descendēti faciemus, & qd oium est felicissimum, ita semper cū ipso erimus. Quis loquetur potētias domini, & inuulgabit oēs *Psa.105.d* laudes eius? Quantis bonis humanū genus dignatus est? Qui mortui sunt, exurgent primi, atq; ita sil' fiet occursus. Abel q ante oēs mortuus est, sil' cum illis q tum uiuent, occurret. Itaq; quantum ad hoc attinet, nihil amplius habebūt illi, sed q corruptus fuerat, & tot annos in terra sepultus iacuit, cū ipsis tum uiuentibus occurret, & simul reliqui oēs. Si. n. illi nos præstolati sunt, ut sil' coronaremur, quemadmodum alibi scribēs dicit: Eo quòd dominus *Heb.11.g* de nobis melius quiddam prouiderat, ne sine nobis consummarentur, multo magis expectabimus M & nos ipsos. Immo illi qdē p̄stolati sunt, nos uero non item. Fiet. n. resurrectio in punćto tpis, in momento oculi. Quòd uerò dicit congregandos esse, resurrecturos quidem ubique simplr dicit, congregandos uerò ab angelis. Est itaq; resurrectio qdem diuinæ uirtutis opus, quū telluri mādabit deus, ut depositū reddat, & nullus ministrorū hoc faciet; *Ioan.11.f* quemadmodum aliquando euocauit Lazarū: Lazare, ueni foras, adductio uerò ministrorū op⁹ erit. At si angeli colligent & discursabunt, quo isti hic rapientur? Post descēsum domini rapiētur, posteaquam cōgregati fuerint. Fiet. n. hoc simul nemine sciente. Etenim quando uiderint terram motam & turbulentam, puluerem confusum, undiq; ex æquo excitata corpa, nemine ad hoc famulāte, sed iussione dei terrā antea repletam euacuare ualēte, (cogita nanq; quantum sit omnes tūc qui ab Adam ad aduentum suum usq;, stare cum mulieribus, & pueris) quando, inq̄, tantam uiderint in terra tumultuationem, tunc scient. Quemadmodum. n. dispensationem eius, quæ scdm carnem est, non præui-

A derant: ita & tunc. Quādo igitur illa facta fuerint, tunc & uox audietur archāgeli angelis reliqs imperantis & clamātis: audientur tūc & tubę, imò tuba
Matt.24. d & L.u.c 17.g tum sonit⁹. Qualis igitur tremor, qualis timor eos, qui in terra tum erūt, q iudicem expectabunt, obtinebit? Vna nanque rapietur, & una relinquetur: & unus accipietur, & unus relinqtur. Quis erit tū animus illorū, quādo istos qdem sublatos uidebūt, se uerò ipsos relictos? An nō quauis gehēna terribili⁹ eos ista deiectos ac cōsternatos reddere poterunt? Fingamus itaq; sermone iā illud adesse. Si. n. mors repētina, aut ciuitatū motus, & reliq̄ minę, animos nostros ita cōcutiunt, quādo uiderimus terram diruptam & his oibus refertam, quando audierimus tubas, quādo uocem illam archāgeli quauis tuba clariorem pceperimus, quando cœlum hoc undiq; sursum euectum & cōtractum, quādo ipsum aduē tantem deū, regem oium uiderimus, qs tum nobis aīus erit? Horreamus obsecro, & terreamur, non secus q̄ si ista iam fierēt. Ne solemur nos ipsos ex mora & cunctatione. Quādo. n. omnia oporteat fieri, B nihil proderit cunctatio. Quātus tum tremor erit, quantus timor? Videtis aliquando ad mortē quosdam abduci. Quem putatis illis esse aīum, uiā istā ad portam usq; incedentibus, quot mortibus non grauiorem? Quid nō mallēt & facere & pati, ut ab ista aī caligine & obnubilatione liberati eēnt? Ego multos, q post deductionē reuocati fuerant, ad regiā bonuolētiam & clementiā dicentes audiui, se neq; hoies uelut hoies uidisse, quòd animo fuissent summopere, cū abducerentur pturbato, pculso & stupefacto. Si ergo corpalis mors usq; adeò nos perterrefacit, quādo æterna illa aduenerit, quid patiemur? Et qd dico de ijs qui ad mortem abducūtur, quos turba hoium circunstat, quorum plures eos non agnoscūt? Si qs illorum aios penitus inspexerit, nemo fuit adeò crudelis, nemo adeò confidēs, nemo adeò fortis ac dexter, q nō in pròptu habeat animi deiectionē & extasim ex timore & mœstitia manantē. Si ergo dū alij morte ista, à somno nihil differēte auferūtur, q nihil cōsortij cū illis habent, ita afficiūtur & cōsternātur, quādo in maiora nos- C ipsi inciderimus, qūo tum habebimus? Non pōt, credite, non potest sermone cōprehendi q̄ futura sit animi passio. At enim, inquis, sed benignus est deus, & nihil horū erit. Nō nisi ad territandū, inqs, ista ita scripta sunt, ut resipiscamus. Si ergo non resipuerim⁹, sed mali pseuerauerim⁹, nō puniet nos, dic quæso? Ergo neq; bonis præmia retribuet? Etiā, inquis. Hoc. n. illi decorū est, ut plus etiā benefaciat q̄ par sit. Itaque illa qdem uera sunt & omnino futura, supplicia uerò non oino, sed duntaxat minitādi & absterrendi gratia cōmemorantur? Vnde uobis persuadeā, ignoro. Si dixero, quòd uermis malorum nō sit moriturus, & ignis non extinguēdus, si dixero in ignem illos abituros æternū, si diuitē iam in supplicijs existentem adduxero, oia dicetis esse minas. Vnde igitur uobis pſuadebo? Satanica est ista cogitatio, fatua prestans oblectamēta, & desides efficiens. Qūo ergo illā eximemus? Quecunq; sanè ex scripturis proferemus, dicetis minandi gratia scripta. At de futuris qdēm supplicijs poterit qs- quam hoc dicere, de ijs uerò q̄ iam contigerunt, & finem consecuta sunt, non item. Audistis de diluuio? An & illa minarum gratia dicta sunt? Non etiā contigerunt, & ita facta sunt? Talia & illi tū multa D dicebant, & cū centum annos fabricaretur arca, in *Gen.6.et* texerenturq; ligna, & iustus clamaret, nemo erat q *7.* credebat. Verū qa non crediderāt uerborum minis, sustinuerūt & expti sunt re ipsa suppliciū. Hoc & nos patiemur, nisi crediderimus. Quapp & aduē tum suum Christus diebus Noe cōparat, eò quod ut diluuio illi nō credebāt qdam, ita & diluuio gehennæ accidet. An minæ fuerūt illa? Non ēt in op⁹ ipsum exierunt? Deinde qui tū supplicium ita subitum & omnia simul complectēs induxit, nō multo magis & nunc inducet? Non. n. minora sunt quę nunc fiunt, q̄ quæ tum facta fuerant. Qūo? Quia tunc, inquit, ingrediebantur filij dei ad filias hominum, & malum quo peccabant, erat adulterinus & illicitus concubitus. Nūc uerò nullum est reliquū malitiæ genus quod ausi non sumus. Creditis igitur, re uera factū est diluuiū, aut putatis eē nugas? Quanq̄ hoc & ipsi mōtes ubi quieuit arca, testificā tur, (eos dico q in Armenia sunt) ex multa tamē & abūdanti cautione, ad aliud quoq;, isto clarius, ser monem deducā. Peregrinatúsne quisq̄ uestrum ali quādo est in Palæstina? Iam. n. non amplius uerba, E *De subuersione Sodomorum.* sed res ipsas proferam. Quanq̄ prius dicta rebus ipsis sint manifestiora. Quæcūq;. n. scriptura dicit, ea reb⁹ illis, q̄ oculis nostris subijciūtur certiora sūt. Peregrinatus est ne igitur qspiam uestrū aliquādo in Palęstina? Puto sanè. Quid ergo? Testes mihi fiatis, uos q loca illa uidistis, ad eos q illic nō fuerūt. Supra Ascalonē. n. & Gazā, in ipso Iordanis fluminis termino, est regio qdam magna & fertilis. imo erat. Iam. n. non est. Ista igitur cum instar paradisi esset, (Vidit. n. Loth, iquit, oēm regionem circa Iordanem, & erat irrigua, sicut paradisus dei.) Ista igi- *Gen.13.c* tur, q̄ adeò erat florida ut cum qbusuis alijs regionibus decertaret, paradisumq; dei abundantia sua exprimeret, qbusuis solitudinibus ac desertis nunc desolatior est, & stāt ibi arbores fructū habentes. Fructus aūt ille iræ dei monumētum est. Stant. n. mala punica, (& arbores dico & fructus) splendidum qdem aspectū habentia, & ignorāti multam spem p̄bentia: si uerò in manus illa sumpserit, mox perfracta, fructū qnidem nullū, pulueris autem & cineris plurimū intus recōditum exhibēt. Talis est F & ois illa terra. Et si lapidem reperis, incineratū reperies. Et qd dico lapidem & ligna & terram, quando & aer & undę calamitatis huius consortio deteneātur? Quēadmodum. n. corpe incenso & cōbusto schema qdem manet in ignis aspectu, & figura, & magnitudo, & reliqua membrorū proportio, uirtus uerò nō itē: ita sanè & hic. Telluré uideas, at nil telluris habentem, sed oia cinerem. Arbores uidere est & fructus: & tamen nihil arborū, nihil fructuū. Aerem & aquā, attamē nihil aeris, nihil aquæ. Nam & ista incinerata sunt. At qūo aer comburi poterit aliquando? Qūo & aqua, ut maneat aqua? Ligna q dem & lapides comburi possunt, aer uerò & aqua nequaq̄ possunt. Nobis impole est, ei uerò qui ea fecit, possibile. Nihil igitur aliud est aer illic q̄ caminus, & aqua caminus, infrugifera omnia, oia sterilia, omnia supplicium referentia, pcedentis iræ dei imagines, & futuræ indicia. An & ista uerborū minæ sunt? Nam mihi quidem neque priora quæ in diluuio contigerunt, incerta, sed æque certa quæ non uisa, quam quæ uisa sunt habentur. Incredulo

G uerò uel ista fidem facere poterunt. Si qs gehēnam futuram nō credit, Sodomam cogitet, Gomorrhæ meminerit, supplicij recordetur qd factū est & adhuc pdurat, id quod indicium est æternū fore malorū suppliciū. Grauia sunt ista, illa uerò grauia nō sunt? Quando dicis nō esse gehēnam, sed simplr illam minatum esse deū, quando manus ppli dissoluis ac remittis: túne, incredule, ut ista dicā cogis? Si uerbis Christi credidisses, nō fuissem ex his reb⁹ fidem illis cōciliare coactus. Quoniā uerò illa refugisti, iam deinceps nolis uelis pīuasus eris. Quid.n. potes de Sodomis respōdere? Vis & cām discere, pp quam ista facta sunt? Vnum erat illis peccatū, graue quidem & execrandum, attamen unum. In pueros tum insaniebant, atq; iō pœnas istas dederunt. Nunc uerò innumera, & paria, imo grauiora pecca ta q̄ istud fuerit cōmittuntur: deinde q pp unū peccatum tantam iram effudit, & neq; p Abrahæ supplicationem placatus est, neq; per incolam Loth, q ad honorandū seruos ipsius filias suas in ignominiam tradiderat, tantis iā pctis existentib⁹ parcet?

H Ridicula re uera sunt ista, & nugæ, & error, diaboli caq; seductio. Vis & aliud adducā? Pharaonē ab oī bus audis regem fuisse Aegyptium. Nosti igitur & *Exo.14.g* pœnas quas dedit? Qūo cum ipsis curribus & eqs, cū uniuerso exercitu in mari rubro submersus sit? Vis & alia discere? Nā ille quidem impi⁹ fortè erat, imo non fortè, sed re uera impius erat. Vis ēt ex credentib⁹, & deo, uita tamen nō uere correcta, adhærentibus, supplicio affectos uidere? Audi qd Paulus *1.Co.10.b* dicat: Neq; scortemur sicut qdam ipsorum scortati sunt, & ceciderunt in una die uiginti q̄tuor milia. Neq; murmuremus, sicut qdam eorum murmurarunt, & perierunt ab exterminatore. Neq; tentemus Christum, sicut qdam ipsorum tentarūt, & à serpē tibus interierūt. Si uerò fornicatio tantū potuit, si tantum murmuratio, qd nostra pctā non efficiēt? Si uerò nón iā statim pœna sumitur, ne mireris. Nā illi qdem gehēnam ignorabāt, atq; ideo subitis pœ nis puniebantur, tu uerò q̄cunq; pctā cōmiseris, si nullam prorsus hic pœnā dederis, oia solues illic.

I Adhęc si eos q rudiores erant, & tanta nó deliquerant, tātopere puniuit, nobis parcet? Absurdū hoc esset. Nam ēt si eadem q̄ illi deliquerimus, maiore tamē supplicio digni sumus. Quāobrem? Quia maiore gratia potiti sumus. Quando uerò plura & maiora q̄ illi delinquamus, quas pœnas nō dabimus? Illi (at ne putet me quis q̄ uel ad celebrandum eos, uel ad ignoscendū ista dicere: Absit. Quādo enim deus punit, siqs contrariam sniam adferat, ex aio hoc facit diabolico. Non igitur ad laudē uel ad ueniam eorū hoc dico, sed ut declarem nostrā malitiam.) Illi, inq̄, etsi murmurarunt quidem, at in desertum uenerant. Nos uerò patriam habentes, & in ædibus nostris existētes murmuram⁹. Illi & si scortati sunt qdem, & ex Aegyptijs malis pridem egressi erant, & legē propè talē non audierant. Nos uerò à maioribus nostris salutarib⁹ acceptis pceptis, itaq; maiore supplicio digni sumus. Vis & alia audire, q̄cunq; ppessi sint in Palæstina, famē, pestē, bella, captiuitates, siue Babylonicas, siue Assyriacas, q̄ à Macedonib⁹ mala, q̄ ab Adriano & Vespasiano? Volo tibi dilecte narrare aliqd: Sed ne refilias: imo ante *2.Re.6.f* illud aliud dicā: Fames facta est aliquando, inquit, & rex icedebat supra murū: deinde mulier quædā accedens hæc uerba ad illū loq̄batur: Rex, Mulier K ista ad me dixit, assabimus hodie filiū tuū, & comedemus eū, & cras meū. Coximus ergo filiū meum, & comedimus, filium aūt suū nondū dedit. Quid ista calamitate grauius? Rursus alibi propheta dicit: Manus mulierū ad miserationes procliuiarum *Thre.4.b* filios proprios attigerūt, & coxerūt. Iudęi qdem tā tum dedere supplicium, nos uerò nō multo magis dabimus? Vis & al's Iudęorum calamitates audire? Iosephi uolumina accede, & cognosces oēm illam *Ad Iosephū remittit.* tragœdiā, si fortè tibi ex illis suādebimus esse gehē nam. Nā cogita: Si illi puniti sunt, quāobrem nō pu memur & nos? Aut quo decorum esset, non puniri nos, qui peiora q̄ illi deliquimus? Certè liquet ideo fieri quod supplicium nobis reponatur in futurū. Si uerò uis ēt de unaquaq; persona dicam, quo sup plicio adfecti sint. Frem occidit Cain: graue qdem peccatū. Quis.n. negauerit? At pœnas dedit & graues, & mille mortibus correspondentes, & pro qui bus maluisset etiā millies mori. Audi nanq; qd ipse L dicat: Si ejcis me ex terra hac, & à facie tua abscō- *Gen.4.b* dar, & erit, ut q̄squis me inuenerit, occīdat me. Dic ergo mihi: Non eadem hodie multi faciunt? Quan dō.n. etiam si nō carnalem, attamen spiritualē fratrem occīdis, non idem designas? Quid.n. si non gladio? At alio modo facis, dum eum cōtemnis, cū posses à fame liberare. Quid ergo? Nemo iā fratrem suum occidit? Nemo in pericula cōiecit? At pœnas hic nō dederūt? Dabunt aūt: deide Cain quidem, neq; legem scriptā audierat, neq; prophetas, nec signa illa magna uiderat, & tamē tantum supplicū dedit: alius uerò q eadem egit, & neq; tantis exēplis castigatus est, impunis erit? Et ubi esset æquitas & iustitia dei? Aut ubi illius bonitas? Rursus alius q- *Nu.15.d* dam pp ligna sabbato collecta, lapidat⁹ est, quanq̄ modicum hoc fuerit mandatū, & circuncisione leuius. Lapidatus ergo est qui ligna sabbato collegerat, q uerò mille sępenumero iniquitates opati sūt, decesserunt impunes. Si ergo gehēna nō est, ubi iustitia? Qūo non erit psonarum respectus? Atq multa talia de illis q̄ritur, quòd sabbata non custodierunt. Iterum alius quisq̄, Charmi, anathema furatus, cum oī familia sua lapidib⁹ obrutus est. Quid M igitur? interea nemo sacrilegus factus est? Saul quo *Iosue 7.a* que cū contra quod deo uisum fuerat, quibusdam *& 1.Paralip.2.a* pepcisset, tātum suppliciū passus est. Nemo igitur i- *1.Reg.15.* terea ad hunc modū pepcit? Vtinam hoc esset. An nō magis nos inuicem deuoram⁹ q̄ ipsę bestię, cōtra quod deo probatur? Et tamen nemo propterea *Ibidē 2.e* cecidit in bello. Adhęc filij Heli quoniam ante thy *& 4.6* miama comederant, pœnas cū patre grauissimas soluerūt. Nemo itaq; interea ex patribus negligens erga filios suos fuit, neq; flagitiosi filii? Sed nemo pœnas luit. Quādo ergo luēt, si gehēna nō est? Innumera prēterea quisq̄ recensere posset. Quid uerò Ananias & Sapphira: Quoniā suffurati fuerāt ex illis q̄ offerebant, cōfestim puniti sunt. Nemo igitur *Actor.5.a* interea ista fecit? Qūo ergo non easdem pœnas dederūt? Persuadeamúsne tibi gehennā esse? Aut pluribus adhuc exēplis opus hēs? Veniemus igitur & ad ea q̄ in scripturis nō habentur, q̄ iam in hac uita fiunt. Necessarium.n. est undique nobis istam sententiam colligi & probari, ne frustra nobis indulgentes, nosipsos grauī dāno lædamus. Non uides q̄ multi calamitosi mutilatis corpib⁹ innumera mala

A patiantur, cęteri uerò clari sint & celebres? Quare cædis illi qdē pœnas dēt, illi uerò nō dēt, audi Paulum dicentem: Quorundā, inqt, peccata antè manifesta sunt, quosdā uerò & subsequūtur: quot homicidę subterfugerūt, quot sepulchrorū effossores ac spoliatores: Sed reliquātur ista. Quot sunt quos nō uideas graui supplicio puniri? Hi qdē morbo prolixo traditi sunt, isti uerò cōtinuis torturis, alij aūt alijs innumeris malis. Quādo igitur uideris aliq̄m, q̄ eadem q̄ illi, aut etiam multo plura desīgnare aufus, pœnas nō dedit, an nō uel inuitus gehennā esse suspicaris? Elige tibi eos q in hac uita, q coram te puniti sunt, & cogita deū non esse psonarum acceptorem, & quod tu, cū mille mala feceris, nihil tamen tale dū passus es, & habebis sententiā & intellectū gehennę. Nam ita nobis illam inseruit deus, ut nemo unquā illius ignarus esse possit. Nā & poetæ & philosophi, & fabularū fictores, & oēs in uniuersum homines de retributione illic futura philosophati sunt, & in inferno cōplures puniri dixerūt. Etsi fabulę sint illa, nostra tamē non item. Ista non B ideo dixi, quòd simplr terrere cupiā. Nō.n. aios uestros aggrauare, sed ad resipiscentiā adducere, & expeditiores facere uolo. Vellem & ego ipse non esse suppliciū: immo oium maxime ego. Quamobrē? Quia unusquisque uestrum pro sua ipsius quidem uita metuit, ego uerò & de ista psidentia rationem reddam. Itaq; oium maxime impossibile est, ut ego effugiam. At fieri neqt, ut nō sit supplicium & gehēna. Quid patior? Vbi ergo, inqs, benignitas dei est? Vbiq; imo alio tpe de ista disputabo, ne quę de gehenna dicta sunt, confundamus ac pturbemus: & qd lucrari sumus, interea nō diffluat. Lucrum enim non modicum est, de gehēna psuasum esse. Verborum etenim istorum memoria, quasi modicū qdam pharmacum, oēm malitiam expurgare poterit, si ppetuo menti nostræ insederit. Vtamur ergo *1.Cor.2.c* hoc pharmaco, ut cor adepti purū, ita uidere mereamur q̄ neq; oculus uidit, neq; auris audiuit, neq; in cor hominis ascēdit: q cōtingat nos oēs assequi gratia & benignitate &c.

Homilia IX.

C *E temporibus aūt ac temporū articulis fratres non*
D *opus habetis ut uobis scribam. Ipsi nanque exactè scitis diem domini, ut furem in nocte ita uenturū.*

Caput V

Curiositas humana

Nihil ita, ut appāret, curiosum est & auidum ad rerum obscurarum & reconditarum cognitionē, ut humana natura. Hoc autem illi contingere solet, quando tenuem & nondum absolutum intellectū habet. Qui enim rudiores sunt inter pueros, non omittunt & nutrices, & pædagogos, & patres crebris suis interrogationibus inturbare, in qbus nihil aliud est, quàm quando hoc, quando illud sit. Euenit autem istud & ex delicijs, & ex eo quòd nihil est operis quod fiat. Properat itaq; aius noster ad multa quidem iam cognoscenda & comprehendenda, maximè tamen ad sciendum consummationis tēpus. Et quid mirum si nobis hoc accidit? Ipsi nanque sancti illi omnium potissimum idem perpessi sunt. Etenim ante passionem accedētes ad *Mat.24.a* Xpm apli inquiunt, Dic nobis, quando ista erunt? Et quod signum est aduentus tui, & consummandi seculi? Post passionem uerò & resurrectionē ex *Actor.1.a* mortuis, dicebāt ad eū: Dic nobis, an in tpe isto restituis regnū Israeli? Et ante hoc nihil illū rogauerant, at postea non ita. Postquam.n. spūm sanctum D accipere meruerunt, nō solùm ipsi nō curiosè qcq̄ rogant, nec ægreferunt ignorantiam, sed & eos qui intempestiua illa curiositate laborant, reprimunt. Audi igitur q̄ iam beatus Paulus dicat: De tpibus aūt ac tpum articulis fratres non opus habetis ut uobis scribam. Nam si fecisset, magis eos contristasset. Ita uero consolatus est, hoc dicens: Quod.n. dicit, non habetis opus, tanquam superfluum, & uelut inutile, non permittit ut quęrant. Quid.n. hinc, dic quęso, lucri fuerit? Ponamus seculi consummationem post uiginti annos futuram, post triginta, post centū. Quid hoc ad nos? An nō uniuscuiusuis cōsummatio est uitæ suæ terminus? Quid curiosē scrutaris & turbaris pro inani fine? At qd in alijs accidit, id & hoc loco nobis usu uenit. Quēadmodū.n. in alijs relictis q̄ propria sunt, communia curamus dicētes, hic scortator est, iste adulter, alius rapuit, ille iniuriā intulit, siorum uerò facinorū nemo rationem habet, sed oia magis curat q̄ sua: ita & hic, omittentes quisq; suum ipsius finem curare, communē & generalem consummationem discere E uolumus. Quid.n. tibi cum illa commune est? Si unū istum finē bene dispōsueris, nihil ab illo mali patieris. Sit procul, sit è uicino. Nihil hoc ad nos attinet. Propterea nō dixit hoc Xps eo quod nō profuisset. Quo nó profuisset, inqs? Ipse nouit, qui abscondit, quamobrē nō profuisset. Audi nanq; quid ipse aplis dicat: Non est uestrum scire tpa uel articu- *Actor.1.a* los tpum, q̄ pater posuit in suam potestatem. Quid curiosè inquiritis, inqt? Qui circa Petrum Coryphęū fuerunt, ista audierunt, tanquam q maiora scire q- rebant ū ipsis conueniebat. At.n. inqs, potuissent hinc gentium ora obturari. Quo, dic qso? Quoniā illi, inqs, mundum dicunt esse deum. Iam si cōsummationis tēpus sciremus, obstrueremus utiq; illorum ora. Hoc demum est quo illi compescentur, si cognoscant desiturum aliquando esse mundū, nō minus q̄ si cognoscant quādo desinat. Hoc ad eos dicite, nempe finem habiturum mundum. Si hoc non credent, neq; illud credent. Audi Paulum dicētem: Ipsi nanq; exactè scitis diem domini ut furem in nocte, ita uenturum. Nō solùm communis ille, F sed & uniuscuiusq; proprius ita ueniet. Ille quppe illum imitatur. Est.n. & iste cognatus illi. Quod.n. ille simul & summatim, hoc iste p partes facit. Et cō summationis tps ab Adam cœpit, tunc uero consummationis finis erit. Nam & nunc non peccauerit qsquam, si hoc quoq; tps consummationem uocet. Quando.n. innumeri quotidie moriantur, & dieni illum futurum oēs expectent, & ante eū nemo resurgat: an non illius hoc opus est? Si uerò discere uultis quamobrem absconditus sit dies ille, & q̄re sicut fur in nocte, ita & ipse ueniet: ego quem admodum mihi res ista uidetur habere, dicam. Nemo sanè uirtutis unquam curam, qd ad oēm uitā attinet, habuisset, sed cognito qsq; consummationis suæ die, postq̄ innumera mala perpetrasset, tum demum baptismi lauacrum accepisset, atq; ita hinc migrasset. Si.n. nunc timore incertitudinis cuncto rum aios turbante, oēs uniuersam ante actam uitā in malitia cōsumentes, ad extrema demum susspiria baptismati se tradunt, si etiam essent admodum de isto persuasi, quisnam ullam uirtutis curam haberet? Cōplures sine illuminatione decesserunt, & ne

G sic quidē timor iſte eruditum, ut dū uiuerent, q̄ deo probantur, curaſſent: quòd ſi etiā hic metus ſublatus eſſet, qs unquā reſipuiſſet? qs obtemperaſſet? Ne unus qdem. Rurſus uerò accedit & alterū. Multus mortis metus & uitæ amor nūc cohibet, ſi uerò cognouiſſet qſquā oino ſe craſtino die moriturum, nihil utiq; audere ante diem illum ueritus fuiſſet, ſed quos uoluiſſet occidiſſet, & inimicos ulciſcens ſeipſum recreaſſet, milleq; mala deſignaſſet. Homo nanque ſceleſtus hac uita deſperata, ne eius quidē rōnem habet q purpura decoratus eſt. Si ergo certus eſſet oīno moriendum eſſe, & mimicum ſuum ulciſceretur, refocillatoq; primùm aio ſuo, ita mortem obiret. Dicam & tertiū. Qui uitę huius ſunt cupidi & uehementer ea q̄ huc ptinent, concupiſcūt, per animi ſanè mœſtitiā & dolorem tabefacti eſſent. Si.n. iuuenis qſquam certus eſſet poſt triēniū ſe moriturum, nō ſecus ad hoc afficeretur q̄ ignauiſſimę illę beſtię quando cōprehenſę mortem expectant. Neq; ipſi ſtrenui uiri mercedē aliquam uirtutis ſuæ habuiſſent. Si.n. cognouiſſent quòd prorſus elapſo triēnio morituri eſſent, & antea mori nō poſſent; quarúmnam rerū mercedē habuiſſent, cōtra aduerſa cōfidentes? Dixiſſet. n. ad eos qſq, quia ſecuri eſtis de tribus annis, ppea periculis uoſipſos eò confidentius traditis, ſcientes, quòd mori non poſſitis. Qui. n. ex unoquoq; periculo interitū præſtolatur, & nouit uicturū ſe, ſi quidem ſeipſum nō negligeret, moriturū uerò eū qui talia audeat, maximum alacritatis ſuę, & præſentis uitę cōtemptus indiciū hinc tulerit. Verūm declarabo uobis iſtud per exemplum. Dic mihi: Si patriarcha Abrahā antea cognito non occiſurum ſe filiū, illū deduxiſſet: an aliquam igitur mercedē habuiſſet? Quid uerò ſi Paulus pſcius nō moriturum ſe pericula contempſiſſet, qua in re pclarus eſſet? Ita nanque & ignauiſſimus qſq; in ignem utiq; igreſſus fuiſſet, ſi certum quendam reperiſſet ſecuritatis fideiuſſorem. At nō tales tres pueri. Sed audi quid dicant: Rex, eſt deus in cœlo, qui eripiat nos de manib⁹ tuis, & ex camino iſto. Et ſi minus, notū tibi ſit, quòd deos tuos nō colimus, & imaginē aureā quā ſtatuiſti nō adoramus. Videtis quantum ſit lucri & maius iſtis, ex ignorantia mortis & cōſummationis? Hactenus uerò ſufficit iſta cognoſcere. Nempe ppea ut furem in nocte ita uenturum diem illū, ne in malitiā ſeducamus noſipſos, néue in ſegnitiem, ne merces noſtra amputetur. Ipſi nanq; exactè, inqt, ſcitis. Quid igitur curioſè indagatis, ſi pſuaſi eſtis. Quòd uerò futurum incertū ſit & obſcurū, ex dictis Xpi cognoſce. Quòd. n. ppea hoc dixerit, audi qd dicat: Vigilate igitur, neſcitis. n. qua hora fur uēturus ſit. Quapp & Paulus dixit. *Quando aūt dicent pacem eſſe et ſecuritatem, tunc repentinus illos imminet interitus: quēad modum dolor partus mulieri in utero habenti, & nequaquam effugient.* Innuit hic aliqd quod & in epla poſteriore. Quādoquidem. n. iſti in adflictionibus quidem erant, illi aūt, qui eos agitabant, in requie, & delicijs, ſubinde pſentia mala iſto reſurrectionis ſermone ſolatus eſt: illi ex auitis enthymematis loquentes calūniabantur ac dicebant, quīdo erit? id quod & prophetę de Iudęis dicebāt: Vę, inqunt, dicentibus, uelociter appropient q̄ facturus eſt deus ut uideamus, & ueniat conſilium ſancti Iſraelis, ut cognoſcamus. Et iterū, Vę deſiderantibus diē domini. Non ſimplr deſiderantes intelligit, ſed eos qui ex incredulitate deſiderabant. Et dies domini tenebrę, inqt, & nō lux. Vide ergo quō eos ſoletur Paulus. Quaſi dicat: Ne hinc ſibi, quòd in delitijs ſunt, argumentū conſtituāt, nō uenturū iudicium. Nam ita quidē & aduenier. Dignū uerò fuerit & illud q̄rere: Si Antichriſtus uēturus ē, & uēturus eſt Helias, quō quando dicent pacem eſſe & ſecuritatem, tunc repētinus illis iminebit interitus? Iſta qp pe non pmittent diem illū clanculū irrepere, cū ſtigna ſint aduentus eius. Sed non uult illud tps eſſe antichriſti oēmq; illum diem, quòd illud Antichriſti tps futurum debeat eſſe aduētus Chriſti ſignū. Ipſe quippe Chriſtus ſignū nō habebit, ſed ſubitò & minimè expectatus ueniet. Atq, inqs, prægnanti mulieri dies partus non incertò imminet. Nouit. n. quòd poſt nouem menſes futurus ſit partus. imo uehemēter obſcurè & incerto. Quędā. n. ſeptimo q̄dem, q̄dam uero nono mēſe peperunt. Præterea & dies ipſa & hora incerta eſt. Hactenus itaq; Paulus iſta de prægnante dixit. Eſt aūt exacta ſimilitudo. Non. n. multa ſunt doloroſæ parturitionis præuia ſigna. Atque ita multę & in uijs, & extra domū ſuā re non proſpecta peperere. Non aūt ſolā diei huius incertitudinē iſta ſiſtitudine ſignificauit, ſed & doloris acerbitatem. Quemadmodum. n. illa interea dū ludit, ridet, nihil oīno proſpicit, ſubitò ineffabilibus laborib⁹ occupatur, doloribusq; parturitionis agitata plangit: ita & aię malorum hēbunt ſub intrante die illo. Et nequaq̄ effugient, inquit. Iſtud quidem nunc dixit: *Vos aūt fratres non eſtis in tenebris, ut dies iſte furis inſtar uos occupet.* Tenebricoſam hic & impuram uitā per tenebras itelligit. Etenim uelut in nocte impuri & flagitioſi hoies cūcta peragūt, quoſuis fallentes, & in tenebris ſeipſos abdētes & continentes. Nā dic mihi, non ueſperā obſeruat adulter? Non noctē pſtolatur fur? Sepulchrorū ſpoliator, non oēm ſuum facinoroſum q̄ſtum noctu habet? Quid igitur? Non ēt eos uelut fur occupabit? Non ēt ipſis incertus imminet dies ille, ſed pſcios reperiet? Quō ergo dicit: Non opus habetis ut uobis ſcribam? Hoc loco non de incertitudine diei huius loquitur, ſed de calamitate quam adferet. Quaſi dicat: Nō ueſtro malo ueniet. Incertus qdē ueniet & ipſis, uerūtamen nulla calamitate eos contriſtabit. Vt dies iſta furis inſtar, inqt, uos occupet. Nam ēt ſi latro ad uigilātes & in luce conſtitutos ſubingrediatur, nihil tamē eos lædere poterit: ita ēt eos q rectè uiuunt, ſed quotquot dormiētes ac de pſentibus pſumentes repererit, hos oībus ſpoliatos abducet. *Omnes.n uos*, inqt, *filij lucis eſtis, & filij diei.* Et quō poſſumus filij diei eſſe? Quemadmodum filij pditionis, filij gehēnæ. Quapp & Xps Phariſæis dixit: Væ uobis, quoniā circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proſelytum: & quū factus fuerit, facitis ipſum gehennę filium. Et Paulus quoq; dixit, Propter q̄ uenit ira dei ſuper filios inobedientię: hoc eſt, qui ea faciunt quę ad gehennā ptinent, quæ inobedientię ſunt. Ita & filij dei ſunt, qui q̄ deo probantur, faciunt. Ad eum modū dicūtur & filij diei & filij lucis, qui q̄ lucis ſunt, faciunt. *Et non ſumus noctis neque tenebrarum. Ne dormiamus ita que ſicut & cæteri, ſed uigilemus ac ſobrij ſimus. Qui nanque dormiūt, noctu dormiunt: & qui inebriātur, noctu inebriantur. Nos aūt qui diei ſumus, ſobrij ſimus.* Oſtendit hic quòd

A hic quòd in die eſſe noſtri ſit arbitrij. In pſenti. nuita, qd ad hanc qdem diem & hanc noctem attinet, nō in noſtra eſt poteſtate, ſed ēt inuitis nobis irruit nox, & nolētibus imminet ſomnus. Quod uerò ad ſpūalem illam noctem & ſomnū attinet, nō itē, ſed poſſumus ſemp uigilare, poſſumus ſemper in die agere. Arę ſiqdem oculos claudere, & malitiæ ſomnū inducere, nō eſt naturę, ſed uoluntatis. Sed uigilemus, inquit, & ſobrij ſimus. Poteſt. n. & q uigilat dormire, dum nihil boni operatur. Quapp ſubiunxit, & ſobrij ſimus. Nam & in die ſiquis uigi lauerit qdem, ſobrius uerò non fuerit, in mille mala incidet. Itaq; uigiliarum intentio eſt ſobrietas.

Qui nanq; dormiūt, inqt, noctu dormiūt: & q ine briantur, noctu inebriantur. Ebrietatem hic dicit, nō eam ſolùm quę ex uino, ſed & quę ex oībus malis eſt. Ebrietas. n. animi ſunt diuitiæ, & pecuniarū concupiſcentia, & corporū amor, & quicqd tale di

B xeris animi eſt ebrietas. Quamobrē aūt malitiam ſomnū uocauit? Eo quod ad uirtutē ignauus ac deſes eſt q malus eſt: deinde oīa imaginatur, nihil ue ri uidet, ſed plenus eſt ſomnijs, & de abſurdis plerū que rebus. Si uerò etiā iucundum qd uiderit, nihil tamen firmum, nihil habet ſolidum. Talis. n. eſt pſens uita. Sōnijs & imaginationibus uanis abūdat. Somnium ſunt diuitiæ, glia, q̄cunq; talia. Qui dormit, ea qdem q̄ ſunt, & uerè ſubſiſtunt, non uidet: q̄ uerò nō ſunt, pro exiſtentibus imaginatur. Talis eſt malitia, & uita q̄ in malitia eſt. Quę ſunt, non uidet: hoc eſt, ſpiritualia, cœleſtia, pſeuerantia, ſed q̄ diſſiluunt, & auolāt, & celeriter a nobis reſiliūt. Nō ſuffecerit aūt uigilare, & ſobrium eſſe, ſed oportet & armari muniriq;. Nam etiam ſiqs uigilauerit qdē & ſobrius fuerit, arma uerò non habuerit, citò conficietur a latromb⁹. Quādo igitur & uigilare oportet, & ſobrietatē cōſeruare, & armis muniri, nos uero inermes & nudi ſum⁹ & dormimus, qs prohibebit latronē iſtum negladio nos cōfodiat? *Induti thoracē fidei & charitatis, loco galeæ ſpē ſalutis.* Fidei, inqt, & charitatis. Vitam huc & doctrinam innuit. Declarauit qd ſit uigilare, & ſobrium eſſe. Nempe thoracem fidei & dilectionis habere. Non autē quamlibet fidem dicit, ſed quemadmodū thoracē non facilē qcquam penetrat, ſed eſt tutum pectoris munimentum: ita & tū fidem & charitatem aiæ tuæ applicato, & nullū ex ignitis diaboli iaculis ifigi poterit. Vbi enim charitatis armis aiæ uirtus protecta & præmunita fuerit, oia fruſtra & inaniter tētabūt inſidiatores. Neque enim uerſutia, neq; inimicitia, neque inuidentia, neque blanditię, neq; hypocriſis aut aliud quicquam ad talem aiam ptingere poterunt. Non ſimplr charitatem dixit, ſed eam quæ ſit inſtar firmi thoracis. Et loco galeæ ſpem ſalutis.

Quemadmodū. n. galea principale membrū eorū q̄ in corpore noſtro ſunt cōſeruat, dū caput circundat & undique tegit: ita & ſpes, cogitationem noſtrā concidere non ſinit, ſed capitis inſtar erigit, nihil extraneū in illam incidere pmittens: donec uerò nihil deciderit, neque ipſa prolabitur. Iſtis. n. armis munita non poteſt unquā cadere. Manet enim fides, ſpes, charitas: deide cū dixiſſet, induite & circūdate, arma & ipſe parat, unde cōſtruitur & fides & ſpes, & charitas quoq; fortior fit. *Quoniam non poſuit nos deus ad iram ſed ad ſalutem acquirendā, p dominū noſtrum Ieſum Chriſtum, qui mortuus eſt pro nobis.* Itaq; nō ad hoc procliuis eſt ut pdat: ſed ad hoc, ut ſeruet. Et quod hoc uelit, unde liquet? filiū ſuū dedit pro nobis. Ita ſaluare nos cupit, ut & filiū ſuum dederit, & non ſimplr, ſed in mortem dederit. Ex his cogitationibus naſcitur ſpes. Ne deſpondeas aium ō homo dū ad deum concedis, q neq; filio ſuo tui gratia pepcit, nec deficias in pręſentis uitæ malis. Qui filiū ſuū unigenitum dedit, ut te ſaluaret, & è gehēna eximeret: cui deinceps parcet, qd ad ſalutē tuam faciat? Speranda ſunt itaque oia bona. Neq; .n. etiam ſi ad iudicem abeundum eſſet, iudicaturum nos quidem, attamen qui tantum dilectionis erga nos oſtēdiſſet, ut & filiū ſuū noſtri gratia occidiſſet, qcquam metueremus. Speremus itaq; iucunda & magna. Caput. n. ac ſummā rei adepti ſumus, ſi credimus. Vidimus enim ipſius exemplar. Diligamus. Eſſet enim extremæ demētię, non diligere eū, q ita erga nos affectus eſt. *Vt ſiue uigilemus*, inquit, *ſiue dormiamus, ſimul cū illo uiuamus. Proinde adhortemini uos inuicē, & ædificet alius aliū ſicut et facitis.* Et iterū, ſiue uigilemus, ſiue dormiam⁹. Aliū illic ſomnū dicit, & alium hic. Quòd. n. hic dicit, ſiue dormiamus, de morte corporali itelligit. Quaſi dicat: Peri cula ne formidetis. Etiā ſi moriamur, uiuemus. Ne deſperes itaq; quòd piculis obrueris. Habes certum pignus. Niſi. n. uehemēti amore erga nos exarſiſſet, filium ſuum utiq; non dediſſet. Itaq; etiam ſi mortuus fueris, uiues. Eteni & ipſe mortuus eſt. Siue igitur moriamur ſiue uiuam⁹, cū ipſo uiuemus. Indifferens eſt hoc. Nihil curo, ſiue uiuā ſiue moriar: cū illo nāq; uiuemus. Oia itaq; uitæ illius gratia faciamus, oia ipſius reſpectu agamus. Malitia, dilecte, tenebræ ſunt. Mors eſt malitia, nox eſt. Nihil uidem⁹ eorum quę oportet, nihil facimus eorum quę conueniūt. Quēadmodū mortui deformes ſunt ac fœtidi: ita & aiæ eorum q in malitia ſunt, multa ſunt impuritate referte, clauſi ſunt ipſorū oculi, os conſtrictū & mutum, immoti pdurant in lectica malitiæ, imo miſerabiliores q̄ qui iſta patiuntur. Iſti qdem utrobiq; mortui ſunt: illi uerò ad uirtutem qdem mortui, uiuentes uero ad malitiam inſenſati ſunt. Mortuum ſiqs etiam percuſſerit, non tamen ſentiet, neq; ulciſcetur, ſed uelut lignū aridum eſt: ita eſt & talis aia. Arida re uera eſt reſpuēs uitam. Mille quotidie uulnera accipit, & nullū tamen ſentit, ſed ſtupida eſt ad oia. Nihil igitur peccauerit, ſiquis eos inſanis cōtulerit, & ebrijs, & deliris. Oia uerò iſta habet malitia, & oīum eſt peſſima. Inſano plurimū a uidentibus ignoſcitur. Non. n. uoluntatis eſt is morbus, ſed naturæ dūtaxat. Qui uerò in corde degit, unde illi morbo ignoſcetur? Vnde ergo malitia eſt? Vnde eſt quòd plures ſunt mali? Dic mihi, unde eſt malitia morborū? Vnde eſt mentis ſtupiditas? Vnde ſōnus grauis? Nō ex ſegnitie? Si naturales morbi ex ai uolūtate oriūtur, multò magis uolūtarij. Ebrietas unde? Nō ex animi incontinentia? Mētis ſtupiditas? Nō ex nimia febris excellētia? Febris uerò, an nō eſt ex abūdātibus in nobis elementis? Abundantia aūt elementorū nō ex ſegnitie eſt? Quando. n. uel defectu, uel abundantia ad imoderationē humores noſtros deduxerim⁹, ignē illū incendimus. Rurſus ſi ſtammā incenſam contemnere prexerimus, pyrā cōtra noſipſos conſtruimus, quā extinguere nō poſſumus. Ita & in malitia ſit. Si cœptā eam non prohibuerimus neq; excide-

Dan. 3. c

Matt. 24. d

Eſaiæ. 5. e

Amos. 5. e

Matt. 23. b

Coloſ. 3. d

1. Cor. 13. d

Βαιὰ σαφῶς λέγει τὸ ἀφροντίστως legit προσδεδεγμένως ut κατὰ πρόνοιαν τελειότητα.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Grimus, neq; deinceps eam ad finem usq; prehendere poterimus, sed ures nostras excedet. Quapp obsecro, omnia faciamus, ne unquã obdormiamus. Non uidetis custodes, quo seipsos sæpe uel parum somno permittentes, oẽm magnæ custodię fructũ amittant? Per modicum.n. illum somnum totum perdunt, dum furari uolenti copiam & ptãtem faciunt. Quemadmodum.n. nos fures non ita uidemus, ut ipli nos uident. ita & diabolus oium potissimum imminet, & insidiatur, ac dentibus frendit. Ne dormiamus itaq;, nec dicamus, nihil hinc dãni, nihil illinc: unde nihil expectabam⁹, sæpenumero spoliati sumus: ita & in malitia hẽt, unde nihil mali metuebamus, hinc pdimur. Cuncta diligẽter circũspiciamus nec inebriemur, nec dormitemus. Ne deliciemur, & nõ dormitabimus. Ne insaniam⁹ ad externa illa, & in sobrietate in finem usq; pseuerabimus, componamus nosipsos undiq;, & quemadmodũ sup funem extensum ambulãtibus nõ licet uel parum negligentibus esse, nam parũ illud magnũ illis malum generaret, mox.n. subuersi decide
H rent ac perirẽt: ita & neq; nobis pigrescere licet. Viã enim incedimus angustam, & utrinq; pcipitijs obnoxiam, pedumq; sil duorum non capacem. Vides qua nobis opus sit diligẽtia? Non uides eos q tam periculosa illa itinera conficiunt, quo non solùm pedes, sed & oculos cõiunt? Quando.n. putauerũt utrinq; attendendum, & si pes firmus steterit, oculi tamen ex subiecta profunditate uertiginem pasi fuerint, toti dilabuntur, sed oportet ut & sibipsis & incessui sil' attendant. Quapp dicit, neq; ad dexterã, neq; ad sinistrã. Multa est malitię profunditas, magna sunt pcipitia, densę subiectæ tenebrę, angustiã obseruemus, cũ timore ac tremore ambulem⁹. Nemo talem uiam ingrediens risu diffunditur, aut ebrietate grauatur, sed sobrius & ieiunus hmõi uiã ambulat. Nemo talem uiam ingrediens supfluum quicq; secum defert: mauult.n. expeditus esse, quo cõmodè illam percurrere queat. Nemo pedes suos obligat, sed liberos esse finit. Nos uerò innumeris curis nosipsos, qsi quibusdam uinculis constringẽtes & mille tpalium rerum onera deferentes, more
I stultorum hiantes ac dissoluti, quo angustam hãc uiam ambulaturos nos speramus? Non simplr illam angustam esse dixit, sed cum admiratione, q̃ angusta est uia, inquit? Hoc est, uehementer angusta est. Hoc faciamus & nos in illis q̃ ualde stupenda sunt. Et stricta est uia, inquit, quæ ad nitã abducit. Et bene dixit: Quoniam.n. & uerborũ, & cogitationum, & actionum, oiumq; aliorũ rõnem reddere oportet, uerè angusta est. Angustiorem uerò nos eam facimus extendentes ac dilatantes nosipsos, pedesq; effundentes. Angusta qppe uia cuiuis q dem difficilis est, maximè uerò simpingenti. Quãtum qsq; seipm macerauerit & extenuauerit, ita & angustiam non sentiet quantum qsq; in angustãm se cogere curauerit, ita neq; pressum se esse q̃retur.

Matt.7.b

I impinguato.

Ne speret itaq; quisquam cœlum se cũ uita remissa uisurum: nequit.n. fieri. Nemo speret se uiam angustam cum deliciis ambulaturum. Est.n. impole. Nemo latam uiam ingressus uitam speret. Si quando igitur balnea uideris, & mensam sumptuosam, aut satellitum comitatu insolescentẽ aliquẽ, ne miserũ te putes, quòd nihil cũ illis participas: sed magis ingemisce, quòd perditionis hic uiam ambulat. Quę enim uiæ istius utilitas est, cùm in tribulationẽ & K
angustiam desinat? Et rursus, quid damni est ab illa angustia, quando ad reqem tendat? Dic mihi: Siqs in regias uocatus, & p angiportus arctiores, & pcipitia ingrederetur, alius uero qsq; ad mortem abducendus p medium forum traheretur: utrum felicem putaremus, utrum deploraremus? An nõ eum q p spatiosam uiam incederet? Ita & nunc, non putemus felices eos q in deliciis agunt, sed eos q non deliciantur. Isti ad cœlum enituntur illi ad gehennam. Et complures illorum fortè ridebuut et ea q̃ dicimus. Ego uerò potissimum pp hoc ipm ploro ac lamentor. Quoniam ne hoc qdẽ sciũt, quorum gratia ridendũ, & quorum maximè sit gratia lugẽdum, sed oia confundũt, turbãt, & tumultuariè pagũt. Propterea illos ego deploro. Quid dicis ho? Resurrecturus es, & actionũ tuarũ rõnem redditurus, extremumq; suppliciũ subiturus, & horũ qdẽ nullã rõnẽ hes, gulã uerò & ebrietatẽ curas? & ad ista pterea rides? At ego te deploro, sciens q̃ mala te maneãt, qd te sit excepturũ supplicium. Et ob hoc
L potissimũ deploro, quòd tu rides. Lugẽ mecũ, deplora mecũ tua ipsius mala. Dic qso, siqs tibi domesticorũ piret, an nõ eos q sup morte ipsius riderẽt, & execrareris, & pro hostib⁹ hẽres, plorares uerò & sil' lugẽtes amares? Eũ itaq; q uxorẽ tuã mortuã sibi propositã ridet, auersaris: eũ uerò q ob animã tibi mortuã lachrymatur, ipse iterea rides, pariter auersaris? Vides qles nos diabolus reddiderit, eoq; deduxerit, ut nobisipsis inimici sim⁹ & hostes? Redeamus ad sobrietatẽ aliquãdo, circũspiciam⁹, uigilemus, uitã eternã insectemur, somnũ excutiamus. Iudiciũ est, supplicii est, resurrectio ẽ, actorũ nostrorũ discussio est. Dominus nẽturus est in nubib⁹, ignis ante faciẽ eius ardebit, & circa ipm tẽpestas uehemẽs, fluuius igne⁹ ante ipm uoluetur, uermis nõ moriẽs, ignis inextinguibilis, tenebrę exteriores, stridor dentiũ. Etiã si mille modis ægreferatis, ego tamẽ ea nõ desinã dicere. Si.n. prophetæ ul' lapidãdi nõ tacebãt, multò magis inimicitias uestras ferre debeo, & nihil ad uestrã gratiã dicere, ne dũ uos seducerem⁹, ipsi dissecemur. Supplicii illic
M imortale ẽ, cõsolatio nulla: q defensionẽ suscipiat, nemo. Quis miserebitur, inqt, icãtatoris, quẽ serpẽs momorderit? Quãdo nostri ipsorũ nõ miseremur ipsi, qs nostri miserebitur, dic qso? Si uideres aliquẽ, q se ipm ferro cõfodiat, posséne illi⁹ misereri aliquãdo? Nequaq̃. Multò magis cũ in proptu sit recte ac prospere agere, si nõ fecerim⁹, qs nostri miserebitur? Nemo. Misereamur nostri ipsorũ. Quando oramus ad deũ, dicẽtes: Miserere nostri domine: dicamus hoc ad nosipsos, & miserescamus nosipsos. In nostra situ est ptãte, ut nostri misereatur deus. Ipse hoc nobis largitus est. Si q̃ mãa digna sunt, si q̃ digna sunt ipsius benignitate, fecerimus, miserebitur nostri de⁹. Si uerò nostri ipsorũ nõ miserebimur, qs nos miserabitur? Miserere proximi, & miserebitur tui de⁹. Quot sunt q te quotidie accedũt dicẽtes. Miserere mei, & tu ne respicis qdẽ? Quot nudi, quot mutili nos accedũt, & nos nihil flectimur, sed supplicationes eorũ repellimus? Quo ergo misericordiã oras à deo, cũ ipse nihil misericordia dignũ facias? Simus mites & humani, sim⁹ ad miam propẽsi, ut ita deo placeamus, & bona diligẽtibus eũ promissa assequamur, gratia & benignitate &c.

Eccli.11.c

A Homilia X.

R Ogamus aũt uos fratres, ut agnoscatis eos qui inter uos laborant, & in domino uobis præsunt, admonent q̃ uos, & habeatis eos in summo pretio p charitatem, propter opus ipsorum, pacem cum illis habete.

Multas pusillanimitatis aocciones præsidentem habere necesse est. Quemadmodum medici multas molestias obire cogũtur, dũ & ægrotos, & uict⁹ rationem, & pharmaca curãt & parãt, uoluptatem quidẽ nullam habentia, plurimã uerò utilitatẽ, & quemadmodũ patres ubiq; filijs molesti sunt, ita & pceptores ac doctores, & multo etiã amplius. Medicus.n. etsi ægroto inuisus & exosus est, erga cognatos tamen eius, q eo libenter utuntur, amicè habet & commodè, erga ægrotum etiam ipsum sępenumero. Et pater tam naturalibus q̃ externis legibus munitus multa libertate principatu suo erga filiũ utitur, & si inuitũ erudierit & pcusserit, nemo est q prohibeat. neq; ipse filius respicere audebit. Sacerdotẽ uerò multa grauat difficultas. Primũ qdẽ uo
B lũtarijs esse debet, & à qbus principatus sui gratiã referat. Hoc aũt non potest statim contingere. Qui .n. alios arguit & increpat, qualis tandem sit, oino amissa gratia, exosus redditur. Eodem modo habebit & q adhortatur alios, & admonet, & ad bona pronocat. Si dixero itaq;, pecunias tuas ĩ egenos effundito: inuisum qd, & molestũ dico. Si dixero, irã castigato, furorem extinguito, absurdã cõcupiscentiam sedato, uel modicã deliciarũ portionem amputato, oia grauia & inuisa. Et si desidẽ castigauero, aut extra ecclesiã ciecero, aut à cõmunibus precationibus abarcuero, dolebit, non ideo quòd ex istis iectus est, sed pp communẽ ac uulgarẽ turpitudinem. Nã & ea quoq; morbi huius intẽtio & uehementia est, ut à spũalibus prohibiti, nõ ideo doleamus quòd tãtis bonis priuamur, sed quòd uidẽtiũ conteptui & turpitudini exponimur. Nõ horre scimus, no formidamus rem ipsam. Quapp Paulus de istis surs̃um ac deorsũ multa uersat ac disputat.

Mat.23.a

Et Christus qdẽ eos tanta coactione subegit, ut dixerit: In cathedrã Moysi collocarũt se scribę & Pharisæi, quæcunq; igitur seruãda uobis pceperint, seruate, secundũ opera uerò eorũ nolite facere. Et rursus cũ leprosum curasset, dixit, Vade, ostẽde teipm sacerdoti, & offer munus tuũ, qd Moyses pcepit, in testimonium illis. Et tu tame ad eos dicis, facitis eum filium gehẽnæ duplo magis q̃ uos. Propterea, inqt, dixi quę faciunt, nolite facere. Oẽm itaq; prætextum & excusationẽ ademit subdito. Paulus uerò et Timotheo scribens dixit: Qui bene præsunt seniores, duplo honore digni habeãtur. Et ad Hebręos quoq; scribẽs dixit: Obedite ijs q uobis præsunt, & obtẽpate illis. Et hic rursus: Rogamus aũtẽ uos fratres, ut agnoscatis eos, q laborãt inter uos, & in domino uobis psunt. Quoniã.n. dixerat, ali⁹ aliũ ædificet, ne putaret inde se in pceptoriã authoritatẽ erectos, subiunxit: ueruntamen uidete, quòd & uobis pceperim ut alius aliũ ædificet. Non potest .n. doctor oia dicere. Eos, inqt, q laborãt inter uos, & uobis præsunt in domino, admonentq; uos. Et qũo, inquit, non absurdum est quod facis? Si qdem homo defensionem tui erga hominem aliquẽ egerit, oia facis, oẽm illi gratiam habes: & cùm hic erga deum partes tuas tueatur, nihil gratię rependis? Et quomodo, inquis, partes meas tuetur? Quia pro

Luc.æ.5.c

1.Ti.5.d

Hebr.13.c

te orat, quia spirituali dono qd̃ p baptismum est ti D
bi ministrat, inuisit te, adhortatur & admonet, me dijs noctibus, si uocaueris, uenit. Et hic nihil aliud reportat, nisi unũ hoc, quòd ori tuo obnoxius est, & blasphemijs tuis maledicti sibi patitur. Qua necessitate coact⁹ est? An bene uel male fecit? Tũ qdẽ & uxorẽ habes & deliciaris, & uitã matiis lucrosã: sacerdos uero ad hoc munus seipsum accõmodauit, nõ aliud ipsi uitæ genus est, sed circa ecclastica uersatur. Et habeatis eos, inqt, in summo pretio, p dilectionẽ, pp op⁹ eorũ. Pacẽ habete cũ illis. Vides qũo cognouerit qbus pusillanimitatibus obnoxij sint tales? Non simplr dixit, diligite, sed in summo, inqt, pretio p dilectionẽ eos habere, uelut filij patres. Per eos nanq; nati estis generatione æterna, p eos regnum adepti estis, p manus eorum oia fiunt, p eos cœlorũ uobis portæ referantur. Nemo dissideat, nemo contratendat. Qui Xpm diligit, qualis qualis tãdẽ sacerdos sit, ipm quoq; diliget, quoniã per eum tremenda mysteria consequutus est. Dic mihi, si cupidus uisendi regias auro multo splẽdentes, & lapidum pretiosorum splendore undiq; coruE scantes, muenires eum qui claues haberet, is autem rogatus abs te confestim illas referaret, introq; te mitteret, an non illum prę oĩbus honorares? an nõ æque ut oculos tuos diligeres? an non adamares? Hic tibi cœlum aperuit, & illũ nec amas, nec ample cteris? Si uxorẽ habes, an non eũ q illam tibi conciliauit oium maxime amas? Ita, si Christũ amas, si amas regnum cœlorum, agnosce eos p quos illud habes. Quapp dicit, pp opus ipsorum, pacem habete cum illis. *Obsecramus uerò uos fratres, admonete inordinatos, consolamini pusillanimes, adiuuate infirmos, patiẽtes estote erga oẽs.* Ad eos hic disputat qui præsunt. Admonete, inqt, inordinatos. Non ex potestate, inquit, neq; ex cõtumacia obiurgate, sed cũ admonitione cõsolamini pusillamines: adiuuate infirmos, patiẽtes estote erga oẽs. Austerus enim & seipsum non agnoscẽs, cõfidentior fit, contẽnens & obiurgans alios. Proinde oportet p admonitionẽ edulcare pharmacũ. Qui sunt aũt inordinati illi? Oino, q contra quam deo probatur agunt. Ipse siqdẽ ecclię ordo, ordo est congruè magis dispositus q̃ sit mili F
taris ille. Itaque & conuiciator inordinatus est, & ebrius inordinatus est, & auarus, & in uniuersum peccatores oẽs. Non.n. ordinatè incedunt in acie, sed distortè, & itinere inuerso. Sed est & aliud peccatorum genus, non tale quidem, attamen malum & ipm. Pusillanimitas nanque & ipsa, simul & desidia, pditionem adferunt. Qui conuicium non fert, pusillo est animo: q tentationem non fert, pusillanimis est. Hic est, q supra petrã seminatus est. Est rursus aliud quoq; genus, infirmitatis nẽpe. Adiuuate, inqt, infirmos. Infirmitas uerò circa fidem accidit, Sed uide qũo non sinat eos conteni. Et alibi quoq; scribens dixit: Infirmantes fide assumite. Nam & in corporibus nostris siqua est infirma portio, perire *Ro.14.a* illam non sinimus. Patiẽtes, inquit, estote erga oẽs, etiam erga inordinatos, & maximè erga illos. Nihil enim huic pharmaco adequari poterit, maximè doctori. Nihil ita commodũ est subditis. Ad pudorẽ oino cogere & flectere potest, etiam oibus agrestiorem & impudentiorem. *Videte ne quis cuiquam malum pro malo reddat.* Si malum pro malo redẽdũ nõ est, multò min⁹ malũ probono, multò min⁹ nullo

Universidad de Deusto Biblioteca

G prævenientе nos malo malū reddere. Malus, inqs, ille est, & me offendit, iniuriaq; plurimū affecit. Vis ipm ulciſci, ne malum reddas. Sine illū impunem euadere. An hactenus ſufficiet? Nequaquā. *Sed ſemper qđ bonum eſt ſectemini, tū ergo uos inuicem tum erga, quoſuis.* Iſta maior eſt philoſophia, non ſolùm mala malis non ulciſci, ſed bonis. Ea qppe uera demum eſt ultio, q̄ & illi damnū, & tibi utilitatem adferet. Immo & illi multā utilitatē ſi uolet. Et ne putes de credentibus dūtaxat hoc dictū eſſe: ppea dixit, tū erga uos inuicem, tū erga quoſuis. *Semper gaudete.* Hoc de tentationibus dicit adflictionem habentibus. Audite, quotquot paupertate, quotquot rebꝰ triſtibus adobruti eſtis. Ex his.n. gaudiū naſcitur. Si.n. talē habuerimꝰ aium, ut neminē ulciſcamur, ſed oibus benefaciamus: unde q̄ſo, triſtitiæ ſtimulus ſubintrare poterit? Qui.n. ita ex eo etiā gaudet quod malis afficitur, undē deiceps triſtari poterit?

H Et quo iſtud poſſibile eſt, inqs? Si uoluerimus, poſſibile eſt: deinde & uiā oſtēdit. *Sine intermiſſione orate, in oībus gratias agite.* Eſt.n. hoc, uolūtas dei, ut ſemper gratias agamꝰ. Hoc animi eſt philoſophici. Mali q̄quā paſſus es? At ſi uoles, malum nō eſt. Gratias age deo, & immutatū eſt malum in bonum. Dic & tu quēadmodū Iob: Sit nomē domini benedictū in ſecula. Quid.n. dic q̄ſo, tale paſſus es, qualia ille? Morbus incidit? At nihil inſolens. Eſt.n. corpus noſtrū mortale & paſſibile. Sed pecuniarū obtigit penuria? At ēt iſtæ diuitię deſpicabiles ſunt & hic manētes. Inſidias & calūnias ab inimicis paſſus es? At non nos illis lædimur, ſed ipſi q̄ faciunt. Aia enim, inqt, q̄ peccauerit, ipſa etiam morietur. Peccat aūt non q̄ malis afficitur, ſed q̄ malis alios afficit. Non ergo ulciſcendus eſt moriturus, ſed magis pro illo orandū, ut a morte eruatur. Nō uidetis apem, qūo pp ſtimulū alicui infixum moriatur? Per hoc aial eruditur nos deus ne proximum lædamus. Ipſi.n. primi mortē ex eo capiemus, & illos forſan parum lædemus quidem: ipſi uerò non amplius uiuemus, quemadmodum neq; hoc aial. Atqui laudat illud ſcriptura, dicēs: Quam operoſa eſt apis, inqt, cuius opus & reges, & idiotæ ad ſanitatē accōmodāt? At nihil hoc eis pſidio eſt ad hoc ne moriātur, ſed omnino pereūdum illis eſt. Si uero illā quamprimū malē egerit, nihil eximit aut liberat reliqua bonitatis abūdantia, multo minus nos. Sunus.n. re uera ex beſtijs ſeuiſſimis, quòd iniurijs primi laceſsimus eos q̄ nihil iniuriarū intulerūt: imo ne ex beſtijs qdē. Si nāq; illas in ſolitudine uictitare pmiſeris, & nō anguſtiādo ī tuēdi ſe neceſsitatē adegeris, nunquā nocebūt, neq; accedēt, neq; mordebūt, ſed uias ſuas abibūt. Tu uero cū homo ſis rationalis, tāto pricipatu honore & gl'ia honeſtatus, beſtias erga eos q̄ eiuſdē ſunt generis imitaris, & fratrē iniuria lędis & deuoras? Ēt unde defendi poteris? Non audis Paulū dicentē: Quare nō potius iniuriā patimini? Cur nō potius damnū accipitis? Sed ipſi iniuriā ſertis: & dāno afficitis, idq; fratres. Vides quòd malis tū afficiaris, q̄do alios malis afficis: & quod beneficiū accipias, quādo malis afficeris? Nam dic mihi: Siqs cōiuciaretur pricipibus, ſiqs uituperaret rerū dominos ac potentes: quē q̄ſo, lęderet? An ſeipſū uel illos? Liqt quòd ſeipſum: deide q̄ principē qdē uituperat, nō illū uituperat, ſed ſeipſum: q̄ uero Chriſtū uituperat p illum, an illum uituperat? Neq̄quā. Qui imagines lapidibus ipetit, quóſnā dilapidat? An non ſeipſum? Itane q̄ imaginem terreni qdem regis lapidibus petit, ſeipſum dānationi adſcribit & adiudicat: q̄ uerò imaginē Chriſti uituperat, (eſt.n. homo imago dei) ſeipſum non lædit?

K ἑαυτὸν κρίνει.

Quouſq; pecunias amabimus, nō ceſſabimꝰ aduerſum ipſas uociferari. Illæ qppe malorum oium ſunt cauſa. Quouſq; inſatiabili iſta cupiditate nō ſatiamur? Quid boni habet aurū? Planè attonitꝰ hac in re factus ſum. Incantatio quædam eſt & pſtigium, quòd aurū & argentū tantopere a nobis honorantur. Animarum itaq; noſtrarum nulla qdem nobis eſt ratio, inanimatarū uero imaginū plurimus cultus. Vnde hic morbus orbē ſubingreſſus eſt? Quiſnā illū exterminare poterit? Quiſnā ſermo ſæuam hāc beſtiā excidere, & funditus pdere ualebit? Inſerta eſt in aīs hominum iſta cupido, ēr eorum q̄ uidētur pij eſſe & religioſi. Pudefiamꝰ ſup euāgelicis ſceptis. Verba dūtaxat in ſcriptura ponuntur: ipſis uerò opibus nuſquā exprimūtur. At q̄s eſt hic ſermo q̄ multis uſqueadeo arridet? Liberos, inqs, habeo, & uereor ne quo pacto eos ī neceſsitatē famis ac penuriæ conſtituā, ne aliquando aliorū opā deſideras mēdicare erubeſcā. Propterea igitur efficis, ut alij mendicēt? Eſtimē, inqs, ferre nequeo. Ideone alios in famē cōijcis? Noſti quāta ſit moleſtia mendicare? quāta fame perire? Miſerere & fratrū tuorū. Pudet eſurire, dic q̄ſo? Rape uerò nō pudet? Times fame perire? Alios nero pdere nō times? Atq; eſurire neq; turpitudinē habet, neq; culpā: alios aūt in iſta conijcere, non ſolū turpitudinē, ſed & pœnā adſert extremā. Fictio ſunt hęc oīa, uerba, & nugæ. Quod .n. iſta non liberorum gratia faciatis, teſtificantur quotquot liberos qdem non habēt, neq; habebūt unq̄: ita tamē laborāt & defatigātur, diuitiasq; cupidē ambiūt, q̄ſi mille liberis eas poſt ſe relinquere poſſent. Non liberorū cura q̄ſtuariū faciūt, ſed aiæ morbus: unde fit quòd & multi liberos nō habentes, pecuniarū gratia inſaniūt. Alij uerò q̄ in multitudine filiorū uiuūt, & tamē ea q̄ habēt contēnūt, in illo die te iudicabūt & condemnabunt. Si.n. liberorū neceſsitas ad pecunias coaceruādas adigeret, oportuiſſet eodē & illos deſiderio eademq; cupiditate teneri. Si uerò non tenētur, nō ex liberorū multitudine, ſed ex pecuniarū amore & cupidine inſanimꝰ. Et quīnā, inqs, illi ſunt, q̄ cū liberis pecunias contēnūt? Multi & paſsi. Si uerò uis & ex uetеribus, dicā. Non duodeci filios habuit Iacob? Non mercenariā uitā uixit? Nō iniuriā paſſus eſt à ſocero? Nō ſępe illū uana ſpe luſit? An coegit ipm filiorū multitudo qcquam eorū q̄ nō oportet tentare? Quid uerò Abrahā? Non cū Iſaac, & multos alios filios habuit? Quid igitur? Non peregrinis q̄ habebat diſpēſabat? Vides quòd non ſolū nihil iniuriæ cuiq; fecerit, ſed & bonis q̄ habebat ceſſerit, nō ſolū benefaciēs, ſed & malēs iniuriā à nepote ferre? Raptorem enim pp deū patiēter ferre maius eſt, q̄ ſpōtē benefacere. Quamobrem? Eò quòd hoc quidem aī fructꝰ eſt, & uolūtaris, unde & facile fit: iſtud uerò uis eſt & uiolentia. Et facilius quis mille talenta ſpōtē dabit, & nihil ſe paſſum eſſe putabit, q̄ ut tres obolos præter animi ſententiā abreptos manſuetē ferat. Itaq; iſtud magis eſt aī philoſophia. Atq; hoc uidemus in Abraham factum. Vidit.n. Loth, inqt, circa iacentē regionē, & erat irrigua uelut paradiſus dei,

L

Iob.1.d

Exec.18.

1. Cor.6. b

Gen.13.d

A dei, & elegit eā. Et hic nihil cōtradixit. Vides quòd non ſolùm iniuriam non intulerit, ſed illam et paſſus ſit? Quid culpam in filios tuos transfers ô ho? Non ideo nobis filios dedit deus, ut q̄ aliorū ſunt, rapiamus. Vide ne hoc dicens deum irites. Si.n. dicis eos tibi rapinæ & quæſtus cām eſſe, uereor ne priueris illis, uelut nociuis, & ad malū ſuadentib⁹. Filios dedit tibi deus, ut ſenē te nutriāt, ut uirtutē ex te diſcant. Nam hac rone genus humanum ad eum modū cōſiſtere uoluit, duo maxima efficiēs. Vnum qdem patres uelut pceptores filijs pficiens, aliud uero, multam illis dilectionem inſerens. Si.n. ſimpli naſcerentur hoies, nō haberet alius ad aliū quicquam naturalis habitudinis. Si.n. nunc exiſtētibus et patribus, & filijs, ac nepotibus multi tamen multos non curant, multo magis tum ita factum fuiſſet. Propterea dedit tibi filios deus. Ne ac cuſes ergo filios. Si uero q̄ liberos habent, nullam prorſus excuſationem habent, quid illi dicent, qui cùm non habeant liberos, circa diuitiarum tamen coaceruationem tumultuantur? At habent & illi p

B textum oi excuſatione deſtitutū. Quiſnam is eſt? Vt loco liberorum, inquiunt, monumentum hēamus diuitiarum. Re uera magna irriſio. Pro pueris, inqs, domus mea imortalis erit gl'ię meę memoria. Non gl'iæ tuæ hō, ſed auaritiæ tuæ memoria erit. Aut non uides quo multi ſplendidas ædes illas cō templati talia inter ſe inuicem ſermocinātur: Quātum ille defraudauit, quantum rapuit, inquit, ut hanc domū ædificaret? Et nūc ipſe qdem cinis factus eſt & puluis, ipſa uerò in aliorū ſortem deuenit. Non igitur gl'iæ tuę memoriam poſt te relinqs, ſed auaritiæ. Et corpus qdem tuum terra obtectū eſt, auaritiæ uerò tuę memoriā, q̄ prolixitate tpum in obliuionem abire poterat, latere non permittis, ſed in ore oium detineri, & uelut in propatulō denuò effodi facis, per hanc domum. Donec.n. ipſa ſteterit, cognomen tuum habens, tua dicta, oio ne ceſſe eſt cūctorum ora aduerſum te referari. Vides ſatius eſſe nihil habere q̄ tantam accuſationem ſuſtinere. Et iſta qdem in hac uita. In futura uerò qd faciemus, dic q̄ſo? Cùm.n. hic tantorum bonorum ſimus domini facti⁹, nemini tamen de illis damus, niſi admodum pauca: qūo quæſtus fraudulentos exuemus? Illos.n. exuere uolens non pauca de multis dat, ſed multo plura q̄ rapuerit, & à rapinis ceſſat. Audi Zacchæus quid dicat: Et oium eorum q̄ rapui, quadruplum reddam. Tu uerò ſi mille talentis raptis paucas drachmas dederis, totū te dediſſe putas, & nō alr afficeris, q̄ ſi plura dediſſes. Atq; hoc quoq; uix facis. Quare? oportet.n. & rapta illa reddere, & de proprijs alia addere. Quēadmodū.n. fur non tum defenſus, & excuſatus eſt, quando rapinā ſolam reddidit, ſed & uitam ſæpenumero adiecit: plerunq; uerò multò pluribus q̄ furatus fuerat reditis liberatus eſt demum, ita & defraudator auarus. Nā & auarus fur eſt & latro, illo ēt tantò peior, quātò uiolētior. Nā ille qdem, & occulendo, & noctu facinus ſuū tentando, plurimum audaciæ & faciноris pcidit, utpote pudore prohibitus peccare; ueritus: hic uero abiecto oi pudore, nudo & apto capite, medio foro q̄ oim sūt, rapit: ſil & fur exiſtēs & tyrānus, nō parietes pfodit, neq; lāpada extiguit, neq; arculā reſerat, nec ſignacula puertit, ſed quid? Iſtis audaciora facit, uidentib⁹ ēt illis quos iniuria

Tomus quartus.

C

Luc.19.b

D afficit. Per ipſam ianuā rapinā ſuam profert, cū ſecuritate oia reſerat, miſeros illos ipſos cogit ſua ipſorum bona expromere, tanta eſt uiolentiæ excellentia. Iſte igitur illis multò eſt ſceleſtior, quāto uidelicet impudentior & uiolentior. Qui.n. dolo qd patitur, dolet qdem, uerūtamen hēt conſolationē non modicam, qd etiam ab eo metuitur, p quē iniuria lędatur. Qui uero ꝑterq̄ quòd malis afficitur, contemnitur ēt, ne uiolentiam quidem ferre poterit. Eſt.n. maior irriſio. Dic mihi, ſiqs adulteriū cū muliere clanculum perpetraret, alius uerò illud uiro ēt uidente faceret, uter uirum hunc magis cōtriſtaret, & maiore moleſtia mordere ualeret? Hic qdem cùm hoc quod malum faceret, ſil ēt contēneret: ille uerò, ſi nihil aliud boni, uel hoc tamē oſtēderet, quòd uirum eum cui iniuriam inferret, metueret. Ita & cū pecunijs. Hic qdē occultē auferens, hoc ipſo læſum honorat, quod clàm aufert: iſte uero manifeſtē ac publicē cum damno ſil & contemptum infert. Ceſſemus igitur q̄ aliorum ſunt rapere, tam pauperes q̄ diuites. Non.n. ad diuites duntaxat hic loquor, ſed & pauperes. Nam & ipſi pauperiores ſe ſpoliant, & artifices opulentiores, & uaſidiores, egentiores & pauperiores uendendo perdunt, & inſtitor inſtitorem, & quotquot foro utuntur. Itaq; malitiā euellere cupio. Non.n. in menſura raptorū & furto ablatorū, ſed in uoluntate furātis ſitū eſt maleficiū. Quòd aūt illi potiores ſint fures & defraudatores, q̄ ne modica qdem contemnunt qn auferant, nouі & memini me uobis declaraſſe, fiqdē & uos adhuc memoria retinetis. Verūtamen nihil hic exactius diſcutiemus. Stent ſil & ipſi cum diuitibus. Eruditamus mentem noſtram deinceps maiora non concupiſcere, plura non appetere. In cœleſtibus uero nunq̄ finem habeat deſiderium plurium, ſed ſp quiſq; plura appetat. In terrenis aūt quiſq; in eo qd neceſſarium eſt perſiſtat, & ſuis contentus ſit, nec amplius quicq̄ querat, ut ita uera bona aſſequi ualeamus, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Xpi, cui laus & gl'ia in ſcla ſclorū, Amen.

E ἀπεμπωλοῦσι.

Homilia XI.

Pūm ne extinguatis, prophetias ne cōtēnatis. Omnia uerò ꝓbate: qđ bonum fuerit retinete, ab oi mala ſpecie abſtinete. Dēla qdam caligo & tenebræ, & nubilū ſup oēm terrā diffuſa ſunt, atq; hoc declarans Apls dixit: Eramus.n. aliquando tenebræ. Et iterum: Vos frēs non eſtis in tenebris, ut dies ille uos tanq̄ fur occupet. Quoniam igitur ſup hanc terrā nox eſt, ut ita dicam, ne lunarē qdē ſplēdorē habēs, & in ea nocte nos icedum⁹: tradidit nobis deus lampadem illuſtrē, incenſam ſpūs ſcti gratia in aiabus noſtris. Sed hanc lucem hi quidem q̄ eū amplexi ſunt, ſplendidiorē fecerūt & claram, ut pote Paulus, Petrus, ut ſcti illi oēs: quidam uerò extinxerunt ēt, ut quinq; illæ uirgines, ut illi q̄ circa fidē naufragiū fecerūt, ut qui in Corintho fornicatus eſt, ut Galatæ imitati. Propterea dicit Paulus, Spūm ne extinguatis: hoc eſt, donum ſpūs. Nā ita ſolet illud uocare, & donum ſpūs. Extinguit āt ſpūm uita impura. Nā q̄uēadmodū ſi quis lucis huius lychniæo & aquā inſpgeret & puluerē, & ſi nihil horū inſpgeret, ſed oleum dūtaxat eximeret, lucē extingueret: ita hēt & donum ſpūs. Siue nāq; res terrenas, & rerū fluxarū curas inſpſeris, extingues ſpiritū, ſiue ēt ſi tu nihil tale feceris, aliūde tamē tēta-

F Ephe.5.b Hic ſu.a.

tionis uehemens impulsus instar cuiusdam uenti irruerit, & flāma ualida non fuerit, aut parum olei habuerit, aut foramen nō obturaueris, uel ostium non occluseris, oia peribūt. Quod uerò est hoc foramē? Quemadmodum in lychno hēt, ita & in nobis, foramina sunt oculi & aures. Ne sinas istis occurrere ualidum malitiæ flatum, alioq lychnū extinguet, sed obtura foramina timore dei. Ianua os est. Claude. Ita. s. occlude, ut & lucem exhibeat, & externum impulsum repellat, utpote, conuiciatus est qsq̄? Vituperauit? Tu claude os tuum. Si. n. illud aperueris, concitabis magis uentum hunc. Nō uides in ædibus quando è regione ac directè duæ ianuæ oppositæ sunt, & flatus uehemēs irruerit, si alteram clauseris, & respiratio prohibita fuerit, quo nihil ualeat efficere flatus, sed plurimùm de robore illius præcidatur? Ita & hic. Duæ sunt ianuæ: Os tuum, & os illius q te uituperat, & probro afficit. Si tuum occluseris, & spirationē non dederis, oēm flatum istum extigues. Si uerò aperueris, effrēnis redditur. Ne extinguamus igitur spūm. Fit aūt sæpenumero, ut ēt nullo externo impulsu incūbēte extinguatur fax, quādo uidelicet oleū deficit, quādo misericordiam nō facimus, extinguitur spūs. Etenim ex misericordia dei uenit ad te spūs. Postea si uiderit fructū hunc misericordię non esse apud te, non manet apud aiam immisericordem. Extincto aūt spū, quid reliquum sit, nostis quotquot in tenebricosa nocte ambulatis. Si uerò de terra in terrā nocte ambulare difficile est & molestum, quo tutum erit eam uiam q̄ ex terra in cœlū tenditur sine hac luce ambulare? Ignoratis quot dæmones sint in istius intercapedinis spatio? quot bestiæ? quot uersutiæ spūales? Si ergo lucē illā spūm habuerimus, nihil nobis incōmodare poterūt: si uerò extinxerimus eā, confestim nos consument, & conficient, confestim oia nostra auferent. Nam & latrones lāpadem primùm extinguunt, & tum demū latrocinantur. Etenim illi quidem in tenebris istis uidēt, quoniam q̄ tenebrarū sunt, faciunt. Nos aūt tenebris istis assueti nō sumus. Ne extiguamus ergo lucem. Quisquis mala actio lucē istā extinguit, & cōuiciū, & uituperiū, & qcqd hmōi dixeris. Quēadmodū. n. in igne, qcqd alienū est ab illo, exitiosum ei est, hoc uerò illū incendit, qđ cognatū est. Siqd aridum fuerit, siqd calidum, siqd igneæ naturæ, flammam spūs incendit. Nihil itaq̄ frigidū, nihil humidum ingeramus. Sūt. n. ista exitiosa. Est & alia exegesis hoc loco. Multi apud Thessalonicēses, alij quidem uerè, alij uerò falsò prophetabāt. Hoc & i ea q ad Corithios est, dicit: Discretio spūum ppea data est. Scelestus. n. diabolus uolebat per hoc ipm donum totum eccliæ negotium euertere. Quoniam nāq̄ utriq̄ de futuris pdicebant, & dæmō, & spūs: sed hic falsa, iste uerò q̄ uera erant dicens, & nō poterat alicunde ueritatis indiciū sumi, impunè aūt utriq̄ prophetabant, quēadmodū & Hieremias, & Ezechiel, & duntaxat tpe prædicto aduentante deprehendebantur, dedit deus discretiones spūum. Quoniam igitur & tunc apud Thessalonicēses cōplures prophetabant, quos & significat dum dicit, Neq̄ p sermonē, neq̄ p epla̅m, tanq̄ p nos, quasi insteret dies domini, hic istud dicit: Quasi dicat, Nō iō quòd pseudoprophetæ apud uos sunt, pp illos & istos prohibebitis & auersabimini. Ne extinguatis eos: hoc est qđ dicit, prophetias ne cōtemnatis. Vides hoc esse qđ dicit, oia probate? Quoniam dixerat, prophetias ne contēnatis, ne putarent qbúsuis hinc aptum esse suggestum, Oia, inquit, probate. i. q̄ ueræ sint prophetiæ. Quod uero bonum est, retinete. Ab oi mala specie abstinete. Non ab illa aut ista, sed ab oi, oia probate, tum falsa tum uera. ut cum certa probatione discernatis, & ab illis abstineatis, istis adhæreatis. Nā ita & uehemēs erit illorum odium, & istorū dilectio, siquando nō temerè & inexpense, sed diligenter & exactè oia fecerimus. *Ipse aūt deus pacis sanctificet uos totos. Et integer uester spūs, & anima, & corpus inculpatè seruetur in aduentum domini nostri Iesu Xpi.* Vide doctoris benignitatem & amorem. Post adhortationem adiūgit & pces, non solùm hoc modo, sed & in literis. Opus. n. est & consilijs & precib⁹. Propterea & nos primùm consulentes, postea pro uobis pcamur. Atq̄ hoc sciunt qui reminiscuntur. Sed Paulus qdē meritò hoc fecit, multam habēs ad deū fiduciam. Nos uerò cōfusi sumus & pusillanimes, at quoniā ad hoc cōstituti sumus, facimus illud indigni qdē q huc fistamur, ut uel extremorū discipulorū locū obtineamus: quoniā uerò & p indignos gratia dei operatur, non pp ipsos, sed pp eos quibus opitulandum est, quod nostrum est, pstamus. Sctificet, inquit, uos totos, & integer uester spūs & aia, & corpus inculpatè seruetur in aduētum domini nostri Iesu Xpi. Quid hic spūm uocat? Donū spūs. Si nāq̄ splendidas habentes lampadas huic decesserimus, introgrediemur ad sponsum. Si uerò habuerimus extinctas, non item. Quapp dicit: Et integer uester spūs. Si. n. ille manserit syncerus & integer, manet & iste. Et anima, inquit, & corpus. Neque enim anima mali quidquam admittet, neque corpus. *Fidelis est, qui uocauit uos, qui illud & efficiet.* Vide aī modestiam. Quia nanq̄ pcatus fuerat, istud subiūgit, quasi dicat, Ne putetis hoc p meas pces futurū, sed p propositum illud dei, quo uos uocauit. Si. n. ad salutem uocauit, & uerax est, oio spōte sua uos saluabit. *Fratres, orate ēt pro nobis.* Papæ, quanta aī modestia? Sed ille modestiæ quidem & humilitatis gratia hoc dixit: nos uerò non modestiæ, sed magnę utilitatis, & necessitatis gratia, & magnum qddā à uobis lucrari uolētes, dicimus, orate ēt pro nobis. Nam ēt si nihil magnæ utilitatis, nihil pclari à nobis caperetis: attamen uel honoris, uel nōis ipsius gratia pro nobis orare debetis. Hēt qsq̄ aliquando filios, & si nihil utilitatis ab eo tulerint: tamen qa pater factus est, hoc forte obijciet, si unum diem non fuerit uocatus pater. Propterea & nos dicimus, orate ēt pro nobis, Nō temerè hoc dico, sed admodum precum uestrarum cupidus. Si. n. otium uestrum præsidem, & tutorem agere debeo, & rōnē redditurus sum: multò magis debeo uicissim, & uestris potiri pcib⁹. Vestri gratia maior mihi redēda est rō: habeā igitur & maius à uobis auxiliū. *Salutate frēs oēs osculo sctō.* Papæ, quātū feruoré? Papæ, quē aīum? Quoniā hoc osculo illos salutare nō poterat absens, p alios eos salutat, ut quādo dicim⁹. Saluta ipm meo nōie: Ita & uos dilectionis feruorē retinete. Nō. n. locorū spatijs detinetur, sed p medias uias seipm extēdit, & ubiq̄ pśens est. *Aduro uos p dominū, ut legatur hæc epla oīb. fr̄ib* Et istud potissimū desiderię, nō adeo doctrinę. Vt & cū illis, iąt, hementia illa & amara uerba proferētes aios pręteruntium non pmouent, ad hanc uiam uenerunt, p quam maximè oblectent. Atq̄ ita eum q in calamitate est, & à fame premitur, magna nostra improbitas coegit, pulchritudinis encomia mendicando proferre. Et utinā hoc solū: qn & aliud gen⁹ est isto peius. Pauperes ēt nostra improbitas præstigiatores esse coegit, & obscœnos, & moriões. Quādo. n. talis quisq̄ calices, & uasa hederacea, & pocula alia digitis aptās, & accōmodās, ueluti cymbalis ludit, & fistulā habens cātica obscœna, amorumq̄ plena p illā canit, & uoce simul inclamat, mox multi circunstant, & alij qdem frustū panis, alij uerò obolum, reliqui aliud qddam pbent, & aliquandiu detinent, atq̄ in eo sese oblectant & uiri & mulieres: qd qso, poterit peius fieri? Non multis suspirijs digna sunt ista? Modica qdem sunt, & modica putantur, magna uerò peccata moribus nostris inserūt, & pariunt. Et enim obscœnum aliqđ dictū, & suauis cantio audita mox mentem emollit, & illam ipsam aīam liquefacit: cū uerò pauper & deum inuocet, & mille nobis bona iprecetur, nulla ipsius habetur ratio, & q pro istis temeraria & uana adfert, admirationi est. Quod uerò mihi iā suggeritur ut uobis dicam, hoc dicam. Quid aūt illud est? Quādo pauptate fueris, ac morbo adobrutus, si nō aliūde, uel à mendicis q p angiportus procedunt, domino gratias agere dísce. Illi nanq̄ oi uita in mēdicitate consumpta & protrita, nec maledicūt, nec indignātur, neq̄ ægreferunt, sed oēm mendicitatis suæ expositionem cum gratiarū actione faciunt, magnu deū & benignum pdicantes. Hic qdem q fame tabefactus est, benignū uocat deū, tu uerò in abundātia uiuens nisi omnia accipias, crudelem illum uocas. Quantò ille melior est? Quo nos cōdemnabit? Cōmunes nobis calamitatū doctores, & cōsolatores p orbem dispersos reliquit deus, nempe pauperes. Passus es qcquam eorum q̄ pręter animi sentētiam accidunt? At nihil tale quale ille. Priuatus es oculo? At ille ambob⁹. Decubuisti morbo prolixo? At ille incurabilē habet. Pedes amisisti? At ille totius corporis sui sanitatē. Dāno magno affect⁹ es? At nōdū eò redactus es, ut aliorū ope indigeas. Gratias age deo. Vides pauperes illos in camino, à multis qdē mendicātes, à paucis uerò capientes? Quādo defatigaris orando, & nihil accipis: cogita quoties audiens iuocantē te pauperē, & nō exaudieris, nec tamē is indignatus sit, neq̄ te uituparit. Quanquā tu qdē ex crudelitate hoc facis, deus uerò ex benignitate, ēt quod non exaudit, facit. Si ergo tu cùm ex crudelitate conseruū non audias, criminari nō me rearis: dominū criminaberis, quòd seruū ex benignitate nō audit? Vides quāta inęqlitas hic sit? quā ta iniustitia? Ista ppetuò cōsiderem⁹, inferiores obseruemus, ut q maioribus calamitatibus premuntur: atq̄ ita deo ualebim⁹ agere gratias. Multis talib⁹ exēplis plena ē uita nostra. Habet aūt doctrinā nō modicā q sobrius fuerit, & attēdere uoluerit, ēt ex oratorijs. Nā ideo & in ecclesijs, & in martyrijs, ante uestibula sedent paupes, ut nos ex illorum ēt conspectu magnam utilitatem capiamus. Etenim cogita, quòd igredientibus nobis terrenas regias nihil tale uisēdū exhibetur, sed uiri & honesti, & illustres, & diuites, & prudētes ubiq̄ discurrūt: i ueras aūt regias (eccliam dico & oratoria martyrum) in-

sermociner. *Gratia domini nostri Iesu Christi sit uobiscū, Amen.* Non simplr illis pcepit, sed cum adiuratione, qđ & ipm est ex animi feruore, ut etiam si ipm contemnerent, pp adiurationem tamen imperatum faceret. Magnum. n. habebant iuramēti metū. Nūc uero & hoc cōculcatum est, & fit plerunq̄, ut castigatus puer & deum iuret, & Xpm eius: atq̄ ita Christianus moritur, & nemo est q attendat, nemo est q curam habeat. Postq̄ uerò proprium etiam filium uicissim adiurauerit pater, mox & inuitus & dentibus frendens, furorē dimittit. Alius rursus tractus, & p medium forū abductus, pśentibus & Grecis, & Iudæis abducentem se adiurat iuramentis horrendissimis, & nemo attendit. [Quid? an non iurant & Græci?] Quando fidelis fidelem, & Christianum adiurat, nemo est q attendat, sed contemnimus ēt. Vultis recenseam uobis factū aliqđ qđ & ipse audiui? Nihil enim fingens dico, sed qđ ex persona audiui fide digna. Puella q̄dam uiro uersuto, scelesto, & fugitiuo cuidā matrimonio cōiūcta erat: illa cū uir multa deliqsset, & ab hera sua diuēdēdus esset, (erāt enim peccata illius maiora q̄ quibus ignosci potuisset,) & mulier illa uidua erat, ipsumq̄ domū eius uastantē punire & castigare non ualebat, sed statuebat eū uēdere. Deide impiū rata, uirū ab uxore sua diuelli, proponebat & puellam alioq utilem huius uxorē, simul uēdere, dūtaxat ut scelesto illo liberaretur. Animaduerso itaq̄ puella seipsam his rebus pplexā, & cōsilij inopē esse, ad uenerandam quandam psonam ueniens, herę suę familiarem, q̄ mihi quoq̄ rē istā narrauit, genibusq̄ ipsius aduoluta, post mille querimonias obsecrauit, ut heram suā pro se oraret, multisq̄ uerbis impensis tandē & hoc adiecit, ut quo potissimū illi, iuramēto uerendissimo inducto psuaderet. Erat aūt hoc iuramentū. Ita ut Xpm, aiebat, i die iudicij uideas, ne preces meas contēnas. Atq̄ his dictis abijt. Illa uerò psona q̄ rogata fuerat, p negotium quoddam, quod, ut in his ædibus euenire solet, inciderat, iuramenti huius obliuiscebatur. Deinde repentè crepusculo pomeridiano uenit illi in mentē uerēdi illius iuramēti, & uehementer cōpuncta abijt, & magna cura ac diligentia pro adflicta orauit, negotiumq̄ cōfecit, atq̄ ea nocte repentè cœlos apertos, ipsumq̄ Xpm uidit: (uidit aūt iuxta qđ mulieri possibile erat uidere) ppea quòd omnino iuramenti rationem habuerat. Quia scilicet iuramēti religione territa fuerat, hanc uisionē meruit. Ista uerò dixi, ne iuramēta contēnamus, maximè quādo uos pro rebus bonis qdam obsecrāt, pro eleemosyna, pro benignitate. Nūc uerò sedēt pauperes amputatis pedibus, uidentes te ptercurrentē, & qa pedibus subsequi non ualent, quasi hamo quodā, sic iuramenti religione te remorari, detinereq̄ sperāt, & porrectis manibus adiurāt ut obolum unū des, aut duos dūtaxat: tu uerò p dominū tuū adiurata ptercurris. Et quidē si uel p oculos, uel per uirum peregrinantē, uel per filiolū aut filiā adiurata fueris, mox obseqris, palpitatq̄ tibi & incalescit aīus: p dominum uerò adiurata ptercurris. Complures uerò noui, quæ Christi qdem audito nomine præterlapsæ sunt: pulchritudinis uerò nomine ab accedentibus laudataæ, mox hilarē frontē induerūt, & emollitę sunt, ac manum porrexerūt. Proinde ad hoc paupes & miseros ade gerunt, ut risum mouere discant. Quoniam. n. ue-

Suspicor legendū, atque ita Christia nō iurat.

Quid nō dicturi sunt Ethnici?

ucl, pasto ralia.

Pauperes ante eccle siæ uestibula sedentes.

Universidad de Deusto Biblioteca

Gredientibus ob oculos mox sunt insani, mutili, pauperes, senes, cæci, membris distorti. Quãobrẽ? Vt tu ex illorum aspectu erudiare. Primùm qdem ut si fastu aliquo extra ecclesiam contracto ingrediaris, uisis illis mox tumorẽ abijcias, & corde conteraris, atq; ita demum ingressus, quæ dicuntur, audias. Non.n.põt audiri, qui cum fastu precatur, ut quando senem uides, pp iuuentutem tuam non superbias. Nam & illi senes, aliquãdo iuuenes fuerũt. Vt si pp militiam & potentatũ regium superbias, cogites ex illis esse q in regijs aulis illustres fuerũt. Vt si sanitate corpis confidas, istos attendens repri mas fastũ. Etenim si sedulo fuerit hic ingressus sanus, nihil sup corporis sui sanitate insolescet: & qui laborat, consolationem accipiet non uulgarem. Non solùm aũt hoc noie hic sedẽt, sed ut & misericordem te faciant, & ad misericordiam flectaris, ut benignitatem dei admireris. Si.n. deum illorũ non pudet, sed in uestibula sua eos collocat, multò minus tu. Ne.s. superbias pp regias terrestres, ne pudeas a paupere inuocatus: & si te accesserit, & ad ge
H nua tua procubuerit, ne repellas. Sunt.n. canes illi qdam ex regijs aulis pclari (non quòd ignominiæ gratia canes eos uocẽ, absit, sed ut uehementer extollam) aulã regiam custodiẽtes. Nutri ergo illos. Honor.n. iste ad ipm regem ascẽdit. Illic oia fastus (in terrenis dico regijs) hic oia ai sunt humilitas. Nihil esse res humanas, ex ipsis potissimum eccl'iæ uestibulis addiscis. Non delectari deum diuitijs, ex ipsis pauperibus ante uestibula sedentibus doceris. Nam cathedra illorum, & collectio tantùm nõ paræneſis est ad uniuersam humanam naturam, clara uoce proclamãs ac dicẽs: Nihil sũt res humanæ, nisi umbra & fumus. Si bonæ essẽt diuitię, pauperes utiq; ante uestibula sua nõ collocasset deus.
Matt.6.c Si uerò & diuites recipit, ne mireris: nõ.n. ppea illos recipit ut diuites maneãt, sed ut ab onere & tumore diuitiarum eos liberet. Audi nanq; qd Xps ipsis dicat, Non potestis, inqt, deo seruire, & mãmonæ.
Ibid.19.c Et rursum: Diues difficilẽ intrabit i regnũ cœlorũ. Et iterũ: Facilius est camelũ p foramẽ acus intrare, q̃ diuitẽ in regnum cœlorum. Propterea recipit di
I uites ut hæc uerba audiant, & ęternas diuitias desiderent, ut ea cõcupiscant q̃ in cœlis sunt. Et qd miraris quòd non dedignatur tales in uestibula sua collocare? Nõ.n. dedignatur eos ad cœlestẽ quoq; mensam suã uocare, & conuiuij huius participes facere. Sed claudus, & mutilus, & senex laceris indut', & unguiũ sorde & nariũ muco despicabilis, sil'cũ iuuene elegãti, cumq; purpurã induto & diademate caput redimitũ habẽte, accedit, mensæ huius cõsors, & spũali conuiuio dignatus, & i.sdem fruũtur utriq;, nec ullũ est inter eos oio discrimẽ. Si Xps ergo non dedignatur eos ad mẽsam sil'cum rege uocare, sil'.n. utriq; uocantur, tu uerò dedignaris, forsan ẽt uideri, qui pauperibus aliquid des, uel duntaxat colloquaris. Papæ, quam arrogantiã? quẽ fastum? Vide ne eadẽ cũ diuite aliquãdo patiamur.
Luc.16.e Dedignabatur ille uidere ẽt Lazarũ, nec intra culmen ac tectum suũ eum recipiebat, sed erat foris, apud portam abiectus, & ne uerbis quidẽ ab eo dignabatur. Sed uide quo in necessitate & penuria cõstitutus & ipse, auxilio uicisi istius destitut' sit. Si.n. nos eorum pudet, quorum Xpin non puduit, pudet ergo nos Xpi, dum pudet amicorum Xpi. Repleatur mensa tua claudis ac mutilis. Horũ gra- K
tia Xps uenit, non diuitum. Rides forsan ista audiens. Itaq; ne putes meũ esse hoc uerbum, audi qd Xps ipse dicat, ne rideas, sed horrescas. Quando Ibid.14
prandium, inquit, facis, aut cœnam, ne uoces amicos tuos, neq; frẽs tuos, neq; cognatos tuos, neq; uicinos diuites, nequo pacto & ipsi te uicissim uocent, & fiat tibi retributio: sed quãdo facis cõuiuiũ uoca egenos, mutilos, claudos, cæcos, & btũs eris, quoniam non habent unde tibi rependant: rependetur aũt tibi in resurrectione iustorũ. Et glia quo que hic maior erit, siqdẽ illam amas. Ex illis.n. liuor qdẽ & inuidentię, & incusationes, & uituperia, ac timor multus, neqd hinc mali contingat, & nõ alr habes q̃ serv' hero addictus, & si maiores sunt, q̃rimonias & ora eorum metuis. Ex istis uerò nihil tale, sed q̃cunq; attuleris, cupidè oia accipiunt. Et multus hic est applausus, splendidior glia, & maior celebritas. At non ita laudabunt eos q diuites, atq; eos qui pauperes uocant, quotquot hoc audierint. Si uerò diffidis, fac periculũ tu diues, qui duces ac
pśides uocas, uoca pauperes, & istis mensam adim- L
ple, & uide an non ab oibus laudaris, an nõ ab oibus ameris, an te non oẽs ut patrem hẽant. Nam illarum qdem cœnarum nullum est lucrũ, pp istas uerò cœlum deponitur, & q̃ in cœlis sunt bona: q̃ cõtingat nos oẽs assequi gratia & benignitate &c.

Commentariorum prioris epistolæ ad Thessalonicenses, finis.

ARGVMENTVM EPISTOLAE POSTERIORIS AD *Thessalonicenses*.

HOMILIA PRIMA.

DIxerat in priore epistola: Quoniam nocte ac die oramus, ut uidere uos liceat: &, cùm non amplius ferremus, soli relicti Athenis: &, Timotheum misim'. Per quæ omnia desiderium suũ quoad hoc propendebat, ut eos accederet, declarauerat. Cum igitur non assequretur forsan, ut ad eos abiret, & quę deerant fidei eorum suppleret, huius gratia posteriorem hanc epl'am adornat, ut quod præsens non poterat, per literas adimpleret. Quòd.n. ad eos non abierit, ex eo conijci potest, quod in hac epl'a scribens dicit: Rogamus autem uos per aduentum domini nostri Iesu Xpi. Nam in priore dixerat, De tpibus & articulis tpum, non habetis necesse ut uobis scribatur. Itaq; si ad eos uenisset, nihil utiq; opus fuisset scribere. Quia uero imposita urgebat quæstio: ppea epl'am hanc adijcit. Quemadmodum.n. in ea quæ ad Timotheum est, dicit: Quoniam fidem quorundam subuertũt qdam, dicentes resurrectionem iam esse factam, ut nihil magni in posternum, aut qd pclarũ sit sperantes fideles, laborũ redderẽtur intolerãtes. Nã quoniam spes eos sustẽtabat, nec ad pśentia fractos ac remissos eẽ sinebat, uidebatur diabolo ut illam q̃si quandã anchorã excideret, & qa falsa esse quæ futura
Supr.2.d
Ibidẽ.3.d
M
Ibidem.
Infrà 2.d
Supr.5.d
VI', Quid inualescet hat qõ.
2. Ti.2.c

A quæ futura pdicebantur psuadere nõ poterat, alia uia aggressus, subordinatis quibusdã hoibus corruptoribus, seducere tentabat psuasos, magna illa & pclara finem iam suũ sortita esse & cõsummata. Itaq; tum qdem dicebãt illi resurrectionẽ iam esse factam: nunc uerò, iminere iudicium & aduentum Christi, ut & Christum mẽdacio obnoxiũ facerẽt. Et ut persuaso nec retributionẽ deinceps illis q malè egerunt fore, nec iudiciũ, neq; pœnã, neq; supplicium, illos redderent cõfidentiores, istos uerò abiectiores. Quodq; oium erat pessimũ, tentabant hi q dem temerè renunciare uerba quędam tanquam a Paulo dicta: illi uerò epl'as quoq; fingere quasi ab
Infra 2.a ipso scriptas. Quapp ut oẽm istis obstruat aditum, dicit, Ne turbemini neq; per spũm, neque p sermonem, neq; per epl'am tanquam per nos missam. Neq;
Ibidẽ 3.d per spũm, inquit, pseudoprophetas taxãs. Vnde uerò sciemus, iquis? Propterea adiecit, Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni epl'a. Ita scribo. Gratia domini nostri Iesu Xpi sit cũ oibus uobis. Non hoc ideo dicit, quod istud sit signum. Po
B tuissent.n. illud & alij imitari, sed quoniam salutẽ meam, inquit, mea manu adscribo, quẽadmodum & apud nos iam fieri solet. Nã ex subscriptione certæ & notę redduntur mittentium literę. Adhortatur aũt eos uehementer à malis ueluti salsamento conditos, tam ex pśentibus laudans, q̃ ex futuris, si ue supplicio, siue bono rum q̃ ipsis pparata erãt retributione excitans. Et locũ hunc dilucidius hic p tractat, ipsum qdem tpis articulum nõ abscondẽs, signum uerò illius Antichristum esse declarãs. Tũ .n. potissimum certus redditur aius imbecillis, nõ si simpl'r audierit, sed si amplius quid didicerit. Et Christus quoque multam huic rei diligentiam & curam impendit, & sedens in monte de oibus quæ ad consummationem seculi pertinẽt exactè ad discipulos disputat. Quamobrẽ? Ne locus esset illis q antichristos, & pseudochristos inducũt. Ponit aũt & ipse multa signa, unũ qdem maximum, dicens:
Matt.24.b Quando prędicabitur euangelium apud oẽs gentes. Et aliud quoq;, ne quod ad aduentũ eius attinet, errarẽt: Sicut fulgur, inqt, ueniet: quod non in
Ibidem. c angulo quodã occulitur, sed ubiq; resplendet. Non
C opus habebit indicatore, ita erit illustris, quemadmodũ neq; fulgur necesse hẽt indicari. Loquut' est
Ioan.5.g & alicubi de Antichristo, cũ dixit: Ego ueni in nomine patris mei, & nõ recepistis me: si alius uenerit in noie suo, hũc recipietis. Et mutuas quoq; illas & ineffabiles calamitates, qbus sese regna mutuo cõfectura dixit, signum fore demõstrauit: & quòd Heliam uenire oporteat. Igitur Thessalonicẽses qdem de his rebus tũ hęsitabãt, nobis aũt utilis facta est illorũ hęsitatio. Nõ.n. solis ipsis, sed & nobis utilia sunt ista, ut puerilibus fabulis, & anilibus nugis liberemur. Aut nõ audistis sępenumero cũ in pueritia essetis, de noie quoq; Antichristi multa quosdã dicere, & de genuflexione? Teneris.n. adhuc mentibus nostris iserit ista diabolus, ut falsum hoc dogma simul nobiscũ accrescat & corroboretur, quo nos seducere queat. Nõ aũt illa de Antichristo, disputans Apl's pterijsset, siqdem utilia fuissent. Ne q̃
Infrà 2.b ramus igitur ea. Nõ.n. ita ueniet, genua flectẽs, sed elatus sup oẽm qui deus dicitur, aut numen, adeo ut in tẽplo dei, uelut deus sedeat, ostẽtans seipsum esse deum. Quẽadmodũ & diabolus ex arrogantia decidit, ita & qui ab eo agitur, ad arrogãtiã inungi D
tur & instruitur. Quapp obsecro, studeamus oẽs procul abesse ab ista arrogãtię affectione, ne in iudicium eius incidamus, ne eidẽ supplicio obnoxij reddamur, ne pœnę ipsius consortes fiamus. Non 1.Ti 3.b
neophytũ, inqt, ne inflatus in iudiciũ incidat diaboli. Inflatus ergo easdẽ pœnas cũ diabolo dabit. Principium.n. superbię est, nõ agnoscere dominum, principiũ pcti est superbia, primus est ipulsus & motus ad malũ. Cõsestim igitur & radix est, & fundamẽtum. Principium.n. aut primũ impetũ ad malũ significat, aut mali subsistentiam, utpote, siqs dicat, principiũ castitatis ẽ abstinere à spectaculo ab surdo, hoc idem est atq; primus motus & impetus. Si uero dixerimus, principiũ castitatis est ieiuniũ, per inde est, atq; fundamẽtum & substãtia: ita & pecca
ti principiũ est arrogantia. Etenim ab ipsa orditur quoduis peccatũ, & ab ipsa sustentatur. Nã q̃cunq; fecerimus bona, p malitiã fit, ut cõsistere nequeãt, quò minus dilabãtur, q̃ uelut radix qdam est, non sinens peccatũ dimouerl'. Id qd hinc clarum est, si
E uideris quantãnã bona phariseus pfecerit, q̃ tamen nihil illi profuere. Radicem.n. peccati non exciderat, sed illa pdebat oia. Manente hac radice, nascitur ex arrogantia contẽptus pauperũ, cupido pecuniarum, libido dominãdi, desiderium multę glię, pronus est ad ulciscẽdum q talis est. Arrogãs.n. ne à maioribus qdem nedũ à minorib' uituperari sustinet, aut mali qcquam ppeti. Vide quo initiũ pec cati sit superbia. Quo uero initium supbiæ est, nõ agnoscere dominũ? Aptissimè. Qui.n. deum agnoscit, ut oportet, q agnoscit filiũ dei usq; adeo fuisse animo humili & modesto, non extollitur: qui uerò ista ignorat, extollitur: ad arrogãtiam qppe imbuit supbia. Nam dic mihi, unde illi qui hostes ecclesiæ sunt, ſdicuntur nõ agnoscere deũ? ſEx arrogantia: uide quò illos ignorantia dei pcipitet. Si.n. spiritũ contritum amat deus, è regione supbis resistit, humilibus uerò dat gratiã. Nullum igitur malum est quod supbię par sit. Ex hoie facit dęmonem, conuiciatorẽ, maledicũ, periurum, mortis ac cędis cupidũ. Supbus ppetuus est in tristib', ppetuò indignatur, ppetuò mœret, nihil est quod hanc animi ipsius affectionẽ exaturare queat. Etiã si regẽ ante F
se procũbere ac procidere uiderit, non satiatur, sed magis incenditur. Quẽadmodum.n. auari, quãtò plura acceperint, tanto pluribus egent: ita & arrogantes, quãtò maiore fruũtur honore, tãtò cupiũt honorari magis. Cresc it.n. illis ista ai pasio: est.n. pasio. Pasio uerò finem non nouit, sed tũ primũ cessat, quando laborantẽ occiderit. Nõ uides ebrios, quo ppetuò sitiant? Est.n. pasio, non naturalis concupiscentia, sed morbus puersus. Non uides ẽt eos, quos bulimiontas uocant, quo semp esuriunt? Est.n. passio, sicut medici dicunt. Curiosi & negotiosi naturę iam fines egressi sunt, quicqd sanè patiantur, non desinunt. Est.n. pasio, & finẽ nescit. Rursus & q scortis delectãtur, neq; ipsi desistũt. Homini, inqt, scortatori quis panis dulcis ẽ, nec prorsus cessat, donec cõsumpserit: sest.n. pasio. At pas- ſ dicũt se nõ esse deũ
siones ista quidẽ sunt, uerũ non icurabiles, sed medicinã & curationem suã habentes, idq; multò magis q̃ corporales. Si.n. uoluerimus, possumus eas ex tinguere. Quomodo ergo poterit quis arrogantiam extinguere? Si deum cognouerit: si enim illa

Sunt qui perpetuò esuriunt, nec comedendo saturari possunt.
ſabsorpt' fuerit.
Eccl.23.c

G hinc est, quod deus non cognoscitur, igitur si cognouerimus eum, expelletur ois arrogantia. Cogita gehennam, cogita eos q te multò potiores sunt, cogita quātorum delictorum pœnas deo debeas. Hæc si cogitaueris, mox ai fastum repſſeris, mox illum flexeris. At neqs ista facere? Imbecillior es? Cogita pſentia, ipſam naturā humanā, q̄ nihil sit hō, si quādo mortuum p forū deferri uideris, liberos orphanos subsequētes, mulierē uiduā plangentē, do mesticos lamentantes, amicos lugētes, cogita rerū præsentium uilitatem & uanitatem, & q̄ nihil ab umbra & sōnijs differāt. Sed non placet istud? Cogita uehementer diuites, q in bellis temere pierūt, ædes intuere eorum q in hac uita magni fuere & il lustres, & nūc in sepulchra & puluerē delatę sunt: cogita quanta potuerint, & quō nunc ne memoria quidem eorum reliqua sit. Etenim quotidie, si uoles, horū reperies exempla, succesiones principū, proscriptiones diuitū. Complures tyranni ad paui mētum usq; humiliati sunt, humilis uerò & de quo nihil tale spabatur, diadema tulit. An non ista quo
H tidie fiunt? An non rotæ sic sunt res nostræ? Lege si placet, & nostra, & extranea. Nā & illa talib⁹ exeplis abundant. Si nostra contēnis, ēt hoc ipm ex arrogantia facis: si quæ philosophorum sunt, admiraris, uel illis accede. Ipsi te instruēt, qui ueteres calamitates narrant, & poetæ, & rhetores, & sophistę, & oratores oēs. Vndiq;, si uoles, inuenies exempla. Si uerò nihil horum placet, ipſam naturam nostrā considera, unde consistat, & quò desinat. Cogita quando dormis qd reputari debeas, an nō & exigua tunc bestia enecare te ualeat. Multis nanq; dormientibus modicum sæpenumero aialculū tecto delapsum, aut oclin ademit, aut alterius cuiusq̄ piculi cā factum est. Quid ergo? An non qbuſuis bestijs iferior es? Sed quid dicis? Quòd rōne p̄ualeas? At ecce rōnem non hēs. Est. n. supbia ai rone desti tuti signum. Qua tandem oio in re, dic qso, supbis? Quòd corpe es ualido & bene sano? At hic irronalia bruta uincūt. Hēt hoc & latrones, & homicidę, & sepulchrorum spoliatores. Sed prudentiæ gratia supbis? At non est prudentiæ supbire. Supbiendo nāq; teipm primùm prudentia priuas. Reprimam⁹ fastus nostros, simus modesti, humiles, & mansueti. Nam tales p̄ oibus & Xps btōs cēsuit, dicens: Bti
I pauperes spu, Et iterum clamauit, dicens: Discite à
Matt. 5.a me, quoniam mitis sum, & humilis corde. Propte-
1bid. 11.d rea & pedes discipulorum lauit, exemplum nobis
Ioan. 13.a præbens ai modesti & humilis. Ex oibus lucrū capiamus, quò bona diligentibus deū promissa adipisci ualeamus, gratia & benignitate &c.

Homilia II.

Aulus & Syluanus, & Timotheus ecclesiæ Thessalonicensium, in deo patre nostro ac domino Iesu
P *Christo: Gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Xpo.* Plericq; hoim nihil nō satagūt & moliūtur, ut & apud principes & eos q potiores sunt aliq̄ gratiam acquirant, magnicq; hoc reputāt, ac felices se arbitrantur, si qd studiosē sectantur, asequuti fuerint. Si ergo apud homines acqsita gratia tanti æstimatur: quantū qso fuerit apud deū re periſſe gratiam? Propterea ppetuò illud eplis suis p̄ mittit, perpetuò illud imprecatur, sciens nihil dein ceps molestum fore, si hoc fuerit, sed q̄cunq; tandē grauia incidant, cūcta dissoluēda & euanitura. Et ut hoc discas, Ioseph seruus erat, adolescēs impi K
tus & minimè astutus, & mox administrandę domui p̄ficiebatur, uiroq; Aegyptio rōnem rerum gerendarum dabat. Scitis aūt q̄ gens ista sit ad iracūdiam prona & immitis. Accedente uero principatu & rerum ptāte, maior redditur animi furor, p̄ ptātem in sublime prouectus. Liquet autem hoc ex ijs q̄ Aegyptius ille postea fecit. Heræ qppe de crimine incusanti morē gesit, q̄q̄ non eorum erat um il latam sustinuisse, qui uestimenta obtinuerāt, sed eius qui exutus erat. Debebat. n. dicere, Si clamasses, effugisset sanè &: si criminis sibi conscius esset, heri utiq; aduentum non fuisset prestolatus. Verūtamen nihil tale cogitauit ille, sed p̄ter rōnem furore totum muertens, insontem in carcerē cōiecit, ita erat oium inconsideratissimus, tāetsi & aliūde poterat hois synceritatem & prudentiā obseruare: uerum qa admodum erat inlipiens, nihil hmōi cogitauit. Ioseph igitur iste, qui & tanti flagitij suspicione erga heram cōmissi p̄mebatur, cui & totius domus cōcredita erat administratio, q & aduena erat & desolatus, & rerū inexptus, quoniā multam illi L
gratiam aspserat deus, quasi nihil esset periculorū, ita cuncta transiuit, siue herę calūniam, siue piculum mortis, siue carceris molestias, & tādem ad regium ēt thronum usq; euectus est. Sciebat igitur btūs iste Paulus quanta esset dei gratia, & ppea eā illis imprecatur. Verùm & aliud quid molitur. Vult illos ad ea q̄ scripturus erat beneuolos reddere, ne resiliant etiam si increpet & castiget. Quapp admonet eos ante omnia gratiæ dei, leniens corda eorū, ut irruente afflictione memores gratiæ dei, p quā ex maioribus saluati erāt, in minoribus animū nō desponderent, sed hinc cōsolationē haberent, quē admodum & alibi scribēs dixit: Si. n. cùm inimici essemus, reconciliati sumus deo p mortē filij eius: multò magis posteaq̄ reconciliati sumus, seruabimur in uita ipsius. Gratia uobis, inqt, & pax à deo patre ac domino Iesu Xpo. *Gratias agere debemus deo semp de uobis frēs, sicuti par est.* Rursus magnæ humilitatis & modestiæ signū. Cogitādum. n. illis ac reputandū exhibuit, quòd si alij uirtutū nostrarū, rerumq; bene gestarū gratia non nos primùm M
admirātur & laudāt, sed deū: multo magis debem⁹ & nos hoc facere. Alioqui uerò & ai os eorū extollit quòd talia patiuntur, quæ non lachrymis neq; lamētis, sed gratiarum actione ad deū, digna sunt. Si uero Paulus pp aliena bona gratias agit, qd patientur q non solùm gratias non agūt, sed & liuore contabescunt? *Quòd fides uestra uehementer crescit, & mutua oium uestra charitas cuiusq; in alterū exuberat.* Et quō potest fides crescere, inquis? Ita. s. si quando illius gratia aduersi quicquam perpessi fuerimus. Magnū qdem est obfirmatū esse, & cogitationibus nullis à scopo dimoueri: allidētib⁹ uerò uētis, decidētibus magno ī petu pluuijs, undiq; insurgēte grauí tēpestate, uicissi & aceruatim appellētib⁹ procellis, si tū nō disturbabimur, nullius alteri⁹ rei signū erit, nisi crescētis & supra modū excrescētis, sublimioris q; factæ fidei nostræ. Quemadmodū. n. i diuuio oia qdem saxea, & grauia, humiliaq; statim periere: q̄cūq; uerò sublimia & cœlestia erāt, ad ea nō prigit diluuiū, ita & fides istorū sublimis facta nō deturbabatur ampli⁹. Quapp nō dixit, crescit, sed uehemēter crescit fides uestra. Et mutua oium

A uestrum charitas cuiusq; in alterū exuberat. Vides & hoc contra adflictiones conferre, nēpe in unū si si' compactos esse, & mutuò p charitatem cohērere. Hinc ēt multa illis consolatio facta est. Itaq; imbecillē quidē charitatem & fidem afflictiones loco dimouēt: robustam uerò robustiorē quoq; faciunt. Aius nanq; in dolore constitutus si fuerit imbecillis, nihil utiq; augmēti recipit: si uerò robust⁹, & tū potissimū augetur. Et uide charitatē: Nō aliū qdem dilexerunt, alium uero minus, sed æqua erat erga quōsuis dilectio. Hoc. n. innuit cùm dixit, mutua oium uestrum cuiusq; in alterum charitas. Erat enim æqualens uelut unius corporis. Nam & nūc apud multos inuenimus esse dilectionem, at ita ut illa ipsa dilectio disidij cā sit. Quando. n. bini uel terni cōiungimur, & duo qdem uel tres, uel q̄tuor uehementer colligātur: à reliqs uerò nosipsos auel limus, dū ad istos refugium hēmus, de istis oia p̄su
B mimus, illud charitatis est diuisio nō charitas. Nā dic mihi: Si oculus oēm prouidentiam & curā quā pro uniuerso corpore hēt, in solam manum deriua ret, ac reliquis membris oibus contemptis, uni isti intenderet, an non totū pderet? Absq; dubio: Ita & nos, si charitatem quam in uniuersam eccl'iam extendere debemus, in unū & alterū coartauerimus, & nobis ipsis & illis totiq; eccl'ię pniciē inferemus. Ista nāq; non sunt charitatis, sed disidij, schismata nēpe & rupturę hiulcę. Nā si ex integro hoie diuulsam aliq̄ portionem ceperis, atq; ipm quidem schisma sibijpsi unitum, continuū, & conglutinatū fuerit, nihilominus etiam hoc pacto schisma est, ppea quod reliquo corpori coadunatū nō est. Quid. n. proderit, quòd aliquē uehementer amas? Humana est ista dilectio. Si uerò nō est humana, sed pp deū illum diligis, dilige oēs. Nam deus ita p̄cepit, ut & inimicos quoq; diligamus. Si uerò inimicos dilige
Matt. 5.g re p̄cepit, quāto magis eos, qui te nihil cōtristarūt?
et Luc. 6. Sed amo, inqs: uerùm nō ita ut oportet. Immo neq;
d amas. Quando. n. criminaris, quādo inuides, quando insidiaris, qūo amas? At nihil, inquis, tale facio. Sed cùm malè audit frater maledicētis os non obturas, ijs quæ ab eo dicuntur facilè credis, nō repri
C mis, cuius sunt ista dilectionis indicia? Et mutua, inqt, oium uestrum charitas cuiusq; in alterū exu-
1. Thess. 1. c berat. *Ita ut nos ipsi in uobis gloriemur in ecclesijs dei.* In priore epla dicit, in oibus Macedoniæ & Achaię
Ibidem. eccl'ijs de fide eorum instructis, sermonem domini inotuisse: ita, inquit, ut opus non hēamus aliqd loqui. Siqdem ipsi de uobis annunciant q̄lem ingressum habuerimus ad uos. Hic uerò dicit, ita ut nos ipsi gl'iemur. Quid ergo est qd dicit? Illic, inqt, non egent nostra doctrina: hic uerò nō dixit, ita ut nos eos doceam⁹, sed ut gl'iemur, & exultemus. Si ergo nos de uobis & gratias agimus deo, & apud hoies gloriamur, multo magis oportet ut uos istud ī nostris bonis faciatis. Si. n. rectè facta uestra alijs digna sunt gl'iatione, qūo nobis lamētis digna sunt, Certè hoc dici neqt. Ita ut nos ipsi, inquit, in uobis gl'iemur in eccl'ijs dei, super tolerātia & fide uestra. Declarat hic multo tpe durasse afflictiones eorū. Tolerantia siqdem ex tpis prolixitate deprehenditur, non in duobus aut tribus diebus. Non āt quāuis tolerantiam dixit. Maximè qdē & promissis bonis non statim frui, tolerātiæ est. Hic uerò maiorē tolerantiam inducit. Quam illam? Eam. s. quæ est perſequutionem. *Sup tolerātia & fide uestra, in omnibus p̄sequutionibus uestris et afflictionibus quas sustinetis.* Inter hostes. n. uiuebant, q indesinenter undiq; incōmodare conabantur, solidamq; & immotam tolerantiā ostēdebant. Pudefiant quotquot humani p̄sidij gratia in aliena dogmata transeunt. Cùm ad huc prædicationis esset initium, hoies pauperes, & ex quotidiano manuū labore uiuentes, uirorū rei publicæ gubernatorū ciuitatisq; primorū inimicitias in se susceperunt, neq; dum rege, neq; principe aliquo fidem amplexante, & bellum implacabile sustinuerunt, & tamē ne sic quidem degenerarūt.

Documentum iusti iudicij dei. Vide quō illis q̄ ad consolationem faciunt coaceruat. Dixerat, gratias 1. Thes. 1.
agimus deo pro uobis dixerat, gl'iamur in uobis a- a
pud hoies. Bona quidem & iucunda erant ista, sed Ibid. 2. d
quòd maximè q in dolore est, q̄rit: hoc est, nempe ut liberetur à malis, & puniātur qui malè sibi uolūt. Quādo nāq; imbecillis est aius, ista maximè q̄rit. Philosophus. n. ne hoc qdem. Quid ergo dicit? Documentum, inqt, iusti iudicij dei. Retributionē utranq; hic innuit, tam eam quæ malefacientib⁹ q̄ E
q̄ mala sustinētibus fiet, quasi dicat, ut quādo uos qdem coronabit: illos uerò puniet, declaretur iusti tia dei. Si' illos & consolatur, ostendēs quòd laborum suorum, fudorumq; gratia etiam scdm iustitię rationem coronandi sunt. Sed primùm ponit qd eos concernebat. Etenim tametsi uehementer q̄sq̄ uindictā cupiat, prius tamen p̄mia desiderat. Quapp dicit: *In hoc ut digni habeamini regno dei: cuius & gratia patimini.* Non ergo ex eo est afflictio, quòd q iniuriā inferunt, potentiores sunt: sed ex eo quòd ad hunc modū oportet ingredi in regnū cœlorū. Per multas. n. afflictiones, inquit, oportet nos in- Act. 14. d
trare in regnum dei. *Siquidē iustū est apud deum, ut ijs qui uos affligunt afflictionem, & uobis qui afflig imini relaxationē nobiscum reddat, in reuelatione domini Iesu q̄ futura est de cœlo cū angelis potētiæ suæ.* Illud, Siqdē, hoc loco pro, sed, positum est: qd & nos in ijs ponimus q̄ uehementer sunt confessa & irrefragabilia. Pro uehemēter iustū est, dixit: Siqdem iustum est coram deo illos ulcisci, oino eos ulciscetur: q̄si dixisset, Si deo rerum cura est, siqd curat & æstimat F
deus. Et non hoc ex sua sinia, sed ex confessis & indubitatis ponit: ueluti diceret, Si odit deus reprobos, ut illos fateri cogat, quod odiat. Sūt. n. potissimum tales sniæ minimè ambigue, ita ut ipsi aduersarij sciant iustum hoc esse. Si n. apud hoies iustum est, multò magis apud deū. Vt ijs, inqt, qui uos affligunt, afflictionem: uobis aūt qui affligimini, relaxationē reddat. Quid? Ergo æq̄ erit retributio? Nequaq̄. Sed uide per ea quæ sequuntur quō ostendat uehementiorem esse malorum retributionem, & bonorū relaxationē multo maiorē. Ecce & alia consolatio, quòd consortes ēt habent afflictionū, & in retributione quoq; cum illis cōicant, qui innumeris modis maiora p̄stiterūt, quibus eos in coronis coniungit. Deinde & tps adijcit, & per descriptionem aios ipsorum subuehit, tantùm non cœlos uerbo iam referans, oculisq; eorū rem ipſam repſentans. Et circundat eum exercitu angelico, tā à loco, q̄ ab ijs qui cum eo uenturi sunt, ampliorem faciēs imaginē, ut eos uel parū refocillet. Et uobis, inqt, q affligimini, relaxationem reddat nobiscū, in reuelatione domini Iesu, q̄ de cœlo erit cum an-

G gelis potẽtiæ eius. *In incendio flammæ uindictã in eos exercentis, qui deũ non cognouerunt, & qui euangelio domini Iesu non obediunt.* Si qui euãgelio nõ obediũt, pœnas dabunt: qd illi nõ patiẽtur, qui ꝑterq́ quòd non obediũt, uos ẽt adfligunt. Vide uerò mihi prudentiam apli. Non hic dixit, qui uos adfligunt, sed qui non obediunt, quasi dicat: itaq; etiam si nõ pp uos, tamẽ pp seipsum necesse habet eos punire. Igitur hoc quidem certitudinis gratia dictum est, ad probandum quòd oporteat reprobos oino puniri, prius uerò rursus ad hoc ut ostendat ẽt eos hinc honorem habere: nã pp uos, inquit, patientur ista. Etenim hoc qdem facit, ut credãt supplicium adflictores suos daturos: illud uerò ut gaudeãt ppea quòd eorum gratia q̃ in eos cõmiserunt, ista passuri sint. Hæc qdem ad illos dicta sunt: conueniunt uerò & nobis. Siquando igitur in adflictionibus fuerimus, cogitemus ista. Nẽ gaudeamus sup aliorũ supplicio, tanq̃ uindicati, sed tanq̃ ab hmõi supplicio & pœna liberati. Quid enim nobis proderit, quòd alij puniuntur? Ne habeamus, obsecro, tales
H aios. Intuitu regni dei incitemur ad uirtutẽ. Qui qdem aio est uehementer dextro, uirtutiq́ dedito, neq; timoris, neq; regni dei intuitu ad uirtutẽ indu citur, ac pmouetur, sed pp ipsum Christum, quẽad modum Paulus fecit. Nos uerò uel hoc pacto cõsideremus q̃ in regno dei sint bona, & q̃ in gehenna mala, atq; ita nosipsos corrigamus & instruamus, ita nos ipsos ad ea q̃ facienda sunt, incitemus & pmoueamus. Si uideris in ꝑsenti uita iucũdum quid ac magnificum, cogita regnum dei, & istud nihil esse putabis: si terribile quid uideris, cogita gehẽnã, & illud ẽt deridebis. Siquando te ceperit concupiscentia corpalis, cogita gehẽnę ignem: cogita q̃ pla nè nullius æstimanda sit peccati uoluptas, q̃ ne uoluptatem quidem habeat. Si. n. earum legum quæ in hoc seculo positæ sunt tantũ potest metus, ut à malis nos actibus cohibeat, multò magis poterit hoc recordatio futurorũ, suppliciũ immortale, pœna sempiterna. Si metus terreni regis à tãtis nos malis abducit, quantò magis regis æterni? Vnde poterimus ergo cõtinuum habere timorem? Si cõtinuè scripturas audierim⁹. Etenĩ si aspect⁹ dũtaxat mortui hoĩs mentem nostram adeò pauore contrahit: quãtò magis gehẽna & ignis ille inextinguibilis? q̃tò magis uermis nõ moriens? Si ppetuò gehennam
I recogitaremus, nõ statim in illã incideremus. Propterea suppliciũ minatus est deus. Nisi aliqd profectus in se hẽret gehennę reputatio, utiq; iam nõ esset illam minatus deus. Verùm quoniã ipsius recordatio magna pòt efficere, ppea cõminationẽ illius quasi salutare quoddã pharmacum aĩs nostris imposuit. Ne cõtemnamus itaq; tãtum lucrum quod hinc generatur, sed hanc gehẽnæ cõminationẽ indesinenter uersemus in prandijs, & in cõuiuijs. Sermocinatio qppe q̃ de rebus est iucundis, nihil prodest aiæ, sed debiliorem eã reddit: q̃ uerò de tristibus est & austeris, quicqd in illa dissolutum ac fluxum fuerit amputat & imutat, laxamq; illã ac mollem contrahit. Nihil eam iuuerit de theatris differens ac mimis, sed magis incenderit & petulãtiorẽ effecerit. Qui aliena curat & curiosè scrutatur, ẽt pericula illi ex ea curiositate sępenumero infligit: qui uerò de gehẽna sermocinatur, is neq; periculũ aliqd hẽbit, & aiam castigatiorem reddit. Sed uereris uerborum grauitatẽ & molestiã? Num si de gehenna tacueris, hinc illam extinxisti? An incẽdisti, si de ea locut⁹ fueris? Siue locutus de illa fueris, siue minus, feruebit oino incendium. Indesinenter de illa dicito, ne quãdoq; in eam incidas. Non potest fieri, ut aĩa de gehẽna solicitè cogitãs citò peccet. Eteni audi admonitionem optimã: Memor, inqt, esto nouissimorum tuorũ, & in æternum nõ peccabis. Ne quit aĩa pœnas metuens nõ esse ad delinquẽdum contabũda. Timor. n. si quidem robustus fuerit in aĩo ac flagrans, nihil in eo mundani relinquet. Si .n. sermo de gehenna factus, ita humiliat & pauidũ reddit, an cogitatio de illa aĩs perpetuò immorata, aĩam non quouis igne magis expurgabit? Regni ñon ita recordemur ut gehenę. Timor. n. promissione potẽtior est & efficacior. Et noui cõplures in numera bona promissa cõtẽpturos fuisse, si de supplicio securi fuissent ac liberati, quandoqdẽ & nũc mihi satis est suppliciũ aut pœna non affici. Nemo eorum q gehẽnam ob oculos habẽt, in gehẽnã incidet: nemo gehẽnam contẽnentium, gehennã effugiet. Quẽadmodum. n. apud nos q quidem iudicia metuunt, iudicijs nõ fiunt obnoxij: q uero contemnunt, illi potissimũ in ea incidũt: ita & hic. Nisi
L subuersionẽ ueriti fuissent Niniuitæ, utiq; subuersi fuissent. Quia uero illam metuebãt, non subuertebãtur. Si diluuiũ ueriti fuissent qui tpibus Noe uixerũt, submersi sanè nõ fuissent. Et Sodomitę si in cendiũ metuissent, cõbusti nõ fuissent. Magnũ malũ est contẽnere minas. Qui minas contẽnit, consestim re ipsa sentiet expientiã. Nihil ita est utile atq; de gehẽna sermocinari. Quouis argento mũdiores nobis aĩas facit. Audi nanq; quid propheta dicat: Quoniã iudicia tua, iqt, in cõspectu meo sunt sem- *Psal.17.d*
per. Et Xps quoq; de illa disputat. Nam ẽt si molestum sit auditori, plurimũ tamen illi prodest. Sunt .n. talia quęcunq; utilia sunt. Etenim & pharmaca καὶ σί-
& reliqua medicamenta ęgrotũ primũ malè hẽnt, τια.
& tunc demum utilitatem adferunt. Si uero uerbo rum grauitatem & molestiam nõ ferimus, manifestum est quòd rerum ipsarum adflictionem nõ feremus. Si nemo sermones eos q de gehẽna dicũtur, sustinet: liquet neminẽ, si ꝑsecutio nos occupasset, ad intentatum ignẽ ac ferrum unq̃ perstiturũ fuisse. Exerceamus auditũ nostrũ ne adeo molleſcat. M
Nam ex eo & ad res ipsas ueniemus. Si assueuerim⁹ audire terribilia, assuescemus ẽt terribilia sustinere: si uero ita molles ac fracti fuerimus, ut ne uerba qdem feramus, quãdo aduersum res ipsas ꝑsistemus? Vides qũo cuncta ꝑsentia & pericula cumulatim irruentia cõtemnat beat⁹ Paulus? Quare? Quia semetipsum ad hoc instituerat ut eorũ gratia quæ deo probantur, etiã gehennam cõtemneret. Illenã que neq; ipsam gehennę experientiam pp amorem Christi, alicuius æstimauit: nos uero pp ea q̃ nobis prosunt, ne dici qdem de illa patimur. Nunc enim mox atq; pauca de illa audieritis, abitis. Obsecro aũt uos, si aliqd dilectionis in uobis est, ut semp de istis sermocinemini. Nihil poterunt nocere, etiã si nihil profuerint. Omnino uero proderũt. Nam ad sermocinationes & colloquia formatur, & cõponi tur aĩus. Corrũpunt. n. inquit, mores bonos collo- *1.Co.15.d*
quia prauа. Prosunt ergo colloqa bona, castigãt ergo & colloquia terribilia. Est. n. animus instar cerę cuiusdam. Nã si quidem frigida colloquia induxe

A ris, solidaueris ipm atq; induraueris: si uerò calida & feruentia, emollieris. Emollitum aũt ad quodcũque uoles finges ac formabis, imaginemq; illi regiã insculpes. Ob turemus igitur aures nostras contra uana colloqa. Non est illinc modicum malum. Cũcta ex eo mala nascuntur. Si exercitatus ad hoc aĩus noster fuerit, ut diuinis sermonibus attendat, alijs non attendet? si alijs nõ attenderit, neq; res ipsas malas sectabitur, aut tentabit. Per sermonẽ. n. itur ad opera: Primum cogitamus, deinde loqmur, postea facimus. Cõplures sæpenumero ẽt tempati & casti p sermones obscœnos ad obscœnos quoq; actus uenerunt. Non est. n. aĩa nostra uel bona uel mala natura, sed uoluntate aut mala fit, aut bona. Quemadmodum. n. uelum eo nauem defert, quocũq; spirauerit uentus, immo quemadmodum ipse clauus nauem defert, si prosper ac secundus fuerit uentus: ita & cogitatio, si secundo & prospero uẽto bona spirauerint uerba, nauigabit absq; piculo: si uerò cõtraria, submergẽt sępenumero cogitationẽ. Qd. n. nauigijs sunt flatus, hoc aĩs sunt sermones, quocunque uoles transferes illos, & curabis.
Eccli.9.d
B Quapp admonens quidam dicit: Ois narratio tua fit in lege altissimi. Proinde obsecro, receptos à nutricibus liberos nõ anilibus fabulis assuefaciam⁹, sed ex primęua mox ætate discant esse iudiciũ dei, infigatur aĩs eorum esse suppliciũ. Hic metus si radices egerit, magna bona operabitur. Aĩus. n. ab ineunte ętate hac futurorum expectatione ad demissionem imbutus, nõ statim hũc metũ excutiet, sed ijsi qdam obsequens equus, uelut sessorem habens, gehẽnæ cogitationem, cõpositè ingredietur, & q̃ utilia sunt loquetur ac dicet, & neq; iuuentus, neq; diuitiæ, neque orphania, neq; aliud quicquam illi nocere poterũt, adeò robustã habẽti cogitationem, & oibus resistere ualentem. His sermonibus cõponamus & nosipsos, & uxores, & seruos, & liberos & amicos, si fieri queat, & inimicos: poterimus .n. istis sermonibus multa pctã amputare. Et meli⁹ fuerit tristibus immorari quam iucundis, id quod hinc manifestum est. Nam dic mihi: Si domum ingressus fueris ubi parãtur nuptiæ, ad horam qdem spectaculo oblectaberis, notiissimè uerò digressus teipm mœstitia macerabis, ppea quòd tãta non ha
C bes. Si uerò domum lugentium intraueris, etiam si ualde diuites fuerint, digressus magis recreaberis. Nõ. n. liuorẽ illinc capies, sed consolationẽ ac refocillationem paupertatis tuæ. Videbis re ipsa quàm nihil boni habeant diuitiæ, nihil mali pauptas, sed utręq; res sint indifferẽtes: Ita & nunc si de delicijs sermocinatus fueris, magis aium dolore obtũdes, non habentem unde pari modo delicietur, si uerò aduersus delicias loquutus fueris, & de gehẽna sermones in mediũ adduxeris, exhilarabit te res ista, plurimumq; uoluptatis pariet. Quãdo nãq; cogitaueris nihil nos delicias aduersus ignẽ illum iuuare posse, nõ inqres eas. Si uero cogitaueris quòd eum magis ẽt incendere soleant, non solùm non ingres eas, sed & auersaberis, & expelles. Ne fugiamus q̃ de gehẽna dicũtur, ut gehennã ipsam effugiamus. Ne fugiamus supplicij memoriam, ne supplicio puniamur. Si diues ille ignẽ hũc cogitasset, utiq; nõ deliqsset: qa uerò nunquam eius in mentem illi uenit, propterea in illũ incidit. Dic mihi homo: Tribuna li Christi cũ sistẽdus sis, oia magis loqueris quàm de isto? Et qdem siquãdo tibi cũ iudice causa est, D
plerunq; uerbotenus dũtaxat, non nocte, non die, non aliquo tpis articulo, nõ aliqua hora aliud qd loqueris, sed semper de causa illa quam agendã habes. Cùm uerò de omni uita tua rõnem redditurus, & pœnas daturus sis, neque alios ẽt pateris qui te iudicij huius admoneant? Atqui ppea cuncta perière semper & intercidère, quòd humano quidem tribunali tpalium rerum gratia sistendi, neminem non mouemus, neminẽ non rogamus, indesinẽter de illo soliciti sumus, oĩa huius gratia facimus: ad tribunal uerò Xpi uenturi, idq; breui, neq; per nosipsos aliqd, neq; per alios facimus, iudicem non rogamus, quãuis multũ nobis spatij ante iudiciũ permittat, nec in medijs nos abripiat peccatis, sed permittat ut illa exuere aggrediamur, & nihil eorũ q̃ ad ipm recidunt, ꝑmittat bonitate illa sua & benignitate. At nihilo plus efficitur. Propterea maius erit suppliciũ. Sed absit ut hoc fiat. Proinde obsecro, uel amodo resipiscamus. Habeamus gehẽnam ob oculos, cogitemus pœnas illas ineuitabiles, ut his reputatis & malitiam fugiamus, & uirtutem eli E
gamus, bonaq; diligentibus deum promissa conse qui ualeamus gratia & benignitate &c.

Homilia III.

Vi quidẽ pœnas dabunt, interitũ scilicet æternum à facie domini, et à gloria potẽtiæ ipsius, cùm uenerit ut glorificetur in sanctis suis, et inclarescat i omnibus qui crediderunt. Complures homines sunt q spes habent bonas, non ex eo quòd peccatis absteneant, sed quòd gehennã putãt, nõ ita uehementẽ esse quẽadmodũ esse dicitur, sed mitiorẽ aliquãto q̃ minę ipsius ꝑferant, deinde & tpalem ac desiturã esse & non æternam, atq; de eo multa philosophantur. Ego qdem non solùm quòd mitior non sit q̃ minę ipsius habeant, sed quòd & uehementior sit, multis ostendere, & ex ipsis uerbis q̃ de gehenna dicuntur euincere & concludere possem: ueruntamẽ iã nihil de istis sermocinabor. Satis. n. fuerit ex nudis ac modicis uerbis factus metus, etiam si mentẽ ipsorum non explicemus. Quòd aũt non sit tpalis ac desitura gehenna, audi Paulum hic de his dicentem: Qui deum non nouerunt, quiq; euangelio nõ F
credunt, quòd pœnas daturi sint, interitum uidelicet ęternum. Qũo igitur ęternum tparium est ac desiturum? A facie, inqt, domini. Quid est hoc? Dicitur hic facilitatem gerendæ rei exprimere. Quoniã μέγαε-
.n. tum & plurimum inflati erant, nõ opus erit, in- φύσων
qt, multo negotio, sed sufficiet aduentare & appare τότε.
re deum, & oẽs mox in pœnis erunt ac supplicio. Prędentia duntaxat ipsius, alijs qdem lux erit, alijs uerò suppliciũ. Et à gl'ia, inqt, potentię ipsius. Cũ uenerit ut glorificetur in sctis suis, & inclarescat in oĩbus q crediderunt. Glorificatúrne deus? ẽt. In oĩbus, inquit, sanctis suis. Quando. n. inflati illi eos quos uerberauerant, quos contempserant, quos irriserant, propè ipsum constitutos esse uiderint, ipsius erit gloria, immo istorum gloria erit, certè & istorum & ipsius: ipsius quidẽ quòd istos non deseruerit, sed illustres exhibuerit: istorũ uerò quod tãto digni habiti sint honore. Quemadmodũ. n. dignitiæ ipsius sunt, esse fideles: ita & gl'ia ipsius est, eẽ q bonis ipsius fruituri sint. Gloria est boni habere quibus beneficia sua tradat. Et inclarescat, inqt, in oĩbus qui crediderunt: hoc est, per eos qui credide

Grunt. Vide rursus illud, in, positum est pro, per. Per illos nanq; præclarus demostrabitur, & apparebit quãdo miseros & calamitosos, innumeraq; mala p pessos, quiq; crediderãt, in tantũ splẽdoris euehet. Tum ipsi⁹ declarabitur potẽtia, quòd tametsi hic uisi sint neglecti ac derelicti, illic tamẽ multa fruãtur glia. Tunc potissimum ois glia & potentia dei demonstrabitur. Qũo? *Eò quòd fides habita sit testimonio nostro erga uos in die illo, ad quod ẽt semper pro uobis oramus.* Hoc est, quando in mediũ adducen tur qui innumeris malis affecti sunt ad hoc ut à fide dilaberentur, & tamẽ retro nõ cesserũt, sed constanter crediderũt, tunc glificabitur deus: tunc apparebit & declarabitur istorũ quoq; glia. Nam ante mortem, inqt, neminem beatũ dixeris. Quapp dicit, in die illo declarabuntur, & apparebunt q crediderunt. Ad quod & semp, inqt, pro uobis oram⁹. *Vt deus noster ista uocatione dignos uos habeat, & omne propositũ bonitatis suæ, et opus fidei, cum potentia cõpleat.*

H Vt dignos, inquit, uos habeat ista uocatione. Nondum. n. ea uocati erant. Quapp subiunxit, & omne
Matt. 22. b propositum bonitatis suæ compleat. Nam & q sordidis erat indutus, uocatus fuerat, sed in uocatione non manserat, sed ob hoc ipsum magis, dignus factus erat qui uocationem hanc ad nuptias amitteret. Etenim & quinq; uirgines, uocatę fuerãt. Exurgite, inquit, sponsus uenit. Et parabant ẽt se, sed nõ sunt ingressæ. Declarans igitur de qua uocatione dicat: subdit: & omne propositum bonitatis suæ, & opus fidei, cũ potentia compleat. Istam, inqt, uocationẽ inqrimus. Vide qũo illos tacitè reprimat. Etenim ne encomiorum excellentia tanq; qui magna pstiterant, inflarentur, & negligentes euaderẽt, ostendit eos adhuc impfectos esse, quousq; in hac
Heb. 12. b uita sint, quod & ad Hebræos scribens dixit: Nondum ad sanguinem usq; restitistis aduersus peccatum decertantes. Omne, inqt, propositum: hoc est, beneplacitum, firmã destinationem & plerophoriam. Vt fiat, inqt, firma destinatio & propositum dei, neqd uobis desit, ut fitis quẽadmodũ uos esse
I uult. Et opus, inqt, fidei cũ potentia cõpleat. Quid hoc est? Tolerãtiam psecutionum intelligit. Ne deficiamus, inquit, *Vt glorificetur nomen domini nostri Iesu Christi in uobis, & uos in illo, secundum gratiam dei nostri, & domini Iesu Christi.* Dixit illic gliam, dicit & hic. dixit, ipsos glificandos, ita ut & gloriaturus sit in eis. Dixit, qd multò est amplius, quòd & deũ glificaturi sint. Dixit eos gliam illam apprehensuros. Sed idem & hic dicit: Glorificato nanq; domino, glificantur & serui. Qui. n. dominum illustrãt, multò magis illustrantur & ipsi, & hoc ipso & fine isto. Gloria qppe est adflictio pp Christũ tolerata, quam ubiq; gliam uocat. Et quãtò maiorem pasi fuerimus ignominiã, tantò reddimur illustriores. Deinde ut & hoc dei esse declaret, dicit, secundum gratiã dei nostri & domini Iesu Xpi. Ipse nobis hãc gratiam dedit, ut glificaretur in nobis, & nos illustres redderet in seipso. Qũo glorificatur in nobis? Quòd nihil ipsi pponimus. Qũo nos glorificamur in ipso? Quòd potentiam & robur ab ipso accepimus, ut malis super nos inductis non cedamus. Nã irruente persecutione, & deus simul glorificatur & nos. Ipsum. n. tum admirantur, quòd adeo nos robustus reddiderit, nos admirantur quòd nosipsos dignè ad ista præparauerimus. Omnia uero ista p gratiam dei fiunt: *Rogamus aũt uos fratres p aduentum domini nostri Iesu Christi, & nostri cõgregationẽ ad ipsum, ne citò dimoueamini à mente ista.* Cap. II. K Quãdo futura sit resurrectio, nõ dixit, quod uerò no iam immineat, dixit. Et nostri, inqt, cõgregationẽ ad ipsum. Non exiguum & hoc est. Vides qũo eos rursus cum encomio & incitamento adhortatur? Quod oino nobiscum appariturus sit ipse, & sancti oẽs, de resurrectione sua dicit, & de cõgregatione nostri. Simul. n. ista fiẽt. Animos eorũ excitat. Ne citò dimoueamini, inquit: *Neque turbemini, siue per spiritum, siue per sermonẽ, siue per epistolam, tanquã p nos missam, quasi instet dies domini. Nequis uos ullo pacto seducat. Nõ. n. aderit, nisi uenerit primũ defectio, & reuelatus fuerit hõ peccati, filius perditionis, aduersarius, & qui extolletur super oẽm qui dicitur deus, aut numen: ita ut in tẽplo dei, uelut deus, sedeat, ostentãs seipm esse deum.* De Antichristo disserit hoc loco, & magna refert mysteria. Quid est quod defectionẽ hic uocat? Antichristum ipm uocat defectionẽ, tanq; plurimos perditurum, & abducturũ. Ita, inqt, ut offenderentur, si
L ὥσε σκανδαλισθῆναι. Matt. 24. b posibile esset, & electi. Et hoiem peccati illum uocat. Innumera qppe mala ppetrabit, inquit, & instituet alios quoq; ut perpetrent. Filium aũt perditionis dicit, ppea quòd & ipse perdetur. Quis uerò is est? An satanas? Nequaq; : Sed homo quispiam oẽm satanę energiam adeptus. Est. n. homo, qui extollet ur super oẽm qui dicitur deus, aut numen. Nõ. n. ad idolatriam abducet ille, sed antitheos quisquã erit, quòsuis deos pessundans, iubebitq; seipsum pro deo coli ac uenerari, & in templũ dei collocari, non Hierosolymitanũ solùm, sed & in ecclesias. Ostentans, inquit, seipsum esse deum. Non dixit, dicens seipm esse deum, sed ostentare tentans. Magnifica si quidem opera faciet, & signa patrabit admiranda. *Non meministis quòd ista uobis, cũ adhuc apud uos essem, dixerim.* καὶ ἔ πειν ταῦτα τοῖς ὑμῖν μασιν. Vides quòd indesinẽter ista dicere, & abũdè uerbis infundere necessarium sit. Et enim uide, psentes ista audierãt, & tamẽ iterũ opus habuerunt eorũ admoneri. Quemadmodum. n. & de futuris adflictionib⁹ audierant, (Cùm. n. apud uos essemus, inquit, pdicebamus uobis quòd adfligendi essemus) & tamen eorũ obliuiscebantur, ut denuò corroborandi fuerint p literas: ita & quamuis de aduentu Christi audierant, iterum tamẽ literis opus habent qbus corrigãtur. Admonet igitur eos, declarans se nihil noui dicere, sed q̃ semper dixerit. Quemadmodum. n. fit apud agricolas, dum semina qdem semel in terram iaciũtur, non tamen semper perdurãt, sed multa cura & molitione opus habẽt, & nisi resarta tellure rursus q̃ seminata sũt contegãt agricolę, spermologis auiculis seminauerint: ita & nos, nisi q̃ seminata sunt, cõtinua memoria coopuerimus, in aerẽ cuncta proiecerimus. Nã & diabolus illa mox raptat, & nostra negligentia p dit, & Sol exiccat, & pluuia diluit, & spinę suffocãt. Itaq; nõ satis fuerit semel dũtaxat seminare, & postea securum esse: sed multa diligentia & assiduitate opus est, abigendo auiculas, excidendo spinas, q̃ lapidosa sunt multa tellure opplẽdo, quòduis nocumentum prohibendo, intercludẽdo, & auferendo. Sed in terra qdem totum òpus agricolæ est. Est. n. illa inanimatum subiectum, ad hoc tantum accõmodum ut operantem se patiatur: in hac uerò spirituali tellure nequaq̃ ita habet. Nõ hic totũ opus

A doctorũ, sed si nõ potior, certè media portio discipulorum est. Nostrum qdem est sementem facere, uestrum uerò q̃ dicuntur exequi, memoriæ beneficio p opera exhibere fructus, spinas radicitus euellere. Spinæ nanq; sunt diuitiæ, nullũ adferentes fructum, & aspectu deformes, & usu iniucũdę, lędẽtes eos à qbus continguntur: non solùm ipsę fructum
Cũ diuitiæ spinis conferuntur. non habẽtes, sed & nascentem fructũ impediẽtes. Tales sunt diuitiæ. Nõ solùm ipm fructum nõ adferunt ęternũ, sed & fructificare uolentes cohibẽt & impediunt. Irrationaliũ camelorum cibus sunt spinæ, alimonia sunt ac sumptus ignis, ad nihil uti les. Tales sunt & diuitię. Nullo sunt usui nisi ad incendiũ camini, ad incendiũ eius diei q ardebit uelut clibanus ad alimoniã affectionũ irrationaliũ, utpote iniuriarũ memoriam, & irã. Talis est etiam
Camelus spinis uescens. camelus spinis uescẽs. Fertur. n. ab ijs qui talia uident, nullum esse ex omnibus iumentis qd ita iniuriam acceptam tenaciter contineat, ita difficilis irę sit, ita malum illatũ recordetur, ut camelus. Tales sunt diuitię, irrationales animi affectiones pascũt.
B rõnales uerò pungunt ac uulnerant, quẽadmodũ spinę faciunt. Durum qd est & scabrum hęc plãta, ultrò nascitur sua sponte. Videamus qũo nascatur, ut ipsam excidamus. In locis præruptis nascitur, in saxosis, i aridis, ubi nulla est humiditas. Igitur sicubi qsquam scaber est & pręruptus: hoc est, immisericors, nascuntur in illo spinæ. Quòd siquãdo illas excidere uolũt agricolę, non ferro hoc faciunt, sed qũo: Ignem illis immittunt, atq; ita uniuersam
Cõbustio spinarũ. telluris malitiam auferunt. Quoniam. n. non satis est supernè illas excidisse, manentibus adhuc infernè radicibus, imo ne radices qdẽ euulsisse. Manẽt. n. ẽt sic in terra, per malitiam ex ipsis contractam, & quasi peste quadam corpus occupante, ita manẽt adhuc reliqæ. Vniuersum uerò telluris humorem, ex spinis conceptũ, quasi quoddam uenenũ, ignis supnè p calorem suum ex ipsis telluris lumbis exhaustum eximit. Quemadmodum. n. [ficus] imposita oẽm ad seipsam malitiam extrahit: ita & ignis oẽm telluris malitiam ex spinis contractam exhaurit, & mundã tellurem reddit. Cuius gratia ista dixi? Ideo scilicet, quòd oporteat oẽm affectionẽ diuitijs consentientẽ undiq; expurgare. Est &
C nobis ignis, q malitiam istam ex ais extrahat. Ignẽ dico spũs. Si illum immiserimus, non solùm spinas cõburere, sed & ipsarum humorẽ exiccare poterimus. Quod si radices egerint, oẽm ludemus operã. Etenim uide: Siquando intrauerit huc diues qs quam, aut mulier opulenta, non curat qũo audiat oracula dei, sed qũo sese ostentet, qũo cum elatione sedeat, cum multa gloria, qũo reliquas oẽs uestimentorum sumptuositate excellat. Et schemate, & aspectu, & incessu ornatiorem seipsam exhibet, & ois cura & solicitudo hæc illi est, num ille uidit? num admiratus est? num bene ornata sum? ne marcescant indumenta, ne rumpãtur, circa hoc ois uersatur cura. Ad eum modum & uir quisquam diues ingressus seipsum erga pauperẽ ostentat, & illũ in timorem sui p indumentorũ amictum constituit, & per copiam seruorum quos habet, p quos adstãtes abiguntur. Ipse uerò ex multo fastu ne hoc qdẽ facere dignatur, sed ita indignũ esse nouit homine libero, ut ipse quãuis uehemẽter instatus illud facere non sustineat, sed seruis committat. Est. n. hoc

D facere uerè seruile, & morum improborũ. Deinde mox sedentem aggrediũtur curę domesticæ undique distrahẽtes, fastus aium occupatũ undiq; quasi qbusdã fluctibus illuit. Putat se plurimũ gratificari & nobis & populo, forsan & deo, quòd domũ dei ingressus est. Qui ergo ita inflatus est, qũo poterit unquam curari? Dic quæso? Siqs medicorum officinam accederet, & non à medico gratiam & opẽ peteret, sed putaret se illi aduentu suo gratificari, relictoq; pharmaco qd debebat uulneri impõere circa uestimenta cõponenda occuparetur: an hic aliq̃ capta utilitate abiret? Ego certè non arbitror. Causam uerò horũ oium, si uultis dicã. Putãt se ad nos ingredi, quãdo huc ingrediuntur, putãt se ex nobis audire q̃ quidem audiunt. Non attendunt, non cogitant ad deum se ingressos, deum cũ ipsis sermocinari. Quando. n. qui lecturus est surgens, dicit: Hęc dicit dominus, & diaconus stans oẽs indicto silentio cõpescit: non ut legẽti honorem exhibeat hoc dicit, sed ei q p illum cum omnibus sermocinatur. Si agnoscerent deum esse qui ista p prophetam dixit, omnem utiq; fastum proijcerent. Si. n. principibus ad eos loquentibus non sustinent foris & obiter dũtaxat attẽdere, multò magis hoc facerẽt deo loquente. Ministri nos sumus dilecti, nõ nostra loq
E mur, sed q̃ dei sunt. Epistolæ quotidie de cœlis uenientes leguntur. Dic mihi obsecro: Siqs iam præsentibus nobis oibus ingrederetur, zonam habẽs aũream, & plurimùm minatus, cunctosq; cõpescẽs missum se à rege terreno, & epistolam de qbusdam necessarijs ad uniuersã ciuitatẽ apportare diceret: an non oẽs ad uos ipsos colligeremini & contraheremini? Nũ igitur & ministro non adhortante plurimum adhiberetis silẽtij? Ego qdem puto. Etenim audiui lectas hic regias epistolas. Itane si à rege qsq̃ missus ueniat, oẽs attenditis: à deo uerò uenit, atq; ex ipsis cœlis loquitur propheta, & nemo est qui attendat? Aut nõ creditis quòd q̃ dicuntur hic à deo sint? Epistolæ istæ sunt à deo missæ. Ingrediamur
F itaq; in eccl̃ias cum honore competenti, & quæ dicuntur audiamus cum timore. At qd, inquis, ingredior, si nõ aliquẽ sermocinantẽ audiero? Istud oia perdidit & corrupit. Quid enim opus est concionatore? Per nostram negligentiam necessitas ista facta est. Quamobrem nanq; concione opus est? Oia clara sunt & plana ex scripturis diuinis, quæcunq; necessaria sunt, manifesta sunt. Sed quia delicatuli estis auditores, delectationẽ audiẽdo uenãtes, propterea & ista quæritis. Nã dic mihi: Quo sermonis strepitu loquutus est Paulus? Et tamen orbẽ cõuertit. Quo uerò Petrus illiteratus? Sed ignoro, inquis, ὁ Πέτρος ὁ ἀγράμματος. q̃ in diuinis scripturis posita sunt. Quamobrẽ? Nũ. n. Hebraicè: num Latinè: nũ alio externo idiomate prolata sunt? Nõ Græcè dicuntur? At obscurè, inquis. Quæ est ista obscuritas, dic ‹so? Non historiæ sunt? Nosti q̃ clara sũt, quòd de obscuris rogas: Mille historię sũt i scripturis, dic mihi unã ex illis: Sed
καὶ λόγοι. nõ dices: Prętexti sunt ista & inania uerba. Quotidie, inqs, eadẽ audiuntur. Quid uerò, dic mihi, an nõ & in theatris eadẽ audis? in ludis circẽsibus nõ eadem uides? An non res oẽs eadem sunt? Sol iste an non semp idem oritur? Nõ cibis iisdem utimur? Vellẽ te rogare, quoniam eadẽ dicis audire te quotidie, ut mihi diceres cuius sit prophetę locus hic q lectus est, aut cuius apli, uel cuius epistolæ: at ne-

Quis dicere,sed putas te noua & peregrina audire. Igitur quādo negligētiæ indulges,dicis esse eadē q̄ audis:quādo uerò rogaris,nó aliter habes q̄ si nunquam audisses. Si eadem sunt,oportebat illa scire, tu uerò ignoras. Lamentis digna sunt ista, lamētis inquā & querelis. quoniā argentarius frustra cudit argentū. Hoc ipso oportebat maximè aiaduertere quod eadē sunt,quòd nullū uobis negotiū facessimus,neq; noua q̄dā aut immutata dicimus. Quid ergo? Quoniam illa dicis esse eadē, nostra uero nó eadē sunt,sed semp noua dicimus, uel istis attendentibus? Nequaq̄. Quòd si dixerimus,quamobrē neque ista cōmenetis? Semel,dicitis,audimus,& quo poterimus ea continere? Si dixerimus,quare illis q̄ legūtur non attenditis? dicitis,semper eadem dicūtur, atque ita undique parata sunt ista negligentiæ fictionisq; uerba,uerùm non semper hæc bene procedent,sed erit tps quādo frustra & inaniter lamētabimur, quod quidem absit, ut fiat,sed magis in hac uita respiscētes, & cum intellectu & pietate ijs q̄ dicuntur attendētes, ad bonorū opum exequutionē properemus, uitamq; nostram cum oī diligētia corrigamus, ut bona diligentibus deū promissa adipiscamur ualeamus gratia & benignitate &c.

H

Homilia IIII.

T nunc quid detineat scitis, ad hoc, ut reueletur ipse in suo tempore. Etenim iam mysterium iniquitatis agit, tantùm qui tenet in præsentia donec è medio tollatur, & tunc reuelabitur iniquus, quem dominus Iesus consumet spū oris sui, et abolebit claritate aduētus sui, eum cuius aduentus est scdm operationē satanæ.

Non immerito q̄sierit qs̄q̄, quid illud sit quod detinet,& postea cognoscere uolet, quánam rōne illud adeo obscurè ponat Paulus. Quid ergo est qđ detinet ad reuelandum ipm, hoc est, qđ prohibet ne reueletur? Alij qdem dicunt spūs esse gratiā, alij uerò Romanum imperium, quibus ego potissimū adstipulor. Nam si spūm uoluisset dicere, utiq; obscurè non dixisset, sed aptè, nimirum qđ & nunc ipm detineat spūs gratia, hoc est, donationes. Alioq aūt oportuisset eum iam uenisse, siquidem spūs scti donationibus cessantibus uenturus esset: etenim iam olim cessarunt. Quoniam uero de Romano impio istud dixit, merito ænigmaticè & obscurè loquut⁹ est. Neq;.n. uolebat superfluas inimicitias,& inutilia pericula suscipere. Si.n. dixisset quoniam adhuc modicum, & destruetur iam Romanum impium, confestim eum defodissent ueluti corruptorem, & credentes oēs, tanquam in hoc uiuentes & decertantes. Et non dixit, citò illud erit, q̄q̄ semper hoc idipsum dicat, sed quid? Ad hoc, inqt, ut reueletur ipse in suo tpe. Etenim iam mysterium iniquitatis agit.

I

Nero. Neronem hic dicit tanq̄ typū Antichristi gerentē: nam ille uolebat reputari deus. Et bene dixit, mysteriū: hoc est, non aptè hoc agit, sicut ille actus est, neq; adeo pfricta fronte & impudenter. Si.n. ante tps illud inuentus est, inquit, qui non multum Antichristo, qđ ad malitiam attinet, inferior sit: qđ mirum si iam cito futurus est? Aptum uerò noluit eum facere, id qđ non pp metum fecit, sed ut nos instrueret, ut non superfluas inimicitias in nos suscipiamus, siquādo nihil est quod necessario urgeat. Ita sanè & hic dicit: Tantùm qui tenet in psentia, donec è medio fiat: hoc est, quando è medio subla

Mota. tum fuerit Romanū impium, tūc ueniet ille. Et nō abs re. Donec.n. impij illius timor fuerit, nemo Antichristo statim subdetur: quādo uerò istud fuerit destructum impium, uacantem impij principatū inuadet, & tentabit ad se rape & hoium, & dei imperiū. Quemadmodū.n. regna illa destructa sunt, quæ ante Romanū impium fuerunt, utpote regnū Medorum à Babylonijs, Babyloniorū à Persis, Persarum à Macedonibus, Macedonū à Romanis: ita & regnū Romanorū ab Antichristo, & ille à Christo, & postea non amplius obtinebit. Et ista nobis Dan. 11.e Daniel cum magna claritate tradit. Et tunc, inqt, reuelabitur iniquus. Et quid post ista? Propè aderit tum consolatio. Quem dominus Iesus, inqt, consūmet spū oris sui, & abolebit claritate aduētus sui, eum cuius aduentus est scdm operationem satanę. Quemadmodum.n. ignis irruens passim minuta aīalcula ēt anteq̄ planè aduenīat procul adhuc dissitus torpefacit & consumit: ita & Xps. Sufficiet solùm iubere, & adesse illum, atq; ista oia peribūt. Seductionem sistet quamprimùm duntaxat comparuerit. Deinde quis ille est, cuius aduētus est secundum opationem satanæ? *In oi potentia, & signis, & prodigijs mendacibus.* Ista prædixit, ne sedu

K

L

cerentur qui tum uicturi erant: hoc est, oēm ostentabit potentiam. sed nihil ueri, uerùm oīa ad seductionem. Et prodigijs, inqt, mēdacij. Aut ementitis ac ludificantibus, aut ad mēdacium inducentib⁹.

Et in omni seductione iniustitiæ, in ijs qui pereunt.

Vt qd igitur, inqs, pmisit hoc deus fieri? Et q̄ est ista dispensatio? Quę utilitas aduentus illius, quādoquidem corruptio sit generationis nostræ? Ne timeas dilecte, sed audi qd ipse dicat: In ijs, inqt, q peunt, potens erit: q etiam si is non uenisset, utiq; non credidissent. Quæ ergo utilitas? Quoniā illorū ipsorū q peunt, obstruētur ora, quo siue ille uenisset, siue non uenisset, Xpo sanè non credidissent. Venit ergo ut eos arguat, & manifestos faciat. Eteni ne tūc dicant, quoniam Xps seipm dixit esse deū, q̄q̄ nusq̄ apertè hoc dixerit: ueruntamen quoniam qui illū sequuti sunt, istud prædicarunt, non credidimus, quoniam audiuimus unum esse deum, ppea non credidimus. Hunc itaq; ipsorum ptextum auferet Antichristus. Quando.n. ille ueniet, & nihil sani p-

M

cipiet, sed oia iniqua ex signis duntaxat mendacibus persuadebit, obserabit ora ipsorum. Si.n. Xpo non credis, multò magis non oportebat Antichristo credere. Nam ille quidem à patre se missum esse dixit, hic uerò contrarium. Propterea dixit Xps, Ioan. 5.e Ego ueni in nomine patris, & non recepistis me: si alius uenerit in nomine suo ipsius, illum recipietis. Sed signa, inquis, uidimus. At & apud Xpm multa facta sunt & magna. Igitur multò magis ipsi debebas credere. Atqui de Antichristo multa sunt pdicta, nēpe, quòd sit iniquus, quod sit filius pditionis, quod aduentus illius sit futurus scdm opationē satanæ: de Xpo uerò cōtraria, quòd sit saluator, quòd inumera bona apportet. *Propterea quòd dilectionem ueritatis non receperunt, adhoc, ut salui fierent, ideo mittet illis deus operationē illusionis, ad hoc, ut credāt mēdacio, ut iudicētur oēs qui ueritati nō crediderūt, sed approbauerūt iniustitiā.* Vt iudicentur. Nō dixit, ut puniātur: Etenim ēt antea puniēdi erant, sed ut condēnētur: hoc est, i iudicio terribili: ut sint inexcusabiles, q nō crediderūt ueritati, sed approbauerunt iniustitiā. Dilectionem ueritatis Xpm uocat. Propterea

A pterea siqdem, inqt, quòd dilectionem ueritatis nō receperunt. Erat.n. utraq;, & p utranq; uenit, & diligens homines, & pro rebus ueracibus. Sed approbauerūt, inqt, iniustitiam. Nam ad pniciem hominū ueniet, ut iniurius illis sit. Quid.n. tum non faciet? Oia mouebit, omnia turbabit, & mandatorū ac metus gratia terribilis erit undiq;, à potestate, à crudelitate, ab iniqs mādatis. Sed ne metuas. In ijs q pereūt habebit uires suas. Nā & Helias tū ueniet

Luc.1.b ut fideles cōmuniat. Et Xps hoc dixit: Helias, inqt, ueniet, & restituet oia. In uirtute & spū Helię ppea

Ioā.10.g dictum est. Neq;.n. signa operatus est sicut Helias, neq; miracula. Nam Ioannes quidem signum, inqt, nullum fecit: quæcunque uerò de illo dixit Ioānes uera erant. Quo ergo in spiritu & uirtute? Et quō in spiritu Heliæ? Hoc dicit: Idem ministerium recipiet. Quemadmodum iste pcursor prioris aduentus, ita ille pcursor erit posterioris & gloriosi Christi aduētus, atq; in hoc custoditur. Ne formidemus ergo, Turbauit qdem auditorum aios, nondum tamen fecit, ut grauia debeant præsentia putare, sed

B magis gratiarum actione digna. Quapp subiunxit: *Nos autem debemus gratias agere deo semper pro uobis fratres à domino dilecti, quòd elegerit uos deus ab initio in salutem, in sanctificatione spiritus & fide ueritatis.* Quo in

ταῦτα γὰρ κ- μῶν ἔσι τὰ σωγε ντικὰ νῆς σω τηρίας.

salutē? ut sanctificaret uos per spūm. Ab istis nanq; salutis nostræ summa dependet nusquam ab operibus, nusquam à rectè factis, sed p fidem ueritatis. Vide illud, in, rursus idem est qd, per. Et sanctificatione spiritus, inquit: *Ad quod uocauit uos per euangelium nostrū, in acquisitionem gloriæ domini nostri Iesu Xpi.* Neq; hoc exiguū est: si gliam suam salutem nostrā æstimat Christus. Est.n. gloria benigni multos esse quos saluet. Magnus est itaq; dominus noster, si saluté nostram ita desiderat spūssanctus. Quare non prius fidem dixit? Quia post sanctificationē ēt multa adhuc fide opus habem⁹, ne dimoueatur. Vides quō declarauerit nihil eorum, sed totum esse dei? Ad qđ, inqt, uocauit uos per euangelium nostrum in acqsitionem glorię domini nostri Iesu Christi.

C *Itaq; fratres state & tenete traditiones, quas didicistis siue per sermonem siue p epistolam nostrā.* Hinc patet quòd nō oia per epistolam tradiderint, sed multa etiam sine literis. Eadem uerò fide digna sunt tam illa q̄ ista. Itaq; traditionem quoq; eccl̄ię fide dignā putamus. Traditio est, nihil qras amplius. Ostendit hic multos à traditionib⁹ istis fuisse dimotos. *Ipse uerò dominus noster Iesus Christus & deus ac pater noster qui nos dilexit cōsolationemq; æternā dedit et spē bonā in gratia, consoletur corda uestra, et cōfortet in omni opere & sermone bono.* Rursus post adhortationē precatio. Hoc .n. demū est uerè auxiliari. Qui dilexit, nos, inquit, & dedit consolationē æternā & spem bonā in gratia. Vbi nunc sunt q filiū imminuūt, ppea quòd in gratia lauacri post patrē nominatur? Nā ecce contrarium hic est. Qui dilexit nos, inqt, & dedit cōsolationē æternā. Quámnā istam? Spem futurorum. Vides quō per modum precationis mentem illorū excitat, dum ineffabilis prouidentiæ, curæq; dei pignora ponit & indicia? Consoletur corda uestra in omni opere & sermone bono. Hoc est p omne op⁹ & sermonem bonū. Nam ista est Christianorū consolatio, ut qđ bonum est & quod deo probatur, faciant. Vide quō animum illorum reprimit. Qui consolationē, inquit, & spem bonam dedit in gratia. Simul eos & sup futuris bene sperantes facit. Si

D .n. talia per gratiam dedit, multo magis futura dabit. Ego sanè dixi, inqt, totum uero dei est, confortare, corroborare, ne dimoueamur, neque deflecta mur. Eteni & nostrū, hoc est & dei, tā dogmatū q̄ faciendorū gratia. Nā hoc consolari est, nepe confortatum esse. Quando.n. quis ab instituto non decidit, oia quęcunq;, sanè passus fuerit, cū multa longanimitate feret: quòd si dimotus fuerit animus, nihil amplius bonarum & germanarū actionū faciet: sed quemadmodū siqs manibus sit fractis, ita & aius dimouetur & frangitur, siquando non fuerit psuasus quòd ad bonū finem tendat, & ueluti occurrat. *Quod superest, orate p nobis fratres, ut sermo do* Cap. III. *mini currat & glorificetur quemadmodum et apud uos.* Igitur ipse qdem pro eis orauit ut confortarentur, petit uerò nūc uicissim ab eis ut oret pro ijs q̄ ipm decebant, non ut nullum sit periculum: nā in hoc positus erat, sed ut sermo domini currat inquit, & glorificetur, sicut & apud uos. Habet & encomium ista petitio. Sicut & apud uos, inquit: *Et ut eripiamur ab absurdis & uersutis hominibus. Non.n. omniū est fides* E Hoc declarātis est in qbus & ipe periculis sit, quod qdem illos potissimum cōsolabatur. Ab absurdis, inqt, & uersutis hominibus. Non.n. omnium est fides. De ijs itaq; dicit qui prędicationi contradicebant, de ijs q resistebant & dogmata impugnabāt. Hoc.n. innuit cùm dicit: Non.n. oium est fides. Videtur aūt mihi non pericula hic innuere, sed contradictores, & q sermonem ipsius impediebant, ut faciebat Alexander ærarius. Nam ualde, inqt, restitit sermonibus nostris. Quasi dicat, tales non sunt 2. Ti.4.e qbus daretur, ac si de patritia sorte dixisset, nō omniū est in regijs militare. Simul uerò & excitat eos. Siqdem tantum habent apud deū fiducię, ut & dōctorem queant à piculis liberare, & pdicationem illi prosperam & liberā reddere. Eadem itaq; & nos dicimus. Nemo nos arrogantię condemnet, neque ex immoderata ai abiectione tāto nos precū suarū adiutorio priuet. Neq;.n. nos eodem hoc aio dicimus, quo Paulus dixit. Nam ille discipulos consola F ri uolens ista dixit: nos uero ut magnum qđ & utile lucremur. Et uehementer credimus si uoluissetis oēs manus uestras unanimiter ad deū pro nostra mediocritate extendere, cuncta uos assequi posse. Ita expugnemus hostes nostros precibus & supplicationibus. Si.n. contra armatos ad eum modum pugnarunt ueteres, multò magis cōtra inermes ita pugnādum nobis est. Ita uincebat Ezechias Assyriū, ita Moyses Amalecitas, ita Ascalonitas Samuel, ita Israel triginta duos reges. Si ubi armis opus erat & exercitu & pugna, relictis armis ad orationē confugerūt: ubi dūtaxat orationibus cōficienda sunt negotia, quō non multò magis orandum est? Sed illic, inqs, q pfidebaut, obsecrabant pro populo, tu uerò petis ut populus oret pro pfidente. Nouū & ego. Nam tunc qdem subditi miseri erant & humiles ac rudes, quapp sola fiducia & uirtute ducis seruabantur. Nunc uerò posteaquam data est gratia dei & in subditos, multos, imo plures reperiem⁹ q magna parte principem excellant. Ne priuetis nos isto auxilio, erigite & sustētate man⁹ nostras ne dissoluātur: apite os nostrū, ne obsecratur: obsecrate deum, obsecrate pp ista. Pro nobis qdem est qđ fit, totum uerò fit pro uobis. Nam ad uestram utilita-

Gtem positi sumus,& q̄ uestra sunt curamus. Oratam seorsim quisq; q̄ in communi. Vide Paulum dicentem,Vt pro dono qd in nos collatū est, p multos agantur pro nobis gratię:hoc est,ut multis det gratia.Si apud homines,quādo populus uiros condēnatos & ad mortē abducēdos ad regē accedens dari sibi petit, & rex multitudine populi pmot⁹ ac placatus sententiā latā tollit & imutat: multò magis & à uobis placabitur deus, non pp multitudinem,sed pp uirtutem.Habemus.n.nos uehementē hostem. Nam quisque uestrum suia ipsius curat & administrat:nos uero q̄ simul sunt omnium. Nostra hæc est portio in q̄ stamus ut bellū conficiamus.Cōtra nos uehementius armatur hostis.Nam in bellis ante omnes conatur ducēm prosternere q contrarius est.Quapp circa illum oēs commilitones cursitant:quapp multa circa illum tumultuatio est,unoquoq; eum eripere satagente, scutis illū obsepiunt,caput ipsius conseruare uolentes. Audite qd ad Dauidem dicat oīs populus:(Non ut Dauidi meipsum conferam ista dico,non ita insanio, H
sed ut populi amorem & beneuolentiā erga princi
2.Reg.21. d pem declarem.)Ne egrediaris, inqunt,ad bellū nobiscum,ne extinguatur lucerna Israelis.Vide quāta cura seni pepcerint. Admodū opus habeo uestris precationibus.Nemo me,quemadmodum dixi, ex moderata animi abiectione isto auxilio & adiutorio priuet.Si nostra fuerit celebria,erūt & uestra illustriora:si nobis doctrina abūde affluxerit, i uos
Exe.34.a istę diuitię redūdabūt.Audi prophetā dicentē:Nū
Act.12.a seipsos pascūt pastores?Vides Paulū continuē istas orationes exquirentē?Audis Petrū hoc pacto è carcere ereptū esse,quòd oratio continua pro illo fieret?Vehemēter credo precationē uestrā multa posse,si tāto fiat cōsensu. Quātò putatis mediocritatē nostrā excedit,ut pro tanto populo ad deū accedā & supplicem? Nā si pro meipso fiduciam precari & impetrare nequeo,multò minus pro alijs. Illustriū nāq; uirorū:hoc est, ut & alijs orēt deū esse propitium,eorum scilicet, q eū sibiipsis primùm mitem ac beneuolum reddiderūt. Qui uerò & ipse deū offendit,quo orabit pro alio?Veruntamen quoniam paternis uos cōplector uisceribus,quoniā charitas
I oīa audet,non solùm in eccłia,sed & domi ante reliqua oīa pro salute uestra tam spūali q̄ corporali precationem facio. Non est.n.aliqua alia precatio q̄ sacerdotem adeò deceat,atq; ut pro populi com-
Iob.1.b. modis priusq̄ pro suijpsius ad interpellandum ad deum accedat.Si.n.Iob mox atq; surgebat pro filijs suis carnalibus tanta faciebat, quantò magis pro spūalibus nos hoc facere debemus? Ad qd autem ista dico?Ad hoc, ut si nos pro uobis oībus precationes & obsecrationes facimus,tametsi tantopere rei istius magnitudini impares sumus, multò magis equum sit ut uos istud faciatis. Est.n.uehementer temerarium & qd multā exigat fiduciam, unū orare pro multis. Multos uerò simul coniunctos pro uno precationē facere nihil fuerit onerosi. Nō
Mat.18.c .n.suæ quisq; uirtutis intuitu hoc facit, sed multitudinis & concordię,qua deus potissimum ubiq; placatur.Nam ubicunq; fuerint duo uel tres cōgregati in nomine meo,ibi sum,inquit Xps, in medio eorū.Si in medio est ubi duo uel tres cōgregati sunt, multò magis est in medio uestri. Quòd.n.qs apud seipsum precatus accipere non poterit, hoc cum multitudine precatus accipiet. Quare? Quia etiā si K
non propria uirtus,tamē concordia multū potest. Vbicunque,inqt,duo uel tres congregati fuerint. Quare de duobus dixit: Eteni si unus alicubi fuerit in nomine tuo,quāobrē nō & illic es? Quia omnes simul esse uolo,& nō diuelli. Cōstipemus itaq; nos inuicē,& colligemus p charitatem: nemo nos separet.Si qsquam est q queritur,si quisquam Ies⁹ est:non hoc in aīo contineat,siue erga proximum, siue erga nos. Hāc à uobis gratiā peto,ut nosipsos accedatis & queramini, & à nobis ipsis excusationē accipiatis.Argue,inquā,proximū, ne fortè non dixerit qd quereris:argue & cōuince,ne fortè nō fecerit qd quereris:& si fecerit,ne qcquam addat.
Aut.n.hoc pacto nos excusaremus ac defenderemus,aut si dānabiles essemus ueniā pęteremus, & tentaremus in posterum non amplius in eadē incidere.Istud & uobis prodesset & nobis.Nā uos quidem prēter rōnem criminati comperta rei ueritate corrigeremini,nos uerò cōperto pctō nostro corrigeremur & ipsi.Vobis qdem non prodest quòd criminamini.Nā suppliciū decretū est illis q quoduis L
otiosum uerbū effutiūt, nos uerò criminibus istis liberabimur siue falsa sint siue uera.Si falsa, ostendentes & probātes ea esse falsa.Si uera, nō amplius ea facientes.Est.n.plurimum necesse, ut qui tanta administrat,multa ignoret, atq; adeò ex ignorātia delinquat.Si nanq; domū qsq; uestrū habes,& uxorem,& liberos,& mancipia, hic quidem plura, ille uerò pauciora gubernās:nihilominus in tam pauciis aiabus plurimum subinde contra animi sententiam,siue ignorans siue ēt corrigere quicquam uolēs,deliquere cogitur: multò magis nobis hoc usu uenit tantæ multitudini pśidentibus.Quin adhuc amplius multiplicet uos dom⁹, & benedicat uos paruulos cū maioribus:licèt.n.magna cura & soli citudo ex populi multitudine nascatur, nō tamen cessamus orādo,ut ea nobis cura augeatur, & hæc multitudo crescat,& plurimū multiplicetur, & infinita reddatur.Nā & patres quanquā ex multitudine liberorū plerūq; obtūdantur,nihilominns tamē nullū ex ipsis amittere cupiūt. Cūcta nobis & uobis paria sunt,& ipsa ēt bonorū principalia.Nō M
.n.nos abundantius & uos minus de sacra mensa participamus,sed pariter & æquè illā utrinque degustamus.Si uerò ego primus, nihil hoc magni fuerit,quandoqdē & apud pueros q senior est,primus ad conuiuiū manū suam immittit.Veruntamē nihil hinc est progatiuè,sed oīa nobis paria sunt, eadem salus,& eadem uita aīas nostras coaptās cum eodem utrinque honore datur. Non de alio qdem ego,de alio uerò uos, sed de eodem agno participamus.Eundem baptismum habemus utrique, spū dignati sumus eodē,ad idem regnū properamus et luctamur utriq;,fratres ex æquo sumus Christi,oīa nobis sunt communia,ubi ergo est in quo ego excellam?In curis,scilicet in laboribus, in solicitudinib⁹,i dolore quo uestri gratia premor.At nihil est isto dolore suauius.Nā & mater pro filio suo dolēs dolore delectatur,solicita est pro natis suis,gaudet & lętatur sup curis suis.Quanq̄ cura in seipsa amara est,attamē quādo impēditur pro liberis, multū habet uoluptatis. Cōplures uestrū genui: uerùm etiā post partum corripior doloribus.Apud corporales quidem parētes pcedunt parturitionum do-

A lores,& tunc partus subsequitur: hic uerò ad extremū usque suspiriū dolores sunt,ne q̄ ēt post partū fiat abortio:atq; ita desiderio obtūdor ego. Nā ēt si alius qsquam est plerunq; q genuit,ego tamē curis rumpor.Neq;.n.ex nobisipsis generamus,sed totum est gratiæ dei.Si ergo utriq; per spiritum generamus,non peccauerit aliquis, si & eos q à me nati sunt,illi⁹,& eos q ab illo meos esse dixerit.Hęc itaq; oīa cōsiderate,& manus porrigite,ut gloriatio nostra sitis,& nos uestra i die domini nostri Iesu Xpi: quam contingat nos omnes cum fiducia uidere in Christo Iesu domino nostro &c.

Homilia. V.

Idelis est aūt dominus, qui stabiliet uos & custodiet à malo. Cōfidimus aūt per dominum de uo-
f *bis,quòd quæ pcipimus uobis,& faciatis, & facturi sitis. Dominus uerò dirigat corda uestra in dilectionē dei & patientiam Christi.* Neque oportet nos totū sanctorum orationib⁹ cōmittentes otiosos esse & malitię attendere,neminemq; iuuare,neq; rursus q̄
B bona sunt operatos,auxiliū illud contemnere. Nā plurimum pōt, & magna est precatio q̄ pro nobis fit,sed quando & nos coopamur.Quapp & Paulus posteaquam pro illis pcatus est,rursus authoritatē ex promissione inducēs dicit,fidelis est aūt dominus q stabiliet uos,& custodiet à malo. Si.n.elegit uos ad salutem,nō fallet,neq; perire uos permittet. Ne uerò per ista ad desidiam eos inducat, & ipsi totum dei esse putantes obdormiant,uide qūo & ab ipsis cooperationem expetat,dicens: Confidimus aūt per dominū de uobis, quòd q̄ præcipimus uobis,& faciatis,& facturi sitis. Fidelis qdem est de⁹, inquit:& quia salutem promisit,oīno saluabit, sed quemadnodum promisit.Qūo promisit?Si uoluerimus,& audierimus ipm,non simplr,neque otiosi uelut ligna & lapides.Bene uerò illud, confidimus per dominum,posuit:quasi dicat,benignitati ips⁹ credimus.Rursus eos reprimit,totum ad deū applicans. Nam si qdem dixisset: Confidimus aūt per uos,fuisset quidē magnum encomiū,uerùm interea non ostendisset illis oīa in deum esse reiicienda. Si uerò dixisset: cōfidimus aūt per dominū,quòd cu
C stodiet uos,& nō adiecisset,de uobis:&,quod quæ pcepimus uobis,& faciatis & facturi sitis, otioliores eos ac pigriores reddidisset, ex eo quòd totū in diuinam potentiā coniecisset. Nam oportet quidē totum in deum proijcere,sed ita ut & ipsi opemur, & labores,& certamina aggrediamur. Et ostendit, quòd tametsi uirt⁹ dūtaxat ad saluādū sufficisset, nihilomin⁹ oportere illā & pseuerātem, & nobiscū donec ad nouissima usq; suspiria perueniamus præsentem esse.Dominus uero, inqt, dirigat corda uestra in dilectionē dei,& in patiętiam Christi. Rursus eos laudat,& pcatur simul,curam ac prouidentiam suam declarans. Quoniam.n.ad increpationem erat migraturus,corda eorū istis uelut oleo plinit,nempe qd dicit,cōfidimus aūt quòd obedietis,& quod orationes eorū expetit, & quòd rursus illis innumera bona impcatur.Dominus uero,inqt, dirigat corda uestra in dilectionē dei. Sunt.n.multa q̄ à dilectione dei deflectunt & abducūt,& multa diuerticula q̄ illinc extrahūt,primū quidē mam monę,uelut impudētes quasdā manus animę nostræ inijcientis,& potenter ac tenaciter corripiētis, & inuitos quoq; abducētis & trahētis, deide uanæ gliæ studiū, & afflictiones sępe:numero & tētatio- D
nes subuertunt. Quapp quasi flatu quodā diuino auxilio egem⁹,ut uelū nostrū uelut uehemēti quodā uento ad dilectionem dei trāsmittatur. Etenim ne mihi dicas,diligo deum,ēt plus q̄ meipsum, Verba sunt ista.Ostende hoc ipsis opibus.Si diligis eū plus q̄ teipsum,dilige plus q̄ argentum:& tunc credam,quòd & plus q̄ teipsum illum diligas. Cū uerò pecunias pp deum non contēnas, quō teipsum contēnes?Quid uerò pecunias dico? Qui auaritiā non contemnis,quod tamen ēt sine pceptis dei facere oportebat,quō contemnes teipsum? Et in patientiam,inquit,Christi. Quid est,in patientiam? Vt patiamur quemadmodum ille passus est, aut ut eadem faciamus, aut ut cum patiętia ipsum expectemus:hoc est,ut prōpti & parati simus. Quoniā .n.multa pollicitus est,& ipse uenturus est ad iudicandum uiuos & mortuos,ut pstolemur eū, & patientes simus.Vbi uerò patientiā dicit, ibi oīno afflictionem innuit. Hoc.n.est diligere deum,ipsius gratia pati,& nihil turbari. *Præcipimus aūt uobis fratres in noie domini nostri Iesu Christi,ut subducatis uos a b*
omni fratre qui inordinatè ambulat, & nō secūdum tradi E
tionem quā accepit à nobis. Hoc est,non nos ista dicimus,sed Christus.Nam hoc est quod dicit, in noie domini nostri Iesu Christi.Terrorem pcepti declarat quòd p Christum pcipit:igitur Christus præcepit,ut nusquā otiosi simus. Vt subducatis uos,inquit,ab oi fratre. Ne mihi diuitem obijcias, neque pauperem,neq; sanctum aliquem:cōfusio est istud & idigesta dissolutio.Ambulat,inqt:hoc est,uiuit. Et non secundū traditionem quā accepit à nobis. Traditionē dicit,q̄ per opera est,& dominus semp illam traditionem uocat. *Nam ipsi scitis quō oporteat imitari nos, quoniā nō inordinatè egimus inter uos, neque gratis panem comedimus à quoquam.* Quanquā si comedisset,gratis tamen nō comedisset. Dignus est.n.inquit,oparius mercede sua. *Sed cum labore &* Matt.10.
sudore nocte ac die operantes, ad hoc, ne quenquā uestrum b & Luc.
grauaremus,nō quòd ptātem nō habeamus, sed ut nosipsos 10. b &
formā exhiberemus uobis ad imitādam nos. Nam cū esse- 1.Ti.5.c
mus apud uos,hoc uobis pcipiebamus, ut siquis nollet operari, is neque ederet. Vide quō in priore quidem epi- F
stola,blādius admodum de istis sermocinetur, ut quando dicit:Obsecramus aūt uos fratres, ut magis abundetis & in hoc incūbatis:& nusquā dicit, pcipimus, neq; in noie domini nostri Iesu Christi, quod terribile erat & cum periculo coniunctū:sed ut abundetis,inqt,& in hoc incumbatis,id qd erat ad uirtutem incitantis,ut cū decoro,inquit, ambuletis:hic uerò nihil tale, sed siqs operari non uult, inquit,neq; edat. Si.n.Paulus operandi necessitatē non habens,sed otiandi potestatem, quiq; tantum opus administrandū susċepit: nihilominus operatus est,& nō uulgariter ac leuiter operatus,sed nocte ac die,ut & alijs suppeditare posset, multo magis alios oportebat hoc facere. *Audimus.n quosdam ambulātes inter uos mordinatè,nihil operantes sed curiosè agē-* 1.Th.4.c
tes. Istud hic dicit:Illic uerò in priore epla,Vt cū decoro,inqt,ambuletis erga extraneos. Cur hoc? For- Act.20.g
sān nihil dū tale ab illis factū erat. Nā alibi laudās dixit,Beatius est dare q̄ accipere.Illud uerò,Vt cum decoro ambuletis, nō de mordinata dissolutione est:quapp & subiūxit,ut nullius indigeatis.Hic uerò & aliā necessitatem ponit, ut quod honestū est

G & bonũ erga quoſuis,faciãt.Progreſſus nanq;,ne de fatigemini,inqt,in benefaciendo.Nam omnino ne ceſſe eſt,ut curioſus ſit,qui cũ operari poſſet,otioſus eſt. Eleemoſyna uerò ſolis illis datur q manuũ ſuarum opatione & labore ſibijpſis uictũ ſufficere neq;unt,aut illis q alios docent,& toti ad doctrinæ 1.Cor.9.b & 1. Ti. 5.c ſermonẽ dediti & occupati ſunt.Non.n.os,inquit, obturabis bouitrituranti.&,Dign⁹ eſt oparius mercede ſua.Itaq; ne hic qdẽ otioſus eſt, ſed opationis eiusq; magnę mercedẽ accipit. Otioſum uerò orare,& ieiunare nõ eſt opus manuũ. Operationẽ nãque hic dicit, q̃ p manus fit. Et ne tale qcq̃ ſuſpiceris,ſubiũgit,nihil opantes ſed curioſe agentes. *His aũt qui eiuſmodi ſunt præcipimus,& obſecramus per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Quoniã uehemẽter re prehẽderat, mitiorẽ uolens reddere ſermonẽ, ſubiunxit,p dominum, rurſus & authoritatẽ & terrorem adiungens: *Vt cum quiete operantes ſuum ipſorũ panem edant.* Quãobrem non dixit,Si uerò ordinate ſe nõ geſſerint,non nutriãtur à uobis?Sed utraq; uel, Si uerò ordinate ſe geſſerũt nutriantur à uobis? exigit,ut & in qete ſint,& operẽtur. Suum ipſorum panẽ,inquit,edãt non alienum. *Vos uerò fratres ne defatigemini in benefaciendo.* Vide quo confeſtim rupta ſint paterna uiſcera.Nõ potuit ulterius increpationẽ producere,ſed rurſus eorũ miſertus eſt. Et H uide cum quanta prudẽtia.Non dixit: Verũtamen ignoſcite illis donec corrigãtur,ſed quid? Vos uerò ne defatigemini in benefaciendo.Subducite qdem uos ab illis,inqt,& increpate eos, attamẽ ne contẽnatis fame pereũtes. Quid igitur,inqs,ſi copiã alimenti apud nos habẽs otioſus pmanſerit? Ad hoc, inquit,placidũ ac mite pharmacũ dedi,nempe, ut ſubducatis uos ab eo:hoc eſt,nullã illi fiduciã huius faciatis,oſtendite uos iraſci.Nõ exiguũ hoc eſt. Talis.n.ſit ad frẽm increpatio.Si qdem uerè correctum uolumus,ne ignorem⁹ correptionis modos. Nam dic mihi: Si carnalem hẽres fratrem,an contemneres eum & negligeres fame tabeſcentẽ?Ego q dem non puto.Attamẽ & corrigeres eum. *Si uerò quis non obedit ſermoni noſtro per epiſtolam.* Non dixit, ſiquis nõ obedit, mihi non obedit. *Hunc indicate.* Nõ modica eſt iſta inſtructio. *Ne commercium habeatis cum illo.* Deinde rurſus: *Vt pudore ſuffundatur.* I Et nõ pmittit eos ulterius progredi. Quẽadmodũ .n.cũ dixiſſet: ſiquis non operatur, neq; comedat, ueritus ne fame peat,ſubiũxit: Vos uerò ne defatigemini benefaciendo: ita & cũ dixiſſet,Subducite uos,& ne cõmercium cum illo habeatis,ueritus ne hoc ipm è fraternitate illũ excidat, (Qui.n.animũ deſpondet,niſi aliqd fiduciæ recipiat, mox perit,) ſubiunxit: *Et non ut inimicum eũ habeatis, ſed admonete ut frẽm.* Per hoc utraq; declarat. Quod & magnum aduerſus illũ ſupplicũ pſcripſerit, eò quòd fiducia eum priuat.Si.n.probro dignum eſt accipere,ẽt ſi cum multis ſit q accipit,ſi quando & increpantes pbuerint,& ſeſe ſimul ſubduxerint, quanti probri fuerit iſtud: q̃ ualidum ad mordendum accipientis animum?Si.n.qui duntaxat cunctabũdi dant,aut murmuranres incẽdunt accipiẽtes (neq; .n.mihi de impudẽtibus mendicis dicas, ſed de fidelibus,)ſi cũ increpatione daturi fuiſſent,qd non effeciſſent?Quod ſuppliciũ non adæq̃ſſet? Nos nõ ita,ſed mẽdicos non alr uitupamus & auerſamur, quam ſi maximã nobis iniuriam intuliſſent. Non das,ut qd & moleſtus es? Admonete, inqt, ut frẽs: non uituperate, ut inimicos. Qui frẽm admonet, K non publicè hoc facit,non oſtentat cõcium, ſed priuatim,& cũ multa attẽtione & dolore, & animi moleſtia,lachrymans & lugens. Ex fraterna itaque mente pbeamus,ex fraterna uoluntate admoneamus,no tanq̃ dolentes ppea quod dandum ſit,ſed uelut ideo dolẽtes quòd ille pceptum tranſgreſſus eſt.Alioqui qnid proderit?Nam ẽt ſi dando uitupe ras,perdis tamen largitionis iucunditatem.Quando uerò ne das quidem & tamẽ uituperas, quanto malo non afficis miſerum illum & calamitoſum? Accesſit tanq̃ miſericordiam inuenturus apud te, accepta uerò letali plaga abſcedit, magis etiam illa clrymans.Si nanq; pp penuriam mendicare cogitur,propterea uerò quod mendicat uituperatur,ui de quantum uituperatores iſtos ſupplicij maneat. Iritas factorem eius. Nam dic mihi: Ipſe permiſit eum tui gratia pauperem fieri,ut tibi copia eſſet illum curandi: & tu eum qui propter te eget,uitupe ras? Quantę improbitatis ſunt iſta? Quantę ingratitudinis eſt hoc factum? Admonete,inquit,ut fratres: ut ſimul dando admoneamus iusſit. Quod ſi L non dãtes etiam uituperauerimus,q̃ erit nobis excuſatio? *Ipſe aũt dominus pacis det uobis pacem ſemper omnibus modis.* Vide quomodo cùm quæ facienda ſunt imperat,oratione illa obſignet, quaſi quæ dam depoſitorum ſignacula ponens precationẽ & ſupplicationem. Det uobis,inquit,pacem omnib⁹ modis. Quoniam.n.fieri poterat, ut ex iſtis naſcerentur diſſidia,ſi quidẽ illi intractabiliores & aſperiores redderentur, iſti uerò non amplius talibus pariter attenderent, non abs re nunc iſtud imprecatus eſt.Det uobis,inquit,pacẽ ſemper. Nam hoc eſt quod queritur,ut ſemp illam habeamus. Quid eſt,omnibus modis? Ne ullo pacto cõtentionis ſit occaſio.Pax enim ubique bona eſt, quandoquidẽ & erga extraneos. Nam audi ipſum alibi dicẽtem: Si fieri poteſt quantum in uobis eſt,cum omnibus Ro.12.d hominibus pacem habete. Nihil enim adeo eſt ad ea quę exequi uolumus accõmodum, atq; paci eſſe deditum & quietum,& ab inimicitia liberũ, & nullum habere hoſtem. *Dominus ſit cũ omnibus uobis.* Sa *lutatio mea,manu Pauli:quod ſignum eſt in omni epiſtola.* M *Ita ſcribo. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti ſit cum omnibus uobis,Amen.* Hoc dicit ſe in omni epiſtola ſcribere, ne cuiq̃ liceat ipſas epłas ſubſcriptione, tanq̃ magno poſito ſigno & indicio,adulterare. Salutationem uerò uocat pcationem,oſtendens eos cuncta ſpiritualia tũ feciſſe,& quãdo ſalutatione opus habebãt, cum fructu rem iſtam fuiſſe, & pcationẽ non ſimpliciter eſſe amicitiæ ſymbolũ. Ab iſta uerò cœperat,& rurſus in eandem deſijt. Ingentibus muris quę dicta ſunt,utrinq; communiens, tuta locauit fundamenta, & cõſummationem quoq; tutã & ſecuram impoſuit. Gratia uobis,inquit,& pax: & Supra 1.d rurſus,Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti ſit cũ omnibus uobis,Amen. Hoc & dominus pollicitus eſt Matt. 28. d dicens diſcipulis: Ecce ego uobiſcum ſum oibus diebus uſq; ad cõſummationem ſeculi. Sed hoc fit, quando nos uoluerimus. Non.n.omnino nobiſcũ eſt,quando noſipſos porrò ſubducimus. Vobiſcũ, inquit,ſemper ero. Ne repellamus itaque gratiam, ut ſubducatis uos, inquit, ab oi fratre inordinatè ambulante. Magnũ tunc erat hoc malum, nẽpe à plenitudine & cõſortio fratrũ diuelli ac ſegregari.

per hoc

A per hoc ergo uindictam de oibus ſumit,quẽadmo
1.Co.5.d dum & alibi Corinthis ſcribens, dixit: Cũ tali,inquit,ne cibum qdẽ ſumite. Sed nunc complures illud non adeò magnũ eſſe putant, ſed oĩa confuſa ſunt & corrupta,cùm adulteris, cum ſcortatoribꝰ, cum auaris temerè,& cum qbuſuis cõmiſcemur. Si ab eo ſubduci nos oportet, q otioſè duntaxat alitur,quãto magis ab alijs?Et ut diſcas q̃ fuerit terribile à cõgregatione fratrum ſeparari, & quantũ ferant lucri q caſtigationẽ aio beneuolo ſuſcipiunt, audi quo habuerit ille q pcto ſuo erat inflatus,qui ad extremã malitiã deuenerat, q fornicatione fornicatus fuerat,q̃lis nec inter gentes noiatur,q ſuſce ptum uulnus non ſentiebat. (Ea qppe eſt puerſionis hypbole.) Iſte igitur talis, ita eſt flexus & repſ-
2. Co.2.b ſus,ut Paulus poſtea dixerit: Sufficit ei q hmõi eſt, correptio iſta q̃ eſt à pluribus, itaq; facite ut abundet in illum charitas. Quemadmodũ.n.membrũ à reliquo corpe diuulſum, ita tunc erat à fratribus ſegregari. Quæ uerò huius cã? Vt unde erat iſtud tũ B adeo terribile? Quoniam & cum ipſis eſſe magnũ bonum illis hẽbatur. Quemadmodũ.n.q ijſdem habitant ædibus,& ſub uno patre degunt,uniuſq; menſæ conſortes ſunt, ita tunc in ſingulis habitabant eccłijs. Extra tantam itaq; charitatẽ excidere, quantũ putas malũ fuerit. Nũc uerò nihil uidetur eſſe magni, ppea quòd neq; ſiquando ſił adunati ſumus,magni qcq̃ putatur. Quod tunc ſuppliciꝰ lo co erat,illud nunc pp multum charitatis algorẽ ẽt pter ſupplicium fit, & alius ab alio temerè & frigiditatis gratia ſubducimur. Nam oĩm malorum cã eſt,quòd nulla eſt charitas. Hoc oĩa diſſoluit, & q̃ in eccłia gratia fuerunt & illuſtria in qbus exultare & głiari debebamus,demolitum eſt. Magna eſt doctoris fiducia, ſiquando ex proprijs uirtutibus
Hic ſub b diſcipulos increpare poterit. Quapp & Paulus dixit:Scitis.n.ipſi qũo nos imitari oporteat, & uita magis debeat pſtare doctor q̃ ſermone.Nemo uerò putet iſtud eſſe iactãtiæ.In neceſsitatẽ qppe adact⁹ hoc loquutus eſt,& ad cõem utilitatem. Quoniã nõ inordinatè nos geſsimus,inqt,inter uos.An nõ ex eo uides aĩ modeſtiam? quam largitionem uocat,& conſtantẽ decori conſeruationem?Nõ inordinatè nos geſsim⁹,inqt,inter uos,neq; gratia panẽ mãducauimus. Oſtẽdit hic eos & pauperes forſan fuiſſe.Et ne mihi dixeris paupes fuiſſe. Nã de pauperibus & de ijs loqtur, quib⁹ neceſſaria alimonia non alr ſuppetebat q̃ ex labore manuum. Non.n. dixit,ut à patribus ſuis habeant, ſed ut operantes ſuum ipſorum panem mãducent. Si.n.ego,inquit, pco ſermonis doctrinę timebam grauare uos,multo magis q uos nulla in re iuuat.Nã hoc uerè ẽ onerosi eſſe.Onus aũt eſt, quando qs non cum multa aĩ promptitudine largitur. Verùm nõ hoc innuit,ſed quòd nulla facultate fuerint. Qua nãq; rõne non oparis? Manus tibi de⁹ in hoc dedit,nõ ut ab alijs accipias,ſed ut alijs des. Domin⁹ uerò,inqt,ſit uobiſcũ.Hoc poſſumus & nobijpſis impcari, ſi q̃ domini ſunt fecerimus. Audi qppe qd diſcipulis ſuis
Mat.28.d dicat Xps:Euntes,inqt,docete oẽs gentes baptizãtes eos in noie patris & filij & ſpũſanc̃ti, docentes eos ſeruare omnia quęcunq; præcepi uobis. Et ecce ego uobiſcum ſum oibus diebꝰ uſq; ad cõſummationem ſcł̃i,Amen.Et ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad conſummationem ſcł̃i,ſi iſta

Tomus quartus.

omnino feceritis. Quòd.n.non ſolùm iſtis promi- D
ſerit,ſed & illis q ueſtigia ipſorum ſubſequũtur, ex eo liquet,quòd dicat, uſq; ad conſummationẽ ſcł̃i. Quid ergo ad eos dicit, qui doctores non ſunt? Quiſq; ueſtrũ,ſi uolet:doctor eſt,etſi nõ alteri⁹,tamẽ ſuijpſius.Doce teipm primùm. Si docueris oĩa q̃cunq; Xps præcepit ſeruare, & per hoc multos habebis æmulatores.Quemadmodũ.n.lucerna,quãdo ipſa illuſtris eſt innumeras alias incendere põt, extincta uerò neq; ſeipſam illuminat, neq; alias lucernas incendere ualet:ita habet & uita munda. Si lumen qd in nobis eſt ſplẽdidũ fuerit, innumeros tam doctores q̃ diſcipulos uelut archetypo propoſito faciemus. Neq;.n.ita q̃ à me dicuntur auditorib⁹ prodeſſe poſſunt ſicut uita noſtra. Etenim ſit uir qſpiam deo charus,& uirtute illuſtris, & uxorẽ habẽs, (nam põt deo placere ẽt q uxorem hẽt & liberos,& famulos,& amicos.) an iſte nõ multò magis q̃ ego cunctis prodeſſe poterit? Nam me quidẽ ſemel ątq; iterũ in menſe,uel ne ſemel qdem, audiẽ E tes,quæcunq; audierint, forſan uſq; ad eccłiæ limẽ conſeruãtes cõfeſtim amittunt, uitã uerò illius indeſinenter uidentes magna lucrantur.Quando.n. uitupatus non uicißim uitupat, an non propẽ mã ſuetudinis ſuæ pudorem ac reuerentiam in aĩm ui tupantis infigit & inſculpit? Etſi nõ ſtatim utilitatem,acceptam fatebitur,pp iram,uel dedecoris metum,uel pudorẽ,nihilominus tamẽ mox ſenſum illius accipiet. Eſt aũt impołe,ut hõ conuiciator,ẽt ſi beſtia ſit, patienti cuidã & iniuriarum toleranti adiunctus,non cum magno lucro diſcedat. Bona nãq; ẽt ſi non faciamus, nihilominus tamen laudamus oẽs & admiramur. Mulier rurſus ſi uiderit uirum manſuetum, plurimũ lucrabitur ſp illi coniũcta.Pari rõne & filius. Põt ergo unuſquiſq; doctor fieri.Etenim ædificate, inqt, uos inuicẽ alius aliũ, quẽadmodum & facitis.Nã dic mihi,Obtigit dam- I. Theſ.5.
num aliquod domui tuæ? Vxor turbatur,tanq̃ im b
becillior,& magis mũdana, & ſumptuoſior, & ornãdi ſtudioſior:uir uerò ſi philoſoph⁹ fuerit, & dãni conẽptor,& illã cõſolatur, & ſuadet ut fortiter ferat. An non ille,dic quæ ō,multò magis proderit q̃ noſtri ſermones iſti? Etenim facile eſt de patientia dicere:facere uerò, ſi quãdo in neceſsitate cõſtituti ſumus,cuiuis difficile eſt.Quapp magis ab ipſis operib⁹ corrigi ſolet humana natura, & tãta eſt uirtutis excellentia, ut & ſeruus plerunq; uniuerſæ domui cum ipſo hero proſit. Neq;.n.fruſtra neque temerè illis continuè uirtutis ſtudiũ præcipit Paulus,& exigit,ut heris ſuis morigeri ſint, non tãtùm curans qũo dominis miniſtretur,quantum ne ſermo dei & doctrina blaſphemetur. Quando uerò nõ blaſphematur,ſtatim & admirationi hẽtur. Et noui complures domos,q̃ plurimũ lucri ex ſeruorum uirtute ceperunt. Si uerò ſeruus qui ſub ptãte cõſtitutus eſt dominum ſuum corrigere pt, multò magis poterit domin⁹ corrigere ſeruos. Participate mecum,obſecro,in iſto miniſterio. Ego cum oib⁹ in cõi ſermocinor,uos ſeparatim unicuiq;,& qſque moliatur proximorum ſalutem.Quòd.n.oporteat uirum domui ſuæ etiam in iſtis præeſſe, audi quò mulieres mittat Paulus: Si uerò quicquam diſcere I. Co.14.
uolunt,inqt,domi uiros ſuos interroget. Nõ addu g
cit eas ad doctorem.Quemadmodum.n.in literatũ exercitijs & ſtudijs,& in diſciplinis,ſunt docto-

T t

Gres:ita & in eccl'ia. Vult.n. doctorem non ab oibus interturbari. Quare? Quia magna hinc bona futura sunt. Nō solùm quòd leuis redditur & facilis doctori labor, sed quod & quisq; discipulorū statim impensa cura doctor euadere pōt, eandem habens solicitudinem. Etenim uide quantū ministeriū inducat, uxor redditur domestica, & oia quæ in domo sunt curat, ancillis pest, circa manus ipsius uersantibus, puerorum te patrē uocari facit, prostibulis liberat, ad castitatem opitulatur: œstrū naturæ sedat. At uicissim benefac illi & tu. Quō? In spūalibus manum porrige. Si quando audieris utilia q̄dam, illa quemadmodum chelidones, ore portans domum abducito, & ori tam matris q̄ pullorū indito. Quō nāq; absurdum non est, quòd in alijs qdem priores tibi uindicas, & capitis locum obtines, in doctrina uerò debitum munus deseris? Principem oportet non honoribus sed uirtutib⁹ subditos excellere. Nam hoc principis est. Illud quidē subditorum est, hoc uerò ipsius principis officiū. Si multo frueris honore, nihil hoc ad te. Etenim ab alijs accepisti. Si multa uirtute illustris es, illud plane tuum est. Caput es uxoris, corrigat ergo caput reliquū corpus. Non uides quō caput non tantùm loco supra reliquū corpus emineat, quantū prouidētia, quasi gubernator qdam totū ipm corrigēs? Nam in capite sunt tam corporis q̄ mentis oculi. Illinc dimanat istis uidendi uis, illinc ratio. Et reliquum quidem corpus ordinatur ad ministrandū, caput uerò ad imperandum positum est. Oēs sensus illinc initium habent & fontem. Organa uocalia illinc prodeunt, uidendi uis, uis odorādi, & ois tangēdi uirtus. Etenim neruorum radix, & ossiū, illic consistit. Vides quòd caput prouidētia magis q̄ honorē excellat. Ita imperemus & nos uxoribus. Superemus eas, non ut maiorem ab illis exigamus honorem, sed ut illæ maioribus à nobis beneficijs cumulentur. Ostendi non modica nobis beneficia per illas fieri. Verùm si uoluerimus in spūalib⁹ uicem rependere, uincemus nos. Nam in corpalib⁹ nihil pōt à nobis adduci quod illis correspondeat. Quid.n. proferetis? Multas pecunias? At illa custos earum est. Prouidentia eius huic bono tuo correspondet. Atque ea ita opus habes, quòd multi cuncta, quæ possidebant, propterea perdiderint: quòd uxorem, q̄ conseruasset, non hēbant. Sed liberorū gratia cōicatis utrique, & æquum est utriusq; beneficium, immo illa multo laboriosius in istis officium hēt, perpetuò ferens quod conceptum est, & pariendi doloribus perfracta. Itaq; in solis spūalibus superiores habere potes. Ne sit cura quo pacto pecunias acquiramus, sed qūo animas nobis concreditas cum fiducia deo sistamus. Etenim dum illas corrigimus, nobisipsis plurimū prosumus. Qui nāq; alium docet, etsi nihil aliud, interea tamē dū loquitur compūgitur, uidens & seipm istis esse obnoxium, quorū gratia reliquos increpat. Itaq; & nobisipsis hoc facientes profuerimus & illis, & hinc ipsi quoque domui nostræ: atque istud deo et p̄ci puè probatur. Ne defatigemur, & nostræ ipsorū & eorum quibus prosumus animarum curam agētes, ut pro oib⁹ retributionē capiamus, & multis diuitijs onusti ad sctām ciuitatem matrem nostram supnā Hierlim occurramus, de qua nunquam excidere cōtingat, sed optima uitæ conuersatione illustres digni habeamur cum multa fiducia uidere dominū nostrum Iesum Xp̄m, cū quo sit patri simul & spiritui sancto gloria, imperium, & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

χαμαιτυπείων ἀπαλλάττει.

τὸ ἡγεμονικόν.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, IN EPISTOLAM BEATI PAVLI APOstoli ad Timotheum priorē argumentum:

NVS ex apostoli discipulis, Timotheus fuit. Attestatur aūt & Lucas in actibus apostolorum, mirabilis eum fuisse indolis iuenē, cui à fratribus qui Lystris, atq; Iconij morarētur, testimoniū phibebatur probitatis atq; uirtutis, q unà & discipulus fuit, & magister euasit: atque adeo prudentia, sapiētiaq; præclarus, ut cùm audiret Paulum absq; circumcisione prædicantem, cōperisset q; , ut ille obstiterat Petro eius rei gratia, eligeret, non modò contrarium nihil prædicare, uerùm id etiam pati. Circuncidit.n. eum, inquit, in eiusmodi ætate, atque ita illi omne protinus ministerium credidit. Sufficere qdē poterat affect⁹ apostoli, miraq; dilectio uirū indicare cuiusmodi fuerit. Quippe & alibi ipsi testimoniū phibet, scribēs ac dicens: Experimentū eius noscitis, quoniā tanq̄ patri filius, mecū seruiuit in euangelio. Corithijsq; rursum cùm scriberet, ait: Misi uobis Timotheū, q est filius meus charissimus & fidelis in domino: & iterum. Videte neqs eum contemnat: opus.n. domini operatur, sicut & ego. Hebræis quoq; scribēs, ait: Cognoscitis frēm Timotheum dimissum. Plurimaq; multis ex locis, q diligenter exquiret, inueniet beneuolentiæ ac dilectionis indicia, ea ēt quę nunc usq; fiunt miranda, ipsius cōfidentiā ac uirtutem ostēdere facillimè possunt. Verùm.n. siquis curiosè pergrat, quid sit cur Tito ac Timotheo tātùm ex oi discipulorum numero scribat, cū Silas & Lucas probati quoq;, ac mirabili uirtute præditi fuerint: Aut nanq; ipse cùm scriberet, Lucas solus est mecum: sed & Clemens unus ex comitib⁹ eius fuisse colligitur, cùm de ipso scribat: Cum Clemēte & cæteris coadiutorib⁹ meis: ſ nō id qdē ab re, aut incōgruè faciet.] Cuius ergo rei gratia Tito ac Timotheo tantūmodo scribit? Quod his iam ecclīæ gubernacula, curamq; tradiderat: illos uerò se cum adhuc circūducebat. Adeò uerò erat uirtutis excellēs insigne, ut neq; adolescētia ipsa impedimēto esset, idcirco ēt scribēs ait inter cætera: Nemo adolescētiā tuā contānat. & rursum: Adolescētulas, inqt, tanq̄ sorores. Vbi.n. uirtutis certa argumenta pluxerint, oia ſ quadrāt, ſ nihilq; impedimento esse poterit. Nam & cùm de epis loqueretur, multaq; dixisset, quę essent in epo necessariò requirenda, nusquam cernitur leges de ætate tulisse. Quòd si dixerat, filios habentē subditos, & unius uxoris uirū: non idcirco ait, quasi necessariū sit & uxorem habere, & filios: cęterùm siquādo fortè contigerit ex seculi hominib⁹ aliquem ad hniusmodi ordinem prouehi, talem esse præcepit, qui & domui præesse, & filijs & omnibus reliquis sciret. Nam qui secularis cū esset, in eis inutilis repertus, quę ad hanc rem familiarem necessario pertinent, quo pacto illi ecclesiæ cura, regimenq; permittitur? Cur aūt discipulo, q iam in magistri transierat ordinē hanc epl'am scribit? Nonne antea perficiendus erat, q̄ præficiendus ecclesię? quòd si iam perfectus erat, superfluo illi hāc epl'am scribit: sed.n. doctrina illi opus erat, non eadem qua discipuli instruebantur, uerū quæ magistro præceptorique congrueret. Videas denique illum per totam epistolam, doctori congruam inferre doctrinam, statimq; ex ipsis initijs, non ait, Ne intendas his qui aliter te docent: sed quid? Vt eos admoneas non docere aliter.

Homilia I.

Aulus apostolus Iesu Christi secundum imperium dei saluatoris nostri, & Christi Iesu spei nostræ, Timotheo charissimo filio in fide: gratia & misericordia, & pax à deo patre, & Christo Iesu domino nostro. Sicut rogaui te ut remaneres Ephesi, cùm irem in Macedoniam, &c. Magna erat profecto apostoli dignitas, magna atq; mirabilis, & ubique cernimus Paulum dignitatis suæ adijcientem causas, non quasi sibimet usurpet honorem, sed ueluti traditum, necessario exercere cogatur: nam cū dicat seipm uocatum, ac per uoluntatem dei: & rursum alio in loco: Necessitas mihi incumbit. Cumq; se in hoc segregatum asseueret, ista profecto omnia ambitionem omnem excludunt, omnemq; iactantiā. Nam quemadmodum is, qui nō sibi traditum à deo honorem usurpare præsumit, culpari dignissimus est: ita & qui traditum sibi repellere, & a se arcere molitur, aliorum est criminum reus, infidelitatis.s. atq; inobedientiæ: hoc denique & nunc in principio epistolæ ad Timotheum ostēdit Paulus, sic dicēs: *Paulus apostolus Iesu Christi secundum imperium dei.* Non dixit hic, Paulus uocatus apostolus: sed, secūdum imperium dei: nequid.n. humanum Timotheus fortasse pateretur, putarētq; illum sibi æquè, ut alijs discipulis loqui, idcirco sic cœpit. Vbi uerò hoc illi imperauit deus? Inuenimus nēpe spiritum sanctum dixisse in Actib⁹ apl'orum: Separate mihi Saulum & Barnabam. Porro ubique dum scribit, apostoli nomen adiungit, ut auditores eruditat, ne humana esse existiment, quæ dicuntur. Qui.n. mittitur, quod apostolus sonat, nihil proprium loquitur: & cùm dixisset apostolum, protinus auditoris animum ad eum qui se miserat, dirigit. Idcirco in omnibus epistolis istud iungit, ut fidem uerbis ac doctrinæ hinc faciat, dicens: *Paulus apostolus Iesu Christi secundum imperium dei saluatoris nostri.* Atqui pater nusquam illi hoc imperasse deprehenditur, sed ubique Christus ipsum alloquitur, dicens: Vade, quoniam ego in gentes longè emittā te: & rursus, Cæsari te oportet assistere. Sed profectò quęcūque filius pcepit, hęc patris esse imperia dicit: quēadmodum & q̄ spiritus iubet, ea ad filium quoque referuntur. Ecce, n. a ſ patre missus est, & separatus à spiritu, & hoc inquit imperium esse dei. Quid igitur? Nunquid filij imminuit potestatē, dū se apl'm eius, & secundum imperium patris mitti asseuerat? Nequaquam. Vide nanque ut ipsam potestatem patris ac filij dixerit esse cōmunem: nam cùm dixisset, *Secundum imperium dei saluatoris nostri:* protinus addidit, *Et Christi spei nostræ.* Vide quàm proprie, q̄ signanter hęc cognomenta posuerit. Certè enim Psalmista hoc de patre ait, dicens: Spes oium finium terræ: Et iterum Paulus alio in loco: In hoc .n. inquit, laboramus & exprobramur, quoniā speramus in deo uiuo & uero. Necessario qui doctoris fungitur munere, pericula sustinet, & multo plura q̄ discipuli. Percutiam.n. inquit, pastorem, & dispergētur oues. Quoniam igitur ista rei natura est, diabolus uehemētius aduersūs eos armatur, maioriq; furore infania: qppe cum ex eorum cęde, gregis quoque detrimenta sequūtur. Nam qui ouem iugulat, gregem qdem iminuit. Porro qui pastorem ipm de medio tulerit, totum simul gregē dissipauit: itaque minori cum labore maiora detrimenta molitur: atque una anima cūcta simul perdere, atque uastare contendit, atque ideo illis acrius iminet: quocirca statim ab ipsis initijs ipsius erigit animū. Saluatorem, inquiens, habemus deum, & Christum spem nostrā. Patimur multa, sed magna nitimur spe: pericula, insidiásque perpetimur, sed saluatorem habemus non horem, sed deum. Neque igitur qui saluat, infirmus est: deus quippe est, & quantacunque pericula fuerint, nos superare non poterunt: neque spes nostra confunditur, Christus.n. est. His igitur duobus iam adminiculis maximis freti, periculà ferimus, quod.s. aut celeriter liberamur atque saluamur: aut meliori spe nutriti, facile cūcta toleramus. Quid autē causæ est, quòd nusquam patris se apostolum dicit, sed Christi? Omnia communia facit. Euangelium quoque ipsum dei esse dicit. Quæli-bet, inquit, patiamur, nihil sunt præsentia omnia.

Timotheo charissimo filio in fide. Et hoc plenū consolationis est: nam si tantū fidei ostenderat, ut Pauli filius fieret: neq; id simpl'r, sed charissimus filius, futurorum quoq; maximam fiduciam capit. Quippe fidei hoc proprium est, quantumlibet contraria promissis facta contingant, nunquam penitus decidit aut omnino turbatur. Sed ecce, iquies, & filiū, & charissimum filium dicit, nec tamen eiusdē substantiæ est. Quid quæso? Nunquid brutum animal erat? Sed non erat, inquies, ex Paulo genitus. Non ideo tamen alterius erat substantiæ? Nihil minus: cùm.n. dixisset, filiū, idcirco adiecit, i fide, ut quid uellet, apertius exponeret. Id qppe insinuat, ſillum & charissimum fuisse, & ex se genitum: nulla prorsus apparebat in fide ueritas. Seruabat per omnia similitudinem, ſ quod in humanis quoque cōtingere solet. Nempe.n. est filius sibi patri, uere longe amplius ac dignius ea similitudo in deo seruatur. Quippe in hoibus, etsi eadem substātia est, sed alijs plurimis differunt, colore, habitu, prudentia, tempore, uoluntate, animi ac corporis motibus exterioribus, atque alijs plurimis. Longeq; plura sunt, quæ illos abinuicem disiungunt, q̄ quæ inuicem iungant. Porro in deo nihil eiusmodi impedimētorū est, nihil quod intercipiat omnino eam similitudinem. Quod aūt ait, secundum imperium, maioris longè efficaciæ esse uidetur, quam cùm dicit, uocatus. Quemadmodum & alio in loco ait: In Christo Iesu ego uos genui: hoc est, in fide: charissimum uerò idcirco addidit, ut diligētissimā ipsius ad se similitudinem ultra cęteros panderet, & charitatē quam

Gerga illum habebat,ac uehementē prorſus affectū. *Charisſimo*, inquit, *filio in fide*. Iā uerò iſpice laudis eminētiam,quē admodum ipſum nō modo filium ſuum,uerumetiā charisſimū ſibi filium dixit.

Gratia,miſericordia & pax, inquit, *à deo patre noſtro, & Chriſto Ieſu domino noſtro*. Quę nā uerò ratio eſt, cur in cęteris eplis nusq̄ miſericordiam imprecatus eſſe deprehenditur? At id quidem ex nimia indulgentia,& ex nimio amoris affectu. Quippe plurima imprecatur filio,uereturq̄ ac timet illi oia:ita nanque uereatur, ut quod nusq̄ alibi fecit,ēt de ſalubritate
1.Tim.5.d corporea ad eū ſcriberet,dicens: Vino modico utere pp ſtomachum tuum & tuas frequentes infirmitates.Nempe.n.doctores longè maxima miſericordia indigent. *Adeo*, inquit, *patre noſtro & Chriſto Ieſu domino noſtro*. Et hæc rurſum uerba plena ſolatij,maximaq̄ cōſolatione referta.Nam ſi pater deus eſt,filiorū profectò curā habiturus eſt : audi.n.
Matt 7.b dicentem Xp̄m, Quis in uobis homo eſt, quem ſi petierit filius panem, nunquid lapidem dabit ei ?

Quemadmodum, inquit, *oraui te,ut remaneres Epheſi,cùm irem in Macedoniam*. Audi q̄ gratè,q̄ placidè, H
quō non magiſtri utitur uoce,ſed ſupplicis fermè. Neque.n.dixit, præcepi,neque iuſſi, neque admonui: ſed quid? *Quemadmodum*, inquit, *oraui te*.
Nō tame ad oēs diſcipulos paſſim affectus iſte ſeruandus eſt,uerū ad eos q & manſuetudine & uirtute ſunt p̄diti : cæterum ad eos qui non ſunt hmōi, neque charisſimi appellari poſſunt, alia rōne affici
ad Tit.2.d neceſſe eſt:quemadmodum & ipſe ſcribens ait,Argue eos cum oi imperio: & hic uide quid ait,Vt denunciares quibuſdā,non ut orares: ſed,ut denūciares nō aliter docere.Quid hoc q̄ſo ſibi uult ? ita non ſufficiebat Pauli epla, quam Epheſijs ſcripſerat? Nunqd literas fortè contēpſerāt? An uerò ante illas literas diſcipulo iſta mandauit? Nempe & ipſe in ciuitate hac plurimū tpis fuerat, in qua Dianæ erat templum: hic nempe magna illa,notaq̄ certamina ppeſſus eſt: ubi poſtq̄ ſolutū eſt theatrū,conuocatis,exhortatisq̄ diſcipulis,ita demū inde profectus eſt,& rurſus ad eos poſtmodū uenit. Dignū uero inquiſitione eſt,an modo illic Timotheū præſulem conſtituerit : ait.n. Vt *denunciares quibuſdam*
I *non aliter docere*. Non eos notat ex noie,ne aperta reprehenſione impudentiores fierēt. Erāt aūt in ea ciuitate ex Iudęis qdam falſi apſi,qui fideles rurſus ad legem conabantur attrahere, quod ferè in oīb⁹ epiſtolis illis pro crimine obijcit.Faciebant autem hoc,non quaſi conſcientia impulſi, ſed inani gl̄ia inducti,quod uellent hinc habere diſcipulos, atq̄ aduerſus btūm Paulum contēderent, zeloq̄ ac liuore ducerentur:& hoc eſt quod ait,Aliter docere.

Neque intendere,inquit, *fabulis & genealogijs interminatis*. Non hic legem ſignificare uoluit, abſit: ſed falſas traditiones,pniciosaq̄ dogmata. Quippe ex hoc colligitur,pleroſq̄ ex Iudęis in his q̄ inutilia ſunt,ſermonē oēm conſumere ſolitos,atuos & proauos dinumerantes,ut.ſ.peritiæ multę atq̄ ſcientiæ opinionem ſibi conqrerent. Vt *denunciares*, inqt, *quibuſdam non aliter docere, neque intendere fabulis, & genealogijs interminatis*. Quid eſt,interminatis? Finem.ſ.nullam,nullamq̄ utilitatem habentib⁹. Vidiſti quō huiuſmodi quęſtiones culpat, ac reſecare contendit? Vbi.n.fides eſt,nulla qnæſtionis neceſſitas eſt. Vbi nihil oportet curioſè perqrere,qd opus eſt qōne? Quęſtio nempe fidem tollit. Qui.n. K
quærit,nondum inuenit. Qui quærit, credere diffi cilè poteſt:idcirco inquit,Non uacemus huiuſmodi quæſtionibus: nam ſi quęrimus,id fides nō eſt. Fides.n.animum cogitationemq̄ facit conquieſcere.Sed inquies,quō igitur Chriſtus : Querite,inqt, & inuenietis:pulſate,& aperietur uobis: &,Scrutamini ſcripturas,quoniam in eis putatis habere uitā Matt.7.A & Luc. 11.b
æternam? Nempe illic quod ait, Quærite,poſtulationes intelligi uult,uehemensq̄ deſiderium . Porrò quod ait,Scrutamini ſcripturas:non q̄rendi la- Ioan.5.f
bores iſerre uoluit,ſed potius arcere:ait enim, Scrutamini ſcripturas:hoc eſt, ut illarum per oia diligētiam exactiſſimam diſcerent. Scrutari nanq̄ iuſſit, non ut ſemper quæramus,ſed ut inquirere deſinamus:& ritè ait, Vt *denunciares quibuſdam non aliter docere,neque intendere fabulis & genealogijs interminatis,quæ præſtant quæſtiones magis quam ędificationem dei,quæ eſt in fide*. Congruē diſpenſationē dei appellauit,Magna nempe ſunt,quę dare nobis uoluit deus,ſed non capit anima diſpenſationū ipſius magnitudinem.Fide igitur ad iſtud opus eſt: ea enim animarum medicamentum maximum ac ſaluberrimū eſt. Quęſtio igitur dei diſpenſationi cōtrariā eſſe perhibetur. Quid.n.fides ipſa efficit, ac L
molitur in nobis? ut.ſ. ipſius beneficia gratè ſuſcipiamus,euadamusq̄ meliores.Nō pmittit de re ulla contendere aut ambigere,ſed reqem ab his oib⁹ præſtat.Quæ.n.fides peragit atq̄ ædificat,ea quæſtio prorſus euertit.Cur id quęſo? Quia inquirendi nullum finem facit, & fidem prorſus eliminat.

Neque intendere,inqt, *fabulis & genealogijs interminatis*. Sed dices,Quid,quęſo,genealogię nocere poterunt? Admonuit Chriſtus p fidem oportere ſaluari,illi contra rōnes mouebant dicentes,hoc nō ita ſe habere.Quia.n.ſentētia preſentis temporis erat, euentus uerò ſententiæ futuro ſeculo reſeruatur, ſi de opus erat . At uerò illi legalibus obſeruationibus præuenti , fidei impedimento erant . Arbitror autem illum hoc in loco etiam gentiles ſignificare uoluiſſe,cùm dicit : *Fabulis & genealogijs*. qppe cū illi deorum ſuorum ſeriem enumerarent.

Non igitur intendamus q̄nibus:fideles.n.ideo uocati ſumus,ut his quę dicuntur , ſine ulla hęſitatione credamas,ut nihil omnino dubitemus: nam Morale. M
ſi humana eſſent quę dicūtur, oporteret ea meritò diſcuti:quòd ſi diuina ſunt , honorāda ſolūmodo atque credenda cenſentur:ſin uerò non crediderimus ea,neq̄ſ dei eſſe ſciemus.ſ Quo.n.pacto noſti, r deū eſſe credem⁹.
quia deus eſt,cū ab eo cauſas,rōnesq̄ requiras? Nā quòd deum nouerimus , iſtud primū argumētum eſt,ſi oībus quæcunque ille dixerit,absq̄ argumētis probationibusq̄ credamus:hoc & gentiles nouerunt. Credebant.n.dijs,& certè ſine argumento ac probatione dicentibus.Quid q̄ſo illi credebāt? Deorum.ſ.eſſe nepotes. Vides ut & gentiles hoc nouerint? Et quid me dicere neceſſe eſt de deo , diuinisq̄ rebus ? In homine quoque eos hoc feciſſe manifeſtum eſt,ſeductore atque mago,Pythagora ſcilicet,ſ hoc ille dixit : ſ atque in templis ſupernè ſi- r αὐτὸς ἔφα.
lentium inſcriptum eſt , continebatque digito os, & labia comprimebat, prætereuntes omnes ſilentij admonens . An uerò illa honeſtiora , q̄ noſtra ſunt,ut in illorū comparatione ridicula eſſe noſtra putentur? Gentilium nēpe inuenta, atque inſtituta

meritò

A meritò diſcutiuntur: eiuſmodi.n.ſunt,quę pugnas cogitationum, & concertationes diſceptationesq̄ indicant. At uerò noſtra ab his oibus lōgiſsimè remota ſunt, & nimium quidem conſequenter : illa enim humana adinuenit ſapientia, hæc aūt gratia ſpūalis edocuit : illa fatuitate atq̄ amentia plena ſunt,hæc autem ſunt ueriſsimæ ſapientiæ dogmata.Illic neq̄ diſcipulus neq̄ magiſter eſt,uerūm omnes qōnibus certant , ſiue diſcipulus ille, ſiue magiſter ſit.A quo igitur illi diſcere poſſunt? Nempe enim q addiſcere cupit,obtempare debet,non corrixari : credere, non rōcinari . per fidem.n.ueteres omnes deo placuiſſe docentur,absq̄ illa cūcta ſoluuntur in nihilum.Et qd de cœleſtibus dicam ? ēt ſi terrena ſcrutemur, inueniemus ea fide tanq̄ uinculo cōtineri:neq̄.n.cōmercia ulla,neq̄ artes, neq̄ aliud quippiam ſine illa eſſe poteſt . Sin uerò hic , ubi mendacij plena ſunt omnia,ea opus eſt:multò magis in illis,q diuina ſunt . Hanc igitur arripiam⁹ oēs,huic ſtudeamus:ita.n.oia perniciosa dogmata ex aia noſtra procul eliminabimus,geneſin.ſ.ac
B fatum. Si.n.reſurrectionem credideris atque iudicium,oia hmōi ex aio ei cere poteris. Crede deum eſſe iuſtum,nec credes eſſe iniuſtam geneſin. Crede deum eſſe,qui cūcta prouideat:nec credes eſſe geneſin, quæ cuncta contineat. Crede ſupplicium eſſe & regnum, & credere deſiſtes eſſe aliquid geneſin,quæ liberum arbitrium tollat,& nos uiolenter neceſsitati ſubijciat . Ne ſemines, neq̄ plantes, neq̄ milites,neq̄ aliud omnino quid agas.Prorſus.n.ue lis nolis, uentura ſunt quæ geneſis ipſa præfixerit . Quid iam nobis orare opus eſt? Quid Xpianus effi ci cupis,ſi geneſis eſt? Neque.n.niſi ſis,crimini eris obnoxi⁹.Vnde igitur artes? A geneſi? Ita ſanè,inqes . Sed ill. fato præfixum eſt, ut ſapiens cum laborib⁹ fiat. Oſtendas igitur aliquem,qui abſq̄ laborib⁹ dicerit artē:adeò non ſunt iſta geneſi,ſed laborib⁹ adſcribenda.Vnde igitur ille diues eſt ? inqes,quia ſcelerib⁹ ac neqtijs plenus,paternæ hæreditati ſucceſsit.Alius uerò,cùm quotidie inumeris laborib⁹ exerceatur,in extrema perdurat inopia. Hęc.n.iugiter exercent omnes , ſolis de diuitijs & paupertate
C uerba mouentur,nihil de uitijs atq̄ uirtutib⁹. Verùm hoc interim omittamus, illud potius oſtēde, an aliqs ſtudioſus ac prob⁹ euaſerit malus, ſiue negligens quiſpiam bonus per deſidiam factus ſit . Nempe.n.ſiqd hēt uirium fatum,in his q̄ ſunt maxima,quantum poſsit oportebat oſtēdere.ſ.in uirtute ac uitijs,nō in opib⁹ ac paupertate . Sed unde, inquies,ille conſenescit morbo, ille uerò in ſanitate pdurat ? Vnde ille prob⁹, alter uerò reprob⁹ eſt ? Vnde illi res ex ſnia prouenit , alij uerò innumera quotidie obſiſtunt impedimenta ? A fato remoue aim,& hæc oia diligenter agnoſces . Crede deum
ſ Sed non poſſum, dices. eſſe,qui prouidētia ſua cūcta diſponit : & ſcies iſta aptiſsimè.ſ Sed næ dicturus es:ſ Non.n.permittit rerum confuſio ſuſpicari prouidentia res humanas agi.An uerò iſta dei opa dicenda ſunt? Quo pacto credere poſſum deū,cū ſit ſummè bonus,luxurioſo iqnatoq̄ ſcelerib⁹,& auaro pecunias largiter dare,& bono cuiq̄ ſubtrahere? Vnde uis credā? Nēpe .n.ex reb⁹ ipſis fides elicitur. Rectè tu qdē.Nō igitur illa geneſis ſunt? Ita,inqes. Iuſte an iniuſte ? Iniuſtè prorſus.Ad hāc oro qs fecit? Deus? Nō,inqes, ſed infecta eſt.Et quāmā rōne infecta cū ſit,iſta opa-

tur? Hæc.n.contraria ſunt.Non igitur iſta dei oīno D
ſunt.Ingramus ergo,q fecit cœlum? Geneſis,inqes. Quis terram,qs mare,qs anni tpa,qs deniq̄ hæc omnia? An uerò q̄ in his,q̄ ſine aia ſunt,tantum oſtēdit ordinem tantamq̄ cōgruentiam fecit: in nobis uerò quorum gratia cuncta creauit, tantam temeritatem ineſſe inſtituit? Veluti ſiqs domum, ut ſit p̄ claro ope atq̄ honeſto mirabilis cautè prouideat : eos uerò q hāc habitaturi ſunt,negligat. Quis ſucceſsionis ſeriē ſeruat ? Quis naturę ordinatiſsimas ipoſuit leges? Quis diei noctisq̄ primū iſtituit curſum? Nonne iſta geneſi illa ſupiora ſunt? Nō,inqes, ſed ultrò atq̄ fortuitu facta ſunt . Et qua rōne tantus ordo tam ſolers fortuitu fieri potuit? Vnde igitur,inqes,diuites ac ſani,& gloria p̄ſtantes? Partim qdem ex immodica cupiditate,partim uerò ex hæreditate,partim item ui aliqua adepti. Cur igitur,inquies,deus iſta permittit ? Quia non eſt huius tpis meritorum retributio,ſed futuri . Tunc uelim mihi aliquid oſtendas eiuſmodi . Interim hac in uita mihi,inquies,da,& illic non requiro,idcirco nō ac
E cipis.Si.n.cùm extra uoluptatis ſenſum ſis , ita iſta inquiris,ut illis præferas:quātò magis ſi uoluptate ipſa pura ac liqda fruereris? Ex his igitur admoneris,nihil iſta eſſe,minimumq̄ expetenda, ſed media: niſi enim illa eſſent media, nunq̄ profectò & reprobis ea dediſſet.Dic.n.aut nigrum eſſe,aut longum, aut breuem,nonne medium eſt? Ita & dinitiæ mediæ dicendæ ſunt.Nam profectò in his,q̄ ſunt præſtantiſsima atq̄ optima , ac ſaluti neceſſaria , nihil tale repies , ſed æqualiter omnibus indulta ſunt : puta habitus idoneus ad uirtutem, ſpūaliumq̄ diſtributio munerum. Profectò ſi dei beneficia ſcires,cū ea æq̄liter tibi atq̄ illis fruēda data ſint, iſta rū rerū, quas medias diximus , non indignè ferres inopiā,neq̄ earū te cupiditas obtineret.Si æqualitatem illā digniſsimam, totis animi medullis haurires:quemadmodum.n.famulus qui eſcas à domino,& indumenta,& habitacula, & alia omnia æq̄liter cum alijs accipit,ſi quos crines hēt ſuperfluos in capite,ungues q̄ maiores,plus aliqd ſe habere arF
bitratur: eòdem modo qui hmōi eſt,fruſtra inflatur,magnumq̄ ſapit : idcirco clementiſsimus deus nos per inopiam hmōi à terrenis affectibus ſepat, ut hanc uæſaniam prorſus extinguat,ut humanarum rerum deſiderium ad cœleſtia transferat.Nos aūt ne ſic qdem reſipiſcimus . Sicut.n.paruulus, ſi qd hēat puerile,idq̄ rebus neceſſarijs pręfert,pater ipm puerilibus priuat , ut uel inuitum ad meliora traducat:ita & deus omnia facit,cunctaq̄ molitur, ut uota noſtra atq̄ deſideria ad cœleſtia transferat.Cur igitur,inquies,peſsimos quoſq̄ diuitijs permittit affluere ? Quia.ſ.non æqua illi ipſorū atque tui cura eſt.Qūo igitur etiam iuſtos ditari permittit? Vt eos ēt per diuitias probet , atq̄ ex illorū largitate cæteri ad miſerationis prouocentur exempla .' Atque iſta quidem nunc leuiter attigiſſe ſufficiat. Quod ſi ſciretis ſcripturas,ſi credere uelletis, ac diuinis ſermonibus aim intendere,ne iſta qdem dicere opus fuiſſet:cuncta qppe noſtis . Nā ut diſcas nihil eſſe diuitias,aut ſanitatem,aut gl̄iam,plurimos eqdē tibi oſtēdere poſſum,q cū lucrari poſſent,ea lucra omiſerūt : q cùm ſani & uegeti eſſent, corpa ſua ſpontè macerant atq̄ affligūt: q cùm poſſent gloria affatim perfrui,oia gerunt, ut deſpectui

G sint. Nemo tamen bonus, malus esse studet. Hęc igitur æmulemur, q̃ uera sunt bona, ut illis quandoque perfruamur, quæ æterna sunt in Xp̃o Iesu domino nostro, cum quo est patri, unà cum sc̃to spiritu gloria, imperium & honor, nunc & semp, & in secula seculorum, Amen.

Homilia II.

Finis autem præcepti est charitas ex corde puro, & conscientia bona, ex fide non ficta, à quibus quidam aberrantes conuersi sunt in uaniloquiũ, uolentes esse legis doctores, non intelligentes, neque ea quæ dicunt, neque de quibus affirmant. Scimus autem quia bona est lex, siquis ea legitimè utatur: ⌈*scientes*⌋ *hoc, quia lex iusto non est posita, sed iniustis & non subditis, impijs & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicarijs, masculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus & periuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, quæ est secundum euangelium gloriæ beati dei, quod creditum est mihi.* Nihil ita humano generi nocere consueuit, ut amicitiam contemnere, neque eam magno cum studio & tota ob seruatione seruare: sicuti è contra nihil est, quod ita res humanas moderetur ac dirigat, ut hanc oĩbus uiribus persequi: quod profectò Xp̃s insinuãs aiebat: Si duo ex uobis consenserint, in unum, qcqd petierint, accipient: & rursus, Cùm abũdauerit iniqtas, refrigescet charitas multorũ. Eiusmodi profectò contemptus oẽs hæreses genuit, quippe ex eo quòd non diligerent frẽs, secundis eorum successib⁹ inuidebãt. Ex ea aũt inuidia, dominationis ambitu tenebantur: porrò ex ea ambitione hereses nascebantur, idcirco & Paulus cùm dixisset, Vt denũcies qbusdam non aliꝛ docere: modum ẽt suggerit, quo id fieri possit. Qui nam uerò hic est? Charitas. Quemadmodum denicp̃ dixit, Finis legis Xp̃s, hoc est impletio: ita & p̃ceptum istud charitati coniungitur, atque ex ea dependet. Medicinæ nempe finis sanitas est: itaq; cùm adest sanitas, p̃cepto ac denũciatione nihil opus est: etiam si adsit charitas, p̃ceptis non est opus. Charitatem uerò cuiusmodi dicit? Synceram, & quæ non uerbis tantùm, sed q̃ ex mẽte, & intimo cordis affectu, proximorumq; miseratione prouenit. Ex corde (inquit) puro, siue de recta conuersatione, siue de charissima amicitia intelligendum sit: qppe & uita impura schisinata facit: Ois. n. q malè opatur, odit lucem. Nã & in malis dilectio inuenitur: puta latrones latrones amãt, & homicidæ homicidas: uerùm nõ est ea dilectio ex conscientia bona, sed mala: neq; ea ex puro corde, sed ex ipuro pficitur, neq; ex fide nõ ficta. Fides .n. qd uerum est, indicat, & ex syncera fide charitas gignitur. Qui. n. ueraciter in deum credit, nunquã prorsus ab ea desistere poterit. *A quibus*, inqt, *quidã aberrãtes, cõuersi sunt in uaniloquiũ.* Rectè ait, aberrãtes. Quippe arte opus est, neqs incassum iacula dirigat, neu extra signũ sagittas intorqueat, ut necessario opus sit spũs gratia. Sunt. n. plurima, quæ à recto itinere nostros frustrentur conatus, cũ ad unũ signum intentio tota dirigenda sit. *Volentes*, inqt, *esse legis doctores.* Aĩaduerte & aliam ambitionis cãm, idcirco & Xp̃s aiebat: Vos aũt neminem uocetis rabbi. & rursum: Neq; n. ipsi legem custodiũt, sed ut in carne uestra glorientur. Ambiunt, inquit, dignitatis titulos, atque ideo oculos à ueritate detorquent. *Non intelligentes*, inqt, *neque quæ dicunt, neque de quibus affirmãt.* Hic iam illos arguit impe ritiæ, cùm nesciãt destinationem legis, ac tp̃s ignorent, quatenꝰ ea rata futura erat. Quo igitur pacto, ſſi ex ignorãtia, peccãt, dicis eos legis doctores esse uelle: idcirco profectò, qa charitatẽ deseruere: ſnã ex hoc ignorantia gignitur. Nam cùm aĩa seipsam negotijs carnalibꝰ penitus dederit, hebetatur illius acies, ac prorsus obtũditur. Vbi. n. à charitate decíderit, necessariò ad cõtẽtionis deuoluitur studia, iamq; mentis acies nihil aliud q̃ rixas cõspicari p̃t. Nempe. n. is, qui aliqua hmõi rerum tpalium concupiscẽtia detinetur, ciusmodi uitio ebrius, nequaquam desiniustitia ſ intẽgrum atque illibatum ualet proferre iudicium. *Nescientes*, inqt, *de quibus affirmant.* Valde. n. fieri poterat, ut de lege loq̃rentur, & plurima de purgationibus, alijsq; corpalibꝰ rebꝰ tumidè & cũ ambitione differẽrẽt. Deinde illa arguere omittens, ut q̃ nihil essent, umbramq; potius spũalium rerum præsignarent, id potius ait quod gratius futurum erat. Hoc aũt cuiusmodi est? Laudat legem tantum, decem. s. præcepta legis extollens, quippe ex his & illa eijcere intendit. Nã si hæc ipsa quæ transgressores ẽt puniunt, nobis inutilia sunt, lõgè magis illa q̃ minus in se authoritatis habent. *Scimus aũt*, inqt, *quia bona est lex, siquis ea legitimè utatur,* ⌈*scientes*⌋ *hoc, quia iusto lex non est imposita.* Quòd siqs ea minꝰ legitimè utatur, nõ idcirco bona non est, sicut quoq; bona erit? Verùm quod ait, hmõi est: laudat eam ex operibꝰ. id quippe significat, *Siquis ea legitimè utatur.* Sunt. n. qui hac minimè utantur legitimè: puta cũ eã uerbis exponũt, operibúsque transgredi non uerentur. Id aũt est ea uti nõ legitimè. Vtuntur. n. & isti, sed nõ ad utilitatem propriam. Aliud aũt ex eo elici põt, quòd ait, legitimè. Siqdẽ tunc ea legitimè utitur quispiã, cũ illum transmittit ad Xp̃m. Tota. n. legis intentio, omniaq; illa sacramenta carnalia, ac figuræ omnes Xp̃m loquuntur, Christum nobis insinuãt: enimuero cum legis destinatio sit iustificare hominem, neque id possit, ad eum transmittere studet, q pót. Alio itẽ modo legitimè utimur lege, cùm. s. magna eam intentione seruamus. Quid est, magna intentione? Quemadmodum inqt, fræno legitimè utitur non is equus, qui lasciuit, neq; qui mordet, sed q illo pulchrè agitur: ita & is lege utitur ltimè, non q literæ necessitate sobriè, ac iustè uiuere cogitur. Quis aũt illa ltimè utitur? Qui hoc nouit, quòd ipsa non indiget. Nam q ad id uirtutũ culmẽ euasit, ut nõ legis metu rectè factis insistat, sed uirtutis tã tũ gratia: hic ea legitimè atq; securè utitur. Siqs ea ita utitur, ut nõ metuat eã, neq; penitus timeat, sed futurũ magis supplicijũ sp̃ ante oculos uoluat: hic ea itidẽ legitimè utitur: ppea iustũ hoc in loco appellat eũ, q uirtutis actibꝰ pollet: ille qppe rectè lege utitur, q ab ea erudiri opus non hẽt. Quẽadmodum. n. literarũ apices pueris proponũtur: porrò q eas docet, nõ ex ipsis excellit, uerum aliunde pitiæ gliã promeretur, atq; ex ea eruditione p̃stãtius utitur literis: ita & q legem trãscendit, nihil opus hẽt doceri lege. Qui. n. non metu ipsam exeqtur, sed ex uirtutis desiderio, hic illã dignius cæteris, ac p̃stantius implet: neq;. n. pari conditione is, qui supplicium ueretur, & q honorem appetit, legem implet. Non sílr eam seruat, qui sub lege, & qui supra legẽ est: nã supra legem uiuere, id tãdem est ea legitimè

Universidad de Deusto
Biblioteca

A uti Ille. n. ritè ea legitimè utitur, qui maiora quàm ipsa p̃cipit, pficit: q ab ea eruditi nõ patitur. Lex. n. ut plurimum circa scelerum interdicta uersatur. At id iustum neminem facit, sed sola bonorũ operum exercitatio. Quicũque igitur seruorum more à malis abstinent, hi legis destinatione frustrãtur: idcirco. n. ea impõsita est, ut puniat transgressores. Illi itaque non ea utuntur, nisi tantum ne pœnas exol
Rom. 13. b uant. Vis. n. inquit, nõ timere potestatem? Bonum fac: ac si dixerit, lex. n. malis suppliciorum denunciatrix est. Cæterùm ei, q coronis digna peregerit, ad qd erit utilis lex? Ad nihil profectò, quemadmodum & medicus, cõfectò uulneribus, non sano, neque bona ualetudine p̃dito. *Iniquis autem*, inquit, *& non subditis, impijs & peccatoribus.* Iniquos ludẽos uocat, & non subditos. Lex, inqt, iram operatur.
Ibidẽ 4. c Quid igitur ad eũ, qui meretur honores? Per legẽ,
Ibidẽ 3. c inquit, peccati cognitio. Quid ergo ad eũ q iustus est? Cur iusto lex ip̃osita nõ est? Quia ille cruciatu superior est: neq; à lege, q̃ sint gerẽda, discere expectat, cùm habeat intrinsecus dictãtem spũs gratiã. Lex. n. data est, ut metu atque cõminatione terreãB tur, ac peccare desistant. Nihil igitur frẽno opus est mansueto & obtẽperanti equo: nihil instructione opus est ei, q pædagogo non idiget. *Iniquis autem, & non subditis, impijs & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis.* Neq; hactenus subsistit, neq; pctã solũmodo maiora notauit: uerũ ea ẽt per spẽs prosecutus est, ut legis magisterio uerecundiã faceret: & cũ ea p spẽs enumerasset, tum demũ ab his arcere perrexit, quãquam & ea q̃ dicta sunt, ab huiusmodi amouere potuissent. Quid igitur? Iudęi plagiarij, & patricidę, & matricidę erant? Hmõi profectò eos fuisse significat. Impij, inquit, scelerati & contaminati, tales illi erãt, atq; ideo lex data est. Nam dic, obsecrò, nõne illi idola iugiter adorabãt? nõne Mosen lapidare uolebãt? nõnne fraterna cæde illorum madebãt manus? nõnne hęc atq; huiusmodi illis quotidie prophetę exprobrabant? At uerò his qui cœlestia philosophãtur, hęc cũcta supervlua. *Patricidis*, inquit, *& matricidis, homicidis, fornicarijs, masculorum concubitoribus, mendacibus, periuris, et siquid*, inquit, *aliud sanæ doctrinæ aduersatur.* Rectè
C sanæ doctrinæ, inquit: illa. n. oĩa uitia sunt aiæ penitus corruptæ. *Secundum euangelium*, inquit, *gloriæ beati dei, quod mihi creditum est.* Itaque & nunc ad confirmationẽ euãgelij lex necessaria est: cęterũ his q euãgelio credunt, atq; obtẽperant, minime necessaria. Euãgelium aũt gliæ ipsum ideo uocat, nullam aliam ob cãm, nisi ut eos qui in persecutionibus, ac passionibus Christi erubescunt, confirmaret. Igitur tum pp alia, tum pp hæc ipsa euãgelium gloriæ uocat, qa & ipsa passio Christi gloria est: & persecutiones ipsę, quas in noĩe illius patimur, glorię sunt. Siue ẽt fortasse futura significat. Nam etsi p̃sentia confusione, probrisq; plena uideantur, at futura non eiusmodi sunt: porrò euangeliũ futura,
Lucæ 2. b non p̃sentia nũciat. Cur igitur angelus ait, ecce euãgelizo uobis gaudiũ magnũ, quoniã natus est hodie saluator? Natus est quidẽ saluator, cæterũ post modum saluator erit: neque. n. simul atque natus est, signa ẽt operabatur. *Secundum euangelium*, inquit, *gloriæ beati dei.* Siue hic glorię euangeliũ, cultũ dei appellauit: siue quod p̃sentia omnia gloria
Heb. 10. c ipsius plena sunt, longeq; dignius futura. Cũ, inqt, subiecti fuerint sub pedibus eius omnes inimici ip D sius, cùm nihil fuerit quod aduersetur, cũ uiderint iusti beatissima, atq; felicissima p̃mia, quę neq; oculus uidit, neq; auris audiuit, neq; in cor hoĩs ascen- 1. Cor. 2. c derunt. Volo. n. inquit, ut ubi ego sum, & isti sint mecum, ut uideant gloriam meam, quam dedisti Ioã. 17. b mihi. Quinam ergo isti sunt, ut eis meritas laudes dicere possimus? q̃ magnis illi tũc fruituri sunt bonis? quàm excellentis erunt participes glorię? quanta claritate, ac beatitudine felices erunt? Quippe p̃sentis temporis gloria & nulla est, & instabilis, fluctuat: & si aliquandiu permaneat repentè tamen extinguitur. Neque enim, inquit, descendet cum eo Psa. 48. d gloria eius. Plurimos autem neque ad finem usque comitata est. At uerò de illa immortali ac sempiterna gloria nihil tale suspicandum est, sed manet illa penitus, nullum unquam finem habitura: quippe diuina omnia huiusmodi stabilitate sunt prædita, nullámque omnino mutationem admittũt, nulloque fine clauduntur. Non enim ea tunc gloria de exterioribus, sed ex interioribus manat: puta non E illam pretiosa uestis, non famulorum, atque obsequentium multitudo, non habitus gloria facit illustrem: sed absque his omnibus gloria erit, uilisque uestitus. Nunc enim si ista subducas, gloria uidebitur nudus: nẽpe enim in balneis nudos cernimus diuites atque inhonoros, ituemur autem & malos: at uerò in foro plurimi sępe pericli tati sunt, cũ eos serui casu aliquo deseruissent: illic aũt gl'a nostra semp nos ubique comitatur. Et quẽadmodũ angeli ubicunq; apparuerint, secũ gloriam habẽt: ita & sancti. immo uerò quẽadmodum Sol non indiget uestibus, non alijs aliqbus opus habet, sed sil' atq; illuxit, gliam suu fulgoris ostendit: ita & tunc erit.

Morale.

Persequamur igitur hanc gloriam fratres, qua nihil dignius, nihilq; reuerentius est: relinquamus illam, qua nihil abiectius. In amictu, iquit, uestium ne glorieris. Ista pridem prędicabantur infantib⁹: Eccl. 11. a Chistrio nempe enim & saltator, & scortũ, & ſ uenatorſ gratiora te, & pretiosiora indumenta circũfert. Timeæ præterea huius te gloriæ uoluptate priuabunt. Vides quàm incerta, quámque instabilis sit uitę præsentis gloria? Gloriantur in re, quam uermes & gignunt & perdunt. Feruntur enim quidam ex India uermiculi huiusmodi confícere uestes. Si uestẽ posF sidere cupis supernè intextam, amictum omnino mirabilem, atque clarissimum, iudumẽtun' penit' aureum acquirere stude. Nempe illud aurum, non metallum est, cuiusmodi damnatorum effoderunt manus, uerùm ex uirtute generatur. Induamus nos stola illa, quam non homines inopes, aut serui conficiunt, sed ipse dominus sẽ diligentibus præparat. Quid, oro, uestimẽto huic insertum est, quod te facit illustrem? Aurum. s. Et hoc quid ad rem? Opificem. n. mirantur omnes, non eum qui fuerit amictus: ille. n. reuera admiratione dignus est: quẽad modum & in simplicibus uestibus, non lignum in quo apud fullonem uestis tẽditur, admiranur, sed opificem potius, licet ipsam lignum ferat. Sed quæ hiusce uestis utilitas? quis usus est? Vt. s. excutiatur, ne corrodatur à tineis. Quantæ igitur amentię est, quàm irrationabilis fatuitatis, pro nihilo tantum p̃ferre studium, & cuncta moliri: salutem uerò sempiternam prodere, gehennamque contemnere, atque in deum esse contumelioſum, & despicere

Gesurientem Christum? Quid meliorem ptiosorum aromatum quæq; ex India, etiam q̄ ex Arabia,& q̄ ex Persida couehuntur? Arida sil'& liquida, ungue torum,atq; odorum nimis delicatū usum: quę omnia sumptum afferūt inutilem prorsus,atque superfluum? Quid unguentis ô mulier corpus ungis qđ intrinsecus imunditia plenum est? Quid putredine peruium corpus ptiosis aromatib⁹ codis,ueluti si quis unguentū inijciat cœno,aut molli lateri balsamum? Sūt si uis unguēta ptiosa,sunt pleni cœlestis fragrātię odores,qbus inungere animum possis, q̄ non ex Arabia,neq; ex Aethiopia,neque ex Persida, sed ex ipso conuehūtur cœlo: emunturq; nō auro, sed uoluntatis pstantissimo instituto,& fide nō ficta. Huiusmodi tibi unguēta eme,quorū odor implere orbem possit. Hmōi fragrantiam apli spirasse
2. Co.2.d nosc̄untur. Odor.n. inquit,suauitatis sumus,alijs q dem in mortem,alijs uerò in uitam. Quid aūt hoc sibi uult? Fertur nempe & sus fragrantia odoris suf focari. Non aūt corpus aplorum tantùm, uerùm &
H indumenta ipsa unguento spiritualis gratiæ plena
Actō 19.b erant. Ita.n. Pauli indumenta suauissimū spirabāt odorem,ut etiam dęmones pellerent. Quod soliū, quam casiam,quam myrrhā hmōi odor non suauitate atq; utilitate transcendat? Nam si fugabant dęmones,quid aliud non potuisse credantur? Huiusmodi nobis conficiamus unguētum. Conficit aūt ipm per eleemosynam gratia spiritualis. Hanc odoris fragrantiam & cū hac si profecti fuerimus, spiraturi sumus: & quēadmodum hic oēs in se cōuertunt hi,qui unguentis delibuti sunt: & siue in balneum,siue in eccl'iam, siue in aliū quēlibet populosum locum abscesserit, qui hmōi ex se emittit odorem,oēs ex eo pendent,oēs ad eum se conuertunt:ita & in futuro seculo, cū animæ hinc profectæ odoris spiritualis secū intulerint gratiam, stupent omnes, oēs cedunt:in hac etiam uita dæmones, ac uitia oia accedere ad huiusmodi aiam non pręsumunt,neq; sustinent,eo qppe odore suffocantur. Illa igitur aromata circūferamus: hęc.n. nobis & lasciuię opinionem inferunt,& nocent plurimū:
I illa uerò fortitudinis,atq; miraculi nos admiratione concelebrant,ingentemque nobis fiduciā præstant. Huiusmodi aromata nō germinat tellus, sed uirtus inclyta gignit. non marcescunt, sed florent: huiusmodi odoribus unginur,cū baptismatis fonte renascimur, tunc honestissimam hanc fragrantiam spiramus. Postea uerò studij nostri sit necesse est,si huiusmodi odorē spirare uelimus. Idcirco ſ& ſ ēt olim. ueteris unguento inungebātur sacerdotes, magnæ uirtutis indicium præferentes. Quippe eum q̄ sacerdotio fungitur,odorē spirare optimum conuenit,
Psal.37.a cęterum peccato nihil putidius est. Vide q̄ signanter ipsius naturam propheta describat,dicens. Putruerūt & corruptæ sunt cicatrices meę. Re uera.n. putredine oi peccatum deterius ē, atque fœtidius. Quid.n. q̄so,fornicatione putidius? Non is tūc fœtor apparet,cū quis libidine continetur, uerū post peccati perpetrationem. Inspice, ac diligenter examina,quid fornicarius sit:& tūc animā uertes peccati pestimum odorē,tunc imunditiam imensam, tunc execrabile scelus, tunc flagitium detestandū. Huiusmodi nempe est natura peccati, habet anteq̄ perpetretur aliquam uoluptatem: ubi uerò cōsummatum fuerit,uoluptas illa cessat,atque marcescit: subit aūt continuo mœstitudo, ac tristitia ingens. K
Ecōtra uero iustitia initio quidem labores habet, in fine autem uoluptatem, ac requiem: neque illic uoluptas iucunda est expectatione infamiæ & pœnæ: & hic labor molestus non est præmiorū spe. Quid de ebrietate dicemus? Nonne in haustu solo uoluptatem præbet? Immo uerò ne in bibendo qdem uoluptas sæpe deprehenditur. Cum.n. qs præ ebrietate in amentiam labitur,neminemq; p̄sentium intuetur,sed insanis deterior effectus est: qui iam uoluptati locus erit? Ne in ipsa quidem libidine uoluptas ulla est. Cum enim præ morbo uitioso anima iudicium sensus amiserit,quæ nam huiusmodi uoluptas est? Quod si ea dici uoluptas debet,& scabies itidem uoluptatem habet: uoluptatem illam equidem dixerim,quæ uera est, cùm anima nulla perturbatione distrahitur,nullaque corporis impedimenta perpetitur. Quænam enim hic uoluptas dici potest,dentes feruore collidere, uersare oculos, atque ultra debitum modum incalescere? Adeò autem non est illa uoluptas, ut ab ea L
citius euadere studeamus, & postmodum dolore conficimur. Si itaque uoluptas est,noli eam effugere,persiste in uoluptate. Vides ut nomen tantummodo uoluptatis sit? sed profectò nostra non huiusmodi sunt,uerum omni incūditate plenissima. Non illa cū obscœna flamma uoluptatem pstant, uerùm & liberam subeunt animam, & lætificant, ac suauitate perfundunt. Huiusmodi erat Pauli uo Philip.1.c
luptas,cùm diceret: Et in hoc gaudeo, sed & gaudebo. & rursum: Gaudete in domino semper. Illa Ibidē 4.a
nempe falsa uoluptas & confusionem habet, & desperationem, clamq; cōmittitur, atque innumeris pestibus plena est: hęc autem nostra euasit his omnibus libera. Hanc itaque uotis omnibus, ac studijs persequamur,ut & futuris bonis perfrui mereamur,gratia & benignitate domini nostri, &c.

Homilia III.

g *Ratias ago ei,qui me confortauit Christo Iesu domino nostro,quia fidelem me existimauit ponens in ministerio. Qui prius fui blasphemus,& persecutor,& contumeliosus: sed misericordiam dei consecutus sum,quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia domini nostri,cum fide,& charitate,quæ est in Christo Iesu.* Humilitatem animi lucra quidem M
ferre ingentia cernimus,uerùm ea non facilè inuenitur: sed humilitatem quidem uerborum plurimam,& ultra quàm satis sit, absq; difficultate reperies: animi uerò humilitatem difficillimè. At uerò beatus hic uir eam ita ubiq; persequebatur,ut plurimas quoque omnibus in locis occasiones aucuparetur,animum suum huiusmodi fræno comprimere. Quia.n. illis maximè laborare opus est,ut ueram cōsequi humilitatem possint, qui magnarum sibi uirtutum conscij sunt,magnam sibi uim inferant necesse est,ut conscientiā rectè factorum sese semper efferentem obtundere queāt. Aspice deniq; & hoc in loco quid agat. Dixerat sibi creditū euangelium gl'iæ dei,euangelium.s. cuius esse participes nequeunt hi,qui adhuc utūtur lege. Quippe ex aduerso illi obiectum est,tantumq; utriusq; rei interuallū cernitur,ut q̄ sub lege tenentur, necdū euāgelij participes esse mereātur: quēadmodū siqs diceret eos q̄ adhuc carcere ac supplicio indigēt,fas nō esse iferri itra philosophorū chorū. Quoniā igitur

A ampla locutus erat,magnumq; sapere uidebatur,si mul & seipsum comprimit, & psuadet alijs, ut hoc ipm imitētur: nam cū dixisset, Quod creditum est mihi, citò semetipsum corripuit: uti ne existimes hoc ipm ex arrogantię tumore dixisse. Intuere,obsecro,quānā emendatione usus est: intulit prorsus, & ait: *Gratias ago ei,qui me confortauit Xp̄o Iesu domino nostro,quoniā fidelē me existimauit,ponēs me i ministerio.* Vides ut oibus in locis suam semp iustitiam suppri mat,totumq; deo adscribat: ita tamē,ut libertatem non tollat arbitrij. Dixisset. n. profectò infidelis qspiam,si rotum dei est, nihilq; à nobis infertur, sed ueluti ligna ac lapides ad uirtutem à uitijs rrāsfert: quid est quod Paulum quidem talem fecit, Iudam uerò lōgè dissimilem? hmōi igitur obiectis occurrens,uide quàm prudenti sermone usus est. *Creditum,* inquit, *mihi est euangelium.* Hoc iā ipsius rectè factum, ipsiusq; dignitas est, uerū non ipsius totū. Nā protinus subdit: *Gratias ago ei,qui me confortauit, Christo Iesu.* Hoc profectò iam dei est. Deide rursus qđ suum erat, adiecit: *Quoniā fidelem me existimauit.*
B prorsus,id qa ex semetipso intulerat aliquid. *Ponēs,* inqt, *in ministerio,qui prius erā blasphemus,et contumeliosus,& persecutor: sed misericordiā consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.* Vides ut etiam qđ suum est, & qđ itidem dei, cautè proponat. Dei scilicet prouidentiæ plurimū semper attribuens, sua uero rectè facta supprimēs semp, atq; occultans: ita tamen, ut dixi, ne libertatē arbitrij tolleret. Quid āt sibi uult qđ ait, q me confortauit? Onus ingens subierat, plenumq; periculi, & qđ superno adiutorio plurimum indigeret. Cōsidera deniq; qbus erat opus uiribus aduersus quotidianas contumelias, iniurias, maledicta, insidias, pericula, iurgia, probra, mortesq; pśtere, neq; lacessere, neq; referre pedē: sed inumeris undiq; telis diebus singulis lacessiri, & intētis ad superna luminibus fortiter stare, nullisq; oīno terroribus cedere. Id profectò non humanarum uirium erat, neq; itidem diuini tantùm adiutorij, uerum & ipsius proposito uoluntatis. Quia.n. quidnā futurus esset, ipm pscierat deus, audi quid de ipso teste
Actō. 9.c tur, ante scilicet quàm officium p̄dicationis attin-
C geret: Quoniā, inqt, uas electionis mihi est iste, ut portet nomen meū corā gētibus & regibus. Quēadmodum.n. hi, qui in bello regia signa circunferunt, ut moris est, magnis laboribus indigēt & uiribus, maximaq; peritia, uti ne id hostibus prodant: ita & q Xp̄i nomen portant, non in bello solùm, ue rumetiā in pace summis uiribus indigēt, ne id maledicis linguis exponāt, sed id strenuè ferāt, uexillo crucis armati. Ingenti.n. profectò opus est robore, ut qs dignè portet Christi nomen. Nā q indignum aliqd uel dixerit, uel fecerit, aut ēt cogitauerit, Xp̄i nomen nō legitimè portat, neq; habet in semetipso Xp̄m. Porrò qui id congruè portat, is profectò triūphat, non in foro, sed in cœlis, omnesq; illi adstant angeli circūdantes illum, atq; admirantes. *Gratias,* inquit, *ago ei qui me confortauit Xp̄o Iesu domino nostro.* Vide, ut etiam eorum q̄ ad ipsum pertinent, ei gratias agat, quòd scilicet ipsum uas electionis effecerit. At id quidem tuum est ô beatissime Paule, neq; enim personarum acceptor est deus: hoc autē est, quòd dignū me fecit hoc ministerio, hoc indicio, quòd me fidelem existimauerit. Quemadmodum .n. in domo patrisfamiliās dispensator illi non mo
D dò gratias agit, quòd sibi crediderit substātiā suā, uerùm & quod illi hoc imposuerit signū, alijsq; fideliorem arbitratus sit: eodem modo & hic intelligēdum est. Deinde diligenter inspice, qūo dei misericordiam, ac benignitatem p̄dicet, & uerbis extollat, priorem suam exponēs uitam: *Qui prius,* inqt, *fui blasphemus, & contumeliosus, & persecutor.* Nempe cū de Iudęis loquitur, qui eatenus erant infideles, pres
Ro.10.c siore utitur uerbo, semperq; de culpa subducit. Testimoniū. n. inquit, reddo, quòd zelum dei habēt. De se autem, *Qui,* inquit, *prius fui blasphemus & persecutor, & contumeliosus.* Intuere diligentius quāto se deiciat studio, quàm non sit amator sui, quàm non se palpet, utq; humilem posideat mentem. Nō fuisficiebat se appellasse blasphemum, nisi ēt psecutoris sibi crimē iniungeret, rursumq; idipsum persecutionis augeret malum. Non.n. inquit, satis ei at mihi meipsum lædere, neq; blasphemare fuffecerat: ue rumetiā piè uiuere uolētes psequebar. Magna blasphemiæ uæsania est. *Sed misericordiam cōsecutus sum, quia ignorās feci in incredulitate.* Cuius ergo rei gratia Iudæi quoq; alij misericordiam consecuti nō sunt? Quia nō ex ignorātia, uerū ex proposito malo, sciētes, prudentesq; peccauerunt: atq; ut id diligentius
Ioan.12.f noueris, euangelistā audias licet dicentē, quòd plurimi ex Pharisæis & Iudæis credebāt qdem, uerùm confiteri minimè audebant. Dilexerunt.n. gl'iam
Ibidē.5.g hominum magis, q̄ dei. Et Christus iterum ad ipos
Ibidē.9.c ait: Qūo potestis credere, gloriam ab inuicem inquirentes? & rursum: Hæc, inqt, dixerunt parentes
Ibid.12.c cæci pp Iudęos, ne extra synagogam fierent. Et ipsi item Iudæi alio in loco dicebant: Videtis, quia nihil proficimus, ecce mundus totus post ipm uadit. Vbiq;.n. ipsos dominationis uana pturbabat ambitio, nēpe illi ipsi dixerunt: Nemo potest pētā dimittere, nisi solus deus: statimq; ille, qđ ipi signum
Luc.5.e dei esse dixerāt, fecit. Nō igitur ex ignorātia ista faciebant. Vbi nā uerò tunc Paulus erat? fortasse illū. ad pedes Gamalielis fuisse qs dixerit, nihilq; cōmune cum turbis seditiosis habuisse. Vbi nā uerò Gamaliel ipe degebat? Erat uir ille ab hoc ambitionis fastu penitus remotus. Qūo igitur post hęc Paulus inter turbas furētes fuisse deprehenditur? Aspiciebat dogma nostrū idies augeri, iamq; obtinere, plu F
rimosq; obtēperare cœlestib⁹ monitis. Nā sub Xp̄o qdem interdum ipm audierat, interdum uerò doctores legis adibat: tūc aūt rebus in seditionē uersis, cùm diuisa esset penitus de Christo plebis opinio, tunc iā non ueluti reliq ambitionis causa, sed zeli agebat, q̄ egisse cognoscitur. Cur igitur Damascum proficiebatur? Luē quandam, ac pestē esse p̄dicationem dogmatis nostri existimabat, ac metuebat ne passim ista p̄dicatio diuulgaretur. Verū .n. Iudæi, non eodem ducebantur zelo, non utilita
Ioan.11.f te multitudinis, sed ambitionis fastu gerebant oia. Deniq; intuere qđ dixerint: Ne fortè ueniāt Romani, & tollant locum nostrum & gentem. Eiusmodi eos cōcutiebat humanus metus. Illud uerò meritò
Rom.a. qsq; q̄sierit: Cur Paulus, cùm diligentissimus circa legis studium fuerit, ueritatem rei eatenus ignoraAct.22.a uerit? Ipse est nēpe q̄ ait: Quod antea repromisit p prophetas suos. Qūo igitur ipse nō nouerat, q̄ emulator fuerat paternę legis, ad Gamalielis pedes eruditus? Sed hi quidem q̄ ex piscatione, ac telonio uocati sunt, protinus accurrerūt, fidemq; promptè su-

G sceperunt: tu aũt pſequeris, hactenus legis ſtudioſus, idcirco ſemetipſum redarguit, dicens: *Non ſum dignus uocari apoſtolus.* Idcirco ignorantiam confitetur, quam infidelitas parit: ideo ait, miſericordiam conſecutus ſum. Quid eſt aũt, fidelẽ me exiſtimauit: Nihil penitus prodit ex his, q̃ domini ſunt: oia ipſius eſſe ait, ẽt propria, cunctaq; refert ad gloriam dei. Audi deniq; ipſum & alio in loco dicentem: Vi
Act.14.c ri quid nobis inteditis? Nos enim homines ſumus ſimiles uobis paſsibiles: hoc eſt, fidelem me exiſti-
1.Co.15.a mauit. Nanq; & alio in loco ait: Abũdantius eis oĩbus laboraui, nõ ego aũt, ſed gratia dei, q̃ mecum
Phil.2.b eſt. Et rurſus: Qui operatur in nobis & uelle, & poſſe: Oſtendit ſemetipſum fuiſſe ſupplicio dignũ: qppe miſericordia huiuſmodi hominibus ſolet inferi.
Rom.11.c Certè & alibi ait: Cęcitas ex parte in Iſrael contigit: ſed gratia, inq̃t, dei ſupabũdauit cũ fide & dilectione, q̃ eſt in Xpo Ieſu. exaggerat delicta, ne fortè cũ audis, Miſericordiã conſecutus ſum, rem ſimplr accipias. *Blaſphemus*, inquit, *eram & pſecutor, & contumelioſus*: Igitur & ſupplicio dignus: uerùm non pœ
H na affectus. *Sed miſericordiam ſum conſecutus.* Ergone igitur hoc ſolũ dei miſericordiã pdicat, quòd ſupplicia non intulerit? Minimè id quidẽ, uerũ & alia plurima & magna: neq; n. ſolùm imminente pœna nos eripuit deus, ſed & iuſtos fecit, & fratres, & filios, & amicos, & hęredes, & cohęredes. Idcirco, inq̃t: *Superabundauit gratia.* Exceſſit, ait, miſericordia modũ: qppe iſta non miſerẽtis, ſed amantis ſunt ac deſideratis, & nimia ui dilectionis affecti. Cũ itaq; plurima, & magna de dei bẽignitate dixiſſet, quòd ſcilicet ſe cũ eſſet blaſphem⁹, & cõtumelioſus, & pſecutor, fuiſſet miſeratus: neq; id ſolũ, uerùm & plurimis alijs, magnisq; muneribus proſecutus eſſet. Rurſus infidelũ gratia dogma cõmuniuit, ne dicerẽt liberũ arbitrium eſſe ſublatũ. Deniq; addidit. *Cùm fide & charitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Id ſolùm, inquit, intulimus nos, qa credidimus Chriſtũ nos poſſe ſaluare. Diligamus igitur ipſum propter Chriſtũ, lipſe. n. ſe nobis tradidit. Vides quæ nam nobis Chriſtus intulerit bona, & q̃ itẽ lex? Nõ ſimpliciter ait, abũdauit gratia: ſed, ſupabundauit. Re
Morale. .n. uera ſuperabundaſſe dicitur, q̃ innumeris ſupplicijs dignos, in adoptionẽ filiorũ repentè traduxit. Vides iterũ: In, idẽ ſignificare quod, Per. Neque uerò fide ſolũ opus eſt, ſed ẽt charitate: nam plurimi nunc uſq; ſunt, q Chriſtum deum quidem eſſe credunt, ſed ipm tamen non diligunt, neque charitatis iura cuſtodiunt. Ipſi nempe cuncta pferunt, pecunias ſcilicet, geneſin, fatũ, obſeruationes, augu
I ria, & uaticinia, & cætera Chriſtianę religioni prorſus aduerſa: & q̃ dilectionis noſtræ argumenta pſe rimus, q in ipſius iniuriam uiuimus? Habet qſpiam amicũ, quẽ ardenti amplectatur affectu. Vel ſic ſaltem Xpm diligat, uel ſic diligat eum, q pro inimicis ſuum tradidit filium. nempe cũ nulla meritorum noſtrorum indicia pcesſiſſent. Et quid dicam, meritorum? imò cũ per innumera ſcelera corruiſſem⁹, & per neſaria quælibet temeritate illicite diffluxerimus, poſt innumera beneficia, poſt ingentem diſpoſitionis ſuæ prouidentiam eatenus ingratos, ne ſic qdẽ abiecit, aut repulit: uerũ tũ maxime filium tradidit, cũ maiora noſtra feruebãt ſcelera. Nos au tẽ cũ tã ingentibus beneficijs fruiti eſſemus, poſtq̃ ad amicorum euaſimus dignitatem, poſtquam bonis omnibus p ipſum perfrui meruimus, ipſum ne K
ut amicũ qdem diligemus? Et q̃ iam nobis erit ſalutis ſpes? Fortaſſis ad hęc uerba exhorreſcitis, ſed utinã rem potius exhorreſcatis. Et quo nam, inqes, modo Chriſtum neq; ut amicos diligimus? Ego tibi conabor oſtendere. Et cupio qdem atq; oro, ut ea q̃ dixero, deliramẽta potius, q̃ ueritas ſint. Sed uereor planè, ne uerbis ipſis cõſentiant res: pro his q re uera amici ſunt, plurimi ſępenumero dãna ppeti elegerunt: pro Xpo autem non dixerim ſuſtinere detrimẽta, uerùm pſentibus contenti eſſe bonis uix pauci tolerãt: pro amico ſępius & cõtumelias, & inimicitias ſuſcipimus, Chriſti uerò gratia null⁹ inimicitiam ſuſcipit. Amicum fame confectũ nunquam oino deſpicimus: Xpm uerò quotidie uenientem ad nos, neq; pane dignamur: idq; quum crapula diſtẽti ructemus, uentriq; oino inſeruiamus, et heſternum ſpiremus uinũ, atq; delicijs ſoluãmur: plurimiq; ex nobis meretricibus largiamur, alij paraſitis, aſſentatoribus alij, alij itẽ moſtris, & fatuis, & nanis: qppe & hi naturæ defectus ſunt qbus pro delectatione utimur. Amicis, q̃ uerè amici ſunt, nũ L
quam inuidemus, nunquam illorũ felicitate mordemur, at in Chriſto hoc patimur, plusq; amicitiã ualere, q diligenter inſpiciat, animaduertet, q̃ timorem dei. Nanq; ſimulator, & faſcinator, & inuidus homines plus quàm deum reuereretur. Quo pacto? iam dicã, quod ſcilicet cũ deus inſpiciat cor, fraudes concinnare non deſinit: ſin uerò hoiem ſe intueri peruiderit, pallet, erubeſcit, atq; confunditur, Rurſus ad amicũ cũ aliqua afflictione uexatur, ſolliciti pgimus: at ſi modicũ diſtulerimus, reprehenſionem expaueſcimus. At uerò cũ Chriſtus ſępe in carcere in ſuis membris moriatur, eũ ne uiſitamus qdem. Ad amicos aũt fideles, non ideo quòd fideles ſint, ſed qa ſunt amici, proficiſcimur. Vides, ut nihil dei metu, nihilq; ipſius amore ppetretur à nobis, ſed oia partim amicitia, partim conſuetudine facimus? Amicum peregrè cũ proficiſci cernimus, lugemus, ingemiſcimus, illachrymamur: & ſi mortuũ uidere contigerit, plãgimus, & qdẽ cũ certè non uerimus ipm à nobis non ppetuò eſſe ſeparandum pp reſurrectionis ſacramentũ. Enimuero cùm Xps M
quotidie ſeparetur à nobis, immo cùm ipſum diebus ſingulis à noſtro arceamus ingreſſu, neq; dolemus, neq; durum aliquid & acerbũ nos pati arbitramur. Cæterùm cũ illum afficiamus iniurijs, cũ eum contriſtemus iugiter, atq; iritemus, & contrà q̃ ille iuſſerit faciamus oĩa, neq; ingemiſcimus, ſed inſenſibiles non ſecus ac lapides pmanemus. Ne id qdem horroris ſatis eſt, ſi eo non ſaltem ut amico, utimur: ego. n. oſtendam nos illo uti ueluti inimico. Quo, inquies? Prudentia, inquit, carnis inimica
Rom.8.b eſt dei. Atqui hanc circunferimus ſemper, illum fugamus ſi nobis uelit accurrere, atq; ex ianuis arcemus noſtris. Mala nanq; opa hoc faciunt, authores ipſi ſumus, ut quotidie cõtumelijs exagitetur auaritię noſtrę, rapinęq; cauſa. Laudatur qſpiam uirtute probatus, q̃ ad ſanã ptinẽt doctrinã loquens, & eccl̃iam uerbo pdicationis ædificans, nos huic protinus inuidemus: qa q̃ dei ſunt, gerit. Videmurq; inuidere illi quidem, uerùm liuor ipſe noſter tranſit in dominum maieſtatis, dum ædificationem illam non p alios, ſed per nos fieri uolumus: nõ propter Chriſtum, ſed noſtri gratia. Nã ſi Chriſti urgeret,

A affectus, ſiue id per nos ſiue p alios fieret, nihil moueremur. Dic. n. quęſo, ſi qſpiam medicus filiũ habens cęcitati proximũ, ipſe nihil remedij adhibere poſſet: aliũ uerò fortaſſe repiret, qui hoc poſſet, nũ illum repuliſſet? Nequaq̃. Sed ipſi quodammodo ita loqueretur: Siue per te ſanitas, ſiue p me contingat, nihil refert. Cur id? Quia nõ q̃ ſua ſunt, quærit: ſed quid filio expediat, ſtudioſè perſequitur. Ita & nos ſi Xpm toto aĩ affectu amaremus, diceremus profectò: ſiue p nos, ſiue p alios quoslibet, quod ex
Phil.1.c pedit fiat, nihil ad rem: ſiue ueritate, ſiue occaſiõe, inqt, Chriſtus annũciatur. Audi deniq; dicẽtẽ ſanctum Moſen ad eos, q eum irritare uolebant, cùm
Nũe 11.f Eldad & Medad prophetare nũciarentur: Nolite, iquit, pro me æmulari: quis mihi det, ut oĩs ppls dõmini prophetet? Nempe iſta omnia ex gl̃ię uanitate procedunt: nónne hæc inimicorum atq; hoſtium ſunt? Maledixit te qſpiam, tu illũ dilige. Et quo pacto, iquies, id fieri pòt? Poteris certè ſi uelis. Quòd ſi benedicẽtem diligas, nulla tibi gratia eſt: neq;. n. pp Chriſtum id facis, ſed pp laudem tuam. Læſit te
B quiſpiam, tu illum beneficijs refoue. Quòd ſi beneficiũ beneficijs remunerare uolueris, nihil magni feciſti. Iniurias & detrimẽta maxima ppeſſus es, tu contraria operari ſtude. Ita q̃ſo, ita diſponamus noſtra oĩa, deſinamus iniurias inferre, atq; odiſſe inimicos. Ipſe nempe dominus noſter inimicos diligi iuſſit. Nos ipſum quoq; perſequimur noſtri tã ſtudioſum amatorẽ: abſit, inqes. Hoc uerbo oẽs loquimur, cęterùm cõtraria factis oſtẽdimus. Ea eſt peccati obcęcatio, ut quę ne dicto quidem tolerabilia
Ioan.17.b ſunt, ea facto tolerabilia ſint. Deſeramus tandẽ ea q̃ ſalutem noſtram lędũt, ac penitus uiolant, ut eis perfruamur bonis, qb⁹ frui amicos decet. Volo. n. inquit, ut ubi ſum ego, & diſcipuli mei ſint, ut uideãt gl̃iam meã. Qua nos oẽs frui cõtingat in Chriſto Ieſu domino noſtro, cũ quo eſt patri gl̃ia, unà cum ſancto ſpiritu, in ſecula ſeculorũ, Amen.

Homilia. IIII.

Idelis ſermo, & omni acceptione dignus, quoniã
f *Chriſtus Ieſus uenit in mũdũ peccatores ſaluos facere, quorũ primus ego ſum. Sed idcirco miſericor-*

C *diam cõſecutus ſum, ut in me primò oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam, ad ſ confirmationem⁹ eorum, qui crediturí ſunt illi in uitam æternam.* Adeò magna ſunt beneficia dei, atq; in tantum humanam oẽm expectationem, ac ſpem tranſcendunt, ut ea ſæpius uix credantur. Quæ. n. nunq̃ humanus animus aut cogitare, aut ſperare potuit, ea nobis cuncta largitus eſt: ut fermè apſi plurimũ laborauerint, ut nobis p ſuaderẽt credere dona à deo nobis indulta. Quẽadmodum. n. in excellentibus qbuſque bonis hoc patimur, ut dicamus: putásne hoc ſomniũ eſt? ita & in diuinis profectò munerib⁹. Quid igitur erat, cui difficilis habebatur fides? quòd inimici, quòd pctores, quòd hi q in lege non iuſtificabãtur, neq; p opa, hi cõtinuò ex fide ſola primas ptes meritorum cõſecuti ſunt. Plurima igitur & in epla ad Romanos de hmõi loquitur, plurima item hic diſſerit. *Fidelis*, igt, *ſermo, & omni acceptione dignus, quoniã Chriſtus Ieſus uenit in mundũ peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum.* Quia enim Iudæi hoc maximè attrahebantur, perſuadet eis non intendere legi, quaſi poſsibile nõ ſit abſq; illa ſaluari, cũ ſine fide qs ſaluus eſſe nõ poſsit. In hoc igitur tota eius uerſatur intentio. Incredibile. n. eſſe uidebatur, ſi qui- D
dem homo, q oẽm priorem uitam fruſtra atq; inaniter conſumpſiſſet, duxiſſetq; per mala opa, poſtmodũ ex fide ſola ſaluandus diceretur: idcirco ait, *Rom.3.b*

Fidelis ſermo. Verùm qdam non modò non credebant, ſed etiam culpabant, id quod modo facere non deſinũt, dũ dicunt: faciamus mala, ut ueniant bona. Poſtq̃. n. dixerat, ubi abundauit peccatũ, ſuperabũdauit & gratia: quid aiunt? Faciamus mala, ut ueniant bona: iſta. n. maximè gentiles obijciũt, carpẽtes noſtra: nam cũ illis de gehenna diſſerim⁹, & quo pacto, inqunt, iſta deo digna ſunt? Siquidẽ homo ſeruum nactus, q multa peccauerit, dimittit liberum, ueniamq; largitur: deus aũt immortaliter punit. Rurſum cũ illis de ſacro regeneratiõis lauacro, ac de remiſſione peccatorũ loquimur, q̃ nobis baptiſmi ſalutaris gratia condonatur: protinus, q̃, inqunt, hęc indigna ſunt deo, ut q innumeris ſcelęribus fuerit pſſus, criminib⁹ abſoluatur? Vides ubique animi, ac ſniæ puerſitatem ſemper contẽtionibus deſeruire? Nempe ſi malũ remiſſio eſt, bonum ergo cruciatus erit: quòd ſi pœna bonũ nõ eſt, bo
na ſit remiſſio neceſſe ẽ (illorũ nũc more loquor) E
nã iuxta fidei ueritatẽ bona utraq; ſunt, quod alio tpe oſtendendum reſeruamus: neque. n. præſentis tpis eſt, cùm profundum ualde ſit, ac ideo opoſius perſcrutandum. Suo igitur tpe ueſtrę hoc dilectioni proponere iſtitui. Vnde igitur fidelis eſt ſermo, & ex pteritis ſimul, & ex futuris appet. Vides ut prę paret aĩum, atque ſuſpẽdat, eamque rem, ut dignũ erat, diutius uerſet. Nã profectò quod ait, blaſphemum ſe, ac perſecutorem, & contumelioſum miſericordiam conſecutũ, hoc pparantis. Nec mòdò miſeratus eſt, inquit, uerùm et fidelem fecit. In tantũ, ait, fides deneganda non eſt, quòd etiam miſertus ſit. Nemo. n. intuens eum q uinctus fuerat in regia conuerſari, miſericordiam conſecutum ambigere poterit, quod in Paulo cernere in pròptu erat, rurſumq; ex ſemetipſo hęc indicia colligit. Non. n. erubeſcit ſeipſum uocare peccatorem, ſed inde potius gloriatur, quòd cũ peccator eẽt, tãta meruerat circa ſe diuinę benignitatis indicia: ita. n. uel maximè dei ſummam prouidentiam cõmendare poteſt. Et
F qũo, inquies, alio in loco, cùm de ſe loqueretur, ſecundum iuſtitiã, quę in lege erat, ſine q̃rela ſe fuiſſe teſtatur: hic uerò peccatorem ſe, & peccatorũ omnium primum eſſe aſſeuerat? Quia ad eam iuſtitiã, *Phil.3.b* quam deus operatus eſt, & q̃ ueraciter q̃ritur, peccatores & illi erant, q in lege iuſti uidebantur. Oẽs. n. peccauerunt, & indigent gloria dei: hanc aũt non *Rom.3.c* ſimplr gloriam dixit, ſed addidit, quæ in lege eſt. Quemadmodum. n. is, qui multum pecuniarũ poſſidet, diues qdem eſſe uidetur: cęterùm theſauris regijs comparatus pauper eſſe, atq; inops primus cernitur: ita & hic dũ angelis conferuntur, peccatores eſſe ẽt iuſti deprehẽduntur. Quòd ſi Paulus qui iuſtitiã legis fuerat opatus, primus peccator eſt, q ex omnibus alijs iuſtus meritò uocari poſſit. Neq;. n. ſe ideo peccatorẽ ait, quaſi uitam carperet ſuam, ut impudicè actam & per fornicationes, cupiditatesq; fœdatã: Abſit: uerùm iuſtitiam illam huic cõferẽs, non ſolũ nihil eſſe mõſtrauit, ſed peccatores illos, q in illa gloriarẽtur, oſtendit. *Sed idcirco*, inquit, *miſericordiam conſecutus ſum, ut in me primò oſtẽderet Chriſtus Ieſus oẽm patientiam ad confirmationem eorũ, qui cre-*

C ῾υπότυπωσιν .i. ſi formationẽ uel exẽplũ. et ita in ſequẽtibus.

G *diturí sunt illí in uitam æternam.* Vides ut semetipm rursus humiliet,ac penitus comprimat, alia ēt uiliori adiecta cā?Nam quòd prioris ignorantiæ ueniam misericorditer consecutus sit,non nimis illū indicat pctorem,neq; oīno reprehensibilem. Cæterùm idcirco misericordiam fuisse cōsecutum, ut nemo iam pctōr quibuslibet sceleribus pressus de se desperet,immo eandem se cōsecuturum ueniam hoc exemplo præsumat.Magnū ualde ac re uera ingens est.Itaq; cùm dixisset, Primꝰ pctōrū ego sum, & blasphemus,& persecutor,& nō sum dignus uocari apls,& quæq; alia in hunc sensum dixit: nihil profectò tā humile locutus est, quod ex subiecto exemplo manifestius fiet.Sit.n.uerbi gratia,ciuitas quædam ppōsa, cuius ciues oēs mali sint, alij plꝰ, alij minus,oēs tamen pctis obnoxij: unus autem inter cæteros sit sceleribus clarus,ac præ omnibus supplicijs dignus, quippe qui omne genus neqtiæ exercuerit:si igitur dixerit quispiā regem omnibus culpas uelle dimittere, nō ita uerbis fides adhibebitur,sicuti si uideāt eū,qui plus oībus, grauiusq; H deliqt,uenia fuisse donatum. Nulla.n.iā ambiguitas remanere poterit,quin oibꝰ ignoscere uelle existimetur rex,qui eum absoluerit, qui erat p cæteris pctōribus insignis,hoc & Paulus ait: Cùm,inquit, uellet deus certiores homines facere,quòd oia illis pctā donauit,elegit eum, qui plus omnibus deliqrat,cui scelera cuncta dimitteret. Me.n.potito uenia, nemo iam de se dubitare pmittitur, quemadmodum ēt hēt consuetudo loquendi.Si huic ignouit deus,neminem puniet:ut per id ostēdatur,ipm uenia quidem dignum non fuisse,uerùm eā aliorū pro salute meruisse. Nullꝰ igitur ambigat,inqt:nullus de se desper,quandoqdem ipse saluatꝰ sum. Et, quæso,diligentius intuere btissimi uiri prorsus humilem mentem.Nō dixit, ut in me ostēderet patiētiam,sed,oēm patientiam,ac si aptius diceret: Nullus est,in quo maior habenda sit patientia, neq; in ueniri facilè pōt pctōr,qui tanta abundantia miserationis indigeat.Oēm, inquit, ostendit in me patientiam,non partem,quemadmodum his q modica deliquerunt. *Ad confirmationē*,inquit,*illorū,qui crediturí sunt ei in uitam æternam.* Hoc est,ad exhortationem,ad profectū incitamentumq; uirtutis:quoniam uerò magnum qddam de filio fuerat locutꝰ, quòd,ſ.tantam uim dilectionis ostenderet,nequis fortè putaret patrē ab ea charitate remoueri,& ipsi gl̄iam refert,cùm protinus addidit: *Regi autem seculorū immortali,inuisibili, soli sapiēti deo honor et gloria in secula seculorum, Amen.* Pro his,inqt,non tantū filio,sed & patri referimus gl̄iam. Interrogemus hęreticos,ecce,soli deo,dixit:Nū igitur filius deus nō est?Et,soli immortali:Nōne igitur & filius īmortalis est?Et qd nobis postmodum dabit, ipse non habet?Ita sanè,inquies,& deus,& immortalis est filiꝰ: sed non talis,q̄lis est pater. Quid sibi uult,nō talis? Minoris,inqt,substantiæ est, minoris igitur ēt immortalitatis erit. Quid aūt est, immortalitas minor?Nēpe immortalitas nihil aliud est,q̄ morte nō tangi,neq; corrumpi. Gl̄ia quidē maior,ac minor est: immortalitas uerò maior, aut minor esse non pōt: sicuti neque sanitas maior aut minor: aut.n. morbo tentamur,aut non. Quid igitur,inqes? Immortalitatē nos ita ut deus hēmus?Absit,ut id qspiam sentiat. Cur id? Quoniam ipse hanc p naturā hēt,nos autem per gratiam. Sed nunqd ita & filiꝰ? K Minimè uerò,uerum & ipse hanc per naturam hēt. Cuius igitur rei gratia hmōi differentia infertur? Quia ipse,inqes,a nemine talis factus est,filius aūt à patre natus est. Et nos hoc ipm gratè cōfitemur: neq;.n.negamus ex patre filium immortaliter natum.Et huius rei gratia,inquies, patrem gl̄ificamꝰ, qa talem genuit filium. Vides quòd tunc maximè gl̄ificetur pater,cùm magna peregerit filiꝰ. Ad ipm enim filij cuncta referuntur,itaq; & cùm fortem genuerit,& eusmodi qualis ipse est,non gl̄ia filij magis,q̄ patris est. Cùm item temperantē,cùm sibijpsi sufficientem,cùm nō imbecillum, nullo minor est patris q̄ filij gl̄ia. Regi aūt sc̄lorum: & ista de filio dicta intelligi possunt,per quem fecit & sc̄la. Nempe.n.apud nos utraq; distincta res est,aliudq; ministri officium est, & aliud iubentis imperium: atq; alius quidem construit,laborat, fatigatur,aliꝰ aūt imperat.Cur id? Quia is qui ministrat, inferior est: uerùm non ita in diuinis personis accipiendū est, non est ibi alterius creatio,& alterius dominatus: neq;.n.cùm audio,per quem fecit & sc̄la, patrē denego condidisse:neq; item cùm audio patrē regem sc̄lorum,à filio dominatum tollo.Cōia.n.ista sunt & patris & filij utraque: condidit.n.deus,qui opificem genuit,regnat filius quod sit creaturarū dominus: neq;.n.mercede operatur,quemadmodum apud nos:neq; alteri obtemperans,sicut item fit apud nos, sed bonitatis ac benignitatis tantùm pp gratiam.Quid aūt filius? Visus est aliquando? Nemo id tuto dicere pt.Quid est ergo,īmortali,inuisibili,soli sapiēti deo? Quid itē sibi uult,cùm dicit: *Actō.4.b* Neq;.n.est nomen aliud in quo nos saluari oportet,& non est in alio aliquo salus,honor, & gl̄ia in sc̄la sc̄lorum amen? Honor & gloria illi non uerbis redditur,quia & ipse nos nō uerbis honorauit,sed rebus ac per opera, sic & nos ipm honoremus per opa.Et certè hic quidem honor nos tāgit, nobisq; confert plurimū: noster aūt honor illum minimè tangit,neq;.n.nostris indiget,sed nos potius illo indigemus.Itaq; etsi illum honoremus,nosipsos magis honoramus: quemadmodum.n. is qui apertis oculis Solis intuetur lucem,sibijpsi prodest,admi- M rans pulchritudinē syderis, neq; illi aliqd confert: qppe clariorem facere ipse admirando non pt, sed pmanet idē Solis fulgor:ita multo magis in deo.Is q deum admiratur, eumq; honorat, sibijpsi acqrit salutē,maximaq; emolumēta lucratur:qppe ex hac gl̄ificatione uirtutis sua præmia promeretur. Ego *Mat.10.d* enim,inquit,glorificātes me glorificabo.Quo igitur ipse glorificari se dicit, q nihil ex hmōi officio nostro lucratur?Eadem profectò rōne,qua & esurire,& sitire se dixit.Oia.n.quę conditionis nostrę sunt,propria sua esse facit, ut uel sic nos ad se attrahere posit,siue honores,siue contumelias in se perpeti dixit: ut hoc ueluti fræno coerciti timeamus, *Morale.* atq; ad illum prompti accurramus. Glorificemus igitur deum, portemus deum in corpore & in spū nostro.Et quo,inquies,glorificat quispiam in corpore deum,quo item in spū? Spūm hic appellat animam,ad distinctionem.ſ.corporis. Quis igitur deum glorificat in anima simul & corpore? Qui non se libidini subijcit,q minimè inebriatur,q uentri ac gutturi non studet, q exteriorem non qrit ornatum,qui tantū curę circa se ostendit,quantū ad

sanitatem

A sanitatem sufficere potest,qui nō mœchatur: q̄ unguentis delibuta non pgit,q faciem nequaquam fucis,atque coloribus pingit, q̄ dei conteta opificio, nihil ex se addere quasi arte molitur. Quid.n.studium tuū?qd artem cōsummato à deo opificio admouere psumis?Non tibi sufficit diuina formatio? An uerò ueluti excellentior opifex diuinū opificē corrigere impia moliris audacia? Atq; ad authoris iniuriā ornaris,ut post te greges iuuenū trahas? Et qd,inqes,ipsa facere possum? Neque.n.ego hęc uolo,sed uiri gratia facere ista cōpellor.Adamari non pōt q̄ non uult. Pulchram te cōdidit deus,ut ī hoc ipse laudetur,admirationiq; sit opificium suū,non ut iniurias patiatur.Noli ipsi hmōi referre uicē uerùm pudicitia atq; uerecundia te ornare contēde. Pulchram idcirco te creauit deus, ut uirtutis tibi adderet pmia:neq;.n.idem est,speciosam & q̄ amari à plurimis possit,studere pudicitię: & q̄ hmōi careat,nulliq; sit expetenda,castitatem seruare. Audi deniq; quid de Ioseph scriptura dixerit. Erat,inquit, *Gen.39.b* speciosus ac decorus aspectu. Quid nobis profuit audire decorum fuisse Ioseph?ut.ſ.ipsius magis admiremur spēm,honestatemq; laudemꝰ. Speciosam B te creauit deus: quid igitur teipsam deformē facis? Velut.n.siquis aureę statuę illiniat lutum, ita sunt q̄ fucis utuntur,terram tibi illinis partim candidā, partim rubicundam.At,inquies,hoc meritò faciūt quę deformes sunt.Cuius rei gratia? Vt.ſ.deformitatem occultent. At profectò incassum laborant. Quando.n.id quod naturale est, cuiusuis opificis studio atq; arte superatur? Cur aūt deformitas ipsa mœrori sit,si probro careat? Audi deniq; sapientis *Eccl.11.a* cuiusdam uiri sniam: Ne uituperes,inquit,uirum in aspectu suo, neque item laudaueris uirum in specie sua. Deum igitur admirare solum opificē optimum,nō illius opus,neque.n.pulchrum ipse se fecit.Quid.n.lucri decor eiusmodi parit?Nihil profectò,uerùm certamina magis intendit,maioresq; calumnias,atq; pericula,suspicionesq; quamplures. Ea deniq; quam non huiusmodi decor illustrat, sui spiciōe carebit:q̄ uerò formosa est, nisi magno studio,& nimia utatur cōtinentia atq; honestate,opinioni protinus pessimę locum dabit,uirę ipse eiusmodi semper zelo mordetur.Quo quid dici grauiꝰ C possit?Neque.n.tantùm ex aspectu ipso uoluptatis habet, quantū ex suspicione mœroris.Illa.n.consuetudine solet extingui,at uerò ubi lasciuię,libertatis,atq; ipudicitię opinio manare cœperit, ipsius quoq; aīæ intima penetrat, atq; penitus insitis sordibus squalescit indies.Ecce qbus incōmodis pulchritudo subiecta est. Porrò eā q̄ decore caruerit, impedimentis plurimis liberā facilè inuenienus: neque.n.illi infesti sunt eiusmodi pulchritudinis aucupes, sed ueluti agnus simplex in quiete atq; in silentio pascitur,lupo nullo pturbante ipsius otiū, sed semp sibi assidente pastore,& ab huiusmodi incursibus protegēte:ita nihil profectò hēt amplius, quę formosa fuerit,q̄ deformis: neq; hanc illa ullo priuilegio superat, sed ea meritò plus habere dicitur,q̄ merito uirtutis excellit.Nam,qso,q̄ nam oculorum uirtus est?Num quod liqntes,atq; uersatiles, rotundiq; ac cęrulei sunt,siue potius quod acutissimo uigeant lumine?Hoc equidem reor,quod indè constabit.Quæ nā oro lucernæ uirtus, quòd clarè fulgeat,oēmq; illustret domū, an quòd pulchrè fi- D cta atq; rotunda?At nemo hic dubitat, lucisq; claritas iudicio oium obtinet: cętera.n.media sunt,atque cōmunia:idcirco etiam semp ancillulæ dicere solemus,cui lucernę concinnandę officium sit:lucernā malè pparasti,adeò lucernę illuminare proprium est:itaq; & oculus qualiscunq; fuerit, si officij sui ministerium implere sufficiat,differētia nulla est.Sicuti ēt malus oculus dicitur,cū obtusi aspectus fuerit,& naturalem compositionē minimè pfectam in se habuerit. Quippe & eos q apertis oculis non uident,malis esse oculis dicimus: malum.n.oē quod proprium non implet officium appellare cōsueuimus.atq; ista de oculis. Quæ nam uerò narium uirtus est?An quòd rectè,atq; ad lineam utrinq; formate sint,suaq; proportione non careant:an quòd olfactu uigeant iterrogo,ac cerebro subministrēt? At nemo q dubitet: nā ut exemplo utar,ea uasa quibus aliquid rapimus,q̄ nam dicemus optimè fuisse condita: eane q̄ diligenter rapere, atque continere possint,an q̄ decorē fuerint fabricata? Illa.ſ.q̄ usui commodiora sunt. Quid aūt dentes, quales esse dicemus optimos,eosne qui mandere & concidere cibum facilè possint,an eos qui pulchrè, atque ad lineam cōpositi sunt?Illos.ſ.qui rectius, quod fui est muneris faciunt:prosusq; in toto corpe,qui diligēter inquirat,eādem sequetur rōnem, mueniemusq; oēs sanos,pulchros merito dici,dum membra singula possunt propria officia psequi:ita & uasa singula,& aialia,& arbores.nō ex forma, aut ex colore pdicamus,uerū ex ministerio,atq; ex officio prio:ita & seruū uocamus pulchrū eum,qui nobis aptè ministrat,non q speciosus atque mollis est.Vides quo pulchra posit euadere. Cum igitur his q̄ sunt maxima & præstantissima, pariter & formosa fruatur, atque deformis, nihil altera plus q̄ altera posidet: puta mundum hunc silr cernimus,Solē, lunam,stellas,spiramus pariter aerem,humoris atque nutrimēti pariter participes sumus,siue formosi fuerimus, siue deformes.Immo ut aliqd mirabilius loquar, saniores sunt q̄ forma hmōi carent, q̄ speciosę.illæ.n.ut quibus speciem seruare studium sit,seipsas minimè laboribus tradunt:sed otio, atque delicijs,quibꝰ ex rebus mēbrorum officia obtusiora penitꝰ fiunt:hę uero ut q̄ nulla huiusmodi E distendantur cura,passim laborare non desinunt, atq; ob id saniores,uegetioresq; fiūt. Gl̄ificemꝰ igitur deum,portemus ipm in corpe nostro,non exteriorem quęramus ornatum. Supfluum id quidem studiū atque inutile est: nō erudiamus uiros solas intēdere facies.Nam si hmōi ornatus deseruiat studio,cito uir tuus huiusmodi amare faciem consuetus,ullu meretricio capietur. Quod si illū docueris amare in uxore mores,uenustamque dignitatē, non facile cōuolabit ad scorta: neque.n.hęc in meretrice repiet,sed contraria penitꝰ.Noli docere uirū risus suauitate decipi, neq; fracto, soluroq; incessu capi,ne aduersus teipsam illi arma ministres,instrue illum castitate gaudere: poteris aūt id,cùm huiusmodi habitum pfers.Nā si leuis,inconstās,ac lubrica fueris,quo uerbum honestum & graue proferre poteris?Quis te non rideat atque subsannet? Quo autem ēt in spiritu portare possumus deum?Si uirtutem ubique teneamus, si animæ studeamus ornamētis,qppe ille minimè prohibetur ornatus. Ita glorificamus deum, si oibus ex partibus fuerimus F

Universidad de Deusto Biblioteca

G boni:glorificabimur aũt & nos i die illla, nõ sanè
sit,sed multò dignius,multoq; excellentius. Existi
Rom.8.d mo.n.inquit, quòd non sunt condignæ passiones
huius tpis ad futuram gl'iam, q̃ reuelabitur in no-
bis:cuius nos oẽs contingat participes fieri in Xpo
Iesu domino nostro.

Homilia V.

Oc p̃ceptum commendo tibi fili Timothee secun-
H *dum p̃cedentes in te prophetias, ut milites in eis*
bonam militiam,habẽs fidem & bonam conscien-
tiam. Quã quidam repellẽtes circa fidem naufragium fece
runt, &c. Doctoris,sacerdotisq; dignitas magna est,
atq; mirabilis,& q̃ re uera diuina sẽtẽtia compro-
banda sit,ut qs ea dignus adducatur in mediũ: ita
& pridem fiebat,ita nunc quoq; fit,quoties absque
humana passione hmõi electiones celebramus,cũ
nihil oino seculare,nihil tpale intuentes, neque ad
gratiam,neq; ad odium facimus.Nam & si tãta no-
bis spũs plenitudo non adest,sufficit uoluntas op-
tima,uel sola,deum ut ordinationi nostræ concur
rat attrahere: quippe ne apostoli quidem tunc spi
Act.1.d ritus gratiã adepti erant, cũ Mathiam elegerunt:
H sed orationi negotium permittentes,ipm apostolo
rum numero adiecerunt:neque.n.intuebantur hu
manæ amicitiæ gratiã: ita nobis quoq; faciendum
est:enimuero ubi ea q̃ certa sunt,omnibusq; mani-
festa, negligimus, quo pacto nobis deus reuelabit
incerta? Si in modico,inqt,fideles nõ fuistis, qd ma
gnum & uerum est,quis dabit uobis? Tunc aũt qa
nihil fiebat humanum, sacerdotes ẽt ex prophetia
ueniebãt. Quid est,ex prophetia? Ex spiritu sancto.
1.Re.19. Quippe munus est prophetiæ,nõ modò futura p̃di
d cere,uerũ & p̃sentia dicere: quoniã & Saul prophe-
tia ostensus est, qui inter uasa latebat. Deus enim
Act.13.a sanctus:Separate mihi Saulũ & Barnabã: ita & Ti-
mothe⁹ electus est. Prophetias aũt hic plurimas di
cit fortasis,& illam p quam ipsum acceperat,quãdo
eũ & circuncidit,atq; ordinauit,'quemadmodũ
Infr.4 d & ipsa scribit:Noli negligere gratiam,quæ est in te.
I Igitur ut illum excitaret, sobriumq; ac uigilantem
faceret,admonet eum qs illum elegerit,atq; ordina
uerit:ac si apertius dicat,Deus ipe te elegit,ipse tibi
ecclam credidit, non te iudiciũ promouit humа-
num:noli igitur sententiã dei probro afficere, neq;
confundere. Deinde quoniam p̃ceptum,inqt, gra-
uius fortasse uidebatur,adiecit: *Hoc præceptum com-*
mendo tibi fili Timothee. Tanquã filio charissimo præ
cepit,neq;.n.authoritate propria, neq; dominatio-
nis fastu, neq; sua ueluti libertate: sed, fili,inquit,
Timothee. Quod aũt ait,commendo,custodię,di-
ligentiã signat,nihilq; nostrum nos inferre signifi-
cat. Non enim nos eam rem acqsiuimus, sed deus
hanc nobis largitus est & fidem, & bonam con-
scientiam. Quæ igitur dedit, ipsa seruemus: nisi
ipse uenisset, neque fides huiusmodi inueniretur,
neque ulla uitæ munditia, quam à parua ætate
susc̃ipimus: ac si dicat: Non ego sum, qui præci-
pio, sed is qui te elegit deus: id quippe significat
quod ait: *Secundum præcedentes in te prophetias.*
Illas audi,illis obtempera. Quid autem præcepit
deus? Vt milites in ipsis bonam militiam,illæ te ele
gerunt, in his quibus electus es,milita bonam mi-
Rom.6.d litiã. Est.n.& militia mala,de qua alio in loco ait:
Sicut.n.exhibuistis membra uestra arma peccato
& immunditię. Illi sub tyrãno militant,nos ęterno K
regi militamus. Cur aũt eam rem militiam uocat?
indicat profectò bellum excitatũ esse uehemens &
atrox cũ cæteris,tum maximè ei q doctoris fungi-
tur munere. In quo nobis armis opus est ualidis,so
brietate scilicet,temperantia,precibus,ppetuisq; ui
gilijs,qa nõ aduersus sanguinẽ pugnare pergimus,
qa plia nobis cum atrocissimis hostibus conferen
da sunt,ut nullũ hic locũ habeat blanda & pernи-
ciosa mollities. Vt,inquit,*in eis milites*. Quemadmo-
dum.n.in castris,non omnes eundem seruant mili
tiæ locũ,sed uarijs distribuuntur ordmibus: ita &
in eccl'ia,alius qdem magistri obtinet ordinẽ,alius
autem discipuli,alius item rudis, tu uerò doctoris
fungeris munere. Ac ne qs istud sufficere existimet,
uide qd sequtur: *Habens fidem & bonam conscientiam.*
Magistrũ qppe prius oportet docere seipsum: quẽ-
admodum.n.dux,nisi antea miles optimus fuerit,
ne dux qdẽ esse aliquãdo poterit:ita & doctor. hoc
& alio in loco ait: Ne forte alijs p̃dicans,ipse repro- 1.Co.9.d
bus efficiar. Habẽs fidem & bonam conscientiã,ut L
sic cęteris pesse dignius possis. Hoc nos exẽplo ma
iorum non aspernemur monita,ẽt si doctorũ fun-
gamur uice. Nã si Timotheus,cuius nos meritis lõ-
gè impares sum⁹,& monita suscipit, & libẽter addi
scit,idq; cũ in doctoris ordinẽ trãsisset, multo ma-
gis id nos facere conuenit. *Quam quidam repellentes,*
inquit, *circa fidem naufragium fecerunt.* Et meritò sa-
nè. Nũ ubi uita reprehensibilis fuerit, dogma item
hmõi sit necessariũ est, ac uideas plurimos in pro-
fundum malorum corruisse, atque ad gentilem ri-
tum fuisse conuersos. Ne.n.futurorum metu, & ex-
pectatione crucientur, psuadere sibi omni studio
curãt, falsa esse oia, quæ nostra religio cõtinet, atq;
à fide qdem puertuntur, dum rõnibus oia colligere
quęrunt. Naufragium quippe hmõi ratiocinatio
gignit, fidesq; ueluti nauis tutissima est. Igitur q ex
illa deciderint, necesse est naufragiũ facere: qd ẽ
plo quoq; pspicuum facit, quum dicit: *Ex quibus Hy*
menæus est, & Alexander: Vt horũ exemplo nos corri
gat. Videtis ut illis quoque tpibus non defuerint, q
peruersẽ docerent, qui secreta diuina temeraria cu
riosi⁹ate disquirerent, qui à fide longè discederẽt, M
qui rationibus proprijs mysteria uenerանda teme-
rare præsumerent. Qui naufragium facit, nudus, o-
mnibusq; destitutus euadit: ita & qui ex fide exci-
derit, nihil iam habet ubi figatur, non habet ubi se
ipsum recipiat. Quippe capite pdito, atq; corrupto,
q nam reliqui corporis utilitas est? Si.n.fides absq; Iaco.2.d
operibus mortua est, multò magis absq; fide nihil
proderunt opera. Si deus propter nos quæ sua sunt
despicit, longè magis nos oportet nostra ipsius gra
tia spernere: ita.n.est, cũ qs exciderit fide, nusquam
cõsistit, sed aliàs aliter natat, donec rurs⁹ in profun
do mergatur. *Quos tradidi*, inqt *satanæ, ut discant non*
blasphemare. Vides ut blasphemia sit, rõnibus diui-
na uelle discutere? ita nihil commune habet huma
na cum rõ collata diuinis. Quo aũt modo ipsos satanas
non blasphemare docet? Nempe.n.si alios docet,
multò magis seipsum docere debuerat: si aũt seip-
sum hactenus docere non pọt, ne alios qdem. Non
ait, ut doceat illos nõ blasphemare, sed, ut discant
nõ blasphemare: nõ ille hoc agit, sed hic euẽt? exce
dit: q̃madmodũ igitur & alio i loco ait de eo q fue 1.Cor.5.b
rat fornicatus, tradere hmõi hominem satanæ in

A interitum carnis, nõ ut spũm saluet, sed ut spũs sal-
uus sit: hic aũt nulla persona notatur. Quo igitur
istud contingit? Nempe quemadmodum carnifi-
ces innumeris sceleribus pleni, castigant alios: ita
& hic de nequissimo dęmone dicitur. Et cuius rei,
inqes, gratia, nõ illos ipe punisti, quemadmodum
*Bari ẽ, Barie sum, * sicuti Petrus Ananiam, sed eos satanæ
Act.5.a tradidisti? Nõ ut puniãtur, inqt, sed ut discãt. Et cer
tè ipsi nõ deerat authoritas puniẽdi, sicut cũ dicit:
1.Co.4.d Quid uultis, in uirga uenią ad uos? Et rursus: Non
2.Co 13 b ut nos probati simus, sed ut uos qd bonũ est, facia
Ibid.10.c tis. Atq; iterum: Non in euersionẽ, sed in ædificatio
nem. Quid igitur satanam ad supplicium uocas? Vt
scilicet una cum uehementia, atq; cruciatu esset cõ
tumelia maior, imo uerò infideles qdem ipsi doce-
bant: eos uerò q à fide auersi essent, satanæ tradere
cõsueuerãt. Cur igitur? Propter infideles nãq;. Ana
'Quid, nãq; aũt i- nias ifidelis erat, q tentabat adhuc. ut igitur fideles
fideles? discerẽt se latere nõ posse, idcirco per seipsos illos
quando puniebant: eos uerò qui postq̃ ista didicerant, à fi-
quidem de aberrabant, satanæ tradiderunt: ut p istud ostẽ
Ananias derent, quòd nõ proprijs uiribus, sed ipsorũ custo
infidelis dia continebantur, qcunq; se in arrogantiæ tumo-
erat ad- rem extulissent: quẽadmodũ in regibus cernimus,
huc cũ tẽ q hostes qdem etiam suis manibus iugulant, sub-
taret: ut ditos uerò carnificibus tradunt. Indicat aũt istud
igitur in pp apostolorum custodiam fieri: præterea non mi
fideles. nimũ erat posse imperare diabolo, ex eo qppe mo-
B stratur, illum aplis uel inuitum seruire, ac cedere so
litum. Quomodo aũt illum tradiderit, audi: Con-
1.Cor.5.b gregatis, inqt, uobis,& spũ meo, cum uirtute domi
ni Iesu Christi tradere huiusmodi hominẽ satanæ.
Eijciebatur nẽpe à communi fideliũ cœtu, abscin-
debatur à grege, fiebat nudus, atq; ita destitut⁹, atq;
ita lupis patebat,& prodebatur incursib⁹: sicuti.n.
dudũ nubes Hebręorũ castra tegebat, ita & eccle-
Exo.40. siã protegebat sanctisp̃s gratia. Si qs igitur extra
d eccl'iam fieret, comburebatur: fiebat autem extra
ecclesiam apostolorũ iudicio: ita & dominus Iudã
Ioan.13.c tradidit satanę, continuò.n.post buccellam introi
uit illũ satanas. Et hoc itẽ dicere possumus, quòd
eos qdem quos corrigi uolebant, nõ ipsi pœna ple
ctebant: qui aũt emẽdationem admittere nolebãt,
eos ipsi supplicio subdebant, uel certè qa terribiles
Iob.1.c.et magis ipsi uidebãtur, cũ ipsos alijs traderẽt puniẽ-
2.b dos: ita & Iob satanæ traditus est, 'uerũ ille nõ deli
ctorum causa, sed ut maiora referret uirtutis p̃mia:
Morale. Plurima eiusmodi nunc quoq; contingũt. Quia
C .n.sacerdotes ignorãt eos qui peccatis obnoxij, in-
dignè mysteria uenerãda pcipiũt: deus hoc sæpius
facit, eos q̃ satanę tradit. Quoties deniq; morbi, quo
ties detrimenta, quoties luctus, calamitates q̃ cõtin
gũt, & alia q̃libet huiusmodi, huius rei gratia fiũt,
id Paulus quoq; signãter expressit. Ideo iter uos, in
1.Co.11.g qt, multi ifirmi & imbecilles, & dormiũt multi. Et
quo, inquies, ista perpetimur, cùm semel tantùm p
annum ea sacramenta sumamus? Hoc nempe est,
qd uniuersa pturbat, quia non munditia animi, ue
rùm interuallo tpis longiore constare meritum pu
tas, summamq; arbitraris reuerentiam, ac religionẽ
esse, si non sæpius cœlestem illam adeas mensam:
ignoras quoniam indignè accedere, ẽtsi semel tan-
tùm fiat, te supplicio tradit: dignè uerò ẽt si sæpe ac
Nota. cedas, salutem inde conqris? Nõ est audacię sępius
accedere ad dominicam mẽsam, sed indignè acce-
dere, ẽt si semel tantum quispiam toto uitæ tpe ac- D
cedat. At nos adeò stolidi, adeò insensati sumus, ut
cum innumera per totum annum scelera perpetre-
mus, nihil ea curemus exuere: cęterũ satis esse arbi-
tramur, si nõ assiduè p̃sumamus atq; contumelio-
sè Xpi corpus attingere, neq; intelligimus miseri,
quòd hi q cruci Christũ affixerunt, semel tantùm
id fecerunt. Nõ igitur qa semel crucifixerũt, minus,
idcirco delictum est: & qui Xp̃m prodidit, semel
tantùm prodidit: nunqd ergo hoc illum supplicio
eripuit? Quid igitur hanc rem tpis lege metimur?
Tempestiuum accedendi tps munditia conscięti-æ
faciat, nihil habet amplius quod in Pascha cõsum
matur mysteriũ, eò quòd cõtinuò celebratur. Vnũ
quippe atq; idem est, eadem est scti spũs gratia, sem
per Pascha est. Nostis profectò q initiati estis, id qd
dicimus, siue sexta feria, siue sabbato, siue domini-
ca die siue in celebritate martyrum, eadem litatur
hostia, idem sacrificium cõsummatur. Quotiescũq; 1.Co.11.f
.n.inquit, manducabitis panem hunc, & calicẽ bi-
beritis, mortẽ domini annunciabitis. Nulla obser-
uatione tpis sacrificium circunscribere uoluit. Cur E
igitur, inqes, tunc solũ dicitur Pascha? Quia tunc
pro nobis Chtistus mortu⁹ est. Nemo igitur illo tẽ
pore aliter accedat, & aliter nũc. Vna uirt⁹ est, una
dignitas, una gratia, unũ atq; idẽ corpus. Nõ illud
hoc sacratius, neq; istud illo inferi⁹ est: atq; hoc uos
ẽt nostis, qui nihil nouitatis inspicitis, pręter secu-
laria ista uelamina, & multitudinẽ solito lętiorem.
Habent aliqd amplius dies illi, quòd scilicet ex illis
initiũ cepit salus nostra, qa in ipsis immolatus est
Xp̃s: iam uerò qd ad sacramẽtum attinet, nihil am-
plius habẽt, nullã dignitatem, nullũ priuilegium.
At tu cũ carnalem cibũ sumpturus accedis', os an-
tea ac faciem lauas: cũ uerò ad spũalem mensam
accessurus es, aiam lauare dissimulas, atq; immun-
ditia plenus accedis. Sed nõ suffi ciunt, inqes, qua-
dragesimæ sanctæ ieiunia sordem illã nostrorũ di
luere peccatorũ. Et q nam obsecro utilitas est, cum
qs uoluerit unguenta deponere, si prius emũdet lo
cum, deinde cùm parum aliqd odoris iniecerit, ẽt
stercus adiciat? Nonne fragrantia illa oĩs abscedit?
ita profectò & nobis cõtingit. Digni fortasis euasi F
mus, cũ pro uitiis mũditię studeremus, sed post-
modum rursus nosmet inqnare perreximus: hoc &
de his q possunt intra quadraginta dierum nume-
rum pẽtã diluere diximus: ne, qso, negligamus sălu
tem nostram. Homo.n.inquit, qui auersus fuerit à
pẽtõ suo, & rursus pergens eadem fecerit, ueluti ca-
nis est, qui ad suum reuertitur uomitum. Curemus
quantũ possumus, ne sit labor noster inanis: ita.n. Prouerb.
p̃mia illa consequi poterimus, quæ finẽ nullum ha 26.b
bent: qbus nos oẽs perfrui contingat, gratia domi
ni nostri Iesu Christi, cum quo est patri, unà cum
sancto spũ gloria, imperium & honor, nũc & sem-
per, & in secula seculorum, Amen.

Homilia VI.

Bsecro igitur primum oĩum fieri obsecrationes, ora
O *tiones: postulationes, gratiarum actiones, p omni-*
bus hominibus, p regibus, et p omnibus qui in sub
limitate sunt constituti. Quasi communis quidam to
tius orbis pater, sacerdos est: dignũ igitur est, ut o-
mnium curam agat, omnibusq; prouideat: sicut &
deus, cui⁹ ministerio seruit, & fungitur uice, idcirco
ait: *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes &*

orationes. Duo.n.hinc præcipua oriuntur bona, quòd odium omne deponimus. Nemo.n.aduersus eũ inimico esse aio potest, pro quo obsecrationes facit, & illi ipsi meliores fiunt. Nihil.n.ita doctrinã commendat, nihil magis eius uires insinuat, q̃ huiusmodi charitas. Considera deniq; cuiusmodi sit eos diligere, q insidias appetũt, q flagellãt, q undiq; exagitant, qui denique necant, dum hi qui ista patiuntur, deũ pro his ipsis, q se ita afficiunt, intentissimis orationib⁹ pulsant. Vides ut superiorẽ oibus Christianum euadere uelit? Quemadmodum.n.in infantibus pueris, cùm is q a patre portatur, infantulus patris cęciderit faciẽ, nihil ex hoc obtũdetur dilectionis affectus: ita & nos cũ ab his, qui extra sunt, cędimur, nihil ex priore benuolẽtia remittere oino debemus. Quid aũt sibi uult, qd ait, primũ oium? In obsequio scilicet quotidiano, perpetuoq; diuinæ religionis ritu. Atq; id nouerũt fideles, quo diebus singulis manè & uesperè orationes fundantur ad dominum, qũo pro omni mundo, & regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt positi, obH secrationes ab eccl'ia fiant. Sed fortè quis dixerit, pro omnibus quod ait, tantùm fideles intelligi uoluisse. At id uerũ non esse, q̃ sequuntur, ostendunt. Deniq; ait, pro regibus: neq; .n. tunc reges deum colebant, uerùm multis postea tpibus in infidelitate, quam per seriem successionis acceperant, perstiterunt. Deinde ut oĩs assentationis suspicio tolleretur, cum pmisisset, pro omnibus: tunc demum, pro regibus, addidit. St.n.tantùm pro regibus dixisset, fortasis non deesset qui adulationis gratia illũ ita scripsisse putaret. Quoniã uerò cõsequens esse cernebat, ut Christiani aius ad ista torpesceret, neque huiusmodi admitteret monita sigdẽ pro gentili sacramentorum tpe oporteret offerri, uide quid secutus adiunxit, ut ex cõsideratione lucri admonitionem facilius libentiusq; suscip̃erẽt. *Vt quietam,* inqt, *& tranquillam degamus uitam.* Ac si dicat, in illorum salute securitas nostra consistit. Quemadmodum
Rom.13.b & in epistola ad Romanos, cũ eos hortaretur obedire principibus, ait: Non pp̃ necessitatẽ, sed pp̃ cõscientiam. Deus enim pro utilitate communi huiusmodi principatus instituit. Quam igitur absurdũ est, cùm illi idcirco militẽt, & arma circunferãt,
I ut nos in tranquillitate, atq; otio simus, nos pro periclitantibus, ac nostri causã labores subeuntibus preces effundere detrectemus? Non igitur assentandi gratia huiusmodi mandatũ dedit, uerũ iustitiæ seruauit leges: nisi.n.illi seruarẽtur, atq; inter bella & hostes prosperè agerent, necessariò & nostra oia turbis, tumultibusq; plena essent. Nã siue militare opus fuisset, ac p nosmet eadẽ subire pericula cõcisis illis, siue fugere uagosq; p orbem terrarũ ferri. Sunt enim, inquit, huiusmodi ueluti obices quidam hostibus oppositi, p quos nos in pace seruemur. *Depre*
Matt.5.g *cationes,* inqt, *orationes; interpellationes, gratiarum actiones.* Deo qppe opottet referre gratias, & pro successionibus alioru: quòd scilicet Solẽ oriri facit super malos & bonos, & pluit sup iustos & iniustos. Vides ut ille non modò p orationis studiũ, uerũ & p gratiarũ actiones nos coniungat, atq; cõglutinet? Qui n.necessariò cogitur deo referre gratias pro felicibus proximorum successibus, ipm quoq; amare compellitur, sibiq; familiarius iũgi: quòd si pro felicitatibus proximorũ gratiæ agendę sunt, quãto magis pro his, q̃ in nos siue clãm, siue manifestè K proueniunt: pro his & quæ nobis inferuntur ad salutem nostrã, & si illa etiam tristia esse uideantur? Deus qppe ad utilitatem nostram cũcta dispensat.

Ois igitur oratio nostra gratiarum actione non *Morale.* careat, sed & pro his q nobis familiaritate iungũtur orare meminerimus, nõ fidelibus solum, sed & infidelibus. Considera quantum malum sit aduersus fratres orare. Ille nẽpe te orare pro inimicis iussit, tu & aduersus fratrem oras: non aduersus illũ, sed aduersus te ipsum orare conuinceris: Deum.n. ad iracundiam prouocas, dum uerba penitus stolida loqueris, ac dicis deo: ita illi fac, retribue ei, pcute illũ. Ista qppe à Xp̃i discipulis mansuetis ac mitibus longè remota sunt, neq; illo digna ore, quod sacris institutionibus deditum sit. Nihil amarũ, nihil durũ ea lingua proferat, q̃ diuinis rebus assueta est: nihil ex illo ore prodeat crudele, qd dominico corpore sæpius sagimatur. Mundam seruemus linguam, non p ea maledicta, nõ uerba atrocia proferamus. Si.n.maledici regnũ dei non possidebunt, *1. Cor. 6.* quantò magis hi qui contra proximorum salutem *b* orãt? Necesse est.n.eum qui contra aliquem orat, & L contumelias inferre. Contumelia autem & oratio multùm ab inuicem distant: maledictum item, atq; oratio multũ ab inuicem distant. Accedis ad deũ, ut illum tibi propitium facias, & contra alium oras? Nisi ipsi dimiseris, nec tibi oino dimittetur. *Mat.16.b* At uerò tu nõ modò nõ dimittis, uerũetiam deum ne dimittat deprecaris. Vide ad q̃ malitiæ ꝓrupta accesseris, si ei qui non dimittit nõ dimittitur, ei & qui dominum ne dimittat precatur, qũo dimittetur? Nõ illi profectò noces, sed tibi ipsi: nã etsi pro tuis orans delictis, fortasis audiẽdus eras, facit pessima intentio, q̃ contra fratrem oras, ut neque pro teipso audiri merearis: qppe impuro, & contamina to ore preces offers. Nam re uera immundũ huiusmodi os rectè censetur, atq; omni, fœtore omniq; spurcitia plenum: nempe.n.cùm debueras pro tuis metuere sceleribus, & oi conatu, ut remissione potireris orare, accedis ad deũ, ut eũ concites aduersus fratrẽ tuũ: itáne obsecro paues ac trepidas, & pro tuis culpis solicitus es? Nõ uides quantum tibi incõmodi parias? Imitare uel pueros, q scholis tra- M duntur, ac liberalibus disciplinis, q cũ uiderint socios, & cõtubernales suos, rõnem reddere cogi eorum, q̃ didicerint, eosq; q negligentiores fuerint cędi, ac p singulos discuti, concidiq; uerberibus, admonentur qd de se sperare debeant, & penè præ ti more moriuntur: ac siqs ex socijs eos flagris plurimis fortasse cæciderit, nequaquã irascuntur, cùm metus ille aium penitus occupauerit: neque magistrũ interpellare habent, sed unum tantũ intuẽtur, quo pacto scilicet ingredi, atq; egredi absq; uerberibus possint: solumq; id tempus sẽper uersatur ante oculos: & cùm excesserint ianuas, eo iam metu liberi, maxima tenentur uoluptate: Tu uerò stans, ac pro tuis sceleribus deprecans, non exhorresc⁹ aliorum peccata animo uoluere? Et quo pacto deũ exorare poteris? Nempe enim dum contra proximos oras, aduersus temetipsum illum amplius pro uocas, nec pmittis eum indulgentiam tuis prestare criminibus. Nam dicit tibi deus: Quo pacto tuis, ut ea q̃ in me peccasti dimittam, qui illorum quæ in te deliquit proximus, cupis atq; oras ut ultor existam?

A stam? Discamus tandem esse Christiani. Si orare nescimus, qd facillimum est, quid aliud nos scire putemus? Discamus orare, ut conuenit Christianis. Gentiliũ illę precationes sunt. Iudęorũ hmõi ora-
Matt.5.g tiones esse censentur: Christianis uerò contrà penitus iussum, atq; imperatum est, his q in eos peccauerint, indulgentiã facilẽ dare, atq; ut eis à deo ignoI.Cor 4.c scatur tota intentione deposcere. Maledicimur, inquit, & benedicimus: pśecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus. Audi qd
Actor.7.g orans Stephanus dicat: Domine ne statuas eis hoc peccatũ. Non modò non cõtra eos, uerũ & pro eis orabat. Tu uerò nõ solũ nõ pro eis oras, qui te læserunt, sed cõtra eos preces emittis. Quemadmodũ igitur ille mirabilis est, sic tu cõtrà neqssimus. Quẽ uerò admiramur oẽs, quem dignũ laudibus ducimus? eosne pro qbus orauit, an eum q pro eis preces effudit? Hunc scilicet, q opus tã grandis charitatis exercuit, idq; diuino magis, q̃ nostro iudicio cõprobatur. Vis inimicum percuti? pro illo ora: uerùm non hmõi animo, neque illi quicquam hmõi
B penitus impreceris: hoc quippe illi contingit. Cętera tu bonum hoc ea intẽtione ne facias. Nempe .n.beatissimus ille iniustè oĩa patiebatur, ac pro eis ipsis, à quibus patiebatur, orabat: nos autem & sępe qdem ab inimicis iusta ppetimur. Quòd si is, q iniustè patiebatur, cõtra eos orare minimè ausus est, imo tutũ sibi fore arbitratus nõ est, nisi & pro eis oraret: nos q cũ iusta patiamur, non modò pro eis, à qbus patimur, preces effundimus, uerũ & contra eos oramus: qbus nõ meremur supplicijs tradi? Videris qdem illi dum oras, intẽtare uulnus, re aũt uera contra teipsum gladium impellis. Non permit
Matt.7.a tis iudicem tecum in tuis sceleribus mitius agere, dum illum aduersus alterum prouocas. Nã q̃ mensura mẽsi fueritis, remetietur, inqt, uobis: & quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Simus igitur ad ueniã faciles, ut nobis de⁹ quoq; eiusmodi fiat. Ista uos non solũ audire cupio, & oro, uerumetiam seruare diligenter. Cęterum, qd dolens dico, uerba solũ memoria tenetis, imo fortè nec uerba. Quod ex eo constat, quòd sępe cũ hinc discesseritis, si fortè qspiam ex his, q non affuerunt, qd dixerimus, inter
C rogare perrexerit: alij quidem nihil dicunt, quippe quibus oia exciderint: alij uerò qui scire uidentur, quã solũ materiam tractauerimus, uix summis labijs proferũt: hortatus est, dicũt, iniurias obliuisci, ac pro inimicis orare, omittũtq; ea referre, q̃ in eam rem dicta sunt: neq; .n. ea memoria tenẽt, uixq; pauca meminerunt. Quocirca moneo, si nihil ex uerbis nostris refertis lucri, ne ad audiendũ qdem cõueniatis: quid.n.utilitatis inde consequimini? Maius inde uobis iudiciũ fit, grauioresq; cruciat⁹ promeremini, si post inumeras admonitiones nostras in eisdẽ pśistatis malis. Idcirco nobis orationẽ constituit de⁹: ideo orare iusit, ut nihil seculare, nihilq; humanũ postulemus. Nostis q fideles estis, q̃ nam in oratione petenda sunt, q̃ communis esse debeat ois oratio. At fortè dicturus est aliqs, pro infidelibus orandũ non est. Quia orationis uim omnino
Matt.6.b et Lu.11. a nescitis, ideo nec altitudinẽ, thesaurũq; ipsius agno scitis. Nã siquis eam diligenter euoluat, inueniet & hoc in ipsa orationis formula nobis diuinitus tradita positũ. Nã cũ qspiã orans dicit, Fiat uoluntas tua sicut ĩ cœlo & in terra: nihil aliud omnino signi-

ficat. Quippe in cœlo, infideliũ nullus est, nullo D q ossendat. Si igitur de fidelibus tantũ diceretur, roni profectò consentaneum nõ esset. Nam si fideles uoluntatẽ ipsius facerent, infideles autem non: iã non, ut in cœlo, ita in terra uolũtas ipsius fieret. Nam quemadmodũ in cœlo nemo malus: ita & in terra, ut nemo sit malus, optandũ est. Sed planè p illa orationis uerba sic loqmur: Oẽs ad timorem tuum ptrahe, oẽs homines angelos fac, siue illi inimici nostri, siue pśecutores sint. Nõ uides quot diebus singulis deus blasphemijs impetitur? quot iniurias sustinet, & à fidelibus & infidelibus, uerbis simul atq; opibus? Quid igitur? Nũ idcirco Solis extixit radios? Nũ ideo lunã solito cursu coercuit? nũ disrupit cœlũ, & terrę fundamenta concussit? Nunqd exiccauit mare, ac fontes aquarũ arescere fecit? Num aera & cętera elementa pmiscuit? Nequaquã? Sed contrà penitus, & Solem oriri facit, & pluuias, imbresq; largitur, atq; ex humo annua alimẽta ministrat insensatis, blasphemis, sceleratis, persecutoribus, non uno tantùm die, uel duobus, aut tribus, sed per oẽm penitus uitã. Hunc igitur imitare, hũc E pro humanis uiribus ęmulare. Nõ potes Solem oriri facere? maledictis abstine: non potes largos imbres effundere? conuicijs desiste: non potes alimẽta indigẽtibus ministrare? uiolentiã fuge, sufficit si hæc deo offeras munera. Dei nẽpe beneficia p opa in hostes ipsi⁹ emanãt: tu uel uerbis hoc facito, pro inimicis ora: ita patri tuo, q ĩ cœlis est, simulis fies. Millies iam hmõi monita dedimus, neque ea repetere unquã desistemus, modò aliqs profectus eueniat. Nos quidem neq; torpescimus, neq; lassescim⁹, neq; hæc uobis dicere defatigamur: reliquum est, ut uos dum hęc auditis, non ea molestè admittere uideamini. Videtur aũt quispiam ea molestè susciF pere, cũ non ea facit quæ dicimus. Nam qui ea ope exequitur, ea iugiter audire cupit: quippe à quibus nihil molestiarum, & laudis plurimum se referre arbitratur, qd non cõsequuntur, nisi qui ea quę dicimus faciũt? aliàs quippe q dicit, onerosus est. Si qs deniq; eleemosynam faciat, dum audit de eleemosynis differentẽ, nõ modò lassescit auditu, sed exultat potius, audiens rectè facta sua dici, atq; ꝑdicari. Nos aũt quoniam nullum patientiæ studium habemus, neq; eam rem uirtute q̃siuimus, idcirco cũ de his uerba fiunt, ea molestè uidemur admittere. Quòd si ei rei studeremus, nunquã profectò lassescere, cũ de illa uerba fiũt, possemus. Igitur si nos minime molestos esse atq; onerosos cupitis, sic facite rebus ipsis, q̃ dicimus, implere curate. Nam nunquã eadẽ uobis repetere desinem⁹, donec penitus insinuentur cordibus uestris, atq; in opus erũpãt. Nã summo profectò affectu, & eximia benuolẽtia in uos istud agimus, partì etiã ob id, quòd nobis piculũ iminet. Quippe tubicinẽ, etsi nemo ad bellũ profecturus sit, tuba tamẽ canere oportet, suũq; munus implere. Non itaq; ut uobis maiorem cruciatum ꝑparemus, si negligatis, hoc facimus: sed ut & nostrũ periculum euitemus, & charitatis debito uestris commodis consulamus. Nam discerpuntur quodãmodo uiscera nostra, & nimio angore tabescimus, siqd eiusmodi fiat: sed absit id penitus. Nõ sumptibus opus est, nõ peregrinatione lõgiori, nõ aliquo eiusmodi ad ea iplenda q̃ dicimus: uelle tantũ oportet, uerbo solùmodo opus est, atq; itegerri-

Gma uoluntate. Seruemus os nostrū, ianuam illi ac uectes apponamus, ut nihil ex his, q̄ deo grata non sunt, loq̄mur. Nostris prospicimus cōmodis, dum pro inimicis oramus, no his pro qbus preces effundimus. Hoc semp uersemus aio, quod qui inimicū benedicit, seipsum benedicit: & qui illi maledicit, in seipsum maledicta detorquet. Et q pro inimico orat, pro se magis, q̄ pro illo orare cognoscitur. Ita poterimus hmōi uirtutem consequi, & his q̄ nobis promissa sunt bonis sempiternis perfrui: qbus nos oēs potiri contingat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

Homilia VII.

T quietam trāquillam uitā degamus in omni pietate et castitate. Hoc.n. bonum & acceptum est coram saluatore nostro deo, qui uult omnes homines saluos fieri, et ad agnitionem ueritatis uenire. Quia communia cupit bella dissolui, & pugnas, agitatiōesq̄, & armorū fremitus, atq̄ ideo & pro regibus, & pro principibus sacerdotē offerre preces hortatur: lōgē magis & i priuatis bellis id necessario sibi faciēdū meminit. Quippe tria sūt bellorū genera grauiora. Vnum qdem commune, hoc cùm exercitus nostri aduersus Barbaros pugnant. Secundum, cùm ēt pacis tpe nos inuicem oppugnamus. Tertium, cùm unusquisq̄ aduersum se bella, seditionesq̄ cōcitat: hoc quippe oium acerbissimum bellum est: nam profecto bellum qd excitatur à Barbaris nihil ferè nos lædere pōt. Nam etsi hostes nos perimāt, ac iugulent, nullum tamen ad aias periculum migrat, neq̄ salutem illam sempiternā uiolare possunt: nec secundum illud belli genus, si uelimus, qppiam nobis nocere poterit: quantumlibet. n. alij contra nos pugnent, ipsi tamē esse pacifici possumus. Audi denique qd propheta dicat: Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi, ego aūt orabam: & rursus. Cū his q̄ oderunt pacem, erā pacificus, ac deinceps impugnabāt me gratis. Porro tertiū illud belli genus absque periculo uix effugere possumus. Vbi. n. corpus aduersus aiam dissidens, seditiones, turbasq̄ commouet, molestasq̄ concupiscentias excitat, & uoluptates corporum armat iræ atq̄ inuidię, non possumus, nisi hoc soluatur bellum, promissis pfrui bonis: uerùm necesse est, eum qui hmōi seditionem cōprimere pergit, & cadere, & excipere uulnera, q̄ mortem illam sempiternam pariunt. Magna igitur nobis cura, ingētiq̄ solicitudine quotidie opus est, ut hmōi nobis bellum minimè excitetur: aut si fortè excitatum fuerit, non permaneat, sed prematur protinus, atq̄ sedetur. Nam quænam, oro, utilitas est, si pacato orbe, magnaq̄ quiete ubiq̄ terrarum obtinente, tu aduersus teipsum excitare bella non desinas? Huic igitur intimæ ac penitus insitę paci oino studendum est. eam si habuerimus, nihil nos extrinsecus lædere aut uiolare poterit. Confert aūt non parum ad eam conquirendam ēt communis oium pax, idcirco ait: *Vt quietam & tranquillam uitam degamus.* Quàm uerò ille infelix est, qui profunda pace ubiq̄ regnante, turbatur. Vides ut hanc pacem intelligi uelit, quam tertio loco cōstituit. Idcir co sanè cū dixisset, ut qetam & tranquillam uitam degamus, non hactenus subsistit, sed cōtinuò adiecit: *In omni pietate, & castitate.* Enimuero pietate atq̄ castitate pfrui, nisi pax illa q̄sita fuerit, fas omnino nō est. Nam ubi disceptationes, inutilesq̄ quæstiones nostram perturbant fidem, q̄nam in nobis pax esse potest? Nam uti ne existimes illū hoc de tpali pace dixisse, cùm dixisset: Vt quietam & tranquillā uitam degamus: adiecit, In omni pietate, & castitate. Quo, inquit, fieri potest, ut quietam & rranquillam uitam degant gentiles quoque & intemperantes, ac delicios, impudicitiaq̄ soluti? ne istud forte suspiceris esse qd dixit, atq̄ ea pace hmōi homines pfrui posse, idcirco subiecit: *In omni pietate ac castitate.* Nam uita illa gentilium atque hmōi turpium hominum, insidias atque rixas quotidie gignit, cùm anima perpetuis uulneribus afficiatur ex cogitationum turbis atque tumultibus. Non igitur hmōi uitam intelligi uoluit, sed eam quæ in omni pietate, & castitate ageretur. Omne, inquit, dogma, non solū pietate, uerumetiam uitę integritate perficitur? nanque pietas & in ea parte quærenda est. Nam qd conferre potest, si seruata fidei pietate, operibus impius sis? Nempe enim quod uita, atq̄ operibus uiolari pietas posit, audi beatissimū hunc uirum alio in loco rursus dicentē: Confitentur uerbis se nosse deum, factis aūt negant: & iterum, Fidem abnegauit, & est infideli deterior: ac rursum, Siqs frater appellatus fuerit fornicator, aut cupidus, qd est idolorum seruitus, hmōi non honorat deū: Rursumq̄, Qui fratrem suum odit, ignorat deum. Vides quot sint impietatis species? Idcirco ait. *In omni pietate & castitate.* Impudicus enim est, non modò fornicator, uerùm & auarus quoq̄, & impudicus, & intēperans merito dici potest: quippe est ea concupiscētia, carnali libidine minimè inferior. Qui igitur non illa temperat, intemperans dicitur. Ex eo enim quod hmōi cupiditate minimè abstineant, eo censentur nomine. Ita fermè & iracundū intemperantem equidem dixerim, & inuidum atq̄ auarum, & simulatorem, & oēm penitus peccatis obnoxium, turpem, inhonestum, atq̄ impudicum. *Hoc enim bonum & acceptum est*, inquit, *coram saluatore nostro deo.* Quid illud est? Orare pro oibus, hoc suscipit deus, hoc iubet. *Qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire.* Imitare deum tuū, si omnes ille uult saluos fieri, merito pro oibus oportet orare. Si oēs ipse saluos fieri cupit, illius & tu concorda uolūtati: quod si & ipse uis ora, qppe uolentium est orare. Vides ut omni ex parte aiam inducat ad orandum, ēt pro gentilibus ipsis? Nēpe. n. qd hoc pariat lucri, indicat cùm subiungit. *Vt quietam & tranquillam uitam degamus.* Et qd hoc lōgē maius est, qa deo id gratum est, ac p hoc illi euadimus similes, dum q̄ ipse uult, eadem uolumus. Sufficere & ista poterant ad exorandum quamlibet immanem beluā. Igitur pro gētibus orare non metuas, quandoqdem hoc ipse uult: time magis contra illos orare, quoniā hoc ipse nō uult. Porro si pro gentilibus oportet orare, constat profectò quòd & pro hæreticis ipsis, pro oibus qppe hominib⁹ orare necesse est. Hoc aūt & alia ex rone bonū honestumq̄ est, quòd. s. eiusdē nos naturę participes sumus, deusq̄ hmōi benevolentiā & laudat & suscipit, amplectiturq̄ affectū in alterutrū magnū. Si ergo, inquies, de⁹, ipse dare uult, quid hoc me orare necesse est? Multum hoc omnimodis confert. Nam per hmōi orationis studium, te ad eū diligendū trahit, neq̄ sinit efferari, sufficiunt & hæc illos attrahere ad fidem. Plurimi nāq̄ mortaliū dū aduersus homines pro-

Pſa.108.a
Ibi.119.b

I negligit

K

L ad Tit.d 1.Ti.5.a 1.Co.5.d 1.Ioā.2.b

Γ σεμνό τητι .i. castitate sine honestate.

M

A teruè contenderent, à deo discesserunt. Salutem autem hanc modò appellauit, q̄ ex huiusmodi oratione constaret. Qui oēs, inquit, hoies uult saluos fieri, & hęc ueraciter salus est. Nam sine hac magnum nihil assęqmur, solumq̄ salutis nomen, & nuda appellatio reliquū erit. *Et ad agnitionem*, inquit, *ueritatis uenire.* Veritatem, fidem in Christū synceram atque integram dicit. Nam in p̄cedentibus dixerat,
Supra.1. pręcipe non aliter docere: ne eis ueluti inimicis intenderet, neu rixas ex hmōi occasionib⁹ quęreret: omnes, inqt, hoies uult saluos fieri, & ad agnitionē ueritatis uenire: ac protinus intulit: *Vnus enim deus, & unus mediator dei & hominum. Et ad agnitionem ueritatis uenire*, inquit. Ostendit per hoc orbē tunc in ueritate non esse: & item, unus. n. deus, non plurimi, ut isti putant, qui omnes saluos fieri uult, misitq̄ mediatorem filium suum. Quid ergo filius? nō ne deus est? Nulli profecto dubium. Quo igitur, inquit, unus? Ad distinctionem. s. idolorum, nō ad filium retulit: nam de ueritate & errore omnis illi sermo erat. Enimuero mediator utrisque eis debet
B societate coniungi, quorum mediator est. Id qppe mediatoris est proprium, utrorunque participem fieri, quorum fuerit mediator. Quòd si unum quidem societate contingat, ab alio uerò fuerit separatus, mediator iam dici non potest. Nisi igitur consors sit paternæ naturæ, mediator profecto nō est, quippe cùm à patris sit substantia separatus. Quēadmodum. n. humanæ naturæ cōsortium accepit, quando ad homines uenit: ita & à dei substantia non abscesit, quoniam à deo uenit. Nam qa duarum naturarū medius fuit, ambarum oportuit esse participem. Quēadmodum. n. loci cuiuslibet medium utranque partem contingat necesse est: ita & naturarum ambarū mediū oportuit utrasque naturas contingere, atque cōnectere. Quēadmodum igitur hō factus est, ita ēt deus erat. Homo qppe purus mediator nūquam penitus fieret: oportebat. n. huiusmodi mediatorem cū deo colloqui. Deus itē solus mediator esse non posset, neque. n. ipsum sus-
I. Co.8.b cepissent hi, quorum mediator accederet. Quēadmodum illic ait: Vnus deus pater, & unus domin⁹ Iesus Christus: ita & hic, unus & unus. Non ponit,
C duos: qa. n. aduersus multorū deorū disceptabat errores, ne quis duorū numero deorū, multitudinem putaret inferri, unus, inqt, & unus. Vides quāta diligentia, quantáque uigilantia, scriptura hmōi collocet uerba? Vnus qppe & unus duo sunt. At nō istud dicimus, etsi ratio suggerat. Non dicis unus
Γ genuit & unus duo, quemadmodū neque cogitatio suggerit ut dicas, si ſ gemit ſ passus est. *Vnus enim*, inqt, *deus, unus & mediator dei & hominū Christus Iesus, qui dedit semetipsum redemptionē pro omnibus testimoniū tpi bus suis.* Nunqd ēt pro gentilibus? Nemo id ambigit. Et Christus qdem etiā pro gentilibus mortuus est, tu pro illis orare non sustines? Et quo pacto, inquies, illi nō crediderunt? Quia noluerunt: suas tamen ille partes executus est, ſ dum pro eis in cruce
Γ testimoniū passionem dicit Ioan.5.g Ibid.17.a Ibi.4.c et 2 Cor.3.d penderet. ſ Venit. n. ut testimonium perhiberet paternę ueritati, atq̄ occisus est. Itaque nō illi tantùm pater testimonium perhibet, uerumetiā & ipse patri: Ego. n. inquit, ueni in nomine patris mei: & iterum, Vt cognoscāt te uerum & solum deum: & itē, Spirit⁹ est deus. Vsq̄ ad mortem igitur testimoniū perhibuit, temporibus proprijs, id est, congruenti-

bus. *In quo positus sum ego prædicator & apostolus. Veritatem dico, non mentior. Doctor gentium in fide & ueritate.* Quando igitur & ipse pro gentibus passus ē, & ego doctor gētium cōstitutus sum, cuius rei gratia tu pro ipsis orare detrectas? Rectè hoc in loco fidem facere oportuit, quia gentiū doctor, inqt, cō stitutus sum. Valde. n. ad hoc apostoli dissidebāt. Deinde adiecit, doctor gentiū in fide & ueritate. In fide iterum ait. Verū noli putare, quoniā in fide di xerit, aliqd latére fallaciæ. Etenim protinus in ueri tate subiunxit, ut oēm suspicionem mendacij prorsus auferret. Vides gratiam ubique diffusam? Iudęis nempe pro huiusmodi orare, solenne non erat. At nunc gratia propagata est. *Doctor*, inquit, *gentium in fide & ueritate. Qui dedit*, inquit, *semetipsum redemptionem.* Quo igitur à patre traditus est? Magnę profecto atque immensæ benignitatis hmōi pretium fuit. Nam profectò excruciari illi merebantur, prorsusq̄ perituri erant: sed pro ipsis suū tradidit filiū, ut prædicatio crucis excresceret. Sufficere profectò ista poterant ad oēs attrahēdos ad fidem, atque ad Christi dilectionem illā ineffabilem ostendēdam. E Morale. Charitas dei immē sa. Est. n. ipsa magna profectò, atque inenarrabilis: litauit semetipsum pro inimicis, pro his q se oderāt, pro auersis à se. Id quod neque pro amicis, neq̄ pro filijs, neque pro fratribus faceret quispiam, hoc fecit pro seruis dominus, atque pro hmōi deus. Deus. n. pro hominibus, pro mortalib⁹ immortalis, pro temporalibus sempiternus, pro inimicis deniq̄ dei filius. Nam si illi antea cōuersationis merito ac uirtute placuissent, minus mirabilis charitas illa uideri potuisset. Et certe ad illam ipsam nulla humana dilectio posset accedere. Quòd. n. in hominib⁹ eiusdem substantiæ non fit, ut pro se inuicem moriantur, tunc profecto magno excessu bonitatis factū est: & tamen nos cùm tanta ceperimus summæ illius charitatis indicia, tanta beneuolentia potiti simus, torpescimus, atque negligimus, neq̄ amamus Christū. Ipse pro nobis semetipm offerre dignatus est, nos illū necessario indigentē cibo miseri aspernamur, infirmumq̄ ac nudum nec uisitare dignamur: quāta hęc ira plectenda sunt? Quibus cruciatibus, qbus incēdijs obnoxia sunt? Nempe. n. si nihil aliud ille pro nobis egisset, uel hoc ipm solum, F Matt.25. d quòd humanas passiones sibi assumere uoluit, ac dicere dignat⁹ est, esurio ac sitio: oēs profecto ad se uehemēter amādū prouocare sufficeret. Sed ô insę lix pecuniarū, nimisq̄ uiolēta dominatio: imo uerius, ô neqtia singularis eorū q spōte pecunijs seruiunt. Nā illę profecto nō nimis habēt uiriū, uerùm nos nimiū dissoluti, lasciuiq̄ sum⁹, nos deiecti i humū, atq̄ terreni, nos carnales, nos stolidi atq̄ insensati: illarū. n. nō nimia uis est. Quid. n. obsecro, pos sunt? Stolidę sunt atq̄ insensibiles. Si diabol⁹ nihil ualet oino, si inpurus dæmon, q ita nequā est, ut cuncta pmiſceat, omniaq̄ cōfundat, nihil aduersus nos hēt uirium: qd pecunię ipsę iam possint? Si argētum uideris, stanū esse arbitrare. At nō potes. qd est, id ueraciter esse puta, quòd. s. terra est. At neque fortasis hanc suscipis rōnem. Cōsidera quòd nos etiam quęrimus, quod plurimi ex his, q possedere diuitias, nihil serè emolumenti ex ipsis retulerunt. Quòd innumeri, qui in his gloriabantur, in cinerē puluerem⁹q̄ conuersi sunt, nuncq̄ pœnas extremas expendunt, his qui testa & uitro utuntur, longe &

G miſerabilius affecti,atq; his ēt pauperiores. Et hi q in ſtratis eburneis dormiunt, eis multo infeliciores,q in ſtercore iacent,eſſe coprobātur. At fortaſſe oblectat obtutus? Sunt qdem plurima, q maiorem uim oblectādi in ſe habeant. Nanque.n.& flores,& lucidus aer,ſerenumq; cœlū, & Solis iubar, longè amplius mulcet,gratiusq; delectat. Habet qppe argētum ſæpe & rubiginem. Vnde & plurimi nigrum ipm eſſe definierunt,qd conſtat ex imaginibus uetuſtate nigratis. Eniuero in Sole obſcurū nihil eſt, nihil in cœlo atq; ſyderibus, qd offendat obtutus: longe gratior in hmōi floribus aſpectus eſt, quam in colore illo. Nō ergo flos eſt,q oblectat, ſed auaritia atq; iniuſtitia: hoc nempe oblectat alas homi num,nō argentum illud. Eiice hmōi concupiſcentiam ex aio, & protinus aſpicies qd precioſum eſſe putabatur,ignobilius cœno. Etuſmodi perturbationem prorſus elimina. Nam & qui febriū ardore fatigantur,etiam cùm cœnum uiderint, illud ac ſi fontes puriſſimos appetunt. Qui uerò ut cōgruit, ſani ſunt,neque aquā quidem ſæpe concupiſcunt.

H Morbū abs te arcere cōtende, resq; ipſas inſpicias, ut ſeſe habent. Atq; ut diſcas me iſta nō mendaciter proſequi,plurimos equidem oſtendere poſſum, q hoc fecerunt. Eiuſmodi extīgue ignē,& aſpicies hu iuſmodi oia floribus eſſe uiliora. Bonū eſt aurum, uerū ſi indigentibus erogetur: bonū, niſi eo qſpiā inutiliter uti uelit, niſi domi ſeruare uelit, atq; humo ſubruere: ita.n.profectò inutile eſt,plenumq; detrimēti. Nec minus,cum manib⁹ ac pedibus,capitibusq;, quaſi pro ornamento depēdet. non ideo aurū effoſſum eſt,ut eo diuinā uinciamus effigiem,ſed ut uinctos potius abſoluamus. Ad hoc auro utere,uinctū ſolue,nō ſolutū uincire cōtendas. Cur.n.qſo,rem abiectiſsimam tanto honore dignā putas? Non.n.qa aurum eſt, uinculum idcirco non eſt. Neque enim materia uinculū facit,ſiue aurum, ſiue ferrum ſit. Idem profectò eſt,quanquā & hoc illo ſit grauius. Verū qd eſt, quod eam rem leuem exiſtimari facit? Inanis ſcilicet gloria. Cū ſcilicet gaudet infelix mulier,uinctam ſe ab omnibus cerni,unde potius erubeſcere debuit. Nā ut hoc uerum eſſe cognoſcas, ſi illi hmōi circundederis uincula atque in ſolitudine,ubi nullus inſpector,ſit manere pmiſeris, grauabitur uinculo,moleſtiſsimumq; putabit, atque à ſe quāprimū excutiet. Timeamus dilectiſsimi, ne uerba illa terribilia audire contingat: Ligate ipſi manꝰ & pedes. Quid hoc tibi infelix mulier iam conſpicaris,manusq; & pedes uiciri pmittis? Nemo ex uinculatorū numero manus pedesq; uicitur. Quid caput ēt obligas? Nō ſufficit manus pedesq; uinxiſſe? Quid ceruicibus quoq; innumera iponis uincula? Omitto ſolicitudinē,quā iſta ſecū inuehūt, metū, anxietatem,rixasq; cū uiro, ſi q̄ndo ipſis indigeāt, mortem quam ſuſtinent, ſiqd ex his perire contingat. Hæccine obſecro uoluptas eſt? Vt alius oblectetur,aſpectu,tu teipam,& uinculis & curis, atq; piculis,& angoribus,quotidianisq; corrixatiōibꝰ ſubijcis? Quam oro iſtud reprehenſibile eſt? Ne igitur, q̄ſo,ita faciamus,uerūm ſoluamus oēm obligationē iniqtatis,frangamus eſurienti panem,& alia oia ſtudioſe agamus,quæ fiduciam nobis ad deum pſtare poſſint, ut promiſsis bonis pfrui mereamur, in Chriſto Ieſu domino noſtro,Amen.

Homilia VIII K

Olo igitur uiros orare in oi loco, extollentes puras manus,abſque ira & diſceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato cū uerecundia & pudicitia,ſeipſas ornare,nō in tortis crinibus,aut auro,aut margaritis,aut ueſte ptiosa: ſed qd mulieres decet pollicētes pietatem per opera bona. Cum oratis,inqt,ſaluator,nolite fieri ſicut hypocritæ. Amant.n.in ſynagogis & angulis platearū ſtantes orare, ut uideātur ab hominibus. Amen dico uobis, receperunt mercedē ſuā. Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuū, & clauſo oſtio tuo ora patrē tuum in abſcondito, & ipſe reddet tibi in manifeſto. Quid igitur Paul⁹ ſibi uult,qui ait: *Volo orare uiros in omni loco, extollentes puras manus,abſque ira & diſceptatione?* Num.n. domino ſuo contraria imperat? Abſit, immo illius dictis per oia concors eſſe deprehēditur. Quonam autem modo? Tunc demum apertius innoteſcet, cùm prius explicauerimus qd ſit,intra in cubiculū tuū. Nam profectò plenū abſurditatis erit, ſi iſtud ſimplr acceperimus, quaſi non liceat omnibus in locis,atq; i eccłia ipa orare,ubi fideles in primis orationis cauſa conueniunt: ne in alia quidem domus parte eſt,niſi in cubiculo tantū preces effundere. L Quid igitur hoc ſibi uult? Euitandā prorſus inanē gl'iam,ſtultiſsimamq; iactantiam,omni ſtudio Xps admonuit,dum non modo clam, uerūm & in abditiori domus parte uota atque preces offerendas admonuit. Sicut enim cū dicit,Neſciat ſiniſtra qd faciat dextera tua: non de manibus ſimplr diſſerit, ſed magnitudinem uanitatis iugulare cotendit: ita & hoc in loco cubiculi nomine, ſecretum intimi cordis expreſsit. Non igitur unius loci orationem anguſtijs clauſit,uerū id ſolū imperauit fugiēdam ſtultiſsimam uanitatem, orandumq; omnibus in locis patrem ex intimo cordis affectu. At uero Paulus, ut Iudaicę obſeruationis in orando dementiā confutaret,ait: *In omni loco extollentes puras manus.* Id nempe Iudæis fas ſeruare non erat, neque enim licebat, niſi uno in loco ad deum accedere, atque litare hoſtias, & cætera obſequia legis inferre: atq; ad ipſum locum undiq; ex toto orbe cōcurrere neceſſe erat,omnemq; expiationis ritū in templo pficere. Contrariā igitur aduerſa fronte obſeruātiam infert,atq; ea neceſſitate nos liberans: nō inqt,eiuſmodi noſtra ſunt,cuius Iudaica eſſe noſcuntur. Nā quemadmodum pro oibus orationes fieri iubet, quippe cū & pro oibus Chriſtus mortuus ſit: ita & oibus in locis orare optimum eſt, ut iam hmōi obſeruatio non in locis ſit, uerū in ipſo orationis affectu. Vbique igitur ora,inquit,ubique puras attolle manus: hoc.n.eſt,quod in q̄ſtione uerſatur. *Puras*,inquit,*manus*: Id eſt,mundas,non aqua lotas, uerū cupiditate,rapina,cædibus, mūdas abſq; ira & diſceptatiōe. Quid,oro,hoc ſibi uult? Quis.n.ira ſcitur orans? Cęterū iræ nomine prophanam iniuriarū memoriam ſignificare uoluit. Munda,inquit, ſit orantis intentio, hmōi memoriæ peſte,utio oi atq; pturbatione libera accedat ad eū: nullus adeo audax ſit,ut inimicitias exercens, ad deum pergat orandū. Nemo cū angore aī,ac diſceptatione orās, exaudiri ſe putet. Quid ſit aūt diſceptatio, intētius accipite. Nō licet prorſus ambigere,ſi puras ad deū leuemus preces,nos exauditum iri. Quæcunq; n. petieritis,inqt,crēdētes accipietis: & rurſum,Cum ſtatis

A ſtatis ad orandum,dimittite, & dimittetur uobis. Hoc nēpe eſt abſq; ira & diſceptatiōe orare. Et quo pacto,inquies,credere poſſum petitione potiturū? Si nihil ex eis poſtulaueris,q̄ illius uoluntati, tuæq; ſaluti cōtraria ſunt. Si maieſtate tāta nihil idignū, ſi nihil oīno mundanum,ſi ſpūalia oia, ſi abſq; ira acceſſeris ad orādum,ſi mūdas extuleris manus, ſi ſanctas. Sanctę qppe manus ſunt, q̄ eleemoſynas faciunt. Mat. 7.et Luc. 11.b Si ita inſtructus acceſſeris, uoti oīno cōpos eris,& quicquid poſtulaueris,impetrabis. Si.n.uos, inquit,cū ſitis mali,noſtis bona data dare filijs ueſtris,quanto magis pater ueſter qui in cœlis eſt? Di ſceptationem,ut dixi,ambiguitatem intelligi uult. Similiter, inquit, & mulieres orare uolo abſq; ira & diſceptatione, purasque in cœlum manus intendere,non propria deſideria ſequi, non diripere, non ſtudere auaritię. Quid.n.refert,ſi ipſa non rapias,& uiri tui ſtudio & manibus id facias? Plus aliqd dilige ntię à mulieribus expetit Paulus. Id aūt cuiuſmodi eſt? *Cum uerecundia*, inquit, *& pudicitia in habitu ornato ſeipſas ornare,non in tortis crinibus, aut auro, aut* B *margaritis: ſed quod decet mulieres, pollicentes pietatem per bona opera.* Habitū profectò tunicam undique honeſtam,compoſitā ſignificare uoluit. Ornatum non exquiſitum intelligas,ſed moderatum. Hic.n.ornatus habitus eſt,ille aūt etiam fœdus. Morale. Quid dicis? Deum pcatura pergis,& ornamēta aurea circūfers,flauosque crines & ipſos auro compoſitos. An uerò ſaltatura ad eccleſiam pergis? Nunqd hic nuptias & laſciuiæ oblectamenta conquiris? Num ut tui ſpectaculū prębeas aduenisti? num tibi nūc in ſtruendus eſt thalamus? Illic nēpe monilia, illic ornamēta aurea,illic ornatus criniū,illic pretioſa ueſtis locum aliquādo fortaſis habeat. At uerò nūc nullo tibi huiuſmodi ornatu atq; appatu opus eſt. Acceſsiſti ut deū pro peccatis tuis ſuppliciter dępceris⁹, ut tuis in illum ſceleribus uenią cum gemitu ac lachrymis petas,acceſsiſti, ut dominū tibi propitium facias: quid teipſam ornari improbo atque intempeſtiuo ſtudio cōtendis? Nō iſte ſupplicis habitus. Quo.n.pacto ingemiſcere potes,ac lachrymas fundere,atq; intentisſimè, ut decet,orare,quæ C eiuſmodi ornatu cōpta procedis? Nam etſi lachrymas ſuderis,riſum cernētibus hmōi lachrymę mouebunt. Neque.n.auro amicta debet incedere, quę lachrymas pro peccatis profundere intēdit. Eſt.n. potius ſcena quædam atq; ſimulatio, ſi ex eodem animo,ex quo tanta ſumptus magnificentia, tantáque ambitio prodijt,inde etiam profundi lachrymas uiderint. Amputa oēm eiuſmodi ſimulationē,circuncide abs te oēm illum ſcenæ atq; hiſtrionum geſtum. Deus.n.profectò non irridetur. Iſta Gala.c.b mimis & ſaltatoribꝰ & his qui in ſcena uerſantur, relinquenda ſunt: ſobriæ atque ornatę mulieri nihil eiuſmodi congruit. *Cum uerecundia*, inquit, *& pudicitia.* Noli igitur eas imitari, quæ meretricio feruntur inceſſu. Nanque illæ per exteriorem cultū atque habitum, plurimos poſt ſe trahūt amatorū greges,atq; hinc plurimę peſsimæ ſępius ſuſpicione non carēt: nihilque prorſus eiuſmodi lucrātur ornatu,imo & plurimis ex ea opinione nocuerūt. Nā quēadmodum impudica, etiāſi pudica uideatur, nihil ex huiuſmodi opinione lucratur,cū index ille noſter occulta oia tunc in mediū producturus ſit: ita ne pudica quidē,ſi per habitū ſtudeat adul terij opinione notari, quicq̄ ex pudicitiæ opinione D lucrata eſt. Plurimos.n.& ipſa ex hac opinione uio lauit. Verùm qd agam,inquies, ſi alius de me peſsimè ſuſpicetur? Tu huic ſuſpicioni,per habitū,per inceſſum atque aſpectū,& oēm corporis motū fomenta miniſtras. Quocirca & Paulo ingēs cura eſt, huiuſmodi ſuperfluum ornatum ad honeſtiorem modum componendi, ac tuendo pudori plurimū ſtudij impendit. Quòd ſi ea quę opum tantū indicia ſunt,tanto ſtudio circūcidit,aurum.ſ.margaritas,& ueſtimenta pretioſa: quantò magis ea quę in modico ſtudio,& arte q̄rūtur cuiuſmodi ſunt, pur puriſſo uultus inficere,& ſtibio oculos pingere, fracto incedere greſſu,uocem formare molliorem, laſciuum obtutum,& q libidinis iaculetur incędia, ſupfluam pallij ac tunicę iactationem,cingulū exquiſita arte ſtudioque confectū,ſtridentes ſoccos, & cętera irritamēta laſciuię? Hęc.n.omnia uno uerbo ſignauit,cū diceret,in habitu ornato, & cū uerecundia ornare ſe. Iſta qppe & à uerecundia remotiſsima ſunt,& plena dedecoris, turpitudiniſq; cenſentur. Sed queſo feratis æquanimiter. Nam idcirco iſta aperta ac liberiori uoce deprompſimus, nō ut E feriant,neque ut mœrore conficiant: uerū ut quod alienum eſt, à noſtro grege oē ſimul amputetur. Enimuero ſi his q̄ ſub uiro ſunt,q̄ in delicijs uiuūt, q̄ diuitijs circūfluunt,interdicit: quantò magis eis, q uirginitatem profeſſę ſunt? Et q̄ nam, inquies, uirgo monilia aurea,tortumq; crinem circunfert? Atq tanta eſt [relīqſ habitus cura,tamque exquiſita diligentia,ut oēm illum aureum cultum facilè tranſcendere uideatur. Licet.n.etiam uilibus pannis, eiuſce compoſitionis opinione notari, nec minus quàm ſi aureas amiciretur ueſtes. Vbi.n.pulla tunica fuerit,& pectori cingulo diligenter adſtricta, ad earum inſtar,quę in ſcena ſaltāt,ut neq; nimiū turgēs in latum excedat,neq; tenue,aſtrictumq; imodice contrahatur,uerū ſeruato medio inter utrunque,modo rugas circa pectus intendāt pariles,quā ſericę ueſtis illecebram hac arte non ſuperet? Quid F aūt cū calceus ipſe pullę ueſti ſubiectus, maiorem ſui decorē cernentibus pfert,atq; ad imitationē antiquæ picturæ in acumen uenuſtius deſinat? Quid item ſi faciem fucis qdem ornare nō pergis, ſed eā nimio ſtudio diligentiaque circūluis, atque ſupnè à fronte uelum facie candidius ſuſpendis,ac demū palliū imponis,ut ſub nigro colore facies decētior uideatur,& gratior? Quid item oculorū illos innumeros iactus? Quid itē de collo,quod nunc quidē operitur,nunc aūt de induſtria denudatur? Quid item de ſtrophio,quod māmillis conſtringēdis apponitur? & hoc.n.ſępenumero nudant, ut cingēdi magis appareat diligentia, dum pallium oē circa caput agitur. Manus aūt quēadmodū tragœdi, ita accurate manicis induunt,ut naturali,ita effictę uideantur. Quid memorem tractā humi tunicā,inceſſumq; infractū, & hmōi cętera ſtudia, qbus longè magis q̄ auri monilibus intuentes capi ſolent? Timeamus dilectiſsimi,ne nos quoq; ea audiamus,q̄ propheta Hebręis mulieribus hmōi ornatu exteriori gloriātibꝰ cōminatur,dicens: Pro zona funiculo cingeris, & pro ornamēto capitis tui caluitiū habitura es. Adeo aūt plus iſta,q̄ aurū,ad laſciuiæ illecebrā ualēt, ut ēt ſcorta plurima ad hoc oi ſtudio intendāt, ut per aſpectū ſui capiant intuentes. Eſa.3.d

G Non minimũ istud peccatũ est,sed magnum prorsus,ut qdem ipm deum iritare ad iracundiã possit,omnémque uirginitatis laboré absumere gloriámque corrũpere. Xpm hẽs spõsum,qd amatores post te hoies trahis? Merito tunc te ille adulterij dãnat,quod ornatũ sibi gratum atq; charũ tibi conq rere negligis,uerecũdiam.s.pudorem,honestatem, habitúmque ornatum:hic nempe habitus adulter est,atque adeo fœdus,ut meretrices,ac uirgines fere discernere nequeamus. Intuere hmõi uirgines, ad quãtam turpitudinem deuolutę sunt. Simplicé esse, neq; accuratè compositã uirginẽ decet, negligẽtięq; potius,q̃ eiusmodi curę notari. Quippe eius modi exterior ornatus,ornamenta intima demoli tur. Is.n. qui eiusmodi fuerit studiosus,interioris or natus negligens sit necesse est:quèadmodum & is, qui exteriore aspernatur, studium oẽ, omnémque diligentiam,ad componenda sua intima transfert. Nec uelim dicas me miseram,attritũ pallium fero, abiectósque calceolos,nullius pretij tunicã:cuiusH modi hic ornatus est? Noli teipsum fallere:licet,ut dixi,etiam p huiusmodi utilia magis ornari,q̃ p aurea illa monilia,& exqsitissimas uestes. Quippe per attritum pallium,corpori decenter astrictum, impudentiam pfers magis,ac pulchritudinis gloriam aucuparis. Ista mihi nunc loqueris. Cęterũ deo qd dictura es,qui mentis rimatur arcana, nouítque q̃ ista intẽtione facias? Sed esto,non ista cã libidinis facias,neq; ut post te gregem adolescentum trahas. Cur qso id facis? Vt admirationi habearis? No eru bescis infelix,neq; pudore suffunderis in rebus huiusmodi admirationem humanam, & gloriã qrẽs? Sed dictura es,Simplici aio ista circunfero. Nouit profecto deus,q̃ loqueris nobis: neque.n.mihi rationem redditura es, sed illi q & modo tuis oibus actibus,& animi motibus adest,& tunc ista diligẽ ti examinatione discutiet. Illi,inquam, cui nuda & Heb.4.d aperta sunt omnia. Hęc idcirco nos dicimus nunc, ut uos pœnis illis q̃ eiusmodi reis sunt propositæ, Esa ie.3.d eripiamus. Et pedib⁹,inqt,simul ludentes: magnũ profectò certamen subistis: pugnare hic cõgruit, non ornari:luctari conuenit, non in mollicie solui. Nõ aspicis pugiles arque luctatores,ut illis neq; quam cura sit incessus & habitus? Verũ his oibus omissis, uestem oleo madidã induant,atq; ad unã tantum rem intẽti sint,quo pacto.s.& aduersarios feriant, & ipsi illorum ictus eludant. Stat ecce diabolus dentibus stridens,ac modis omnibus te prosternere cupiens, dum tu circa huiusmodi diabolicum prorsus ornatum uersaris attonita:piget nũc de uoce referre,cui maximo studio plurimæ seruiunt. De unguentis itidem,cæteráque mollicie. Nempe idcirco irridẽt uos seculares mulieres,quod honestissimum uirginitatis nomẽ & insigne pulcherrimum perdidistis. Nemo iam uirginem digno honore prosequitur, qppe seipsas huiusmodi honore priuarunt. Nonne eas opottuit ita in ecclesia esse uenerandas,atque mirabiles ac si de cœlo descenderent? At nunc despectę penit⁹ sunt sui uitij cã. Nã cũ uiderit te, cuius professio est crucifixã esse mundo,ea quæ uirum habet & liberos, & regimen domus,mũdum muliebrem maiori studio persequi q̃ se: quid mirum, si irrideat, & abiectam prorsus,ac despicabilem putet? Aspice quantum studij, quantúmque curę supfluę assumis,dũ ubib⁹ uestib⁹ pre tiose amictam superare contẽdis: maioríque ambi tu ornari qris,q̃ illa,q̃ auro & gẽmis compta procedit. Quę tibi conueniũt,ea minimè conqris: q aũt à proposito tuo sunt remotissima, ea tota intentio ne sectaris,dum solis bonis operibus operã te dare conueniat:idcirco nempe secularib⁹ fœminis ignobiliores uirgines euaserunt, quod indigna professione sua agere deprehendũtur. Ista non ad omnes dicimus, immo uerius ad oẽs,ut q̃ hmõi reatu tenentur astrictę,resipiscant:& q̃ insontes sunt,emendare illas omni studio,& tota cura contẽdant. Sed agite qso,ut hmõi correptio in opus erũpat. Neque .n.ut uos mœrore afficeremus, diximus: sed ut à culpa reuocemus,utq; in uobis,ac de uestra emendatione gloriemur. Proueniat aũt nobis ex supno munere,ut oẽs quæque deo grata sunt,agamus,atque in ipsius gloriam,honorémque uiuamus,ut ẽt promissis bonis perfrui mereamur,in Christo Iesu domino nostro,cum quo est patri gloria,&c.

Homilia. IX.

L

Vlier in silentio discat in omni subiectione. Mulieri autem docere non permitto,neque dominari uiro, sed in silentio esse. Adam enim primus formatus est,deinde Heua: & Adam non est seductus,mulier autem seducta in præuaricatione fuit: saluabitur autem per filiorum procreationem, si permanserint in fide & charitate, & sanctificatione cum sobrietate. Magnam prorsus à mulieribus beatissimus Paulus uerecundiam exigit, ummamque honestatem, dum eas non modo ad habitũ usq;, amictúmque componit, uerùm & silere perpetuo imperat. Nihil,inqt,loquatur in ec- 1. Co.14.g clesia mulier. Id quod & ad Corinthios scribẽs dixit: Turpe est.n.mulieribus in ecclesia loqui.& rursus alio in loco: Lex,inquit,eas subditas fecit. Si qd autem discere uolunt,domi uiros suos interrogẽt. At nunc ingẽs ubique tumult⁹, maximus clamor, collocutio plurima atque confusa, neque usquam alibi tantùm loqui mulieres,neque in foro, neque in balneis,quantùm intra ecclesiam uideas: quasi ob hoc ipsum eò conueniant, ut quæ uelint,licitè loqui possint,ita inutilibus fabulis occupatę sunt M omnes:idcirco permista sunt omnia, ordoq; cõfusus est. Neque intelligunt miseræ, non sẽ aliter utile quippiã discere posse,nisi quietem agant. Nã cùm sermo doctoris incassum effunditur,nec est q̃ his q̃ dicuntur,intendat:quid inde lucri prouenire possit? Adeò autem,inquit,oportet illam studere silentio,ne non modo de secularibus rebus, uerùm ne de spiritualibus quidem loquendum sibi in ecclesia nouerit. Hic nempe ornatus,hic uerecundię cultus,eam longè dignius ornare,q̃ pretiosa uestis cõsueuit. Si sẽ ita composuerit,atque ad hanc direxerit normam,poterit etiam magna cũ facilitate uota deo,ac preces exoluere. *Mulieri*,inquit,*docere non permitto.* Quã,oro,hoc in loco his uerbis consequentiã seruat? Profectò summã. De silentio differebat,de honestate,de pudore. Dixerat loq eas nolo. Vnde igitur cupiens loquacitatis occasionem penitus tollere,ne doceãt quidem, inquit, sed obseruẽt discentium ordinẽ. Ita.n.ex silentio ipso,quod sint subiectæ monstrabunt. Est quippe fermè loquax muliebris sexus,idcirco omni ex parte fluentem restringit ac cõprimit. *Adam enim*,inquit,*primùm formatus est,deinde Heua,& Adam non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit.* Quid igitur

A hæc ad nostri tpis mulieres? plurimum sanè. Sed maiore uirilis sexus honore potitus est, qa primò formatus,& alio item loco hmõi primatum ostendit,dicens:Neque.n.pp mulierem factus est uir,sed 1.Co.11.b mulier pp uirum. Cuius autem rei gratia ista commemorat? Primùm quidem, ut ex his eius primatũ doceret. Secundò,ex his quæ iam contigere, commonuit mulierem esse, q̃ uirum initio,cunctáq; puerterat,atq; fecerat inobediẽtię reũ: idcirco ipam Gene.3.c subdidit deus,quia honoris parilitate pricipio sibi indulta,pessimè usa fuerat. Ad uirum,inqt,tuum, erit conuersio tua: ante hac aũt nihil hmõi dictũ fuerat. Quonam uero modo Adam non est seductus? Ergo neque inobediens fuit, siqdem seduct⁹ Ibidem. non est? Nempe mulier qdem crimen excusans,ait: Serpens decepit me. Adam uerò nõ ait,mulier decepit me:sed,dedit mihi de ligno,& comedi. Par aũt profectò non est ab ea,q̃ sibi generis societate iungeretur decipi,& à bestia, q̃ seruituti hominis fuisset addicta. Illud igitur seductio potius,ac ueri⁹ dici põt. Ad comparationẽ ergo mulieris, dicit illum B nõ fuisse seductũ. Illa quippe ab irrationali animã te decepta est,hic aũt à libera muliere, & sibi natę copulata rõne. Rursum non dicitur de Adam, uidit lignum,qa bonum ad comedendum est, sed de muliere tãtummodo. Comedit.n.inqt, & dedit uiro suo. Non igitur iste cõcupiscentiæ cedens, sed obtemperans mulieri,simplr prævaricatus est. Idcirco & Paulus semel,inqt,mulier docuit, & cũcta peruertit,idcirco ultra nõ doceat. Sed dices? Quid igitur ad cæteras ptinet,si illa hoc passa ẽ? Plurimũ sanè. Est.n.sexus ille infirmus ac leuis,quod iam in consequentibus disserẽs,dũ de sexu generaliter loquitur,ostendit. Non.n.dixit,Heua autem seducta: sed,mulier, qđ commune est nomen sexus, potius q̃ proprium Heuæ. Quid igitur? Non sexus omnis muliebris p illam in præuaricationem factus est? Nẽ Rom.5.c pe quemadmodum ait de Adam in similitudinem præuaricationis Adæ,q est forma futuri:ita & hic muliebris sexus præuaricat⁹ dicitur. Quid ergo? Nũ ideo salute caret? Minimè id qdem. Quam uero salutem habiturus est? Per *filiorum scilicet, procreationem.* Qđ C profectò de Heua non dicitur. *Si permanserint*,inqt, *in fide & charitate, & sanctificatione cum sobrietate.* Quãnã fide,q̃ charitate,q̃ sctificatiõe? Ac si aptè dicat,nolite tristes eẽ mulieres, quòd sex⁹ uester probro & calũnię pateat. Deus ecce uobis & aliam occasionem salutis confert,filiorum.s.educationem: ut nõ modò p uosipsas salutem inueniatis, uerùm p alia quoque salutis adminicula capiatis. Vides q̃ multa hoc in loco querenda dimiserit? Mulier aũt, inquit,seducta,in præuaricatione fuit. Quenam illa? Heua.s.hæc igitur saluabitur per filiorum generationem,neque ipsa modò,uerùm & omnis fœmineus sexus inde saluabitur: prævaricata quidem illa est,uerùm muliebre genus omne p filiorum generationem salutem consequetur. Cur.n.non etiã uirtutis proprię merito? Nunqd.n.illa cęteris quoque piudicat? Quid ergo ad uirgines? quid ad steriles? quid item ad uiduas,quæ priusq̃ parerent, uiros amiserant? Ergòne illæ periere,omniq; spe salutis destitutæ sunt? Certè.n.uirgines maxima in gloria,summoq; in culmine cõstitutæ sunt. Quid igitur? His uerbis significare uoluit,quẽadmodũ á prima formatione genus omne subiecit, p ea quę pri-

Semel docuit mulier, et cuncta puertit. Idcirco inquit,

ma mulier p̃uaricata est. Quia.n.Heua secundò,for D mata est,& reliquus,inquit, sexus subditus sit. Ita igitur quia ẽt prẽuaricata est,& sexus itidem oĩs in prævaricatione fuit. At illic quidem diuino muneri oĩa accepta referuntur, hoc aũt ex mulieris pcto in cæteras fluxit. Nempe idcirco,inquit,oẽs mortui sunt,quia unus antè peccauit, hoc est mulier. Nihil igitur doleat mulier, dedit illi deus solatium haud minimum,pârere filium. At natura istud,& illud itidem naturæ est. Neq;.n.naturæ tantùm iura,uerùm & liberorum educatio diuinitus datur. *Si enim*,inqt,*permanserint in fide & charitate, & sanctificatione cum sobrietate*: Hoc est, si ipsos postq̃ genuerint,ad ista curauerint promouẽdos, maxima mercede donabuntur, quòd.s.athletas nutrierint Christo. *Si permanserint*,inquit,*in fide & charitate.* Recte profectò uitę exprimit normam,qđ ex sequẽ tibus patet, dum sobrietatem honestatemq; subin fert? *Fidelis sermo.* Istud quidem ad superiora refer- *Cap. III.* tur,non ad ea q̃ de episcopis protinus addit. Quia .n.hoc uidebatur ambiguũ,idcirco ait, fidelis sermo. Neq; n.omnibus passim persuaderi posset, pa- E rentes filiorũ uirtute salutem promereri, si illos rite in fide instituerint. Quid igitur,si mater pessima fuerit,atq; innumeris sceleribus plena, ex hac liberorũ educatione lucrabitur? Nẽpe eos sibi similes necessario faciet. Cęterum de ea q̃ uirtutibus polleat,ista apsus dixit ingentem illi remunerationẽ, mercedemq; fore testatus. Audite ista parentes,ac *Morale.* prorsus aspicite hmõi educationẽ, magnorum p̃miorum causam fore. Hoc deniq; etiam in consequentibus ait, dum matrem admonet testimoniũ in bonis operibus habere. Si enutriuit filios:id qppe & inter cætera posuit. Neq;.n.parui meriti est, in dultos nobis à deo liberos, ad ipsius exercere militiã,eiq; ab ipsis infantię pãnis dedicare. Nã si eiusce educationis fundamẽta iecerint,maximis afficiẽdi sunt p̃miis:quemadmodũ si neglexerint, grauissimis cruciatibus. Nempe.n.& Heli pp filios periit: il 1.Reg.1.e los quippe cùm acrius coercere debuisset,uerbis tã et.4.cd dem lenibus monuit. Quocirca dum illis molest⁹ esse seuera increpatione recusat, & illos & seipsum una perdidit. Audite hæc patres, uestrosq; filios in F disciplina & correptione domini erudite summa cũ diligẽtia. Est.n.iuuentus fera,plurimisq; indiget institutoribus,magistris,pædagogis,assẽclis,atque nutritoribus. Votiq; res est,post adeo exactam diligẽtiã,eã cõtinere posse,nõ secus, q̃ equus qdam indomitus,ueluti fera belua. Hmõi qppe iuuẽtus est. Si igitur illi ab ipsis statim initijs,atque à prima ætate leges optimas imponamus, minimũ posthac laborabimus:uerũ cõsuetudo ipsa uirtutis in legẽ trãsiet. Nihil eos agere pmittamus, ex his quæ noxiè iucunda sunt,neq; illis ut pueris indulgeamus: atq; ante oĩa illos in pudore & sobrietate seruem⁹, quippe huic inimica libido oĩum maxime hmõi turbat ætatẽ. Ad hoc igitur uitiũ cõpescendũ,magnis nobis sudorib⁹,magnaq; intẽtione op⁹ est,maturè illos matrimonio iũgam⁹,ut mũda atq; itegra illorũ corpora spõsę admoueãtur. Hmõi qppe amores feruẽtiores sunt. Atq; is q̃ ante nuptias pudicitię studuit,lõge magis postea pudicus erit, qui autem assueuerit ante nuptias scortari,etiam post nuptias istud faciet. Viro enim, inquit,fornicario omnis panis suauis est. idcirco qppe coronę imponuntur

Capiti, ut uictoriæ signa sint: quòd.s. antea libidini impenetrabiles, ita demum cubiculum ingrediantur, quia.s. à uoluptate superati non sint. Quòd si libidine superatus quispiã seipsum scortis addixerit: cuius iã rei gratia coronatus incedat, q tam fœdæ libidini colla subdiderit? Admoneamus igitur illos, corripiamus, terreamus, minasq; intẽtemus, & modò istud, modò illud faciam⁹. Magnũ habem⁹, pretiosumq; depositũ filios, ingenti illos seruemus cura, atq; oia faciamus, ne fur id nobis astutus auferat. At uerò nunc contrà penitus facimus. Nam ut fundus qdem sit optimus, cũcta molimur, eumq; fideli uiro magno cũ studio tradimus, & agasonem atq; mulionem, procuratoremq; ac dispensatorem, q nobis magna beneuolentia afficiatur, inprimis? cæterùm qd nobis charissimum omnium est, oino negligimus: neq; curamus, quo pacto filiũ nostrũ fideli cuipiam uiro permittamus, qui ipsius tueri ac seruare pudicitiam possit? Et certè nulla nobis possessio, nullus fundus æquè nobis gratus atque charⁿ esse debet: qppe hæc oia filijs q̃runtur. Igitur H maior nobis possessionum cura est, q̃ eorum, quorum illæ gratia cõparantur: qđ profectò absurdissimum atq; stolidissimũ est. Exerceamus igitur ad uirtutem, atq; pietatem molles filiorum animos, cætera oia secundo loco quæramus. Nam si quidem illi improbi fuerint, nihil eis pecuniæ proderũt: sin aũt probi, nihil ex paupertate lædentur. Vis filium relinquere diuitem? Bonum illũ ac benignum esse doce: ita.n. etiam rem familiarem auctiorem facere poterit. Quòd si tenuis illi substantia fuerit, nihil deteriori in loco erit, q̃ hi qui plurima possident. Quòd si malus ille fuerit, ẽtsi infinitam illi substãtiam relinquas, non illi custodem reliqsti, sed lõgè deteriore conditione fecisti, q̃ si ad extremam deue nisset inopiã. Quippe filijs non ritè institutis præstat pauperes esse, q̃ diuites. Paupertas.n. uel iuitos coercet, atq; intra uirtutis limites continet: opes uerò ne uolentes quidem pudicè, temperanterq; uiuere sinunt: uerũ exorbitare faciunt, atq; puertũt, malisq; innumeris subiungunt. Matres item filiarum uobis curam assumite, est ea cura uobis perfacilis. I Curate solicitè, ut domi iugiter sint. Ante oia pias esse, religiosasq; docete, aspernari pecunias, exterioris q; ornatus contemptrices esse, atq; ita demũ nuptijs tradite: eas si ita institueritis, non ipsas modò seruabitis, uerum & uiros qui illas ducturi sunt: neque uiros tantùm, sed etiam filios atque nepotes. Quippe ex radice optima surculi prodeunt firmiores, ac semp in meliora proficiunt, horumq; oium merces uobis reddẽda est. Nõ igitur tanquã unius aiæ commodis prospicientes, sed ut plurimis per unam cõsulentes, magno cum studio oia faciam⁹. Ita nempe paterna domo decet progredi uirginẽ, ac matrimonio iungi, quemadmodum ex palæstra luctatorem, ut omnem diligentissimè rei familiaris peritiam habeat: sitq; uelũti fermentum, quod massam oẽm in suam transfert pulchritudinem.

Filij quoq; adeò uerendi sint p̃ morum honestate, & singulari pudicitiæ laude, ut ab hominibus, & à deo laudes mereãtur. Discãt cõtinere uentrẽ, abstineant à superfluis sumptibus, & oi magnificentia apparatus, dispẽsare sua probè nouerit, pij in parẽtes sint, subijci, & dicto obtẽperantes esse discãt: ita.n. & parentibus ipsis ingentes præmiorũ adijcient cumulos: atq; ita omnia in dei gl̃iam, salutemq; no K
stram fient: cuius nos oẽs compotes esse cõtingat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo est patri gl̃ia & imperiũ & honor, unà cũ sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia X.

I quis episcopatũ desiderat, bonũ opus desiderat.

S *Oportet igitur episcopũ irreprehensibilẽ esse, unius uxoris uirum, sobrium, pudicum, ornatum, hospitalitatis amatorem, docibilem, non uinolentum, non percussorem. sed mansuetum, non litigantem, non auarum, domui suæ bene p̃sidentem, filios habẽtem subditos cũ oi castitate.* Post nõ p cussorẽ, Veronen. plus hẽt, nõ turpiter lucri cupidum.

Dicturus de episcopatus officio, cuiusmodi eẽ episcopum deceat, indicat. Neque id quasi Timotheũ admonens dicit, sed ut omnibus simplr loquens, ac per illum quid conueniat omnibus, dictans. Quid aũt ait? *Si quis*, inqt, *episcopatum desiderat*. Non culpo, non improbo, opus quippe regiminis est. Si quis hunc idcirco appetit, non principatus ac dominationis fastu, uerũ cura regiminis & charitatis affectu, non improbo, inqt: bonum qppe desiderat opus. Quippe & Moses eam rem appetisse cognoscitur. Verum ille hmõi potentiam, ambitumq; dominandi nequaquam quæsiuit, sed eam rem ita cupiuit, ut illi diceretur: Quis te constituit principẽ, & Exod.2.c iudicem sup nos? Siquis igitur ita desiderat, desiderat bene. Episcopatus.n. ex eo dicitur, quod omnes inspiciat, cũcta que speculetur. *Oportet igitur episcopũ irreprehensibilem esse, unius uxoris uirum.* No hoc ueluti sanciens dicit, q̃si non liceat absq; uxore episcopum fieri, sed eius rei modũ constituens. Iudęis qp pe licitum erat ẽt secundo matrimonio iungi, & duas itidem habere simul uxores: honorabiles. Deut.21. nuptiæ. Quidam uerò hoc ita intelligunt, ut.s. ad c episcopatũ is assumatur, q unius fuerit uxoris uir. *Irreprehensibilem.* Hoc unico uerbo genus omne uir Heb.13.a tutis expressit. Itaq; q sibi uel leuis culpæ cõscius, est, male profectò facit, eam rẽ appetens, q̃ indignũ se p opera fecit. Non.n. decet hmõi regere, sed potiⁿ regi. Eum quippe qui regendos alios suscipit, tanta decet gloria uirtutis excellere, ut instar Solis cæteros ueluti stellarũ igniculos, in suo fulgore obscuret. Debet hmõi uitam habere immaculatam, atq; compositam, ut oẽs in illum & in eius uitam, ueluti in exemplar aliquod excellens intueantur. Facit autem hoc Paulus non absque ratione, qui hmõi monitis utitur: uerùm quia & Timotheo ipsi cura incumbebat episcopos ordinandi, sicuti & Tito, ad.Tit.1. quem ẽt de hmõi admonet. Et quia par erat, plurimos eius rei desiderio allici, idcirco tanta illum dilr gentia pingit, ut qui se ad eam rem præparare uelent, ad quantam uirtutis celsitudinem sibi euadẽdum esset, agnoscerent. *Sobrium*, inqt, *atq; uigilantem* Hoc est, clarissima mẽtis acie p̃ditum, innumerosq; habentem omni ex parte oculos, quibus acutissimè cuncta prospicit. Sunt quippe plura, quæ incidant, & mentis hebetent aciem: puta concupiscentiæ, quotidianæ curæ, rerũque pturbatio, & plurima id genus undiq; imminẽt. Vigilantẽ igitur eẽ necesse est illũ, qui non tantũ sui corã hẽt, uerũ ẽt reliquorũ. Decet esse peruigilem eũ, q eiusmodi est, ac spũ uiuere, & affect⁹ sui fãmã opibus ipsis ostẽdere, ducésque oẽs solicitudine atq; industria superare, ut die noctúque exercitũ, & castra plustret, la-

A boret, & sui officij munⁿ diligẽtissime impleat, atq; oĩm curã ac solicitudinẽ gerat. *Pudicũ*, inqt, *ornatũ, hospitalitatis amatorẽ*. Ista & in subditis plerũq; uideas. Verùm quoniam oportet eum, & q̃ sunt rectoris habere: idcirco subiunxit, Aptũ ad docẽdũ: hoc qppe à subditis nequaquam exigitur, cæterùm illi ante omnia adesse debet, qui hmõi susc̃epit officiũ. *Non uinolentum.* Hoc í loco nõ ebriosum, uerùm cõtumeliosum atq; elatũ significare uoluit.

Non percussorẽ. Neq; hic manibus uiolẽter utentẽ profectò significat: sed qđ? Sunt nempe qui improbè nimium fratrũ cõscientiã feriunt, quos mihi nũc significasse uidetur. *Sed mansuetum*, inqt, *sine litibus, sine auaritia, domui suæ bene p̃sidẽtẽ, filios habẽ*
1.Co.7.f *tem subditos cũ omni castitate.* Si igitur q uxorẽ duxit, solicitus est quę sunt mundi: ẽpm autem hmõi solicitudine tangi minimè conuenit: quo superius dixit, Vnius uxoris uirum? Quidam, ut dixi, illum qui post uxoris obitum cõstituetur ep̃s, significasse intelligunt. Alioqui licet eum qui uxorem hẽat,
B quasi non habentem esse. Tunc nempe istud ritè concessit pro tpe, ac pro rei natura, quæ tunc inerat. Licet.n. eam rem honestè ac licitè capere, si quis uelit. Quemadmodum.n. diuitię difficilè in regnũ cœlorum introducunt, sępe tamen id diuites pluri mi ingressi sunt: ita & nuptiæ, licèt difficultatis i se plurimum habeant, ita tamen assumi possunt, ut p fectiori uitę impedimẽto nõ sint. Verùm id planè perq̃ rarò atq; difficile. Verùm dicet fortasse q̃spiã: Quid sibi quæso uult, quòd de ep̃o disserens, ip̃m oportere non ebrium esse dixit, sed hospitalem, cũ longè excellentiora pro celsitudine gradus exigere debuisse uideatur? Cur.n. non ait, Oportet ãt ep̃m angelum esse, nulli humanę perturbationi, uitioue subiectum? Cur non item magna Xp̃i illa p̃cepta ab ep̃o requirit, quæ etiam subditis necessariò inesse debent. s. circunferre crucem suam, atq; in manibus habere animam semper pro fratribus exponẽ dam? Pastor.n. inquit, bonus, animam suam ponit
Ioã.10.b pro ouibus suis. & rursum: Nisi quis acceperit cru-
Matt.10.d cem suam, & secutus fuerit me, non est me dignus.
C Cæterùm his oĩbus omissis, oportere ait non esse uinolentum. Præclara sanè spes, si de hmõi ep̃m oporteat admoneri. Cur.n. non dixit, Oportet aũt ipsum iam ex terra migrare, humanisq; rebus euadere celsiorem? Verũ quæ secularibus iussit, ea ep̃o implenda non iubet. Quid.n. illis ait? Mortificate
Coloſ.3.a membra uestra quæ sunt super terram. & iterum:
Rom.6.a Gala.5.d Qui autem mortuus est, iustificatus est à pcto. ac
Euc.14.g rursus: Qui autem sunt Xp̃i, carnem suam crucifixerunt. Et Xp̃s item: Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipul⁹. Cur igitur hæc in ep̃o requirenda non dixit? Quia perpaucos hmõi inuenirĩ fas erat, ep̃is autem pluribus tunc opus fuit, qui per singulas ciuitates magistri constituerentur. Ne igitur ecclesiæ negotia fructusq; perirent, idcirco moderatam uirtutem proposuit inquirendam, non supremam illam atq; cœlestem. Quippe sobrium ac pudicũ & honestũ esse, multorum cõe erat. *Filios*, inquit, *habentem subditos cum omni castitate.* Oportebat nẽpe ut ex uicino atq; re domestica, uirtutis suæ p̃beret indicia. Quis.n. crederet illum alienos quoq; subiectos habiturum, q filios non habuerit subditos? *Suæ*, inqt, *domui bene p̃positum.* Hoc & externę sapientię autho
res aiunt, ut q rem familiarem suã ritè administrauerit, rei quoq; publicę cõuenièter posit cõtrectare negotia. Est.n. ecclesia, ueluti domus quædam: ac sicuti in domo uxor est, & filij ac serui, oimq; cura ac regimen incumbit uiro: ita fermè & in eccl̃ia uideas, nihil ibi est aliud q̃ filij & uxores & serui. Quòd si administratiõis hẽat socios eccl̃ię rector, hẽt & domi uir uxorẽ consortem curarum suarũ. At uerò in eccl̃ia uiduarum, ac uirginũ alendarum solicitudo est: hẽt & domi uir & seruos, & filios. Est aũt longe facilius domum, q̃ eccl̃iam regere. Qui igitur rem, ut dixi, familiarem dispensare congrue nescit, is quo pacto eccl̃iæ p̃esse conuenienter posse putãdus est? *Si quis autem*, inqt, *domui suæ præesse non nouit, quo eccl̃esiæ dei curam habiturus est?* *Non neophytum*, inqt. Hic tamen ætatem adolescẽtię significare noluit, sed eum q nouiter esset instructus, ueluti quædam nouella plantatio. Ego.n. in- 1.Cor.3.b qt, plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Nã profectò si adolescẽtiam signare uoluisset, nihil dicere prohibebat, nõ adolescentẽ Ne ipse E qdem cũ ad Timotheum scriberet, ætatem in eo
1.Ti.4.c summopere inquirendam monuit, cũ dicit: Nemo adolescentiam tuam contemnat. Quia.n. ex gentilibus nunc plerię ad eccl̃iam accedebant, ac bapti zabantur, cauendum admonuit, ne continuò nouiter imbutum eccl̃iæ sacramẽtis, ad huiusce principatus onera ferenda proueheret. Si.n. anteq̃ discipulus esset, magister assumeretur, q̃ primũ attollere tur in arrogantiæ fastum: si priusq̃ subijci disceret, in rectorum ordine locaretur, cito intumesceret: idcirco subiũgit, *Ne elatus in iudiciũ incidat diaboli.* Hoc est, ne in eandem incurrat damnationem, quã ille per arrogantiam ptulit. *Oportet aũt ipsum & testimoniũ habere bonum ab his qui foris sunt, ne in oppro*
1.Co.7.b *briũ incidat, & laqueũ diaboli.* Quippe ab eis illi iminent probra: siqd in se reprehẽsibile notari posset. Idcirco ait, unius uxoris uirũ: cũ certè alio in loco dixerit, Volo oẽs hoĩes esse sicuti & meipsum, continentiæ. s. ratione. Igitur ne in angustum nimis eam concluderet rem, si exactissimam uirtutẽ expetisset, idcirco moderatiore admonitione maluit uti, ne ex desperatione pfectæ illius inuenièdę F uirtutis, eccl̃iæ sine ep̃is essent. Oportebat.n. ut antea dixi, per singulas ciuitates constitui præsules.
ad Tit.1.b Audi denicq; qd ipse ad Titum scribat: Vt constitue res p ciuitates p̃sbyteros, quemadmodum ego tibi p̃cepi. Quid igitur si testimonium hẽat bonũ, bonamq; famam: & ipse hmõi non sit? At id quidem in ptimis difficile est. Vix.n. obtineri potest, ut & q boni sunt, apud inimicos bonum hẽant testimonium. Cæterum hoc ipse nunc quoq; cauit. Neq;.n. ait, oportet autem eum testimoniũ hẽre, sed oportet aũt ip̃m & testimonium habere bonum, ut cũ cæteris, quę in illo requruntur, ne istud quidẽ desit. Neq;.n. solum testimonium sufficit. Quid ergo, inqes, si illum frustra, ac p inuidiam maledictis, probrisq; respserint, cũ maxime gentiles sint? At id qdem fieri non pòt, quippe eum, qui irreprehensibilẽ duxerit uitam, & illi ipsi reuerentur. Quo nã, inqes, modo? Audi ip̃m dicentem alibi: Per infamiam, & 2.Co.6.b bonam famam: neq;.n. profectò ipsorũ carpebant uitam, sed p̃dicationi derogabant, idcirco ait, p infamiam. Denicq; prædicationis causa, tanq̃ seductores, ac magi calumnias sustinebãt. Ipsorum aũt ui-

G tam nemo ferè unquam fuit, q uituperare p̄sume ret. Quocirca nullus unquam aplis, aut fornicationis, aut impudicitię, aut auaritię crimẽ obiecit: sed tantummodo seductores appellati sunt, qđ solùm ad dogma refertur. Qui. n. fuerit uitæ fulgore cõspicuus, & illis uerẽdus sit necesse est: qppe ueritas ipsis quoq; ora obstruit inimicis. Quo aũt pacto ĩ la queũ incidit? dum. s. in eadem scelera incurrit, ſ qb⁹ *ſ in q̄ & illi.* & ille implicitus est. ſ Nam si eiusmodi sit, protinus & alium illi laqueum diabolus parat, cõtinuò ip̄m repellũt illi. Quod si ab hostibus habere testimoniũ cõuenit, multò magis ab amicis ipsis. Nẽpe. n. quòd eos maledictis & probris impetẽtes nõ sit, q irreprehensibiliter uiuũt, audias licet dicentẽ Chri *Matt. 5. b* stũ: Luceat lux uestra corã hominibus, ut uideant opa uestra bona, & glorificent patrem uestrum q in cœlis est. Quid ergo, inqes, si casu aliquo probro ille, & calũniæ pateat? Fieri qppe & hoc facilè p̄t, Non is in medium adducendus est, neq; episcopus eligendus, qui eiusmodi fuerit: nocet. n. plurimum p̄cedẽs pestima, falsa licet, opinio. Oportet ergo, in H quit, ip̄m habere & bonum testimoniũ. Luceãt. n. opera uestra. Quemadmodum deniq; nemo obscurum diceret Solem, ne si cæcus qdem fuerit, erubescit qppe opinionibus oĩum aduersari: ita & eũ, q nimio fuerit decore conspicuus, atq; morum honestate illustris, nullus profectò culpare p̄sumit. Cæterũ, ut dixi, dogmatum qdem gratia detractionis in eũ sæpe gẽtiles spicula intorquent, uitę uero mũditiam nulla ex parte libare audent, uerũ una cum *Morale.* cæteris admirationi ac stupori habẽt. Ita igitur uiuamus, ne nomẽ dei blasphemetur à gẽtibus, ne *ſ admitta mus, ut mala opi nione no tamur. Phil. 2. b* que uerò humanã aucupemur gl̃iam, neq; iterũ ⌊ut pessima opinione careamꝰ, qđ bonũ ac rectum est faciamus, ⌋ uerũ in utroq; modum honoremus. In qbus lucetis, inqt, quasi luminaria in mũdo. Idcirco nempe nos ille elegit, ut simus quasi luminaria, ut ueluti fermentũ euadamus, ut magistri cæterorũ efficiamur, ut ueluti angeli cũ hominibus uersemur in terris, ut tãquã uiri cũ infantibus pueris, q̄si spirituales cum animalibus, ut ex cõtubernio nostro ingẽtia illi lucra conqrant, ut semina simus, ut fructũ lætissimũ afferamus. Nihil opus esset uerbis, si in hunc modum uita nostra sctitatis luce fulgeret. I Nihil magistris opus esset, si uirtutis probos actus p̄ferremus. Nemo profectò gentilis esset, si ipsi, ut oportet, Xp̄iani esse curaremꝰ: si dei monitis, ac scitis obtemperaremus: si iniurias ppessi, uicẽ nõ referremus: si maledictis lacessiti, benediceremꝰ: si pro malis bona redderemus. Nemo esset ita fera belua, ut nõ statim ad cultũ ueræ religionis accurreret, si uideret hæc ab oĩbus fieri. Atq; ut discas ita eẽ, ſ unꝰ profectò erat Paulꝰ, & tã multos ad dei attraxit no titiam. Si oẽs essemus hmõi, quot terrarum orbes attrahere & ipsi possemus? Ecce enim plures Christiani, q̄ gentiles sunt. Nempe in reliquis artibus cẽtum simul pueros unus docere sufficeret. Hic autẽ cũ plurimi magistri sint, atq; ideo discipuli longè plures eẽ deberẽt, nullus tamẽ accedit, nullus attrahitur. Quippe discipuli semp doctorum uitam intuentur. At siqdem uiderint nos quoq; eadem secũ appetere, eadẽ concupiscere, honoris atq; primatus ambitum q̄rere, quãdo illi Christianã religionem poterũt admirari? Videt ecce reprehensibilẽ Christianorũ uitam, terrestres aĩos atq; in humum abiectos, pecunias non secus q̄ se admirari, immo & K longe ampliùs, mortem silr perhorrescere, paupertatem pariter metuere, morbos eadem impatientia tolerare, claritatem atq; potentiam non minus q̄ se amare, auaritiæ gratia seipsos concidere, tpi obseq. Vnde ergo credere illi poterint? fortasse ex signis? At ista modò nõ fiunt. An uerò ex sctitate uitę? Sed illa planè perijt. Nũ uerò charitatis causa? At nusq̄ aliqđ ipsius uestigium cernitur. Quocirca nõ modò pctorum nostrorum, uerùm & alieni incommodi, cuius ipsi causa sumus, rõnem profecto reddemus. Resipiscamus tandem, euigilemus q̄so, cœlestẽ in terris conuersationẽ p̄eramus. Dicamus cũ ap̄lo: Quia conuersatio nostra in cœlis est, certamẽ *Phili. 3. d* in terris atq; pugnam subeamus. At fortasse inqes, Fuerunt magni apud nos uiri. Sed occurret gẽtilis & dicet: Vnde id credam? neque. n. uos eadem gere re uideo, q̄ illos fecisse p̄dicatis. Nam si hmõi narrationibus passim credere oportet, possumus & ipsi philosophos adducere in medium, magnos atque mirabiles, uitæ ac morum gratia. Cæterùm ostende mihi Paulum, aliumq; Ioannem. Nũc. n. uel pro L obolo occidi, atq; occidere parati singuli estis: pro terrena gleba innumeras excitatis lites, pro morte filij miscetis oĩa, & cũcta confunditis. Alia qppe referre omitto, lachrymis ac gemitibus digna, auguria. s. uaticinia, obseruatiões, genesim, signa, ligaturas, diuinationes, atq; incãtationes, & cętera hmõi, q̄ oĩa magno profectò scelere p̄sumuntur: denique iram prouocare consueuerunt, atq; eò magis, quod post ingentis beneuolentiæ & insignis miserationis indicia, postq̄ ille filium suum pro redimendis hominibus misit, hæc nefario ausu admittimus. Quid ergo faciẽdum est? Ingemiscendum. s. Vix. n. orbis minima pars seruatur, omnesq; ferè sunt æternæ mortis periculo expositi. Cęterùm qd agunt hi, q̄ sensum oĩno doloris amiserunt? Exultãt dum ista audiũt, quòd non soli pereãt, sed pditionis suæ plurimos habeant socios. Verũ id gaudium execrabile oĩno est, ipsiusq; una cũ sceleribus cæteris persoluent pœnas. Neque. n. uelim existimes, quemadmodũ hìc fieri solet, ita & in futura uita contingere, ut. s. solatium aliquod ferat, socios habere miseM riæ. Vnde id constat? Ex subiecto. s. exemplo. Dic. n. q̄so, siqs damnatus ignibus, filium quoque suũ una intueatur, nidoremq; ex ipsius carne ascendentem hauriat naribus, nonne morietur? Nam si hi quoq; q̄ sani sunt, dum hæc fieri uident, penè resoluuntur: multò magis id passuri sunt, q ea clade uexantur. At ne ista mireris, audi qd dicat sapiens qdã: Et tu captus es quemadmodũ & nos, & in nobis cõputatus es. Est. n. ferè ad misericordiam pronum humanũ genus, aliorumq; calamitatibus facilè commouemur. Nã quo pacto pater, filium in eadẽ damnatione positũ uidẽs, solatiũ capiat? Contrà penitus, pœna illa ex ea societate auctior fiet. Eadẽ profectò rõne, si uir uxorẽ cõsortẽ dãnationis aspiciat, & hõ itidẽ hoiem, solatij nihil, sed supplicij plurimũ accipiet cumulum. At tunc lõgè magis ista patiemur q̄ nunc: neque. n. similes sunt cruciatus utriusque temporis, sed tunc profectò erunt duriores. Erit qppe tunc gemitus omni consolatio ne destitutus, cùm oẽs se inuicem in supplicijs uidebunt, omnesq; mugitum pariter dabũt. Quippe & hi q̄ fame tabescunt, non solatium capiẽt, si cala

A mitatis sũę socios habeant: & si item filij parentes, uel parentes itidem filios, uel uxorem uir, aut uirũ uxor, eadẽ clade secum affici uiderint, nũ consolari poterunt? neq; si amicos qdem aspicimus nobiscũ unà pœna torq̄ri, ullum capiemus oio solatiũ: imo ex ea societate cruciatꝰ noster augetur. Prętera clades nonnullę sunt, quæ licet cões cum plurimis sint, p̄ acerbitate tame nihil consolationis admittũt. Nam exempli causa: Sit qs̄q̄ igni impositus, & alius unà uratur: quo pacto isti se mutuo solari poterũt? Expti nempe id sumus, si quando uehemẽtioris febris ardore tenemur, tunc nempe nos oẽ solatium deficit: & merito sanè. Vbi. n. ea inualuerit pestis, difficilè iam alius aliquid consolationis admittit. An nõ uides eas, q̄ amiserunt uiros, licèt plurimas enumerare mulieres possint idem ppessas: nihilo tamen segnius luctu ac mœrore se conficere? Non igitur ea tã detestabili nutriamur spe, uerùm unico utamur solatio, ut. s. eorum q̄ peccauimus, pniam agamus, atque iter illud rectum arripiamꝰ, qđ nos ferat ad cœlum, ut cœlesti regno p̄frui mereamur: gratia & misericordia domini nostri Iesũ B Xp̄i, cum quo est patri & spũi sctõ gloria, impium, honor nunc & semper, & in secula sc̄orum, Amen.

Homilia XI.

Iaconos similiter pudicos, non bilingues, non uino d multo deditos, nõ turpis lucri appetitores, habẽtes mysteriũ fidei in conscientia mũda. Et hi aũt probẽtur primũ, deinde miniſtrẽt, ſi abſq; crimine ſunt.

Post̄q̄ de eis dixit, eosq; formauit, quidnam illos habere conueniat, a quo item abstinere necesse sit dictans, omisso interim p̄sbyterorũ ordine ad diaconos trãsijt. Cur id q̄so? Quia. s. inter eũ atq; p̄sbyterum interest fermè nihil. Quippe & p̄sbyteris eccl̄się cura permissa est: & quæ de eis dixit, ea etiam p̄sbyteris congruunt: sola quippe ordinatione superiores illi sunt, atq; hoc tantum, plus q̄ p̄sbyteri habere uidentur. Diaconos uerò habere eadem monuit, ut. s. ĩreprehensibiles sint, pudici, hospitales, modesti, non litigiosi, non auari, nõ bilingues: hoc est, non simulatores, non dolosi. Nihil. n. ferè nos ita degenerare a spirituali nobilitate facit, ut fraus atq; dolus, nihilq; in eccl̄sia nocet magC is, quàm uersuta simulatio. *Non uino*, inqt, *multo deditos, non turpis lucri appetitores, habẽtes mysteriũ fidei in conscientia munda.* His profecto uerbis irreprehensibiles debere esse significat. Iam uerò intuere, quo & hinc neophytũ arceat. Nam cum dicit, Et hi aũt probentur primum, sicuti & eũ po dixerat: ita cõnexionem protinus addidit. Nihil. n. medium inest, atq; ideo & illic dixit, non neophytum. Perquã. n. ineptum & absurdum est, si cùm emptitium seruum introducimus domũ, non prius illi aliqd do mesticæ supellectilis tradimus, q̄ longo experimẽto sniæ suæ atq; uoluntatis plurima indicia dederit: in eccl̄sia dei non eadem utamur diligentia, cętera nouitium, adhuc in primo statim constituimus ordine, anteq̄ fidei suæ atq; uitę dederit documenta. *Mulieres miniſtras ſimiliter*, inquit, *caſtas, non bilingues, ſobrias, fideles in omnibus.* Pleriq; uolunt ap̄lm hoc de mulieribus simpl̄r præcepisse, uerum non ita est. Quid. n. consequentię haberet inter ea, quę de eis atq; diaconis monuit, mulierum ullam facere mentionem? Sed de his profectò ait, quæ ministerij dignitate sunt p̄ditę. *Diaconi ſint unius uxoris uiri.* Eadem & ministris mulieribus congruunt. i. D nimium necessarium, atq; utile in eccl̄sia. *Diaconi*, inqt, *ſint unius uxoris uiri.* Vides ut eandẽ & ab his uirtutem requirat? Etsi. n. epi atq; diaconi impar dignitas est, pari tamen ratione utrunq; esse irrepreh̄ensibilem decet, atq; eadem sanctimonia uitæ cõspicuum. *Filios*, inqt, *bene regentem, & proprias domos: qui. n. bene miniſtrauerint, gradum bonum ſibi acquirunt, & confidentiam magnam in fide, q̄ eſt in Xpo Ieſu.* Vbiq; filiorum curã diligẽtissimã ponit, ne ex hoc reliqui scandalum capiant. *Qui. n.* inqt, *bene miniſtrauerint, gradum bonũ ſibi acquirunt*: profectũ. s. & confidentiam magnam in fide. Nempe. n. qui in his quæ inferiora sunt, diligentiam suam, uigilantiamq; monstrauerint, facilè & ad ea quæ sunt superiora atq; excellẽtiora puenient. *Hæc ſcribo tibi, ſperans ad te uenire celeriter. Si aũt tardauero, ut ſcias quõ oporteat in domo dei conuerſari, quæ eſt eccleſia dei uiuentis, columna ac firmamentũ ueritatis.* Ne ex eo qđ illi de hmõi scripserat, discipulum fortè mœrore conficeret, ait, no idcirco hæc scribo, quasi nõ iam uenturus sim, ueniam. n. profectò: cæterùm si tarF dare contigerit, uti ne molestè id feras. Huic qdem leuandi cã mœroris hæc scribit, uerũ alijs alia rõne, ut. s. eos uigilantiores, studiosioresq; faciat. Nã & ip̄sius præsentia multum poterat uel promissa. Nihil. n. est cur admireris, si qui spiritu cuncta præuidebat, hoc se ignorare fateatur, dicens: Spero uenire, si autem tardauero: hoc. n. ignorãris est. Quia enim spiritu, non propria uoluntate ducebatur, & spiritus sententia gerebat omnia, idq; meritò ignorasse putatur. *Vt ſcias*, inquit, *quõ oporteat in dei conuerſari, quæ eſt eccleſia dei uiuentis, columna ac firmamentũ ueritatis.* Non quemadmodum illud Iudaicum templum: hoc. n. est, qđ fidem continet ac prædicationem, quippe ueritas eccl̄æ & colũna & firmamentum est. Et *re uera*, inqt, *magnum eſt pietatis myſteriũ, Deus manifeſtatus eſt in carne, iuſtificatꝰ eſt in ſpũ.* Quibus profectò uerbis dispensatio pro nobis assumptę carnis exprimitur: nec uelim mihi tũtinnabula illa obijcias, neq; sctã sc̄torum, neq; pontificem. Columna est orbis eccl̄sia. Aia duerte mysterium, & uenerationis horrore moueberis. MysteF riũ est, magnúmque mysteriũ, & pietatis sacramentum, & re uera absque ulla q̄one, indubitatũ quippe est. Quia. n. de sacerdotibus differens, nihil eiusmodi statuit, cui in Leutico p̄ceperat lex, ad altiora profectò nos subuehit, quòd. s. in carne manifestatus est conditor. *Apparuit*, inqt, *in carne, iuſtificatus eſt in ſpũ.* Siue hoc intelligi uult, quòd iustificata est sapientia a filijs suis, siue quia dolum nõ fecit, ut propheta testatur, dicẽs: Qui pctũm nõ fe- *Eſa. 52. c* cit, nec inuentus est dolus in ore eius. Apparuit, inquit, angelis: ergo & angeli nobiscũ uiderunt filiũ dei, quẽ antea nõ uidebant. Re uera magnũ mysterium est, ubique terrarũ auditũ atque creditũ est. Ne. n. existimes uerba esse simplicia. *Aſſumptus eſt*, inqt, *in gloria.* Nempe. n. huic, quem assumptum mortalitũ deduxerũt, accesserũt angeli, & ministrabant ei. In oẽm terram exiuit sonus eorum. Assum *Pſal. 18. a* ptus est, inqt, in gloria, dum. s. in nubibus ferretur in cœlum. Intuere autem sapientiam Pauli, cùm. n. eos monere pergeret, qui huius ministerij dignitatem accepissent, nõ passim indulgere uino: nõ ait, nõ ebriosos: sed, neque uino multo deditos. Nã si il

G li,qui in tẽplo illo carnali ministrabant, à uino pe
nitus abstinebãt: quãto magis hos esse decet abste
mios? Nam uini usus imodicus in amentiã deijcit
ac nisi ebrietatem inducat, aiæ tamen robur exol-
uit, oẽmq; illius uirtutem, ac substãtiam debilitat,
& prorsus eneruat. Intuere aũt quo oibus in locis
dispensationis assumptæ pro nobis carnis, myste-
rium uocat. Neq;.n.est oibus hominibus cognitũ,
imo ne angelis quidem ipsis manifestũ fuit. Quo
.n.pacto cum iplis per ecclam manifestatum sit?
Idcirco ait, re uera magnum est, nam profectò ue-
rissimè magnum prædicatur. Hõ.n.factus est de⁹,
& deus hõ: hõ apparuit absq; pcto, hõ assumptus
est, prædicatus est in mundo, uiderunt eum angeli
nobiscum, mysterium igitur est. Caueamus propa
lare mysterium, neq; ipm ubiq; proferamus. Digni
tanto mysterio uiuere studeamus. Hi nempe, quib⁹
mysteria credũtur, magni utiq; sunt. Nam si res no
bis tpalis mysterium crederet, nonne id singularis
amicitiæ ac familiaritatis indicium, certumq; argu
mentum haberemus? At nunc deus nobis myste-
H rium credidit. Et quo, inquies, mysterium dicitur,
quod est omnibus notum? Sed id antea erat inco
gnitum, nunc aũt singularis gratiæ meritò manife
statũ est. Studeamus igitur digni fieri, qbus cre-
Morale. ditur tanti custodia sacramenti. Ipse.n.nobis my-
steriũ tantæ excellentiæ credidit, nos illi neq; pecu
nias credimus. Cæterùm cũ ille hortetur ac dicat,
Mihi uestra oia seruanda permittite, nemo ea diri-
Matt.6.c piet, neq; tinea demolietur, neq; latro suffodiet, ac
centuplum se daturum polliceatur, ne sic qdẽ ob-
tempam⁹. Et certè dum apud aliquos qdpiã depo
nimus, nihil accipimus amplius, gratiasq; agim⁹, si
uel totum qd depositum, receperimus: & si fur ali
qd furetur, nostro cum detrimẽto id faciet: at uerò
cœlestis ille depositi nostri saluator dicturus tibi
nõ est, Latro accepit, neq; corrosit tinea: sed & hic
centuplũ reddit, & illic æternã adijcit uitam, & ne
mo tamẽ apud illũ deponere studet. At inqes, sero
mihi ista restituit: & istud illius magnifici muneris
signum profectò maximum est, quòd hic ista non
reddit, in hac.s.uita, fluxa, & mortali: imo uero &
I hic centuplum reddit. Nam qso Paulus, nonne hic
artis instrumẽta reiecit? nonne Petr⁹ calamũ retẽq;
dimisit? nonne teloneũ Matthæus reliqt? & tamen
orbis totus illis longè magis q̃ regib⁹, maiorib; cũ
securitate patebat. Nonne ad pedes ipsorum oẽs pe
cunias deponebant? nohne illos rerũ suarũ dispen
satores, ac dominos faciebant? nonne & aias suas
in ipsorũ manibus deponebãt? nonne toti ex illo-
rũ cõsilio ac uolũtate pendebãt? nonne & seipsos
illorum seruos magna ai libertate fatebãtur? Quid
autem? nonne nunc etiam hmõi plura fieri cernim-
us? Nempe.n.complures sæpe obscuro loco na-
ti, & qui uictum antea manuum suarum labore q̃-
rebãt, necessarijsq; alimentis egebant, cũ se ad mo-
nachorum uitam contulissent, illustriores oibus
euasere, atq; à regib⁹ ipsis honorati sunt. Nũ parua
ista putabimus? Sed cõsidera ista pro additamẽto
esse, cæterùm spei nostræ summam futuro tpi reser
uari. Contemne pecunias, si pecunias habere uis: si
ditari cupis, pauper efficere. Hmõi quippe diuina
sunt munera, omnemq; transcendunt spem. Non
uult ille proprio studio, sed gratia sua diuitem fie-
ri. Mihi, inquit, ista permitte, tu spualium tantũ re-
rum curam habe, ut meam potentiam discas. Serui K
le pecuniarum iugum fuge, qppe si illas tenere uo-
lueris, inops eris: sin autẽ eas aspnatus fueris, dua-
bus ex partibus diues euades. Tũc tibi oia undiq;
affluẽt, ex eo maximè, quòd nihilo eorũ indigeas,
qbus plurimi egent. Neq;.n.possidere plurima, sed
plurimis nõ indigere diuitem facit. Itaq; quandiu
rex aliquo indiget, nihil meliore in loco, q̃ pauper
est: qppe indigere alijs, ea tandem paupertas est.
Itaq; neq; reges ipsi ea rõne paupertatis nomẽ effu-
giũt, qa subditis indigent. At non ita q se crucifixe-
rit mudo, nihilo.n.indiget, sufficiuntq; ei ad uictũ
manus suæ. Mihi.n.inquit, & his qui mecum sunt, Act.20.g
ministrauerũt manus Istæ. Ista ille dicebat, q alio i
loco: Quasi nihil habentes, & oia possidentes. Ille, 2. Co.6.b
inquam, ista dicebat, qui deus ab his, q Lystris mo Act.14.b
rabantur, existimatus est. Si cupis his, q̃ in mundo
sunt, frui, cœlum quære: si uis ẽt præsentia conse-
qui, toto illa studio despice. Quærite.n.primũ, in- Mat.6.d
quit, cœlorum regnum, & hæc oia adijcientur uo-
bis. Quid parua ista miraris? Quid ad ea q̃ abiectis-
sima sunt, inhias? Quãdiu inops eris? quãdiu paup L
esse psistes? In cœlum intende aciem, cœlestesq; di-
uitias aio uersa, aurum irride. Disce cuiusmodi sit
illius usus, quandiu nobiscũ duret: usq; ad præsen-
tẽ, tantùm uitã fragilẽ, atq; mortalẽ, illius usus ex-
tenditur. Quãtùm deniq; arena, imò uerò quãtùm
stilla ab imenso abysso distat, tãtùm uita præsens
ab æternis atq; imortalibus bonis. Non est hæc ue
ra possessio, usus est, nec ipse qdem satis proprius.
Quo.n.pacto? quandoqdem te expirante, uelis no
lis, alij tua oia accipiũt, & ipsi rursus alijs tradunt,
& illi itidem alijs. Oẽs.n.peregrini atque aduenæ
sumus, atq; dominus domus fortè magis est merce
narius domus. Sæpe.n.illo defuncto, hic pmanet,
plus q̃ dominus fruitur domo. Quòd si iste merce
de conducit domum, & prior ille mercede itẽ ædi-
ficauit, magnoq; cũ labore & ærũna cõstruxit, uer
bo tantùm ea dominatio est: re aũt uera, oẽs alie-
narũ rerũ domini sumus. Illa tantùm nostra sunt,
quæ illuc præmittere caute studemus: quę aũt hic
sunt, nõ nostra, sed uiuentium sunt, imo uiuẽtes sẽ
pe derelinquũt. Illa sola nostra sunt, quæq; uirtutis M
aiæ propria sunt, eleemosyna.s. ac pia in pauperes
miseratio. Porrò ista exteriora dicuntur, ẽt apud
ipsos externæ sapientiæ authores, quippe quæ ex-
tra nos sunt: ea igitur iuris nostri faciamus. Neq;.n.
posse est hinc pecunia accepta migrare, sed planè
posse eleemosyna data proficisci: immo uero ipsa
ẽt præmittamus, ut nobis in æternis mansionibus
tabernaculum præparent. Fecuniæ.n.à Græco uo
cabulo ab usu dicuntur, nõ quòd propriæ sint, im
mo & possessiones ipsæ, usus, nõ dominatio sunt.
Dic n.qso, uilla qlibet quot habuit dominos? quot
item habitura est? Dicitur quoddã uulgo prouer-
biũ, & sapienter qdem. Neq;.n.passim contemnẽda
sunt, q̃ uulgò dicuntur, siqd in se recti habent. A-
ger, inquit, q̃ multos habuisti, & q̃ multos habitu- "
rus es dominos? hoc & ad domos, & ad pecunias "
ritè dici põt. Sola igitur uirtus nobiscum migrare
consueuit. Virtus sola ad ęternam uitam ptransit.
Euigilemus tandẽ, pecuniarumq; extinguamus ap
petitum, ut desiderium nostrũ oẽ ad ęterna transi-
ferre possimus. Non possunt duo isti amores sil' ha Mat.6.d
bitare, unúnique possidere aim. Aut unum, inquit, et Lu.16.e
diliget,

A diliget, & alterũ odio habebit: aut unũ sustinebit,
& alterũ contemnet. Si uideris uirum clientum sti-
patum multitudine in sorũ erumpere, fericis amic-
tum uestibus, atq; equo uectũ: noli stupescere, sed
potius ride. Ac sicuti cũ pueros uideris cõstituto i-
ter se principe ludere, risum tenere non potes: ita &
hic facito. Nihil hoc illo deterius est, imo hoc lõgè
gratius: qppe quòd à puerili ætate magna cum sim
plicitate & innocẽtia geritur. Hic nẽpe risus uolu-
ptati pmixtus est: cõtra, ille ridiculus, ac turpitudi-
ne plenus. Deo gratias age, quòd te hmõi scena fa-
stũq; turgido eripuit. Nã si qdem ipse uolueris, hu-
mili tu loco nat⁹, celsior eo euades, q uehiculo fer-
Psal.101. tur. Quo pacto? Quod ille.s.corpe qdẽ humo mo-
a dico supior est, cęterũ animo terræ affixus est. Ad-
hęsit.n.inquit, uirtus mea carni meę. Tu uerò mẽ-
te in cœlo uersaris. At clientes ille plurimos habet
se deducẽtes: at incertũ est, magis ille, an equus ho
noretur. Quid aũt hac stoliditate deterius? Sequũ-
tur hoies, ut iumentũ facilius trãseat. At fortè equo
uehi inter appetẽda ducatur? Sed seruis istud quo-
que cõe est. Quid aũt dici irrationabilius possit, q̃
E uelle ex equorum ac pretiosę uestis, clientumq; ap-
paratu putari illustrem? Quid ea gloria dici ullius
atq; abiectius potest, q̃ in eqs consistit, ac famulis?
Virtutis studiosus es? nullo istorũ utere, proprias
habeto diuitias, propriumq; ornatũ. Hæc.n.& neq̃
hoies, ac scelerati & rustici, latronesq; oẽs, qui diui
tes sunt, habere ualẽt. Mimi item, atq; saltatores fe-
runtur eqs, famulosq; habent, q ante se currant: mi
mi tamen atque saltatores sunt, & ex eqs ac famulis
nihilo honestiores euaserũt. Quoties.n.eis qui hu-
iusmodi sunt, nulla est animi uirtus: frustra & icas-
sum hęc extrinsecus apponuntur. Et quẽadmodũ
eaduco parieti, aut nimiũ fragili corpi qlibet quis-
que apposuerit, in sua imbecillitate perdurat: ita &
hic nullum aia emolumẽtum ab his q̃ sunt extrin-
secus sumit, sed eadem pmanet, quantalibet ei qsq;
forinsecus ornamenta circũdet. Non ista miremur
attoniti, cęterùm aios à tpalibus, ac fluxis reb⁹, ad
æterna ac digniora transferamus, cœlestium tãga-
mur desiderio, spualia tantum consectemur, quæ
C nos reuera honestos faciunt, ac uerendos, ut etiam
futuris perfruamur bonis in Christo Iesu domino
nostro, cũ quo est patri & spiritui sancto gloria, im
perium & honor in secula seculorum, Amen.

Homilia XII.

Ca. IIII. *Piritus aũt manifestè dicit, quòd in nouissimis tẽ*
s *poribus recedent quidã à fide, intendentes spiri-*
tibus erroris, & doctrinis dæmoniorũ in hypocrisi
falsa loquentium, & cauteriatã habentiũ conscientiã, pro-
hibentium nubere, abstinere à cibis, quos deus creauit, ad
sumẽ dum cum gratiarũ actione fidelibus, & his qui cogno
uerũt ueritatẽ: quia oĩs creatura dei bona est, nihilq; reię-
ciẽ dum, quod cũ gratiarum actione percipitur. Sanctificatur. n.
per uerbum dei & orationem. Quẽadmodũ hi, q fide
subnixi sunt, in tuto nauigant: ita & qui illa excide
runt, nusq̃ possunt cõsistere, sed longo errore circũ
acti, postremò in ipsa pditionis ꝓrupta feruntur.
Quod qdem ẽt ante signauerat, cũ quosdam dice-
ret circa fidem fecisse naufragium. Et nunc item:
Spiritus aũt manifestè dicit, quòd in nouissimis tpibus
recedent quidã à fide, intẽdentes spiritibus erroris. De Ma
nichęis & Encratistis, & Marcionistis, omniq; illorũ
officina hic loquitur, quòd.s.recedent quidam à
fide. Vides ut malorũ oĩum sit cã, à fide discedere? D
Quid sibi uult, manifestè? Plane, aperte, ĩdubitato.
Ne, iquit, igitur mireris, si modo qdam a fide disce-
dentes, adhuc Iudaica superstitione detinentur. Tem
pus erit cũ hi qui fidei participes sunt, istud maiore
cum execratione facient, cùm non modo ad cibos
usque pnicio ùm cõsilium inferẽt, uerùm nuptias
quoq;, & hmõi cuncta dãnabunt. Non de Iudæis
hęc dicit: quo.n.pacto locum haberet quod sequi
tur, In nouissimis tpibus? & illud item, Recedent q
dam à fide? Verum de Manichęis, ac de huiusmodi
erroris ducib⁹ ea prosequitur. Spũs aũt erroris mẽ-
ritò ipsos appellauit, qppe eiusmodi spiritibus affla
ti, ista locuti sunt. Quid est autẽ, in hypocrisi falsa
loquentium? nempe ipsa q̃ mentiuntur, non p igno
rantiã, neq; inscij, sed simulãdo loquuntur. Cũ cer-
te ueritatem non ignorent, uerũ cauteriata conscię
tia, hoc est, uita flagitiosa sint. Cur autẽ solos istos
hęreticos fore pdixit? cum Christus de alijs quoq;
prędixerat, dicens: Necesse est ut ueniant scandala, Mat.18.a
rursumq; futura zizania pnunciauit? Tu uelim Pau
li pdictionem admireris, quippe ante tpa, quib⁹ ista
futura erant, ipsum indicat tps. Noli igitur mirari, E
inquit, si modo quãdo initium accepit fides, ista q
dam clam inferre conantur perdita dogmata: qnã
doquidem longo post tpe cum firmissimis illa ra-
dicibus innixa fuerit, plerique à fide recessuri sint:
Prohibentium, inquit, nubere, abstinere à cibis.
Quid oro? Num alias quoq; hereses tacuit? Et ipsas
profectò signauit, dicens: *Spiritibus erroris, & do-*
ctrinis dæmoniorum. Neque.n.iam tunc ista uoluit
humanis inferere ais, sed id tantùm aperuit, qđ iam
initium cœperat abstinere à cibis, *Quos deus*, inqt,
creauit ad sumendum fidelibus, & agnoscentibus ueritа-
tem. [Infidelibus uerò necdũ infideles erant, quãdo
per leges sibi horũ usus iterdicebatur. Quid ergo? [Infi-delibus, uerò non? quo infidelibus? quãdo p leges a talibus se ipsos ar cent.
Nonne deliciæ prohibitæ sunt? & nimis id quidẽ.
Cur id, si ad sumendũ condita sunt? Quia & panẽ
creauit deus, & tamẽ usus prohibetur imodicus: &
uinum creauit itidẽ, atq; eo immoderatè uti prohi
buit. Non itaq; delicias tanq̃ mundum aliqd cauе
re iubet: sed ut q̃, si deferatur modus, ingore animi
soluant. *Quia omnis creatura dei*, inqt, *bona est, nihilq;*
reęciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Si F
creatura dei bona est: oia.n.bona ualde, eo quòd
creaturã dei dixit, edulia cũcta signauit. Iamq; tũc
hęresim iugulauit eorũ, qui materiã ingenitã intro
ducũt, atq; ex illa facta esse hęc dicunt. Si igitur bo
na est, qd est quod ait, *Sanctificatur per uerbum dei,*
& orationem? Non qa imundũ est, ideo sanctifica-
tur, absit: uerũ hoc in loco illos alloquitur, q cõia
quædã ex ipsis esse arbitrantur. Duo igitur capita
ponit, unum qdem, quòd creatura nulla cõis est: se
cundo, quòd etsi cõis sit, medicamentum in prom
ptu est. Signum illi crucis imprime, gratias age, deo
gloriam refer, & protinus immũditia ois abscesit.
Num uero, inquies, & quod idolis immolatum fue
rit, eadem possumus rõne mundare? Licet, siquidẽ
nescias idolothytum esse: sin uero sciens ac prudẽs
illud percipias, imundus iam eris: nõ ideo qa ido-
lothytum est, sed quòd cùm tibi imperatum sit nõ
cõmunicare dęmonijs, per id cõmunicasse cõuin-
ceris. Itaq; neque illud natura hmõi est, uerùm ex
snia tua, atq; inobedientia immundum fit. Nũ fuil
la caro immũda est? nõ, si cum gratiarum actione

G percipitur,crucisq; signaculo,nec aliud qcquā im-
mundum est.Sola qppe uolūtas erit imunda, quæ
gratias non exhibet deo. *Ista fratribus dictans,bonus*
eris minister Xpi Iesu, innutritus uerbis fidei, bonæq; do-
ctrinæ,quā assecutus es. Quę nā uerō ista sunt? quod
s.mysterium magnū est,quòd his abstinere dęmo
num est,quòd p uerbum & orationē dei cibi mun
dantur. *Innutritus*, inquit, *uerbis fidei, & doctrinæ*
quā assecutus es:prophanas aūt, & aniles fabulas deuita,
exerce autem teipsum ad pietatem. Ista suggerens,inqt.
Vides ut nusq; hoc in loco authoritate imperantis,
sed sola cōdescensione utatur?Suggerens inqt,non
ait,Imperans:nō dixit,admonēs,sed,suggerens. Ac
si dicat,consulēs hęc suggere,uerbaq; de fide ac re-
ligione moue.Innutritus,inqt:perpetuam intētio-
nē,& quasi diuinarū rerū habitū indicat. Nā quē-
admodū carnales cibos diebus singulis ex necessi
tate reqrimus : ita & fidei pietatisq; doctrinā semp
accipimus, eaq; iugiter enutrimur.Innutritus,inqt.
hoc est,diuina eloqa perpetuò ruminās,& infatiga
biliter aio uersans,eaq; intētissimè quotidie medi-
H tans . Quippe ista non minimū animorum alimen
tum sunt. *Prophanas autem, & aniles fabulas deuita.*
Quas hoc loco fabulas dicit?Iudęorū profectò ine
ptas obseruationes , & nimium id qdem congruè.
Nam sunt reuera fabulis ēt deteriores. Siue idcirco
fabulas appellat,quia intempestiue fiunt.Quod.n.
suo tpe fit , perutile est : sin uerò intempestiue fiat,
non modo inutile,uerū & noxium est.Nam exem-
pli gratia : Si qspiam post uigesimū ætatis annum
uberibus inhiet, infantum more , q̄ ridiculus erit?
Vides ut hęc imunda & anilia dixerit? partim quia
antiquata sunt,partim qa impedimento fidei fiūt.
Nam uelle sub metū legis inducere animā, quæ le-
galia cūcta transcēderit,& ad celsitudinē ueræ gra
tiæ ac libertatis euaserit, & execrabile sit& immun
dum est. *Exerce autem teipsum ad pietatem.* Hoc est,
ad fidem purā,uitamq; rectam. Id qppe significat
pietatis nomē.Exercitatione igitur nobis opus est,
sed digna,sed spirituali. *Corporalis enim*,inqt,*exer-*
citatio ad modicum utilis est. Quidā hoc aplm de ie
iunio aiūt dixisse,sed profectò errant : neque.n.est
I corporalis exercitatio ieiuniū,sed spiritualis . Nam
si corporalis esset,corpus profectò nutriret: cū aūt
illud maceret & extenuet,macieq; conficiat,corpa-
lis dici oīno non pōt . Igitur de corpis exercitatio-
ne ait inutili illa,& q̄ nihil afferat lucri , soloq; cor-
pori accōmodata sit.Spiritualem igitur exercitatio
nem nomine pietatis insinuat,q̄ lętissimos fructus
in futuro seculo reddit,& hic atque illic recreat.
Fidelis sermo. Hoc est , uerus : quoniā in hoc seculo
& in futuro huius sacrę exercitationis nobis p̄miū
redditur.Vides ut oībus in locis hoc inferat?Nullo
indiget apparatu,nihil persuasione opus habet,sed
absolutè suiam fert : qppe ad Timotheū illi sermo
erat.Ergo & in hoc seculo iā prestantissima nutri-
mur spe.Nam is,qui nihil sibi mali cōscius est,plu-
rimisque uirtutibus ornat⁹ incedit,& hic iam lętus
exultat,ac spei suę fructibus pascitur . Sicut è cōtra
malus quisq; ac reprobus, non in futuro tantū,ue-
rūm & in p̄senti seculo cruciatur,dum metu perpe-
tuò agitatur:& neminem aspicere fidenter audet,
dū tremit iugiter,pallet atq; anxius est. An uerò nō
hmōi sunt ēt cupidi quiq; , ac fures,qui his quę ha
bent,fidere nequaquā possunt ? Adulteri item atq;
homicidę,nonne molestissimam uiuūt uitā,q̄ So- K
lem ipm absq; metu atq; suspicione non hauriunt?
Hæccine igitur uita dicenda est ? Minimè uerò,sed
acerbissima mors. *In hoc enim*,inquit, *laboramus &*
exprobramur,quia speramus in deo uiuente, qui est salua-
tor omniū,maximeq; fidelium. Cuius,inqt,rei gratia
nosipsos afligimus, atq; cōcidimus , nisi futurorū
recreemur spe: Cur oēs exprobrant nobis? Nū fru-
stra,inqt,ista ppetimur,q iniurias, cōtumelias,male-
dicta,& mala quotidie innumera sustinemus ? Si
in deo uiuente minimè speramus , cuius rei gratia
hęc patimur ? Quòd si infideles hic saluat, quanto
magis illic fideles seruare p̄sumitur? Quā uerò salu
tem dicit?æternā.s.Qui est,inquit, saluator omniū
hoium,maximeq; fidelium : hoc est, lōgè plus stu-
dij circa fideles ostēdit, interim & huius tpis salu-
tem dicit.Et qūo,inquies, fidelium saluator est , si
p̄sentis tpis salus accipienda sit ? Immo & hac in
uita fideles suos protegere ac seruare non desinit.
Nam nisi ille saluator esset, qūo fideles sui obsiste-
re possent,cùm impugnarētur ab omnibus , & nō
magis in interitū deuenirēt ? His uerbis discipulū L
ēt animat ad perferenda pericula, ne lassescat, neu
soluatur metu, cū saluatorē huiusmodi hēat deū ,
alienaque protectione nō egeat,qbus profectò ad-
ferenda omnia fortiter,atque cōstanter accēditur.
Nam & hi qui tpalibus cōmodis inhiant, spe q̄stus
incitati, negotiationis labores atque pericula con-
stantius subeunt.Iam igitur nouissimum imminet
tempus. *In nouissimis*,inquit,*temporibus recedent quidam*
à fide,intendētes spiritibus erroris, doctrinisq; dæmo-
niorum,in hypocrisi falsa loquentium, & cauteriatā haben-
tium conscientiā , prohibentium nubere. Quid igitur?
Nos,inqes,nubere nō prohibemus? Absit ut uolen
tes prohibeamus,etsi nubere nolētes ad uirginita-
tis celsitudinē cōsectādam hortemur . Aliud qppe
est prohibere, & aliud suę uolūtatis dominū relin
quere. Nā alius qdem prohibet , atq; id totis uirib⁹
nititur:alius uero ad uirginitatē, ueluti digniorem
hortari pgit,neq; id nubere prohibens facit, sed cel
sioris uirtutis merita sectāda proponit. *Prohiben-*
tium, inquit, *nubere , abstinere à cibis, quos deus creauit*
ad sumendū cum gratiarū actione fidelibus, atq; agnoscēti-
bus ueritatē. Pulchrè ait,agnoscētibus ueritatē, qp
pe uetera illa ac priora,omnia figuræ erāt: nihil.n. M
naturaliter imundum est , uerūm ex cōscientia su-
mētis efficitur,ut imundum sit. Cuius ergo rei gra
tia ciborum plurima genera illis p legē interdixit?
Ea.s.ratione,ut delicias amputaret imodicas. Cęte
rūm siqdem diceret apertius, delicias fugite, atque
ab his cibis ideo abstinete,nunq; profectò toleras-
sent,neq; obtēperassent:at nūc illos necessitatis le-
ge cōstrinxit, ut maiori metu ab his sumēdis arce-
ret . Nā quòd suilla carne piscis immūdior sit,oib⁹
profectò liquet:& tamen cū illa interdicta sit, car-
nium nō piscium interdicitur usus.Quòd uerò per
nitiosè delitijs solui ppls ille solitus sit , Mosen au-
dias dicentem : Comedit,& impinguatus atq; icras *Deu.32.b*
satus,ac deliciatus est,& recalcitrauit dilectus . Est
aūt & alia cā : Vt.n.angustati per legem iam boues
mactandos acciperent,oues q; immolarent,meritò
pp apim ac uitulum à reliquis arcet : qppe ille im-
mundus,ingratus,scelestus,prophanus, impurus est.
Ista suggere,hæc meditare. Hoc quippe ē quod ait,
innutritus uerbis fidei,ea non modo alijs meditā-

A da propone,uerùm & ipse in eis ppetua exercitatio
ne uersare. *Innutritus*,inqt,*uerbis fidei,ac bonæ doctri-*
næ quā assecutus es: prophanas aūt & aniles fabulas deui-
ta. Cur quæso,non ait,Sustine:sed,Deuita? Ne.s.
hmōi sibi exercitium sumeret aduersus eiusmodi
friuolas obseruationes dimicandi . Neq;.n.fieri p̄t,
ut qui contra peruersæ sniæ homines pugnat , ali-
quid lucretur unquam. Cæterum siquando dam-
nū aliqd ex nostra taciturnitate metuimus , quasi
pp infirmitatem defectumq; rationis metuentibus
nobis aduersus eos subire conflictum, tunc neces-
sario retundenda illorū improbitas est. *Exerce au-*
tem teipsum ad pietatē. Pietas autē rectissima uitæ
norma est,& cōuersatiōis optimę disciplina.Porrò
qui exercetur,ēt si tps luctaminis deest,ipse tamen
anxietate non uacat,& quasi in procinctu certami
nis positus, omnia gerit, ab omnibus abstinet to-
tusq; in certamine est , & puluere sp, sudoreq; resp-
gitur. *Exerce aūt*, inquit , *teipsum ad pietatē : corpo-*
ralis,inquit,*exercitatio ad modicum utilis est*,*pietas uerò*
ad omnia utilis est,repromissionem habēs uitæ p̄sentis ac fu-
turæ. Cui⁹, inqes,rei gratia corporalis exercitatio-
B nis mentionem fecit? ut.s.ex collatione huius ostē
deret eminentiam. Illa.n.cùm labores inferat plu-
rimos,nihil habet lucri : hæc aūt perpetua atq; co-
piosissima emolumēta largitur.Sicuti cū dicit,mu
Supr. 2.c lieres seipsas ornare, nō in tortis crinib⁹, aut auro,
aut margaritis,aut uestę p̄tiosa : sed quod mulieri-
bus cōuenit, profitētibus pietatē per opera bona.
Fidelis sermo, & omni acceptione dign⁹, in hoc.n.
Morale. laboramus,& exprobramur. Paulus afficiebatur
probris,& tu ea grauiter atq; indignāter fers? Paul⁹
laborabat,&tu delicias quotidie meditaris?At pro
fectò nunq; ille tam excellenti laude, æternisq; bo-
nis potiretur,si uitā in delicijs agere maluisset. Nā
si secularia cōmoda, cùm sint mortalia & corrupti
bilia,hoies non absq; laboribus ac sudoribus asse
quūtur,multò minus illis spūalia ac digniora pro-
uenient,otio desidiaq; torpētib⁹.Sed inqes,At plu-
rimis ista sępe hereditario iure proueniūt . Et si sic
illa proueniāt,horum tamen custodia laborib⁹ pe-
tuis,angoribusq; nō uacant:uerū laborare illos,
atq; in ærumnis agere necesse est,& qdem non mi-
nus,q̄ qui illa initio quæsierunt . Omitto.n. inte-
C rim referre,ut plurimi post labores plurimos,& æ-
rūnas,sępe sūa frustrati sunt,in ipso portus ore uen-
to contrario aliqua ex parte irruēte, atq; inter me-
dias spes inferente naufragia . Verùm.n.apud nos
nihil hmōi est.Deus.n.pollicetur , spesq; non con-
fundit.An uerò ignoratis & uos, qui negotijs secu-
laribus inuersamini, q̄ multi post labores innume
ros, fructus oēs studiorum suorū amiserunt : cùm
aūt morte prærepti sunt,aut rerum mutatione de-
lapsi,aut morbo longiore uexati,aut calūnijs inui
dorū,atq; aduersantium pressi,aut quoslibet casus
alios ppessi sunt,cuiusmodi sępe mortalib⁹ obue-
nire necesse est?Ex quibus profectò oībus id fit,ut
uacuis proficiscātur manibus.Cæterū tu mihi cō-
tra eos numerare pges,qui minimis laborib⁹ mul-
ta bona q̄siere.Quæ nā ista bona sunt?pecuniæ.s.
copia , magnificentia domus , soli infinita iugera,
mancipiorum gregęs,argenti atq; auri pondus im-
mensum,hæc tu appellare bona nō erubescis, neq;
suffunderis,hō cùm sis,cui de cœlestibus philoso-
phari fas sit ? Non inq̄ erubescis terrenis solùm re- D
bus, & cōmodis inhiare mortalib⁹, cui ad fruēdū
patet,si uolueris,cœlum,eaq; appellas bona q̄ indi
gnissima, sil'atq; uilissima sunt ? Nempe.n.si bona
hæc dicimus,& eos qui ea possidēt, bonos itidem
uocare debemus . Nam qui bonum aliqd hēt,qūo
potest ipse non esse bonus? Quid ergo? Si qui ista
possident,imodica habendi cupiditate aliena diri
piant,num eos dicemus bonos?Si.n.bonæ diuitię
sint,hæc uerò ex cupiditate, iniqsq; compendijs o-
riūtur:quanto ille auctiores sunt,tanto q eas possi
det , melior fieri putandus est , atq; ea rōne ille erit
optimus , q cupidissimus fuerit.Si aūt diuitiæ bo-
næ sunt,quæ ex cupiditate incremēta suscipiūt, eò
quisq; bonitate prestabit,quò plura possederit.Qđ
q̄ sit absurdum , quamq; à rone dissentiat, omnib⁹
perspicuum est,nisi fortè absq; cupiditate opes cō-
geri possent,atq; inoxiæ possideri . Sed id profectò
fieri nulla ratione pōt,ut pernicioſissima hæc per-
turbatio innoxia fit,atq; id Xps dicens , definit sua
nia : Facite uobis amicos de mammona iniquita *Luc.16.b*
tis . Quid igitur,inquies,si patri hæres q̄sq; succes-
serit?Iniustè profectò coactas accepit opes:neq;.n.
ex Adam maiores sui traxere diuitias, fieriq; pōt,ut E
& alij plures ætate p̄cesserint, atque inter plurimos
inuētum esse quempiam, q iniustè aliena suscepit.
Quid ergo dicemus,inqes,de Abraham? num ini-
quas ille possedit opes?Quid item de Iob,q̄ inocēs,
qui iustus,qui uerax,qui dei cultor,qui à malis oī-
bus abstinens p̄dicatur? Opes illis nō in auri argē-
tiq; talentis,non in p̄claris ædibus,sed in pecorib⁹
erāt.Quæ profectò diuitiæ,& inocuæ,& diuinitus
pmissæ sunt.Nam quòd ex pecore illæ cōstarēt,in-
de manifestum est . Cùm.n.is,qui illius gesta con-
scripsit,ea q̄ illi contigerant,enumerasset, dixissetq;
camelos,& equas,& asinas mortuas eē,nō addidit
auri quoq; talenta direpta fuisse . Præterea Abrahā
quoq; familiarū diues fuisse memoratur . Quid er-
go?inquies,has ille non emit ? Nequaq̄: quod scri-
ptura signauit dicēs, uernaculos illi fuisse trecētos *Gen.14.c*
decem & octo,& oues,ac boues. Vnde igitur aurū
Rebeccæ transmisit?ex Aegypto id dono pceperat,
nemine uiolato,aut iniuria affecto. Dic enim,q̄so,
unde tu diues es?unde ille?ex auita,inquies,heredi
tate,alius itidē ex hereditate paterna:potēsne lōgā P
generis seriē repetēs opes istas probare crimine ca-
rere iniustitiæ ? Nūquā profecto id poteris, uerùm
necesse est harū initium , ac radicē ex alrqua iniq-
tate manasse.Vnde id constat?ex eo scilicet, qd de⁹
ab initio non fecit,alium quidem diuitē, aliū pau
perē:neq; huic thesauros effodiendos ostēdit, illū
hac inuestigatione priuauit,sed eandem oībus ape
ruit humum. Quo igitur pacto,quum illa cōis sit,
tu illius permulta iugera possides, proximus uerò
nec unius glebæ possessione lætatur ? Pater,inqes,
mihi ista reliqt:ille aūt a quo ea suscepit?A maiori-
bus.s.Sed necesse profecto est, per successionis li-
neam ascendendo inuenire principium, id aūt in-
iustitia uacare non pōt. Dines fuit Iacob,uerùm la
boris sui mercede ditat⁹ est.Sed mittam⁹ planè ista,
neq; ea diligentiori scrutemur examine . Sint iustæ
diuitiæ,& oī rapinæ crimine liberæ. Neq;.n.tu eris
obnoxius, quæ pater quæsiuit iniquo forte cōpen
dio.Etsi.n.quæ habes,ex rapina collecta sunt,non
tu tamen eē rapuisti.Verùm ut concedamus, ne il-
lum qdē rapuisse, sed effossum humo habuisse the

G saurum: quid tandem? num idcirco sunt bonæ diuitiæ? Minimè id quidem. Sed neq; inquies, malæ sunt, nisi fuerint ex auaritia, & cupiditate cõgestæ. Non malæ sunt, si egenis fuerint distributæ: sin uerò hmõi officijs pietatis non inseruiant, & malę, & perniciosæ sunt. Quandiu.n. quisq; malum non fecit, malus non est. Quid uerò si bonum nõ fecerit, bonus erit? An uerò id malum nõ est, solùm domi nicas possidere diuitias? solùm frui his q̃ cõia con-
Psal.23.a dita sunt? nónne domini est terra & plenitudo ei⁹? Si igitur cõis domini sunt nostra omnia, nostrorũ quoque conseruorum nõ minus debent esse q̃ nostra. Quæ.n. domini sunt, oia cõia sunt. An uerò non uidemus & in magnis domibus hæc ita constitui? puta omnibus æqualiter esca diuiditur, quippe ex thesauris dominicis promitur, cõisq; omnib⁹ est: & æqua ratione patet domini domus. Cõia sunt omnib⁹ itidem & regalia omnia, cões urbes, plateæ, porticus omnibus sunt, æquumq; ius in his omnibus est, nec alius plus alio possidet, quæ usui
H publico patent. Tu uelim dei dispositionem consideres omnino mirabilem, fecit quædam esse cõia, ut uel ex ipsis genus miseretur humanum: puta aerem, solem, aquam, terram, cœlum, mare, lucem, sydera: hæc oia ueluti fratrib⁹ omnibus ex æquo partitur, eosdem oib⁹ oculos condidit, corpus idem, eandem aiam, similem per oia cunctis effigiem, ex humo produxit omnia, atq; ex uno homine molitus est oes. Cæterùm horum nihil inclusit, fecit & alia pleraque cõia: utputa, lauacra, urbes, plateas, porticus, & cætera hmõi. Et intuere quæso, uti in his quæ cõia sunt, nullæ resonant lites, sed pacata sint omnia: ex quibus siquis aliquid usurpare conetur, ac proprium facere, tunc iam continuò excitantur lites, ueluti natura ipsa indigne ferẽte: quòd cùm deus nos undiq; colligat, nos è cõtra ipsos diuidere nitimur, ac discerpere oio contendimus: dũ nobis cõia usurpare conamur, ac dicere: Hoc tuũ, hoc meum est. Ex hoc.n. contentio omnis, atque omnis occasio mœroris oritur: ubi autem hoc nõ est, nulla lis, nulla contentio gignitur. Magis igitur
I cõis rerum, & æqua possessio, q̃ proprietas illa hæreditario iure prouenit, magisq; scdm naturam est. Vt quid nemo unquam de fori proprietate contendit? Quia cõe omnium est. At uerò de domus possessione omnes certare uidemus, & de pecunijs itidem. Et ea quidem quæ necessaria sunt, nobis cõia proponuntur: nos uerò ne in his quidem quæ minima sunt, fœdus seruamus societatis humanæ, dũ ea cõicare negligimus. Et certe illa idcirco cõia fecit, ut ex his discamus & ista possidere cõiter. At nos ne sic quidem discere uolumus: uerùm, ut dixi, bonus esse non potest, qui diuitias possidet solus: sed tunc bonus efficitur, si eas alijs quoq; cõicet. Si illas non habet, bonus erit: si & alijs tribuat, erit itidem bonus: cæterùm quandiu eas habuerit solus, bonus profectò non erit. Hoc igitur bonum dicendum, quod dum tenetur, malos ostendit: dũ deponitur, bonos? Non igitur habere pecunias bonum est, uerùm non habere, uideri bonũ facit. Nõ igitur sunt bonæ diuitiæ, cæterũ si eas dũ licet accipere, renuas, bonus itidem eris. Si igitur cùm eas habentes cõicamus egentibus, & oblatas spõte renuim⁹, tũc boni sum⁹: sin uerò eas ul' oblatas sum pserimus, uel soli possidere uelim⁹, boni nõ sum⁹: qua ratione diuitiæ bonæ dicendæ sunt? Noli igitur e: usmodi appellatione falli, nec bonas dixeris, quæ bonæ non sunt. Idcirco nempe bono, quod uerum est, cares: quia bonas diuitias putas, quia illas miraris attonitus. Purgare animum stude, iudiciumq; diligentius adhibe: tunc profectò bonus eris, cùm iudicio minime aberraueris. Disce quę uera sint bona. Quæ nam uerò ista sunt? Virtus. s. atque benignitas, eadẽ profectò norma si misericors fueris. Quãtò ea re excellis magis, tãto melior eris, atq; putaberis: non sic autem, si fueris diues. Ita igitur boni esse studeamus, ut boni ueraciter simus, futurisq; perfruamur bonis in Christo Iesu domino nostro, cum quo est patri gloria &c.

Homilia XIII.

Rœcipe hæc & doce. Nemo adolescentiã tuam cõ-
p *tẽnat: sed forma esto fidelium, in sermone, in cõuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Dũ uenio uaca lectioni, exhortationi, doctrinæ. Noli negligere gratiã q̃ in te est, q̃ data est tibi p ꝓphetiam, cum impositione manuum ꝓsbyterij.* L Sunt quædam in rebus humanis, q̃ doctrina indigeant, sunt item q̃ imperio. Si igitur peruerso ordine, ubi docere necesse est, impare maueris: ridiculus profectò eris. Eadem rõne, si docere pergas, ubi imperio uti conuenit, hoc ipm sili' patieris. Verbi gratia: Malum non esse, docere minime conuenit, sed imperare, & magna ui authoritatis prohibere: Iudaicis item non intendere fabulis sili' imperandum est. Cęterũ siquidem substantias pauperibus distribuere, uirginitatemq; seruare op⁹ sit, ac de fide disserere, hic iam doctrina & exhortatione agendum est. Idcirco utrunque posuit Paul⁹,

Præcipe, inquiens, *ac doce*. Puta siqs ligaturas inanes, aut aliud quippiam eiusmodi, sciens ac prudẽs
Matt.13. & Rom.15.b sequitur, ꝑcepto atq; imperio tantũ arcẽdus est: sin uerò ignarus in ea inciderit, docendus est. *Nemo*, inqt, *adolescentiam tuam contemnat*. Vides ut imperare sacerdotem necesse sit, summaq; cum authoritate disserere, nõ semp docere. Nempe.n. quoniam adolescentia ex præsumpta opinione cõi fermè cõ
Act.22.c temptibilis existimatur, idcirco ait: *Nemo adole-* M *scentiam tuam contemnat*. Oportet.n. eum qui doctoris officium suscipit, ita se agere, ut despici contemniq; nõ possit. Sed fortasse dicturus es: Vbi modestia ac mansuetudo sacerdotis eluceat, si semper in honore sit, neq; cõtemptui pateat in his qdem, quæ ad se ptinent, si contemnatur sanè, constãtissime ferat: ita enim per patientiam uirtus ꝑdicationis ostenditur. Verũ in his, quæ aliorum tangũt salutẽ, contemptui omnino non pateat. Id qppe non mansuetudinis est, sed stultitiæ. Nam siqdem iniurias i se, si maledicta, si i sidias ulcisci uelit, rite oio culpabitur. Verũ ubi alienę salutis negotiũ agitur, imperio utatur, atq; ex culmine authoritatis, neqd noxiũ imineat gregi, summa cura prouideat: neq; .n. hoc in loco mãsuetudine, sed authoritate opus est, uti ne eccl'iæ utilitas pereat. Aut forte hoc signi ficare uoluit, dicens: *Nemo te adolescẽtiæ causa contẽnat*. Si.n. ætatis defectum, indolis magnitudine, morumq; maturitate supplueris, null⁹ ia te adolescentiæ causa contẽnet, uerũ admirabitur magis. *Sed forma*, inquit, *esto fidelium, in sermone, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate, in omnibus teipm ꝓbẽs bonorũ operum formam*. Hoc est, exemplar uitæ, atque morum ipse esto, tanq̃ imago proposita, tanquam

A quam animata lex, ueluti regula, ac norma bene, rectèque uiuẽdi. Huiusmodi qppe doctorem esse ne cesse est. In sermone, inquit, ut facilè instruere p doctrinam posit: in conuersatione, ut ecclesię sit propositus ad imitandum: in charitate, in fide, in integerrima castitate, in sobrietate cæterisq; uirtutib⁹, ex quibus norma sumitur bene, beateq; uiuendi. *Dum uenio*, inquit, *lectioni uaca, & exhortationi atq; doctrinæ*. Timotheum ecce admonet lectioni operam dare. Audiamus oẽs intẽtius, atq; discamus diuina rũ meditationẽ scripturarũ minimè negligere. *Dũ uenio*, inquit. Prouidentissimè omnino id posuit, solaturq; discipulũ. Fieri enim necessariò debuit, ne desertũ se, ac parẽte destitutũ ille putaret, nisi il le suũ polliceretur aduentum. Dũ, inquit, *uenio, lectioni uaca, diuinarũ scripturarũ, exhortatiõi mutuæ doctrinæq; ad oẽs. Noli negligere gratiã q̃ in te est, quæ data est tibi p prophetiã*. Doctrinã hìc intelligi uoluit. *Cũ impositione manuũ presbyterij*. Nõ de presbyteris hoc in loco, sed de epis loquitur. Neque.n. profectò presbyteri ipsum ordinarant. *Ista meditare, in his*
B *esto*. Intuere quæso diligentius, ut illũ eadem de re sæpius moneat, id profectò ostẽdere uolẽs, quòd eũ qui doctrinæ ministeriũ sumit, in his maximè oium studere necesse sit. Attende, inquit, tibiipsi, atq; doctrinæ, & permane in ipsis: hoc est, attende tibi, & reliquos doce: hoc enim faciens, & teipsum seruabis, & eos qui te audiũt. Nã q doctrinæ innutritur ministerio, prior sibi, inde aliis emolumenta cõquirit. Dum.n. alios admonet, seipsum quoq; cõpungit. Ista profectò Timotheo dum loquitur, omnes salubriter admonet. Quòd si ei q mortuos excitabat, hæc monita edidit: quid iã nos miseri di-
Matt.13. & Rom.15.b scturi sumus? Sed & Christus eũ q proferret de thesauro suo & noua & uetera, homini patrifamilias similẽ dixit. Et Paulus iterũ alio in loco: Vt per patientiã, inqt, & consolationẽ scripturarũ, spem habeamus. Id quippe ipse maximè oium egisse deprehẽditur, qui ad pedes Gamalielis paterna instructus est lege, ac postmodũ lectioni intẽtissimè operã dedit: nã prior ipse fecit, quod alios monuit. Denique uideas illũ iugiter prophetarũ uti testimonijs recõditosq; in illis eruere sensus. At uerò Paulus lectioni intendit, ex qua emolumentũ sciebat
C nõ minimum elici posse. Nos cõtra negligimus, & somno desidiaq; torpemus. *Vt profectus*, inquit, *tuus manifestus sit omnibus*. Vides ut in hoc quoq; illum magnũ fieri uelit, atq; mirabilẽ, ex quo. s. ecclesiæ cõmoda prouenire sciebat. Vt profectus, inqt, tuus manifestus oibus sit. Non uodò in uitæ rectitudine, ac sanctimonia, uerũ in synceritate atque uber
Cap. V. tate doctrinæ. *Seniorem*, inquit, *non increpaueris*. Non equidẽ reor hoc in loco illũ de dignitate dixisse, sed de ætate senili. Quid ergo, inquies, si & ille emẽdatione opus habet? *Tanquam patrẽ*, inquit, *suscipe*, & modestè alloquere, mistaq; quadam reuerentia admone. *Anus*, inquit, *ut matres, iuuenes ut fratres, adolescentulas ut sorores, in omni castitate*. Ea quippe rei natura est. Graue quiddã ac molestum, inquit, est arguì, idq; tũc maximè, cũ senex arguitur, atq; ab adolescente. Triplex temeritatis notatur effigies, quam profectò solatur modò hac lenitate. Possumus qppe ita deliquentes arguere, ut nõ grauiter, nõ molestè audiamur, si nos in hoc exercere uelim⁹. Est.n. illud magnæ prudẽtiæ, neq; passim omnib⁹ patet. *Iuuenes*, inquit, *ut fratres*. Cuius rei gratia & hic illũ D lenitatis admonuit? ut scilicet ætatis frenaret audaciã, faceretq; leniter admonentẽ libentius suscipi. Oportet enim & hic molestiam rei, mansuetudinis temperamento lenire. *Adolescentulas*, inquit, *ut sorores*. Et addidit, *In omni castitate*. Nõ modo ait, obscœni congressus uitium caue, uerũ omnem suspicionis uel obscuræ aditũ claude. Quia enim adulescẽtularũ colloquia turpi suspicione difficilè carent, oportet autẽ episcopũ & illas alloqui, idcirco ait: *Cũ omni castitate*. Quid uerò hoc sibi uult? Istáne Timotheo imperas? Ista sanè, inquit: per ipsum.n. orbem alloquor uniuersum. Sin uero ista Timotheo præcipit, consideret iã quisque cuiumodi debeat esse ut. s. nullum suspicioni præbeat locũ, ne umbrã quidẽ occasionis calumniari uolentibus det. *Viduas honora, quæ uerè uiduæ sunt*. Cur obsecro, nihil de uirginitate disseruit neq; ait, uirgines honora? Vt eqdẽ reor, uirgines tũc fortasse nõ erãt, sit ue ẽt proposito uirginitatis exciderant. Iã enim, in- Hìc ina
quit, quædam retro conuersæ sunt post satanam. fra.c
Viduas, inquit, *honora, quæ uerè uiduæ sunt*. Ergo da- E
tur intelligi, fieri posse, ut aliqua sit quæ uirũ non habet, nec uidua tamen sit. Quemadmodũ enim uirginẽ nõ hoc facit, uiri ignorare concubitũ, sed & alijs uirtutib⁹ plurimis illi opus est ad promerẽdam ueræ integritatis laudẽ, ut. s. sine querela sit, & diuinis rebus intenta, domino semper assideat: ita & in uiduitate magno honore necessariò indigẽt. Quia.n. uiros nõ habẽt, ea res probro esse plerisq; uidetur, atq; ideo illã à sacerdote iubet maiori cũ studio honorari, neq; ob eã tantũ rem, uerùm quia etiã digna est. *Si qua aũt uidua filios aut nepotes habet, discat primũ domibus suis cũ pietate præesse, & uices parẽtibus reddere* Intuere prudentiam Pauli, quò plerisque in locis ex humanjs rationib⁹ admonet, & ex his quæ plana atque perspicua sunt. Neque.n. magnũ aliquid ac sublime hoc in loco proponit: sed quod, ut dixi, planũ apertũq; est: & uices, inqt, parentibus reddere. Quò nã modo? Educarunt te illi, atq; ad incrementa perduxerunt, magnoq; honore prosecuti sunt. Migrarunt illi ex uita, nec uicẽ eis reddere potuisti: non.n. & ipsa illos uicissim genuisti, neq; enutristi, hoc saltẽ nepotibus exhibe, uicesq; redde. *Discant*, inquit, *primũ domibus suis cũ pie* F
tate præesse. Hoc in loco beneficentiam intelligi uoluit. Hoc enim, iquit, bonum & acceptum est in cõspectu dei. Postquã autem dixerat, q̃ uerè uiduę sunt: quæ nam sit ueraciter uidua, signanter expressit dicens: *Quæ autẽ uerè uidua est, & desolata, sperat in deo, & pseuerat in obsecrationibus, & orationibus nocte ac die: q̃ aũt in delicijs est, uiuẽs mortua est* Ea inqt, q̃ seculare penitus abiecit uitã, atq; in uiduitate persistit, uerè uidua est: quæ i deũ, ut cõuenit, sperat: q̃ obsecrationibus & orationib⁹ intẽta, pmanet i eis nocte, ac die. Hæc nẽpe uidua est, atq; ab illa lõgè discreta, quæ filiorũ solatio nititur. Et illã quippe collaudat, q̃ filios nutrit, ut decet: cæterũ ea, ut dixim⁹ ueraciter uidua ẽ, q̃ liberis destituta sola psistit. Deinde eã ipam cõsolatur, carentẽ filiis, dicẽs hoc eẽ, qđ maximè uiduã faciat, si nõ modò uiri solatio, uerũ filiorũ quoq; priuata sit: hẽt.n. illorum uice oium deũ. Neq;.n. filijs orbata, minus aliquid hẽt, cũ ipsorũ absẽtiã suppleat uerę, ut dixim⁹, sola tiũ uiduitatis, ac meritũ. Noli, iqt, molestè ferre, dũ

Gaudis oportere filios educare, cū ipsa filiis careas, quasi ex hoc minus dignitatis habitura sis. Tūc.n. ueraciter uidua es, cū eo solatio destituta, ex deo solo pēdes, rebusq; diuinis. *Quæ autē in delicijs est, uiuens mortua est.* Quia enim plurimæ idcirco uiduitatē eligunt, nō ut laxioris uitæ occasiones amputent, sed ut eas magis incendant, ut.s. maiori cum authoritate omnia gerant, liberiusq; seipsas uoluptatibus tradant, ideo ait: Quę aūt in delicijs est, uiuēs mortua ē. Quid, oro, hoc sibi uult? Etiamne mulier uidua delicijs arcenda est? Et nimiū quidē necessario. Si igitur ubi & ætas, & sexus infirmior est, delicię ita prohibētur, quippe quæ mortis authores sunt, & mortis ęternæ: qd dicturi sunt uiri, q se delicijs soluūt? Congruē profectò ait, quę aūt in delicijs est, uiuēs mortua est. Discam⁹ planè, quòd nam sit uiuentiū opus, qđ etiā mortuorū: ut scire possimus, ubi hāc statuere debeamus. Viuētes profectò, q̄ sunt futuræ uitę, q̄ sola uerè uita est, gerūt.

Mat. 25. d

H Venite, percipite præparatū uobis regnū à constitutione mundi: esuriui. n.& dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere. Viuētes non eo solū à mortuis differūt, quòd Solē atque aerē cernunt, sed eò quòd boni aliqd faciunt. Id quippe ni si afsit uiuentibus, nihilo defunctis meliores erūt. Atque ut id manifesti⁹ noueris, audi qūo mortuos quoque idē ipse redēptor noster uiuere prædicet, Deus, inquit, non mortuorū, sed uiuentiū est. Sed istud quoque, inquies, ænigma est: igitur utrumque soluamus. Mortuus est quisque uiuēs, cū delicijs degit. Quōnā modo? Vētri solummodo uiuit, sensibus cæteris mortuus: neque. n. aspicit q̄ aspicienda sunt, neque audit q̄ necessariò audire cōuenit, neque ea loqtur, quæ decet loq, nihilq; in se uiuere pter solā uentris ingluuiē indicat: cęterū quē admodū mortuus quispiā in lectulo iacens, complosis palpebris, clausisq; luminibus, nullū omo sensum habet: ita & hic, immo longè hic deterius quā ille affectus est. Ille. n. bona æquè, ac mala eadē ratione nō sentit: hic autē malorū tantū non amittit sensum, sed nihil boni penitus sentit. Nihil illū ex his, quæ in futura uita seruantur, mouet, sed ad omnia pstat immobilis, atque ita mortuus est: quēadmodū in cuniculum quendā obscurū, & tenebrosum antrū p̄cipitatus, atque immūditia omni plenus, intimis & opacis uitiorū finibus conditus, semp in tenebris instar mortuorū degit. Nā cū per omne tēpus, partim prāduis occupatus, ac cœnis, partim ebrius durat, nōne in tenebris est? nōne mortuus est? Ne tū quidē cū uigilare uidetur, ni si dormitare conuincitur, cū necdū præteritę noctis digesserit uinū, & futuræ potationis immodica cupiditate teneatur. Videas q̄ illum sero, manè, meridie, semp cœnas comessationesq; uersare, noctesq; totas, & auroræ plurimā patrē profundo sopore detineri. Hunccine igitur inter uiuos staturę, ac numerare qspiā audeat? Iā uerò qs possit digne tēpestatē illā ingentē eloqui, quę ex huiusmodi pnicioso deliciarū usu in animā simul & corpus irrumpit? Quemadmodum. n. uasta, ac perpetua nubiū densitas radios Solis nunquā sinit uim sui fulgoris ostēdere: ita & uini, ac deliciarū euaporationes cerebrū non secus, quā scopulū nactę, illumq; crassa nube tegentes, non permittunt liberè usq; K intendere: uerū in tenebris perpetuis detinent eū, qui sic miserabiliter iacet affectus. Neque explicari pōt omnino, quāta intus tēpestate iactetur. Quē admodū. n. sępe cū mundatio uehementior factā fuerit, aquarūmque uis officinarū aditum occupauerit, turbari eos qui intus sunt cernimus, & discos atque amphoras, & spōgias, & alia plurima ad exhauriēdū aquā excogitata deferre, uti ne uiolatis fundamētis atque cōmotis, ois posthac supellex inutilis fiat: ita & aia quoties nimis delicijs oppressa fuerit, perturbatur ois intrinsecus ratio. Cęterùm quod iā coactū est, cū exhaurire difficillimum sit, quod rursum aliud ē uestigio ingrediatur, incredibile est quanta perturbatio, quantusq; fluctus immineat. Neque. n. uelim lętā, subridētemque faciē cernas, uerū ad interiora transgredere, eāque diligenti examinatione ppende. Aspicies ea ingēti mœstitia plena. Ac si quidē liceret animā exutā corpore subiicere oculis intuēdā, uideres profectò huiusmodi delicioſorū animas deiectas, mœstas, tristes, fœdas, maciēque confectas. Quāto. n. corpus pinguedine, crassitudinēque distēditur, tanto illa extenuatur magis, atque imbecillior fit, tanto itē magis obruitur, atque sepelitur. Ac sicuti in oculorū pupilla si quidē exterius impositas tuniculas crassiores effeceris, cernendi uim emittere ex se neqt, & clarius intueri, cū radius ille oculorū ex ea pingue dine obtundatur, ac tenebris plena sint oia: ita & corpus cū fuerit obesum, animā quoque obtusiorē euadere necesse ē. At mortui, inges, i putredinē, tabēmque uertūtur, igēnsque ab eis sanies desinit. Id profectò & in ea q̄ delicijs soluitur, fieri uideas: qppe rheuma, pituita, purgamēta nariū, ructus ac uomitus ex ea proffluūt: cętera. n. omitto, q̄ dictu turpia sunt. Tantū. n. habent delicię uirium, ut q̄ ne eloqui quidē ipsi possumus, ea delicias sibi perferre suadeat. Quōnā modo? Defluit undique corpus, & imbecilli⁹ fit. At comedit, ac bibit. Nō est id humanę uitę argumētū, quippe & muta animalia hoc ipso funguntur munere. Cū igitur mortua iaceat anima qd ex eo cibo emolumēti, potūque pcipitur? Neque. n. si iaceat cadauer exanime pulchra uestę cōtectū, ex eo flore uestis proficiet qppiā: ita neq; aia mortua uenustiori amicta corpore aliqd ex eo decore lucrabitur. Nā cū omnis illi cura, omnisque sermo de cocis, & instructoribus mēsę, atq; pistorib⁹ sit, nihil que piū sentiat aut loquatur, nōne mortuu est? Videam⁹ certè qd homo sit. Desiniūt illū externę sapiętię authores, aial esse rationale, mortale, ratiōis ac disciplinę capax. Nos ab illis hois definitionē nequaq̄ mutuabimur. Sed unde? ex diuinis. s. literis. Vbi nā igitur quid sit homo illæ definiūt? Homo, inquit, fuit iustus, uerax, pius, abstinēs ab oi opere malo, hoc nēpe homo est. Et alibi iterū: Magnum quiddā est homo, & pretiosum uir misericors, Cæteros uerò q eiusmodi non sunt, quantūlibet rationis participes fuerint, disciplinęq; capaces nō nouit scriptura appellare homines, sed canes & equos, & uiperas, & serpētes, & uulpes, & lupos, & siqd ēt hisce feris ignobili⁹ est. Si igitur hoc homo est, quod scriptura definiuit: q̄ in delicias soluitur, homo profectò non est. Quoenim pacto, cū nihil ex eis curæ sit, quę hominem faciunt? Neq; enim possunt delicię, atque sobrietas

L

M

Definitio hominis.

A in eodem habitare domicilio. Hæc. n. se inuicem perimunt, sicuti ēt externæ sapientiæ authores dicunt. Nam uenter pinguis nō gignit sensum tenuē. Moris ēt scripturę est hoies inanimes dicere, cū carnales eos significare uult, & certè illis non deerat anima, sed mortua illa erat. Quemadmodum. n. de his, qui uirtute clari sunt, licet habeant corpus, dicere tamē solemus, totus anima est: ita & de carnalibus, licet illis per uitam nō desit anima, dicimus
Rom. 8. b totus caro est. Sic & Paulus aiebat his, q carnis opa non perficiebant, uos autē non estis in carne. Pari profectò rōne & qui in delicijs uiuunt, non in anima, neque in spiritu, sed in carne sunt. Quæ aūt, in
Morale. quit, in delicijs uiuit, uiuens mortua est. Audite uos ista, quę tps omne in comessationibus, & ebrietatibus teritis, quæ pauperes fame tabescere, atque emori cernitis, & negligitis, cū ipsæ iugiter delicijs intentę moriamini. Geminę quippe mortis authores estis, dū & eos q fame uexatur, mori permittitis, & uobisipsis mortē per delicias sponte cōsciscitis, simulq; & uos & illos occiditis, dum modum seruare contemnitis. Nā si abundantiam uestram illorū
B indigentiæ misceretis, duplicem profectò uitā uiueretis. Quid, q̄so, uentrem satietate distendis? Quid inopem cōtemnis inedia? Considera, q̄so, diligentius, quis nam sit escarum finis, quis ciborū exit⁹, in quod illi uertātur, qd fiāt. Nonne uel ad solū indignaris auditū? Quid igitur, ut stercora plura cōficias, elaboras? Nihil profectò aliud est ciborū illa supflua cura, q̄ exaggeratio stercoris. Habet quippe natura modos suos, quos siqs excedat, & amplius, q̄ illa uelit, uitiat: non iam cibus ille alimentū, sed pernicies fit. Enutri sanè corpus, non eneca. Idcir co. n. alimenta hęc dicimus, non ut eis corpus peri mamus, sed ut alamus. Ideo ut reor, esca ipsa fine tam abiecto concluditur, ne simus deliciarū amatores. Nam nisi illa hoc fine desineret, neq; in perniciem corpis immodicam uerteretur, ēt inuicē uoraremus. Si. n. totum capere quod immitteretur, uē ter tutò posset, atq; inde corpi subministrare uires: quis esset bellorū, pugnarūmque finis? Nam si modo quoq; cum partim in stercus egeritur, partim in sanguinem mutilem pituitamq; couertitur: sic quo que delicijs insistimus, & sępe substantias integras una mensa consumimus: nisi hmōi deliciarū finis esset, quò non erūperet nostra uęsania? Maiore nos indies fœtore iplemus, cū delicijs magis instamus, corpore nostro instar utris defluēte: & dū q̄spiam hmōi satietate distentus, crebris ructibus ēt cere-
» brum uolat, uapores undique ex corpe tetri exha-
» lāt, ueluti ex fornace quadā calore intrinsecus ferue-
» uescente, ut est sapiętum snia. Quòd si & hi qui forinsecus sunt, ita indignātur, & grauiter ferunt: qd pati existimas cerebrum intrinsecus, dum iugiter eiusmodi uaporibus quatitur? Quid itē feruentis sāguinis riuos, nec euaporare ualētis? qd lacunas illas, iecur ac lienē? qd ipsa receptacula stercoris? Et quod deterius est, latrinas caute curam⁹, uti ne ob struātur, stercusq; ad supiora exhalet, atq; oia hui⁹ rei gratia facimus, impellētes cōtis, & instrumētis reliquis ad id negotij accommodatis: uentris autē nostri latrinas no emūdare curamus, uerū obstrui mus, atq; oppilamus, & fumo ipso ad supna ascendente, ubi rex ipse sedē habet, cerebrum. s. desidemus, nullaq; mouemur cura. Cur id, quæso? Nem-

pe quia ipsum non ut regem honestū ducimus, sed D ueluti immundum quēpiam canem. Idcirco nanq; deus mēbra illa lōgè secreuit, nequa ex eis pnicies emanaret: sed minimè pmittimus nos, q oia, modū non seruando, corrumpimus. Taceo. n. incommoda reliqua. Nempe. n. si latrinarū meatus obstruas, pestem uidebis protin⁹ gigni. Quòd si extrinsecus imminens fœtor pestem gignit: is q intrinsecus est, & undique obstructus angustijs corporis, non habet unde euaporet, non innumeros & animę, & corpori morbos inducet? Quodq; acerbissimū oium est, non desunt, q in deum contumelias referāt, dicentes: Quid nā hoc est? Stercoris nos receptacula fecit, cū ipsi id potius augeāt. At ideo deus ita constituit, ut uel sic deliciarū usū arceret imodico, ut uel ita psuaderet nō affigi secularibus reb⁹. Cæterùm nos ne sic quidem delicijs tēperamus, sed ad fauces usq;, & usq; ad mēsę tēpus, immo neq; tādiu uoluptate perseuerāte, delicijs tamē dediti sumus. An uerò non simulatq; præterijt linguam atq; fauces uoluptas omnis extincta est? Sensus qppe omnis in gustu est. Cęterùm post hęc ubi uoluptas illa ptransijt, magna prorsus tristitia linqtur, siue stomacho p cruditatē oppresso, siue qualibet alia difficultate lacessente. Merito igitur ait, Quæ i delicijs est, uiuens mortua est. Nihil. n. uel loqui, uel audire cōueniēter pōt delicijs obsessa aia: efficitur nāque mollis, ignaua, imbecilla, illiberalis, timida: iterdū uerò audaciæ, assentationis, impitię plena: i dignationis, iracūdiæ, malorumq; omniū receptaculum, bonis uirtutibusq; oibus destituta. *Quæ in delicijs, inquit, est, uiuens mortua est. Et hæc præcipe, ut irreprehensibiles sint.* Vides uti hoc legis iure cōstituat, nō proprio pmittat arbitrio? Præcipe, inqt, nō uacare delicijs, quasi pro cōsesso malum, pniciosumq; habeatur: quasi nefas sit, eū q delicijs studeat, mysteriorū esse participē. Et hęc, inqt, præcipe, uti irreprehensibiles sint. Vides ut peccati ea res sit? Nā quod in uoluntate consistit, ēt si omittatur, nihil prohibet irreprehēsibile esse. Et nos itaq; Paulo obtēperantes, pcipimus delici s uiduas abstinere. Nam si- F miles lauacris, ac spectaculis uacans, intētusq; negotijs, ueluti desertor militię, iure dānatur: multò magis uiduę, q̄ deserto munere suo delicijs studēt. Non ergo q̄ramus hic reqem, ut in futuro seculo il lā inuenire possimus. Fugiamus hui⁹ uitæ delicias, ut ueras æternę uitę delicias mereamur, delicias in quā æternas, ignaras mali, bonisq; immortalibus plenas: quibus utinam simul oēs perfruamur in Christo Iesu domino nostro, cui est cū patre, &c.

Homilia XIIII.

I quis autem suorum, & maximè domesticorum
5 *curam non habet, fidem abnegauit, & est infidęli deterior.* Vidua eligatur non minus sexaginta *annorum, quæ fuerit unius uiri uxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrauit, si omne opus bonū subsecuta est.* Plerique uir tutem suam sibi satis esse ad salutem putant: & si uitam suam rite disponant, deesse sibi nihil arbitrā tur, sed hi profectò falluntur. Idq; aperte satis indicat seruus ille, qui talētum unū sibi à domino cre- Mat. 25. e ditum fodit in terram. Neq; n. imminutū illud, sed integrū, & hmōi quale acceperat, retulit. Euidēter & beat⁹ Paulus hoc in loco idipsum asserit, dicēs:

G Si quis aũt suorum curã non habet. Curę nomine, prouidentiam aiæ corporisq́ significat: & hæc.n. cura est. Qui uerò suorum,& maximè domesticorum,hoc est genere ad se pertinentium curam non habet, infideli,inqt,deterior est. Idem fermè Esaias
Esa. 58.b quoq́ prophetarũ eximius admonet,dicẽs: Domesticos seminis tui ne despexeris. Nã siquis propinquos genere,atq́ affinitate cõiũctos aspnetur, quo pacto erit i alienos clemẽs? Nõne uanitati,iudicio omniũ erit obnoxius,si alienos beneficijs fouens, propinquos summa imanitate despiciat? Quid itẽ fiillos de fide istruat,hos in errore iacere pmittat,q bus benefacere iure suo facilius, & cõmodius possit,quantę istud immanitatis erit? Quam latè patet detractionis locus,dicentibus gẽtibus, Xpianos fi ne affectione esse q despiciãt suos. Et *est*, inquit,*infideli deterior*. Cur id? Quia ille & si alienos despicit, propinquos tamẽ nequaq̃ aspernatur. Diuinas planè leges uiolat,& iura naturę,q negligit suos. Porrò si is, q suorum nõ habet curã,fidem abnegauit, infideli deterior est: qui suos ẽt uiolat,ubi cõstitue
H tur? Cum quibus asistet? Quo aũt fidem abnega-
ad Ti.1.d uit? Deum, inquit, uerbis se scire confitentur, factis aũt negant. Quid aũt præcipit is,cui credidimus, deus? Domesticos seminis non despiciendos. Quo aũt hmõi credit,qui deum abnegauit? Cogitemus ista,qui pecunijs parcimus, propinquosq́ despicimus. Deus nempe idcirco uincula propinquitatis instituit,ut multiplex subesset occasio, nos mutuò diligendi,beneficijsq́ confouendi. Quando igitur quod infidelis facit,tu facere negligis, nõne fidem abnegasti? Non igitur in sola confessione,sed multò magis in effectu opis fides ostenditur. Possunt singuli,per oia & credere,& fidẽ abnegare. Postea .n.quam uerba de delicijs fecit,nõ,inquit,in eo solùm perijt,quòd delicijs uacat,uerùm & quòd propinquos despicere cogitur. Meritò q uentri uiuit,ac per id perijt,fidẽ abnegasse dicitur,& infideli eẽ deterior. Neque.n.idem est propriũ, alienumq́ aspernari,sed longè maioris est criminis, notum,q̃ ignotum: amicum,q̃ qui non sit iunctus amicitia spernere. *Vidua eligatur non minus annorum sexaginta, quæ fuerit unius uiri uxor, in operibus bonis testimoniũ habẽs.*
I *Hic sup.a* Dixerat,discant primũ domũ suam bene regere, & uices parentibus reddere. Dixerat,q̃ in delicijs est,
Ibidem uiuens mortua est. Addiderat infideli deteriorẽ esse, nisi domesticorum hẽret curam. Quæ oia nisi haberet,uiduarũ catalogo indigna esset: iam quid habere oporteat,dicit. Quid ergo? Num illa annorum metimur numero? Aũt id cuius meriti est? Neq́ .n.in ipsa est, sexagesimum implesse annum. Non igitur sola ætas inspicienda est, imo si sexagenaria quoq́ sit maior,& bonis operibus careat, eligenda non est. Quid igitur tanta diligentia designat ætatem? Cãm postea ponit, non à seipso,sed à uiduis ipsis inuectã. Interim qd sequatur,audiamus: *In operibus*, inquit, *bonis testimonium habens*. Quibus operibus? *Si filios enutriuit*. Nõ pui profectò momenti est enutrire filios. Id uerò nõ de alendis tãtùm fi
Supra. 2. d lijs dicitur,sed sicuti oportet alendis,sicut superius dixit,si pmãserint in fide, & dilectione, & sanctificatione. Vides ut oibus in locis beneficẽtiã i suos pręferat? Primũ.n.si filios enutriuit ponitur,& tũc si suscepit hospitio,si sanctorũ pedes lauit, si tribulationem patientibus necessaria ministrauit,si oẽ opus bonũ assecuta est. Quid oro,si paup illa sit? K
Ne sic quidem hisce muneribus oĩbus fungi desistat: neq́.n.est illa pauperior,q̃ duos obolos sacris *Mar.12.d* thesauris ingessit. Nam licet pauper sit, habet tamẽ *d & Luc* domum,non.n.sub diuo manet. *Si sanctorum, in* *ca 21.a* quit, *pedes lauit*. Cuius istud impensę est? si omne opus bonũ assecuta ẽ. Corporale ministerium est omne quod p̃cipit. Sunt.n.mulieres hmõi obseqijs in primis idoneæ,lectulum sternere, ac fouere ministerio. O quantum diligentiæ requirit à uidua. Tantũ profectò,ut ab episcopo plus ferè nihil exigat. Si,inquit, oẽ opus bonum assecuta est: & si.n. id exequi ipsa non potuit, particeps tamẽ accessit, & ministerij consors. Denique, ut delicias oẽs abscinderet, curam suorũ ac prouidẽtiam habere imperauit,& orationibus semper insistere. Huiusmodi & anteà illa de euangelio fuit. Vides ut à uiduis plus ferè diligentiæ, q̃ à uirginibus poscat, licet ab *Anna.* illis eximiam exigat, exactissimamq́ uirtutẽ? Nam *luc.2.e* quod ait, ad id quod honestũ sit, & facit sine distractione ulla domino semp assistere, summatim uirtutem fermè comprehendit omnẽ. Inspice diligen- L
tius, ut nõ secundis abstinere nuptijs, uiduã faciat, sed alijs quoq́ plurimis illi opus sit. Cur.n.q̃so, secundo matrimonium non q̃siuit? An quod reprehensibile existimaret? Absit, id quippe hęreticorũ est, sed ut se iam spiritualibus deuoueret rebus, & uirtuti instaret attentius. Neque.n.immundæ sunt nuptię, sed occupationibus patẽt. Quippe & cum dicit, ut uacent: non ait, ut purgentur. Ingentis.n. planè occupationis occasio matrimoniũ est. Si igitur idcirco non nubis, ut timori dei uaces, & uacare detrahis, nihil tibi ea res profuit. Obsequium igitur oẽ sup hospites,& sanctos debes ostendere: qd si facere negligis, matrimonio idcirco abstinuisse cõuinceris, quòd reprehensibile existimaueris. Ita fermè & uirgo, nisi summa diligẽtia crucifixa sit mũdo, connubiũ iõ repudiasse uidebitur, quòd uelut immundũ, impurumq́ exhorruerit. Vides ut pegrinorum susceptionẽ, non simpli cẽ humanitatẽ, sed p̃cipuo studio,& tota ai uoluntate, summaq́ alacritate,ac deuotione, tanq̃ reuera ipsi Christo exhibi tam, signet? Neque.n.permittit huiusce in sanctos obseqa ancillulis imperari, sed ipsas per se illis ministerium ferre iubet. Si.n.ego, inquit, laui discipulorum pedes, multò magis uos debetis inuicem facere. Quantùlibet deniq́ fueris opulenta, & in summa dignitate cõstituta, ac p̃cipua generis gl'ia fulgeas, non tãto harum rerum interuallo eos, qbus obsequeris, superas, quãto discipulos Christ⁹. Si illos, ut Xp̃m suscipis, nihil est cur erubescere debeas, immo ingens tibi gloria inde cõquiritur: sin uerò nõ ut Christum suscipis, ne suscipis qdem. Qui.n.in- *Mat.10.d* quit, suscipit uos, me suscipit. Quod si nõ ita suscipis, mercede cares. Prętereuntes homines uiatores, ut putabat Abraham suscepit hospitio, neq́ tamẽ p *Gen.18.a* mittebat seruis oia, sed uxori misceri farinã imperabat, & quidem cũ trecentos haberet & decem & octo uernaculos, quorum uxores itidem habuisse famulas dubiũ non est. Sed ipse cum uxore mercedem sibi cõparare festinat, nõ impẽsę tãtum uerũ ministerij quoq́. Ad hãc regulam hospitalitatis iura seruãda sunt. Nosipsos cuncta inferre oportet officia, ut ipi sctificari mereamur, ut benedicãtur manus nostrę, etsi paupi dederis, ne respuas tuis ipsius

dare

A dare manib⁹.] Christo.n.nõ pauperi tribuis. Quis uerò sit adeò infelix,ut erubescat manũ Xpo porrigere? Istud reuera hospitalitas ẽ, istud uere de amore dei proficiscitur: cęterùm si superbe cęteris inferre ministeriũ imperes, q̃talibet hospites humanitate foueantur, nequaq̃ hospitalitas ea res est. Ingenti nempe hospes eget obseqo, & ne sic quidem ille fiduciam sumit. Ea qppe rei natura est, ut erubescat, cui infertur hospitalitatis officiũ, nimióque ad eã tollendã uerecundiã est opus obseqo, ut & signo, & uerbo ostẽdamus iter ista officia beneficiũ nos non inferre, sed referre, plusq́ longe recipere, quàm demus. In hunc modũ, ex alacritate nostra quod agimus, incremẽta suscipiet. Sicut.n.qui detrimenti nomine, id officiũ censet, oĩa perdit, & qui beneficium se putat inferre, mercedis multũ amittit: ita & qui se accipere beneficium dum exhibet, existi-
2.Co.9.b mat, fœcũdioribus successibus gaudet. Hilarem.n. datorẽ diligit deus. Gratias magis pauperi debet, qa dignatur accipe. Nisi.n.essent pauperes, peccatorum difficile sarcinã poneres. Medici illi sunt uul-
B nerum tuorũ, manus eorum tibi medicamẽta præstant. Nõ ita medicus, ut medicamẽta imponat, extendens manũ, curationem exhibet, ut paup abs te ut accipiat, porrigẽs manum. Dedisti pecuniam, & peccata simul exuisti. Hmõi & sacerdotes: Peccata
Osee.4.b .n. populi comedunt. Maiora igitur recipis, q̃ largiris, beneficiúmque potius accipere, q̃ ferre probaris, deòque non hominibus fœneraris, diuitiásque non minuis, sed auges: minuis autem illas nisi eroges, nisi indigentibus des. *Si*, inquit, *hospitio susce-*
pit, si sanctorum pedes lauit. Quoru obsecro? eorũ .s.qui in tribulatione sunt, non sanctorum simplr: possunt.n.esse sancti, summoq́ obsequio ab omnibus foueri. Noli hos proseq copia rerum afluẽtes,
Mat.25.d sed afflictos, incognitos, & q a multis ignorantur. Qui fecerit, inquit, uni ex his minimis, mihi fecit.
Morale. Noli pręsuli ecclesiæ ista tribuere partienda, ipse potius ministra, ne solius impendij, uerùm obseqi percipias pręmium: proprijs eroga manibus, tu sul cum fere pietatis. Non hic figendũ est aratrum, nõ iungendi boues, non expectãdum tp̃s, non proscindenda humus, non cum algueris inclemẽtiore cœ
C lo luctandum, oi hmõi cura semen istud liberum est: quippe in cœlum seris, ubi neque frigus, neque hyems, neq́ aliud quippiam est. In aias spargis, ubi nemo, quod seritur, tollit: sed tenacissime inhęret, magnaq́ diligentia, & summo studio colitur, tu sere: qd teip̃m mercede priuas? Magna profectò merces est, posse ẽt aliena disponere: nõ solũ dare merces est, sed & quę data sunt, bene, prudenterq́ dispẽsare. Cur ipse hmõi non occupas pręmium? Nam quòd huic quoq́ operi merces dabatur, attende.
Acto. 6.b Constituerunt, inquit, apostoli Stephanũ ad ministerium uiduarum. Esto ipse quoq́ tuarũ dispensator rerum. Ipsa te humanitas, dei quoq́ te ordinat timor: istud & uanitate uacat, istud animas recreat, istud sanctificat manus, istud inflatos aios deprimit: istud philosophiã docet, istud prǒptum, atq́ alacrem facit: istud te benedictionibus replet, pro
ficiscitur caput tuum plenũ benedictionib⁹ uidua
Vita monachorũ. rum. Studiosior ad oratiõis opus accurre solicitè, & sanctos uiros inqre, q reuera sancti sunt, qui in solitudinibus sedent, q̃ mendicare non ualent, q deo semp ac iugiter uacãt, in longinquam abi peregri-

nationẽ, per teipsum eroga. Multum.n.si dederis, D
emolumenti consequeris. Vides tabernaculum, ac diuersorium, cernis desertum, inspicis solitudinẽ: fitq́, ut sæpe dũ pecunias distribuere pergis, aiam deo integram offeras, capiátque te amor quietis, & socius sancti certaminis sias, atq́ cum illo una uale
facias seculo. Multum confert pauperum ipse quo- *Eccl.7.a*
que conspectus. Bonum est, inqt, ingredi domũ luctus, q̃ domum risus. Hic.n.animus intumescit. Nã dum prouocaris ad risum, simul deliciarum lenocinio caperis. Vbi uerò risus abest, tristitiæ pates. At in domo luctus nihil eiusmodi est, uerũ & si de sunt delicię, dolore non caperis: sin uero adsint di scipline, rigore te contines. Verè domus luctus monasteria sunt, ubi cinis, atq́ cilicium, ubi solitudo, ubi risus nullus, nullus negotiorum secularium strepitus, ubi ieiunia, ubi terrenorũ duritia lectulorũ: ibi munda sunt oĩa, nullus ibi nidoribus locus, ab sunt procul sanguinis riui, perturbationes, curę, tu multus, tranquillo in portu nauigãt, ac ueluti lumi naria sunt, sublimi de loco nauigãtib⁹ fulgore iter
aperientes. In littore placido sedent, oẽs ad quietẽ E
suam inuitantes, ac pertrahentes, neque naufragiũ pati sinentes eos, qui se intuentur, non permittunt in tenebris degere eos, qui suas aspiciunt sedes. Per ge itaque ad illos, quęre, hospitio suscipe, accede, tãge sacros pedes. Longè.n.honorabilius est illorum pedes, q̃ aliorum caput attingere. Nam quęso, si statuarum pedes plerique tenent, quòd effigiem habeant regiam: tu illi, qui Christum ipsum in se habet, pedes nõ tenebis ut saluus fias? Sancti sunt pedes, etiã si uiles sunt: at uerò prophanorũ ne caput quidẽ honorabile. Sanctorũ.n.pedes uirtutis eximię sunt: idcirco ẽt cruciant, quando pedum excutiunt puluerem. Cũ sanctus apud nos fuerit, nihil illius uerecundiæ nobis esse putemus. Sancti uerò oẽs sunt, qui fidem rectam sanctitati uitæ coniunctam habẽt: & si signa illi non faciãt, neque eijciãt dęmones, sancti sunt. *Si sanctorum pedes lauit*, inquit, Quasi.n.de terra in cœlũ, ita ad sancti cuiusli bet uiri monasteriũ de proprijs domibus itur. Nõ ibi conspicis ea q̃ domi, mundus est locus ille, alta ibi quies, atq́ silentium est. Meum & tuũ inde prorsus eliminatum est. Illic uel si diem unũ, aut duos F
manseris, tunc uerò uoluptatis maiore sensu pfunderis. Lucescit, imo ante lucem gallus emittit uocẽ, non ibi uelut in secularium domibus stertit familia, clausæ sunt ianuæ, oẽs alto sopore prostrati, mortuis similes sunt, mulio tintinnabula quatit, nihil illic eiusmodi est: uerũ omnes cũ reuerentia, discussò sopore consurgũt, à psule excitati suo, adstantq́ sacro instituto choro, protinusq́ expansis manib⁹ sanctos concinunt hymnos. Neq́.n.illi ut nos, ut excutiant somnum horis plurimis indigẽt. Nos qppe simulatq́ surreximus, diutius occupamur, imus ad reqsita naturę: deinde manus lauamus & faciẽ, postea calceamenta sumimus, ac uestes, multumq́ in his tpis terimus: ibi nihil hmõi uideas. Nullus illic famulum uocat, quisque.n.sufficit sibi, nõ eget uestibus plurimis, nihil opus habet excutere somnum: simul.n.atque oculos aperit, diutius uigilasse uidetur: quod illi sobrietatis rõne cõtingit. Nisi .n.cor prægraue cibis infra mergatur, leui salubriq́ somno expergiscitur facile: moxq́ precum repetit uices, manus purę tenduntur, quia somnus pcesit

honestus atq; moderat⁹. Nemo ſtertẽtes audit hic, aut hiãtes ſomno, nullus iactari quẽpiam per ſoporem uideat, neq; nudari, ſed dormiũt honeſtius uigilantibus cõpoſiti. Hoc aũt totum ex animi diſciplina, & honeſtate proficiſcitur. Iſti profectò ſunt ſancti, atq; iter hoies angeli. Sũm⁹ nãq; dei timor nõ ſinit hos profundo ſopore demergi, animumq; à ſuo uigore laxari, ſed fermẽ in ſupficie eſt, ipſosq; reficit ſolũ. Hmõi illorũ quoq; ſunt ſomnia, nõ phãtaſias, aut portentuoſas imagines referunt: ſed ut dixi gallí cãtu continuoſ præpoſitus aſsiſtit, pulſatq; modicè p ede iacentẽ, ſicq; oẽs una protinus excitat: neq; uerò nudos ibi dormire fas eſt. Inde ubi ſurrexêre, diuinis laudibus inſtãt, hymnosq; propheticos canunt, magno ſuauiq; concentu, & cãticis numeroſis. Non fiſtulæ, nõ cithara, non ullũ aliud inſtrumentũ muſicum tam dulces efficit modos, q̃ ſancti illi ſumma in ſolitudine, & quiete pſallẽtes. Ipſa quoq; illorũ cantica, cõuenientiſsima ſunt, & amorem dei, diuinarumq; rerũ ſtudiũ ſpirant. In noctibus, inqt, extollite manus ueſtras ad deum. Et rurſus: De nocte mane uigilat ſpũs meus ad te deus, qa lux præcepta tua ſunt in terra. Cantica itẽ Dauidica fontes mouentia lachrymarũ. Cũ.n. pſallit, dicẽs: Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meũ, lachrymis meis ſtratũ meum rigabo. Et iterũ, Quia cinerem tanq̃ panem mãducabam. Item, Quid eſt homo, quòd memor es eius? &, Homo uanitati ſimilis factus eſt. & illud, Dies noſtri ſicut umbra tranſeũt. &, Ne timueris cùm dues factus fuerit homo, & cùm multiplicata fuerit gloria dom⁹ eius. Et iterũ: Qui habitare facit unius moris in domo. &, Septies in die laudẽ dixi tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. Ac rurſus: Media nocte ſurgebam ad confitendũ tibi, ſup iudicia iuſtitię tuę. &, Deus libera aiam meã de manu inferi. &, Si ambulauero in medio umbræ mortis, nõ timebo mala, quoniã tu mecũ es. Itemq;, Nõ timebo à timore nocturno, à ſagitta uolãte in die, à negotio perambulante in tenebris, ab icurſu & dęmonio meridiano. &, Aeſtimati ſumus, ut oues occiſionis. Quãdo cũ angelis canunt, nã & angeli tunc ẽt pſallũt, Laudate dominũ de cœlis: nobis oſcitãtibus, prurientibus, atq; ſtertentibus, ſiue etiã ſupinis iacẽtibus, & fraudes innumeras cogitantibus: quale eſt illos noctis totius ſpatiũ in dei laude cõſumere. Vbi uerò lux diei iam uicina eſt, pauſant illi puſillũ, & cũ opa nos aggredimur, illi quietis ſibi uendicãt tps. Iam uerò ubi illuxit, qſq; noſtrum alium uocat, ſermonemq; de impẽdijs texit, inde irrumpit in forũ, magiſtratui adſtat, tremit, ac ſupplicia metuit. Ali⁹ in ſcenã abit, alius ad opus ſuũ proficiſcitur: illi cõtrà matutinis precibus, hymnisq; peractis, ad ſanctarũ ſcripturarũ ſtudia ſe cõuertunt. Sũt & qui libros ſcribere didicerunt. Vnuſq;ſq; uerò præſtitum habens domiciliũ, ſilentio ppetuo ſtudet. Sicq; nemine texente nugas, aut aliud aliqd loquente, tertiam, ſextã, nonam, ueſpertinamq; cõſummant ſynaxin: qppe quatuor in partes diem ſcindẽtes, impletis partib⁹ ſingulis, pſalmodijs, atq; laudib⁹ honorant deũ: cæteriſq; prandentibus, ridentibus, ludentibus, ciboq; diſtẽtis ĩmodico, hi laudibus uacant. Minima his inſtruẽdæ menſæ cura, & omniũ quę ſenſũ ſubiacẽt: poſt cœnam rurſus diuinis inſeruiunt laudibus, ſicq; ſobrij ſomnũ capiũt. At ſeculares qdem & die dormiũt, hi noctu quoq; perK uigiles durãt, ut reuera lucis filij. Et illi ubi ſomno plus indulſere, grauati prodeũt: contrà, hi ſemp ſobrij ſunt ſine cibo perſiſtentes, & hymnis intẽdentes. Ad ueſperã rurſus incl nãte die illi ad lauacra, & reqem properãt: hi uerò à ſeipſis laborẽ ſpiritualis exercitij laxãtes, cibũ ſumunt, non famulorum excitãtes gregẽ, non domũ diſcurrentes, turbasq;, & tumultus commouentes, neq; pretioſas dapes & coquorũ arte laboratas apponentes: ſed alij panẽ tãtùm, & ſal, alij & oleũ ſumunt, pleriq; infirmiores olera, atq; legumina in cibum accipiunt. Inde ubi paululum ſederint, tps omne hymnis concludentes, ſinguli thoris reqeſcunt, ad quietem ſolùm, nõ ad delicias factis. Nullus ibi principũ terror, nulla arrogantia dominorũ, non ſeruorũ timor, non turba mulierũ, non paruulorũ inquietus clamor, nõ ſcriniorũ multitudo, non ueſtis ſuperflua, non aurum, non ẽrgentũ, nullæ cuſtodiæ, non fiſcus, non aliud hmõi quicquam: Sed omnia orationibus ferL uent, hymnis omnia reſonant, omnia ſpirituali fragrantia redolẽt. Nihil ibi carnale eſt, nõ latronum illic timetur incurſus: neq;.n. habent quod eis poſſit auferri, pecunijs carent, corpus tantùm & aiam poſsident. Ea qui tulerint, nõ modo læſerũt nihil, uerũ & plurimũ profuerunt. Mihi.n. inquit, uiuere Christus eſt, & mori lucrum. Abſoluerunt nexibus corporis: profectò.n. Vox exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorũ. Non illic auditur ululatus & gemitus: uacãt his oĩbus, tecta illa felicia⁹, his triſtibus, his clamoribus libera. Moriũtur quidem & in ipſis, neq;.n. corpore ſunt imortales: cæterũ mortẽ illi nec ducunt, nec exiſtimant mortem, cum hymnis proſequũtur abeũtes, eamq; rem non elationẽ funeris, ſed põpam, & prẽmiſsionẽ uocant. Deniq; ubi quiſquã nunciatus fuerit mortuus, magna oritur exultatio, ingensq; uoluptas omniũ. Immo ne mortuum qdem aliqs appellare præſumit, ſed conſummatum. Inde gratiarũ actio ſequitur, & gloria, ingensq; lætitia, ſinguli is orãtibus ſe hoc fine donari, ſic exire certamine, & laboribus, & ſudoribusq; quieſcere, Chriſtumq; uidere. Quòd ſiquis infirmaM tus fuerit, non lamenta, nõ lachrymæ, ſed perpetuę funduntur preces: nõ ibi medicorum operatur manus, ſed fides ſępe ſola ſanauit infirmũ. Nempe & ſi opus fuerit medicis, magna & hic oſtẽditur philoſophia, ingensq; oſtẽditur tolerãtia. Nõ adſtat ſolutis crinibus uxor, non parui pupillaris incõmodi, quę necdũ contigêre mala deflẽtes, nõ familia expirantẽ importunis precibus pulſans ut ſe cuiquã tutò cõmendet: ſed his impedimẽtis oĩbus exutus animus, unum inſpicit ſolũ, quo pacto maiore cũ gratia extremũ deo ſpiritũ fundat. Sed & ſi cõtigerit morbus, non ex gulę prodijt uitio, nõ ex uinolẽtia, ſed ipſæ quoq; morborũ occaſiones plenę ſunt laudibus, non criminibus ullis obnoxiæ. Aut.n. ex uigilijs iugibus, aut ex cõtinuato ieiunio, aut ex alíquibus hmõi infirmitas naſcitur: quocirca etiã facilè liberãtur. Satis.n. illis eſt ad euadenda languoris incomoda, ſi uel modicè de priſtino rigore relaxent. Si *ſanctorum*, inquit, *lauit pedes*. Et in eccleſijs eiuſmodi qd inuenias, neq;.n. quoniã illorũ expoſuimus uitã, eorũ qui itra eccleſiã ſunt, inſtituta deſpicimus. Plurimi ſæpe hmõi & in medijs eccleſijs ſunt, ſed deliteſcunt. Non.n. quia circumeunt do-

Pſal.133. a
Eſa.26. b
H
Pſal. 6. b
Ibi.101. b
Ibidẽ.8. b
Ibi.143. a
Ibi.101. b
Ibi. 48. d
Pſal.67. a
Ibi.118. x
Ibidẽ.h
Ibi. 48. d
Ibi. 22. a
Ibi.90. a
Ibi. 43. d
Ibi. 148. a
I
Phili.1. c
Pſal.107. b

A mos, quia ſubeunt fortum, ideo deſpiciendi ſunt. Et hoc deus imperauit: Iudicate, inquit, pupillo: & iuſtificate uiduã. Complures ſunt uirtutis uiæ, quẽ-admodum denique unionũ magna differẽtia eſt, licet omnes appellẽtur uniones: ſed unus quidem candens eſt, atq; omni ex parte rotundus, alius uerò huiuſmodi ſpecie caret, cæterùm alio decore nitẽſcit. Nãq; ad imitationem coralij ueluti quadam arte effictam, oblongam prẽſert lineam, angulosq; tornatos, habetq; quiddam albo colore uenuſti⁹, praſinum ſcilicet, omni uirore iucundius: alius coloris amœnitate præfert ſanguinis ſpeciẽ, alius mare colore cœruleo ſupat, alius purpurei fulgoris eſt æmulus, Solis quoq; coloris iuenies: huiuſmodi & ſancti ſunt. Nam alij qdem ſeipſos exercent, alij & eccleſias ſecum. Si ſanctorũ, inquit, pedes lauit, ſi in tribulationibus ſubminiſtrauit: pcurramus hęc opera, ut ibi gloriari poſſimus, quòd ſanctorũ lauimus pedes. Certè ſi ſanctorũ oporteat lauare pedes, multò magis & pecunias illis porrigere manu. Ne-
Matt.6.a ſciat, inqt, ſiniſtra tua qd faciat dextera tua. Quid
B mille aduocas teſtes? ne ſeruus qdem ſi fieri poteſt, neq; uxor aſpiciat: Multæ ſunt artes hoſtis callidi. Sæpe fit, ut quæ nunquã impedimẽto fuit, tunc impedire cõtendãt, ſiue uanitatis, ſiue alterius cuiusli bet perturbationis inſtinctu. Quippe & Abraham miræ licêt fidei haberet uxorem, cùm tamen filiũ
Gen.22.a offerre inſtitueret, celare eam maluit: & qdem cùm ignoraret quod futurum erat, putaretq; illum ab ſe abſq; contatione litandũ. Quid putas dixiſſet, ſiqs ex uulgo cenſor accederet? nonne illum, ut ſummę immanitatis, & feriatis arguiſſet? Quòd ne uidere quidem filium uxor digna fuiſſet, neq; extremam eius audire uocem, non aſpicere palpitãtem, ſed ueluti captum belli lege mactaſſet? At nihil huiuſmo di iuſt⁹ ille cogitauit, diuini amoris affectu ebrius. Nihil enim aliud, quã quod ſibi iuſſum fuerat, intuebatur, idq; ſtudebat cõpendio exequi. Non erat in illius animo filius, nõ uxor, ĩmo neq; ipſe rei ſcie
C bat euentum: ſed modis omnibus hoſtiam puram deo curabat offerre, non lachrymis illam, aut contradictione ulla inquinare. Deniq; cùm diceret ad
Gen.22.b illũ Iſaac, Ecce ignis & ligna, ubi eſt ouis? ait pater: Deus prouidebit ſibi ouem in holocauſtũ fili. Dixit & hoc prophetico ſpiritu, quòd filiũ ſibi Deus prouideat fore holocauſtũ, is deniq; & tũc rei fuit euentus. Cur obſecro, & ipſum iugulandũ quid ue his facere celas? Vereor, inquit, ne laſſeſcat, aut deſi
Matt.6.a ciat animo, timeo ne per id uideatur indignus. Vidiſti quanta cum diligentia geſſerit omnia, ut ſcriptura ait: Neſciat, inqt, ſiniſtra tua, qd faciat dextera tua. Hoc eſt, quantũlibet quẽpiam habeamus ut proprium membrũ, non illi, niſi ſumma neceſſitas ſit, aperiamus quid facere uelimus: multa enim inde ignorantur incõmoda. Nã facilè inaniter gloriamur, & aliquo impedimẽto prohibemur, niſi clàm iſta fecerimus. Quocirca & noſipſos, ſi fieri poteſt, lateamus, ut promiſsis bonis perfrui mereamur, in Chriſto Ieſu domino noſtro.

Homelia. XV.

Duleſcentulas autem uiduas dicuita. Cùm.n. fornicatæ fuerint, in Chriſto nubere uolunt, habentes
a *dãnationem, quia primã fidem irritã fecerũt. Simul aũt & otioſæ addiſcunt, circũeuntes domos: non ſolum aũt otioſæ, ſed & nugaces, et curioſæ, loquẽtes quæ nõ opor-*

tet. Volo igitur aduleſcẽtulas uiduas nubere, filios procreare, matresfamiliàs eſſe, nullam occaſionem dare aduerſarij maledicti gratia. Iam n. quædã cõuerſæ ſunt retrò poſt ſatanã. Siquis fidelis habet uiduas, ſubminiſtret illis, ut nõ grauetur eccleſia, ut his quæ uerè uiduæ ſũt ſufficiat. Qui bene pſunt pſbyteri, duplici honore digni habeãtur, maximè qui laborant in uerbo & doctrina. Dicit n. ſcriptura: Non alligabis os boui triturãti: &, Dignus eſt operarius mercede ſua. Aduerſus presbyterũ accuſationẽ noli recipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus. Peccãtes corã omnibus argue, ut cæteri timorẽ habeant. Poſtquã de uiduis multa diſputauit Apl̃s, & definita ætate non minorem ſexagenaria dixit eligendã, & cuiuſmodi eſſe oporteat uiduas, docuit dicẽs: ſi filios enutriuit, ſi ſuſcepit hoſpitio, ſi ſanctorũ lauit pedes. Rurſus adiecit. *Aduleſcentulas aũt uiduas deuita.* De uirginibus autẽ licẽt ea res maioris ponderis ſit, nihil tale ſignauit. Maximũ quippe uirginitas eſt, & à maiori mẽte proficiſcitur. Nam qđ hic ait: Si hoſpitio ſuſcepit, ſi ſanctorũ lauit pedes, & hmõi cætera, illi oppoſuit, qđ dixerat, & faciat domino ſemper aſsiſtere. & item: E
Quæ aũt inupta eſt, cogitat q̃ domini ſunt. Quod 1.Cor.7.f
ſi de ętate nihil diligentius diſputat, noli mirari: & illud. n. ex hoc maximè patet, qđ ſuperius dixi, uirginitatẽ illas maiore mẽte elegiſſe. Præterea hoc in loco iam qdam cõtigerant lapſus, hiq; occaſionem pſtiterãt huiuſce ferendæ legis. Illic uerò nihil tale reperies. Nam quod qdam ante corruerint, ex eo liquet quod ſequitur: *Cùm.n. fornicate⌜ ſuerint, nubere* ⌜*fuerint*
uolunt in Chriſto. ⌜ Et paulò poſt: *Iam enim quædam aduersus*
abierunt retrò poſt ſatanam. Aduleſcentulas, inqt, *uiduas* *ſtiũ, nube*
deuita. Cur id? *Quia cùm fornicatæ fuerint, nubere uolũt.* *re uolũt.*
Quid eſt, cũ fornicatę fuerint? Cùm in laſciuiã fuerit, delicijsq; reſolutę. Ita fermè & uiro cuilibet modeſto diceretur: Dmitte illã, alterius. n. fuit. Oſtendit ergo illas & uiduitatẽ ſimpliciter, & abſq; iudicio ullo elegiſſe. Et uidua igitur Xp̃o in uiduitatis profeſsione cõſentit. Ego, inqt, præceptor eram uiduarũ, & pupillorũ pater. Inſinuat ut neq; uiduitatem ritè elegerunt, ſed fornicantur, & tamen fert.
Nanq; alio in loco ait: ⌜Optaui uos uni uiro uirginem caſtam exhibere Chriſto. *Cùm*, inqt, *illi ſe de-* ⌜*Deſponuouerint, nubere uolũt, habẽtes dãnationem: quia primam* *di.*
fidem irritam fecerunt. Fidem, pactũ dicit: Contra ue- *2.Cor.11.*
ritatẽ mentitæ ſunt, inqt, ipſum irritauerunt, & fœ *a*
dera uiolauerunt. *Simul aũt & otioſæ addiſcunt.* Non F
itaq; ſolis, ut operẽtur, præcipit uiris, uerũ mulieribus quoq;. Omnem. n. malitiam docuit otioſitas, non huic dãnationi tantũ obnoxiæ ſunt, ſed & criminib⁹ alijs. Si igitur circumire domos mulieri nõ cõgruit, multò ſanè minus competit uirgini. *Non ſolũ autem*, inquit, *otioſæ addiſcunt, ſed & nugaces & curioſæ, loquentes quæ nõ decet. Volo igitur iuniores nubere, filios gignere, matresfamiliàs eſſe.* Quid ni loquaces, otioſę, curioſęq; fiãt, quãdo uiri cura decedete, dei diuinarumq; rerum non ſuccedit cura? Qui. n. ſua non curat, aliena nõ curabit oĩno: ſicuti cui ſua curę ſunt, alienorũ nulla ratio ſubeſt, cura nulla alterius obſtrepit. *Loquentes quæ non decet.* Nihil min⁹ cõuenit fœminæ, q̃ aliorum facta curioſè diſquirere, neq; mulieri ſolũ, ſed etiã uiro: quippe impudentię ſingularis potiſsimũ id argumentũ eſt. Volo igitur qa & ipſę uolũt, uolo & ego, aduleſcẽtulas nubere, filios gignere, matresfamilias fieri, domi reſidere, lẽgè. n. prẽſtat hęc facere, q̃ illa. Oportebat quippe

G solicitè curare,quæ dei sunt,fidemq; seruare: quoniam uerò illa non fiunt,melius est ista fieri quàm illa.Neq;.n.deus irritatur,neq; mala ista discuntur: qppe uiduitas illa nihil parit boni,ex nuptijs uerò plurima bona prodeũt:& illud ante oia,quòd negligentię illarum,& aio resupino consulitur, dũ uiris se subditas norunt.Cur ergo non dixit,quoniã uiduę excideru̇t?Magna oportet illas prudẽtia,diligentiaq; tractari,ne illa q̃ dixi patiantur. An uerò matrimonium p̃cipit? absit,sed ne prohibet qdẽ.

Nullã,inqt,*occasionẽ dantes aduersario,maledicti gratia,neque causam ullã. Quædam.n* inqt, *conuersæ sunt retrò post satanam*. Prohibet igitur ab hmõi uiduas,atq; deterret,non quòd adulescẽtulas esse uiduas nolit,sed quòd adulteras fieri uetet: nolens otiosas esse,loq̃ntes q̃ non decet,atq; otiosas,nolẽs diabolo occasionem dari. Ea cã sublata,nõ prohibet iuniores uiduas esse.*Siquis autem uir aut mulier fidelis hẽt uiduas, subministret illis:et nõ grauetur ecclesia, ut his quæ uerè sunt uiduæ subministret.* Veras iterũ uiduas illas dicit,q̃ desolatæ sunt, nullaq; ex parte solatium hẽnt: hæc nẽpe doctrina saluberrima est, ex q̃ duo maxima bona proueniũt. Et illæ.n.occasionem beneficẽtię accipiũt,& istæ cõgruè nutriũtur,ecclíaq; non grauatur.Pulchrè autem addidit, siquis uir fidelis,aut mulier. Infidelium.n.uiduas, ab illis nutriri minimè decebat,ne illis indigere uiderentur. Et uide q̃ prouidè,non magnificentiam utlam indixit,sed suppetentiam solùm. Subministret,inquit, illis, ut ecclesia ueris uiduis subministret. Mercedem sibi & hac ex parte conquirit,dũ iuuat eccl'iam: neq; illã solùm adiuuat, sed uiduas quoq;,dum eas nutriri larga ope permittit.Volo adulescẽtulas:quid? uacare delicijs? i lasciuiã solui? nihil eiusmodi:sed nubere,generare filios, matres esse familiâs. Quõnã modo?ne putes ipm ad delicias eas hortari:audi qd seqtur. *Nullam occasionem dantes aduersario,maledicti gratia*. Oportebat qdẽ ipsas sc'laribꝰ euadere celsiores, qa uerò humiliorẽ locũ elegerũt,uel in ipso pmaneãt. *Presbyteri qui bene præsunt, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborãt in uerbo & doctrina.Dicit.n scriptura*: *Boui triturãti os nõ infrænabis.et*, *Dignus est operarius mercede sua.* Honorẽ hoc in loco obsequm dicit,&necessariarũ rerũ largitionem. Nã qd sequtur,non infrenabis os boni triturans:i:&, dignus est operaꝰ mercede sua, hoc signat.Itaq; & cũ honore uiduas ali p̃cipit, ad necessariũ uictũ referatur, ut his q̃ uerè uiduę sũt, ministrare sufficiat:& rursus,honora uiduas ueras, hoc est in pauptate constitutas:quanto.n.paupior est,tãtò magis est uidua, ponit testimonium legis, apponit & Xp̃i,amboq; sibi oio consentiunt. Nam lex ait:Nõ infrenabis os boui triturãti. Vides qũo uult laborare doctorem? non sanè est labor alius illi conferendus.addit & Xp̃i testimonium: Dignꝰ est.n.inquit,operarius mercede sua: non ergo solã intueamur mercedem,uerùm & modo p̃ceptũ audiamus.Dignus,inqt,est operarius mercede sua. Itaque siqs delicatus,aut remissus fuerit, dignus profectò non est.Nisi qs fuerit bos triturãs,& cõtra gelu & spinas iugũ sustinens traxerit, neq; antè discesserit,dignus non est.Oportet ergo doctoribꝰ necessarium uictũ affatim ministrari, ne deficiant, neq; soluãtur,neq; minimus occupati, magnis seipos atque alios priuent,ut spũalia operentur, nullam secularium habentes rõnem.Hmõi Leuitæ erant,qui K nullam secularium rerum hẽbant curam,quemadmodum laici ipsis qppe Leuitarum erat cura pmissa,& lege illis constituti fuerant reditus,decimę,aurum,primitiæ,uota,& alia plurima: uerùm illis lege,ista meritò permittebantur, p̃sentia tantùm, & terrena quærentibus. Ego ecclíæ pfules audenter dixerim, nil p̃ter uictum & uestitum hẽre oportere,ne ad ista trahantur desiderio.Quid est aũt duplici honore putamus dictum, duplici, qd ad uiduas,& ministros extẽditur:an duplici pro eo positũ,qd est magno? Nõ ergo id inspiciamus tantũ, quod eos duplici honore dignos dixit: sed quòd addidit multò magis attendamus, q bene p̃sunt. Quid est aũt bene pesse?audi dicentem Xp̃m: Pastor bonus aiam suam ponit pro ouibus.Bene igitur p̃esse, hoc est nulli parcere illorũ regiminis gratia. *Maxime*,inqt, *qui laborãt in uerbo & doctrina.* Ioã.10.b

Vbi modò sunt, qui dicũt sermone ac doctrina opus nõ esse? quãdoqdem tanto studio Timotheũ L
Paulus admonet dicẽs:Ista meditare,in his esto.Et
iterũ:Vaca lectioni,consolationi:hoc.n.faciens, & Sup.4.d
teip̃m saluum facies,& eos q te audiũt.Et hos oim Ibidem.
maxime iubet honorari,cãmq; addit,dicens: Multum.n.laborem sustinent.Quam uero id iustè.Cũ.n.alius non uigilet, neq; curis maceretur, sed passim securus,& q̃tus in quotidianis fabulis, & consessibus sit:hic aũt concidatur solicitudine, & meditationi ppetuo insistat,idq; maxime si exterioris disciplinæ sit rudis:qs non uideat, quanto sit cęteris in honore p̃ferendus? quippe qui seipm tot laboribus & ærumnis exposuit. Est.n.linguis innumeris propositus ad lacerandũ, alius culpat,alius laudat,alius detrahit,alius memoriã, alius compositionem in ius trahit, magnaq; illi constantia ad M
ista toleranda opus est. Multum.n.oio ad ecclesiæ ædificationẽ confert,si p̃sul es doctrinæ gratia poleãt,q̃ nisi adsit,plurima ecclíasticæ disciplinæ pibũt.Idcirco postq̃ dixerat, oportere doctorem esse Supr.3.d
hospitalẽ,mansuetũ,irreph'ensibilem, istud quoq; cõnumerat additq; doctorem. Vt quid.n.doctor appellatur,nisi ut doceat?Sed forte dices,ut philosophiam uitę doceat exẽplo.Friuola hæc sunt: est .n.necessarium uerborum quoq; magisterium, iõ & Paulus ait:maxime q laborant in uerbo & doctrina. Cum.n.de dogmatibus disseritur,quẽ hic locũ uitæ sc'tas hẽt? Quid hẽt uirium? Neq; uerò eum sermonẽ laudauerim, q fastu tumidus, externæ peritiæ iactantiam sequtur:sed q uirtutis,ac sucᷣci hẽat plurimum,qui sensibus grauis,sit & sapientia plenus. Nõ ergo apparatu illi opus est,ac põpa dicendi:sed intelligentia ac uiribus,ad id qd sentit eloquendũ idoneis. *Contra presbyterum*, inqt,*accusationem non suscipias, nisi sub duobus aut tribus testibus.* Nũ contra iuniorem, aut quemlibet oio accusatio est sine testibus admittenda?Nonne cũ summa diligentia semp sunt exercenda iudicia? Quid est ergo qd dicit?Ne cõtra alios qdem,inqt,minime uero aduersus p̃sbyterum. Porrò p̃sbyterũ hic nõ ex dignitate,sed ex ætate uocat. Quippe quòd facilꝰ iuuenes delinquant,q̃ seniores,inqt. Verùm qa Timotheo credita ecclía fuerat,imo gens ferè tota Asiatica,idcirco illũ & de semioribus admonet. *Peccãtes*,inqt,*coram ommibus argue,ut et cæteri metũ hẽant.* Hoc est,non cito decide,sed oia diligenti inquiras

A indagine:ubi uerò apertè didiceris, uehemẽter inuehere,ita ut alij resipiscãt. Vt.n.temere & indiscusse iudicare pernicioſum est:ita manifesta pctã non
psequi,uiam aperit ad audẽda facinora. Argue,inquit non utcunq;,sed seuere:ita n.& alij metuent.
Mat.18.c Et qũo Christus ait: Vade,& corripe eum inter te, & ipm solum,si peccauerit in te? Verũ illum quoq; permittit in ecclia corripi. Quid ergo?Nonne maiꝰ scandalum facit,coram oibus arguere? Minime id qdem,magis enim scandalizantur, si pctã nõ ignorantes,nullum inferri uideant cruciatum. Sicut.n. si impune peccetur,plurimi delinquunt: ita si pctã puniantur,cõplures uirtuti student.Ita & deꝰ fecisse deprehenditur. Nã Pharaonẽ,& Assyriorum regem,& alios plures pœna mulctauit. Sed & hoies, & ciuitates pœnam dedisse uidemus: uult ergo epi scopi oës habere metũ,ipsumq; omnibus præficit. Quia.n.multa sæpe ex suspicione fiunt:oportet, inquit,adesse testes, q ipm iuxta ueterem arguant legẽ.In duobus.n.aut tribus testibus manet oẽ uerDeut.17: & Heb. bum.*A duersus presbyterum*, inquit,*accusationem ne reci* 10.e *pias*. Non ait,noli,condemnare, sed ne accusatio
B nem,inqt,recipias,neq; ad iudicium sedeas. Quid ergo,inqes,si duo quoq; mentiãtur? Istud qdẽ rarò contingit,liquebit aũt si iudiciorũ inspiciatur forma. Pctã nanq; satis est si uel duos habeant testes, quod ea clam,& absq; arbitris fiãt:hoc ergo profectò magnæ probationis indiciũ est. Quid ergo si pctã qdem indubitata erunt,sed testibus careãt,solaq; inualescat opinio?Dixi,inqt, superius oportere illum testimoniũ & ab his q foris sunt,habere bonum.Cum timore igitur deum diligamus:iusto.n.
Sup.1.b lex posita nõ est.At plures uirtutẽ quoq; necessitate,non uoluntate eligentes, magnũ ex timore pcipiunt fructũ,dũ suas concupiscentias frenãt:idcirco ergo de gehenna texitur sermo, ut ex ea cõmination
e,ac metu lucremur plurimũ. Si.n.traditurus æternis ignibus pctores ea incendia non intentasset,plures profecto in illa incidissent. Nã si modo quoq; quando gehẽnę horror nostros cõcutit animos,non desunt,q tam facilè delinquãt,ac si nulla eius mentio fieret: si nihil hmõi prædictum esset,
C nulla p̃cessisset cõminatio,quò nõ erupissent nostra effrenata uæsania?Non ergo minus,qd semp dico, dei prouidentiam gehenna cõmendat,q̃ promissio regni. Quippe huic illa cooperatur,dum metu ad id cõpellit hoies: nec est sanè cur eam rem immanitatis,aut atrocitatis eẽ putemꝰ, sed misericordiæ potius,ineffabilisq; clementiæ,prouidentię, & singularis in nos beneuolẽtiæ signũ. Nisi.n.sub Iona cõminatio euersionis p̃cessisset, procul dubio secuta eẽt euersio.Nisi dixisset subuertendam. Niniuẽ,
Ionæ. 3.b Niniue profecto non staret. Nisi gehẽna intentata esset,oẽs in gehennam laberemur:nisi pisset ignis, nemo euasisset incendiũ. Prædicit contraria q̃ uult
Exec. 18. & agere,ut quæ cupit,efficiat. Non uult morte pctõris,& eam fore p̃dicit,ne p̃cipitemur in mortem.
Non dixit uerbo solũ,uerũ & opus ostendit, ut caueamus. Porrò neqs eam rem comminationem eẽ arbitretur,sed re eam esse ueraciter credat, & q̃ hic contigẽre admonendus est. An nõ uidetur tibi gehẽnę eẽ indiciũ,diluuiũ illud,quo uniuersa pierẽ.
Morale. Quemadmodum.n.inqt, in diebus Noe nu-
Luc. 17.e bebant,& ad nuptias tradebãt,ita & tũc: p̃dixerat ante multos annos,& modò p̃dicit. Iã quadringẽtesimus annus excesit,& nemo applicat aiũm.Fa- D
bulam esse pleriq; putãt,ac ridẽt,nullus timore corripitur,nemo lachrymas fundit,nullꝰ pcutit pectꝰ. Fluuius ignis ebullit,flamma succẽditur,& nos risui delicijsq; uacamus, ac sine ullo metu peccamꝰ. Nulli unquã dies illa in mentẽ uenit,nullus trãsire p̃sentia cogitat,nõ cõsiderat esse peritura: & qdem cũ res quotidie clamẽt,& tuba clariorem emittant uocẽ.Intempestiuæ mortes, mutationes rerum, q̃ uiuẽtibus nobis cotingũt,nequaquã eruditũt nos: infirmitates,& reliquos nõ attedimus morbos:nõ modò aũt in corporibꝰ nostris,uerũ in ipsis quoq; elemẽtis mutationes uidere est. Deniq; p singulas ętates,quotidie desẽuire cõspicimus mortẽ,& i oĩbus ubiq; rebus ipsis incõstantia, instabilitasq; signatur,nunquã hyẽs pstat,nunquam ẽstas figitur, fugit uerna temperies,autũnusq; dilabitur,currũt, labũtur ac defluunt. Quid dicã stores? qd dignitates?qd reges,q modò sint,& cras eẽ desiũt? quid diuites,quid splẽdida ędificia? quid noctẽ ac diẽ? quid Solẽ?quid lunam? nonne & ista patitur detrimenta?Ipse num Sol sępe deficit?num obscuratur? E
nũ tegitur nube? Vllane res uisibilis pmanet semper?Nulla prorsus. Sola ex his, q̃ in nobis sunt,aĩa ppetua est,& eam negligimus: eorum uerò, q̃ immutantur,quasi mãsura sint,curam ingentẽ habemus:cùm sempiternè manentis aiæ, ac si ptereuntis,nulla nobis rõ sit.Ille potens est, sed in crastinũ usq;,posteà uerò peribit. Constat id ex his, q fuẽre maiore potentia p̃diti,& modò nusquam apparẽt. Scena q̃dam est uita p̃sens, ac somnium. Sic enim in scena sublato uelamine,uaria illa soluũtur,ut omnia:ubi Solis illuxit radius, abuolant oia: ita & modò cõsummatione propinqua & oium & singulorũ,cuncta soluũtur atq; euanescunt.Ac arbor qdem abs te plãtata pmanet, & domus abs te condita durat:opifex uerò,& agricola proficiscũtur,ac peunt.Hisq; ita cõtingentibus,ne sic qdem reueremur,neq; erubescimus:sed uelut imortales hęc cii p̃paramꝰ: i luxũ deliciasq; resoluti.Audi deniq; qd
dixerit Salomon,qui p̃sentium rerum periculum Eccl. 2.a
fecerat?Aedificaui mihi domos,inqt,plantaui hortos atq; pomaria,uineas & piscinas aquarum, argẽ F
tum & aurum cõgregaui mihi, feci mihi cãtores & cantatrices,greges & armenta possedi. Nullus unq̃ tã in delicijs affluxit,nullus adeò fuit illustris, nullus tam sapiẽs,nullus maiore pricipatu, nullus cui tam ad uota cũcta succederẽt. Quid ergo? Nullum ex his retulit fructum.Sed qd ait post ista oia? Va- Ibidẽ.1.a
nitas uanitatum,inquit,& oia uanitas.Non ait sim & 12.c.
pliciter,uanitas,sed magnitudinẽ uanitatis expressit.Credamus illi sanè,qui cuncta erat exptus, & il luc aios transferamus,ubi non uanitas, sed ueritas est:ubi oia firma,fixa,stabilia, ubi supra petrã ois structura cõsurgit,ubi senectus nõ est,neq; transitus,ubi oia florent,oia uigent,ubi nihil uetustate, senioq; conficitur.Diligamus deũ,q̃so,toto affectu cordis,non gehennæ metu, sed desiderio regni. Quid.n.oro,uisioni Christi conferendũ est? nihil
profecto.Quid æquè optãdum, ac bonis illis æter- 1. Co. 2.c
nis ac imortalibus frui? q̃ nec oculus uidit,nec auriuit,neq; in cor hois ascendit, q̃ præparauit deus diligentibus se.Studeamus illi perfrui, ista cõtemnamus:nõne fæpissime ista reprehẽdimus,humanam uitã nihil esse dicentes? Quid tanto stu-

G dio,quod nihil est,q̃ris?quid labores pro nihilo sustines?At splẽdida ędificia conspicis,eorumq; te fallit aspectus.In cœlũ protinus attolle oculos,auersumq; à lapidibus & colũnis obtutũ,ad illam pulchritudine dirige,aiaduertes formicarũ ista esse,& culicum opa.Sapienter intuitũ ad digniora cõuerte,ascende cœlestia aio,inde pręclaras istas intuere structuras,uidebis nihil aliud esse,quàm paruulorum ludicra.Vidisti ut subtilior, ut leuior, ut nitidior,utq; illustrior sit semp aer,quantò,illius celsiora penetraueris?Ibi q eleemosynas largiti sunt, domicilia sibi tabernaculaq; cõstruxere.Ista oia in resurrectione soluentur,immo ẽt ante resurrectionẽ, tẽpore oia defluunt,pereunt, atq; soluuntur.Et an te ipsam uero uetustatẽ,quãto maiorẽ sui gratiam cernẽtibus pbent,tanto repentino motu terrę prostrata sunt,aut incędio cõflagrarũt.Non solũ.n.in ætatibus hominũ,uerũ & in structuris ædificiorũ immatura mors furit.Et fit sæpius,ut quæ uetustate cariosa sunt, cõcussa humo immota pdurẽt?quę uero insigni fulgore nitẽt,fixaq; ac nuper instructa sunt,solo tonitru agitata ruunt,deo(ut reor)dispo
H nente, ne structurarũ molibus intumescamus.Vis alia quoq; ex parte uacare tristitia,perge ad ędificia ipsa cõmunia,quorum æqua tibi sors est:neq; uero domus aliqua ẽ,multũ licẽt splẽdida,publicis ędificijs clarior:quantũuis tẽporis illic remorare, tua illa sunt una cũ cæteris,cõmuniaque, non propria sunt.Sed nõ oblectãt:primũ quidem cõsuetudo in causa est,postea uerò cupiditas quoq;.Itáne cupiditas,non pulchritudo delectat? An habet cupiditas oblectationẽ,& uelle q̃ omniũ sunt,suũ iuris efficere?Quandiu istis affigimur?quousq; terræ inhæremus,ut uermes,atq; in luto uersamur? Corpus nobis finxit deus ex terra,ut ipsũ quoq; subuehamus in cœlũ,non ut p ipsum aiam detrahamus in terrã. Terr.num illud est,sed si uoluero cœleste fit. Vide quanto nos afficit honore,hmõi nobis potestate p
Dani.2.c missa.Feci ego,inquit,cœlũ & terrã:eadẽ conditionis facultate te dono,ut terrã facias cœlũ, potes.n. Qui facit oia,& transfert ea,de deo dictũ est: hanc & hominibus potestatem dedit, ueluti quispiã indulgentissimus pater pictura illustris,non ipse solus eam gloriã uult,sed filiũ quoq; ad eandem peri
I tiam cupit adducere.Feci ego, inquit, corpus pulchrum,do tibi præstantioris officium,fac tu aiam
Gene.1.b pulchrã.Dixi ego,producat humus herbã fœni, & omne fructiferum lignũ:dic tu quoque, producat hæc terra fructum suũ,& prodibit quodcunq; operari uolueris.Facio ęstatẽ & nebulã,firmo tonitrũ, & creo spiritũ,finxi draconẽ,illudo ei,diabolo scilicet,neq; tibi hanc inuidi potestatem:illude illi tu quoque,si uis,potes.n.eum ut passerem capere.Ori
Matt.5.g ri facio Solẽ super bonos & malos:imitare illũ tu, bonáque tua bonis malisq; cõmunica.Iniurias tolero,& iniurios beneficijs foueo:imitare tu quoq;, nam potes.Benefacio,nõ redhibitionis obtẽtu,imitare tu quoque:hęc ut uicissitudinẽ capias, beneficium pstes.Accędi in cœlo luminaria,accẽde & tu clariora illis,nanque potes:his q in errore sunt,lucem ueritatis accende.Maius istud beneficium est, me scire,quã Solẽ intueri: hominem facere nõ uales,at iustum,gratumq; deo potes efficere: ego substantiã feci,tu exorna propositum.Vide quã te diligam,qui maiora faciendi tibi tribuo potestatẽ.Attendite dilectissimi,quãto honore dignatur:& au- K
dent quidã stulti & ingrati cõqueri, & dicere:Cur sumus liberi arbitrij cõditi?hæc oia,quæ diximus, cum deo esse nobis cõia, nisi esset liberũ arbitriũ, nunquã possemus imitari.Dominor,inqt, angelorum ego,tu quoq; per primitias itidẽ. In sede regia
Ephe.2 sedeo,& tu mecũ p primitias sede. Cõresuscitauit, & cõsedere nos fecit in dextera dei.Adorant te omnes Cherubin & Seraphin,omnis uirtus angelica, principatus,potestates,throni,dominatiões,primi
r noli in- tiarũ causa,r noli insimulare:qs tanto frui meretur simulare honore,quòd uirtutes incorporeę tremũt?Verũ.n. corpus q̃ non his, quæ dixi solũ, affectum mei in te amoris ostẽdo,sed in his quæ sum passus. Propter te sputa & alapas pertuli,gloria exutus, dimisso patre ad te ueni,odientẽ atque auersantẽ me,neque audire uolentẽ nomen meum,persecutus sum ut tenerem te, uniui te mihi,atq; cõiunxi,dixi:me comede,me bibe:& in cœlo te habeo,& tibi in terra cõnector.Nõ tibi satis,quòd primitias tui i cęlo habeo?nõ istud cõsolatur affectũ?Rursus ad inferiora descẽdi,non utcũque cõmisceor tibi,sed cõnector,comedor,& in fruſtra concidor,ut summa cõiunctio, & cõmi- L
stio,atq; unio fiat.Quę.n.uniuntur,in suis terminis manẽt Ego tibi cõtexor,nihil iam esse medij uolo, utraq; unũ esse decerno. Ista itaque scientes,eiusq; ineffabilem erga nos charitatẽ amplexãtes, oia soli citè agamus,quæ nos illius singularibus donis nõ indignos ostendere ualeant:quibus nos omnes uti nam perfrui mereamur in Christo Iesu domino nostro,cum quo est patri,unà cum sancto spiritu gloria,imperium & honor,nunc,& semper,& in secula seculorum, Amen.

Homilia XVI.

*Estificor corã deo & Christo Iesu & electis angelis,*r *ut ista custodias,absque præiudicio nihil faciens,in alterã*r *partẽ inclinãdo.Manus citò nemini imponas,neq; cõic es peccatis alienis.Teipsum castũ custodi.Noli iam aquam bibere,sed uino utere modico pp stomachum tuum,& tuas frequentes infirmitates. Quorundam hominũ peccata manifesta sunt præcedentia ad iudiciũ,quorundam autem subsequũtur.Similiter & facta bona manifesta sunt,& quæ aliter se habent,abscondi non possunt.*

r ut ista custodias absq; pręiudicio, nihil faciẽs in alterã.

M

Quicunque sunt sub iugo serui,dominos suos omni honore dignos arbitrentur,ne nomẽ domini & doctrina blasphemetur.Qui aurem fideles habent dominos nõ contemnant, quia,fratres sunt,sed magis seruiant,quia fideles sunt & dilecti,quia beneficij participes sunt. Dixerat suprà de episcopis, de diaconis, uiris ac mulieribus, de uiduis,de presbyteris,de alijs omnibus, ostenderátque quorum est episcopus dominus, & cũ de iudicio disputaret,adiunxit: *Contestor corã deo,& Christo Iesu,& electis angelis,ut hæc sine præiudicio serues,nihil faciens,in alteram partem inclinando.* Terribiliter
Cap.VI

Supr.5.d

profestò iam admonet.Nõ enim quòd Timotheus filius esset dilectus,idcirco reueritus est. Qui.n.de
1.Cor.9.d seipso non erubuit dicere,Timeo ne alijs prędicãs, ipse reprobus efficiar: multò magis de Timotheo ueritus non est,neque erubuit dicere. At patrem & filium ritè assumit in testimoniũ: electos angelos cur?Per summam id modestiam.sic enim & Moses
Exo.19.d ait:Contestor uobis cœlum & terram, ob ingentẽ modestiam domini.& rursus:Audite ualles fundamenta terræ.Vocat autem eorum quæ dicta sunt,
Deut.32.a testem patrem & filium, in extremo examine ra-

tionem illis redditurus, si quid pter debitũ fieret, quod omnia dixerit. *Vt ista,*inquit,*custodias absque præiudicio,nihil faciens,in alteram partẽ declinãdo.* Hoc est,ut communem & equũ te his,qui iudicãdi sunt præbeas,ut te nullus anticipet,nemo cõcilet. Qui nã uero sunt electi angeli? quasi uerò nõ sint quidã eiusmodi,& Iacob deũ assumit testẽ,& collẽ.Ita & nos interdũ magnas,minimasq; psonas in testimoniũ sumimus:adeò magna res testimoniũ est. ac si diceret:Testẽ uoco deũ,eiusq; filiũ,ac seruos eius, quòd ista præceperim tibi. Corã ipsis pcipio tibi: Discipulũ terret.Vbi uerò hęc dixit illud intulit,qđ omniũ maximè periculosum est,& in primis ecclesiam continet,de ordinationibus scilicet. *Manus,*inquit,*citò nemini imponas neq; cõmunices peccatis alienis.* Quid sibi uult,citõ?nõ ex prima statim probatiõe, nec secla,nec tertia,sed ubi cõsideratio diuturna pcessit,exactissimaq; discussio,tũc iponito manus. Neque.n.ea res periculo caret:eorum enim quę ille peccauerit,tu quoque pœnã dabis,qui initium dedisti etiã præcedentium delictorũ. Qui n.improbe
B prima remisisti,ẽt futuris eris obnoxius, quòd ipse quasi author extiteris præteritorũ:quia ea fiere nõ scieueris,ut possent p compunctionis gratiã relaxari. Quemadmodum enim rectè factis, ita peccatis quoque communicas. *Teipsum castum custodi.* De
Hũc locũ, Vino modico &c. habes ulti mo tomo. homi.prima ad populũ Antiochenũ pulchrè explicatũ 2.Co.12.b pudicitia illi sermo est. *Noli iam aquam bibere,sed uino utere modico,propter stomachũ tuum,& crebras infirmitates tuas.* Si autem uiro usqueadeo ieiunijs dedito, & in tantum aquę assueto,ut infirmaretur, & crebras morborum molestias pateretur,pudicitiam præcepit,neq; ille monita renuit:quãto magis cũ à quouis de hmõi monemur,equanimiter ferre debemꝰ? Cur itaque illius stomachũ nõ oratione firmauit? cuius.n.uestes mortuos fuscitabãt,& hoc utiq; facere poterat.Quãnã ergo ratione?Vt si quoque uiderimus uiros magnos,& uirtute præclaros infirmari,nihil moueamur:& illud.n.fiebat utiliter.Si.n il
C li datus est angelus satanæ,ne extolleretur?multò magis Timotheo oportuit dari.Poterãt signa illũ in arrogantiam tollere. Idcirco medicinæ legibus illũ inseruire pmittit,ut & ipse humilior sit,& cæteri nõ scãdalizentur,discantque quòd cũ naturę nostræ illi essent,uirtutes tamen exercuere quas legimus.Videtur.n.mihi aliâs quoque infirmus fuisse, p id quod ait,Propter crebras infirmitates tuas.Licet autẽ ille & stomacho lassẽsceret,& alijs quoque morbis esset obnoxius:nõ tamẽ ipsum uino pmittit impleri,sed ad sanitatẽ, nõ ad delicias præcipit bibere. *Quorundam hominũ peccata manifesta sunt,præcedentia ad iudicium:quosdã uerò sequũtur.* Dum de ordinationibus dicere t,ne cõmunices,inqt, peccatis alienis.Quid ergo,inquies,si ignorare contingat?
*Quorundã,*inquit,*hominũ peccata manifesta sunt,præcedentia ad iudicium:quosdã uerò sequuntur.* Quorundam,inquit,peccata aperta sunt,quia pcedunt:quorundam nõ,sed sequũtur.Similiter & opa bona manifesta sunt,& quæ se aliter habent, abscondi non possunt. *Quicunq; sunt sub iugo serui,suos dominos omni honore dignos existimẽt,ne nomẽ dei,et doctrina blasphemetur.* Omni,inqt,honore dignos arbitrentur.Non enim quia fidelis es,liberũ te esse putes:hoc enim libertatis documentũ est,seruire magis.Quippe infidelis si uiderit fidei causa illos supbire, blasphemabit dogma nostrum,tanquã seditionis causam:cũ uerò obtemperantes attenderit,citius credet,ac fa- D
cilius q̃ dicuntur,admittet:alioquin & deus,& pdicatio ipsa blasphemabitur.Quid ergo,inqes,si infideles sint domini?Sic quoq; cedere oportet,pro diuini nominis gloria.*Qui enim fideles,*inquit,*habẽt dominos,nõ cõtẽnat,quia fratres sunt:sed magis seruiãt,quoniam fideles sunt atq; dilecti,qui beneficiũ sumunt.* Si.n. inquit,tanto honore digni fuistis,ut dominos habere tis fratres,idcirco maxime cedere debetis.Præ *suprà.5.d* cedẽtia,inqt,ad iudiciũ:hoc est,quia malorũ operum alia latẽt,alia non:illic uerò neque bona,neq; mala latére queũt.Quid est,pcedentia ad iudiciũ? cũ scilicet quis peccauerit, q̃ illius iam conscientia damnat,cũ quis corrigi renuit,cum qui emendationem pollicitus est,opere implere non uult. Cur ergo istud dictum est?quia & si hic lateãt quidã, ibi tamẽ latére nõ poterũt, ubi nuda sunt oia.Est aũt hæc rite agentibus permagna consolatio, postquã dixerat,nil faciẽs,in alteram partem inclinando.
*Quicunq;,*ait,*sunt sub iugo serui.* Qui hoc ad episco- E
pum pertinet?Multũ planè,ut admoneat.Videmus illum ubiq; seruis magis quã dominis imperãtem. Illis quidẽ,ut cũ magna mansuetudine seruiãt dominis,maximámque huius rei habentem curã.Dominis aũt remittentes,inquit,minas.Cur id?Infide *Ephe.6.b* libus quidẽ ratio est.Nã his qui non intenderent, non debuit loqui:in his aũt qui fideles sunt, cuius rei gratia?quia maiora lõge à domino seruis inferũ tur,quã à seruis domino.Illi nẽpe sunt,qui aurũ impendũt,& pro rebus ad uictum necessari s comparandis,& pro indumentis, & cæteris omnibus, ut maiorem illis seruitutem seruis præstare dubium nõ sit.Idq; significat,dicens:quoniam fideles sunt & dilecti,qui beneficium sumunt, & laborant pro quiete uestra,& in ærumnis sunt.Nõ ergo multum honoris accipere à seruis debent?
Si aũt seruis ita imperat obedire dominis,intue- *Morale.*
mini quo nos aio in dominum nostrum esse cõuenit,qui nos de nihilo ut essemus effecit, qui nutrit, qui uestit.Et si ergo nõ aliter,saltẽ ut famuli nobis nostri,ita illi seruiamus.Nonne uitam illi omnẽ in hoc exponũt,ut nobis requiẽ parẽt? hoc illis opus est istud studium,ut dominos curent. Nonne illi, quæ domini sunt,tota die curant, sua uero diei uix exigua parte? Contrà uerò nos,nostra quidem sem per:quæ uerò sunt domini, neq; minima cuiamus temporis parte,istudq; cũ ille obsequijs non egeat nostris, sicuti domini famulorum, sed hæc omnia nostris commodis cedant. Illic enim ministerium famuli domino prodest,hic aurem seruij obsequiũ *Psal.15.a* domino nihil,seruo autem plurimum confert.Bonorum enim,inquit,meorum non eges.Dic enim, quæso,si ego iustus sum,deus quid inde lucratur? quid perdit?si fuero iniustus?Nonne immortalis illa natura est?nonne inuiolabilis,& omni superior labe?Serui nihil habẽt proprium, sed omnia domini sunt,quantunlibet illi diuites fiant:nos plurima habemus propria Neq; absque ratione à rege omnium tantũ honoris accepimus.Quis unquã dominus pro seruo filium tradidit suũ?nullus certe, sed
Roma.8.f omnes pro filijs seruos dare eligent.Cõtrà,hic filio proprio nõ pepercit,sed pro nobis oibus tradidit illum,pro omnibus inimicis odientibus se.Serui,si grauia illis quædã imperentur,ne sic quidem indignantur,maxime si grati illi sint:nos autẽ grauiter

Gplurima ferimus. Seruis dominus nihil tale promittit, quale nobis deus. sed qđ? Libertatē p̄sentem, omni sepe seruitute duriorem. Sæpe.n. ubi fames inualuit, libertas hęc omni seruitute acerbior fuit, idcǫ pro summo munere habetur. Apud deū uerò
Ioā. 15. b mortale nihil, nihil corruptibile est: sed quid? Non uos, inqt, dicā seruos, uos amici mei estis. Erubescamus dilectissimi, atq; timeamus, si ut nobis famuli seruiunt, ita nos domino seruire studeamus, imo nos ne minimam quidem partem seruitutis ostendimus. Illi philosophātur necessitate coacti, uictū solūm ac uestitum hēnt: nos inter ipsas quoq; delicias iniuriosi sumus. Certè, si nulla alia ex parte, uel ab illis philosophiæ normam capiamus. Quippe uouit scriptura, nō mō ad seruos, uerùm ad mutas aiantes hoies mittere: puta cùm apes nobis: for
Prou. 6.a micasq; proponit imitandas: ego uel seruos admoneo imitari: q illi ob nostri metum faciunt, ea nos timore dei faciamus: non.n. uos facere ita comperimus. Illi ob metum nostrum contumelijs afficiū tur inumeris, philosophosq; oēs silentio superant. Iustè & iniustè anguntur iniurijs, & nō cōtradicūt,
H sed depcantur, & qdem cùm nihil sæpe deliqrint. Nihil plus accipiunt, q̄ necessarium uictū, plerunq; ēt minus, cōtentiq; sunt thoro seruili dormientes, & pane solo uescentes, uitamq; reliquam summa cū utilitate ducentes: nō criminātur illi, neq; indignè ferunt ob metum nostri: pecunias si eis credā tur, integras reddunt: neq; uerò tu mihi seruos neq; uelim adducas in medium, sed eos, qui non ualde sunt mali. Si intētemus minas, protinus contrahūtur. Ergo non ista philosophiæ plena sunt? Neq; tu quòd necessitate ista faciunt, dicas, & tibi nō incūbit gehēnę necessitas? & ne sic quidē respiscis, neq; tantū honorē deo tribuis, quantū à seruis proprijs accipis. Hēt quilibet seruus constitutum habitaculum, nec proximi intrat domicilium, neq; maioris
I substantiæ appetitu corrumpitur. Et ista uideas à seruis dominorū timore seruari: raroq; uidere est seruū, q̄ sunt socij rapere uel demoliri. Apud hoies liberos contraria his penitus fieri cernas, mordemus inuicem atq; deuoramus, non timemus dominum, q̄ cōseruorum sunt rapimus atque furamur, pcutimus uidente ipso: hoc non faceret seruus, sed siue cædat, nō uidēte domino: siue cōuicietur, nō audiēte ipso id facit. Nos uerò deo audiēte cuncta & cernente ista p̄sumimus: domini timor ante illo rū semper uersatur oculos, dei ante nostros oculos nunq̄. Idcirco pmista sunt oia, cuncta confusa atq; corrupta, & ipsi qdem pctā nostra neque cogitare uolumus: cùm uerò serui nostri delinquunt, diligēter oia & parua disqrimus. Ista dicimus, non ut supinos seruos faciamus, sed ut supinum aiæ nostræ conuertamus, negligentiamq; excitemus, ut uel ita deo seruiamus, sicuti famuli nobis: ita creatori nostro sicuti cousubstantiales serui nobis, q nihil huiusmodi à uobis hēnt, natura & ipsi sunt liberi. Do
Gene. 1. d minentur piscibus, ēt illis dictum est: non est ista naturalis seruitus, & tamē iugenti nos honore prosequuntur. Nos uerò in eis qdem ministerij nostri gratia semp ininemus, deo aūt neq; minima parte ministramus, idcǫ cùm eius opis in nobis redūdet utilitas. Quantò.n. maiore studio deo seruierim⁹, tātò magis nobisipsis emolumēta conqrimus, maioraq; lucra capiemus. Non ergo nosipsos tanta uti litate priuemus: de⁹ enim sibijpsi sufficit, nulliúsq; egens est: remuneratio uerò, & lucrū redit ad nos: quasi ergo⁹ deo, sed nobisipsis obsequentes, ita simus affecti, & ei cum timore ac tremore seruiam⁹, ut promissis bonis perfruamur, in Xpo Iesu domino nostro, cum quo patri gloria, una cum sancto spiritu, nunc & semper, & in scla, sclorum, Amen.

[nō deo

Homilia XVII.

Aec doce & exhortare. Siquis alterius doctrinæ
h *est & nō accedit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatē est doctrinæ: inflatus est, nihil sciens. sed languens circa quæstiones, & uerborum pugnas: ex quibus oriuntur inuidiæ, cōtentio, blasphemiæ, suspiciones malæ, cōfrictationes hominū mente corruptorum, qui ueritate priuati sunt, arbitrantes quæstum esse pietatem. Discede ab huiusmodi: est autem quæstus magnus pietas cū sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubiū, quia nec auferre quid possumus.* Non solùm authoritate doctori opus est, sed etiam lenitate multa: sicuti non sola lenitate, sed authoritate summa indiget. q̄ omnia nos
L docet apostolus, dum aliquādo dicit, Præcipe ista, *Sup. 4. c*
& doce: aliquando uerò, hæc doce & exhortare. Si.n. medici infirmos exhortantur, non ut ipsi potiantur sanitate, sed ut illos ægritudine liberent, ita centēsq; subleuent: multò magis nos ea regula uti debemus, & eos exhortari, quos docere debemus. Neq;.n. seruus illorum esse refugit btissimus Paul⁹, dicens: Non.n. prędicamus nos metipsos, sed Xpm *2. Cor. 4. b*
Iesum: nos aūt seruos pp Xpm. Omnia uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo: seruitq; hanc seruitutem omni libertate digniorem. Ille.n. inquit, seruus est, qui facit pctūm. *Siquis aliter docet, & non accedit* *Ioā. 8. d*
sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & doctrinæ quæ secūdū pietatē est: inflatus est, nihil sciens. Non igitur scientia in superbiam attollit, sed ignorantia poti⁹. Nam qui sermones pietatis scit, hic oīm maxime humilis est. Qui sanam doctrinam nouit, ille non infirmatur. Quod.n. in corporib⁹ tumor, hoc in aiabus superbia est. Denique sicut illic, quod i- M
modice turget, sanum non esse: ita & tumidos carere sanitate dicimus. Est igitur & aliquid scientē nihil scire. ⌈Qui.n. ignorat, quæ oportet scire?⌉ Quòd aūt ex ignorantia fastus oriatur, hinc liquet. Xps se metipsum exinaniuit: qui hoc scit, quando supbire poterit? Quid.n. hēt hō, quod a deo non acceperit? non ergo superbiat. Quid.n. hēs qđ non accepisti? Ipse pedes discipulorum lauit: qui hoc nouit quādo superbiet? Idcirco ait. Cùm feceritis oia, dicite, serui inutiles sumus. Publicanos sola ex humilitate complacuit. Pharisæum iactantia perdidit: q ergo inflatus est, nihil horum nouit. Ipse iterū Xps, Si male, inquit, locut⁹ sum, testimonium phibe de malo: si aūt bene, cur me cædis? *Sed languens*, inquit, *circa quæstiones.* Ergo languere, quærere est.

⌈qui n. ignorat quæ scire oportet, nihil scit
Phil. 2. a
1. Co. 4. b
Ioā. 13. b
Luc. 17. c
Ibi. 18. c
Ioā. 18. d

Et uerborum pugnas. Merito sanè. Quando.n. aīa cogitationum uritur febre, quando ambiguitatis iactatur fluctu, tunc q̄rit: cùm uerò illa sana est, non q̄rit, sed fideliter credit. Nam ex qōne & concertatione uerborum inueniri nihil potest. Quę.n. fides profitetur sola, succedens qō neque ostēdit, neque permittit intelligi. Neque.n. si qui clausis oculis quærat, inuenire quid poterit: sicut itē si aptis illis seipsum humo obruat, auersatúsque Solem ibi inquirat, inuenire aliquid nequaquam poterit.

Adeò

A Adeò sine fide nihil inuenire pōt, eaq; absente pugnas nasci necessariò contingit. *Ex quibus oriuntur blasphemiæ, suspiciones malæ.* Hoc est, opiniones, & puersa dogmata ex q̄stione ducūtur. Deniq; de deo q̄ non oportet, opinamur, cum in q̄stiones incidimus, confricationes, siue demorationes: id est, otiū & mora, siue confricationes ita intelligendæ sunt. Quemadmodum, inqt, scabiosæ oues, si confricentur cæteris, ēt quæ sanæ sunt, morbo tentantur: ita & hi homines nequam, si simplicioribus qbusq; inuersentur, ueneno eos suæ malignitatis inficiunt. *Qui ueritate priuati sunt*, inqt, *arbitrantes quæstum esse pietatem.* Vides quàm multa ex uerborū pugnis dixerit nasci? Nefarium q̄stum, ignorātiam, supbiam:
1. Tit. 3. c quippe insciti a superbiam gignit. Discede, inquit, ab his. Hæreticum, inqt, hominem post unam & secundam correptionē deuita: Ostendit eos nō modò ignorantes esse, uerū & ipsam eorū ignorantiā ex negligentia gigni: homines deniq; pecuniarum causa pugnantes, quando psuadere poteris? Non sanè persuadebis hmōi, nisi quod cupiunt dederis, & ne sic q̄dem illorum satiare appetitum qbis. Auari.n. inquit, non impletur oculus: qui ergo corrigi nolunt, deuitandi sunt. Enimuero si eum cui erat summa pugnandi necessitas, admonet ⌈nō p̄cipitē ferri:⌉ quanto magis nos, q adhuc erudimur, qui in
Eccli. 14. b
⌈Vt illorū cōgressum et cōsuetudi nē uitet.
B discipulorum ordine sumus? Cùm aūt dixisset, arbitrātur q̄stum esse pietatem, protinus addidit: *Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia*: Non si pecunias habeat, sed si nō habeat. Ne.n. tristitiā causa paupertatis incideret, excitat eum, atq; erigit. Arbitrantur, inqt, q̄stum esse pietatem. Est quidem q̄stus, non tamen ita, sed excellentiori modo. Inde cū prius illā deiecisset, istā extulit laudibus. Quòd enim nihil sit hmōi quæstus, hinc perspicuum est, quod hac in uita maneat, neq; nobiscū migret, neque comitetur abeuntes. Vnde id constat? *Quia nihil habentes, in mundum uenimus, nihil item habentes proficiscimur.* Nuda nanq; natura nostra prodijt, nuda discedit: nō ergo supfluis opus habem⁹, si nihil intulim⁹, neq; habētes aliqd proficiscemur. *Habentes*, inquit, *escas & operimenta, his contenti erimus.* Tāta comedere oportet, ac talia, q̄ nos nutrire sufficiant: & ea iduere, q̄ nos ab iniuria nuditatis tueātur, nosq; cōtegant solū, & nihil amplius. At istud qdē uestit⁹ ois conferre potest. Deinde uolens adhuc magis à p̄sentibus animos nostros auertere, *Qui autem*, inquit, *uolunt diuites fieri.* Non dixit, diuites autē: sed, q uolunt fieri diuites. Sunt & q pecunias habentes, eas ritè dispensent, ac adspernentur, easq; pauperibus diuidant: profectò non eos qui sunt hmōi, sed cupidos notat. *Qui autē*, inqt, *uolunt diuites fieri, incidunt*
C *in tentationem, & laqueum diaboli, & desideria multa, stulta et nocentia, quæ mergunt homines.* Bene ait, mergūt, adeò ut emergere, & respiscere nequeāt. *In interitum, & perditionem*, & huius temporis & futuri. *Radix enim omnium malorum est auaritia, quā quidā appetentes, aberrauerunt à fide, et seipsos immiscuerunt dolori bus multis.* Duo ponit extrema: sed quod illis maximè durum uidebatur, hoc secundo posuit loco, ui delicet doloribus multis. Qđ illi in primis norūt, q diuitibus uicini sunt, audiuntq; strepitu, lamētatione & ploratu sæpe cūcta resonare. *Tu autem ô homo dei.* Magna laus ac dignitas. Omnes qdem sunt homines dei, ab eo scilicet conditi? sed iusti propriè, q
D nō modo conditionis, uerùm familiaritatis quoq; iure illi couiuncti sunt, dei hoies merentur appellari. Si hō, inquit, dei es, noli superflua quærere, & quæ ad deū non ducunt: *Sed fuge, persequere autem iustitiam.* Vtrunq; magna cum intentione posuit. Nō ait, discede, & accede: sed fuge, & psequere iustitiam, ne habēdi immodica cupiditate capiaris pietatem (dogmatū. s. fidem) ⌈quæstuis contrariam.
⌈qōnō
Charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende æternam uitam Ecce & præmiū ponit. *Ad quam uocatus es, & confessus es bonam cōfessionem, in spe uitæ æternæ*, inquit, *coram multis testibus.* hoc est, noli cōfundere illam confidentiā. Quid frustra laboras? Quā uerò tentationem, aut quem laqueū dixit pati eos, qui uolunt fieri diuites? Ea res illos à fide aberrare facit, exponit piculis, minusq; audentes facit. *Desideria*, inquit, *inutilia.* rectè sanè. An non stulti, q fatuos, q nanos habent, oblectationis, non clementię gratia, q pisces includunt atrijs, qui feras nutriunt, q canibus student, q equos ornant phaleris, horumq; non secus ac paruuli affectu rapiūtur? hæc oia inutilia sunt, atq; superflua, nihil in his ne-
E cessarium, nihil utile, *Desideria*, inquit, *inutilia & nocentia.* Quàm uerò noxia hæc sunt, quādo amorib⁹ insanis student, proximorū substantiā appetūt, in sistunt delicijs, ebrietati deseruiūt, aliorumq; cædē ac perniciem moliuntur: multi deniq; tyrannidem sibi conscisc ere insanè cupientes, piere. Pulchrè autem ait, aberrauerunt à fide: non.n. sinit cupiditas iter aspicere oculos in se attrahens, & sensim subdu
F cens. Sicut.n. cùm quis recto itinere gradiens, si in aliud aliquid intendat animum, pgit qdem, sed sępe dum nescit, urbem illam ptransit, ad quam properabat, pedesq; frustra sui ministerij præbent: ita fermè & in cupiditate contingit. *Et circundederunt se ipsos doloribus multis.* Vides quid significare uoluerit? Spinarum, inqt, in morem, q̄cunque ex parte tangantur, cruentant manus, & uulnera infligūt. Quibus.n. curis anguntur auari, quibus doloribus cruciātur, qs explicare queat? Idcirco, inqt. *Fuge ista, persequere uerò iustitiam, pietatē, fidem, dilectionem, patiētiā, mansuetudinem.* Ex dilectione qppe māsuetudo oritur. Hic iam ipsius confidentia, fortitudinemq; cōmendat, quia cum fiducia coram oībus confessus est, inqt. Admonet eū primæ institutionis, ac fidei. Apprehende, inqt, æternam uitam. Non itaque sola confessione opus, uerùm tolerantia quoq;, ut semp in confessione pmaneat, & certamine uehementi, infinitisq; fudoribus, ne à recto auertamur itinere: sunt.n. offendicula plurima q̄ impediāt, angusta namque & arcta uia est. Oī igitur ex parte solicitè oportet circunspicere, accinctumq; & expeditū ad certamen semper occurrere. Varia se undique uoluptatis aperit facies, quæ in se aīæ oculos rapiat. Hinc amoris illecebra sese ingerit, inde pecuniæ solicitāt animū, alia ex parte delicię molliūt, negligētia soluit, blanditur glia, ira p̄cipitat, potentiæ atq; principatus studium prouocat. Videtur harum omnium blandus & gratus aspectus, & q carnales quosque, neq; studiosos ueritatis amatores ad se posit illicere. Illa.n. seuera est, nihilq; habet mortalis iucunditatis seu oblectationis. Cur id? Quia uoluptatē omnem in seculo futuro pollicetur. Prętendūt hic iam illæ honores, delectationes, qtem: uerū in se nihil habent ueri, nihil solidi, sed ficta atque fucata oīa;

G Si igitur ꝙquam delicatus est, ignauus ac mollis, quod laborum minimè patiens sit, eis protinus manus dabit. Ita ferme in exterioribus certaminibus, ei qui coronarum amore, & quidem uehemẽti non capitur, fas est conuiuijs se, ac temulentiæ dedere: sic denique & timidi atque ignaui pugiles faciunt. Porrò qui coronari uotis oibus cupiũt, [innumeris cædunt ictibus, [& libentissime tolerant oia: spe.n. futurorũ aluntur, atq; excitantur.

[nullis cedũt ictibus Morale. 1.Ti.6.b

Fugiamus itaq; malorum radicem, & oia uitabimus. Radix autem ea cupiditas est: Paulus loquitur, immo in eo loquitur Christus. Videamus planè an ipsa quoque rerum experimenta testentur. Quid.n. mali non pecuniæ faciunt, immo non pecuniæ quidem, sed mala uoluntas ipsis uti nescientium? Fas.n. est pecunijs sicut oportet uti, licet per ipsas regnum cœleste possidere. At nunc quæ in usum pauperum, in nostrorum remedia peccatorum, ad promerendam gratiam dei collatę sunt nobis, eis nos contra inopum miseriam, immo uerius contra nostras aias in offensionem diuinę utimur maiestatis. Nam qui pecunias tulit, alteriusq; inopiæ est author, sibi ipsi mortem consciuit. Et illum quidem impræsentiarum uexat inopia, seipsum uero supplicio exponit æterno. Num ulla est utriusq;
H rei coparatio? Cuius ergo mali illæ causa nõ sunt? Nonne harum gratia concupiscimus? non rapim⁹? non eiulatu perstrepimus? non inimicitias subimus? non conserimus rixas? nõ contentiones ppetuas texim⁹? nonne illæ ad mortuos usq; impias extendêre manus? none inter parentes & fratres sęuierunt? nonne iura naturæ ac ꝓcepta dei, & oia prorsus uiolarũt, q illarũ tenẽtur desiderio? nónne harũ causa iudicia sunt instituta? Tolle itaq; pecuniarum studium, & oia mala sublata sunt. Conqeuit bellum, cessauit pugna, inimicitię in gratiã redeũt, sedatæ sunt hæreses & contentiones oẽs. Oportebat hmõi ueluti corruptores ac lupos, cõmunéq; perniciem orbe toto pelli. Quemadmodum. n. aduersi quidam ac furentes uenti, si in mare placidũ irruant, ipsum funditus uertũt, adeò ut arena profundi supernis misceatur undis: ita & pecuniæ cupidi oia penitus miscent, neminem qui hmõi est, amicum nouit. Quid ãt amicum dicimus? ne ipm quidem scit deum, ea rabie detentus insanit: non
I aspicitis ferro accictos prodire Titanas? Sũt illa figmenta uæsaniæ. At qui sunt hmõi, uera potius insania furiunt, atq; excedunt. Deniq; si nudam illorũ animam inspicere liceat: sic instructam inuenies, nõ uno aut duobus, sed mille ꝑcinctã gladijs: nullum agnoscere, sed æque furere in oẽs, omnibus insilientem, & contra oẽs oblatrantem, nõ canes, sed humanas aias necantem atque impie in cœlum ipsum blasphemantem: hi sunt qui peruerterunt atq; perdiderunt oia, pecuniarum cõcitati rabie: quos .n. alios insimulem, nescio, adeò hæc pestis omnes infecit, alios plus, alios min⁹, ut nullus ferme sit insons. Sicut. n. flamma uehemens, ubi in syluam incidit, peruertit oia, & desolatur: ita & ista orbẽ destruxit uniuersum. Reges, principes, priuati, pauperes, mulieres, uiri, pueri, oẽs æque hac lue detinentur: ac ueluti caligo ꝙdam orbem totũ obsederit, nemo est q respiscat: etsi innumeris quotidie auaritiã infectetur maledictis, nullus tamen emẽdare uitium studet. Quid ergo fieri oportet, ut huiusmodi extinguamus incẽdium? Possumus nempe, ẽt si ad K cœlum usq; pertingat. Voluisse solùm, superasse est flammam: Sicut. n. uoluntate nostra aucta est, ita nihilo min⁹ nostra uolũtate destruitur. Nonne hãc nostra succendit electio? eandẽ prorsus extinguere poterit, si modò uelimus. Vnde aũt nobis hmõi uelle prouenit? Si q̃ sit inanis & superstua uideamus. Deniq; non ualet comitari ex uita abeuntes, & hic quoq; nos sępe dimittit, & quidem cùm huc ipsa permaneat. Porrò uulnera quæ nobis infligit, nusquam deserunt nos. Si inspiciamus q̃ sit ingens illic diuitiarum copia, quibus mortales istas conferentes, cœno abiectiores facillime deprehendemus. Si attendamus, innumera his inesse pericula, momentaneam uoluptatem, eamq; tristibus sępe permistam: si diuitias illas æternæ uitæ, intenta cogitatione uoluamus: tum demum has contemnere dabitur, si cogitemus nihil nobis prodesse illas, non ad gloriam, non ad sanitatem, nõ ad aliud quicquam, sed contrà nos in interitum mergere, pœnamq; perpetuam. Hic diues es, plurimosq; in tua potestate habes? at illic destitutus eris, destitutus L & nudus: si hæc perpetua meditatione ueiemus, aliosq; docentes audiamus, erit & fortasis salubritas quædam, euademusq; sempiternos illos cruciatus. Candore lucẽtis margaritæ attraheris: cogita maris esse aquã, & in eius finibus ante iacuisse dejectam. Rapit animum auri fulgor, & nitor argẽti: cogita & terram ac cinerem & fuisse pri⁹, & modo esse. Placet pretiosa & serica uestis: at uermium ille contextus est, opinio est, & humana præsumptio, nihil habet in se naturalis pulchritudinis. Nam q̃ sunt per naturam pulchra, admonitore opus non habent. At tu si uideas æreum numum inauratũ, admiratione primum fului metalli raperis, aurũq; appellas: ubi uerò peritiores quique in huiusmodi te erroris admonuerint, & miraculum una & error abijt. Vides ut in natura non habeat speciem? Eadẽ argenti ratio est. Nam si stannum uideas, ueluti argentum admiraris, opusq; doctore habes, ne te rerum species fallat, adeò non sufficit ad ea dignoscẽda oculus. Nõ huiusmodi profectò sunt flores, sed illis longe prestant. Rosam enim aspiciens, absq; M doctore per teipsum odorem speciemq; discernis: ita & uiolas, & lilia, & flores reliquos. Sola igitur opinio istis pretium facit. Nanque si imperatori uisum fuerit argentum auro pretiosius statuere, per leges continuo miraculum, affectusq; transfertur: adeò auaritiæ, opinionique seruimus. Quòd uerò ita se habeat, res rarũ quoq; omne pretiosum est, & qui fructus apud nos uilissimi sunt, in Cappadocia sunt pretiosi, ac longe his, qui apud nos habentur in pretio, chariores. In Syria itẽ prouincia abũde indumenta ista, in aromatum ferace Arabia, & India pretiosis lapidibus plena plurima inuenire est. Adeò præsumptio, & humana opinio inualuit, nihilque iudicio agimus, sed temere ac pasim oia. Resipiscamus igitur tandem ex huiusmodi temulentia, uideamus quod uere bonum est, quod natura pulchrum est, pietatem scilicet atque iustitiam, uirtutésque reliquas, ut promissis perfruamur bonis: quæ utinam consequi nos omnes contingat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, unà cum sancto spiritu nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

A Homilia XVIII.

Præcipio tibi coràm deo, qui uiuificat oĩa, et domino Iesu Xp̃o, qui testificatus est sub Pontio Pilato bonam confessionem, ut serues mandatũ immaculatũ, irreprehensibile, usq; ad aduentũ domini nostri Iesu Xpi, quem tpibus suis ostendet, beatus, & solus potẽs, rex regũ, & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatẽ, & lucem habitat inaccessibilẽ, quẽ nullus hominum uidet, neque uidere põt, cui honor & imperium æternum, Amen.

Rursus deum adducit testem, & quidem cũ paulò antè hoc fecerit, simul ut metum augeat, & discipulũ tutiori in loco cõstituat: ostendatq; nõ humana eẽ ꝓcepta, ut ea ueluti ab ipso domino accepta custodiat, sempq; testẽ ante oculos habens, sub quo hæc audit, comoueatur aio. *Præcipio tibi*, inquit, *coràm deo, qui uiuificat omnia.* Hic & contra pietula solatium est, & resurrectionis admonetur auditor. *Et Christo Iesu*, inquit, *qui testificat⁹ est sub Põtio Pilato.*

Iterum ad magistri prouocat imitationẽ, sicut ille testificatus est, inqt, & nos uestigijs eius imitemur bonã cõfessionem. Hoc & Hebræis scribẽs, ait: Intuentes ad fidei authorẽ, & consummatorẽ Iesum, B
Heb.12.a q proposito sibi gaudij uice sustinuit crucem, cõfusione contẽpta, & sedit ad dexterã sedis dei. Recogitate. n. eum, qui talẽ passus est à peccatoribus in seipsum contradictionem, ut nõ deficiatis aiabus uestris resoluti. Ita & nũc discipulum admonet: ac si dicat, Noli timere mortem, dei. n. seruus es, q oia
Ioa.18.g uiuificare potest. Ego, inquit, ueni ut testimonium phibeam ueritati. Quę nã uero est bona confessio? Dicẽte Pilato: ergo rex es tu, Ego, inqt, in hoc natus sum. Ecce isti me audierunt. Illi aũt filium, inquit, teipsum dei facis, & alia plurima testatus atq; confessus est. Vt *serues*, ait, *mandatum immaculatum, irreprehensibile, usque ad aduentum domini nostri Iesu Christi.* Hoc est, usq; ad cõsummationem tuam, usq; ad exitum. At non ita dixit, sed usq; ad aduentum ait, ut illũ magis exuscitet. Quid est, ut serues mandatum immaculatum? Vt neq; uitæ, neq; dogmatum gratia aliqd maculę contrahas. *Quem, temporibus*, inqt, *suis ostendet beatus, et solus potẽs, rex regum, & dominus dominantium, qui solus hẽt immortalitatẽ, lucémque habitat inaccessibilem.* De quo ista dicta sunt? De patre, an C de filio? De filio. s. quem suis, inqt tpibus ostendet beatus, & solus potens. Et hoc rursus ad solatium discipuli, uti ne admiretur, neq; metuat mortales reges: quem tpibus suis. i. congruis, debitis, ne ferat grauiter, quod nondum uenerit. Ostendet uerò, q solus est potens, ostendet beatus immo beatitudo ipsa. Nihil ibi triste, nihil iniucundum est, inqt, ubi beatus & solus potens est. Ad differentiam hoium dicitur, siue quia ingenitus est: quod & nos rursus de hominibus dicimus: qui solus, inquit, habet immortalitatem. Quid ergo? filius hãc nõ hẽt? nonne ipse immortalitas est? *Lucem habitat inaccessibilem.* Aliud ergo lux est, aliud q inhabitat lucẽ? ergo loco circunscribitur deus? Vides ut cũ magnum aliqd loqui gestit, linguæ deficit usus. *Quem nemo*, inquit, *hominum uidit, neque uidere põt, cui honor & imperium æternum Amen.* Conuenienter oino, ac necessario hoc in loco de deo plura differuit: quia. n. ipm adduxerat testem, plurima de testis dignitate proloquitur, ut eum discipulus amplius reuereatur.

Ipsi, inquit, *honor.* Hoc est, gloria, hoc solùm dicere possumus, hoc solùm facere: neq; enim qs sit, curiosè debemus inqrere. Si igitur æternũ eius im- D perium est, noli metuere: etsi. n. modò non appareat, semp illi honor, semper imperium est. *Diuitibus huius seculi præcipe non altùm sapere.* Aptissimè huius seculi, dixit: sunt. n. & alij in futuro seculo diuites. Nihil n. ita supercilium attollit, nihil ita superbiam & arrogantiã gignit, ut opes: atq; ideo protinus ab illis auertit, adijciẽs? Neq; *sperare in incerto diuitiarum.* Ex eo enim in primis arrogantia nascitur, sicut cõtrà qui in deum sperat, a fastu semper alienus est. Quid in eo speras, qd repentè transfertur? Id quippe diuitiæ sunt, qd in illis spem ponis, q bus confidere oino non potes? Quo uero cauere superbiam poterunt? Si uiderint q̃ infirmæ illæ, q̃ instabiles sint: si attenderint q̃ oẽs opes exupet firma in deũ spes, si intelligant harum etiam authorem eẽ deũ. *Sed in deo*, inquit, *uiuo, qui præstat nobis omnia affluẽter ad fruendum.* Pulchre dixit affluenter oia, conuersationes annuas, uicesq; significans, aerem, aquam, lucem, & cætera omnia. Vides ut affluenter præstet omnia cum ineffabili copia? Si opes inquiris, illas quære, quæ permanent, quæ firmæ perdurant, quę E ex operibus bonis oriuntur. Quibus? *Benefacere*, inquit, *diuites fieri in opibus bonis, facilè tribuere, communicare.* Aliud opum, aliud charitatis est. Communi care, sociales esse, placidos, lenes intellige. *Thesaurizare sibijpsis fundamentum bonum in futurum.* Vbi nihil incertum est, ubi stabilia fundamẽta sunt, nihil infirmum, sed firma oia, inconuulsa, perpetua, fixa. *Vt apprehendant*, inquit, *æternam uitam.* Bonorum. n. operum actus, ut ea perfruamur, efficere potest. O *Timothee depositum custodi.* Caue ne minuas, non. n. tua, sed aliena sunt q̃ seruanda accepisti, nihil imminuas, *Deuitans*, inqt, *prophanas uocum nouitates, & obiectiones falsi nominis scientiæ.* Recte oino: ubi. n. fides non est, nec scientia quidem. Quando aliqd proprijs cogitationibus gignitur, scientia non est. Ita enim quidem seipsos tunc fore gnosticos, id est, scientes appellabant, quasi qui plus aliquid cæteris nossent. *Quam qui dam profitentes circa fidem exciderunt.* Vides ut rursus admoneat, non cum huiusmodi passim cõferendas manus? *Deuitans*, inqt, *obiectiones.* Sunt igitur obiectiones, quibus neque F respondendum est. Cur id? Quia deijciunt à fide, neque fortiter ac firmiter stare permittunt.

His itaque omissis, fidem teneamus, quæ petra fixa, & infracta est. Neque enim flumina, neq; uenti Morale. si irruant, nobis officere aliquid poterunt, supra petram quippe incõcussi stamus: ita & in uita ista, si uerum illud fundamentum elegerimus, absque ullo detrimento persistemus: qui illas diuitias eligit, nihil aduersi patietur: qui gratiam, qui gliam, qui honorem, qui uoluptatem illam, euadet innocuus. Omnia ibi fixa & firma sunt, nullam oino mutationem admittentia: præsentia cuncta uariantur, & mutationi obnoxia sunt, oia migrant atque dilabuntur. Queris gloriam? At non descendet, inquit, cum eo gloria eius. Sæpe uiuentes etiam Psa.48.d! deserit. Enimuero non ea uirtutis conditio est, sed immo ea durant oia. Qui præsenti magistratu inclytus est, succedente alio fit ignobilis, unusq; de uulgo. Qui diues, aut latronũ impetu, aut potẽtiorum insidijs repentè fit paup. Non ita contingit in nobis. Nam q pudicus est, si attẽdat sibijpsi, nulli⁹ insidijs pudicitiam pdet. Principem qui sibi ps do

Gminetur,priuatū facere nemo qui possit,nemo subijcere.Nam quòd iste illo sit maior principatus, adhibito diligenti examine discęs.Quid.n.oro, iuuat integris gentibus dominari, si serui perturbationū sumus? Quid nocet nulli hominū principari, & si uitiorum tyrānide celsiores sumus?Istud summa libertas,istud imperium, istud regnū atq; potestas: illa uerò omnia misera seruitus,quantūlibet coronas innumeras quis habeat.Quādo.n.illi intus dominorum multitudo impat,auaritia.ſira, libido, & pturbationes reliq,Diadema qd prodest? Acriore ſtutior ſ tyrannide premitur,quando illum quò minus subdit⁹,sit corona neqt eripere. Quēadmodum si apud Barbaros detineretur seruus qspiam rex,& illi ad maioris seruitutis indiciū,neq; purpuram,neq; diadema auferāt, sed cū illis isignibus & aquas ferre,& coquere,& alia inferre ministeria iubeant,ad maiorē & sui honorē, & ignominiā illi⁹: Ita Barbaris oibus immanius uitia ista iminēt nobis. Nam q ista contemnit, Barbaros quoq; irridebit:q uerò succumbit, longè diriora ab his quàm à Barbaris patietur. Quippe Barbari cū ꝓualent uiH ribus,cōcidunt corpus: hæc uerò animā cruciant, & omni ex parte dilaniant. Barbarus uictor tpali tradit neci,hęc aūt in æternam ꝓcipitant mortem. Solus ergo liber est ille, qui libertatem intrinsecus habet:sicut ille seruus est,q succumbit irrationabilibus nitijs.Nullus quātumlibet domin⁹ adeo crudelia & indigna ꝓcipit.Incassum,iquit, & sine causa confunde aiam tuam,deū offende,ignora naturam ipsam : siue pater,siue mater,oi uerecūdia deposita,te aduersus illos instrue : hmōi sunt auaritiæ ꝓcepta.Immola,inqt,mihi non uitulos,sed homines.Sacrificate,ait propheta, homines, uituli.n. defecerunt.Nō sic ista,sed cū adsint uituli,immola hoies:macta eos q te nihil uiolarunt,etiā si beneficijs affectus sis, iugula, omnibus esto aduersarius, cōmunisq; inimicus,oēs circūueni,naturam ipsam atque deum:aurū collige non ut fruaris, sed ut ſertes,ut ſmaiore cruciatu torquearis. Neque.n.fruauarus potest congregatis,dum ſemp ne minuatur aurum timet,dum metuit solicitus,ne thesauri deficiāt.Esto,inquit,uigil,oēs suspectos habe & seruos & amicos.Esto alienorū custos : si pauperē uideas fame deficere, caue miserearis : imo si potes,ipsam illi detrahe cutem,periura,mentire,iura maledictis insectare, calūnias strue,ēt si in igues eundum sit, si mille subire oporteat mortes, si fame corrūpi, si morbo cōsenescere,noli ab instituto resilire: nōne hmōi leges auaritia statuit?Esto impudēs, inuerecundus,temerarius,audax,impurus,neq;,ingratus, sensum oēm & affectum amicitię pone, parricida, & fera magis q̄ homo esse contēde,amaritudine serpentes oēs transcende,rapina lupos,oēmq; feritatē magnitudine immanitatis exupera : & si ad dæmonis malignitatem peruenire opus sit,noli retrahere pedem,ignora beneficium:nonne ista & suadet, & auditur ? Deus uerò cōtraria præcipit:Amicus esto omnibus, sis bonus, sis modestus,& qui diligaris ab omnibus, neminem sine ratione offendas, honora parentes, opinione optima fruere, esto non homo,sed angelus,nihil inuerecundum,nihil indecens non modo non facias,sed ne cogites quidem. Opem egētibus feras,noli rapere,ne tibi molestias aggreges,noli iniuriosus esse, atque audax : neque tamen auditur. Ergo nónne iustè gehenna desæ- K
uit ? nónne ignis æternus,& uermis qui nunquam Marc.6.g
moritur, merito intentatur nobis ? Quandiu per præcipitia nosipsos impellimus? Quousque in spinis incedimus ? Quousque nosmet clauis affigimus ? atrocibúsque, quibus subijcimur tyrannis, gratias agimus,dulcémque dominum deuitamus, qui nihil molestum dicit, nihil onerosum, nihil barbarum,aut inutile præcipit : sed utilia omnia, multúmque nobis lucri & emolumenti conferentia ? Euigilemus tandem obsecro, & deserto crudeli & immanissimo tyranno conuertamur ad mitissimum dominum & regem nostrum: obtemperemus præceptis illius & monitis, cuius & suaue iu Mat.10.d
gum est, & onus leue : ut promissis ab eo æternæ uitæ bonis perfruamur, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum,Amen.

IN SECVNDAM AD TIMOTHEVM EPISTOLAM HOMILIA PRIMA.

L

Paulus apostolus Iesu Christi, per uoluntatem dei secundum promissionem uitæ quæ est in Christo Iesu, Timotheo charissimo filio, gratia & misericordia & pax à deo patre, & Christo Iesu domino nostro. Gratias ago deo meo, cui seruio à progenitoribus meis in conscientia pura, quòd sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis nocte ac die, desiderans te uidere:memor lachrymarum tuarum, ut gaudio implear:recordationem accipiens eius fidei, quæ est in te non ficta,quæ & primùm habitauit in auia tua Loide, & matre tua Eunica. Quid sibi uult,quòd secundam quoq; ad Timotheum epistolam scribit ? Dixerat, Spero celerius uenire ad te. Fruſtrat⁹ ille fuerat spe 1. Ti. 3. d
& expectatione sua,cōsolatur eū literis,corpalis ꝓsentię uice,fortassis ob hoc ipm mœrentē,& quòd iā gubernationis subijsset onus. Quātalibet.n.qsq; aī uirtute polleat,cū tamē clauū,& eccl̄ię gubernacula suscipit, insperatis fluctibus quatitur,& uarijs undiq; negotijs act⁹,penè submergitur. Qd cū semM
per al's ferè cōtingit, tū in ipso p̄dicationis initio necessariò fiebat,cū oia essent plena piculis,cū maria undiq;, & undiq; cœlū cū pſecutionib⁹ & inimicitijs cūcta feruerēt, cum oia sil'obsisterent, cū ptera ex Iudaicis obseruationib⁹ hæreses inchoarent, quas & in priore signauit epla. Nō modò aūt ipm solatur literis,uerū & ad se aduocat,dicēs : Festina 2.Ti.4.d
uenire ad me celeriter,& ueniēs affer libros, maximè mēbranas. Videtur aūt tūc scripsisse eplam,cū Ibidē.a.
esset proximus fini.Ego.n.inqt,iam delibor.Et iterum, In priore mea defensiōe nullus mihi adstitit. Ibidem c.
His igitur ita ꝓmissis,ad ipsam iā epla̅m ueniamus. Cōsolatur discipulū ex tētationib⁹ proprijs dicēs: Paulus apostolus Iesu Christi,per uoluntatem dei, secundū repromissionem uitæ, quæ est in Christo Iesu. Ex ipsis statim initijs ipsius erigit animū. Noli,inqt,metuere pręsentis uitæ pericula : hęc.n.æternam nobis pariunt uitam, in qua nihil eiusmodi est:ubi aufugit dolor,tristitia,& gemitus . Nō.n.iō,inqt,nos apſos fecit solū,ut periclitemur, uerū etiā ut moriamur, ut talia patiamur:alioq proprias enumerare clades

A non modò nihil cōsolationis afferret,uerū mœroris adijceret plurimū. Cōfestim igitur ab ipsis exordijs solatium infert,dū dicit, *Per repromissionem uitæ quæ est in Christo Iesu.* Si autē hæc repromissio est,
Rom. 8.c noli eam hic quærere.Spes enim que uidetur,nō est spes. *Timotheo charissimo filio.* Nō modo filio,sed charissimo filio:possunt.n.esse filij nō charissimi.At tu nequaquam talis es,inquit,quocirca te nō modo filiū,sed & charissimū filium uoco. Nēpe.n.Galatas
Gala. 4.c appellat filios,pro quibus tamē adhuc mœret, Filioli,inquiēs,mei,quos iterum parturio. Magnū uero uirtutis illi,& eximię indolis testimoniū ita illū appellando perhibuit.Nam cū ea charitas à natura nō proficiscitur,ex uirtute oino materiā sumit. Qui.n.ex nobis nati sunt,nō uirtutis tantū gratia, sed ēt ex naturæ necessitate charissimi sunt. Porro qui ex fide sunt geniti,nullā aliā ob causam, quàm ob uirtutē solam charissimi sunt.Nam unde essent aliūde?Idq; cū apud nos,tum apud Paulum in primis,qui nullo mortali tenebatur affectu. Ostendit igitur se nō iratum discipulo,neq; illum aspernatū,
B non odisse,cū dicit,charissimo filio. *Gratia,misericordia, & pax à deo patre, & Christo Iesu domino nostro.* Quæ in priori epistola,hęc eadē illi in secunda imprecatur:& uide ut protinus ratione reddat, quòd
1. Ti. 3.d non ad illū ierit,neq; uiderit ipsum. Nam antea dicendo,Dū uenio,& festino ad te uenire celeriter,ut mox affuturā illius præsentiā sperare effecerat. Ad hoc ergo ante respōdet,neq; tamē cōtinuo causam cur nō uenerit dicit,ut ne illum maiori dolore cōficeret.Erat aūt illa,quòd uinctus detineretur à Cęsare.Cæterū illam propè finem apposuit, cū illum ad se accersiret,tuncq; quid erga se ageretur, aptius posuit:sed in initio statim,nihil triste proposuit,ue
2.Ti 4.d rū spem dedit,fore ut ab ipso uideretur,dicēs: Desidero te uidere:& iterū,Festina uenire ad me celeriter.Mox igitur illū exordiēs in spem erigit, ac tū cętera cum laude prosequitur. *Gratias,*inquit, *ago deo, cui seruio à progenitoribus in conscięntia mūda,quòd indefficientē memoriam tui habeo,in obsecratiōibus meis,nocte ac die desiderās te uidere:memor lachrymarum tuarū, ut gaudio implear.* Gratias,inqt,ago deo,quod memor tui
C sum,ita te diligo. Hoc.n.excellentissimæ charitatis indicium est,cū quis ex amicitia ornari se putat.Itaque deo gratias ago,inquit,cui seruio.Quomodo ? *In conscientia munda à progenitoribus.* Nihil enim habebat noxiū,nihil subdolum ipsius conscientia:& aliter hoc in loco de uitæ mūditia dixisse intelligi pōt.Vbiq;.n.conscięntiā uitam dicere illi moris est, siue hoc dicit,quòd nihil ex his q̄ cōcupiui bonis, causa nulla humana impulsus,prodidi,ne tum quidem quādo persequebar ecclesiā.Idcirco.n.ait:Sed
1.Tim.1.c misericordiā consecutus sum,quia ignorans feci in ꝛadulatio incredulitate mea:ac si dicat, noli eam rē ſmalitiā nem. arbitrari.Pérquam sanè rationabiliter suum commendat institutū, ut fidē faciat excellētię charitatis,nihilq; sibi mētiri pſuadeat, quasi aliud loquatur,aliud i corde habeat.Quippe ut i Actibus apoAct. 22.d stolorū legitur, & sæpe seipsum laudare cōpulsus, cū illū ut seditionis,nouarumq; rerū authorē insimularent,dicens:Et ait Ananias ad me,Deus patrū nostrorū ꝓordinauit te scire uoluntatē suā,& uide re iustū,& audire uocē ex ore eius,quoniā testis illi eris ad omnes homines,eorū q̄ uidisti & audisti.Ita fermè,et hic,ne putaretur alienus ab amoris gratia,

conscięntięq; mūdicia, oblitusq; discipuli,meritò se D
ipsum laudat ac dicit:Quòd indeficientem tui memoriā habeo:neq; id simpliciter,sed in obsecrationibus meis:hoc est,ꝓ omne tēpus, iugiter,nocte ac die.Quocirca orabā deū cupiens te uidere.Vides imēsum seruoris affectū?uidisti dilectionis insaniā? uidisti humilitatis magnitudinē,p quā se discipulo purgat,rationēq; cur nō uenerit,affert ? q̄ quā sit plena rationis,ēt suprà monstrauerat, sed & in consequētibus indicat,dicens: *Memor lachrymarū tuarū.* Fieri.n.potuit,ut gratus discipulus à magistro sęparatus fleret,ac lamentaretur nō secus quā infans distractus ab uberib⁹ matris,atq; lactis alimonia destitutus. Vt,inquit,*gaudio implear,desidero te uidere.* Nunquā it aq; meipsum tāta uoluptate spōte priuaſsem,ēt si uehemēter absq; sensu,crudelisq; ac immanis essem,lachrymæ illæ tuæ, cū redirent in memoriam,flectere eiusmodi rigorē potuissent, atque in māsuetudinē,lenitatemq; cōuertere.At non huiusmodi sum,sed seruio deo pure, atq; ideo multa me ad te necessario ptrahūt.An uerò adhuc plisti i fe tu?& aliā apponit causam,ipsamq; plenā cōsolatio E
nis. *Reminiscens,*inquit,*fidei quæ in te est sine simulatione.* Deinde & aliā adiecit laudē,quod.ſ.non ex gētilibus,neq; infidelibus,sed ex ea esset domo, ꝙ dudū Christo seruisset. *Quæ,*inquit, *inhabitauit in aia tua Loide, & matre tua Eunica.* Erat.n.ait:filius mulieris Iudææ fidelis.Quo pacto? Ex Iudæis illa fidelis erat,nō ex gētilibus.Nā de patre eius quòd gentilis fuerit,scribitur:ac propter Iudæos,qui in illis locis erant,assumēs circuncidit eū. Vides ut iam tūc lex cœperit solui,cū hmōi cōtra illius uetitum cōmistio fieret? Vide quā multa cōgesit.Ego,inquit,seruio deo,bonamq; habeo conscientiā, & tu lachrymas:non aūt te lachrymarū causa diligo tantū,sed & propter fidem:ſes.n.amator uerus, ſ nihilq; doli ꝛquoniā in tē est.Cū igitur & tu te talē prestes,qui diligi me tu uerita rearis,atq; adeò ad pietatē pronus,tanquam fidelis tē oparis. discipulus Christi:cumq; & ipse nō inclemēs,& abſque affectu sim, sed deo in ueritate seruire studeā, qd me uenire ad te prohibere potuisset? *Confido autem,*inquit,*quòd & in te.*Habes,inquit,hæreditarū, & à maioribus fidei bonū,accepisti ab eis pius hæF
res fidē absq; simulatione,Maiorū qppe merita, cū eorū studuerimus esse participes,nostra ēt sunt:sin uerò ab illis aberrauerimus, nō modo nihil ornamenti,sed dedecoris ac dānationis plurimū ex illis acquirimus.Idcirco subiūxit:Cōfido aūt quòd & in te.Nō,inquit,conijcio:sed,cōfido,certusq; sum. Si igitur te ad hoc,humanū nihil adduxit, nihil te imutare poterit. *Ob quam causam admoneo te ut excites gratiam dei,quæ in te est per impositionē manuū mearum.* Ostēdit ex his profectò,magna illū doloris mœrorisq; ui detineri.Non igitur,inqt,existimes, quòd te desperem,cęterū scias aptius,me tui obliuiſci nequiuisse.Et si aliū neminē,at auiā,matremq; cōsidera.Idcirco quoniā fidem tuā integerrimā nō ignoro,alacritate tibi opus,ut exuscites gratiā dei. Quē admodū ignis indiget lignis:ita & gratia alacritate nostra opus habet,ut feruere ppetuo possit. *Admoneo te,ut excites gratiā dei,quæ est in te per impositionē manuū mearū.* Hoc est,gratiā spiritus,quam accepisti ad ecclesię institutionē,ad ppetrāda miracula, ad omne religionis obsequiū:quippe hāc uel extinguere, uel excitare in nobis est.Idcirco & alibi ait:Spiritū 1.the.5.d

G nolite extinguere. Is.n. angore animi, & negligentia extinguitur: uigilãtia uero & intentione ſuſcitatur. Ineſt quidẽ intra te, cæterũ tu uehementiorem illũ efficere ſtude: hoc eſt, maiorẽ indies aſſume cõfidẽtiam, amplioriq; gaudio & exultatione perfundere. Perſiſte uiriliter. *Neque enim dedit nobis deus formidinis ſpũm, ſed fortitudinis, charitatis, ac ſobrietatis:* Id eſt, idcirco accepimus ſpiritũ, non ut pauidi ſimus, aut cõtrahamur metu, ſed ut celſiores p uirtutem, conſcientiamq; euadamus. Plurimis qppe dat formidinis ſpiritum, ut in regum uoluminibus legimus. Et cecidit ſuper eos, inqt, ſpũs formidinis: hoc eſt, metũ illis incuſsit: ſed tibi cõtrà penitus charitatis in ſe ſpiritũ dedit: & hoc gratiæ eſt, ⌊non aũt ſimplici ter gratię ⌈ſed cũ nos quoq; ſtudia uolũtatis oſtẽdimus. Qui. n. clamare nos facit, Abba pater, ipſe quoque amoris ſui nobis largitur affectũ, charitatemq; cum proximis inſerit. Vt diligamus inuicẽ, inquit. Quippe ex uirtute, abiectiõeq; formidinis, charitas prouenit. Nihil. n. fermẽ ita charitatẽ ſoluere cõſueuit, ut formido, & proditionis opinio. Neq;. n. inqt, dedit nobis deus ſpiritum formidinis, ſed uirtutis & charitatis, ac ſobrietatis. Sobrietatẽ, ſiue ſanitatẽ mentis atq; aiæ dicit, ſiue per quã ipſi reſipiſcimus, cũ quid aduerſi contingit, quod & caſtiget nos, & noſtra ſuperflua amputet. Non itaque in his quæ contingunt triſtia, feramus grauiter: quippe illa noſtra eruditio ſunt. Ne feſtines, inquit, in tempore inductionis. Cõplures. n. domi habent, quę ferant triſtia. Accedamus doloris ſocij, miſerationis affectu. Non ſunt caſus omnes cõmunes omnibus, cæterũ alius ex uxore, alius ex filio, ex ſeruo alius, alius ex amico, alius ex inimico, alius ex uicino, ali⁹ ex quo uis detrimento cauſam mœroris ducit. Plurimæq; ſunt doloris cauſæ, atq; differẽtes, prorſusq; neminẽ inuenies triſtitię ac doloris exortẽ, etſi alius magis, minusq; alius doleat: nõ itaq; feramus grauiter, neq; nos tãtũmodo triſtia pati arbitremur. Neq;. n. fas eſt, ut homo qui ſit: mortalemq; hanc agat uitã, doloris angoriſq; ſit expers. Sed niſi hodie, cras ſe ingeret mœſtitiæ cauſa: quòd ſi nõ cras, poſtea certẽ mœſtitia. Quẽadmodu deniq; fieri nõ poteſt, ut qui nauigãt, abſq; cura ſint: ita & qui uitã hãc fragilem uiuũt, abſq; ſolicitudinis angore eſſe non poſſunt. Nã ſiue quiſpiã diues ſit, plurimę illi mœſtitię occaſiones cauſęq; nõ deſunt: ſiue res, curis deſtinatur innumeris. Neq;. n. uel illi oia ex ſẽtẽtia proueniũt, ſed plurima q̃ minime uelit, ppeti cogitur. Ille uerò in primis eſt, qui cõtra uolũtatẽ ſuã gerit omnia, habetq; q accipere parati ſunt quęq; illius ſunt. Cõſidera deniq; quãta illi ſuppetat mœroris cauſa, cũ uelit qdpiam, neq; agere ualeat, ſiue metus obſiſtat, ſiue ſuſpicio, ſiue hoſtes, itẽ ſiue amici impedimẽto ſint. Sępe item ẽt cũ aliquid agere nititur, pro uotoq; ſuccedit: omnẽ tamẽ actus illius uoluptatẽ obſcurat aduerſantiũ multitudo. At uel illos fortaſſe putas mœroris exortes, qui uitã curis ac negotijs uacuã elegerũt? Minus quidẽ illi quã reliqui pertur bantur, nõ tamẽ penitus uacare poſſunt, ſicuti immortalẽ eſſe hominem poſsibile non eſt. Quãtum uero moleſtiarum hi, qui ſeculo addicti ſunt, ppeti cogantur, quis explicet? Soli profecto id nouerũt q patiuntur. Quã multi ſępe inter illas opes, atq; ⌈ diuitias ⌊ delicias ⌋ mori optauerunt: neq;. n. uel ipſę deliciæ mœrore penitus uacant, immo & innumeras quotidie doloris morborũ ac mœſtitiæ occaſiones gignũt. Nam cũ animus in huiuſmodi tranſierit habitum, etiamſi nulla cauſa ſubſiſtat, conſueuit doloribus affici. Aiunt deniq; & medici, ex diſpoſitione ſtomachi dolores intẽpeſtiuos gigni. An uerò id nõ apud nos quoq; contingit, cũ dolemus, neq; ullã materiã doloris aſpicimus? Neminẽ itaq; prorſus inuenies dolore ac mœſtitia uacantẽ. Quod ſi qui minorẽ habere uidentur doloris cauſam quã nos: ita enim quiſq; arbitratur, magisq; incommodis noſtris, quã alienis afficimur: quemadmodũ. n. hi quibus pars aliqua corporis dolet, putãt ſe plus dolere, quã proximos: & qui oculũ dolet, nullum putat ſibi æquari poſſe dolorem. Rurſus qui ſtomachi lãguore tenetur, illũ putat dolores omnes excedere. Singuliq; quibus detinentur incommodis, oĩa ui ſuæ magnitudinis tranſcendere exiſtimãt. Ita & in angore animi ac mœſtitia cõtingit, ut quo quiſq; premitur, eũ putet cęteros ſua acerbitate ſuperare, quippe q hoc ſuo exprimẽto dijudicat. Sicuti q filios non habet, nihil ea infœcunditate putat eſſe moleſtius: & qui inter pauptatis anguſtias filijs angitur, nihil æquè atq; eam liberorũ multitudinem execratur. Et qui itẽ unum habet filiũ, hoc plenũ doloris exiſtimat, cũ ille hinc & negligentior ſiat, & patrem ſummo in mœrore conſtituat: quippe qui, quia illi unicus chariſſimus ſit, neq; patiatur cõuerti ad meliorẽ ſi ugem. Qui itẽ habet uxorem eximię pulchritudinis, nihil ea re puat eſſe deterius, cũ ea pulchritudo ſuſpicioni atq; inſidijs maxime præbeat locũ. Et q de formi cõiungitur, pari ratone uexatur, putatq; eam rem eſſe moleſtiſsimam: ⌈ſi in rex quiſq; ac priuatus, ⌊nihil ea uita inutilius ſuſpicatur aut uilius. Miles nihil militia laborioſius, nihil periculoſius putat: meliusq; arbitratur pane tantũ, & aqua in cibũ uti, quã tãtas pferre moleſtias. Qui in principatu eſt cõſtitutus, nihil eſſe durius autumat, quã aliorũ neceſſitates curare. Qui uerò ſubditus pſiſtit, nihil indignius cẽſet, nihil abiectius, quã alienę ditioni ſubijci. Qui uxorẽ duxit, nihil uxoria cura dicit eſſe moleſtius. Qui nõ duxit, nihil liberali uiro ducit indignius, quã uxoris carere ſolatio, familia, quieteq; deſtitui. Negotiator agricolã, quòd i tuto res illius ſit, beatũ p̃dicat: ille hũc è cõtra, opũ gratia feliciſsimũ putat. Prorſus uero perdifficile hominũ genus ubi acquieſcat, inueniet, cũ ſemper ad q̃rimonias, indignationẽſque ſit pronũ. Quãdo oẽs homines ſimul reprehẽdit quis, tũc dicit, nihil eſt homo, in utroq;. ſ. ſexu, niſi aial infelix, laboribus & ærumnis expoſitum. Cõplures ſępe ſenectutem admiratur, alij è cõtrà iuuentutẽ laudibus efferunt, ita ne in ipſis quidẽ ætatibus deeſt mœroris occaſio. Nã cũ ætatis gratia, ⌈ſin culmine nos uidemus poſitos, ⌊ſenes tũc eſſe mallemus: cũ uerò iam canis caput aſpgitur, iuueniles ſuſpiramus annos, inumeræq; ſe doloris cauſæ undiq; ingerunt. Vna igitur & ſola uia eſt hãc inæqualitatẽ euadẽdi, ea. ⌈quę ad uirtutem ducit: quãquã ne ipſa quidẽ triſtitia uacet, ſed quę utilis ſit, & lucra utilitatẽmque parturiat. Nã ſi qui poſt peccatũ triſtitia, ac dolore cõpunctus, ſcelerũ diluit ſordes, ſalubriter profectò triſtatus ẽ. Si quis itẽ lapſo fratri condoluit, ingenti itẽ mercede donatur. Quippe illorũ dolore uiue, qui calamitatũ pmũtur anguſtijs, magnã nobis apud deũ fiduciã parit. Audi quãta de illo uiro beato Iob diuina ſcri

Exo.15.b
Ioã.13.d.
et.1.The.4.c
Morale.
Eccli.2.a
⌈qui priuatus, nihil
⌈cõtemnimus uidemus.

A ptura ſtudioſe recenſeat. Audi deniq; quid Paulus dicat: Flere cũ flentibus, & humilibus conſentientes. Solet. n. ſocietas eorum, qui mœroris noſtri participes ſunt, doloris maximã partẽ auferre. Quemadmodum. n. cũ qui ferendo oneri accedit ſocius, eum qui ſolus ferebat, leuiaſſe dicitur: ita & in alijs oĩbus hmõi ſocietas, ex miſeratione profecta, uim maximã alleuiationis habet. At uerò nunc peruerſo ordine, ſiquis ex propinquis noſtris defunctus fuerit, plurimi aſsidẽt, ut cõſolẽtur lugẽtes, lapſũq; aſinũ ⌈fratrum ſæpe erigimus: ⌈amicorũ ⌊ſuerò noſtrorũ lapſas aĩas plus quã aſinũ ſpernimus, atq; negligimus. Neq; ſi quẽ fœde cauponã ingredi cernimus, rugamus frontẽ: neq; ſi uiderimus ebrietati ſtudentem, prohibemus: neq; ſi quid aliud turpiter agentem, coercemus, ſed cooperamur in omnibus. Idcirco ſanè Paulus ait: ⌈Non ſolũ qui iſta faciunt, ſed & qui Rom.1.d ⌈Nõ ſolũ ea faciũt, uerũ ẽt aſſentiũtur ijs qui faciũt. conſentiũt faciẽtibus ⌊Societates itẽ potus & ebrietatis ineunt plurimi. Cõuerte homo ad præſtantiora id ſtudium, ponendæq; ebrietatis ini potius fœdera. Ad eos qui uincti ſunt, & qui uarijs premũtur anguſtijs, humanitatis ſtudia trãsfer. Eiuſmodi qdã ẽt Corinthijs imperat Paulus: Ne cũ uenero, inquit, tunc collectæ fiant. At nũc pro ebrietate, laſciuia, atq; delicijs cũcta molimur, oĩa agimus, dumq; his fruamur, & cõem lectum, & menſam cõmunẽ, commune uinum, ſumptumq; patimur habere cõmunem: ut aũt eleemoſynam faciamus, in cõmune iſta cõferre detrectamus. Hmõi nẽpe amica, gratáq; communio ſub apoſtolis erat, quando omnes in medium facultates conferebãt. Et quidem nõ omnia, ſed partẽ aliquam conferri iubeo. Quodcũque enim cuiq; placuerit, ac definierit, per unã ſabbatorum, pro ſeptem oĩbus diebus in mediũ inferat ac deponat. Etiã ita eleemoſynã det, ſiue parum, ſiue multũ. Nõ apparebis. n. inquit, corã deo uacuus. Iudæis iſta dicebantur, quantò magis nobis? Idcirco nempe pauperes ante fores adſtãt, ut nemo uacuus ingrediatur, ut miſericordia comite ſecurus introeat. Intras ut miſericordiã conſequaris, prior ipſe miſerere: qui aũt poſterior uenit, amplius debet. Nam cũ cœpimus nos, ſecundus amplius ponit. Fac tibi debitorẽ deum, & ita demum illum exige. Fœnera re primò, tunc repete, ut cum uſura recipias. Vult ſanè ita deus, nec fœnus ſoluere renuit. Si cũ eleemoſyna poſtules, gratias agit: ſi cũ eleemoſyna repetas, fœneraris uſuras, quę accipis. Ita obſecro faciamus. Nõ ſola ac ſimplici extenſione manuũ exaudimur. Expande manus tuas, non in cœlũ modò, uerũ ad pauperũ manus: ſi ad pauperum manus extendas manum, ipſum cœli cardinem attigiſti. Nã qui illic ſedet, eleemoſynam accipit: quòd ſi ſteriles manus extendas, nihil penitus proficis. Dic. n. quæſo, ſi accedẽs ad te rex purpuratus aliquid peteret, nõnne prõpte & alacriter oĩa dares? Nõ ergo in extẽſione manuũ, neq; in uerborum multitudine, ſed in operis exhibitiõe nos exaudiri mẽminerimus. Audi nã que quid propheta dicat: Si extẽderitis manus ueſtras, auertã oculos meos à uobis: & ſi multiplicaueritis preces, nõ exaudiã. Tacere quippe illi cõuenit, neq; in cœlum aciẽ intendere, qui miſericordia indiget. Sed. n. quid ait ſcriptura? Iudicate pupillo, & humili, & iuſtificate uiduã, & diſcite bonũ facere. Ita exaudiri merebimur, quãtũlibet manus infrà habeamus, etſi nihil loquamur, nihilq; poſtulem⁹.

Exo.23.b &.34.c Deu.16.d
Eſa.1.d
Pſal.81.a

Iſta ergo imitari, hęc æmulari ſtudeamus, ut promiſſis bonis frui mereamur, i Chriſto Ieſu domino noſtro, cũ quo eſt patri, & ſpiritui ſancto gloria, imperiũ, nũc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amẽ. D

Homilia II.

O*li ergo erubeſcere teſtimoniũ domini noſtri, neq; me uinctũ ipſius: ſed collabora euangelio, ſecundũ uirtutẽ dei qui ſaluauit nos, & uocauit uocatione ſua ſanctа: non ſecundũ opera noſtra ſed ſecũdum propoſitũ ſuũ, & gratiã quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu, ante tẽpora ſecularia: manifeſtata eſt aũt nunc per apparitionẽ domini noſtri Ieſu Chriſti.* Nihil eſſe deterius poteſt, quã uelle diuinas res humana rõne diſcernere, atq; metiri. Ita. n. ex fidei fundamento quiſq; decidit, & longo errore iactatur uagus, atq; à luce deſeritur. Si. n. qui Solis radios corporeis cupit haurire luminib⁹, nõ modò qđ quærit, nõ efficiet, neq; quod inſtituit, peraget: uerũ ipſo quoq; quo uiget, priuabitur lumine, innumeraq; ſuſtinebit incommoda: multo ſanè magis, qui in æternã illam lucem defigere obtutus q̃rit, eamque rõnibus cõſequi mortalibus, hoc patietur. Deniq; ſi Marcionẽ & Manetem, & Valẽtinũ, & cæteros qui impias hæreſes, pniciosáque dogmata eccleſiæ dei inuexerũt, conſideres humanis rõnibus diuina metitos: ita demũ diuinę incarnatiõis, diſpenſationiſque myſteriũ erubuiſſe cõperies. Et certè illa in ſe nihil habet qđ erubeſcendũ ſit, uerũ potius ob quod gloriandum. Nã ut de cruce Chriſti loquar, quid eſt, quæſo, qđ illius clemẽtiam cõmendãre excellentius poſsit? Nempe⌊. n. neq; cœlũ, neq; mare, neq; terra, neq; rerum omniũ creatio, neque aliud oĩno aliquid, ita ut crux illa uenerabilis, diuinæ bonitatis magnitudinem p̃dicat. Quocirca Paulus quoq; in ipſa gloriatur, dicẽs: Mihi aũt abſit gloriari, niſi i cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Sed enim aiales quiq;, & qui deo nihil amplius, quã hominibus tribuunt, decidunt, & erubeſcunt. Idcirco iandudũ admonet diſcipulũ, ac per illum omnes: Noli, inquiens, erubeſcere, quòd crucifixũ p̃dicas? hoc. n. teſtimonium eſt, mors. ſ. Chriſti, Nam iſta q dem ſi per ſe cogitentur, mors, carceres, uincula, cõfuſione ac probro digna ſunt: cæterũ ſi quis appoſita cauſa, diſcuſſoq; myſterio ſingula decẽter edoceat, pleniſsima glorię, diuinęq; honeſtatis cauſa cognoſcet. Mors. n. illa pereuntẽ ſeruauit orbẽ, mors illa cœleſtibus terrena coniunxit, mors illa diaboli profligauit tyrannidem, hominẽſque angelos ac dei filios fecit. Mors illa mortalitatis noſtrę naturã ad ſoliũ cœleſte ac regale prouexit. Vincula iſta ſoluerunt plurimos, & ad fidei gratiam cõuerterũt. F

Noli igitur, inquit, *erubeſcere teſtimoniũ domini noſtri, neque me uinctum eius, ſed* ⌈*collabora euangelio.* ⌈ Hoc eſt, etſi ipſe patiaris eadẽ, noli erubeſcere. Nã quòd hoc ſignificare uoluerit, ẽt ex ſupioribꝰ cõſtat, cũ dicit: Dedit nobis deus ſpũm uirtutis, & charitatis, & ſobrietatis. Ex cõſequẽtibus quoq; id liquet. Sed collabora, inqt, hoc eſt, nõ modò noli erubeſcere, ſed ea ipſa ppeti nõ erubeſcas. Neq; ait, noli metuere, neque formides: ſed maiore illũ uirtute corroborãs. Noli, inqt, erubeſcere. Nihil qppe periculi ſupeſt, ſi ruborẽ qs cõfuſionemq; calcauerit. Ea. n. tãtũ onoroſa eſt Noli ergo erubeſcere, ſiquidẽ ego qui mortuos ſuſcito, q innumeris ſignis illuſtris ſum, q orbẽ totũ excurro, nunc uinctus ſum: neq;. n. quaſi male opans uincior, ſed crucifixi gratia his ⌊uinculis

Gala.6.d
⌈συγκακοπαθησον τῷ εὐαγγελίῳ. ſimul affligere cum euãgelio.

Gastringor. Si crucē nō erubuit dominus meus, ego hęc uincula erubescere debeo? Et cōgrue sanè, cū illum hortaretur nō erubescere, primū illū crucis admonuit, ac si diceret: Si crucē, si uincula nō erubuit dominus ac magister noster, quātō minus nos uincula debemus erubescere? Qui. n. quę ille sustinuit, erubescit: ipsum quoq; erubescit, q cruci affixus est. Ego, inquit, per meipsum hęc uincula fero. Nihil itaque patiaris humanū, sed eisdē passionibus socius accede, collabora euāgelio, sī nō tamen tanquā euāgelium ipsum laboret, afflictionémque patiatur.

Secundū uirtutem dei quæ saluauit nos, & uocauit uocatione sancta, non secundū opera nostra, sed secundū propositum suū, & gratiā quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia. Quia uidebatur onerosum qđ dixerat, collabora, rursus ipsum consolatur. Nō enim uirtute tua, inquit, sed uirtute dei ista toleras. Tuū quippe est eligere, & proposito ostēdere alacritatē. Deinde etiā uirtutis eius argumenta subiūgit. Qūo
Ephe. 3.b saluus factus es, iquit, qūo uocatus es? Sicut & alio in loco ait: Secundum operationē eius, quæ operatur in nobis. Ideo maioris uirtutis erat psuadere or
H bem totum, quam cœlum facere. Qūo uocatus est, inquit? uocatione sancta: hoc est, sanctos effecit, q peccatores & inimici eramus, & hoc non ex nobis, sed, ex diuino munere est. Si igitur ille & potens est uocando, & bonus, idęq; per gratiā, nō ex debito faciendo, nihil est cur metuamus. Qui. n. nos, cū perdiți, inimiciq; essemus, saluos p gratiā fecit: multò
Rom. 5.b magis cū operantes uiderit, cooperator accedit.

Non secundū opera nostra, inquit, *sed secundum propositum suum*. Nemine cogente, neminéque cōsulente, sed ex proposito suo, sola ui suę bonitatis ipulsus, saluos nos fecit. *Secundū propositum suum*, inqt, *& gratiā, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tēpora secularia.* Hoc est absq; ullo principio, sempiterne in Christo ista pfixa erant ut fierent. Non aūt & hoc parū est, deum salutem nostrā à principio uoluisse. Nō igitur ulla ex pœnitentia, & ex hoc filius quoq; indicatur æternus, & ipse enim hæc sempiterne cū patre disposuit. *Manifestatā uerò nunc*, inquit, *per apparitionē saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidē mortē, illuminauit autem uitam, & immortalitatem p euangelium*. Vidisti potentiæ magnitudinē? Vidisti muneris largitatem? Nō per effectum operū, sed per euangelium: spei autem hæc sunt. Nā in corpore quidē
I suo hæc utraq; cōtigēre, in nostro autem per euangelium fient. *In quo positus sum ego prædicator, & apostolus, & doctor gentium.* Quæ nam uerò ratio est, cū seipsum iugiter gentium magistrum uocet? Persuadere quippe uult, gētes quoque in hæreditatē dei esse uocatas, quarum se magistrum assidue appellat, atque ideo à cōsortio fidei non repellēdas. Noli, inquit, in passionibus meis lassescere animo, deiectū est omne robur mortis, neruique illius decisi oēs sunt. Non quasi male operans ista ppetior, sed quia doctorē profiteor gentium. Simul & fidem sermoni facit. *Propter quam*, inquit, *causam & ista patior, sed non confundor. Scio. n. cui credidi, & certus sum quia potens est depositū meum seruare in illum diem.* Sed non cōfundor, inquit: nam quæsō nū erubescēda sunt uincula? Nū passiones ipsæ confusioni sunt? noli ergo erubescere. Vide ut ex operibus ipsis magisteriū doceat. Ista patior, inquit, in carcere injicior, exagitor, affligor, expellor. *Scio enim cui credidi, & certus sum, quia potens est depositū meū seruare in illū diē.* Quid est, K
oro, depositum? Fides atq; prędicatio. Hoc ipsum q deposuit, inquit, integrū, inuiolatūq; seruabit. Omnia patior, uti ne huiusce thesauro expiletur. Nullo super his rubore suffundor, dū fides seruetur inuiolabilis. Siue fideles ipsos depositū dicit, quod apud se deus ipse deposuit, aut certe qđ ipse apud deū. Et nunc. n. inquit, Ecce commendo uos domino: hoc est, nihil uobis ista nocebūt, sed cōferent plurimū. Eius profectò depositi fructū Timotheus ostēdit. Vides ut mala, pressurasq; nō sentiat, ob discipulorū spem? Eiusmodi doctorē esse conuenit, atque *Morale.*
ita discipulorum profectū caute curare, eos arbitrari sibi esse oia. Nūc, inquit, uiuimus, si uos statis *1.The.3.c*
in domino: & rursus, Quæ est. n. spes nostra, & gau *Ibidē.2.d*
dium, & corona glorię? nōne uos ante dominū nostrum Iesum? ⌈Intuere quā accurate circa ista solici- ⌈*Vides q̄ sit circa ista solicitus? nō minus solicites ues curat discipulorū, q̄ domestico rum.*
tum non minus quā erga charissimos quosq; discipulos. ⌋Oportet enim naturales patres affectu ac dilectione trāscendere, sed & spirituales filios non segnius affici, quā illi sibi necesse est. Obedite. n. inquit, præpositis uestris, & subditi estote illis, sciētes quoniam ipsi uigilant pro animabus uestris quasi rationem reddituri. Nā dic oro, ipse tanto periculo tui gratia subditus est, tu illi obtēperare detrectes in his, q̄ tibi utilia sunt? Etsi. n. ille sua oia rite dispo *Hebr.13.c*
nat, quandiu tu minus rectè uales, angoris uacuus
esse non potest, cū duplex ab eo ratio sit exigenda. L
Iam uero considera, quantū periculi sit, per singulos subditorum discuti, rationemq; pro oibus reddere. Quantum uis illi honoris impędas, quātunlibet obsequij deferas, nihil his piculis referre par poteris. Nā etsi animam ponas, ipse hoc pro te iugiter
facit ⌈sī etsi id minus hac in uita facit, quod pſecutio- ⌈*qđ si nō facit in hoc seculo cū tps postulat. perdit ipsum in futuro*
nis non adsit tps, eam tamen periculo æternæ mortis exponit. ⌋Tu contrà, neq; ad uerba usq; illi subiici uis. Hoc nēpe est malorum omniū causa, quòd rectorū authoritas perijt, nulla illis reuerētia habetur, nullus honor, nullus metus. Obaudite, inquit ppositis uestris, & subditi estote illis. At nūc puersa & cōfusa sunt oia. Neq; istud præpositorum gratia dico. Quid. n. illi de nostro honore lucrantur, nisi inquantum obtemperantes habebunt, idq; pro uti
litate nostra? Hi. n. licet honorentur, nihil ex eo ho M
nore in futurum lucrantur, maiorēmque dānationem inde suscipiunt. Etsi patiātur iniurias, nihil ex eis detrimēti in futurū acquirūt: immo & meritorum illis accedit cumulus, atq; defensio. Nostri deniq; causa cūcta illi faciūt. Nam siue honorantur à subditis, & hoc illis fieri iubet, quēadmodum dice *1.Re. 2.e*
bat Heli: Assumpsi te de domo patris tui. Siue iniurijs afficiātur, hoc in se deus ipse perpetitur, sicut ad Samuelē ait: Non te spreuerunt, sed me. Itaq; illis cō tumelia lucrum, honor uerò onus est: nō ergo hęc illorū gratia, sed uestri causa dico. Qui honorat sacerdotē, deū quoq; honorat: qui uero sacerdotem spernit, ad id sensim prolabitur, ut in deū ipsum ali *Mat.10.d*
quando cōtumeliosus euadat. Qui uos, inqt, suscipit, me suscipit. Et sacerdotes, ait, eius in honore habete. Hinc Iudęi deū aspernere didicerūt, qa Moysen cōtēpsere, qa lapidibꝰ illū impetebāt. Nā qui pie sacerdoti afficitur, lēge maiore pietate deū reuerebitur. Etsi. n. malus fuerit sacerdos quispiam, attendit deus quod sui gratia illū ēt, qui dignus honore nō *Num.16.f*
est, obsequijs foues, ipseq; tibi pmia exoluet. Si enim *Mat.10.d*

A qui prophetā in nomine prophetæ susscipit, mercedem prophetæ accipiet: profectò & qui cedit, & obtēperat sacerdoti, mercede sua nō destituetur. Nam si ubi de hospitalitate agitur tantū, ubi quem susci
pis ignoras, tantū præmiorum accipis: si ei subijcia
ris, cui imperat deus, nō multò magis mercede do-
Mat.23.a naberis? Sup cathedrā, inquit, Mosi sederūt scribæ & Pharisæi: oia ergo q̄cunq; dixerint uobis facere, facite, secdm autem opera eorū ne faciatis. An igno-
Sacerdos ē angelus domini. ras quid sit sacerdos? Angelus utiq; domini est. Nō ex seipso loquitur: si despicis, nō illum despicis, sed deum qui illū ordinauit. Sed unde, inquies, cōstat deum fuisse illius ordinationis authorē? Nempe ni si tu hāc habeas opinionē, spes tua inanis facta est. Nā si nihil per illū operatur deus, neq; lauacrū habes, neq; mysteriorum particeps es, neque benedictionibus frueris. Nō ergo Christianus es. Quid ergo? deus omnes ordinat, et indignos? Non oēs quidem ille ordinat, p omnes tamen ipse operatur, salu
Nu. 22.e tem populi moliens, non illorū intuens merita. Nā si per Asinæ os, si per Balaā sceleſtū hominē, popu-
B li causa locutus est: multo magis loquitur per sacer dotem, plebis suæ gratia. Quid. n. nō agit deus, salutis nostræ causa? quid nō loquitur? p quem nō operatur? Si. n. per Iudā operatus est, & per prophetas,
Ps.6.b et Matt.7.d quibus dicturus est: Non noui uos, discedite à me qui operamini iniquitatē: perq; illos qui dæmones in nomine suo eiecerunt: non magis per sacerdotes diuino ministerio famulantes opabitur? Nanque si
præpositorū uitas discutere pgimus, ipsi doctores nostros ordinare contendimus, puersoq; ordine naturali, quæ suprà sunt, infrà esse uolumus, ut superius pedes, inferius uerò sit caput. Audi qd Paulus
1.Co.4.a dicat: Mihi aūt pro minimo est, ut à uobis iudicer,
Ro.14.a aut ab humano die: & iterū, Tu qd iudicas fratrem tuū? Si fratrē iudicare nō expedit, quātò minus magistrū? Nā si quidē hoc statuit deus, bene facis, peccasq; ni facias: sin uerò contraria præcipit, noli pſu
mere, neq; ea coneris q̄ super te sunt. Insurrexerunt
Nu. 16.e aduersus Aarō, post utuli formatam effigiē Core, Datā, & Abyrō. Quid ergo? Nōne illi periēre? Quilibet, quæ ad se ptinent, solicite curet. Nā si quidē fi-
C dei dogma puertat, ēt si angelus sit, obaudire noli: sin uerò recta docet, noli uitæ, sed uerbis intēdere. Habes Paulū uerbis te operibusq; moderātem. Nō distribuit pauperibus, inquies, nō bene dispēsat ec
clesiæ res. Vnde tibi id cōstat? Noli illū culpare, an
Gen.18.c tequā discas. Reatū caue. Plurima quippe ex simpli ci suspicione iudicantur. Imitare deū tuū, audi ipsum dicentem: Descendens uidebo, si secdm clamorem suū consummantur: sin aūt, ut sciam. Quod et si didicisti, & examinasti, & uidisti, iudicem sustine. Noli præripere Christi iudicis ordinē: illius est munus ista discutere, nō tuum. Tu seruus ultimus, nō dominus es. Quis ipse es, pastorē noli curiosè discutere, ne eius quoq; criminis reus tenearis, quòd illū accusare pſumis. Et qūo, inquies, id mihi dicit, qđ ipse nō facit? Nō tibi ipse dicit: nam si illi obtemperas, mercede priuaris: Christus hæc admonet. Plus aliquid dicam, ne Paulo quidem obedire oportet, siquid dixerit proprium, siquid humanū, sed apostolo Christum in se loquentē circunferenti. Nō igitur aliena iudicemus, sua quisque discutiat, uitamq; dijudicet suā. At debet ille, inqies, melior esse quàm ego. Cur obsecro? Quia sacerdos est. Et quid nō habet ille amplius, quā tu? Non labores, non angores, D
non ærūnas? Debet esse te melior? Quid ergo? Nisi sit melior, teipsum pdis ac perimis? Sunt uerba ista plena arrogātię. Vnde. n. nosti illū te nō esse meliorem? Furatur, inquies, & sacrilegus est. Vnde hoc nosti ō homo? cur teipsum p præcipitia impellis? Nēpe siquis dixerit, ille purpurā habet, quāuis id scias, aurem obruis: etsi arguere possis, protinus reticulis, teq; scire dissimulas, nolēs gratis subire periculū. Quid ergo hoc in loco periculū minime necessariū susci-
pis? Nō carent reatu hæc uerba. Audi quid dixerit
Christus: Dico aūt uobis, quòd omne uerbū otio *Matt.12.c*
sum quodcunq; locuti fuerint homines, reddēt rōnem de eo in die iudicij. Cur teipsum quotis arbitraris esse meliorē? Cur nō ingeniscis magis, ac pectus tundis, atq; in humum respicis, imitando felicem publicanū? Etsi. n. melior sis, hac fœda existimatione tua cūcta perdidisti. Melior es, tace, ut psistas esse melior: quòd si loquaris, oia exinanisti. Si te putas esse, desisti: si nō putas, multū sanè profecisti. Si. n. qui pctōr aduenerat, ubi confessus est, iustificatus descendere meruit: qui peccator non est, & E
esse se putat, quid oro nō lucrabitur? quantū ex ea humilitate suis adijciet commodis? Vitam tuā diligentius discute. Fur nō es, at rapis, at uiolas, at innumera hmōi perpetras: neque id ut furtum probē, dixerim, Absit: immo illud ualde execror, & eū, qui est hmōi desleo: nam dici nō potest, quā sit sacrilegium malum. Sed uobis parco. Nolo. n. uirtutē uestram alios accusando minuere. Quid oro, publica no deterius? At cum esset innumeris peccatis obnoxius, pharisęúsque id solū diceret, Nō sum sicut pu- *Luc. 18.b*
blicanus iste, oia perdidit: tu de sacerdote dicis, nō sum sicut iste sacrilegus, & nō oia prorsus amittes? Ista necessario dicere, ac plurimis uerbis prosequi cogor, non sacerdotū tantū gratia, sed uestri. Nam uereor ne hac elatione uirtus exhauriatur uestra, in iudiciumq; decidatis. Audi deniq; quid dicat admo-
Gala.6.a nens Paulus: Opus aūt suum probet unusquisq;, & tunc in semetipso tantū habebit gloriā, & nō in altero. Nā dic oro, si saucius proficiscaris ad medicū, num omissa cura uulneris tui, studiose medicum p
cunctaris, uulnus ille habeat nēcne? An uerò, & si ille sit saucius, uulnus tuū idcirco non curas, dicisq; sanum illū esse oportuit, medicus cū sit? Quando F
uerò sanus medicus non est, absq; dubio, uulnus mecū insanabile referens? Nunquid. n. si sacerdos malus sit, inde solatium capiet subditus? Nihil minus. Cæterū dabit ille quidē scelerum suorum debitas pœnas: dabis autē & tu tuorum criminum pœuas. Et
Esa.54.d & 10.6.c enim magister solum iam ordinē implet. Erunt. n. inquit, omnes docibiles dei. neque dicent, Agnosce
Hier.31.f dominum. Omnes. n. agnoscent me à minimo usq; ad maximum eorum. Cuius ergo rei gratia, inqes, præsidet? Cur præpositus est? Ne quæso doctores nostros maledictis impetamus, uti ne nosmet potius lædamus. Nostra, ut dixi, oia discutiamus, & neminem penitus maledicemus. Reuereamur diē illā qua illuminati ab illis sumus. Patrem qui habet, et
Eccli. 3.b si mille patiatur incōmoda, omnia patris reuerentia conteget. Noli. n. inquit, gloriari in ignominia patris tui, neq;. n. tibi tam gloria, quā probrū est. Et si sensum amiserit, ueniā habe: lōge hæc magis i patre spirituali dicenda sunt. Reuerere illū, quod tibi dieb⁹ singulis diuina ministrat, scripturas relegi fa-

cit tui gratia exornat domũ, propter te uigilat, pro pter te uota pſoluit, pro te deum precaturus adſtat, tui cauſa pces exoluit, pro te apud illum religio, cul tuſq; & obſequiũ eſt, pro te iſta oĩa. Reuerere hæc ergo, atq; cõſidera, accede ad ea ſumma cũ reueren tia. At malus ille eſt, & hoc ad te quid? Nunquid. n. qui malus nõ eſt, ipſe tibi magna iſta & diuina lar gitur? Abſit. Fides. n. tua ad oĩa ualet, neq; tibi iuſtus qſpiã proderit, niſi ipſe fidelis ſis: neq; nocebit ma lus, ſi fueris ipſe fidelis. Per uaccas in arca operatus 1.Re.6.b eſt deus, cũ populum ſaluare uellet: num. n. ſacerdo tis uita, nũ uirtus tantũ conferre potuiſſet? Non poſ ſunt q̃ deus ipſe largitur, uelut ſacerdotali uirtute pfici: oĩa quippe diuinæ ſunt gratiæ. Huius tantùm munus eſt aperire os, cęterũ deus cuncta operatur: ſymbolum iſte tantummodo implet. Intuere quan tum inter Ioannẽ & Ieſum intereſt, & audi dicẽtem Matt. 3.d Ioannẽ. Ego opus habeo à te baptizari. &, Nõ ſum Luc. 3. & dignus ſoluere ipſius corrigiã calceamẽti. Sed tamẽ Ioan. 1.d cũ tantũ intereſt, deſcendit ſpiritus, quem non ha Ioan. 1.b bebat Ioannes. De plenitudine. n inquit, ipſius nos H omnes accepimus. Prius tamen quã baptizaretur, non ille deſcendit, neq; Ioannes ipſum deſcẽdere ſe cit. Cur ergo iſtud fit? Vt ſcias ſacerdotem ſymbolũ implere tantummodo. Nemo homo tantum diſtat ab homine, quantũ à Chriſto Ioãnes. Deſcendit ta men ſpiritus, ut diſcas deum oĩa operari, deũ om nia facere. Volo quiddam adijcere planè mirabile, & nolite mirari, neq; turbemini. Quid uerò iſtud ẽ? Sacra ipſa oblatio, ſiue illã Petrus, ſiue illã Paulus, ſiue cuiuſuis meriti ſacerdos offerat, eadẽ eſt, quam dedit Chriſtus ipſe diſcipulis, quãq; ſacerdotes mo dò quoque conficiũt. Nihil habet iſta quã illa mi nus. Cur id? Quia nõ hãc ſanctificant homines, ſed Chriſtus qui illam antè ſacrauerat. Quemadmodũ enim uerba quæ locutus eſt Chriſtus, eadem ſunt quæ ſacerdotes nunc quoq; pronunciant: ita & ob latio eadem eſt, eadémque baptiſmi ratio eſt, adeò omnia in fide conſiſtunt. Cornelium ſpiritus repẽ te repleuit, quia prius ipſe alacritatem uoluntatis oſtenderat, fidemq; pleniſsimæ deuotionis obtule rat. Et hoc igitur Chriſti corpus & illud eſt: qui aũt I hoc illo minus aliquid habere putat, ignorat Chri ſtum eſſe, qui nũc etiam adeſt atq; operatur. Iſta uo bis non abſque certa ratione diximus, ſed ut ſenten tiam ueſtram, ſenſumq; corrigamus, cautioréſque in poſterum faciamus. Verũ uos ea ſeruate, quæ di ximus. Nam ſi ſemper audimus, & nunquam audita perficimus, nihil ex his quæ dicuntur, emolumenti percipimus. Attendamus ergo nobiſipſis quæſo di ligenter, & quæ dicta ſunt, magno ſtudio implere curemus. Deſcribamus ea mentis noſtrę tabulis, cõ ſcientiæq; affixa teneamus, ac iugiter gloriã referamus patri, & filio, & ſpiritui ſancto, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia III.

F *Ormã habe ſanorum uerborũ, quæ à me audiſti in fide & charitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Bonũ de poſitũ cuſtodi per ſpiritum ſanctũ, qui inhabitat i nobis. Noſti hoc, quòd auerſati ſunt me oẽs, qui ſunt in Aſia,* Phygel- *ex quibus eſt* Philetus *& Hermogenes. Det miſericordiã do* lus. *minus Oneſiphori domui, quoniã ſæpius me recreauit, & ca tenã meã non erubuit: ſed cũ uenijſet Romã ſtudioſius me requiſiuit, & inuenit. Det illi dominꝰ inuenire miſericordiã apud deũ in illa die, & quãta mihi Epheſi miniſtrauit, ipſe melius noſti.* Non modo per literas, ſed etiam uerbis K diſcipulo, quę eſſent agenda, dictauit: qđ plurimis & alijs in locis oſtẽdit, dicẽs: Siue p uerbũ, ſiue per 2.The.2.b epiſtolã, quaſi p nos miſſam. Hoc & hic multò ma gis fecit: ne igitur minus aliquid doctrinã habere putemus, plurima illi abſque ſcripto tradidit, q̃ illi modo ad memoriã reuocãs, dicit: *Formam habe ſano rum uerborũ, quæ à me audiſti.* Quid aũt hoc ſibi uult? Pictorũ, inquit, more imaginẽ tibi uirtutis impreſ ſimus, & omniũ quæ deo grata ſunt, ueluti normã, primitiuamq; formam, tuæ indidimus aĩæ. Hæc igi tur habeto firmiter, & ſiue de fide, ſiue de charitate, ſiue de caſtitate opus ſit aliquid loqui, ac definire, inde tibi exemplaria accipe. Nõ tibi neceſſe erit ab alijs mutuari uirtutis imaginẽ, cũ intra te oĩa poſi ta ſerues. *Bonum depoſitũ cuſtodi.* Quo nã modo? *Per ſpiritum ſanctum, qui habitat in nobis.* Neque. n. humanæ aĩæ, humaneq; uirtutis eſt tã multa depoſita di gne poſſe ſeruare. Cur id? Quia feruẽt cũcta latroni bus, denſiſsimę imminent tenebræ. Inſtat pręterea diabolus, atq; inſidiatur, neſcimꝰ qua hora, quo im mineat tpe. Quo igitur, inqt, cuſtodire ſufficimus? Per ſpũm ſanctum: hoc eſt, ſi ſpiritum habeamus L apud nos manentẽ. Aderit aũt, niſi gratiam repella mus. Niſi. n. dominus ędificauerit domũ, in uanũ Pſa.126.a laborauerunt qui ædificant eam: &, Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra uigilant q cuſtodiunt Ibidem. eam. Hic nobis murus eſt, hoc pſidium atq; refugiũ. Si igitur inhabitat, & ipſe proſectò cuſtodiet, qđ er go præcepto opus? Vt ipſum. ſ. teneamus, ut ſerue mus intra cordis noſtri hoſpitium, ne illum malis actibus effugemus. Deinde tentationes exponit, nõ diſcipuli animum deijcere intendens, ſed magis eri gere: ut ſi quaudo & ipſe in eaſdem inciderit, nõ rei nouitate turbetur, magiſtrũ intuens, & quæ illi cõ tigére memoria repetens. Quid ergo ait? Quoniã fie ri poterat, ut eiſdem & ipſe cõprehẽſus deſereretur, atque nullius humanitate, nullius ope aut auxilio niteretur: uerũ ab ipſis quoque fidelibus, amicisq; proderetur, audi quã ſua ſignanter enumeret. *Noſti*, inquit, *quòd me auerſati ſunt omnes, qui ſunt in Aſia.* Erãt fortè tunc Romæ plerique Aſiatici: ſed nemo, ait, adſtitit mihi, nullus me recognouit, oẽs à me alieni effecti ſunt. Et uideas, quæſo, ipſius ſapientiſ M ſimum animũ, ſ dixit quod factum erat illis quẽad ⌜dixit qđ modum imprecatus eſt, ſatque eum quidẽ qui rite euenerat, erat operatus, laudat, bonaq; illi imprecatur oĩa. Il nõ aũt ip lis autem nequaquam maledixit: ſed quid ait? *Ex* ſis eſt ma *quibus eſt Philetus & Hermogenes. Det miſericordiã domi* lè impre- *nus Oneſiphori domui, quia ſæpius me recreauit, & catenã* catus. *meã nõ erubuit: ſed cũ uenijſet Romã ſtudioſius me requiſi uit, & inuenit.* Intuere quo ubique confuſionis uer bum non periculũ ponit, ne diſcipulus trepidet. Et certe ea res erat plena periculis. Inſenſum. n. tunc ha bebat Neronẽ, quòd quẽdã ex familiaribus eius fi dei religioniq; iunxiſſet. Sed cũ ueniſſet, inquit, Ro mam, nõ modò non refugit colloquium meũ, ſed etiam requiſiuit me, atq; inuenit. *Det illi dominus inue nire miſericordiã apud domirũ in die illa: & quãta Epheſi miniſtrauit, ipſe melius noſti.* Tales eſſe fideles decet, ut neq; minis, neque metu, neque confuſione ulla pro hibiti, ſibi inuicẽ cooperẽtur, ſeq; mutuò foueãt, ac ueluti in bello ſibi adſiſtant inuicem, & opẽ ferãt. Neque. n. plus periclitãtibus, quã ſibimet proſunt, dum pietatis inſtinctu, illis accedũt ſocij, corona-

A rũmq; participes fiũt. Verbi gratia: in pſſura conſti tutus eſt aliquis eorũ, qui deo ſe deuouerũt, aduer ſiſq; plurimis quatitur, magnáque tolerãtia collu ctatur: tu nunq̃ eiuſce certaminis experimẽta cepi ⌜etiãſi in ſti, licet tibi, ſi uelis, ſ & pter ſtudiũ, ſ coronarũ, quæ ſtadiũ ip illi debẽtur, participẽ eſſe, ſi illi aſsiſtas, ſi inungas, ſum non ſi horteris, ſi aſsidue excites. Atq; ut hoc ita ſe habe fueris in- re diſcas, audi qd alio in loco dicat. Apoſtolus: Ve greſſus, rũtamen bene feciſtis communicãtes tribulationi Phil. 4.c meę. & iterũ, Theſſalonicã quoq;, & ſemel, & bis in Ibidem. uſum mihi miſiſtis. Et qũo qui nõ aderant, abſenti in preſſuris cõicarũt? Quia miſiſtis: inquit, mihi ne neceſſaria & ſemel, & ſecũdo. Et rursũ de Epaphro Ibidẽ. 2.d dito: Quoniã, inquit, appropiquauit uſq; ad mortẽ, nõ parcens aĩæ, ut ſuppleret defectum miniſterij ue ſtri aduerſum me. Nã ſi in regibus fieri ſoler, ut non modo qui pugnãt, ſed & q uaſa cuſtodiũt, honoris participes ſint: ſæpe cõtingit ut paria bellatoribus acciperent pmia, quãuis no fœdaſſent cruore ma nus, neq; arma cepiſſent, immo ne pluũ quidẽ aſpe xiſſent: multò magis id in tribulationibus ſit. Qui enim athletã fame cõfectũ cibo recreauerit, qui illi adſtiterit, & uerbo fuerit hortatus, qui obſequia B reliqua intulerit, pari cũ illo mercede donabitur. Ne que. n. uelim Paulũ aſpicias intuictũ, atq; inſuperabilẽ pugilẽ: ſed aliũ quẽuis ex multis, qui niſi ma gno ſolatio & magna conſolatione frueretur, fortè cõcideret, neq; unquã certaret omnino. Sępe igitur fit, ut qui extra certamẽ ſunt, illi qui certamẽ ingre ditur, ſint cauſa uictorię. Qui uero uictorię fuerint cauſa, eos coronas quoq; uictori pparatas promere ri certũ eſt: & ſanè nihil eſt cur admireris, ſi ſtatiꝫ quiſq; cõicans, atq; certãtibus, eadẽ meretur pmia: quandoquidem & uita functis uictoribus corona tis nihilo egentibus licet, ſi uelimus, uirtutũ atque 1.Co.9.a meritorum accedere ſocios. Audi deniq; quid dixe rit Paulus: Memorijs ſanctorum communicantes. Quo nam, inquies, modo? Quando cuiuſquã admi raris uirtutem, quãdo illum imitaris: & ex eis aliqd ſtudes æmulari, quæ illum clarum illuſtrẽmque fa ciũt, præmiorum profecto, atq; coronarũ accedis conſors. *Det illi dominus inuenire miſericordiam apud dominum in die illa.* Miſertus eſt mei, inquit, igitur & retributionẽ habebit in die illa terribili, atq; metuẽ da. Quando miſericordia nimium oẽs egebimus, C Det illi, inqt, dominus inuenire apud dominũ miſe ricordiã. Duo ergo domini? Abſit: Sed nobis unus eſt dominus Ieſus Chriſtus, & unus deus. Hoc in lo co, qui Marcionis laborãt morbo, ex hoc uerbo hę reſim ſuã ſe tueri putant: ſed diſcãt uſitatum eſſe in ſcripturis hoc dicẽdi genus. Sæpe. n. cũ fuerit de ali quo facta mentio, ea locutione utitur: ut cũ dicit, ⌜Dixit do- [Et ait Abraham, quoniã nõ ingreditur Abraham: minus do- &ꝯ cætera in hunc modum. ſ neque uerò ait, Det illi mino meo dominus aliud quicquam: ſed, miſericordiam. Morale.

Enimuero ſi Oneſiphorus, qui ſeſe periculis obie cerat miſericordia ſaluus fit: quãto magis nobis mi ſericordia neceſſaria eſt? Terribiles nępe illæ pœnę ſunt, & nimium illa metuenda ſupplicia, magnaq; Matt.7.d egemus diuinæ miſericordiæ largitate, ne horroris Ibid.25.d plenã ſententiã audiamus: Diſcedite, nõ noui uos, qui operamini iniquitatẽ. &, Diſcedite à me maledi Luc.16.g cti in ignẽ æternũ, qui paratus eſt diabolo & ange Mat.22.b lis eius. & illud item: Chaos magnũ inter nos & uos eſt. itemq;: Tollite illũ, & mittite in tenebras exterio res. atq; illud: Serue male & piger. Horrendũ quippe D eſt, nimisq; metuendum extremi iudicij examen. Et Ibid.25.c certe deus mãſuetus eſt, lenis eſt, placidus eſt: deus enim miſericordiarum dicitur, & pater totius cõſo 2.Cor.1.a lationis, & bonus, & benignus, & mitis, & multę mi Exe.18.g ſericordiæ. Et non uult mortem peccatoris, ſed ut cõuertatur & uiuat. Vnde igitur qſo, ũde dies illa ſic anxia, ſic plena terroris? Igneus nępe fluuius an te illius faciem ducitur. Aperiũtur operũ noſtrorũ libri, dies illa ut ardens clibanus eſt. Diſcurrũt an geli, fornaces ſuccenſæ, & paratæ ſunt multæ. Qũo ergo clemens, qũo miſericors, quo pacto bonus ẽ? Sic quoq; plenus clementiæ ac bonitatis eſt, immo ex hoc maxime diſcitur ipſius clemẽtiæ magnitu do. Nã ex iſtis terrorẽ incutit nobis, ut uel ita coacti metu, ad æterni regni deſideriũ excitemur. Iã uerò inſpice, quã locuples Oneſiphoro teſtimoniũ pſtet, dũ ait: Quoniã ſępius recreauit me: ac ſi athletã, in qt, ęſtu, pſſurisq; fatigatũ recreauit, atq; roborauit.

Et quanta Epheſi miniſtrauit, ipſe melius noſti. Non mo do, inquit, Epheſi, uerũ & hic. Hmõi. n. oportet, ut ſit ſobrius quiſq;, uigil, & excitus nõ ſemel, aut ſecũ E dò, aut tertio, ſed per omnẽ uitã illi operãdum eſt. Quemadmodum. n. corpus noſtrũ, nõ ſi ſemel nu triatur, habet totius uitæ ſubſtantiã, ſed quotidia no indiget cibo: ita & in religione atq; pietate, die bus ſingulis operũ egemus auxilio. Magna nanque nobis miſeratione opus eſt: propter peccata. n. no ſtra deus oĩa illa facit, cũ ſit ſummè bonus ac beni gnus, immò bonitas ipſa atq; benignitas: cùm ſanè ipſis nihil indigeat, ſalutis noſtrę cauſa cũcta mo litur ob hoc enim cuncta nobis expoſuit, oĩa enũ ciauit: neq; enũciauit modò, uerũ & operibus ipſis aſſeruit, dignus planè cui fides habeatur, etiãſi dice ret tantũ. Cæterũ nequis fortaſſe uerba exiſtimaret terrendi, aut cõminandi ſolũ cauſa deſæuire, rebus ipſis, quę dixit, aſſeuerat: dum priuatim, ac publicè pœnas inducit: atq; ut id aperti⁹ diſcas, rebus ipſis certis, Pharaonẽ quãdoq; c uciauit, aliàs aquarum generalẽ illã induxit illuuiem, per quam oĩa perde ret: aliàs uerò imbrẽ igneum cœlitus demiſit, quo ſceleſtos extingueret. Modò item cernimus pleroſq; malos cruciari, & pœnas exoluere: q̃ profecto cia gehennę nobis exempla expoſita ſunt. Ne. n obdor miamus, ne deſidię languore teneamur, obliuiſca F mũq; uerborũ, ipſis nos reb⁹ excitat, admonet, o ſtẽditq; & in hac uita iudicia, ſupplicia, mulctas, ua riaq; pœnarũ genera, pterrẽdis malis cõſtituta. Qđ ſi apud hoies tãta iuſtitiæ ſeruãdæ cura eſt, deo q has cõſtituit leges nulla erit iuſtitiæ ratio? Quis no uideat q̃ id abſurdũ, q̃ impium ſit? Nempe enim & in priuata domo, & in foro, & omnibus omnino in locis leges ac iudicia uideas. In domo pater familiãs ſeruos quotidie iudicat, pœnasq; peccãtib⁹ infert, peccataq; partim punit, partim remittit. In uilla rur ſus uillic⁹, & uxor diebus ſingulis iudicia exercent. In naui gubernator de uectorib⁹ iudicat, in caſtris dux milites diſcutit, plurimaq; i hũc modũ iudicia inuenies. In artib⁹ magiſter iura diſcipulis dictat. Oẽs deniq; & ſeorsũ, & cõmuniter ſeuicẽ iudicãt. Nuſquã uideas iuris rationẽ nõ haberi, ſed oẽs ubi que pœnas ſcelerũ dare. Si uerò hic tãta cura & di ligẽtia p ciuitates, per domos, p ſingulos deniq; ius ita diſſeminatũ eſt, ut eius tuendi gratia oĩa fiant: illic ubi iuſtitia plena eſt dextera dei, & iuſtitia ei⁹ Pſa.47.b

G sicut montes dei: illic inquã, nulla erit iustitiæ rõ? *Psal.7.c* Et quo erit deus iudex iustus, fortis & patiens, si seratur, ut non peccatorum exigat pœnas? Habes hic causam quod patiẽs est. Expectat patiẽter, ut te ad pniam attrahat: sin uero peccare persistas, secundũ duritiam tuam, & cor impœnitens, thesaurizas tibi irã. Si ergo iustus est, secũ dum merita reddit: neque patitur, ut qui hic aduersa patiuntur ab impijs, ſimmunes sint. ⌈Fortis aũt est, qui ẽt post mortẽ iustè retribuit: id quippe uirtutis est, & in resurrectione itẽ. Et patiens, inquit. Si igitur patiens est, nõ pertur bemur, neq; dicamus, cur hic nõ supplicijs afficit? Quippe si hoc fieret, iãdudum præreptũ esset mortalium genus: si diebus singulis eorũ q̃ peccamus, pœnas a nobis exigeret, uix uel paucis annis uiuere permissi essemus: neque. n. dies ulla omnino ptranſit nostris scelerib⁹ uacua, sed innumeris quotidie modis offendimus, ut nemo nostrũ ætatis uigesimũ attigisset annũ, nisi ingens esset patientia, summaq; benignitas, q̃ nobis pniæ spaciũ daret, ut peccata diluere ualeamus. Vnusquisq; igitur ingrediatur conscientiæ suę cubiculũ, & q̃ a se gesta sunt cũ

H cta discutiens, uitamq; suã omnẽ discutiens, aiaduertet innumeris se pœnis ac supplicijs dignũ. Et cũ illi cogitatio impia dixerit, cur nã ille mille scelerib⁹ plenus nõ pœnas luit? ex suorũ cõsideratione factorum desistet indignari. Illa. n. ideo uidẽtur magna, quia palã sunt: cæterũ si sua illis conferat, plura & maiora fortasis inueniet? quippe rapere, & cupidũ esse, idem ferme est, siue aurum, siue argentũ quisq; diripiat: eodẽ. n. ex aĩo utrunq; proficiscitur, & is q minora diripit, maiora quoq; diripere nõ detrectabit, si se illi occasio obtulerit: qd si desit occasio, non tamen pessimum institutũ, ẽt sine effectu operis, uacat a culpa. Si pauperiorem se pauper iniurijs uiolat, diuitẽ quoq; si posset, uiolare nõ desinet. Verũ obstat infirmitas, nõ deest malitia uolũtatis. Ille, inquies, princeps est, & subiectorũ fortunas diripit. Quid ergo ipse nõ rapis? Neq;. n. uelim dicas, illeauri talẽta diripit: tu uel si decẽ obolos rapias, eiusdem eris criminis reus. Totũ quippe in uoluntate consistit. Nã & eleemosynis dandis, alij aurũ offerebant, paupercula uidua duo minuta in gazophylacium misit, nihilq; minus diuitibus intulit. Cur id? qa uoluntas propositumq; discernitur, nõ datũ ipsum. Enimuero cũ in eleemosynis erogãdis deũ uis ita iudicare ut nil minus reddat tibi, si duo minuta distribuas, quã his, qui mille auri talẽta distribuũt: in auaritia uero, & rapina nõ idẽ cẽ'es? Nõne omni rõne id caret? Quemadmodũ deniq; uidua illa, quę duo minuta miserat, pro alacritate uolũtatis, nihil minus diuitibus intulit: ita & tu si uel duo minuta diripias, nihilo meliori in loco es, quã his, qui multa diripiũt: immo ut mirabilius aliq̃ loquar, illos iniquitate trãscẽdis. Sicut. n. quisq;, siue regis uoluerit uxorẽ, siue pauperis, siue serui, pari ratione adulter est: cũ peccatum non pſonarum differentia, uerũm ex uolũtate ꝓproba id scelus admittẽtis iudicetur: ita & hic. Immo equidẽ illũ magis adulterum dixerim, qui quãlibet ex uulgo, quã q̃ reginã ipsam uiolauerit: illic. n. plurima imitamẽta sunt: pũta opes, elegantia formæ, & eiusmodi cætera, quorũ hic nihil inuenias. Eadẽ profectò ratione illum magis ebriũ dixerim, qui quolibet uino, quã q̃ optimo inebriatur: ita & cupidum eum potissimum censeo, qui ne

I *Mar.12.d et Lu.21.a*

minima quidem rapere omittit. Nã qui maxima di K ripit, minima fortasse cõtemnet: qui aũt parua non despicit, quomodo his maiora despiciet? Fur igitur hic magis, quã ille est. Nã qui non aspernatur argentum, nunquã profectò aurũ aspernabitur. Itaq; cũ principes insimulamus, nostra nobiscũ reputem⁹: inueniemus nosipsos plus auaritiæ, rapinæq; studere, quã illos: si ista nõ re, sed uolũtate metiamur. Ita enim discernere ac iudicare debem⁹. Dic n. quęso, si quis rem pauperis furto sustulisse deprehẽditur, alius uerò diuitis substantiam expilat: nõne simili uterq; plectitur pœna? Quid item homicida? nõne perpetrati homicidij æque pœnas dabit, siue ille debilem ac pauperem, siue diuitẽ ualẽtemq; necarit? Cũ igitur in mẽtẽ uenerit, quod ille huius prædiũ rapuit, nosipsos, nostraq; oia diligẽtius inspiciam⁹, atq; ita alios damnare desinemus, deiq; lõganimita tem admirabimur: neq; indigne ferem⁹, quòd iudicium sup illos mittere differat, ipsiq; ad male operãdũ segniores, tardiorésque reddemur. Nã cũ nosmet eisdẽ obnoxios teneri aiaduerterimus, nõ iam indignabimur: Verũ ipsi potius peccare desistem⁹, futurisque pfruemur bonis: q̃ utinam nos oẽs con L sequi mereamur, ĩ Christo Iesu domino nostro, cui est cũ patre & spiritu sancto gloria, imperiũ, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia IIII.

V *ergo fili mi cõfortare in gratia, quæ est in Chri* Cap. II
sto Iesu: & quæ audisti à me p multos testes, ea cõ
mẽda fidelibus hominibus, qui idonei erũt et alios
docere. Tu ergo collabora ut bonus miles Iesu Christi. Nullus
militãs deo, ⌈implicat se negotijs secularibus, ut ei placeat qui
se elegit. Sed & si certauerit quis, nõ coronabitur, nisi legiti
mè decertet. Laborantẽ agricolã oportet primũ de fructibus
sumere. Intellige quæ dico. ⌈Dabit ⌈n. tibi dominus in omni
bus ĩtellectũ. Memor esto dominũ Iesum Christũ resurrexiſ
se à mortuis ex semine Dauid secũdũ euangeliũ meũ, in quo
laboro usque ad uincula quasi malè operãs. ſed uerbũ dei nõ
est alligatũ. Ideo omnia ſustineo propter electos, ut & ipſi ſa
lutem conſequantur, quæ ẽst in ⌈Christo Iesu cum gloria cæ
lesti. Fert magnũ discipulo in mari solatiũ, magnãq; fiduciam, cũ meminit magistrum ferè naufragium fecisse, & fuisse seruatum. Neq;. n. arbitratur iam fluctus illos, atq; tempestates, ex propria imperitia, inscitiaq;, sed ex ipsius rei natura cõtingere. At id pmagnum est ratiõe solatij. Fert item in bellis tribuno, uel cuiusuis agminis duci, maxima incitamẽta uirtutis, cũ imperatorem uiderit uulneratũ primo tũ demũ euadere ex uulnere: ita & fidelibus quibusq; multũ affert solatij, quod apostolũ cernunt toleraſſe plurima. Quippe ille hac intentione quæ fuerit ppessus, enunciat. Nã audiens Timotheus, quod is q potẽtissimus fuerat, orbémque subegerat omnẽ, haberetur in uinculis atque pssuris: neq; ferebat indigne aut grauiter, quòd a suis fuisset desertus: profectò si & ipse eadẽ ppessus esset, eã rem infirmitatis humanæ esse nunquã putauisset: licet esset ille discipulus, atque iferior Paulo, quãdoquidẽ & magister eadẽ toleraſſet: uerũ & diuinę dispositioni, & rei naturæ adscriberet oia. Et ipse. n. hoc fecit, atque ideo ita expoſuit, ut roboraret discipulũ, atq; recrearet: ut scilicet intelligẽs ille sui gratia hoc eum facere, suasq; pressuras, ac tẽtationes recensere, mẽliore esset animo. Atq; ideo adiecit: *Tu ergo fili mi confortare in gratia, quæ est in Christo Iesu.* Quid dicis? itãne metu

Hanc dictionẽ, do nõ habet exemplar Veronẽſe.

⌈*Deſ.*

A nos liberas? Dixeras te uinctũ esse, pssuràsque pati, atq; ab omnibus fuisse desertũ, & quasi nihil te passum dixisses mali, aut ab ullis esse derelictũ, ita demum addis: *Tu ergo fili mi confortare.* Merito sanè ita facio, quoniã ex his plus roboris accipis, quã si nihil passus fuissem. Nã si Paulus ergo ista patior, multo magis ea pati tu debes: si magister, longè discipulus magis. Sũmo uero affectu eã admonitionẽ infert, dũ dicit, fili: neq; id tantũ, sed adijcit, fili mi. Si filius es, inqt, patrẽ imitare: si filius es, ex his confortare, quæ dixi: neq; ex his tantùm, sed ex gratia Christi. *Confortare*, iquit, *in gratia, quæ est in Christo Iesu.* Hoc est, per gratiã Christi. ac si dicat, perſiſte fortiter, prælium non ignoras, qd alio in loco

Epheſ.6. significãtius positum est ab eo, cũ diceret: Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ. Neque tamẽ ob id deterruit auditores, uerũ excitauit magis. Et hoc itaq; in loco: Sobrius esto, inqt, & uigila, habes adiuuantẽ gratiã dei, unàque certãtem. Magna propositi alacritate, magna cõstãtia uolun

B tatis, tuũ munus aggredere. *Et quæ audisti à me per multos testes, hæc cõmẽda fidelibus hominibus* Fidelibus, inqt, nõ quæstiones ratiocinationesq; sequẽtibus:

Ro.10.d fidelibus, qui ꝑdicationis nõ prodant gratiã. Quæ audisti, nõ quæ discussisti. Nã fides ex auditu, audi

⌈*Dei.* tus aũt per uerbum ⌈Christi. ⌈Quid est autem, per multos testes? Non ea, inqt, clam audisti, neq; in secreto, sed palàm adstãtibus omnibus. Neq; ait, dic & ipse, sed cõmenda ueluti thesaurum regium, qui tuto loco deponitur. Rursus aũt ex supioribus, & ex consequentibus discipulũ terret, non solũ ait, fidelibus cõmenda. Nam quæ nam esset utilitas, si fidelis qspiã sit, nec tamẽ possit docere alios? Si item

⌈*prodiderit.* ipse non⌈ prædicat⌈ fidem, neq; tamen alios sui similes efficere possit. Duo itaq; magistro necessario in eẽ dẽnt, ut & fidelis sit, & docere alios possit, idcir co ait, Qui idonei erunt & alios docere. *Tu ergo labora, ut bonus miles Christi Iesu.* Quãta uerò dignitas est esse militem Xpi, cõsidera terrenos reges, ut magnum quiddã putent, qui sub eis militant. Si ergo laborare, regij militis est: non laborare, militis non est. Nõ itaq; grauiter, aut molestè ferre militẽ labo-

C res decet, sed cõtrà, penitus gratè ac libẽter, ac tum magis dolere, cũ non laborat. *Nemo militans deo,* ⌈*implicat se negotijs secularibus. Nam & qui certat, non coronabitur, nisi legitimè decertet.* Dicta sunt qdem ista ad Timotheum, dicuntur aũt per illum quoq; magistris omnibus, atq; discipulis. Nullus ergo episcopa tu ꝑditus, hæc audire detrectet, sed agere ea planè detrectet. Nã & qui certat, nõ coronatur, nisi legitimè decertet. Quid est legitimè? Nõ sufficit, inquit, siquis in certamen tantũmodo descendat, si solũ ungatur, aut cõgrediatur tantũ: sed nisi per omnia certaminis seruauerit legẽ, ut sobrius, grauis, constansq; sit, omniaq; prorsus obseruet, quę certantibus cõgruunt, nunq; profecto coronabitur. Et itue re quæso sapientiã Pauli, certaminis ac militãtium mentionẽ facit, partim ut próptos atq; alacres ad cędes, sanguinem ac mortem suaderet fieri: partim ut cõstanter ac fortiter omnia perferre hortaretur, ac semp in exercitatione esse. *Laborantem agricolam oportet primũ de fructibus sumere.* Dixerat de se, dixerat & de magistro: dicit iam & de his, quæ communiter accedũt, de certãtibus atq; militibus, apponitq; rebus singulis ꝑmia: dũ de altero loqtur, ut ei placeat qui se elegit, de altero dicit, ut coronetur. Addit aũt & tertiũ exemplar sibi maximè congruum. Nam illud militis atque athletę, subditis cõuenit: agricolæ uero, magistro solũmodo: ut nõ tantùm sicut miles & athleta, uerũ & ut agricola sit. Quippe agricola nõ simplsius curam habet, sed fructuũ terræ: hoc est, nõ minimã laborum retributionem capiet agricola. Hoc in loco deũ nihilo egentẽ, doctrinæq; præmia, ostendit, dum rem cõmunem dicit. Quèadmodum, inqt, agricola, non absque utilitate laborat, uerùm prior ipse ante omnes laborũ suorũ percipit fructum: ita & doctorẽ frui laboribus suis cõsentaneũ est. Siue hoc fortasse de honorandis doctoribus dicit, ſquod tamen rõne nõ caret. ⌈Cur. n. non simpliciter dicit agricolam, sed laborantẽ agricolã: neque utcunque laborãtem, sed acri intẽtione laborantẽ, aduersus eos, q more impatientes sunt. Ac nequis, inquit, molestè ferat præmiorũ moram, iam hic ea recipere icipit, siue quia in ipso labore retributio est: postea uero quã exempla proposuit militũ, athletarũ, agricolarũ, eaque oia figurate: Nullus, ait, coronatur, nisi legitime de certet. Cumq; dixisset, *Laborantem agricolam primùm oportet de fructibus capere.* Protinus addidit, *Intellige quæ dico. Dabit enim dominus in omnibus tibi intellectũ.*

⌈*Cui⁹ſ rei gratia hęc ĩ prouerbijs ſimilitudinibuſq; dicta ſunt? Deinde affectũ ſuũ indicans, non deſinit bona illi ꝑecari, qppe ueluti chariſsimo filio metuens, & ait: Memor eſto Ieſum Chriſtũ à mortuis reſurrexiſſe, ex ſemine Dauid ſecũdũ euãgelium meũ, in quo & laboro uſq; ad uincula, quaſi malè operans.* Cur hoc in loco sic admonet? Maxime qdẽ hæreticos iugulat, simul aũt & discipulum recreat: ostendens passionũ lucra, quãdoqdem ipse quoque magister noſter Xps paſsione ſua proſtrauit mortẽ. Hoc, iquit, recole, ut consolationem cumulatiorem habeas. *Memor esto,* iquit, *Christũ Iesum resurrexisse ex mortuis, ex semine Dauid.* Ita. n. tunc cœperãt quidam mysterium diuinæ dispensationis euertere, magnitudinẽ diuinę bonitatis⌈ non capientes. ⌈ Talia qppe in nos beneficia contulit deus, ut ea hoĩes deo applicare erubescerẽt, neque illũ ad infirma nostra descẽdisse, eáque susc episse crederent. *Secundum euangelium meum,* iquit, Vbique per epistolas hoc utitur nomine dicens, Secundũ euangelium meum, cui scilicet obtemperare & credere oportet. Erãt. n. & qui alia euãgelizarent, quos alio in loco notat ac reprobat. *In quo laboro,* inquit, *usq; ad uincula, quasi malè operãs.* Rursus ex seipso solatiũ fert, rursus hortatur, dum nihil ex pressuris detrimẽti prouenire, & emolumẽti plurimum indicat. Multũ enim profectò confert ad irritamẽta uirtutis, magistrũ luctantem indesinenter aspicere, nec cedentem. *Sed uerbum,* inquit, *dei non est alligatum.* Nam si qdem, inquit, seculi milites essemus, si bella carnalia bellaremus, haberẽt aliqd uiriũ uincula, q̃ manus obligassent nostras. At nũc tales nos fecit deus, ut nihil nos deiicere possit. Vinciũtur manus, sed manet lingua libera, quã nemo ligare possit, nisi formido solã, atq; ifidelitas. Quãdiu ea abest, quãtalibet quis injiciat uincula, prædicationis uox alligata nõ est? puta siquis agricolam uinciat, sementem profectò impedit: manu enim ille serit. Doctorẽ uerò si uinxeris, uerbũ dei cõpedire non uales: lingua quippe, non manu seritur uerbũ, quod nullis subiacet uinculis. Nam & si

ſed hoc abſurdũ eſt.

Theoph. etiã hanc reȳcit interpretationem.

⌈*Huius*) *ſine interrogatiõe.*

⌈*pudori ducẽtes.*

1.Cor.15.a & 1.Ti.1.b

Phil.1.c

G uincti ipſi ſimus,illud ſolutum eſt,& liberè currit. Ecce.n.inqt,& nos qui uincti ſumus, p̄dicamus,ut & qui ſoluti ſunt, promptiores ad id fiant. Nam ſi uincti ipſi p̄dicamus,quantò magis uos, qui ſoluti eſtis,id facere oportet? Audiſti quòd q̄ſi male operās hęc patior,noli aīo deiectus eſſe. Eſt qppe miraculi pleniſsimū,quòd is q uinct⁹ eſt, ſolutorū exercet munus, uinctus oīa uincit, uinctus eos q ſe uinxerant, ſuperat. Verbum quippe dei,non noſtrum eſt. Porrò humani nexus dei uerbū ligare non poſſunt, & hæc patior pp electos. *Idcirco enim*,inquit, *omnia tolero propter electos,ut & ipſi ſalutem conſequantur,quæ eſt in Chriſto Ieſu,cum gloria æterna.* Adijcit ad hortationis cumulū, dū non pro ſe, ſed pro ſalute aliorū iſta pati ſe dicit. Cū,inqt,liceret abſq; periculis uiuere, nihilq; hmōi pati, ſiquidem mea eſſem cōtentus ſalute:alienis tamen cōmodis conſulo,ut alij æternam cōſequantur uitam. Quid polliceris? nō ait,ſimplī,propter hos aut illos,ſed propter electos. Si deus, inquit, illos elegit, & nos omnes pro illis pati oportet, ut & ipſi ſalutem conſequantur, quemadmodum & nos. Et nos.n.elegit deus. Sicut igitur pp nos paſſus eſt deus,ita & nos pro illis cōuenit pati. Eſt ergo ea res nō gratia,ſed retributio. In deo qdem gratia eſt,nullis.n.præcedentibus bonis noſtris in eā,ſed ſola gratia nos redemit:in nobis uerò retributio eſt, præuenti.n.diuinis beneficijs pro fr̄atribus patimur,ut & ipſi ſalutem conſequantur. Quam oro, ſalutē dicis? An uerò,qui tibi ipſi nō ſalutis,ſed periculorū author es,ſalutis cauſa cæteris eſſe potes? Nō huius,inqt,ſalutis momentaneæ,fluxæ,mundanę:ſed eius quę in Chriſto ueræ ſalutis cū gloria æterna, idem author illis ſum. Angunt uitæ huius aduerſa,at tpalia ſunt: doloris afflictionisq; ſunt plena,ſed uix uſq; in craſtinū durant. Nō ſunt talia uerę ſalutis munera,ſed æterna, ſed cœleſtia:illa planè glorioſa ſunt,hęc autem plena dedecoris. Et inſpice q̄ſo,ut non ſit illa gloria quæ de terra eſt,ſed uera gloria in cœlis ſit. Porrò ſiqs gloriam cupit,ignominiam quærat: ſiquis requiē appetit, ſeſe preſſuris exerceat: ſiqs probatus, ac ſpectatus eſſe deſiderat, eternisq; delicijs frui,reſpuat tota intētione animi tpalia omnia. Nā quòd ignominia gloria ſit,& gloria item ignominia, age iam pro uiribus demonſtrare curemus, ut quæ nā ſit uera gloria: uideamus. Fas nō eſt in terra gloriā quærere, cæterū ſi eius amore tenearis, ea per ignominiā quęrēda eſt. Id aūt in duabus,ſi placet,pſonis inquiramus. Nerone ſcilicet,ac Paulo: ille mundi gloriā, hic ignominiam habuit. Quo nā modo? Tyrannus ille erat, multa peregerat, hoſtes ſuderat, opibus delicijsq; circūfluebat, ſinitus eū ſtipabat exercitus, maior illi orbis pars obtēperabat, regia illi ciuitas, ſenatusq; oīs procidebat ſupplex, procedebat regia exqſitiſsimo cultu inſignis: ac ſi qdē armari opus eēt, auro lapidibusq; pretioſis armatus incedebat: In pace purpurā, regni inſigne p̄ferebat: ſadſtatorū illi, ac purpuratorū magna ſemp multitudo aderat: terrę mariſq; potiebatur. Imperator, Auguſtus, Cęſar, Rexq; dicebatur, alijsq; noīb⁹ quę aſſentatio, blandiciæq; obſequium adinuenerant, appellabatur, nihilq; ad gloriā deſuit. Illumq; & ſapientes,& reges,& iudices tremebāt, pauebantq; uirū. Prēterea ferocis erat ingenij, atroxq; & impudēs eſſe dicebatur: & q deū ſe putari uellet, idolaq; contemneret omnia, ipſumq; oīum deum, atq; ut deus ipſe colebatur. Quid hac potius gloria, imo qd ea ignominia peius? Verū neſcio quo ui ueritatis impulſa, prærucurrit lingua,& ante diligēs iudicium ſniam tulit. Interim ex opinione multitudinis diſcutiamus hanc rem iuxta infideliū errorem, aſſentatorumq; morē. Quid maius, qd excellentius gloriæ [Romanæ [dici poteſt, quā deum ipſum putari ſolū? At ſummū id profecto dedecus eſt, homo cū ſis, in tantā inſaniam, rabiemq; prorūpere. Cęterū, ut dixi, humano hoc diiudicamus ingenio. Nihil igitur ei ad gloriā deerat, ſed ut deus colebatur ab oībus. Enimuero ex aduerſo, ſi placet, Paulū quoq; d, ſcutiamus. Cilix homo erat: quantum uerò & Licia à Romana urbe diſtet & uiæ ſpatio, & gloriæ merito, nouerunt oēs. Coriarius fuit inops, imperitus externæ peritiæ. Hebraā tantū nouerat linguā, quæ cùm cęteris, tum Romanis maxime deſpectui erat. Neq; n. aut Barbaram, aut Græcam, aut aliam quālibet, ita ut Syram oderāt linguam: eſt autem huic illa finitima. Si.n.plerię ex his Greçam adeò pulchram, adeò celebrem reſpuunt, quantò magis Hebręam? Homo, inquam, erat, qui ſæpe cum fame luctatus eſt, doīmiuitq; incœnatus, homo nudus, & cui ueſtitus ipſe ſæpe neceſſarius deerat. In frigore, inquit, & nuditate. Neq; hoc ſolū, ſed in uinculis quoq; cum latronibus, cum magis, cum ſepulchrorum effractoribus, cū homicidis, illo ipſo iubente, coniectus eſt: cędebatur tanquā maleficus, ſicut & ipſe ait. Quis ergo uidetur illuſtrior? Nōne illius nomen obſcurū eſt, & apud pleroſq; ignoratur? hunc aūt & Græci, & Barbari, & Scythæ, & qui ipſos orbis incolunt fines, quotidie celebrāt laudibus. Verū nondum quid modò ſit, ſed tunc qd fuerit, inquiramus. Quiſnam erat clarior, qs glorioſior, qui catenā circūferebat, uinctúſq; trahebatur ex carcere, an qui purpura amictus procedebat ex regia? Vinct⁹ profecto ille excellit gloria. Quōnā modo? iam dicā. Rex nēpe ille purpuratus, tātoque ſeptus militū agmine, quæ uolebat efficere, neqbat: at uerò uinctus iſte, reorū more, humili abiectoque habitu, ſumma cū anthoritate gerebat oia. Quo pacto? Inhibebat ille, ne doctrinā pietatis diſſeminare p̄ſumeret, obſiſtebat hic, dicens: Nō cedo, uerbū enim domini nō eſt alligatū. Reſpuebatque Cilix, pelliū ſutor, uinctus, pauper, fameq; confectus: Romanæ opulentiæ regē imperantem oībus, innumeris infinita præſtantem,& cùm tanti ſibi exercitus eſſent, nihil oīno prævalebat. Quis ergo clarior, qs honeſtior erat? qui uincebat in uinculis, an qui ſuperabatur in purpura? qui infrā ſtans intorquebat iacula, an qui celſus reſidēs, uulneriba⁹ ſpetebatur? qui contēnebatur imperans, an qui iuſſus, nihil curabat iubentis imperiū? qui ſolus cū eſſet, uicit, an qui īnumero uallatus exercitu uictus eſt? Abijt imperator à uinculato ſuperatus, atq; in fugam cōuerſus. Dic age, ſicui optio detur, qua nā in parte eſſe malit, ut de præſenti rerū ſtatu interim loquar. Cuius, inquā, ſortem quiſpiam cupiat magis, Neronis an Pauli? Nihil de fide,& religione nunc agitur, qa ea res manifeſta eſt, ſed de gl̄ia, honeſtate, atq; claritudine. Nempe qui ſanū ſapit, ſortem præferret Pauli. Nam ſi uincere, quàm uinci clarius eſt, ille profecto longe illuſtrior eſt: neq; id modò admiratione dignū eſt, quòd ille uicit, uerū qa ſic abiectio habitu, tanta gloria ſuffultum uicit. Rurſus.n.eadem repetam, nec ea dicere unquā deſiſtam. Vinctus catena, diadematum proſtrauit regem. Hmōi quippe uirtus Chriſti eſt, catena illa regiū diadema deuicit, lōgeq; maiore luce cōſpicuus, tulis ille habitus oſtenſus, quā regius eſt. Pānis obſitus ſqualētibus, quippe carcerē habitans, in ſe magis oculos oīum, affectuſq; rapiebat, atq; ad uincula ſua cōuertebat, quā rex ille ſublimis. Stabat oculis in humū depreſſis, omiſſoq; illo, q aureo inuehebatur curru, huic intendebant oēs, & nimium quidem cōuenienter. Solēne quippe erat, cernere candidis eqs Inuectū, aſpicere imperatorē: ſed illud planè nouū, atq; mirabile, intueri uinctū, tanta licentia regē alloquentem, quāta rex ipſa ne uile qdem mancipium eſſet allocutus. Adſtabat ingēs lictorū turba, ſeruiq; regis oēs: admirabantúrque nō dominum ſuū, ſed eum à quo ille uincebatur: & quē cōtremiſcebant oēs, hunc ille peſſundabat ſolus. Vidiſti quāta uel inter ipſa uincula claritas? Quis uerò, q̄ poſtea cōtigerūt, dignè explicet? [Illius nempe neq; habitus cuiquam notus. [At contrà hic regibus oībus ſplēdidior regia in urbe, in qua & certauit & uicit, conditus eſt. Ille ſiquando in memoriā uenit, probris, cōtumelijsq; exagitatur ēt à domeſticis, impudiciſſimus. n. fuiſſe memoratur. Huius cum eximia laude oēs ubique meminerunt, non modò apud nos, uerū apud ipſos quoq; inimicos. Nanque ubi ſeſe aperuerit ueritas, ne ipſi qdē inimici queunt impudenter obſiſtere: & ſi. n. illum, non fidei gratia admirantur, at ſummæ conſtantiæ, fortitudinisq; merito extollunt. Hic per ora oīum indies ubique celebratur, coronatúſque p̄dicatur: ille contrà conuicijs, maledictiſque laceſſitur inumeris. Vbi nā ergo fulgor elucet gloriæ? Sed leonem profectò imprudēs ex ungue deſcripſi. Illa illa cœleſtia, illa ſanè diuina, quis cōcipiat animo? Quis promat eloquio? Quando ille cū imperatore cœleſti, amictus gloria comes aduenit, adſtabit Nero tunc triſtis, mœrēs, demiſſus. Hæc qui ridenda putat, eſt planè ipſi ridiculus. Nēpe. n. ſi futuris denegas credere, uel ex p̄teritis cōſiliū fiat. Necdum aduenit coronarū tps, & tanto iam honore fruitur athleta diuinus: quanto putas fruetur, cū dominus ipſe, qui certame pro poſuit, uenerit? In alieno dū eſſet hoſpes atq; peregrinus, tātæ admirationi habitus eſt in patria poſitus, qs digne cogitare ſufficiat, qb⁹ fruiturus eſt bonis? Nunc uita noſtra abſcondita eſt cū Chriſto in deo, & tamen mortuus, plus quā uiuentes oēs operatur, atq; honoratur: cùm uenerit uita ipſa noſtra quā ille ſigni felicitate potiturus eſt? Quis nā erit illius glorię cumulus? Ideo aūt hoc cū honore frui uoluit deus, nō quòd ille eo indigeret. Si. n. in corpore cōſtitutus, ſeculi oēm deſpexit gloriā, quantò magis corporeis nexibus liber? Neq; ut eo tantùm frueretur, ſed ut hi q futuris nō credunt, uel ex præſentibus admoneātur. Veniet ergo Paulus cū rege cœleſti, cū aderit reſurrectionis dies, boniſque fruetur æternis. Id ſi infidelis nō credit, uel ex p̄ſentibus admonitus diſcat. Longe eſt impatore clarior, & abſq; ulla comparatione honoratior pellium ſutor. Nullus unquā ex Romanis regibus tāto in honore fuit, quāto hic eſt. Cæterū imperator foris alicubi iacet abiectus, hic aūt urbis medium, ueluti uiuens ac regnās tenet. Ex his futura conijciēs, credo. Si. n. hic ubi agitatus iniurijs, p̄ſecutionesq; perpeſſus eſt, tantis honoribus fruitur: quid putamus cū iudicis noſtri comes, iudex & ipſe futurus aduenerit? Si ubi fuit pelliū ſutor tanto ſplendore collucet, quid erit cum Solis quoq; radios ui ſui fulgoris obſcurans, in gloria uenerit? Si cū abiectione tanta potentiā tantā proſtrauit, ac uicit: quid faciet, cum immortalitatis ſtola ueſtitus, & gloria coronatus illuxerit? Non queūt iſta negari, neque prudentiæ fuerit euidentiſsimis rebus contradicere. Quē non uis miraculi moueat, cū uidet uilem opifice, eum honore ſuperare, qui fuerit ſumma potentia prædi tus? Si hic res ſupra naturā fiunt, quātò magis in futuro fient? Crede homo p̄ſentibus, ſi futuris fidem adhibere nō uis: crede his quæ uidētur, ſi quæ nō uidētur, credere dedignaris. Immo uiſibilib⁹ crede, ita. n. inuiſibilibus quoq; crediturus es. Sin aūt credere penitus renuis, opportune tibi illud apoſtoli dicemus: Mundi nos ſumus à ſanguine ueſtro. Oia enim cōteſtati uobis ſumus, nihilq; omiſim⁹ ex his q̄ oportuit dicere, uos iam uobis iputate gehennæ ſupplicium. Nos aūt ut filij chariſſimi Paulum imitari ſtudeamus, nō modò fide, uerū & uitæ mūditia, ut cœleſtem gloriā conſequamur, deſpiciamus toto aīo p̄ſentem gloriā, nihil nos mortale terrenúmq; ſeducat. Viſibilia cōtemnamus oia, ut cœleſtia adipiſci mereamur: immo ſi fuerit his intētamēs, & omne ſtudiū noſtrū exemplo Pauli, mortalē quoq; gloriā cōſequemur. Atq; eò excellēti⁹, quò illā maiori ſtudio atq; acriori itētione fugerimus, ſolisq; cœleſtib⁹ & æternis inhiauerimus. Ea nobis ſupna pietas largiri dignetur, in Xp̄o Ieſu domino noſtro, cui eſt cū patre & ſpiritu ſancto honor, imperium & gloria, in ſecula ſeculorum Amen.

Morale.

Haſtatorū illi, ac ppugnatorum.

Illius nē pe neq; ſepulchrī cuiquam notum.

Homilia V.

Idelis ſermo. Si.n.cōmortui ſumus, et conuiuemus, ſi ſuſtinemus, & conregnabimus: ſi negauerimus, et ipſe negabit nos. Si nō credimus: ille fidelis permanet. Negare.n ſeipſum non poteſt. Hæc admone, teſtificans corā deo. Noli uerbis contendere, ad nihilum enim utile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium. Plericq; infirmiores fratres ad fidei robur nō aſſurgūt neq; ſpei dilationem patiuntur, p̄ſentiáque inquirūt tantū, & ex his futura conijciunt. Quoniā igitur quę hic ille tolerabat, mors erat, & ſupplicia, & uincula, ipſe autē uitā pollicebatur ęternā: fidē uerbis eius diffice qs habuiſſet, dicerētq;, In morē aīalium morior, & cū fuero mortuus, uiuam: In terra nihil mihi polliceris, & in cœlo dabis? Quæ ſunt parua nō exhibes, et maiora p̄ſtabis? Neqs igitur ābigeret, iſtáque ſecū cogitaret: ſe ad id cōparat, ut omne tollat ambiguū, atque hinc iam illos p̄ſtruit, argumētáque colligit. Nam quod ait, Memor eſto Xp̄m Ieſum reſurrexiſſe ex mortuis: hoc eſt, qa poſt mortē reſurrexit. Fidelis ergo ſermo ē, quòd is q uitā aſſecutus eſt cœleſtem, æternā quoque cōſequetur. Vnde uerò fidelis? *Si.n.cōmortui ſumus*, inquit, *& conuiuemus.* Si enim in his quæ triſtia ſunt, laboríſque pleniſsima, communicamus illi: in his quæ plena felicitatis ſunt, non cōmunicabimus? At id ne homo quidē faceret, ut qui ſecū mori, affligique delegiſſet, ſi quādo quiete ac ſecūdis rebus frueretur, eū nollet felicitatis habere conſortem. Vbi aūt cōmortui ſumus? Eā dicit profectò mortē, quę per lauacrū, & quæ per paſsiones fit. ait enim: Mortificationē do-

A bitu, tanta gloria ſuffultum uicit. Rurſus.n.eadem repetam, nec ea dicere unquā deſiſtam. Vinctus catena, diadematum proſtrauit regem. Hmōi quippe uirtus Chriſti eſt, catena illa regiū diadema deuicit, lōgeq; maiore luce cōſpicuus, tulis ille habitus oſtenſus, quā regius eſt. Pānis obſitus ſqualētibus, quippe carcerē habitans, in ſe magis oculos oīum, affectuſq; rapiebat, atq; ad uincula ſua cōuertebat, quā rex ille ſublimis. Stabat oculis in humū depreſſis, omiſſoq; illo, q aureo inuehebatur curru, huic intendebant oēs, & nimium quidem cōuenienter. Solēne quippe erat, cernere candidis eqs Inuectū, aſpicere imperatorē: ſed illud planè nouū, atq; mirabile, intueri uinctū, tanta licentia regē alloquentem, quāta rex ipſa ne uile qdem mancipium eſſet allocutus. Adſtabat ingēs lictorū turba, ſeruiq; regis oēs: admirabantúrque nō dominum ſuū, ſed eum à quo ille uincebatur: & quē cōtremiſcebant oēs, hunc ille peſſundabat ſolus. Vidiſti quāta uel inter ipſa uincula claritas? Quis uerò, q̄ poſtea cōtigerūt, dignè explicet? [Illius nempe neq; habitus cuiquam notus. [At contrà hic regibus oībus ſplēdidior regia in urbe, in qua & certauit & uicit, conditus eſt. Ille ſiquando in memoriā uenit, probris, cōtumelijsq; exagitatur ēt à domeſticis, impudiciſſimus. n. fuiſſe memoratur. Huius cum eximia laude oēs ubique meminerunt, non modò apud nos, uerū apud ipſos quoq; inimicos. Nanque ubi ſeſe aperuerit ueritas, ne ipſi qdē inimici queunt impudenter obſiſtere: & ſi. n. illum, non fidei gratia admirantur, at ſummæ conſtantiæ, fortitudinisq; merito extollunt. Hic per ora oīum indies ubique celebratur, coronatúſque p̄dicatur: ille contrà conuicijs, maledictiſque laceſſitur inumeris. Vbi nā ergo fulgor elucet gloriæ? Sed leonem profectò imprudēs ex ungue deſcripſi. Illa illa cœleſtia, illa ſanè diuina, quis cōcipiat animo? Quis promat eloquio? Quando ille cū imperatore cœleſti, amictus gloria comes aduenit, adſtabit Nero tunc triſtis, mœrēs, demiſſus. Hæc qui ridenda putat, eſt planè ipſi ridiculus. Nēpe. n. ſi futuris denegas credere, uel ex p̄teritis cōſiliū fiat. Necdum aduenit coronarū tps, & tanto iam honore fruitur athleta diuinus: quanto putas fruetur, cū dominus ipſe, qui certame pro poſuit, uenerit? In alieno dū eſſet hoſpes atq; peregrinus, tātæ admirationi habitus eſt in patria poſitus, qs digne cogitare ſufficiat, qb⁹ fruiturus eſt bonis? Nunc uita noſtra abſcondita eſt cū Chriſto in deo, & tamen mortuus, plus quā uiuentes oēs operatur, atq; honoratur: cùm uenerit uita ipſa noſtra quā ille ſigni felicitate potiturus eſt? Quis nā erit illius glorię cumulus? Ideo aūt hoc cū honore frui uoluit deus, nō quòd ille eo indigeret. Si. n. in corpore cōſtitutus, ſeculi oēm deſpexit gloriā, quantò magis corporeis nexibus liber? Neq; ut eo tantùm frueretur, ſed ut hi q futuris nō credunt, uel ex præſentibus admoneātur. Veniet ergo Paulus cū rege cœleſti, cū aderit reſurrectionis dies, boniſque fruetur æternis. Id ſi infidelis nō credit, uel ex p̄ſentibus admonitus diſcat. Longe eſt impatore clarior, & abſq; ulla comparatione honoratior pellium ſutor. Nullus unquā ex Romanis regibus tāto in honore fuit, quāto hic eſt. Cæterū imperator foris alicubi iacet abiectus, hic aūt urbis medium, ueluti uiuens ac regnās tenet. Ex his futura conijciēs, credo. Si. n. hic ubi agitatus iniurijs, p̄ſecutionesq; perpeſſus eſt, tantis honoribus fruitur: quid putamus cū iudicis noſtri comes, iudex & ipſe futurus aduenerit? Si ubi fuit pelliū ſutor tanto ſplendore collucet, quid erit cum Solis quoq; radios ui ſui fulgoris obſcurans, in gloria uenerit? Si cū abiectione tanta potentiā tantā proſtrauit, ac uicit: quid faciet, cum immortalitatis ſtola ueſtitus, & gloria coronatus illuxerit? Non queūt iſta negari, neque prudentiæ fuerit euidentiſsimis rebus contradicere. Quē non uis miraculi moueat, cū uidet uilem opifice, eum honore ſuperare, qui fuerit ſumma potentia prædi tus? Si hic res ſupra naturā fiunt, quātò magis in futuro fient? Crede homo p̄ſentibus, ſi futuris fidem adhibere nō uis: crede his quæ uidētur, ſi quæ nō uidētur, credere dedignaris. Immo uiſibilib⁹ crede, ita. n. inuiſibilibus quoq; crediturus es. Sin aūt credere penitus renuis, opportune tibi illud apoſtoli dicemus: Mundi nos ſumus à ſanguine ueſtro. Oia enim cōteſtati uobis ſumus, nihilq; omiſim⁹ ex his q̄ oportuit dicere, uos iam uobis iputate gehennæ ſupplicium. Nos aūt ut filij chariſſimi Paulum imitari ſtudeamus, nō modò fide, uerū & uitæ mūditia, ut cœleſtem gloriā conſequamur, deſpiciamus toto aīo p̄ſentem gloriā, nihil nos mortale terrenúmq; ſeducat. Viſibilia cōtemnamus oia, ut cœleſtia adipiſci mereamur: immo ſi fuerit his intētamēs, & omne ſtudiū noſtrū exemplo Pauli, mortalē quoq; gloriā cōſequemur. Atq; eò excellēti⁹, quò illā maiori ſtudio atq; acriori itētione fugerimus, ſolisq; cœleſtib⁹ & æternis inhiauerimus. Ea nobis ſupna pietas largiri dignetur, in Xp̄o Ieſu domino noſtro, cui eſt cū patre & ſpiritu ſancto honor, imperium & gloria, in ſecula ſeculorum Amen.

Homilia V.

Idelis ſermo. Si.n.cōmortui ſumus, et conuiuemus, ſi ſuſtinemus, & conregnabimus: ſi negauerimus, et ipſe negabit nos. Si nō credimus: ille fidelis permanet. Negare.n ſeipſum non poteſt. Hæc admone, teſtificans corā deo. Noli uerbis contendere, ad nihilum enim utile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium. Plericq; infirmiores fratres ad fidei robur nō aſſurgūt neq; ſpei dilationem patiuntur, p̄ſentiáque inquirūt tantū, & ex his futura conijciunt. Quoniā igitur quę hic ille tolerabat, mors erat, & ſupplicia, & uincula, ipſe autē uitā pollicebatur ęternā: fidē uerbis eius difficile qs habuiſſet, dicerētq;, In morē aīalium morior, & cū fuero mortuus, uiuam: In terra nihil mihi pol liceris, & in cœlo dabis? Quæ ſunt parua nō exhibes, et maiora p̄ſtabis? Neqs igitur ābigeret, iſtáque ſecū cogitaret: ſe ad id cōparat, ut omne tollat ambiguū, atque hinc iam illos p̄ſtruit, argumētáque colligit. Nam quod ait, Memor eſto Xp̄m Ieſum reſurrexiſſe ex mortuis: hoc eſt, qa poſt mortē reſurrexit. Fidelis ergo ſermo ē, quòd is q uitā aſſecutus eſt cœleſtem, æternā quoque cōſequetur. Vnde uerò fidelis? *Si.n.cōmortui ſumus*, inquit, *& conuiuemus.* Si enim in his quæ triſtia ſunt, laboríſque pleniſsima, communicamus illi: in his quæ plena felicitatis ſunt, non cōmunicabimus? At id ne homo quidē faceret, ut qui ſecū mori, affligique delegiſſet, ſi quādo quiete ac ſecūdis rebus frueretur, eū nollet felicitatis habere conſortem. Vbi aūt cōmortui ſumus? Eā dicit profectò mortē, quę per lauacrū, & quæ per paſsiones fit. ait enim: Mortificationē do-

ſ rationę.

Act. 22. a

Ibid. 9. g

2. Cor. 11. f

Ibidem. e

Act. 20. f

2. Co. 4 e

Gmini Iesu in corpore circũferentes: &, Cõsepulti sumus ei per baptismũ: &, Vetus homo noster simul crucifixus est: &, Cõformes facti sumus similitudini mortis eius. Hic aũt tentationẽ dicit potius mortẽ, pp ipsum mortui sumus, non uiuemus ęquè per ipsum? nihil ambigi põt. *Si sustinemus*, inquit, *& conregnabimus*. Nõ satis est semel mori, diebus singulis beatus iste moriebatur: sed tolerantia opus est magna, eaq; in primis Timotheo erat necessaria, deinceps oibus semp ac iugiter. Deinde alia ex parte adtolerantiã prouocat, non. s. ex bonis, uerũm ex malis. Nam si eadem cũ bonis cõsequerentur & mali, nulla esset cõsolatio. Et si qui sustinerent, cõregnaturi essent: qui uerò nõ sustinerent, hoc solũ passuri dicerentur, ut nõ cõregnarent? graue qdẽ & hoc esset, sed plurimos tamen minimè angeret, idcirco quod est terribilius addit: *Si negauerimus eum*, inqt, *& ipse negabit nos*. Bonis itaq; & malis digna pro meritis uicissitudo reddetur. Quẽ uerò ille i regno suo negauerit, qd pati cõsentaneum sit cõsiderate.

Matt. 10 d Qui me, inqt, negauerit, negabo ipsum & ego. Nõ tibi uidetur equa retributio? Deide nihil ei nocem⁹, H si nõ credimus: fidelis qppe ille manet: negare seipsum non põt. ſHoc est, si nõ credamus quòd resurrexerit, nihil ex hoc læditur. J Verax ille est, firmus est, siue ipsi hoc dicamus, siue nõ. Si igitur nihil noceri à nobis põt, cũ illũ negam⁹, nullã aliã ob causam cõfessionẽ exigit nostrã, nisi utilitatis nostræ gratia. Ille. n. idẽ manet, siue ipsi negemus, siue nõ, negare seipsum non põt. ⌊Hoc est, nõ esse. ⌈Et si res ita se habeat, cùm sit illi per naturã esse, nõ potest ad id uenire, ut non sit. Semp manet, sempiterna illius substãtia est. Non itaq; ut gratificantes illi, ita affecti sim⁹, aut uiolare aliqua ex parte nolẽtes, sed ut ueritati inhærẽtes. Deinde ne putaret quispiam Timotheũ his indigere monitis, addidit: *Admone, testificans coràm domino noli uerbis contendere: ad nihilum enim utile est, nisi ad subuersionẽ audiẽtium*. Plenũ profectò terroris est, hoc sub deo teste tũc dicere, ac discipulo tradere. Nam si testimonium hois dicimus plenissimã fidem, quæ ex uerbis fit, idq; irritum facere nemo psumit: quantò magis dei? Verbi gratia: I Siqs fœdus inierit, aut testamẽti tabulas scripserit, testes adhibet, qbus semp habeatur fides: putásne audebit qspiam id uiolare, aut aliàs prodere? Mihi me id qdem, etiamsi uelit, arguetur. n. testium fide. Testem igitur eorum quæ dicuntur, aut geruntur deũ uocat. *Noli uerbis contendere: ad nihilum enim utile est, nisi in subuersionem audiẽtium*. Non modò, inquit, lucri nihil est, uerũ & detrimẽti plurimum est: etsi illi contempserint, Deus eos iudicabit. Est. n. ea res illecebris plena, sempq; gestit humanus animus rixari, atq; litigare. *Festina teipsum probatum exhibere deo, operariũ inconfusum, rectè tractãtem uerbò ueritatis*. Oibus in locis ut non erubescat hortatur. Quid, oro, tãta illi uerecũdiæ calcandæ cura est? Videbatur fermè metuẽdũ, ne plures erubescere incipent, & Paulũ ipsum, utpote sutorẽ pellium, & prædicationis uerbum, cũ prædicatores periclitarentur ac perirent. Xps cruci fuerat affixus. Paulus capite trũcandus erat, ſPetrus itidem agendus in crucẽ.⌊ idq; ab hominibus improbis, sceleſtis, impuris. Quoniã igitur hi rerũ potiebãtur, Noli, inquit, erubescere, nihil ex his quæ prinent ad pietatem ac religionem agere uerearis, siue seruire op⁹ sit, siue quodlibet aliud pati. Quo aũt modo fit quisq; probatus K oparius? Si erubescere non nouerit. Oparius enim nihil erubescit operari, ita neq; euangelij minister: omnia nãque tolerare debet. *Rectè tractantẽ uerbum ueritatis*. Complures enim illud undique lacerant, atq; discerpunt, plurimiq; illi imminent noxia germina. Non ait dirigentẽ, sed recte tractantem. ac si dicat, Amputa quæq; adulterina oriũtur, & cætera huiusmodi summa cũ uehementia incumbe ut rescentur. Atq; ueluti in loris atque corigijs supflua quæque, atq; à prædicatione aliena, gladio spiritus abscinde. Prophanas autem uocũ nouitates deuita. Neq; enim eatenus subsistẽt. Nam cùm quid noui fuerit inuentũ, semper noua id parturit, infinitúsq; fit error eius, qui tranqllam, fidamq; stationẽ littoris egressus, per deuia cœperit uagari. *Amplius, enim proficient impiũ & sermo eorũ ut cancer serpit*. Morbus utiq; horrendus, & qui medicina contineri nequit: sed oĩa indies corrumpit ac perimit: ideo nulli ei remediũ ualet adhiberi. Ostẽdit per hæc eos corrigi, emendariq; nõ posse, qui sponte à ueritate aberrarunt. *Quorũ est*, inquit, *Hymenæus, & Philetus* L *qui circa ueritatẽ aberrauerũt dicentes resurrectionem iam factã esse, & peruertentes quorundã fidem*. Et rectè ait ampliùs proficient. Nam cũ hoc solũ incommodum sit, uide quã multa ex eo nascantur incõmoda. Nã si iam resurrectio facta est, nõ modò hoc afficimur detrimẽto, quòd magna illa priuamur gloria, uerũ & iudicij metus excluditur. Quippe si resurrectio facta est, meritorũ quoq; retributio tollitur. Gratis itaq; iusti pressuras doloresq; tolerarũt. At id ita falsum est, ut contrà penitus hac etiã in uita & boni spe sua nutriãtur, & ęternę felicitatis percipiant gustũ, sereno semp, tranquilloq; animo per seuerãtes: & mali cõscientię suæ flagellis exagitati, quod semp passuri sunt, hic iam incipiant pati. Melius fuerat pro erroris magnitudine, dicere nõ esse resurrectionem, quã iam factam esse. *Et peruertunt*, inquit, *quorundam fidem*. Non omnium, sed quorundam. Nã si resurrectio non est, fides nostra omnis 1. Cor. 3. b euanuit: si resurrectio nõ est, inanis est pdicatio nostra: si nõ est resurrectio, neq; resurrexit Christus: quòd si nõ resurrexit, neq; natus est, neq; in cœlum M ascendit: Vides ut cùm solã resurrectionẽ uideatur euertere, plurima fidei fundamẽta cõcutiat? Quid igitur? Nihil ne igitur contrà moliendũ est? Nempe Christi stabile fundamentũ nutare non põt, quod huiusmodi est signaculo prędituũ: *Nouit dominus qui sunt eius. Et recedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomẽ domini*. Ostẽditur ex his, eos qui puersi sunt, antea stabiles nõ fuisse. Neq;. n. primo statim ipulsu euersi fuissent: sicut neq; Adam ante mandatum stabilis fuit. Qui. n. firmi in fide, & fixi sunt, non modò nihil ab huiusmodi sductoribus uiolantur, uerũ ipsa sua cõstantia admirationi habentur magis. *Et stabile*, inquit, *& fundamentũ*. Ita tenẽda est fides, huiusmodiq; signaculũ cautè seruandum. *Nouit dominus qui sunt eius*. Ex Deuteronomio huiusmodi testimonium sumpsit, ac si dicat. Stant fixę atque immobiles, constantes aiæ. Vnde uerò illę noscuntur? Ex eo. s. quòd huiusmodi testimonium in suis operibus pręferũt, quod à deo noscũtur, quòd nõ simul pereunt, quòd ab iniquitate discedũt. *Et recedat*, inquit, *ab iniquitate omnis, qui inuocat nomẽ domini*. Hæc indicia fundamenti sunt, quę nõ secus, quã fundamentum

A mentum firma perdurãt: atq; ueluti lapidi sunt incidenda, ut sint nobis literarũ uice. Porrò hę literę operibus ostẽduntur. *Habens*, inqt, *signaculum istud affixũ. Omnis*, inqt, *qui inuocat nomen domini, recedat ab iniquitate*. Igitur cùm quis fuerit iniustus, alienus à fundamento est, cũ & hoc proprium signaculi sit, Morale. iniqua nõ agere. Caueamus itaq; ne signaculum regiũ perdamus, ne salutis deponamus indiciũ, ne non signati simus, neu stultitiæ & incõstãtię deno temur. Studeamus fundamẽta esse, & fundamenta Ephe. 4. c firmissima, uti ne circũferamur omni uẽto doctrinę. Hoc nẽpe eos, qui dei sunt, indicat, & qui ab iniquitate discedũt. Nã quo pacto qs dei esse põt, qui iustus est, cũ sit ipse iniustus, & iniqua operetur, atque aduersus eum operibus pugnet, ipsúmque per actus illicitos irritet? Sed ecce nos dũ aduersus iniustitiã loqmur, plurimos in nosipsos cõcitamus. Quippe hęc pestis cunctorũ animas, tyrãni in morem occupauit: quodq; grauis⁹ est, nõ id necessitate, aut ui, sed suadendo ac blãdiendo effecit, ut illi gratas habeãt hmõi seruitutes. Nam si qdem ui, non amore tenerentur, quã primùm ab ea seruitute resilirẽt: B quocirca eis iucunda esse uidetur ea res, quæ amarissima est, & amara iustitia, q̃ dulcissima est, si intimo sensu hauriatur. Et quippe rõne & mel amarũ qdam esse putarũt, & aliud quodlibet noxiũ cum uoluptate pceperunt. Causa uerò nõ ex rerum natura, uerũ ex peruersitate sententiæ ducitur. Laborat. n. morbo nostræ rationis iudicium. Sicuti etiã statera, si lancem loco motam habeat, pondera iustè nõ iudicat: ita & anima nisi habeat rõnis lancẽ stabilem, ac firmiter ui diuini timoris affixam, res syncerè diiudicare non ualet, sed circũfertur iugiter atq; deprimitur. Nam si quis diligenter inquirat, aspiciet ingentem iniquitati amaritudinem inesse, eamq; nõ modò patientibus, uerũ & agentibns, immo his maximè esse pniciosissimam. Nihil modò de futuris, sed de ꝑsentibus interim loquimur. Nõne huius germina sunt lites, rixę, iudicia, reprehensiones, accusationes, iuidię? Quid uero his oib⁹ dici amarius põt? Nõne hęc inimicitias, bella, odia gignit? Nõne conscientiam, quæ nos iugiter flagellis cædat ac mordeat? Vellẽ, si fieri posset, iniqui aiam C corpore exutã, cernendam omnibus in cõspectum dare: uideres eã profecto pallidam, trementem, rubore & cõfusione plenã, anxiam, semetipsam condẽnantem. Quãlibet enim qs ad ipsa uitiorũ profunda corruerit, animi iudicium nunquam corrũpitur, atq; inuiolabile perstat. Nullúsque est qui dũ malum operatur, bonum id esse putet, sed occasiones fingit, & omnia facit: cæterùm ille, etsi uerbis crimen fortasis diluat, cõscientiã tamen ipse suam effugere nequaquã poterit. Nam hic qdem & oratio arguta & callida, & incõstantia principũ, & assentatorũ greges, ius fortè obnubere queant: intra uero conscientiã nil horũ admitti potest. Nõ adulatores adsunt, non pecuniæ, quæ iudicia corrumpũt: misitũ qppe nobis est à deo naturale iudiciũ. Id uerò cũ à deo collatum sit, nihil eiusmodi pati, tur, sed ipsi quoq; somni mqeti & terræ rerũ imagines, & iugiter animũ cedens mali memoria, quietẽ intercipit nostram. ⌈Puta, domum quispiam ab aliquo per nefas abstulit: nõ is modo cui sublata est, gemit, uerũ & qui eam tulit, siquidem futurum credit esse iudiciũ, imo is maximè igemiscit, ac lamen tatur: sin uerò futuris derogat fidem, sic quoq; con D fusus erubescit. Sed planè nullus est, siue Gẽtilis, siue Iudæus, siue hæreticus sit, qui futurã retributionẽ nõ metuat, & expauescat. Nõne quã sæpe cernimus in nos uari s modis supernã animaduersionẽ desæuire, siue cũ ad extremã deuenimus inopiam, siue cũ filios, & charos amittimus, siue cũ corpore aut animo lædimur, quàm multa huiusmodi sæpe infert deus? Quia. n. resurrectionis fides, ac iudicij æterni metus, oes coercere non potest, & hac in uita iusti iudicij sui plurima nobis argumẽta ꝑstat, & in mediũ affert. Ille cũ opes congessisset innumeras, absque liberis moritur: hic in bello moritur, alius corpore debilis fit, alius amisit unicũ filium: ista cogitat, hęc mẽte ptractat, ppetuoq; metu agitatur. An uero ignoratis, quã multa patiantur iniqui? An hæc amaritudine plena nõ sunt? Et si nihil illis hmõi contingat, nõne iniquum hominem oẽs carpunt, oẽs oderũt, detestantur omnes, ac beluis omnibus stultiorem, immaniorémque arbitrãtur, etiam iniqui ipsi? Nam si seipsos conscientię impulsu damnant, multò magis alium eiusdem criminis reum, raptorẽ illum, & cupiditissimum, perditúmq; E appellãtes. Quid ergo habet ille ampli⁹? Nihil profecto aliud, quã solicitudinis cumulũ, & molestissimam curam, ad ea seruãda quæ rapuit. Quanto. n. quis pecuniarum plus acquisierit, tanto maiores sibi uigilias, acriórem q; solicitudinẽ parat. Quid illorũ maledicta memorem, qui opprimuntur iniurijs? Quid angorũ per singula cumulum? Porrò si morbus ingruerit, quãto curarũ absorbebitur baratro? Neq; enim potest quãuis impiissimus, non solicitè uersare animo futura, quando iam nihil operari potest. Nam quãdiu quidem hic sumus, anima uoluptatum illecebris delinita, tristia ægrè admittit aio: cũ uerò migratura ex corpore est, tunc iam maiore cõtinetur metu, quippe quę ad ipsa iudicij puenerit limina. Ita fermè & latrones, quãdiu i carcere uiuũt, absq; metu degunt: ubi uero ad uelum fisti cœperint, soluũtur metu. Cùm. n. pulsare animam metus mortis incipit, ignis instar ꝑsentis uitæ oia succidens, philosophari eam cogit, & futura solicita mente uersare. Nullus iam pecuniæ incessit amor, nullũ urget auaritiæ studiũ, nulla stimulat F libido concubitus. Hęc igitur, ut dixi, ubi ꝑteriere, iudiciũ esse liberũ gratia ſsinunt, succedente mœrore, duritiamq; molliente. Nihil. n. aquè ut delicię, philosophiæ aduersatur: sicut è cõtra pressura ad philosophiã accõmodatissima est. Inspice quæso, quid nam tũc auarus erit. Afflictionis, inquit, tps obliuionẽ facit abũdãtis uoluptatis. Quo animo futurus est, cũ eos cogitabit, quorũ diripuit bona, quos affecit iniurijs, quos imodica cupiditate prędatus est? quãdo alios cernet auaritia frui, seipm uerò è uicino pœnas exigendum. Neq; enim fieri põt, ut morbo quis detentus, nõ illa conspicetur. Sæpe nanq; ipsa in semet uertitur anima, fit anxia, pauida, tremẽs. Porrò id quã sit mœroris, atq; amaritudinis plenũ, quis eloquatur? Hæc aũt per singulos morbos fieri necesse est, & ista qdem hic. Quę uerò futuri tpis sunt, explicari omnino nequeunt, pœnę illæ, supplicia, cruciatus, torméta, quæ cogitationẽ omnem fugiunt. Ista nos assiduè dicimus: Qui habet aures audiẽdi audiat. ⌈Idcirco aũt ea assiduè di Lucæ. 8. a cimus, qa cogimur. Nam gratissimum esset, si nulla

Universidad de Navarra Biblioteca

Gnos hęc uel semel dicere necessitas cogeret: quoniã uerò id datũ nõ est, cupimus uel hoc medicaminis genere uos eripe morbo sanitatiq restituere. Quòd si in morbo pstiteritis, dissolutæ prorsus, atq obtusæ, imo crudelis, imanisq animę erit, uel medicinę artem repellere. Si.n. cùm medici corporũ, charos nostros desperauerint, eos tamen oramus, ne curare omittant: sed usq ad extremam respirationem, oẽm artis adhibeant diligentiam: non multò magis eadem in nobisipsis utemur diligentia? Fortassis.n. postquã ad ipsas inferni ianuas, ipsaq nequitiæ peruenerit limina, resipiscere quis poterit, & recreari, & cõualescere, atq capessere ęternam uitam. Quàm multi.n. cùm sæpius auditorium spirituale frequentarent, nullumq eorũ, quę dicuntur, perciperent sensum, repentè unico doctoris uerbo conuersi sunt? imo nõ unico illo. Etsi.n. nullum præteriti studij pceperant sensum, lucrati tamen sunt, fructumq pseuerantiæ suæ repentè ostenderũt. Nam sicuti arbor, cũ plures ictus acceperit, & uno postmodũ repentè corruerit, non uni illi tantũ, sed cęteris pariter imputatur: qđ ille animaduertit, qui radicem intuetur. Qui.n. ex alto conspicit, nihil tale ualet conspicari: ita & hic. Et medici sæpe plurimi, cũ plura medicamẽta ęgroto obtulissent, nihil profecerũt, cũ demũ repentè qspiam accedens, totum perfecit: nõ est aũt ea curatio, illius tantũ munus, qui postremus accesit: uerũ illorũ etiam, qui remedia priores morbo adhibuerunt. Igitur & si modò perceptæ doctrinæ minimè afferimus fructum, eũ postmodũ afferemus. Cuius profectò rei certa omnino tenemus indicia. Neq.n. fieri potest, ut flagrãtissimum hoc uestrum decidat studiũ, quo ad audiendum dei uerbũ tanto affectu, atq amore concurritis: absit id penitus. Præstet aũt omnipotens Deus gratię suę cumulũ, ut eius monitis obtemperãtes æternæ felicitatis prędia cõsequi mereamur, in Christo Iesu domino nostro, Amen.

Homilia sexta.

N *magna aũt domo non sunt tantũ uasa aurea, et & argentea: sed & lignea, & fictilia, et alia quidẽ in honorẽ, alia uerò in contumeliã. Siquis emũ*
I *dauerit seipm ab his, erit uas in honorẽ sanctificatũ, & utile domino in omne opus bonum præparatũ.* Plerosq mortaliũ ea cogitatio sępe turbabat, cur mali pmaneãt & nõ penitus pereãt. Eius aũt rei & aliæ causæ plurimæ afferri possunt: puta, ut conuertantur, & pœnitentiã agant: ac nisi resipiscãt, pœna sua postmodum cæteros moneant. Hic aũt plenam rõnis causam Paulus affert, dũ dicit: In magna domo esse uasa, nõ modò argentea & aurea, sed ẽt lignea & fictilia. ac si dicat: Quemadmodũ in maiori domo, necessaria est magna differentia uasorũ, ita & in orbe toto. Non.n. eam similitudinem ad ecclesiã refert, uerũ ad mundum uniuersum. Quippe in ecclesia nullum uult esse uas ligneum, aut fictile, sed argen-
Ephe.5.f tea omnia & aurea. Ibi.n. est corpus Christi, uirgo casta, nõ habens maculã, neq rugam. Noli, inquit, perturbari, si sunt homines nequam, & scelerati. In magna enim domo sunt uasa huiusmodi. Sed non eodem, inquies, honore fruuntur, uerùm alia in honorem, alia in cõtumeliam sunt. Ita sanè, sed uasa illa uilia licèt, ministerium tamen aliquod in domo implent, usumq sui pstant: in mundo uerò nõ his ipsis ad alia utitur deus: Verbi gratia: Inanis glorię cupidus plurima ædificat: cupidus itẽ negotiator, K caupo, princeps. Sunt qdam in mundo opa, quæ illis cogruunt. Porrò aureum uas nihil hmõi est, sed circa regiã uersatur mensam. Non itaq inter necessarias res malitia est. Quo.n. pacto: Sed mali quoq ipsi suum implent munus. Nam si argentei & aurei fuissent omnes, nihil eis profectò opus esset. Deniq si omnes laborum, ærumnarumq patientes essent, nihil opus haberemus ædificijs: sed delicias singuli aspernaremur, ac frustra uaria ciborũ genera, prę claraq ædes inqreremus, cũ earum tantũ rerum, quæ essent ad uictum necessariæ, curam haberemus omnes. *Siquis ergo*, inquit, *seipsum his emundare studeat, erit uas in honorem sanctificatum.* Vides ut non naturę, carnalisue necessitatis sit, aureum esse, uel fictilem, sed nostræ tantũmodo uoluntatis? Ibi nempe neq fictile uas aureum fieri poterit, neq hoc in illius naturã cõuerti. At uerò hic magna huius mutationis, & emigrationis facultas uoleti datur. Vas erat fictile Paulus, sed euasit ĩ aureũ: uas fuit aureũ Iudas, sed in fictile cõuersum est. Sũt igitur fictilia ĩmunda, luxuriosus, nepos, auarus, fictiles erũt. Et L quo alio in loco ait: Habentes thesaurum hunc in uasis fictilibus? Naturam hic nostrorũ corporũ si *2.Cor.4.* gnificauit, quę fictilia uocauit uasa, ac si dicat. Vas *b* fictile corpus nostrum est. Sicut.n. fictile uas nihil est aliud, quã coctum lutum: ita & corpus nostrũ nihil aliud est, quã lutum animæ calore solidatũ. Huiusmodi deniq, si sæpius decidat, defluit atque conteritur. Quid.n. ossa, quæ adeo ualida sunt, & arida, à testa figuli differunt? Quid à luto carnes? nõne ęquè ex humore materiã trahunt? Cęterũ, ut dixi, illic de natura, quã minimè uituperat, loqtur: hic de uoluntate, quę in uitio est. Siqs ergo, inquit, emundet seipsum. nõ simplr ait, mundet, sed emundet: hoc est, penitus purget, erit uas in honorẽ sanctificatum, & utile domino. Illa ergo inutilia sunt, & si usum quendam suũ præbeant, sed nõ in omne opus bonum. Quod aũt in honorem est, in omne opus bonũ utile dicitur præparatũ: & si nõ operetur, idoneũ tamen est, & pręparatũ. Oportet igitur ad omnia paratũ esse, siue ad mortem, siue ad martyriũ, Prompto animo ad omnia esse necesse, siue sit amplectẽda uirginitas, siue genus aliud quodlibet uirtutis, gloriosiq laboris subeũdũ. *Iuuenilia* M *uerò desideria deuita.* Iuuenilia desideria, non ea modò quæ ad libidinẽ pertinent, sed quæq castigari cõuenit, dixit. Audiant senes quã sibi fugiẽda sunt iuuenilia omnia. Siue.n. quis iniuriosus sit, siue potentiæ studeat, siue pecuniarũ, aut corporũ amore teneatur, iuuenile desideriũ est, ac stolidũ, cordisq necdũ satis cõstantis, sensuq parũ firmi, & qui nõ altis radicibus fixus sit, sed feratur leuis & uagus, certum documentũ. *Hæc ergo*, inquit, *fuge, persequere autem iustitiam, fidem, charitatem, pacem cũ his, qui inuocant dominũ ex mũdo corde.* Iustitiam dicit quãlibet uirtutem, pietatẽ scilicet quæ in recta uita cõsistit. fidem, charitatẽ, mansuetudinem cũ inuocãtibus dominũ ex mũdo corde. Hoc est, illis solùm cõfide: non qui temerè, sed absq dolo & simulatione inuocant, qbus nihil inest fraudis, qui cũ pace ad inuocandũ pergunt, qui non litigant: illis itaq tantũ accede socius, & cũ eis preces misce, à cæteris abstine. Mãsuetum esse oportet, atq pacificum. Cæterũ ea mansuetudo ita seruanda est, ut non ex

A ea pietas, fidesq lædatur: quam qui uiolare qrunt, durius corripiendi sunt. *Stultas aũt, et imperitas quæstiones deuita.* Vides ut ubiq illum quæstionibus arceat, nõ quòd ille idoneus non fuerit eas euertere:
1.Ti.4.d alioqui dixisset, cura idoneus fieri ad eas euertendas: sicuti cũ dicit: Intende lectioni, hoc.n. faciens, & teipsum salũ facies, & eos qui te audiunt. Verũ nouerat esse prorsus inutile, hmõi subire certamina, nullumq finem habitura, nisi rixas, odia, iniurias, maledicta: has ergo, inqt, qstiones deuita. Sunt aũt aliæ perutiles qõnes de scripturis, de alijs necessarijs, à qbus ille nos minimè prohibet: sed ita, ut in conquirendo cessent lites, iurgia, rixæ. Procul enim ista esse debẽt ab eo, qui Dei pacis seruus est.
Tit.2.d *Seruum*, inqt, *domini non oportet litigare, sed mitem esse*
Infr.4.c *ad omnes.* Quo ergo dicit: Argue eos cum omni im-
Tit.1.c perio? &, Nemo adolescentiam tuam cõtemnat? Et rursus: Argue eos durè? qa & hoc mãsuetudinis est. Nam uehemens reprehensio, quãdo ita fit, ut à mã suetudine non discedatur, ea maximè est, quæ operari consueuit egregiè, quod suum est. Licet.n. pro-
B fectò acrius cũ mãsuetudine carpere, quàm cũ au-
Tit.3.c dacia, & feritate confundere. *Doctorem.* Ad omnes, qui discere cupiunt. Hæreticum enim, inquit, hominem post unam, & secũdam correptionem deuita. *Patientem.* Id quippe prorsus necessariũ est, alioqui cætera incassum fiunt. Si.n. piscatores cũ sæpe die tota frustra iactauerint retia, non tamen desistunt, neq desperant: multò magis nos id facere cõuenit. Et uide quã id utiliter fiat. Sępe fit, ut dum assiduę doctrinæ fructus illabitur animo, uitium quo ille perturbatur, excidat. Prorsus.n. qui millies audierit aliquid, patietur: nam fieri non põt, ut qui iugiter cœlestis doctrinæ excipit uerba, nihil patiatur. Interdum igitur is, cui persuadere persistendo potera mus, desperatione nostra totum perdit. Non secus, quã siquis imperitus agricola, ubi plãtauit uitem, priore illã anno diligenter curet, & fodiat: secundo uerò, ac tertio fructũ se percepturũ speret: idq nisi obuenerit, desperãs, quarto iam anno quo laborũ suorũ præmia percipere poterat, curam uitis omittat. *In mansuetudine*, inquit, *corripientem eos qui contra*
C *dicunt.* Hoc.n. in primis mansuetè magistrum facere oportet. Neq.n. potest anima, quæ opus habeat discere, si corrixando, & altercãdo doceatur, quippiam utile, ac necessarium quantalibet intentione utatur cõspicari: nihilq inde referet, præter mœrorem, atq tristitiã. Expedit hoc illi ante omnia, qui utile aliqd addiscere uult, ut gratè magistro afficiatur. Nisi.n. hoc præstetur, nihil commodè, nihil utiliter fieri poterit. Gratè uerò illi affici, q se iniurijs audaciter impetat, nemo fermè potest. Quo igitur ait: Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem deuita? Hoc de illo monet, qui corrigi non uult, quem insanabili morbo detineri uiderit. Ne *forte*, inquit, *det eis dominus resipiscere, à diabolo laqueo.* Ac si dicat, fortassis aliqua sequetur emendatio. Fortassis, aũt in rebus dubijs ponitur. Igitur ab illis solis discedendũ est, de qbus apertã possumus ferre sententiã, certiq sumus quãtalibet fiant, eos nunquã ad ueritatis uiam esse reuocandos. *In mansuetudine*, inquit, *corripientes eos, qui contradicunt.* Vides ut hi q addiscere cupiũt, ita gratè & intentè accedere debeant, ut ante demõstrationẽ, minimè à disputatione resiliãt? A *quo*, inquit, *captiui teneantur pro illius uoluntate.* Bene ait, captiui: interim.n. in er- D rore natant. Intuere quam cautè illum de se humilia sentire moneat. No ait, ne fortè possis: sed quid? Ne fortè det illis deus resipiscere, ut siqd fiat, ad dominum cuncta referãtur. Tu plãtas, tu rigas: ille seminat, & fructus párere facit, atq ad incrementum perducit. Nunquã igitur ita simus affecti, ac si ipsi cuiquã persuaserimus, ẽt si ille nobis obaudiat, sed ad deũ referamus omnia. *Et captiui, inquit, ab ipso tenentur ad ipsius uoluntatem.* Hoc autem nõ modo de dogmatibus, sed etiam de uita intelligitur. Voluntas eius est rectè uiuere. Sunt aũt qdam in laqueo diaboli, uitę quoq gratia. Itaq ne in hmõi quidem lassescere debemus aio: ne fortè, inquit, resipiscant capti ab eo ad ipsius uolũtatẽ. Quod ait. Ne fortè, magnæ patientię indiciũ est. Nam uoluntatem dei nõ facere, laqueus profecto diaboli est. Quẽadmodum.n. auis, & si non toto corpore, sed uno tantũ pede capta teneatur, in potestate eius est, qui laqueũ tetendit: ita & nos, cũ & uitæ, & fidei puersitate capi ualeamus, si uita solũ oberruerimus, in ius dia E boli labimur. Non.n. omnis, qui dicit mihi, Domi- *Matt.7.c* ne domine, inqt, intrabit in regnũ cœlorũ. Et rur- *ibidem.* sum. Nescio uos, discedite à me oẽs qui operamini iniqtatem. Vides ut nullũ sit fidei lucrum, quãdoquidẽ dominus nos ignorat. Virginibus quoq hoc *Mat.25.a* ipsum ait, nescio uos. Quid ergo uirginitas profuit, cæteriq sancti certaminis labores, quãdo ignorantur à domino? plurimis deniq in locis reperies solo ex uitæ reprobę, nõ ex fidei merito, pleroscq dãnari. Sicut alibi quoq sola ex puersitate dogmatũ, absq ulla uitæ culpa alios plecti. Hęc nępe sibi inuicem cohærent. Itaq cũ uoluntatem Dei non facimus, sub laqueo diaboli sumus. Neq modò ex uita tota, uerũ ex uno tantũ defectu solo, in gehẽnã mittimur, nisi alia suppleãt bona. Quippe & uirginibus, nõ iceptus, nõ adulterij, nõ inuidię, nõ liuoris, nõ ebrietatis, nõ infidelitatis, aut peruersę fidei crimen inuritur, sed olei tantũ defectus, quia. Si misericordiam non exercuerant, neq eleemosynas fecerant: id quippe significat oleũ. Et illi item qui su- *Oleũm.* premæ dãnationis sententiã luent, quibus dicitur: *ibidẽ. d* Discedite maledicti in ignem æternũ, solùm quòd F Christũ non pauerint, crimine exagitantur, nullãq cæterorũ mentio fit. Vides certè ut eleemosyna *Morale.* sola neglecta gehẽnæ ignibus tradat? Ad qd enim eris utilis, q nõ facis eleemosynã? ieiunas quotidiè? at uirginibus nihil profuit eiusmodi studiũ. oras? at sine eleemosyna ifructuosa erit oratio: absq illa ĩmunda sunt omnia, & inutilia, maiorq pars uirtutis exciditur. Qui nõ diligit, inquit, fratrem suum, *Ioan.4.b* ignorat deum. Illũ quo diligis, qui ne minima quidem ista, & uilia pateris ei tecũ esse cõmunia? Sed castè, ac temperãter uiuis. Cuius rei gratia id facis? num supplicij metu? minimè id qdem, sed quadã bonitate naturæ. Nã si id agis timore supplicij, tantamq incẽdij uim, ac libidinis tyrãnidem superas, multò magis studere eleemosynis debes: neq enim idem labor est, pecunias contẽnere, atq frenare libidinẽ, sed longè maior hic labor est. Cur id? Quia uoluptas illa naturalis est, nostrisq insita & innata corporibus, nõ sic aũt cupido pecunię. Solũ deniq pietatis ac miserationis est studium, quo Deo equales euadere possumus: quo si careamus, cũcta simul amisimus. Nõ.n. ait, si ieiunaueritis, aut uir-

Universidad de Deusto Biblioteca

Ginitatẽ obſeruauerit, aut orauerit, patri uestro
ſimiles eritis: nihil. n. huiuſmodi in deũ cadit, neq;
Luc. 6. e aliquid tale operatur deus. Sed quid? Eſtote, inqt,
miſericordes, ſicut pater uester, q in cœlis eſt, iſtud
Mat. 9. b dei opus eſt, hoc ſi deſit, quid habes? Miſericordiã
uolo, & nõ ſacrificium. Fecit deus cœlum, fecit ter-
ram, mare: magna profectò iſta ſunt, deiq; ſapiẽtia
digna: uerũm nihil horum ita naturam attraxit hu
manam, ut illius miſericordia & ſuprema benigni-
tas. Ea profecto cùm in cæteris elucet, quæ ille po-
tentiſſimè, optimè, clementiſſimè noſtri gratia fe-
cit: tum in eo maximè, quòd pp nos ſeruus fieri di-
gnatus eſt. Nihil itaq; deum nobis ita propitiũ, ut
miſericordiæ ſtudiũ facit: plurimaq; de hoc ultro,
citroq; prophetæ dixerunt. Miſericordiam aũt non
eam dico, quæ de rapina fit: neq;. n. eſt ea miſericor
dia, neq; ſpinæ radix, aliquando oleum gignit, ſed
oliuę tantũ. Ita neq; auaritiæ radix, neq; iniuſtitiæ,
neq; rapinæ miſericordiam parit. Noli eleemoſynã
ſua honeſtate nudare, noli eam omnium probris
exponere: nam ſi ideo rapis, ut eleemoſynã facias,
H nihil eſt ea miſeratione deterius. Quicquid ex ra-
pina prouenerit, non eſt id miſericordia, imanitas
illa eſt, & contumelia, atq; crudelitas: neque ſimpli
Gen. 4. a citer, ſed in deum. Deniq; ſi Cain, qui deteriora ex
ſuis obtulit, ita offendit: qui aliena offert, quanto
magis offẽdet? Oblatio nihil aliud, q̃ ſacrificiũ eſt.
Cumq; ſordidis manibus orare non audeas, ſordes
ipſas atq; inmunditiam offerens ex rapina, nihil gra
ue eſſe putas? manus ipſas nõ ſinis impleri imundi
tia, ſed eas primũ abluens, ita demum offers: & cer
tè cũ illæ ſordes crimine careant, ſed ſola imundi-
tia animi in culpa eſt. Non itaq; inſpiciamus, quàm
mundis manibus hoſtias, precesq; offeramus: ſed
id potius curemus, ut quæ offerimus, munda ſint
ſemp, alioqui ridiculã rem faciemus. Veluti ſiquis
dilutam diligentius tabulam imundis muneribus
impleat, nõne hęc fœda eſſet irriſio? Sint mũdę ma
nus, non eas aqua ſolũ diluamus, ſed iuſtitia prius
emũdare ſtudeamus, hæc uera mũdatio manuum
eſt: quòd ſi pleni iniuſtitiæ ſim⁹, quãuis eas millies
abluas, nihil inde lucraberis. Lauamini. n. inqt, mũ
di eſtote. Num ait, pgite ad fontes, ad balnea, ad ſta
Eſa 1. d gna, ad flumina? nihil horũ dixit. Sed qd? Auferte
malitias ueſtras ab aiabus ueſtris. hoc eſt, mũdum
eſſe: hoc eſt, ab inqnatione euadere liberũ, hæc ue-
ra munditia eſt. Illa. n. minimum prodeſt, hæc au-
tem fiduciam nobis ad deum, confidentiamq; lar-
gitur. Illam & adulteri, & fures, & homicidę habere
poſſunt, molleſq; ac laſciui, nepoteſq; ac fornicarij,
huiuſmodi munditię in primis ſtudioſi ſunt: quip
pe qui ante oia corpus diligẽtiſſimè curãt, unguen
ta ſpirantes, corpuſque perpetua cura tergentes. Eis
quippe corpus ſepulchrum eſt, animam habẽs in-
trinſecus mortuam. Hanc ergo munditiam & illos
conſequi fas eſt: ad eã uerò quæ intima, & uera eſt,
aſpirare penitus nequeũt. Nihil egiſti magnũ, ſi cor
pus abluas. Iudaica illa purgatio eſt, inanis ac pror
ſus inutilis, interior ſi mũditia deſit. Sit qſpiã putre
dine plenus, abſq; uulneribus, quantũlibet circun
luat corpus, nihil proficiet, nullusq; erit caſsi labo-
ris finis. Quòd ſi purulentũ corpus nil iuuare põt,
cũ exterior cutis circũluitur, aſsiduéq; reſpergitur:
quando fuerit putredo animę inſita, qd nobis pro
derit mũditia corporis? Nihil profecto. Orationi-

K bus nobis opus eſt mũdis. Illę uerò quo pacto mũ
dæ eſſe poſſunt, cũ aia ex qua prodeunt, ipſa imun
da ſit? Porrò nihil animã ita immũdã facit, ut ua-
ritiæ, ac rapinæ labes. At ſunt qui cũ per diem in-
numera admiſerint ſcelera, ueſpẽ lauãt, nimiũque
fidẽter ac temerè ingrediuntur eccleſiã, manúſque
ad orationẽ extendũt, quaſi ſordes animi aquarũ
diluerint lauacro: qd ſi uerũ eſſet, quotidiano hoc
lauacro multũ profectò lucraremur: ne ipſe qdem
aliquãdo deſiſterem balnea frequens adire, ſi mun
dos efficere, ac peccata diluere poſſent. Sed ridicu-
la iſta, & deliraméta, atq; ludibria, puerorũ ſunt lu
dus. Nõ execratur deus corporũ ſordes, ſed immũ-
ditiam animorum. Audi denique ipſe quid dicat:
Beati mundo corde, non ait ſimpli, mundi, ſed ad- Matt. 5. a
dit, corde: quoniã ipſi deum uidebunt. Propheta
quoq;: Cor mundũ, inquit, crea in me deus. Et rur- Pſal. 50. c
ſus: Ablue a malitia cor tuum. Multũ profectò con Hier. 4. d
fert bonis aſſueſcere. Vide quã ſint iſta modica &
inutilia: & tamen cõſuetudine inducta, aia ea non
deſerit, neque ad orandum pergere ſuſtinet, niſi ea
prius impleuerit. Puta aſſuefecimus nos lauare, &
L orare, & quaſi id nõ liceat illotis manib⁹ facere, nõ
libẽter oramus, niſi antè lauerim⁹: perinde ac deũ
offenſuri, uiolaturique cõſcientiæ bonũ, niſi ita fa
ciamus. Si modicum iſtud tantũ habet uirium, ut
quaſi neceſſario diebus ſingulis impleatur: qs iam
ambigat, ſi dãdis eleemoſynis itidẽ aſſuefacti eſſe-
mus, neq; ingredi orationis domum uacuis mani-
bus conſtituiſſemus, id quoq; effecturos? Multùm
qppe & in bonis, & in malis ualet cõſuetudinis uis.
Nõ iam laborabimus, ſi illa nos ceperit. Pleriq; cõ-
ſuetudinem fecerunt, ſeipſos aſſiduè ſignandi, neq;
admoneri opus habẽt, ſed animo quoq; alibi ſæpe
occupato, ipſa cõſuetudine, ueluti quodã animato
magiſtro impellente, manus ſpontè formãt ad ſalu
taris impreſsionẽ ſigni. Aſſuefecerunt ſe qdam nõ
iurare, nunq̃ illi nec ſponte, nec inuiti hoc facient:
aſſueſcamus nos quoq; eleemoſynis dandis, & id ci
tò peragemus. Quãtis laborib⁹ nobis opus eſſet, ut
hic medicamentũ reperire poſſemus tam ſalubre,
tam potẽs? Nam quæſo, niſi eſſet eleemoſynæ ſola-
tium, poſtea q̃ innumeris ſceleribus ſupplicio nos
feciſſemus obnoxios, nõne multũ igemiſceremus
M multiſque ſuſpirijs optaremus pecunijs poſſe pecca
ta redimere? Nõne illas oẽs propto exhauſiſſemus
animo, cunctamque oino ſubſtantiam impendiſ-
ſemus, ut ſupni iudicis irã poſſemus effugere? Nam
ſi hoc in morbo facimus, atq; impẽdente morte di
cimus. Si mortẽ redimere fas eſſet, bona ille ſua de-
diſſet oia: multò magis id in illa ineuitabili neceſ-
ſitate fieret. Et uide quæſo quãta ſit diuina clemen
tia, non tibi dedit ut tpalem mortem, ſed æternam
redimere poſſes. Noli, inquit, breuem hanc redime
re uitam, ſed ẽternam tibi comparare ſtude: illam
tibi uendo, nõ iſtã: non illudo tibi, hanc ſi acceperis, nihil accepiſti, ego noui illã quãti ſit pretij. Nõ
ita caupones, mortaliſq; uitę negotiatores faciunt:
illi enim ſiquos fallere queant, uilia quęque carius
uendũt: at ego non ſic. Nã dic obſecro, ſi profectus
ad negotiatorẽ quẽpiam, duabus propoſitis gem-
mis, uili una, alia pretioſiſſima, pretium pro uili po
neres, pretioſamq; ſuſciperes, num illum rideres?
Abſit, imo admirareris magis, & gratias ageres: ita
& nũc duæ uitæ propoſitæ ſunt, tẽporalis alia, alia
æterna:

A æterna: uendit illas duas, cæterùm æternam nobis
uili pretio dare mauult. Quid indignamur infan-
tium more ſtultorum, quod eam quæ pretioſior
eſt pro uiliſſimo accepimus? Et poteſt, inquies, ui-
ta pecunijs emi? Poteſt, ſi noſtra non aliena in pre
tium demus. At mea, inquies, ſunt. Non ſunt tua
quæ diripis, ſed aliena quantumlibet illorum te
dominum dicas: neque enim ſi depoſitum accí-
pias, eo tempore quo abeſt, ſcilicet qui depoſuit,
tua illa eſſe dicis, licèt penes te ſint. Si igitur quæ
uolentibus, & agentibus gratias eis qui depoſue-
runt, noſtra non ſunt, ne illo quidem tempore
quo ea habemus: multò minus iſta quæ inuitis,
ac nolentibus rapimus: ille nanque eorum domi-
nus eſt, cui direpta ſunt, quanuis penes te ſint con-
dita: illa enim uera noſtra ſunt, quæ nobiſcum per
petuò durãt, eiuſmodi uirtutes ſunt: nam pecuniæ
ne noſtræ quidem noſtrę ſunt, nedum alienæ: ſed
hodie noſtræ, cras uerò non noſtræ. At uerò uirtus
ſemper noſtra eſt, neque. n. hæc illarum more mi-
nuitur: ſed cùm adſit omnibus, integra permanet.
B Hãc ergo nobis comparare ſtudeamus, pecuniasq;
deſpiciamus, ut ueris æternisq; bonis frui merea-
mur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chri
ſti, cui eſt gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia. VII.

Cap. III. *Oc autem ſcito, quia in nouiſſimis diebus inſtabũt*
h tẽpora grauia: & erunt homines ſui amatores, cu-
pidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parẽtib. non obedien
tes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores,
incõtinẽtes, imites, ſine benignitate, proditores, proterui, tu-
midi, uoluptatis amatores magis quã dei, habentes ſpeciẽ
pietatis, uirtutem autem eius abnegantes, & hos deuita. Ex
his n. ſunt, qui penetrant domos, & captiuas ducunt mu-
lierculas oneratas peccatis, quæ ducũtur uarijs deſideriis &
uoluptatibus ſemper diſcentes, &c. In priori epiſt. dixe-
rat ſpiritum manifeſtè dicere, quod in nouiſſimis
1. Ti. 4. a temporib. recedent quidem a fide. & ruiſus alibi in
ipſa epiſt. prædicit tale quiddam poſtea futurum,
atq; hoc ipſum hic facit dicens: *Hoc autem ſcito quod*
Exod. 7. b *in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora grauia.* Neq; id ex
C futuris tantũ, uerũm ex præteritis indicat, dicens:
Sup. 2. c Quemadmodũ Iãnes & Iambres reſtiterunt Moſi.
Et ex rationibus item cũ dicit: In domo autem ma
gna non ſunt tantummodo uaſa aurea, & argẽtea.
Hoc autem cur facit? ne. ſturbetur Timotheus, nec
quiſpiam noſtrum, ſi ſint homines mali: quandoquidem ſub Moſe illi fuerunt, & poſtea futuri ſunt.
Nihil ergo mirum ſi noſtra quoq; ætate ſint. *In no-*
uiſſimis diebus, inquit, *inſtabunt tempora grauia.* Hoc
eſt, peſſima. Quomodo aũt erunt tempora grauia?
Non dies profectò, neq; tempora, ſed homines qui
tunc futuri ſunt carpit: quippe & nos ita loqui con
ſueuimus, cũ tpa, uel mala, uel bona ex his quæ in
illis contigere, appellamus. Cauſam quoq; malorũ
oium atque radicem, ac fontem protinus addidit,
unde alia gignuntur omnia: cũ non ea quæ proxi-
mi, ſed quæ ſua ſunt, ſinguli quærunt: ex quo fit, ut
utrunq; pariter negligant, ita. n. ne ſua quidem aſpi-
ciunt: ſicuti. n. qui ea quæ proximi ſunt quærit, ſua
quoq; ritè diſponit: ita & ſi quę illius ſunt, negligit,
ſua quoq; deſpiciet. Nam ſi ſumus inuicẽ membra,
proximi ſalus non illius tantũ eſt, ſed & corporis re
liqui: illiuſq; detrimentum non ad ipſum pertingit
ſolũ, ſed et corpus omne dolorib. occupat. Si ædi-

D ficatio ſumus, ſiqua patitur pars reliqua conſtru-
ctio titubat: ſin uero firma, & inuiolabilis durat,
ſtructurã ferre reliquã põt: ita & in eccleſia, ſi frẽm
deſpicis, teipſum neglexiſti. Quo pacto? Mẽbrũ tuũ
iacturã haud exiguam pertulit. Siqui pecunias cõ-
numerare non uult, in gehennã mittitur: qui in re-
bus neceſſarijs periclitantem uidet, manúmq; non
porrigit: nonne multò magis, q̃ ille hoc patitur, atq;
eo amplius, quòd de maioribus detrimentũ id fiet?
Erunt enim, inquit, *homines ſui amatores.* Qui ſeipſum
amat, ille in primis eſt, q ſe nõ amaſſe conuincitur.
Qui uero diligit fratrẽ, hic maximè ſeipſum amat.
Ex hoc auaritia naſcitur: charitatem enim quæ per
naturam lata eſt, & ubiq; diffunditur, cõtrahit atq;
conſtringit: hæc peſtis mediocres quoq; ac tenues
auaritię ſubigit: ex eo elatio gignitur, ex elatione ſu
pbia, cuius proles blaſphemia eſt, ex qua arrogãtia
prodit quæ non obtemperandi eſt. Qui enim con-
tra homines ſe effert, facilè in deum ipſum impius
eſt: ita deniq; peccata naſcuntur, ut ſæpius ab infe-
rioribus ad ſuperna conſcendant. Qui fuerit in ho
mines pius, multo magis in deũ erit: qui in ſocios, E
atq; conſeruos erit manſuetus, quantò magis in do
minum? Qui uero aſpernatur cõſeruos, ad hoc ſen-
ſim pertinget, ut ipſum quoque deſpiciat dominũ.

Morale.

Non ergo deſpiciamus inuicẽ. Ea quippe doctri
na peſsima eſt, quæ deũ nos contemnere docet, ſi
inuicẽ contemnimus, ſ cũ ille iuſſerit in alterutrum
nos eſſe ſtudioſos: aliter quoq; ſi uultis exemplo. ſ.
hoc perſpicuũ faciam. Contempſit frẽm Cain, con
tempſit continuo & deũ. Quo nam id modo? Vide
q̃ contumelioſe reſpondent deo: Nunquid cuſtos
fratris mei ſum? Deſpexit item Eſau frẽm, deſpexit
& deum. Idcirco dicit deus: Iacob dilexi, Eſau aũt
odio habui. Ideo & Paulus ait: Nequis fornicator,
aut prophanus ſicut Eſau. Spreuerũt Ioſeph fratres
eius, ſpreuerunt deum quoq; Iſraelitæ quoq; Moſen
aſpernati ſunt, atq; ideo deũ ſ offenderũt: ſ ita & filij
Heli cũ negligerent, & peccare facerẽt populum, in
deum impij fuere. Vis id ex aduerſo etiam inſpicia-
mus. Abrahã pepercit fratris filio, obediũt & deo,
conſtatq; id ex obediẽtia, quam oſtendit in filio, &
reliqua uirtute eius. Rurſus Abel manſuetus erat in
frẽm, pius itẽ erat in deum. Non ergo cõtemnamus
inuicem, ne deum quoq; contemnere diſcamus: ho
noremus nos mutuo, ut diſcamus & deum honora
re: qui in hoies temerarius eſt, in deum quoque erit
temerarius. Vbi uero auaritia, & amor proprius, &
arrogantia coeunt, quid iam deeſſe ad interitũ po-
teſt? Omnia ſimul periere, peccatorũmque labes, ac
cœnum plurimum influit. *Ingrati*, inquit. Quo pa-
cto. n. auarus gratus eſſe iam poſsit? Cui habiturus
eſt gratiã? Profectò nemini. Omnes arbitratur imi-
micos, omnia quærit accipere: & ſi omnem illi ſub
ſtantiam tribuas, nullas refert gratias: indignatur,
quòd non plus habueris, multorũmq; eum feceris
dominum: ne ſi orbis quidẽ totius, te donante po-
tiatur, ullas tibi gratias aget: nihil n. ſe accepiſſe pu
tat. Eſt quippe peſtis huius inexplebilis appetitus,
neq; à morborum concupiſcentia diſsimilis eſt: ta-
lia. n. ſunt ægrotorũ deſideria. Deniq; is quis febris
caloribus uritur, impleri nunq̃ poteſt, ſed ſemper
in deſiderijs eſt. Ebrius item nunq̃ mero ſatiatur,
ſed ſiti ſemper anhelat: ita & qui pecuniarũ inſano

[*Siquidẽ alios contemnẽdo, deum ipſum contemnimus.* Gen. 4. b Rom. 9. c Heb. 12. d

[*ſpreuerunt.*

F 1. Re. 12. e Ge. 14. b & 22. a Ibid. 4. a

G tenetur ſtudio, deſideriũ ſuum exatiare nulla opũ poterit copia: quantalibet illi præſtes, nullas unq̃ tibi habebit gratias. Habebit aũt ei tantũ, qui ſibi quanta uoluerit, dederit: id autem facere poterit nemo: neque.n. habet modum cupiditas eius, eſtq; im mẽſa habẽdi uoluntas, nulli igitur gratias aget. Nihil æquè ingratũ ut auarus, nihil ita abſq; ullo gratitudinis ſenſu eſt, ut pecuniæ cupidus: orbis ille totius inimicus eſt, indignatur quod ulli ſint homines. Cupit.n. deſerta eſſe oia, ut oium ipſe potiatur ſolus, & multa ſecũ talia cogitat: Vtinam ui terræmotus concuſſa, & euerſa ciuitate, cunctiſq; oppreſſis, ſol⁹ ipſe relinqueretur, ut fortunas accipere omnium poſſet: utinam peſtis præter aurũ abſumeret oia, utinam terræ hiatu, aut inundatione maris perirent omnia: & alia in hunc modũ innumera cogitat, nihil boni uerſat aio, ſolos terræmotus, & ⌜fulmina, ⌝& bella, atq; peſtilẽtias reputat, & huiuſmodi cætera contingere cupit, atq; orat. Dic agẽ infelix atque miſerrime, & mancipijs omnibus ulior, ſi cuncta aurum eſſent, num ſacrã ideo auri cuaderes famem? Nõne uelſ peſtes confectus interires? Si terræmotu agitatus orbis, funditus euerteretur, non ideo pnicioſa hac cõcupiſcẽtia liber euaderes? Nã niſi hõ eſſet in terris, unde tibi neceſſaria uitæ ſuppeterent? Ponamus ſanè oẽs repẽtè orbe toto deletos eſſe mortales, aurúmq; illorum & argentum in tuum ius migraſſe, quanq̃ fatua planè & inepta cõſector, opẽſque illis, aurum. ſ. argentum, pretioſam atq; auream ueſtem, in tuas ſponte ueniſſe manus, quid inde lucrarere? Ita enim te maximè inuaderet mors eis deſtitutum, qui panem conficerent, amotis agricolis, feris cuncta uaſtantibus, dæmonibúſque metu concutientibus animam tuam, quã quidem nunc etiam poſsident, & plurimi quidẽ: tunc autem te in ſtuporem quoq;, amentiamq; perduxiſſent, ſiue etiam prorſus perdidiſſent. At uellem, inquies, & agricolas, & paſtores eſſe ſuperſtites: enimuero illi ſi tecũ ſupereſſent, opes illas tecum partiri uellẽt: ſed non id patiẽter admitteres, adeò inexplebilis eſt cupido huiuſcemodi. Quid uerò his dici ridiculoſius poſsit? Vidiſti ſummã rerũ difficultatẽ. Vult quiſpiã miniſtros habere q̃ plurimos, nec pati tur eos uel neceſſarium habere uictũ, quaſi per id ipſius opes imminuantur. Num quæſo lapideos uis eſſe hoies? Quam ſunt irriſione iſta digniſsima, quę fluctus, & procellas, & tempeſtates ac turbines, ingentẽmq; perturbationẽ animis excitant. An uerò non iſtos miſerebimur, atq; lachrymis, gemitibúſq; proſequemur, qui ſemper eſuriunt, ſempérq; ſitiũt? Atqui corporibus humanis acerrima hæc lues eſt, quæ à medicis pro inſatiabili appetitu ſbalycia Græco uocabulo dicitur, cùm quis ciborũ nimietate diſtentus, ne ſic quidem fame liberatur: huiuſmodi nẽpe lues in animabus auaritia eſt, quæ quãlibet immittas, nunq̃ prorſus impletur, ſed ſemper cupiditati uaſtior laxatur ſinus: nẽpe ſi ellebori ſumere, aut quodlibet & grauius ppeti opus fuiſſet ad eam euadendã peſtem, nõne ferre oia prompto aio oportuit? Nulla profecto multitudo pecuniarum inexplebilem ſuterum ſimplere poteſt. Non pudet cũ plerique adeò circa opes inſaniant, nos in deũ ne minimam quidem partem huiuſce dilectionis oſtendere, deúmq; apud nos uiliorem eſſe pecunijs? Auri nãq; gratia, & uigilias, & peregrinationes, & altera pericula, & odia atq; inſidias, & omnia de nique tolerant homines, nos pro deo ne uerbũ qui dẽ uel tenue perferre uolumus, odiáque ſubire. Cæterùm ſi cui oppreſſo opem ferre opus ſit, potentiũ inimicitias uitamus, atq; picula, prodimúſque miſerum: cúmque uim opitulandi à deo acceperimus, ipſam prorſus amittimus, dum odia & inimicitias pferre nolumus. At id continuò obiciunt plurimi, fruſtra odiũ quærere cõſilij nõ fuerit. Fruſtra ne id quæſo facis? Et qd hoc pſtantius odio? Quippe amicitiã ex deo fœderatam longè antecellit ipſius gratia ſuſceptũ odium. Nam ſi pp deum diligamur, honoris impẽſi debitores illi ſumus: ſin uerò eius cauſa odio habemur, debitor ipſe ſit nobis. Quantũlibet nẽpe aurum diligant auari, nullũ eius dilectionis recipient modũ: nos ſiquid uel parũ egerimus, omnia perfeciſſe arbitramur. Non ita nos deum, ut illi aurum diligimus, ne minima quidem ex parte: multũ illi reprehenſioni patent, quòd circa aurum ita uehemẽter inſaniũt: nos culpa uacabimus, qui in deũ non eundem feruorem charitatis oſtendimus? Non quantum illi terræ (quippe aurum terra effoſa eſt) tantum nos omniũ domino honoris impẽdimus. Erubeſcamus ſanè, dum illorum intuemur inſaniam. Quid enim eſt ſi nos auri nõ rapiat amor, neq; tamen omni ſtudio precemur, atque ambiamus deum? Hi etenim homines, uxorem, ac liberos, & omne patrimonium, poſtremò ſalutem ipſam contemnunt, idque cùm nec ſciant, ac incrementa percepturæ ſint illorum opes. Sæpe nanque inter medias ſpes animam quoque poſuerunt, fruſtráque laboraſſe deprehenſi ſunt. Nos cũ nouerimus eo quẽ amamus potituros, ſiquidem illum ut oportet dilexerimus, ne ſic quidẽ ad amorẽ exardeſcimus, atque ideo utraque in nobis charitas planè refrixit, proximi. ſ. ac dei: dũ. n. à proximi dilectione frigeſcimus, ad hoc ſenſim pertingimus, ut diuinæ etiam dilectionis in nobis feruor extinguatur. Neque.n. fieri poteſt, ut qui amare neſcit, quicquã illuſtre concipiat aio, uirilique mente ſit præditus: quippe bonorũ oĩum amicitia aptiſsimum inſtrumentũ eſt. In hoc, inquit, pendent lex & prophetæ. Sicut.n. ignis ubi ſyluã occupauerit, oia purgare cõ ſueuit: ita & charitatis feruor, quocunque inciderit oia perimit, atque perrũpit, quæ diuinam ſegetem demoliũtur, emundátque humũ ſuſcipiẽdis atque ſouẽdis altè ſeminib⁹. Vbi charitas eſt, oia ſublata mala: nõ eſt ibi auaritia, malorũ radix, nulla ibi elatio eſt. Quid. n. aduerſus amicum ſe quiſpiam extollat? Nihil itaque ſic humilẽ facit ut charitas, p quã ſeruorũ miniſteria amicis impendere non erubeſcimus, ĩmo & gratias illis pro huiuſmodi ſeruitute reẽ rimus: p hãc pecunias largè profundimus, corporibúſq; ipſis poſtremo non parcimus, per q̃. n. fæpe pro amico periculis ſe quiſque expoſuit. Nulla denique inuidia, nullum crimen locũ habet, ubi fuerit uera & germana dilectio: non modò. n. amicis non detrahimus, uerũ & ſiqui detrahere uelint, eis ſilentiũ imponimus. Omnia in charitate ſunt leuia, ſua uia, mitia: litis aut contentionis nullũ ibi ueſtigiũ cernitur, pacíſque plena ſunt omnia. Plenitudo. n. legis eſt charitas. cuncta nẽpe ſcelera, quæ pacẽ per turbẽt: ut ſunt auaritia, rapina, ĩuidia, accuſatio, arrogãtia, periuriũ, mẽdaciũ, ubi charitas fuerit, ſoluuntur: periurat. n. quiſq; ut rapiat. Quis aũt eũ quẽ

A diligit diripere queat? cui contrà ſua quoq; largitur libens, gratiaſq; illi magis, quã ſi ab eo accipiat refert? Noſtis iſta profecto quicunq; amicos habetis, nõ ſolo noĩe, neq; ſimplici appellatione: ſed ſiquis ita dilexerit, ſicut diligere oportet. Siqs amoris uinculo connexus alicui eſt, hoc nouit: q uerò experti nõ ſunt, ab his qui experti, diſcant. Exponã uobis
·Reg.18 & 20. a 2.Re.1 d de ſcripturis amicitiam profectò mirabilẽ. Dilexit Ionathas Saulis filius ſanctum Dauid, & colligata eſt illi aĩa ipſius: quod indicat illa eius lamẽtatio, qua defunctum proſecutus eſt, dicens: Cecidit ſup me dilectio tua, ſicut dilectio mulierum. In mortẽ uulneratus es mihi. Quid ergo, nũ illi inuidit? Minimè, cũ certè inuidendi neceſsitas indicta uidere tur ex rerũ euẽtu: cernebat. n. regnũ illũ potiturũ, qd ſibi per ſucceſsionũ ſeriẽ debebatur, nihilq; tale paſſus. Non ait, hic eſt, qui me patrio priuabit regno, ſed imperij quoq; cooperator acceſsit, patriq; amici gratia non pepercit: uerũ. n. nemo illũ paricidam arbitretur. Non. n. ille in aliquo patrem uio lauit, ſed inſidias tantũ eius iniuſtitiãq; cohibuit, ac per id pepercíſſe magis, quã læſiſſe cenſetur, dũ
B illum non permiſit ad inuidiam prorumpere iniuſtã: uoluit ſæpius pro illo ẽt mori. Nõ accuſauit, ſed patrẽ quoq; prohibuit. Nõ inuidit, immo (ut dixi) imperij quoq; cooperator acceſsit: non modò illi opes præſtitit, uerũ ſalutẽ quoq; ſeruauit, animãq; pro illo poſuit ſuã. Nihil parẽtem reueritus eſt amici gratia: ille. n. iniqua moliebatur, hic autem nihil eiuſmodi ſibi cõſcius erat. Ea fuit Ionathę cũ iuſto amicitia, taliſq; cõiunctio. Videamus qualis fuerit Dauid in referenda gratia, non licuit illi uicẽ reddere: quippe qui ante imperium quidẽ morte preptus eſt, periitq; priuſquã ille peruenire ad regnũ, quẽ beneficijs fouerat: in his quæ tamen facere potuit, libet inſpicere, cuiuſmodi ſe in amando pſtiterit. Bonus, inquit, mihi Ionathas, in mortẽ uulnera tus es mihi. Putas hoc ſolũ reperiemus eius amoris indicium? nõ iſtud quidẽ eſt minimũ, ſed alia quo que nõ deſunt: nam & filiũ eius, & nepotẽ eripuit ſæpe periculis, ob gratiã patris, ac iugiter ueluti filij cuiuſdã natos ſeruare pſtitit. Huiuſmodi ergo amicitiã oẽs habere cupio, & in uiuos, & in defunctos.
C Audiant iſta mulieres, maximè q̃ ſecũdas appetũt nuptias, ac defuncti uiri maculãt thorũ, quęq; priorẽ dilexerunt uirũ. Non iſta nũc loquor, quòd ſecundas prohibeã nuptias, aut immũdas eſſe putẽ, neque. n permittit Paulus, qui ori meo frẽnum impoſuit, dicens: Si autẽ & nupſerit, non peccauit, cæterũ beatior erit, ſi ſic pmãſerit. hoc ẽ, multò iſtud excellẽtius eſt quã illud, multis ex cauſis. Nã ſi nõ nubere, multò melius quã nubere eſt: pari ratiõe, melius eſt id ſemel tantũ facere, quã ſæpius. At nõ tulerũt, inquies, q̃dã uiduitatis incõmoda, ſed in uarias calamitates inciderunt: non. n. quid ſit uiduitas nouerunt, q̃ profectò in eo nõ cõſtitit, ſi ſecundas nuptias nõ appetant: ſicuti neq; uirginitas hoc tantũ eſt, uiri experimẽta, nõ noſcere: ſed qd? Quemadmodũ uirginem facit honeſtã habitus, orationiſq; perſeuerantia: ſic & uiduã indicat deſolatã eſſe, perſeuerare in obſecrationibus, abſtinere à deliciis. Quæ. n. inquit, in deliciijs eſt, uiuẽs mortua eſt. ſi uidua permanens eundẽ apparatũ, eandemq; pompã habitura es, quã uiuẽte adhuc uiro habuiſti, melius eſt nubere: neq; enim mala eſt cõ-
1.Co.7.c. iunctio illa connubij, ſed curioſitas habetur in crimine. At tu quod malum nõ eſt, non agis: qd uerò crimini tenetur obnoxiũ, id agere ſuſtines: idcirco quædã reuerſæ ſunt retrò poſt ſatanã, quia uiduitatem ritè ſeruare neſcierunt. Vis noſcere q̃ ſit uiduitas, & quod uiduitatis inſigne? Audi apoſtolũ: Si filios, inquit, educauit, ſi ſuſcepit hoſpitio, ſi ſanctorũ pedes lauit, ſi his q in tribulatione ſunt, ſubminiſtrauit, ſi oẽ opus bonũ ſecuta eſt. Nã ſi mortuo uiro ingẽtem opũ præferas faſtũ, uiduitatẽ cõgruè nõ fers. Transfer in cœlũ diuitias tuas, & erit tibi tolerabile uiduitatis onus. Quid ergo, iquies, ſi liberos habeã paternæ hæredes ſubſtantiæ? Doce & illos aſpernari pecunias, illuc q̃ tua ſunt transfer, eiſq; quãtũ ſit ſatis impertiẽs, erudi & illos opibus ſuis ſupiores eſſe. Quid ſi circũfluũt mãcipiorũ greges, ſi negotiorũ examẽ immineat, ſi argẽtũ, ſi aurũ? quo pacto ſufficere poſſũ ad iſta ſeruãda, niſi adſit uiri gubernatio? Simulas iſta, occaſiones que inquiris: qd multis ex locis conſtat. Si. n. pecuniarũ non teneris affectu, neq; opes tuas augere cupis, leuis tibi ſit ſarcina. Eſt. n. profectò multò grauius atq; oneroſius oſtentare, quã cuſtodire diuitias. Si igitur huiuſmodi amputes oſtentationes, & ex his q̃ habes indigentibus tribuas, deus ſuã tibi porriget manũ, atq; te proteget: qd ſi ueraciter pupillorũ proſpiciens hæreditati, hęc loqueris, nõ occaſione cumulãdæ pecuniæ: nouit q ſcrutatur corda, in tuto illorũ ſeruare diuitias, q filios educare præcepit. Neq; n. fieri omnino poteſt, ut ea domus, quæ pauperum miſeratiõe fundata ſit, mali qppiã patiatur: immo ſiqd fortè ppeſſa fuerit, melior eã euẽtus excipiet, idq; erit familiæ, ac domui pro clypeo, & haſta. Audi quid de Iob diabolus ait: Nõne tu circũdediſti eũ iterius, & exterius? Cur id? Audi & ipſum Iob dicentẽ? Oculus, ait, erã cæcorũ, pes claudorum, & pupillorũ pater. Quemadmodũ ĩs, qui ſe ab alienis cladib⁹ minimè auertit, ne in ſuis qdẽ aliquid unquam patiatur aduerſi: ita & q alienę triſtitię cõſors fieri renuit, in ſuis caſibus acri⁹ afficietur: ac ſicut in corpore, putreſcente pede, manus ni cõpatiatur, expurgetq; uulnus, & imponat medicamẽtũ, ac diluat ſaniẽ, hoc ipſum in ſuis patietur malis: & q̃ miniſtrare alteri noluit, cũ eſſet morbo libera, morbo ipſa quoq; erit obnoxia: qppe ſerpẽs inde malũ ad ipſam quoq; peruenięt, iam que nõ de officio, ac miniſterio, ſed de cura & euaſione periculi erit illi ratio: ita ſanè & hic, q condolere aliis negligit, ipſe dolebit. Circũuallaſti, inqt, eum interius & exterius, neq; audet irrumpere. Sed dura, inges, ille perpeſſus eſt: nẽpe dura illa & grauia, ingẽtiũ illi bonorũ fuere cauſa. Duplicata ſubſtãtia eſt, merces auctior, iuſtitia cumulatior facta eſt. Clariſsimis coronis, & ampliſsimis pmijs affici meruit, ſpiritualia deniq;, & corporalia omnia largiſsimis incrementis profecere. Filios perdidit, recepit nõ eoſdẽ, ſed alios illorum uice illiſipſis ſibi in reſurrectiõe ſeruatis. Nam ſi eoſdẽ recepiſſe, numerus ille eſſet imminutus: nunc autẽ qa alios pro illis ei dedit, & illos in reſurrectione reſtituet. Hæc omnia idcirco illi cõtigere, quia promptus ad eleemoſynas fuit: quod nos quoque omni ſtudio implere, curemus, ut eiſdẽ cumulatiſsimis præmijs affici mereamur, cũ gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

G h Oc ſcito, quòd in nouiſſimis dieb. inſtabunt tpa grauia: erunt.n. homines ſui amatores, cupidi, ela ti, ſuperbi, blaſphemi, parentibus nõ obedientes, in grati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incon tinẽtes, immites, ſine benignitate, proditores, pterui, tumidi, voluptatis amatores magis quã dei, habẽtes formã pietatis uirtutẽ aũt eius abnegantes. Siquis nunc indignatur qd hereticiſint, conſideret eos à principijs atq; pri mordijs fidei erupiſſe, diabolo ſemp ueritati men daciũ clã inſerere moliẽte. Promiſerat initiò deus primis hominib⁹ bona, acceſsit diabolus promit tens itidẽ bona: plantauerat paradiſum deus: ſpol licitus eſt ſ hic, dicẽs: Eritis ſicut dij. & q reb. nihil poterat, uerbis promittit ingẽtia: huiuſmodi qppe ſeductores ſunt. Poſt fuerũt Cam & Abel, deinde filij ſ deiſ & filię hoium, poſtea Chã & Iaphet, Abra hã & Pharao, Iacob & Eſau, Moſes & magi, prophe tę & pſeudoprophetę, apoſtoli & pſeudoapoſtoli, Xps & antichriſtus: & pri⁹ igitur atq; ab ipſis incu nabulis mũdi, & ſapoſtoli tpibus iſta contigere: H tũc. n. Theudas & Simõ, & Apoſtoli, & Hermoge nes ac Philetus. Nunquã igitur fuit, quin mẽdaciũ ueritati ſe latẽter iſereret. Nõ itaq; feramus grauiter iã dudũ iſta prædicta ſunt, unde hic dixit: *Scito, qđ in nouiſſimis diebus inſtabunt tpa grauia: erunt. n. homines ſui amatores, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parẽtibus nõ obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione.* Ingratus ergo ſceleſtus eſt: & meritò ſanè. ſ qui. n. erga benefi cũ ingratus eſt, qualẽ ſe erga alios ꝓſtabit? q ingra tus eſt, idem ſine pace, ſine affectione eſt. *Criminatores.* hoc eſt, maledici. ſ Qui. n. ſibiipſis nihil boni conſcij ſunt, ueluti ſolatij cuiuſdam uice, aliorum opinionẽ uiolare nituntur, ac per id innumeris ſe peccatis, atq; ſceleribus implicãt. *Incontinentes.* Scili cet linguæ, uẽtris, cęterorumq; oium. *Immites.* hinc profectò crudelitas, hinc immanitas ſurgit, cũ qs auarus, & cupidus, ſuiq; amator, ingratus, laſciuusq; fuerit. *Abſque benignitate, proditores proterui.* proditores, cuius? Amicitiæ. ſ. *Proterui.* hoc eſt, nihil habentes fixum, ac ſolidum. *Tumidi.* arrogantia ple ni. *Amatores uoluptatis magis quàm dei, habentes formam pietatis, uirtutem autem eius abnegantes.* In epiſto I la quoq; ad Romanos ita fermè ait: Habentes for *Rom. 2.c* mã ſciẽtiæ ac ueritatis in lege. Quod quidẽ illic in laudis parte conſtituit, hic aũt peccatis oibus gra uiꝰ id ſcelus oſtẽdit. Cur id? Quia hoc utrobiq; nõ in eodẽ ſenſu accepit, ſicut imaginem interdũ pro ſimilitudine, interdũ pro re inanimata accipimus ſicut & ipſe alio in loco ſcribit, dicẽs: Vir nõ debet *1.Co.11.b* uelatũ habere caput, imago & gloria dei cũ ſit. Et rurſum propheta: Veruntamẽ in imagine pertrãſit *Pſal.38.b* homo. Leonẽ quoq; interdũ pro regio accipimus faſtu. Dormiſti. n. inquit, ut leo, & catulus leonis, *Deu.33.c* quis excitabit eũ? Interdũ pro rapina. Vt leo, inqt, & rapiens, & rugiẽs: ita & nos facimus, quia. n. ne *Eze.22.c* gotia ſunt cõpoſita, & uaria, conueniẽter multipli ces imagines, atq; exempla ſumuntur. Vtpotè cùm ſpecioſam mulierem admirari uolumus, pictũris il lã cõparamus: & cũ item pictã prædicamus, dici mus ſpirare ac loqui uidetur. Non autẽ utrunq; pa ri ratione accipimus, ſed alterũ quidem, qa prope ſimilitudinem acceſsit: alterũ, quia pulchritudini quã dicimus, appropinquauit: ita ferè & in forma dicimus: illic qdẽ, quia figura & imago & doctri- na, primitiuumq; pietatis exemplar eſt: hic autem K quia rem inanimatam, ac mortuã figuram, & ſimu lationem inſinuat. Fides ergo ſine operibus, figura ſolũ abſq; uirtute eſt: rectè ergo pulchro & uenu ſto corpori uirtute deſtituto, picturæq; ſ aſſimila ri, ſ fides recta abſq; operibus comparatur. Eſto au *radſi-* tem, quiſpiam his oibus uitiis ſit inquinatus, rectè *mili.* que credat, ac ſentiat: quid ex fide uera lucrabitur, ſi nihil habet ex his q̃ debet habere Chriſtianus? Si nihil agat, quod exprimat pietatem, gẽtileſq; po tius impietate tranſcendat, ſi ad intuentium, ſocio rumque perniciem, ſi ad dei blaſphemiam uiuat, ſi opib⁹ religionis cõtaminet dogma? Quid ergo de huiuſmodi facere oportet? Et *hos*, inquit, *deuita.* Si ergo in nouiſsimis temporibus hoies huiuſmo di futuri ſunt, quõ ait, & hos deuita? Intelligi pro fectò datur & tunc huiuſmodi fuiſſe quoſdam: & ſi non tam multos, fuiſſe tamen: ſed uerius fortaſſe dicimus, per illũ admoneri omnes, ut hos deuitẽt. *Ex his. n.* inquit, *ſunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, q̃ ducuntur cõcupi- ſcentijs uarijs, ſemper diſcentes, et nunquam ad agnitionẽ* L *ueritatis uenire ualentes.* Vides, ut antiqui ſeductoris aſtu & arte utantur, armaq; arripiant, qbus & dia bolus uſus eſt aduerſus Adã. Qui inquit, penetrant domos. Quã ſignanter hoc uerbo impudentiã ex preſsit ſingularem, ignominiam quoq;, ſallaciam, atq; blanditias. *Et captiuas ducentes mulierculas.* Eiuſ modi & uiri li ſexu eſt, qui facilè fallitur: quippe mulierum eſt falli. ſ Nõ autem ait mulieres, ſed mu *ſimmo* lierculas. ſ *Oneratas peccatis.* Vides unde illæ quoque *nõ mulie* faciles ad fallendum ſint? A peccatis, ex eo ſcilicet, *riũ, ſed* quòd nihil boni ſibi ſunt conſcię. Et ſatis quidem *muliercu* propriè dixit, Oneratas, ut peccatorum commen *larum.* daret multitudinem, & in conſtantiam, atque con fuſionem. *Quæ ducuntur concupiſcentiis uarijs.* Non accuſat hic ſexum: neq; enim ſimpl⁹ ait, mulieres: ſed, tales mulieres. Quid ſibi uult, Varijs? Plurima hoc uerbo ſignauit, delicias, turpitudinem, atque laſciuiam. *Varijs*, inquit, *concupiſcentijs.* Hoc eſt, pecuniarum, gloriæ, iactantiæ, honoris, deliciarũ: fortaſsis & fœdiores alias concupiſcentias ſignat. *Semper diſcentes, & nũquam ad agnitionem ueritatis ue* M *nire ualentes.* Non iſta illis parcens, ſed ea uehemen ter inſinuans dicit. Quia enim ſeipſas deſiderijs il lis & peccatorũ oppreſſere molibus, ex cęcata eſt il *Exod.7.b* lorũ mens. *Quemadmodum autem*, inquit, *Iannes & Iã bres reſtiterunt Moſi: ita & iſti ueritati, homines mẽte cor rupti.* Qui nam iſti ſunt? Magi. ſ. & qui ſigna in Aegypto feciſſe leguntur. Quomodo autem nuſquã alibi ipſorum nomina inuenrũtur? Ea uel ex tradi tione, uel ex ſpiritu Paulum didiciſſe fas fuit. *Ita*, in quit, *& iſti reſiſtent ueritati, hoies mẽte corrupti, reprobi circa fidem, ſed non proficient amplius.* Quippe illorum amentia cunctis perſpicua erit, ſicuti illorum fuit. *Supr.2.f* *Sed non proficient.* Et quomodo alibi dicit: Et proficiẽt amplius in impietate: hic uerò, nõ proficiẽt? Illic ita locutus, qa hi q nouitatibus ſtudent, nuſquam erroris finem inuenient, ſed noua ſemp cõmenta, & corruptum dogma proferẽt: ea eſt enim erroris uis, ut ſiſti non queat. Hic autem dicit, non fallent, neque ſecum rapient: licèt initiò quoſdam decepiſſe uideantur, ſed facillimè deprehenden tur: quod ex conſequentibus patet. *Eorum enim*, inquit, *amẽtia cunctis erit perſpicua, ſicuti & illorum fuit.*

Quanuis

A Quamuis. n. omni ex parte uideatur error inualeſce re ad tempus, ad fidem tamen uſque nõ permanet: hmõi quippe ſunt, quæ per naturã bona non ſunt, ſed bona eſſe uidentur: ad tẽpus florent, ſed citò de *ſnoſtra* prehenduntur. At ſ natura ſ tali a non ſunt, horúmq; tu eſtis es. Abeſt. n. á nobis error omnis. Quis. n. ue lit pro errore mori? *Tu autem aſſecutus es meam doctri- nam.* ſ Itaque ſortis eſto, ac uirum te præbe. non. n. ſimpliciter acceſsiſti, ſed affectatus es. hic multo ip ſum tẽpore adfuiſſe ſignificat, ex eo quod dicit, aſ ſectatus es doctrinã. Id aũt, de uerbo prædicatio nis intellige. *Inſtitutionem.* de uita loquitur. *Propo- ſitum.* De prompta uoluntate, & alacritate animi di cit. Non enim, inquit, iſta locutus ſum, & opere mi nimè impleui, neq; uerbis tantũmodo philoſopha tus ſum. *Fidem, longanimitatem.* Quo pacto? Nihil me, inquit, horum perturbauit. *Charitatem.* Quam profectò iſti non habuerunt. *Patientiam.* Non hoc ipſum ſignificat, quod ſupra, dum lõganimitatẽ di xit. Magna, inquit, aduerſus hereticos lõganimitate uſus ſum, patientia aduerſus perſecutiones. *Perſecu-* B *tiones, paſſiones.* Duo. n. iſta in primis doctoris ani mum perturbant, hæreticorum. ſ. multitudo, & im patiẽtia paſsionum: ſed de his multa iam diximus, quòd dudum fuerint, & futuræ poſtmodum ſint, nullúmq; tempus his uacuũ eſt: & quòd nobis no cere nil poterunt, quòdq; in mũdo uaſa aurea & ar gentea ſunt. Iam uero intuere illũ de preſſuris diſſe rentẽ ſuis. *Qualia mihi facta ſunt Antiochiæ, Iconij, Ly- ſtris.* Cur autem hæc pauca ex plurimis dixit? Nota erant diſcipulo reliqua, & fortaſsis iſta, ut recentia omiſsis prioribus memoret: neq; iſta per ſpecies nu merat: non. n. gloriæ, honoriſq; cupidus eſt, quippe ad conſolationẽ diſcipuli, non ad iactantiã loquitur. Antiochiã Piſidiæ dicit, Lyſtram, ex qua Timo theus erat oriũdus. *Quales perſecutiones ſuſtinui.* Vtra que conſolationis plena ſunt, quòd alacritatem exi miam præſtiti, neq; derelictus ſum. Nec dici poteſt quòd me prodiderit deus, ſed coronam mihi texue rit clariorem. *Quales perſecutiones*, inquit, *ſuſtinui, & ex omnibus eruit me dominus. Et omnes qui piè uiuere uo-* C *lunt in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur.* ſ Quid autẽ de me dico? oẽs qui piè uiuere uolunt in Chriſto, perſecutionẽ patiẽtur. ſ Perſecutiones hic dixit preſ ſuras, dolores. Neque n. fas eſt hominem pergentẽ uirtutis uiã, triſtitia, preſſuris, doloribus tentationi *Io.16.g* bus immunem eſſe. Quo. n. pacto, cùm arctam per *Iob.7.a* gat uiã, audiatq;, in mundo preſſuram habebitis? Si ætate ſua dicebat Iob, Tentatio eſt uita hois ſuper terram: quantò magis tunc? *Mali autem et ſeductores,* inquit, *homines in deteriora proficient, fallentes atq; falſi.* Nihil, inquit, horũ te perturbet: ſi quidẽ illi in quiete, tu in tẽtationibus uiuis. Ea quippe rei natura eſt: ex me diſcere potes, nõ eſſe poſsibile, ut uir q malis in dixerit bellũ, preſſuris careat: nõ eſt ille profectus. Nemo itaq; certans requiẽ quærat, nemo amplecta tur quietẽ. Neſas eſt pugilem dei uacare delicijs, nõ licet epulari luctantem. Luctamen quidẽ ſunt præ ſentia oia, certamen, bellum, preſſura, anguſtia, ſta diũ. Aliud eſt quietis temp⁹, hoc ęrumuis deputatũ eſt, atq; ſudoribus: nullus ubi ad certamen ſe exuit, unctuſq; eſt, requiem quærit. Si. n. inquiris requiem, quid te exuiſti? Cur iactaſti manum? Qua. n. ratio ne hic reqem ſperes, cùm libidinib⁹ indixeris bel lum atque aduerſus naturam pugnare perrexeris?

Tu uerò in his permane quæ didiciſti, & quæ credita ſunt D *tibi, ſciẽs à quo didiceris: & qaia ab infantia ſacras literas noſti, quæ poſſunt te inſtituere ad ſalutẽ per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Quod antè propheta Dauid admo- *Pſal.36.a* nuit: Noli, inquiẽs, æmulari in malignantibus. hoc & Apls admonet, dicẽs: Tu aũt permane in his quę didiciſti, q̃ credita ſunt tibi. non tantũ ea didiciſti, ſed & credita ſunt tibi: hoc eſt, credidiſti hãc eſſe ui tã. Si igitur impræſentiarũ cõtraria his q̃ credidiſti, euenire ꝓſpexeris: noli turbari. Nã & Abrahã cõtra ria promiſsis euenire cernebat, neq; tamẽ aliqd pa tiebatur. Audierat, in Iſaac uocabitur tibi ſemẽ. & *Gen.21.b* ipſum ímolare iuſſus, nihil ꝓturbatus eſt, aut impe *Ibi.20.d* dit⁹ quò min⁹ id tota deuotione patraret. Morale.

Nullus itaq; in malis ſcandalũ patiatur, hoc iam pridem ſcriptura præmonuit. Quid ergo, inquies, erit, & ſi hic boni lætioribus in reb. ſint, mali uerò crucientur? Alterũ ex his fieri põt, alterũ non. Nam malos quidẽ cruciari poſsibile eſt, bonos uerò ſem per lætari non ſic. Nemo Paulo æqualis erat, q omnem ætatẽ in preſſuris uixit, in lachrymis, in gemi- E tibus nocte ac die. Trienniũ cum lachrymis corri- pere diu, noctúq; nõ deſtitit. Inſtantia, inquit, mea quotidiana. Nõ erat illi uicisitudo mœroris & gau dij, ut nunc iſtud, nunc illud adeſſet, ſed quotidie *Act.20.d* mœrẽs perſtitit. Qũo ergo, inquit, mali in deterius proficiet? Nõ ait fruẽtur quiete, ſed in deterius pro ficient: erit quippe profectus ipſe deterior: nõ ait, in rerũ abundantia erunt: quòd ſi illi cruciẽtur, ideo hoc patiũtur, uti ne tu exiſtimes impunita eſſe pec cata: quia. n. gehẽnę metus non ſufficit nos à malo coercere, parcens nobis, excitat & ſubrigit nos. Si nullus malus ſupplicio afficeretur, nemo putaret deo humanarũ rerũ curam imminere: ſi oẽs puni rẽtur, nullus reſurrectionem ſperaret futurã, quòd quaſi merces hic oibus redderetur: idcirco hic pu nit quoſdã, pleroſq; non punit. Ideo hic præmuntur iuſti qa peregrini & aduenæ ſunt, atq; aliena in pa tria uiuunt. Iuſti ergo probationis cauſa hæc tole rant, audi deniq; dicentẽ ad Iob deũ: Putas me ali ter tibi reſpodiſſe, q̃ ut appareres iuſtus? Pctõres ue rò & ſiquid aliquando patiãtur, huiuſmodi pctõ- F rum pœnas expendunt. In oibus igitur gratias aga mus deo, ſiue ſic, ſiue ſic faciat. Vtraque. n. pro no ſtra utilitate molitur, nihil odiẽs, aut auerſans nos, ſed curam noſtri ac prouidentiam gerens. *Sciens*, in quit, *quòd ab infantia ſacras literas noſti.* Hoc eſt, à pri ma ſtatim ætate ſacras literas didiciſti. Quid ſunt, ſacræ literæ? Scripturæ diuinæ. In his, inquit, edu catus es, ut per eas quoque maior tibi fidei uirtus acceſſerit, adeoq; ualuerit, ut nihil iacturę poſsit in currere, altiſsimis radicibus nixa longo tẽpore ſoli data. *Quæ poſſunt*, inquit, *te inſtruere ad ſalutem.* Hoc eſt, non permittent in te ullum ſtultitiæ locum, ut pleriſque contingit. Qui. n. ſcripturas ita ſcit, ut ſciri oportet, nullo rerum euentu ullum ſcandalum pa titur, fert omnia conſtanter & fortiter, partim fidei cõmittens, partem incomprehenſibili diſpenſatio ni dei adſcribens, quorundã uerò rationes noſcẽs, & exẽpla in ſcripturis inueniens. Nam nolle omnia ſcurioſe inquirere, & non cupere oia ſcire, magnũ præclaræ ſcientiæ argumentum eſt: placet exẽplo uti. Sit flumen, ímo ſint flumina, non ſunt æqualis oia profunditatis: ſed alia minus, alia maius habẽt profundũ, & quòd ſuffocare ignaros poſsit: hic un

G darum uortices sunt, ibi non sunt. Nolle oía æquè tentare, prudentiæ fuerit: profundáq; omnia scire nolle, scientiæ non paruum argumentū est: sicut q oēs fluuij partes æquè trāsire uult, hic maximè flu minū proprietates ignorat: & sæpe dum nimis præ sumit secreta penetrare omissis planioribꝰ locis pit temeritate sua: Ita & in deo, q scire oía uult, & cuncta improba temeritate rmari, hic q si deus, ignorat. Quēadmodū igitur in fluminibus maior pars tuta est, pauciq; sunt fluctus, atq; profunda: ſ ita in deo ſ pars maior occulta ē, neq; inuestigari possunt opa ipsius. Quid ergo teipsum præcipitare moliris? Hoc solū scito, quòd deus oía prouidet, quòd liberi arb. cōditi sumus, quòd alia quidē operatur, alia uerò pmittit: quòd nihil mali uult fieri, quòd non ex sola ipsius uolūtate fiūt oía, sed ex nostra quoq; mala oía ex nostra tantummodo fiunt, bona omnia ex uoluntate nostra, & ipsius adiutorio. Quod nihil ipsum latet: nō tamen qa nihil ipsum latet: id circo oía opatur ipsē: hæc sciens quæ nam sint bona, quę mala, quę media disce: utputa bonū uirtus, H nequitia malū: media uerò, diuitiæ, pauptas, uita, mors. Cū ista didiceris, adde quòd ideò pmuntur iusti, ut coronētur: pctores uerò, ut pœnas exoluāt. Non aūt omnes peccatores hic pœnas dant, ne resurrectioni plericq; non credant. Non oēs uexantur iusti, ne malū putes esse laudabile: idq; loco uirtutis accipias: hęc tibi sit norma, hæc regula, & sub ip sa molire qđ uis, & periclitari nō poteris. Quemadmodum n. sub Grammaticis nunc etiam ex sex mil lium numerus, ut sub illum ducantur oía, cuncta q diuidi ac multiplicari possunt in sex milliū regula, & per hunc numerū cuncta uertūtur qđ non ignorant, quicūque literas didicerunt: ita regulas istas, quas rursus breuiter exponā, q probè tenuerit, nun quā scādalizari poterit. Quæ nā istę sunt? Quod bonū est uirt⁹, malúmq; uitiū: quòd media sunt morbus inopia, insidiæ, calūniæ, & cætera hmōi: quòd iusti hic pmūtur angustijs: siqui uero nō patiātur, ideo fit, ne odiosa uideatur uirtus: quòd mali lętantur, ut illic puniātur: siq uero & hic cruciātur, ideo uitiū bonum esse uideatur, neu impunita quis existimet scelera: quòd si non oēs patiuntur, neq; exultāt oēs, ideo ne resurrectioni derogetur fides. Nam sunt plericq; boni, qui mali aliqd habēt admissum, quod hic deponunt: & mali itidē qui bonorum ali quid operū habeant, quorū hic recipiant uices, ut illic ęternè puniantur: quòd incōprehēsibilia sunt pleraq; dei opa, quòd multùm inter nos & illum interest, tātúmq; quantū exprimi sermone nō possit. Si hæc omnia nobiscū reputauerimus, nihil nos lędere poterit, aut pturbare. Si scripturas sanctas assi duè audierimus, reperiemus hmōi exępla permulta. Quæ, inquit, *instruere te possunt ad salutem.* Quippe *Rom.2.c* & quæ agenda sunt, docent scripturæ, ſ & quæ non agenda. ſ Audi deniq; quid alibi hic idē apostolus dicat, Confidis teipsum ducem esse cæcorum, lumen eorū qui in tenebris sunt, eruditorem insipientiū, doctorem infantium. ſ Vides ut lux in tenebris sit, is qui literas docet? Si lux litera est q occidit, qd erit spiritus, q lucē facit? ſ Si uetus testamentum lux est, qd putamus nouū, ubi tanta reserata sunt? Velut. n. siquis nihil aliud scientibus q̄ terram, aperiret cœlū, & quæ in eo sunt omnia conspicanda proponeret: tanta est utriusque instrumenti differen-

ſ in ideo uerò

ſ Vides ut lumen eorū, qui in tenebris uersatur, sit ipsa lex? Quòd si lumen sit qui lite-

tia, de gehēna, de regno didicimus, de iudicio: non K
itaq; credamus irrationabilibus rebus, fallacia sunt
illa omnia. Quid ergo, inqes, si quæ illi pdicunt eue
niāt? ideo eueniunt, qa tu credis, si tamen eueniūt.
Captiuū te ille accepit, uitæ tuæ domin⁹ est, ipe di
spensat ut uult. Nā dic oro, siqs latronum princeps,
regis filium ad se in solicitudinem fugiētem illiusq;
societatē cupientem, sub iure suo, ac ptāte accipiat,
dicere illi num poterit, utrū uictur⁹, an moriturus
sit? Poterit sanè. Quid ergo? Num ideo qa futura p-
sciuit? Nihil minus, sed qa utriusq; rei constitutus
est dominus, perdendi. s. puerum, atq; seruandi, illo
sibi hanc de se ptātem permittente, ut utrumuis fa
cere possit, cum sponte in illius iura concesserit. Si-
ue illi dicat, diues eris, aut pauper, utriusque rei ipse
dominus est: ita & maior mūdi portio diaboli ma
nib. se subiecit. Præterea ubi cōsueuerit homo his
fidem adhibere, multū ipsis seductoribus confert.
Nemo cùm falluntur, attendit: sed solùm fiqd uerè
prædixerint, aspicit: cæterū si quā habent præno-
scēdi uim, eos ad me q fidelis sum, affer. Nō magni-
loquētius ista profiteor, quippe hisce liberare nihil L
magnū est: sed licēt peccatis plenus sim, cōsilij non
fuerit hac in re humiliari. Omnes hmōi præstigias,
Christi gratia irrideo: adducad me magum, siquā
habet præsciędi uim, dicat quid mihi cras eueniet,
quid mihi erit: at id profectò non dicet. Sum. n. sub
ditione regis, neq; habet ille in me ullū imperij ius,
procul ab eius cuniculis, ac spelæis sum: regi milito
Christo. Ille, inqt, furatus est, & ille eum nunciauit,
ac prodidit. At id quidē non ubiq; uerū est, sed mē
dax irrisio, nihil. n. norunt: nam siqd nossent, quæ
ad se ptinent, scire ac prædicere magis debuerunt.
qūo. s. multa donaria simulachrorum furto sublata
sunt, qūo auri plurimum liquatum est. Cur autē
ista sacerdotibus suis non prędixere? Nihil ergo no
uerunt, neq; saltem seruandarum opum gratia præ
dicere ualent, quando incendio sua conflagratura
sunt phana, multiq; ex eis una perituri, ut ne illorū
quidem parcant saluti: enimuero fortè potius fit, si
quid ex his quæ prædixerūt, emergat. Sunt prophe
tæ apud nos, sed illi nunquam falluntur, ut aliud
p ænuncient, aliud eueniat: sed per omnia ueraces M
comprobantur, istud ueræ præscientiæ indicium
est. Verùm desistite quæso à tali insania, siquidē cre
ditis Christo: si uero non creditis, quid uos frustra
seducitis? Quandiu claudicabitis utroq; poplite ue
stro? Cur, quęso, accedis? Cur interrogas? Simul atq;
accessisti, simul ac rogasti, teipsum seruum constitu-
tusti: quippe ut credens rogasti. Non, inquies, cre-
dens, uera illos prosequi, sed tentans an uera prose-
querentur, accessi. Non est hoc credentis certò eos
fallere, sed ambigentis. Cur. n. quid erit interrogas?
Nā si quidem dicat, hoc erit, hoc age, & effugies: ne ſ *Si. n. hoc*
sic quidē oportet simulachris credere, sed ad ulte- *nobis con*
riora procedit amentia. Si. n. quid futurum sit, uerè *duceret,*
prædicunt: nihil inde lucraris, nisi mœrorem super *neq; quas*
fluum: cúmq; nullus futurus euentus sit, rē tamen *nobis de-*
mœroris ipse iam sustines, tęq; ipsum inani dolore *us inui-*
concidis. ſ Non nobis inuidet deus, nullo liuore tā *disset, ne*
gitur, q cœlestia nobis aput. ſ Quæcunq;. n audiui, *utiquam*
inqt, à patre meo, nota feci uobis: &, oía q̄ audiui *per liuorē*
à patre meo, ān ūciaui uobis: &, Nō dicā uos seruos *celasset, q̄*
sed amicos: uos amici mei estis. Cur igitur ista nob *cœlestia*
nō dixit? Quia ea nobis curæ esse nō uult. Nā quòd *aperuit.*

A non inuideat, antiquis ista dicebātur, & de asina,
Ioā. 15.b. & de aliis quibusdā, quia paruu'i erant. Nobis aūt
Ibidē. qa ista curę esse prohibuit, ne nota qdē faciēda pu
tauit. Sed qd ipsi discimus? q̄ illi addiscere nō me-
ruerunt. Minima profectò erant illa oía: quæ uerò
nos discimus eximia sunt. Quòd resurgimus, & im
mortales efficimur, qđ incorruptione uestimur, qd
uita illa finem nullū habitura est, quòd transibūt
oía, quòd rapiemur in nubibus, quòd mali pœnas
exoluent, & pter hæc innumera alia, in qbus nulla
falsitatis spes est. Nōne multò melius est hęc nosse,
quā quòd inuentæ sunt asinæ perditæ? Quid. n. lu
cri inde refers? Nōne eas alio quoq; modo perditu-
rus es? Et si. n. te illæ minimè relinquant, tu eas ta-
men in morte dimissurus es: cęterū quas modò di
ximus res, si tenere uelimus, nobiscū ppetuò habe
bimus. Illa ergo persequamur, illa apprehēdere stu
deamus, q̄ fixa & stabilia sunt: non uates, non diui
nos, non oracula, aut responsa dæmonū q̄ramus,
sed soli intendamus, qui nouit oía, qui habet scien
tiam oium: atq; ita sciemus omnia, quæ scire opor
B tet, bonisq; fruemur oibus in Christo Iesu domi-
no nostro, qui cum patre & spiritu sancto uiuit &
regnat in secula seculorum, Amen.

Homilia IX.

ſ & et sic deinceps. *Mnis scriptura diuinitus inspirata, est ſ utilis ad*
o docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad
erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo dei
Ca. IIII. *ad omne opus bonum instructus. Testificor coràm deo &*
Iesu Christo, qui iudicaturus est uiuos & mortuos, & per
aduentum ipsius & regnum eius, prædica uerbum, insta
opportunè importunè, argue, obsecra, increpa in omni pa-
tientia & doctrina. Erit enim tempus, cùm sanam doctri
nam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt si
bi magistros prurientes auribus, & à ueritate quidem au-
ditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu uerò
uigila, in omnibus labora, opus fac euangelistæ, ministeriū
tuum imple, sobrius estò. Ego enim iam delibor, et tępus re
solutionis meæ instat. Bonum certamen certaui, cursum cō-
summaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi coro-
na iustitiæ, quā reddet mihi dominus in illa die iustus iu-
dex. Non solū aūt mihi, sed et his qui diligūt aduētū eius.

C Postquam illum undique exhortatus, cōsolatusq;
est, infert & ex scripturis solatia oibus perfectiora:
iustè autem oīno tanta illi eius exhortandi & cōso
lādi cura est, quia magnum quiddā ac triste dictu
4 Re. 2.b rus est. Nam si Helisæus ad extremū usq; magistro
coniunctus, illumq; intuēs nouo ac peregrino mo
do mūdo excedentē, scidit uestimenta sua: qd hūc
passurum putas, cū audiret quē ita diligebat, & à
quo sic amabatur, magistrū ex uita migraturū, &
quod ipso ne uicino quidē mortis tpe frui meruis-
set, quod omnium maximè uel mœstissimum est?
Non enim ita præterito tpe gratificamur contuber
nijs, sicut grauiter ferimus, cum defunctis propin-
qua mortis hora destituimur: idcirco ubi affatim
illū consolatus est, tunc de morte proxima loqtur,
neq; id facit temerē, sed eis uocabulis utitur, q̄ illū
maximè solari possint, & gaudio implere, dū sacri-
ficiū eā rē potius arbitratur esse, quā mortem, pere
grinationemq; & ad meliora translitum. Ego. n. in-
quit, iam delibor. Ideo scribit, dicens: *Omnis scriptu-*
ra diuinitus inspirata, est utilis ad docendū, ad arguēdū,
ad corrigendum, ad erudiendum. Oīs scriptura, sacra. s.
de qua dixerat, quòd ab infantia sacras literas no-

sti. Omnis ergo hmōi scriptura utilis & diuinitus D
inspirata est, nihil ergo dubites. *Est utilis*, inquit,
ad docendum, ad arguēdū, ad corrigendū, ut sit perfectus
homo dei, ad omne opus bonū instructus. Ad docēdum,
si qd uel discere, uel ignorare opus sit illic addisce
mus: si arguere falsitatem, inde hauriemus: si corri
gi, si castigari ad exhortationē, ad solatiū, si qd de
sit, & oporteat adipisci, ex ea nihilominus discim⁹.
Vt perfectus sit homo dei. Nō ergo sine illa perfici po
test. Pro me, inquit, scripturas habes, si qd addisce-
re cupis, hic poteris. Si autē Timotheo ista scribit,
sancto spiritu pleno: quātò magis nobis dicta pu-
tare debemus? *Ad omne opus bonū instructus.* Nō sim-
pliciter particeps, sed diligenter instructus. *Testifi-*
cor ergo corā deo et domino nostro Iesu Christo, qui iudica
turus est uiuos & mortuos. Siue peccatores dicit & iu-
stos, siue mortuos atq; superstites, quòd multi uitu
relinquendi sunt. Terruerat illū in priori epistola, *1.Ti. 6.d*
dicēs: Præcipio tibi corā deo, qui uiuificat oía. hic
autem etiā terrori addidit, dicens: *Qui iudicaturus*
est uiuos & mortuos. Hoc est, qui rationem exacturus
est. *Et aduentū ipsius in gloria & regnū eius.* ſ Quando E
iustificaturus est? In aduētu suo, qui erit cū gloria
& regno. ¶ Nō ita ueniet, ut antea uenit in humilita
te, sed in glia & regno. Siue testificor tibi aduentū
ipsius & regnum, testē illū uoco, quòd & horū te
admonui. *Prædica uerbū, insta opportunè importunè, ar*
gue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Quid
est opportunè iportunè, tępestiuè intępestiuè: hoc
est, nullum habeas definitum tps, semper tibi tem-
pus sit, non solū in pace & quiete, neq; in ecclesia
tantū sedens, uerùm & inter ipsa pericula, siue car-
ceri inclusus, siue catena cōstrictus, siue mortis la-
ta sciētia ad mortē properes, ipso etiam tępore ar-
gue, neq; increpare dissimules. Tunc enim increpa
tioni tps etiam est, cùm arguendo profeceris, cùm
opus ostensum fuerit. *Obsecra*, inquit. Ita fermè in
medicis dicimus: Vulnus inflixit & secuit, medica
mētum q̄ intulit: nā quodlibet horū desit, alterū
inutile fit. Nā si absque argumētis increpes, temera
rius esse uideberis, nullusq; te perseret: ubi uerò p-
cessit probatio, tunc & increpationē facilius susci-
pit, alioquin impudens fiet. Quòd si arguas uehe- F
mēter, & increpes, obsecrationēq; subducas, rursus
oía pdis. Quippe reprehēsio p se intolerabilis est,
nisi habeat admixtā obsecrationē: sicut & sectio,
salutaris licēt sit, nisi pluria dolorē cōsolētur, non
eam sustinet languidus: ita fermè & hic. *In omni.* in
quit, *patientia & doctrina* Itaque & qui arguit, patiē
tia & longanimitate opus habet, ne temerè & pas-
sim credat Et increpatio, & obsecratio, & doctrina,
inqt, cū patientia sunt exercenda, ne quasi irascēs,
neq; ut aduersans, neq; ut imodico fruēs ipetu, aut
inimicū reputās, id facias: uerū his oibus omissis,
quasi amans & dolens, magis q̄ ille ipse lugens, atq;
in illius casibus tabescēs, cūcta exequaris. *In omni*,
inquit, *patientia.* Non in qualibet, sed in oi, ut nihil
patiētię desit. *Erit enim tps, cùm sanam doctrinam non*
sustinebunt. Priusquā nudentur & pateant, ſ omnes *ſ corrę-*
ipsos ātīcipa: idcirco opportunè importunè dixit, *pantur.*
hoc ē, oía age, ut habeas obtēperātes, atq; discētes.
Sed iuxta sua desideria coaceruabūt sibi magistros. Nihil
dici significātius potuit: qppe dū coaceruabūt, ait
indiscretā, cōfusamq; doctorū significauit multitu
dinē, ex eo itē qđ à discīplis ad magistrorū ordinē

Universidad de Deusto
Biblioteca

promouẽdo aperuit. *Coaceruabunt*, inquit, *sibi magistros prurientes auribus.* ⌈Voluptatis gratia loquentes, & auditũ oblectantes.⌉ *Et à ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autẽ conuertentur.* Hæc idcirco prędixit, non ut in mœrorem præcipitet audiẽtes, sed ut paratiores ad perferenda constanter oia, cũ contigerint, faciat: sicut & Christus fecisse cognoscitur, cũ ait: Tradẽt.n.uos, & flagellabunt, & ad synagogas ducẽt pp nomen meũ. Et alibi autẽ beatus idẽ apostolus ait: Ego.n.scio, quia post recessũm meũ intrabunt in uos lupi graues, non parcentes gregi. Ista illis dicebat, ut uigilãtiores redderet, & eos excitaret, ut præsertim tẽpore prouidẽ uteretur. *Tu uerò uigila in omnibus.* Vides ut huius rei gratia ista prędicat, nãq; & Xps ait: In fine erũt pseudochristi, & pseudoprophetę: ita & hic quãdo erat migraturus, ista dicebat: *Tu uerò uigila in omnibus, & labora.* Hoc est, ꝑuenire luẽ illã studie, atq; in tuto oues cõstitue: ⌈quandiu lupi ubiq; adsunt, labora. *Opus fac euangelistæ, ministerium tuum imple.* ⌉Igitur hoc opus est euangelistæ, ut affligatur tũ à seipso, tũ ab alijs. *Ministerium tuum imple.* ⌈Ecce & alia laborandi necessitas. *Ego enim iam delibor*, inqt, *& tempus meæ resolutionis instat* Non ait, mei sacrificij, sed qđ maius ac dignius est. Nã hostia quidem nõ tota deo offertur, lĩbamen uerò totum. *Bonum certamen certaui, cursum consummaui.* Sæpe ego cũ apostolũ in manibus sumerem, & locum istum inspicerem, hęrebam ambigẽs, cuius rei gratia sic magnificè loqtur Paulus ut dicat, *Bonum certamen certaui.* Nũc dei gratia causam mihi inuenisse uideor, per quam tũc loqui sic maluit. Mœrorẽ profectò discipuli solari cupit, bono illum esse aĩo iubens, quasi ipse ad coronã pergat, oibusque ritè peractis, præclarum repererit finem. Gaudendum, inquit, non dolẽdum est. Cur? *Bonum enim certamen certaui.* Veluti si quis indulgentissimus pater, paruulũ sibi assistẽtem, & orbitatẽ non feretem consoletur, ac dicat: Noli flere fili, bene enim uiximus, peruenimus ad senectutẽ, atq; in ea ætate telinquimus te. Fuit irreprehensibilis uita nostra, cũ gloria hinc proficiscimur: ⌈eris & ipse minutulus pro his,⌉ ⌈q̃ gesta sunt à nobis. Sæpe rex ipse nobis gratias egit: ac si diceret, trophęa sępe retulim⁹, hostesq; supauimus, nõ ista magni loquẽtię studio, sed ut erigeret puerũ, laudib⁹q; erudiret ornbitatis suæ casum leuius ferre, melioreq; esse iã spe prosequeretur, ne putaret eã rẽ molestã eẽ atq; grauẽ. Est.n.re uera per quam dura ea separatio. Audi deniq; quid idẽ apostolus dicat: Nos autẽ distituti à uobis ad tps horæ, facie, non corde. Si igitur ipse cũ à discipulis separaretur, ita affectus erat animo, quid putas Timotheum passum esse, si uiuẽte illo ad tps separatus, ita lachrymabatur, ut diceret: Memor lachrymarũ tuarum ut gaudio implear: quanto magis uita functo? Hæc itaq; consolandi eũ gratia scribit, totaq; epistola cõsolatiõe plena est, quã sibi ille testamenti cuiusdam uice seruaret. *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui.* Certamen, inquit, bonũ, & tu ergo ipsum apprehẽde. Itáne ubi catena, ubi uincula, ubi mors deniq;, ibi certamen bonũ est? Ita sanè, pro Christo.n. fiunt omnia, coronas habent eximias. *Certamen bonum.* Nihil hoc certamine melius, nihil illustrius, nullo corona hæc fine cũcluditur, nõ ea ex oleastri fforibus texitur, non habet editorẽ munerũ hoiem, ne

Matt. 10 &. Mar. 13.b Act.20.f

⌈poteris & ipse admirationi esse ob ea, I

2.Tes.2.d

Supr.1.a.

que hoies spectatores. Ex angelis conflatũ est thea K trũ. In certaminibus seculi laborãt dies plurimos, & in ærumnis degunt, unius horę momentto accepta corona, protinus uoluptas oium emarcuit: hic aũt non sic, sed semper claritas, semper gloria, semper honor augetur. Iam gaudere oportet, qa ad requiem propero, ⌈ad stadiũ exeo. ⌊Audisti qa dissolui, & cũ Christo esse sit melius. *Cursum consumaui.* Et certare.n. oportet, & currere: illud tribulationes perferendo, hoc nõ absq; ratione sed ad utile aliqd ⌈faciendo. ⌈Bonũ profectò certamen, qđ nõ modò uoluptatẽ, uerũ utilitatẽ quoq; spectãtibus ꝑstat. Cursus ille nõ i nihilũ desinit, neq; roboris ostẽtatio, uel aucupatio glorię est, sed oẽs ad cœlũ subuehit. Cursus hic Sole purior est, quẽ Paul⁹ currebat in terra, plusq; illustrat orbẽ, q̃ Solis igneũ iubar: qũo autẽ cursum consumauit? Orbem totũ peruagatus est, incipiens à Galilæa & Arabia, & usq; ad fines terræ progrediẽs. Vt à Hierusalẽ, inqt, & i circuitu usque Illyricũ impleuerim euãgeliũ xpi, omnẽq; orbẽ peruolãs, uolucris cuiusdã instar, imo uolucre oi pernicius, atque uehemẽtius. Nã si qdẽ auis fuisset, simpl'r peruolasset: non sic aũt ille egit, sed pennis spiritus ꝑditus innumera impedimẽta tran L silijt, mortes, calamitates, iusidias, fuitq; oi, ut diximus, aue pernicior: si fuisset auis, quãdoq; delapsa caperetur, qa ubi in sublime ferebatur à spiritu, ue luti auis igneis suffulta alis, retia oa & ipedimẽta trãscẽdit. *Eidẽ*, inqt. *seruaui.* Plurima illũ uiolare cupiebãt, nõ modo amicitiæ hominũ, uerũ & cõminatiões, & mortes, & alia inumera: uerũ his oibus restitit. Quo pacto? Sobrius. ⌈ac peruigil durans: ⌈sufficere quidẽ & ista poterãt discipulis cõsolãdis, sed ipse præmia quoq; subiecit. Quæ nam uerò illa sunt? *De reliquo reposita est*, inqt, *mihi iustitiæ corona.* Iustitiã hic totam simul uirtutẽ dixit. Nõ ergo dolendũ, inquit, est, qđ proficiscor percepturus coronã quã imponat capiti meo dominus Iesus xps: qđ si excidere, ac perirẽ, dolendũ profectò, & ingemiscẽdũ esset. *Quam reddet mihi iustus index. Non solùm autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduentum eius.* Ex his itẽ illũ erigit uerbis: nã si oibus, multò magis Timotheo. Nõ ait, & tibi, sed, oibus: multò magis & tibi. Quo nã aũt modo qs diligat aduentum M xpi? Si de eius ꝑsentia gaudet: q uero in ei⁹ gaudet præsentia, digna gaudio facit. Opes oẽs si opus sit, atq; ipsam aiam ponet, ut bonis fruatur æternis, ut secũdũ ipsi⁹ aduẽtũ cõgruo habitu mereatur aspicere cũ fiducia, cũ gloria cũ claritate: hoc ẽ, diligere aduentũ eius. Qui illius aduentũ diligit, oia facier, ut ante uniuersalẽ illũ singularis fiat ad eũ qdam saluatoris aduentus. Quis uerò iste est? Audi dicentẽ ipsum dominũ nostrũ: Qui diligit me, mã data mea seruabit, & ueniemus ego & pater, & mãsionẽ apud eũ faciemus. Considera q̃ magnum, q̃ singulare sit eum q communiter oibus aduenier, singulariter nobis aduentũ suũ polliceri. Veniem⁹ enim, inqt, & mansionẽ apud eũ faciemus. Siqs diligit aduẽtum eius, oia aget, ut ipsum ad se inuitet & habeat, ut illi ꝑpetuum luceat lumẽ, nihil in nobis resideat ꝑsentia tantę maiestatis indignũ, & cõtinuò ad nos ueniet, nobiscumq; morabitur. Dicitur autẽ aduẽtus iste Græco uocabulo epiphania, quòd. ⌈appareat desuper, ac supernè oriatur. Inquiramus ergo quæ sursum sunt, & radios illos celeri-

Mat. 24. a.

Rom.15.c

Ioã.14.c

Morale.

ἐπιφάνεια ϛ̃ία, τὸ ἐπάνω φαίνεσθαι

A ter ad nos attrahamus: nullus q ad ĩferiora defigat obtutus, ac seipsum in humum suffodiat, Solis lucẽ aspicere poterit. Nemo q seipsum seculi negotijs inqnat, intendere aciem ualebit in liqdissimum iustitiæ Solẽ, nulli ex his lucis suę largitur gratiã, q in hisce uersãtur: resipiscẽ parumper, & ex hmõi profundo, atq; ex seculi turbine & tẽpestate te recipe, si Solem intueri cupis, si superni aduentus gratiã appetis: si hoc interim suauissimo fruaris aduẽtu, magna postmodum fiducia illum aspicies. Nunc itaq; philosophare, atq; cõtende, ne sit apud te arrogãtię spiritus, ne te uehementer colaphis cędat atq; deiiciat. Non sit tibi lapideum cor atq; tenebrosum, ne illic allidas plenã mercib: nauem, non aliqs in te lateat dolus: quippe & scopuli & cęca saxa, naufragia grauissima operãtur. Caue nutrire feras beluas, uitia. ⌈ac pturbationes, q̃ feris oibus imaniores sunt. Noli fluxis rẽb. cõfidere, ut posis firmiter subsistere: nullus in aqua stet, sed in saxo omnes securè ac firmiter stent. Aqua.n. secularia negotia idicat fluPsal.68.a xa, mortalia: Venerunt.n. inquit, aquę usq; ad aiam B meã, quasi torrẽs ꝑterfluens. Petra spiritualia sunt: Ibi. 39.a. in petra.n. inquit, exaltasti pedes meos. Cœnum ac lutum sunt secularia oia: euellamur ab istis, ita.n. frui poterimus aduentu xpi: feramus quodcunque superuenerit fortiter, atq; constanter: summa in oibus consolatio est hoc ipsum, quod pp Christum patimur hmõi carmen ⌈diuinum⌉ uoluamus iugiter, omnisque uulneris cessabit dolor. Et qũo, inquies, propter xp̃m? Iniuria te quispiã lacesiuit nõ propter Christũ, si fortiter, si gratè perferas, si pro illo ores, hæc oia pp Christum facis: si maledicas, si feras grauiter, si iniuriã cõeris ulcisci, nõ modò propter Christum ista non pateris, uerùm & detrimentum pateris, fructuq; te per impatientiam priuas. In nobis.n. est ex aduersis lucrari, iacturámque perferre: non hoc facit tristium euentuum natura, sed nostra uoluntas. Exempli causa: Quam multa pertulit Iob, gratè sustinuit omnia, iustificatus est, non quia passus est, sed qa constãter tulit. Alius eadem passus, immo non eadem, nemo.n. talia passus est, sed multò minora: blasphemauit, indignè tulit, maC ledixit, in murmur oẽm atque aduersus deum cõmotus est: iste iudicatus atq; damnatus est, non qa passus est, sed quia blasphemias protulit: blasphemauit autem non ulla ui necessitatis impulsus. Nã si id aduersorũ casuum necessitas faceret, Iob quoque necessario blasphemasset. Quòd si ille duriora passus, nihil tale patrauit, non necessitate ulla, sed uoluntatis infirmitate ista cõtigére. Forti igitur, ac robusto animo opus est, & nihil graue nobis, durumq; uidebitur: sicut è contra, si ille infirmus sit, nihil erit quod nõ grauissimũ uideatur. Ex nostro itaq; proposito & uoluntate, & tolerabilia, & itolerabilia uidentur. Hãc itaq; muniamus, & cuncta feremus cõstanter ac fortiter. Nam & arbor cũ in altum radices miserit, ne uehemens qdem illã procella agitare poterit: si uerò superficietenus fibras, porrexerit, neq; ad profunda descenderit, paruus licèt uẽti flatus irruat, eã à radicib. euulserit: ita & in nobis, si affixerimus diuino timore carnes nostras, nihil mouere nos poterit: si aũt uerbo tantũ diuinæ religionis sacramẽta ꝑcepimus, exigua impulsio totum perimit ac ꝑdit. Quocirca moneo magna cũ alacritate cuncta feramus, prophetamq; imitemur, dicentẽ: Adhæsit aĩa mea post te. Non tantũ appro Psal.62.c D pinquauit, sed ẽt adhæsit, ac sitiuit te, non desiderauit solũ. Et confige, inqt, timore tuo carnes meas. Ibi.118.f Si ita deo appropinquaremus, si illi affigamus nos, si ipsius sitiamus desiderio, oia fient nobis quęcũque uolumus, futurisq; fruemur bonis: in xpo Iesu domino nostro, cum quo est patri, & spiritui sancto gloria, imperium & honor, nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia. X.

Festina uenire ad me celeriter. Demas enim me reli
f *quit diligens seculum, & abijt Thessalonicã, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiã, Lucas est mecum solus, Marcum assumens adhuc tecum: est enim mihi utilis in ministerio. Tychicum autẽ misi Ephesum. Penulam quam reliqui Troade apud Carpũ, ueniens affer, & libros, maximè membranas.* Quæri merito põt, quo Timotheũ ad se uocet, cui ecclesiæ, gentisq; totius crediderat gubernacula? Nihil hic arrogãtiæ est: ipse.n. ad illum ire paratus erat. audi deniq; qd ipse dicat: Si autem tardauero, ut scias, qũo oporteat te in domo dei conuersari. Cuius autem rei gratia id fecit? E Necessitate constringebatur ingenti, pergẽdi huc 1.Timo.3 atq; illuc facultas illi nõ erat, habitabat carcerem, d. à Nerone. ⌈inclusus: idcirco illum uocat ad se, cupiens anteq; excederet uita, plurima fortasis illi cõmendare, idcirco ait: Festina ante hyemem uenire ad me. *Demas me deseruit diligens hoc seculum.* Non dicit, ut te uidẽa prius q̃ de hac uita migro, quod certè maximo illi mœrori erat: sed qa solus sum, inqt, neminem habeo adiutorem in euãgelio. *Demas me deseruit diligens hoc seculum, & iuit Thessalonicam.* Hoc est, quietem & requiem amans, & esse in tuto absq; periculo: maluit domi delicijs frui, q̃ mecũ ærumnas pati, præsentiaq; perferre pericula: huic soli detrahit, non derogandi illi, sed confirmandi nos studio, ne inter pericula, labores q; mollescamus: hoc est. n. quod ait, *Diligens hoc seculum.* Simul autem & discipulum attrahere uolẽs. *Crescens*, inquit, *abiit in Galatiam, Titus in Dalmatiam.* His iam nihil derogat, nanq; & Titus erat uirtute mirabilis, adeo ut insulam pergrandẽ ei crediderit, totã Cretã, ⌈. *Lucas est solus mecum.* Is quippe distrahi ab illo, auelliq; nõ po- F terat, qui & euãgeliũ scripsit, & apostolorũ Actus, summæ uir industriæ, discendi studiosus, patientis simusq; laboris. De quo alio in loco ait: Cui⁹ laus 2.Cor.8.c est in euangelio per omnes ecclesias. *Marcum assumens adduc tecum.* Cur id? *Est enim mihi utilis in ministerio.* Non in suã dicit requiem, sed in euangelij ministerium: nanq; & inter uincula prædicare nunq; euãgelium destitit. Itaq; & Timotheum, nõ sui cã, sed euangelij uocat, ut nullam in ipsius morte fideles perturbationem paterentur, cùm adessent pleriq; ex discipulis eius, turbãsque prohiberent, eósque consolarentur, q illius necem æquanimiter ferre non poterant: quippe eos qui Romę crediderãt, singulares esse, memorabilésque crediderim. *Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, ueniens affer, & libros, maximeq; membranas.* Pallium hic penulam dicit: alij loculos putant, in quib. libri condebantur. Quid aũt illi libris opus erat, cũ eẽt migraturus ad dominum? At tunc eis maximè egebat, ut eos fidelib. cõmendaret habẽdos, atq; seruãdos ab his doctrinæ illius uice. Nanque fideles quidẽ oẽs maximũ in illius morte uulnus accepisse fas est, sed eos

G in primis quiſ illi morienti aderant, tũcq; ipſo fruebãtur. Penulam q̃rit, ne hãc ab alijs accipere ſit opus. Vides. n. eum magno id ſtudio curãtem, cũ alibi dicit, Epheſijs loquens: Scitis qa neceſsitatibus meis, & his q mecum erant, ſubminiſtrauerunt manus iſtæ. & rurſus: Beatum eſt dare magis, q̃ accipere. *Alexander ærarius multa mihi mala oſtendit: reddet illi dominus ſecundum opera ipſius.* Hic rurſus tẽtationũ meminit, non ut illum culpet ſolũ, aut accuſet, uerũ ut diſcipulum ad certamina ungat ferenda conſtanter: quãlibet humilis conditionis ſint, q tentationes admouent, quanlibet uiles atque inhonori. *Multa mihi mala oſtendit.* Afflixit me, inqt, uarijs modis. Qui. n. à magno aliquo p̃mitur, nonnihil ſolatij uidetur admittere, quòd perſona ſit eminens, à qua id patitur. Qui aũt à uili atque abiecto, maiore afficitur mœſtitia, ſed hęc illi impunè minimè, inqt, ſuccederẽt. Sicut. n. ſcribens paulò ſuperius dixit: Quales pſecutiones ſuſtinui, & ex omnibus me eruit dominus: ita & hic dupliciter diſcipulum cõſolatur, & qa malè & iniuſtè patitur, & qa ille recipiet uicẽ. Non quòd ſanctι pœnis delinquentium gaudeãt, ſed quod p̃dicationi opus ſit, ut infirmiores quiq; ẽt ex hac parte ſolatium capiãt. *Quem & tu*, inquit, *deuita. ualde enim reſtitit ſermonibus noſtris.* Hoc eſt, aduerſatur, & bella excitat. Neq; uerò ait, puni, crucia, affligе, exagita, cũ certè poſſet licitò p gratiã facere: ſed his omnib. omiſsis, cedere eũ humiliter iubet deoq; p̃mittere cruciatũ: & ad ifirmorum cõſolationem iſtud ualet, qđ prophetia eſt, dũ dicit: Reddet ei deus ſcđm opera ſua. Porrò quòd cõfortãdi diſcipuli gratia hęc dicat, ẽt ex cõſequẽtibus liquet. Iam uerò aſpice, ut alias quoq; ſuas tẽtationes enumeret. *In priore*, inqt, *defenſione mea omnes me reliquerunt, non eis imputetur.* Vides quo familiaribus parcit, durè licèt in ipſum peccauerint: neque. n. idem eſt ab his q extrà ſunt, & à domeſticis deſpici. Intuere incredibilem mœſtitiæ uim: dicere nõ poteſt, licèt ab extraneis oppugner, habeo tamen ſolatium & obſequium, atq; auxilium meorũ, & illi. n. me prodiderant. *Omnes me reliquerunt*, inqt,

I Non igitur paruum iſtud crimen eſt: nam ſi is qui in bello periclitãtem deſerit, & ſeipſum hoſtili ſubducit manu, à ſuis digna increpatione, & mulcta plectitur, quaſi oĩa corruperit atq; perdiderit: multo magis in p̃dicatiõe id fit. Quã uerò dicit, primã defenſionem? Neroni iã adſtiterat, & illæſus effugerat: ubi uerò p̃incernam eius inſtituit, ac fidei ſacramẽtis inſtruxit, tũc iam ipſum capite trũcauit. Rurſus aũt diſcipulum ex conſequentib. conſolatur, dicens: *Sed dominus mihi adſtitit, & confortauit me.* Quip pe eum q ab hominib. relinquitur, durum aliqd pati non ſinit deus. Et *confortauit me*, inquit, Hoc eſt, fiduciam dedit, neq; concidere oĩno permiſit, ut per me impleatur p̃dicatio. Et inſpice illius altriſsimam humilitatem: non tanquã dignum ipſius munere confortauit me, inquit, *Sed ut prædicatio impleatur*, q̃ mihi credita eſt: ac ſi quis purpuram, & diadema regis inſigne ferens, per ipſum ſeruetur. *Et audiant*, inquit, *omnes gentes.* Vt omnib. manifeſta ſit gentib. prædicationis eximia lux, prouidentiæq; ipſius in me diſpoſitio. *Et eripuit me de ore leonis, & liberauit me dominus ab omni opere malo.* Ecce q̃ſi fuit ipſi proximus morti, et i ipſas penè leonis decidit fauces. Leonem Neronẽ ait, pro feritate & imperij robore, ſũmáque potentia. *Et eruit me*, ait, *dominus, & eruet.* Si eruet rurſus: quo ait, Ego. n. iam delibor? Sed attende quid dixerit: *Eripuit me*, inquit, *de ore leonis.* Et rurſum eripiet, non iam ex ore, ſed quid? *Ex omni opere malo.* Tunc. n. me periculis eruit. Quando uerò ſatis euangelio factum eſt, eripiet me iterum de omni peccato: hoc eſt, non permittet ulla cum reprehenſione proficiſci. Nam poſſe uſq; ad ſanguinem ſtare aduerſum peccatũ, nec cedere, ab alio leone, uidelicet diabolo, erui eſt: maior itaque iſta ſalus q̃ prior eſt, quando uidetur exponi, atq; ad mortẽ dari. *Et ſaluabit in regnũ ſuũ cœleſte, cui gloria in ſecula ſeculorũ, Amen.* Hæc ẽ igitur ſalus, quãdo ibi fulgebim⁹. Eripiet me, inqt, ab omni peccato, ibiq; cuſtodiet: hoc eſt. n. ſaluum fieri in regnum, ſi hic illius gratia moriamur. Qui. n. inquit, odit animam ſuam in hoc mundo, in uitam æternam cuſtodiet eam. ecce hoc ad gloriam pertinet filij. *Saluta Priſcillam & Aquilam, & Oneſiphori domum.* Ipſe. n. Romæ tunc erat, ſicut alibi dicit: Dẽt ei domin⁹ inuenire gratiã à domino in die illa. hac aũt ſalutatione promptio res eius domeſticos facit ad patrisfamilias uirtutes imitandas. *Saluta*, inquit, *Priſcillam, & Aquilam*, Hi ſunt quorũ aſsiduè meminit, apud quos hoſpitat⁹ eſt unà cũ Apollo. Præmittit aũt uxorem, ut mihi qdem uidetur, quòd feruentior fuerit atq; fidelior, & ipſa qppe tũc Apollo ipſũ aſſumpſerat, ſiue hoc indifferenter facit: nõ modica aũt his erat conſolatio ex iſta ſalutatione, uerũ honoris atq; charitatis indicia, magnãq; gratiæ cõionem p̃ferebat: ſufficit enim uel ſola tanti uiri ſalutatio, magna gratia implere eum, q ita ſalutatur. *Eraſtus manſit Corinthi, Trophimum autem reliqui Mileti infirmum.* Videam⁹ in actib. apoſtolorum, quinam cum illo ex Iudæa nauigauerint, aliqd fortaſsis operantes. *Trophimum autem*, inquit, *reliqui Mileti infirmum.* Cur, obſecro, non illum ſanaſti? Cur reliquiſti? Nõnne omnia apoſtoli poterant? Nõnne p gratiã omnia diſpenſabãt? Ne quis exiſtimaret ſupra id quod uideretur: hoc i ueterib. iuſtis cõtigiſſe uidem⁹, ſicut in Moſe, erat gracili uoce. Cur non in uocis tranſiit firmitatẽ? Sæpe dolore, mœſtitiaq; contabuit, quòd in terram promiſionis minimè ingreſſurus eſſet. Plurima. n. permittebat deus hmõi fieri, ut infirmitatem naturæ mortalis oſtenderet: nã ſi his quoq; contingentib. dicebãt Iudæi: Vbi eſt Moſes, q eduxit nos de terra Aegypti? quid nõ putaſſent, ſi illos in terrã quoque promiſionis induceret? Niſi pmiſiſſet illũ Pharaonis metu cõſtringi, nonne ipſum deum exiſtimaſſent? Ita de Paulo & Barnaba eos q in Lyſtris morabãtur, ſenſiſſe uidemus, deosq; putaſſe illos, quãdo illi ſciſsis ueſtib. exiliẽtes, in turbis clamabãt, dicẽtes: Viri qd iſta facitis? Nos hoĩes ſimiles uobis paſſibiles ſumus. Et Petrus item quãdo claudum à natiuitate curauit, ſtupẽtibus omnib. in eo qd factũ fuerat, reſpondit dicens: Viri Iſraelitæ, qd admiramini in hoc, aut qd nobis intenditis, quaſi propria uirtute, aut poteſtate eum ambulare fecerimus? Audi itẽ dicentẽ beatiſsimũ Paulũ: Et datus eſt mihi ſtimulus carnis, ut non extollar. Nõ ita eſt, non. n. idcirco datus eſt ſtimulus: hoc. n. humilia ſentiens dixit, ſed multas ob cauſas. Deniq; uide ut nõ hoc illi dixerit deus, Ne extollaris: ſed qd? Virtus. n. inquit, in infirmitate pficitur. Duo igitur unà fiebãt, & apta enim q̃ fiebant, oſtendebantur, & totũ deo

Act. 20. g — Ibid. — Sup. 3. c — H — Hic ſup. b. — Ioã. 12. d — Supr. 1. d — L — Act. 18. a — Act. 3. b. — 2. Cor. 12. b. — Ibid. c — 2. Cor. 12 b. — Exo. 4. c. — M — Nu. 16. d. — Act. 4. c

A adſcribebatur: idcirco & alibi dixit, Habemus theſaurum iſtum in uaſis fictilibus: hoc eſt, in corporibus infirmis, & paſsionib. ſubditis. Cur hoc? Vt ex cellens magnitudo uirtutis ſit dei, & nõ ex nobis: nempe niſi eſſent ſubiecta paſsionib. corpora, illis oĩa adſcriberẽtur. Et alio item in loco uidemus in aliena infirmitate mœrentẽ. Nam de Epaphrodito ait: Etenim infirmatus eſt uſq; ad mortẽ, ſed deus miſertus eſt eius. & alia pleraque ignoraſſe utiliter pro ſua, diſcipulorumq; ſalute conſpicimus. *Trophimum*, inqt, *reliqui Mileti infirmantem.* Miletus Epheſo uicina eſt: aut igitur in Iudæam uanigans reliqt illum, aut cũ fuiſſet Romę rurſus in Hiſpaniã profectus eſt. An autẽ inde iterum ad has partes uenerit, ignoramus. Vides ut undiq; deſolat⁹ ſit. *Demas. n.* inqt, *me deſeruit, Creſcens abiit in Galatiam, Titus in Dalmatiã, Eraſtus manſit Corinthi: Trophimũ autẽ*, inqt, *reliqui Mileti infirmantem. Feſtina*, inqt, *ante hyemẽ uenire. Salutat te Eubulus, & Pudens, & Linus, & Claudia.* Hũc Linum aiũnt qdam, ſcđm poſt Petrum Romanę eccleſiæ ep̃m fuiſſe. *Et Linus*, inquit, *& Claudia.* Adeò

B mulieres quoq; feruebant circa fidem, ardentẽſque erant: ut fuit Priſcilla, ut hæc Claudia, iam crucifixæ mundo, iamq; ad oĩa ſubeunda etiam paratæ. Quid autẽ hoc ſibi uult, qđ cùm tam multi fideles eſſent, horũ tantùm meminit? qa iam mũdana oĩa exceſſerant aio, maioriſq; uirtutis luce fulgebant. Neq;. n. à fidei uirtute infirmior ſexus excluditur: immo id quoq; diuini muneris eſt, quòd hic etiam ſex⁹ ſeculi curis minimè à uirtutis propoſito impediatur: neq;. n. minimam in rebus humanis adminiſtrationis partem mulier ſuſcipit, domi ſedulè re fidẽs, cùm abſq; illa nullę res publicæ cõſtare poſſint: nã ſi res familiaris turbis, tumultibuſque miſceatur, quiſq; ciuium domi ſe cõtinebit, atq; ita reſpublica peſsimè habebit: itaq; nihil min⁹ habet honoris, ac ratiõis, neq; in ſeculi curis, neq; in ſpiritualib. rebus. Ne ab ipſa qdem martyrij gl̃ia hic ſexus prohibetur. Plurimę nanq; pro fidei cõfeſsione gloriоſiſsimè coronatę ſunt. Pudicitiam quoq; ſeruare magis etiam q̃ uiri poſſunt: qppe quas non æquè, ut uiros libidinis flamma ſollicitat: modeſtiã item ac ſobrietatem p̃ferre, ac ſanctificationẽ, ſine qua nemo uidebit deum: pecunias autẽ ſi uelint, æquè contemnere, & reliqua omnia. *Feſtina*, inqt, *ante hyemem uenire.* Vrget illum ualde, neq; tamen rem triſtitiæ ſubiicit, ut dicat, antequã moriar: ſed, ante hyemẽ, ne te illa impediat. *Salutat te*, inquit, *Eubulus & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes.* Nomina tim illos memorat, quos nouerat magis in fide feruere. *Dominus Ieſus Chriſtus cum ſpiritu tuo.* Nihil hac oratione p̃ſtantius. Noli mœrere, inqt, qa diſcedo, dominus tecum eſt: neq; ſimp̃r tecum, ſed cum ſpiritu tuo. Duplex auxiliũ gratiæ commendatur, cui ſpiritus opitulatur, ac deus: p̃terea nobiſcum deus eſſe non poteſt, niſi adſit gratia ſpiritualis. Nã ſi ab

L nobiſcũ — illa deſeramur, quo nobiſcũ erit? *Gratia⌜ uobiſcum,⌝ Amen* Iam ſibimet quoque imprecatur: hoc eſt, ut ſemp grati illi ſimus, ut gratiam cum dono habeamus: hæc. n. ſi adſit, triſtia cuncta diſſilient. Sicut enim is q regi adſtat, gratiamq; apud illum habet, nihil triſte ſentire poteſt: ita & ſi nos amici deſerãt, etſi in aduerſa quæque incidamus, nihil ſentiemus ingratum, gratia illa ſua p̃ſente & nos muniente.

Morale. Enimuero gratiam hanc promereri quomodo poſ ſumus? Si q̃ ſunt deo grata, faciamus, eiq; in omnib. D obtemperemus. An uerò non in maiore domo cernimus, ut illi famuli gratiam adipiſcantur, q nõ ea quæ ſibi, ſed q̃ dominis placent tota animi alacritate ſectãtur, neq; dura impij neceſsitate, ſed libera ingenuitate, atq; affectione p̃cipua in domo oĩa ritè diſponunt? Cũ ſemp alacres aduolãt, cũ ſemper adſunt illorum obtutibus, cũ uerſantur domi, cũ nihil proprium q̃runt, cũ dominorum commoda propria deputant. Qui. n. ſua oĩa domini ſui eſſe cõſtituit, nõ ſua illius, ſed illius planè omnia ſui iuris effecit, & æquè ut dominus illius oĩum potitur, atque illius oĩbus imperat: ſeruorum etiam plurimi hunc maximè timent: quodq; ille dixerit, ab eo nõ iſte diſſentit, omnésq; iã inimici in metu coniũctũr, quòd ſi in rebus mundanis, is q contemptis cõmodis propriis, domini commoda q̃rit, non ſua deſpicit, ſed maiora conſequtur: multo magis in ſpiritualibus rebus. Contemne tua, ſi quæ dei ſunt aſſequi cupis: uult ipſe hoc, Deſpice terras, ut cœleſte curipias regnũ: in cœlis ſit conuerſatio tua, non hic: in de non hinc poteris eſſe terribilis, inde ſi terribilis E fueris, non hominib. modo, uerũ & dæmonib. ipſiq; diabolo metuẽdus eris: quòd ſi ex terrenis opibus metui uelis, & illis eris deſpectui, & hominib. item ſæpe contemptui. Quęcunq; in terris acq̃ſieris ſeruilia ſunt: ſin illa deſpicias, in regia eris illuſtris. Hmõi apoſtoli fuére, q ſpreta ſeruili domo, calcatiſ que diuitiis, domini ſui impio potiti ſunt⁹. Ille, aiebãt, morbo liber euadat, ille dæmonib. illum liga, hunc ſolue: in terris fiebãt iſta, ſed è cœlis proficiſcebãtur. ſ Quęcunq;. n. ligaueritis ſup terrã, erunt ligata & in cœlo. Maioremq; illis dedit poteſtatem: quodq; mentitus nõ ſit, ipſum audias dicentẽ, Qui credit in me, maiora his faciet, q ego facio. Cur id q̃ ſo? Quia ſic quoq; honor oĩs redũdat in dominũ: qa in noſtris quoq; reb. quo fuerit potentior famulus, eò maiori admirationi dominus eſt. Si. n. tanta ſeruus poteſt, quãta ſerui dominus poterit? Quod ſiqui neglecto ſeruitio domini, uxoris ſuę ac filij, & ſerui curã habeat, uelitq; ditari, & uel furto, uel fraude, q̃ domini ſunt, conſciſcere: citò ſeipſum una & pecunias pdet. His igitur exemplis inſtructi, ne q̃ſo q̃ ſunt noſtra, curemus, ut ſic maiorẽ illorum curã habeamus: deſpiciamus ea, ut maiori illa qete poſſideamus. Si ea ipſa deſpiciamus, deus illa curabit: ſi ea nos curare uelimus, ipſa illa cõtemnet In his q̃ dei ſunt, non in noſtris, imò in noſtris laſſeſcimus, atq; deficimus: qppe illius oĩa noſtra ſunt, nõ cœlũ dico, non terrã, non ea q̃ in mundo ſunt, hæc. n. indigna illo ſunt, hæc nobis fidelibus atq; infidelib. communia ſunt. Sed qd? Gloriam illam regnumq; cœleſte, hęc ipſius & noſtra per ipſum ſunt. Quo? Si commortui ſumus, inquit, & uiuemus: ſi ſuſtinebimus, conregnabimus, cohæredes facti ſumus, & fratres dicimur? Quid noſipſos ad inferiora deiicimus, cũ nos ipſe ad ſuperna, & ad ſeipſum p̃trahat? Quanditi pauperes, quandiu mopes ſumus? Cœlũ nobis proponitur, & circa terrena uerſamur: patet cœlorũ regnum ad diripiendum, nos terrenam malumus pauptatẽ. Immortalis apitur uita, & nos circa ligna & lapides, uillasq; cõſummur. Eſto diues, hoc enim & ipſe uolo, poſside, affatim dirипe, nulla hic culpa eſt: hic nõ abũdare, crimen eſt: hic non Mat. 11. b diripe, culpa eſt. Quid ergo iſtud eſt? Regnũ cœlo-

2. Co. 4. b — Phili. 2. d — 2. Ti. 2. b. — Mat. 18. c — Ioã. 14. b. — r *ſed tanquàm in cœlis per ficiebantur.*

Universidad de Deusto Biblioteca

G rum,inquit,uim patitur, & uioléti diripiunt illud. Esto illic uiolentus, esto rapax,nõ minuitur quod rapitur:neque enim scinditur uirtus: nõ minuitur neque pietas:neque cœlorum regnum:tunc uirtus augetur, dum rapis:tunc minuuntur temporalia, dum diripis, quod inde constabit: Sint in ciuitate decem milia uiri, hi siquidem uirtutem omnes,iustitiámque rapiant,uberiorem illam fecere:quippe in decem milibus sit, & decẽ milia uiri fiunt iusti: enimuero nisi rapiant,minuũt,nusquam enim apparet. Vides ut bona dum rapiuntur,abũdant magis:terrena uerò dum fuerint direpta, minuuntur.

Ro.10.c. Non itaq; cõsenescamus inopia, sed diuitias ambiamus. Diuitiæ dei sunt,si plures sint, qui cœlesti regno fruantur:Diues,inquit,in omnes, qui inuocãt eum. Augere illius opes cõtende: augebis autem si abundas, si inferas uim. Vi.n.reuera opus est. Cur id? Quia plurima sunt impedimenta, uxores,liberi, curæ,mundana negotia,atq; unà dæmones,& diabolus ipse dæmonum princeps. Vi ergo opus est,& tolerantia:qui uiribus agit, in laboribus est:quippe omnia sustinet, atq; aduersus necessitatem stat.

H Quo pacto? Fermè impossibilia conatur:hmõi ergo sunt ueri,felicésque uiolenti, nos ne possibilia quidem conamur. Quomodo itaque conatus nostri potiemur effectu? Quando ea quę cupimus,cõsequemur? Violenti, inquit,rapiunt cœlum. Violen

Mat.11.b tia & rapina opus, neque enim in promptu atque ad manus est cœlorum regnum. Raptor huiusmodi semper sobrius,uigilque perdurat,& in cura,cogitationibúsque uersatur, ut rapere opportunè possit. Nonne aspicitis, ut qui in bello rapere aliquid cupit,noctem totam peruigil duret in armis? Si igitur qui secularia rapiut,noctem in armis & uigiliis ducunt:quantò studio egemus nos, qui molimur spiritualia,quæ sunt dignissima, rapere? At contrà, quibus cœlestia cõsequi propositum est,etiam die media dormimus ac stertimus, sempérque nudi & inermes sumus. Qui enim peccatis inuersatur,inermis & nudus est:sicuti qui iustitiã fouet, armatus. Nõ eleemosynis munimur,nõ nobis accensas lampades præparamus,nõ undique tegimur armis:nõ iter quò illuc pergatur,addiscimus:non sobrij,uigilantésque persistimus, atque ideo nil rapere possumus. Siquis regnum inuadere nititur, nonne innu-

I meras antè sibi mortes proponit? nonne cùm sese instruxerit armis, cùm rei bellicæ peritus euaserit, cùm omnia huius rei gratia comparauerit, ita demũ inuadere peigit: Non ita nos agimus, sed dormitãtes rapere uolumus,atq; ideo uacuis manib⁹ abim⁹. Non uides raptores quomodo fugiant, qũo currant, quomodo omnia impedimenta dirumpant? Cursu opus est:nam protinus aduersum te diabolus currit,& his qui præcesserint,tenere te iubet:sed si fortis,si excitus fueris, omnia abiecisti, oẽs auis instar euasisti: ac licet hinc iam proficiscaris, siue forum, forensesq; transcendas tumultus, seculum scilicet præsens, etiam ad ea quæ superiora sunt,ptinges, quod est futurũ seculum:nam ueluti in solitudine nullus ibi tumultus, nemo q perturbet,nemo qui tentet,conquiescens:cum rapueris, minimũ laborabis ne tibi parta tollantur. Si ita curramus, ut nil eorum quæ nostris sunt obiecta luminibus, inspiciamus:si nil curemus aliud, quàm impedientium conatus euadere,poterimus quę diripuimus, tutò possidere. Rapuisti pudicitiam, ne sistas gra- K dum,fuge,lõgè post te diabolum relinque:si uiderit quòd te deiicere nequeat,ne persequetur quidẽ: ita ferè & nos facimus, qui cùm raptores nostris se subduxerunt oculis, quasi desperantes, neque ipsi insequimur, neq; alios ad eos tenendos hortamur sed abire permittimus:sic tu quoq; initiò uehementi utere cursu:cùm lõgè à diabolo discesseris, nihil iam contrà conabitur, sed in tuto eris, boniscq; fruens æternis: quibus nos omnes utinam potiri contingat, in Christo Iesu domino nostro, cũ quo est patri & spiritui sancto gloria, imperium & honor, nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Homiliarũ decem sancti Ioannis Chrysostomi, super epistolam Pauli ad Timotheum scdam, finis.

BEATI IOANNIS CHRYsostomi episcopi Constantinopolitani, in epistolam beati Pauli ad Titum explanatio, Ambrosio Camaldulensi interprete. L

HOMILIA PRIMA.

Paulus seruus dei,apostolus autem Iesu Christi, secũdum fidem electorum dei & agnitionem ueritatis, quæ est secũdum pietatem in spe uitæ æterne,quã repromisit is, qui non mentitur deus, ante tempora secularia: manifestauit autem temporibus suis uerbum suum in prædicatione,quæ credita est mihi per saluatorem nostrũ deum: Tito charissimo filio secundum communem fidem, gratia, misericordia, & pax à deo patre & Christo Iesu saluatore nostro. Vnus ex Pauli sociis hic fuit uir probatus. neq; n. profectò illi integrã insulã pmisisset, neq; ea q̃ deerant pcepisset implenda: ſ ait n. ut q̃ desunt,corrigas:] & tam multorũ episcoporũ iudiciũ commisisset, nisi multùm illi confideret: Aiunt autem qdam hunc iuuenẽ fuisse, idcirco quòd ad eũ scribens Paulus eum filium uocet: sed hoc sanè nõ satis manifestũ est. Arbitror autem ipsius ẽt in actibus Apostolorũ fieri mentionẽ. Erat autẽ fortasse Corinthius, nisi alius aliqs apud eos fuerit eodem nomine: & Zenam qdem ad se aduocat,atq; Apollo mitti cupit,hunc autẽ non:nanq; coràm Cesare plus illis fortitudinis atq; uirtutis fore testatur. Videntur autẽ mihi tempora q̃dam media interceſsiſſe:Paulumq; dum ista scriberet, in libertate fuisse. Nihil.n. de tentationibus loquitur, cæterũ assiduè deo gratias uersat,q̃ credentib. erat sufficiens cõsolatio ad incitamentũ uirtutis:nanq; cùm discerent quę suis meritis deberẽtur,& ad q̃ per gratiam uocati essent,q̃ etiam ex gratia meruissent, non minimum ex hoc solatium capiebant. Inuehitur ẽt aduersus Iudæos:quòd si in gẽtem totam inuehitur, nihil est quod admireris:& hoc.n. ipsum scribẽs ad Galatas facit, O insensati,inquiens,Galatæ. Porrò hoc nõ cõtumelioſi erat affectus,ſed interrogãdo ista dicebat.] Nam si sui gratia istud fecisset, meritò qs illi crimẽ inureret:sin uerò ignitus, & zelo fidei feruẽs,& gratiã pdicationis insinuãs, ita loquitur, non iniurioſẽ id facit. Nanq; & Christus multa, & sæpenumero pharisæis, ac scribis criminatur:uerũ

Cap. 1.

Act.18.b

Gala.3.a

[sed amorus propẽsiorũ.

non sui

A non sui ipsius gratia, sed ideo quòd oẽs alios pderent. Breuem scribit epistolam.meritò. qd uirtutis testimonium fuit ipsius Titi: neq;.n. is ille erat cui uerbis plurimis opus esset, sufficiebatq; illum tantum breuiter admoneri. Videtur autẽ mihi eam pce

[illam et enim in ſtãte mor. te ſcripſit Ad Titũ. 3.d dere,quã ad Timoth. scripsit: [illam.n. cùm iã finiſ set, proximè scripsit: [hic autẽ liber & absolutus esse deprehẽditur. Nam qd ait, Decreui hyemare Nicopoli: certũ argumentum est quòd nec dum fuerit in uincula coniectus, illic autẽ uinctũ se assiduè uocat. [Videamus igitur qd hic dicit:] *Paulus seruus dei, Apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorum dei.* Vide q̃ ista indifferenter ponit,dum se interdum qdem dei seruũ,& xpi apostolum dicit: aliàs

Rom.1.a uerò Christi se appellat seruum,dicens: Paulus seruus Iesu xpi,adeo nullam inter patrẽ & filium differẽtiam nouit. *Secundum fidem electorum dei & agnitionem ueritatis, quæ secundum pietatem est.* Scdm fidem electorum dei,qd est? Vtrum quòd ipse crediderit, an quòd tibi ea fides credita fuerit? Quantum ego

B coniicio, electos dei sibi creditos dicit:ac si dicat, non ex rectè factis,ne q̃ ex laboribus ac sudoribus hanc cepi dignitatem:sed totũ eius, q mihi hęc crediderit beneficij est. Deinde ne irrationabilis gratia fieret,neq; totũ ipsi⁹ esset,cur nõ hãc & alijs crediderit,idcirco subiunxit,Et agnitionem ueritatis, q̃ est scdm pietatẽ: ex hac creditus sum, imo & hoc ex ipsius gratia mihi creditũ est,& huius.n. dignitatis ille author est. Quocirca & xps ipse dicebat: Nõ

Ioan.15.c uos me elegistis, sed ego elegi uos. Et ipse idem beatus apostolus alibi ait: Cognoscam sicuti & cogni

1.Co.13.c tus sum. Et rursum: Si quo modo apprehendam,in

Ibidẽ.d quo apprehensus sum à xpo Iesu,prius ipsi cogniti sumus,& postremò cognouimus: prius uocati sumus,& tunc demum obediuimus. Qd autẽ dicit,secundum fidem, hoc totũ illis acceptũ refert: quòd si illorum gratia esset apls, non quasi hoc ipse mereatur, sed electorum cã: quod etiã alio in loco di-

Ibid.3.d cit, Omnia.n. uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo. *Et agnitionem quidem ueritatis, quæ est secũdum pietatẽ.* Quippe & rerum ueritas est, sed non scdm pietatẽ: puta rei rusticæ peritiã nosse,scire artem aliquã uera-

C citer, hæc scire dicũtur. Verùm ea scdm pietatem ueritas est tantùm, q̃ secũdum fidem credidit, quẽadmodum reliqui electi, q etiam ueritatis notitiã habuerunt. [Ex fide igitur agnitio in spẽ uitæ æternæ, [dixit pſentem in gratia dei, dicit etiam & futuram in spem uitæ æternæ, nobisq; præmia proponit, in his etiã beneficijs, q̃ ab ipso cõsecuti sumus, quia.n. credidimus,& laqueos erroris euasim⁹, coronari nos cupit. Intuere,obsecro, q̃ istud exordiũ beneficijs dei refertũ sit, totaq; prorsus epla hmõi est. Qua ex re sanctum illum uirum excitat magis ad labores pro fide ac pietate subeundos: nec ipm modò,uerùm & eos q ab eo docerẽtur. Nihil.n. fermè ita nobis utile est,ut meminisse ingiter beneficiorum dei,siue q̃ communiter omnib. siue q̃ seorsum singulis tribuit. Si.n. cùm ex amico beneficiũ aliqd sumimus,siue cùm uerbũ aliqd gratum, placidumq; audimus, in amorem exardescimus: quanto magis cùm uiderimus qbus⁹ periculis impliciti fuimus, ex qbus oĩbus nos eruit deus promptiores ad obedientiã erimus? *Et agnitionem ueritatis.* Veritatem autẽ hoc in loco ad figurã refert,& illa.n. agnitio erat,& pietas erat: non tamen ueritas, neq; item

[Ex fide utiq; agnitio hæc est, non à ratiocinationibus. In spe uitæ æternæ.)

D mendacium,sed figura atq; imago. In spe uitæ æternæ,illa in spe uitæ præsentis. Qui n. ea fecerit, inqt, uiuet in eis. Vide q̃ ex ipsis initijs iam indicet gratię legisq; distantiam, illi non electi, sed nos: nam & ip si aliquando dicebãtur electi, iam hmõi gratiam amiserũt. *Quam repromisit is, qui non mentitur deus ante tempora secularia:* Hoc est, non modò ex pnĩæ remedio prouenit, sed olim, atque ab ipso principio ista pręfixa sunt. hoc ipsum plurimis in locis posuit, puta cùm dicit: Segregatus in euangelium dei. Et rursum: Quos præscíuit & prædestinauit. Ostenditur Rom.1.b

Ibid.8.f profectò ex his nobilitas nostra, quòd non nuper, sed olim atque ab ipsis initijs dilecti sumus. [Neq; enim hoc parui ducendum, quòd iam olim diligamur,& ab initio.] Quam repromisit, inqt, is q non mentitur deus. [Si is non mentitur, prorsus erunt q̃ promisit is q non mentitur: neque est] cur ambigere debeamus, etiam si post mortem pollicitis pfruamur. *Ante tempora secularia.* Etiam ex eo, qd ait ante tempora secularia: promissum commendat ĩmobile, dignissimúmque cui fides adhibeatur. [Et quo-

E niam, inquit, ante tpa secularia nõ prodiere Iudæi, idcirco hæc ita se habent, [sed qa ista supnè, atque à principio præfigurata erant. Itaque audi qd ait: *Manifestauit autem temporibus suis.* Quæ nã igitur huius ratio dilationis est? Prouidentiæ profectò gratia,& ut oĩa opportunè, ac suis temporibus fierẽt. Tempus n. inquit propheta, faciendi ſ domine,] Qd enim ait, suis, idem profectò est, ac si diceret, competentibus, debitis, congruis. *Manifestauit* inquit, *temporibus suis uerbũ suum in prædicatione, quæ credita est mihi.* Hæc est prædicatio. Omnia.n. euangelium continet,& pſentia & futura, honorem, pietatem, fidem, simul oĩa prædicationis uerbo concluſit [*In*

præ dicatione: Hoc est, apertè cum magna loquendi libertate, hoc utique est, in pdicatione.] Sicut enim præco præsentibus oĩbus in theatro prædicat: ita & nos, inqt, publicè pdicamus ea ratione, ut nihil addamus, sed ea tantùm q̃ audiumus, prædicem⁹. Ea quippe uirtus præconis est, ueraciter q̃ sibi credita sunt, oĩa prosequi, non aliquid addere, aut immutare, aut auferre. Si igitur pdicare oportet, magna id fiducia atq; constantia faciendum est: alioq F nulla erit prædicationis uirtus. Idcirco & xps non ait, Dicite in aurib: sed, prædicate sup tecta. Nempe Matt.10 & ex dicendi modo,& ex loco prædicationem aptam, atq; illustrem oportere esse commendat. *Quæ mihi credita est, secundum imperium saluatoris nostri dei.* Et ex eo qd ait, credita est,& ex eo qd addidit, secũdum imperium, dignam esse prædicationem, cui fides adhibeatur, ostendit, ut nullus iam supersit, q indignè ferat, siue negligẽter admittat, siue ad uerba prædicationis obtorpeat. Si igitur imperiũ est, non iam ego huiusce rei sum dominus, quippe imperium impleo. Nam q̃ agenda sunt, alia sunt in nostra potestate, alia non. Et ea qdem q̃ imperans dicit, nõ in nostra potestate sunt: q̃ uero permittit in nostrum ius cadunt: puta si quis dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis: hoc iam imperium Matt.5.c

Ibidem. est. Rursusq; cũ obtuleris munus tuum ad altare, et ibi agnoueris, quòd frater tuus habet aliqd aduersum te, dimitte ibi munus tuum ante altare, & uade, ac recõciliare fratri tuo, & tunc ueniẽs offer munus tuũ: & hoc iperantis est. Et eũ q̃ uaricatus fuerit, necesse ẽ supplicijs subdi. Cũ uerò dicit: Si uis p

Ibid.19.c

G fectus esse,uende subſtãtias tuas.& iterum:Qui po
Mat.19.b teſt capere, capiat. non iam impantis utitur uoce:
quippe auditorem exequendorum conſtituit do-
minum,& q̃ agenda ſunt, in eius arbitrio ac uolun
tate conſtituit. Hęc.n.& facere, & omittere in no-
ſtra poteſtate eſt:cæterùm q̃ imperantur, omittere
nobis minimè tutũ eſt:ſed neceſſariò aut ea facien
da ſunt,uel ſi non fecerimus, nobis ſupplicium im
1.Cor.9.c minet. Hoc igitur & alio in loco Paulus inſinuat,
cùm dicit:Neceſsitas.n.mihi incumbit,uæ aũt mi-
hi eſt,ſi non euangelizauero. Quid aũt hoc ſibi ue
lit,aptius eloquar, ut euidens oĩbus fiat.Is quidem
cui eccl̃æ principatus eſt creditus, quiq; dignitate
epiſcopatus ornatus eſt, niſi populo q̃ agẽda ſunt,
dicẽtet, non erit innoxius:at laicus qdem nulla hu-
iuſmodi neceſsitate conſtringitur. Quid igitur ait
Paulus? *Secundum imperium ſaluatoris noſtri dei.* ⁊Et ui
de q̃ bene poſteriora ad id qđ dixi, quadrent.Supe
rius.n.dixerat q non mentitur deus:hic autẽ ſcđm
imperiũ ſaluatoris noſtri dei. ⁊Si itaq; ſaluator eſt,
ipſeq; ſtudio,ac uoluntate ſaluandi iſta p̃cipit,non
H itaque officium humõi ambitionis eſt res:fides.n.
eſt & imperium eſt,idq; & dei ſaluatoris. *Tito chariſ-*
ſimo filio. Sunt.n.etiam nõ humõi filij,quemadmo-
1.Co.5.d. dum is,de quo idem apoſtolus ait:Siqs quum fra-
ter appelletur,ſit fornicator, aut auarus,aut idolis
ſeruiens,aut maledicus,aut ebrioſus, cum iſto neq;
edere.Ecce & filius eſt,nec tamen humõi filius,qui
chariſsimus dici mereatur. Filius nempe eſt, ideo
quòd ſemel ſuſceperit gratiam, ac regeneratus ſit:
ſed profectò chariſsimus non eſt,q a patris dignita
te degenerat, atq; ad alterum tyrannũ ſpõtẽ deuol
uitur. Nam in naturalib. qdem filijs chariſsimum
facit utriuſq; parentis affectus,hic autẽ non ſic.Ve-
rùm ex propoſito unuſquiſq; id munus aſſequitur.
Fieri.n.poteſt,ut qs chariſsimus fuerit, nec tamẽ in
ipſa ſuæ dignitatis p̃rogatiua pmanſerit:fieri item,
ut q chariſsimus nõ eſt, uirtutis merito humõi fiat
neq;.n.ſub naturæ neceſsitate concluſa ſunt, ſed ex
arbitrij libertate dependent,ſunde & ſubinde mu-
tantur. ⁊Fuerat Oneſimus chariſsimus filius, uerũ
I cũm iam amiſerat dignitatem, ideo quòd factus eſ
ſet inutilis : ſed rurſus chariſsimus factus eſt filius,
adeò ut ipſum ſua uiſcera uocaret apl̃s. *Tito chariſsi-*
Ad Phil. c. *mo filio ſecundum communem fidem.* Quid ſibi uult,ſe-
cundum communem fidẽ? Cur,obſecro, poſtq̃ di-
xerat chariſsimo filio,atq; in patris tranſierat ordi-
nem,humõi minuit, & contrahit dignitatem?Audi,
& ſcđm communem fidem intulit,ac ſi aptè dicat:
Scđm fidem nihil habeo equidem amplius, q̃ tu.
Communis qppe eſt,ac p eandem & ego ſum geni-
tus,& tu.Qua ergo ratione ipſum filium uocas?Nõ
ideo ut affectum ſolum patris oſtenderes, an qa ſu
perior in p̃dicatione p̃ceſſeras, an qa per te ipſe lu-
men fidei ac ueritatis accepat? Hinc profectò & fi-
lios,& fratres uocare non renuit, quoniam ex eadẽ
fide ſunt geniti fratres:filios aũt, qa per illius mini
ſterium regenerati. Quod ergo ait, ſcđm commu-
nem fidem,fraternitatis ſignauit affectum. *Gratia,*
miſericordia, *& pax à deo patre, & domino Ieſu xp̃o*
ſaluatore noſtro. Quoniam dixerat,filium,pulchrè in
tulit,à deo patre, ut ipſius aĩum ad celſitudinẽ dei
tatis erigeret,dum diſceret cuius eſſet filius.Nõ igi-
tur dicendo communẽ fidem,ſed inferendo patris
noſtri,parilitatem honoris inſinuat.Intuere autem
quàm multa & magna diſcipulis,& plurimis impre K
catur,ea profectò talia ſunt, q̃ uidentur conuenire
doctoribus:hi qppe hmõi precibus indigent,ac lõ
gè plus cæteris, ut quibus⁊neceſsitatis⁊plus immi- *Inimici-*
neat,plusq; periculi diuinæ offenſionis incumbat. *tiarum.*
Nam quantò fuerit celſior dignitas,tantò ſacerdo-
tis maiora ſunt pericula. Sufficit qppe uel unũ epi-
ſcopatus rectè factum authorem ſuum in cœlũ at-
tollere,unumq; peccatum in ipſum iniicere gehen-
næ profundum.Cęterùm ut alia oĩa omittam q̃ die
bus ſingulis incidunt, ſiquando contingat,ut quẽ
piam,ſiue amicus,ſiue alterius cuiuslibet occaſio-
nis gratia indignum, ad epiſcopatus promoueat
apicem, & magnum illi pmittat regimen ciuitatis,
quantis ſe ignib. facit obnoxium?Neq;.n.animarũ
pereuntium ſolùm,quas pdit à religione & timore
dei alienus,uerùm & oĩum,q̃ ab illo geruntur, ipſe
pœnas exoluet.Nam q in ordine priuato parũ reli-
gioſus erat, multò profectò magis id patitur, cùm
eccl̃iæ gubernacula regenda ſuſcepit.⁊Votis itaque
oĩbus optandum, ut q antea pietate p̃ditus fuerit,
talis pmaneat ſuſcepto munere adminiſtrationis.⁊ L
Quippe tunc & inanis gl̃ia uehementius imminet,
& pecuniarum amor & faſtus:cùm principatus ip-
ſe p̃ſtet licentiam offenſionis & contumelię, atque
maledicta,& alia prorſus innumera. Siqs igitur,ut
antea dixi,parum religioſus fuerat,multò erit irreli
gioſior, hmõi adminiculis nixus. Tũ igitur hmõi
eccleſię omniũq; q̃ ille peccauerit, & quę ſubiecta *Mat.18.a*
plebs offenderit,erit obnoxius Quòd ſi is,qui unã
aĩam ſcandalizat,expedit ei,ut mola aſinaria ſuſpẽ
datur circa collum eius, & demergatur in profun-
dum maris:q tot aĩas ſcãdalizat, & urbes integras,
& plebes,uiros,mulieres,pueros,ciues,ruſticos,in-
colas ſuę ciuitatis,aliarumq; urbium,quę illi ſubie
ctę ſunt,qd pati merebitur?Nempe uerò ſi plura tri
plo,q̃ diximus addas,nihil dicturus es,adeò uehe-
mens pœna atque cruciatus hmõi hominib. immi
net.Hic itaq; longè maximè dei gratia & pace opus
habet:nam niſi hac ſubnixus regere populum ſtu-
deat,oĩa pereunt,ac prorſus intereunt.Quantumli
bet.n.fueris peritus gubernãdi,niſi inter hmõi gu- M
bernacula gratiam habeas, & pacem q̃ à deo eſt:&
nauiculam ſimul atque nauigantes procella inuol
uet, mergetq; profundo. Quocirca magna me te-
net admiratio eorum,q hmõi onera appetunt. In-
fœliciſsime hoĩum atq; miſerrime, nõ aſpicis cuius
rei deſiderio teneris?Nam ſi ſolus ac priuatus ſis,&
ignobilis atq; obſcurus,quantumlibet multa pecca
ueris,unius abs te aię ratio exigenda erit,huiuſque
tantummodo neglectę ac perditę pœnas exolues.
At uerò ſi ad hmõi regimen promoueris, cõſidera
quot capitum tibi pœna debetur. Audi deniq; di- *Hebr.13.*
centem. Paulum:Obedite ꝓpoſitis ueſtris,& ſubia *c.*
cete illis, quoniã ipſi inuigilant pro aĩabus ueſtris,
quaſi rõem reddituri. Honoris ac principatus dul-
cedo te allicit?Et quæ nam,obſecro,hmõi honoris
uoluptas eſſe poteſt? Omittam enim interim dice-
re,poſsibile non eſſe huiuſmodi dici ueraciter prin
cipem. Cur obſecro ? Quia in poteſtate ſubiectorũ
poſitum eſt obedire,uel non. At ſiqs rei ueritatem
diligenter exploret,non ad principatum promoue
tur,q huiuſmodi eſt,uerùm potius ad ſeruiendum
innumeris dominis, qui contraria cupiunt ſemper
& dicunt. Eam quod laudabit ille, culpabit alius:

A rurſumq; qđ iſte uitupabit,alius admirabitur. Quẽ
igitur audire magis, cuiue potius optempare opor
teat,diſcernere facile non eſt.Et ſeruus quidem em
ptitius,etiam ſi contraria dominus impauerit, uel
indignari, & ferre grauiter poteſt:tu uerò ſi tã mul
tis dominis contraria impantib. quo te uertas nõ
habeas,mutúſq; ſis,huius quoq; rei dabis pœnam,
ora in te oĩum aperiens.Hoccine,quæſo,honor exi
ſtimatur, hoc principatus, hoc poteſtatis inſigne?
Agẽ,impat epiſcopus ſibi pecunias inferri:ſi nolue
rit,non ſolũ nõ id ſeruus exeqtur,uerùm ne uideа-
tur iſtud cauſa deſidiæ facere,accuſat iubentis im-
periũ,atq; ad maledicta conuer us, furatur,inquit,
diripit,deuorat paupum res, abſorbet ſubſtantias
inopũ.Parce,obſecro,maledictis:quouſq; iſta pro-
ſeq̃ris?Non uis inferre pecunias:nullus cogit, nulli⁹
impellit. Cur ẽt in admonentem atq; conſulentem
torques maledicta? Neceſsitate qſpiam detinetur,
non porrigis manum,ſiue id nequeas,ſiue alia oc-
cupatiõe diſtẽtus, nulla dabitur uenia:ſed rurſum
crimina peiora prioribus. Iſtud,qſo,principatus ap
B pellari poteſt?nec ſanè potes ulciſci,uiſcera quippe
tua ſunt:ac ſicuti cũ intumuerint uiſcera,doloreſq;
ingeſſerint,⁊& capiti,& ⁊reliquo corpori, ulciſci mi
nimè audemus, neq; ea gladio aſſumpto diſcindi-
mus:ita & ſubiectorũ, ſiqs huiuſmodi fuerit,mole
ſtiasq; nobis itulerit, atq; huiuſcemodi maledictis
fuerit infeſtus,minimè audemus ulciſci : qppe id à
paterna indulgẽtia longiſsimè remotũ eſt,ſed ferre
oportet,atq; ſorbere huiuſmodi ſtultitiam hoĩum,
donec illi planè reſipiſcãt. Habet emptitius ſeruus
opus qđpiam impatum,id ubi pfecerit,iam ſui do-
minus eſt. At uerò iſte p multa diſcinditur, atq; ea
ab eo exiguntur,q̃ ſæpe uires exuperãt, ac niſi dicẽ
di peritus fuerit,hinc rurſus maledictis ꝓpetitur. Si
uerò id fuerit cõſecutus,inanis illi gl̃iæ crimen in-
uritur,& niſi excitet mortuos,nullius ferè momen
ti exiſtimabitur. Continuè hmõi uoces exaudit. Ille
religioſus atq; pfectus eſt:hic uerò noſter nõ ita
eſt. Quòd ſi modico ac ſobrio fruatur cibo,rurſus
crimina reſonant:Oportebat, inqunt, illum cibo
ſuffocare. Si lauantem uiderit qſpiam, plurima in
eum intorquẽtur conuiciorũ ſpicula.Indignus pro
tinus iudicatur,q aſpiciat Solem,quando qđem il-
la gerit,q̃ ille. Atq; ille lauat,inqt, ut ego, comedit,
C bibit,ueſtimentis opitur, domus curam gerit atq;
familię:cui⁹ ergo rei gratia ille mihi p̃latus eſt? Sed
& famulos habet,q illi miniſtrent,& aſello uehitur
cur p̃eſſe mihi debet? Vide,qſo, quanta rerũ abſur-
ditas?num ille debet carere miniſtro,ut ſibi neceſ-
ſe ſit & incendere ignẽ, & aquas afferre, & ligna p-
fringere,atq; in forũ ſæpe neceſſariò ingredi ? Et pt
eſſe maior puerſitas,maiorq; confuſio?At ſancti qđ-
dẽ illi uiri apoſtoli,eum q doctrinę inſiſteret, neq;
ad uiduarum miniſteriũ applicari uoluerunt:uerũ
id opus illi indignũ arbitrati ſunt. Tu uerò ipſum
etiam in famulorum ordinẽ atq; officium redigis.
Cur igitur tu q talia imperas, non tuam impendis
opam,& ipſe ea imples?Nónne longè maius, ac di-
gnius ille tibi miniſteriũ infert ? Ille tibi ſpiritualia
prouidet,tu illi uel corporalia exhibe. Cur ipſe nõ,
uel ſeruum mittis tuum, q huic tui uice miniſtret?
xp̃s diſcipulorum lauit pedes, tu.ſuel obſequium
magiſtro exhibeas,magnum aliqd te facere putas?
Verũ.n.neq; ipſe p̃ſtare obſequium uis, & ipſum
ſibi illud parare uetas? Quid ergo? Num è cœlo ui- D
tam ille ducere debet? At non ita uult deus.Sed in-
quies. Nunqd apl̃i liberos hoĩes q ſibi ſeruirent,ha
buerunt? Vis noſſe quemadmodum ſe apli habue-
rint,dũ eſſent in uita? Peregrinationes obibant, &
uiri nobiles,illuſtresq; mulieres, pro illorũ refrige-
rio & quiete,& aias ſuas & capita ſua ſæpe porrige-
bant. Audi deniq; qd beatiſsimus iſte commoneat *Phili.2.d*
Huiuſmodi,inqt,in honore habetote,quoniam pp
opus xp̃i uſq; ad mortem appropinquauit,non par
cens aiæ ſuæ,ut impleret, quod ex uobis deerat ad
uerſum me in miniſterio.Diligẽter,obſecro,iſta cõ
ſidera,uide q̃ honorabiliter habendos cenſeat eos,
qui doctrinæ deſeruiunt. Contrà tu pro patre, ne
uerbum qdem proferre. ut non dicam ſubire peri-
culũ ſuſtines.At, inquies, lauare minimè oporter.
Cur obſecro? Vbinam hoc prohibitum eſt? neq;.n.
ſordes honeſta eſt.Nuſquã talia cernimus,ſiue cri-
mini data, ſiue admirationi habita.Alia n.ſunt, q̃
epiſcopis habenda p̃cepit. Iubet hunc eſſe ſine cri-
mine,ſobriũ,ornatum,hoſpitalem,docibilem:hęc E
apl̃s exigit.Iſta tu quoque in eccl̃iaſtico principe i
quire,& nihil ulterius. Non es tu Paulo diligẽtior,
immo uerò ipſo ſpiritu, q loq̃batur in Paulo.Si per
cuſſor fuerit,ſi ebrioſus, ſi crudelis,atq; immitis,ac
cuſa,idigna hæc profectò epiſcopo ſunt.Si deliciis
inſeruit,& hoc licèt culpare poteris. Porrò ſi corp⁹
curat,ut miniſterium tibi exhibere poſsit:ſi curam
eius habet, ut tibi ſit utilis:huius rei gratia culpan
dus profectò nõ eſt.An ignoras corporeã imbecil-
litatem non minus,q̃ aię infirmitatem nobis noce
re,& eccl̃iæ intercipere emolumenta ? Eius ſanè rei
gratia eiuſmodi imbecllitatẽ Paulus emendare cu
piebat, dũ Timotheo diſcipulo ſcriberet: Modico *1.Ti.5.d*
uino utere pp ſtomachum tuum, & tuas frequẽtes
infirmitates. Nam ſiqdem ſola aia uirtutis opus ex
equi poſſet, corporis cura minimè neceſſaria uide-
retur. Quòd ſi eius cura plurimum confert:nónne
eſt extremę demẽtię illud oĩno negligere ? Sit autẽ
uir aliqs epiſcopatu honoratus,cui eccl̃ię totius cu
ra credita ſit, atq; is qdem uirtute clarus,omniaq;
habeat,q̃ habere congruit ſacerdotem, uerùm præ
nimia ægritudine ſemp lectulo decumbet : qd iſte
prodeſſe aut proficere poterit? Quã ſubire peregri- F
nationem? Quo pacto uiſitare eccl̃ias? Cui intenta
re terrores? Quem oĩno corripe? Hęc dixi,ut diſca-
tis non paſsim culpare paſtores, eosq; potius cum
beneuolẽtia ſuſcipiatis.Pręterea ut & ſiqs huiuſmo
di principatus deſiderio tenebitur,dum accuſato-
rum multitudinem, & criminum congerię conſpi-
cit,humõi oĩno extinguat appetitum. Magnum.n.
reuera periculũ eſt, & quod dei maximè indigeat
gratia & pace, quã ut nobis imprecemini obſecro.
Nos.n.eam uobis uiciſsim imprecamur, ut omnes
ſimul uirtute conſummati, ita demum promiſsis
perfruamur bonis,in xp̃o Ieſu domino noſtro, cũ
quo eſt patri & ſpiritui ſancto gl̃ia, imperium, ho-
nor nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia. II.

Vius rei gratia reliqui te Cretæ,ut q̃ deerant cor-
b rigeres,& conſtitueres per ciuitates p̃sbyteros,ſi-
cut ego tibi cõſtitui. Siquis eſt ſine crimine, unius
uxoris uir:filios habẽs fideles,nõ i accuſatiõe luxuriæ, aut
nõ ſubiectos. Oportet enim epiſcopũ ſine crimine eſſe, ſicut

G *dei dispensatorem: non superbum, nō iracundum, nō uinolē tū, non percussorem, nō turpis lucri cupidum, sed hospitalē, benignū, sobrium, iustum, sanctū, continentē, amplectentē eum, qui secundū doctrinā est, fidelem sermonē, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Sunt.n. multi etiā inobedientes, uaniloqui, & seductores, maximè qui de circūcisione sunt, quos oportet redargui, qui uniuersas domos subuertūt, docentes q̄ non oportet turpis lucri gratia.* Antiquis qdem uiris uita ois erat operosa, rotaq; in labore, atq; in certamine: nobis aūt non sic, sed tempus omne per negligentiā ducimus. Nouerant profectò illi, ideo se in hunc mundum fuisse deductos, ut placita ei, q se condiderat, gererēt, illiq; per bona opera placere studerēt: nos quasi idcirco fuerimus conditi, ut comedamus, & bibamus, ac delicijs operā demus, ita nullam spiritualiū rerū rōnem habemus. Non aūt de solis apostolis loquor, uerūm & de his, qui post illos fideles euasere: deniq; eos omnes inspicias, præsentem uitam uiatorum more percurrere, idq; sibi opus peculiare feciſſe, ut semper ueluti peregrini atq; hospites H essent, nō habentes in terra ciuitatem. Audi nempe quid beatus hic dicat: *Huius rei gratia reliqui te Cretæ.* Veluti domū unam, orbem totū inter se distribuentes, ita uniuersa officia peragebant, ut oium q essent ubiq; terrarū, curam gererent: dum hic quidem hāc orbis partem, ille aliā acciperet disponendam. *Huius rei gratia*, inquit, *reliqui te Cretæ, ut quæ deerant supercorrigeres.* Non imperantis iure utitur, sed interim admonet. Vt supcorrigeres, inquit. Intuere quæso, animam omni inuidia liberam, & omnibus in locis discipulorū utilitati consulentē, nec satis curantē, siue id per se, siue per aliū fiat. Nā ea quidem in quib. periculi plurimum & difficultatis erat, præsens ipse peragebant: q̄ uerò honoris magis, q̄ laboris habebant, locū discipulo pmittebat, eporum. s. ordinationes, & cętera talia, q̄ aliqua correctione indigebāt, atque, ut ita dixerim, perfectione maiore. Quid istud, oro, sibi uult? Num ipse quę egeras, correctione opus habent? An uerò nō ea rē turpem esse arbitraris, & tibi uerecūdiam ferre? Minimè sanè, nam cōmune tantū intueor lucrum, id I siue per me, siue p alterum fiat, nihil mea interest: ita prorsus ita pastorē affici necesse est, nec honorē proprium quærere, sed cōem utilitatē prosequi debet. Et *constitueres*, inquit, *per ciuitates presbyteros.* Episcopos hic intelligi uult, quemadmodum aliās sæpius diximus. Vt *ego tibi constituī, siquis est sine crimine.* Per ciuitates, inquit. Neque.n profectò uolebat insulam totā uni uiro permitti, sed unicuique propriam curā ac solicitudinē indici: ita.n. sibi laborē fore leuiorē sciebat, & subditos maiori diligentia gubernandos, siquidē doctor nō multarum ecclesiarū regimine distraheretur, sed uni tantū regēdæ uacaret, eamq; cōponere morib. atq; ornare studeret. *Siquis*, inquit, *est sine crimine, unius uxoris uir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos.* Cuius rei gratia ēt hmōi hoies in mediū adducit? Obstruere prorsus intendit hæreticorū ora, qui nuptias damnāt, ostēdens eam rem culpa care, imo ita esse pretiosam, ut cum ipsa ēt possit quispiam ad sanctū episcopatus solum subuehi. Castigat hoc ipso ēt impudicos, dum non eos pmittit post secūdas nuptias ad ecclesiæ regimen, dignitatēq; pastoris assumi. Nam q defunctæ uxori benefuolentiam nullā seruasse deprehēditur, quo pacto K hic ecclesię pceptor esse optimus poterit? Immo quibus crimināb. nō subijcietur indies? Nostis.n. profectò oēs, quòd etsi p leges secūdæ nuptiæ pmittuntur, multis tamē ea res accusationib. patet: nullam ergo occasionē pbere subiectis præsulē uult. Quo circa hic ante oia posuit, *Siquis est sine crimine*: Hoc est, si uita illius ois immunis à culpa, si mores eius nemo carpere potuit. Audi deniq; dicentem dominum nostrum: Si.n. lumen, inquit, quod in te est, te Mat. 6. c. nebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? *Filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subiectos.* Inspiciamus, oro, diligentius, q̄ multa de educādis liberis prouidet. Nam q filiorū suorum magister esse nō potuit, quo pacto alios docere posse putādus est? Si quos ab initio secū semp habuit & nutriuit, peruerti permisit, & quorum sibi & per leges, & iure naturæ potestas ois indulta erat, eos regere, moderariq; non potuit: quō alienis prodesse ualebit? Nam nisi summa esset negligentia patris, nunq̄ profectò quorum sibi ab initio regēdorū facultas ois fuit, eos nunquā neglexisset, aut malos fieri sineret. L Neq;.n. ulla ratione fieri pōt, ut qui ab ipsis initi s, magna cū diligentia summoque studio fuerit educatus, malus euadat: neq;.n. naturalia sunt peccata, ut tantum curæ, tantumq; diligentiæ superare præualeant. Quòd si secundo in loco filiorū habuerit curā, pecunijsq; congerendis potius studeat, plusq; huic rei diligentiæ, q̄ educandis filijs impertiatur, & hic ut indignus sacerdotio est remouēdus. Nam si in his rebus, in quib. urgebat naturalis affectus, ita negligens fuit, atq; ita stultus, ut pecuniariæ rei plus studeret, q̄ curæ filiorum: quo iure hic ad episcopalem thronum promoueatur, tātumq; subeat regiminis onus? At fortè nequiuit. Magnum profectò desidiæ id supremæq; stultitiæ crimē est. Si uerò id studij nō adhibuit, ingens duritię atq; impietatis indicium. Qui igitur proprios filios negligit, quō alienorū, ut antè iam diximus, habebit curā? Nec simpliciter ait, luxuriosos, uerū eos hmōi care re calumnia uoluit, neq; pessimæ opinionis esse pmisit. *Oportet enim*, inquit, *episcopum sine crimine esse, quasi dei dispensatorem, non elatum, non iracundum*, M *non ebriosum, non percussorem.* Nā is, q exteriore ac munda na potestate subnixus est, quoniā lege imperat, ac necessario illi obtemperatur: merito sæpius contra subiectorū uoluntatē atq; sniam dominatur. Porrò is, q uolentib. atque hortantibus, & gratias agentibus præesse uult, si ea lege pſumit, ut consilio pro prio tantū oia faciat, quali nemini rationem redditurus: tyrannicè potius, quā populariter hmōi exercet officium. *Oportet enim*, inquit, *esse sine crimine, quasi dei dispensatorem, non elatum, non iracundum.* Nā qua hic ratione docebit alios hoc uitio temperare, q̄ seipsum antè nō docuit? Quippe plurima indies huiusmodi principatus parit crimina, molestumq; & ingratum facit, etiā siquis modestissimus fuerit, innumeraſque quotidie necessitates iracundia suggerit. Nisi igitur quisq; ad hoc lōgè pmeditatus accesserit, molestissimus erit, plurimaq; corrūpet ac perimet ex his quæ sui muneris sunt. *Non ebriosum, non percussorem.* Hoc in loco contumeliosum significare uoluit. Nam corripiendo potius, q̄ percutiēdo, aut inferendo cōtumelias, omnia agere oportet. Quid enim obsecro, iniuria op° est? Gehēnę cōminatiōe

terrere

A terrere oportet, atq; huiusmodi emendare terroribus. Nam cui infertur cōtumelia, audacior, atq; impudentior fit: & eum q se ita affecerit, ut cōtemnat magis inducit ur. Nihil fermè ita contēptum facit sicuti contumelia & iniuria: neque.n. hmōi contumeliosum sinit esse uenerabilem, & eam quam decet à subditis, reuerētiam assequi. Magna necesse est hmōi cum religione loquantur, omni sq; illorū sermo diuina sapientia cōditus, peccantes terrere debet memoria futuri illius supremique iudicij: uacare.n. iniuria sermonē hmōi decet. Sin uerò fortasse fuerint aliqui, qui prohibeant ea, q̄ sunt nostri muauthori neris exequii, magna cum austeritate tractanda ea tate. res est. *Non percussorem*, inquit. Medicus quippe est animarum doctor, porrò medicus minimè pcut it, uerū & si fortè se æger pcusserit, corrigit, emendat & curat. *Non turpis lucri appetitorem, sed hospitalem, benignum, pudicum, iustum, sanctum, cōtinentem, possidentē eum, qui secundum doctrinam est fidelē sermonē.* Vidisti quātū culmē expetit uirtutis? Nō turpis inqt, lucri cupidū, hoc est, ut magnū pecuniarū contēptum B pferat. *Hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum.* Bona sua .s. omnia indigentibus impertientem. *Continentem.* Non.n. eum qui ieiunio studeat, hic significare uoluit, sed q uitiū omne superauerit, & linguā & manū, impudicosq; castigauerit oculos. Hæc qppe est continentia, nulli uitio subijci. *Obtinentem eum, qui secundū doctrinam est fidelem sermonem.* Fidelē hic ueracē dixit, qui nobis per fidei gratiam traditur, neq; argutis conclusiunculis indiget, neq; inanibus quæstionibus seruit. Obtinentē, id est curantē, hoc est summopere molientē. Quid ergo si secularis eloquētiæ fuerit imperitus? Nihil inde penitus lædītur, idcirco ait: Eum, q secundum doctrinā est, fidelem sermonem. *Vt potens sit exhortari, & contradicentes arguere.* Non itaque illis fastuosis uerbis, sed summa illi opus est pitia scripturarū, ut absconditos sensus, itelligētiasq; rimetur. Nō uides ut Paulus orbē conuerterit uniuersum, lōgeq; maiora perfecerit q̄ Plato, & oēs hmōi cæteri? At fortè dicturus es, ignorum gratia hoc illum potuisse peragere. C Nō ex ignis tantùm hoc ille potuit: nam si apostolorū euoluas Actus, sæpius illū ui doctrinæ obtinuisse compefies, q̄ uirtute signorum, eadémque iugiter utitur. Vt posit exhortari in doctrina sana, hoc est ad suorū custodiam & euersionē hostium. *Et contradicentes arguere.* Nam nisi hoc posit, omnia pereūt: nisi.n. quis aduersus hostes pugnare didicerit, & captiuare oēm intelligētiam in obedientiam Christi, cogitationesq; destruere. Qui, inquit, ignorat rectā, sanamq; doctrinā, ut oportuerit tradere, longè à sede episcopali arceatur. Nam alia qdē & in subditis inuenire facile est: puta eē sine crimine, filios habere subiectos, hospitalē esse, iustum & sctūm. Cæterū hoc est qđ maximè doctorem expri mit, posse. s. uerbis instruere & confutare aduersarios: cuius rei nullā fermè nunc curam haberi uidemus atque ingemiscimus. *Sunt.n. pleriq; non subditi loquaces, mentium deceptores, & hi maximè, qui ex circuncisione uenerunt, quorum os oportet obstruere.* Vide q̄ signāter expressit, unde hmōi sunt. Nolunt, inquit, regi, sed regere, illud quippe intelligi uoluit. Cùm igitur persuadere nequiueris, huiusce modi ne paueas neque formides, sed eos ob aliorum utilitatem argue, eisq; silētium impone. Quod ergo lucrū hinc refe-

res, si non subditi sunt? Cuius rei gratia illorum os D obstrui pręcipis? *Quia domos*, inquit, *totas peruertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia.* Nā siquidē doctrinæ quis percipit gratiam, non aūt sufficiens est illis obsistere, neq; eis silentiū imponere, q adeò impudētes sunt, pereuntiū in se attrahit damna, ac per singulos author pditionis erit: nam si rectè qui dā admonet, dicens: Ne q̄ras fieri iudex, nisi ualeas Eccli. 7. a iniustitiā tollere. longè profectò dignius hoc in loco quisq; admonebitur. Noli quærere magister fieri si uirtutem eius rei à te alienam esse cōsideras: uerū & si traharis, inde resilire contende. Vides ut ubiq; dominādi amor, turpisq; lucri appetitus his cā sit, ut subijci nolint? Docētes, inqt, quæ nō oportet turpis lucri gratia. Nihil est, quod hmōi uitia, perturMorale. bationesq; non perimat. Cęterum quemadmodū uenti quidem fieri & immanes, cùm in serenum irruerint pelagus, ipsum totum à fundo perturbant, adeò ut & arena sæpius undis immisceatur: ita & hę pturbationes, cùm in animā irruperint, cuncta permiscent, & quæ superiora erant ad infima detrahunt, excæcantq; mētis clarissimū lumen, atque in E primis gloriæ uæ sana cupido. Nā pecunias quidē facilè quisq; cōtemnet, dum id instituerit. Porrò honoris esse negligentē, laudemq; non affectare multorū, maximo labore indiget. Magnæ philosophię, & animę cuiusdam angelicæ, & quæ ipsum uerticē cardinis cœlestis attigerit, certū argumentum. Nullum.n. profectò perniciosius uitium est, nulla magis uiosēa pturbatio, & quæ ita fermè omnibus in locis obtineat, alibi amplius atq; alibi minus, ubiq; tamen. Quo igitur ipsam superare poterimus, & si non penitus, tamen ex parte aliqua? Si in cœlū sem per nostros defigamus obtutus, si deū habeamus ante oculos, si cogitationes, sensumq; nostrū terrenis omnibus celsiorē facere studuerimus. Quoties te gloriæ desiderium tangit, finē considera, & eam nihil esse reperies. Inspice quantū in se habeat detrimenti, quantis qualibusq; priuet bonis. Nā labores quidem subisti, & pericula, dum eam cōsequereris: cæterū fructibus, præmisq; caruisti. Intuere quòd ingens sit turba malorum, eorumq; gloriā despice, unumquenq; recogita quis nam sit, & uidebis ridiF culam penitus rem: animaduertas eam confusionē potius esse, q̄ gloriā. Post hoc in cœlum attolle animum, atq; ad cœlestes choros cogitatione subuehere, & cùm boni aliquid agis, animaduerte quòd & hominibus id oportet innotescere, utilitatis ipsorū gratia, non ipse tamen id appetas qđ & hominibus id oportet innotescere. Et quos, oro, inqris inspectatores operis tui? Quoties uideri cupis, atrēde quòd hæc deus oia inspicit, & protinus ois illa concupiscētia extinguitur. Attollere ab humo cœleste uersa animo theatrū. Homines etsi impræsentiarum laudēt, post modicū uitupabunt, inuidebunt, carpēt: & si hoc minimè fecerint, nihil tamē illi penit° proderunt, quē laudāt. At nō ita de°, gaudet ille profectò, cū iustitias nostras, actusq; collaudat. Dixisti a pte plausibusq; excepť es, qd inde obsecro lucri retulisti? Nā si quidē hmōi laudatores inde utilitatē consecuti sunt, egerūntq; pniam, & ad meliorē frugē euaserunt, prioraq; mala deseruerūt, meritò gaudēdum est: nō ideo quòd ipse laudať sis, sed quòd mutatio illa pclara, atq; admirabilis inde secuta sit. Cæterùm si illi quidē perpetuò laudent, turbāsque

G excitent,& plausibus perstrepant, nullum uerò inde referãt fructũ: dolendũ potius est,quòd illi hoc ad iudiciũ sibi damnationis potiẽ fecerint. At uerò ex religionis habitu actúq; gloriaris? Siqdẽ re uera religiosus fueris, nihílq; tibi mali conscius sis, gaudere conuenit, non quòd hmõi uidearis, sed quòd hmõi sis. Porro si multitudinis gloriam aucuparis, bonúsq; ac religiosus uideri appetis, cùm non sis, considera hmõi homines laudatores tuos die illo iudicij nõ fore iudices tuos, sed eum qui occulta diligentissimè nouit. Quòd si tibi cõscius peccatorũ, bonus religiosúsq; putaris, non solũ inde gaudere nõ decet, uerùm & dolere plurimum, acritérq; ingemiscere, diem illam perpetua meditatione uersando, in qua reuelantur omnia, in qua occulta q̃libet illustrãtur à lumine. Honore pfrueris? Abijce illum, atque ex animo prorsus elimina, non ignorans ex hmõi te fieri debitorem. Nemo tibi honorẽ impendit? At in eo quidem gaudendum est, neque.n. tibi inter cætera hmõi, quoq; honorẽ deus obijciet. An nõ uides, ut inter cætera beneficia, & hoc deus enumeret per prophetam? Assumpsi, inquit, de filijs uestris in prophetas, & ex adolescẽtibus uestris in sanctificationẽ. Vel istud ergo lucraberis quòd maiori supplicio nõ eris obnoxius: nã is quide, qui in præsenti seculo honore caret, magisq; despicitur, atq; uilis ab omnib. existimatur, iniurijs affligitur, respuitur, exagitatur, abijcitur: & si nihil aliud lucretur, uel istud certè cõsequtur, quòd reus nõ erit honoris ab omnib' pstiti: plurimaq; lucratur, aliaq; emolumẽta uirtutis: cõtrahitur, pmitur, humiliatur, neq; si uelit magnum aliquãdo sapere pmittitur, sed magis sibijpsi semper intendit. Qui.n. fruitur honore mortali, ingentémq; ab hominib' cõsequtur gloriã: prẽter id quòd maiorib' debitis obnoxius sit, in arrogantiæ sæpe tumorẽ, atq; inanem gloriam tollitur, efficitúrq; hominum seruus. Deinde cùm hmõi dominatus increuerit, plurima iam agere cogitur, quæ non uult. Scientes igitur hoc illo esse præstantius, longéq; nobis plura conferre, non q̃ramus honores: imo eos cũ oblati fuerint, repellam', & abijciamus à nobis, & hmõi concupiscentiã extinguere modis oĩbus studeamus. Ista nos & ad principes, & ad subditos dicimus. Anima omnis q̃ honoris tenetur, appetitu, & gloriam ab hominibus q̃rit, non uidebit cœlorũ regnum. Non mea hæc rõ est, à meipso ista nõ loquor. Hæc uerba dei spũs profert. Non uidebit gloriã dei, qui hmõi est, etiãsi uirtutis opus exerceat: receperunt n. ait, mercedem suam. Qui igitur ista non ceperit, consequẽter cœlorum fruetur regno. Nõ prohibeo gl'iam appeti, sed illa uolo ambiatur gl'ia, quę uera est, quę ex deo est. Cuius, inqt, laus nõ ex hominib. sed ex deo est. In occulto, abdito q; religiosus, timoratúsq; pfistens, non tibi inanẽ fastũ, serpẽtinámq; simulationẽ circundes. Abijcia mus ouinã pellẽ, ipsi potius oues simus. Nihil profectò humana gl'ia uilius, nihil abiectius. Dic.n. obsecro, si uidere cõtingat multitudinẽ paruulorum, eorum. s. qui subiecti uberibus sint: nunqd ab his gloriam cupis? ita te necesse est gloriæ causã ad oẽs homines affici, idcirco nẽpe ea res inanis gloria dicitur. Nõ aspicis ut in scena sibi pſonas imponũt histriones, q̃ præclaras, q̃ honestas, quam ad extremã, quam ad exactissimam formæ diligẽtiam effictas? Potésne hmõi aspectum mihi uerum esse monstrare? Minimè sanè. Quid igitur? Non eas aliquando adamasti? Non. Cur id? Quoniam inanes sunt imitãtúrq; decorem, sed nullus ibi solidus decor: ita & gloria inanis est, imitatúrq; gloriam, non uera gl'ia est. Illa qppe sola pmanet, quæ naturalis est, quæ in intimis coditur: porrò hęc quæ extrinsecus adhibetur, ſobtulit sæpius facultatem, ſsed id apud hoies, & usq; ad uesperam. Cæterùm soluto theatro, subla tisq; pſonis, unusquisq; quod est, id quoq; uidetur. nõ igitur ueluti in scena atq; ludo ueritatẽ arripiamus. Dic.n. quæso, quid in se præclari habet à multitudine inspici? Inanis est hæc gl'ia, nihílq; in se habet solidi, atq; ueri. Nã ubi te receperis domum, solúsq; fueris, id omne prorsus efflu xit. ⌜Irrũpe in forum, auersare pſentes: ſqd amplius? Nihil: extincta est penitus eiusmodi gl'ia, absceſsit, atquein fumum resoluta est. Rẽ igitur adeò instabilẽ amare quo pacto inducimur? q̃ magnæ est istud amentiæ, quantæ stultitiæ? Vnũ igitur intueamur solũ, ad id tota nostra dirigatur intentio, quo. ſ. pacto deo mereamur ore laudari. Si hoc intentè inspiciamus, humana semp oia nihil existimabimus, ut non dicam nõ appetemus, parati semper ea si adsint despicere, nõ secus q̃ lutum in auri cõparatione renuentes. Non laudat te ille aut ille, nihil ide amittis: & si uitupet quispiam, nihil on:nino te læsit: siue.n. laus, siue uituperatio, ex deo tantũ aut emolumentũ habet, aut detrimẽtum. Cæterũ humana omnia sunt prorsus inania, atque in hoc deo æquales euadimus. Ille qppe mortali nõ indiget gloria. Gloriam, inqt, ab hominibus nõ accipio. An parũ id tibi uidetur? Quoties difficile existimas contemnere gl'iam, ista tecũ uersa. Si hãc despexero, deo æqualis efficiar, protinúsque subibit cõtemptus ex animo: neque.n. fieri põt, ut homo mancipium gloriæ, non sit omnium seruus: imo omnibus seruis abiectior: neque.n. talia nostris imperamus seruis, qualia ſin illis q amore gloriæ capiuntur. Turpia, fœda, cõfusionisq; plenissima, & loquí, & facere, & ppeti iubent, idq; magis cũ eos sibi obedire perspexerint, iubent prorsus impia, & quò illi obtẽperauerint magis, eò imperãt cõfidẽtius. ⌜Fugiamus igitur, obsecro, fugiamus huiusmodi seruitutẽ. Quo aũt pacto eam poterimus effugere? Si de præsentibus, atque mortalibus uera sapiamus, si animaduertamus, præsentia omnia sõnium esse & umbram, nihilq; aliud: illam cum omni facilitate superabimus, & nec parua nec magna nos capiẽt: cæterũ ea nisi in his q̃ parua sunt, despicere discamus, in ea quoque q̃ maxima sunt, facilè incidemus: longè igitur illius laqueos reijciamus. Sunt aũt illi amẽtia, abiectúsque animus: quòd si ad mentis celsitudinem euaserimus, nulla difficultate multitudinis negligemus honores, inanémque repudiabimus gloriã, atque ad cœlum animum dirigemus, ut cœlestibus bonis, gaudiísque fruamur: quibus nos oẽs utinam perfrui contingat in Christo Iesu domino nostro, cum quo est patri & spiritui sancto gloria, & imperium, & honor in secula seculorum, Amen.

Homilia. III.

Ixit quidã ex ipsis proprius ipsorũ propheta, Cretẽses semper mendaces, malæ bestiæ, uentres pigri. Testimonium hoc uerum est: ob quã causam argue eos durè, ut sani sint in fide, nõ attẽdentes Iudaicis fabulis, & mandatis hoĩum auersantiũ se à ueritate. Omnia mũda

A *mũdis coinquinatis aũt & infidelibus nihil est mũdũ, sed inquinatæ sunt eorũ & mens & cõscientia. Confitentur se nosse deum, factis aũt negant cũ sint abominati, et increbiles, & ad omne opus bonum reprobi.* Plurima hoc in loco quærẽda sunt: Plurimũ qdẽ, quis hoc dixerit. Secundò, quã ob causam Paulus hmõi testimoniis sit usus. Tertiò, cur testimoniũ adduxit in medium quod nõ rectè se habeat. Agè ergo & aliqua adiiciamus, ac tum demum opportunam absolutionẽ inferamus. Cũ aliquando Athenienses alloqueretur, inter concionandũ ait, Ignoto deo, & cætera. Et rursus: Huius.n. & genus sumus, sicut & quidã uestrorum poetarum dixerunt. ⌜Quis ille & unde fuerit, qui hoc dixerit, necessariò ad uos dicendum est. Ea est autẽ huius dicti occasio: Cretẽses sepulchrũ habẽt Iouis ita inscriptum: Hic iacet Iupiter: Poeta igitur ait: ⌜Etenim sepulchrũ ô rex Cretenses fabricati sunt tuum, tu autẽ minimè obisti, es.n. semper. Si ergo hoc testimoniũ uerum est, intuere quantum periculi suboriatur: nam si poeta uera prosecutus est, dicens mentitos esse Cretenses, qui Iouẽ mortuũ esse dixerunt, ut ait Apostolus, periclitatur ueritas ipsa. Attendite dilectissimi magna cũ diligẽtia, poeta mentitos esse Cretenses ait, qui defunctũ dixẽre Iouem. Eius testimonium apostolus approbat, & sua authoritate confirmat. Ergo, inqes iuxta apostolũ, immortalis est Iupiter? Huius.n. inquit, testimoniũ uerũ est. Et qũo huiusmodi soluemus nodos? Non istud ait Apostolus, uerùm simplr testimonium accepit, ac protulit propter consuetudinem mentiendi, quibus Cretenses notauit. Cur.n. non addidit: Nam tuũ ô rex sepulchrũ Cretenses fabricati sunt? Non igitur hoc dixit Paulus, uerũ id tantũ approbauit testimonium, quo Cretenses semper mendaces esse dicũtur. Vnde igitur probamus deum non esse Iouẽ? At id quidẽ, & alijs plurimis ex locis probare perfacile est: neq;.n. ex Cretẽsium testimonio probandum id nobis est. Præterea non eos in hoc dixit esse mentitos, sed ex generali testimonio cõi ciendum reliquit, in eo quoq; fuisse mentitos: ⌜etenim alios deos existimabant, propterea ipse eos dixit esse mendaces. ſ Verũ hoc omisso quod q̃stione non indiget, illud potius inquiramus, quã ob rẽ gẽtilium testimonia producit in mediũ. Sed hæc profecto ratio est, quòd illos his maximè reuincimus, cũ suorũ in eos retorquemus maledicta, quoties eos q apud eos fuere mirabiles, accusatores illorũ cõstituim', idcirco & alio i loco his testimõijs utitur dicẽs: Ignoto deo. Athenię. nãq; quoniã ab initio deos oes non acceperunt, uerũ per tpa illorum sacra, urbem ingressa sunt, sicuti quæ ex ⌜Hebræis ſ allata referuntur, sicuti Pan ex Arcadia, sicuti parua quælibet, ac magna mysteria: cõiicientes ex hoc fieri posse, ut esset & alius deus, qui ab ipsis nesciretur, ut ẽt illi seipsos deuouerent, eam arã instituerunt, quam inscriberent, Ignoto deo: ⌜propemodum id significantes, & si quis ignotus sit deus. ⌟Ex hac igitur inscriptione sumpta materia, dicit Apostolus: Quẽ ergo uos ignorãtes colitis, hunc ego uobis annũcio. Verũ testimoniũ aliud, uidelicet: Huius.n. & genus sumus, de Ioue dictũ est ſ ab Arato. ⌟Nã cũ dixisset poeta, Iouis oĩa plena: post paululũ intulit: huius enim & genus sumus. Hęc sunt q̃ in ea cõcione Paulus ex gentibus protulit. Qũo igitur quæ de Ioue dicta erant, ea ad deum oĩum refert? At iustissimè id quidem, nã quæ dei sunt propria, cũ Iouí peruer sẽ oĩno nec proprię adscripta essent, deo ipse restituit, nã & dei nomen ipsius tantùm est, atq; idolis peruersè imponitur. Quid ergo? Num ex prophetis sibi sumenda erant testimonia, cùm gentiles alloqueretur? At nunquã illi credidissent, quippe & Iudæis nihil ex euangelio loquitur, sed prophetarũ testimonia semper adducit in medium: idcirco inquit, Factus sum Iudęis tanquã Iudęus, his qui sine lege erant, tãquam sine lege essem: & his q sub lege, quasi sub lege sim. Fecit hoc & deus in Magis, nõ illos per angelum ducit, nõ per prophetã admonet, non apostoli, nõ euangelistæ ministerio utitur, sed stellæ illis signũ quo ducerentur, ostendit. Quippe in hmõi doctrinis, atq; artibus periti erant, faciliúsque uernaculo signo admoniti sunt. Rursus in arca dei cùm fuisset ab alienigenis capta, maximisq; plagis gens illa diuinitus ⌟percussa esset, dũ remittẽdi consilium inirent: si hãc, inquiunt, semitam uaccę perrexerint, uera est dei indignatio, quemadmodũ suggesserant uates. Num uerò uates uera prosequũ tur? Abſit. Sed deus eos suo ore corripuit, atque redarguit: hoc ipsum & in Pythonissa muliere dicendum est: quia.n. ei fidem adhibeat, idcirco per hãc Saul audire fecit, quæ se deprehensura essent mala. Cuius ergo rei gratia, dęmoni silentium Paulus imposuit, dicẽti: Isti uerè serui dei altissimi sunt, q annunciant nobis uiã salutis? Cur & Christus dominus prohibet dęmones loqui? Meritò id qdẽ: signanq; illic præcesserant, & hic iam non stella erat, sed ipse seipsum dei filiũ prædicabat: ⌜dęmones autem non se prosternebant. Non etenim idolũ erat loquutum ut prohiberetur. Et Balaã itidẽ permisit benedicere, nec prohibuit: adeò ubiq; & in oĩb' condescendit. Et quid tibi mirũ est, quũ de seipso opiniones erroneas, suaq; maximè indignas maiestate is permittat adstrui? Veluti, qd corpus prius erat, quòd uisibilis. Hac nanque gratia dicit, qa spiritus est deus. Rursus, quia gaudet uictimis, ſqd utique ab ipso erat prorsus alienũ: quodq; sermones profert dissonos & professioni suæ minimè consentientes, & alia id genus permulta. Nusquã enim ad suam respicit dignitatẽ: quod utiq; totum ad fidei nostrę robur cõmuniendum apprimè utile est. Nã si pater nullã habet suæ maiestatis rationẽ, sed cũ puerulis suis lingua torta balbutit q̃uis', & alimoniã quidẽ & edũlia: pocula quoq; uocabulis appellat nõ elegãtib' & doctis, sed puerili nescio qua, atque pegrina prorsum loquutiõe: multò magis de'. Et exprobrat clemẽter eo se demittẽs, cũ p prophetã dicit: Si mutabunt gentes deos suos. Huius condescensionis diuinę argumẽta inuenire liceat in sacris literis, tũ uerba tum res ipsas. Itaque ait, *Increpa eos durè: ut sani sint in fide.* ⌟Eoque sic loquitur, qđ istis sint mores admodũ ipudẽtes, subdoli & profligati. Hæc aũt & alia innumera superstitionum mala mordicus tenebant. Quando aũt ad cõfingẽda mendacia dolósq; nectẽdos sunt prõptissimi, præterea uentri atq; inerti otio supramodũ addicti: opus est acri atq; obiurgatorio sermone. Neque enim q istiusmodi moribus ꝑditus est, ad imperiũ facilè reducitur. *Increpa igitur ipsos.* Hoc loco non alienos utique, sed qui peculariter sibi crediti erãt, hoc est Cretenses indicat. *Durè.* Profundiorem, inquit, infligę plagã. Neq; enim pari eodemq; modo

Universidad de Deusto Biblioteca

G oibus inflig̃edum est uulnus increpationis,sed discretiũ,uariè, & habita unuſcuiuſq; ſubditorũ ratione. Nequaquã præſenti loco cõſolatoris utitur uerbis: nã quemadmodum qui manſuetum & ad opera pietatis ſtrenuũ durius increpat,ipſum utiq; perimit ac perdit: ſic qui blandius eũ demulcet, q opus habet uerborum acrimonia, utique illũ corrumpit,nec ſinit ad meliorẽ uitæ frugem exurgere. Vt *ſani ſint in fide*. Et hoc utique ſanitas,nihil illegitimũ,nihil item alienum inducere. Quòd ſi hi
Rom.14. 4. q cibos obſeruant,iã nõ ſani ſunt, ſed ualde infirmi: (infirmos.n.inqt,in fide ſuſcipite, non in diſceptationibus cogitationũ.) qd de illis dicemus,qui cum illis unà ieiunãt, ſimul ſabbata celebrant,ad loca illis dedicata conueniunt, eum.ſ.qui in Daphne eſt,atque ad ſpeluncã,quę Matronæ dicitur, & eum locũ Ciliciæ, qui Saturni appellatur? Quo autem pacto iſti ſani dicẽdi ſunt? Quocirca uehementiori illis flagello opus eſt, atque alio tpi hæc
H mentiori illis flagello opus eſt, atque alio tpi hæc materia reſeruãda. Cur igitur hoc in Romanis nõ facit? Quia nõ huiuſmodi illi erãt moribus,ſed lõgè nobiliori ingenio, mẽtisq; igenuitate pollebãt. *Non attendentes*, inquit, *Iudaicis fabulis*. Dupliciter fabula dici poſſũt Iudaica oia ſiue cũ ſimulatè fiũt, ſiue cùm intempeſtiuè. Nam ſi fiant quando facienda non ſunt, & facta nocent: fabula inutilis,& noxia ſunt. Quemadmodũ igitur illis obtẽperare nõ expedit,ita nec iſtis quidẽ. Neq; enim ſalubritas fidei ſeruaretur. Si.n.credis fidei,cur alia infers,quaſi fides iuſtificare non ſufficiat ſola? Quid teipſum ſpontaneę ſubiicis ſeruituti,& legis iugo collũ ſubmittis? Nõ fidis gratiæ? Id profectò infidelitatis,atque diffidentiæ indiciũ eſt, id infirmi atq; incredu
I li & infidelis certum argumentũ. Nam fides præcipua animi uirtus in eo eſt,ut nõ ambigas: ambigit aũt,qui eiuſmodi eſt. *Sunt quidem*, inqt, *omnia munda mundis*. Vides quid ſibi hoc dictum uelit? *Inquinatis uerò*, inquit, *& infidelibus nihil mundum*. Non igitur per naturã munda aut immũda ſunt, ſed ex ac-
Leu.11.et Deu.14.a cipientium uoluntate,atq; propoſito. *Et inquinata ſunt*, inquit, *illorũ & mẽs, & cõſcientia. Deum ſe fãre fatentur, & factis negant. Abominabiles atq; inobediẽtes, atque ad omne bonum opus penitus reprobi*. Num igitur & ſúlla caro mũda eſt? Vtiq;. Cur ergo quaſi imũda lege prohibetur? Non per naturã immunda eſt, oĩa quippe munda ſunt. Nam nihil immundius piſce, ubi humana attigerit corpora, ſed quia permiſſus eſt, mundus eſſe uidetur. Rurſus, gallina nihil
Γελαφος immundius, uermes.n. comedit. Nihil itẽ ceruo, q ab eo, quòd ſerpentes comedat, apud Græcos nomen accepit. Sed tamẽ hæc omnia fas erat per legẽ manducare. Cuius ergo rei gratia ſuẽ, & alia quędã ex animãtibus interdicit? Non ideò quòd immunda eſſent hoc fecit, ſed deliciarũ parte maximã amputare contendit. Cæterũ ſi quidẽ hanc obieciſſet cauſam, nunquã oĩa perſuaſiſſet: nunc autem immunditiæ eos terrore coercuit. Quid itẽ, ſi diligen
Leu.19.f &.21.b tius inquiramus, imũdius uino? Quid aqua impurius, qua maximè mundabantur? Mortuũ cadauer uetabãtur attingere, & mortuo mũdabãtur. Quippe quod mactabantur in ſacrificiũ, profectò mortuum erat: atq; idcirco præſtabat, qd ex eo expiabantur: adeò puerilis erat iſta doctrina. Inſpice itẽ uinũ ipſum nónne ex ſtercore cõſtantiam habet? Quẽadmodũ enim ex humo attraxit uitis humorem, ita ex adiacente ſtercore. Prorſuſq; ſi oĩa diſcutere diligentius uelimus, immunda erunt. At ni
K hil immundum ſi nõ accuratius curioſiuſq; diſcutiamus, ſed oĩa munda. Nihil enim deus fecit immundum, ſed peccatũ ſolùm eſt qd inquinat omnia, & facit immunda: quippe animam tangit, & penetrat, eamq; ſordibus inquinat. Hoc autem humanæ electionis eſt uitium. Inquinatis uerò, & infidelibus nihil mundũ, ſed eorũ immunda ſunt & mẽs & conſcientia. Quo pacto.n. in his quæ immunda ſunt, reperiatur mundum: Qui aio infirmus eſt, oĩa inquinat. Nam ſi iſta diſcutiat, & quid ſit mundum & immundum ut requirat, nihil penitus tanget. oĩa enim, ut ſupra monſtrauimus, immunda erunt. *Inquinata ſunt*, inquit, *eorum & mens & conſcientia*. Sed nunqd inquinata ſunt omnia? Abſit
Non hoc ille dixit. Sed quid? Intrant in os oĩa. Nihil enim, inquit, immundum eſt, ſed ipſi tantũ, & mens illorum, atq; conſcientia: horum quippe nihil mundum eſt: ſunt autẽ dei opera: mala tantũ
L noluntas immunda eſt. Confitẽtur ſe noſſe deum, factis autẽ negant. Abominabiles & inobediẽtes, atq; ad omne bonũ opus reprobi. *Tu autem loquere quæ decent ſanam doctrinam*. Hoc eſt, iſti quidẽ immundi ſunt, cęterũ tu eorum cauſa ne taceas: etſi illi non ſuſcipiant, inquit, tu tamen quod tui eſt muneris, perfice: & ſi illi non obtemperẽt, tu admone, cõſule. Hic amplius illos inſimulat. Nã qui detinẽtur his malis, nihil conſiſtere putant: Verũ id nõ
M ex eorũ quæ cernuntur natura, ſed intuenti ũ infirmitate contingit. Quia.n. illi inſtabiles ſunt pauore attoniti, & oculos uertentes, terram quoq; uerti ſub pedibus ſuis iugiter putant. At non uertitur illa, ſed ſtabilis, firmaq; perſiſtit, qppe ex illorũ uitio ſuſpicio huiuſmodi gignitur, nõ id facit elemẽti ulla mutatio: ita ferme & hic, quoties aĩa fuerit immunda, oĩa ẽtiã immunda arbitratur. Itaq; nõ eiuſmodi obſeruatio, munditiæ argumentũ eſt, uerũ cuncta præſumere. Nam qui per naturã mũdus, omnia oĩno præſumit, qui uerò inquinati ſunt ſordibus, nihil. Hoc & aduerſus Marcionẽ nobis dicẽdum eſt. Videſne ſigna mũditiæ? Ea profectò ſunt omni ſorde euadere celſiorem, nullãq; immũditiã tangere. Iſtud & in diuina diſpenſatione aĩaduerti facillimè poteſt. Ille quippe humanã aſſumpſit carnẽ, hoc profecto eſt ſupremæ munditiæ. Nã ſi ueritus fuiſſet immunditiã carnis, nunquã eam omnino cepiſſet. Nã qui ea quę uidentur eſſe immũda non comedit, ille immundus atq; infirmus: q uerò comedit oĩa, mundiſſimus eſt. Non igitur eos mũdos appellamus, qui hmõi ſunt, hi quippe immundi potius dicendi ſunt. Qui uerò cuncta pſumit, ille mundus eſt. Huiuſmodi quippe obſeruantiã religionis in his quæ aĩam inquinant, oſtendere oportet. Id qppe imũditia, id ſordes eſt: at hic nihil tale conſpicitur. Nã & hi qui os putidum habẽt, q offeruntur, oĩa putére arbitrantur: id uerò oris uitio adſcribendũ eſt. Quid ergo? Eorum q immunda
Morale. ſunt, natura omnino noſcenda eſt. Quid igitur
Eſaia.1. eſt immundũ? Peccatũ, nequitia, cupiditas, & huiuſmodi cætera ueraciter imunda ſunt. Lauamini, inqt, & mũdi eſtote, auferte nequitias ueſtras de manibus ueſtris. Cor mũdũ crea in me deus. Exite de
Pſal.50. medio eorũ, & ſeparamini, inqt, & immũdũ nolite
Eſaia.5.c tangere. Nẽpe obſeruationes illæ ueræ ꝓceſſerunt

A ſigna munditiæ. Mortuum, inquit, nolite tangere:
Leui 19.f An peccatũ eiuſmodi eſt, mortuũ prorſus, ac putri-
Nu.19.b dum. Leproſus, ait, imundus eſt. At nulla lepra dete-
Leu.14.f rior q̃ peccatum eſt. Id quippe uarium, ac multiplex cernitur. Nã quòd hoc iſta ſignificẽt, conſequentibus liquet. Si.n. lepra ſemper & p omne corpus fuerit, mundus habebitur: ſin autem in parte, cenſetur immundus. Vide ut uarietas illa, atque mutatio beatur immunda. Rurſus qui fluxum ſeminis patitur, immundus in anima eſt: hmõi exiſtima, qui diuini uerbi ſemina, quantum in ſe eſt, perire ꝓmittit. Item q circunciſus non fuerit, immundus eſt. Et ex hoc inſpice nõ allegorias iſta, ſed figuras eſſe. Qui, inquit, nõ circunciderit neqtiam animi ſui, immundus eſt. Qui operatur in ſabbato, lapidari ꝓcipitur:
Leuit.12. &.15.a hoc eſt, q deo nõ iugiter uacat, hic perit. Videamus q̃ multi ſint immunditiæ modi. Quæ in menſtruis eſt mulier imunda eſt, inqt. Cur obſecro? Nõne & ſemen, & generationẽ ipſe cõſtituit? Cuius rei gratia imunda ẽ mulier? ſed aliud profectò ſignificat.
B Quid uerò illud eſt? Metum aĩæ indidit, ac longè à fornicatione remouit. Nam ſi ea q̃ peperit, immunda eſt, longè magis q̃ fuerit fornicata. Si uxori propriæ cõgredi mundum ualde nõ eſt, alienæ miſceri, quanto erit imundius? Qui à cõuiuio imundus
ὁ ἀπὸ μισθοῦ eſt, inqt, multo magis qui à bello. Plurima inſuper immunditiæ genera, qui q̃rit, inueniet: quæ omnia altiori intelligentia indigent. Verùm non huius eſt tpis omnia proſequi, ſufficit ut ſola animæ immunditia uitanda teneatur. Corporales aũt figurę idcirco ꝓceſſerunt, qa corpora nobis propinquiora, magiſq; familiaria ſunt, atq; ideo ex ipſis facilius ad alia dirigimur. Sed nõ modo corporalia iſta quę-
rẽda ſunt, neque.n. figuris inſiſtendum eſt, nec; circa umbras inuerſandum: uerùm arripienda eſt ueritas, eaq; omnino retinẽda. Immunditia uerò peccatum eſt, hoc nitamur effugere, ab eo modis oĩb⁹ abſtineamus. Si, inqt, acceſſeris ad illã, ſuſcipiet te. Nihil profectò auaritia fœdius, nihil imundius. Vn
Gene.1.d de id cõſtat? Ex rebus ipſis. ſ. Quid.n illa nõ inquinat? Manus, animamq; ipſam, cui inſidet, omnino cõmaculat. At Iudæis id nihil eẽ uidetur. Et certè Ioſeph oſſa patris tulit, & Moſes: & Sampſon ex maxilla bibiſſe deſcribitur, atq; ex leonis cadauere comediſſe. Helias itẽ à coruis, & uidua muliere nutritur. Quid obſecro, ſi omnia diligẽter inqras, nõne mẽbranæ librorum uel ſanctiſsimæ appellari poſſunt? At ex mortuis animalib⁹, & ipſæ cõfectę ſunt. Non igitur ſolus fornicator imundus eſt, uerùm & alij plurimi. Et adulter itẽ immundus, uerùm neuter cõcubitus cauſa. Nam eadem rõne, & qui uxori propriæ congreditur, immundus profectò diceretur: ſed ob uiolatum ius, & ꝓp auaritiam, quia. ſ. fratrem in his quæ ſummè ſunt neceſſaria, ſuperare cõtendit. Vides ut nequitia immunda ſit ſola? Nam is qui duas habuiſſet uxores, non erat immundus. Et Dauid cum haberet, plurimas, immũdus nõ erat. Vbi uerò unam uiolato iure quæſiuit, immundus prorſus eſt habit⁹. Cur id? Quia neqtiæ dederat manus, quoniã plus habere uoluerat, q̃ ex lege liceret. Itaq; & quiſque fornicator concubitus cauſa imundus nõ eſt, ſed modus ipſe facit immundum, qui. ſ. mulierculam uiolat: & ſe inuicem lædunt, qui mulierem fecere cõem, naturæ peruertẽtes leges: unius quippe ipſam eſſe oportuit cõiugem. Maſculum, in

quit, & fœminam creauit deus, & dixit: Erunt duo D
in carne una. non plures, ait, ſed duo. Et hic igitur neqtia in cauſa eſt, quòd malus ſit actus ille concubitus. Ita ira cùm exceſſerit modum, imundum homine facit. Cuius rei non ira ipſa, ſed modus in cauſa eſt. Nã & illud adiectum eſt, dicẽte domino: Qui
Matt.5.c iraſcitur ſine cauſa. Neque.n. ſimpliciter dixit, iraſcitur: ſed, ſine cauſa, protinus addit. Atq; omnibus in locis imoderatus appetitus immundus eſt. Quippe ex auiditate inſanabili ea res gignitur. Vigilemus itaq; obſecro, & ſobrij ſimus, mũdiq; efficiamur uera mũditia, ut deũ uidere mereamur, ipſo domino
Ibidẽ.a dicẽte: Beati mundo corde, quoniam ipſi deum uidebunt: in Chriſto Ieſu domino noſtro, cui & patri unà cum ſancto ſpiritu, gloria, imperium & honor, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia quarta.

Enes ut ſobrij ſint pudici, caſti, ſani in fide, î charitate patiẽtia. Anus ſimiliter in habitu ſanctο, non criminatrices, nõ uino multo ſeruientes. Quod bonum eſt docentes, ut ſobriæ ſint adoleſcentulæ amare uiros ſuos, & filios, pudicas eſſe, caſtas, domus curam gerentes, benignas ſubditas uiris ſuis, ne uerbũ dei blaſphemetur. E
Iuuenes ſimiliter hortare, *ut ſobrij ſint. In omnib. teipſum præbe exẽplũ bonorũ operũ, in doctrina, in integritate, in grauitate. Verbũ ſanũ irreprehẽſibile, ut is qui ex aduerſo eſt uereatur, nihil habẽs malum dicere de uobis. Seruos dominis ſuis ſubditos eſſe, in omnib. placentes, non cõtradicentes, nõ fraudantes: ſed in omnib. fidem bonam oſtendentes, ut doctrinã ſaluatoris noſtri dei ornẽt in omnibus.* Habet ſenectus uitia q̃dam propria, & morbos quibus iuuẽtus caret. Et ipſa quippe ſenectus morbus eſt, ineſt illi tamen præterea ſegnities q̃dã, ac tarditas, obliuio profunda, & obtuſio ſenſuum, atq; iracũdia. Quocirca dehis admonẽs Paulus: Senes, inqt, admone ut ſobrij ſint. Sunt.n. plurima, ut dixi, quæ in hmõi ętate uix fieri patiãtur. Primũ quòd obtuſio undiq; ſenſibus ſit, difficilẽq; quòd excitetur, & cum labore moueatur: idcirco ait, *honeſti, pudici*, Hic prudẽtes intelligi uult, qppe Græco uerbo ſophroſyne, inde prudẽtia dicitur quòd aĩm ſeruet: ſunt.n. & inter ipſos ſenes, qui rabie ferantur imodica, atq; in ipſam ꝓcipitentur amentiã, partim qdẽ ex uino, partim ex rabie, quippe ſenectus puſillanimes facit. *Sanos*, inquit, *in fide, & charitate, & patiẽtia*. Rectiſsimè omnino ſubiunxit, Et patiẽtia, id qppe maximè ſenib⁹ cõgruit. *Anus ſimiliter in habitu ſanctο*. Videlicet ut ex ipſo habitu, atq; amictu interior oſtenditur ornatus. *Non criminatrices, non uino multo ſeruientes*. Idẽ qppe mulierũ atq; ſenectutis propriè uitiũ eſt. Nã quòd ætate frigeſcãt magno potationis inſeruiunt ſtudio. Quocirca eas hinc maximè admonet, ut oĩbus ex partibus ebrietatis uitiũ amputet, eas ab hoc morbo eẽ remotiſsimas cupiens, atq; irriſionẽ, q̃ hinc exurgit effugere. Nãq; facilè uapores ex infimis ad ſupiora feruntur, ac cerebrũ occupãt, & caput hinc lędit ur, ſeò quod iam ætate cõfectæ ſint ipſæ, Jatq; inde maximè ebrietas fit. Habet quidẽ uino opus hęc ętas, cùm maximè infirma ſit, cęterùm tẽperato. Eadem admonitio adoleſcẽtulas tangit, uerùm nõ eadẽ ex cauſa, ſed ideo quòd ex uini potatione uehemẽs libidinis incẽditur flamma. *Quod bonum eſt docentes*. Et certè mulieres docere prohibuit. Qua rõne igitur docẽdi miniſterium eis hoc loco ꝓmittit, cùm alibi dicat: Mulieri docere nõ ꝓmitto? Sed audi qd
1.Ti.2.d

σωφρονισμὸν, ἡ τῶν φρενῶν σωτηρία. F

G sequitur: Neq; præesse uiro. Viris nempe docere permittitur & uiros, & mulieres. Cæterũ mulieri domi tantũ exhortationis permittit uerbum, nunquã tamen præsidere cõcedit, nec prolixum omnino sermonẽ intẽdere. Idcirco subiunxit, neq; præesse uiro. Vt *adolescentulas moneant.* Vides quanta cura conflictit, & congregat populum, qũo adolescentulas subijciat mulieribus ætate proiectis? Neque. n. de filiabus hic loquitur, uerũ simplr pro ætate. Anus quælibet, inquit, adolescentulam moderetur, ac regat. *Amare uiros.* Præcipuum illud est domesticæ pacis, ac bonorum omnium fundamẽtum, si uxor uiro p omnia cõsentiens sit. Nam ubi hoc fit, nihil triste contingere poterit. Quo pacto. n. cum caput corpori cõnexũ, coiunctũq; sit, ulla ibi seditio, ulla dissensio possit exoriri? Necessario profectò reliqua oia in pace sunt. Principibus nanq; pacatis, qs tã pace diuidere possit, atq; discindere? Quẽadmodum è cõtra, his inuicẽ dissentientibus, nihil salubre esse

H poterit, totáque simul nutabit familia. Nihil igitur hac re maius, nihilq; magis necessarium, uerũ plstat id & pecunijs, & ingenuitati, atq; potẽtiæ, & cæteris omnibus lõgè utilissimum est. Neque. n. ait simplr, in pace esse: sed, amare uiros. Ea quippe dilectionis est uis, ubicunque illius fragrantiæ odor aspirat, nihil omnino triste, nihil ingratum irrumpere poterit. Ex hac. n. & reliqua oriuntur bona. *Amare*, inqt, *filios.* Quæ. n. radice diligit, multo magis & fructus amatura est. *Pudicas esse, castas, domus curam gerentes, benignas.* Hinc (ut iam dixi) omnia prouenium bona: etenim benignæ & curatrices domus, ex charitate & amore uiri facillimè fiũt. *Subiectas propriis uiris, ne uerbum dei blasphemetur.* Nempe. n. quæ uirum contemnit, etiam rei domesticę negligẽs erit: ex ea autem dilectione uiri etiam pudicitia nascitur. Ex ea charitate omnis contentio tollitur. Et si ille gentilis sit, facillimè obtẽperabit, & pron⁹ ad redamãdum erit. Si uero Christianus, citò ad meliorẽ euadet frugẽ. Intuere, quæso, Pauli summam conformitatẽ, ineffabilémq; diligentiam: is qui omnia gerit,

I & cũcta molitur, ut nos penitus à secularibus negotijs & tumultib. auferat, domesticę rei magnã nunc ostendit curã, magnámq; prouidẽtiam facit. Quippe ea ritè dispositа, spiritualis quoq; gratia locum habitura est, alioquin oia simul intereunt. Vxor. nque dom⁹ curã habet, pudica quoq; sit necesse est, hmõi dispẽsationi & curę inseruiens, nunquam uel circa delicias, uel circa intempestiuos improbosq; processus, aut aliud aliquid hmõi se occupabit. Ne *uerbum dei*, inquit, *& doctrina blasphemetur.* Vides ut

1.Ti.2.a principaliter prædicationis ei cura sit, non secularium rerum. Deniq; ad Timotheum etiam scribens ait: Vt quietam & tranquillã uitam agamus in omni pietate & honestate: hic aũt, Ne uerbũ dei ac doctrina blasphemetur. Nã si cõtingat, ut fidelis mulier infideli uiro cõiuncta sit, & uirtutis non deseruiat studijs, blasphemia protin⁹ in deum trãsmitti consueuit. Quòd si fuerit ornata uirtutibus, pdicatio gloriæ incrementa conquirit, ex merito illius, & earũm, quæ ab illa gestæ sunt rerum. Audiãt mulieres quæque, q̃ malis, aut infidelibus cõiunctæ sunt uiris, audiant atq; discant moribus probis ac uirtutis opibus, eos ad dei cultum, religionémq; adducere. Quòd si nihil aliud lucrata fueris, neq; uiriũ ad consortium fidei, rectorúmq; dogmatũ traxeris, illius tamen ora obstruxisti, neq; blasphemare pmissi sti Christianæ religionis honorẽ. Hoc aũt non minimum est, sed maximum, atq; omnino mirabile, si conuersationis uestræ gratia religio quoq; admirationi infidelibus sit. *Adolescentiores similiter hortare, ut sobrij sint.* Vides qũo ubique doctrinæ seruet decorem? Nam docẽdas mulieres mulieribus magna ex parte permisit, anus adulescentularũ magistras esse constituẽs. Porro uirilis sexus instruendi curã oẽm ipsi permittit. Nihil. n. ita difficilẽ, támq; durum ęta ti esse huic põt, ut superare noxias, ac mortiferas uoluptates Neque. n. aut pecuniarum amor, aut glorię studium, aut cuiuslibet rei alterius concupiscẽtia, ita hãc perturbat ætatẽ, sicuti corporum amor, uęsanaq; libido. Idcirco omnib. alijs omissis, circa id qd urgebat magis, plúsq; erat necessarium, uersatur admonitio, deinde nec cætera negligit: sed qd ait? *In omnibus teipsum præbe formam bonorum operum.* Doceant quidẽ, inqt, anus adolescẽtulas. Tuipse adolescentes hortare, ut pudici sint. Sit omnibus doctrina, exemplárque uirtutis tuæ, speculum uitæ, quod omnibus proponitur ad imitandũ, ueluti primitiua q̃dam imago, omnia in se habẽs, q̃ bona atq; honesta sunt: q̃ magna cum facilitate uolentibus aliquid sui decoris imitari, exẽpla semper prębere parata sit. *In doctrina*, inquit, ⌈*copiam*, ⌈*honestatem*, *sermonem sanum irreprehensibilem, ut is qui ex aduerso est, reueatur, nihil habẽs malt, quod de nobis dicat.* Quid ait ex aduerso? significare diabolũ uoluit, omnémq; illi obsequente. Nam cũ & uita claruerit, & sermo conueniens fuerit, modestus, mãsuetus, ac placidus, nihilq; aduersarios lęserit, magnũ inde atq; ineffabile conquiritur emolumentum. Magna igitur huiusce ⌈mysterij⌉ utilitas, cùm ex ore pdicatoris uerbum resonat, nõ qualecunq;, sed probatũ atq; irreprehensibile, & qd nullam ulla ex parte uolentibus præstet occasionem. *Seruos suis dominis subijci in omnibus bene placentes esse.* Vides quòd anteà dixerit, ut is qui ex aduerso est, reuereatur, nihil habẽs de nobis dicere mali. Dignus est igitur reprehẽsione, q uxores à uiris occasione cõtinentiæ separat, atq; disiungit, seruosq; à dominis itidẽ aufert religionis obtẽtu. Nõ est eius sermo, atque doctrina irreprehẽsibilis, ⌈qui plurima etiã infidelibus detrimenta molitur: ⌈Hęc oia sunt quæ eorũ aduersum nos aperiunt ora, linguásque relaxant. *Seruos*, inquit, *dominis suis subijci in omnibus gratos esse, non cõtradicentes, non fraudantes, sed oẽm fidem ostendentes, ut doctrinam saluatoris nostri dei in omnibus ornent.* Conuenientissimè. n. alio in loco dixit: Quasi deo seruiẽtes, & nõ hominibus. Nã si dominо cũ beneuolẽtia seruias, eius tamen seruitutis occasio à dei timore proficiscitur: q igitur cũ timore eiusmodi ministrat domino, maximis oino præmijs potietur. Nam si manum non cõtineas, neque impudicam coerceas linguam: qua rõne admirabitur is q gentilis est nostræ fidei dogma? Quod si seruum fortasse cõspexerit apud se in Christo philosophari, ⌈atque uberẽ continẽtiæ fructum præ se ferre, ⌈summáque cũ modestia, atque beneuolẽtia dominis ministrare: profectò uim pdicationis ac religionis nostræ mirabitur. Neque. n. ex uerbis dogmata, uerũ ex ipsis rebus, atque uita gẽtiles iudicare cõsueuerunt. Sint igitur illis & uxores, & serui in magisteriũ rectissimæ cõuersationis norma. Quippe & apud eos, & ubique terrarũ istud pro cõfesso

K

L

⌈integritatem,

⌈ministerij

M

⌈qui magnam infidelibus calũniandi ansam præbet. Ephe. 6.a & Colo. 3.d

⌈atq; uberiorẽ continentiæ fructũ ostendere, quàm hi qui apud ipsos philosophati sunt,

A habetur, seruorũ genus impudẽs fermè esse, formatuq; difficile, lasciuum, lubricũ, parumq; idoneum ad uirtutis doctrinã capessendã. Non id quidem naturæ causa absit, uerũ pp conuersationis, uitęq; negligentiam. Solent. n. huiusmodi in his quæ mores tangũt à dominis negligi. Nihil. n. fermè aliud curãt, hi in quorũ potestate sunt, quam ministeriũ suum. Quòd si mores illorum aliquando componere studeãt, & hoc sui gratia tantũ faciũt, ne istis negotia prębeãt, molestiq; sint, si fornicationi, furto, aut ebrietati deseruiant: cũ itaq; sic negligãtur, ne minemq; habeant, cui cõponendi illos, ac formandi studiũ sit, meritò ad ipsa nequitiæ prupta, atque pręcipitia deuoluuntur. Si enim ubi pater in stat, & mater, & pædagogus, ac nutricius, & magister, & æquales, ipsaq; libertatis opinio, & alia pluri ma, p difficilè qspiã malorũ cõtubernia, cõsortiaq; deuitat: qd putas his oibus destitutos, q quotidie scelestis comiscentur hominibus, & qbus uolũt licenter congrediuntur, cũ sit nemo q ipsorum amicitias societatesq; diſquirat? Quid inquã, arbitraris

B hmõi homines fore? Nonne ad supremos scelerum uertices euasuros? Idcirco profectò difficilè est seruum fieri bonum Præterea neq; doctrinæ admini culo perfruuntur, neque externa, neque nostra eruditiunt sapientia. Non cũ uiris liberis educãtur, & honestate pstãtibus, & qbus opinionis suę, ac glorię magna sit cura. Ex his oibus datur intelligi, difficile esse, atq; mirabile, ut seruus aliquãdo bonus atq; utilis fiat. Cũ igitur perspexerint genus adeò impudens, adeò illiberum, ueluti frenis impositis ex religionis nostrę cultu honestius oib⁹ euasisse, atq; modestius, etiãsi ualde stolidi fuerint, atq; irrationabiles domini, magna profectò concipient de fidei ac religionis nostræ dogmatibus. Constat. n. resurrectionis spem, ac iudicij metũ, & oium ⌈post mortem⌉ reliquorũ, quæ apud nos in studio sunt, prius illos altius imbuisse aios, atq; ita nequitiam ab se arcere uoluisse, timorẽ quendam uitiosis uoluptatibus opponendo, aiabus suis penitus inserẽdo. Non igitur simplr, neq; absq; certa ratione omnibus in locis de his multa præcepit, & magna cura disposuit. Quantò. n. deteriores illi fuerint, tantò magis si conuertantur ad bonã frugem, uirtus prædicationis eminebit. Nam medicũ tunc in primis admiramur, cũ desperatum ab oibus, & omni auxilio destitutum, neq; ab improbis concupiscẽtijs se continere ualentem, uerũ illis ipsis inuolutũ atq; inuersantẽ, ad sanitatem reuocauerit, morbũq; correxerit. Et uide, quæso, ⌈quid ab ipso⌉ exigit: Ea profectò quæ omnium maxime dominis quietem præstent, pariantq; tranquillitatem. *Non contradicentes*, inqt, *neque fraudantes.* Id est, profectò & magnã in his rebus, q̃ sibi creditæ fuerunt, beneuolentiã ostẽdere, atq; aduersum dominos eximia bonitate præstare cedẽtes imperijs. ⌈Ne igitur existimetis me temerè post hęc nunc transire. ⌋Iam etenim ad seruos ipsos sermo dirigitur. Noli igitur inspicere q eiusmodi es, qd homini seruias, sed deo te seruire existima, pdicationisque esse ornamento, & oia facilè patieris obtẽperãs domino, indignantémque ferens, atq; intẽpestiuè irascentem. Consídera semper te non illi pstare gratiã, sed dei imperijs obsequi, & oia facillimè tolerabis. Nempe quod sæpe iam dixi, & semp dicere propositum est, si spiritua-

C

⌈quæ ab ipsis.

Morale.

lium rerum nobis cura erit, præsentis uitæ necessaria tribuentur. Eadẽ profectò ratione seruũ q eiusmodi fuerit, adeò b. neuolũ, adeò obsequentẽ, atque modestum, non modò suscipiet deus, coronisque donabit, & pmijs sempiternis: uerũ ipse quoq; dominus, etiãsi belua fuerit, etiãsi lapideus, inmanis atq; atrox, laudabit & admirabitur, ac cæteris oibus in honore præferet, & pficiet reliquis, etiãsi ipse gentilis fuerit. Porrò quòd gentilibus dominis seruum hmõi oporteat subiici, ac præ se ferre uirtutis exempla, ex consequentibus addiscetis. Ioseph profectò ille castissimus, coquorum principi uenditus est, alteriusque erat fidei religionisque q̃ dominus. Quid ergo ille? Cũ uideret adolescente actibus uirtutis illustrem, differentiã religionis minimè cogitauit: sed ipse illũ diligebat, amabat, mirabatur, rerúmque oium suarũ potestatem, illi omnem dispositionẽ permiserat, nihilque nouerat domesticæ rei suæ, qd nõ is gubernaret, ac regeret omnia, secũdúsque esset dominus: imò & ipsius domini dominus. Siquidẽ ille quidem ignorabat q̃ sua erant, hic autẽ melius oia nouerat, quæ ad ditionẽ domini pertinebãt. At mihi quidem uidetur etiam postmodum, quando illi mulierculæ credidit nequissimam illã, impudentémque calumniã aduersus pudicũ adolescentẽ concinanti, priori ex reuerẽtia & honore iustũ honorasse, dum irã solũ ad carcerẽ sæuire uscq; permisit. Nam nisi uehementer reueritus fuisset uirum, atq; ex prioribus ipsius operibus admirationi habuisset, ⌈onerasset⌉ illũ protinus, & ferro furori satisfecisset. Plenus n. inquit, zelo furor uiri, nulla redemptione inimicitiã soluet, neq; soluetur muneribus plurimis. Porrò si cuiuslibet uiri talis est zelus, longè magis illius q & Aegyptius erat, & ab eo quẽ honorauerat, iniurijs se affectũ existimabat. Nostis. n. profectò omnes, ut nos non silr mordeant illatæ nobis contumeliæ, sed multò uehemẽtius angũt, acriúsque cõficiũt, quas ab eis patimur, qui maiori nobis beneuolentia cõiũcti uidebantur, multísque nobis beneficijs conjuncti erãt. Nõ cogitauit ille apud semetipsum, neque dixit: Seruũ hũc accepi, oẽm rei domesticæ supellectilem illi tradidi, liberũ feci, ac meipso maiorẽ: tales uerò ille mihi restituit uices? Nihil horũ penitus dixit, adeò ipsius aĩum prior reuerẽtia cõtinebat. Et qd mirũ, si domi tãto honore perfrui meruit? In ipso ẽt carcere intuere quãta libertate fruatur, quãtaq; agatur prouidẽtia, Nostis qppe, ut hi, q b⁹ carceris custodia pmissa ẽ, ad supremã atrocitatẽ atq; imanitatẽ sese exercere sint soliti, atq; fructũ ex aliena calamitate pcipiũt? & quos alij afflictos miserãtur, & nutriũt, ab eis istì lucra exigunt, pluribus lachrymis digna, feris profectò oib⁹ immanio res. Qui unde carceri addictos maximè misereri deberant, lucra inde sectãtur. Porrò eos q ita crudeles sunt, non hac tantũ ex parte pensemus, uerũ id etiã cogitemus, qd hi silr oibus uinculatis utũtur. Nã eos q calũniæ causa, uel leuis cuiusq; facinoris uincti sunt, fortasse misericordius tractãt: eos uerò qui turpissimis immanissimisq; sceleribus obnoxij, detẽti illic fuerint, innumeris quotidie cędib⁹ laniãt. Itaq; nõ mõ ex more, atq; instituto crudelis futurus erit ille carcerũ custos, uerũ & cã, ob quã fuerat ĩ uincula cõiect⁹. Quis. n. nõ fuisset aduersus adolescẽtẽ magno furore cõcitat⁹, q cũ ita fuisset ho

D

E

F

G noratus à domino, in ſuſpicionẽ ueniſſet adulterij dominãq; ſuã uiolare tentauiſſe putaretur, at huiuſ modi uices domino reddidiſſe? iſta cõſiderans carcerarius ille, & eius qui eũ iniecerat honorem, cauſamq;, ob quã ille iniectus erat nõne omni fera immanius adoleſcẽte illo uſus eſſet? Sed profecto his oĩbus ſuperior fuit ſpes in deũ, firma atque inuiolabilis, adeò uirtus aiæ feras quoque immites mãſuefacere cõſueuit. Nam eadẽ modeſtia, qua dominum ceperat, atq; in ſuum ſtudiũ, amoremq; cõuerterat, eadẽ etiã carcerarium ipſum: rurſumq; princeps euaſerat Ioſeph, atq; in carcere æquè, ut in domo dominus erat. Quia. n. ad regiam prouehẽdus erat dignitatẽ, merito prius didicit ſubiici, quo tũ in gradu domus, carcerisq; præfectus eſt. Nã ſi ab eo qui ad eccleſię regimẽ trahitur, hoc expetit Paulus, dicẽs: Si. n. quis propriæ domui præeſſe nõ nouit, qũo eccl'iæ dei curam habebit? & qui fuerat ad imperium promouẽdus, eũ prius optimũ prędidẽ domus fuiſſe neceſſe erat. Præfuit domui, præfuit
H carceri, non tanquã carceri, ſed ueluti domui. Omniũ qppe calamitates ipſe leuabat, & eorũ q intus clauſi tenebãtur, nõ ſecus curã habebat, quã ſi mẽbra ſua eſſent, nec nõ ipſorũ calamitates curioſius perquirebat, & cõſolabatur. Verũ & ſi triſtem quẽ piã uidiſſet, cauſam protinus ſciſcitabatur, mœſtũ uel leuiter uidere nõ patiẽs: neq; antea deſiſtebat, quã illũ anguſtijs mœroris abſolueret. Tale profectò ſtudiũ, uel erga filios rarus admodũ ẽ, q depręhẽdatur oſtendere. Ex his deniq; bonorũ illi oium initiũ fluxit: oportet. n. prius quæ noſtra ſunt nos inferre pro uiribus, & tunc dei p̃ſtolari opẽ. Nẽpe enim qd erga uinctos tam diligens, tamq; ſolicitus
Ge. 40.b fuerat, ex conſequentibus patet. Vidit, inquit, eunuchos à Pharaone incluſos, pincernarum principẽ, atq; piſtorum, & ait: Cur triſtes ſunt hodie uultus ueſtri? Neq; ex hoc ſolũ, ſed ex his quę illi fecerunt, uirtutẽ uiri addiſcere poſſumus. Non. n. ut regis miniſtri illum reſpuerunt, non quaſi in mœrore conſtituti repulerũt: uerũ tanquam fratri chariſſimo, & qui condolere nouiſſet, omnia reuelarunt. Hæc autẽ idcirco dixerim, ut oſtenderem quòd ſiue in ſeruitute, ſiue in captiuitate, ſiue ĩ carcere, ſiue ſub terrã ipſam fuerit uirtutis ſtudioſus, nihil oĩno ipſum ſuperare ac deiicere potuerit. Hæc mihi ad ſeruos ideo dicta ſũt, ut norint qđ ẽt ſi beſtias habuerint dominos, ſicuti Aegyptiũ Ioſeph: ſiue crudeles, ſicut ipſe cuſtodẽ carceris, eos facilè capere poterũt: ẽtſi illi gẽtiles fuerint, quẽadmodũ & iſti, facillimè eos mulcere atq; obtinere ualebunt. Nihil qppe uirtute ſua uius, nihil probis actibus dulcius nihil iucũdius mãſuetudine, atq; modeſtia, & obedientia. Oĩbus utilis eſt, oĩbus aptus, q eiuſmodi uerit. Nõ uerentur, q tales ſunt, ſeruitutis iniurias, nõ pauperẽ fugiunt, non infirmum atq; imbecillẽ. Omnia nanq; ſuperat uirtus, oĩa obtinet. Quòd ſi in cõditione ſeruili ea res tantũ uirium habet, quã tò magis in hoĩbus liberis? Ad hanc igitur omnes exerceamur, & ſerui & liberi, & mulieres ac uiri: ita enim erimus & deo & hominibus chari, non modò probis ac uirtute pręclaris, ſed ẽt ipſis peſsimis, immo illis maximè: hi qppe ſunt q uirtutẽ uelint nolint, honorare, reuereriq; coguntur. Nam quẽad modũ modeſtos dominos ſubditi maximè tremũt, ita & impudici qlibet & intẽperãtes, eos q uir
I tute ſunt clari, ſciẽtes qbus ipſi exciderũt. Quoniã K igitur tantus, taliſq; eſt uirtutis fructus, hãc proſequamur oẽs, hãc arripiamus, hãc ſtudijs oĩbus teneamus. Si hanc ſectari uoluerimus, nihil iã nobis graue uidebitur. Leuia erũt omnia, cũcta facilia, & ſi per ignẽ & aquã nobis tranſeundũt: quippe uirtuti cedunt omnia, atq; cõcedunt, & ipſa ẽt mors. Eam igitur uotis omnibus æmulemur, ut futuris quoq; bonis perfrui mereamur, in Chriſto Ieſu domino noſtro, Amen.

Homilia V.

Pparuit. n. gratia dei et ſaluatoris noſtri omnibus
a hominibus, erudiẽs nos, ut abnegãtes impietatẽ, & ſecularia deſideria ſobriè, & iuſtè, & piè uiuamus in hoc ſeculo, expectantes beatã ſpẽ, & aduentum gloriæ magni dei, et ſaluatoris noſtri Ieſu Xp̃i, qui dedit ſemetipſum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populũ acceptabilẽ, ſectatorẽ bonorũ operum. Hæc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat. Poſtquam à ſeruis magnũ uirtutis exegerat ſtudium: eſt. n. re uera ingentis operis, doctrinã dei, & ſaluatoris noſtri ornare ĩ oĩb⁹, L
nullãq; dominis uel in minimis rebus præbere occaſionem, cauſam profecto ĩtulit iuſtã, ſ per quã hmõi aſſequi debeant homines. ⌈ Quæ nam uero hæc eſt? Apparuit. n. gratia dei & ſaluatoris. ⌉ Qui deo magno promeruerãt perfrui, qd mirũ ſi tales euaſerant, ſ quales nuper ipſe deſcripſi, qbus innumera fuerãt remiſſa delicta? Noſtis certè ut inter cętera illud quoq; nõ mediocriter hortetur, premat, & cõprimat animã: eſt ipſe innumeris peccatis ob noxia, nõ ſolũ pœnas nõ dederit, uerũ & uenia potita fuerit, ac bonis innumeris. Nã ſiquis ſeruũ nactus, q ĩ multis offenderit, illũ nõ flagris ceciderit uerũ peccatis indultis, futura uitare monuerit, atq; cauere in poſterũ ne ĩ eadẽ decidat, magnis quoq; muneribus p̃terea illuſtrauerit, ac beneficijs fuerit: quæ nam obſecro futura eſt tam perfida mens, tã ingrata aĩa, quæ huiuſmodi gratia non ad meliora ſectanda prouocari ſufficeret? Cæterũ nolite æſtimare hmõi gratiam ſolùm in priorum peccatorum remiſsione conſiſtere, uerũ nos & in futurum illa præmunit: & id qppe ſingularis eſt gratiæ. Nã ſi in malis operibus perſiſtentibus ſemp pœna nõ plecteret, non eſſet ea res gratiæ, ſed incitamentũ M
quoddam, irritamentumq; nequitię. *Apparuit enim, inquit, gratia dei & ſaluatoris noſtri erudiẽs nos, ut abnegantes impietatẽ & ſecularia deſideria ſobriè, iuſtè, ac piè uiuamus in hoc ſeculo, expectantes beatã ſpem, & aduẽtũ gloriæ magni dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti.* Intuere obſecro, ut uirtutẽ prẽmijs iungat. Etenim illud eſt gratiæ, cũ à ſecularibus cupiditatibus liberamur, atq; ad cœlũ digni ſubuehimur. Duos in hoc loco oſtẽdit aduẽtus: duo. n. re uera ſunt, gratię prior, ſequẽs uerò retributionis atq; iuſtitiæ. *Vt abnegãtes*, inqt, *ĩpietatẽ & ſecularia deſideria.* Ecce uirtutis totius argumẽtũ, Nõ ait, ut abnegemus: ſed, ut abnegãtes. Abnegatio qppe hmõi magnã diſtãtiã indicat, ingens interuallũ, plurimã execrationẽ, ut uidelicet quãto ſtudio idõla auerſati ſumus, cũ tãto ſecularia itidẽ deſideria fugiamus. Et hęc. n. idõla nũcupauit, qppe auaritiã idolorũ ſeruitutẽ eẽ dixit: & quæq; ĩ p̃ſenti ſeculo utilia eẽ uidẽtur, ſecularia deſideria ſũt: q̃q; itẽ ĩ hoc ſcło deficiũt, atq; dilabũtur, ſcła deſideria ſunt. Nihil igitur nobis ſit cõ-

⌈ *ob quã tales eſſe debeant ſerui.*

Qui diuinum illũ præceptorem ſunt aſſequuti quomodo non tales meritò eſſe debeãt

A mune cum ſeculo. ⌈ Venit xp̃s ut abnegemus impietatem, puerſa. ſ. dogmata, & ſecularia deſideria, hoc eſt ſceleſtam atq; improbam uitam: *Sobriè, & piè, & iuſtè uiuamus in hoc ſeculo.* Vides, quod ſemp dicere ſoleo, ſobrietas non modo abſtinentiam fornicationis indicat, uerùm perturbationum quoq; reliquarum: igitur & qui pecunias amat, ſobrius non eſt. Nam ſicut eſt corporum amor, ita & pecuniarum: imò longè hic impotentior, q nõ tantã habet uim, qua poſsit impellere. Nanq; & auriga ille impotens diceretur, non q ſuperbum, aut infrẽnem equũ nõ contineret, ſed q manſuetiorem ſubiicere, moderariq; non poſſet. Sed unde, inquies, pecuniarum concupiſcẽtia, amore corporũ minor atq; inferior eſt? At omnib. conſtat. Primũ qdem, qa corporum concupiſcentia neceſſariò nobis inſerta eſt. Quod aũt hmõi eſt, conſtat proculdubio quòd maiore cũ labore corrigitur, qppe quod naturæ eſt inſitũ. Secũ dò quòd pecuniarum qdem apud ueteres non magna habebatur rõ, mulierũ uerò magna oĩno pudi
B citiæ gratia, atq; eũ qui uxori legitimæ congredere tur, ad ſenectutem uſq; nemo culparet: q uerò pecunijs cõgerendis inſtaret, execrabilis oĩbus eſſet. At plurimi qdem ex philoſophis pecunias contempſerunt, mulieres non ita: adeò amor iſte, uiolentior q̃ ille eſt. Cæterũ quoniam ad eccleſiã nobis ſermo eſt, nõ extrinſecus q̃ramus exempla, ſed ex ſcripturis ipſis. Hoc igitur etiam ex parte p̃ceptum beatus
1. Ti. 6. b. Paulus fermè conſtituit, ſic dicens: Habẽtes cibos
1. Cor. 7. e & tegumenta, his contenti ſimus. De uirginib. uerò qd ait? Præceptũ domini nõ habeo. Ac rurſus ad ipſum reuertimini, plurimiſq; in locis uideas ipm de cõcubitu legitimo ferre leges, eaq; uoluptate pfrui ſinere. Secundas quoq; permittit nuptias, & magnã ubiq; huius rei curã oſtendit, atq; diligentiã, ac nuſquã ipſi⁹ gratia ſupplicia infert. Qui uerò pecuniarum tenetur appetitu, illũ locis omnib. damnat. Et de pecunijs qdem xp̃s multa ſæpe præcipit, ut ea labes uitari cautius poſſet: non ſic aũt de abſtinentia cõgreſſus, & reſciſsione concubitus. Audi nanq; qd de pecunijs ait: Niſi quis renunciauerit omnib. q poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Niſi qs
C renunciauerit uxori, nuſquã eũ dixiſſe reperies. No
Luc. 14. f uerat. n. profectò quanta eſſet naturę hmõi inſerta
Heb. 13. a uiolentia. Et beatus hic itidem honorabiles, inqt, nuptiæ, & cubile immaculatum: nec tamen ait, honorabilem eſſe pecuniarũ concupiſcentiã, ſed con
1. Ti. 6. b. trà penitus dicens: Qui aũt diuites eſſe uolunt, incidũt in tentationẽ, ac laqueum diaboli, & deſideria multa, & noxia. Non dixit plus habere, ſed diuites eſſe. Cęterũ, vt diſcatis ẽt ex communi ſenſu, atque iudicio iſta diſcernere, ⌈ neceſſariũ eſt, uel hũc eundem ſermonẽ in mediũ adducamus. ⌉ Is quidẽ, qui pecuniis oĩno caruerit, ea concupiſcentia non ferè turbatur. Nihil. n. ita pecuniarum deſiderium inſert, ut pecuniarum ipſa poſſeſsio. Non ſic autem in corporum amore contingit, uerũ & plurimi ex his, q abſciſi ſunt, interiorem tamen cupidinis flãmam non amiſerunt. Nanq; ea concupiſcentia in aliis inſtrumentis poſita eſt, ac naturæ penitus inſita. Cui⁹ ergo rei gratia iſta nos dicimus? qa ſ. auari & cupidi fornicatorib. fœdiores atq; impotentio
⌈ *minori.* res ſunt, ex eo maximè, quòd ⌈ maiori ſ cõcupiſcentia exagitãtur, imò uerò nec cõcupiſcentia qdẽ illa dicenda eſt, ſed negligentia potius q̃dã. Nam mulie
D ri quidẽ, etiamſi qs minimè appropinquauerit, natura tamen qd ſuum eſt facit, atq; operatur: illic uerò nihil tale contingit. *Et piè*, inqt, *uiuamus in hoc ſeculo.* Et q̃ nam eſt ſpes? quod laborũ prẽmium? *Expectantes*, inquit, *beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni dei.* Reuera nihil illa fœlicius, nihil beati⁹, nihil cui maiori deſiderio ſtudendum ſit. Et hæc qdem ſermo nullus explicare ſufficeret: exuperãt. n. mentẽ, atq; omnem intelligentiã noſtram. *Expectantes*, inquit, *beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni dei, & ſaluatoris noſtri.* Vbi ſunt q patre minorem filiũ dicũt? Magni, inquit, dei & ſaluatoris. ⌈ Qui inimicos proprios ſeruauit, qd non faciet, cũ eos acceperit, q mala erant opinionis? Magni, inquit, dei: ⌉ Magnus in deo cũ dicitur, non relatiuè ad aliqd, ſed abſolutè omnino dicitur magnus, poſt quẽ magnus ritè nemo dicitur: nõ. n. ad aliquid dicitur: quod ſi ad aliquid diceretur, per comparationem, non per naturã magnus eſſet: at nunc magnus incõparabiliter dicitur. *Qui dedit*, inquit, *ſemetipſum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem.* Immutatum. ſ. nihilq; habentem com- E
mune cum cæteris. ⌈ *Sectatorem bonorum operum.* ⌉ Vides ut non ſimplr̃ à nobis opa uirtutis exigantur? addidit nempe, ſectatorẽ, hoc eſt magna cũ alacritate, atq; ingenti ſtudio & aio uirtutis opa capeſſentem, qua in re uehemẽtia q̃dam adſit neceſſe eſt omnino laudabilis. Nam quidem, q malis preſsi ſũt, atq; deſperabiliter languent, eripere illius benignitatis eſt proprium: q̃ uero ſequuntur opera, profectus⁹ uirtutis, noſtra ſimul atq; illius ſunt. *Hæc loquere & exhortare.* Vides qũo Timotheo quidem p̃- 2. Ti. 4. a
cipit dicens, argue, obſecra, increpa: hic aũt hæc, inquit, loquere, & exhortare, *et argue cum omni imperio.* Quia. n. horum ingenium pigrius erat, idcirco & ſeuerè, & cum omni imperio p̃cipit arguendos. Sunt enim peccata quædam, q̃ etiã imperijs arcere oportet: utputa, ut pecunias contemnant, homines admonendo perſuadere oportet. Modeſtia itẽ & manſuetudo, & cætera hmõi, ſola admonitione uerborum indigent. Porrò adulterum, ⌈ fornicatorem, ⌉ & pecuniæ cupidum, omni cum imperio compeſcere neceſſe eſt: ⌈ inſuper & auguria obſeruantem, cõſulentẽq; diuinaculos, cæteraq; id genus tractantẽ: ⌉ F
neq; ſimplr̃ cũ imperio, ſed cum omni imperio. Vides quanta cum authoritate atq; licẽtia hæc illi imperãda p̃mittit? *Nemo te cõtemnat. Sed admone eos principatibus ac poteſtatibus ſubijci.* Neminem conuicijs laceſſere, ſine rixa ac pugna eẽ. Quid igitur? malis operibus inſignes, maledictis inceſſere phas nõ eſt? minimè, eos corripi ac ſalubriter coerceri ſatis eſt. *Sed ad omne opus bonum paratos eſſe. Neminem blaſphemare.* Quicũque ille fuerit, inqt, neminem omnino inſectemur maledictis. Audiamus qd nos ſalubriter moneat. Neminẽ, inqt, blaſphemare. Oportet os noſtrũ ſeruare mundũ à maledictis, atq; conuicijs. Siue. n. uera maledicta ſunt, ea non noſtra intereſt dicere, ſed iudici examinãda p̃mittere. Tu. n. inqt, Cap. III.
quid iudicas fratrem tuum? Siue illa uera nõ ſunt, Ro. 14. b
cernis profectò ingens iminere periculum. Audi dicentem latronem ad ſocium criminis, q cõuicia intulerat domino maieſtatis: Nã & ipſi, inqt, in eadẽ Luc. 23. e.
damnatione ſumus, idem oĩno certamen habem⁹. Si alijs exprobras, eadẽ in te continuò intorquebũ 1. Cor. 10
tur, idcirco beat⁹ hic admonet dicẽs: Qui ſe putat c.

stare, uideat ne cadat. Nō *pugnantes*, inquit, *modestos, omnem ostendentes mansuetudinem, ad omnes homines*, Gētiles, ludæos, malos atq; neqssimos. Atq; illic qui dē ex futuro incerto p̄monuit, qđ etiam in epla ad Galatas facit. Itaq; q se putat stare, uideat ne cadat. hic aūt non ex futuris, uerūm ex p̄teritis id suadere molitur. Nemini, inqt, exprobraueris, eiusmodi. n. eras & tu. *Fuimus. n. & nos*, inquit, *insensati, increduli, errantes, seruientes concupiscentijs & uoluptatibus uarijs, in malitia &* ⌈*cæde*⌉ *degentes, odibiles, inuicem odientes*. Tales igitur ad omnes esse oportet, & mansuetudinē modestiāmque seruare. Nā qui eiusmodi anteā fuerat, eo errore liberatus, eos qui sunt eiusmodi probris afficere nō debet, sed pro illis orare, & gratias referre deo, q & sibi & illis dedit, ut liberi priorib. malis euaderent. Nemo glorietur, omnes qppe peccauimus. Quoties igitur cuiquā exprobrare uoluerīs, teipsum prius, priorem q̄ tuam inspice uitā, incertūq; futuri considerans, impetū contine. Etsi. n. ā prima statim ætate cum uirtute uixisti, habes tamen peccata plurima. Quòd si fortè nō habes, uel potius habere te nō putas, aiaduertas id opus non esse tuæ uirtutis, sed diuinæ potius gratiæ. Nisi. n. maiores tuos, proauosq; uocasset, & ipse profectò infidelis atq; incredulus p̄stitisses. Vides qūo oēm prorsus excluſit malitiā, oēm arrogantiæ, ac p̄sumptionis aditum prorsus obstruxit? Nonne, inqt, innumera per prophetas, sanctosq; oēs de⁹ nobis ostendit beneuolentiæ signa, nec tamen audiuim⁹? *Eramus enim & nos errantes aliquando. Cùm autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri dei.* quomodo? *Non ex operibus*, inquit, *iustitiæ, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis, & renouationis, & spiritus sancti.* Vides ut ipsi malis imersi eramus, adeò ut nō purgatione, sed renouatiōe opus esset: id quippe regeneratio signat. Quēadmodum in domo uetere putredine carieq; cōsumpta, nemo ⌈pulchra⌉ suppōit, neq; antiqs structuris cōnectit: uerū à fundamētis euersam, demū illā de nouo erigere, atq; renouare contendit: ita & ipse fecit in nobis. Nō ille superædificauit nos, sed prius euertit, qđ pessimē sterat: hoc. n. est qđ ait, p renouatione spūs sancti nouos iterū fecit: Quō? p spūm sanctum, qđ consequenter ostendit, cū diceret: *Quem effudit in nos abundè per Christum Iesum saluatorem nostrum*. Nimirum nobis opus est hmōi spiritu. *Vt iustificati*, inquit, *ipsius gratia*. Rursus gratia, non debito, inquit. *Hæredes simus, secundum spem uitæ æternæ*. Ex his profectò uerbis & humilitatis studium, & futurorum spem elicere possumus. Si. n. adeò desperatos, ut denuo oporteret nasci, & salua ri gratia necesse erat, cū nihil boni haberemus, saluare dignatus est: multò magis hoc ī futuro faciet. Nempe. n. ante aduentum xpi nihil erat humana feritate deterius. Oēs qppe aduersus seinuicem uelut inimici, atq; hostes, feralia exercebant inter se odia. Filios mactabāt parentes, atq; in ipsa uiscera sua p̄ summā insaniam ferebātur. Nihil tū erat stabile ac firmū: non naturalis ac conscripta lex arcendis sceleribus quicquam habebat momenti sed peruersa erant oia, ubiq; feruebant adulteria, cædes, & si qđ grauius dici & excogitari potest. Furta nēpe, ut ait qdam, uirtutis habebantur loco, & nimium qdem id congruo, quandoquidem hmōi deum uenerabantur. Monebāt quotidiana oracula illū atq; illū perimi. Dicam aliqđ ex illius historia tpis admonē di cā? Androgeus quidā Minois filius, cū Athenas profectus esset, atq; in luctaminis contentione uicisset, exoluit pœnas, atq; interēptus est. Apollo igitur malū maiore malo curare pergēs, bis septē pueros pro eo abduci iusit, ac perimi. Quid hac tyrannide grauius? qd ea īmanitate dici p̄t acerbius? At id factum est, atq; homo dæmonis insania concitatus, ut oraculo obtēperaret, abiit necauitq; uiros. Vides q̄ necessariò error inualuit? Quid. n. non præsumerent homines? quid non iniquitatis admitterent, q tam scelestos, inuētoresq; malorum colerēt deos? Nā siquidem ea ludicra iustè fierent, prohibēda non erāt: quòd si iniusta, ut reuera neqssima, & ne initio qdem fuerant imperāda. At infœlix hominū genus, ubi luctatores ac pugiles coluit, bella p̄petua, & cædes uariæ p urbes, p uicos, per domos gerebantur indies. ⌈Pueros lasciuè amabāt.⌉ Fuit q dam apud illos p̄clari nominis, opinionisq; philosophus, q leges tulit, ne seruo liceret⌈, amare pueros, aut cute arida inungi, quasi ea res uirtutis esset, magnoq; i honore haberetur. Aptè deniq;, ac in publico plerisq; cū uxorib. cōgredi legitimū erat. At siqs illorū cūcta prosequi uelit, inueniet illos in ipsam naturā impiè fuisse contumelioſos. Et cū tantis errorum tenebris orbis obsitus esset, nemo cōtrà ferebat leges, nemo prohibebat: sed oia illorum poemata his scelerib. plena sunt, adulterijs, ipudicitijs, puerorūq; uiolationib. oia feruēt, pnoctatiōes exercandæ fiebāt, mulieresq; ad ea spectacula uocabātur. O scelestū illud nocturnū, funestumq; spectaculum. In theatro fiebat ea pnoctatio, & uirgo iter adolescētes insanos, atq; ebriā turbā sedere cogebatur. Tenebrosa profectò celebritas, & execrāda omnino opa, q̄ ab ipsis in ea celebritate gerebātur. idcirco ait: *Fuimus aliquando & nos insensati, increduli, errantes, seruientes concupiscentijs, & uoluptatibus uarijs.* Amauit, inqt, ille nouercā, & illa priuignū suffocauit. Nā puerorum amores quos illi pædica uocare moris est, neq; dicere licet, ac dignis lamentationibus prosequi. Quo igitur non ĩsti uehementer erubescunt? Visne scelestos audire oino cum matre cōcubitus? At istud apud eos, & qdem sæpe reperies, & gemitu lachrymisq; dignissimū est, ex ignorātia ueri tantū scelus p̄sumebatur impunè: neq; id ipsorū deus prohibebat, uerū despiciebat naturā, cū illa tāta uiolaretur insania, idq; ab his, q uidebātur in signes. Quòd si hi (quos si nihil ob aliud, certè uel ob multitudinis opinionē, gloriāq; captādā operā dare uirtuti decuit,) adeò p̄cipites ferebātur in uitia: qd uulgus ignobile, cui⁹ erat obscura opatio, fecisse putādū est? Quid obsecro ea libidine duri⁹? Amauit illa illū, reuertētē iugulat uirum adulterij gratia. Fortè nō desunt ex uobis plurimi, quib. hęc nota sunt. Adulterū necauit ĩterfecti fili⁹, illāmque insup interfecit: postmodū & ipse in insaniā uertit sus est, & furiarū tedis ardētib. agitatus: deinde hic ipse uæsanus occīdit alterū, illiúsque duxit uxorem. Quid oro, his calamitatib. dici deterius posit? Huius rei gratia ex eorū literis ista p̄trmxi, ut Gentiles aiaduerterēt, quātáque tunc mala, quātáque flagitia orbem occupauerint. Certè si uultis, & ex nostris id probare pergā. Immolauerūt, inqt, filios suos, & filias suas dęmōijs. Sodomitę itē ob nullā pie runt aliā cām, nisi quòd in pueros uæsano amore

⌈*fulcra*

⌈*inuidia*

A ferebantur. Sed rursus nōne inter ipsa quoq; diuinę p̄dicationis exordia, dū dei filius illuxisset terris, regis filia i medio cōuiuio saltauit ĩter hoies ebrios? Nonne saltationi p̄mium prophetæ caput accepit? Quis loq̄tur potentias domini? *Odibiles*, inqt, *sunt*, ⌈*qui oderunt inuicem*.⌉ ⌈Oino necesse est, cùm aię libere uoluptatis frena laxamus, magnum inde cōstari odium. Cur id? Quoniam quoties charitas uirtuti coniuncta est, nemo aliquem iniurijs afficit. Vide quid & Paulus dicat: Nolite errare, neq; fornicatores, neq; idololatræ, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorū concubitores, neq; auari, neq; maledici, neq; ebriosi regnū dei possidebūt. Et hoc quidem eratis. Vides ut oīs nequitiæ species inundabat, ingensq; & atra nebula cūcta possederat, iusq; omne & phas uiolabatur. Si. n hi, q prophetia pfrui digni habiti sunt, & tā multa hostib. ac sibiipsis mala, tātasq; clades contigisse cernebant, uitiorū suorū ac scelerū causa, nec sic tamen se continebant, sed innumera quotidie agebant mala, qđ alij feciſſe putādi sunt? Nēpe apud illos nudas qppe uirgines luctari iubebant in uirorū cōspectu. Magnas uobis gratias habeo bonaq; impcor oia, quòd nec uerbū qdē hmōi patienter audire potuistis, cuius opus phi losophi non erubescebāt. Alius autē apud eos philosophus oium facilè princeps, eas ad bella etiā armat, communesq; esse iubet, ut q planè leno deterrimus fuerit perductorq;. *In malitia*, inquit, *& inuidia degentes*. Si. n. hi q apud eos philosophiæ studiis eminebāt, eiusmodi ferebāt leges: qd de illis dicturi sumus, qbus minor inerat authoritas? Si illi qui prolixa barba erant, pallioq; circundati, ista sanxerunt: qd de alijs dicere possumus? Nō ideo facta est mulier ô homo, ut communiter oibus esset exposita? O nimium puersi hoies, q cūcta euertitis, & maribus non secus, q̄ fœminis commiscemini, fœminásque ut uiros ad bella producitis: hoc profectò diaboli opus, atq; inuentū est. Oīa ille confundere ac puertere studet, & eos terminos cōmouere, q̄ ab initio positi sunt: ⌈metasq; transferre, quas naturæ imposuit deus. Nanq; mulieri qdē domi sedere p̄cipit, uiro autē tractare negotia publica. Tu autē caput in pedes cōuertis, & pedes in caput mulieres armas, neq; erubescis. Cæterū ista cur dico? Introducunt⌉ apud eos mulieres ac pueros, ⌈neq; uerentur, neq; erubescūt, adeò sceleſtas eiusmodi fabulas in hominis aures inferre. *Quādo autē*, inqt, *benignitas et humanitas apparuit saluatoris nostri dei, nō ex opibus iustitiæ q̄ fecimus nos, sed secūdū misericordiā suā saluos nos fecit per lauacrū regenerationis, & renouationis spiritus sancti, quē effudit in nos abundè, per xp̄m Iesum saluatorem nostrū, ut iustificati illius gratia hæredes simus, secdm spem uitæ æternæ*. Quid est, scdm spem? Quemadmodum, inqt, sperauimus, ita pfruemur: ⌈aut quòd iā hæredes et estis.⌉ *Fidelis sermo*. Quia. n. de futuris non de p̄sentibus loquimur, ideo intulit, fidelis sermo: qd scilicet hæc uera sint, et ex p̄teritis constat. Qui. n. nos tanta iniquitate, tantisq; malis eripuit, liquet profectò quòd futura quoq; nobis bona oīa largietur, in ea quam p̄stitit gratia⌈ pseruans. ⌈Quippe eadem prouidentia, eademq; cura cuncta operatur. Agamus igitur gratias deo, nihilq; aliis probro, nihil crimini demus: sed exhortemur oēs, ac pro illis magis oremus, consulamus, moneamus, hortemur, etiamsi illi in nos cōtumelioſi fuerint, ⌈etiamsi cal citrarint: ⌉tales. n. insanos esse manifestum est. Cæterùm hi, quibus illorū sanitas curæ est, oīa ferunt, omnia faciunt, ut illi salute potiātur, ēt si nihil forte proficiant: certè illis negligentiæ crimē impingi nō poterit. Nū ignoratis qđ læpe medicus postquā desp̄auit infirmū, alius q̄piam ex coniunctis ita illum hortatur. Rursum curā, adhibe, ac nihil omittas, ut nullus contra me detur crimini locus, ut nemo q̄ratur, atq; ipse culpę nō pateā. Nō uidetis quā ta sit hominibus seculi, necessarij cuiuslibet cura, quāta prouidentia, q̄ multa quotidie gerāt? Orant medicos, pecunias impēdūt, assidēt semp infirmis, atq; in ea diligentia p̄seuerant. Nos uel eos, qui sunt eiusmodi imitemur, quanquā non pro eisdem reb. est cura: multū. n. inuicem differunt. Languet ecce corporaliter filius, nemo erit, q longinquā peregrinationē subire detrectet, ut illū absoluat morbo. Infirmatur anima, nullus est cui ea res curæ sit, uerùm oēs desidemus, omnesq; negligimus: uxores, filios, ac nosipsos morbo tabescere uidemus, atq; negligimus, atq; utinā uel serò resipiscamus. Cōsidera te q̄ turpe, quamq; ridiculum sit postmodū dicere non expectabamus, neq; sperabamus hoc fore. Nec modò turpe est, uerū etiam graue, plenúmq; periculi. Nā si & in hoc seculo stultorū, atq; amentiū est nō prouidere futura, multò sanè magis ille in suā pniciem stultus erit, q ea q̄ ad salutem conferant, prospicere negligit. Nā & nunc audimus plurimos admonentes, plurimósq; consulentes, q̄ agenda sunt, uel q̄ uitāda dictantes. Arripiamus igitur, & teneamus illam spē, salutisq; nostræ curā habeamus, atq; in oibus p̄cemur deum, ut manū porrigat conatibus nostris. Quandiu, qso, negligimus? quādiu tor pore detinemur? Quandiu nosipsos, nostrósq; con seruos stolida immanitate despicimus? Abūdè effudit in nos spiritus gratiā. Cōsideremus igitur quan tū gratiæ saluandis nobis ostēdit: dignū studium ostēdamus, imò dignū equidē possibile non esset ostēdere, uel minus saltē p̄ferre conemur. Nam si ēt post hmōi gratiam insensibiles sumus, maior nos pœna suscipiet. ⌈Nisi⌉. n. inqt, non uenissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent: nunc autē excusationē non habent. Sed auertat deus, ut nobis ista dicantur, concedátq; gratiā, ut nos oēs mereamur p̄frui bonis, q̄ diligentibus eū repromiſ sa sunt, in xpo Iesu domino nostro, cum quo est patri, una cū spiritu sancto gloria, impium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

⌈*Si* 1oā.15.d.

F

Homilia sexta.

T de his uolo te affirmare, ut curent bonis opibus
e *p̄esse, hi qui crediderūt deo. Ista sunt bona, & utilia hominb. Stultas aūt q̄stiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legales deuita: sunt. n. inutiles, & inanes. Hæreticū hominem post unā & scdam correptionem deuita, sciens quoniā peruersus est qui huiusmodi est, & peccat, cùm sit à seipso dānatus. Cùm misero ad te Artemam, aut Tychicū, festina ad me uenire Nicopolim. Ibi enim statui hyemare. Zenam legisperitū, & Apollo solicitè p̄mitte, ut nihil illis desit. Dicāt aūt & ⌈uestri⌉ bonis opi-* ⌈*nostri*
bus p̄esse ad usus necessarios, ut nō sint infructuosi. Salutāt te qui mecū sunt oēs. Saluta eos qui nos amāt in fide. Gratia dei cū oīb. uobis, Amen. Postq̄ de dei benignitate, atq; ineffabili eius erga nos differuit prouidētia, docuitq; nos quales antè fuerim⁹, qualesq; ipsi⁹ effecerit gratia, subiūxit, et ait: Et d̄ his uolo te affirmare,

B

C

⌈*quandā apud eos mulierem ꝓprios ēt filios interimentē*.

⌈*permanēntibus*. Morale.

Universidad de Navarra Biblioteca

G ut curent bonis operibus ꝑesse hi, qui crediderunt deo. Hæc loquere atq; ad eleemosynā impendendā hortare. Non.n.ea q̄ dicta sunt, ad id tantùm pertinent, siue id solū admonēt, ut humiles simus, neq; extollamur, aut alijs exprobremus: uerùm ut & ad oēm aliam uirtutis speciē i defessō studio, & labore exerceamur. Ita nempe & Corinthios cū alloquere
2.Co.8.b. retur: Scitis, inqt, quoniam dominus pauper factus est, cùm diues esset, ut nos illius inopia ditaremur. Cū itaq; diuinā prouidentiā, excellētissimamq; clementiam commendasset, eos ad studiū impendendæ miserationis hortatur, neq; id simpliciter, neq; otiosē: sed qd? Vt curent, inqt, bonis opibus ꝑesse. Hoc est, & oppressis iniuria ferre non opē, non pecunijs tantùm, sed ēt exhortatione, salubriq; doctrina: sed uiduis idem, ac pupillis auxiliū ferre, oibusq;, q in afflictione, aut angustia sunt, prospicere miserationis affectu. Id quippe est bonis operibus ꝑesse. *Hæc enim*, inquit, *sunt bona & utilia hominibus. Stultas autē quæstiones, & genealogias, & contentiones legales deuita: sunt.n. & inutiles, & inanes.* Quid sibi uolunt genea-
H logiæ? nanq; & in epistola ad Timotheū eo usus est
1.Ti.1.a. uerbo dicēs, Fabulas & genealogias interminatas. Contentiones autē aduersus hæreticos dixit esse uitandas, quando nullū fuerit lucrū. Quoties.n. quis que puersus fuerit, ac decreuerit aīo, quodcunq; cō tigerit, non mutare sententiā, cur eius gratia frustra laboras, atq; inter saxa seminare contendis? Quātò utilius laborē hunc docendi tuis membris impenderes, eis de eleemosyna, cæterisq; uirtutib. dissere-
2.Ti.2.d. do? Quo igitur alio in loco ait: ne fortè deus illis det pniam: cùm hic dicat, *Hæreticum hominē postunā, & secundam correctionē deuita, sciens quoniam peruersus est huiusmodi & peccat, cùm sit à seipso damnatus*? Nēpe illic de his loquebatur, de qbus corrigendis supeat spes, ac de his qui simpliciter reluctabantur, non aduersandi affectu, sed studio discēdę ueritatis. Vbi uerò manifestus fuerit oibus, atq; cōspicuus aduersarius ueritatis, cur obsecro pugnas incassum? Cur aerem cędis? Quid uero est, quod ait, cū sit à seipso dānatus? Quia.s. profectò dicere non potest, nemo corripuit. Cū ergo post admonitionē in ea infidelitate
I perstiterit, ex seipso damnatus efficitur. *Cùm misero ad te Artemam, aut Tychicum festina ad me uenire Nicopolim.* Quid sibi hoc uult, cū iam eum ꝑfeceras insulę, & rursus ad teipsum uocas? Nō, inqt, hoc ago, ut illum à suo remoueā studio, atq; ministerio, sed ut à me instructior doctiorq; discedat. Nā qd? illū non idcirco ad se uocet, ut secū circunducat, & ubique comitē habeat, audi qd sequtur: *Illic enim hyemare decreui.* Nicopolis Thraciæ ciuitas est. *Zenam legisperitum, & Apollo solicitè præmitte, ut nihil eis desit.* His nec
Act.18.f. dū ctedita fuerat ecclesiasticī cura regiminis, sed illius tantū comites erāt. Fuit aūt Apollo uehementior, potēs in scripturis, & eloqis diuinis. Si ergo ille legis erat pitus, nihil aliena istructiōe illi opus erat uerū hoc in loco legisperitū ait Iudaicæ legis pitia clarū. Premitte, inquit, eos: hoc est, ut uberiore doctrina ꝑfruantur, nihilq; eis desit. *Discant autem, &* ⌈*uestri*⌉ *bonis operibus præesse in usus necessarios, & ut non sint infructuosi. Salutant te hi, qui mecum sunt omnes: saluta eos, qui nos diligunt in fide.* Amatores, inquit, suos
⌈*in suam ipsorū pitiem.* aut fideles. s. suos. *Gratia dei cum omnibus uobis*, Amē. Quo igitur ipse iubes cōtradicētes arguere, si cauēdos hos admones? Quoties, inqt, ⌈in subuersione oium⌉ cuncta facere deꝑhensi fuerint, & nullū lucrū inde seqtur, id qd ꝑcipuè intenditur, uitādi huiusmodi sunt. Neq;.n. eos lucrari quā poterimus qui puersi sunt, peccantq; non ex ignorantia, uerū ex peruersitate sententię. Quid si isti alios quoque doctrinæ suæ uenenis infecerint? stare ex aduerso oportet, atq; pugnare, eosq; magna cū fortitudine atq; authore reuincere. Si igitur hmōi fuerit indicta necessitas, uideris q; alios hmōi tabe corrūpi, iā caue ne taceas, sed ora istis obstrue, curam pereuntiū gerens. Prorsus uerò fas nō est, ut cui studiū est piè & ritè uiuendi, pugnæ & contentionib. operā det. Cæterū ut dixi per oia facito, quietiq; stude. Quippe ex otio, & uberiore philosophia id consequeris, scrutādisque intelligētijs scripturarū te occupari tā tū decet. Nāque ex locutiōe supflua detrimēti plurimū nascitur, cū potius docere, aut orare, aut gratias referre oporteat. Neq;.n. plus debem⁹ pecuniis tempare, q̄ uerbis, imò maior hic habē da est cura, exactiorque diligētia, ut non passim nosipsos oīb. exponamus. Quid autē est, ut curent bonis opibus ꝑesse? ne. s. expectent, dum se inopes adeant. Verùm L illud per se studiosē requirant, eos q suo auxilio indigent. Id qppe curare rectissimè dicitur, ita.n. diligenter, & magno cū studio istud operabitur. Nāq; ea res non tantū emolumenti eis parit, q beneficiū sumunt, quantum eis q impendunt: qppe confidentiam illis ad deum uberrimā ꝑstat, & lucra acquirit ingentia. Illic uerò pugnæ fructus nullus est, hæreticum.n. dicit difficilè corrigi. Quemadmodū uerò magnæ desidiæ, magnæq; socordię est, eos despicere, quos immutādos in melius nō despamus: ita eos q desperabiliter lāguent curare cōtendere, stultitiæ ingētis est, atq; extremæ demētiæ. Quippe ex ⌈*nostri* hoc pl⁹ illis audacię, ac temeritatis adijcitur. *Discat autem*, inquit, *&* ⌈*uestri*⌉ *bonis opibus ꝑesse in usus necessarios, ne sint infructuosi.* Vides ubiq; ut illorum magis q̄ accipientiū beneficiū illi curæ sit. Licebat.n. inquit, illos fortasis multis ex partib. enutriri, sed nostrorū curam habeo. Quānam, q̄so, utilitate? Nēpe.n. si thesaurum effodientes, doctores alij enutrirent, his nihil emolumenti acqreretur, infructuosi enim pmanerent. Nam poterat xp̄s, qui ex quinque M panib. tam multos fecerat, atq; ex septē item innu- Ioan.6.a.
meros multiplicauerat, ⌈nutrire seipsum, & eos q se- Mat.15.d
cum erant. Cur igitur à mulieribus pascebatur? Seq̄- Marc.
bantur.n. eum, inquit, ⌈nonnullæ mulieres, q̄ illi mi Act.17.a.
nistrarunt: ut nos profectò doceret, se illorū in primis curam gerere, qui beneficia inferrent. Nō poterat Paulus, q & alijs manuum suarū ministerio uictui necessaria suppeditabat, ullis alijs ex locis accipere? At uides ipsum & accipientē, & exigentē. Sed audi quare: q̄rit.n. non datu, sed fructū. Et in ipsis quoq; initijs fidei, cū fideles oīa sua uenderent, & ad pedes apl̄orum precia ponerent, uide ut apl̄i ipsorum magis, q̄ accipiētem habuerint curam. Si.n. tantummodo pauperum curam habuissent, nullā Acto.5.a.
profectò Sapphiræ, & Ananiæ ultionē expetissent, quando illi pecunias fraude subduxerant, nunquā prohibuissent iniustè q̄sita susc̄ipere, nunquā prece 2.Co.9.b
pisset Paulus, dicēs: Nō ex tristitia, aut ex necessitate. Quid dicis Paule? Nū pauperū beneficentiā impedis? Absit. Non.n. inquit, q̄ illorum sunt hinc cōsidero, sed largitatem ꝑstantium. Intuere autem & prophetam cum Nabuchodonosor regi cōsuleret,

A optimamq; illi sententiam promeret, non paupum
Dani. 4 f. tantū curam habuisse: neq;.n. dixit simpliciter, Pau
Mat.19.c & Marc. 10.b. & Luc.18.d peribus da: sed, peccata tua eleemosynis redime, & iniqtates tuas miserationib. paupum. Pecunias, inquit, exhauri, non ut alij nutriantur solū, sed libere
⌈ideo præceperit, ut xp̄m sequeretur ris ipse supplicio. & iterum ipse xp̄s: Vēde inqt, quæ tua sunt, & da pauperib. & ueni sequere me. Vides ut illic quoq; ⌈necessariò intelligendum relinquatur. ⌈Quia.n. pecuniæ impedimeta sunt, idcirco dā
Lucæ.6.e das pauperibus iussit. Docet aīam clementem esse & misericordem: pecunias contemnere admonet, instruit à cupiditate discedere. Qui.n. didicerit non habēti dare, tēpore ipso docebitur ab his, q habēt, minimè accipe. Hoc deniq; deo similes facit. Et certè uirginitas plus habet laboris, ieiuniumq;, & reliqua sanēti propositi austeritas: uerū nihil tantum habet uirium ad extinguenda peccatorū incēdia, quantū eleemosyna. Hæc nempe maior est oībus, ad ipsum regis soliū amatores cōstituit suos. Et meritò sanè: uirginitas nāque, & ieiunium, & terrenus
B lectulus facieti solummodo prodest, neminē uerò alium saluat: at uerò eleemosyna ad oēs usq; pertin
⌈*Officia autem in multorū utilitatē collata, lōge sunt ꝑstatiora, quàm q̄ in unum contrahūtur.* git, mēbraq; complectitur xp̄i. ⌈Porrò eorum, q̄ ubique uagātia complectitur in unū, maior longè uirtus est. ⌈Hęc.n. charitatis est mater: charitatis inquā q̄ est proprium Christianæ religionis insigne, per
Act.4.g. quam discipuli xp̄i noscuntur. Hæc nostrorum scelerum medicina est, hæc aiæ nostræ sordes emundat, hęc scala, q̄ in cœlum usque porrigitur, hęc xp̄i cōnectit corpus. Vultis nosse, quantū hæc in se habeat boni? Sub apl̄is ipsis uendentes hæc oia q̄ sua erant, ⌈distribuebant unicuique sc̄dm qd opus habebat: ut interim futura omittamus, nec de cœlesti regno uerba faciamus, cæterùm sc̄dm ꝑsens seculū communi quodam sensu iudicemus. Dic obsecro, qui sunt q lucrantur? Qui dant, an q accipiunt? Illi nempe murmurant, & corrixantur adinuicem: hi
Ibidem f uerò unam aīam habent. Erat.n. inquit, cor unum, & aīa una, & gratia erat in oibus illis, magnoq; & profectu & utilitate uiuebant. Vides quòd & hinc illi potius lucrabātur. Dic agè, quorum ipse esse uelis, ex numero eorū, q̄ sua abiiciunt, & nihil habēt, an q aliena susc̄ipiunt? Intuere eleemosynæ ⌈materiam. ⌈Quæ antea disuncta erant conuenēre, atque impedimenta oīa sublata sunt, & continuò ipsorū aīæ coniunctæ, atq; connexæ sunt. Oium, inquit, erat cor unum, & aīa una: ita etiā sine eleemosynæ fructu, exinanire pecunias nō minimū in se habet lucri. Ista interim dixi, ut qui hæreditatem à maioribus p successionis seriem non acceperunt, minus doleant, minusq; tristes sint, quasi minus aliquid q̄ diuites habeant: longè qppe, si uelint, maiora habituri sunt. Nanq; & eleemosynā facilius erogabūt,
Mar.12.d & Luc. 12.a. quemadmodum & illa euāgelica uidua dedit duo minuta, & nulla aduersus proximū illis inimicitiarum occasio subest, suntq; oībus liberiores. Nullus ei, q hmōi est, bonorum publicationē intētare poterit, quippe celsior euasit, q̄ ut id perpeti queat. Et quemadmodum eos, q nudi effugiunt, nemo facilè tenere potest: q uerò uestimenta post se trahit, eū quilibet citò apprehendit: eadem ratione & diues, & paup existimandus est. nā ille quidē etiamsi capiatur, diffugere facillimè poterit: hic autē & si nō teneatur, suis compedib. irretitur, curis innumeris, desiderijs, ac perturbationibus reliquis, quippe oīa
D ista obruunt aīum: neq; ista solū, uerùm & alia plurima, q̄ ex diuitijs oriūtur. Nanq; & difficilius diues modestus erit, q̄ pauper: & simplicem agere uitam, atq; iram euadere longè hic facilius poterit, q̄ ille. Sed fortasse, inqes, maiorem hunc mercedem habiturum: absit. Cur id? Quia istas ipse sibi difficultates imposuit. Neq;.n. imperatum est diuitem fieri, sed contrà penitus. Si igitur ipse innumera scandala, & impedimenta q̄siuit, alij non modò pecunias deponunt, uerùm & corpus, ut plurimū macerant, ut angustā incedāt uiam: tu autē ꝑter illas difficultates, et uitijs fomenta ministras, & alia tibi circundas. Latam igitur ingrediaris uiam, illa.n. est, quæ hmōi susc̄ipit. Porrò angusta eos accipit, qui ꝑmūtur, qui angustantur, qui nihil oneris ferunt. Cæterùm hæc sola onera per ipsam transire phas est, eleemosynam, benignitatē, humilitatē, mansuetudinē. Si ista comportes, facilè ingredi poteris. Quod si tumorem animi, & spinarū farcinam, diuitias. s. inferre uolueris, magna tibi latitudine opus erit. Neq;.n.
E in turbam irrumpe poteris, qn alios ferias, si hmōi premaris onerib. magnoq; interuallo necesse est ut disiungaris à cæteris. Etenim qui aurum & argentum ⌈desert, non uirtutes. s. & actus probos, hic non modo non fugientes proximos offendit, sed ꝑpotè propinquantes, atq; una seruare studentes. Porro si diuitię ipę spinę sunt, qd cupiditas erit? Cui⁹ rei gratia eam tecum infers? Vt maiorem incites flammā, & igni fomenta ministres. Quęso, non sufficit gehennæ ignis? Considera tres pueros, qūo fornacis incēdia superauerunt, ignem illum puta fuisse gehennā angore & pressura circundati in eā insilierunt. Vincti erant, adacti compediti, sed plurimam intus inuenerunt latitudinem. Non ita sanè, qui extrinsecus propè fornacem adstabant. Eiusmodi profectò quidem & hæc uita parturiet. Si uolumus aduersus tentationes psistere fortiter, atq; uiriliter, si intēdamus in deum spem oēm, atq; ad eum animū dirigamus, erimus nos quasi in latitudine: q uero nos in hmōi Eccl. 10.
pressuras iniecerint, ipsi peribunt. Qui enim fodit b.
foueam, ait, incidit in eam. Siue illi manus, siue pedes uinxerint, pressura nos absoluere potest. Intuere, quæso, miraculū, quos hoies uinxerāt, eos ignis
F absoluit. Quemadmodum.n. si quis amicorum seruis commendauerit aliquos, illi amicitiam reueriti domini, ipsos non modò non lædunt, sed maximo honore prosequuntur: ita & ignis ille, postq̄ domini sui amicos esse cognouit pueros illos, & eorū dirupit uincula, & ipsos absoluit, atque dimisit: ipse illis pauimentum fuit, atq; ab eis calcabatur. Et nimiū id qdē cōuenienter. Nam pro glia dei in illum fuerant cōiecti. Quicunq; igitur inter pressuras sum⁹, hoc teneamus exemplū. At illi, inquies, pressura liberati sunt, nos autē nō. Dignissimè oīno. Quia.n. illi non ita, in fornacem immissi erant quasi liberandi, sed oīno morituri. Audias enim eos licet, dicentes: Est deus in cœlo, qui eruet nos: & si non, notū Dani. 3.c
sit tibi rex quòd deos tuos nō colimus, & imaginē auream, quā statuisti, non adoramus. Nos autē ueluti curiosē agentes, dei disciplinam discutere audemus, tempusq; pressuris ꝑfigere, dicentes: Nisi usq; ad id temporis misertus fuerit, idcirco minimè liberamur. Nempe.n. & Abraham non quasi incolumē filium recepturus, dei monitis obtemperare pergebat: sed ut reuera illum deo libaturus, atque ideo

G preter ſpem, incolumem recipe meruit. Et tu igitur cùm in preſſuras incideris, ne feſtines in tempora eductionis, præpara animam tuam ad omnem tolerantiam, & cito ea preſſura liberaberis. Idcirco.n. hanc inducit deus, ut eruditi. Cùm igitur ab ipſis initiis ferre abſque mœrore didicerimus, remittet iam, requiémque præſtabit, quaſi omnibus cõſumatis. Volo uobis exempli gratia narrare aliquid utile, nimiumq; neceſſarium. Quid igitur hoc eſt? Cùm perſecutio aliquando ferueret, bellúmque immane, atque uehemens aduerſus eccleſiam concitatum eſſet, duo comprehenſi ſunt uiri: ex his alter q dem paratus, ac promptus erat omnia perpeti: alter quidem & ipſe ſibi abſcindi quidem caput alacriter paſſurus erat: cæterùm tormenta alia metuere, ac tremere uidebatur. Intuere obſecro, diuiq; bonitatis ineffabilem diſpoſitionem. Cùm iudex pro tribunali ſediſſet, eum quidem, qui paratus erat ſubire tormenta omnia, capite truncari iuſſit: illum uerò, qui trepidaturus ad tormenta uidebatur, attolli in ſublime, & ungulis laniari præcepit. Neque id ſemel, aut ſecundo, ſed per omnes ferè ciuitates, cùm eum uinctum ſecum iugiter duceret. Cur id, quæſo, permiſſum eſt? Vt ſcilicet animi ipſius negligentiam, atque ſocordiam per tormenta fugaret: ut formidinem, omnémque excluderet metum, ut iã non trepidaret, aut tremeret, fortiórque per quotidianas pſecutiones euaderet. Ioſeph item cùm carcerem egredi properaret, tunc maximè illic immorari permiſſus eſt. Audi nãque ipſum dicentem: Et ego furto ſublatus ſum de terra Hebræorum, & memento, inquit, mei apud regem. Meritò & ipſe hoc paſſus exiſtimatur, quoniam dixit, memento mei: ut diſceret, hominibus non eſſe confidendum, ſed ſpem omnem in deum dirigendam. Iſta igitur ſciẽtes, gratias agamus deo, & omnia faciamus, quæ expedire cognoſcimus, ut futuris bonis perfrui mereamur in Chriſto Ieſu domino noſtro, cum quo eſt patri, & ſpiritui ſancto gloria, & impium, & honor in ſecula ſeculorum, Amen.

Gen. 40. c.

Explanationis beati Ioannis Chryſoſtomi in epiſtolam beati Pauli apoſtoli ad Titum, finis.

I

AD PHILEMONEM *argumentum.*



Primùm neceſſariò dicẽdum, qđ ſit epiſtolę huius argumentum: tum ad ea quoque ueniendum, quæ in quæſtione ſunt. Id igitur eſt: Philemõ quidam uir fidelis ac nobilis. Quòd enĩ fuerit uir tute mirabilis, ex eo ĩ primis cõſtat, quòd domus quoque eius omnis fidelis erat, atq; adeò fidelis, ut eccleſia etiã appellaretur. Quocirca ſcribit ad illũ apoſtolus: Saluta & eccleſiam, quæ eſt in domo tua. atteſtatúr autem & illi ſingularis obedientię meritum, & quòd in eo uiſcera ſanctorum quieuerunt: ipſe quoq; in hac epiſtola admonet, ut ſibi hoſpitium paret, ideo mihi uidetur illius domus, ſanctorum fuiſſe diuerſorium. Huic igitur uiro uirtute pſtanti ſeruus erat Oneſimus, qui fugerat dominum, quibuſdam rei domeſticæ compilatis. Nam quòd furatus quædam ſit, audias apoſtolum ſic dicentem: Siquid autem te læſit, aut debet, ego perſoluam. Hic ergo profectus Romã, cũ Paulũ carcere incluſum inueniſſet, doctrina firmatus apoſtoli, baptiſmatis quoq; illic promeruit gratiã. Quòd.n. baptiſma ibi ſuſcepit, ex eo liquet, qđ ait: Quem genui in uinculis meis. Scribit itaque Paulus, commendans illum domino, ut omni gratia, q̃ in ſe fuerãt admiſſa, dimitteret, eumq; ut nuprimè regeneratum gratè ſuſcipet. Sed.n.qa non deſunt, q hanc epiſtolam ſuperfluò adiectam putent: quandoquidem pro re adeò parua, pro uiro uno. ſ. conſcripta eſt: diſcant planè q hmõi ſunt, innumeris ſe criminibus dignos. Non modò.p.tam paruas epiſtolas, & pro reb. adeò neceſſariis oportuit ſcribi: ſed utinam nõ defuiſſet, q nobis aſporum hiſtoriam diligentiſsimè traderet, non tantùm quid ſcripſerint, quidue locuti ſint: ſed ut ſeſe p omnem uitam habuerint, qd & quando comederint, quando ſederint, quò ierint, quid dieb. ſingulis geſſerint, & in qbus partibus uixerint, quam introierint domũ quò nauigauerint, ubi nã applicuerint, atq; oĩa dili genter exponeret, adeò illorum oĩa eximia utilitate referta ſunt. Verũ quoniam ignorant plurimi, quãtùm hìc lateat lucri, idcirco culpare cõtendunt. Si enim cũ loca tantũ cernimus ubi ſederunt, ſeu uincti ſunt, loca inquã inanima, illuc ſæpe dirigamus aĩum, uirtutesq; illorum conſpiciamus, & expgiſcimur, & pr̃optiores euadim⁹: multò id profectò magis fieret, ſi uerba illorũ, & reliqua geſta audire cõtigiſſet. Certè de amico plibẽter qs interrogat, ubi nã degit, qd facit, quò procedit? non longè dignius de communib. orbis magiſtris id fieri decuit? Cęterũ quòd hæc epiſtola nimiũ neceſſariò conſcripta ſit, hac pterea ratiõe diſcetis. Cũ qs.n. ſpiritualiter uiuit, huius habitus ipſe & iceſſus, & uerba, & act⁹, & oĩa prorſus audientibus proſunt, nihilq; id impedit, aut prohibet fieri. Verũ q̃ neceſſariò hęc epiſtola miſſa ſit, hinc iã aĩaduertite, quantumq; in ſe habeat utilitatis. Primũ qdem nihil negligere hoc monemur exemplo. Si.n. Paulus pro fugitiuo fure, pro ſeruo tantũ prouidentiæ oſtendit, nec dubitat illũ cumulatũ tot laudib. mittere, nihil ueretur: quãtò magis nos cõuenit in hmõi quoq; non eſſe negligẽtes? Deinde ſeruilẽ conditionem deſperandam nõ eſſe, etiamſi uitiis oĩbus dederit manus, quandoquidem fur iſte, atq; fugitiuus adeò uirtutib. claruit, ut illũ uoluerit & Paulus habere ſociũ, ſcribensq; ad dominũ dixerit, ut pro te mihi miniſtret: quãtò magis liberos non eſſe deſpandos? Tertiò, ſeruos à dominis non oportere abſtrahi. Nã ſi Paulus, q ita Philemoni confidebat, Oneſimũ ſibi adeò utilem & neceſſariũ ad miniſterium tenere noluit pter ſententiam domiñi: multò ſanè magis id nobis quoq; ſeruandũ eſt. Si.n. ſeruus uirtute clarus eſt, ideo in primis oportet illũ in ſeruitute durare, dominaúmque recognoſcere, ut oĩbus q ſunt in domo, cõmodo & utilitati eſſe poſsit. Quid.n. lucernam de candelabro ſub modiũ redigis? Vtinã & eos, q ſolitudines habitant, intra urbes poſſemus includere, ut ex eis exempla ſalutis liceret haurire. Quid uerò, in qes, ſi & ipſe malus fiat? Cur, q̃ſo, fiet malus? Nẽpe q intra domum malus eſt, extra domũ deterior fiet. Nam q ſub cura domini uirtutẽ ſeruare neqt, lõgè illam minus ſeruaturus eſt, cũ à cura ſolertis domini euaſerit liber. At uerò domi ſeruile munus à maioribus illũ, à dignioribus fortaſsis abducet. Audiat beatiſsimũ Paulum optimè ſibi conſulentẽ, cũ di-

ad Philc. a.

Ibidem. c

K

Ibidem. b

L

M

1.Co.7.d A cit: Seruus uocatus es, noli curare: ſi aũt etiam potes liber fieri, magis utere: hoc eſt i ſeruitute pſiſte, ut id ſequatur, qđ eſt ſummè neceſſarium: id eſt, ne 1.Tim.6. a. uerbum dei blaſphemetur, ſicut & ipſe ait: Quicunque ſunt ſub iugo ſerui, dominos ſuos honore omni dignos arbitrentur, ne nomen dei, ac doctrina blaſphemetur. Dicturi.n. & gentiles ſunt, quòd poſſit ſeruus placere deo: aliãs.n illis neceſsitas fermè induceretur blaſphemandi, ac dicendi xp̃ianæ religionis cultum ad euertenda oĩa in hanc uitã fuiſſe inuectum, cũ ſerui auferentur à dominis, & nimiũ qdem uiolẽter. Addam & aliã huius epl̃æ utilitatẽ, docet nos ſeruos nõ erubeſcere, ſi probi ſint. Nã ſi Paulus excelſior, atq; excellentior omnib. tanta de ſeruulo loqtur, multò ſanè magis nos de noſtris id facere conuenit. Cũ ergo tam multa nobis commoda largiatur epl̃a, & certè necdum omnia diximus, audet qs adhuc ſupfluã dicere? Quantę iſtud, quæſo, temeritatis eſt? Intẽtè igitur audiamus obſecro, quæ Paulus ſcribit. Si enim tanta in ipſo ueſtibulo lucrati ſumus, plura profectò ex ipſa lectionis B lucrabimur ſerie.

HOMILIA PRIMA IN *epiſtolam ad Philemonem.*

P *Aulus uinctus Ieſu Chriſti & Timotheus frater, Philemoni dilectiſſimo, & cooperatori noſtro, & Appiæ ſorori charisſimæ, & Archippo commilitoni noſtro, & ei quæ in domo tua eſt eccleſiæ, gratia uobis, & pax à deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto.* Pro ſeruo hæc ad dominum ſcribit in quibus ab ipſo ſtatim exordio illius prudentiã ſuſcipit, nec ſinit erubeſcere. Extinguit irã, uinctumq; ſeipſum uocans, compungit & contrahit, atq; ad cognitionem ſui penitus reuocat, pſentiaq; omnia nihil æſtimare perſuadet. Si.n. iniecta pro Chriſto uincula, non pudori, ſed gloriæ ſunt: quantò minus ſeruitus probro erit? Hęc aũt loquitur, nõ ut ipſum p̃dicet, aut merita ſuæ uirtutis extollat, ſed ut illius cõmodis conſulat. Oſtendit dignitatem ſuã, non ſui gratia, ſed ut gratiam facili⁹ *Phili.1.b et 2.Tim. 2.b* referat. ac ſi dicat: Propter uos hæc uincula tolero, quemadmodũ & alio in loco dixit. Verũ illic prouidentiam, curãq; monſtrauit: hic autem dignũ ſe, *Gal.6.g.* C cui fides haberetur, oſtẽdit. Nihil ea gloriatiõe ſublimius. Ego enim, inqt, xp̃i ſtigmata porto. *Vinctus Chriſti.* Propter ipſum qppe fuerat uinctus. Quis iã non reuereatur? qs non exhorreat, Chriſti audiens uincula? quis non & animã poneret, huiuſce reuerentia nominis, nedum ſeruulum unum? *Et Timotheus frater.* Aſſumit & alterum ſecum, ut à pluribus oratus facilius cedat, & gratiã tribuat. *Philemoni charisſimo, & cooperatori noſtro.* Si charisſimus, nõ audaciæ, nec; temeritatis eſt fidere, ſed amicitiæ ſingularis indicium. Si coopator itidem eſt, nec pro hmõi exorari facilè debet, uerũ & gratias agere. Nã ſibiip ſi profectò largitur, cũ commune, atque idem ædificet opus, ut etiam ſi non rogeris, alia te neceſsitas urgeat pſtare, qđ poſceris. Si.n. euangelio utilis eſt, cũ tu euangelij miniſter ſis, non rogari, ſed rogare debes. *Et Appiæ dilectiſſimæ.* Vxor Philemonis, quantum ego arbitror, hæc fuit. Intuere diligentius humilitatem Pauli. Timotheum aſſumit ſecum precatorem, nec modò uirũ deprecatur, ſed ẽt uxorem, & alium quendã neceſſarium. *Archippo commilitoni noſtro,* inqt. Non iſta imperio, & authoritate impetrare uult, & quidem cùm iure ſuo poſsit: neq; dedignatur, ſi non continuò ſibi pareatur, uerùm ac ſi ignot⁹ ignoto ſcriberet, & alios itẽ rogat, ut ſe pro ſeruulo precantem iuuent. Nõ modo.n. à plurimis rogari, uerùm & ad plurimos offerri preces multũ habet uirium ad impetrandum. Idcirco ait: Et Archippo commilitoni noſtro. Si militiæ ſocius es, in his quoq; te ſocium exhibeas neceſſe eſt. Archippus autem iſte eſt, de quo ſcribit Coloſſenſib. dicens: *Coloſ. 4. d.* Dicite Archippo, uide miniſterium, quod accepiſti in domino, ut illud impleas. Videtur autem mihi inter cæteros eccleſiaſtici ordinis uiros fuiſſe numeratus: hunc itaq; aſſumpſerat ſecum, & commilitonẽ uocat, ut opem pro uirib. ferat. *Et eccleſiæ quæ in domo tua eſt.* Nec ſeruos qdẽ hic omittere uoluit. Sciebat.n. ſæpe fieri ut ſeruorum uerba domini ſententiam immutarent, idq; tunc maximè, cũ pro ſeruo rogatur, cùm illi fortaſsis in primis aduerſus eũ irritauerint dominum. Non ita permittit eos dare inuidiæ manus, dum eadem appellatione, qua dominos honorat: ſed ne dominum qdem indignari E ſinit, dum illos nominatim appellare omiſit. Nam ſi ſeruos quoq; notaſſet ex nomine, iuſta indignationis cã domino non defuiſſet. Et uide quanta ſit uſus prudentia, ut illos memorãdo ita honoraret, ut dominus nihil haberet, quod ſuccenſere poſſet. Nanq; non ſinit eccleſiæ nomen indignari dominos, ſi ſeruis connumerantur. Non.n. nouit eccleſia, domini ac ſerui differentiã. Cęterùm ex probis & improbis actib. utrunq; diſcernit. Si igitur eccleſia eſt, noli ferre indignẽ, quòd tecũ appellatus eſt ſeruus. In Chriſto.n. Ie'u non eſt ſeruus, neq; liber. *Gal. 3.d.* *Gratia uobis & pax.* Admonet illum per hęc peccatorum ſuorum. Conſidera, inqt, quanta tibi donauerit deus, qũo gratia ſaluus effectus ſis, imitare dominum tuum. Dimittere ille debitorib. noſtris in *Matt.6.b* oratione nos docuit, ſi uolumus ab ipſo & noſtra nobis dimitti. Si igitur imitari illũ ſtudeam⁹, pmanet in nobis gratia: ſin aũt, illã amittim⁹. Nã & ſer- *Ibi.18.d.* uus ille quãdiu immittis in conſeruũ non fuit, neq; centũ denarios exegit, pmanſit dominica in eo gratia: ubi uerò debitũ ſumma improbitate req̃ſiuit, tunc iam ſublata gratia tortoribus traditur.

F

Morale.

Iſta cogitantes, miſericordes eſſe ſtudeamus, & his, q in nos peccãt, ignoſcere facilè aſſueſcem⁹. Cẽtum qppe denarij ſũt, quicqd in hoc ſeculo admitti in nos põt: q̃ uerò in deũ peccauimus, ipſa decẽmilia talenta ſunt. Noſtis.n. peccata etiam pro pſonarum qualitate diſcerni, Exempli cã: Non.n. ęqualiter peccat, q priuatum, & q principem iniurijs uiolat, eò quòd maior offenſa ſit, quòd is qui contumelias patitur, principib. cæteris eminet, ac longè grauior, ſi is fuerit rex. Atq; iniuria qdem eadem eſt, cæterùm augetur pro dignitate pſonæ. Quod ſi is, qui in regem iniurioſus eſt, pro excellentia pſonę meritò intolerabiliter cruciatur: q in deum peccat, quã- ⌜*quæ nõ tantũ ob pſonæ dignitatem magna ſint, ſed etiã ipſa natura.*
tis afficiendus eſt pœnis? Itaq; & ſi eadẽ in deũ peccauimus, q̃ in homines, ne ſic quidem ulla peccati parilitas eſt: ſed tanta eſt utriuſq; culpæ differẽtia, quantũ inter deum & hominem diſtat. At nũc plura eſſe peccata comperio, ⌜non tantũ dignitate perſonæ, ſed numeri quoq; ipſa cumulatione. ⌜Et licèt terribile nimiũ ſit, pauẽdũq; quod dicimus: neceſ-

Gsario tamen dicendū est, ut animū nostrū concutiat, & magis, magisq; perterreat. Longè. n. magis hominem, q̄ deum & metuere & honorare conuincimur. quòd ita cōsidera: Qui adulterij scelus admittit, deum se uidere, non ambigit, sed eū sanè cōtemnit. Sin aūt homo aliqs uideat, libidinis impetum cohibet: nonne præfert hoies deo? nō impiè in deū est contumelios⁹? At qd multò funestius est, contemnit istum, illos reueretur: Nā siqdem ab illis uideri se putat, cōcupiscentiæ continet flāmam, imò nō flāma illa, sed cōtumelia dicenda est. Si. n. ſ mulieri cōgredi esset licitū, ſ meritò ea res flāma diceretur: at nunc insania, & cōtumelia uerius dicitur. Videt igitur hoies, & insania desistit: dei autem patientiā ſpernit, longanimitatēq; non curat. Alius itē furari pergit, sceleris sibi conscius est, & hoies qdē fallere nititur, purgare se criminib. pergit, ac defensioni suę probabilem faciē adiicit. Deum uerò quē fallere nequit, non curat, neq; honorat, neq; reuerebitur. At si quidem iusserit rex alienis abstinere pecunijs, imò nostras exponere, oēs promptè ac libēter

H obtemperamus: iubet autem deus aliena non rapere, nec paremus. Vides ut hoies deo in honore præferimus? Grauia sunt hæc, auditu q̄ molestissima: sed ope ostēdite, q̄ grauia sint, crimenq; horrendū uitare curate. Alioq; quo pacto uobis credere possum, dicētib. uerba ista: Metuim⁹, & aggrauas nos. ipsi uos magis ꝓgrauatis criminū onere: nā uerba non grauant. At ego si quidem uerbis annuncio, q̄ uos factis ostēditis, indignè & grauiter fertis: id uerò perq̄ sit iniquum, cernitis. Atque utinā ego ista mēdaciter prosequar: cupio nēpe ipse in die illa mihi crimē impingi, quòd uos frustra culpauerim, q̄ cernere tanti criminis reos. Nō solū aūt ipsi homines præfertis deo, uerū & alios cogitis. Nā & seruos plerique compulerunt & liberos. Alij qdem matrimonio nolentib. copulauerūt, alij uerò ministerijs pessimis obsequi, & impuris amorib. rapinis, cæterisq; scelerib. cogunt, ac duplici se onerāt crimine, ut iam neq; necessitatis ꝓsidio se tueri possint. Nā si ipse perperā inuitus facias, principis quoq; imperijs obsequens, ne sic qdem erit iusta defensio: sin

I uerò cogas alios ppetrare eadem, peccatum longè grauius, ac funestius fit. Quam. n. iste iam sperare ueniam potest, q alienæ ēt perditionis author est? Hæc dixerim, non damnare aliquem uolens, sed ostendere, q̄ multa deo debeamus. Si n. cum pari honore hominem, deumq; prosequimur, iniuriā facimus deo: quanto magis cùm illi homines in honore ꝓferimus? Quòd si ea quoq; peccata, q̄ in homines fiunt, ſ in deum potius admissa noscūtur: quāto magis peccatum ipm, quo in deū peccamus, mole sua nos obruit? Seipsum q̄sq; si diligenter examinet, inueniet se cūcta hominū gratia facere. Quam uerò fœlices essemus, q̄ beati, si quāta pp homines gerimus, tāta pp deum ageremus? Et ibi certè nihil aliud quærimus, quā gloriam, reuerentiam, fluxa omnia, & temporalia: ex deo autem nihil nisi æternū, nihil immortale referimus. Si igitur deo tā multa debemus, dignū est, ut, tota animi alacritate his, q nos læserint, peccata donemus, ut maiorem inde gratiā referamus. Pellatur ex animo rancor omnis, malorūq; memoria ppetua obliuióe deleatur. Nāq; ad impetrandā nostris scelerib. ueniam, non pecunias impēdere, nec aliud aliqd hmōi facere necesse

K est: sola sufficit bonæ uoluntatis integritas. Nō opus est in longinqua peregrinando transire, nec ad remotissimas ire nationes, nō pericula, nec labores tolerare, sed uelle tantūmodo. Quā ergo excusationem habituri sum⁹ in his, q̄ uidentur esse difficilia, quādo rem tanti lucri, tātæq; utilitatis, nulliusq; laboris ppetrare negligim⁹? ſ Non potes pecunias cōtemnere?] nō potes egenis res tuas distribuere? nō potes boni aliqd uelle? nō uales remittere in te peccāti? Nā si tantorū nō esses scelerum reus, solūq; iuberet deus in te peccāti dimittere, nonne protinus obtēperare debueras? Nūc aūt cū tāta debeas deo, proximo dimittere negligis, iubente deo. Si fortè nos uenerimus ad debitorē nostrū, oī ille nos officio susc ipit, honorat, & largissimè officia humanitatis impendit: idq; cū à fœnore nō absoluatur, ut nos. ſ. morās ad prorogandū sibi hmōi officijs prouocet. Tu qui tā multa deo debes, dimittere iuberis, ut plura recipias, & detrectas? Cur id quæso? Me miserū, quāta est in nos benignitas dei? quāta nos ingratitudinis signa ꝓferimus, q̄ tepidi, q̄ segnes sumus? Facillima profectò uirtus est: non hic uiribus L corporis, non opib. non pecunijs, non potētia, nō amicitia, non alia quauis re opus est, solū uelle sufficit, resq; tam utilis, tamq; necessaria protinus mādatur effectui. Cōtristauit te quispiā, & probris ac iurgiis affecit, cogita q̄ multa similia tu in alios, atque in ipsum dominū admiseris: sicq; eris ad ueniā pronior. Consid era qd orans loq̄ris: Dimitte, inqs, *Mat. 6.b* nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib. nostris. Aiaduerte quo te pacto constringas. Nisi dimittas, dicere hoc tutè non ꝑuales. Porro si dimiseris, hoc quasi debitum repetis, non ex natura rei, sed ex bonitate donātis ⌜Et ubi nō illuxit æ- *⌜Et ubinam.* qualis benignitatis iudiciū, ut q conseruis dimittit, eorū q̄ ipse peccauit in dominū, ueniā referat? Hac tamē tā singulari benignitate nos fruimur, qa creditor noster diues est in misericordia, & miserationibus. Cæterū ut ostēdā tibi, & absq; his, ēt sic nō remissione potiaris, multū te solū remittendo lucrari: cogita q hmōi est, q̄ multos habeat amicos, utq; per ora oium eiusce uersentur laudes. Quā bonus uir, q̄ ad reconciliationē & misericordiā facilis, in- M iurias obliuisci gloriosum existimat: simul atq; uulnus excipit, curatus est hmōi uir: si quis fortè casus & tristis euētus excipiat, qs nō misereatur? quis nō peccanti protinus indulgeat? quis pro alijs petēti, gratiam deneget? quis tā boni animi amicus, atque obsequens esse non cupiat? Ita obsecro, cūcta huic faciam⁹, neq; modò in amicos & proximos, uerū & in famulos quoq; misericordes simus. Remitten- *Eph.6.b.* tes. n. inquit, minas, sciētes qa & uester dominus in cœlis est. Nempe. n. si proximis nostris peccata dimittamus, si faciam⁹ eleemosynas, si humiles sim⁹, qppe & hoc nos peccatorū onere leuigat: si. n. publicanus cū diceret solū, Deus propitius esto mihi *Luc. 18.c* peccatori, iustificat⁹ descēdit: & nos quoq; si humiles, contritiq; fuerimus, magnā diuinæ pietatis pro merebimur gratiā, si confiteamur pcta nostra, nosque ipsos reprehēdere nō desistamus. Si inquā, hęc oia fecerimus, multū scelerū ac sordiū nostrarum diluemus. Sunt. n. plurimæ q̄ nos expurgant uiæ. Omni igitur ex pte diabolū expugnare ſtudeam⁹. Nihil difficilè dixi, nil graue, nil molestū. Remitte ei q te lęsit, egeno miserere, humilia aiam tuā. Quā-

libet

⌜in deum admissa, multò maiora esse ostendātur: quantò magis tūc cū ēt peccatū ipsa qualitate maius ē?

⌜Non liceret mulieri uti.

A libet maxim⁹ pctōr sis, audeo dicere, cœlesti regno donaberis, cùm per hmōi opera & ipsa excipies crimina, & oium scelerum maculam diluas. Contingat utinam nos oēs, enudata p confessionē conscientia, omnique detersa criminum labe, repromissis illic perfrui bonis, & benignitate domini nostri Iesu Xpi, cum quo est patri sanctoque spiritui glia, honor, impium, nunc & semp, & in scla sclorum. Amē.

Homilia secunda.

Gratias ago deo meo semper, memoriam tui faciens in orationibus meis, audiēs charitatem tuā, atque fidem, quam habes ad dominum Iesum, & in oēs sanctos, ut societas fidei tuæ efficax sit in agnitione omnis boni, quod nobis est in Christo Iesu, &c. Non statim ab exordio, ipsisq; principijs gratiā flagitauit, sed anteà uirum admirat⁹, eiusque uirtutes dignis prosecut⁹ laudib. cū charitatis & in eum suæ nō paruum addidisset argumentum: quòd semp in orationib. suis ei⁹ meminisset dixissetque quòd multi in eo reqescerēt, quòdque in omnib. obtēperaret & cederet: tūc & ipsam postremò postulat gratiā, eo ipso facilē sibi aditum parans. Nam si alij ex illo, q̄ postulāt, cōsequūtur: ſogè id magis debuit Paul⁹. Si ante alios ueniēs audiri meruerat: multò sanè magis cū alijs, & post alios pergēs, cùm in primis non pro se rogaret, sed pro alio. Deinde ne uideretur hui⁹ tantū gratia scribere, quasi nō aliās scriptur⁹, nisi Onesimus impelleret: uide q̄ prudēter & alias eplæ adiecit causas. Primū quidē ipsius charitatem insinuat, Deinde parari sibi ēt iubet hospitium. *Audiens*, inquit, *charitatem tuam.* Non uulgaris hæc laus est, sed insignis planè, maiorque q̄ si corā se uidisset. Cōstat. n. hanc uirtutē, nisi in eo fuisset eximia, non adeò potuisse innotescere, ut ad ei⁹ quoque aures pueniret, cū tanta utrunque terræ marisque intercapedo dirimeret. Nam hic, ut mihi qdē uidetur, in Phrygia fuit: cuius rei indicium Archippus est, de quo scribit Colossensib. Quippe Colossenses Phryges sunt, *Colo. 4.d* ad quos scribēs Apls ait: Cùm lecta fuerit apud uos epla, facite ut & in Laodicensium legatur ecclesia, *⌜ex Laodicea est.* & eam quæ ⌜ad Laodicenses ⌜ipsi legatis. Porrò hæc Phrygiæ ciuitas fuit. Oro, inqt, ut societas fidei tuæ C efficax sit. Vides ut anteq̄ gratiam postulet, maiorē longè ipse præstiterit: *Vt*, inquit, *societas fidei tuæ efficax sit in agnitione omnis boni, q̄d in uobis est in Christo Iesu.* Hoc est, ut oēm uirtutis speciem impleas, nihilq; *Iacob.2.d* tibi deesse patiaris. Ita enim fides efficax est, si habeat opera. Nam sine operibus fides mortua est. Nec ait, fides tua: sed, Societas fidei tuæ: illū sibi ipsi coniungens, & unum corpus ostendens, atque hoc ipso illum maximè, aptissimèque conueniens. Si socius, inqt, es in fide, debes esse & in cæteris socius. *Gaudium n. habemus, & multam consolationem in charitate tua: quoniā uiscera sanctorū requieuerunt p te frater.* Nihil ita mouere eius animum pōt, ut beneficia in alios cōicata retexere, maximè cùm eis hic longè dignior, & uenerabilior sit. Non quidē ait, cùm hæc alijs facias, quantò magis mihi denegare nō debes, quod cęteris præstas: sed hoc ipsum tamen alijs uerbis admonuit, lenius id quodāmodo, & gratius expetens. Tu mihi, inqt, dedisti fiduciam postulandi ex his q̄ in alios contulisti. *Et multam*, inquit, *consolationem.* Id est, non solùm lætamur, sed etiam consolamur: membra. n. nostra illi sunt. Si igitur tantā oportet esse concordiam, consonantiámque mem-

Tomus quartus.

brorum, ut in aliorum requie, hi quoque qui in tri- D bulatione sunt, qetis exortes, illorum tamen gratia exultēt, quasi in totum corp⁹ manāte qetis beneficio: quāto magis & tu nobis requiē tribuisti? Neq; uero ait: quoniā cedis, quoniā obtēperas: sed multo quidem uehemētius, atque expressius: *Quoniam*, inqt, *uiscera sanctorum per te requieuerunt.* Ac si. n. paruulus charus nimium, atque amabilis parētib. sit: ita charitas & affectio, & indulgētia liberalis, eum indicat à sctis nimiū fuisse dilectum. *Idcirco*, inquit, *magnam habens in Christo fiduciam.* Inspice, quæso, q̄ cautus incedat. Nequid. n. maxima licēt ui charitatis expressum, auditorē fortè feriret, atq; ideo grauiter ferret: ideo anteq̄ diceret, imperādi tibi, quia id graue uidebatur, ac licēt ex charitate prolatum curare potius posset, ex abundātia tamē, magis secura præmunit, dicens, fiduciā habens: qd profectò Philemonē magni esse meriti indicantis est. ac si dicat: fiduciā tu nobis dedisti, neque hoc solū, sed ⁱ xp̄o. Nō ideo quòd sis in seculo clarior atque potētior, de te ista ꝑsumimus: sed pp fidem, quam habes in Christum. Sicq; demum addit, *Imperandi tibi:* etiam E ne id quidem solum, *sed etiam quod expedit:* hoc est, rationabilem rem. Et inspice obsecro, quàm multis ex locis sibi ad cor eius aditum parat, inquit, & meipsum beneficijs foues, & pp Christum: & quia res rōnabilis est, & quia charitas dat, *Propter quam magis obsecro.* ac si dicat: Scio quidē quòd etiam imperans facilè efficiam quod intendo, quod ex præcedentibus tuis operibus colligo: sed quia mihi huius rei magnū studiū est, obsecro. Vtrunque simul ostēdit, quòd & ⌜sibi ſ confideret quia imperauit: & *⌜ipſi* quòd ea cura uehemēter sibi cordi eēt, obsecrat. n. *Talis*, inquit, *existens ut Paulus senex.* O ineffabilem bonitatem. quātis hunc modis aggreditur, quot ex partibus exorare pergit? ex personæ qualitate, Paulus. n. ex ætate, qa senex: ex eo quòd omnib. iustius potetiúsque persuadet, *Quoniam uinctus Iesu Christi.* Quis oro, hmōi athletā innumeris uictorijs clarū non obuium exciperet manibus? Quis intuens uinctū pro Christo, nō ei innumeras deferret gratias? Cùm itaque tā multis modis illius ꝑparasset, ac mitigasset animum, non cōtinuò adiecit nomen: sed post F hmōi adeò insignem admonitionē differt adhuc. Nostis quippe dominorum aduersus fugitiuos seruos indignationē, & maximè si re familiari expilata diffugerint: quanliber illi mites fuerint, ex accepto detrimento ira succrescit. Hanc igitur modis oibus lenire contendit. Ac primum ꝑsuades omnia quæcunque illa sint alacriter subministrare. Cū iā animum ipsius ad oēm parasset obedientiam, tunc iā qd uelit, adiungit, & dicit: *Obsecro te.* Et adijcit laudes cùm infert, *Pro filio meo, quem ego genui in uinculis meis.* Rursus uincula exornat, ac tum demū nomen apponitur. Non mō. n. extinxit iram, uerùm & magna iucunditate repleuit. Nequaq̄, inquit, illum uocarem filium, nisi esset ualde approbatus, & utilis. Illū denique, ac Timotheum eodē appello nomīe. Vbi uerò plurimis in locis suū declarasset affectū, ex partus quoque tpe sui reuerentiā indicit. Vinct⁹, inqt, illum genui: ut ex hoc amore dignior honore cēseatur, quod esset inter ipsa certamina, & in ipsis pro xp̄o tentationib. ædit⁹. *Onesimo, quid tibi aliquando inutilis fuit.* Vide q̄ prudēter ipsius delictū cōsite tur, ut eoipo extinguat iracūdiā domini. Scio, inqt,

G quòd inutilis fuerit, *Nunc aũt et tibi et mihi utilis erit.* Non ait, nunc aũt tibi utilis erit, ne ille non crederet: sed personam quoq; introduxit suam, ut ex hoc ille dignius sperare meliora potuisset. Nunc aũt, inquit, & tibi & mihi utilis. Si.n. Paulo futur⁹ est utilis, qui tantam uirtutis & perfectionis diligentiam exigit, quanto amplius domino? *Quem remisi ad te.* Et hac ex parte iracundiã mitigat, cũ illũ in manus domini tradit. Tunc.n maximè domini indignari solent, cũ sibi pro absentibus preces porriguntur. Hoc igitur ipsum in primis est, qđ eius aĩum, furorémq; cõpescit oẽm. *Tu autem ipsum suscipe,* ⌜*ut*⌝ ⌜*uiscera mea.*⌝ Et hic rursus non simplr posuit nomen, sed etiam uocẽ adhortantis adiecit, quæ longè plus habet uirium, q̃ si filium diceret. Dixerat filium: dixerat, quem in uinculis genui, ut ex eo maximè uideretur amabilis, quòd eẽt in pressuris & in tẽtationibus genitus. Quòd.n. illis maximè filijs efficiamur, quos inter pericula, uel etiam post euitata pericula gignimus, testimonio scripturæ cõprobatur, quæ Beniamin delicatũ patri Iacob filium ex eo manifestat, quòd hũc moriẽs mater ediderit, appellauitq; Beniamin: hoc est, filium doloris mei. Tu aũt ipm, inquit, ⌜*ut*⌝ uiscera mea suscipe. Et ex his uerbis magnitudinem charitatis ostendit. Non ait, recipe: nõ dixit, ne irascaris: sed, suscipe: hoc est, nõ mõ ueniã, sed honorẽ quoque promeretur. Est.n. Pauli filius effectus. *Quem ego uolebam pro te retinere, ut ministraret mihi in uinculis euangelij.* Vides q̃ multa perstrinxerit, ut illum domino uenerabilem faciat? Et inspice, q̃so, q̃ id sapiẽter efficiat. Inuenisti, ait, quo pacto mihi per illum ministrare possis. Ostendit his uerbis ⌜sibi⌝ ⌜*ipsi*⌝ potius, q̃ seruo prospicere, cũ sẽ illo nimis egere significat. *Sine consilio autem tuo nihil uolui facere.* Istud est quod in primis dominum flectit, quando & res utilis est, & sine illius tamen sinia non attentatur: & addit, *Vt ne uelut ex necessitate bonum tuũ esset, sed uoluntarium.* Sciebam.n. inquit, quòd si non fuisses, prẽmonitus, sed repentè factum cognouisses, ne sic quidem ægrè, aut indignè ferres: uerùm te malui, ex abundanti cõmonere, uti ne ueluti ex necessitate bonum tuum esset. *Forsitan ideo discessit ad tempus, ut in æternum illum reciperes, non iam ut seruum.* Rectè, Forsitan, posuit, ut facilius crederet dominus. Quia.n. ex elatione, aut peruerso corde, nec ex uoluntatis rectitudine fuga illa processerat, dicit Forsitan: neq; ait, ideo fugit: sed, ideo separat⁹ est, honestiori usus uocabulo. Neq; seipsum separauit dixit. Non.n. hoc ille molitus est, ut huius rei gratia discederet. Quod & Ioseph cùm frẽs alloqueretur, eorũq; causam ageret, ait, Deus huc me misit: hoc est, malitia uestra bene usus, atq; utiliter: ideo, inquit, ad horã separatus est. Et tps contrahit, & peccatum confitetur, illúdq; in dispensationem uertit. Vt in æternũ illum reciperes, ait. Non in præsenti tantùm sæculo, sed in futuro etiam. Vt eum semper habeas, iam nõ ut seruum, sed ut seruo longè chariorem. Seruus qdẽ est, sed maiori illum beneuolentia fouebis, q̃ si frater esset. Itaque & tpis, & qualitatis ratione lucratus es: iam.n. abs te ultrà non resiliet. Vt *in æternum*, inquit, *illum recipias, iam non ut seruum, sed* ⌜*pro seruo*⌝ ⌜*charissimum fratrem, maximè mihi.*⌝ Seruum ad modicum amiseras, & frẽm perpetuò reperisti, frẽm non modò tuum, sed etiam meum. Magnum ex hoc eximiæ uirtutis testimonium. Si meus, inquit, frater est profectò nõ erubesces & tu illum habere frẽm. Ex eo igitur quòd hũc filiũ dixit, singularis affect⁹ indicium dedit: ex eo aũt quòd & fratrem appellauit, magna illum beneuolentia, & pari secũ honore dignum profectò declarauit. Ista nõ sine certa rõne scripta sunt, sed uti ne ſseruos peccantes despiceremus, ſneq; illis domini nimis immineant: sed crimina discam⁹ ignoscere eis, q̃ sunt hmõi, ne semp seueri, semper asperrimi, ne seruitutis prætextu, si boni fuerint, socios illos in omnibus assumere erubescamus. Si.n. Paulus nõ erubuit hmõi appellare filiũ, & uiscera, & fratrem, atque charissimum: cur, obsecro, nos erubescamus? Et quid dicam Paulus? Pauli ipse dominus non erubescit seruos nostros fratres suos appellare, & nõ erubescimus? Vide quanto honore nos prosequitur. Seruos nostros uocat fratres suos, & amicos, & cohæredes. Ecce, ubinã res dedu ta est? Quid nos fecisse putabimus, dũ cũcta gesserimus? Nihil oino promouimus, sed quantumlibet nos humiliauerimus, magna ipsius uirtutis pars ad huc reliqua erit. Cur id q̃so? Quia tu q̃cunque gesseris, erga conseruos facis: at uero dominus seruis omnia facit. Audi & exhorresce, etiam nunquam de humilitate eleueris. Fortè ridetis, qa diximus humilitatẽ attollere, sed definite mirari. Extollit illa, nisi uera & germana fuerit: quo nam id modo? Est ea ars profecto diabolica, ut quemadmodum plures, eò quòd inanẽ gliam uicerũt, gloriãtur inanius: ita & quia se humiliauerunt, extolliũtur. Verbi gratia: Venit qspiam frater, aut etiam seruus, suscepisti eum, lauisti pedes, cõtinuo magna sapere cœpisti. Fecisti quod nemo, humilitatẽ consecutus es. Ea te cogitatio extollit, imo ex alto potius deijcit. Vnde igitur possit qs solidè in humilitate pstere? Si præceptũ domini semper animo uerset, quo ait: Cũ feceritis oia, dicite, serui inutiles sum⁹. Et rursus si orbis magistrum dixisse meminerit, Ego me nõ arbitror cõprehendisse. Ille solus humilitatem animi uerè consecutus est, q̃ sibijpsi psuasit, quantunlibet peregerit, nihil se magnum gessisse, qui nec ad finẽ peruenisse arbitratur. Complures ex humilitate in superbiã etati sunt, sed nos ne obsecro id patiamur. Fecisti aliquid humile, noli magnum sapere, alioquin oia pdidisti. Eiusmodi fuit pharisæus ille elatus, intumuit quòd pauperibus decimas daret, totúmq; amisit. Non sic publicanus ille, q quoniam se humiliter agnoscebat, iustificari p illo meruit. Audi rursus dicẽtem Paulum: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Vides q̃ se non extulerit, sed modis oibus presserit, atque humilior euaserit, idq; cùm ad supremum uirtutis culmen peruenisset? Tres etiam pueri ignibus iniecti, quid in media fornace dicebant? Peccauimus cũ patribus nostris, iniquitatẽ fecimus. Istud contriti cordis indicium est, idcirco dicere poterãt: Sed in corde cõtrito, & spiritu humilitatis suscipiamur. Ita & cũ in fornacem incidissent, humiliores, q̃ anteà fuerant, ⌜claruerunt.⌝ Nam postq̃ miraculum illud circa se patratũ uiderũt, seipsos salute indignos arbitrãtes, ad humilitatẽ protin⁹ cõuersi sunt. Nã ubi penit⁹ hæserit animo nos multa pter meritum pcepisse beneficia, tunc maximè angimur, si fuerimus grati. Sed.n. illi quid ultra meritorũ perceperunt modum? Seipsos fornacis incẽdijs tradiderunt, peccãtib. alijs, ipsi in captiuitatẽ fuerãt adducti: inuenes adhuc, nec mur

Gen.35.c

⌜*hoc est*⌝,

⌜*ipsi*⌝,

⌜*supra ser uam.*⌝

Morale. ⌜*de seruis peccantibus despicere mur.*⌝

Mat.12.d et Ro.8.f

Dan.3.c

⌜*euaserunt.*⌝

A murauerunt: non irati sunt, neq; indignati sunt: Quid putas? hæccine ex diuino famulatu lucrati sumus? regi impio, & crudelissimo traditi sumus, nihil proficimus, debitã illi cultus impendẽtes reuerẽtiã, unà cũ idololatris ab ipiissimo rege torquemur, i capti uitatẽ deuenimus, excidimus patria libertate, atq; oĩ ritu patrio priuati sumus, captiui & serui facti sumus, immiti ac barbaro seruimus domino. Nũqd hmõi aliquid dixerunt? Non. Sed qd? Peccauimus, iniquitatem fecimus. Nec pro se tantũ, sed pro alijs fundunt preces, & dicunt: quia regi immitissimo, &

Da.14.g iniquissimo traditi sumus. Daniel item secundò in lacũ leonũ iniectus, ait: Recordatus est.n. mei deus.

Ibid.2.d. Cur obsecro Daniel, tui recordatus non esset? Non ne illum glorificasti corã rege, dicens: Et ego non in sapientia, q̃ est in me? Non ideo in lacũ missus es, quia nequissimo illi decreto nõ obtẽperasti? Nonne ipsius gratia nũc quoq; i lacũ: iectus es? Ita sanè, inqt, sed multorũ tamen illi debitor sum. Quid iam nos dicturi sumus, q multis peccatorũ ruderi

B bus presi humilitatis tamẽ gratiam, & singulare p

2.Re.15.f sidium occupare negligimus? Audi qd & Dauid dixerit: Quòd si dixerit mihi nolo te, ecce ego, faciat mihi qđ acceptum est corã se. Poterat certè sua plurima rectè facta proferre, sed humilia sentire & dicere maluit. Heli etiam, Dominus, inqt, est: qđ gra-

1.Re.3.d tum est corã se faciat. Istud satis congruit fidelibus seruis, non modò inter beneficia, sed in ipsis quoq; supplicijs & cruciatibus deo gratias agere, eiq; oĩa accepta referre. Quã uerò inepti sumus nos, qui cũ dominos seruis plagas inferre uiderimus, parcere illis cũ sint iuris sui nõ ambigimus: deũ uerò his, in quibus fuerit castigandis seuerior, iustis parciturũ dubitamus? Hoc sanè Paulus significãs ait: Siue uiuimus, siue morimur, domini sumus. Nõ uult sibi

Rom. 8.c ⌜*opus*⌝ ⌜*lopes.*⌝ q̃ imminui, nouit quo hũc uerberis genere cẽdat, filio huic spẽ posteritatis tollit. Nemo nostrũ sibimet illo amplio parcit, q cũ nõ essem⁹, nos esse cõstituit: q Solẽ oriri facit, & pluit, q inspirat aĩam, qui filium suũ pro nobis dedit. Verùm ut ad id redeam, unde digressus sum, & cuius gratia hæc oĩa dixi. Si humiles simus, ut decet: si mites ac mansue

C ti, ut oportet, non sit nobis ea humilitas elationis occasio. Humilis es & cũctis abiectior, noli idcirco inflari, neq; exprobres cæteris, ne pdas gloriã tuã: ideo nẽpe te humilias, ut arrogãtiã fugias. Quòd si

Rom.7.b per hãc in arrogantiã corruas, melius fuerat nõ humiliari. Audi.n. quid amplius dicat: Et per ipsum, inqt, mihi operatur mortẽ, ut fiat nimium peccãs peccatum per mãdatum. Quoties tibi subrepit elata cogitatio, qđ quasi humilitatis culmẽ occupaueris: cõsidera ubi nã, unde descẽderit domin⁹ tuus, & tũc desines teipsum admirari & laudare: imò te, & tua oĩa ridere cogeris, cũ ex collatione domini-

Lu.17.b cę humilitatis, nihil te oino profeciſſe cognoueris, debitorẽ te semp existimãs. Quęcunq; operatus fueris, illam semper parabolã aio uersa: Quis ex uobis habens seruũ, inqt, qui ingresso dicat recumbe (nõ dico uobis) sed sta, & ministra mihi: nunquid gratias habemus seruis nostris ministrãtib⁹ nobis? At uerò deus nobis gratias habet, nõ seruiẽtibus sibi, sed quod expedit nobis agentibus. Veruntamẽ nõ ita afficiamur, aut hac illi intẽtione famulemur, ut nobis ille gratias habeat, sed ut qđ est muneris nostri impleamus, debitũq; psoluamus. Nã reuera oĩa, q̃ agimus nos, ac si debitũ deo tenemur exoluere: D nam si cũ seruos pecũia eminus, semp illos nobis uiuere uolum⁹, & iuris nostri esse q̃ habuerint oĩa: quanto magis is, qui nos ex nihilo condidit, & esse qui antè non fuimus, fecit, qui postmodũ proprio nos ac preciosissimo redemit sanguine: tantũq; se deiecit nostri gratia, quantũ nemo pro filiis charissimis faceret: q de summa cœli arce, ac paternis sinibus ad nostra infirma descendit, q sanguinẽ effudit suũ, sui nos iuris esse uult? Si igitur mille haberemus animas, easq; pro illo poneremus oẽs putãsne dignũ aliquid illius charitati retribuere posse mus? Minimè id qdẽ. Cur, q̃so? Quia cũ ille nihil debe ret nobis, hoc fecit ex gratia: nos autẽ ex hoc illi debitores sumus. Atq; ille deus cũ esset, seruus fact⁹ est, neq; morti obnoxius i mortẽ uenit, carne susce pta. Nos uerò, etsi pro illo aĩas non poneremus, naturæ lege posituri eram⁹, ac ẽt inuiti paulò pòst excessuri ex uita. Eadẽ & in pecunijs ratio. Has.n. etsi illius gratia nõ demus, mortis tamẽ necessitate linquemus. Ita & de humilitate sentiendum. Nã etsi ip sius gratia humiliari renuimus, pressuræ nos, & cla E des, potẽtiorũq; metus uel inuitos humiliabũt. Vides gratiæ singularẽ eminentiam? Non dicit, qd. n. magnum faciunt martyres? & si pro meo noie non moriãtur, oĩno morituri sunt. Sed magnas illis gratias habet, quia spontè deponũt, quòd paulo pòst naturæ iure deponerent. Non ait, quid. n. magni agunt, qui pecunias spontè dispergunt, quas uelint nolintue, relicturi sunt: Sed multa his quoq; habet gratiã, neq; erubescit fateri corã oĩbus, quòd à seruis cibatus fuerit dominus. Est.n. & hoc ad gloriã domini, si seruos habeat gratos, & illũ sic diligant serui: quòd item q illorũ sunt, sui iuris efficiat, idq; coràm oĩbus non erubescat confiteri. Reuereamur immensam charitatem xp̃i, incalescat animus, excitetur affectus. Audiuimus quòd nos ille maximè oĩum diligat, accendamur & nos ad amorem eius. Honoremus illum præ oĩbus, reddemus uel ex parte amori eius uicem. Dominus noster nos adeò diligit, & tẽrpore frigescimus, nec expergiscimur. Ne, q̃so, sim⁹ adeò desides circa nostrarũ salutẽ aĩarũ, sed totis uiribus illũ diligamus, omniáq; pro illius F dilectione impẽdamus, aĩam, pecuniam, gloriam, & alia oĩno omnia, gaudentes, gestientes, prompti, alacres, non quasi illi, sed ut nobisipsis p̃bituri, q̃ illius amore gesserimus. Ea qppe est amantiũ lex, ut se tũ demũ fœlices putent, cũ aduersa pro his quos diligunt, sustinẽt. Ita igitur & nos erga dominũ nostrum afficiamur, ut futurorũ bonorũ participes esse mereamur, in Christo Iesu domino nostro, cũ quo est patri, sanctóq; spiritui gl̃ia, & honor, & imperium, nunc & semp, & in secula seculorũ, Amen.

Homilia. III.

I igitur habes me socium, suscipe illũ sicut & me.

Si qd uerò te læsit, aut debet hoc mihi i puta. Ego Paulus scripsi manu mea. Ego reddã, ne dũ dicã tibi, quòd & teipsum mihi debes. Ita frater ego te fruar in domino: refice uiscera mea in Christo. Confidens in obediẽtia tua scripsi tibi, sciens, quoniam & super id quod dico facies. Simul & para mihi hospitiũ, nã spero per orationes uestras donari me uobis. Salutat te Epaphras concaptiuus meus in xp̃o Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas, et Lucas coadiutores mei. Gratia domini nostri Iesu xp̃i cum spiritu uestro, Amen. Nihil tantã impetrãdi uim habere solet,

G quantã non ſimul oia petere. Vide.n.poſt quantas laudes,poſt quantum apparatum,magnũ hoc poſuit,Cũ dixiſſet illum filiũ ſuum & euãgelij ſociũ, cũ ſua eũ appellaſſet uiſcera,& dixiſſet, Vt fratrem illum recipe,& ut fratrẽ illum habe: tunc addidit, Sicut & me. Nec iſtud erubuit Paulus,quia n. fideliũ ſeruus nõ erubeſcit appellari, nec modò erubeſcit,uerũ id & liberè,& gratis confitetur:multò minus ita profiteri de ſe renuit: Id autẽ eſt:Si mecum eadem ſentis,ſi eandem curris uiam,ſi amicũ arbitraris,ſuſcipe illũ,quem & ego meum ſuſcepi. Et uide quã cautè poſtremò addidit culpã: quia enim maximè rei pecuniariæ iactura angi hoies ſolent, ne quid hmõi obiiceret, conſumpta quippe fortè erat pecunia furto ſublata. Non ait,Si quid furatus eſt:ſed,ſi quid te læſit. Simul & peccatũ cõfitetur, & non ueluti ſerui peccatũ,ſed quaſi amici ad amicũ,iniuriæ magis uſus,q̃ furti noie. Hoc,inquit, mihi imputa:id eſt,à me debitũ exige. Quantò uerò cum ſpirituali gratia id agit: *Ego*,inquit, *Paulus ſcripſi manu mea*. Gratè nimium illi uerecundiã incutit,

H ſiqdẽ ipſe illũ detrectaret admittere,pro quo Paulus literas hmõi ſcribere non renuiſſet. Atque ex eo quod ſequitur, omnẽ ab eo ſenſum iracundiæ repulit:manu,inqt,mea ſcripſi. Nihil huſce uiſceribus gratius,uel uehemẽtius, nihil qđ maiorẽ uim ſtudij,& alacritatis oſtẽdat. Pro uiro uno q̃ eximiam oſtendit prouidentiã. Vt non dicam,inqt, quod & teipſum mihi debes. Deinde ne putaretur cotumelia in eũ,qui rogabatur admitti, ſi pro furto nõ aſus eſſet orare,& quod orabat cõſequi deſperaſſet, quã pulchrè & iſtud conſolatur:ut non dicam,inquit,quòd & teipſum mihi debes, non modò tua, ſed & teipſum. Et hoc ex charitate,& ex amicitiæ lege,& qđ illi ualde confideret,dixit. Et inſpice q̃ ubique utriuſq; rei curã gerat, & quòd magna cum fiducia roget,& ut hoc uehemẽtis fiduciæ illi argumẽtũ ſit. *In frater*. Quid ſibi hoc uult? ſuſcipe eũ. Omiſſo interim grato illo uerborum uſu,& priora rurſus ac ſeria uertitur, quanquã & iſta ſeria ſunt,

I Quæ.n.ſancti protulerunt, grata licèt ac dulcia,ſeria ſunt ita.inqt, *frater ego te fruar in domino, refice uiſcera mea in Chriſto*. Hoc eſt,non mihi, ſed domino gratiam des. *Confidens de obedientia tua ſcripſi tibi*. Quem lapidem iſta non flecterent, nõ emollirẽt? Quam immanẽ licèt beluã hæc non in mãſuetudinem uerterẽt,ipſumq; humaniſsimè ſuſcipere ꝑſuaderent? Cũ tanta uirtutum teſtimonia illi præſtitiſſet,non renuit etiã denuò cauſam ipſius tueri. Neq; uerò imperio uſus,atq; authoritate hæc ſcribo,ſed confidens de obedientia tua ſcripſi tibi:quod ẽt in principio dixerat, fiduciam habens:hoc & modò, cũ ſignaret epſam. *Sciens,quoniam & ſuper id quod dico, facies*. Habent iſta magnam hortandi atq; exorandi uim. Erubeſceret.n. profectò, & ſi ob nihil aliud nõ id faceret qđ admonet,uel ex eo certã, qđ hanc ille de ſe habet opinionẽ,ſuper quam diceret ipſe eſſe facturum. *simul autem & para mihi hoſpitium, ſpero.n.per orationes veſtras donari me vobis*. Et hoc uehementer confidentis erat indiciũ,imò & pro Oneſimo in primis faciebat,ne illi negligerent:ſed ſciẽtes illum oĩno uenturum atq; auditurũ,ut ſeſe haberent aduerſus eũ,omnem iniuriæ memoriã deponerent,& prõptiores ad gratiam eſſent. Grandis enim erat præſentis Pauli honor & gratia: Pauli in quam,poſt ætatẽ ſenectutis expreſſam, poſt cõmẽ data ſæpius uincula. Rurſus hoc ipſorũ charitatis argumentũ eſt,ut orent ipſum ſibi iterũ dari. Etſi enim,inqt,modò in periculis ſum, tamen ſi oratis uidebitis me. *Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Chriſto Ieſu*. Hìc fuerat à Coloſſenſib⁹ miſſus, ut ex hoc ẽt conſtat inde fuiſſe Philemonẽ. Concaptiuũ etiã uocat,oſtendens & ipſum in multa eſſe preſſura. Itaq; & ſi non pp illum ipſum,propter hunc ſaltem debuit audiri. Qui.n.in afflictiõe poſitus ſeipſum negligit,ut aliorũ proſpiciat commodis, omnino meretur audiri, Præterea & ex hoc illi uerecũdiam adducit,ſi ciuis eius & concaptiuus ſimul affligitur,ipſe uerò pro ſeruo rogat⁹, gratiã ꝑſtare nolit. Addit, concaptiuus meus in xpo Ieſu: ac ſi dicat,propter Chriſtum. *Marcus, Ariſtarchus, Demas, Lucas, cooperatores mei*. Quid ergo Lucam extremum ponit in ordine? Nẽpe alibi dixerat: Lucas ſolus ẽ mecũ. Et Demas quid hic ponitur, unus ex his qui reliquerant eũ, & præſens ſeculũ dilexerunt? Hæc autem etiã alio in loco dicta ſunt:indiſcuſſa enim dimitti minimè oportet. Neq; enim ſimpliciter,aut fortuito poſita ſunt. Quo pacto autem illũ eos ſaluta dicit,qui ſe deſeruerant? Eraſtus.n.inquit, manſit Corinthi:Epaphram ut eis cognitũ,& inde oriundum addidit:& Marcum itidem qui erat & ipſe mirabilis. Sed Demã qđ? Fortaſsis poſtmodũ negligẽtior factus eſt,cũ pericula plurima cerneret. Lucas itaq; q ultimus erat,factus eſt primus. Et ex his ergo illũ ſalutat,ut ad dãdã gratiã pronior ſit. Cooperatores autem uocat, ut ei ad id ſtimulos addat.

Gratia domini noſtri Ieſu Xpi cũ ſpiritu veſtro Amẽ.

Epiſtolam oratione concluſit.

Eſt autẽ magnũ quoddam, & ſalutare bonum oratio,animarũmq; noſtrarũ firma cuſtodia, tutiſſimumq; præſidiũ:ſed ita demum ſi dignè uixerimus,neque nos per mala opera oĩ merito ac uirtute priuemus. Et tu igitur cũ acceſſeris ad ſacerdotẽ,illeq; dixerit,miſerebitur tui deus fili:noli uerbo ſolo confidere,uerũ opera adiice, fac opera miſericordia digna. Benedicet te deus fili,ſi quidẽ digna benedictiõe peregerit:benedicetur, ſi pauperi eleemoſynã tribuat. Nã q à deo cõſeq uolumus,ea prius proximis debemus impẽdere. Quòd ſi proximis opẽ denegamus,qũo dei imploramus auxiliũ Beati.n.inquit,miſericordes,quoniã ipſi miſericordiam conſequentur. Si enim hoies miſerentur eorum qui ſunt hmõi, multò magis deus:eis uerò q non miſerentur,non ſic. Iudicium.n.abſq; miſericordia ei,qui non fecit miſericordiã: Bona res miſericordia. cur igitur hãc nõ exhibes alteri? Vis tibi ignoſci delicta,quid ergo in te peccãti ipſe nõ ignoſcis? Accedis tu ad deũ,regnũ cœlorũ poſtulas,cũ ipſe pecuniã deneges poſtulanti. Idcirco miſericordiã minimè conſequimur, quoniã nõ miſeremur. Sed dices: At iſtud quoq; ad miſericordiã pertinet, eis q nõ miſerẽtur miſereri? Cur id q̃ſo? Nẽpe q crudelẽ & immittẽ, & qui proximũ mille affecerit incõmodis,humanitatis officijs fouet,quo pacto miſericors erit? Quid ergo, inquies? Nõne & lauacrũ nos inumeris pctis obnoxios abluit atq; ſaluauit? Eripuit nos illis qdẽ,uerũ nõ ideo, ut malũ faciamus. Si.n.mortui ſumus pctõ, qũo adhuc uiuimus in illo? Quid ergo? Peccauimus, qa nõ ſum⁹ ſub lege? Abſit. Idcirco te illis eripuit,ut nõ ad eã ignominiam redeas.

K

Coloſ.1.b

L

2.Ti.4.c

Ibidem.

Ibidẽ.d

Morale.

M

Mat.5.a

Iacobi.2.c

A niam redeas. Quippe & medici,febre laborantes eo incẽdio liberant,non ut ſanitate abutantur in malum atq; in perniciem ſuam. Nam præſtaret morbo conſeneſcere, q̃ ea ratione ſanum fieri,ut in lectum deterius decidat:ſed ut diſcentes infirmitatis incõmoda & mala,non iam in eadẽ incidant,ut ſanitatẽ charius amplexi,omnia gerant,quæ ad eam conferre poſſint. Vbi eſt igitur,inquies, dei illa infinita clementia,niſi & malos ſæpius ſaluet? Audio.n.pleroſq; iſta dicere: Quia benignus eſt,omnino ſaluabit omnes. Ne itaque nos fruſtra fallamus, memini quippe hac de re locuturum aliàs fuiſſe pollicitum. Agẽ hinc hodie uerba faciamus,ſuperiorib. diebus ad uos de gehẽna diſſerui, differens in aliud tps de dei clementia loqui,hodie debitum reddere cõuenit. Quòd itaq; gehẽna ſit ſatis,ut reor,oſtẽdimus, diluuio in mediũ adducto,malisq; priorib. cũ dicere mus poſsibile nõ eſſe, ut qui illa intuliſſet, peccãtes modò impunitos permitteret. Si.n.eos,qui ante legem peccabant, tanta ſeueritate puniuit, eos qui poſt gratiam deteriora peccarunt, qua rõne impu-

B nitos dimiſſurus eſt? Quærebamus igitur,qũo igitur bonus,qũo clemẽs diceretur:ſermonẽmque diſtulimus, ne prolixitate nimia ueſtras obrueremus aures. Hodie ergo reddamus quod diſcutere promiſimus,qũo ſit bonus deus,atque unde bonus, ſiqdem cruciat. Nanque & aduerſus hæreticos hic ſermo conuenit. Itaq; intentè accipite. Cùm nihil noſtri indigeret de⁹, ſola bonitate cõdidit nos. Quòd enim nullo egeret,ex eo liquet,quòd poſtremò creauit hoiem. Nã ſi noſtri eguiſſet,profectò longè antè feciſſet. Si aũt & ſine nobis prius erat,nos autem ſumus poſterioribus tpibus conditi,nos utique cùm noſtri nõ egeret,fecit. Cœlum quoque,terrã,mare, & quæ in eis ſunt,pp nos condidit omnia. Quantæ hoc benignitatis indicium? Plura quidem in hanc

Matt.5.g partẽ dicere poſſemus, ſed breuitatis cã paucis contenti erimus. Qui Solẽ ſuum facit oriri ſuper bonos & malos,& pluit ſup iuſtos & iniuſtos,none ſupremę bonitatis? Nõ inquiunt. Nam cum aliquãdo cũ quodam Marcionita cõtenderẽ,eúmq; ita compellarem:aſſeruit hoc bonitatis illius indicium uideri

C poſſe,ſi peccatorum rõnem minimè exigeret:ſi aũt hanc exigit,non eſſe illa bonitatis indicia. Non ille quidẽ modò adeſt. Agè ergo, quæ tunc dicta fuere repetamus,atque illis etiam plura. Ego.n.ex abundanti oſtẽdam illum, niſi rõnem exigeret, non eſſe bonum: atque ideo in primis eſſe bonum,qa hanc exigit. Dic.n.quęſo,niſi ille à nobis rõnem exigeret, eſſẽtne uita humana? Nõnne feris quoque ipſis immaniores euaderent homines? Si.n. metu quoque pœnarum ac iudiciorũ imminẽte,piſces tranſgreſſi ſumus inuicem deuorantes, leones ac lupos quoq; tranſcendimus,dum ſinguli quæ ſunt aliena diripimus, niſi rõnem à nobis exigendã pro indubitato teneremus,quãta cõfuſio res humanas inuolueret? Quis iã labyrinthus mũdanas perplexitates poſſet æquare? Quam plena oĩa iniqtatis ac temeritatis uidiſſes? Quis eſſet reueritus patrẽ? Quis pepciſſet matri? Quis ullũ uoluptatis,ullum uitij genus omiſiſſet? Quòd aũt hæc ita ſe habeant,ex ueſtra ſola domo conabor oſtẽdere. Si ſeruis alicuius ueſtrũ,qui iſta proponitis,perſuadeatur,q̃libet in uos patrauerint,ſiue illi iugum dominationis excutiant,ſiue in corpora ipſorũ dominorum effrenata ferantur audacia, ſiue aſsportent omnia, ſiue ſingula moueant D loco,& uniuerſa cõfundant,& deteriora etiã hoſtibus faciãt,illi nõ intentabunt minas,nec cruciatus mouebunt,nec digna plectẽt pœna, nec uerba qui dẽ moleſta audient:nũ iſta bonitatis eſſe uidẽtur? At ego ſummæ imanitatis eſſe monſtrabo,nõ modò ꝑ hanc planè inſulſam benignitatẽ uxores ac filios prodere,uerũ illoſipſos p uiſcera perire pmittere. Nanq; & ebrioſi,& impudici,ac petulãtes,& iniurioſi,beſtijsq; omnibus ſtolidiores euadent. Hæccine oro benignitatis eſt ingenuã peſſundare animã, & noſipſos atq; alterutrum perdere? Vidẽſne ut pœnas repetere,id tandẽ clementiæ plerunq; ſit opus? Et quid ſeruos dicam per hmõi impunitatẽ ad ſcelera promptius currere? Et filios ſiquis impunè permittat cuncta præſumere, neq; caſtiget errantes,ad quæ non prupta uitiorum euaſuri ſunt? Quòd ſi corã hominibus ea caſtigatio meretur laudẽ,ac boni tatis inſigne eſt, eſſet aũt non caſtigare crudelitas: quantò magis id in deo erit? Igitur quoniã ſupremè bonus, idcirco gehennæ ꝑparauit incendia. Vultis & alia ex parte diuinam agnoſcere benignitatem? E Non modò eo metu coercet improbos, uerũ & qui boni ſunt, nõ eos ſinit fieri malos. Nã ſi nulla eſſet meritorum diſcretio, neq; ſecundum opera cuique præmia recõpenſarentur: oẽs profectò mali fierent. At nunc quoque iſtud non mediocriter conſolatur bonos. Audi denique quid propheta teſtatur: Lætabitur iuſtus cũ uiderit uindictã impij, manus ſuas *Pſal.57.b* lauabit in ſanguine pctõris. Non gratulando inſultans,abſit,ſed metuens,ne patiatur eadẽ,emendare intima ſua,uitámq; oẽm corrigere ſtudet. Quantæ uerò iſtud ſolertiæ,quantæq; prudẽtiæ eſt? Ita ſanè inquies,ſed ſi tantùmodo coĩcatuſſet,non etiam ſupplicia inferret,ſatis eſſe poterat. Si modò,quanſupplicia infert,minas tamen eſſe arbitraris, atque ideo negligentior ſis: ſi tantùmodo minatus eſſet, tunc omnino deſidiæ manus dediſſes. Niniuitæ ſi ſciſſent minas ſibi tantũ intentari, nunq; profecto *Ioan.3.b* pniam egiſſent. Quoniã uerò pœnituerunt,ad uerba uſque minæ illæ peruenerunt. Si uis eas minas fiſtere,in tua ptãte eſt. Melior euade,& ad uerba uſque minę deſæuient: ſi aũt contemnis minas,quod F abſit,rem ipſam experieris. Hi qui ſub diluuio fuere,ſi minas timuiſſent,nunq; ad experimẽtum rei pueniſſent. Et nos itaque ſi timuerimus minas,facta non ſuſtinebimus. Præſtet omnipotens & miſericors deus,ut nos omnes ita hìc reſipiſcamus,atque ita pœnitentiæ præſidium arripiamus,ut bonis illis ſempiternis frui mereamur: quibus utinam nos digni inueniamur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti,cum quo eſt patri,ſanctoque ſpiritui gloria,imperium & honor, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum,Amen.

Expoſitionis diui Ioannis Chryſoſtomi epiſcopi Cõſtantinopolitani, in epiſtolam beati Pauli apoſtoli ad Philemonem, Ambroſio Camaldulenſi interprete, finis.

DIVI IOANNIS CHRYSOstomi Archiepiscopi Constantinopolitani expositio in epistolam ad Hebræos, ex annotationibus & commentarijs ipsius, post eius obitū à Constantino presbytero edita, Mutij Scholastici interpretatione, ad Græcam ueritatem nunc primum collata per

, & denuo ad Græcū exemplar per Philipp. Montanum recognita. Verum quandoquidē illud plerunq; corruptum esset, quædam ex Mutij interpretatione, qui fortasse emendatius græcū exēplar nactus fuerat, retinuimus, & margini adscripsimus præfixo asterisco.

Cap.I. H *Vltifariam multisque modis olim deus locutus est patribus in prophetis, in nouissimis autem diebus hisce locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem omnium, per quem etiam secula fecit.*

Homilia prima.

Rom.5.d REVERA ubi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Quod quidē etiam hic ipso exordio, beatus Paulus scribēs ad Hebræos, insinuat. Quoniā eni tot malis uexatos uerisimile erat ualde afflictos esse, & ob hoc inferiores sibi omniumque miserrimos uideri: ostendit eos maiori ob id gratia perfrui, ut ex ipso sermonis initio erigat auditores. Propterea ergo dicit: *Multifariam multisque modis olim deus locutus est patribus in Prophetis: in nouissimis autem hisce diebus locutus est nobis in filio.* Quare prophetas nominans semetipsum nō oppositit, idq; cum tanto maior esset, quanto sibi fuerat dispensatio cōmissa præclarior? I Sed hoc non fecit. Quid ita? Primum quia de seipso maiora dicere noluit. Secundò uero, quia nōdum erant auditores perfecti. Tertio, quia uolebat eorū mentes erigere & ostendere magnam præsentis tēporis eminentiam, ueluti si diceret: Quid magnum si prophetas misit patribus nostris? Nobis enim filium suum unigenitum misit. Et rectè exorsus est in hunc modum, Multifariam multisque modis. Ostendit enim quoniam neque ipsi prophetæ deū uiderunt, filius autem uidit. Multifariam multisq; Osee.12.c modis, hoc est, uariè. Ego enim, inquit, uisiones multiplicaui & in manibus prophetarum assimilatus sum. Proinde non secundum hoc solum eminentia declaratur, quia illis quidem prophetę missi sunt, nobis aūt filius sed etiam quod illorū nemo uidit deum: filius aūt unigenitus uidit. Et hoc quidē statim non ponit, sed in consequentib. adstruit, Psal.2.b cum de humanitate eius loquens, Quem.n. angelorum sic appellauit, inquit, filius meus es tu, & sede à dextris meis. Contēplare prudentiam multam. Primo.n. ex prophetis eminentiam declarat, deinde, tanq; cōsentaneum hoc adstruxisset, ostēdit quòd illis quidē per prophetas locutus est, nobis autem per unigenitum, deinde quia illis per angelos. Hoc K iterum non ab re confirmat: siquidē & angeli locuti sunt Iudæis. Verū & hic nos illos superamus, tantoq; magis excellimus, quāto mai⁹ est quòd nobis domin⁹ locutus est, illis uero serui, & prophetæ cōserui. Et bene dixit, In nouissimis diebus. Nā & hoc eos erigit, & animos quos in posterū deiecerant cō solatur. Quemadmodum.n. alibi dicit: Quia domi Phil.4.a nus prope est, nihil soliciti sitis. Et iterum: Nunc.n. Rom.13.d propior est nostra salus, q̄ cum credidimus: Sic etiā hic. Quid igitur est quod dicit? Nempe hoc: Qui fuerit certando fatigatus, cum audierit finem instare certaminis, respirat paululum, uidens quod iam laborum finis instet & requiei principium. In nouissimis hisce diebus locutus est nobis in filio. Ecce iterū, in filio, pro, per filium, eorū gratia dixit, qui id non filio, sed spiritui cōp tere dicunt. Vidēsne quod, in, pro, per, capitur? Vides etiam: aliud, olim, aliud, in nouissimis diebus, significat. Quoniā cum multū tpis interceſsisset, dum castigandi sumus, dum omnia nos diuina dona destituunt, dum salutis expectatio nulla supereſt, dum undique nihil aliud præ L stolamur, q̄ ut pessum nobis semp res eant, ibi progredi cœperunt. Et animaduerte q̄ prudenter hoc dixit: Non.n. inqt, deus locutus est, tametsi hic utique fuit qui locutus erat: sed quoniam animi eorū imbecilles adhuc erant, & nondum ferre quæ de Christo dicerentur, poterant deus per ipsum locutus est, inquit. Sanè. Sed dicat aliquis, At nondum tpis huius eminentiam doces. Hic.n. ostendisti quę illi⁹ iam olim, & quæ hic nūc locutus est, unius eiusdemq; esse dei: eminentiam uero non magnā ostendisti. Itaque hoc oratione deinceps declarat, dicēs, Locutus est nobis in filio. Vide quomodo seipsum apostolis cōicet & exequet beatus Paulus, dum ait, locutus est nobis quanq̄ ipsi nō fuerit locutus, sed apostolis & per apostolos alijs. Extollit aūt eos, & ostendit qd & ipsis sit locutus, & nec dum Iudæos adhuc ullo sermone contingit. Nam fermè oēs qui bus prophetæ locuti sunt, malignos fuisse nefariosque constat. At nondum de istis loquitur, sed interim de beneficijs disputat, diuina largitate concessis. Quem constituit, inquit, hæredem omnium. M Quid est, quem constituit hæredem omnium? Hic oēm carnem significat, sicut etiam in secundo dicitur psalmo: Pete à me, inquit, & dabo tibi gētes hæreditatem tuam. Non iam portio domini tantum Iacob, & sors eius solus Israel, sed oēs nationes: hoc est, hunc filium dominum cōstituit uniuersorum. Quod etiam in actibus apostolorum Petrus loquitur dicens: Et dominum eum & Christum deus fecit. Hæredis aūt utitur nomine, ut duo quædā per hoc ostēdat: &, quòd proprius sit filius, & quòd dominationis illi nulla cōtingat amissio. Hæredē aūt oīum dicit, mundi totius. Deinde sermonem suum ad priora cōuertit. Per quē secula fecit. Vbi sunt qui dicunt, erat quando non erat? Post hæc gradationibus quibusdam usus quod omnibus istis multo maius est, loquitur, dicens. *Qui cum sit splendor gloriæ, & character substantiæ eius ferátq; omnia uerbo potentiæ suæ, p semetipsum mundatione peccatorū facta, consedit in dextera maiestatis in excelsis: tāto, melior angelis factus quāto præ illis differētius nomen sortitus est.* O apostolica sapientia, magis aūt non Pauli sapientia, sed spiritus sancti admiranda est gratia. Non.n. ex intel-

Actor.2.f

Varias notiones & ut testamenti unius est.

A lectu hæc proprio loquutus est, ne humano hāc sapiētiam inuenit ingenio. Vnde.n. illi hoc? Num ex cultro sutorio, aut pellibus, aut in officina illa hæc potuit edoceri? Nequaquā: sed diuinæ fuit hęc opatio maiestatis. Non.n. has intelligentias sua mente procreabat, quæ tūc erat tam humilis ac tenuis, ut nihil amplius haberet à plebeis & popularibus. Qūo.n. habuisset quū circa commercia confectio nemq; pellium cōsumeretur? Sed gratia spiritus sancti per quos uult potentiæ suæ uirtutes ostendit. Sicut.n. si aliquis infantulum quēpiam in excelsum quendam locū & pertingentē ad ipsum uerticem cœli subducere uolēs paulatim sensimq; hoc faciat ab inferioribus ad superiora conscendens: deinde in ipso uertice cōstitutum, iubeat deorsum in inferiora despicere: despicientē uero cū uideat hæsitare, & obscuritatibus ac uertigine fatigari, iterū ad humiliora deponat, quò respirare ualeat, atq; animū recreare: deinde cū refectus fuerit, eū iterū ad supiora sustollat, iterū ad inferiora reuocet: ita & circa Hebræos beatus faciebat Apostolus, & sic eū B ubiq; reperies magistri sui in docendo uestigia cō sequutum. Nā & ipse sic fecit: aliquando quidē in altiora discipulos suos subleuauit, aliquando aūt eos ad inferiora reuocauit, nequaquā prolixo tempore in alterutra permanere parte permittēs. Et cō templare etiā hoc loco sapiētiam Pauli, per quales eos subleuauerit gradus, & qualiter eos ad ipsum apicem pietatis adduxerit: & qūo antequam deficiant, & eos obscuritas occupet ad inferiora, quò paululum recreari queant reuocās, dicat, loquutus est nobis in filio suo, quē posuit hæredē oīum. Filij quippe nomē cōmune est. Vbi uerò proprius in telligitur filius, superior est & excellentior uniuersis. Sed interim quōlibet se habeat, adstruit, illum desursum esse. Et uide qūo hoc dicat: Quē posuit, inquit, hæredem omnium. Quod dixit, hæredem posuit, humilitatis est indiciū. Deinde ad superiorem gradum, altioremq; transcendens. Per quem, inquit, & scla fecit. Postea ad excelsiorē oībus uenit, post quem altiorem alterum gradum inuenire non possis. Qui cū sit, inquit, splendor gl̄iæ, & cha C racter substantię eius. Reuera in ipsum eos inaccessibile lumen induxit, & in ipsum splendorē immē sæ summęq; claritatis: & antequā eos obscuritas ulla corripiat, attende qūo iterum pedetentim ad inferiora & cōsueta loca deponat, dicens: Feratq; omnia uerbo uirtutis suæ, per semetipsum mundatione peccatorū nostrorum facta, consedit in dextra maiestatis. Non simpl̄r dixit, consedit, sed post mūdationem, inquit, consedit. Incarnationē enim apprehendit, deinde humilia loquitur, & post hæc interlocutus paululum, in dextra, inqt, maiestatis in excelsis. Iterum ad humilia narrāda reuertitur. Tāto melior factus angelis, quāto prę illis differētius nomen hæreditauit. Hic iam de eo, qui est secundū carnem, disputat. In eo.n. quod dixit, melior factus est, non essentiæ quā patri conformem habet declarat indicium. Illa.n. non est facta, sed nata. Loquitur autem de carnali substātia: ipsa enim facta Ioan.1.b est. Sed nunc non de essentia eius sermo peragitur: sed sicut Ioānes dicit, Qui post me uenit, ante me factus est, hoc est, honorabilior atq; celebrior: sic tē hic. Tāto melior, inquit, factus angelis: hoc est, clarior, quāto p̄ differentius præ illis hæreditauit

nomen. Vides quòd de eo, qui est secundū carnem D sermo uersatur? Hoc enim nomen deus, uerbū semper habuit, non postea hæreditauit: neque postea eum angelis meliorē constat effectū, quando mundatione sua abstulit nostra peccata: sed semper melior fuit, & non solum melior, sed etiā incomparabiliter melior uniuersis. Veruntamen de eo, q̄ est secundū carnem, ista dicuntur. Sic.n. & nobis usus est, cū de natura humana disserimus, & sublimia loquimur, & submissa. Quādo enim dicimus, nihil est homo, terra est homo, cinis est homo, totum à deterioribus appellamus: quando uero dicimus, immortale animal est homo, & rationale, & supnis cognatū, à melioribus uocamus uniuersum: Sic & in Christo aliquando qdē ab inferioribus, aliquā do aūt à melioribus loquitur Paulus, & dispēsationem cupiens confirmare, & perfectam cōmendare naturam. Quoniam itaq; mundationem peccatorum nostrorū fecit, perseueremus mundi, nihil Morale. sordidum, uel pollutū aīa nostra suscipiat, sed pulchritudinem, quā nobis indidit, decoremq; seruemus. Munda mens & inuiolata permaneat, non ha E beat maculam, atq; rugam, uel aliquid eiusmodi. Macula qppe, uel, ruga, minora pctā sunt. Verbi gratia: Detractio, iniuria, mendacium: magis autem neque minora sunt hæc, sed ualde magna, & à cœlestibus nos alienare ualētia. Qualiter hoc, & quo pacto? Qui enim appellat fratrē suū fatuum, reus erit gehennæ ignis. Si ergo sic punitur q fatuū uocat, quod uidetur leuioris esse, uel potius infantilis iniuriæ: qui malorum morum cuiquā crimen im- Matt.5.a ponit, & iniquum itaq; inuidum dicit, & mille alijs non dubitat fratrem iaculari criminibus, q nō patietur tormentorū supplicia? Quid hoc terribilius? Sed rogo ut patiēter sermonem meum paululū toleretis. Si.n. quę facit uni ex minimis, ipsi facit: qūo Ibi. 25.d non & in benedictionibus, & in maledictionibus similis sententia perseueret? Qui cōuitium ergo facit fratri, deo cōuitium facit: & qui honorat fratrē, deum honorare declaratur. Assuescamus igitur linguam nostram ad benedicendum esse procliuem. Psal.33.c Abstine, inquit, linguā tuam à malo. Non enim propterea illā deus tribuit, ut maledicamus, uel conuitiemur, uel accusandi mutuo geramus studiū: sed F ut per eā deū laudemus, ut illa loquamur, quæ gratiam audientibus conferāt, quæ ad profectū, & ad ædificationē proficiant proximorum. Maledixisti hunc aut illū: quid ex hoc rogo, lucratus es? Nonne tibiipsi pariter cū illo nocuisti? Siquidē opinionem maledicorū hominum incurristi. Nullum est enim prorsus malum, quod usq; ad eum tantū cōsistat qui patitur, & non etiā illū qui facit, una cōprehendat: sicut uerbi causa, inuidia. Inuidus.n. putatur qdē insidiari aliis, sed ipse primus illo malo consumitur, & rabido corde maceratus: & odio cū ctis habitus. Itē cupidus, uel auarus, aufert quidem pecuniā aliorum, sed ēt sibi aufert gratiam, aufert charitatem, facit ut ab oībus accusetur. Multo qppe melior est opinio bona pecunijs. Illa.n. si mala fuerit, non facile abluitur, pecunias aūt nihil est laboris acquirere. Magis aūt pecunię & cum adsunt, non satis adiuuant: & cū desunt, nihil protinus ob sunt: opinio autē bona si absit, prodest plurimū: si uero absit, facit probrosum totū hoiem, facit infamē, & ridiculū cōstituit oībus, & exosum. Silr ira-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G cundus ſeipſum primum dilanians punit, & tũc il
lũ contra quẽ indignatione corripitur. Sic & male
dicus primo ſeipſum confundit, & tunc illũ cui ui
detur maledictionis importare cõuitiũ, quod for-
taſſe quidẽ nec poterit: hoc eſt, ut ille lædatur, ſi to
leras patiẽter abſedat: ipſe uero recedit, cũ ſceleſti
cuiuſdam noïe, & diſpuẽdi penitus, illum uero cõ
trà amabilem faciens. Quãdo.n. cum male audiat,
neq; ſic tamen ſeipſum paribus ulciſcitur cõuitijs:
ſed laudat potius & celebrat nõ illũ quidem, ſed
ſeipſum laudat. Sicut.n. iam dixi, maledictiones q̃
diriguntur in proximos, maledicentes primitus ue
xant: ſic & bona quæ circa proximos geruntur, eis
primum qui operantur, iucunditatis uberes profe
runt fructus. Enimuero q̃ alicuius, ſiue boni ſiue
mali procreator exiſtit, ipſe primus aut illo bono
fruitur, aut illo malo punitur, & merito. Sicut.n. a-
qua, ſiue ſalſa ſit, ſiue ſit illa potabilis, & uaſa re-
plet haurientiũ, & ſuũ fontẽ ex quo manat nequa-
quã uacuũ remanere pmittit: ſic & neq̃tia, ſic & uir
tus, unde proceſſerit procreatorẽ ſuũ primitus illa
H lætificat, & illa cõſumit. Et hæc qdẽ in hac uita, cæ
terũ in futuro ſc̃o, qs ſermo ualeat enarrare, q̃ bo-
na, uel q̃ mala reſeruantur? Non eſt ſermo q hoc ex
plicet. Siquidẽ bona illa, non tantũ ſermonẽ, ſed
etiam omnẽ intuitum mentis excedunt: cõtraria
uero, hoc eſt mala, appellta quidẽ ſunt nominibus
uſitatis. Verbi gratia: Quia ignis, inqt, ibi eſt, & te-
nebræ, & uincula, & uermis immortalis: ſed non hęc
ſola iſtis nominibus, nec talia demonſtrantur, ſed
alia multo peiora, & multo ſeueriora. Qd̃ ut agno-
ſcas, hoc primũ conſidera: Si.n. ignis, quo tenebrę
ſunt? Vides quoniã ille ignis ſeuior iſto eſt? Non n.
habet lumẽ, aut ullam luminis claritatem. Si ignis
eſt, quo ſemper ardet? Vides quoniam & in hoc ſe-
uior eſt: nõ enim extinguitur, propter hoc etiã in-
extinguibilis appellatur. Cogitemus igitur quãtũ
ſit malum per oĩa ſcĺa uri, & in tenebris permane-
re perpetuis, & infinitos gemitus edere, & ſtridere
dentibus, & nequaquam exaudiri. Si.n in hac uita
aliquis eorum qui nobili genere nati ſunt, in cuſto
diã retrudatur, fœtorẽ ipſum tãtũ, & tenebrarũ ca
I ligines nõ ualet ſuſtinere, & cũ homicidis unà liga
ri, morte peius exiſtimat: intellige quale ſit, ſi quan
do cum oĩbus totius ſc̃i comburemur homicidis,
neq; ipſi alios uidentes, neq; aliorum uiſibus appa
rentes, ſed in tanta multitudine ſolitarios nos eſſe
putantes. Siquidẽ tenebræ, & abſentia luminis nõ
nos ſinet proximos noſtros agnoſcere, ſed ueluti ſi
ſolitarius unuſquiſq; noſtrũ patiatur, ſic afficietur
oppreſſus caligine tenebroſa. Si autẽ tenebræ tãtũ
affligunt noſtras animas, tantumq; perturbant: qd
Pſ. 48.b erit iã, quando & cũ tenebris dolores, & tormen-
Ibid.16.c ta cõbuſtionis affuerint? Idcirco deprecor, ut hæc
et Ro.2.a ſemp apud uos uerſetis, & patiẽter triſtitiã q̃ ex uer
κρὶ ὧν ὸ bis naſcitur toleretis, ne ipſis rebus ſupplicia ſentia
τοῦτο tis. Oĩbus modis.n. uniuerſa iſta futura ſunt, & eos
κὶ σω- qui ſupplicijs digna geſſerunt, nullus poterit libera
θήσε re, nõ pater, nõ mater, nõ frater. (Frater.n. non libe
ι κὶ κο rat, inquit, liberabit homo) licet multã fiduciam
λασθή- quis poſſideat, licet multum ualeat apud deũ. Ipſe
σε. enim reddet unicuique ſecundũ opera eius: atq; ex
Luc.16.b eo tã ſalus, quã pœna conſequitur. Faciamus igitur
nobis amicos ex mãmona iniquitatis: hoc eſt, ope
remur eleemoſynas, euacuemus in iſtos pecunias
noſtras, euacuemus ẽt illic, & extinguamus ignis K
ardorem, ut fidutiã mentis habeamus. Illic etenim
non ipſi erũt, q nos excipiẽt, ſed opus noſtrũ. Qd̃
enim non ſimpl'r iſtud quòd iſtos amicos habebi-
mus, ſaluare nos poterit, attẽde qd addit. Quãobrẽ.n. non dicit, facite uobis amicos, ut ſuſcipiant
uos in habitacula ſua ẽterna, ſed tãtũ in habitacu
la æterna, & modũ ipſum adiicit: dicẽdo.n. Ex mã
mona iniqtatis: oſtendit quoniã de pecunijs opor
tet iſtos amicos ꝓparare. Apparet igitur quoniã nõ
ipſa nobis amicitia eorũ patrocinabitur, ſi bona
opa non habeamus, ſi non cũ iuſtitia refundamus
diuitias, quas iniq̃ cõgeſimus. Iſte nobis ſermo de
eleemoſynis, non ad diuites ſolũ, ſed etiã ad paupe
res ſimul aptatur: Et ſiquis fuerit qui mendicãdo
nutriatur, etiã ad ipſum hæc oratio pertinebit. Nõ
enim in tantũ quiſq; pauper exiſtit, ut duo minuta
nõ habeat. Poteſt ergo & de paucis pauca tribuere
& plurima poſſidentes, largiẽteſq; plurima ſupera-
re, ſicut illa uidua. Non.n. quantitate datorũ, ſed fa
cultate & uoluntate dantium, eleemoſynæ magni- Mat.12.d
tudo ponderatur. Vbiq; uoluntate opus eſt, ubiq; L
charitate, q̃ circa Deũ pura ſyncerag; cõſiſtat. Si er
go cũ hac ſancta charitate cũcta geramus, licet par
ua poſſidẽtes, parua tribuamus faciẽ ſuã dominus
non auertet: ſed ſuſcipiet ſicut magna & admirãda
donaria. Enimuero uoluntatẽ deus ſemper, non ea
quæ dantur, attendit: & ſi illã uideat magnã, iuxta
eam iudicat & pronuntiat, futurorũq; bonorum
participes facit. Quæ nos uniuerſos contingat adi
piſci, gratia & clementia domini noſtri Ieſu Chri-
ſti, cum quo ſit patri unà cum ſancto ſpiritu, glo-
ria, imperium, honor, nunc & ſemper, & in ſecula
ſeculorum, Amen.

Homilia. II. ex cap. I.

Vi cũ ſit ſplendor gloriæ, & character ſubſtan-
q *tiæ eius, feraátq; omnia uerbo potẽtiæ ſuæ, per ſeip*
ſum mũdatione peccatorũ noſtrorũ facta. Vbiq;
quidẽ religioſo nobis opus eſt intellectu, maxime
aũt ubi de deo uel aliqd loqtur, uel audimus: quo
niam neq; ad loquendum digne de deo lingua ſuf
ficit, neq; ad percipiendum prævalet intellectus. Et
quid dico linguam & intellectũ, cĩ nec ipſa mens, M
quæ eis multo ſuperior eſt, aliqd integre ualeat cõ
prehendere, quando aliqd de diuinitate diſſerere
uolumus. Si.n. pax dei tranſcendit oẽm mentem,
& ea q̃ præparata ſunt diligentibus eũ, in cor ho- 1.Cor.2.c
minis nõ aſcẽdunt: multo amplius ipſe q pacis de⁹
eſt, qui oĩum ẽ opifex rerũ, inæſtimabiliter noſtras
cogitationes exuperat. Oportet ergo cũ fide & reli
gioſa pietate cuncta ſuſcipere: & quando forte ſer-
mo deficit, & nõ poteſt exacte, quod molitur, expri
mere, tunc magis glorificare nos conuenit deũ, qd
talẽ deum habemus, qui & intellectũ trãſcendit, &
cogitationis intuitũ. Multa enimuero de deo intel-
ligimus, q̃ eloqui penitus non ualemus: multa itẽ
loquimur, q̃ tamen intelligere non ſumus idonei.
Verbi gratia: Vbiq; deum eſſe ſcimus: quo autem
ubiq; ſit, intellectu nõ ita capimus. Itẽ. Quod ſit in
corporea quædã uirtus, quæ oĩbus ſit cauſa bono
rum, ſcimus: quo autẽ, uel quæ iſta ſit, ignoramus.
Ecce dicimus, & non intelligimus. Dixi quippe, qa
ubiq; eſt, ſed non intelligo. Dico quia eſt ſine prin-
cipio, ſed nõ intelligo. Dico quoniã filiũ genuit ex
ſeipſo, ſed neſcio qualiter intellectu hoc pcipiã. Sũt

A ergo etiã quædam, q̃ dici non poſſunt, quãuis men
te capiãtur. Exempli gratia: intelligit mens, ſed nõ
ualet dicere. Et ut ipſum Paulum uideas in qbuſdã
infirmari, non exacta & planè appoſita exẽpla pro
ponentẽ, contremiſcas; nec aliorsum perquiras. Au-
di, Poſtquã appellauit filium, & opificem nomina-
uit, quid dicit? Qui eſt ſplendor glorię, & character
ſubſtãtię eius. Hoc religioſe debemus accipere, & ſi
qd abſurdũ fortaſsis occurrerit, ab acie mentis abi
gere. Splendor, inqt, gloriæ. Sed uide ſcdm qd hoc
accipiat, ut ẽt tu ſic accipias. Hoc ergo dicit, quod
ex ipſo, quod impaſsibiliter, quod neq; diminutus
ſit, neq; in aliquo minoratus. Quidam.n. abſurda
quædam proferunt, exemplorum conſideratione
decepti. Splendor.n. inquiunt ſubſtantiuum aliqd
non eſt, ſed aliunde habet ut ſit. Noli ô homo ſic
iſtud accipere, neq; Marcelli aut Fotini morbo la-
borare. Nam te de proximo curat, ne in iſtum mor
bũ incurras, neq; te ſinit in ęgritudinẽ illã exitialẽ
incidere. Et qd inqt? Et character ſubſtãtiæ eius, ut
pote. Quẽadmodum ipſe pater in ſeipſo ſubſiſtit,
B nullius indigus: ita & filius. Nã hic illud ideo dicit,
ut oĩmodam ſimilitudinem & propriã exemplaris
imaginẽ oſtendat, quo in perſona ſua per ſeipſum
ipſe quoq; filius ſubſiſtat. Cum.n. ſupra dixiſſet: qa
per ipſum fecit omnia, hic ei nunc ſummam autho
ritatis attribuit. Nam uide qd ſubnectit: Feratq;, in-
quit, oĩa uerbo potentiæ ſuæ, ut ex eo non ſolum
eum characterem eſſe accipiamus paternæ ſubſtan
tiæ, ſed etiam eum qui cum authoritate cuncta gu
bernet. Attẽde igitur, quo, quod patris eſt propriũ,
coaptat & filio. Propterea non abſolute dixit, Fe-
rátque omnia: neq; dixit potentia ſua, ſed uerbo po
tentiæ ſuæ. Sicut.n. in anteriorib. paulatim & aſcen
debat & deſcendebat: ſic & hic ueluti quibuſdam
gradib. nunc ad alta faſtigia ſubleuatur, nunc item
deuergit ad infima. Per quem, inquit, & ſecula fecit.
Attẽde, quo etiam hic duas uias ingreditur. Et una
quidem reuocãs nos à nefando errore Sabellij: alia
uero ab Arianæ ipietatis errore, ne putetur uel initium habere (quod & ipſe ſurſum ac deorſum uer-
ſat) uel extraneus à deo patre ſubſiſtere. Si.n. etiam
C poſt tanta magnalia, ſunt qdam q eum extraneum
eſſe delirant, & alterum illi patrem tribuere moliũ
tur, quem huic rebellare cotendunt: ſi hæc nõ ſcri
pſiſſet Apoſtolus, quid iſti non dixiſſent? Quo ergo
hoc facit? Quãdo talib. uulnerib. remedia cogitur
adhibere. Tunc compellitur etiam humilia prædi-
care, ſicut eſt illud quod dicit, Quem conſtituit hę
Hic ſupr. redem uniuerſorum, per quem & ſecula fecit. Dein-
a. de ne alij noceat parti, ſummã ei authoritatis attri-
Sap.7.d. buit, & oſtendit eũ eiuſdẽ honoris eſſe cũ patre, &
intantum eiuſdẽ honoris, ut plurimi ſuſpicẽtur eũ
dem ipſum eſſe patrem. Et contemplare plurimã ſa
pientiam Pauli. Primũ illud ponit, & diligenter cõ
munit. Quod cũ certo conſtiterit, quod dei filiꝰ ſit,
nec ab eo alius exiſtat, tũc iã ſecurus atq; munitus
libere quæcũq; ſublimia eloquitur. Et quoniã ma-
gna, q̃ de eo dixerat, in eam cogitationem pleróſq;
deduxerant: ppea primum ad humilia cũ ſumma
cautela ſeſe demittit, tunc ad ſublimia pro uoto a-
ſcendit. Poſtq̃ enim dixit: quem poſuit hæredẽ uni
uerſorum, &, per quem ſecula fecit, tũc deinde ſub-
iungit: Ferens omnia uerbo potẽtiæ ſuæ. Qui.n. ſo
lo uerbo gubernat uniuerſa, nequaquã ad fabricã
uniuerſitatis eguit alicui⁹. Et qđ ita ſit, ĩtuere quo D
iterum authoritatem ei contribuit uniuerſam, au-
ferens ẽt quòd ſupra dixerat, Per quem, quoniã. n.
perſillud quæ uoluit operatus iã eſt: relicto dein- ceum
ceps eo ſermone, uide qd dicat: In principio tu do-
mine terram fundaſti, & opera manuum tuarum Pſ.101.d
ſunt cœli. Hic nuſquam ſonat illud, per quẽ, uel qa
per eum fecerit ſecula. Quid ergo, dicit aliquis, nõ-
ne ab ipſo facta ſũt? maxime. Sed nõ ſicut tu dicis,
uel inaniter ſuſpicaris, tanquã per aliqđ inſtrumen
tum, neq; tanquam facere non poſſet, ſi ei nõ porre
xiſſet dexterã pater. Sicut.n. neminem iudicat, ſed
dicitur iudicare per filium, quem iudicem genuit:
ſic etiam dicitur operari per filium, qa eum cõſtat
opificẽ genuiſſe. Si.n. cauſa eius pater eſt ſecundũ
quod pater eſt: multo amplius eorũ cauſa eſt, quæ
per filium facta declarantur. Quando ergo uult o-
ſtendere, qa ex illo eſt, neceſſariꝰ quæ ſunt humili-
tatis eloquitur: quãdo uero altiora uult inſonare,
tam Marcellus quã Sabellius uulneratur: Sed eccle
ſia immoderationẽ utrorũq; refugiens, medio cal-
le perambulat. Neq;.n. ſemper in humilib. remanet, E
ne Paulus Samothraceus nanciſcatur aditum ſub calias Sa
intrandi: neq; in excelſis perdurat ſed iterum mul- moſeta-
tam propinquitatẽ eius oſtẽdit, ne Sabellius frau- nus, uel
dulẽter inſiliat: Quippe cũ dixiſſet filium, cõfeſtim Samota-
Paulus Samothraceus inſurrexit, dicens eum ita eẽ nus.
filiũ, ſicut & plurimos: ſed eum conto ualido ẽ re-
gione proſtrauit, appellans hęredem. Sed adhuc cũ
Ario impudenter obnititur, nam illud, quẽ conſti-
tuit hæredem, ambo ſuſcipiũt, ille qdem uelut in-
firmitatis indicium: iſte autem adhuc in cõſequen
tibus inſidiari deſiderans. Cum.n. dixiſſet apl's, Per
quem & ſecula fecit: eliſit qdem Samoſatenum im-
pudẽtiſsime renitentẽ, ſed Arius adhuc ſibi fortior
eſſe uidetur. At uide qualiter etiã iſtum perimat, di
cens: Qui cum ſit ſplendor gloriæ eius. Sed ecce ite
rum reclamat & inſilit Sabellius & Marcellus atq;
Fotinus, uerum etiam iſtos ſimul uno uulnere cũ-
ctos edomuit, dicens: Character ſubſtantię eius, &
ferens omnia uerbo potẽtię ſuę. Hic iterũ Marcio
nem quoq; percutit, non qdem ualide, ueruntamẽ
percutit, ne illæſus exiliat. Et ſic eum iſtis hoſtib. p F
totã eplam uideas repugnantẽ, & ſtrenua bella pa-
gentem. Sed relictis illis audi & xp̃m ipſum, quẽad
modum ſuprà dixi, ſplendorem ſeſe gloriæ uocan-
tem. Ego, inquit, ſum lux mundi. Propteréa eũ etiã Ioan.8.b.
iſte ſplendorem gloriæ nominauit, oſtendens, & il & 9.
lud, lumen de lumine, ita dictum eſſe, & nõ ſolum
oſtendit iſtud, ſed qa etiam animas noſtras illumi
nauit, & patrem nobis inſinuauit. Per ſplendorem
quoq; propinquitatẽ declarauit eſſentiæ. Intellige
ergo ſubtilitatem dictorũ. Vnam ſumpſit eſſentiã,
unamq; ſubſtantiam, ut duas ſubſiſtẽtias aperiret,
quod etiã circa ſcientiam ſpiritus facit. Sicut enim
unã ſcientiã dicit eſſe patris & ſpiritus, ut uere unã,
& nihil ad ſeipſam habentem diuerſum: ſic etiã hic
unam rem ſumit ad demonſtrandam duorum ſub
ſiſtentiam. Vnde etiã ſubiungit: Qui character eſt.
Character quippe alter eſt, ab ipſo ſuo exemplaris
alter autem non in omnibus, ſed ſecundum quod
p ſeipſum ſubſiſtit. Nã & hic character ſimilitudi-
nis omnimodę ꝑbet indiciũ, ad illud cuius eſt cha
racter, & ſuſpitionẽ uel paruæ diſſimilitudinis om
nino non recipit. Quando ergo eum & formã uoci

G tat,& characterē,quid dicunt,aut qđ nituntur opponere?Sed etiā imaginis,inquiunt, imago appellatus est homo. Quid ergo?nū eo modo sicut filius?

Quō homo sit imago dei.

Nō inqunt,sed qa imago nō est similitudinis indicatrix.Quanquā & homo sc̄dm quōd imago appellatus est, demonstrat similitudinē, sicut potest in hoīe demōstrari.Quod enim est deus in cœlo,hoc homo est in terris, sc̄dm principatū dico. Sicut.n. omnibus quæ in terris sunt iste dominatur: sic & deus oīum cœlestium & terrestrium dominatur. Verum ut ista non urgeamus, hō nō est dictus character,non est appellatus forma:qđ declarat essentiam,aut essentiā simul & similitudinem,quę est secundum essentiam.Sicut.n.forma serui nihil aliud significat, q̄ hoiem propriè: sic & forma dei nihil aliud manifestat,q̄ deum.Qui cum sit,inquit,splēdor gl̄iæ. Attende quid agat Paulus:Qui cum sit,inquit,splendor gl̄iæ: & subiungit deinde, Consedit in dextera maiestatis. Vide qualib.utitur nominibus,nusquam essentiæ ipsius propriū nomen inueniens.Neq;.n.maiestatis nomine, neq; gl̄iæ qđ desi-

H derabat expressit: hoc est.n.qđ supra iam dixi, qa sæpius quædam nobis occurrunt,q̄ intelligimus q dem,sed indicare oratione non possumus. Nā nec dei uocabulum nomen est essentiæ, neq; omnino illius essentiæ proprium potest ullum uocabulum reperiri. Et quid mirum,si in deo sic est, cum neq; in angelo proprium nomē inuenias,qđ eius declarat essentiam? fortassis neq; in anima: Non enim uidetur mihi hoc nomen psyche,tale esse quod integrē subsistantiam eius, qđ animam uocamus exprimat, sed qđ magis refrigerationē significet.Nā eandem rem,& animam, & cor,& mētem inuenies no

Psa.50.c minari.Cor,inqt, mundum crea in me deus.Sed et spiritum dictam frequenter inuenies:Feratq;, inqt, omnia uerbo potentiæ suę. Solent Ariani propone

Gen.1.a. re,qa cum dixisset deus. Fiat lux:pater præceperit, filius obedierit:sed ecce & hic,idem ipse uerbo suo cuncta facit.Feratq;,inqt,oīa,hoc est gubernet oīa. Siquidem cadentia, & ad nihilum tendentia continet.Non.n.minus est continere mundum q̄ fecisse: sed si oportet aliqd quod admireris dicere, adhuc

I amplius est. Nam in faciēdo quidem, ex nullis extantibus rerum essentiæ productę sunt:in continēdo uero,ea q̄ facta sunt,ne ad nihilum redeant continentur.Hæc ergo dum reguntur,& ad inuicē sibi repugnantia coaptantur,magnum & ualde mirabile,plurimę;q; uirtutis indiciū declaratur.Verbo aūt ferendi, facilitatem continendi uoluit designare. Non.n.gubernandi uerbo, sed metaphora eorum usus est,q sine ullo labore digito uel mouēt aliqd, uel efficiūt.Hic et molem creaturę magnitudinēq; significat:& quāuis magna sit,illi tamen ueluti nihil esse ostendit. Sed etiam dicendo,Verbo potentiæ suæ, significauit iterum quōd sine labore cuncta contineat. Et bene dixit, uerbo potentiæ suæ: Quoniā.n.apud nos uerbū, nudū ac leue qddā eē uidetur,ostēdit quōd in deo nō ita sit.Qualiter au tē uerbo uirtutis suæ cūcta contineat, nō addidit, qa possibile nō est istud scire,Deinde intulit quod ad eius maiestatē pertinet.Sic et Ioannes fecit:cum enim dixisset,qa Deus est, intulit quōd etiam crea-

Ioan. 1.a. turæ opifex ipse sit. Quod.n.ille significauit dicendo,In principio erat uerbū:&,omnia per ipsum facta sunt:hoc iste significauit, dicendo:Verbo potē tię suæ, & dicēdo: Per quē etiam secula fecit.Vnde K etiā iste & ante oia secula, existentem & opificē eū esse declarat. Quid ergo quando de patre quidem dicit Propheta,A seculo & usq; in seculum tu es? de *Psal.89.a* filio uero,quōd ante oīa secula, & omnium fabricator existat, qd respondebunt?Magis aūt cum dicitur de patre,Quia ante oīa secula consistit,& hoc idem etiā de filio dici similiter inuenimus. Et quod ille dicit,qa uita erat,conseruationem creaturę declarat, quia cunctorum uitam ipm esse constat:sic etiā iste dicit, Ferens omnia uerbo uirtutis suæ:nō sicut Græci,q eum & cōditione rerum,& prouidētia quantū in ipsis est priuant, usq; ad lunā eius potentiam limitantes.Per semetipsum, inquit,mūdatione facta peccatorū nostrorum. Postq̄ dixit supe riis illa magna, ualdeq; miranda, dicit nunc & de cura eius ac solicitudine,quā de hominib. gerit.Et quanuis illud uniuersale sit, quod oia continet,ue runtamē hoc multo amplius est:nā & hoc uniuersale est:quantum.n.in ipso est,omnes crediderunt. Nam etiam Ioānes cum dixisset, Vita erat:& prouidentiam eius manifestasset:iterū dicit, & lux erat. L Per semetipsum,inqt,mundatione facta peccatorū nostrorum,consedit in dextera maiestatis in excelsis.Duo q̄dam hoc loco prouidētię ipsius maxima indicia ponit, cū quōd a peccatis nos mūdauerit, tū quōd p seipsum hoc opus impleuerit.Et in multis locis inuenies eū in hoc maxime gloriari,non solū quoniā reconciliati sumus cū deo, sed et quōd hoc per filium est effectum. Et uerē magnum hoc munus est, & maius ex eo redditū quod per filium est contributum.Cū uero dixisset,& cōsedit in dextera maiestatis,purgatione per semetipsum facta peccatorum nostrorum:& cū nos cōmonuisset crucis eius,deinde confestim de resurrectione atq; assumptiōe ipsi? instituit disputare.Et ituere inenarrabilē eius prudentiā. Non dixit qa iussus est sedere:sed consedit. Deinde ne putes eum stare,subiungit:

Cui enim angelorum unquam dixit, Sede à dextris meis?

Consedit,inqt.*In dextera maiestatis in excelsis*. Quid est in excelsis? Nū loco includit deum? Absit,sed sicut cū dixit in dextera, nō figuram humani corpo ris deo tribuit, sed similitudinē demonstrauit honoris,quē filius æqualem habet cum patre,ita cum dicit:In excelsis, nō eum loco includit, sed ostēdit omnib.altiorem,& omnibus eminentem: hoc est, quoniā usq; ad ipsum peruenit thronū paternę cla ritatis. Sicut ergo pater in excelsis est,sic & filius.Cō fessus.n.nihil demonstrat aliud,nisi honoris æqualitatem. Si aūt dicunt:quoniam pater iussit ut sederet,cum dixit,sede:iterrogamus & nos,Quid ergo? Num stanti dixit,huc accede? At Propheta non dixit,quōd uel iusserit,uel pceperit:sed quōd tātū dixerit,sede,ad nihil aliud,nisi ut eū non putes esse à principatu & administrādo regno extorrē. Quod uero ppea dictum sit,manifestum sit ex ipsa conditione confessus.Si.n.minorationem uellet ostendere, nunquā diceret à dextris, sed potius à sinistris. *Tanto*,inquit, *melior factus angelis, quanto differentius præ illis nomen sortitus est*. Hoc quod dixit,factus,idē est hoc loco qđ declaratus,ut ita dicā Et unde hoc asseueret,ex ipso noie animaduertis, quia solet filij nomen ingenuitatē ostendere.Et sanē nisi esset ingenuus filius (ingenuus aūt filius nihil est aliud, q̄ de ipso genitus) quō posset ex hoc amplitudinem

A honoris asserere?Si.n.gratia esset filius, non solum non excelleret angelos, sed illis etiam minor esset. Quō hoc? inquis. Quia & homines iusti appellati sunt filij. Proinde nomen filij,nisi ingenuitatē ostē dat,non poterit excellentiam probare.Et ut declaret quandam esse differentiā inter creaturas & conditorem:aduerte quid dicat:Cui.n.unquam angelorum dixit? Filius meus es tu, ego hodie genui te?

Psal.2.b. *Et iterum:Ego ero ei pater, & ipse erit mihi filius*. Hæc

2.Reg.7.c. quidem dicta sunt & de carne,hoc est,ero ei pater, & ipse erit mihi filius.Quōd uero dixit,Filius meus tu es,ego hodie genui te,nihil aliud manifestat,nisi quia ex ipsa essentia patris est genitus.Sicut.n.existens dicitur à psenti tempore (hoc quippe magis deo conuenit) Ita quod dictum est hodie, psentis est temporis, potest tamen & sc̄dm carnem hoc accipi dictum.Cum n.illam apprehendit,iam sine ul lo timore cuncta deinceps eloquitur. Etenim caro communicat altiorib.sicut & diuinitas humilibus communicare dignata est.Qui.n.non est homo fie

B ri dedignatus,& qui rem ipsam non abnuit,quō ipsa repudiaturus est uerba?

Morale.

Hæc, itaq; cognoscētes, nihil impudēter agam⁹, neq; in superbiā subleuemur. Si.n.ipse cum deus esset & dominus,deiq; filius,nō respuit formam serui susc̄ipere:multo amplius nos oportet cuncta perficere, etiamsi humilia & abiecta sint. Dic.n.mihi ô hō, ex qua re, uel cur supbis? Num de prosperitate seculi? Sed hęc antiq̄ compareat, sicut fumus euanescit.Num ex spiritalib.in sublime sustolleris?Sed etiam hoc unum est spiritalium rerū,ut altum non sapias. Cur ergo altū sapis?An te assecutum cūctas

Luc.17.c. uirtutes existimas? Aduerte xp̄m dicentem, Quia cum feceritis hæc oīa, dicite:quoniam inutiles serui sumus:nam q̄ facere debebamus, oīa pfecimus. An pp diuitias in superbiam subleuaris?Nonne uides oēs qui ante te fuerunt, nudos hinc ac destitutus rebus oībus discessisse?Nonne nudi ingressi sumus in hanc uitam,nudi quoq; sumus exituri?Nū

C quid debet quisquam qui possidet aliena, supbus existere?Qui.n.uoluerint illi ad propriam uolū tatem uti, amittunt ea et nolentes:& quidem sæpius ante mortē, in ipsa uero morte ineuitabiliter. Sed nos eis,inquis, uiuētes sicut uolumus utimur.Ego autē econtrà dico, qa magis nullum facile poteris inuenire, q̄ planè pro uoto reb.extantib.abutatur. Quōd si et quis utatur,ut uelit,nihil hoc magnum putare debemus. Breuis est nanq; uita psentis temporis in comparatione seculi sempiterni. Altum sapis ô hō,qa dies es? Cur, obsecro,uel qua causa? Hoc.n.potest et latronibus usuuenire, uel furibus, uel homicidis,uel mollib.uel fornicariis,uel etiam pessimis uniuersis. Cur ergo altū sapis? Si.n.ad qđ opus est facultatibus tuis uteris, non debes altum sapere, ne pceptum domini pessundes.Si autem nō ad quod opus est uteris, multo minus altum sape debes:quoniam pecuniarū tuarum seruus effectus es,& sub earum dominatu detineris. Nam dic mihi si quispiam febrium calore correptus, multum aq̄ bibat, & modico quidem tempore sitim extiguat, ipsam uero flammam denuo ualidius accēdat, nū propterea debet altum sapere? Quid item siqs per plurima quidem,sed superflua curas suas exerceat, num propterea debet altū sapere? Quamobrē dic obsecro? Num qa plurimos habet dominos? Quo- D niā plurimis solicitudinib.angitur,qa plurimi homines adulantur? Enimuero seruus ille est, & dura fungitur seruitute.Quod ut agnoscas, parumper ausculta. Aliarū in nobis passionū interdū demostratur utilitas. Verbi gratia: Iracundia plerunq; utilis est:indignatio,inqt,iniusta nō erit innocēs:proinde potest qs et iuste indignari. Et iterū: Qui iratsci- *Matt.5.c.*

Psal.2.b. tur,inqt,fratri suo sine causa:& nō dixit,simplr,sed

2.Reg.7.c. addidit,sine causa,reus erit gehennę:qui ergo iuste irascuntur,nullo reatu tenētur obnoxij.Iterū æmulatio,uel cupiditas non sunt omnifariā noxiæ:hęc quidem cum ad opus procreādorū assumitur filiorum,illa uero cum studio imitādi bona suscipitur: sicut dixit & Paulus:Bonū est,inqt, æmulari semp in bonū.Et iterū: Aemulamini charismata meliora.Vtraq; ergo habent utilitatē suam.Et sic et in cęteris passionib.inuenitur, si per eas considerātis puigil currat intentio.Arrogātia uero nusquam bona potest existere,sed ubiq; inutilis, & noxia reperitur.Sanè uero si oportet altū sape, in pauperie hoc E oportet,nō in diuitiis facere.Quare? Quia si potes in paucis uitā tuā bene disponere,eo q hoc non potest,multo maior multoque melior haberis.Dic.n. mihi, Si uocatis quibusdam ad regiā ciuitatē aliq eorum nec iumentis indigeant,neq; pedissequis,neque tētoriis,neq; diuersorijs,neq; calceamentis, uel uasis alijs cæteris, sed eis sufficiat panis tantum, & aqua sumpta de fontib.quidā uero dicāt, Quia nisi uehicula,eaq; molliter strata dentur,nisi et pluri mos pedissequos habeam⁹, nisi sępius liceat requiescere,nisi fuerint & iumēta cōplura, nisi et & parū itineris pagere p dies singulos,quin & adhuc plura administrētur quib.opus habemus,nō poterimus uenire:quos,rogo,amplius admiremur, utrū ne illos,an istos?Nimirū illos q nullius indigēt. Sic etiā in hac causa,quam habemus in manib.Plurimi qp pe ad peragendam huius uitæ uitā plurib.indiget: alij uero,ut ita dicam,nullius.Proīde si oportet altum sapere,de pauperie hoc oportet,si tamen opor F tet.Nam q bene sapit, altum sapere nunquā debet. Sed contemnitur,inquis,paup.Non ille contemnitur,sed q pauperem contemnunt, illi magis merito contemnuntur. Nam cur non magis ego cōtemnā illos,qui nesciūt admirari, q̄ digna sunt admiratione?Nam & pictor, si ab omnib irrideatur atq; reprehendatur, donec eos indoctos perspicit,& suæ artis expertes,illorum uerba penitus nō attendit, sed solo suo ipsius testimonio contentus est. Nos uero sinemus uos multorū opinioni subiacere? Propter ea digni sumus q contemnatur ob id,quōd nō magis eos uicissim contemnimus & miseros æstimamus,q nos pauptatis gratia contemnunt.Pertrāseo quanta peccata ex diuitiis generantur,quantorum bonorū sit causa paupies. Magis autē neq; diuitiæ, neq; paupertas secdm seipsas bonæ sunt, sed ex utentibus qualitatem accipiūt. Christianus ergo in pauperie constitutus,q̄ in diuitiis magis irradiat. Quō hoc? Quia excludit à se peccatum,nō erit arrogās, sed potius temperans,& pudicus,& mitis,& sapiēs: qui uero in diuitiis constitutus est,multa illum ab his bonis ppediunt. Inspiciamus ergo quæ sunt q̄ dies opatur,imō qui male utitur diuitiis. Quid ergo agit?Rapit aliena, æstuat cupiditate,uim infert, sordidis amorib.agitatur, nefandos nō desinit per

Gpetrare concubitus', incantationes & maleficia cũ
cta cõmittit, & cætera neqora:nõnne uniuersa hęc
ex diuitijs cõspicias generari? Intueris qđ in paupie
magis, quã in diuitiis uirtutes facilius posideam?.
Nec mihi,qa hac in uita diuites nullam uindictam
suscipiunt,ideo illos neq; peccare putabis. Quòd si
facile esset in diuites uindictam procedere,uideres
ex eis repleri carceres uniuersos . Sed cũ oĩbus ma-
lis suis etiã hoc malum habent diuitiæ, qđ in mali
gnitate peccantes, ab ultionibus tuentur : & q di-
uitias posidet semp peccãs,nulla pœna reuocatur:
sed semp sine ullis remediis uulnera suscipit pecca-
torũ,& frenũ illi nullus imponit. Si aũt quis uolue
rit,etiam ad iucunditates plus inueniet accommo
da paupertatis officia. Qũo hoc? qui curis & solici-
tudinibus est liber,uacat ab odio,litib.contentio-
ne,iurgiis,& cæteris pesimis . Proinde ne diteſcere
quęramus, nec diuites ęmulemur,sed habentes ad
qđ opus est, diuitiis utamur:nõ habentes aũt,non
propterea doleamus, sed gratias magis uniuersorũ
H deo ac domino referamus : quia nos paruo labore
eandem mercedem poterimus,quã diuites,promere-
ri:si autem uolumus , etiã ampliorem dignos fa-
Mat.25.b cit accipere, & ex paruis magna lucrari:nam & qui
duo talẽta protulit,approbatus est,& similiter ho-
noratus,sicut q quinq; protulerat. Quare hoc? Duo
nanque erant illi talenta commissa , sed ipse totum
quod ex se debebat , impleuit & quæ ei commissa
fuerãt,duplicauit. Quid ergo festinamus , ut nobis
plurima committantur,cum possimus & in paruis
eosdem fructus adipisci: Quin fortasis adhuc quo
que & maiores. Nam quam gratum est,ut labor q-
dem sit minor,merces autem multo maior existat:
Facilius ergo,si uoluerit, pauper plura & maiora di
uite posidebit. An ignoratis, quoniam quãto quis
1.Cor.7.f plura congesserit,tanto magis ampliora desiderat?
I Ne igitur etiam nos idem patiamur,non quęrimus
diuitias,neq; ægrè afficiamur pauperie,neq; ditesce
re festinemus:& q diuitias posidemus , ita eis uta
mur,sicut pcepit Apostolus: Qui habẽt,inquit,sint
tanq non habentes:& q utuntur hoc mundo, tan-
quam nõ utentes . Vt adipiscamur bona q promis-
sa sunt : q nos omnes pcipere contingat uniuersa,
gratia & clementia domini nostri Iesu xpi , cũ quo
patri unà cũ sancto spiritu gl'ia , imperium,honor,
nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Homilia III. EX CAP. I. ET II.

Măt. 13. Psa.96.c. Ibi.103.a Ibi.44.b. *T cum iterum introducit primo genitum in orbẽ terræ, dicit: Et adorant eum oẽs angeli dei . Et ad angelos quidẽ dicit : Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis: ad filium autẽ, Thronus tuus deus in seculũ seculi, uirga æquitatis , uirga regni tui.* Dominus qdem noster Iesus xps aduentum suũ
Mat.13.a. carnalem,exitum uocat, sicut habes cũ dixit: Exiit
Ioã.16.f. qui seminat ad seminandũ . Et iterum: Ego à patre
exiui & ueni &c. Et hoc i plurimis scripturarum lo
cis poterit inueniri. Paulus autẽ introitum xpi uo-
cat aduentum,dicens: Cum iterum introducit pri-
mogenitum in orbem terrę. Introitum istũ assum-
ptionem carnis appello. Sed q̃ris fortasse,cur talib.
uel diuersis utatur nominib. Significationes qdem
dictorum manifestæ sunt , & scdm qd dicantur,ap
paret . Christus qdem merito exitum uocat . Foris
enim eramus à deo, sicuti qui sunt extra regales au
las in uinculis colligati, & q habent apud regẽ pro
culpis aliquibus offensam, hmõi qppe à regali au- K
la foris exclusi' sunt: qui uerò uoluerit istis ueniam
impetrare,non primum ipsos in aulam regis intro-
ducit,sed ipse foras egreditur, ibiq; cum eis commi
scet sermocinandi negotiũ, usq; dum eos correctos
reddat,& dignos efficiat, quo regis uultui repsenta
ri mereantur. Sic etiam xps effecit,egressus qppe ad
nos,hoc est carnem sumens:& collocutus nobiscũ
pcepta nobis regis indicauit, & sic nos à peccatis
emundatos,& ad deum conuersos, in aulam rega-
lem uelut mediator optimus introduxit . Propter-
ea ergo exitum uocat suæ incarnationis aduentũ.
Paulus autem introitũ nominat,ex metaphora hæ
reditantiũ, & ius dominandi in aliqua possessione
sumentiũ. Dicendo n. Iterũ itroducit primogenitũ
in orbem terrarũ: hoc significat,cum ei committit
ac posidendũ tradit orbem terrarũ. Tunc.n.totũ
orbem terræ possedit , cũ ab uniuersis est agnitus.
Non de deo ⌊uerbo sista dicũtur , sed de carne. Si n. ⌈uerbo
in mundo erat,iuxta Ioannem,& mundus p ipsum Ioan.1.b.
factus est: quo alio modo introducitur , nisi scdm L
carnem? Et adorent eum,inqt,oẽs angeli . Quoniã
enim magna q̃dam, & altiora dicturus est , pstruit
illa primũ, & susceptibilia reddit , dum dicit patrẽ Supr.1.a
introduxisse filium. Supra dixerat,quia nõ per pro
phetas nobis locutus est,sed p filiũ,& qa filius me-
lior est angelis , qđ ex ipso argumentatus est noie:
hic autem iam ex alia re uult argumenta deducere.
Ex qua ista? Ex adoratione, uidelicet . Nã tanto eũ
meliorem esse demonstrat , quanto dominũ seruis
cõstat esse meliorem: quo siquis in quandã domũ
introducat aliquem, & confestim oẽs eius domus
principes iubeat,illum pronos simul oẽs adorare:
ita & xpm scdm carnem iussit à cũctis angelis ado
rari, dicens: Et adorẽt eum oẽs angeli dei. Sed quę
ret aliquis , Nũ angeli tantum adorare pcepti sunt?
Non,aduerte itaq; q sequũtur. Et ad angelos qdem
dicit : Qui facit angelos suos spiritus , & ministros
suos flammam ignis: ad filium aũt, Sedes tua deus
in seculum seculi. Ecce maxima differentia: quia il
li quidem creati sunt,hic autem increatus. Ad ange M
los autem inquit . Qui facit angelos suos spiritus:
ad filium autem qua rõne non dixit , q facit? Et sanẽ
potuisset , si uoluisset istam sic exprimere diffe-
rentiam,dicendo, & ad angelos quidem dicit,Qui
facit angelos suos spiritus: ad filium autem, Domi-
nus creauit me. Siqdem eum dominũ & xpm deus
fecit. Sed neq; illud de filio dictum est, neq; hoc de
deo ⌊uero , ssed de eo qui est scdm carnem . Vbi n. ⌈uerbo
ueram differentiam significare desiderat, non iam
solos angelos comprehendit, sed oẽs uirtutes mini
steria superna sungentes. Intueris qũo diuidit,& cũ
quãta claritate creaturas à creatore discernit, mini
stros à Domino , hæredem & genuinum filium à
seruis. Ad filium autem dicit : Sedes tua deus in se-
culum seculi Ecce habes regni symbolum Et uirga Psſ.44.b.
æquitatis,inqt,uirga regni tui. Ecce habes & aliud
regni symbolũ. Deinde ad eum qui est scdm carnẽ
reuertitur. *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxitte deus, deus tuus:* Quid est,quod dicit deꝰ
tuus? Quoniam magnum quiddam locutus est,ite
rũ illud mitigare festinat, Sed & hic Iudæos,& Pau
lum Samosatenum,& Arianos,& Marcellum,& Sa-
bellium , & Marcionem percussit . Quomodo: Iu-
deos qdem , ostendens eis esse duas psonas & deũ,
& homi

A & hominem. Pauli uero Samosateni discipulos,dũ
ista de æterna loqtur & increata substantia : Nã ei
qũod suprà dixit, p quem & secula fecit,illud,thro
nus tuus deus in seculum seculi,opposuit. Arianos
autẽ percutit , & ostẽdens quoniam neq; seruus est
Christus neq; creatura . Marcellũ uero uel cęteros,
quoniã duæ sunt istæ psonæ , scdm subsistentiam
ab inuicem separatæ . Marcionistas autẽ percussit,
dum ostendit qa nõ deus, sed humanitas ungitur.
Post hęc subiungit,inqens: *Præ consortibus tuis* . Qui
sunt isti consortes alij pter homines? Hoc est,quod
Ioan.3.d. alibi dicitur , Quia non ad mensuram xps accepit
spiritum. Cõtemplaris qũo semp coaptat sermonẽ
dispensationis,sermoni quẽ de natura increata elo
quitur. Quid hoc clarius dici potest ? Animaduer-
tis qũo non est id ipsum creatura & proles? Non.n.
ita diuideret,si idem esset utrunq; , nec ad differen-
tiam eius uerbi,qđ dixerat , fecit,inferret:ad filium
autem dixit : Sedes tua deus in seculum seculi: neq;
differentius appellaret filij nomen , si eiusdem esse
B significationis cũ nomine creaturæ . Nam q̃,rogo,
differẽtia remanebit,si idem est proles & creatura?
Nam illi facti sunt,ille uero genitus est. Et qđ diffe-
ϑεὸς rentius est? Ecce iterum qđ dixit, deus , cũ articulo
posuit,deinde subiungit:. *Et tu in principio terrã domine fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli.* Ne fortè
audito eo qđ dixit cum introducit primogenitum
in orbem terræ uelut munus quoddam illi postea
ea donatum existimes, ista subiunxit: Nã & in supe
rioribus hoc annotauit , & iterũ ad ipsum recurrit
dicens. In principio,non nunc,sed ab initio : Ecce
iterũ Paulũ Samosatenũ simul & Ariũ interempto
rio pcutit uulnere. Nã q̃ sunt patri propria,hęc etiã
filio coaptat :& post hęc ẽt quiddam aliud tetigit,
qđ isto maius est . Nã & transformationem mundi
subsignificauit, dicens: *Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes ut uestimentũ ueterascent, & uelut amictum circunuolues eos, & mutabuntur.* Quod etiã in epistola
ad Romanos dixit,qa transformaturus est mundũ
& facilitatẽ significans, intulit: Sicut quilibet ami-
ctũ inuoluit atq; pmutat: sic & ipse mundũ & com
C plicaturus & mutaturus est. Ergo cũ trãsformatio-
nẽ & conditionẽ,q̃ fit in melius , tam facile poterit
operari: quis dicat quòd in inferiori opere, alterius
eguerit adiutorio? Vsquequo non erubescũt taliter
insanire? Simul ẽt consolatio maxima est,cognosce
re quòd non in eodẽ statu cuncta pmaneant: sed il
la quidem mutabuntur , ipse autẽ idem pmanet in
Psſ.109.a æternum,& sine fine uiues. *Et anni tui, non deficient.*
Ad quem autem angelorum dixit unquam: Sede à dextris meis , donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorũ?
Ecce iterum eos confidẽtes facit , siquidẽ futurum
ostendit,ut eorum supentur inimici : & qa inimici
eorum,ipsi erunt etiam xpi , in hoc iterum & regni
declaratur indicium,& honoris æqualitas. Nullam
autem imbecillitatẽ aliquatenus arbitreris , eo qđ
dicit patrem indignatũ iri, pro his q̃ filius indigne
perpessus est, hoc multũ patris erga filium dilectio
nis & honoris ostendit . Qui.n. indignatur pro eo,
qũo extraneus ab illo esse contenditur ? quod etiã
.n. secundo dicitur psalmo: Qui habitat in cœlis ir
Psal.2.a. ridebit eos,& dominus subsannabit eos: Tũc loq-
Luc.19.d tur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit.
eos. Et iterũ ipse dixit: Eos aũt q me regnare nolue
runt sup se, adducite in cõspectu meo,& interimi-
te. Quod uero eius sint hęc uerba, audi qđ dicat & D
alio in loco: Quoties uolui cõgregare filios tuos,et Luc.13.g
noluistis? ecce relinq̃tur uobis domus uestra deser
ta. Et iterũ: Auferetur à uobis regnũ,& dabitur gen
ti facienti fructus eius. Et iterũ, Qui ceciderit super Mat.21.d
lapidẽ istum,confringetur: sup quẽ uero ceciderit, Ibidem.
cõteret eum. Huc accedit , qa si ipse iudicaturus est
eos in futura: multo amplius & in hac uita ipse illis
digna retribuit. Proinde honoris duntaxat est pa-
tris erga filium qđ dicitur. Donec ponam inimicos
tuos scabellũ pedum tuorũ. *Nõnne omnes sunt administratorij spiritus qui in ministerium propter eos qui hæreditatem percepturi sunt salutis?* Quid miraris,inqt,si fi
lio suum ministeriũ exhibent,cũ etiam pro nostra
salute ministros eos constat effectos ? Intuere qũo
eorũ subleuat mentes , ostendens nobis honorẽ à
deo plurimum condonatum: siquidem ẽt angelos
qui nobis superiores sunt, ad nostrã salutẽ minis-
trium suum exhibere pcepit: tanquam si diceret ,ad
hoc eis utitur: hoc est, angelicæ functionis officiũ,
ad salutẽ nostram ministeriũ deo psoluere. Proin- E
de hoc est opus angelicũ , omnia facere pro salute
proximorũ,magis autem hoc est opus Christi. Ipse
enim sicut dominus saluat , isti uero sicut serui : &
nos itaq; etiãsi serui,angelorũ tamẽ cõserui sumus.
Quid igitur suspicitis,inqt,ad angelos? Serui sunt fi
lij dei,& pp nos sæpius mittuntur,& pro salute no-
stra ministeria sua persoluunt,q̃ cum ita sint , con-
stas angelos nostros esse conseruos . Considerate,
tamen,qũo non multã differentiam creaturis attri
buit . Quanus n. multum interſit inter angelos &
homines, ueruntamẽ propinquos eos nobis facit,
ut penè dicere uideatur,qa nobis laborant,pp nos
discurrunt,nobis suo fungũtur officio: hoc est,eo-
rum ministerium,ut pp nos ubiq; mittãtur. Et ha-
rum rerũ exemplis pleni sunt libri ueteris testamẽ
ti,pleni ẽt noui. Nam & pastorib. angeli euãgeliza- Luc.2.b.
uerũt,& ad Mariam angelus uenit, & Ioseph sępius Ibid.1.c.
ab angelo uisitatus est , & in monumento sedentes Matt.28.c
angeli apparuerunt , & ad discipulos angeli missi Actor.1.b.
sunt dicẽtes: Viri Galilęi,qd statis intendẽtes in cœ F
lũ,&c. Et Petrũ angelus absoluit ex carcere,& Phi- Ibid.12.a
lipo angeli collocuti sunt. Intellige igitur nũc quã-
tus nobis honor exist it , ut sicut ad amicos ita mi-
nistros angelos suos destinat deus. Nã & Cornelio Ibid.10.d
angelus adstitit, & oẽs apostolos angelus de custo Ibid.9.a.
dia eduxit,dicẽs: Euntes state , & loqmini in tẽplo
populo omnia uerba uitæ huius . Paulo uero ipse τῶ δὲ
dominus, non angelus apparuit . Intueris ergo eos πανύλω
ministeriũ nobis pp deũ reddẽtes: & magna nobis καὶ αὐ-
officia psoluentes, idcirco dicit Paulus: Ōia uestra τῶ φαί
sunt,siue uita,siue mors,siue pstentia,si νετω
ue futura. Missus est qdem & filius, sed nõ sicut mi ἀγγε-
nister,neq; ut pfuncturus qbuslibet officiis: sed si- λος.
cut filius unigenitus, eadẽ cum patre uolẽs atq; de 1.Co.3.d
siderans, magis autẽ neq; missus est: neq;.n. de loco
ad locum ptransiit , sed carnẽ sumpsit: isti autẽ lo-
ca pmutant, & prima loca in qbus fuerant deseren
tes,ad alia ueniunt transeundo , in qbus non erãt
antea. Sed & hoc ẽt confidentiam eis excitat,dicẽs:
Quid ueremini ? Nam nobis ẽt angelicũ ministrat
officium. Postquam ergo locutus est de filio dei tã
secundum dispensationẽ carnis , quàm secundum
qđ uniuersitatis est opifex: locutus etiam de regno
eius,& æqualitate honoris eius ostẽsa : & qa domi-

G natur non ſolum hominibus, ſed ẽt ſupernis uirtu
tibus, iam deinceps hortatur eos, ut animaduertãt
ea quæ illis annuntiata ſunt, dicens: *Propterea abun*
Cap. 2. *dantius oportet attendere nos iis, quæ audiuimus, ne fortè*
perfluamus. Quare abundantius dixit? Hoc eſt quã
in lege ſolebamus: ſed nomen legis obticuit. Nã &
in adſtructione ſua manifeſtũ hoc facit. Noluit er-
go hoc nunc ponere, cum admonet & hortatur, ſic
enim conducibilius arbitratus eſt. Si.n. inquit, qui
per angelos dictus eſt ſermo, fuit firmus, & ois trãſ
greſsio, & inobediẽtia iuſtã accepit mercedis retri
butionẽ: qũo nos effugiemus, ſi tãtã neglexerimus
ſalutẽ, q̃ cum initio cœpiſſet enarrari per dominũ,
ab iis q audierũt, in nos cõfirmata eſt. Quare abũ-
dantius nos oportet attendere iis q̃ audiuimus? Nõ
ne & illa dei ſunt, & iſta? Abundantius ergo dixit,
aut q̃ ſolebant in lege, aut certe amplius, non com-
parans, abſit: ſed qa per multa tempora magnum
apud eos authoritatis pondus uetus habebat teſta
mentũ: hæc autẽ ab ipſis uelut noua q̃dam contẽ-
nebantur, oſtendit ex abundantia, qđ hęc amplius
H obſeruari debeant propẽ, dicens: Dei quidẽ ſunt &
illa præcepta, & iſta, ſed non ſimiliter, & hoc quidẽ
poſtea demonſtrat: nunc aũt ſuperficiẽtenus illud
adſtruit, in poſteriorib. autẽ manifeſtius cõfirmat,
Infr. 8. d dicens: Si.n. primum illud, inqt, eſſet inculpabile, &
alia hmõi plurima. Et iterum: Quod.n. ueteraſcit,
& interitui propinquũ eſt: ſed nondum audet tale
aliquid loq in ipſis exordiis, uſquequo p̃occupet,
& obtineat pluribus adſtructionibus auditorem.
Propterea, inquit, *abundantius oportet nos attendere iis,*
quæ audiuimus, ne forte perfluamus. Hoc eſt, ne forſitan
pereamus, ne forſitan excidamus. Et demõſtrat in
hoc loco, quantũ malum in ſe ruina iſta poſsideat.
Siquidẽ difficile eſt qđ effluxerit iterum reſaluari,
quoniã ex negligentiæ contigit uitio: ſumpſit autẽ
hoc uerbũ ex prouerbiis: Filt, inquit, non perfluas:
Sed ẽt facilitatem lapſus & malum pditionis oſtẽ-
dit: quaſi dicat, inobediẽtia uobis à piculo nõ erit
libera: & per ea ipſa q̃ deſtruit, approbat, quoniam
maius erit in cadente ſupplicium: & iterũ relinquit
I huius inquiſitionẽ rei, ne ex concluſione ſuã diſpu
tationem grauem illis efficeret. Hęc eſt qppe mode
ſtia diſputãtis, ut nulla genere tur audientib. ex diſ
ſerentis ſermone moleſtia. Hoc autẽ imitatur, cum
non ubique q̃ ſequuntur ipſe in cõcluſione conſti
tuit: ſed ipſum auditorẽ dominum facit & iudicẽ,
ut ipſe ſua liberatione cõſpiciat q̃ ſequuntur, & ſpõ
tanea proferat uoluntate ſententiam. Hoc.n. modo
etiam ingenuos animos conficit auditorũ, dũ nul
lo cogente aſſueſcunt rectũ ſentire iudicium. Facit
2. Re. 12. a hoc ẽt in ueteri teſtamento propheta Nathan, facit
Mat. 21. d etiam in Euangelio ſcdm Matthæum Chriſtus, di-
cens: Quid faciẽt oparijs uineæ illius? Et ipſe tacẽs
illos compellit decretũ proferre. Hæc quippe maxi
ma uictoria in diſputationib. ſolet exiſtere. Deinde
dicens: *Si.n. qui per angelos dictus eſt ſermo fuit firmus?*
Non intulit, multo amplius qui per Chriſtum, ſed
hoc qdem ptermiſit, dixit autem quod minus eſt:
Quomodo nos effugiemus ſi tantam neglexerimus ſalutem?
Et intuere qualiter faciat comparationem. Si.n qui
per angelos dictus eſt, inquit, ſermo. Illic quidẽ per
angelos, hic autem per dominũ: & illic qdẽ ſermo,
hic autem ſalus. Deinde ne fortaſſe diceret aliquis:
O Paule iſta quæ loqueris, ipſius xp̃i ſunt, proinde
ergo ut fidẽ dictorum probabilẽ reddat, ſignificat K
non ſolum à xp̃o dicta eſſe, ſed ẽt nunc à deo dici:
nõ ſimplr uoce per aerem prolata, ſicut ad Moſen,
ſed ſignis atq; uirtutibus factis, & ipſis atteſtantib.
rebus. Quid autẽ eſt? Si.n. q per angelos dictus eſt
ſermo, fuit firmus? Nã & in epiſtola ad Galatas ita *Gala. 3. c*
quodam modo dicit. Diſpoſita per angelos in ma- *Act. 7. 8*
nu mediatoris. Et iterũ? Accepiſtis legem in mãda-
tis angelorũ, & nõ cuſtodiſtis: & ubiq; per angelos
datã eſſe dicit. Quidã autẽ dicunt, quod in hoc lo-
co Moſen intelligat, ſed nõ habet rationẽ. Angelos
enim hoc in loco plurimos dicit, & pterea de ange
lis cœleſtib. loqtur. Quid ergo? Aut.n. decalogũ ſi-
gnat, illic. n. Moſes loqbatur, & deus reſpondebat:
aut quia p̃ſentes erant & angeli dei cũ lex daretur,
aut certe de oĩbus his, q̃ in ueteri teſtamento utpo
te angelis in miniſteriũ communicantib. uel dicta
uel facta ſunt loqtur. Et hic qdẽ iſta dicit, ſed qũo *Ioã. 1. &*
alibi dicit: Lex per Moſen data eſt, hic aũt per ange *7. b.*
los? Et deſcendit, inqt, deus in nube. Si.n. qui p an- *Exo. 16. c*
gelos, inqt, dictus eſt ſermo, fuit firmus. Quid eſt,
fuit firmus? uidelicet uerus: tãquã ſi diceret, fidelis L
in opportuno tpe. Et cuncta q̃ prædicta ſunt, perce
perunt ipſis reb. effectum. Siue ergo hoc dicit, ſiue
quia obtinuit ſermo, & quicquid comminando di
xit, reb. conſtat impletũ, ſiue ſermonẽ dixit, p̃cepta
ueteris teſtamenti. Plurima quippe & pter legẽ ſunt
mãdata p angelos, q ad illud miniſteriũ mittebã-
tur: ſicut miſsi ſunt ad Loth in montem, & ad iudi-
ces, & ad Samſon. Propterea.n. nõ dixit, lex, ſed ſer- ὃτι διὰ τοῦ
mo: unde magis mihi uidetur illa ſignificare, q̃ per λαλοῦ-
angelos diſpẽſata ſunt. Quid ergo dicemus, niſi qa μένου
præſentes erãt & angeli, quib. fuerat gens illa com-
miſſa, & ipſi erant q tubis & buccinis ſonabant,
& cætera faciebant, hoc eſt, ignem, fumum, & nebu
las? *Et omnis*, inquit, *tranſgreſsio & inobediẽtia.* Nõ di
xit quia aliqua punitur, aliqua uero non, ſed ois:
hoc eſt, quia nihil remanſit inultum: ſed, *Percepit iu-*
ſtam mercedis retributionem. Quare dixit mercedis re-
tributionẽ? Merces aũt in bono poni ſolet, ſed iſte
mos eſt Apoſtolo, ut non magnã uerborũ habeat
rationem, ſed indifferenter, uel q̃ in bono dicũtur, M
uel q̃ in malo, pro alterutro ponere: ſicut & alibi di
xit: In captiuitatem redigentes oẽm ſenſum ad obe *2. Cor. 10*
diendum xp̃o. Et iterũ mercedis retributionem po *b.*
ſuit pro ſupplicio: ſicut & in p̃ſenti loco ſuppliciũ *2. Theſſ. 1*
mercedem nominauit. Itẽ alibi dixit: Siqdem iuſtũ *c.*
eſt apud deũ retribuere tribulantib. uos tribulatio
nem, & uobis q tribulamini, reqem: hoc eſt, nõ eſt
corrupta iuſtitia, ſed executus eſt deus, & cõuertit
iudiciũ ſuum ſup̃ peccatores: quanuis nõ oĩa ſint
manifeſta peccata, niſi quãdo p̃cepta diſpoſita cõ-
temnũtur. Et qũo nos, inqt, effugiemus, ſi tantã ne
glexerimus ſalutem? Per hęc uerba ſignificat, tantã
nõ fuiſſe ſalutem in ueteri teſtamento. Bene aũt ad
didit, ſi tantã neglexerimus ſalutem. Non.n. nunc
nos de pliis liberauit, nõ nobis terram uel terrena
bona largietur, ſed mortis interitum, diaboliq; per
ditionem, regna cœlorum, uitam & beatitudinem
ſempiternã. Hæc quippe oĩa breuiter innuit, dicẽs:
Si tantã neglexerimus ſalutem. Deinde importat,
unde fide digna, q̃ dicũtur efficiat, dicens: *Quæ cum*
initio cœpiſſet enarrari per dominum: Hoc eſt, ab ipſo
fonte hæc q̃ dicimus, habuere principium, non ab
hominib. nobis allata ſunt, non ab aliqua uirtute,

A uel creata, uel cõdita, ſed ipſe nobis ea filius unige
nitus impertiuit. *Ab iis*, inquit, *qui audierunt, in nos cõ-*
firmata eſt. Quid eſt, cõfirmata eſt? credita aut pfe-
cta, Pignus, inqt habemus: hoc eſt nõ extincta, nõ
diminuta eſt ſalus, quã nobis attribuit: ſed perma-
net & p̃ualet in æternũ. Cauſa uero huius rei eſt di
uinę potẽtię opatio: hoc eſt, q à domino audierũt,
ipſi nos cõfirmauere. Magnũ hoc op⁹, omniq; fide
digniſsimum, qđ etiã Lucas dixit in principio Euã
In præfa- gelij ſui: Sicut tradiderũt nobis q ab initio pręſen-
tione. tes uiderũt, & miniſtrauerunt uerbo. Sed dicet ali-
quis: Qũo hęc confirmata eſt ſalus? Quid.n. ſi ab
his, qui primi audierunt iſta, conficta ſunt? Hoc er-
go refutat, & oſtendit non eſſe humanã hanc gra-
tiam. Neq;.n. ſi ea confinxiſſent, teſtimonium illis
perhibuiſſet diuina potentia: ppea ergo intulit, di-
cens: *Atteſtante deo.* Teſtificantur qdem & illi, teſti-
ficatur & deus. Et qũo teſtificatur deus? Non uer-
bo, neq; uoce (eſſet quidem hoc etiam dignũ fide)
ſed qũo? *Et ſignis, & prodigijs, & uarijs uirtutibus.* Be-
ne dixit, uarijs uirtutib. affluentiam ſignificans do
B norum, q̃ non erat apud antiquos, neq; tãta ſigna,
neq; tã diuerſa prodigia. Hoc ergo dicit, qa nõ ſim-
pliciter illis credimus, ſed p ſigna & prodigia. Pro-
inde nõ illis, ſed deo credidimus. *Et ſpiritus ſanctꝰ*, in
Luc. 11. b quit, *diſtributionibus ſecundum ipſius uoluntatem.* Sed
fortaſſe dicet aliqs: Quid ergo? an nõ & Magi ſigna
faciũt, & ludæi in Beelzebub xp̃m dęmones exclu
ſiſſe dicebãt? num propterea credẽdum eſt magis?
Sed illi non talia ſigna faciũt, ppea ſubiunxit Apo-
ſtolus dicẽs: *Varijs uirtutibus.* Illa.n. non uirtuti, ſed
infirmitati potius tribuenda ſunt: qppe quę phan-
taſtica & inania demonſtrantur idcirco ergo intu-
lit, dicens: Et ſpiritus ſancti diſtributionib. ſecun-
dum ipſius uoluntatem. Morale.

In hoc loco aliud etiã quiddam eum ſignificare
puto: arbitror.n. intra eos non fuiſſe plures diuina
chariſmata poſsidentes, ſed ceſſaſſe illa apud eos,
uelut q̃ ſegniores facti erãt & negligẽtiores: ut ergo
eos cõſolaretur, ne aliqua deſperatione decideret,
diuinę uoluntati cũcta cõtribuit, diuinoq; cõſilio.
Veluti ſi diceret, ipſe nouit qd cuiq; proſit, uel cui
C qd ſit ad cõmodum, & ipſe gratiã, q̃ conducat, uni
cuiq; diſtribuit: qđ etiã ad Corinthios facit, dicẽs:
1. Co. 12. b Deus poſuit unũquẽq; noſtrum ſicut uoluit. Et ite
Ibid. a rũ: Vnicuiq; datur manifeſtatio ſpũs ad utilitatẽ,
Secundum uoluntatem eius. Oſtendit, ergo quòd
donũ, quod q; ſecundum uoluntatẽ dei patris ſit.
Sæpenumero aũt & pp immundam uitam & igna
uã, multis dona diuina negata ſunt: aliquãdo aũt
pleriq; uitã habentes honeſtã & mundam, nõ acci
piunt illam. Quare? Ne in ſuperbiã ſubleuentur, ne
inflentur uentoſitate iactantiæ, ne altitudo mune
ris negligentiores efficiat. Si.n. & ſine peculiari cha
riſmate ipſa p ſe mũdæ uitę conſciẽtia idonea eſt,
ut faciat arrogantẽ: multo amplius, quãdo cum re
cta uita chariſmatis quoq; munus affuerit. Proinde
humilib. magis, atq; ſimplicib⁹ chariſmata cõdona
2. Cor. 1. c tur, & maximè ſimplicib. In ſimplicitate, inqt, & in
exultatione cordis. Hoc itaq; ſermone exhortat⁹ eſt
eos amplius, etſi negligentes erãt, cõpunctos reddi
dit, ac attẽtos. Qui.n. humilis ẽ, & nõ de ſe maiorẽ
cõcipit exiſtimationẽ, ſtudioſior efficitur, cũ cha-
riſmatis mun⁹ acceperit: dũ.n. iudicat, p̃ter dignita-
tem ſuã munus illud eſſe tributũ, debitorem ſe fa-
ctum eſſe putat: q uero compotẽ ſe uirtutis exiſti- D
mat, non ſibi ex gratia largientis adueniſſe munus
illud arbitratur, ſed ex ſuorum debito meritorum.
Proinde hmõi homo inflatur uentoſitate ſupbiæ:
idcirco ergo deus utiliter cũcta diſpenſat, qđ in ec-
cleſia uſuuenire uideas. Alius qdem habet facultа-
tem ſermonis ad docendũ, alius autem neq; os ape
rire ualet. Non contriſtetur, inquit, iſte, qa ſimilem
non habet gratiam: unicuiq;.n. datur manifeſtatio
ſpiritus ad utilitatem. Si.n. homo paterfamilias no
uit, quod cuique negotium committat: multo am
plius deus, q nouit cũctorum mentes hominũ, qui
cuncta cognoſcit, antequã fiant: Vnum eſt tantum
triſtitia dignũ, hoc eſt peccare, aliud uerò nihil. Ne
dicas: Quare nõ habeo pecunias? ſi haberẽ, pauпe-
ribus impartirer. Neſcis ô homo: fortaſsis.n. ſi ha-
beres, amplius auarus exiſteres. Nunc qdem hęc di
cis, ſed ſi te ipſa probaret experientia, alius forſitan
appareres. Nã & quãdo ſumus cibis ſaturari, puta-
mus non poſſe longa tolerare ieiunia: cũ uerò nos
cœperit ſaltẽ leuis eſuries, alia nos deſideria ſubin
trãt. Iterum quando ſumus ab ebrietate liberi, pu- E
tamus illã nos ſupare poſſe paſsionem: cũ uerò fue
rim⁹ illius morbi capti libidine, minimè nobis pri
mũ iudicium remanebit. Nõ ergo dicas, Quare nõ
accepi gratiã docendi? Si.n. haberem, decem milia
hominum ędificarem. Neſcis quia ſi fortaſsis habe
res, ad ſ̃judiciũ maius haberes: fortaſsis.n. inuidia,
forta'sis deſidia compelleret te talentum ſub terra
defodere. Nunc autem iſtis omnibus liberatus es,
nec culparis, ſi nõ diſtribueris annonæ ſingulis q-
bũſque menſurã: ſi autem haberes illud chariſma,
plurimis culpis eſſes obnoxius: ſed & nunc non es
ſine chariſmate, in paruo demõſtra qualis eſſe poſ-
ſes, ſi munus illud haberes. Si.n. inqt, in paruo fide *Luc. 16. c*
les nõ fuiſtis, maiora qs dabit uobis? Oſtẽde ergo *Mat. 12. d*
ſicut illa uidua. Duos habuit obolos, & totum qđ
habuit, miſit: totũ qđ poſsidebat cõtulit. Pecunias
q̃ris, oſtende te contemnere q̃ parua ſunt, ut credã
tibi de maximis: ſi uerò nec iſta, multo minus illa
contemſeris. Similiter etiã in ſermone tuo demon
ſtra, qđ eo competenter utaris in admonitione, uel
conſilio circa fratres. At non habes eloquentiã, nõ F
habes abundantiam ſententiarũ: ueruntamen ſcis
iſta cõmunia, ſi filium habes, ſi uicinum, ſi amicũ,
ſi propinquũ, ſi ſeruos, admone, doce. Si nõ tales i
eccleſia publice lõgum protelare ſermonẽ, iſtis ta-
men ſemotim potes conſulere: ad hoc non rhetori
ca opus eſt, neq; longa p̃ceptione: oſtende in his,
quoniã ſi haberes facultatẽ ſermonis, negligẽtia te
nulla deprimeret: ſi aũt in paruo non geris ullum
ſtudium, qũo tibi maiora promittenti credamus?
Quod.n. hoc unuſquiſq; ualeat implere, aduerte qđ
dicat Apoſtol⁹, qũo hoc & laicis ſic imperet: Vnuſ- *1. Theſſa.*
quiſq; inquit, ædificate inuicẽ, ſicut & facitis, & cõ *5. b*
ſolemini alterutrum in ſermonib. iſtis. Nouit deus
quid & qũo unicuiq; diſtribuat. Nũquid nã tu me-
lior es Moſe? Aduerte ergo qũo reſpuebat muneris
amplitudinem. Num ego, inquit, illos portare poſ-
ſum? quoniam dixiſti mihi ſume illos, ſicut ſumit
nutrix paruulum ad ubera pendentem. Quid ergo
deus? Sũpſit de ſpiritu eius & dedit alijs: oſtendens
qa neque dum eos ipſe portaret, eius erat chariſma,
ſed ſpiritus ſancti. Si enim haberes chariſma ô ho-
mo, fortaſſe ſuperbiæ te uentus extolleret, fortaſsis

G mutareris in pei⁹. Nō ita temetipſū cognoſcis ſicut te deus agnoſcit. Non ergo dicamus: Quare hoc, & pro qua cā hoc? quando deus aliqd diſpenſat atq; diſponit, non ab eo rerum rōnes exigamus. Hoc.n. extremæ impietatis eſt, ſcelera tæcq; ſuperbiæ. Serui ſumus, & ſerui multum diſtantes à domino, neq; q̄ ante pedes noſtros aguntur ſcientes. Non ergo curioſe pſcrutemur diuina conſilia, ſed qd nobis donare dignatus eſt, hoc ſeruemus, ſiue paruū ſit, ſiue minimū. Hæc.n. agentes probabiles apparebimus: magis aūt quicqd uenerit de diuini muneris largitate, nequaquam paruum eſſe iudicemus. Doles qd chariſma docendi non poſsides? Dic mihi, qd tibi maius uidetur, chariſma docēdi, an chariſma morbos & egritudines effugandi? Item dic mihi, nónne maius eſt oculos reſtituere cæcorum? Itē mortuos ſuſcitare, nōne uidetur tibi maius eſſe? Quid? nōne maius eſt tactu ſudarij, uel umbra ſola corporis q̄ uerbo iſtud perficere? Quid ergo dic mihi? ſudario ne, aut umbra tui corporis mortuos ſuſcitare mauis, an docēdi chariſma poſsidere? Vtiq; illd eliges,
H ut mortuos tactu ſudariorū tuorū, & umbra corporis tui reſuſcites. Si igitur tibi mōſtrauero, quoniā iſto chariſmate eſt aliud chariſma multo ſuperius, qd tibi dū ſumere liceat, nō appetis, nōne iuſte iſte cæteris chariſmatib. priuat⁹ es? Hoc aūt chariſma, qd dico, non uni, nō alteri, ſed cūctis cōceſſum eſt poſsidere. Scio qppe quòd attēti facti eſtis, & ſtupore poſſeſsi. Si ergo audieritis, qa licet uobis mai⁹ chariſma poſsidere, q̄ mortuos ſuſcitare, q̄ cæcorū oculos reſtituere, q̄ & cætera facere, q̄ ab apoſtolis facta memorantur, fortaſsis ēt credibile non putatis. Quid ergo eſt hoc chariſma? ſ. charitas. Sed credite mihi, quia iſte ſermo non eſt meus, ſed xp̄i, per Paulum apoſtolum nobis loquentis. Quid ergo dixit? Aemulemini chariſmata meliora, & ad-
1.Co.12.d huc eminentiorem uiā uobis demonſtro. Quid dicit eminentiorem uiā? Corinthij altum ſapiebant ſuper donis muneribusq; chariſmatum, & q lingua rum habebant chariſma, qd eſt minimum, circa reliquos arrogantius inflabantur. Dicit ergo: Si oīno chariſmata q̄ritis, ego uobis oſtendā uiā chariſmatum eminētem: non ſimpliciter ſuperiorē, ſed emi-
I
Ibid.13.a nēter cæteris præſtantē: deinde dicit: Si linguis angelorum loquar, charitatē autem non habeā, nihil ſum. Et ſi habeam fidem, ita ut montes transferā, charitatem aūt non habeā nihil ſum. Ecce tibi chariſma qd cunctis eminet, æmulare illud: hoc qppe chariſma maius eſt, q̄ mortuos ſuſcitare: multo melius q̄ reliqua dona uirtutum. Et ut ſic eſſe intelligas, aduerte quid dixerit ipſe xp̄s, diſcipulis ſuis lo
Ioan.13.d quens: In hoc cognoſcent oēs quòd diſcipuli mei ſitis: & oſtēdit in quo, non dicens: Si miracula fece
Ibi.17.d. ritis: ſed ſi charitatem, inqt, habueritis adinuicem: & iterū ad patrē dicit: In hoc cognoſcent, qa tu me miſiſti, ſi fuerint unū: & iterum ad diſcipulos ſuos
Ibid.13.d dicebat: Mandatum nouū do uobis, ut diligatis inuicē. Qui ergo talis eſt, etiā iis q mortuos ſuſcitāt, melior eſt atq; præclarior: & meritò. Illud.n. totum diuini cōſtat eſſe chariſmatis, hoc autem & ad tuū ſtudiū ptinebit. Hoc uere opus eſt Chriſtiani, hoc declarat Chriſti diſcipulum, hoc manifeſtat quēq; crucifixum eſſe mundo, hoc oſtēdit aliquem nihil in hac terra poſsidere: ſine hac nanque neq; martyrium proderit. Et ut cognoſcas, intuere hoc manifeſtius. Sumpſit beatus Paulus duas ſummas excel- K
laſaq; uirtutes, magis aūt tres: unā ad miracula ptinentē, alterā ad ſcientiā, tertiam uitæ conuerſationiſq; meritū poſsidentem: & tamen quanq̄ magnæ ſint, ſine charitate nihil eas eē determinat. Et cūo
1.Cor.13. nihil ſunt, ego dico: Si diſtribuam, inquit, omnia
b. mea pauperib. charitatem autem non habeā, nihil ſum. Poteſt.n. fieri, ut ſit aliquis ſuę diſtributor ſubſtantiæ, & ſit uacuus charitatis. Et hæc qdem ſufficienter à nobis in aliis dicta ſunt, ubi proprius locus de charitate nos cōpulit diſputare. Ad illa ergo mittimus auditores, interim nūc ſicut iā dixi, ęmulemur hoc chariſma, diligamus nos inuicē, & nullius doctrinæ erimus indigi ad conquirenda uirtutis iſignia: ſed oīa nobis facilia ſine ullo ſudore cōſtabūt, & magna diligētia cūcta pficiemus. Sed ecce, inquis, & nūc diligimus inuicē: unuſquiſq; n. habet amicos, alius qdem duos ali⁹ aūt tres: ſed hoc non eſt pp deum diligere. Qui nanque pp deū diligit non habet tale dilectionis initium, ſed erga omnes ſicut circa fratres afficitur: & quos qdem fidei
L eiuſdē eē cognouerit, ut uere germanos fratres amplexatur ac diligit. Hæreticos aūt uel Paganos uel Iudæos pp communionem quidem naturæ, fratres æſtimat: miſeratur autem pp quod in eis cernit errorem, & contabeſcit pro eis, & lachrymas fundit: in hoc erimus ſimiles deo, ſi cūctos amabimus, ēt inimicos noſtros, nō autē ſi ſigna, uel miracula facerimus. Nā & dominum ipſum admiramur qdem miracula facientē, ſed amplius admiramur miſerātē & lōganimiter ſuſtinentē. Si igitur & in ipſo deo illud eſt amplius admirādū, quāto magis in hoie? Vnde clarū eſt, quòd nos hoc faciat magis admirabiles. Hoc igitur æmulemur, & nihil uel à Paulo, uel à Petro, uel alijs mille mortuos ſuſcitantib. minus habebimus, ēt ſi febrē fugare, uel morbos pellere nō ualeamus. Enimuero ſiue charitate ēt ſi ipſis aplis excellētior miracula fecerimus, ſi noſmetipſos pp fidē in mille pericula cōtradiderim⁹, nihil nobis utilitatis acceſſerit: & hęc non ego dico, ſed ipſe charitatis alumn⁹. Ipſi ergo credamus, ipm protinus audiamus. Sic.n. poterimus bona q̄ promiſ- M
ſa ſunt, adipiſci, q̄ nos uniuerſos contingat accipere, gratia & clementia domini noſtri Ieſu xp̄i, cum quo ſit patri gloria, unà cū ſancto ſpiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia IIII. EX CAP. II.

On enim angelis ſubdidit orbem terræ futurū, de
n *quo loquimur. Teſtatus eſt autem alicubi quidā dicens: Quid eſt homo, quòd memor es eius, aut fi-* Pſal. 8.f
lius hominis, quòd uiſitas eum? Minorem paulo feciſti angelis. Vellem manifeſte cognoſcere, num aliqui cōpetenti ſtudio ea quæ dicuntur aduertant: an non iuxta uiam ſemina iactemus: ſtudioſius quippe ēt nos docebimus, ſi uos ſtudioſe audire ſentiamus. Dicemus tamen, etiamſi nullus audire uelit, propter incumbentem nobis timorem dei. Conteſta- Eccc.3.f.
re, inquit, plebem hanc, etſi non audiant, tu abſolutus eris. Si aūt certus eſſem de ueſtro ſtudio, nō ſolum propter timorem, ſed & cum iucunditate dicerem. Nūc aūt ſi nullus audiat, etiam ſi mihi res ſine periculo ſit, quod meum eſt implenti, attamē ſine delectatiōe aliqua labor iſte pficitur. Quid.n. profuerit, quod ego quidem culpa uaco, ſi interea nemo ueſtrum iuuatur. Si autem animaduerterint q-

A dam, non tāta nobis utilitas erit ex eo, quod de pœna liberabimur, quantū nobis accōmodabit charitatis ueſtræ profectus. Quo igitur hoc cognoſcā, Intendā unūquenq; ueſtrum: & quos ex uobis admodū attentos cognouero, hos ſeorſum nactus interrogabo: & ſi reperero uel aliqua ex his quę dicta ſunt retinere, nō dico oīa: hoc.n. uobis no ſatis eſt facilè, ſed etſi pauca ex multis, de reliqs non ambigam ultra. Et oportebat qdem, ut abſq; pmonitione incautos aggrederer, uerūtamen ēt ſic gratū mihi erit, ſi uos ſecundum uotū meæ mētis inuenero. Quin & ſic quoque poſſum uos incautos adoriri. Quod.n. interrogaturus ſim prædixi quidē, quando autē nondum certo conſtitui: fortaſſe.n. hodie, fortaſſe craſtina, fortaſſe poſt uigīti, forſan poſt triginta dies, fortaſſe poſt pauciores, fortaſsis poſt plures: ſic etiā deus diē defunctionis noſtræ incertū effecit, & neq; hodie, neq; craſtina die, neq; poſt annū totū, neq; an poſt plures annos immineat, certū nobis eē pmiſit, ut expectationis incertitudine moti, ſemp in uirtute noſipſos contineamus: & quòd cō
B meaturi ſimus ex hac uita, dictū eſt nobis: quando uero, nequaq̄: ſic etiam ego, interrogaturū me quidē dixi, quando uero, non addidi, uolens uos hanc curā ſemp habere. Et nemo dicat quoniā ante quatuor hebdomadas, & quinq;, & ampli⁹ hæc audiui, & retinere non poſſum. Siquis.n. audierit, taliter eū retinere uolo, ut ei⁹ memoria nullū obliuionis furtum patiatur, neq; diluta ſit, neq; quæ dicta ſunt reſpuat. Volo.n. uos retinere quæ dico, nō ut mihi ea dicatis, ſed ut uos lucrū habeatis. Hoc mihi totum ſtudiū eſt: itaq; nemo hoc dicat. At neceſſarium iā eſt, ut ad cōſequētia reuertamur. Quid ergo hodie propoſitum nobis eſt ad dicendum? Non.n. angelis, inqt, ſubdidit orbē futurum, de quo loquimur. Nunquid nā de altero aliquo orbe diſputat? nō ita eſt, ſed de iſto pſenti, pp hoc etiam addidit, de quo loquimur. Ne mentem auditoris errare relinqueret dum alius quæreretur orbis. Quo ergo eum futurum uocat? Nempe quemadmodum & alibi dixit,
Roma.5.c qui eſt forma futuri: de Adā & Chriſto loquens in epla ad Romanos, reſpectu temporum, in quib⁹ uixit Adā, futurum ſecundum carnem uocans Chriſ-
C tum. Etenim futurus erat: ſic ēt nunc, quoniam dixit: Quādo aūt introducit primogenitum in orbē terrarū, ne putares alium orbē eum dicere, ex multis hoc cōfirmat, eoipſo quòd dicit futurū. Futurus quippe erat orbis, filius aūt dei ſemper erat, hūc ergo orbē futurum nō angelis ſubdidit, ſed Chriſto. Quod aūt ad filium dictum ſit, inquit, manifeſtū eſt. Non.n. quis dixerit quòd ad angelos dictū ſit: deinde aliud affert teſtimoniū, & dicit: Teſtatus eſt aūt in quodam loco quidam dicēs. Cur non ipm nomen prophetæ poſuit, ſed abſcōdidit? Fecit hoc etiā in alijs teſtimonijs: ſicut cùm dicit: Quādo au-
Pſa 96.b tē introducit primogenitum in orbē terrarum: di-
2.Re.7.c cit, Et adorent eum oēs angeli dei. Et item, Ego ero
Pſ.103.a ei in patrē: & ad angelos quidē dicit: Qui facit an-
Ibi.101.d gelos ſpūs: &, Tu domine in principio terram fundaſti. Sic etiā, hic inquit, Teſtatus eſt in quodam loco quidā dicens: Et hoc ipſum exiſtimo nō abſcondentis eſſe, ſed oſtēdentis eos multam habere ſcientiā ſcripturarū, ut nec opus haberet nomen ponere
Ibid.8.b dicētis: ſed ueluti de re admodū trita & manifeſta, inducere teſtimonia. Quid eſt homo quòd memor es eius, aut filius hominis quòd uiſitas eum? Mino- D
rē eum paulo feciſti angelis, gl'ia & honore coronaſti eum. Omnia ſubiecīſti ſub pedibus eius. Hoc.n. etſi de cōi humanitate dictū eſt: ueruntamen propriè aptatur ad Chriſtum ſecundum carnem. Nam illud omnia ſubiecīſti ſub pedibus eius, ad illū magis pertinet, q̄ ad nos. Filius quippe dei cum nihil eſſem⁹ nos inuiſit, & carne ex nobis aſſumpta, ſibiq; adunata, omnibus ſuperior eſt effectus: In eo n. qd ſubiecit ei omnia, nihil reliquit illi non ſubiectū. Nunc aūt nondū uidemus illi omnia ſubiecta eſſe. Quod autem dicit, tale eſt: quoniam dixit, Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Fieri poterat, ut adhuc mœrore afficerentur, deinde poſt hæc paucis quibuſdā interpoſitis, hoc teſtimonium intulit prius illud confirmans. Etenim ne diceret, Quo inimicos eius poſuit ſub pedib. eius, tanta nobis patientibus? Sufficienter quidem & in anteriorib⁹ hoc ſignificauit: quod.n. dixit, donec, faciendum ſignificauit, ſed tpe procedente: hic aūt hoc exequitur. Ne putes, inquit, quoniam necdum ſubiecti ſunt, planè non ſubijciendos: Quòd autē E
oporteat ſubijci, manifeſtum eſt: etenim prophetia propter hoc dicta eſt. *In eo autem quòd ſubiecit ei*, inquit, *omnia, nihil reliquit ei non ſubiectum*. Quo ergo non omnia ſubiecta ſunt? quoniam futurum eſt, ut ſubijciantur: ſi ergo omnia oportet ſubijci, nec dū aūt ſubiecta ſunt, nihil contriſteris neque turberis. Si.n. fine quidem præſente omnibus iam ſubiectis hæc patereris, quę pateris, rectè doleres. *Nunc autem necdum uidemus ei omnia ſubiecta.* Necdū impator noſter manifeſtè cūcta obtinuit: qd ergo turbaris, dū aliqua mala pateris? Necdum omnia obtinuit pdicatio noſtra, necdum tps, in quo perficitur ſubiectio: deinde alia conſolatio. Si.n. etiam ipſe, qui oēs ſubiectos habiturus eſt, mortuus eſt, & innumera paſſus: quid tu contriſtaris, cùm pateris? *Eum uerò qui modicum quiddam diminutus fuerat infra angelos, uidemus ieſum propter paſsiones mortis.* Deinde rurſus intulit bona & proſpera. *Gloria & honore coronatum.* Vides quō illi omnia coaptauerit? Etenim idipſum qd dixit, modicum, cui magis aptum q̄ ei, qui tres dūtaxat dies in inferno fuit? Veruntamen nobis q F
tanto tpe contribulamur, non pōt aptari. Et illud quoque, gloria & honore, illi multò amplius congruit, q̄ nobis. Iterum eis in mentem reducit paſsionem crucis, duo faciens, & quantam curam de omnibus habeat oſtendens, & pſuadēs omnia fortiter tolerare in magiſtrum aſpicientes. Si.n. qui ab angelis adoratur, inquit, ſuſtinuit paululum infra angelos minorari, pp te, multò amplius tu, qui angelis minores, cuncta tolerare debes pp ipſum. Deinde oſtēdit crucem gloriam & honorem eſſe, ſicut ipſe ſemper eam uocat, dicens: Vt glorificetur filius ho- Ioan.11.a
minis, & glorificatus eſt filius hominis. Si igitur ille Ibid.13.a
ea quæ pro ſeruis paſſus eſt, gloriam uocat: multò amplius tu, q̄ pro domino pateris. Vides crucis fructus quantus ſit? Amato ergo hāc rē: triſte quidem tibi uidetur, ſed decē milia generat bona. Oſtēdit itaq; ex hoc tentationis utilitatem. Deinde dicit, ut gratia dei pro omnibus guſtaret mortem: ut, gratia dei? inquit. Et ille quidem pp dei gratiā, quæ erga nos eſt, hæc paſſus eſt. Qui proprio, inquit, filio nó Rom.8.f
pepercit, ſed illum pro nobis omnibus tradidit. Cuius rei gratia? non debebat hoc nobis, ſed gra-

tia illud fecit. Et iterum in epla ad Romanos, dixit:
Rom.5.c Multò magis gratia dei,& donum p gratiam unius hominis Iesu xpi in multos abũdauit, Vt gratia dei pro omnibus gustaret mortẽ, non pro fidelib. tantũ, sed & pro mundo uniuerso. Nam ipse quidẽ pro omnibus mortuus est. Quid autem si non oẽs credunt? Ille qd suũ erat impleuit. Et propriè dixit, pro omnibus gustaret mortẽ, nõ dixit ut moriatur. Re uera.n. sicuti qui gustat, sic breue interuallũ in illa faciens, cõfestim surrexit. Dicendo ergo mortem & passionẽ mortis, manifestè mortem significauit: di cẽdo aũt quoniam angelis melior, resurrectionem declarauit. Sicut.n. medicus non habens necessitatẽ ex cibis, q ægroto proponuntur gustare, sed illi cõsulẽs, primus ex illius cibo degustat, ut psuadeat ægroto promptius illos cibos accipere: sic ẽt dominus, quoniam oẽs homines mortem timebant, per suadens eis, ut fiducialiter ad mortẽ accederent, &
Ioã.14.d ipse gustauit mortẽ, nullã habens necessitatem. Venit etenim huius mundi princeps, inqt, & in me inuenit nihil: sed & ex eo quod dicit: gratia dei, &, pro
H omnibus gustaret mortem, istud cõmendat. *Decebat.n.eum, propter quem sunt omnia, & per quem omnia: ut multis filijs in gloriam adductis principem salutis eorum per passiones perfectum redderet.* De patre hic loqtur. Vides quo iterum ei illud, per quem, coaptat? non enim hoc faceret, si alicuius diminutionis esset: & filio soli cõueniret. Qd aũt dicit hoc est, Digna, inquit, clementia sua fecit, qd primogenitum clariorẽ omnibus ostendit, & sicut athletam fortem, & cẽteros superantem exemplum alijs constituit. Principem salutis eorum, hoc est, cãm salutis eorum. Vides quantũ sit differentiæ? & ipse filius, & nos filij: sed ille saluat, nos saluamur. Vides quo nos & coniungit, & discernit? Multis filijs, inquit, adductis in gl'iam. Hic cõiunxit: principẽ salutis eorũ, atq; iterũ discreuit. Per passiones, inqt, pficeret. Ergo passiones pfectio sunt, & cã salutis. Vides quòd mala pati non sit derelictorũ? si uerò in hoc primum honorauit filiũ deus, ut p passiones eũ induceret, re uera multò melius est carnem suscipere, & pati q̃ passus
I est, q̃ hunc mundum facere, & ex nullis existẽtibus
Ephe.2.b proferre: hoc quidẽ clementiæ est, illud multo amplius, quod ẽt ipse ostendens dixit: Vt ostẽderet in scl'is aduenientib. eminentes diuitias bonitatis suę, sil'cum eo resuscitauit, & sil'cum eo sedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu. Decebat.n. eum, propter quem omnia, & per quem omnia, ut multis filijs in gloriam adductis principem salutis eorum per passiones perficeret. Decebat.n. curam de nobis agentẽ, & omnia ut essent proferentẽ, tradere filium pro cæterorũ salute, unum pro multis. Verũ non sic dixit, sed ut p passiones, inquit, pficeret: ostendens eũ qui patitur pro aliquo, nõ solũ illum iuuare, sed ẽt seipsum clariorẽ efficere, & perfectiorem. Hoc autẽ ad fideles dicit, cõfidentiores eos efficiens. Etenim xps tunc glorificatus est, quãdo passus, quando aũt dico, glorificatus est, non putes quòd ei gl'iæ quicq̃ acceſſerit. Illã quippe gl'iam naturæ suæ habuit semper, nihil accessionis in illa capiens. *Qui n. sanctificat, inquit, & qui sanctificantur, ex uno sunt oẽs: propter quam causam non erubescit fratres eos uocare.* Ecce quo iterũ coniungit, honorans eos & consolans, & xpi fratres eos efficiẽs, secundum quod ex uno eos esse dicit: deinde muniens sermonẽ suum, & ostendens quoniam de eo, qui secundum carnem est dixit, intulit: Qui.n. sanctificat, hoc est xps: & hi q̃ sanctificãtur, hoc est nos. Intueris quantũ interſit? ille qdẽ sanctificat: sanctificamur aũt nos: sed & supra, principẽ, inquit, salutis eorum. Vnus.n. est deus, ex quo 1.Co.8.b
sunt omnia: Propter quam cãm non erubescit frẽs eos uocare. Vides quo iterum ostendat illius eminentiam? In eo.n. quod dixit, Nõ erubescit, demonstrat non rei naturæ esse, sed misericordiæ esse totũ eius qui nõ erubescit, & modestiæ multæ. Etsi.n. ex uno, ueruntamen ille sanctificat, nos aũt sanctificamur, & multũ interest: ille quidem ex patre, sicut filius, & proprius, hoc est, ex eius essentia: nos aũt ut creatura, hoc est, ex nullis extantibus. Multũ igitur ab eo distamus. Propterea dicit non erubescit frẽs eos uocare, dicens: *Annunciabo nomen tuum fratribus* Psal.21.c
meis. Carnem n. indutus, indutus est & fraternitatẽ, & introducta est sil'etiam fraternitas: sed hocqdem rectè profert, illud aũt, *Ego ero fidens in illo.* Quid sibi Psal.17.a
uult? Quæ sequuntur comodè qdẽ ponit, utpote. *Ecce ego & pueri, quos dedit mihi deus.* Sicut.n. hic pa- Esa.8.d
trem seipsum ostendit, sic illic frẽm. Annunciabo, L
inqt, nomen tuũ fratribus meis. Iterum eminentiã demonstrat, & multã differẽtiam p ea q̃ sequuntur. *Quoniam igitur pueri commercium habuerunt cum carne & sanguine.* Vides qua in re sitam esse dicat sil'itudinem istam? In carne uidelicet. Et ipse sil'r particeps factus est eorundem. Erubescant oẽs hæretici, cooperiantur cõfusione qui putatiuè dicũt eum aduenisse, & non uerè. Non.n dixit. Quoniã particeps factus est tantũ eorundẽ, & tacuit: quãuis & sic sufficienter dixisset, sed aliud amplius qddã posuit, hoc est, sil'r, nõ putatiuam aut imaginariam, sed ueram ostendens fraternitatẽ, deinde & cãm etiam ponit dispensationis: *Vt per mortem, inquit, aboleret eum, qui imperium habebat mortis, hoc est, diabolum.* Hic admirabile quiddam demonstrat, quia per quod imperiũ obtinuerat diabolus, p hoc & uictus est, & arma q̃ illi fuerunt fortia aduersum mundũ, hoc est mors, p ea illum xps percussit. Hic magnitudinẽ uirtutis eius, qui uicit, insinuat. Intueris quantũ bonũ operata sit mors? *Et liberaret, inqt, eos, quotquot metu mortis per omnem uitam obnoxij erant seruituti.* Quare tremi M
tis? quare timetis eam, q̃ iam inanis facta est? Iã terribilis nõ est, sed cõculcata est, contẽpta est, extrema facta est, & nulli⁹ momẽti. Quid aũt est, metu mortis per oẽm uitam obnoxii erant seruituti? aut hoc dixit, qa qui mortẽ timet seruus est, & omnia patitur, ne moriatur: aut illud, quia serui oẽs erant mortis, & qa illa nondum erat soluta dominabatur eis: aut qa cum timore ppetuo uiuerent homines semper se mori expectantes, nullum uoluptatis sensum capere poterãt, hoc metu apud eos manẽte. Hoc.n. significauit, dicens, Per oẽm uitam. Hic demõstrat cõtribulatos, persecutionẽ passos, & patria, & substãtia, & cæteris omnib. priuatos iucundius ac liberius degere, illis, qui in delitijs iã diu cõstituti sunt, qui nihil tale passi sunt, qui in lętitia degunt. Siqdẽ illi quidẽ per oẽm uitam sub metu mortis agebãt, & serui erãt: isti uerò ab eo sunt liberati, & deridẽt quod illi horruerunt. Tale.n. est nunc quale si quispiã uinctum aliquem producendum ad mortẽ, & semp hoc expectantẽ, pinguẽ reddat ex multis delitijs: tale aliquid erat etiam mors antiquo tpe, nunc aũt ueluti si quispiam metu illo pariter cũ delitijs

A iecto certamen denunciet, & proponat agonẽ ut iã non ad mortẽ, sed ad regnũ adducatur, ex qbus esse uelles? Ex his qui in custodia pinguescerẽt, singulis diebus sentẽtiã suũ interitus expectãtes: an ex illis pugnaturis qdẽ multũ, & laboraturis ultronea uoluntate, ut diadema tãdẽ regni suscipiãt? In tueris quo excitarit eorum aium, erectosq; ac sublimes effecerit? Ostendit autẽ nõ mortẽ tantũ qeuisse, sed per hanc etiam illum, qui aduersum nos bellum sine fœdere semper instituit, diabolũ dico inanem esse factũ, ac uiribus suis spoliatũ: Qui.n. mor
Iob. 2.b tem non timet, extra tyrannidem diaboli cõstitutus est. Si.n. pellem pro pelle, & oia dat unusquisq; pro anima sua: quando etiã istam quispiam statuit contemnere, cuius erit de cæterò seruus? Nullũ metuet, nullum timebit, oibus erit superior, omnibus liberior. Qui enim aiam suam contemnit, multò amplius etiã alia: quando.n. inuenerit talem animam diabolus, nihil in illa suorum operũ poterit operari. Quid.n. dic mihi, minabitur damnũ pecuniarũ? in honorationẽ, iectionẽ ex patria: sed hæc
B parua sunt ei, qui neq; animam suã pretiosam existimat, iuxta beatũ Paulũ, Vides, quòd qui mortis tyrannidem excludit, simul ẽt diaboli uirtutem dissoluit? Qui.n. de resurrectione multa philosophari nouit, qũo timebit mortem? qũo deinceps illam
Morale. horrescet? Non itaq; contristemini dicentes: qua re hæc, atq; illa perpessi sumus? sic.n. uictoria clarior perficitur: non.n esset clara, nisi mortem morte soluisset: hoc autem est mirabile, quòd per eadẽ eã uicit, per quæ pualuit, facilitatẽ eius & solertiã ubiq; demonstrans. Non ergo prodamus datũ no-
Rom. 8.c bis donum. Nõ.n. accepimus, inquit spũm seruitutis, sed spiritum uirtutis, & charitatis, & tẽperantię. Stemus ergo fortes irridentes mortẽ. Sed cõpellor gemere amarissimè. Nã quò nos q̃so Christus euexit, quò uerò nosipsos deiecimus? Cũ uideo.n. luctus in plateis, & lamentationes super eos q ex hac uita migrarunt, & ululationes, & ineptias alias, credite mihi, erubescо, & paganos & Iudæos & hæreti
C cos ista uidẽtes, & oẽs qui nos irridẽt. Quæcũq;.n. iam dico, inaniter dico, de resurrectione philosophãs. Cur hoc? Quia non q̃ à me dicuntur attẽdũt Græci, sed illa q̃ fiunt à uobis: cõfestim.n. dicunt, Qũo ex istis aliquis contemnere poterit mortem, qui neq; alterũ mortuũ potest uidere patienter? Bona sunt q̃ dicta sunt à Paulo, bona sunt, inquã, cœloq; & benignitate dei digna. Quid.n. dixit? Vt liberaret eos, quotquot metu mortis per oẽm uitã obnoxij erãt seruituti. Sed nõ pmittitis, ut ista credantur: quandoqdẽ diuersis operibus uestris illis repugnatis, quanuis nos deus plurimũ cõmunierit, ueniẽs ad hoc, ut hanc amputaret pessimã consuetudinẽ. Dic mihi, qd sibi uolunt istæ lãpades tã splẽdidæ? Nonne sicut athletas mortuos comitamur. Quid ẽt hymni? nõne ut deũ glorificem⁹, & ei gratias agamus, qd iã coronauit discedentẽ, qd à labo
rib. liberauit, qd à timore liberatũ, apud se hẽt? Nõ ne pp hoc hymni? nõne pp hoc psalmodia? omnia ista gaudentium sunt. Aequo aio est aliquis, psallat inquit Apostolus: sed non ad hæc attendũt Græci. Nolo mihi dicas, inquit, quẽquã extra passionem philosophantem: hoc.n. nihil magnũ est, neq; mirabile. Ostẽde mihi in ipsa passione, i dolore philosophantem, & tunc credã resurrectioni. Et quidem mulieres seculares hoc facere mirũ non est: quãuis D
etiã hoc malũ sit. Etenim ipsæ eandem exiguntur philosophiã: pp quod & Paulus dicit: De dormiẽ- 1.The.4.
tibus autẽ nolo uos ignorare: ut non contristemi- d.
ni, sicut & cæteri qui spem non habent. Non enim monachis scripsit hæc, neq; in uirginitate manẽtibus, sed sc'laribus: Veruntamen hoc non ita malũ est. Cũ uerò qs aut mulier, aut uir crucifixũ se mũdo dicit: & eorũ hic quidẽ capillos dissipat, illa uerò ululat, quid hac re turpius? Credite mihi dicẽti, Si quemadmodũ oportebat, fieret, multo tpe debebant hmõi ab eccl'iæ limine prohiberi. Isti. n. sunt, qui uerè digni sunt luctu, qui mortẽ timent adhuc & horrescunt, qui resurrectionẽ adhuc non credunt. Sed resurrectioni, inqt, nõ diffido, sed cõsuetudinem quęro. Quare ergo, dic mihi, quãdo in lõginquũ ac peregere proficiscitur, nõ eadẽ facis? Sed ploro, inquis, & tũc, & cõsuetudinẽ reqro: Verũ illud qdẽ uerè cõsuetudinẽ quærentiũ est: hoc autẽ de reuersione desperantiũ. Cogita quid psallas in illo tpe, Reuertere, inqs, aia mea in requiem
tuam, qa dominus benefecit tibi. Et iterũ nõ time- Psa.14.b
bo mala, quoniã tu mecũ es. Et iterum: Tu es refu Ibid.31.b
giũ mecum à tribulatione, quę me continet. Intel- E
ligis quid sibi uelint isti psalmi? sed nõ aiaduertis, & inebriaris ex luctu. Vel in aliorũ sepulturis diligẽter perpende, ut habeas remediũ in tuis. Reuerte re, inquis, aia mea in requiẽ tuã: quoniã dominus benefecit tibi. Dic mihi, dicis: Quoniã dominus benefecit tibi, & lachrymaris? None scena sunt ista? nõne hypocrisis? Si.n. uerè credis uerbis, q̃ dicis, superuacuè luges: si aũt ludis & fingis, & fabulas esse putas, quare psallis? quare suscipis ad te ueniẽtes? quare nõ repellis psallẽtes. Sed furor, inqs, eẽt hoc fecere. Atq quod facis multò maiorẽ furorẽ habet. Interim igitur moneo, qa accedẽte tempore uehemẽtius utar hac causa: etenim ualde timeo, ne isto modo pessimus qdã morbus in ecclesiã subintret. Itaq; de luctibus qdẽ postea corrigã, interim tamẽ hoc præcipio, & cõtestor & diuites & pauperes, & mulieres & uiros. Cõtingat qdẽ nos omnes sine lu F
ctu ex hac uita migrare, & secundum competentẽ naturæ legem patres à filijs senes deduci, & matres à filiabus, & nepotibus, & pronepotibus in pingui senectute, & nusquã contingere immaturam mortem. Contingat quidẽ hoc, & hoc opto: & præsidẽtes, & omnes uos rogo, ut alius pro alio deũ precemini, uotumq; istud cõmune faciatis. Si aũt, quod absit, & qd non contingat, amara quędã mors accidat (amarã autem dico, non natura: neq; n. iam amara est mors, à somno nihil distãs: sed amarã dico accidere, ad uestrã affectionem respiciens) & ali qui lamentatrices istas cõduxerint, credite mihi dicenti (non.n. aliter dicã quã ut possum & affectus sum, trascatur, si cui libet,) p multũ tps eũ abeccl'ia uetabo, sicut idololatram. Si.n. auarum idololatrã Colos.3.g
uocat Paulus. multò magis eum, qui super fidelem mortuum, ea quæ sunt idololatrarum inducit. Pro qua re, dic mihi, presbyteros uocas, & psallentes? Nonne ut cõsolationẽ recipias? Nonne ut honores discedentẽ? Quare igitur illum contumelia afficis? Quare eũ infamas? Quare ludis sicut in scena? Nos uenimus de resurrectioe philosophãtes, uniuersos docentes, & eos q necdũ percussi sunt, per honorẽ qui mortuo tribuitur, si quãdo aliqd tale contige-

G rit,ferre fortiter:tu autē adducis eos,q̄ noſtra, quā
tū in ipſis eſt,ſubuertūt.Quid hac irriſione,& iſto
ludibrio peius? Quid hac inæqualitate moleſtius?
1.Ti.5.c. Cōfundimini & erubeſcite,ſi autē non uultis, nos
nō patimur amplius tales mores, eccl'ię pniciosos,
induci. Peccātes,inqt, in cōſpectu oium argue : &
mulieribus illis miseris per uos denūciamus,ut nū
quā i mortibus fideliū, aut exportationibus ingre
diātur, ne reuera propria mala eas cogam⁹ lugere,
& doceam⁹,ut nō in alienis hęc faciāt,ſed proprias
magis calamitates lamentētur : etenim & pater mi
ſericors,quando filium inordinatū habet, nō illū
ſolum monet,ut nō cōiungatur malignis, ſed etiā
ipſos terret. Ecce igitur & uobis & illis mulieribus
per uos admonens dico,ut neq̄ uos conuocetis ta
les,neq̄ illę aduenient: & cōtingat qdē hoc uerbū
amplius operari,& has minas prętualere.Si uerò,qd
abſit,contemnemur,cōpellemur deinceps in actū
deducere minas:uos qdē legibus eccleſiaſticis co
ercentes, illas autē ſicut tales coercere competit. Si
H uerò aliquis peruicax inuentus contēpſerit,audiat
Mat.18.c Chriſtū nunc etiā dicentem : Si quis peccauerit in
Luc.17. te,uade,'argue illū inter te & ipſum ſolū : ſi autem
nō obaudierit,aſſume tecum unū, aut duos:ſi etiā
ſic reſtiterit,dic eccl'ię:ſi autē & eccl'iam cōtēpſerit,
ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.Si ergo eū qui
in me peccauerit,cū non obaudierit,ſic auerſari iu
bet:qui in ſeipſum peccauerit,& in deū, qūo habe
re debeo,uos iudicate:uos.n. nos non culpatis ſic
molliter agentes uobiſcū.Si autem aliquis contē-
pſerit ligationes,q̄ à nobis fiunt, iterum ipſum xps
Mat.16.c docebit,dicens:Quæcunq̄ ligaueritis in terra,erūt
Ioā.20.c ligata & in cœlo:& quęcunq̄ ſolueritis ſuper terrā,
erūt ſoluta & in cœlo.Etenim etſi nos miſeri & nul
li ſumus,& cōtēptu digni, ſicut & digni ſumus,nō
tamē noſipſos iudicamus neq̄ irā reddimus,ſed
de ueſtra ſalute cogitamus.Pudeat uos rogo, & ue
recūdemini:ſi.n.amicū quis portat, uehemētius q̄
oportet ſecū agentem, intentionem eius diſcutiēs,
nempe quod benignē,non ex iactantia hoc faciat:
I multo amplius doctorē feret & ipſum neq̄ ex ſua
authoritate dicētē,neq̄ uicē iudicis, ſed patris cu-
rā gerentem:non.n.poteſtatem noſtrā demonſtra
re uolentes,hæc dicimus . Qūo nanq̄ iſta hoc aīo
diceremus, qui neque ad experimentū eorū, q̄ di-
cimus,optamus uenire, ſed pro uobis dolem⁹ & lu
gemus?Ignoſcite autē, & nemo cōtemnat uincula
eccleſiaſtica : non.n.homo eſt q̄ ligat, ſed xps qui
nobis hanc poteſtatem dedit,& dominos fecit ho-
mines tanti honoris. Nam & nos qdē ad ſoluendū
uolumus uti hac poteſtate,magis autē neq̄ hui⁹ rei
neceſsitatē habere uellemus. Neminem qppe deſi-
deramus ligatū eſſe apud nos:non.n.tantū ſumus
miſeri & infœlices, ēt ſi nullius momenti ſumus:
ſin uerò coacti fuerimus, ignoſcite : non.n.ultro,
neq̄ uolentes,ſed plus uobis qui ligamini dolētes,
ligationes inferimus.Si autē aliq̄s contēpſerit iſtas,
inſtabit tps iudicij, ubi docebitur:cætera autem
modò dicere nolo, ne percutiam mentes ueſtras.
Nos.n. primum quidem non optamus ad hāc ne-
ceſsitatē uenire: ſi autē uenerimus, quod noſtrum
eſt,implebimus,iniiciemus uincula.Si autē quiſpiā
hæc ruperit, ego quod meū eſt fecero & innoxius
ero:de cętero autē erit tibi ratio apud deū reddēda
q̄ mihi iuſsit ligare : neq̄.n. ſi imperatore p̄ſidente
ſatellitum quiſpiā adſtantū iubeatur aliquē ex or
dine officij ligare, & uincula iniicere,ille autē nō ſo
lū repellat illa uincula,ſed etiā confringat: nunqd
ſatelles ille eſt, q̄ iniuriā paſſus eſt & nō magis im-
perator qui iuſsit?Si.n. quæ circa credentes fiunt,
ipſe ſua propria ducit, quanto magis quādo ille, q̄
docere cōſtitutus eſt,iniuriam patitur, ueluti ſi in
ſe cōmittatur accipiat? ſed non contingat quēquā
eorū q̄ in hac eccl'ia ſunt,ad neceſsitatē horū uin-
culorū uenire. Sicut.n.bonū eſt, non delinquere:
ita correptionē ferre,utile eſt. Toleremus itaq̄ in-
crepationē,& feſtinemus quidē nō peccare : ſi autē
peccauerimus,feramus correptionē.Sicut.n.bonū
eſt non uulnerari, ſi autē cōtingat, medicamentū
imponere uulneri neceſſariū eſt:ſic & hic, ſed non
contingat quēquā talibus egere medicamētis. Cō
fidimus.n.de uobis meliora, & ad ſalutē pertinen
tia:tametſi ſic loqmur uehemētius fortaſſe locuti
ſumus pro ampliore cautela. Melius qppe eſt aſpe-
rū me & durū & audacē putari à uobis, quā uos q̄
deo placent nō facere.Credimus autē deo, quoniā
nō erit uobis iutilis hæc ¦crepatio, ſed ſic mutabi- L
mini,ut ſermones iſtos noſtros i laudes ueſtras ex
pēdam⁹,ut obtinere cūcti mereamur bona,q̄ pro-
miſit deus diligētibus eū, in xpo Ieſu domino no
ſtro,cū quo patri,una cū ſancto ſpiritu,gl'ia,impe-
riū,honor nunc & ſemper,& in ſc'a ſc'orū, Amen.

Homilia. V. ex cap. II.

On.n.uidelicet angelos apprehēdit, ſed ſemen A-
n brahæ apprehēdit.Vnde debuit ſecūdū omnia fra
tribus ſimilis reddi,ut miſericors eſſet, & fidelis
pontifex ad deum, &c. Multā dei benignitatē uolēs
Paul⁹ demōſtrare,& charitatē, quā circa genus hu
manū habuit,poſtquā dixit,quoniā ergo pueri cō
municarunt carni & ſanguini, & ipſe ſim̄lr particeps
factus eſt eorundem, exequitur amplius hunc lo-
cum.Non ſimplr audias,quod dictū eſt,neq̄ nudū
aliquid hoc eſſe putes,quod carnē ex nobis aſſum
pſit:angelis hoc nō donauit.Non.n.quēquam an-
gelorū apprehendit, ſed ſemen Abrahæ. Quid eſt
qd dixit:Non angeli naturā ſuſcepit, ſed hominis?
Quid autē eſt,quod dicit,apprehēdit?Ille, inqt,nō
apprehēdit naturā angelorū,ſed noſtrā. Quare nō M
dixit,ſuſcepit,ſed iſto uerbo uſus eſt,apprehendit?
Ex metaphora inſequentiū eos qui auerſi ſunt, &
oia facientium,ut fugientes occupent,& ut reſiliē-
tes apprehendere ualeant. Aufugientē qppe ab ip-
ſo naturā humanā, & procul aufugiente (eramus
aūt longē profugi) inſecutus apprehendit:oſtēdit
quoniā miſericordia ſola,& gratia,& cura, quā de
nobis habuit,hoc fecit:Quēadmodū igitur cū di-
cit, Nonne oēs ſunt adminiſtratorij?ſp'ūs in mini- *Supr.1.d*
ſterium miſsi,pp eos qui hæreditaturi ſunt ſalutē?
Vehemens dei ſtudium erga naturā humanā oſten
dit:& qd multā illius curam habeat,ſic etiā hoc lo
co quod multo amplius eſt ex comparatione po-
nit.Non.n.angelorū quenquā apprehendit. Et re-
uera magnū & admirabile,& ſtupore plenū ē, car
nem noſtram ſurſum ſedere, & adorari ab angelis
& archangelis,& cherubin & ſeraphin: hoc ſæpius
ego in mēte uerſans,exceſſum patior, & magna de
genere humano imaginor: magna qppe uideo, &
clara,exordia,multumq̄ deo ſtudij eſſe pro natura
noſtra.Et non dixit, homines ſimplr apprehendit,
ſed uolens eos erigere, & oſtendere magnum eſſe

genus

A genus eorum,& honorabile,dixit: Sed ſemen Abra
hæ apprehendit : Vnde debuit ſecūm omnia fratri-
bus ſimilis reddi.Quid eſt ſcām omnia? Natus eſt,
inquit,educatus eſt,creuit,paſſus eſt omnia q̄ opor
tuit, poſtremò & mortuus eſt, hoc eſt ſcām omnia
fratribus ſimilis reddi.Quoniā quippe multa dixit
de maieſtate ipſius,& cœleſti gl'ia,iam de diſpenſa-
tione mouet ſermonē. Et contēplemur cum quāta
potentia,qūo illum oſtendit multum ſtudium ha-
bentē,ut nobis ſim̄r redderetur,quod fuit curam de
nobis plurimā gerentis:Cùm.n.ſuprà dixiſſet, quo
Suprà.c niam pueri cōmercium habuerunt cū carne & ſan
guine, & ipſe ſim̄r particeps factus eſt eorundem : &
hic illum dicit ſecundum omnia fratribus ſimilem
reddi:quaſi dicat, Qui tā magnus eſt,qui eſt ſplen-
dor gl'iæ,qui eſt character ſubſtantiæ, qui ſecula fe
cit,qui ſedet in dextera patris, iſte uoluit & ſtuduit
frater noſter in omnibus fieri, & pp hoc angelos re
liqt,& alias uirtutes,& ad nos deſcendit, & nos ap-
prehendit:& innumera opatus eſt bona: mortē de
ſtr uxit,ē diaboli tyrānide nos exemit, à ſeruitute li
B berauit,neq̄ ſolū fraternitate honorauit,ſed & alijs
innumeris:ſiquidē & ſummus ſacerdos noſter fieri
uoluit apud patrē:infert.n.ut miſericors eſſet,& fi-
delis pontifex in his quæ ſunt ad deum:pp hoc,in-
quit,carnem aſſumpſit noſtram,pp miſericordiam
ſolam,ut miſereretur noſtri: non eſt.n.alia quæpiā
cauſa diſpenſationis,q̄ hęc ſola.Vidit quippe humi
iacere proiectos,pereuntes, mortiſq̄ tyrannidē pa-
tientes,& miſertus eſt. Ad *expiandum*, inquit, *peccata*
populi,ut miſericors eſſet, & fidelis pontifex. Quid eſt fi-
delis?uerus,potens:fidelis.n.pontifex eſt filius, eos
quorū pōtifex eſt à peccatis liberare ualens,ut ergo
offerret ſacrificium, quod poſſet nos mundare, pp
hoc factus eſt homo . Intulit igitur in his q̄ ſunt ad
deum : hoc eſt earum rerum gratia, q̄ pertinent ad
deum. Inimici.n.eramus,inquit,Deo condemnati,
inhonorati,nemo erat qui offerret pro nobis ſacri-
ficiū,uidit nos in his cōſtitutos,& miſertus eſt,non
cōſtituens nobis ſacerdotē, ſed ipſe factus eſt ſacer
dos.Et ut declararet qūo ſit fidelis, intulit, Ad ex-
piādum peccata populi.In quo.n.paſſus eſt,inquit,
C ipſe tentatus pōt & eos qui tentantur iuuare . Satis
humile eſt hoc minimum & indignum deo:in quo
enim paſſus eſt,inqt,ipſe.De incarnato hic & ad cer
tam p̄ſuaſionem audiētium loquitur, & pp eorum
infirmitatem:hoc eſt,per experimentum,inquit,eo
rum,quæ patimur,uenit. Iam nō ignorat paſsiones
noſtras:non ſicut deus ſolū nouit, ſed ēt ſicut ho-
mo cognouit p experimentū, p quod tentatus eſt.
Paſſus eſt multa,nouit cōpati: licēt impaſsibilis ſit
de⁹:Sed ea q̄ ſunt carnis hic narrat,ueluti ſi diceret,
Et ipſa caro xp̄i multa mala paſſa eſt:nouit quid ſit
tribulatio,nouit quid ſit tentatio,nō minus q̄ noſ-
ipſi q̄ patimur:etenim & ipſe paſſus eſt. Quid eſt er
go qd dicit,Pōt eos qui tentantur adiuuare? Tanq̄
ſiquis diceret,cum multa animi alacritate porriget
manum cōpatieturq̄:Quoniam.n.Iudæi uolebant
magnum aliquid,& amplius habere præ illis q̄ erāt
ex gentibus : oſtēdit in hoc plus eos habere in quo
nihil nocebat eis qui erāt ex gentibus.Quid eſt aūt
hoc? Quōd ex ipſis eſt ſalus,quōd eos apprehendit
primū,quōd ex ipſis aſſumpſit carnē.Non.n.ange-
los,inqt,apprehendit,ſed ſemen Abrahæ apprehen
dit.Honorat & patriarchā per hoc,& oſtendit,quid

ſit ſemen Abrahæ. Admonet.n. eos promiſsionis, *Gene.13.d*
quę illi facta eſt,p quā dictū eſt: Tibi & ſemini tuo
dabo terrā hanc. In modico oſtendit propinquatē:
quia ex uno ſunt oēs: ſed nō erat multa illa propin
quitas,uenit iterum ad eandē immoraturq̄ diſpen
ſationi,q̄ eſt ſecundum carnē,ac dicit:Erat quidem
& ipm uelle fieri hoiem multæ curæ diuinæ & cha
ritatis, nunc aūt nō hoc ſolum eſt,ſed etiam bona
immortalia,q̄ p eum nobis tradita ſunt. Ad expian
dum.n.inquit,peccata populi. Quare nō dixit mū-
di,ſed dixit ppli?Nam oium pcta ſuſtinuit. Quoniā
uidelicet hoc loco de ipſis Iudęis loquebatur:nam
& angelus ad Ioſeph dicebat: Vocabis nomen eius *Luc.1.a*
Ieſum, ipſe.n.ſaluabit pp'm ſuum: hoc quippe pri-
mum oportuit fieri: & pp hoc uenit,ut iſtos ſalua-
ret,& tunc p iſtos & gentes, tametſi contrarium cō
tigit:hoc etiam apli ab ipſo initio dicebant: Vobis *A Act.3.d*
ſuſcitans filiū ſuū miſit benedicentē uos : & iterū:
Vobis ſermo ſalutis huius miſſus ē. Nobilitatē hic *Ibid.13.d*
oſtendit Iudaicam,dicens: Ad expiandum pcta po
puli.Interim ſic dixit: Quod.n.ipſe ſit q̄ pcta oium
dimittit,manifeſtauit in paralytico dicens : Dimit- E
tuntur tibi peccata tua. Et in baptiſmate : dixit.n. *Marc.2.a*
ad diſcipulos ſuos,Euntes docete oēs gentes,bapti
zātes eos in nomine patris, & filij, & ſp'ūsſancti. *Matt.28*
Cū aūt carnem apprehenderit, Paulus omnia iam *d*
humilia loquitur,nihil formidans.Attende.n.quid
iam dicat. *Vnde fratres ſancti,uocationis cœleſtis partici* *Cap.III.*
pes conſiderate apoſtolum,& pontificem confeſſionis noſtræ
Ieſum Chriſtum, fidelem exiſtētem ei qui ipſum conſtituit,
ſicut & Moſes in tota domo eius. Præpoſiturus xp̄m Mo
ſi ſcām cōparationem, ad legem ſacerdotij ſermo-
nē tranſtulit:non.n.exiguam opinionem habebāt
de Moſe oēs:& præmittit iam ſemina excellētiæ: &
incipit quidē à carne,aſcendit aūt ad diuinitatem,
ubi iam non eſt cōparatio. Cœpit interim à carne
quod æquale eſt ponere,& dixit : Sicut & M oſes in
omni domo eius:& non ſtatim in initio demōſtrat
excellentiā,ne auditor reſiliat,& obturet auditū:ta
metſi.n.fideles erant,uerūtamen adhuc multā con
ſcientiā habebant circa Moſen. Fidelem,inquit,exi
ſtentem ei qui ipſum apl'm conſtituit & pōtificem:
nihil hic de eſſentia loquitur,neq̄ de diuinitate,ſed F
interim de dignitatibus humanis.Sicut & Moſes in
omni domo eius:hoc eſt, in pp'o,aut in tēplo. Hic
enim,in domo eius,dixit,tanq̄ ſiquis dicat de his q̄
ſunt in domo. Sicuti aliquis curator ac diſpenſator
domus, ſic erat & Moſes in populo: quia uerò do-
mum populum dixit,intulit: ⌜*Dei domus*⌝ *ſumus nos:* ⌜*cuius do*
hoc eſt,in creatura eius ſumus. Deinde ēt excellen- *mus*
tiam Chriſti ponit,dicens : *Maiori.n.dignus factus eſt* *Excellen*
gloria,quàm Moſes. Iterum redit ad carnē ſecundum *tia Chri-*
quod ampliorem honorem habet,q̄ domus,qui cō *ſti.*
ſtruxit eam.Et ipſe inqt,de domo erat : & nō dixit,
iſte quidem ſeruus,ille aūt dominus,ſed hoc laten-
ter ſignificauit.Si domus erat pp'i,& ipſe de popu-
lo erat, & ipſe igitur de domo erat. Sic.n. & nobis
uſus eſt dicere:ille ex domo illius eſt. Hic qppe do-
mum non ipſum templum dicit : non.n.illud deus
conſtruxit,ſed hoies:q̄ uerò fecit eum,deus eſt, Mo
ſen dicit. Et intuere qūo oſtendit excellentiam latē
ter.Fidelis,inquit,in omni domo eius. Et ipſe eſt ex
domo,hoc eſt,ex populo : maiorem habet honorē
artifex,quàm opera ipſius:& qui domū fabricauit,
quàm ipſa domus. *Qui autem omnia condidit, deus eſt.*

G Vides quoniam non de templo dicit, sed de omni pplo. *Et Moses quidem fidelis fuit in omni domo eius, sicut seruus in testimonium eorum quæ dicenda erant.* Ecce alia excellentia quæ est à filio, & à seruis. Attendis iterū quoniā proprietatem p filij appellationem significat. *Christus autem sicut filius administrat domum ipsius.* Vides quo fact uram, & factorem discernit? quo seruum, & filium? & ille qdē in paternas res sicut dominus ingreditur: iste aūt sicut seruus. *Cuius domus sumus nos: siquidem fiduciam, & gloriationem spei usque ad finem firma tenuerimus.* Hic iterū eos hortatur, stare fortiter & nō decidere. Dom⁹ qppe rei erimus, in quit, qđ erat Moses, si fiduciam & gl'iationē spei usq; ad finē firmam tenuerimus. Qui.n. dolet, inquit, in tentationibus, & decidit, nō gl'iatur: qui erubescit, qui absconditur fiduciā non habet: qui mœret, nō gl'iatur. Deinde laudat ēt eos dicens: Si qdē fiduciā & gloriationem spei usq; in finem firmam tenuerimus. Ostendit eos, cœpisse. Oportet aūt usq; ad finem, & nō simpl'r stare, sed firmam habere spem in certa fidei psuasione, nō nutabundos aut loco motos à tentationibus: Si.n. scriptura de patre, qui nō

H *Psal.13.a* est incarnatus dicit. De cœlo prospexit dominus, & uidit oēs filios hominū: hoc est, omnia exactè cognouit. Et iterum: Descendens uidebo an sēdm clamorem eorum perfecerint. Et iterum: Nō pōt deus ferre nequitias hominum, magnitudinē iræ diuinę ostendēs: multo magis de Christo, qui ēt passus est in carne, dicuntur ista: Quoniā. n pleriq; mortaliū ipsam expientiā omnium putant certissimā adferre rerū cognitionē, uult ostendere, quod q passus est, probè sciat q patiatur humana natura. Vnde frēs sancti: Quod dixit, unde, pro, quapp, posuit. Vocationis cœlestis participes. Nihil hic qratis, si ad cœlestia uocati estis: illic est merces, illic ē retributio: quid ergo? Considerate aplm & pontificem confessionis nostræ Iesum xp̄m fidelem existētem ei, qui ipsum cōstituit, sicut & Moses in omni domo eius. Quid est, fidelē existentē ei q ipsum cōstituit? hoc est prouidum, defendentem ea q̄ eius sunt, nō pmittentē illa temerè ferri, sicut & Moses in omni domo eius. Cognoscite qs sit pōtifex, & qualis, & non habebitis opus consolatione alia. Aplm aūt illum uocat, ppea quòd missus est. Pontificem, inquit, cōfessionis nostræ, hoc est fidei. Et isti ppl̄s cōmissus est, sicut & illi cōmissum erat regimē ppl̄i: sed huic maiora & in maiorib. cōmissa sunt. In testimoniū eorum q̄ dicenda sunt. Quid dicis? Nunquid testimonium hominis accipit deus? Admodum. Si.n. cœlū

I *Esa.1.a* contestatur, & terrā, & colles, dicēs p prophetā: Audi cœlum, & aurib. pcipe terra, quoniā dominus locutus est: &, Audite ualles, fundamēta terrę, quoniā

Mich.6.a domino iudiciū est cōtra ppl̄m eius: multò magis hoies, hoc est, ut sint testes, quando confundentur isti. Christus aūt sicut filius: Moses quidē alienorū curā gessit, hic aūt propriorum: Et gl'iationem spei: Bene dixit, spei: quoniā oia bona in spe sunt cōstituta. Oportet āt illam ita certā tenere, ut non secus gloriemur, q̄ si iam confecta essent, quæ speramus: pp hoc dicit gl'iationem spei, & infert: Vsq; ad finē

Rom.8.c firmam tenuerimus. Spe.n. salui facti sumus: si ergo spe salui facti sumus, & p patientiam expectamus, nullo mœrore affligamur in p̄sentib. neq; iā in hac

Ibidem. uita q̄ramus, q̄ futura nobis promissa sunt. Spes.n. inquit, quæ uidetur, non spes: Quoniam.n. magna sunt illa bona hìc ea percipere nō possumus in ista K fragili uita. Quare ergo nobis ea p̄dixit, si non erat hic daturus? Vt promissione aīas nostras recrearet, ut spōsione cōfortaret desideriū, ut erigeret nostrā mentē, idcirco.n. omnia ista facta sunt. Quid ergo *Morale.* turbamur? Nemo uidēs malignos prosperitatē habere, turbetur: nō est hic retributio neq; malignitatis, neq; uirtutis: at si aliquādo cōtigit, ut aliqua sit retributio uel malitiæ, uel uirtutis, nō tamen sēdm qđ dignum est, sed simpl'r, ueluti gustus qdam iudicij, ut q resurrectioni non credunt, uel talib. doceātur. Quādo itaq; uideamus malignū ditescere, non decidam⁹ animis: & quādo uidem⁹ bonū mala pati, nō turbemur: in futuro coronæ, in futuro suppliL cia. Est & alia rō, qa non p̄t uel malus in omnibus malus esse, sed hēt aliqua bona: neq; bonus in omnibus bonus esse, sed hēt aliqua pēta: quando ergo prosperitatē hēt malus, malo capitis sui hēt: Quoniam n. pro illis paucis bonis retributionē hic accipit, illic iam plenius punietur: pp hoc autem hic recipit. Et iterum, Beatus est ille maximè, q hic punitur, ut omnib. abiectis delictis, probat⁹ & purgatus L hinc exeat, & innocēs: & hoc nos Paul⁹ docens, dixit: Propter hoc in uobis multi infirmi, & ęgroti, & *1.Co.11.g* dormiunt plurimi. Et iterū: Tradidi hmōi satanæ, *& 5.a* propheta, inqt: Quia suscepit de manu domini du- *Esa.40.a* plicia pro peccatis: & iterum Dauid: Vide inimicos *Psal.24.* meos, qa multiplicati sunt sup capillos capitis mei, & odio iniquo oderunt me, & dimitte omnia pēta mea: & rursus alius, domine deus noster. Pacem da *Esa.26.c* nobis, omnia.n. reddidisti nobis: sed hæc qdē ostēdentis sunt bonos supplicia pro peccatis hic recipere. Vbi aūt doceatur bona malos hic recipere, illic plani⁹ puniri? audi Abrahā dicentē ad diuitē: Rece- *Luc.16.f* pisti bona in uita tua, & Lazarus silr mala. Qualia bona? Hic.n. in eo qđ non dicit accepisti, sed recepisti, ostendit sēdm debitum utroq; passos, & illum quidem in prosperitate, illum autem in aduersitate uersatum, & inquit: Propterea iste hic cōsolatur: uides.n. illum purgatū à peccatis, & in te doloribus. Nō igitur doleamus quādo bonis potiri uidem⁹ in hac uita pctōres, sed quādo nos malè patimur, gaudeamus: pctōrum quippe est expiatio. Non ergo q̄- M ramus relaxationē, tribulationē qppe denunciauit *Ioan 16.g* Christus suis discipulis: nam & Paulus dicit: Oēs q *2.Ti.3.c* uolunt piè uiuere in xp̄o, persecutionem patientur, Nemo fortis athleta in stadio lauacra req̄rit: & mensam repletam cibis & uino: Hoc.n. non esse athletę, sed delicati: athleta nāq; pugnat cum puluere, cum oleo, cum radio solis, cū sudorib. multis tribulationibus, & angustia. Certādi hoc est, & pugnādi tps: proinde ēt uulnera susciendi, & sanguinem effundendi, & dolendi. Audi quid dicat beatus Paulus: Sic pugno, non uelut aerem cędens. Oēm uitam in *1.Co.9.d* agone esse constitutam putemus, & nunq̄ requiem quæramus, nunq̄ tribulati mœreamus: siqdē neq; pugil mœret, cū se in agone uiderit. Aliud est remissionis tps. Oportet autem nos per tribulationes pfici. Quanq̄.n. iam nec persecutio aliqua sit, neque tribulatio: tamen sunt alię tribulationes q̄ per dies singulos nos adobruunt: si aūt istas non ferimus, il- *1.Co.10.c* las utiq; nullatenus tulerimus. Tētatio, inquit, uos non cōprehēdit, nisi humana. Oremus itaq; deū, ne intremus in tentationem: si aūt intrauerimus, feramus fortiter: Illud quidē tēperantiū hoium est, ut

A seipsos in pericula nō præcipitent: hoc autē fortiū, & philosophorū. Non itaq; nosipsos, præcipitemus quōlibet, temeritatis qppe esset: neq; iterū aduersis iactati, & rebus sic uocātibus, cedamus: timoris neq; hoc esset, sed si quidē predicatio uerbi nos uocauerit, nō renuamus: temerè uerò, neq; existēte cā, neq; utilitate aliqua, neq; necessitate, q ad pietatem pertinet, uocāte, nō irruamus: ostētatio qppe esset & ambitio honoris superfluī. Si aūt aliqd eorum, q̄ lædūt pietatē cōtingat, ēt si mille mortes sustinere nos oporteat, nihil renuere debemus. Nō prouoces tētationes, quādo tibi ea q̄ ad pietatē pertinēt, pro uoto procedunt: ut quid, superflua tibi accerMatt.6.b seres pericula, nullum lucrū habētia? Hęc dico, uo Mar.8.d lens uos custodire leges xp̄i iubētis orare, ne intremus in tentationē, & iubentis ut crucē nostrā tollamus, ipsumq; sequamur. Hęc quippe non sunt cōtraria, sed ualde conuenientia. Tu quidē esto p̄paratus, sicut miles fortis, in armis ppetuò, sobrius, uigilans, semper hostē expectans. Bella sanè nō excites: hoc qppe militis non est, sed seditiosi. Si uerò

B tuba pietatis uocauerit, cōfestim procede, & cōtēne aīam, & ingredere cū multa alacritate in agonē, rūpe aciē aduersariorū, cōcide faciē diaboli, statue trophæum. Si aūt pietas nihil lædit ur, neq; depopulatur aliqs nostra dogmata: dico aūt ea q̄ ad aīam pertinent neq; cogit aliquis facere qđ deo nō placet, noli esse superfluus. Sanguinis oportet esse plenā xp̄i uitā: sanguinis aūt dico, non ut aliorū, est fundam⁹, sed ut parati simus nostrū effundere. Cū tanta igitur animi alacritate propriū sanguinē effundamus, si quādo pro xp̄o opus fuerit, cū quāta aquam quis effundit: etenim aqua est sanguis irrigās corpus: & cū tanta facilitate carnē exuere debemus, cū quāta & uestimentū: hoc aūt erit, si nō fuerim⁹ pecuniis dediti, si nō domibus, si nō affectioni, si ab oibus fuerimus separati. Si.n. qui militare uitā uiuūt, oibus renunciant, & ubicunq; bellum uocauerit, illuc sese recipiūt, atq; itinera magna cōficiunt, & oia cum alacritate sustinent: multò amplius nos Christi milites sic præparatos esse oportet, & dispositos ad bellū passionū. Nūc non est p-

C secutio, neq; cōtingat fieri, aliquādo, sed aliud bellū est cupiditatis pecuniarū inuidię, certarūq; passionū. Istud bellum narrans Paulus dixit: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem. *Ephe.6.b* Istud bellū semp istar, pp hoc semper nos armatos stare uult: State, inqt, succincti lūbos uestros: qđ ēt ipsum præsentis est tpis: & significauit, semp oportere armari: multū.n. bellum per linguam, multū per oculos: istud bellū uincamus: multum bellum est cupiditatū, idcirco inde incipit armare militē *Ibidem.c* xp̄i: State, inqt, succincti lūbos uestros, & intulit, In ueritate. Quare in ueritate? Illusio quippe est, falsitas, & cupiditas: ppea dixit propheta: lūbi mei re- *Psal.37.b* pleti sunt illusionibus. Nō est uoluptas ista res, sed umbra uoluptatis. Succincti, inqt, lūbos uestros in ueritate. hoc est, in uera uoluptate, in tēperantia, in honestate ppea ista monet, uidēs absurditatē peccati, uolens oia mēbra nostra muniri. Iracūdia qp pe iniusta nō iustificabitur. Et thorace nos circundari uult & scuto. Bestia nāq; est, facilè insilīēs iracūdia, & mille macerijs, & munitionib. nobis opus erit, ut superemus, & reprimamus: ppea nobis hāc maximè partē ueluti ex qbusdā lapidib. hoc est, os

sibus ędificauit deus, munimēta ei cōstituēs, ne di D ruptis illis facilè, uel incisis totū aial lędatur. Ignis, inqt, & tēpestas magna, & nulla alia pars hanc ualet sustinere. Dicunt etiā medicinę studiosi, pp hoc pulmonē suppositū esse cordi, ut in mollitie iacēs, ueluti in quadā spongia post assultationem requiescat, ne aduerso ac duro pectori illisum, sanguinis impetu lædatur. Op⁹ est igitur nobis forti thorace, ut semp in tranqllitate hāc bestiā cōseruem⁹: opus uerò est nobis ēt galea: quoniā ibi ratio nostra cōsistit, & ide aut saluari possibile est, si fiant q̄ oportet: aut perire: pp hoc dixit, Et galeam salutis. Cerebrū, inquit, natura molle est, ppea etiā ipsum ueluti quadā testudine cranio cooperitur desuper. Omniū autē nobis causa bonorū efficitur, & malorū, dū aut q̄ oportet cognoscim⁹, aut q̄ cōtraria sunt. Sed & pedes nostri & manus opus habent armis: nō istæ manus, neq; isti pedes, sed aiæ: illę qdē exercētes q̄ oportet, isti aūt ut progrediātur, quo oportet. Armemus igitur nosipsos isto modo, & poterimus p̄ualere hostibus, & corona potiri in xp̄o Iesu domino nostro, cū quo patri sit gl'ia, una cū sancto spiritu, nūc & semp, & in scła seculorū, Amen. E

Homilia VI. ex cap. III.

q *Vapp sicut dicit spiritus ille sanctus: Hodie si uocē eius audieritis, ne obduretis corda uestra, sicut in exacerbatione iuxta diē tētationis in deserto, ubi tētauerūt me patres uestri, phauerūt me et uiderūt opa mea quadraginta annis. Ideo irascebar generationi huic, et dicebā, Semp errāt corde. Ipsi aūt nō cognouerūt uias meas. sicut iurauī in ira mea, si introibūt in requiē meā.* Locutus de spe Paulus, dicēs, qa domus eius sumus, si tamē fiduciā & gloriationē spei usq; in finē firmā teneamus: ostēdit deide, qđ firmē nos oporteat expectare, & huic rei fidem ex scripturis facit: sed aiaduertite: obscurius.n. quodāmodo illud locutus est, & est difficili⁹ ad intelligēdū, ppea oportet, postquā q̄ nobis uidētur, dixerimus, argumentūq; huius loci totū uobis tradiderim⁹, sermonē istū illis q̄ scripta sunt tandē applicare, eaq; excutere: tūc etenim me opus nō habebitis. si apostolicā intētationē diceritis. De spe illi erat sermo, & qđ oporteat spera re, q̄ futura sunt: & qđ oibus modis futura sit eis, q hic laborauerūt, aliqua merces & fructus, & reqes: F hoc igitur ex propheta cōprobat. Et qđ dicit? Qua *Psa. 49.c* pp sicut dicit spiritus ille sanct⁹: Hodie si uocē eius audieritis ne obduretis corda uestra, sicut in exacerbatione iuxta diē tentationis in deserto, ubi tētauerunt me patres uestri, probauerūt me, & uiderūt opa mea quadraginta annis. Ideo irascebar generationi huic, & dicebā, Semp errāt corde. Ipsi aūt nō cognouerūt uias meas. sicut iurauī i ira mea, si introibūt i requiē meā. Tres requies esse dicit. Vnā sabbati, qua deus requieuit ab operibus suis. Secū dā in Palestina, in quā ingressi Iudæi, req̄turi erāt, ex miseria multa & laborib. Tertiā, q̄ reuera est req̄es, hoc est, regnū cœlorū, ad quā quos puenire cōtigerit, reuera req̄scūt à laborib. & difficultatibus suis. Harū triū igitur hic mētionē facit. Cur aūt de una disputans, triū mētionē fecit? Vt ostēdat prophetam de hac dicere. De prima.n. inqt, non dixit. Quo nāq; non dixit? Vtpote q̄ olim facta sit, sed neque de ea q̄ in Palæstina fuit. Quo nanque? Nō.n. introibūt, inqt, in requiē meā. Restat igitur tertiā hanc esse reliquā. Veruntamē necessarium est etiā

historiã explicare,ut manifestior fiat oratio. Cũ.n. egressi essent de terra Aegypti, & multã uiã perambulassent, & multa indicia uirtutis dei accepissent in Aegypto,in mari rubro, in eremo,consiliũ fecerunt amandare speculatores,qui deberent inspicere naturã terræ:illi uerò profecti,tãdẽ reuersi sunt, prouinciã qdẽ ualde cõmendãtes, & magnorũ fructuũ procreatricẽ essẽ dicẽtes: uirorũ uerò inexpugnabiliũ esse illã prouinciã,& fortiũ.Iudæi uerò ingrati,& insensati,quos oportebat recordari tantorũ dei beneficiorũ,& quo eos conclusos in medio tanti exercitus Aegyptiorũ eripuerit de periculis,& spoliorũ p̃da potiri fecerit, rursus petram ruperit, aquarumq; abundantiã largitus sit, mãna dederit, aliaq; mirãda facinora operatus sit, atq; ita deo credere:horũ nihil cogitauerunt,sed timore quasi nihil uidissent ita obstupuerunt,ut dixerint:Iterũ in Aegyptũ intrare uolumus, eduxit.n.nos huc deus, ut hic pereamus cũ filijs nostris, & mulieribꝰ.Deus igitur iratus, quod tã cito obliti essent tãta q̃ facta erant,iurauit ut non introiret generatio illa,[q̃ hic dicta est,[in requiẽ,& oẽs perierũt in eremo:Quia ergo,inquit, Dauid post ista,postq; generationẽ illorũ dixit:Hodie si uocẽ eius audieritis,ne obduretis corda uestra,Ne similia patiamini,qualia progenitores uestri, ne priuemini reqe:hinc clarũ est, qa est quædã requies:nã si iam acceperãt requiẽ, quæ erat in Palæstina,quare eis iterũ dicit,Hodie ne obduretis corda uestra, sicut patres uestri ? q̃ est ergo alia requies,nisi regnũ cœlorũ , cuius imago & typus est sabbatũ?Deinde ponit totũ testimoniũ:est aũt:Hodie si uocẽ eius audieritis:ne obduretis corda uestra,sicut in exacerbatione iuxta diẽ tẽtationis in deserto,ubi tentauerũt me patres uestri,probauerũt me & uiderũt opa mea quadragita annis. Ideo irascebar gẽeratiõi huic,& dicebã, Semp errãt corde. Ipsi autẽ nõ cognouerũt uias meas, sicut iurauí in ira mea,si introibũt in requiem meã: tũc infert : *Videte fratres , ne quando sit in aliquo uestrum cor prauũ infidelitatis,ut recedat à deo uiuo.* Quippe ex duritia ifidelitas nascitur.Et sicut solidata corpora & dura non obsequuntur manibus medicorũ : sic & aĩę obduratę nõ obsequũtur uerbo dei.Fortasse.n. aliqui iam ẽt non credebãt, tanquã nõ essent uera ea q̃ facta sunt , idcirco dixit : Videte ne fortè sit in aliquo uestrũ cor malignũ infidelitatis,ne recedat à deo uiuo.Quippe quoniã sermo de futuris nõ est ita credibilis,sicut de pteritis, cõmonefacit eos historię, in qua fide opus habebãt.Si.n.patres uestri, inquit,qa non sperauerũt, sicut oportebat sperare, hæc passi sunt:multõ amplius uos:ad illos.n.iste sermo factus est.Hodie nãq; illud, inqt,semper est,do nec constat mundus : ppea exhortemini uos inuicem quotidie , qd appellatur dies hodiernus : hoc est,ædificate inuicẽ,corrigite uosipsos,ne cõtingãt uobis similia . Ne obduretur qspiã ex uobis seductiõe peccati.Vides,qd infidelitas peccatũ faciat. Sicut.n infidelitas uitã prauã procreat,sic etiã anima,quãdo in profundum malorũ uenerit , contẽnit:cõtemnẽs aũt, neq; credere sustinet , ut seipsam timore liberet.Dixit nanq;,inqt,non uidebit dominus,neq; itelliget deꝰ Iacob . Et iterũ:Labia nostra apud nos sunt,qs est noster dominus?&c.Et iterũ: Cuius rei gratia iritauit impius deũ?Et iterũ: Dixit insipiens in corde suo, non est deus:corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis.Nõ est timor dei ante oculos eorũ:quoniã dolũ opati sunt in cõspectu eius ad inueniedã iniqtatẽ eius , & ut odio illum prosequãtur . xps quoq; hoc idẽ dixit: Oĩs qui malè agit,odit lucem, & nõ uenit ad lucẽ. Deinde infert Apostolus . *Participes enim facti sumus Christi.* Quid est,participes facti sumus Christi? Participamus ex eo,inquit, unũ facti sumus nos & ipse:Siquidẽ ipse caput est,nos corpus,[cohæredes & concorporales,unũ corpus sumus ex carne eius,& ossibꝰ eiꝰ. *Si tamen principium substantiæ usq; ad finem firmum tenuerimus.* Quid est,principiũ substantię? Fidẽ significat per quã subsistimus,& nati sumus, & essentiales, ut ita dicã , facti sumus . Deinde infert, *In eo quod dicitur,Hodie si uocem eius audieritis, ne obduretis corda uestra,sicut in amaritudine.* Per hyperbaton dictũ est,in eo quod dicitur,Hodie si uocẽ eius audieritis,ne obduretis corda uestra. *Timeamꝰ ne fortè derelicta pmissione,introeundi in requiẽ eius,uideatur aliquis uestrũ frustratus esse:etenim nobis annũciatũ est : sicut & illis.* In eo quod dictũ est,hodie si uocẽ eiꝰ audieritis:hodie enim semp est, Deinde . *Sed non profuit illis audisse sermonẽ quòd is nõ esset cũ fide cõiunctus, ijs qui audierant.* Et quo non profuit ? Posteaquàm eos terrere uoluit, ostẽdit hoc ipsum,dicẽs:Quidã enim cũ audissent exacerbauerunt , sed non oẽs q̃ exierunt ex Aegypto per Mosen. Quibus aũt iratus est quadraginta annis?Nõne ijs q peccauerãt,quorum cadauera ceciderunt in eremo? Quibus aũt iurauit,quia nõ intrarent in requiẽ eius, nisi infidelibus Et uidemus qd non potuerint intrare propter infidelitatem. Cũ iterũ testimoniũ dixisset,interrogationẽ quoq; subinfert , qd facit sermonẽ apertũ. Dixit.n.inquit,Hodie si uocem eius audieritis,nolite obdurare corda uestra,sicut in exacerbatione. Quorũ mẽtionẽ facit obduratorũ? Quorũ infideliũ?Nonne Iudæorum? Quod aũt dicit tale est. Audierũt & illi,inquit,sicut & nos audimus, sed nihil profuit illis.Non ergo putetis,qa ex auditu tãtũ pdicationis iuuabimini:quia & illi audierũt:sed nihil utilitatis habuere,quoniã nõ crediderunt. Caleph aũt & Iesus,qa nõ cõsenserunt infidelibus,effugerunt pœnã q̃ illis illata est.Et inspice quã mirabiliter:nõ dixit, nõ cõsenserunt , sed non cõmisti sunt,hoc est,sine seditione dissenserunt,illis oĩbus unã atq; eãdẽ sententiã habẽtibus : hic mihi tamẽ uidetur etiã seditionẽ quandã significare . *Intrabimus,* inquit,*enim in requiẽ,nos qui credidimus.* Et unde hoc liqueat,subiicit. *Secundum quod dixit:sicut iurauí in ira mea.si intrabunt in requiem meã.* Quãquã opibꝰ eius à cõstitutiõe mũdi factis, & tamẽ hocr nõ nos nõ intraturosr manifestauit , sed illos nõ ingressos esse.Id ergo festinat ostẽdere iterim , qa sicut reqes illa non prohibet aliã requiẽ dici , sic neq; hæc illã cœlorũ requiẽ:interim ergo uult ostendere, qd nõ uenerint illi ad requiẽ:qa.n.hoc dicit, addidit.Dixit.n.alicubi de die septima sic : Et requieuit deus in die septimo ab oĩbus operibus suis & in hoc iterũ:Si intrabunt in requiem meam.Vides quo non prohibeat illa,istã esse requiẽ? Quia ergo relinquitur, inquit , quosdã intrare in illã , & quibus prius annunciatum fuit, non ingressi sunt pp infidelitatẽ:rursum quandã definit diem, hodie in Dauid dicens, post tantum tpis, sicut prædictum est . Quid autem est quod dicit? Quoniam.n.debent, inquit,

Nu.20.b

H
rq̃ hæc dixerat,

I

r *infidelitatem.*

Pro.18.a

Psal.93.b

Ibi. 11. a

Ibid. 9.f

Ibid. 13.a

K

Ca.IIII.

L

[non nos intratu-ros.

M

Gene. 2.

A aliqui intrare, utiq; illi non intrauerũt:Quod uerò oporteat intrare,& debeant aliq intrare,audiamus unde hoc certũ sit.Quoniã post tantos annos , inquit,dicit iterũ Dauid : *Hodie si uocem eius audieritis, ne obduretis corda uestra.* Si.n.eos Iesus requiescere fecisset,nequaquã de alia dei loq̃retur postea:certum est ergo,quod ideo futurum est quosdã aliquã adepturos esse retributionem,hęc dixit.Proinde relinquitur sabbatismus populo dei,Vnde?ex eo qd p̃cipitur:Ne obduretis corda uestra. Nõ.n.p̃ciperetur, nisi esset sabbatismus:neq; iuberentur talia non facere,ne eadem etiam ipsi paterentur , nisi futurum esset eos eadem passuros. Quo uerò eadem passuri erant.Palæstinã prouinciam possidentes , nisi alia quędã esset requies? Et bene concluſit hunc sermonem:non.n.dixit, reqes:sed,sabbatismus , propriũ nomen, ad qd gaudebant & cõcurrebant,sabbatismum,regnum uocans . Sicut.n sabbato ab oĩbus malis abstineri iubetur, & illa tantũ fieri,q̃ ad obsequium dei pertinent,q̃ sacerdotes efficiebant , & quę aiam iuuabant,& nihil aliud:sic & tũc. Ipse uero non ita,inqt,Sed quid? *Qui enim ingressus est in requiẽ eius, & ipse requieuit ab operibus suis,sicut à propriis deus.* Sicut.n.deus requieuit ab operib.suis,sic q̃ ingressus est in requiem eius. Quia.n.de reqe illis loq̃batur, atq; illi cupiebant audire quando futura essẽt,ppea sermonem concluſit , in eo qd dictum est, hodie,ut non desperarent se intraturos.Adhortemini,inqt,uosipsos per singulos dies:hoc est, etiam si quisquam peccauerit , usquequo est hodie spẽ habeat : Nullus igitur desperet quo ad uixerit , maximè autem,inqt,neq; sit cor prauum infidelitatis:Si uerò fuerit etiam nemo desperet, sed refoueat seipsum:usquequo enim est hodie habet opportunitatem. Hic autem nõ solam infidelitatẽ dicit,sed etiã murmurationes. Quorum membra,inquit,cecidерunt in eremo:deinde ne putet aliquis , quia tantũ requie fraudabuntur, infert & supplicium,dicens: *Viuus quippe est sermo dei, & efficax & penetrãtior qua uis machæra utrinq; incidente, & penetrans usque ad diuisionẽ animæ, & spiritus,compagũ ac medullarũ , & discretor cogitationum, & intentionũ cordis.* Hic de gehẽna

B

C disputat,ac de supplicio.In absc̃dita eius, inqt,penetra,cordis nostri , & aĩam secat:non.n.hic cadũt membra,neque terrę fraudatio est sicut illic:sed regnum cœlorum,& gehennę hic ęternæ traditur & supplicio immortali & pœnę, sed adhortemini uosipsos . Attende mansuetudinẽ & lenitatem Pauli: non dicit,increpate,sed adhortemini.Sic nos oportet eis q p tribulationem angustãtur accommodari , hoc & in epla sua ad Thessalonicenses scribens, dixit, Monete inqetos:de pusillanimis aũt non sic, sed qd?uide: Sed cõsolemini,inqt,pusillanimes,suscipite infirmos,longanimes estote ad oẽs:hoc est, ne desperetis, aium ne despondeatis . Eum.n.q̃ per tribulationem angustatur,q̃ non cõsolatur,durioremfacit.Ne obduretur quisquam ex uobis,inquit decepti0ne pcti . Aut.n.deceptionem diaboli dicit: deceptio quippe est reuera,ut nihil quis speret futurorum,putando qd in iudicium non sint trahendi actus nostri:& qd de factis nostris quę hic agimus nullam reddituri simus rationem,neq; futura sit resurrectio.Siue aliter , deceptio est sine ullo esse dolore aut desperare.Dicere qppe,qd iam potero, qui semel peccaui?nõ habeo spẽ recuperãdi memetipsum,deceptio est. Deinde spẽ illis excitat dicẽs:Participes facti sumus xp̃i , tantũ non dicens.)Qui ita nos amauit,q tãtis nos dignatus est ,ita ut suũ nos faceret corpus,nõ despiciet pereuntes. Intelligam⁹, inquit,qualib.rebus digni habiti simus:nos & xps unum sumus,nõ ergo incredulí ei existamus:& iterum illud significat qd dictum est alibi, qa si tolerabimus,& conregnabimus:hoc qppe est, qd dicit participes facti sumus,eorundem participes sumus quorum & xp̃s : hortatur quippe ex utilib.Participes,inqt, facti sumus xp̃i .)Deinde rursus hortatur ex tristibus: Timeam⁹ ne fortè relicta promissione intrandi in requiem eius uideatur aliquis uestrum frustratus esse.)Illud autem manifestũ est, & omnibus concessibile,probauerunt me,inqt, & uiderũt opera mea quadraginta annis.Vides qd non oporteat expetere dominũ factorum rationes , sed siue tueatur, siue non,credere illi:illos.n.nũc culpat in hoc, qd tentauerunt dominum.Qui.n.uult probationes accipere uel uirtutis,uel prouidẽtię,uel procurationis eius,necdum credit, neq; potẽtem eum esse, neq; erga homines amanter affectum:hoc etiã ad istos scribens significat,uolens fortasis iam uirtutis eius,& quantam pro illis prouidentiã gereret, examinationem & argumẽtum sumere in tentationib.Vides qa ex infidelitate ubiq; offenditur deus, & ad indignationem adducitur? qd ergo,inqt,Remanet ergo sabbatismus populo dei .)Vide autem quo totum istum sermonem ratiocinatus est.Iurauit,inqt,illis priorib.non ingressuros eos in requiẽ & non intrauerunt . Deinde post illos multo post tẽpore loq̃ns Iudæis. Ne obduretis,inqt,corda uestra , sicut patres uestri .)Certũ ergo est quoniã est alia reqes.De ea.n.q̃ in Palæstina fuit non posset dici:habebant.n. illam:iam de septima die nõ posset dici:non.n.de ipsa disputat , siqdem multò antè iã facta erat:aliam igitur quandã significat, quę uera est reqes.Reuera n illa est requies , ubi fugit dolor, tristitia,gemitus,ubi neq; solicitudines, neque agones, neq; timor obstupescere faciens & commoues aiam,sed solus dei timor est uoluptate plenus.Non est illic,In sudore uultus tui comedes panẽ tuũ:ne que spinę,neq; tribuli.Non est illic,In tristitiis generabis filios,& ad uirũ tuũ conuersio tua, & ipse tui dominabitur,sed oĩa pax,gaudium,iucunditas,uoluptas,bonitas, mansuetudo . Non est illic zelotypia,neq; inuidentia, neq; morbus,neq; mors corporis,neq; illa quæ est aiæ. Non ibi tenebrę,neq; nox, semper dies, semper lux,semper clara dies . Non est ibi fatigari,non est ibi fastidiũ accipere,semp in desiderio bonorũ perseuerabimus.[Vultis ut dem uobis similitudinẽ quandã illius status? Non est quidem possibile,ueruntamen in quantũ possum cõabor dare uobis quandã imaginem. Suspiciamus in cœlũ,quãdo nulla se interponit nubes , & clara est oĩs eius corona: deinde ad pulchritudinẽ aspectus eius considerandam aliquantulum temporis perdurantes intelligamus quoniã & solũ habebimus, non qdem tale,quale nunc est,sed tanto melius effectum,quãto luteis tectis aureũ est melius.Et post illud itẽ supius tectum,deinde angelos, archangelos,innumerabiles populos incorporearũ uirtutũ: deinde ipsam dei regiã thronũ paternum. Sed non ualet,sicut dixi,sermo exprimere totũ, experimẽto opus est , & ea q̃ per experientiam est cognitione.

D

E

F

1.Tess.5.

Morale.

Gen.3.d.

Ibidem.e

G Quo putas, dic mihi, Adam fuisse in paradiso? Ab illa multo erit melior ista conuersatio, quanto tellure melius est cœlum: Attamen & aliā similitudinem ingramus. Si cōtingat eum q modò imperat, omnem mundū obtinere: deinde neq; bellorū, neque curarum habere ullā molestiā, sed in honore esse tātum, & delitiari, & multa qdem habere tributa undiq;, & aurū illi affluere, & spectabilem ac celebrem esse: qualem illum putatis aīum habiturū, si oia bella totius terrę qescere uideat? Tale aliqd erit. Imò ne sic qdem ad similitudinem illius regni perueni: pp qd oportet & aliam inquirere. Attende mihi: Quemadmodum ifantulus regius, usquequo quidem in utero materno est, nihil sentit: si autem contingat eum inde egredi, & in thronum regalem ascendere, nō paulatim, sed confestim cuncta accipit: Sic est etiā ille status. Aut siqs uinctus, & multa mala passus, repente ad regale soliū rapiatur: sed neque sic integre ptingere potui ad illius regni similitudinē. Hic qppe quęcunq; qs perceperit bona, etiā si regnum aliqd adipiscatur, in prima quidem die
H uiget in eo amor & gaudium, & in secunda forsan, & tertia: tempore uerò procedēte permanet qdem in uoluptate, nō tamen tanta: minuetur qppe semp ex consuetudine qualiscunq; sit. Illi autem non solum nō decrescit, sed etiā augmentum accipit. Cogita nanq; quantum sit aiam illuc pergentem, nequaquam finem bonorum illorum expectare, neq; mutationem: quin potius incrementum, & uitam finem nō habentem, & uitā omni piculo liberā ab omni mœrore & cura alienā, plenā gaudiis & mille bonis. Si.n. hic in campum exeuntes, & tabernacula militum spectantes ex uelaminib. cōfecta, & tela & galeas, & umbilicos scutorum resplendentes, rapimur spectaculi miraculo: si uerò etiam Imperatorem nobis contingat in medio exercituum uidere, siue currentem, siue equitātem in armis aureis, oia nos adeptos esse putamus: qd putas erit cum uide-
Luc.16.c. ris sanctorū tabernacula æterna in cœlo confixa?
I Suscipient, inqt, uos in tabernacula æterna) cum unumquenq; eorum plus q̄ radios solis uideris refulgentem, non ex ære & ferro, sed ex illa gloria, cuius cādorem & coruscationes oculus humanus nō pōt inspicere, & ista quidē ad hoīes attinent. Quid autem iam dicā multā militiam angelorum, archāgelorum, cherubin, seraphin, sedium, dominationum, principatuum, potestatum? Quorum pulchri
1.Cor.1.c tudo inexplicabilis oēm mentem excedit: Sed quo usq; quę incomprehensibilia sunt persequor? Neq; enim oculus, inqt, uidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, q̄ prēparauit deus diligentibus eum. Proinde nihil miserabilius illis, q ab istis excidunt, neq; beatius istis q bona illa assequentur sed nos efficiamur ex parte beatorum, ut obtinere mereamur bona ęterna i xpō Iesu domino nostro, cū quo patri, unā cū sancto spiritu gl'ia, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorū, Amē.

Homilia VII. ex cap. IIII.

Festinemus igitur itrare in illā requiē, ne in ipsum
f *quisquā incidat infidelitatis exemplū. Viuus.n. est sermo dei, & efficax, & penetrantior quouis gladio utrinq; incidēte, & ptingens usq; ad diuisionē aiæ & spiritus, compagū quoq; & medullarum, & discretor cogitationū & intentionū cordis: & nō est aliqua creatura occulta in cōspectu eius: oia autem nuda & apta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo est.* Magna quidem res est fides, & salutaris, & sine hac non licet unquam saluari quenquā, uerū per seipsam nō est illa sufficiens, opus est & conuersatione recta: proinde etiā Paulus admonet eos, q dignationem mysteriorum susc̄ipere meruerūt, dicens. Festinemus igitur intrare illam requiem. Festinemus, inqt, quoniam nō sufficit fides, sed debet addi & uita, & multū studium adhiberi. Opus est qppe reuera, magno studio ut intremus in regna cœlorū. Si.n. in terrā intrare nō meruerunt, q tantas calamitates pertulerunt in ere mo: & terrā apprehendere non potuerūt, quia murmurauerunt & fornicati sunt: qūo nos cœlum merebimur indifferenter ac socorditer uiuētes. Opus igitur nobis est & studio & fide. Et uide, damnum negligentiæ istius, non in eo tamen consistit, quod ab ingressu prohibebimur. Nō.n. dixit: festinemus intrare in requiē, ne excidamus de tantis bonis, sed quod maxime hoīes erigit, hoc addidit. Quid autē est hoc? Ne in idipsum exemplum quisquā incidat infidelitatis. hoc est, ut mentem nostrā, spem & expectationem, habeamus ad futurā requiem ne simi L liter excidamus: qd autem excidemus, exemplum manifestat. Ne in idipsum, inqt, incidamus. Deinde ne audiens qs in idipsum, eandem ipsam putet pœnam, audi qd subiungat: Viuus.n. est sermo dei & efficax & penetrantior quouis gladio utrinq; incidente, & ptingens usq; ad diuisionē aiæ & spiritus, compagum quoq; & medullarum, & discretor cogitationum, & intentionū cordis. Hic ostendit quoniam & illa idem ipse operatus est, dei sermo & uiuit & non est extinctus. Igitur quoniā sermonē audisti, ne simplr accipias: Gladio.n. inquit, est penetrantior. Attēde quo sese demittat & accommodet Paulus, & hinc cōsidera pro qua causa opus habuerint prophetę dicere, gladium, rhōphęam, & arcū, Nisi conuertamini, inqt, rhomphęa suam uibrauit, Psal.7.e
& arcum suum tetendit, & parauit illum. Si.n. nunc post tanta tempora, & post perfectionē, non potest M noīe sermonis tantum terrere, sed opus habet etiā istis uerbis, ut ostendat eminentiā ex cōparatione: multo magis tunc. Pertingens, inqt, usq; ad diuisionem aiæ & spiritus Quid est hoc? Terribilius aliqd significauit, aut quia spiritum diuidit ab aia: aut qa & ipsa incorporea penetrat, nō tantū, sicut gladius, corpora. Hic ostēdit quia & aia punitur, & qa interiora examinantur, propterea quod totum oīno hominem iste gladius penetrat. Et discretor est cogitationū & intentionū cordis, & nō est aliqua creatura occulta in cōspectu eius. Hic eos maxime terruit. Nolite, inqt, ſerui esse, si fide quidem adhuc statis, non tamen cū certa animi persuasione coniuncta. Quę in corde uestro sunt, gladius iste discernet. Nā eò usq; penetrabit & puniens, & examinās. Et qd dico de hominibus? Etiamsi angelos dicas, si archangelos, si cherubin, si seraphin, si alīā quālibet creaturā, oia reuelata sunt oculo illi, oia apta et manifesta, nihil est qd eū posit latere. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo est. Quid autē est, aperta? Ex metaphora pellium, q̄ de pecudib. detrahuntur. Sicut.n. cum pecudes occiderit quis, & ex carnib. detraxerit pellem, omnia interiora reuelantur, & aperta sunt oculis nostris: sic & deo aperta subiacent oia. Tu autem attende etiam hoc, qūo semper opus habet corporeis ima-

A ginibus, qd̄ fit ex infirmitate audientiū: quòd.n. infirmi fuerint declarauit, dicēs tardos eos esse, & opus habētes lacte, non solido cibo. Oia nuda sunt, inqt, & aperta oculis eius, ad quē nobis sermo est. Quid uerò est, i idipsum exēplum infidelitatis? Tā quā si diceret, quare nō uiderunt illi terrā promissionis? Acceperant, diuinæ potētię pignus, & cum oporteret diuino illi terrori credere, ampli⁹ meticulosi facti, nihil magni de deo imaginabantur, aīo existētes pusillo, atq; ita perierūt. Potest aūt & alid dici, quia & maxima parte itineris perfecta, cum ad ipsa limina puenissent, cum ad ipsum portū intrarent, demersi sunt. Hoc ēt in uobis, inquit, timeo: hoc est, in idipsum exēplum infidelitatis, qa & isti multa passi sūt, sicut & post paululum testificatur,
Inf.10.f dicēs: Recordamini priorum dierū, in qbus illuminati magnū certamen passionū sustinuistis. Nemo igitur pusillanimis sit, neq; termino iam proximus animo desponso cadat. Sunt.n. sunt qui in principio cū ingenti desiderio arripiunt aliqd, postea ue
B rò paululum qddam quod adhuc deest uniuerso adiicere nolētes, totum amittunt: sufficiēter, inqt, ex parentib. nostris doceamur, ne in similia incidamus, ne eadē patiamur, q̄ illi passi sunt: hoc est, in idipsum exēplum infidelitatis. Ne resoluamur, inqt,
Inf.12.d. qd ēt circa finē dicit: Dissolutas manus, & dissoluta genua erigite, ne in idipsum exēplum qs incidat: hoc.n. est reuera cadere. Deinde, ne cum audieris quēquam in idipsum exēplum icidere, eandē mortem suspiceris, quam & illi passi sunt, attende qd dicat. Viuus.n. est sermo dei, & efficax, & penetratior quouis gladio utrinq; incidente. Quouis.n. gladio sæuius, in eorū animas incidit sermo, plagas quasdā operās sæuas, & lethales incisiones importat, & harū rerum demonstrationem adhibere nō opus habet, neq; probare necessariū putat, habēs tā horrendā narrationem. Quod nanq; bellum, inquit, illos perdidit? Quis gladi⁹? Nonne ultro corruebāt? Non aūt quia talia non sumus passi, securi esse debemus. Vsquequo.n. hodie dicitur, licet nobis recreari: & ne audientes, q̄ ad ānimā pertinebant negligentes efficerētur, addidit ea q̄ ad corpus attine
C rent: tūc.n. sic fit: sicut rex aliquis iudices suos maiora peccātes, primum qdem spoliat militia, & cingulum aufert ac dignitatē, & tunc ulciscitur: sic ēt hic gladius spūs operatur. Post ista iam de filio disputat. Ad quē nobis, iquit, sermo est. Quid est, ad quem nobis sermo est? Cui, inquit, reddituri sum⁹ rationē actuum nostrorum utiq;. Et qūo? Vt nō condamus, inquit, neq; pusillanimes efficiamur: sufficienter qdem etiam illa nos, inquit, docent. Habemus aūt & pontificē magnum qui penetrauit cœlos Iesum filiū dei. Quod.n. propterea illud adiecerit, subiunxit. Non.n. habemus, pontificem nō ualentem compati infirmitatibus nostris. idcirco superius dicebat: In quo passus est ipse, & tētatus, po
Sup.12.d tēs est eos q tentātur adiuuare. Intuere ergo qūo & hic idipsum facit. Quod autem dicit, tale est: Venit, inquit, per uiā qua & nos, magis autem per asperiorem. Nam omnium hominum experimentum accepit: dixit illic: Non est creatura occulta in cōspectu eius, diuinitatē significans: nūc aū t qa de carne loquitur, humiliter disputat, dicēs: Habētes igitur pontificē magnū qui penetrauit cœlos. Et ostēdit maiorē illi esse curā de nobis, & qa sicut proD phijs adest, & non uult eos cadere. Moses.n. inquit, non intrauit in requiē, ipse autem intrauit. Et qūo hoc nusquā posuerit, mirum est. Ne uiderētur sibi excusationē inuenire, comprehendit autem etiam ipsum Moysen, & ne uideatur accusare illum uirū, aperte illud non dicit. Si.n. nihil hmōi dicentem talia aduersus illum proferebant, dicentes: cōtra Mosen & contra legem iste loquitur: multo amplius si dixisset, non est Palestina, sed cœlū, maiora de illo conquesti fuissent: nō aūt totum pontifici tribuit, sed etiā à nobis quæ nostra sunt quærit, confessionē uidelicet. *Habentes*, inquit, *pontificem magnum qui penetrauit cœlos, Iesum filium dei, teneamus confessionem.* Quā confessionē dicit? Quòd sit resurrectio, quòd retributio, qd̄ inumera sint futurę uitę bona, quòd xps sit deus, quòd iā fides recta sit, hęc cōfiteamur: quòd uerò hæc uera sint, manifestū est ex eo quòd pōtifex, in interioribus cōstitutus est, nō excidamus igitur, cōfiteamur, etiāsi res ipsę nō adsint iā, confiteamur tamen. Si.n. modò adessent: falsus esset qui promisit: proinde etiam hoc ad ueritatem facit, qd̄ differuntur. Etenim pontifex noster magnus est. E
Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris. Non, inqt, ignorat, q̄ nostra sunt, sicut multi pōtifices, q ignorāt eos q in tribulationibus cōstituti sunt, & neq; quid sit tribulatio in hominib. sciunt. Impossibile qppe est mortalibus scire afflictiones afflictorum, eum q experimētum afflictionis non habuit, & sensibiliter oia non sustinuit: pontifex aūt noster omnia sustinuit. Nam huius gratia primū sustinuit & tūc ascendit, ut possit cōpati. *Sed tentatum*, inquit, *per omnia secundum similitudinem sine peccato.* Inspice qūo etiam supra idipsum similiter posuit, & hic iterum, sedm similitudinem: hoc est, persecutionem passus est, sputa susc̄epit, accusatus est, detractionem sustinuit, calūnias passus ē, repulsus est, i fine crucifixus est. Iuxta similitudinē, inqt, sine peccato. hic ēt aliud significat.
Possibile est sine peccato etiā in tribulationib. cō- Rom.8.a
stitutum degere: itaq; etiam cum dicit, in similitudine carnis, non hoc dicit, quòd similitudinē carnis', sed qd carnem susceperit. Quare ergo dixit, in
F similitudine? Quia de peccatrice carne loq̄batur. Similis.n. fuit carni nostræ. Natura qppe eadem cū nostra: peccato uerò nequaquā eadē est. *Accedamus ergo cum fiducia ad sedem gratiæ eius, ut accipiamus misericordiam, & gratiam inueniamus ad opportunum auxilium.* Quā dicit sedem gratiæ? Sedē ipsam regalē, de qua alibi dicitur: Dixit dominus domino meo sede à Ps.109.a.
dextris meis. Quid est, accedam⁹ cū fiducia? Quia pontificem sine peccato habemus, q mūdum deuicit. Confidite, inqt, ego.n. uici mundum. Nā quòd Ioā.16.g.
dictum est: oportet eum oīa pati, mundum autem eū esse à peccatis, hoc significat, etiā si nos sub peccato sumus, inqt, ipse tamen sine peccato est. Qūo accedemus cum fiducia? Sedes gratię nunc est, non sedes iudicij: ppea accedamus cum fiducia, ut accipiamus misericordiam qualē q̄rimus. Largitas qppe eius est hæc causa, & donum regale. Et inueniamus, inquit, gratiam ad auxilium opportunum. Bene dixit ad opportunum auxiliū: si.n. nūc, inquit, accedas, accipies & gratiā & misericordiā, opportune qppe accedes. Si autē tunc accesseris, nequaquā: Intempestiua quippe erit accessio tunc. Non enim erit tunc sedes gratiæ, usque tunc sedebit rex gra-

G tiã largiẽs:cum aũt uenerit finis,tunc ſurget ad iu-
P*ſa.* 73.*d* dicũt:Exurge,inqt, Deus iudica terrã. Accedamus
ergo cũ fiducia. Aut iterũ illd dixit,ut nihil habeamus in cõſcientia malignũ,hoc eſt,nõ dubitantes.
E*ſa.*4.*g* Nõ.n.poteſt cum fiducia talis accedere,idcirco dixit: Tẽpore opportuno exaudiui te,& in die ſalutis
adiuui te. Nãq; & nũc qd poſt baptiſmum peccantes inueniũt pniam,gratię eſt. Ne aũt audies pontificẽ,putes ipſum ſtare, ſtatim eum ad ſedem adducit: põtifex uerò nõ ſedet, ſed ſtat. Vides quoniam quòd factus eſt Pontifex, nõ naturę eſt,ſed gratiæ,
humilitatis & exinanitionis?hoc & nobis nũc opportunũ eſt dicere. Accedamus cũ fiducia petẽtes.
Tantũ fidẽ afferamus, & oia tribuit. Modo tps eſt
donorũ, nemo de ſeipſo deſperet:tũc eſt deſpationis tps, cũ thalamus fuerit clauſus,cũ itrauerit rex
uidere diſcumbẽtes, cum uenerint ad ſinũ Patriarchæ,qui eo facti fuerint digni: nũc autem nondũ,
adhuc quippe theatrum conſiſtit, adhuc agon per
Morale. manet,adhuc palma pendet. Feſtinemus igitur:
1.*Cor.*9.*d* nã & Paulus dixit:Sic curro,nõ quaſi in incertum.
H Curſu opus eſt, & curſu ualido:q currit,neminem
occurrentẽ ſibi uidet, ſiue p prata,ſiue p aſpera loca trãſeat. Qui currit,nõ ad ſpectatores attẽdit, ſed
ad palmã, ſiue diuites ſint, ſiue paupes,ſiue detrahat qs,ſiue cędat, ſiue cõuicietur, ſiue lapidet, ſiue
domũ diripiat, ſiue filios uideat,aut uxorem, ſiue
aliud qd,ad unũ tantũ feſtinat currẽdo,hoc eſt,ut
accipiat palmã. Qui currit nuſq cõſiſtit:nam ſi uel
modicũ negligat,totũ amittit. Qui currit non ſolũ
nihil ante metã ſuſtollit, ſed tũ potiſsimũ curſum
intẽdit: hoc à me dictũ eſt ad eos,q dicũt:in iuuen
tute qdem mea ſtudiũ habui,in iuuentute ieiunaui,nunc aũt ſenui,maxime nunc pietatẽ intendere
oportebat. Ne mihi ueteres uirtutes enumeres. Nũc
quoq; iuuenis eſto,nũc ẽt floridus ac uegetus eſto.
Qui corporalem iſtũ currit curſum,rectè quidẽ poſteaq canicies eum apprehendit, non ualet ſimiliter currere,qa ois agon in corpore conſtitutus eſt.
Tu uerò ob quã cauſam curſum minues?Hic enim
aio opus eſt,animo erecto:Animus uerò i ſenectute potius confortatur, tunc uiget, tunc exultat. Si-
I cut n.corpus uſquequo febribus detinetur,& ſubſequentib.inuicẽ ægritudinibus, etiã ſi ſit ualidũ
tamen affligitur:cum autẽ liberatũ fuerit ab obſeſſione illa morborum,recreat propriam uirtutẽ:ſic
etiam aius in iuuentute febribus laborat, & amor
glię & delitiarum,& uenererarũ rerũ, & aliarũ multarum imaginationũ illum potiſsimũ occupat: cũ
autẽ ſenectus aduenerit,oẽs has paſsiones effugat,
alias per ſatietatem,alias per philoſophiã. Vigorem
enim corporis relaxans ſenectus,nec,ſi uelit, aiam
illis uti permittit: ſed ſicut hoſtes uarios recludẽs,
ueluti in loco à turbis libero collocat, & multã ei
operatur tranquillitatẽ, & timorẽ inducit amplioręm. Etſi n.nemo alius dicat, tamẽ qui conſeneſcũt,
ſciunt,quoniã morituri ſunt, & quia utique appropinquauerunt morti. Quãdo igitur cupiditates huius ſcli amiſſo uigore langueſcunt, tribunalis autẽ
expectatio ſubintrat, & intractabilẽ aiæ duritiem
emollit,nõne magis attentior efficitur, ſi uoluerit?
Quid ergo,inquis,cum uiderimus iuuenibus ſenio
P*ſal.*24 res peiores?Nimietatẽ malitiæ mihi dicis. Nã & furioſos,uidem⁹ nullo impellẽte ultro ire per p̃ceps.
Quãdo ergo ſenex eodẽ morbo cũ iuuenib⁹ labo-
rat malitiæ excellentiã oſtendit, & ne in iuuentute K
qdẽ qui talis excuſationẽ habet. nõ.n.poteſt dice- P*ſa.*24.*b*
re. Delicta iuuentutis meæ,& ignorantias ne memineris. Qui.n.in ſenectute ita furioſus eſt, oſtẽdit qa
& in iuuẽtute nõ per ignorantiam, nõ per imperitiã,nõ per ætatẽ talis fuit, ſed per negligentiã. Iſte
qppe poteſt dicere, delicta iuuẽtutis meę,& ignorãtias meas ne memineris,q in ſenectute copetetia fa
cit,q procedẽte ętate mutatur. Si autẽ & in ſenectute eandẽ turpitudinẽ committit, qũo dignũ eſt huiuſmodi ſenẽ appellari,q neq; ætati reuerentiam exhibet? Qui.n.dicit: peccata iuuẽtutis meæ & ignorantias meas ne memineris, ueluti in ſenectute correct⁹,hęc dicit. Nõ igitur ex his q̃ i ſenectute cõmittuntur,fraudes teipſum uenia ẽt eorũ,q̃ in iuuentute feciſti. Qũo.n.nõ eſt abſurdum, & quòd ignoſci
neq; at qd ſit, ut ſenex i taberna ſedeat,ſenex ad circ cũ feſtinet,ſenex ad theatrũ aſcẽdat,iſtar pueri curens cũ plebe? Vere cõfuſio eſt, & irriſio,ut canicie,
qdem ornentur extrinſecus,intrinſecus aũt animũ
habeãt puerilẽ:& ſi qdẽ uituperauerit illũ iuuenis, L
ſtatim canos in mediũ profert:tu illos reuerere primus:ſi uero tu eis non exhibes reuerentiã iã ſenex,
qũo iuuenem tuos canos reuereri deſideras?Nõ reuereris,inquis,hos canos,ſed tu eos confundis. Dẽ
te honorauit,candorẽ capilli dedit, multã progatiuã cõtulit. Quid honorẽ illum prodis? Illum honorẽ qũo reuereatur iuuenis, cum te uiderit ſe quoq;
amplius laſciuiæ deditũ? Canicies qppe tũc eſt uenerabilis,quando ea gerit q̃ canicie decẽt: cũ uero
iuuenilr cõuerſatur, plus iuuenib. ridiculoſius erit.
Qũo poteritis iſtorũ iuuenes admonere uos ſenes
dum inebriamini p incontinentiã ueſtram? Nõ.n.
nunc accuſans ſeniores hæc dico,ſed iuuenes, Qui
enim hæc agitis, & ſi ad centeſimũ ueniatis annũ,
mihi iuuenes uidemini,& ſimiles pueris. Quemadmodum iuuenes, & ſi modici ac paruuli quidẽ,ſobrij tamẽ ſint,ſenioribꝰ meliores ſunt. Et nõ iſte ſermo meus eſt,ſed & ſcriptura hãc nouit diſcretionẽ.
Seneꝯtus.n.inqt,honorabilis,nõ multi tpis:& ętas *Sap.*4.*b.*
ſenectutis uita immaculata. Etenim canos honora E*ſa.* 9.*b*
mus,non qa colorem candidum nigro colore amplius honoramus:ſed qa indiciũ eſt uitę in uirtute M
prouectæ, & uidentes ex hoc coniicimus interiorẽ
canicię:ſi uero cõtraria ſenectuti geſſerint,irriſibiles fiũt pp hoc potius. Nã & regẽ honoramus,& eⁱ
purpurã,& diadema:quoniam iſta ſigna ſunt principatus:ſi uero uiderimus illũ cũ purpura cõſpui,
ab armigeris ſuis cõculcari,p̃focari,i cuſtodiã mitti,diſsipari, nunqd reueremur tũc purpurã,aut diadema? Nõne & ipm ſchema plorabimus? Noli ergo
pp canos uelle honorari, quãdo ipſe ille contumelia afficis:nã & ipſi ulciſci ſe debẽt,quoniã ſchema
ſplendidũ adeò & honorabile confundis: Nõ aduerſus oẽs hęc dicimus, neq; aduerſus ſenectutem
abſolute nobis ſermo eſt: Non.n.furioſus effectus
ſum:ſed aduerſus animã iuuenilẽ, q̃ ſenectutẽ confundit. Neq; cõtra ſenes iſta dolẽtes dicimus,ſed cõtra eos q canos ſuos ignominia afficiunt. Rex qdẽ
ẽ ſenex ſi uoluerit,& eo q purpurã habet, regalior,
ſi qdẽ paſsiones animi uicerit, & uelut armigeros
ſubiicit paſsiones. Si uero abſtrahatur,& deiiciatur
à ſolio,& amoris, pecuniarum, & ornãdi corpus,&
delitiarũ, & ebrietatis & iracũdiæ,& uenererarũ rerũ ſeruus effectus, & crines habeat oleo cõptos, &

totam

A totam ætatem ſuam per malam uoluntatẽ ignominia afficiat, quali pœna non ſit dignus hmõi? Sed
nõ efficiamini tales ô iuuenes:neq; n.uobis peccãtibus uenia tribuetur. Quare? Quoniã licet tibi ſenẽ eſſe in iuuẽtute,ſicut in ſenectute,ſunt iuuenes:
ſic ẽt è cõtrario. Sicut.n.illic neminẽ capillus alb.
ſaluat,ſic neq; hic nigellus capillus impedit. Si.n.in
ſquam in uenem honeſtiorẽ hæc q̃ dixi,ſenẽ faciũt, multo amplius
ſiuuenẽ:ſueruntamẽ nec iuuenis alienus eſt à culpa. Iuuenis qppe ibi tantũ habere ueniã poterit, ſi
quãdo ad rerũ diſpenſationẽ uocatus fuerit dum
imprudẽs eſt,dũ tẽpore indiget, & expientia:cũ autem opus erit temperantiã aut fortitudinẽ demonſtrare,nequaquã: neq; quando opus erit à pecuniis abſtinere. Nã eſt ubi plus ſene iuuenis culpatur. Ille
qppe mutta curatione opus habet,debilitãte illum
ſenectute:iſte aũt cum fortis ſit,ſi noluerit ſeipſum
regere:qualẽ ueniã merebitur: utpote ſi rapit amplius q̃ ſenex,ſi tenet malũ in corde,ſi nõ pẽſt diligentius ſene:ſi multa ſupflua loqtur, ſi iniuriat,ſi
male dicit,ſi inebriatur? Si aũt de tẽperantia putat
B nõ poſſe culpari,attẽde illũ,& ibi multa adiutoria
habentẽ,ſi tamen uoluerit:Et ſi.n.ualidius eũ, q̃ ſe
nẽ cupiditas ſtimulet, tamẽ ſunt multa in qb. magis,q̃ ſenex poterit efficere, & beſtiã illã incantare.
Quę ſunt iſta? Labores,lectiões,uigilię,ieiunia. Sed
qd ad nos hęc,inqs,q nõ ſumus monachi? Hæc mi
Col. 4.*a.* hi dicis? dic Paulo,cũ dicit: Vigilãtes in oi patiẽtia
Ro.13.*d.* & oratione:cũ dicit:Carnis curã ne feceritis in cõcupiſcentiis. Nõ.n.monachis tantũ iſta ſcripſit, ſed
oibus q erant in ciuitatib. Num.n.ſecularis homo
debeat aliqd amplius habere monacho, q̃ cũ uxore concumbere tantũ? Hic.n.habẽt ueniam,in aliis
autem nequaquã,ſed oia æqualiter,ſicut monachi
agere debẽt. Nam & beatitudines q̃ à xp̃o dicũtur,
non monachis tantũ dictæ ſunt:alioqn totus mũdus perierit,& accuſabimus crudelitatem dei. Si uero beatitudines ſolis monachis dictæ ſunt:ſeculare autem hoiem impoſsibile eſt eas implere,cum
ipſe nuptias pmiſit, ipſe ergo oẽs perdidit. Si.n.nõ
poteſt ea cum nuptiis,& q̃ monachorum ſunt, im-
C plere,oia perierunt,& corrupta ſunt, & in anguſtũ
Heb.13.*a* concluſit ea quę uirtutis ſunt. Et qũo honorabiles
ſunt nuptiæ,& thorus immaculatus, ſi nos tantopere impediunt? Quid ergo? Poſsibile eſt, & ualde
poſsibile ẽt habentes uxores uirtutem aggredi, ſi
uoluerimus. Qũo? Si habentes,tanquã non haben
1.*Cor.*7.*f* tes ſimus, ſi non gaudeamus in his q̃ poſsidemus,
ſi mundo utamur,tanquam non utentes. Si autem
aliq impediti ſunt ex nuptiis,ſciãt quoniã non nuptiæ illis impedimentũ fuerunt,ſed uolũtas q̃ male utitur nuptiis? Nã neq; uiuũ facit ebrietatẽ, ſed
mala uoluntas,& exceſſus moderationis. Vtere cũ
moderatione nuptiis,& primus eris in regno,& oibus frueris bonis:q̃ oia nos contingat acqrere, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu xp̃i, cũ quo
patri,una cũ ſancto ſpiritu gl'oria, imperiũ,honor,
nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia VIII. *ex cap.* V.

Mnis nanq; pontifex qui ex hominib. aſſumitur,
Cap.V. *pro hominib.cõſtituitur in his q̃ ſunt ad deum, ut*
offerat dona & ſacrificia p peccatis. Qui cõdolere
poſsit his qui ignorãt & errãt, quoniã & ipſe circundatus
eſt infirmitate, & propterea debet quemadmodum pro po-
pulo,ita etiam & pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Vult

oſtendere deinceps beatus Paulus q̃ multo melius D
ſit teſtamentum hoc,q̃ uetus. Facit hoc ergo,è longinquo pręſeminans ratiocinationes. Etenim nihil
erat corporeũ,neq; imaginariũ, utputa non tẽplũ,
nõ ſancta ſanctorũ,nõ pontifex tantũ habens apparatũ,nõ obſeruationes legales:ſed altiora & pfectiora oia, & nihil corporeũ: Totum autẽ in ſpiritualib.erat:ſpiritualia uero nõ ſic introducũt infirmos, ſicuti corporalia: propterea oẽm iſtũ mouet
ſermonẽ: & intuere ſapientiã. Primo à pontifice facit initium, & frequenter eum pontificẽ uocat, &
ab ipſo primũ oſtẽdit differentiã: idcirco diffinit
primum,qd ſit põtifex, & demonſtrat q̃ pertineant
ad pontificem, & q̃ ſint ſymbola pontificatus. Occurrebat autem,ei qd neq; nobilis eſſet, neq; ex tribu pontificali, neq; in hac terra ſacerdos:qũo ergo
pontifex,inqt? Et ſicut in epiſtola ad Romanos in- *Rom.*4.*a*
credibili ad probandum ſermone ſuſcepto,nẽpe,ſidem efficere,qd non ualuit labor legis, neq; couerſationis legalis ſudor,refugit ad Patriarcham,& ad
illud tempus totum redegit: ſic ẽt hic ad alteram E
ſacerdotii uiam pgit, ex pręcedentib.eã proponẽs.
Et ſicut in ſupplicijs non ſolum gehennam proponit,ſed ẽt q̃ in partib. contigerunt:ſic ẽt hic primũ
ex p̃ſentib.hoc cõfirmat. Oportebat qdem a cœleſtib.fidem facere terrenis:ſed quando infirmi ſunt
auditores,econtra fit. Interim q̃ ſunt communia ipſa p̃mit prima,& tunc oſtendit quã emineant ſpiritalia. Eminentia qppe q̃ eſt ſcdm cõparationem,ſic
fit,ut in quibuſdã comunicet, in quibuſdã autem
excellat:ſi uero non, nequaquam ſcdm comparationem fit. Ois ſacerdos q ex hominib. aſſumitur:
Hoc cõmune eſt xp̃o, pro hominib. cõſtituitur: &
hoc:ut offerat dona & ſacrificia pro pp̃ſo: & hoc,
ſed non totum:reliqua uero non ſunt communia.
Qui poſsit cõdolere his q ignorant & errant. Hic iã
excellentia eſt. Et ipſe qppe circundatus eſt infirmitate,& pp hanc debet,ſicut pro populo,ſic pro ſeipſo offerre pro peccatis. Deinde & alia ab alio dicit
fieri,& nõ ipſe inſilit in hoc munus:eſt ẽt hoc com F
mune. Et non ipſe ſibi aſſumit honorem, ſed uocatus à deo,ſicut & Aaron. Hic rurſus aliud p̃ſtruit ac
curate:nempe qd à deo ſit miſſus. Surſum.n.atque
deorſum cũ Iudæis diſputãs, etiã xp̃s hoc dicebat:
Qui miſit me maior me eſt, & à meipſo non ueni. *Ioan.*8.*c.*
Hic mihi uidetur etiã Iudęorũ ſacerdotes taxare tã
quam pręter uocationem inſilientes,& legem ac ſacerdotium corrumpentes. Sic & xp̃s non ſeipſum *Exo.*8.*d.*
glorificauit,ut pontifex fieret. Vbi ergo ordinatus *Nume.*16
eſt,inqs? Aaron quippe ordinatus eſt ſæpius in ſi- *&*17.
gno uirgæ,& quando ignis deſcendit & cõſumpſit
eos,q inſilire ſacerdotio uoluerunt. Hic autem contrarium fit, non ſolum nihil paſsi ſunt ſed ẽt celebres habentur. Vnde ergo? Ex prophetia hoc oſtendit, Nihil habet ſenſibile, nihil uiſibile:idcirco ex
prophetia & ex futuris adſtruit. Sed q locut⁹ eſt ad
eum,inqt:Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et
qd hoc ad filiũ? multũ,inqt. Præſtructio eſt,eo qd
ordinatus à deo ſit, ſicut & alibi dicit: Tu es ſacerdos in æternũ ſcdm ordinẽ. Melchiſedec. Ad quem
dictũ eſt hoc? Quid eſt, ſcdm ordinẽ Melchiſedec?
Nullus alius: oẽs.n.ſub lege erant, oẽs ſabbatizabant, oẽs circuncidebantur, nullum potuerunt
alium quenquam oſtendere. Qui in diebus carnis
ſuæ preces & ſupplicationes ad deum, qui poterat

G eum saluare de morte,& cū clamore forti,& lachrymis offerens, exauditus est pro reuerentia.Et quanquā esset filius,didicit ex his, q̄ passus est,obedientiā. Vides quoniā nihil aliud facit, nisi qđ curā de nobis illū habere asserit,& excellentiam charitatis eius ostendit? Quid sibi uult qđ dicit, cū clamore forti?Nusquā hoc Euangeliū dicit, neq; qđ lachrymatus sit orans, neq; quod clamorē emiserit.Intueris quō humilitatis erat descensio? Non.n.dixit,qa orauit,sed quia cū clamore forti. Et exauditus est, inquit,pro reuerentia.Et quanquā esset filius,didicit ex his,q̄ passus est,obedientiam:& perfectus factus est oibus obaudiētibus sibi causa salutis ęternæ appellatus à deo pontifex secundum ordinem. Melchisedec.Esto, quia cum clamore:quare autem & forti,& lachrymis? Offerēs,iqt, exauditus est pro sua reuerentia.Quid dicis ? Erubescant hęretici,filius dei pro reuerētia exaudiebatur.Et qd amplius de prophetis qs dixerit? Qualis autē ordo est qđ dixit,exauditus est pro reuerētia? Et quanquā esset filius,didicit ex his q̄ passus est obedientiam.Hęc de H deo quis dicat?Quis ita insaniet ? Quis ita demens ista loquatur?Exauditus autē pro reuerētia sua,didicit ex his,q̄ passus est,obedientiā. Quā obedientiam? Qui usq; ad mortem antea fuit obediēs:sicut patri filius,quō postea didicit? Vides qa de incarnatione dictum est? Quod autē dicit,tale est.Dic mihi, Num patrē orabat, ut saluaretur à morte,& pp Mat.26.d hoc tristis erat,& dicebat:Si possibile est, transeat à me calix iste?Nusquā autē pro resurrectione oraIoan.2.d uit patrem,sed è contra ipse pronuntiat,dicens:Solui te templum hoc, & ego in trib.diebus suscitabo Ibi.10.d. illud:&, potestatē habeo ponendi aiam meā,& potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo auferet eam à me,ego à meipso ponā eā. Quid ergo est, Mat.20.e pro quo orabat?Et iterū dicebat:Ecce ascendimus Hierosolymam,& filius hominis tradetur pontificibus & scribis,& damnabunt eum morte, & tradēt eū Gentib.ad illudēdū & flagellandū & crucifigēdum,& tertia die resurget:& nō dixit,quoniā resuscitabit me pater. Quid ergo?Non pro hoc orabat, sed pro aliquib.orabat,q̄ crediderant in eū. Quod I autem dicit,tale est, exauditur facile:quoniā qppe necdum de eo opinionē habebāt cōpetentē, ideo dixit:& exauditus est,sicut & ipse cōsolans discipulos suos,dixit:Si diligeretis me, gauderetis utiq;,qa Ioā.14.d uado ad patrē,& pater meus maior me est.Quō autem nō seipsum glorificauit, q̄ seipsum exinaniuit, Gala.1.a. qui seipsum tradidit:seipsum,inqt,tradidit pro pec 1.Timo.2 catis nostris.Et item:Qui seipsum dedit redemptionem pro oibus nobis. Quid ergo est?Intueris quia propter carnē, q̄ humilia sunt loqtur de seipso : sic etiam hic.Et quanquā esset filius,pro reuerentia,inquit, exauditus est. Vult ostendere eius esse magis effectum,q̄ gratię dei.Tanta, inquit,erat eius reuerentia, ut et propterea eum reuereretur deus.Didicit,inqt,obedire deo . Hic iterum ostendit quantū lucrum passionū sit.Et perfectus,inquit, factus est obedientib.sibi cunctis causa salutis. Si autem ille filius existens, acquisiuit ex passionib.obedientiā, multo magis nos.Intueris quāta de obedientia disputat,ita ut ad obedientiā eos adducat. Videntur enim mihi rebellare:Ex his q̄ passus est,iqt,frequēter didicit obedire deo,& perfectus p passiones.Hæc est igitur perfectio, & hac uia ueniendū est ad perfectionem. Non.n.solum ipse saluatus est, sed etiam K aliis facta est abundantia salutis. Perfectus enim inqt,factus est obedientib. sibi causa salutis.Appellatus,inqt,à deo pōtifex scdm ordinē Melchisedec. De quo plurimus nobis habēdus esset sermo,& difficilis ad interpretandum. Venturus ad differentiā pontificatus:primo eos increpat, ostendens lac esse tantam istam humilitatis descensionē.Et qa adhuc paruuli erant, amplius immoratur huic sermoni,qui est scdm carnem,& ueluti de aliquo iusto disputat.Et attende, quia neq; tacuit oino de uerbo, neq; locutus est.Illud quidē ut eorum intelligentiā subleuaret, & psuaderet etiam ipsos perfectos esse, & non fraudarentur magnis dogmatibus:illud autem ne obrueret eorum mentē . De quo plurimus nobis sermo habendus esset, inquit,& difficilis ad interpretandum,quia imbecilles facti estis auditu. Quia illi non audiunt ppea difficilis ad interpretandum est eius sermo. Quādo.n.quis cum hominib. loquitur non ualentibus assequi, neq; quę dicūtur intelligere,bene interpretari eis non pōt. Sed forte L quisquam uestrum qui hic adstant, obstupescens hęsitauerit,si pp Hebræos ipse impeditus est perfectiorem loq sermonem. Fortasis.n.etiam hic pter paucos multi sunt tales, ita ut posset hoc & de uobis dici:ueruntamen pp paucos dico . Ergo siluit aliquid,aut iterum idipsum repetiuit in consequētibus,& idē ipsum egit, sicut in epistola ad Romanos? Etenim & ibi primū posteaquam compescuisRom.9.d set contradicentes,& dixisset : O hō, tu quis es qui respondeas deo?tunc solutionē infert.Ego uero eū neq; omnino siluisse,neq; dixisse arbitror, ut ad desiderium adduceret auditores. Mentionem quippe faciens,& dicens quædā maiora cōtineri in hoc sermone , attēde quō cum laude struat increpationē. Hoc quippe est semper sapientię Pauli, difficilia bo Gala.5.b nis intermiscere,quod ēt in epistola ad Galatas fa- Ibid.3.a. cit,dicēs:Currebatis bene , quis uos impediuit?&, Ibid.5.b. sine causa tāta passi estis,si tamē siue causa . Et itē: certus sum de uobis in domino.Hoc etiam & circa istos facit. Persuasus autē sum de uobis meliora , & cum salute coniuncta. Duo nanq; ista facit,neq; dimittit eos decidere quidē: si.n.aliorū exempla auditorem erigere, & ad emulationē adducere ualēt, M quando aliquis à seipso exemplū habet, & seipsum æmulari iubetur,iam possibile quiddam introducitur:& hoc ēt ostendit : nec dimittit ueluti ualde accusatos decidere, neq; ueluti semp malos existentes,sed quia & aliquando fuerūt etiā boni. *Etenim debebatis esse doctores*,inquit,*propter tempus*. Hic ostē dit ante multū tempus eos credidisse:ostendit etiā quia & alios debent docere. Attende ergo eum frequenter parturientem, ad introducendum sermonem de pontifice,& semp differentem . Audi qppe Sup. 4.d. quō cœpit: Habentes pontificem magnum cœlos ingressum.Et omisso,quō sit magnus iterum dicit: Omnis.n.pontifex ex hominib. assumptus,pro hominibus constituitur,in his quæ sunt ad deum. Et iterum: *Sic & Christus non seipsum glorificauit, ut fieret pontifex rursus cum dixisset, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec*, iterum suspendit qđ dicendum erat dicens:*Qui in diebus carnis suæ preces & supplicationes offerens* . Quia igitur toties distulit,ueluti excusans, inqt:Causa ex uobis est.Papæ quanta differentia? Debentes alios docere,neq; simplici

A ter discipuli sunt,sed inter discipulos postremi. Et- enim cum debeatis esse doctores propter tempus, *Iterum opus habetis, ut doceat uos aliquis elementa principij̄ sermonum dei* . Hic humanitatem dicit.Sicut.n.in literis secularib. primum elementa discuntur:sic ēt hic primum de humanitate docebantur.Intueris q̄ sit causa,ut humilia loquatur.Sic ēt cum Athenien Act.17.f. sibus fecit Paulus disputans ac dicens:Tempora qdem ignorantiæ cū dissimulauerit deus ,nunc pcipit hominibus oibus ubiq; ut pœniteant, scdm qđ constituit diem , in qua iudicaturus est mundū cū iustitia in uiro in quo definiuit , fidem tribuens oibus , exuscitans eum à mortuis . Propterea si aliqd altum dicit, breuiter hoc dicit:humilia uero plurimis epistolæ locis insperšit,& sic q̄ alta sunt,ostendit.Nam qđ ita humiliter loqtur,nō pmittit, ut ista de diuinitate suspicemur:sic & hic cautelā seruauit. Segnitiem aūt istam qd operetur maxime in episto 1.Cor.3.a la ad Corinthios significauit,dicens:Cum .n sit in uobis æmulatio & contentio & dissidia, nōne carnales estis ? Intuere itaq; mihi sapientiam Pauli quā B magna est,quō proportionaliter semper,& apte ad subiectas passiōes accedit.Illic.n.infirmitas ex ignaua ruditate quamplurimum contingit, magis autē ex pctis:hic autem non ex pctis tantum , sed etiam ex tribulationibus frequentib.Idcirco & uerbis utitur quibus hęc ostendatur differentia:non dicens, carnales facti estis,sed segnes. Illic carnales,hic aūt maior dolor . Illi.n non poterant sustinere , utpote carnales,isti autem poterant. Dicere.n.quia segnes facti estis auditu,significantis est olim sanos fuisse, fortes,alacritate feruentes , quod etiam illis postea testificatur . *Et facti estis opus habentes lacte , non solido cibo*. Semper.n.lac humilem sermonem uocat & illic, & hic. Cum debeatis enim,inquit,doctores esse propter tempus.Propter qđ magis dissoluti estis, & supini effecti,propter hoc maxime debebatis esse fortes,nimirum propter tempus.Lac autē uocat, quia rudioribus congruit:hoc autē perfectioribus contrarium est,& noxium, ut in istis immorentur. Proinde non oportebat legalia nunc inferre,neque ex eis facere comparationem,q̄da pontifex sacrificaC uit,& orauit uoce & depcatione.Attēde igitur quō nobis ista contraria sint & nociua, sed illos tūc nutriebant,& nequaquam contraria erant, igitur cib' Amos. 8. uerus sunt eloqa dei.Dabo.n.illis, inquit, famem, d. non panis, neq; sitim aquæ, sed famē audiendi uerbum domini.Lacte uos potaui,non esca. Nō dixit, nutriui , ostendens quoniā lac non est cib.sicut in pueris minoribus q non possunt pane nutriri:tales enim potum non accipiunt, sed ipse potus illis pro cibo datur.Non dixit,opus habetis:sed effecti estis opus habentes lacte,non solido cibo.Hoc uos uoluistis,uosmetipsos ad hoc redegistis,& ad hanc necessitatē. *Omnis enim qui particeps est lactis, rudis est sermonis iustitiæ. Infans enim est*.Quid autē est,rudis sermonis iustitiæ ?Quid est sermo iustitię?Hic mihi uidetur & uitam significare , quod etiā xps dicebat: Matt.5.c Nisi abundauerit iustitia uestra plus quā scribarū & pharisæorum.Hoc ēt iste dicit,rudis sermonis iustitiæ,hoc est supernæ philosophiæ rudis, non pōt suscipere uitam sublimem & exactam . Aut iustitiā hic dicit xpm,& sublimem de xpo sermonē:Quod ergo segnes facti sint dixit , Vnde aūt,non addidit, ipsis sciendum relinquens,nolens q̄ molestum face re sermonem . In epistola uero ad Galatas,& mira- D tus est,& hæsitauit , qđ multo amplius est ad solatium, tanquā nūquam tale aliqd fieri sperasset:hoc enim est dubitatio.Vides aliā esse pusillanimitatē? aliam perfectionē? efficiamur hac pfectione pfecti: licet.n.& paruulis , & iuuenib.ad illam uenire perfectionē:non.n.naturæ est,sed uirtutis. *Perfectorum autem est solidus cibus, eorū qui propter assuetudinem exercitatos habent sensus ad discernendum bonū & malum*. Non habebant illi sensus exercitatos, neq; sciebant bonum & malum . Nunc non est ei sermo de uita, quando dicit ad discretionem boni & mali:hoc.n. omni homini possibile est scire & facile:sed de dogmatibus sanis,atq; excelsis, & corruptis,atq; humilibus . Paruulus nescit uitiosum inter & probum cibum discernere : sæpius.n.& cinerem in os suū mittit,& qđ noxium est suscipit, & oia indiscrete facit: sed non est hoc perfectorum : Sunt qui oibus simpliciter intendunt, & indifferenter auditus suos tradunt:quod mihi uidetur etiam in istis culpare ueluti qui simplr circunferebantur ,& nunc qdem istis, nunc autem illis se pbentes,quod & circa finem hu E ius epistolæ significauit, dicens:Doctrinis uariis & *Infr.13.b* peregrinis non circunferamini,hoc est,ad discretionem boni & mali . Palatum.n.sapores discernit ciborū:aia uero probat sermones:Et nos igitur hoc *Morale.* discamus,Nec si audieris,quia non est paganus,nō est Iudæus,statim putes esse christianū, sed exanima & alia cuncta.Nam & Manichæi , & oēs hæreses hanc sibi personam induerunt, ut hoc pacto seducant rudiores.Sed si habuerimus sensus aiæ exercitatos ad discretionem boni & mali, poterimus huiusmodi discernere.Quō autem fiunt sensus nostri exercitati?Ex usu scripturarum , ex frequenti auditione.Quando n.proponimus eorū errores,& hodie audieris, & crastina probaueris non bene se habere cuncta doceris,cūcta cognoscis & si hodie nō assēqris,cras assēqris.Sensus,inquit, exercitatos habentes . Vides qđ oporteat exercitari auditum nostrum frequenti auditione diuinarū scripturarum, ut nulla nouitate expauescamus?Exercitatos,inqt, ad discretionem:hoc est, peritum esse . Aliis qdem *Opinio-* dicit non esse resurrectionem,alius autē nihil futu- *nes hæreticorum* rorum expectat,alius alterum dicit deum , alius ex F Maria dicit eum habere principium.Intuere confestim , quō ex immoderatione oēs ceciderunt:alii qdem semper modū excedentes , alii autē infra modum se coartantes:utputa prima quidem omnium hæresis fuit Marcionis,illa alium deum introduxit qui non erat,excesit modum.Post illam Sabellii,filium & spiritum & patrem unum esse dicens.Deinde Marcelli & Fotini, etiam ista hæc eadē pdicans. Et Pauli Samosateni , de Maria dicens eum habere principium.Deinde Manichæorum:ista.n. omnib. præmissis est recentior:post illas Arii : sunt autē & & aliæ.Propter hoc fidem suscepimus, ut non cogamur innumeris hæresib.adhærere,negotiumq; habere:sed siqd addere aut detrahere illi qs molitus fuerit,hoc notum esse iudicemus.Sicut.n qui regulas certas exhibent,non compellunt decē milia metra scrutari , sed illud qd traditum est custodire iubent:sic & in dogmatib. Sed nemo uult ad scripturas attendere.Si.n. aduerteremus , non solum non incideremus in fallaciam, sed etiam alios deceptos inde liberaremus , & de periculis abstraheremus.

G Miles.n.fortis non sibi tantum sufficere potest,sed etiã iuxta se existentẽ custodire,& ab hostium malitia liberare:nunc autem neq; an sint scripturæ qdam sciunt, sed spiritus qdem ita dispensauit,ut custodiantur.Et attẽdite ut discatis antiquitus dei in
Exo.32.d nos misericordiam:inspirauit Mosi,& tabulas lapideas scripsit,detinuit eũ quadraginta dieb.in monte,& iterum totidem ut daret illi legẽ. Post hæc autem prophetas misit,q innumera mala passi sunt, irritit bellum,quosuis sustulit & trucidauit,incensi sunt libri. Inspirauit iterũ aliũ uirũ, ut mirabiles illas scripturas repararet:Esdram dico,& ex reliquijs illarũ cõponere fecit.Post hęc dispẽsauit,ut interptarẽtur eas Septuaginta:interpretati sunt illi.Venit & xps,suscepit eas, apostoli disseminauerunt eas p omnes.Signa & miracula fecit Christus. Quid aũt post tam negotiosam diligentiam? scripserunt etiã
Ro.15.a. apostoli, sicut & Paulus dixit:Ad admonitionem nostrã scripta sunt, in quos finis seculorũ deuenit.
1.Cor.10 Et xps iterum dicebat: Erratis nescientes scripturas.
Mar.12.b H Et iterum:Scrutamini scripturas.Et Paulus item docebat: Per patientiã & consolationem scripturarũ
Ioan.5.f spem habeamus.Et iterũ: Omnis scriptura diuinitus inspirata,utilis est.Itẽ Sermo xpi habitet in uobis abundanter.Et Propheta:in lege eius meditabitur die ac nocte. Et alibi iterũ:ois expositio tua sit
Ro.15.a. in lege altissimi. Et itẽ q̃ dulcia faucibus meis uerba tua.Non dixit,auditui meo:sed,faucib.meis,su-
2.Timot. per mel & fauũ ori meo. Et Moses:Meditaberis,in-
3.d quit,in illis semp,exurgẽs,sedens, & dormitũ iens,
Colos.3.c in eis persiste,inquit.Et innumera quisq; reperiet de
Psal.1.a his.Et tamen post tanta sunt qdam, qui neq; sciunt
Eccl.9.d. an sint scripturæ:ppea igitur nihil sanum nihil uti
Psal.118. le apud nos fit.Etenim si aliqs ea q̃ ad militiã pertinent scire uoluerit, necesse est, ut leges militares is
Deut.6.b discat.Et si quis gubernatoriã disciplinã,uel fabricam lignariam discere uoluerit, aut aliquid aliud, necesse est eũ quæ ad artẽ pertinent,discere:hic autem nihil tale uolũt, cũ hęc potissimum disciplina pluuima uigilantia opus habeat. Quod n. hæc ars sit doctrina opus habẽs,aduerte Prophetam dicen-
Psal.33.c tẽ:Venite filij,audite me,timorem domini docebo
I uos.Vere doctrina op9 habet timor dei.Deinde di-
Ibidẽ. xit:Quis est hõ q̃ uult uitã, & cupit uidere dies bo-
Ibidem nos?&c.Vitam futurã dicit. Et iterum:Abstine linguam tuã à malo, & labia tua ne loquantur dolũ. diuerte à malo & fac bonum:quęre pacem:& sęqre eam.Nunqd sitis quis hęc dicit?An propheta,an historiographus,an apostolus,an euãgelista? Non arbitror,pter paucos,sed & isti ipsi, iterum si proferamus testimoniũ,aliunde,idem quod uos patiẽtur.
Esa.1.d. Etenim dico eundẽ ipm sermonẽ alijs uerbis:Lauamini,mundi estote, auferte malignitatem uestram ab animab. uestris in cõspectu oculorum meorũ: discite bonum facere,exquirite iudicium, abstinete linguã à malo,& facite bonũ, discite bonũ facere.Intueris qa doctrina opus habet uirtus?Iste qdẽ dicit,Timorẽ domini docebo uos:ille aũt:Discite bonum facere.Nunquid nam scitis ubi hæc posita sint?Non arbitror pter paucos. Licet per unamquãque septimanã,secũdo aut tertio hæc uobis leguntur.Ascendẽs.n.qui legit,primo dicit librum cuius est,illius, uerbi gratia,uel illius prophetæ, & tunc profert q̃ is dicit.Proinde clariora uobis esse debebant,& nõ solum ipm textum debebatis scire, sed & causas eorum q̃ scripta sunt, & quis hæc dixerit: K
sed omnia frustra & sine fructu. Omne enim studium in his quæ ad uitam hanc pertinent, euacuatur:de spiritualibus autem nulla ratio est: propterea nobis neque terrena illa pro uoto proueniunt, sed plurimæ etiam ibi difficultates. Christus quip
Matt.6.d pe dixit:Petite regnum dei & hæc omnia apponentur uobis.Et hęc quidem in appositionis parte tanquam adiectitia dicit datum iri: nos autem ordinem peruertimus,& petimus terram,& bona in terra,quasi cœlestia additionis loco nobis dentur:id circo neq; ista,neque illa habemus. Euigilemus ali quãdo,& efficiamur futurorum desideratores:sic etiam ista sequentur, Impossibile est nanque eum qui quæ dei sunt quærit, non etiam quæ humana sunt,asseq. Sententia est ipsius Veritatis hoc dicentis. Nequaquã igitur aliter faciamus,sed amplectamur consiliũ xpi,ne ab omnibus excidamus.Deus aũt potens est expeditos nos ac meliores facere in xpo Iesu domino nostro,cum quo patri, unà cum sancto spiritu gloria,imperium,honor,nũc & semper,& in secula seculorum,Amen. L

Homilia IX. ex cap. VI.

Vapropter intermittentes inchoationis Christi Cap.VI.
q *sermonem,ad perfectionem feramur, non iterum fundamentum ponentes pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei in deum,baptismatum,doctrinæ,impositionis quoque manuum,ac resurrectionis mortuorum,& iudicij æterni. Et hæc faciemus, siquidem permiserit deus.* Audistis de quãtis Hebræos culpauerit Paulus,uolentes semper discere eadẽ:& merito. Cum debeatis.n.inquit, esse doctores propter tempus, iterum opus habetis qui uos doceat,q̃ sint elementa principij sermonum dei. Timeo ne etiam ad uos ista dicendi tempus sit: quia cum debeatis esse doctores propter tempus, neq; discipulorum gradum habetis:sed semper eadem,deq; iisdem,audientes, tanq̃ si nihil audieritis,sic dispositi estis Et si uos quisquam interrogauerit, nemo uestrum poterit respõdere,præter admodum paucos,& facile numerabiles:hoc autem non paruum damnum, Sæpius qpe doctorem uolentem ad ulteriora procedere, & secretiores altioresq; sermones attingere, non per- M
mittit segnities discentium.Sicut enim apud magistros ludi, si semper puer elementa audiens non teneat, semper illi necessitas erit eadem insonare puero:& nõ cessabit antea docẽdo usquequo illa intergre ualuerit discere.Enimuero stultitiæ magnę est, ut q̃ prima nõ bene imposuerint,ad alia uelit puerũ adducere:sic itaq; & in ecclesia,si semp eadẽ dicentibus nobis nihil amplius ediscatis,nunq̃ eadẽ dicendo cessabimus.Si.n.ostentationis nobis esset ratio,& amor laudis, necesse esset semper transilire & præterire, nihil curãtes uestri gratia,sed plausus uestros tantum appetentes.Quia uero non hoc studium nobis proposuimus, sed omnia pro uestro iuuamine molimur, non quiescimus de eisdem uobis semper disputare, donec ea perficiatis. Cæterũ possem plura & de Paganorum superstitione dicere,& Manichæorum, & Marcionistarum, & fortiter eos percutere,gratia dei adiuuante:sed non habet tempus is sermo.Eis enim qui necdum quę sua sunt,integre sciunt,& necdum didicerunt,quod auarum esse malum sit,quomodo quis dicat huiusmodi sermones,& ad alia deducat ante tẽpus?Nos

ergo

A ergo non cessabimus eadem dicere, siue persuadeamus, siue nõ. Timeo tamen ne frequenter eadẽ ipsa dicẽdo,si nõ audiatis,maiorẽ inobedientib.condemnationẽ operemur.Non quidem ad oẽs hoc dicitur.Scio.n.plurimos adiutos ex isto conuentu,qui iustissime forsitan illos culpent, ueluti insidiantes eis pp propriam indocilitatem,& segnitiem.Speramus tamen,quòd ne sic quidem lędentur.Frequenter.n.eadem audire,& scientibus prodest: quod.n. nouimus,si sępi9 audiamus,amplius cõpungimur: utputa sciamus qa bonũ est humilitas, & qa sępius de illa locutus est Christus,sed quando ẽt ipsa uerba audimus,& disputationes eorũ,amplius qd patimur, licet millies audiamus: opportunũ itaq; est & nos uobis sic nunc dicere. Quapp relinquentes initium sermonis Christi, ad perfectionẽ feramur. Quid est,initium sermonis?Ipse in consequentibus ponit,dicens: Ne iterum fundamentum,inqt,cõsti
B tuẽtes pniæ ab operibus mortuis & fidei in deum, baptismatũ doctrinę,impositionis manum,resurrectionis mortuorum,& iudicij æterni.Si autẽ hoc initium est,quid aliud est doctrina nostra,q̃ pœnitere ab operibus mortuis, & per spiritũsanctum accipere fidem,in resurrectionem mortuorum, & iudicij æterni? Quid aũt est initiũ? Nihil aliud q̃ hoc. Initium,inquit,est, cum uita nondum est perfecta. Sicut.n. eum q ad doctrinam literarum inducitur, elementa oportet primum audire: sic & Christianũ hæc scire exacte,& nihil dubitare de ipsis.Si aũt iterũ opus habuerit horum doctrina, necdum fundamẽtum habet. Firmum.n.oportet & fixum esse, & stare,& nõ transferri.Si autem quisq̃ uerbum ueritatis audiuit,& baptizatus est,& post annos decẽ de fide iterum audire opus habet, qđ credere oporteat resurrectionem mortuorum, nondum fundamentum habet,iterum initium Christianismi q̃rit. Quod.n. fides fundamentum sit,cætera uero super
1.Cor.3.c ædificationes,aduerte ipm dicentẽ:Ego fundamẽtũ posui,alius supædificat. Siqs supędificat sup fundamentum hoc aurum,argentum,lapides ptiosos, ligna,fœnũ,stipulam.Ne iterum,inqt,fundamentũ
C constituentes pniæ ab operibus mortuis Quid est, ad perfectionem feramur? Ad ipsum,inquit transeamus iam cacumen,hoc est,uitam optimam habeamus.Sicut.n.in elementis uniuersum apex primus, hoc est alpha,& fundamentũ ædificium totum cõtinet:sic & uitę munditiam certa fidei psuasio.Sine ista.n.non põt esse Christianus, sicut nec sine fundamẽto ædificium, neq; sine elementis peritus literarum fieri põt. Sed si quisq̃ semper circa elementa conuersẽtur,& non circa ædificium, nunquã illi quicq̃ amplius erit.Tu autem ne putes diminutam esse fidem, propterea quod elementum uocata est. Omnis.n.potẽtia ipsa est:cum n.dicit: Omnis qui participatur lacte,expers est sermonis iustitiæ, parυulus.n.est,non lac eam appellat,sed ambigere adhuc de his, quæ in illa sunt, hoc est, infirmi animi, & sermonum plurimorum indigentis.Dogmata.n. ista sunt sana. Perfectum.n.illum uocamus, q cum fide uitam habet rectam.Si autem quisq̃ fidem habet,agat autẽ maligna, & de ista ipsa fide ambigat & iniuriet ipsam doctrinã: merito eũ dicimus parυulũ ad initiũ redeuntẽ. Proinde & si mille annos in fide habeamus,& firmi non sumus in ea,paruuli sumus:quando uitã fidei non cõuenientẽ ostendi-

εἰ τὶς περὶ τὴν οἰκοδομὴν. Græcum exemplar habet. Supr.5.d

mus, quando fundamentum adhuc constituimus. D
In istis aũt non solum uitam, sed etiã aliud culpat, ueluti loco motis, & opus habentibus fundamentum pniæ constituere ab opibus mortuis. Eum qp pe q ab alio in aliud transmutatur: & hoc qdem dimittentem, illud aũt assumentẽ, primum oportet culpare,ut à tali affectione recedat,& tũc uenire ad aliud.Si autem denuo priori adhęsurus est,qũo ad aliud ueniet? Quid ergo,inqt,de lege? Culpauimus illã & iterũ ad ipsam recurrimus, hoc nõ est mutabilitas.Etenim et hic legẽ habemus: legem ergo,inquit,euacuamus p fidẽ? Absit, sed legẽ statuimus. Ego autẽ de malis actionibus dixi. Qui.n.ad uirtutẽ iturus, primum malitiam debet culpare, & tunc aggredi: non.n.ualuerit pnia mundos eos ostendere:pp hoc confestim baptizabantur,ut qđ impossibile illis erat operari per se, hoc p Christi gratiam fieret. Neque ergo pnia sufficit ad mundationem, sed opus est suscipere baptisma: Igitur ad baptisma uenire oportebat eum,qui iam peccata sua iudicauerat ac damnauerat. Quid autẽ est baptismatum
E doctrina? Non tanq̃ multorum baptismatum, sed unius. Quare ergo plr hoc dixit? Quia dixerat. Ne iterum fundamentum cõstituentes pniæ. Opus.n. habuit hoc dicere, ueluti opus habentibus iterum baptizari, & iterum catechizari, & iterum post baptismum docere quid agere deberent, quid non deberent, propterea uero plr dixit,uolens eis significare,quia si iterum opus haberent mundari, incorrigibiles pmanerent.Et impositionis,inqt,manuum. Sic qppe sanctum spiritum accepant imponente illis Paulo man9,inqt, Resurrectionis quoq; mortuorum. Hoc.n.in baptismate fit & in confessione firmatur.Et iudicij æterni.Quare aũt hæc dixit?Quoniã fortasis poterãt cum iam credidissent à fide dimoueri,uel male uiuere,& negligẽter,dicit,euigilate,nõ licet dicere si negligẽter uixerimus, iterũ baptizabimur,iterũ catechizabimur, iterum accipiemus spiritũsanctum.Si.n.nunc à fide deciderimus, iterum poterimus baptizari,peccata abluere,& eadem bona percipere,quæ primo acceperamus,erratis,inquit,ista putantes. *Impossibile nanque est eos qui semel illuminati sunt,gustauerunt quoque donum cœleste,* F
& participes sunt facti spiritussancti:& bonum uhilominus gustauerunt uerbum dei, uirtutésque seculi futuri, & prolapsi sunt,rursus ad pœnitentiam renouari,denuo crucifigentes filium dei sibimetipsis, & ludibrio habentes. Sed uide q̃ increpatorię & renuntiatiue incipit:Impossibile,est,inqt.Non iam speres quod impossibile est. Non.n.dixit,non decet,neq; prodest,neq; licet: sed impossibile est,ut in desperationem inducat: Si semel illuminati estis,inquit,deinde adiungit:Et gustauerũt donum cœleste. Si g istastis,inqt, donum cœleste,hoc est remissionẽ. Et participes facti estis spiritussancti,& bonũ gustatis uerbum dei. Hic doctrinã dicit, Et uirtutes futuri seculi gustauerunt. Quid dicit uirtutes? aut miracula facere, aut pign9 spiritussancti? Et prolapsi sunt iterum renouari ad pniam,crucifigentes sibi filium dei, & ludibrio habentes.Renouari dixit ad pœnitẽtiam,hoc est, per pœnitentiam. Quid ergo? Excluſa est pœnitentia? Non pœnitẽtia excluſa est,absit, sed renouatio per lauacrum regenerationis. Non.n.cum dixisset, impossibile est renouari in pœnitẽtia,tacuit:Sed cum dixisset impossibile,adiunxit: iterum crucifigẽtes.

G Renouari,hoc est,nouum fieri:nouos quippe face-
Ps.102.a re,lauacri est tantū.Renouabitur inqt,sicut aquilę iuuentus tua. Pniæ autem est, ut qui innouati fuerunt,& postea ueterauerūt in peccatis,liberare à uetustate,& consolidare. Ad illam tamen claritatē ad duci eos impossibile est: illic nāq; totum gratia est. Crucifigētes iterum,inqt,sibimetipsis filium dei,& ludibrio habētes. Qđ dicit, hoc est. Baptisma crux
Rom.6.d est,& simul crucifixus uetus homo noster. Confor
Ibidem.a mes.n.facti sumus similitudini mortis eius.Et iterum:
Colos.2.b Cōsepulti estis ei per baptismum in mortem.Sic.n. impossibile est secundo crucifigi Christum:hoc.n. est ostentui eum habere.Si.n.mors ei iam nō dominabitur,si resurrexit,resurrectione uictor factus est mortis, si morte mortem expugnauit, deinde iterū crucifigeretur,fabulæ,essent cūcta illa & ludibriū. Proinde qui secundo seipsum baptizat, sēdo eum crucifigit.Quid aūt est,iterum crucifigentes? Ab integro iterum crucifigentes.Sicut.n.mortuus est xps in cruce,sic & nos in baptismate,non carni,sed pec
H cato.Intuere nunc mortē & mortem. Ille mortuus est in carne nostra,uetus hō sepultus est, & resurrexit,nouus, cōformis factus similitudini mortis ei⁹. Si ergo nec esse est baptizari iterum, necesse est rursum eundē ipsum mori.Baptisma.n.nihil aliud est, q̄ interitus eius qui babtizatur,& resurrectio illius. Et bene dixit:Sibimetipsis crucifigētes. Qui.n.hoc facit ueluti prioris gratiæ oblitus, & negligēter suā uitam disponēs, tanq̄ si sit secundum baptisma,sic omnia gerit,idcirco animaduertere opus est & cautelā exhibere.Quid est: Et gustauerunt donum cœleste? Nōne hoc est remissionem pctorum gustare?
Rom.6.a Hoc quippe solius dei est pstare, & gratia semel est gratia.Quid ergo?Permanebimus in pctō,ut gratia abundet?Absit:Si autem semper p gratiam saluandi sumus,nunq̄ erimus boni.Cum.n.una sit gratia & sic negligētes sumus,si sciremus, qa iterum possibile esset lauari à peccatis,quādo cessaremus peccātes? Omnino nō,arbitror. Multa hic ostēdit dona, & ut cognoscas:Digni facti estis,inqt, tāta remissione.Qui.n.in tenebris sedebat,q inimicus erat & hostis,q alienus erat à deo,q deo odibilis & perditus, iste repēte illuminatus,spiritu dign⁹ effectus, dono cœlesti,adoptione regni cœlorū, & alijs bonis mysterijs inenarrabilib.& neq; sic melior fact⁹ est, sed dignus pmanet pditione,adeptus autē salutē & honorē,ueluti q multa laborauerit,qūo poterit hmōi iterum baptizari? Duobus igitur modis hanc cām impossibilem esse dixit,'& fortiorē modum'post remō posuit. Vno qdem modo,quia non est dignus, qui cum talibus dignus factus sit, & cuncta pdidit quæ sibi donata fuerant,iterū renouari:& qa possibile non est eum iterū crucifigi, hoc.n.est ostentui habere xp̄m:nō est igitur secunda lauatio:nā si est, est & tertia,est & quarta.Prima nanq; à secda dissoluitur,& hoc semp ab altera,& hoc in infinitū procedat necesse est.Et gustauerūt,inqt,bonū dei uerbum. Et nō aperit qđ sit hoc.Virtutes ēt futuri scli. Viuere qppe sicut angeli, & nullius egere eorū quæ in ista uita sunt,scire quoniā futuri seculi fructuum prouisio nobis efficitur,p spiritū sanctū hæc dicere cōceditur:& inde abdita illa ingredi. Quę sunt uirtutes futuri seculi? Vita ęterna,angelica cōuersatio. Horū qppe iam pignus accepimus p fidē, à spiritu. Dic igitur mihi,si in regnū cuiusdam regis introdu-

cto, cuncta tibi quæ ibi sunt crederentur: deinde K
proderes omnia,crederentur tibi iterum?

Morale.

Quid ergo est,inquis?Non est pnia? Est pnia,sed baptisma alterum non est. Pœnitentia uerò est, & multam habet potentiam,etiam in eum qui peccatis ualde demersus est.Si uoluerit,potest eum liberare ex onere peccatorum, & periclitantem in tuto constituere etiam si ad ipsum fundum iniquitatis peruenerit: & hoc ex multis manifestum est. Nunquid.n.qui cadit,inquit,non resurget? aut qui auer Hier.8.b
titur,non reuertetur? licet ergo, si uoluerimus formari Christū in nobis iterum.Audi.n. Paulum dicentē:Filioli mei,quos iterū parturio, donec Chri- Gala.4.b
stus reformetur in uobis. Tantum intremus in pœnitentiam:Vide.n.dei clementiam.Oportebat nos puniri ab ipso initio,quia cum & legē acceperimus naturalem, innumerisq; bonis potiti simus, & dominum nostrum ignorauimus,& uitam immundā uiximus:& non solum non puniuit, sed etiam multa milia bona largitus est, tanq̄ si multos labores perfecerimus. Et iterū excidimus, & neq; sic punit, L
sed dedit pœnitentiæ medicinam, quæ possit omnia peccata nostra delere & exterminare: tantum si consideremus hoc medicamentū quale sit,aut qualiter oporteat apponere. Quale ergo est istud medicamentum pœnitentiæ,& qualiter conficitur? Primo condemnando & confitendo propria peccata. Iniquitatē,inquit,meam non celaui:&,Pronuntiabo aduersus me iniquitatē meam domino,& tu ab Psal.37.d
stulisti impietatē cordis mei.Et iterum:Dic iniquitates tuas prius,ut iustificeris.Et iterū:Iustus seipm Ibid.31.b
accusat in initio sermonis.Secundo aūt ex humilitate multa.Habet.n.illa instar cathenæ aureæ,quæ Esa 3.d
si initium sumpserit,omnia consequentur.Si.n.cōfessus fueris peccatū tuū,sicut oportet confiteri,humiliatur anima. Conscientia qppe eam conuertēs, Pro.18.c
humilē facit. Oportet autē & alia addere humilitati,si talis erit,qualē beatus Dauid habebat,dicens: Psa.50.d
Cor contritum & humiliatum deus non spernit. Quod.n.cōtritum est,nō erigitur,nō pcutit: sed ad mala patiendum paratū est, ipm uero nō erigitur. Talis est contritio cordis, siue.n.iniurietur,siue patiatur,silet,& nō impellitur ad uindictā.Post humi- M
litatē autē oratione intēta opus est,lachrymis multis p diem & noctem. Lauabo,inquit, per singulas Psal.6.b
noctes lectū meum & lachrymis meis stratū meū rigabo:laborauī in gemitu meo.Et iterum:Quia cinerē sicut panē comedi,& potum meum cum fletu Ibi.101.b
miscebam.Post orationem autē sic intentam,opus est eleemosyna multa.Meditamentum.n.ualidum, quod maxime operetur ad pniam hoc est: & sicut in præceptis medicinæ,& auditorijs,est medicamētum, multas quidem herbas accipiens, unam autē dominantissimam: sic & in pūa ista herba dominantior & potētior est,& uniuersum ipsa efficit.Audi.n.quid dicit diuina scriptura: Date eleemosynā, Luc.11.f
& erunt uobis omnia munda.Et iterum:Eleemosy Tob.4.b
nis & fide mundantur peccata. Et,Ignem inflāmatum extinguit aqua, & eleemosyna extinguit pctā Eccli.3.d
magna.Deinde opus est non irasci,neq; iniuriæ memoriam tenere,omnibus dimittere peccata.Hō,inquit,homini custodit iram,& à deo qrit salutē?Di- Ibid.28.a
mitte, ut dimittatur uobis, opus est ēt conuertere Luc.6.f
fratres ab errore. Vade.n.inquit, & conuerte fra- Ibid.22.d

A tres tuos,ut dimittantur peccata tua. Et ut circa sa-
Iaco.5.d. cerdotes germane se qs habeat.Et si peccatū, inqt, quis fecit,dimittetur, Ad hæc oportet opē ferre in iustitiam patiēti:non habere furorē,oia mansuete portare.Vide quo antequam discretis, qa potest per pniam dimitti peccatum, uelut i agone eratis? cum intelligeretis non esse aliud lauacrū,& desperabatis de uobis:nūc uero cognito, tot modis pœnitentiā & remissionem perfici,& quod poterimus oia effugere,si uoluerimus ea competēter uti:quā merebimur ueniam,qui neq; in cogitationem ueni mus peccatorū nostrorum?Si enim hoc esset,omnia perficeremus.Sicut enim ianuam ingressus iam intus est:sic qui propria cogitat mala, etiam ad curationem eorum utiq; ueniet.Si autē dicat, peccator sum,nō autem ad peccatorum suorum species descendat,dicens:quia hoc & hoc peccaui, nūquā cessabit semper quidē confitens, correctionis uero curam nunquā faciens.Si.n.principium posueritis utiq; etiam cætera consequentur, si semel initium quis fecerit.Vbiq;.n.principia & exordia difficilia
B sunt.Hæc ergo primū constituamus, & omnia facilia erunt & leuia.Incipiamus igitur rogo,alius qdē
3.Re.21. oratione protelando, alius sępius lachrymando,al
&. ter mœrēdo:neq;.n.hoc adeo paruum est,uel inutile.Vidi.n.inquit, quia contristatus est, & processit tristis,& curaui uias eius, oēs uero eleemosynas faciēdo,delictaq; proximis remittēdo,& neq; iniuriæ memoriam retinēdo neq; uindicando animas nostras humiliemus.Si cogitemus frequenter,quæ peccauimus, nihil nos rerū externarū in super biā poterit eleuare,non diuitiæ,non potentia, nō principatus, non honor, sed etiā si in ipso curru regali sedeamus,gememus amare. Nōne & beatus Dauid
Psal. 6.b rex erat,& dicebat:Lauabo per singulas noctes lectum meū,: & tamē nihil ex ostro, uel diademate læsus aut inflatus est.Sciebat qppe seipsum hoiem esse, & quia conterebatur corde, lugebat.Quid.n. sunt humanæ res? Cinis & puluis,& tanquā puluis ante faciem uēti,fumus & umbra, & folia cadētia, & flos,& somnium,& narratio,& fabula,uentus,& aer mollis temere corruptus,penna mobilis, unda
C decurrēs, & si quid istis inferius. Quid.n.dic mihi, magnū putas? Quam æstimas dignitatem cōsulis? Nihil.n.ea dignitate maius putant plurimi, si quidem in tantam claritatem peruenit,& ad tātam admirationē:qui autē non est consul, nihil habet minus in tanta dignitate cōstituto. In eadem sunt dignitate iste & ille,utriq; sit: post paululū non erūt. Quando factus est? Quantū tps durauit dic mihi? duorum dierū est: Hoc & in somnis solet fieri : sed somnium est,inquit.Et qd hoc?Illa quippe q̄ in die sunt,nō sūt somnia? Dic mihi,quare no magis ista dicimus esse somnia? Sicut.n somnia aduenīente die,nihil esse conuincuntur: æqualitatem nanque temporis siue nox,siue dies acceperunt,& ex equo distributa sunt p omne sclum : sicut ergo in die eis quæ per noctē fiunt nō aggaudet qs:sic neq; in nocte eis q̄ in die contingunt frui potest.Factus es cōsul,& ego:sed ego in nocte,tu in die. Quid hoc?Neque sic prę me amplius habes,nisi forte quod dicerīs,Ille est consul, & qđ habes ex istis uerbis aliquā delectationē plus te habere aliqd facit:utputa(manifestius.n.loquar)si dicā: Ille consul est, & pstem illi hoc nomen,nonne mox atq; dictū est,iam trāsiuit?Sic etiam ipse res sunt : simul apparuit consul, D
& statim non est.Ponamus autem annum,& duos annos,& tres, & quatuor, sed & hi transeunt. Vbi nanq; sunt X. consules qui facti sunt?Nusquā. Sed Paulus non sic. Fuit nanq;, & tamen uiuit semper, non unum diem,non duos, non decem & uiginti, non annos decem, & uiginti, neque triginta sed & mortuus est.En quadringentesimus iam annus p-
transijt,& adhuc etiam nūc est clarus, multoq; clarior,quā cum uiueret,& hęc quidem in terra.Claritatem autem sanctorum quæ est in cœlis qs ualeat explicare sermo?Idcirco obsecro, hanc claritatē q̄ramus,hanc insequamur,ut eam assequamur:uera nāq; claritas ista est. Desistamus iam ab istis seculari-
b.ut iueniamus gratiā, & misericordiā in domino nostro Iesu xpo cū quo patri, unā cū sancto spiritu,gloria,imperium,honor,nunc & semper,& i sęcula seculorum,Amen.

Homilia. X. EX CAP. VI.

Erra.n. sæpe uenientem super se bibēs imbrem,& generās herbam opportunā illis, à quibus colitur, accipit benedictionē à deo: proferens autē spinas & tribulos, reproba est, & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem. Cū timore audiamus sermones dei, cū timore & tremore multo. Seruite e- E
nim, inquit, domino in timore, & exultate ei cum Psal.2.c
tremore. Si autem & gaudiū uestrum,& exultatio cum tremore debet esse : quādo terribilia dicūtur qualia sunt quę nunc dicuntur, quali pœna nō erimus digni, si non cum tremore quæ dicuntur audiamus? Cum dixisset quia impossibile est eos,qui ceciderūt baptizari iterum,& per lauacrum remissionē accipere ostendissetq; terribilitatē rei,infert: Terra enim sæpe uenientem super se bibens imbrē & generans herbam opportunam illis,à quibus colitur accipit benedictionem à deo proferens autē spinas & tribulos, reproba est,& maledicto proxima cuius consūmatio in combustionem. Timeamus ergo dilectissimi, non sunt hæc minæ. Pauli, F
non sunt hominis uerba,spiritus sancti sunt,Christi sunt loquentis in eo. Quis nanq; est ab istis spinis mundus? At si essemus mundi, neq; sic confidētes nos esse oporteret, sed timere & tremere,ne forte pullulent in nobis spinę.Cum autem toti per totum spinę simus & tribuli,unde pſumimus,dic mihi,& remissi efficimur? Quid est, qđ nos facit negligētes Si q se stare putat debet timere ne cadat. Qui se putat,inquit,stare,uideat ne cadat:q cadit, quo 1.Co.10.c.
non debet solicitus esse,ut ualeat resurgere? Si Paulus timet,ne forte aliis pdicās,ipse reprobus fiat : q 1.Co.9.d
sic erat probabilis,& tamen timet, ne efficiatur reprobus:nos q facti sumus iā reprobi,quā, ueniā habebimus,nullū timorē habentes,sed uelut consuetudinem quandā,sic implentes Christianismū, & perfunctorię præter animi intētionē debitū soluētes ? Timeamus igitur dilectissimi: reuelatur.n.ira dei de cœlo.Timeamus:Reuelatur.n.non solū sup impietatē,sed etiā sup omnē iniquitatē. Quid est, super omnem iniquitatē?Et minorem & magnam. Hic misericordiā dei significat,imbrē autē doctri- Rom.1.b
nam,inquit.Et qđ supra dicebat, Cū debeatis esse doctores propter tps,hoc etiam hic dicit.Et in plu Supr.5.c
rimis locis imbrem doctrinā scriptura dicit.Mādabo.n.inquit,nubibus, ut non pluant super eā imbrem,de uinea loquuta,quòd alibi famē panis, & Esa.5.b. Am.8.d

G sitim aquę uocat. Et iterū: Fluuius dei impletus est aquis. Terra. n. bibens, inqt, sæpe uenientem super
Psa. 64.c se imbrē. Hic declarat, qa susceperunt, & cōbiberūt
loā. 15.d uerbū, & sæpius hanc rem perceperunt, & nec sic aliquid profecerūt. Si. n. non excolereris, inqt, si nō
poteretis imbribus, non esset tantum malum. Si. n.
Esaiæ 5.a nō uenissem, inqt, & locutus eis essem, peccatū nō haberent. Si uero sæpius bibisti & excepisti, qua ra
Psal. 31.a tione pro fructibus alia protulisti? Expectaui. n. inquit, ut faceret uuas, fecit aūt spinas. Vides qa ubiq;
scriptura spinas dicit peccata? Etenim etiā Dauid, inquit: Cōuersus sum in miseria, dū infigeretur mihi spina. Non. n. simplr penetrat, sed infigitur. Et si
parū peccati remaneat, & non totū euellamus, ipsum parum facit dolorem, sil' sicut in spinis. Et qd dico ipsum parū? Et postq; excidūtur, per multum
tps plagę dolorem relinquit, & opus habet curatio ne multa & medicina, ut tandem à dolore liberemur: non. n. sufficit euellere tantum peccata, sed ēt curare locum qui percussus est. Verum timeo ne ad nos ista potius dicta sint, quàm ad alios. Terra. n.
H bibens, inquit, sæpe uenientem sup se imbrem. Semper bibimus, semp audimus, sed confestim humorem amittimus sole exorto, pp hoc spinas proferimus. Quæ sunt igitur spinæ? audiamus xpm dicen
Lu. 8.& tem: Quia cura sc'li huius, & deceptio diuitiarū pMar. 4.b focant uerbum, & infructuosum efficitur. Terra. n. bibens, inquit, sæpe uenientem sup se imbrē, & generās herbam opportunam. Nihil sic opportunū, sicut uita optima, nihil sic opportunū sicut uirt°. Et generās, inqt, herbā oportunā, Illis à quibus colitur, pcipit benedictionē à deo. Hic deū dicit cautum esse: percutiens sensim paganos, q terræ potentiæ fructuum generationem adscribunt. Neque. n. agricolarum manus, inquit, sunt, quæ terrā ad afferēdos fructus excitant, sed imperiū dei. Propter hoc. n. inquit, percipit benedictionem à deo. Intuere autem quō in spinis non dixit, generās spinas: neq; utili hoc nomine usus est. Sed quid? Et ferens spinas, ueluti si dicat quis, ebulliens, eiiciens. Reproba, inquit, & maledictioni proxima. O quan
I tam habet cōsolationem hic sermo. Maledictioni, inqt, proxima, non maledicta. Qui aūt necdū in maledictionē incidit, sed proximus est, & longe fieri poterit. Et non hoc solo consolatus est, sed etiā in eo quod sequitur. Non. n. dixit, Reproba, & maledictioni proxima, q̄ comburetur. Sed qd? Cuius consummatio in adustionē. Si usq; ad finem pmaneat, inqt. Proinde si abscindam°, si aduramus spinas, poterim° mille bonis pfrui, & fieri probabiles, & benedictionis participes. Recte aūt peccatū tribulum appellauit, dicens: Proferens aūt spinas & tribulos. Vnde. n. tenere uolueris, percutit & pūgit & est molestum ēt ad uidēdum. Postq̄ eos igitur increpauit sufficienter, & terruit & percussit, curat eos iterū, ne ampli° deiiciat, & remissos efficiat. Tardum. n. qui percutit, tardiorem efficit. Neq; ergo in oībus adulatur, nec remissiores efficiat: neq; in omnibus percutit, sed aliquantulū quidē percussoria apponens: multū aūt curatoria affert per ea quæ subiiciuntur. Quid n. dicit? Non ueluti condemnātes uos hæc dicimus neq; ueluti putantes uos spinis esse plenos, sad timentes ne tales efficiamini. Melius quippe est uerbis uos terrere, ne rebus ipsis doleatis. Et hoc potissimum sapientiæ Pauli est. Et nō dixit putamus, neq; cōiicimus, neq; expectam° K
neq; speramus. Sed qd? *Confidimus autem de uobis dilectissimi meliora, et cū salute cōiūcta tametsi sic loquimur.* Quod ēt ad Galatas scribens, dicebat: Confido au Gal. 5.b tē de uobis in domino, quoniā nihil aliud sapietis. Illic. n. quia ualde culpabiles erant, & nó erat unde eos de pscntib. laudaret, ex futuris hoc facit. Quoniam nihil aliud, inquit, sapietis. Hic aūt ex plentibus. Confidimus aūt de uobis dilectissimi meliora, & cū salute coniuncta etiāsi sic loquimur. Et quoniā ex præsentibus non habuit tanta quę dicere, ex præteritis adstruit hāc consolationem, & dicit: Non. n. iniustus est deus, ut obliuiscatur operis uestri, & dilectionis quā ostēdistis in nomē eius, in eo qd ministrastis sanctis, & ministratis: papę, qūo recreauit animas eorū, & cōfortauit: antiqua eis in mentem reuocans, & eo inducens ut necessariō ne queant cogitare, apud deū se in obliuionē uenisse. Necesse est. n. peccare illū, cui non satisfactū est de spe, deumq; iniustitiæ arguere. Proinde coegit eos omnibus modis expectare illa futura. Eū. n. qui de
sperat à presentibus & renunciat, ex futuris confor
tare qs poterit? Sicut & ipse Galatis scribens dice- L
bat. Currebatis bene. Et iterū: Tāta passi estis sine Gala. 5.a
causa? si tamē sine causa. Sicut. n. hic cum increpa- Ibid. 3.a
tiōe ponit laudē, dicēs: Cum debeatis eē doctores pp tps. Sic & illic, Miror, qa sic citò transducimini. Gala. 1.a
ni. Cum increpatione dicit, qd laudis est. De maioribus. n. cū ceciderint, miramur. Intueris latenter in ditam laudē accusationi, & non de seipso hoc solū dixit, sed & de omnibus. Non. n. dixit, cōfido: sed, confidimus de uobis meliora & optima, inqt: Siue de cōuersatione, siue de fructuum redditione hæc dicit. Deinde quoniam supra dixerat, quia reproba est & maledictioni proxima, & quia in combustionē erit. *Non utique* (inqt) *de uobis hoc dicimus*. Nō *enim iniustus est deus, ut obliuiscatur opis uestri et charitatis*. Pro qua re ergo hęc dicimus? Desideramus unū quēq; uestrū idē demonstrare studium ad plenam certitudinē spei usq; ad finē, ne imbecilles efficiamini: imitatores aūt sitis eorū qui per fidem & patientiam hæreditatem promissionū accipiunt. De
sideramus autē, inquit. Non ergo studemus tantū
neq; usq; ad uerba uolumus hoc. Sed quid? desi- M
deramus circa uirtutē uos uersari, non ueluti priora uestra culpantes, inquit, sed pro futuris soliciti. Et non dixit, qa non sicut priora uestra culpantes, sed psentia. Soluti estis. n. & negligentiores effecti. Sed uide quō mansuete significauit, & non increpauit. Quid. n. dixit? Cupimus autem unumquemq; uestrum idem studium ostendere usq; ad finem. Hoc enim mirabile est in Pauli sapientia, quoniam non ostēdit, remissiores esse factos, uel opus aggressum reliquisse, Dicendo. n. Cupimus unū quenq; uestrū, hoc est, ueluti si quisquā dicat: Volo te studere semper, & qualis fuisti primū, talem esse & nunc, & in futurum. Hoc. n. redargutionē eius & facilioreē, & tolerabiliorem reddit. Et nō dixit Volo, quod est authoritatis doctrinæ, sed quod erat paternæ dilectionis, amplius quā uelle, cupimus, inquit, tantū non dicens, ignoscite, etiāsi graue quid loquamur. Cupimus unumquemq; uestrū idem studium ostē
dere usq; ad finē, & plenā certitudinē spei. Spes, in- Rom. 5.d
quit, sustinet, ipsa est q̄ recreat ne dissoluimini, ne
desperetis, & superflua sit uestra spes. Qui. n. bona
operatur,

A operatur, & bona speret, & nunquam desperat de se
Supr. 5.d ipso. Ne imbecilles efficiamini. Adhuc efficiamini, quāq; suprà dicebat, quoniam imbecilles facti estis auditu. Sed intuere quō usq; ad auditum imbecilli tatem statuerit. Hic aūt idipsum significat, prout si diceret. Ne pseueretis tales. Sed iterū idipsum in futurum profert tps, quod non est obnoxium, dicēs: Ne imbecilles efficiamini. Tempori. n. necdum præsenti obnoxij esse non possumus. Qui. n. in presenti ad studium admonetur, uelut negligēs fortasis & segnis est: q uero in futurum, non sic. Cupimus aūt unumquēq; uestrum, inqt, Magna dilectio, & maiorum & minorum sil' curam gerit, & oēs nouit, nullum despicit, sed eādem circa unumquenq; curam demonstrat, & æqualem honorem ad oēs. Vnde & maxime psuadebat suscipere quicquid graue esset in uerbis. Ne imbecilles efficiamini, inqt. Sicut otiū corpus lædit, sic & aīam otium à bonis remissiorē reddit, & infirmam. Imitemini autem, inqt, eos qui per fidē & patientiam hæreditatem promissionum accipiunt. Et q sint isti, deinde dicit. Primum dixit,
B imitemini priores uestros labores. Deinde ne diceret quos? reuocat eos ad Patriarchā, exēplum eis laborum & uirtutū domesticū afferens. Qd aūt putabāt se derelictos esse à Patriarcha: ne putarēt se nullo momēto dignos haberi, contemptosq; derelinqui, sed ut posset scire, qa magis fortiū uirorū est istud, ut p tentationes iter huius uitæ pertranseat & quia admirādis & magnis uiris sic utitur deus. Oportet autem, inqt, cum patientia omnia tolerare, hoc. n. est etiam credere. Si uero dicat, quia dat, & accipias confestim quod credidisti, nequaquā tuæ fidei erit istud, sed meę gratiæ, hoc est dantis. Si uero dicam. Quoniā do, & post cētum annos dabo: tu uerò ne desperes, tunc me fidelem existimasti, tunc cōpeten
tē de me opinionē habes. Vides qa sæpius infidelitas nō ex desperatione cōtingit tātum, sed ēt ex pusillanimitate, & ex eo quòd non longanimiter fert
quisq̄, & non ex eo qui promiserat? Non. n. iniustus
est de°, inqt, ut obliuiscatur charitatis uestræ & stu
dij, quod ostendistis in nomine eius in eo qd mini- 2.Co.8.a
C strastis sanctis, & ministratis. Magna illis testificantur, nō opa tantū, sed ēt alacritatē operum: quod & alibi dixit, Non solum aūt, sed ēt seipsos dederunt domino & nobis. Quod ostēdistis, inqt, in nomine eius in eo qd ministrastis sanctis, & ministratis. Intuere quō iterum eos curat, inferens, Et ministratis adhuc, ēt nunc, Et erigit eos, ostendens, qa non illis fecerunt, sed deo. Quod ostēdistis, inqt: & nō dixit in sanctos, sed in deū: hoc. n. est in nomine eius, pp nomen eius omnia feciſtis. Qui igitur tanto uestro studio à uobis dilectioneq; pfruitus est, non conte
Mor. le. mnet unq̄ uos, neq; obliuiscetur. Hæc audiētes ro
1.Cor. 7.c go, ministremus sanctis. Omnis. n. fidelis sanct° est, secundum qd fidelis est, siue. n. secularis est, sanctus est. Sanctificatus est. n. inquit, uir infidelis in mulie re, & mulier infidelis in uiro. Vides quō sanctificationem fides facit? Siue igitur secularē uideas in perturbatione aliqua, porrigamus manū: nec in eos tā tū, qui montibus sedent, efficiamur studiosi: sancti quidē sunt illi & uita & fide, sancti aūt & isti fide, multi aūt & uita. Nec si uiderimus monachū in custodia, tunc intremus: si uero secularē, nō intrem°, sanctus est & iste, & frater. Quid ergo, inqs, si aūt sit immundus aliqs, aut pollutus? audi Christū dicen

tē: Nolite iudicare, ne iudicemini. Tu pp deum fac. D
Et qd dico? Etiāsi paganum uideamus in fluctua- Matt. 7.a
tiones, oportet benefacere: & simplr oēm in perturbatione constitutum, multo amplius aūt fidelē secularē iuuare debemus: Audi Paulum dicentē: Facite bonum ad oēs, maxime autem ad domesticos fidei. Sed nescio unde hoc introductū est, & unde Gala. 6.c
ista consuetudo obtinuit: Qui. n. monachos tantū quærit, & illis solū benefacere uult, ēt ipsos scrutatur, dicēs: Si est dignus, si est iust°, nisi fecerit signa, non porrigo manum, maximam partē eleemosynę amputauit, & hoc ipsum tpe procedente iterum amputaturus est. Atqui illa demū eleemosyna est, quæ in pctores fit, quæ in fontes. Eleemosyna. n. est, non eorum qui iam pfecti sunt, sed qui deliquerunt misereri. Et ut discas aduerte parabolā: Descēdit quis, Luc. 10.c
inquit, de Hierosolymis in Hiericho, & incurrit in latrones, qui cæsum reliquerunt iuxta uiam semiuiuum. Venit qdam Leuita & uiso eo prēteriuit. Venit quidam sacerdos q & ipse uiso illo prætерiit. Venit uero qdam Samaritanus, & multam eius curam fecit, ligauit uulnera eius, infudit oleum, imposuit in E
iumentū suum, pduxit eum ad diuersorum, dixitq;
hospiti, adhibe illi curā. Et intuere liberalitatē magnā. Et ego tibi dabo, inquit, quicquid erogaueris. Quis ergo est proximus huius? Qui fecit misericordiā, inquit. Vade ergo, inqt, & tu & fac sil'. Et intuere quale dixit parabolā. Non dixit qa Iudæus in Samaritā fecit, sed qa Samarita liberalitatē illam totā ostendit. Auditis igitur his omnibus, non solum fidei domesticorum curā ita geramus, ut cæteros negligamus. Si igitur, inqt, & tu uideas quenq̄ male pati, nihil iam in eo curiose scruteris: dignus est enim quem adiuues, hoc ipso quod male affligitur. Si. n. uideas asinum præfocari, erigis ipsum, & nō scrutaris cuius sit: multo magis hominem nō oportet scrutari cuius sit. Dei qppe est, siue paganus sit, siue Iudę°, sed adiutorio indiget. Si qdē discutere & iudicare iussus esses, bene ista discereres: nunc aūt calamitas illius non te pmittit hæc discutere. Si. n. nec de sanis nos scrutari oportet, neq; aliorum cās inqrere: multo amplius eos q male patiuntur. Alioq qd? uidisti abundantē ac celebrē? tum dicas eum esse ma- F
lum ac uilē? Si uero male patientē uideris, noli dicere, quia malignus est. Cum. n. placet hominibus quisq̄, bene hoc dicimus: cum uero in calamitate est, & adiutorio indiget, non oportet dicere, qa malus est. Crudelitatis hoc qppe est, & inclementiæ, & supbiæ. Quid Iudęis iniquis fuit, dic mihi? Et tamen ultus est eos de°, & iuste & ualde iuste, & tamen cōdolētes eis suscepit: eos uero q aduersum eos insurrexerunt ultus est. Nihil patiebantur, inqt, in contri Amo. 6.b
tione Ioseph. Et iterum, inqt: Redime occidendos. Ne parcas pecunijs. Non dixit Scrutare, & cognosce quis est, licet multis modis mali sint q ad necē ducuntur: hoc qppe est maximæ misericordię. Qui. n. Pro. 24.b
amico benefacit, non pp deum omnino facit: q autem ignoto, iste pure pp deum facit. Noli parcere pecunijs, & si omnia sint insumēda, da. Nos autem uidentes qui strangulantur ac lamentantur, & peiora mille mortibus patiuntur, & iniuste fortasis, parcimus pecunijs, & contemnimus frēs. De inanimatis quidem curam gerimus, animas uero negligimus, cum Paulus dicat: In mansuetudine docete eos qui 2.Ti.2.d
cōtrarij sunt, ne forte det eis deus pniam ad cogno-

Universidad de Deusto Biblioteca

Gscendãmi ueritatẽ, & resipiscant de diaboli laqueis, captiuati ab eo ſcdm eius uoluntatem. Ne forte, inquit, intueris quãta longanimitate plenum ſit hoc uerbũ? hunc & nos imitemur, de nullo deſperãtes. Etenim piſcatores ſæpius retia mittentes aliquãdiu uoto fruſtrati tandẽ cõpotes illius fiunt: ſic & nos ſperemus, quoniã repente oſtẽdet nobis fructũ maturũ. Etenim agricola cũ ſeminat, primum diẽ & ſecundum ſuſtinet, & multum tps expectat, & repẽte undiq; uidet fructus germinãtes: hoc ẽt in nobis futurũ eſſe expectemus, gratia domini noſtri Ieſu xpi, cui cum patre, una cum ſancto ſpiritu, gloria, imperium, honor, nunc & ſemp, & in ſcla ſclorum, Amẽ.

Gen.22.c

Homilia. XI. EX CAP. VI.

{Exẽplar Veronẽſe habet τὸ σπερμα σου.

a *Brahæ nanque pollicitus Deus, cum non poſſet per quenquam maiorem iurare, iurauit per ſeipſum, dicens, Niſi benedicens benedixero te & multiplicans multiplicauero te. Et ſic cum longanimiter expectaſſet, adeptus eſt repromiſsionem. Homines.n. per maiorem iurant, & omnis controuerſiæ eorum finis ad confirmationem eſt iuramentũ.* Poſtq̃ increpauit fortiter. Hebræos, & terruit eos ſufficienter, primũ qdẽ laudib. eos cõſolatur: ſcdo aũt, quod ẽt fortius eſt, per id qd omnino percepturos eos oſtendit quæ ſperabant: & hãc conſolationẽ non ex futuris facit, ſed iterum ex præteritis, quod magis eos credere faciebat. Sicut.n. in ſupplicio p illa magis terret, ſic etiam in præmijs p hæc cõſolatur, oſtendens cõſuetudinẽ dei. Hæc autẽ eſt, ut non celeriter exhibeat promiſſa, ſed p multum tps. Facit autem hoc, maximum potentiæ eius proferens argumentum, & nos ad fidẽ adducẽs, ut qui i tribulationib. uiuim⁹, & promiſsiones necdũ accepimus, non deſperemus mercedẽ laborum noſtrorum: Relictis autem omnibus, quanq̃ multos haberet, Abraham in medium adduxit cum pp dignitatẽ perſonæ, cum propterea quod maxime i eo iſtud contigerat, cum ẽt in fine epiſtolæ dicat, quahi oẽs de longinquo illas uidẽtes, & diligẽtes, non receperunt promiſsiones, ne ſine nobis pficerẽtur. Abrahę nanq̃, inqt, pollicitus deus, quoniam nemi nem habuit, p quem iuraret maiorem, iurauit p ſemetipſum, dicens: Niſi benedicẽs benedixero te, & multiplicans multiplicauero te. Et cũ ſic lõganimiter expectaſſet, adeptus eſt repromiſsionem. Quo non accepit? Quo adeptus eſt? Non de eiſdem ipſis dicit & hic & illic, ſed duplicem facit conſolationẽ. Promiſit Abrahæ, inquit, & q̃dam quidem hic poſt multum tpis dedit, quædã autẽ illic necdũ: & ſic cũ lõganimiter tuliſſet, adeptus eſt repromiſsionem. Vides qa non repromiſsio ſola totum operata eſt, ſed & longanimitas? Hic terret eos, oſtẽdens qa ſæpius impeditur repromiſsio p puſillanimitatẽ, & hoc oſtendit quidem per plebem. Quoniam.n. puſillanimes erant, pp hoc repromiſsiones non ſunt adepti: contrarium autẽ oſtendit per Abraham: deinde circa finem ẽt aliquid plus facit: quoniam & longanimiter ferentes nõ ſunt adepti, & neq; ſic tamen contriſtantur. Homines.n per maiorẽ iurant, & omnis controuerſiæ eorum finis ad confirmationẽ eſt iuramentum. Deus autem qui non habuit maiorem p quem iuraret, per ſemetipſum iurauit. Optime. Quis igitur eſt q iurauit Abrahæ? Nõne filius? Non, inquit, magis autẽ ipſe. Eſto, non contendo. Quando uero ipſe iurat, Amen amen dico uobis, idem. ſ. iuſiurãdum, nõne manifeſtum eſt, quia non habet maiorem per quem iuret hoc illum pacto iurare? Sicut.n. pater iurauit, ſic & filius p ſemet ipſum iurat, dicẽs: Amen amen dico uobis. Hic eos cõmonefacit & iuramẽtorum Chriſti, quib. ſæpius dicebat: Amen, amen dico tibi, qui credit in me, nõ morietur in æternũ. Quid eſt, & omnis cõtrouerſię eorum finis ad confirmationem eſt iuramentum? Perinde ſi diceret, ex hoc ſoluitur totius controuerſiæ diſceptatio, nõ illius uel illius, ſed totius. Oportebat qdẽ & ſine iuramento credere deo. *In quo deus cum uellet abundantius oſtendere promiſsionis hæredibus, immobilitatem conſilij ſui interpoſuit iuſiurandum.* Hic & fideles includit. Propterea etiã huius promiſsionis mentionẽ facit, prioris. ſ. quæ cõiter facta eſt. Interpoſuit iuſiurandũ. Iterum hic filium dicit inter homines & deum mediatorem eſſe factum. *Vt per duas res immobiles in quibus impoſsibile eſt mentiri deum.* Per quas? Videlicet qd dicit & promittit, deinde & iuramentum addit promiſsioni. Quoniam.n. apud homines hoc uidetur certius eſſe, cui iuramentum interfuerit: propterea etiam hoc addidit: uides quo dignitatẽ ſuam non attendit ſed ut hominibus per ſuadeat, indignaq; de ſe patitur dici? hoc eſt, ſatisfacere uolens. Et in Abrahã quidẽ oſtẽdit dei eſſe totũ opus, non longanimitatis illius. Siquidẽ & iuramentũ paſſus eſt addere & p quẽ iurant homines, p hũc iurauit & deus, hoc eſt p ſemetipſum. At Homines ut p maiorem, I pſe aũt non ſicut per maiorem, & tamen fecit. Non ęquale eſt hominem p ſe iurare, & deum. Homo.n. ſui ptãtem nõ habet. Intueris igitur, quia non ad Abraham magis, q̃ ad nos dictum eſt. *Fortiſsimum (inquit) ſolatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem.* Et hic iterum: cum longanimiter expectaſſet, adeptus eſt promiſsionẽ. Nunc, inqt, & non dixit, qa iurauit. Iuramentum autem qd ſit, aperuit, dicẽs: cum non poſſet p maiorẽ iurare. Sed qa incredulum eſt humanum genus, ad eadem ſe nobiſcum demittit. Sicut igitur iurat pp nos, (quanuis indignũ ei ſit non credi) ita & illud, & didicit ex qbus paſſus eſt dixit. Quoniã homines hoc putãt maxime eſſe dignũ fide, ut p experimentum qs tranſeat. Propoſitam ſpem. Quid eſt propoſitã ſpem? Ex his, inquit, futura conijcimus. Si.n iſta poſt tantum tpis facta ſunt, utiq; & illa. Proinde ea quæ ad Abraham facta ſunt, credere nos faciunt & de futuris. *Quam ſicut ancoram*, inquit, *habemus animæ tutam ac firmam, & introeuntem uſque in interiora uelaminis, ubi præcurſor pro nobis introyt Ieſus ſecundum ordinem Melchiſedec, pontifex factus in æternum.* In mundo adhuc conſtitutos, & necdũ translatos ex hac uita, oſtendit iã quoq; in reb⁹ eſſe promiſsis. Per ſpẽ. n. in cœlo ſumus, dixerat, Perſiſtite, omnino. n futura ſunt. Deinde certos reddens, dicit: Magis aũt ſpe. Et nõ dixit: Nõ ſumus in interioribus. ſed qa ipſa ſpes uelut ancora ingreſſa eſt in interiora: qd uerius erat & credibilius. Sicut.n ancora iacta de naui non pmittit eã circunferri, licet innumeri uenti cõmoueant. ſed iacta firmam facit: ſic & fides Intuere, qũo ualde conuenientẽ inuenit imaginẽ. Non.n. dixit fundamentum qd diſſonaret, ſed ancoram. Quod.n. in fluctu marino eſt, & non ualde uidetur ſupra mare fixũ eſſe, ſicut quod ſup terrã ſtat, & mouetur, & nõ mouetur. In ualde firmis. n. & philoſophis merito illam ſiſtitudinẽ poſuit xps, dicẽs: Siqs ædificat domum ſuam ſup petram. In eis uero qui dubitant, &

Infr.11.g

Ioan.11.e

Matt.7.d

debebant per ſpẽ portari, proprie hoc poſuit Paulus. Tẽpeſtas.n. & multus imber cõmouet ratem: ſpes autẽ nõ permittit eã circũferri. Proinde ſi hãc nõ haberemus, olim demerſi fuiſſemus: nõ aũt in ſpiritalibus tantũ, ſed etiã in ſecularibus multã qs ſpei inuenerit fortitudinẽ: utputa in negotiãdo, in agricultura, in militia. Niſi hãc qſquã primo proponat, nũquã aliud attingit. Nõ ſimplr dixit ancorã, ſed tutã, & firmã, q̃ nõ mouetur, ingredientem uſq; ad interiora uelaminis, ac ſi diceret penetrantẽ cœlos. Deinde etiã fidẽ intulit, ut nõ ſola ſpes ſit, ſed & uera ualde. Poſt iuramẽtũ. n. aliã quoq; ponit, p res ipſas approbationẽ, Quia iã pcurſor pro nobis introiit Ieſus. Præcurſor aũt quorundã eſt pcurſor ſicut Ioannes Chriſti. Et non dixit ſimplr, introiit, ſed ubi pręcurſor pro nobis introiit, ueluti oporteat & nos cõſeq. Nõ. n. multũ eſt ſpatii inter pcurſorẽ, & cõſequentẽ, alioq; pcurſor nõ eſſet. Præcurſorem etenim & cõſequẽtes in eadẽ ipſa uia eſſe cõuenit, & ueſtigio aſſequi pcedẽtẽ, eos q ſubſequũtur. Secundũ ordinẽ Melchiſedech, inquit, põtifex factus in æternũ. Ecce & alia cõſolatio. Siquidẽ ſupra pontifex noſter, & multo melior eo q apud ludæos, nõ modo tãtũ, ſed etiã loco, & tabernaculo, & teſtamẽtũ, & perſona. Hoc autẽ de eo, q ſecundũ carnẽ eſt dicitur. Oportet itaq; & illos quorũ ẽ põtifex admodũ eẽ meliores. Et quãtũ eſt inter Aarõ & xpm, tantũ inter eos & Iudæos. Intuere quippe, in cœlis habemus ſacrariũ, in cœlis Sacerdote, in cœlis hoſtiã: talia ẽt nos offeramus ſacrificia, quæ in illo ſanctuario poſsint offerri. Nõ iam pecudes, uel boues, in iã ſanguinẽ & uaporẽ, oia hæc ſoluta ſunt, & pro eis itroductũ eſt rationabile obſequm.

Morale.

Ioan. 4.c

Quid autẽ eſt rationabile obſequiũ? Quæ p aiam, q̃ ſecundũ ſpiritũ offerũtur. Spiritus eſt, inqt, deus, & eos qui adorãt, eũ, in ſpiritu & ueritate oportet adorare. Quicqd nõ indiget, corpore, qcqd non indiget inſtrumentis, neq; locis in qbus ipſe qdẽ eſt põtifex: ueluti eſt mãſuetudo, tẽperãtia, miſericordia, patientia, longanimitas, animi modeſtia. Sacrificia. n. hęc & in ueteri teſtamẽto inueniet qs olim prefigurata. Sacrificate, inqt, deo ſacrificiũ iuſtitię. Et: ſacrificate ſacrificiũ laudis. Et: Sacrificiũ laudis glificabit me. Et: Sacrificiũ deo ſpũs cõtribulatus. Et qd dominus exqrit à te, niſi audias eũ. Holocauſtomata pro peccatis nõ probaſti, tũc dixi: Ecce uenio, ut faciã uoluntatẽ tuã. Et iterũ: Vt qd mihi libamẽ d Sabba? diſcede à me. Sonũ cãtilenarũ tuarũ, & pſalmũ organorũ tuorũ nõ audiam, ſed proiſtis miſericordiã uolo & nõ ſacrificium. Intueris qualibus ſacrificiis placatur deus: uides & iã ab initio, alia qdẽ diſcedentia, alia ſuccedẽtia ſacrificia? hęc igitur offeram⁹. Illa qdẽ diuitiarũ ſũt & diuitũ, hęc aũt uirtutis: illa extrinſecus, iſta itrinſecus: illa & qlibet opari põt, hęc aũt pauci. Quãto n. melior eſt pecore hõ, tãto hoc ſacrificiũ melius ẽ illo. Hic enim aiam tuam oblationẽ offers. Sunt ẽt alię oblationes, q̃ uere ſunt holocauſtomata, martyrũ corpora. Ibi & aia & corpus offeruntur: illa ſacrificia odorẽ ſuauitatis habẽt maximũ. Potes & tu, ſi uolueris, tale ſacrificiũ offerre. Quid.n. ſi nõ igni cõburatur corpus? ſed alio igni põt, utputa pauptatis uolũtarię, tribulationis. Cũ. n. liceat delitioſe & optime degere, ſi eligatur laborioſa uita, & amara, mortificãsq; corpus, nõne holocauſtoma eſt? Mortifica ergo corpus tuũ, & crucifige, & accipies & tu huius martyrij coronã. Quod.n. illic gladi⁹ opatur, hoc hic animi alacritas faciat. Nõ incẽdat, neq; occupet pecuniarũ amor, magis extinguatur cupiditas iſta iportũa igne ſpirituali, excidatur gladio ſpũs Iſtud ſacrificiũ eſt bonũ, nõ op⁹ habẽs ſacerdote, niſi ipſo offerẽte, hoc eſt ſacrificiũ bonũ. Inferne q dẽ pficitur, ſed ſurſum i cœlis cõfeſtim aſſumitur. Nõne miramur, qa in antiquo tpe ignis deſcẽdens oia cõſumebat: licet tibi & nũc, ut deſcẽdat ignis multo mirabilior illo, & oia cõſumat q̃ offerũtur: magis aũt non cõſumat, ſed ſurſum leuet in cœlũ. Hæc.n. non faciunt in cinerem, ſed dona offerunt deo: tales ẽt erãt Cornelij precationes. Orationes tuæ, inqt, & eleemoſynæ tuæ aſcenderũt in memoriam, in conſpectu dei. Intueris coniugationẽ optimã. Tunc exaudimur, quãdo & nos audimus pauperes accedẽtes. Qui aũt obturat, inqt, aures ſuas, ut nõ audiat pauperẽ depcationẽ ei⁹ nõ exaudiet deus. Beatus, itẽ, inqt, q intelligit ſup egenũ & pauperẽ, in die mala liberabit eũ dominus. Quę uero mala dies eſt, niſi q̃ mala erit peccatoribus? Quid eſt, Qui intelligit? hoc eſt qui cognoſcit qd ſit pauper, qui tribulationẽ eius percipit. Cognoſcens. n. tribulationẽ ei⁹, utiq; cõfeſtim miſerebitur eius. Si uideris pauperẽ, nõ pertrãſeas: ſed ſtatim cogita qs ſis etſi tu eſſes in illo, qd nõ uelles oẽs facere. Qui intelligit, inqt, cogita qa ſimilis tibi liber eſt, & eãdẽ tecũ participatur generoſitatẽ, & tanta tecũ cõmunia habet: & fortaſsis nec canibus tuis æqualis eſt: ſed illi qdẽ ſaturãtur, iſte aũt ſæpius dormiuit eſuriens: & ſeruis tuis inhonorabilius tractatur, q liber eſt. Sed illi tibi neceſſaria officia cõplẽt. Quę iſta? Seruiunt tibi bene. Si aũt oſtẽdero illũ neceſſariũ officiũ tibi implere, multo amplius quã ſeruos tuos? Aderit tibi, qppe in die iudicij & eruet te ex igne. Quid tale oẽs ſerui faciũt? Quãdo Tabitha defuncta erat, qs eã reſuſcitauit? Serui circunſtãtes, an pauperes? Tu aũt neq; ſeruis liberũ æqualẽ facere uoles Frigus ẽ, & iacet laceris circũdatus pauperibus, detes quatiẽs, & uultu & habitu deprecãs: tu aũt calefact⁹ & ebrius ptrãſis. Et qũo uis deũ, in calamitatib. te cõſtitutũ liberare? Sępenumero aũt ẽt hoc dicis: Ego ſi eſſem & aſſumerẽ quẽquã qui multa peccauit, dimitterẽ eũ, & deus nõ dimittit. Non hoc dicas, eũ q nihil in te peccauit, nõ potes liberare, Sed deſpicis. Et qũo te peccantem in te dimittet deus? Nonne hæc gehẽna digna ſunt? Et qd mirabile? Sæpius qdẽ corpus mortuũ ſine ſenſu, necdum iã honorẽ ſentiens, decem milibus, & uariis auro textis ueſtibus induis: corpus aũt qd frigore afficitur, & conciditur, & cruciatur, & diſtenditur ex fame & gelu, deſpicis, & amplius uanę glię ſubminiſtras, q̃ timori dei. Et utinam uſq; ad hoc tantum inſaniæ progredereris. Sed confeſtim accuſatio aduerſus interpellãtẽ. Quid non operatur, inquies? quid uacans paſcitur? dic mihi, tu per operationẽ habes, q̃ habes? Nonne ex hæreditate patetna illa accepiſti? Si uero etiã ex labore, num ideo exprobas alteri? Nonne audis Paulum dicentem: Poſtquã. n. dixit, Quia qui non operatur, neq; manducet, uos autem bonum, inquit, facientes, non deficiatis? Sed quid, inquis, impoſtor eſt? Quid dicis ô homo, propter unum panem & ueſtimentum impoſtorem eum uocas? Sed confeſtim uendet illud,

Pſal.4.b
Ibi.106.c.
Ibi.49.d.
Ibi. 50.d
Mich.6.c
Pſa. 39.b
Hiere 6.e
Amos.5.f et Oſ.6.b

Pſa.40.a

Act.10.a

Prou.21.b

Act.9.g

2.The.3.c

G inquis. Tu autem cuncta bene disponis? Quid autem num oēs ex otio egent? Nemo per naufragiū? nemo per iudicia? nemo p furta? nemo p pericula? nemo p ægritudines? nemo per aliam calamitatē? Sed si audierimus aliquē talia deplorantē, maiora clamantē, & nudum cœlos inspicientē, & capillos demittentē, & pannis circundatum, confestim eū impostorē, fallacem, irrisorē uocamus. Non erubescis? Quē impostorē uocas? Noli dare, & noli accusare hoiem. Sed habet, inquis, & fingit. Hoc tua est accusatio, non illius. Scit. n. cū crudelibus se habitare, cū bestiis magis, quā cum hominibus. Et quia nisi miserabile proferat uerbū, nullum ad miserandum adducit: & pp hoc compellitur & habitū miserabiliorem sibi circumponere, ut tuā frangat animam. Si uiderimus aliquē in habitu liberi interpellantem nos, iste, inquis, impostor est: & ut putetur ex generosis esse, isto modo interpellat: si uiderimus in cōtrario habitu, & illū culpam⁹. Quid agāt de cætero? O credulitatem, ô arrogantiā. Quare, inqs, aliq mutilata mēbra denudant? Propter te, si
H misericordes essemus, istis eis artib. opus nō esset, si prima interpellatione psuasissent, non tanta cōmēta exquisissent. Quis est ita miser, ut uelit tantū clamare, ut uelit ad cōfusionē uēire, ut uelit publice deplorare, cū nuda cōiuge, cū filiis puluere cōspergi? Hæc qua paupertate nō sunt peiora, sed pro his nō solū misericordiā nullā à uobis accipiunt, magis aūt etiā accusantur. Adhuc autē & indignamur, quoniā deū deprecātes nō exaudimur: adhuc grauiter ferimus, quoniā nō impetramus rogātes. Non contremiscimus dilectissimi. Sed sæpius dedi, inquis. Tu autem num semper uescris? infantulos sæpius petentes nū abigis? O inuerecūdiā. Pauperē inuerecūdū uocas. Tu cū rapias nō es uerecūdus, ille autem pro pane deprecans, inuerecundus iudicatur. Nō intelligis quāta sit necessitas uentris? Nō ne oja illius gratia facis? Nónne spiritalia pp hoc negligis? Non cœlū tibi propositū est, & regnū cœlorū? tu autē uentris timens tyrannidem, omnia sustines, & illa contemnis: hæc est inuerecundia. Nōne tuipsē uides senes mutilatos? O nugas? Ille, inqs,
I tantos aureos fœneratur, ille tantos, & mendicat? Puerorū hæc fabulę sunt, & uanitates. Etenim pueri tales fabulas à nutricibus audiūt. Nō mihi psuadetur, nō credo, absit. Ad usuram dat qs, & in abū dātia cōstitutus mēdicat? Qua causa? dic mihi, qd est mēdicitate ignominiosius? Melius qppe est mori, quā mēdicare. Quādiu ita immites sumus? Quid ergo? oēs ad usurā dant? oēs impostores sunt? nullus reuera pauper est? Etiam, inquis, & multi. Quid ergo uel eis nō exhibes auxiliū? Vt qd existis scrupulosus uitę eorū enucleator? Sed ista ptextus sunt & excusationes. Oī petenti te da, & uolentem à te mutuari non auerseris. Extende manum tuā, nō sit
Luc. 6. d contracta. Non. n. uitarū constituti sumus discussores, alioq nullus hoc modo miserebitur. Quare quādo deū rogas, dicis: Peccatorū meorū ne memineris? Proinde & si ualde sit ille peccator, hoc ipm & in ipso cōsidera, & noli reminisci peccatorū ei⁹: tps est misericordię, nō scrupulosę discussionis: misericordię, nō ratiocinatiōis. Nutriri uult, siqdē uis, tribue: si aūt nō uis, dimitte nihil disceptās quare tuis̄r sit & infelix. Quare nec tu misereris, & uolētes auertis? Quādo. n. ille audierit à te, quoniā iste deceptor est, quoniā ille fictor est, quoniā ille ad usurā dat, incipit neq; istis dare, neq; illis. Oēs in suspicione habebit, tales esse putabit. Scitis. n. qa q̄ mala sunt facile suspicamur: q̄ uero optima, nō ita. Efficiamur misericordes, non quocunq;, sed quō pater noster cœlestis. Ipse & adulteros, & meretrices, & maleficos nutrit. Et quid dico? omnē speciē iniquitatis habentes. In tanto enim mūdo necesse est esse tales & plurimos. Veruntamē oēs nutrit, oēs uestit. Nullus fame periit aliquādo, nisi forte spōte. Sic efficiamur ēt nos miseratores: si qsquā opus habuerit, & i necessitate fuerit, illi auxiliare. Nunc aūt ad hoc irrationabilitatis uenimus, ut non solū circa paupes hoc faciamus, q per uicos ambulant, sed ēt circa uiros monachalē uitā agētes. Ille impostor est, inquis: Nō hoc dicebāt prisci: quia si indifferenter oibus demus, semper miserebimur. Si autē cœperimus scrutari, nūquā misericordiā p̄stabim⁹. Quid dicis? ut panē accipiat, impostor est? Si qdē auri talēta q̄reret & argēti, aut uestes pretiosas, aut seruos uel aliud qcquā, merito qs istum diceret deceptorem. Si autē nihil horū, sed nutrimentum & uestē, L q̄ philosophiæ sunt, nūqd hæc deceptoris sunt, dic mihi? Quiescamus ab hac absurda curiositate, & diabolica, & pernicioſa. Si. n. in clero electū se esse dicat, si sacerdotē noiet, scrutare: non. n. sine periculo in talibus indiscussa cōmunicatio est. Circa maiora periculū uertitur: non. n. das, sed accipis. Si uero pro nutrimēto postulat nihil examines. Inquire Ge. 18. et
quo Abraham hospitalitatē circa oēs transeuntes Heb. 13. a
ostēdebat. Si scrutator fuisset circa refugiētes ad se, nunquā angelos hospitio recepisset. Fortasis. n. nō putās eos angelos esse, cū reliqs repulisset: sed quoniam oēs susciebat, susciebat & angelos. Nō. n. ex uita accipientiū à te mercedē tibi retributurus est deus: sed ex uoluptate tua, liberalitate multa, ex misericordia, ex bonitate. Hęc si sint in te, oia adipiscēris bona: q̄ nos oēs cōtigat adipisci, gratia & misericordia domini nostri Iesu xp̄i, cum quo patri, unà cum sancto spiritu, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia XII. EX CAP. VII. M

Ic n. Melchisedec rex Salē erat & sacerdos dei Ca. VII
h summi, qui obuiauit Abrahæ, regresso à cæde regū, et benedixit ei, cui decimas oium diuisit Abrahā. Qui primū quidē ex iterpretatiōe dicitur rex iustitiæ. Ge. 41. d
Deinde aūt rex Salē, qd est ex pacis: sine patre sine matre, sine genealogia, neq; initiū dierū, neq; finē uitæ habēs, assimilatus autem filio dei, manet sacerdos in perpetuū. Volens Paulus differentiā demōstrare noui & ueteris Testamēti, in multis hoc disseminat, & præludit, & explorat ēt aures auditorū, & exercet. Cōfestim qp pe ab ipso exordio hoc q̄si fundamēti loco piecit, dicēs: Quia illis qdē locut⁹ ē ī prophetis, nobis au tē in filio: & illis qdē multifariā & multis modis, Supr. 1. a
nobis aūt p filiū. Deinde de filio locut⁹, qs iste sit, & qd opatus sit, & admonēs credēdū illi esse, ne ea dē patiamur, q̄ & Iudæi, &: Quia pōtifex est secūdū ordinē Melchisedec. Et sæpius in hāc differētiā ingredi uolēs, & multa ante dispēsans, & increpās, ueluti infirmos, & iterū recurans, & recreās, ut cōfidentiā reciperēt, tūc iā introducit differentię ratiō nē uegetis iam & exercitatis auditoribus. Qui. n. desperat, nō facile quicquā aduertit. Et ut cognoscas, audi scripturā dicentē: Et nō audierūt Mosen Exo. 34. d

A propter pusillanimitatē. Propter hoc primū exclusō mœrore eorū, multis & terribilibus, & benignis sermonib, tunc demum aggressus est de differetia utriusq; testamenti sermonē. Et qd dixit? Hic. n. Melchisedec rex Salem erat & sacerdos dei altissimi. Et quod est mirabilius, in ipso typo demonstrat multam esse differentiam. Quod. n. dicebam, ex typo, semper fidem facit ueritati & ex præteritis propter infirmitatem audientiū. Hic. n. inquit, Melchisedec rex Salē sacerdos dei altissimi, q obuiauit Abrahæ remeanti à cæde regum, & benedixit eū, cui etiam decimas distribuit ab omnibus Abraham. In paucis totā narrationem posuit, & mystice eam contēplatus est, & primū à nomine. Primū quidem, q ex interpretatione, inquit, dicitur rex iustitiæ. Sedec qppe iustitia dicitur, Melcha uero rex, Melchisedec ergo rex iustitiæ. Vides & in noibus adhibitam diligentiā? Quis uero est rex iustitiæ, nisi domin⁹ noster Iesus xp̄s? Deinde rex Salem: ex ciuitate, hoc est rex pacis. Quod iterum pertinet ad xp̄m: iste nanq; nos iustos effecit, pacificauit quæ in cœlis sunt, &
B quæ in terris. Quis homo rex est iustitiæ & pacis? Nullus nisi solus dominus noster Iesus xp̄s: Deinde alteram differentiā introducit. Sine patre, sine matre, sine genealogia, neq; initiū dierum habens, neque finem uitæ, assimilatus aūt filio dei, manet pōtifex in ppetuum. Quoniā igitur occurrebat illi qd
Ps. 109. b dictum est: Tu es sacerdos in æternum secundū ordinem Melchisedec, Ille autem mortuus erat, & nō fuit sacerdos in ppetuum, Intuere quali contēplatione istud exposuit. Et qs hoc unq̄ de homine dixerit? Nō re ipsa, inqt, dico: hoc est, nescimus quem patrem habuit, uel quā matrē, neq; quādo suscepit initium, neq; quādo defunctus est. Et qd hoc inqs? Num. n. quia nos nescimus, ideo defunctus nō est? non habuit parentes? bene dicis. Et defunctus est, & parētes habuit. Qūo ergo sine patre, sine matre? qūo neq; initium dierum, neq; finem uitæ habuit? Quema dmodum in illo non est narrata genealogia eius, sic & xp̄s ipsa natura rei, & sine initio, & sine fine est. Sicut. n. istius nescimus neq; initium dierum, neq; finem uitæ, propterea quod non est scriC ptum: sic & nescimus filij dei, uel initiū uel finem, non qa non est scriptum, sed quia initium non habet uel finem. Nam ille qdem typus est, atq; ideo ex eo quòd nec de initio nec de fine uitę quicq̄ scriptū est, talis dicitur, hic uerò ex ipsa ueritate, & propterea quòd non sit ei uel initium uel finis, sicut ēt in nominib. Hic. n. appellationes erant rex iustitiæ & pacis, illic autem rerum ueritas. Qūo ergo initiū habet? Intueris sine initio filium, non qa nō habet causam ex qua sit: hoc. n impossibile est. Habet nā que patrem, alioqui qūo filius? Sed quia non habebat initium uitæ, neq; finem, assimilatus autem filio dei. In quo est similitudo? Quia & huius & illi⁹ finem ignoramus, & initiū. Sed huius qdem, qa nō est scriptum, illius aūt, quia omnino nō est: in hoc est similitudo. Si autem in omnibus esset similitudo, non iā typus esset & ueritas, sed typus esset utrūque. Sicut & in imaginib est aliquid simile, est etiā aliquid dissimile. In lineis qppe, est similitudo quædam in charactere, dissimilitudo autem in impositione colorum: & sic differentia manifesta mōstratur, & qddam quidē simile, qddam autē dissimile.

Consideratе autem, inquit, *quantus iste fuerit, cui etiā de cimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha.* Interim D coaptauit typum cū fiducia, deinceps ostendit eū etiā ueris rebus, q̄ erant apud Iudæos, clariorem: Si uerò is q typum habuit Christi, in tantum nō solum Iudeis, sed etiam ipso progenitore sacerdotum melior est, qd dixerit quispiam de ueritate? Intueris cum quanta abundantia ostendit excellentiā? Cōsiderate autem, inqt, quātus iste sit, cui ēt decimas dedit Abraham patriarcha ex præcipuis. Præcipua exuuię dicuntur, & non pōt dici quòd ueluti consorti belli dederit. Propter hoc. n. dixit: Obuiauit re Ge. 14. c.
meāti à cæde regum. Domi qppe sederat, inqt, & de laboribus suis dedit ei primitias Abraham. *Atque ij quidem qui de filijs Leui existentes sacerdotium sumunt, mandatum habent, ut accipiant decimas à populo secundū legem, hoc est, à fratribus suis: quanquam & ipsi exierint ex lumbis Abrahæ.* Tāta qppe erat, inqt, sacerdotij excellentia, ut ēt qui similis à progenitorib. honoris erant & eundē habēt progenitorē, tamē multo amplius meliores fuerint alijs. Decimas igitur ab illis accipiūt. Cū ergo aliqs inuētus fuerit ab illis ipsis decimas accipiens, an non isti qdem ordinem tene E
bunt laicorū, ille uero sacerdotij? & nō hoc solum, sed neq; istis in honore fuit, sed ex alio genere. Proinde nullo modo dedisset alienigenæ decimas, nisi eius plurimus honor esset. Papæ qd efficit Paulus? plusq̄ credibile est, in epla ad Romanos sermonem Rom. 4. a
mouēs declarauit, & nostræ, & Iudaicę cōuersationis Abraham progenitorē esse: hic autem multum aduersus eū ausus est, ostendens incircūcisum multo esse meliorē. Qūo ergo hoc ostēdit? Quia ei Leui decimas dedit. Abraham, inquit, decimas dedit. Et quid ad nos hoc? Multum, inquit, ad uos: non. n. cōtendere potestis Leuitas esse meliores, q̄ Abrahā sit. *Ille autem cuius genus non ex illis est, decimas accipit ab Abraham.* Deinde non simpliciter transiuit, sed adiūxit, *Et habentem promissionem benedixit.* Quoniā sursum, atq; deorsum hoc honoris illorum gratia uoluebatur, ostendit ipsis honorabiliorem esse illum, ex cōmuni oium iudicio. Et sine ulla contradictione, inquit, hoc est, omnib. sic uidetur. *Quod minus est à meliore aliquo benedicitur.* Proinde melior est typus xp̄i, etiam eo qui promissiones habebat. F
Hic quidem decimas homines morituri accipiunt: illic aūt testimonium perhibetur, quia uiuit. Sed ne dicamus, qd ad antiqua reuerteris? dic nobis, inquit, Et, *ut ita loquar, per Abraham & Leui, qui decimas accepit decimatus est.* Qūo? *Adhuc. n. in lumbis patris erat cum ei occurreret Melchisedec.* Hoc est in eo erat Leui, quāq̄ natus nondum esset. Et non dixit Leuitæ, sed Leui. Vides eminentiā? uides quantum interest inter Abrahā & Melchisedec, q typum gerebat pontificis nostri? Et ostendit excellentiā potestate, nō necessitate factā. Ille qppe dedit decimas, quod pertinet ad sacerdotē, iste benedixit, quòd melioris est. Ista excellentia & ad posteros oēs pertrāsiit. Mirabiliter & fortiter exclusit Iudaicas rationes. Propterea dicebat, Quia Sup. 5. c
imbecilles facti estis: quia hæc euertere uolebat, ne gloriarētur in eis. Talis. n. est sapiētia Pauli, p̄struit primum, & tūc ingreditur ad ea, q̄ uult ostendere. Difficile tractatu est genus humanum & qd multa indigeat diligentia, & ampliore q̄ arbusta uel surculi. Illic enim natura corporum est, & terrę, obediēs agricolarū manibus: hic autem uoluntas est plurimas mutationes accipiens, & nūc quidē istud, nūc

G autem illud eligens, procliuis enim est ad malitiã:
Morale. Propterea oportet undique cautelã exhibere, ne
Ps 126.a sorte obdormiscamus. Ecce.n.inquit, non obdormiet, neq; obdormiscet, q custodit Israel, & ne des
Ibid. in commotionẽ pedem tuum. Non dixit, ne cõmo
Liberũ arbitrium. uearis, sed tu ne des: igitur in nostro arbitrio est dare, & nullo alio. Si.n. uoluerimus stare firmi, & immobiles, non cõmouebimur. Quid ergo? Nihil dei est? oĩa quidem dei sunt, sed nõ ita, ut liberũ arbitrium lædatur. Si igitur dei sunt, inquit, oĩa, qd ergo nos culpamur? Propterea dixi, ut liberum arbitriũ nostrũ nõ lædatur: in nostro itaq; arbitrio est & in deo. Oportet nos qppe eligere primũ q̃ bona sunt, & tunc ipse, q̃ sua sunt, introducit. Nõ antecedit nostras uoluntates, ne lædatur liberũ arbitriũ: cum autẽ nos elegerimus multã tunc nobis adfert
Rom. 9.c auxiliationem. Et qũo ergo Paulus, inqt: Neq; uolẽtis, neq; currentis, sed miserentis est dei? Primũ quidem nõ sicut propriam sententiam introducit, sed ueluti ex his quę proposita erãt, hoc collegit & ex
Exo. 33.d his q̃ antẽ p̃miserat. Cum.n dixisset Miserebor cui
H iuscunq; misereor, & commiserabor, quencunque commiserecr, subiicit. Itaq;, Neq; uolentis, neq; currentis, sed miserentis est dei. Dicis ergo mihi, quid
Phili. 2.b adhuc queritur? Scdm illud aũt est dicendũ. Quia cuius est amplius, totum esse dixit. Nostrum.n. eligere tantũ est & uelle, dei autẽ efficere, & ad perfectionem perducere: quia ergo illius est qd amplius est, eius dixit esse uniuersum, scdm consuetudinem hoium: sic quippe ẽt nos facimus. Verbi gratia: Videmus domum bene ædificatam, & dicimus quia totum artificis est: & tamen nõ omne opus eius est
ſ domini. sed ẽt operariorum, & q materiã tribuit ſ domui, ſ & aliorũ plurimorum: ueruntamen quoniã amplius ille cõtulit, illius uniuersum opus esse dicimus: sic etiam & hic. Iterũ in multitudine, ubi plurimi sunt oẽs esse dicimus: ubi autem pauci, nullũ: sic & Paulus dixit, Neq; uolentis, neq; currentis, sed miserentis est dei. Adstruit autem hic duo q̃dam magna, unum quidem ne in superbiam erigamur: siue, cucurreris, siu: sategeris, inquit, non putes tuum esse effectum. Si.n. desuper non aduenerit adiumentũ,
I oia in uano erunt. Veruntamen quicquid adeptus fueris eorum ad q̃ festinas, 'manifestum quia currẽdo, & uolendo adipiscẽris. Non ergo hoc dixit, quoniam inuanum currimus. Sed quid? Quoniã inuanum currimus, si nostrum esse uniuersum putauerimus, si non plurimã partem deo tribuerimus. Neque.n. deus totũ suum esse uoluit, ne uideatur sine causã nos coronare: neq; iterũ nostrũ, ne in superbiam incidamus. Si.n. minimam partẽ habentes, alta sapimus, qd si totius nos operis nostri domini essemus? Multa qppe deus ut ambitionẽ nostrã recideret, fecit. Et adhuc altissima illa manus, quãtis nos passionib. circundedit, ut nostrã recidat arrogantiã, quantis circunuallauit bestiis? Etenim quãdo dicunt quidã, qd hoc, aut cur hoc? contra quod deo placet ista loquuntur. In tãto te timore constituit, & neq; sic humilia sapis, sed si modicã prosperitatem arripias, ad ipsum cœlũ ptingis alta sapiendo. Propterea ẽt celeres mutationes existũt, & ruinæ, & neq; sic corripimur. Propterea mortes frequẽtes & immaturæ: nos autẽ ueluti immortales sapimus, uelut nunquã morituri. Sic rapimus aliena, & sic ampliora cupimus, uelut nũquã essemus reddi turi rationẽ. Sic ędificamus tanquã hic ppetuò per K
mãsuri. Et neq; dei uerbũ per singulos dies nobis insonans, neq; ipsæ res nos corripiunt. Nõ est dies, non est hora, in qua non uideantur mortui frequẽter efferri: sed oĩa sine causa. Duritiam.n. nostrã nihil mitigat, neq; ex alienis calamitatib. meliores effici possumus, magis autem nolumus. Sed quando soli lugemus, tunc humiliamur. Et si itẽ manũ suã remiserit deus, nos manum nostrã erigimus. Nemo diuina sapit, nemo contemnit q̃ in terra sunt, nemo ad cœlũ attẽdit: sed sicuti sues deorsum proni sũt, ad uentrẽ inclinati, ĩ uolutabris deuoluti: sic & plurimi hominũ deteriorib. uolutabris se polluunt, & non sentiunt. Melius qppe est luto immundo pollui, q̃ peccatis. Qui.n. illic polluitur, paruo tpe delauatur, & efficitur similis ei, q illic non cecidit: q uero in barathrum ceciderit peccatorum, talem pollutionem accipit, q̃ aquis nequeat dilui, sed multo tpe opus habeat, & pnia diligenti, & lachrymis, & luctu feruentiore, amplioreq; tpe, q̃ in dilectissimis nostris solemus ostendere. Istæ qdem sordes extrinsecus nobis aduenient, propterea & citius eas amit L
timus: Illæ aũt intrinsecus generantur, ppea & uix delauantur, & expurgantur. De corde.n. inqt, exeũt Mat. 15.b
cogitationes malignæ, fornicationes, adulteria, furta, falsa testimonia: idcirco & propheta dicebat:
Cor mundum crea in me deus, &c. Alius aũt: Laua Psal. 50.
à malitia cor tuum Hierusalem. Vides qa & nostrũ Hier. 4.d
est & dei opus bonum? Et iterum: Beati mũdo cor Mat. 5.a.
de, quoniam ipsi deum uidebunt. Efficiamur mundi quantum ualet uirtus nostra: abstergamus a nobis peccata. Quod autem posit abstergi, Propheta Esa. 1.d.
docet, dicens: Lauamini, mundi estote, auferte malitias uestras ab animabus uestris in cõspectu oculorum meorũ. Quid est, in cõspectu oculorũ meorum? qa putantur esse qdam nõ maligni, sed hominibus, deo aũt manifesti sunt. Sepulchra sunt dealbata, ppea sic dixit: auferte, sicut ego uideo. Discite Ibid. c
bonum facere, exquirite iudiciũ, iuste iudicate egenum & pauperẽ. Et uenite disputemus, dicit dominus. Et si fuerint peccata uestra sicut fœnicium, sicut niuẽ dealbabo: si uero fuerint sicut coccinũ, sicut lanã alba faciam. Intueris qa prius nos a nobis M
ipsis oportet mũdari, & tunc deus mundat? primo qdem dicẽs: mundi estote, tunc intulit ego dealbabo. Nemo igitur etiã eorũ qui in profundũ iniquitatum deuenerunt, desperet de seipso. At si in habitum, inquit, uenias, & penè in naturã ipsius iniqtatis, non timeas: ppea.n. colores non tenues nominauit, sed penè q consubstantiales uidentur subiectis in quibus sunt. Quos dixit in cõtrariũ statum & habitũ conuertere, non.n simplr se lauare dixit: sed sicut niuẽ & sicut lanã dealbare, ut nobis spẽ meliorẽ proponat. Magna itaq; est pœnitentiæ uirtus, siquidẽ nos sicut niuem efficit, & sicut lanam dealbat, etiamsi antecedens peccatum inficiat animas nostras. Festinemus itaq; mũdi effici, nihil grue nobis imperauit: iudicate pupillo & iuste iudicate uiduã. Vides qũo ubiq; multa cura est deo, & multa ratio misericordiæ, & patrocinij exhibendi eis q opprimuntur: hęc & nos aggrediamur opa, & poterimus gratia dei, bona futura adipisci: quorũ cõtingat nos oẽs dignos effici in xpo Iesu domino nostro, cũ quo patri unà cũ sancto spiritu gl'ia, iperiũ, honor nũc & semper, & in secula scl'orũ, Amen.

A Homilia. XIII. ex cap. VII.

I ergo consummatio per sacerdotem Leuiticũ erat
s (populus.n. sub ipso legẽ accepit) quid adhuc necessarium secundum ordinẽ Melchisedec aliũ surgere sacerdotem, & non secundum ordinẽ Aaron
dicit? Translato enim sacerdotio necesse est, ut & legis trãslatio fiat. De quo.n. hæc dicuntur, ex alia trib u est, de qua nullus altario p̃sto fuit. Manifestũ est enim quòd ex Iuda ortus est dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moses locutus est. Si ergo consummatio p Leuiticũ sacerdotiũ erat, iquit, cum de Melchisedec dixisset & ostendisset quantũ melior esset Abrahã, & multam differentiã p̃dicasset: hinc iã incipit ipsius testamẽti differentiã ostẽdere, & qũo illud quidem imperfectum est, illud autem perfectũ. Et necdũ in ipsas res ingressus est, sed ex sacerdotio interim pugnat, & ex tabernaculo. Hæc.n. credibiliora erãt infidelibus, quando ex eis q̃ antecesserant & credita sunt, probatio fit: ostendit ergo, qa multum & Leui, & ip
so Abrahã melior Melchisedec in ordine sacerdo-
B tali factus est. Ex alio iterum argumentatur. Qũo? Cur, inquit, non dixit, Scdm ordinem Aaron? & cõsidera mihi excellentiã. Vnde.n. uidebantur sacerdotes illius repudiaturi sacerdotium, nempe quoniam non scdm ordinem Aaron fuit: inde istud qdem statuit, illos autẽ excludit. Hoc ipsum, inquit, dico: cur non scdm ordinẽ, inqt, Aaron factus est? Sed etiam quod dixit, quid adhuc necessariũ, multam habet emphasim. Si.n. xps scdm carnem antè esset secundum ordinem Melchisedec, deinde lex facta esset, & ea q̃ circa Aaron disposita sunt: meritò quis dixisset, qa istis pfectis illa soluta sunt, & ex istis ingressis, illa discesserunt. Si uero xps postea uenit, etiam aliam sacerdotij formã susc epit qd manifestum est, utpote imperfectionib. existentibus illis quæ p̃cesserunt. Ponamus autem, inqt, oĩa perfecta esse, & nihil imperfectum remansisse in sacerdotio antiquo: quid ergo opus erat scdm ordinem Melchisedec dici, & non Aaron? pro qua re relicto Aaron, aliud introduxit sacerdotium, hoc est Melchisedec? Si.n. consummatio, hoc est, regnũ, dogmatũ
C uitæ perfectio per Leuiticum sacerdotiũ erat. Et attende qũo recta uia progreditur. Postquam dixit, quia scdm ordinem Melchisedec. ostenditq; quia melius sacerdotiũ scdm ordinẽ Melchisedec (multum quippe melius est) deinceps ex tpe quoq; hoc demonstrat, quia post Aaron fuit, unde certum est, quia fuit melior. Quid sibi uult quod sequitur. Populus, inquit, in illo legem accepit? Quid est, in illo ipsi obedit, per illud oia gerit. Nõ enim dici potest. quia perfectum quidem erat, non autem p̃positum erat populo. In illo enim legem accepit, hoc est, eo usus. Quid ergo alio sacerdotio opus erat? Translato quippe sacerdotio, necessario & legis translatio fit. Si uero aliũ oportet sacerdotem esse, magis autẽ aliud sacerdotiũ, necessario & legem alteram. Hoc ad eos qui dicunt, quid opus erat nouo testamento? Poterat quidem adducere testimoniũ ẽt ex prophetia nempe hoc est, testamentum, qd disposui patribus uestris. Interim nunc ex sacerdotio dimicat. Et intuere qũo ex superiorib. dicat. Dixit, scdm ordinem Melchisedec. Hoc dicto exclusit sacerdotũ Aaron: nequaquam.n. scdm ordinem Melchisedec diceret, si illud sacerdotium melius esset. Si igitur sacerdotium introductum est, aliud oportet & testamentum esse. Neq; n. potest sacerdos sine testamen D
to esse, & sine lege, & sine præceptis: neq; aliud accipere sacerdotium, sed illo uetere uti oportuit. Dein de qd opponi posset, tractat, qũo sacerdos esse possit, qui non est Leuita. Hoc in superiorib. præstruens, neq; soluendo dignum putauit, sed in transcursu hoc introduxit, dixit quia translatum est sacerdotium, ergo & testamentum. Translatum est autem non ordine tantummodo, neq; pceptis, sed ẽt tribu. Oportebat quippe, ut ẽt tribus mutaretur. Et qũo? translatum est sacerdotium ex tribu ad tribum, de sacerdotali ad regalem, ut eadẽ ipsa sit & regalis & sacerdotalis. Et intuere mysteriũ, primo fuit regalis, postea facta est sacerdotalis: sic etiã in xpo, rex qppe erat semp, sacerdos autem factus est quando carnẽ susc epit, quando sacrificiũ obtulit. Vides mutationẽ? Quę quidẽ obiectionẽ habebãt hæc ueluti ex rerũ consequentia poscerentur intro ducit. In quo.n. ista dicuntur, inqt, alterius trib. par
ticeps erat, & ego noui, qa nihil sacerdotale habuit
translatio qppe est. Ego autem ẽt aliam, inqt, ostenE
do differentiã, non solum ex tribu, neq; solũ ex per [ἀπὸ τοῦ τρόπου ex modo.
sona, neq; ex domo, neq; ex testamento, sed ab ipso etiam typo. Qui non secundum legem præcepti carnalis factus est, sed secundum potentiam uitæ insolubilis. Factus est, inqt, pontifex non scdm legem p̃cepti carnalis. Lex quippe illa ex multa parte carnalis erat. Quid est p̃cepti carnalis? Circuncide, inqt, carnẽ: unge, inqt, carnẽ: laua carnẽ, munda carnẽ, tonde carnem, liga carnẽ, nutri carnem, otium agito carni. Bona autem retributionis quę erant? Multa uita carni, mel & lac carni, pax carni, delitiæ carni. Ex hac lege sacerdotiũ susc epit Aaron: Melchisedec autem non sic. Et amplius adhuc manifestũ est, si quidem scdm similitudinẽ Melchisedec exurgit pontifex alter. Quid est, manifestũ est? Quanta inter utrunq; sacerdotium differentia, quantũ melior q nõ scdm legem p̃cepti carnalis factus est. Quis iste? nũ Melchisedec? non, inquit, sed xps: sed q̃ scdm potentiã uitæ insolubilis. Testificatur enim, quia tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Hoc est, non
temporalis, neq; finem habens, sed scdm potẽtiam F
uitæ insolubilis: hoc est per uitam, per potentiam insolubilem. Quanquam non est hoc consequens ad illud, Qui non scdm legem præcepti carnalis factus est: consequẽs enim erat dicere, sed scdm legẽ spiritalem: uerum per hoc quod dicit, præcepti carnalis, temporalem ueteris testamenti legem esse demonstrat: sicut & alibi dicit: Vsque ad tempus cor- Infr. 9. c.
rectionis impositas iustificationes carnis. Scdm potentiam uitæ: hoc est, quia propria uirtute uiuit. Dixerat legis translationem factam esse, & ostenderat qũo: deinceps quęrit & causam, quod maxime omnium hoium animis satis facit, si causam plane cognouerint: & ad finem nos adducit amplius, cũ causam & rationem percipimus secũ dum quã fiat quod efficitur. Reprobatio enim fit, inquit, antecedentis præcepti, propter infirmitatem suã & inutilitatẽ. Hic hæretici insurgunt, sed aduerte integre: non dixit, propter malignitatẽ, neq; pp malitiam, sed pp infirmitatem & inutilitatem. Nam & alibi ostendit in-
firmitatem eius est dicit: In quo infirmabatur per Phili. 2.d
carnem. Non ergo ipsa infirmata est, sed nos. Nihil enim perfecit lex. Quid est, nihil perfecit? Nullũ perfectum reddidit, dum ei nõ obeditur: his adde, qa

G neq; si audiretur, perfectum quenquã faceret, & uir tutis compotem. Interim aũt non hoc dicit hic, sed quia nihil ualuit. Etenim literę erãt propositæ: hoc fac, illud non facias. Proposita erant hęc tantũ, nõ autem & uirtutem inspirabant, spes uero nõ est talis. Reprobatio qd est? exclusio. Reprobatio qppe, eorũ, q obtinent reprobatio est. Itaq; ostendit antecedens ꝑceptum obtinuisse qdem, sed postea reprobatũ esse & cõtemptũ, qa nihil proficit. Nihil ergo profuit lex? Profuit qdẽ, ualde profuit, sed ad faciedos perfectos nihil profuit. Nihil ergo pfectũ fecit lex, iuxta hoc qppe dicit oĩa legis typos fuisse, oĩa umbras utpote circcuncisionem, sacrificiũ, sabbatum. Non ualebat ergo penetrare ad aĩam usq;, pp hoc etiam cedit, atq; discedit. *Introductio uero melioris spei. per quam appropinquamus deo, & secundum quod nõ sine iureiurando.* Intueris qa sic necessarium illic fuit iusiurãdum, ut pp hoc multa superius philosopha retur: qa iurauit dominus, & iurauit ad maiorẽ nostram satisfactionem. Introductio, inquit, melioris
H spei. Habuit quippe & illa spem, sed non talẽ. Sperabant. n bene placentes possidere terrã, nihil ęrumnosum pati: hic autem speramus, quia bene placentes nõ terram possidebimus, sed cœlum. Magis autem qd cœlo multo melius est, speramus, nẽpe proximos apud deum nos cõstitutos, ad ipsum paternum solium peruẽturos, ministraturos ei cũ angelis. Et uide quo hęc sensim & pedetẽtim proponit. Illic nanq; intrantem in interiora uelaminis: hic autem extra uelamen. Per quam appropinquamus, inquit, deo, & scdm qd non sine iureiurando. Quid est, & scdm qd non sine iureiurando? hoc est: Ecce & alia differentia, & non simplr hæc promissa sunt. *Illi quidem sine iureiurando sunt sacerdotes effecti, iste cũ iureiurando per dicentem ad eum: Iurauit dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinẽ*
Psa.39.b. *Melchisedec. In tantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus.* Duas ponit differentias, qa non habet finẽ sicut legalis, hoc autem facit ex psona mediatoris Christi: scdm uirtutem, inquit, uitę insolubilis. Fa-
I cit autem hoc et ex iureiurãdo, quod iurauit, & ex re. Si. n. quoniã infirma erat illa, exclusa est ista quoniam ualet & fortis est, manet. Facit autem hoc & ex pontifice. Quo? Quia unus est: non. n. unus esset nisi esset immortalis. Sicut enim multi sacerdotes sunt, qa mortales sunt: sic unus qa immortalis est. In tantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus. Scdm quod iurauit semper eum esse mansurũ. Nequaquam n. hoc faceret, nisi uiuus esset. *Vnde & saluare ad plenum potest eos qui per ipsum adeunt deum semper uiuens ad interpellandum pro eis.* Vides qa de eo, qui scdm carnem est ista dicit? Quando. n. sicut pontifex est, tunc etiam interpellat: unde & quando dicit Paulus, qui etiam interpellat pro nobis, hoc idẽ significat: hoc est, pontifex interpellat. Alioqui qui resuscitat mortuos, quos uult & uiuificat, sicut pater: quo ubi saluatione opus est interpellat, qui oẽ iudicium habet omniũ, quo interpellat. Qui mittit angelos, ut alios quidem in caminum mittant, alios autem saluent, quo interpellat? Vnde, inquit, etiam saluare potest. Propterea ergo saluat, quoniã non moritur, quia semper uiuit, & non habet successorem. Si uero non habet successorem, potest et omnibus adesse: In hac enim uita Pontifex etiam si celebris fuerit eo tempore in quo Pontificatum gerebat, utpote Samuel, & si qui tales: postea uero ne K
quaquam, siquidem moriebantur. Hic autem non ita est, sed saluat ad plenum. Qui est ad plenũ? Mysterium quoddam significat, non hic solum, sed et illic saluat: accedentes per ipsum ad dominũ. Quo saluat? Semper uiuit ad interpellandum pro eis. Vides humilitatem, uides humanitatem? Non. n. dixit eum in humilitate cõstitutũ dũtaxat istud adeptũ esse, sed semper & quandocunq; opus fuerit, interpellare pro eis. Quid est, ad plenum? Non ad ꝓs tãtum, sed et illic in futura uita. Semper ergo opus habet deprecari. Et quo hoc rõnem habebit? Et hoies enim iusti sępius ex una petitione totum impetrãt, ipse autem semper postulat? Quare ergo consident? Intueris quia ad captum illorum sese demittit, ac si dicat, nolite timere: nec dicatis, etiam, diligit quidẽ nos, & fiduciam habet ad patrem, sed non potest semper uiuere. Semper. n. uiuit. *Tales enim decebat ut nobis esset pontifex sanctus, innocẽs impollutus. segregatus à peccatoribus.* Vides quia de humanitate totum hoc L
dictum est? Quando autem totum dico, humanitatem dico, diuinitatem habentem: non diuidens, sed permittens, quæ condecet inspici. Vides differẽ tiam pontificis? Recapitulauit q dicta sunt. Tentatus in oĩbus iuxta similitudinem sine pcto. Talis enim decebat, inqt, ut nobis esset pontifex, sanctus, innocens. Quid est, innocens? Sine malignitate, qd
Esai.53.c. dicit alius propheta: Nec dolus inuentus est in ore ipsius: hoc est non est subdolus. Nũ hoc quisquam de deo dixerit? & non erubescet, dicens, qa deus nõ est subdolus, neq; dolosus? De eo aũt q scdm carnẽ est, habet rõnem. Sanctus, inqt, impollutus. Nũ & hoc quisquã de deo dixerit? Num habet naturam, quæ pollui possit? Segregatus, inqt, à peccatoribus. Hoc itaq; solum ostendit differentiã, quamuis etiã ipsum sacrificium idem ostendit. Quo? *Non habet, inqt, quotidie necessitatem quemadmodũ Pontifex, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Hoc quippe semel fecit seipsum offerendo.* Hic iam distinguit spiritualis sacrificij eminentiã, & quantũ differat Pon M
tifex, quantũ ipsum testamentũ, dixit: nõ quidẽ totum, attamen dixit. Hic deinceps ꝑmittit & ipm sacrificium. Noli igitur putare cum pontificem eum audis, quòd semper pontificali fungatur officio. Semel quippe functus est pontificatu, deinde consedit patri. Ne putes eũ sursum stare, & ministrũ esse, ostẽdit, qa dispensationis res ista est: sicut n. seruus factus est, sic & pontifex, & minister: sed sicut seruꝰ factus non mansit seruus, sic & minister factus, nõ mansit minister. Non. n. ministri est sedere, sed stare. Hoc ergo hic significat & magnitudinem sacrificij, in eo qd sufficit, quãuis unũ esset, & semel oblatum, & tantum ꝑualuit, quantum oĩa cætera non ualebant. Sed necdum de istis loqtur. Hoc. n fecit, inquit, hoc quid? Necessariũ. n habuit, inquit, etiã hoc quod offerret, non pro se (quo. n. pro se offerret?) sed pro populo. Quid dicis? Et ualet hoc? Etiã, inquit, *Lex enim homines constituit sacerdotes, infirmitatem habentes.* Iste autem non pro se offerre opus habuit? Non, inquit. Ne enim putes in eo quod dixit, semel fecit, etiam de ipso dici: audi quid dicat. Lex, inquit, hoies constituit pontifices, habẽtes infirmitatem. Propterea & semper pro se offerunt: iste autẽ potens, qui non habet peccatum, quare ergo pro se offerret? Pro aliꝭ autem fortasis habet rationem.

Sermo autem

A *Sermo aũtem*, inquit, *iurisiurandi, qui post legem est, filiũ cõstituit in perpetuum perfectum.* Quid est, perfectum? Non ponit Paulus proprias distinctiones. Postquã enim dixit habentes infirmitatem, non dixit filiũ potentem, sed perfectũ: hoc est, potentem. Tanquã si diceret: Vides quoniã filij nomẽ ad distinctionẽ serui dictum est? Infirmitatẽ autem aut peccatũ dixit, aut mortem. Quid est, in perpetuũ? Nõ nunc solum sine peccato, sed semp. Si igitur perfectus est, si nunquã peccat, semp uiuit, cur pro nobis offerret multa sacrificia? Sed interim de hoc nõ contendit, sed pro eo qd pro se sacrificium non offerat, hoc affirmat. Quoniã itaq; talem habemus pontificem, imitemur eũ, eius uestigia sequamur. Non est aliud sacrificium, unum nos purgauit, post istud ignis & gehenna. Etenim ppea sursum atq; deorsum reuoluit, dicens: unum sacerdotẽ, unũ sacrificium, neqs
Morale. putans multa esse, sine timore delinquat. Quotquot igitur digni facti sumus signaculo, quotquot sacrificio potiti sumus, quotquot immortalis men
B se participes sumus, pmaneamus custodiẽtes generositatẽ nostrã, & honorem, Nõ. n. sine periculo est nobis ruina. Quotquot autem necdum digni facti sunt istis, neq; ipsi ppea præsumant. Quando enim quis ppea peccat, ut sanctũ baptisma in nouissima sua expiratione suscipiat, fortasis non adipiscitur. Et credite mihi non terrens uos dico, quod dicturus sum. Multos noui, q hoc pasi sunt, q spe baptisinatis multa peccabant, circa diem aũt mortis discesserunt uacui. Deus. n. pp hoc baptisma tribuit, ut abluat peccata, non ut addat. Si uero qs ad hoc baptisinate utitur ut ampliora delinquat, ipsum sit negligentiæ causa. Si. n. non esset lauacrum, unitiũs uiuerent, utpote non habentes, remissionem.
Rom.3.b. Intueris, qa qd dictũ est, faciamus mala, ut ueniant bona, nos sumus, q facimus ut dicatur. Idcirco obsecro, ut & uos q necdũ estis imbuti, euigiletis. Nemo sicut mercenarius, nemo sicut ingratus, aggrediatur uirtutem, nemo sicut graue quiddam & importabile. Cũ alacritate igitur hanc aggrediamur,
C & gaudentes. Si. n. merces nobis nõ esset proposita, none oportebat bonos esse? Saltẽ cum mercede iã efficiamur boni. Et quo non erubescis? In hoc maior est reprehensio ista. Nisi mihi dederis mercedẽ, inqs, non efficior modestus. Proinde audeo aliqd dicere: nunquã eris modestus, neq; tũ quãdo modestus es, siquidẽ pro mercede facis, nihil æstimas uirtutem, si nõ ipsam amas. Sed deus pp multã nostram infirmitatem interim uel pp mercedem eam fieri uoluit: nos autem neq; sic eã aggredimur. Cõstituamus autem si uultis, quia homo quidã mille mala operatus discedit, & dignus factus est baptismate, qd non facile arbitror contingere: quo illuc pergit? dic mihi. Veluti q pro eis quidẽ q operatus est non culpetur, sed interea merito sit sine ulla fiducia. Qui. n. centum annos uiuens nullũ opus bonum demonstrauit, sed tantũ quia non peccauit, magis autem quia neq; hoc, sed quia gratia sola salUatus est, alios autem uidet coronatos, splendidos & probabiles, etiamsi non eat in gehennã, nunqd sustinebit mœrorẽ? dic mihi. Vt aũt sub exemplo hanc rem manifestiorem faciamus, proponamus duos milites: & unus qdem furetur & appetat aliena, alius autem nihil horum operetur, sed benignitatem solam ostendat, uirtutes plurimas operetur, in pliis trophęa multa cõstituat, dexteram suam ef D
ficiat ex hostib. cruentatam: deinde tpe aduenien te, ille quidẽ ex illa dignitate militiæ, in qua & fur ille erat, repente ad regale soliũ & ad purpurã prouehatur, ille quidẽ illic pmaneat ubi erat: sed ex misericordia sola imperiali non luat supplicia eorũ q gessit, sit autem in loco nouissimo, & sub imperatore cõstituatur: nõ sustinebit mœrorẽ, dic mihi, cum uiderit illũ quidem, q cum eo erat ad summã ascendisse dignitatem, & ita clarum factum, & totũ mundum obtinere, se autem in infimis perduran tem, & idipsum qd non suppliciis afficitur sine aliquo honore habentem, sed ex gratia sola, & misericordia imperatoris? Nam et si eum dimittat impator, & à crimininib. liberet, ueruntamen ignominiosus uiuet. Non. n. alii eum mirabũtur. In talibus. n. indulgentiis non eos, q dona percipiunt, sed eos q bona tribuunt admiramur. Quanto maiora dona uerint, tanto magis cõfundentur q percipiunt, quãto eorum erat delicta maiora. Qualib. ergo oculis intueri potest humoi eos, q sunt in imperiali aula E
constituti, ut illis decem millia sudores, & uulnera sustinentib. ipse nihil habens qd ostendat, sed et ipsum quod saluatur, ex sola dei misericordia possideat? Quo. n. fiquis hominem homicidam, furem, adulterum, & qui iam ad mortem ducatur, donari sibi postulet, & iubeat esse ante limina regalis aulę ut is nullum ualebit respicere, licet et a suppliciis liberatus sit: sic & iste. Non. n. qa regnum dicitur, putetis oẽs eadem adipisci. Si. n. & prefectus, & omnes qui circa imperatorẽ sunt in aula regali, & alij ualde infimi, & q locum, qui dicitur decanorum obtinent, in aula regali sunt: quanuis tantum intersit inter pfectum & decanũ: multo amplius in supiori bus regnis hoc idem erit. Et hoc nõ ex medico. Et enim aliam ponit differentiã Paulus: Quantæ qppe differentiæ, inqt, à sole usq; ad lunam, & ad stellas, & minimam stellã, tantæ erunt differentię & eorũ, qui in regno dei erunt. Et qa multo amplius ab eo, qui decanus dicitur & a pfecto, solis & lunę & stellæ mũmæ extat differentia, manifestũ est oĩbus. F
Sol qppe oẽm simul illustrat mundum, & festiuũ facit, & lunam & stellas obscurat: ista autem fortasis nec apparet in tenebris cõstituta. Multæ quippe sunt stellarũ, quas non uidemus. Quãdo ergo alios uiderimus soles effectos, nos autem stellarum minimarum locum habentes: penè nõ apparentiũ, qua le nobis erit solatium? Nolite obsecro, nolite ita graues corde fieri, nolite ita segnes. Non pertractenius salutem dei ad desidiã, & negligentiã: sed nundinemur eam & multiplicemus. Nam etiamsi catechumenus sit aliqs, sed xpm nouit, sed fidem percepit, sed oracula diuina aduertit, sed nõ est longe ab intellectu, nouit uoluntatẽ domini ei⁹, quare differt? Pro qua causa uult tale differre negotiũ? Nihil melius quã uita bona & hic, & illic, & in baptizatis, & in catechumenis. Quid. n. graue est, dic mihi, qd nobis impatur? Habeto, inqt, uxorẽ tuã, & castus esto. Non hoc difficile est. Quo? Multi n. sine uxorib. castitatem seruant, nõ solũ Christiani, sed et pagani. Et quod excellit paganus propter uanam gloriam, tu autem neq; hoc custodis propter timorem dei. Da, inquit, pauperibus ex his quæ sunt tibi. Num *Tobie.4.b.*
hoc graue est? Sed hic accusant nos pagani, dicentes: Integras substantias exinaniũt propter uanam.

G gloriam. Noli, inquit, turpia loq. Num hoc difficile est? At si non esset imperatū, nōne debebamus hoc implere ne ihonesti appareamus? Quia uero magis contrariū huius difficile est, hoc est turpia loq, manifestum est ex eo qđ reueretur, & cōfunditur aia, cum tale aliqđ dicere fuerit concitata, quo nec gaudet, nisi forte cū est ebria. Quare. n. in publico non loqueris aliqđ turpe, sed in domo hoc facis, & secretos illic non facis pp̄ præsentes. Quare ante cōiugē tuam non facile turpia loqueris? Ne ad iniuriā eius hoc facere uidearis. Ne iniuries igitur mulierem, nō facis: Deum qui ubiq; p̄sens est, iniurians: non cō
Ephe. 5. d funderis? Vbiq;. n. p̄sens est, & oīa audit. Noli, inquit, inebriari, Hoc. n. & per seipsum iam suppliciū est. Non dixit, coarta corpus tuum. Sed quid? Non ita illud luxuriare facias, ut auferas ab anima principatum. Noli ad replendam cupiditatem eius procurationem facere. Non rapias, inquit, quę tua non sunt, noli auarus esse, noli peierare, Qualibus laboribus hæc opus habent, qualibus sudoribus? Non
H accuses, inquit, neque calumnieris. Econtra autem magis labor est, cum maledixeris, statim enim in piculum deueniens & in suspicionem, ne forte audierit, de quo maledixeris, siue magnus ille sit, siue minimus. Si enim magnus fuerit, reipsa confestim periclitaberis: si autem minor, similibus te ulciscitur, magis autem & peioribus, & maioribus te maledictis afficiet. Nihil difficile est, nihil graue est quod nobis imperatur. si uoluerimus. Si autem nolueri-
mus, etiam quæ facilia sunt, grauia nobis uidebuntur. Quid facilius quàm uesci? Ex multa uero dissolutione plurimi etiam in hoc difficultates patiuntur. Multos autē audio dicentes, qa & audire, & cōdere labor est. Horum autem nihil habet laborē. Si uolueris, in uoluntate oia constituta sunt, per gratiam duntaxat, quæ desuper est. Festinemus igitur ad bona, ut etiā æterna bona adipiscamur in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, unà cū sancto spiritu, gloria, imperium, honor nunc & semp, & in secula seculorum, Amen.

I Homilia. XIIII. ex cap. VIII.

Cap. 8. c *Caput autem in his q̄ dicuntur illud est, Talem habemus pontificē qui sedet ad dexteram sedis maiestatis in cœlestib. minister sanctorū, & tabernaculi ueri, quod fixit deus & non homo.* Cōmiscet humilia cum excelsis apls Paulus semper magistrum suū sequens, ut per humilia iter pararetur, & per illa ad excelsa quasi manu ducerentur, & in magnis cōstituti discerent ista accommodationis ac demissiōis fuisse, & per hæc ad illa deducantur. Postq̄ itaq; dixit, q obtulit seipsum, postq̄ eum ostēdit pontificē, quid intulit? Caput aut in his q̄ dicuntur illud est. Talem habemus pontificem, q in dextera sedet maiestatis. Et tamen hoc nō pontificis est, sed eius cui ab illo ministrari oportet sacerdotij functione. Minister sanctorū. Neq; minister simplr dictus est, sed sanctorū minister. Et tabernaculi ueri, quod fixit deus, non hō. Vides descensionē? Nōne paulo ante discernit, dicens: nonne omnes sunt administratorii spiritus? & ppea dixit, nō audiunt, sede à dextris meis: utpote illo, qui sederit ministri conditionem non gerēte. Cūo ergo hic minister dictus est, & minister sanctorum? Tabernaculum quippe hic dixit. Vide autem cūo excitauit animas eorum, qui ex Iudæis crediderant: quoniam n. fortasis imaginabā tur, quia tabernaculum tale nō habemus. Ecce, inquit, pontifex & magnus, & multo maior illo, & sacrificium mirabile obtulit. Sed intuere an non gloriationē hic sermo habeat, an nō solatiū. Propterea primo fidē fecit ex iureiurando, deinde ex tabernaculo. Nam erat quidē ipsa differentia manifesta. Ipse autem & aliam adinuenit. Quod fixit, inquit, deus non hō. Vbi sunt q dicunt moueri cœlū? Vbi sunt, qui ad sphæræ formā illud esse pronuntiant? Vtraq;. n. ista: excluſa sunt in hoc loco. Caput autē, inquit, in his q̄ dicūtur. Caput semper qđ maximū est dicitur. Iterum demittit sermonem suum postq̄ dixit quæ alta sunt, quoniā sine timore iam loquitur. Deinde ut agnoscas, quia minister de humanitate dictus est, intēde cūo iterū hoc ip̄m annotat. *Omnis enim pontifex*, inqt, *ad offerenda munera, & hostias constituitur, unde necesse est & hunc habere aliquid, quod offerat.* Ne forte quia audis quod sedeat, nugas esse putes, qđ pontifex esse dictus est. Illud quidem dignitatis est diuinæ, hoc est, sedere: hoc autē miserecordiæ multæ & amoris, quē nobis impēdit. Propterea hoc inculcat, & in hoc amplius cōmoratur. Veretur. n. ne illud subuertat, propterea iā ad hoc suū demittit sermonem, quoniā qrebāt quidā cur mortuus sit: Pontifex, inqt, erat. Pontifex autē sine hostia non est. Oportet igitur & hunc habere hostiam. Et aliter postquā dixit: quia sursum est, dicit & ostendit undiq;, qa pontifex est, ex Melchisedec, ex iureiurando, ex offerendo hostiā. Deinde etiā ex hoc, & necessariū construit aliū syllogismū. *Si enim esset super terram*, inqt, *nequaquam esset pontifex, existentibus sacerdotibus qui offerant secundum legem munera.* Si igitur est pontifex, sicuti est, oportet eū locū aliū quærere: super terrā qppe si esset, nequaquam esset pontifex. Cūo? Quia neq; obtulit, neq; sacerdotio functus est. Et meritò. Erāt. n. sacerdotes. Ostendit ergo quoniā neq; possibile est super terram esse sacerdotem. Cūo? Resurrectio non erat inqt. Hic necessarium est eleuare mentem nostram, & contemplari apostolicam sapientiam. Iterum nanq; differē tiam demonstrat sacerdotij. *Qui exemplari & umbræ deseruiunt cœlestium.* Quæ hic dicit cœlestia? spiritalia. Tametsi. n. & in terra geruntur, cœlis tamen hæ dignæ sunt functiones. Cum n. dominus noster Iesus xp̄s fuerit occisus, cum spiritus sanctus aduenerit, cum q sedet in dextera patris p̄sens affuerit, cum filij efficiātur p baptisma, cum ciues sint eorum q in cœlis sunt, cum patriā supernā ciuitatem & rem publicam in cœlis habeamus, cum pegrini simus in terris, cūo non sunt illa cœlestia? Sed quid sunt hymni, nonne cœlestes? Nonne q̄ in supernis chori incorporearum uirtutum canunt, eadem etiam & nos, q deorsum sumus, consonantia illis eloqmur? Nonne & altare cœleste consistit: Cūo? Nihil habet carnale. Omnia spiritalia fiunt, q̄ proponūtur. Non in cinerem resoluuntur, nō in fumos extenuā tur, non in uaporationes diffunduntur sacrificia, sed clariora & festiuiora efficiuntur, quæcunq; proponuntur. Cūo itaq; non sunt cœlestia sacra quæ celebramus? Cum. n. dicitur, Et quorumcunq; tenuerint peccata detenta sunt, & cuicunque dimiserint dimittuntur, & cum claues habeant cœli, cūo non sunt omnia cœlestia? Qui exemplari, inquit, & umbræ deseruiunt cœlestium, *Sicut responsum est Mosi, cum consummaturus esset tabernaculum.* Vide, inqt, *ut*

A *omnia facias secundum exemplar, quod tibi ostēsum est in monte.* Quoniā auditus noster min⁹ aptus est ad disciplinā percipiendam, q̄ uisus: non. n. ita animo cōmendamus quæcūq; audimus, cūo illa q̄ ipso uisu perceperimus, ostendit illi oīa. Siue ergo hoc uult quod dicit exemplar, & umbrā, siue de templo dicit: subiunxit. n. Vide, & facito, inquit, oīa, secundū exemplar quod tibi ostensum est. Vtrúmne de constructione templi tantum uidit, an & de hostijs, & cæteris omnibus? Quin puto minime quisquā errauerit & hoc dicens: cœlestis est. n. ecclesia, & nihil aliud est q̄ cœlum. *Nunc autem tanto excellentius sortitus est ministerium, quanto & melioris testamenti mediator est.* Vide, inqt, quanto sit ministerium istud altero præstātius? Siquidem illud exemplar & forma, istud uero ueritas. Sed nihil hoc proderat auditoribus, neq; lætificabat. Propterea igitur quod maxime eos lętificabat, dixit: *Quod in melioribus promissionibus sancitum est.* Postquā testamentum nouum extulit & à loco & à sacerdote, & à sacrificio, tunc demū & differentiā illius ponit. Dixerat qdem & primum, qđ infirmum sit & inutile. Et intuere qualia B ponit munimenta accusaturus illud. Illic. n. cum dixisset secundum potentiā uitę insolubilis, tunc intulit: quoniam reprobatio fit antecedentis mandati. Deinde & postremo magnū qddā posuit dicens, per qđ appropinquamus deo. Hic autē postquā ad cœlum nos eleuauit, & ostendit, qa pro templo cœlum habemus, & qđ uetera exemplaria fuerint nostrorum, & ministeriū & cultum nostrū istis reb⁹ extulisset, merito deinceps extollit & sacerdotium: sed sicut dixi qđ maxime eos lętificat hoc ponit dicens, qđ in meliorib. promissionib. sancitū est. Vnde hoc certū est? Quoniā illud qdem excluſum est, istud autem pro illo introductum. Propterea. n. & obtinet quia melius est. Sicut. n. dicit: Siquidem p-
Supr. 7. c fectio per illud est, quid adhuc opus est secundum ordinem Melchisedec alium suscitari pontificē: sic etiam hic eodem utitur syllogismo, dicens. *Si enim primum culpa uacasset, non utique secundi locus fuisset quæsitus. Nam increpans eos dicit.* Hoc est, si culpabiles fecisset. Quoniā. n. de hoc dixit, nō dixit, increpans
C illud, sed eos, proinde dicit: *Ecce dies uenient, dicit do-*
Hier. 31. f *minus, & consummabo sup domū Israel, & super domum Iuda testamentum nouum non secundum testamentum quod feci patrib. eorū, in die qua apprehendi manū illorum, ut educerem illos de terra Aegypti. Quoniam ipsi non permanserunt in testamēto meo, & ego neglexi eos, dicit dominus.* Etiā, & unde certū est, qa finē accepit? Ostēdit qdē & ex sacerdote, ostēdit aūt nunc & manifestius ip̄o uerbo, quoniā excluſum est. Cūo hoc? in melioribus promissionib. Etenim ubi aquę cōditionis & æstimationis sunt, dic mihi, terra & cœlum? Tu autem cōtemplare cūo & illic promissiones dixit, ne in isto hoc ip̄m accuses. Etenim illic, per quam melioremspem, inqt, approximam⁹ deo, ostendens qa & illic spes, & hic promissiōes meliores, significās, qa & illic promisit. Quoniā autem culpabant semper, Ecce. n. dies uenient, inqt, dicit dominus, & cōsummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouū, nō antiquū. Etenim ne forte hoc possent dicere, & ip̄s definiuit. Non. n. dicit simpliciter secundum testamentum, quod testatus sum ad patres eorum: ne illud quod ad Abrahā factum est, ipsum esse dicerent, aut ad Noe. Sed quale dicit? Non secūdum testamentū, quod cōstitui patrib. eorū, cum exirent de terra Aegypti. Propterea etiā intulit: in die qua apprehendi manum eorum ut educerē eos de terra Aegypti, & ipsi non manserunt in testamēto meo, & ego neglexi eos, dicit dominus. Intuere à nobis primum incipere mala: ipsi, inqt, primi non mānserunt. Ex nobis est negligētia, bona uero à deo, q̄ ad beneficia pertinēt dico. Hic ueluti excusatione cōstituit, causam ostēdens propter quam dereliquit eos. *Quoniam hoc est testamentum*, inquit, *quod cōstituam domi Israel, post dies illos, dicit dominus, dans leges meas in mentib. eorū, & in cordib. eorum conscribam eas, & ero illis in deū, & ipsi erūt mihi in populum.* Ad eum modum de tabernaculo ista loquitur, quādoquidem dicit, non secūdum testamētum, qđ constituit: Quæ est autem alia differētia, q̄ ista? Si autem differentiā esse qs dicat, non secundū hoc, sed secundum quod datur in cordib. eorum. Is non iā p̄ceptorum inducit differentiā, sed modū dandi ostendit. Non iam in literis, inquit, erit testamentum, sed in cordib. Ostendat itaq; hoc factum aliquando Iudæis, sed non inueniet. Iterum. n. in li E teris factum est, post regressionem ex Babylonia. Ego aūt ostendam apostolos, qui nullum scriptū, sed in cordibus acceperunt spiritum sanctum, propter quod etiā xp̄s dicebat: Ille cum uenerit in mētem reuocabit uobis omnia, & docebit uos. *Et non* *Ioā. 14. d* *docebunt*, inquit, *unusquisque proximum suum, & unusquisque fratrem suum, dicens. cognosce dominum, quoniā me oēs scient à minore usq; ad maiorem eorum quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatis eorum, & iniquitatum eorum non recordabor amplius.* Ecce & aliud signū: à minore, inqt, usq; ad maiorē eorū scient me, & non dicent, cognosce dominū. Quādo istud cōtigit, nisi mō? Manifestū qppe est, quod circa nos actū est: qđ aūt circa illos, no erat manifestum, sed reclusum in angulum. Nouum tūc dicitur, quādo aliud ostēdit, uel quādo plus aliqd habet, q̄ habuerit uetus. Ecce, inquit, & istud nouum existit, cum quædam eius remota sunt, qdam aūt manent: utputa si quis domum uetustā & casuram, totam immutans, & fundamēta noua constituēs, confestim dicimus, fecit eā nouā: cum uidelicet, aliqua quidē F eius auferat, aliqua uero immutet: Etenim cœlum nouū dicitur sic, quādo nequaquā æreum erit, sed cum pluuiā dederit, cum infructuosum nō fuerit, non quādo mutabitur, non quādo aliqua quidem eius excluſa fuerint, aliqua pmanserint. Proinde testamentū, inqt, istud bene nouū dixit. Vt itaq; ostēdam inueteratum esse uetus illud testamentum, secundum qđ nullum fructū adfert, & ut agnoscas integre, lege qđ dixerit Aggeus, qđ Zacharias, qđ angelus, necdum reditu eorum impleto. Quid etiam Ēsdras increpet, cūo exceperint eum, cūo nemo interroget dominū, ubi ēt ipsi transgressi sint, [r] & neque ipsi cognouerint. Intueris cūo quod tu uolebas destructum sit, ego autem meū ostendam: qđ istud testamentum proprie nouum dicatur. Alias uero neq; illud concedo de hoc dictum esse, quoniam erit cœlum nouū: quare. n. non magis quod dicitur in Deuteronomio, quia erit cœlum ęreum, hoc posuit ad differentiā significandā? Si aūt audieritis, erit nouum: & qdem ppea, inqt, aliud testamē tum dare repromittit, qu oniam in primo non mānserunt. Hoc ergo demonstro per ea, quæ dixit: quia

[r] *Suspicor legendum: Et neque ipsum, Esdrā scilicet, reueriti sunt.* *Deu. 18. c* *Rom. 8. a.*

G quod impossibile erat legis, in quo infirmabatur
Act.15.b. p carnē. Et iterū: Quid tentatis imponere iugū sup
collum discipulorum, quod neq; patres nostri, neq;
nos ualuimus portare: sed illi quidem non manse-
runt, inqt, hic autem ostenditur, qa maioribus nos
Psal.18.a dignos facit spiritualib. rebus. In oēm, inquit, ter-
ram exiuit sonus eorū, & in fines orbis terrę uerba
eorum. Hoc est, nō dicet unusquisq; ad proximum
Abac.2.e. suum, cognosce dominū. Et iterū: Implebitur terra
cognitiōe domini, sicut aquā multā coopuit mare.
In eo quod dicit, inquit, *nouum, antiquauit prius. Quod autē antiquatur & senescit, proximum est interitui.* Vide
quō quod absconsum erat, reuelauit, & ipsam men
tem Prophetę aperuit? Honorauit legem, & noluit
eā dicere uetustā noīatim, ueruntamen hoc dixit.
Si. n. illud nouum esset, nequaq; etiā istud testamen
tum postea nouum uocaret. Proinde amplius qd-
dā & aliud dans, antiquatum est, inqt. Ergo soluetur, & peribit, & iā non erit. Sūpta igitur a prophe-
ta fiducia, Paulo amplius in illud testamentū, inue
hitur, cōmode ostendens, quoniā nostra nunc flo-
H rent, hoc est, ostēdit illud uetustū esse. Deinde sum
pto noie uetustatis, & alio de suo adiecto, hoc est
senectutis: qđ reliquū erat ex alijs sumpsit, & dixit,
proximum est interitui. Itaq; non simpl'r cessare fe-
cit uetus testamentum, nouū qđ sequutum est, sed
Sup. 7.c. ueluti qđ senuisset, ueluti inutile, ppea dicebat: Pro
pter infirmitatem, & inutilitatē, & nihil pfecit lex:
& qa si primum inculpabile esset, nequaq; secundi
locus quæreretur. Nō ueluti obnoxium criminib.
sed ueluti effectum non habens, uulgarius locutus
est: ueluti si quis dicat, non est inculpabilis hęc do
mus, hoc est, habet uitium, debilis est. Non est icul
pabile hoc uestimentū, hoc est scissum est, iā putre
est: Non ueluti malum igitur hic accusauit, sed ue-
Morale. luti habens q̄relā; & uitium. Ita sanè & nos noui
sumus, magis autem noui aliquādo fuimus, nūc ue
ro antiquati sumus, ppea proximi sumus interitui,
& pditioni. Quō expoliemus istud senīū? Lauacro
qdem iam impossibile est, sed pnia dum hic sumus
possibile est: si qd uetustum est i nobis abiiciam⁹,
si qua ruga, si qua macula, si q̄ sordes, delauemur,
I efficiamur boni, ut concupiscat rex pulchritudinē
nostrā. Licet. n. & his, q ad extremā deformitatē de
ciderunt recreare pulchritudinem illā, de qua dixit
Psa.44.c Dauid: Concupiuit rex pulchritudinem tuā, audi
filia, & uide, & obliuiscere populi tui, & domū pa-
tris tui, & cōcupiscet rex pulchritudinem tuā, & ta
men obliuio pulchritudinem non facit inesse, hoc
est, pulchritudinem animæ. Sed qualis obliuio fa-
cit pulchritudinem? Obliuio peccatorū. Ad eccle-
siā qppe, q̄ ex gentib. est loquitur, admonens eā pa
rentum suorum non recordari, hoc est, sacrifican-
tium idolis. Ex talibus qppe congregata est. Et non
dixit, ne appetas: sed qđ amplius est, neq; in mentē
Psal. 15.b recipias. Quod & alibi dixit: Non recordabor no-
1bi. 16.b. minum illorum per labia mea. Et iterum: Vt nō lo
quatur os meum opera hominum. Sed necdū hæc
magna uirtus est. Magna qdem, sed nō talis. Illic. n.
quid dixit? Non dixit, Et non loquaris, q̄ patrū tuo
rum sunt: neq;, ne dicas, quæ sunt patrum tuorum:
sed quid dixit? Ne recorderis eorum, neq; in mentē
tuam ueniant. Vide quanto interuallo nos separa-
ri uult a malitia: Qui. n. non recordatur, neq; consi
derat, qui non considerat, neq; loquitur: q non lo-

quitur, neq; operatur: Intueris quātis nos circūse- K
pserit munimentis & quantis internallis separa-
uit? Audiamus igitur & nos, & obliuiscamur
malorum nostrorum, eorū q̄ peccauimus dico. Re
cordare, inqt, tu primus, & non recordabor ego. Ve
luti qđ dico non recordemur rapinæ, sed etiā q̄ ra-
puimus reddamus: hoc est, obliuiscamur malitiæ, & ex
cludere cogitationem rapacem, & nunquā suscipe-
re, sed etiā peccata q̄ sunt a nobis diluere. Et unde
nobis contingat, fortasse q̄ritis, obliuio malignita-
tis? ex memoria bonorum, ex memoria xp̄i. Si dei
semp recordati fuerimus, non poterimus illorū et Psa. 62.b
reminiscī. Recordabor, inqt, tui in strato meo, & in
matutinis meditabor in te. Oportet igitur semper
qdem, maximè autem tunc recordari dei, quando
in silentio cogitatio nostra est, quando per memo
riā illius condemnare seipsam potest, quādo in me
moria retinere pōt. Per diem. n. si recordemur, sub-
introeūtes alię curæ, & pturbationes iterum exclu
dunt eā cogitationē. Per noctem semp poterimus
recordari, quando in tranquillitate est, & in requie Ibi.4.b.
anima, quādo in portu, quādo in sereno. Loquimi- L
ni, inquit, in cordibus uestris, & in cubilib. uestris
compungimini. Oportebat qdem & p diem semp
istam habere memoriam: sed qa alijs curis occupa
mini semper, & multa cogitatio uestra dispergitur ſiu cubili
pp secularia, saltem tunc recordamini dei ſin cordi bus.
bus ſuestris, i matutinis meditemur i illo. Si in ma-
tutinis talia meditemur, cū multo munimine pro-
cedemus ad actiones nostras, si propitiū deum no
bis primitus faciamus interpellatione & supplicatio
ne, atq; ita procedamus, nullū habebim⁹ inimicū:
at si habeas, irridebis eū, deū habens propitiū. Bel
lū est in foro, pugna sunt actiones illę quotidianę,
inundatio sunt & tēpestas. Opus itaq; nobis est ar-
mis. Bona autem armatura est oratio. In prosperita
te uētorum oportet nos discere omnia, ut possim⁹
longitudinē diei sine naufragio pertransire, & sine
uulnerib. Multi qppe per singulos dies scopuli op-
positi sunt, & sæpius in illos elisa ratis demersa est.
Propterea opus est nobis oratione, maxime autem
matutina & nocturna. Olympiaca certamina plu-
rimi uestrū spectauerūt, & nō solū spectauerūt, sed M
& studiosi cultores & admiratores certāti⁹ fuerūt.
Et ali⁹ qdē illius, alius aūt istius amator fuit. Scitis
ergo quō & dies certaminis, & noctes illas p oēm
noctem pco nihil aliud curat, de nullo alio solici-
tus est, nisi quō in egressu indecorum nihil agat q̄
certaturus est. Illi. n. qui assident tubicini, monent,
ne loquatur alicui quidem, neq; spiritum suū alio
expendens derisui fiat. Si igitur ille, qui inter homi
nes certaturus est, tanta prouidentia utitur, multo
amplius nos conuenit semp curam habere & solici
tudinem, quib. omnis uita certamen est. Ois igitur
nox sit nobis peruigil, & curam geramus, quō per-
transeamus diem, ne forte derisui habeamur, atque
utinam solum derisui. Nunc autem sedet in dexte-
ra patris spectator certaminis, audiens diligenter,
ne forte aliqd absonum proloquamur, ne aliquid
præter modulamen: non enim rerum solarum, sed
etiam uerborum iudex est. Vigilemus itaq; dilectis-
simi, habemus & nos certaminum nostrorū, si no-
luerimus, studiosos. Vnicuiq; nostrum angelus as-
sidet. Nos aūt stertimus per totam noctem, atque
utinam hoc solū. Multi autē & flagitia plura com
mittunt,

A mittūt, alij quidē ad ipsa prostibula euntes, alij au-
tē domos suas domos fornicationis facientes, mere
trices illuc adducēdo. Isti satis bene cogitāt de certa-
miē, qđ cū diabolo certaturi sunt. Alij ebrij sunt,
ita ut aliena loquātur: alij pturbationes faciūt, alij
tota nocte uigilāt, sed malē, ita ut dormientibus pe
iores sint, plectentes dolos, alij usuras numerantes,
alij curis & solicitudinib. cruciantur, & omnia ma-
gis faciunt, q̄ ea quę ptinēt ad certamen: idcirco ob
secro, ut omnia relinquentes unū attendamus, qua
liter possimus palmā accipere, & corona adornari.
Omnia ergo pp hoc faciamus, per quæ poterimus
adipisci, q̄ nobis promissa sunt bona, quæ nos con
tingat pcipere in xp̄o Iesū domino nostro, cū quo
patri, una cum sancto spiritu, gloria, imperium, ho-
nor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia XV.

Cap.IX. Exod.26. & 36.a *Taque habuit quidem & prius illud iustificatio-*
nes, cultus, & sanctum seculare. Tabernaculum. n.
constructum fuit primum, in quo erat cādelabrū,
& mensa, & propositio panum, quæ dicuntur sancta. Post
B *uelamentum autem secundum tabernaculum quod dicebatur sancta sanctorum, aureum habēs thuribulum & arcam*
testamenti circunctectam ex omni parte auro, in qua erat ur
ſsup hāc autē) & sic paulo post. *na aurea habens manna, & uirga Aaron quæ fronduerat:*
& tabulæ testamenti, ſsuper quæ erant Cherubin gloriæ
obumbrantia propitiatorium: de quibus non est modo dicen
dum per singula. Ostēdit hactenus ex sacerdote, ex sa
cerdotio & ex testō, qa finē habiturum erat illud:
ostēdit aūt deinceps iā ipso tabernaculi schemate.
Quō? Hoc qdē, inqt, sancta, & sctā sanctorum habe
bat. Et sctā qdē prioris sunt symbola tpis: ibi quip
per p hostias omnia fiebant: sancta aūt sanctorum
huius tpis signa sunt nunc præsentis. Dicit autem
sctā sanctorum esse cœlum, & uelamentum cœli, &
carnē intrantem in interiora uelaminis: hoc est per
uelamen carnis eius. Bonum uero est ut ex paulo su
perioribus to loco resumpto dicamus. Quid ergo, in
quit? Habuit quidem & prius illud. Quod prius? Te
stamētum. ſ. iustificationes culturæ. Quid est iusti
ficationes? Symbola & leges quæ tunc erant. Tanq̄
quod nunc, inquit, non habeat, ostendit illud ces-
sasse. Tunc. n. habuit, inquit: proinde nunc etiamsi
C adhuc staret nō haberet. Tunc sanctum seculare di
cit: quoniā omnibus licebat intrare, & manifestus
erat ille locus i illo tabernaculo, ubi sacerdotes sta
bāt, ubi Iudæi, ubi proselyti, & Gentiles, & Nazarei.
Quoniā ergo & Gentibus accessibile erat, seculare
illud appellat: non. n Iudæi totus mundus erāt. Ta
bernaculum. n. inquit, constructum fuit primum,
quod dicebatur sancta, in quo erat cādelabrum &
mensa, & propō panum. Hæc symbola erant mun-
di. Post sc̄dm uelamen uero, non erat unum uela-
men: sed etiam for's uelamen erat tabernaculum,
quod dicitur sancta sanctorum. Attēde quō ubiq;
tabernaculum uocat, ex eo uoc̄ ibi habitetur. Au
reum, inqt, habens thuribulum, & arcam testamēti
circunseptam ex omni parte auro: in qua urna erat
aurea, habēs māna, & uirga Aaron q̄ fronduerat, &
tabulæ testamenti. Omnia ista uenerabilia erant &
clara, ingratitudinis Iudaicæ monumēta. Et tabu-
læ, inqt, testamēti. Fregerat qppe eas. Et māna. Mur-
muraueruntn. & ut deduceretur ad posteros me-
moria, impauit illud in urna aurea reseruari. Et uir
ga, inqt, Aaron q̄ fronduerat, super quæ erant Che-

rubin gl'iæ. Quid est Cherubin gl'iæ? siue gloriosa, D
siue q̄ sub deo sunt constituta. Obumbrantia, inqt,
propitiatorium. Sed & extollit hæc sua oratione, ut
ostendat, qa maiora sunt quæ post ista sunt. De qui
bus, inqt, non est nunc dicendum per singula. Hic
significauit quoniam non hæc sola erant q uidebā
tur, sed ænigmata quædam erant: de qbus, inquit,
nō est nunc dicendum p singula, fortasis qa opus
multo sermone haberent. *His igitur ita constructis*, in
quit, *in prius quidem tabernaculum semper ingrediuntur*
sacerdotes, culturæ officia consummantes: Hoc est, erant
quidem ista, sed non eis fruebantur Iudæi. Non. n.
uidebant ea. Proinde nō illis magis erant constitu
ta, q̄ illis quibus prophetabantur. *In secundum autem*
semel in anno solus pontifex non sine sanguine quem offer-
ret pro se, & pro populi ignorantijs. Intueris iam forma
ante præmissas. Ne. n. dicerent, quō unum est sacri-
ficium, ostendit illud iam inde ab initio esse. Siqui
dem quod sanctius erat, unum erat, & terribile, Et
quō pontifex semel hoc offerebat, si consuetudinē
ab initio acceperant? Etenim tunc pontifex, inquit,
semel offerebat. Et benedixit, nō sine sanguine, nō E
quidem sine sanguine, sed isto sanguine. Non. n. tan
tum erat negocium, ostendit quia erit sacrificium,
qđ igni non consumatur, sed ex sanguine quidē de
monstrandū sit. Quoniā. n. sacrificiū uocauit cru-
cē, neq; ignē habentē, neq; ligna, neq; ſoblationē? ſquod sæ
sed semel in sanguine oblatū, ostendit, qa & uetus pius offer
sacrificiū tale erat, & semel offerebatur in sanguine. retur.
Quē offerret, inquit, pro sē, & pro pp'i ignorantijs.
nō dixit peccatis: sed, ignorātijs, ne magnū sapiant.
Si. n. non uolens peccabas, sed nolens ignorabas, &
ab hoc nullus est mundus & ubiq; qđ suū est ostēn
dit: quoniam xp̄s multo maior est pontifex. Si. n. se-
paratus est a peccatis nostris, quō pro se obtulit?
Quare ergo ista dixisti, inquit? Hoc. n. quod melio-
ris sit, nusq; hic spectatur. Deinceps uero hoc cōte
platur ac dicit: Hoc, inquit, *significante spiritu sancto*
nondum manifestam esse sanctorum uiam, adhuc priore ta
bernaculo statum habente. Propterea, inqt, ista ita con
structa sunt, ut discamus, qa sctā sanctorū, hoc est,
cœlū, adhuc ē inaccessibile. Ne putemus ergo quo
niā ingredi illud, inqt, nō possumus, ideo non esse: F
nā neq; sctā ingressi sumus. *Quæ similitudo erat*, inqt,
pro tempore tunc præsente. Præsens tēpus quale dicit?
Ante presentiam xp̄i. Post aduentum. n. xp̄i nō iam
est præsens. Quō? Nam urgens est, & finem habens.
Aliud item significans hoc dixit: Quæ comparatio
præsentis est tpis: hoc est, forma facta est. *Secundum*
quam munera & hostiæ offeruntur, quæ non ualent secun-
dum conscientiam perfectum facere cultorem. Nosti quid
hoc est nihil pfecit lex. Et inculpabile erat prius il-
lud, Quō? Secundum conscientiā. Hostiæ. n. inquit,
nō sordes aiæ dimittebant: sed adhuc circa corpus
erant scdm legē mādati carnalis. Non. n. adulteriū,
nō homici'liū, nō sacrilegiū dimittere poterant. In-
tueris qđ dicat: hęc comede, illd nō comedas: Quæ
sunt indifferētia. *In cibis duntaxat & in potibus, & ua*
rijs baptismis Hoc pota, inquit, hoc noli. Et tamen de
potu nihil erat dispositū, sed ut ista extenuet, dicit.
Et uarijs baptismis, *Et iustificationibus carnis usque ad*
tempus correctionis imposita. Hęc. n. erat iustitia carnis.
Deijcit hic hostias, ostendens qa nullam habebant
uirtutem, & quia usque ad tps correctionis erant,
hoc est, tēpus sustinebant corrigens omnia. *Chri-*

Chry. legit τῶν γινομένων ἀγαθῶν ἀλλ᾽ τῶν μελλόντων.

Ioan.3.d

[æternũ.

Leu.11.a De.14.b Immundi nõ possunt seruire deo. Morale.

Ius autem aduenies pontifex bonorum, quæ facta sunt per maius, & perfectius tabernaculum, non manufactum. Carnẽ dicit in hoc loco. Bene & maiº & pfectius dixit: siquidẽ & deus uerbũ, & cuncta spũs operatio habitat in ea. Non.n.ad mensuram dat deus spiritum. Perfectius autẽ dixit, utpote, incomprehensibile, & maiora pficiens: Hoc est non huius structuræ. Ecce quo manus. Non.n.sine spiritu eam construxit, neq; ex hac creatura est: hoc est: non est ex his creaturis, sed spiritalis ex spiritu sancto. Intueris quo & taber naculum & uelamen, & cœlũ illud corpus uocat, p maius & perfectius tabernaculum, p uelamen, hoc est, carnem eius, & iterum in interiora uelaminis, & iterum intrantem in sancta sanctorum, ut appareat uultui dei. Quare ergo facit? secundum aliam & aliam significationem: utputa, Velamen cœlum est. Sicut.n. muro quodam discernit sancta uelamen: sic & caro abscondens diuinitatem, sic & tabernaculum habens in se diuinitatem, & tabernaculum iterum cœlum est: illic.n.est intus pontifex. Christus autem, inquit, ueniens pontifex. Non dixit, factus, H sed ueniens: hoc est, ad hoc ipsum ueniens, non alij cuipiã succedẽs. Non primo aduenit, & tunc factus est, sed sic aduenit. Et non dixit, aduenies pontifex hostiarum, sed bonorum q̃ facta sunt? ueluti nõ talens sermone uniuersum exprimere. *Neque per sanguinem*, inquit, *hircorum, aut uitulorum.* Omnia immutata sunt. Per propriũ, inquit, sanguinẽ introiuit semel in sctã. Et hic cœlum uocauit. *Semel*, inquit, *introiuit in sancta æterna redemptione reperta.* Et quod dixit, reperta, ostendit eorum esse, q̃ admodum difficilẽ parantur, & pter expectationem eueniunt, nempe, quo per unum ingressum æternam redemptionem reperit. Deinde probationem adiungit. *Si.n. sanguis taurorum & hircorum, & cinis uitulæ aspergens immundos sanctificat ad emundationem carnis: quanto amplius sanguis Christi, qui per spiritum æternum seipsum obtulit immaculatum Deo, mundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ut seruiamus deo uiuo?* Si.n. carnem, inqt, põt mũdare sanguis taurorũ, multo amplius animæ sordẽ diluet sanguis Christi. Ne.n.cum audis, sanctificat, magnũ aliqd putes, annotat & ostẽdit utriusq; mundationis differẽtiam. Et quo hoc? I Ista quidem excelsa, illa autem humilis. Et dicit, qa merito: siquidẽ ille quidem sanguis taurorum erat, iste autem Christi. Et non ei sufficit nomine tantũ hoc signare, ponit etiam modum differẽtiæ. Qui p spiritum, inquit, sanctum seipsum obtulit immaculatũ deo, hoc est, sacrificium immaculatum erat, mundũ à peccatis. Hoc.n.est per spiritum sanctum, non per ignem, non per aliena q̃dam. Et mundabit conscientiã nostrã, inquit, ab operibus mortuis. Bene dixit, ab operibus mortuis. Siquis.n.tangebat mortuũ polluebatur: & hic siqs tetigerit opus mortuũ, contaminatur p conscientiam. Ad seruiẽdum, inqt, deo uiuo. Hic manifestat, quia opa mortua habentes, non possunt seruire uiuo & uiuo deo, quia illa mortua sunt & falsa: & meritò. Nullus igitur opera mortua habens ingrediatur huc. Si.n.eum, q corpus mortuũ tangebat, nõ oportebat intrare in tẽplum, quãto magis eum, qui opa mortua habet? Pollutio quippe est pessima. Mortua quippe omnia opera sunt, q̃ uitam non habent, q̃ putorem spirãt. Sicut.n. mortuum corpus ad nullũ sensum est utile, uerum ẽt contristat appropinquantes: sic & peccatum confestim rõnem nostram percutit, & non K pmittit neq; mentem ipsam qescere, sed pturbat, & cõmouet. Dicitur aũt, quia & pestis cum generatur, corrũpi corpora. Tale qddã est & peccatum: à peste nihil differt, non qa aẽrẽ corrũpat primum, deinde corpora, sed cõtinuò in aiam insilit. Non uides eos qui peste laborant quo tumore quodam occupantur, quo conuertunt se, atq; reuertunt, quo fœtoribus sunt repleti, quo turpes sunt eorum facies, quo per totum immundi sunt? Tales quippe sunt etiam peccantes, etiamsi non uideant. Dic.n.mihi, nonne quouis febricitante peior est, qui cupiditate pecuniarum, uel corporum captiuus est? Nonne immundior istis oibus est, omnia turpia faciẽs & patiens? Quid.n.turpius uiro pecunias amante? Quæcunq; enim meretrices mulieres faciunt, q̃cunq; in scena cõmittuntur, nõ euitat efficere, sed tam absurda & iste operatur. Magis aũt fortassis illæ aliquid euitant, q̃ iste. Nam iste etiam seruilia, indecenti adulãdi modo perpetitur, rursus audax ubi non oportet. Vbiq; uarius est, malignis hominibus, & senib⁹, fortassis ẽt pditis, & multo pauperioribus & uiliorib⁹ L assidens adulatur, & alios bonos ex omni parte uirtutẽ habẽtes uituperat ferociter. Intueris ex utraq; parte turpitudinẽ & impudentiã? & humilis est p̃ter modũ & gloriosus. Sed prostant in ædibus meretrices, & hoc est earum crimen, qa corpus suũ uenundãt pecuniæ cã. Sed pauptas & fames cõpellit, licet neq; hoc idoneũ sit ad excusationẽ, poterãt. n. opus facientes enutriri. Hic uero stat auarus, non in domo, sed in media ciuitate: non corpus, sed aiam suã prostituẽs diabolo, ut & uoluptuetur cũ ea, & intret ad ea ueluti ad meretricẽ, & impleta oi cupiditate egrediatur, & uideat tota ciuitas, nõ duo uiri aut tres: & hoc proprium est meretricum, quia eius sunt q aurũ dat, sit ille seruus, sit monachus, sit qlibet, proponat aũt mercedẽ, suscipiũt, liberos uero, & si oim sint nobilissimi, sine argẽto nõ admittũt, hoc ẽt isti faciunt. Rectas qdem cogitationes, quando pecuniam nõ habẽt, auersantur: malis ãt, & deo uere repugnantibus cõmiscentur, & pulchritudinẽ animæ perdunt. Sicut.n.illæ, quę natura deformes ac nigræ sunt, & agrestes, & crassæ, & turpes, & malè M formatæ, & ex omni parte fœdæ: sic ẽt istorum essẽciuntur aię, & neq; externa politione deformitatem suã possunt contegere. Cum.n.extrema sit deformitas q̃cunq; adinueniant, quæcunq; excogitent, neq; sub fictione latere poterunt. Quoniã uero impudẽ *Hier.3.b* tia facit meretrices, audi Prophetã dicentem: Impudens facta es ad oẽs, facies meretricis facta est tibi, hoc etiã ad auarum dici p̃t, Impudens factus es ad oẽs. Non ad istos, aut ad illos, sed ad oẽs: Quo? Nõ patrem, non filiam, non coniugem, non amicum, non fratrem, non benefactorem, nullum, ut absolutè dicam, reueretur hmõi. Et quid dico amicum & fratrem, & patrem? ipsum non reueretur deum, sed oia fabulę illi uidẽtur, & risus. Ex multa cupiditate ebrius, & neq; auditu pcipit aliqd, quæ illi prodesse possũt. O absurditate: & qlia loquũtur? Vę tibi mã mona, inqunt, & ei q te non hẽt dissipor ex indignatione. Væ qppe ista dicentibus, etiam per risum hęc dicant. Dic mihi talem cõminationem, cõminatur deus dicens: Non potestis duobus dominis seruire, *Matt.6.c* tu autem dissoluis cõminationem? Nõne idololatriam hanc dixit Paulus? Et auarum, idololatrã uo *Ephe.5.b*

A cat, tu uero uides seculares q̃ mulieres ad risum cõcitas, nempe in scena constitutas, hoc est, quod oia subuertit, hoc omnia deiicit. Omnia nostra risus sunt, ciuilitas & urbanitas, iam nihil est stabile, nihil graue. Nõ ad sctãres uiros ista loquor tantũ, sed nouũ quos significo. Risu.n.repleta ẽ eccl'ia. Si ille & ille facetũ quiddã loquatur, risus cõfestim sedẽtes occupat: & qd adhuc mirabilius est, in ipso tpe orationis non quiescunt multi à risu, ubique uagãtur. Diabolus oẽs illigauit, omnes occupauit, omnibus dominatur, exhonoratus est Christus, cõtẽptus est, nullius momenti habetur eccl'ia. Nõne au *Ephe.5.a* distis Paulum dicentẽ: Turpitudo & uaniloquiũ, & scurrilitas abiiciatur à uobis? Cũ turpitudine & scurrilitatẽ posuit, tu autẽ rides? Vaniloquiũ quid est? Quod nullam habet utilitatẽ. Omnino uero rides & effundis faciẽ tuã, qui monachũ profiteris, qui crucifixus es, qui luges. Rides, dic q̃so, Vbi xps hoc fecit? Audisti hoc alicubi? Nusquã, sed contristatum quidem sæpius legisti. Etenim quando Hie *Mat.23.d Ioan.11.c* rusalem uidit, lachrymatus est: & quãdo traditorẽ B intellexit, turbatus est: & quando Lazarũ suscitaturus erat, plorauit, tu aũt rides. Si qui pp aliorũ peccata non dolet, accusatione dignus est: q in suis sine dolore existit, & ridet, qua uenia dignus erit? Tẽpus est luctus & tribulationis, sub afflictione & sertitute certaminũ, & sub doloribus res agitur, & tu *Ge.18.b. Luc.6.d* rides? Non intueris quo increpata est Sara: Nõ aduertis xpm dicentem: Væ uobis, qui ridetis, quoniam plangetis? Ista psallẽs per singulos dies, quid dicis? Dic mihi, nũ alicubi dicis, quoniam risi? Ne- *Psal.6.b* quaquã: sed qd? Defeci in gemitu meo. Fortasse etiã sunt aliqui ita dissoluti, & remissi, ut etiã in hac increpatione rideant, quoniã de risu disputamus. Etenim talis est dementia, talis est stupor, neq; increpationẽ sentit. Stat sacerdos dei orationẽ offerens cunctorũ, tu autẽ rides, nihil timens: & ille quidẽ tremẽs orationẽ pro te offert, tu aũt cõtemnis. Nõ aduertis scripturam dicentẽ: Vę contemptoribus? Non contremiscis? non colligis temetipsum? Et in *Tob.13.c* aulam quidẽ regiam intraturus, & habitu, & oculis, & incessu, & in cunctis alijs cõponis & ornas te C metipsum: huc autẽ ingressurus, ubi uere ẽ aula regia, & talis, qualis cœlestis est, rides? Et tu qdẽ scio, qa nõ uides. Audi tamẽ qa angeli pẽsentes sunt ubique, & maxime in domo dei adstãt regi, & oia plena sunt icorporeis illis uirtutibus, Ille mihi sermo etiam ad mulieres dicitur. Illæ inter uiros qdẽ non cito audent hoc facere: & si faciunt, nõ tamen sem per, sed in tpe remissionis. Hic autem & uelas & obnubis caput tuum. Dic mihi, & rides, ô mulier in eccl'ia sedens? Ingressa es cõfiteri peccata tua, proci dere deo, postulare & deprecari pro delictis tuis, & cum risu hoc facis? Q̃o ergo eum propitiare poteris? Et quid? Malum est risus, inquis? Non est malũ risus, sed malum quando sit importuno tpe & immoderatè. Risus.n.inditus est nobis, ut quãdo ami cos post multum tpis uiderimus hoc faciamus: quando aliquos delinquentes, & timentes, ut refoueamus eos risu, non ut cachinnemur, & semper rideamus. Risus in est aiæ nostrę, ut remissionem aliquando habeat aia, nõ ut diffundatur. Nam & cupiditas corporum inest nobis, & nõ necesse ẽ utiq; qa inest nobis aut uti illa, aut immoderatè uti: sed retinemus eam, & nõ dicimus, quoniam ineſt, uta- D mur. Cũ lachrymis serui deo, ut possis diluere pec cata tua. Noui qa multi nos subsannant, dicentes: ecce statim lachrymæ. Propterea & tps est lachrymandi. Scio quia & contradicunt nobis q dicunt, *1.Co.15.d* manducemur & bibamus, cras.n.moriemur. Vani *Eccl.1.a* tas uanitatum, oia uanitas. Non ego dico, sed ipse, qui experimentum cunctarum rerum accepit, hæc dixit: Aedificaui mihi domos, plãtaui uineas, instiI tui & natatorias aquę, feci mihi pocillatores, & cya *Ibid.2.a* thos: & qd post hæc? Omnia uanitas, inquit, uanitatũ, oia uanitas. Lugeam⁹ ergo dilectissimi, lugeamus, ut reuera rideamus, ut uere gaudeam⁹ in tpe gaudij syncerioris. Huic.n.gaudio oibus modis ẽt tristitia permista est, & nunquam purum inueniri potest. Illud gaudium syncerũ quiddam est, & sine fraude, & nihil habens subdolum, neq; permistũ. Illud ergo gaudiũ gaudeamus, illud insequamur, alias neq; adipisci potes istud gaudium, etiamsi ue lis. Proinde non quæ uoluptuosa sunt, sed quę pro sunt, eligamus. & paululum affligamur uolentes, & cũ gratiarum actione oia tolerantes. Sic n.poterimus & regnum cœlorum adipisci, cuius nos cõtin E gat oẽs dignos effici, in xpo Iesu domino nostro, cum quo deo patri gloria, unà cum sancto spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Homilia. XVI. ex cap. IX.

Tppea Testamenti noui mediator est, ut morte facta ad redemptionẽ earum transgressionem, quæ fuerant sub priori testamento repromissionẽ accipiant hæreditatis æternæ, ij qui uocati sunt. Vbi n. testamẽtũ est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamẽti quippe in mortuis cõfirmatur, aliàs nũquã ualet dum uiuit qui testatus est. Vnde neq; primum sine sanguine dedicatũ est. Lecto.n.omni mandato legis, à Mose, uniuerso populo, accipiens sanguinẽ uitulorum & hircorũ, cum aqua, & lanæ coccinea & hyssopo, ipsum quoque librũ & omnẽ populũ asperſit dicens: hic sanguis testamẽti qd mandauit ad nos deus, &c. Possibile erat multos, q infirmiores erãt, ex eo quòd mortuus est Christus, maxime nõ credere promissionibus eius. Paulus igitur ex abũdãti hoc ponit, exẽplo ex cõmuni cõsuetudine sumpto Quale autẽ hoc est? Propter hoc ipsum igitur, inqt, F oportet cõfidere. Quare? Quia non uiuentibus testatoribus, sed mortuis, firma sunt testamenta, & fortitudinem accipiunt. Propterea, inqt, noui testamẽti mediator est. Testamentum.n. circa nouissimum diem fit defunctionis. Tale autẽ est testamentum. Alios quidem hęredes habet, alios aũt exhęredat, Sic etiã hic, Volo ut ubi ego sum, inqt, Christus, & isti sint. Et iterum de exhæredatis audi illũ dicentẽ: *Ioã.17.c* Non de oĩbus rogo, sed pro credẽtibus, per uerbũ eorum in me. Iterum testamentũ q̃dam habet testatoris, quædam eorũ qui suscipiunt, ita ut q̃dam suscipiant, quædam faciant. Sic etiam hic. Postq̃ n. *Ioã.17.d* promisit innumera bona, exegit & ab eis dicens: Mandatum nouũ do uobis. Iterũ, testes debet habere testamentũ. Aduerte illum iterum dicentem: *Ibidẽ.8.c* Ego sum qui testimoniũ perhibeo de memetipso, *&.13.d* & testimoniũ perhibet de me, q me misit. Et iterũ, ille testimoniũ perhibet de me, de paracleto dicẽs: *Ibi.15.d* & duodecim apostolos misit, dicẽs: Testificamini in conspectu dei. Et ppea, inquit, testamenti noui mediator est. Quid est mediator? Mediator.n.non est dominus rei cuius est mediator, sed & alia qdẽ res, alius est mediator: utputa, mediator nuptiarũ

G fit,nō ſpōſus,ſed adiumās ſponſum q ducturus eſt. Sic etiā hic mediator filius factus eſt patris, & noſter. Nolebat nobis dimittere pater hereditatē iſtā ſed iraſcebatur nobis,& indignabatur tanquā ab alienatis. Mediator autē factꝰ eſt noſter & patris, & perſuaſit illi. Et quid igitur? Qūo mediator factus eſt? Sermones detulit, & attulit ea q̄ à patre mittebantur perferens ad nos. Addit etiā mortē. In offenſione qppe eramus, mori nos oportebat, mortuus eſt pro nobis, & fecit nos dignos teſtamento. Hoc modo firmum factū eſt teſtamētū. An non in indignos iam factum? In ipſo qdē initio, tāquam pater in filios afficiebatur. Sed quia indigni facti ſumus, non iā teſtamēto nobis opus erat, ſed pœna. Quid igitur gloriaris, inquit, in lege? In tantum peccatū quippe nos illa conſtituit, ut ſaluari non poſſemus aliquando, niſi pro nobis dominus moreretur. Ne quaquā ualuit lex, ſiquidē eſt infirma. Et non tantum ex cōmuni conſuetudine hoc cōfirmat: ſed ēt

H ex his quæ in ueteri teſtamento contingebant, ma
εὐδ'εἰς ξιμε xime eos iducit. Nullꝰ fuit q mortuus eſt illic. Qūo
τελευ ergo firmū eſt teſtamentū? Per eundem ipſum mo
τηκῶς dum, inquit. Qūo.n.& illic ſanguis, ſic etiam hic
ἐχει. ſanguis. Si autē non erat Chriſti ſanguis, non mire
ris, typus.n.erat, Vnde dixit: Neq; primum ſine ſan
guine dedicatum eſt. Quid eſt dedicatum eſt? Firmum factū eſt, roboratum eſt. Quod autem dixit, unde, tale eſt quale ſi diceret. Propterea oportebat teſtamenti ſymbolum eſſe & mortis. Cur.n. dic mihi, codex teſtamenti aſpergitur? Dixit n poſt quā dictum eſt omne mandatum ſecundum legem Moſi omni plebi, accipiēs ſanguinem uitulorū, cū aqua & lana coccinea, hyſſopo, & ipſum librum, & omnem populum aſperſit, dicēs: Hic eſt ſanguis teſtamenti qd mandauit ad uos deus. Cur ergo, dic mihi, liber teſtamenti, & populus aſpergitur, niſi qd pretioſus ille ſanguis ab initio illo ſchemate p̄nuntiabatur? Quare aūt hyſſopo? ſpiſſum qddam eſt & tenax. Quare aqua? Oſtendit mundationē p aquā. Quare lana? Et illa ad hoc aſſumebatur, ut retineret ſanguinē. Oſtēdit in hoc loco idē eſſe & ſanguinē, & aquam. Baptiſma.n. eius etiā paſsio eius eſt.

I *Et tabernaculum*, inquit, *& omnia uaſa miniſterij ſangui ne ſimiliter aſperſit, & penè oīa in ſanguine mundātur ſecundū legem, & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſsio.* Quare aūt dixit penè? quare illud ſic temperauit? Quoniā in illis nō erat perfecta mundatio, neq; remiſsio perfecta, ſed ſemiperfecta, & in minima parte. Nunc aūt, hic eſt, inqt, ſanguis noui teſtamenti, q pro uobis effuſus eſt in remiſsionē peccatorū. Vbi eſt igitur liber? Munda uit mentes eorū. Ipſi igitur erant libri noui teſtamenti. Vbi etiā uaſa miniſterij? Ipſi ſunt. Vbi ē tabernaculū? Ipſi ēt hoc ſunt. Inhabitabo, inqt, in illis, & inambulabo: Verū nec lana coccinea, nec hyſſopo aſperſi ſunt. Quid ita? Nō.n. corporalis erat mūdatio, ſed ſpiritalis, & ſanguis ſpiritalis. Qūo hoc? Nō ex corpore manauit? Ex corpore qdē ſed qd ſperat à ſpiritu ſancto fabricatū. Hoc uos ſanguine non Moſes, ſed Chriſtus aſperſit, per uerbū quod dictū eſt: Hic eſt ſanguis noui teſtamēti in remiſsionē peccatorum. Hic ſermo pro hyſſopo ſanguine infectus oēs aſpergit. Et illic qdē corpꝰ extrinſecus mūdabatur: corporalis quippe erat mundatio: hic autem quia ſpiritalis eſt mūdatio, in animam ingreditur iſta mūdatio,

Non ſimplꝰ aſperſus, ſed uelut fons emanans in animabus noſtris (Sciunt q̄ dicūtur, qui imbuti ſunt) & in illis qdē ipſam ſuperficiē aſpergebat, & iterū abluebatur aſperſus. Non.n. cruentatus ſemp deābulabat. In aīa uero non ita eſt, ſed ipſi eſſentię cō miſcetur ſanguis, fortem illā faciens & mūdam, & ad illam inenarrabilem pulchritudinē perducens. Oſtendit autē deinde mortē nō firmitatis cauſam eſſe ſolū, ſed etiam mundationis. Quoniam enim mors polluta res eſſe uidebatur, & maxime quę per crucem fiebat, dicit qa hoc magis mundauit, & qa pretioſa mundatio eſt, & maioris habetur. Propterea ſacrificia anteceſſerūt pp iſtū ſanguinem, propterea agni, & cuncta propter hoc fiebant. *Neceſſārum ergo ut exēpla*, inquit, *eorū q̄ in cœlis ſunt, per hæc mundentur: ipſa aūt cœleſtia melioribus ſacrificijs quā iſta ſunt.* Et qūo exempla ſunt eorum, quæ in cœlis habentur? Quæ autē nunc uocat cœleſtia? nū cœlū, aut angelos? Nihil tale, ſed iſta q̄ apud nos gerūtur. In cœlis ergo ſunt iſta q̄ noſtra ſunt, & hæc noſtra cœleſtia ſunt, quāuis in terra celebrentur. Siqdē & angeli in terris ſunt, ſed tamē cœleſtes uocātur. Nā L & Cherubin in terris apparuerūt, & tamē cœleſtia ſunt. Et qd dico apparuerunt? In terris ēt cōuerſantur, ſicut in paradiſo. Imò neq; hoc. Iſta.n. cœleſtia *Phili.3.d* ſunt: cōuerſatio etiā noſtra in cœlis eſt, quāuis hic cōuerſemur. Quæ eſt iſta conuerſatio noſtra? Hęc eſt, philoſophia. ſ. quæ apud nos eſt, q ad cœlū uocati ſumus. Melioribus, inqt, ſacrificijs, q̄ hęc ſunt. Quod melius eſt, bono aliquo meliꝰ eſt. Bona ergo fuerunt etiā exempla eorum q̄ in cœlis ſunt, nequaquam.n. exempla illa mala erant, alioquin etiā ma
Morale. la eſsēt, quorū exēpla ſunt. Si igitur cœleſtes ſumus nos, & tantū ſacrificiū adepti ſumus, timeamus, & nō permaneamus in terra: poteſt.n. non eſſe in terra & nunc, quicunq; uoluerit. Eſſe.n. in terra & non eſſe, modo quodā, & uoluntate fit: utputa exempli gratia: Deus dicitur eſſe in cœlo, quare? Nō loco cōcluſus, abſit, neq; terrā ſua p̄ſentia deſtitutā derelinquens, ſed habitudine quadā & familiaritate, quā habet ad angelos, dicitur eſſe i cœlo. Si ergo & nos appropinquamus deo, in cœlo ſumus. Quid.n. mi M hi curæ eſſet cœlū, cū uideā deū cœli, cū ego efficiar cœlū? Veniemus, inqt, & ego & pater, & māſionem apud eum faciemus. Faciamus igitur aīam no *Ioā. 14.c* ſtram cœlum. Clarū qdē & feſtiuum eū cœlū propria natura. Neq;.n. in hyeme nigrum efficitur, nō enim ipſum eſt qđ cōuertit faciē, ſed nubes cōcurrentes illud obtegunt. Cœlū aūt ſolē habet, habemus & nos ſolē iuſtitiæ. Dixi, iā quia licet nobis fieri ſicut cœlū. Video autē, qa & meliores fieri cœlo licet nobis. Quonā modo? Quando dominū ſolis habemꝰ. Cœlū ubiq; mūdū eſt, & ſine macula, nō in hyeme, nō i nocte mutatur. Proinde & nos neq; in tribulationibꝰ, neq; i uerſutiis diaboli hoc patiamur, ſed maneamus imaculati & mūdi. Cœlū altū eſt, & multū diſtans à terra. Hoc ēt nos faciamus, ſeparemus nos à terra, & i excelſum illud leuemur, & multū nos à terra extollamꝰ. Cœlū ſuperius eſt, & ab imbribus, & à pluuiis, & à nullo cōſumitur: hoc & nos poterimꝰ, ſi uoluerimus. Cœlū qdē putatur pati, uerūtamē nihil patitur ipſum. Sic igitur & nos, ēt ſi putamur pati, tamē nō patimur. Sicut enim in hyeme multi qdē pulchritudinē eius non agnoſcūt, ſed putant illud mutari: philoſophi uero ſciunt,

A ro ſciunt, qa nihil paſſum eſt: ſic & de nobis in tribulationibꝰ. Multi qdē putāt nos immutatos, & tribulatione cor noſtrū eſſe tactum, philoſophi autē ſciunt quoniā nos non tetigit. Efficiamur itaq; cœlum, aſcendamus in altitudinē illam, & ita uidebimus homines, ut putemus a formicis, nihil differre. Nō pauperes dico tantum, neq; plebeios, ſed etiam ſi magiſtratus, ſi impator ſit, non uidebimus imperatorem, neq; priuatum agnoſcemus. Quid aurum, quid argentum, quid ueſtis ſerica, qd oſtrum? Cuncta tanq̄ muſcas uidebimus, ſi in illa altitudine ſederimus, Nullꝰ illic tumultus, nulla illic pturbatio, neq; clamor. Et qūo, inquis, fieri poteſt ut ad illam altitudinem ſubleuetur qui in terra ambulat? Non tibi uerbo quidem dico, ſed ego tibi ipſis operibus oſtendā eos qui ad illam altitudinem peruenerūt. Quos iſtos? Paulum dico, & eius ſimiles, q in terra coſtituti, in cœlo conuerſabantur. Et quid dico in cœlo? Altiores cœlo erant, ēt alio cœlo, & ad ipſum
Rom.8.g peruenerunt dominū. Quis nos ſeparabit, inquit, à charitate Xp̄i? tribulatio? an anguſtia? an pſecutio?
B an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Et
2.Co.4.d iterum: Non attendentes quæ uidentur, ſed ea quæ non uidētur. Intueris qa neq; uidebat, q̄ uidentur, ſed q̄ non uidentur? Intueris quia neq; uidebat, q̄ in præſenti ſunt? Vt āt tibi oſtendā, quoniā cœlis ſuperior erat, audi illum dicentem: Certus ſum.n. quo-
Rom.8.g niam neq; mors, neq; uita, neq; præſentia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profundum, neq; alia creatura poterit nos ſeparare à charitate Xp̄i. Intueris qūo cuncta pertranſiens eius animus, ſuperiorem eum fecit: non hac tantum creatura, non his cœlis, ſed alijs etiam quicunq; ſunt? Vides altitudinem mentis? uides tabernaculorum opificē quid factus ſit? quoniam uoluit, qui in foro totam uitam tranſigebat: Nihil eſt.n. impedimenti, nihil eſt quominus liceat omnia trāſcēdere, ſi tamen uoluerimus. Si.n. artes eas, quę multos ſuperant, ita percepimus: multo amplius quod tanto nō indiget labore. Quid.n. dic mihi, difficilius, q̄ ſuper funem extenſum ambulare, ueluti ſuper æquale ſolum, & ſurſum ambulantem, & ueſtiri, & ſpoliari, tanq̄ in lecto ſedeat? Nōne
C mirabilis nobis iſta res uidetur, & terribilis, ut etiā uidere nolimus, ſed timeamus & tremamus ad ipm aſpectum? Quid autem, dic mihi, difficilius, q̄ contum in fronte portare, & impoſitum puerum multa milia ſchemata facientem, ibidem baiulare, & delectare ſpectantes? Quid autem difficilius, q̄ cum gladijs pilarum more ludere? Quid autem grauius, dic mihi, q̄ profundum pelagi ſcrutari? Et decē milia alias artes quis dicere poſſet: ſed omnium iſtarum facilior eſt uirtus, ſi uoluerimus & in cœlum aſcendere. Velle.n. hic opus eſt tantum, & omnia ſequuntur. Non potes.n. dicere, non poſſum: neq; accuſare potes conditorem. Si.n. impotentes nos fecit & deinde imperat, culpa eius eſt. Qūo ergo inquis, multi non poſſunt? Quomodo ergo multi nolunt? Si.n. uoluerint, omnes poterunt: propter hoc & Paulus dixit: Volo omnes homines eſſe ſicut me ipſum. Quoniam ſciebat quod omnes poterāt eſſe
1.Co.7.b ſicut ipſe. Nequaquam enim hoc diceret, ſi impoſſibile eſſet. Vis fieri? Principium tantum apprehende. Dic autem mihi: in artibus cunctis, cum uoluerimus in eis perfecti fieri, num ſufficit nobis uelle? an non etiam aggredimur ipſas res? Veluti quod dico: Vult aliquis fieri gubernator, non dicit uo- D lo, & hoc ei ſufficit, ſed etiam rem ipſam aggreditur. Vult fieri negociator, non dicit uolo tantum, ſed etiam rem ipſam aggreditur. In long inqua uult proficiſci, non tantum dicit uolo, ſed ēt rem ipſam aggreditur. Et ſic in omnibus non ſufficit uelle tantum, ſed etiam opus oportet addere. In cœlum aūt uolens aſcendere, dicis tantum, uolo? Qūo ergo dicebas, inquis, quia uelle ſufficit? De uoluntate dixi, cui fit adiunctum opus ipſum, q̄ laborāti in ipſa re concertet. Habemus qppe cooperatorem & adiutorē deum, tātum uelimus, tantum opere accedamus ad rē ipſam tātum curam geramus, tantum in mentē ponamus, & cuncta ſequentur. Si uero dormierimus, & ſtertentes ſperemus intrare in cœlum, quando poterimus hereditatē cœlorum apprehendere? Velimus ergo, obſecro, Velimus. Quid omnia ad p̄ſentem uitam negociamur, quam cras derelinquemus? Aſſumamus igitur uirtutem, quę nobis in perpetuum ſufficiet, in qua erimus ſemper, & æternis bonis fruemur: quæ nos omnes contingat adipiſci in Chriſto Ieſu domino noſtro, cum quo patri, unà B cum ſancto ſpiritu, gloria, imperium, honor, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia XVII. ex cap. IX.

On enim in manufacta ſancta introiuit Chriſtus
n *exemplaria uerorum, ſed in ipſum cœlum, ut appareat nunc uultui dei pro nobis. Neque ut ſæpe offerat ſeipſum, quemadmodum pontifex intrat in ſancta per ſingulos annos in ſanguine alieno, alioquin oportebat eum ſæpius pati à conſtitutione mundi. Nunc autem ſemel in conſummatione ſeculorum ad deſtructionem peccati per hoſtiā ſuam apparuit. Et quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium: ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata, ſecundo ſine peccato apparebit omnibus expectantibus ſe in ſalutem.* Alta ſapiebant Iudæi de templo & tabernaculo, propter quod dicebant: Templum domini, templum *Hier.7.a* domini, templum domini. Neq;.n. alibi in terra cōſtructum erat tale templum, ſiue quod ad ſumptū, ſiue quod ad pulchritudinem, aut aliud quicquam attinet. Deus.n. qui imperauerat, iuſſerat illud cum
F multa magnificentia fieri, quia & illi corporalibus
2.Re.12. magis attrahebantur & alliciebantur. Capitella qp
g pe columnarum habebat aurea in parietibus, & li-
Exec.4.a cet unicuiq; uolenti in ſecundo libro Regum, & in Ezechiele hoc cognoſcere, & quanta auri talenta expenſa ſunt in illo tempore. Secundum uero ædificium, clarius factum eſt, & in pulchritudine, & in alijs omnibus. Et non ex hoc ſolum erat uenerabile, ſed etiam quod unum erat. Omnes quippe à finibus terræ illuc ueniebāt, ſiue ex Babylonia, ſiue ab Aethiopia. Et hoc manifeſtans Lucas in Actibus dicebat: Erant illic habitantes, Parthi, & Medi, & Ela-
Actо.2.b mitæ, & qui habitant Meſopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum, & Aſiam, Phrygiā, & Pamphiliā, Aegyptum, & partes Libyæ, quę eſt iuxta Cyrenem. Ex omni ergo undiq; mundo illuc cōueniebant, & multum erat nomen illius templi. Quid ergo Paulus facit? Quemadmodum. n. in ſacrificijs ita & hic facit. Sicut enim illic mortem oppoſuit Chriſti, ſic etiam & hic cœlum totum opponit tēplo. Et non hoc ſolum differentiam oſtendit, ſed etiam hoc quod pontificem q̄ proximē ad deum conſtitutum eſſe ſubijcit: Vt appareat, inquit, uul-

G tui dei. Proinde non ex cœlo tantum, ſed etiam ex ingreſſu rem uenerabiliorem facit. Non.n. ſimpl'r ſi cut hic per ſigna quædam, ſed ipſum deum uidet il lic. Intueris quia accommodationis ac demiſſionis gratia ubiq; humilia dicta ſunt? Quid iam admiraris ſi interpellat, cum eum cõſtituat ueluti ſacerdotẽ? Neq; ut frequenter ſemetipſum offerat, ſicut pontifex. Neq; in manufacta ſancta ingreſſus eſt, inquit, Chriſtus exemplaria uerorum. Igitur illa ſunt uera, hæc aũt exemplaria. Etenim templum ita conſtructũ eſt, ſicut cœlũ cœli. Quid dicis? Niſi intrauerit in cœlũ, non apparebit deo, qui ubiq; eſt, & omnia implet? Intueris qa carnis ſunt hæc omnia? Vt appareat, inqt, uultui dei pro nobis. Quid eſt, pro nobis? Cũ ſacrificio aſcẽdit, inquit, quod potuit propitiare patrem. Quid.n. dic mihi? Ipſe erat inimicus? Angeli inimici erant, ipſe non erat inimicus. Quia.n. *Ephe.1.b* angeli inimici erant, audi quid dicit: Pacificauit q̃ in terris, & quæ in cœlis ſunt. Proinde & ipſe introi uit in cœlum, nunc ut appareat uultui dei pro nobis, nunc ut appareat, ſed pro nobis. Neq; frequẽter H offerat ſemetipm quẽadmodũ põtifex intrat in ſancta p ſingulos annos i ſanguine alieno. Intuere quã tæ differẽtiæ, ſæpe & ſemel, i ſanguine alieno & ſanguine proprio multũ intereſt. Ipe ergo & ſacrificiũ, & ſacerdos, & hoſtia. Si.n. nõ hoc eſſet, multa oportebat ẽt ſacrificia offerri, ſæpius oportebat crucifigi. Alioquin oportebat eum, inqt, ſæpius pati à conſtitutione mundi. Hic etiam quiddam uelauit. Nũc autem, inquit, ſemel in cõſummatione ſeculorum. Quare in cõſummatione ſeculorũ? Poſt multa peccata. Si.n. à principio facta fuiſſent & poſtea nemo credidiſſet, nõ oportuiſſet aũt ſecundo eum mori: infructuoſa fuiſſẽt omnia. Quia uero poſtea multa erant peccata, merito tunc apparuit: quod ẽt alibi *Rom.5.d* dicit: Vbi abundauit peccatum, ſuperabundauit & gratia. Nunc aũt, inqt, ſemel in conſummatione ſeculorum ad deſtructionem peccati per ſacrificium ſuum apparuit. Et quẽadmodũ ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc aũt iudiciũ deinde dicit: Et ſemel mortuus eſt. Quia una morte redẽptio I facta eſt. Inſtitutũ eſt, inqt, hominibus ſemel mori. Hoc ergo eſt, ſemel mortuus eſt pro omnib⁹. Quid ergo? Non morimur morte illa? Morimur quidẽ, ſed non pmanebimus in illa, quod etiam neq; mori eſt. Mortis.n. tyrrannis, & mors reuera eſt illa, quando nunq̃ permittitur mortuus ad uitam reuerti. Quando uero poſt mortem uiuendum erit, & uitam meliorem, non eſt mors illa, ſed dormitio. Quoniã ergo omnes retentura erat mors, propterea mortuus eſt, ut nos liberaret. Sic & Chriſt⁹, inqt, ſemel oblatus eſt? A quo oblatus eſt? Manifeſtum quòd per ſe metipſum. Hic neq; ſacerdotẽ eum dicit ſolum, ſed & uictimam, & ſacrificium, pp hoc oblatus eſt. Ad multorum auferenda peccata. Quare multorum & non omnium? Quia non oẽs crediderunt. Pro omnibus quidem mortuus eſt, hoc eſt, quantum in ipſo eſt. Sufficiebat mors illius ad medendum oium mortalium pditioni: non autem omnium peccata abſtulit, propterea quòd noluerunt. Quid aũt eſt, abſtulit peccata? Sicut.n. in oblatione ſurſum offerimus pcta, & dicimus, ſiue uolentes, ſiue nolentes peccauerimus, indulge: hoc eſt, mentionẽ eorum facimus primum, & tunc remiſsionẽ petimus: ſic etiã & hic factum eſt. Et ubi hoc fecit Chriſtus? Audi eum dicentem: Et pro illis ego ſanctifico meipſum. K Ecce obtulit pctã, ſumpſit ea ab hominibus, & obtulit illa ſurſum patri: non ut aliqd decernat aduerſus eos, ſed ut ea dimittat. In ſecundo ſine pctõ uidebitur, inquit, expectantibus ſe in ſalutem. Quid eſt ſine peccato? Vtpote qui nõ peccauerat. Non.n. debitor mortis mortuus eſt, neque propter peccatum. Sed quomodo uidebitur? Puniens, inquit. Sed nõ hoc dixit, ſed quod feſtiuum & gratum eſt. Sine peccato uidebitur expectãtibus ſe in ſalutem. Vt iam de cætero nõ opus habeant ſacrificio, ut ſaluentur, ſed ipſis hoc faciant operibus. *Vmbram enim* *habens*, inquit, *lex bonorum futurorum, non ipſam imaginem rerum.* Hoc eſt, non ipſam ueritatem. Vſquequo enim ueluti in pictura circunducat qs colores, umbra quædam eſt: cum uero flores ipſos colorum in unxerit & impoſuerit, tunc imago efficitur. Talẽ qddam ẽt erat lex. Vmbram, inqt, habẽs lex bonorum futurorum, non ipſam imaginem rerum, hoc eſt, ſacrificium remiſsionis. *[His hoſtijs quas easdem offerun]tindeſinenter, nunquam poteſt accedẽtes perfectos facere. Alioqui ceſſaſſent offerri, ideo quòd nullam haberẽt ultrà conſcientiam peccati, cultores ſemel mundati, ſed in ipſis cõmemoratio peccatorum per ſingulos annos ſit: Impoſsibile.n. eſt ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Ideo ingrediens mundum, dicit: Hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi: holocauſtomata & pro peccato non tibi placuerunt, tunc dixi: Ecce uenio, in capitte libri ſcriptum eſt de me, ut faciam deus uoluntatem tuam. Superius dicens, quia hoſtias & oblationes et holocauſtomata, & pro peccato noluiſti, nec placita ſunt tibi, quæ ſecundum legem offeruntur, tunc dixit: Ecce uenio ut faciam deus uoluntatem tuam. Aufert primum ut ſequens ſtatuat.* Vides iterum abundantiã? Vna eſt, inquit, iſta hoſtia, illæ aũt multæ ſunt: propterea.n. nec ſortes erant, quia multę. Quid autem opus erat multis, dic mihi, una ſufficiente? Proinde quòd multæ & ſemper offerebantur, oſtendit quod nunq̃ qui offerebant purgabantur. Sicut medicamentum quando fuerit forte, & ſalutis efficax, & ualẽs cunctam ualetudinem repellere, ſemel impoſitum totum perficit. Si ergo ſemel impoſitum totum perfecerit, oſtẽdit ſuam uirtutem, ut non ulterius apponatur: & hoc eſt eius opus, ut iam non apponatur. Si uero ſemper apponi M tur, manifeſtum iudiciũ eſt, nihil illud prealuiſſe. Medicamenti qppe illa uirtus eſt, ut ſemel imponatur, & non frequenter: ſic etiam hic. Qua tandẽ ratione eiſdem ſacrificijs ſemper curabantur. Si.n. ab omnibus fuiſſent liberati peccatis, nequaq̃ per ſingulos dies obtuliſſent ſacrificia. Etenim erant definita, ut ſemper offerrentur pro omni pplo & in ueſpera, & in die. Proinde accuſatio peccatorum fuit, non ſolutio, quod fiebat: accuſatio infirmitatis, nõ uirtutis oſtenſio. Quoniam quippe prima oſtia nihil ualebat, etiam ſecunda offerebatur: quia etiam ipſa nihil proficiebat, altera item, proinde redargutio peccatorũ iſtud eſt. In eo.n. quod offerebantur, redargutio peccatorum: in eo aũt quòd ſemper, redargutio infirmitatis. In Chriſto autem cõtrarium habetur. Semel oblatus eſt. Nam quæ formã habẽt alicuius, tantum exemplar oſtendunt, non aũt uirtutẽ: ſicut in imaginibus, exẽplar hominis hẽt imago, non etiam uirtutem. Proinde ueritas & exẽplar cõicant inuicem. Exemplar enim æquale eſt: uirtus autem nequaquam: ſic etiam in cœlo, in tabernaculo, quippe æquale exẽplar eſt. Sancta.n. erãt: *Supr.9.g* uirtus autẽ, & cętera non eadẽ. Quid autem eſt ad deſtructionẽ peccati per ſacrificiũ apparuit? Quid eſt deſtructio? Hoc eſt, contemptus. Non iã fiduciã habet. Reprobatum eſt.n. peccatum, debẽs quidẽ recipere ultionem, non accipiens autẽ, hoc eſt, uiolentiam paſſum eſt, quando ſperabat ſe oẽs interẽpturum, tũc ipſum interemptum eſt. Per ſacrificiũ ſuum apparuit: hoc eſt, manifeſtus eſt effect⁹ deo, ad quẽ acceſsit. Non.n. quia ſacerdos ſępius hoc faciebat in anno, ppea fruſtra iam hoc efficitur, ſi tamen fit. Quid.n. opus erat medicamẽtis, non exiſtẽtibus uulneribus? Propter hoc imperauit, inquit, ſemper offerri pp infirmitatem, ut & memoria peccatorum fieret: Quid ergo nos? Nonne per ſingulos dies offerrimus quidem, ſed ad recordationem faciens mortis eius. Et una eſt hęc hoſtia, non multæ. Qũo una eſt & non multæ? Quia ſemel oblata eſt, oblata eſt in ſancta ſanctorum: hoc autem ſa- B crificium exemplar eſt illius, idipſum ſemper offerimus. Nec nũc quidem alium agnum, craſtina aliũ, ſed ſemper eundem ipſum. Proinde unum eſt hoc ſacrificium, hac ratione. Alioquin quoniã in multis locis offertur, multi Chriſti ſunt? Nequaquã, ſed unus ubiq; eſt xps, & hic plenus exiſtens, & illic plenus, unum corpus. Sicut.n. qui ubiq; offertur, unũ corpus eſt, & non multa corpora: ita etiam & unũ ſacrificiũ. Pontifex autem noſter ille eſt qui hoſtiã *Luc.22.b* mundantem nos obtulit: ipſum offerimus & nũc, quæ tunc oblata quidem, cõſumi non poteſt. Hoc autem quod facimus, in commemorationẽ quidẽ fit eius quod factum eſt. Hoc.n. facite, inqt, in meã commemorationem. Non aliud ſacrificium, ſicut pontifex, ſed idipſum ſemper facimus: magis autẽ recordationẽ ſacrificij operamur. Sed quia ſacri *Morale.* ficii huius mentionem feci, uolo pauca ad uos initiatos dicere, pauca quidem męſura, magnam aũt habentia uirtutem, & utilitatẽ. Non.n. noſtra ſunt, ſed diuini ſpiritus, quæ dicuntur. Quę ergo ſunt? C Plurimi ex hoc ſacrificio ſemel accipiũt in toto an- *De euchariſtico ſacrificio.* no, alij bis, alij ſępius. Ad oẽs ergo nobis ſermo eſt, non ad eos qui hic ſunt tãtum, ſed etiã ad eos qui in eremo ſedent. Illi.n. ſemel in anno participãtur, fortaſsis enim & poſt duos annos. Quid ergo eſt? Quos magis acceptabimus? Eos ne q ſemel, an eos qui ſæpius, an illos qui raro accipiunt? Neq; illos q ſemel, neq; qui ſæpius, neq; qui raro: ſed eos qui cũ munda cõſcientia, qui cum mundo corde, cũ uita irreprehẽſibili, iſti ſemper acce dãt. Qui uero tales non ſunt, neq; ſemel. Quid ita? quia iudiciũ ſibi accipiunt, & damnationem & ſuppliciũ. Et non mireris. Sicut.n. cibus naturaliter nutritorius exiſtens, ſi in eũ, qui prauis cibis corruptus eſt incidat, oia perdit & corrũpit & efficitur occaſio morbi: ſic ẽt iſta q̃ ad hæc terribilia pertinent ſacramenta. Frueris menſa ſpiritali, menſa regali, & iterũ polluis cœno os tuũ? perungis unguento pretioſo, & iterum fœtoribus illud imples? Dic mihi, rogo, cum demũ anno reuoluto tpe cõmunices: quadraginta dies putas tibi ſufficere ad mũdationẽ peccatorum totius tpis? & iterum ſeptimana trãſeunte tradis teipſum ſordibus primis? Dic enim mihi, ſi ſaluus fact⁹ quadraginta diebus ab ægritudine longa, iterum te illis morbificatorib⁹ cibis tradas, nõne & primũ laborẽ perdes? Si.n. naturalia ſic mutantur, quãto amplius uolũtaria? Vtputa, naturaliter uidemus, & D ſanos habemus oculos ſcdm naturam: ſed aliquando ex mala quadã affectiõe lædit̃ noſter obtut⁹. Si igitur naturalia mutantur, quanto amplius q̃ ad uoluntatem pertinẽt? Quadraginta dies tantũ tribuis ſaluti aiæ tuæ: arbitror autem, quia neq; quadraginta dies, & ſperas propitiari deũ? Iocaris ne, dic qſo, Hęc dicẽs nõ ab una in anno pceptiõe uos ueto, ſed uolo ſemp uos accedere: ſanctis hæc con- *De excludẽdis malis.* ceſſa ſunt. Hoc ẽt diaconus inſonat in illa hora ſanctos uocans, & per hanc uocẽ ueluti maculas inſpiciens. Sicut.n. in grege, ubi multæ quidẽ ſanæ ſunt pecudes, multæ aũt ſcabie plenæ ſunt, neceſſe ẽ ut hæ prohibeatur à ſanis: ſic ẽt in eccłia, quoniã alię quidẽ ſunt ſanæ pecudes, alię aũt uitiatę: p hãc uocẽ prohibentur hæ ab illis, penetrans ubiq; p uocẽ illã tremendã ſacerdos ſanctos uocãs, & attrahẽs. Quia.n. impoſsibile eſt hoĩem ſcire interiora proximis, quis.n. ſcit hominũ, inquit, q̃ ſunt hominis niſi ſpiritus hominis, q ipſo eſt? hanc emittit uocẽ *1.Cor.2.c* poſtquã ſacrificiũ perficitur, ut null⁹ ſimpl'r & quo libet ad fontẽ ſpiritualem ueniat. Etenim in grege E nihil prohibet eodẽ iterũ exẽplo uti, morbidas qdẽ intrò recludimus, & in tenebris habemus, & altera nutrimẽta tribuimus neq; ex aere mũdo, neq; ex paſcuis puris, neq; ex fonte, q foris eſt, eas pmittimus ſumere. Et hic igitur ipſa uox pro uinculis q buſdã eſt. Nõ potes dicere: Neſciebã, ignorabã: qa periculũ ſequitur hanc cauſam. Maxime aũt & Paulus teſtificatus ẽ hãc cauſam. Sed dicis, nõ legi: nõ eſt hæc excuſatio, ſed crimen. Per ſingulos dies intras eccłiam, & adhuc iſtud ignoras? Verũtamẽ ut neq; hãc tibi excuſationẽ inuenias, ppea in altiori loco ſtãs magna uoce & tremẽti cõclamat, ueluti qdã pco, manus ſuſtollens in altum, altius etiã ipſe ſtans, oĩbus manifeſtus efficitur, & manu illa tremenda, & cõtinua uoce reclamãs, alios qdẽ uocat, alios aũt prohibet, nõ manu hoc faciẽs, ſed lingua clarius, quã ſi manu hoc faceret. Vox.n. illa in auditum irruens noſtrũ, ueluti manus, alios qdẽ expellit, & excludit, alios aũt introducit & repſentat. Dic enim rogo, in Olympiacis certaminibus, nõne ſtabat præco, & magnũ atq; altũ clamans, & dicens: F Si qs hũc accuſat, ne forte ſeruus eſt, ne forte fur, ne forte malignorũ morũ, quãuis certamina illa non ſint aiæ, neq; morũ, ſed fortitudinis corporalis. Si *Ab exemplo Olympiacorum certaminum.* itaq; ubi corporũ uerſatur exercitatio, multa inq̃ſitio efficitur uolũtatis: quãto magis hic ubi totum certamẽ gerit aia? Stat igitur nũc ẽt pco noſter, nõ caput uniuſcuiuſq; cõtinens & producẽs: ſed oia ſi mul capita interiora cõtinens & nõ eis conſtituit alios accuſatores, ſed ipſos ſibi. Nõ.n. dicit: Si quis fortè hũc accuſat. Sed qd? Si quis ſeipſum accuſat: quando.n. dicit ſancta, ſanctis hoc dicit. Si quis nõ eſt ſanctus, non accedat. Non ſimpl'r dicit à peccatis mundus: ſed, ſanctus. Sanctum.n. non mundatio peccati tantũ facit, ſed etiam pręſentia ſpiritus, & bonorũ operum opulentia. Nõ enim, inquit, uolo à cœno uos mundos eſſe, ſed etiam albos eſſe, & pulchros. Si.n. rex Babylonius ex captiuitate eligens iuuenes honeſtos forma, & decoros facie elegit: multo amplius & nos adſtantes męſę regali honeſtos ſpecie aiæ eſſe oportet, ornatum habẽtes aureum, ſtolam mundam, calceamenta regalia, uultũ aiæ formoſum, oportet eam ornatu aureo circun-

G datã esse,cingulũ ueritatis habere. Talis accedat, & calicem tangit regalẽ. Si autẽ quis pannis est sordidis obsitus, & illuuie plenus,& ingredi mensam regalem uoluerit,attende quanta patietur, nõ sufficentibus quadraginta diebus mundare illũ ab his quę in toto tpe deliquit.Si.n.gehenna non sufficit, quamuis æterna est(ppea.n.ęterna est)quanto minus breue istud tempus? Neque enim pniam ualidam demõstrauimus,sed debilem.Eunuchos maxime oportet adstare regi: eunuchos dico albos mentem,nullam habentes sordem, neq; maculam, excelsos intelligentia, oculum aiæ mansuetũ habẽtes,& acutum uidentẽ,circũspectum & agilem:sed non somnolentum,neq; supinum,honestate multa plenum,longe ab impudentia & à supinitate,uigilem,sanum, neq; tristẽ ualde & à mœrore deiectũ, neq; diffusum,& humidum.Hunc nos oculum efficere possumus & ad uidendum acurũ facere,& pulchrum:quando eum non ad fumum adducimus, neque ad puluerem. Tales quippe sunt cunctæ res humanæ.Sed ad auram tenuem,ad leuem aerẽ, &
H cõspicuum,& excelsum,& silentio multo plenũ, & munditia,& multa delectatione recreamus illũ uelociter,& confortamus ex delitijs tantæ contẽplationis.Vides opulẽtias & diuitias multas,nõ addu cas illuc oculum tuũ:cœnũ est hæc res, fumus est, uapor malignus,tenebrę,& angustię multę,& curarum præfocatio.Vides hoiem colore iustitiæ sufficientem in suis rebus, & multam habentẽ latitudinem & remissionem,nihil curãtem, nullas solicitudines huius uitę habẽtem,huc oculum tuũ dirige, huc extolle, multo meliorẽ illũ facies & clariorẽ: nõ terrę floribus ei delitias faciẽs,sed uirtutis, hoc
Psal.6.b. est,tẽperantia,mansuetudine,& cæteris oĩbus. Nihil enim sic perturbat oculum,sicut cõscientia mala.Turbatus est, inqt, in ira oculus meus:nihil sic tenebrosum facit.Ex ista eũ libera offensione,& facies eũ uehemẽtur & fortẽ,q semp nutriatur rebus bonis.Contingat autem oẽs nos & istum eundem oculum,& alias alias aiæ nostræ operationes,tales pręparare & habere,quale uult xp̃s,ut imposito nobis capite nostro digni efficiamur, & ambulemus quo uoluerit,qui dixit:Volo ut ubi ego sum,& isti
I sint mecum, ut gloriam meam uideant: qua cun-
Ioã. 17.d ctos nos cõtingat perfrui, in Christo Iesu domino nostro,cũ quo patri,unà cũ sancto spiritu, gloria, imperium,honor,nunc & semper, & in secula seculorum,Amen.

Homilia XVIII. *excap.* X.

*V*perius cũ dicit *sacrificiũ & oblationem,& holocaustomata, et p peccato noluisti, neq; placita sunt tibi quæ secundũ legem offerũtur, tũc dixi:* **Ecce uenio ut faciam uolũtatẽ tuam deus.** *Tollit prius ut secundũ confirmet,in qua uoluntate sanctificati sumus p oblationem corporis Iesu xp̃i semel oblatum: & omnis quidẽ sacerdos adstabat quotidie ministrãs, et easdẽ ipsas hostias frequenter offerens, q̃ nunquã possunt auferre peccatum. Ipse autẽ unam pro peccatis offerens hostiã, in perpetuum sedet in dextera dei:de cætero expectans donec ponãtur inimici eius scabellum pedum eius.&c.* Anterioribus quidem ostendit inutiles esse hostias ad integram mũdationem:& formã magis eas esse, & in multis deficere:sed qa occurebat ei hoc,id est si formæ erãt, qũo ueritate ueniente, uniuersæ non cessauerunt, ne q̃ discesserunt,sed adhuc celebrantur. Hoc ergo hic agit,ostendens qa iam nõ celebrantur,neq; ue- K
lut formæ:non.n.eas acceptabiles habet deus. Et hoc nõ ex nouo iterũ testamento,sed ex prophetis ostendit,ex superioribus tpibus proferens testimonium,quod iam desinant & cessent, & uanẽ cũcta hęc agant,q semper spiritui sancto resistũt. Et ostẽdit ex abundãti nõ nũc eas quieuisse, sed statim ex ipsa præsentia Christi.Et qũo in nouissimis nõ eas soluerit Christus, sed iã antea solutæ sint, & tunc uenerit? Ne fortẽ.n.dicerent, qa sine hoc sacrificio possumus placere: per illa expectauit ea redargui, & tunc aduenit.Sacrificium, inqt, & oblationem Psal.39.b
noluisti.Oia quippe abstulit per hoc, & cum generaliter dixisset,dixit etiã & specialiter: Et holocautomata,& pro peccato noluisti. Oblatio autẽ erat quicquid extra sacrificium erat:Tunc dixi, ecce uenio.De quo istud dictum est?De nullo alio, nisi de Christo.Hic nihil causatur de offerẽtibus, ostẽdẽs quia hæc non pp malignitates eorum nõ suscepit, sicut alibi dixit.Sed quia redarguta erat hæc res,& reprehensa erat,nullã habens uirtutem, neq; tẽpus
L aliquod opportunũ:Quid ergo hoc sibi uult ad'il lud,quod sæpius offerebantur sacrificia?Non solũ ex eo quod sæpius manifestum est,inqt, qa debilia sunt,& quia nihil profeceruut:sed etiã ex eo, quòd nõ ea acceptabilia habeat deus,ueluti infructuosa & inutilia.Et alibi inqt:Quia si uelles,sacrificiũ de Psa.50.d
dissem utiq;:ergo & pp hoc manifestat qa nõ uult. Proinde sacrificia non sunt uoluntatis dei,sed sublatio sacrificiorũ: Ergo p̃ter uoluntatem dei sacrificant. Quid est,ut faciã uoluntatẽ tuam? Meipsum, inquit,tradere,hoc est dei uoluntas.In qua uoluntate sanctificati sumus. Aut etiã aliud dixit. Quoniam sacrificia non mundant hoies, sed uoluntas dei.Proinde igitur sacrificare nõ est uolũtatis dei. Et quid miraris,si nũc nõ est uoluntatis dei, quando nec ex initio diuinæ uoluntatis fuerit. Quis.n. exquisiuit,inqt,ista de manibus uestris? Qũo ergo ipse imperauit? Condescendens. Sicut.n.dixit Paulus:Volo oẽs homines esse,sicut & meipsum, in cõ
1.Co. 7.b tinentia.Et iterum, inquit: Volo iuuenes nubere, 1.Tim.5.c
filios procreare:duas uoluntates cõstituit, sed nõ M
ambæ eius sunt,etiamsi imperet:sed illa quidẽ eius est,idcirco etiam sine cautione eam constituit.Illa autem non est eius, etiamsi ipse uelit: propterea & adiuncta ratione proponitur. Primum.n.cum accusasset eos,quia luxuriabãtur aduersus Christũ, tũc dixit:Volo iuuenes nubere,filios procreare:sic ẽt hic nõ erat eius uolũtas præcedens, ut sacrificia
Eze.18.g erẽt.Sicut.n.dicit:Nõ uolo mortẽ peccatoris,sed ut cõuertatur & uiuat.Et alibi dicit,qa nõ solũ uoluit,sed etiã desideraut hoc,quãuis contra sit,q̃ sũ per dispositã est uolũtas.Qũo ergo non uis?& qũo alibi desideras? Quod ualidæ uoluntatis est indiciũ.Sic & hic:In qua uoluntate, inqt, salui facti sumus.Qũo salui facti sum°?Per oblationẽ corporis Iesu semel. Et oĩs quidẽ sacerdos stat per singulos dies ministrãs,& easdẽ ipsas hostias frequẽter offerens.Nã stare signũ est ministrationis: ergo sedere signũ ẽ,ut ei ministretur.Iste aũt cũ unã p:o peccatis obtulisset,hostiã i ppetuũ sedet ĩ dextera patris, de cæt̃ero expectãs donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius. *Vna quippe oblatione perfecit in perpatuum eos,qui sanctificantur, testificatur autem nobis et spiritus sanctus.* Dixit,qua illæ non offeruntur:

A & argumentatus est & ex scripturis, & sine scripturis, sed & dictum propheticũ adhibuit dicẽs:Quia sacrificium & oblationẽ noluisti, dicit qdem qa dimisit peccata. Iterum & hoc ex scripto testimonio approbat. Testificatur qppe nobis, inqt,spiritus sã
Hier.31.f ctus. *Postquàm.n.dixit.Hoc testamentum,quod testabor ad eos post dies illos, dicit dominus,dans leges meas in cordib.eorũ & in mentib. eorum scribã eas:& pc̃lorum eorũ, & iniquitatum iã nõ ero memor amplius. Porrò ubi est remissio horũ,nõ est amplius oblatio pro peccato.* Ergo dimisit peccata quãdo testamentum dedit:testamentũ autem p sacrificiũ dedit:si igitur dimisit peccata punã hostiã,non iã ampli° opus est secunda. Sedet, inqt,in dextera dei de cętero expectans.Pro qua cã est ista dilatio? Vt ponãtur,inqt,inimici ei° sub pedibus eius.Vna qppe oblatione pfecit in ppetuum eos,q sanctificantur.Sed fortasis dicet aliqs,quare non confestim posuit?pp fideles nascituros. Vnde ergo certum, qa ponentur?Ex eo quod dixit,qa sedet:Mentionem iterum facit testamenti illius,dicẽtis:Donec ponã inimicos eius sub pedib.eius. Ini-
B mici autem eius Iudæi sunt. Deinde quoniã dixit: Donec ponãtur inimici eius sub pedib.eius. Vehementer autem urgebãt, huius gratia oia q̃ sequuntur ponit,quęcunq; de fide loqtur.Qui sunt autem inimici? Infideles omnes & dæmones.Et hic multã subiectionem significans:non dixit:ut subiiciãtur:sed,ut ponãtur sub pedib.eius. Non igitur efficiamur ex numero inimicorum.Non.n.soli inimi-
Rom. 8.a ci,q infideles sunt:sed etiã isti, q uita immunda pleni sunt. Prudẽtia autem carnis inimica est in deũ. Legi.n.dei nõ subiicitur,neq; põt. Quid ergo,inqt? Non est hoc crimen?Et ualde qdem crimen est.Malus.n.usquequo est malus,nõ subiicitur qdem,mu-
Morale. tari autem & fieri bonus potest. Abiiciamus igitur intelligentias carnales. Quæ sunt autem carnalia?Quęcunq; corpus qdem florere faciunt,& luxuriari,uitiant autem animã:utputa,diuitiæ,delitiæ, gloria,cuncta hęc carnis sunt,amor corporum.Nõ igitur amemus ampliora, sed paupertatẽ semp consectemur. Ista n.magnum bonum est. Sed humilẽ facit,inqs,& infimũ. Hoc qppe opus nobis est:mul-
C tũ nãq; nobis hoc cõducit.Pauptas qppe,inqt,hu-
Matt.5.a miliat uirum.Et iterũ xp̃s dixit:Beati pauperes spiritu.An ideo doles,quod uiã habes ad uirtutẽ ducentẽ?nescis qa ista multã fiduciam nobis tribuit?
Pro.30.b Sed sapientia,inqs, pauperis pro nihilo habetur.Et iterum alter qdam dixit: Diuitias & pauptatem nedederis mihi, & ex camino paupertatis libera me. Qũo autem si diuitiæ,& pauptas ex deo sunt, malum est pauptas aut diuitię? Quare ergo hæc dicta sunt?Hæc dicebãtur in ueteri testamento, ubi multa ratio diuitiarum habebatur,ubi pauptatis plurimus erat cõtemptus, ubi hoc qdẽ maledictũ erat, illud benedictio:sed nũc nequaq̃ ita est.Sed uis audire pauptatis p̃dicamẽta? Ipsam professus est xp̃s,
Matt. 8.c & dixit: Filius aũt hois non habet ubi caput suum
& 10.a. reclinet.Et iterum discipulis dicebat:Nolite possi-
2. Co.6.b dere aurum,neq; argentũ,nec duas tunicas.Et Paulus scribens, dicebat: Tanq̃ nihil habentes, & oĩa
Act. 3.a possidẽtes.Et Petrus dicebat ei, q ex natiuitate sua claudus erat:Argentum & aurum non est mihi. Et in ipso ueteri testamento,ubi in admiratione habebantur diuitiæ, quinam erant mirabiles?nõne Helias,qui p̃ter melotidem nihil habebat?nonne Heli sæus,nõne Ioãnes? Nemo igitur sit humilis pp pau- D
pertatem:nõ est paupertas q facit humilem,sed diuitię q̃ cogũt quenquã opus habere plurimis,multis gratias habere copellẽtes. Quid Iacob erat pau-
Ge. 28.d perius,dic mihi?q dicebat:Si dederit mihi dominꝰ panem comedere,& amictum indui.Nunqd sine fiducia erãt Helias & Ioãnes? Nõne ille qdem Achab
Mar.6.c. redarguebat,ille autem Herodem?Ille quidem dice-
3. Re.18. bat:Nõ.n.tibi licet habere uxorem fratris tui. Hec. elias uerò ad Achab cum fiducia dicebat: Non ego peruerto Isrl,sed tu & domus patris tui. Vides qa hoc maximè facit fiduciã, hoc est paupertas?Nã dues seruus est, obnoxius existens dãnis,& tribuens oĩ uolenti eum nocere.Ille autem nihil habẽs,proscriptionem nõ timet,neq; cõdemnationẽ.Nequaq̃ ergo pauptas facit sine fiducia esse.Christus aũt cũ pauptate mittebat aplos in cãm fiducia opus habẽtem multa.Valde.n.fortis est pauper, & non habet unde iniuriã patiatur,uel lædatur.Diues undiq; facilis est ad captiuandum:contingit eidem ueluti si
E aliqs funes trahat multos,& longos, & facile sit eũ apprehendere:sic etiã in diuite contingit. Sunt.n. serui,aurum,argentum,& decem milia rerum,& decem milia curæ, & discrimina multa, necessitates plurimæ,q̃ oĩbus eum captiuabilem faciũt. Nullus igitur iã pauptatem calamitatis cãm eẽ putet:si.n. uirtus absit: omnes diuitiæ mundi, neq; ut lutum, neq; ut stipula erunt illi comparatæ.Hãc igitur consectemur,si uoluerimus intrare regnum cœlorum.
Mat.19.c Vende.n.oĩa tua,inquit,& da pauperib.& habebis
Ibid. d thesaurum in cœlo.Et iterum:Difficile est diuitem intrare in regnum cœlorum. Vides qũo etiãsi non adsit accersi debeat? Tantum uidelicet bonum est pauptas.Est.n.manuductrix quædã in uia, q̃ ducit ad cœlum,unctio athletica, exercitatio qdam magna & admirabilis,portus trãquillus.Sed opus habeo plurimis,inqs,& nolo ab aliquo gratis accipere quicq̃. Sed & hoc diues te miserior est: tu qdem fortasis cibum gratis postulas, ille autem pro decẽ millib. causis impudens existit, ut plura habeat.
* *multos postulãt, et sæpius etiã indignos.* Proinde diuites magis sunt,qui * multa petunt,& quib. sæpenumero digni non sunt, utputa, sæpiꝰ eos, q in ordine militari sunt, & seruos necessarios habent:pauper autem neq; ipso imperatore idiget, F
ac si opus habeat,magis in admiratione erit, quoniã ad hoc semetipsum depositi,cũ posit etiam dues fieri.Nemo igitur causetur de paupertate, tanq̃ cã sit multorum malorum: neq; obloquatur xp̃o, qui perfectionem illam dixit esse uirtutis,dicens:Si uis pfectus esse. Hoc.n.ipse & uerbis dixit,& operibus ipsis ostẽdit, & p discipulos suos docuit. Sectemur ergo paupratem. Maximum qppe bonum est paupertas uigilantiorib.fortasse nonulli ex audientib.contradicunt,& non est mihi incredibile. Multus qppe est morbus apud plurimos hoium, & tanta pecuniarum tyrãnis,ut nec uel uerbis patiantur ei renunciare, quin et isti renunciationi contradicat:lõgè absit hoc ab aia Christiana, nihil.n.opulentius eo, q pauptatem spontè diligit,& cum alacritate susc̃ipit.Qũo autem hoc,inquit? Dicam: & si uultis ipso imperatore ditiorem esse pronuncio, eum qui spõtè paupertatem elegit. Ille qdem opus habet plurib. & in curis est constitutus, & ueretur ne minus ei fiat, ad ea q̃ necessaria sunt stipendijs militarib.iste aũt oĩa affluenter habet, & de nulla

G re timet,& si timet, nō pro tantis tamen. Quis,dic mihi,ditior est, q p singulos dies exigit, & festinat plura colligere, & timet ne aliqd ei deficiat:an ille, q nihil colligens in affluentia multa cōsistit,& nul
Ecc.20.d lius eget? Fiduciā qppe uirtus tribuit, & dei timor, nō pecuniæ. Illę nāq & in seruitutem redigunt. Mu nera,inqt,& dona excęcāt oculos sapientiū,& quasi frēnum in ore auertunt correptiones. Considera quō paup Petrus Ananiā diuitem ultus est. Nōne il
Act. 5.b le qdem diues erat, iste autem paup? sed uide illum qdem cum authoritate loquentem,& dicentē, Dic mihi,si tāti uendidisti agrū? illum autem cū subiectionem dicentem,ita est,tāti. Sed quis dabit,inqs, mihi esse sicut Petrus? Licet tibi,sicut & ille fuit,ee, si uolueris,proiice q̄ posides: distribue:da pauperi bus,sequere xp̄m,& eris talis. Quō,iquis? Ille signa faciebat. An istud est,dic mihi, qd Petrum fecit celebrem,an nō fiducia,q̄ erat ex conuersatione? Nō
Luc.10.c aduertis xp̄m dicentem. Nolite gaudere,qa dæmones uobis subiecti sunt? Si uolueris pfectus esse,au di qd dixit Petrus: Argentū & aurum non est mihi,
H qd autem habeo, tibi do. Si qs habet argentum &
Act.3.a. aurum,illa non habet. Quid ergo? inquis, plurimi neq; illa,neq; ista habent. Quotquot sponte pauperes sunt oia bona habent. Si.n. mortuos non resuscitant, neq; claudos curāt: attamen quod omnib⁹ maius est,fiduciā habēt ad deum. Audiēt.n. in die
Mat.25.c iudicij, beatā illam uocem: Venite benedicti patris mei(quid isto melius?) possidete p̄paratum uobis regnum à cōstitutione mūdi. Esuriui.n. & dedistis mihi māducare: sitiui & dedistis mihi bibere: hospes erā, & collegistis me: nudus eram,& operuistis me: infirmus erā,& in carcere,& uisitastis me: possidete p̄paratum uobis regnum à constitutione mūdi. Fugiamus igitur cupiditatē, ut adipiscamur regnū: nutriam⁹ paupes,ut nutriamus xp̄m, ut cohæredes eius efficiamur, in Iesu xp̄o domino nostro, cū quo patri,unà cum spiritu sancto glia, imperiū, honor nunc & semp,& in secula seculorū, Amen.

Homilia xix. ex cap. x.

h *Abentes ergo fratres fiduciā in introitū sanctorū,in sanguine Iesu xp̄i,quā nobis dedicauit uiā*
I *nouā & uiuā,per uelamentū, hoc est carnis suæ: & sacerdotē magnū in domo dei, accedamus cū ueraci corde,in certitudine fidei,aspersa habentes corda à cōscientia mala,& lauatū corpus aqua mūda. retineamus confessionē spei non uacillantē.* Habentes ergo fratres fiduciā in introitū sanctorū, in sanguine Iesu xp̄i, quā nobis dedicauit uiā nouā & uiuā, Ostendit distantiā pōtificis,& hostiarū, & tabernaculi,& testamēti,& repromissionis,& multā differentiā. Siquidem illa qdem temporalia, hæc autem æterna: illa qdem de proximo pereuntia,hæc aūt permanentia: illa qdē infirma,hæc autem pfecta: illa qdem figuræ, hæc autem ueritas. Non.n. iuxta legem mādati,inqt,carnalis: sed iuxta uirtutem uitæ insolubilis,& tu es sacerdos in perpetuum. Ecce perpetuitas sacerdotis, & de testamēto illo dixit,qd uetustū est. Quod autem ueterascit atq; senescit,proximum est interitui.
Sup.7.c. Hoc aūt testamentum nouum, & remissionem pec
Psal.39.b catorum habens,illud autem nihil hmōi. Nihil qp pe pfecit lex, inquit. Et iterum: Sacrificium & oblationem noluisti. Illud qdem manufactū,hoc autē non manufactum: illud quidem sanguinem hircorum habebat, hoc autē domini: illud qdem stantē sacerdotē,hoc autem sedentem. Quoniā igitur cūcta illa minora sunt,hæc autem maiora,ppea inqt: Habentes igitur fratres fiduciā, Vnde? sicut.n. confusionem faciunt peccata, sic fiduciā oium remissio peccatorum,& quòd cohæredes facti sumus,& quòd tāta dilectiōe fruimur. Introitū,inqt,sanctorum. Introitum hic cœlum dixit,& accessum ad spiritalia. Quā dedicauit,hoc est,quā construxit, quā p̄parauit,& quam initiauit. Dedicatio qppe dicitur initium utendi. Quā p̄parauit,inqt, & per quā ipse perrexit uiā nouam & uiuam. Et hic certitudinem spei declarat,nouā dicēs. Conatur.n. ostendere cūcta maiora nos habere. Siquidem nunc apertę sunt portæ cœli, qd neq; tempore Abrahæ contigit. Viā nouā,inqt,& uiuētem. Prima.n. mortis erat, ad infernum ducens: Ista uerò uitæ,& nō dixit uitæ, sed uiuentem illā uocauit, hoc est, p̄cepta. Per uelamē-
tum,inqt,carnis suæ. Hęc qppe caro secabat primò uiā illā, ipse autem dedicauit nouā. Dedicauit autē illā hac ratione, quoniā ipse in ea perrexit. Velamen tum aūtem meritò uocauit. Cùm.n. eleuatus esset in altum, tunc apparuerunt cœlestia. Accedamus L
itaq;,inquit, cum ueraci corde. In quo accedamus? Sanctitate,fide,spiritali cultura, In ueraci corde, In certitudine fidei: qa nihil est uisibile horum: neq; sacerdos iā,neq; sacrificiū,neq; altare: quāquā nec ille sacerdos uisibilis eēt, sed intus staret: illi aūt foris, hoc est, uniuersus populus. Hic aūt nō solū hoc effectum est, qa sacerdos ingressus est in sancta, sed etiā quia nos intramus: ppea, inquit, in certitudine fidei. Potest qppe credi & simpliciter cum hæsitatiōe, quales sunt nūc plurimi, dicētes: quoniā quorundam erit resurrectio, quorundā autem nō. Hoc non est fides. In certitudine, inqt, fidei. Sic oportet credere, quō certi sumus de uisibilib. & adhuc amplius. Hic.n. aliquādo erratur, hoc est, in his q̄ uidē tur: illic autem nequaquā: hic qdem sensū pcipim⁹, illic autem spiritu. Aspersi corda nostra à conscientia mala. Ostendit qa non fides sola, sed ēt uita cū uirtute q̄ritur,& ut nihil sibi quisq; conscius sit malignitatis. Sancta.n. ista non cum certitudine suscipiunt eos,q nō ita afficiuntur. Sancta.n. sunt,& sancta sanctorum. Hic autem homo nullus prophan⁹ M
ingreditur. Illi autem corpus aspergebant,nos conscientiā. Proinde possumus ēt nunc aspergi eadem ipsa uirtute. Et abluti,inqt,corpus aqua mūda. Lauacrū baptismatis in hoc loco dicit: Baptismus.n. corporum mundatio nō est,sed aiæ. *Fidelis enim est qui promisit.* Quid promisit? Quòd oporteat ire illuc,& intrare in regnum. Nihil igitur scruteris, neque rationes expetas. Fides opus habēt nostrę cāę. *Et consideremus,*inqt,*inuicē ad prouocationē charitatis,et bonorū operū,nō derelinquentes cōgregationem nostrā,sicut cōsuetudo est quibusdā: sed exhortantes, idq; hoc magis,quod uidetis appropinquantē diē.* Et iterum alibi dicit: Dominus propè est,nihil soliciti sitis. Nūc autē *Phil.4.a*
propinquior est nobis salus. Tēpus iā abbreuiatū est. Quid est non derelinquētes congregationē nostrā? Scit ex cœtu & congregatione multā esse fortitudinē. Vbi.n. fuerint duo,uel tres,inqt,congrega- *Mat.18.c*
ti in noie meo, ibi sum in medio eorum. Et iterū: Vt sint unum,sicut & nos. Et iterū: Oium erat cor
Ioā.17.b.
unum,& aia una. Non autem hoc solùm, sed qa ēt charitas augescit per congregationem. Charita- *Act.4.f.*
tem autem auctam,necesse est etiam q̄ dei sunt cō-

A sequantur. Oratio autem,inqt,intenta à populo fie
Act.12.a. bat. Sedm qd consuetudo est quibusdam. In hoc loco non solū commonuit, sed ēt culpauit. Considere mus nos,inquit,inuicem ad prouocationē charitatis,& bonorū operum. Scit ēt hoc solere fieri ex congregatione. Sicut.n. ferrum aliud ferrum reddit acutum, sic ēt cœtus charitatis facit augmentum. Lapis ad lapidem contritus, ignem emittit: quantò magis aia animæ commixta. Sed non ad æmulationem,inqt,sed ad prouocationem charitatis. Quid est ad prouocationē charitatis? Et amplius diligere & diligi. Et bonorū operū. Vt in hoc habeāt æmulationem. Si.n. facere, q̄ dicere maioris uirtutis est, quantū ad doctrinam pertinet, multos habetis ēt uos doctores in uestra multitudine per opera ipsa hoc facientes. Quid est,accedamus cū ueraci corde? hoc est,sine simulatione. Væ.n. inqt,timido cordi,& manib. dissolutis. Nihil sit,inqt,falsum in nobis: nō alia qdē dicamus, alia uerò cogitemus, hoc enim mendaciū est: neq; simus pusillanimes, neq; hoc.n. cordis est ueracis. Nō credendo.n. pusillani-
B mitas efficitur. Quō autem erit hoc? Si certos per fidem nosipsos reddiderimus. Aspersi corda. Quare non dixit mundati? differentiā aspersionis uolens ostendere, aliud quidē esse dei dicit, aliud autē nostrum. Abluere qppe,& aspergere conscientiam, dei est: cū ueritate autem accedere, & in certitudine fidei, nostrū est. Deinde ēt fidei dat propriā uirtutē ex ueritate & ex promittente. Quid est, abluti corpus aqua munda? Quę mundos faciat, aut q̄ nō habeat sanguinē. Deinde subiungit iā qd perfectū est hoc est, charitatē. Non derelinquentes, inqt, cōgregationem nostrā: qd facientes nonnulli, congregationes scindunt. Frater qppe à fratre adiutus, sicut
Prouer. 18.c. ciuitas munita est. Sed cōsideremus nos inuicē ad prouocationē charitatis. Quid est cōsiderem⁹ nos inuicē? Siqs fuerit uirtute p̄ditus, hunc imitemur, in eum intendamus, ut diligamus & diligamur. Ex dilectione qppe bona opera fiunt. Magnū qppe bonum est ipsa cōgregatio: ipsa nanq; charitatem reddit seruientionē, & ex ea cuncta optima generātur.
C Nihil nanq; bonum est, qd non per charitatem fit.
Morale. Ro.13.c. Istam igitur confirmemus inuicē. Plenitudo qp pe legis charitatis est: nō.n. labore opus habemus, aut sudoribus: si dilexerimus inuicē, spontanea nobis uia sternitur ducēs ad uirtutem. Sicut.n. in uia publica cōtingit, siqs initiū eius apprehēdat, recta uia ducitur,& nō habet opus ut manu ducatur: sic etiā in charitate, tantū arripe principium,& statim
Ibidem.c manum tibi p̄bens ipsa te deducit,& dirigit. Charitas proximo malū non operatur, nō cogitat malū. Consideret quisque semetipsum, quō afficitur erga seipsum, non sibi inuidet, oia in se continet bona, oibus se præhonorat, oia sub se uult constituere. Si igitur & circa alios sic afficiamur, oia mala soluuntur. Non erunt inimicitiæ, non cupiditas. Quis.n. seipsum circunuenire uolet? Nullus. Sed econtra habebimus communiter cuncta & cessabimus cōgregantes nobisipsis. Et hoc si fecerimus, retentio mali in corde locū non habebit. Quis aūt uelit retinere malū? quis uelit sibiipsi irasci? nōne maximè nobisipsis, q̄ oīb. ignoscimus? Si ergo sic in proximos afficiamur, nunquā remanebit in corde mali retentio. Et quō possibile est hoc, inquis, diligere proximum sicut seipsum? Si non fecerūt etiam hoc alii, bene putas impossibile: si autē fecerunt, manifestū D
est, quia per negligentiā à nobis non efficitur: sed & aliās nihil impossibile imperat xp̄s, in tantū ut etiam multi supergressi sint eius p̄cepta. Quis ergo, inquis, fecit hoc? Fecit hoc Paulus, Petrus, ois chorus sanctorū. Sed si dicam, qa proximos dilexerūt, nihil magnū dico. Inimicos sic amauerūt, quō nō amauit quisquam suos unanimes. Quis.n. susciṕiat pro unanimis in gehennā ire, cùm ire possit ad regnum? Nullus. At Paulus pro inimicis hoc susceptū *Rom.9.a*
habebat, pro lapidantib. & flagellantibus eū. Qua lis ergo nobis erit uenia, qualis excusatio, si ne minimam quidē charitatis portionem, quā ostendit circa inimicos Paulus, nos erga amicos ostenderimus? Et beatus item Moses ante istum pro inimicis *Exo.32.g*
uoluit lapidantib. eū, deleri de libro dei. Et Dauid *2.Re.24.*
rebellātes aduersus se uidēs iteremptos, dixit: Ego *c.*
pastor peccaui,& isti qd fecerūt? & Saulē inter ma- *1.Re.24.*
nus habens, occidere noluit, quin ēt saluauit, idq; *a.*
cū ipse in piculo esset constitutus. Si autē hæc in ueteri testamento, qualē uenia nos habebimus in nouo testamento couersantes,& neq; ad mensurā illo E
rum peruenientes? Nisi.n. abūdauerit, inqt, iustitia uestra plusq̄ scribarum & pharisæorū, non intrabi *Matt.5.c*
tis in regnum cœlorū. Cùm ergo etiā minus habeamus ab illis, quō intrabimus? Diligite, inqt, inimi- *Luc.6.c.*
cos uestros. Dilige igitur inimicum, non.n. illi præstas, sed tibi. Quō? Similis efficieris deo: ille igitur si ametur à te, nihil lucratur, à conseruo qppe dilectus est: tu autē si dilexeris conseruū, magnum lucrum facies, & efficieris similis deo. Vides qa nihil gratiæ illi p̄stas, sed tibi: ipsum meritum. n. nō illi, sed tibi cōparas. Quid ergo, inquis, si sit malignus? Tantò maior erit & merces, & pro malignitate sua debes illi gratiā, nō secus q̄ si impendisset tibi multa milia beneficiorum. Si.n. non esset ualde malus, neq; tibi merces ualde creseeret. Proide qd pro causa nō amandi dicis, qa malignus est, hoc ipsum est causa amandi. Auser contrariū certatorē, & auferes occasiones coronarū. Nō intueris athletas quō sāc culos arena replentes ita exercitātur? tu aūt opus non habes studiū his impendere. Plena est uita hu F
mana exercitantib. te & facientib fortiorem: nō uides qa & arbores quantò magis uentis cōmouentur, tantò amplius fortiores efficiūtur, & densæ? Et nos igitur si fuerimus lōganimes, fortiores erimus. Vir longanimis, inqt, multus est in sapiētia: q autē est pusillanimis, fortiter est stultus. Intueris quanta huius uiri laus est, & quāta illius occasio? fortiter, inqt, stultus, hoc est, ualde stult⁹. Proide nō simus pusillanimes adinuicē. Nō.n. hoc ex inimicitiis cōtingit, sed ex pusillanimitate aiæ. Si uerò fuerit fortis, oia facilè tolerabit, & nihil eam poterit demergere, sed ad tranquillos eā portus adducet: quò cōtingat nos oēs adipisci, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, unà cū sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semp, & in secula seculorum, Amen.

Homilia XX ex cap. X.

Pontè nanq; peccantib. nobis postquā accepimus
5 *ueritatis cognitionē, nō relinquitur ultra hostia p peccatis. Sed terribilis q̄dā expectatio iudicij, & ignis Zelus consumpturus aduersarios, &c.* Arbores q̄ bene plantatæ sunt, & reliquam habuerint diligentiā, agricolarū adhibitam manib. atq; labori-

G bus, si nullam referant laborū uicissitudinē, radicitus euulsæ, igni tradūtur. Tale quiddā & in causa contigit baptizmatis. Cùm.n. nos xps plantauerit, & irrigatione spiritali potuti fuerimus: si deinde nullum fructum afferamus, ignis nos expectabit gehennę, & flamma inextinguibilis. Paulus igitur hortatur ad charitatē, & fructificationem bonorū operum, ex utilib. inuitans. Quæ sunt autē hæc utilia? Quoniā introitū habemus ad sancta, quam dedicauit nobis uiam nouā. Postq ex utilib. inuitauit ad opera bona, uult ēt nūc ex metuendis, & tristibus idipsum facere. Postq n. dixit, Non derelinquentes congregationē nostrā, quemadmodū quibusdā usus est: sed, exhortantes hoc amplius, qd uidetis approximquātem diem, intulit dicens: Sponte nanq peccantib. nobis, postq accepimus ueritatis cognitionem. Opus est, inqt, bonis operib. opus est, & ualde opus. Sponte nanq peccantib. nobis postq accepimus ueritatis cognitionem, ultra nō relinqtur hostia pro pctis. Mūdatus es, liberatus es à criminib.

H factus es filius. Si ad primū uomitū reuersus fueris, iterū te abdicatio expectat, & ignis, & hmōi alia: non.n. est hostia altera. Hic iterū aduersum nos insurgunt q pniam auferunt, & q ad baptismū segnes accedunt. Illi quidem dicentes, quoniā non est tutum nos ad baptismum accedere, siquidem nō est altera remissio. Isti autem dicentes, non est tutū dare peccatorib. sacramenta, siquidem non est altera remissio: quid ergo ad utrosq dicemus? Quoniā in hoc non pniam excludit, & neq propitiationem, q̄ sit per pniam: neq repellit, & deiicit per desperationem delinquētem: nō.n. ita inimicus est salutis nostræ. Sed quid? sēdm excludit lauacrum. Non.n. dixit, non est ultra pnia, neq n. dixit, non est ultra remissio: sed hostia, inquit, ultra nō est: hoc est, crux secunda ultra non est, hostiam quippe hanc uocat. Vna nanq hostia perfecit in perpetuū eos qui sanctificantur, non sicut Iudaica. Propterea n. sursum ac deorsum tam multis disputauit de hostiis, quoniam una est: non hoc solū uolens ostendere, quoniam differt à Iudaicis isto modo: sed etiā cautos

I nos uolens efficere, ne speremus ultra, sēdm Iudaicam legem, aliam hostiā. Sponte quippe peccātib. nobis, inquit. Vide quō pronum se ostendit ad ueniam tribuendam. Sponte, inqt, peccantib. nobis. Proinde non sponte peccantib. datur uenia. Post cognitionem, inqt, ueritatis, siue xpi, siue cunctorum dogmatum: ultra non remanet hostia pro peccatis. Sed qd? Terribilis, inqt, expectatio est iudicii, & ignis zelus consumpturus cōtrarios. Contrarios enim, non infideles dicit tantū, sed ēt fideles cōtraria uirtuti agentes, siue qa & domesticos ac familiares idem ipse ignis accipiet, q & contrarios. Deinde consumpturū eos ostendit, dicens: Ignis zelus consumpturus est cōtrarios. Sicut.n. bestia prouocata q̄ est ualde sæua & agrestis nō cessat, donec apprehendat aliquē, & deuoret: sic etiā ille ignis tanquā aliquis zelo stimulatus, quemcunq apprehēderit, non dimittit, sed deuorat & dilacerat. Deinde etiā sermonē infert cōminationis, qd istud meritò fiat, quod iustē id qd ad fidē proficit, cū ostēderimus, quia iustē aliquid fit. *Irritam nanq; quis faciens legem*

Deut.17. *Mosi*, inquit, *sine miseratione coràm duobus uel tribus testibus moritur.* Sine miseratione, inqt, ut nulla sit uenia, nulla misericordia, quanquā Mosi esset illa lex. Plurima nanq ipse disposuerat. Quid est corā duo K bus uel tribus? Si duo uel tres testificati fuerint, cōfestim iudiciū dant. Si.n. in ueteri testamento, ubi lex Mosi irrita fit, tātū est ac tale suppliciū: *Quantò putatis, peius merebitur supplicium: qui filium dei conculcauit, & sanguinem testamenti communem existimauerit, & spiritum gratiæ contumelia affecerit?* Et quo conculcat quisquā filiū dei? Quādo q particeps est cū ipso in mysteriis, pctū cōmittit, inqt, nōne illum conculcat? nonne ipsum contemnit? Sicut.n. ea q̄ conculcamus, nullius momenti pendimus: sic & q peccant, xp̄m nullius momenti existimat, & sic peccāt. Factꝰ es opus xp̄i, & tradis teipsum diabolo, ut cōculces xp̄m? Et sanguinē, inqt, communem iudicauerit. Commune quid est? Immundū, siue quod nihil amplius à cæteris habet. Et spiritum gratiæ contumelia affecerit. Qui.n. beneficium non suscepit, iniuria affecit benefacientē: fecit te filium, tu autē uis fieri seruus: uenit ad habitandū apud te: tu aūt adducis ei cogitationes malignas. Christus habitare uoluit apud te, tu autē eū cōculcas per crapu- L lam, per ebrietatē. Audiamus q indignè sacramentorū participes sumus, audiamus q indignè ad mē Matt.7.d sam illā accedimus. Nolite, inqt, sanctū dare canib. neq mittatis margaritas uestras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedib. suis: hoc est, ne contēnāt, ne respuant. Sed nō hoc dixit, sed qd terribilius est, ex terribilioribus coartat aias audientium. Sufficiens.n. erat et iā hoc ad conuertendū eos, non minus q̄ consolatio, & simul differentiā & supplicium ostendit, & iudiciū ipsis relinqt, utpote de re clara, & q̄ manifestè cōstaret. Quanto ergo arbitramini, inqt, peius mereri suppliciū In hoc loco uidetur mihi & de mysteriis aliqd significare. Deinde & testimoniū subiūgit dicens, *Horrendum est incidere in ma-* Deu.32.e. *nus dei uiuentis: scriptū est enim: Mihi uindictam, & ego* & Ro.12 *retribuam.* Et *iterum: Dominus iudicabit populum suum.* d. Incidemus, inqt, in manus domini, & nō in manus Ps.34.c. hoium. Sed nisi pniam egeritis, in manus domini incidetis. Istud horrendū, illud uerò, nēpe incidere in manus hoium nihil est. Cùm uiderimus igitur quenquā hic puniri nō contremiscamus ad pœnā M psentē, sed cōtremiscamus ad futurā. Sēdm misericordiā eius, & indignatio eius est, & sup peccatores reqescet furor eius. Simul ēt aliud significat in hoc loco. Mihi, inqt, uindictā, & ego retribuam. De inimicis hoc dictū est, qui malè faciunt, non de his q malè patiuntur. Hic autē & consolatur eos, tantum non dicens, permanet in sempiternū deus & uiuit. Proinde etiāsi nunc nō recipiunt, postea recepturi sunt: illos oportet cōgemiscere, non nos. Nos enim in illorū incidimus manus, illi autē in manus dei. Neq.n. qui patitur, aliqd malum patitur, sed q facit neq beneficiū pcipit, q iuuatur, sed qui beneficiū prestat. Hæc igitur scientes patientes efficiamur ad patienda mala, & prompti ad benefaciēdū. Hoc autem poterimus, si pecunias, & gliam contēnamus. Et q has exposuerit passiones, oibus hominib. erit liberior, & eo q purpura induitur, locupletior. Intueris quāta fiant mala pp pecunias? non dico quā ta pp auaritiam, sed in eo quod affectione & passione quadam tenemur circa pecunias. Verbi gratia: si perdit aliqs pecunias, uitam ducit omni morte peiorem. Quid doles ò homo? qd lachrymas? qa te à cura custodiendi superflua liberauit deus? qa nō se-

des tremens

A des tremens & metuens? Dic itaq, si te quisquā alliget ad thesaurū, p̄cipiens ut illi semp assideas, & uigilem curā alienis impendas: nonne doleres, & difficulter ferres? Tu teipsum alligaueras uinculis pessimis, & qa illa seruitute liberatus es, doles? Verum qppe est, quoniā ex opinione ueniunt & mœrores, & gaudia, ueluti si aliena habeamus, sic ipsa custodimus. Nūc ad mulieres mihi sermo est: habet q̄dā mulier forsitan uestimentū ex auro cōtextū, & hoc excutit, & expulserat, uoluit linteaminib. mūdis, cū cautela custodit, tremit sup illud, & non eo fruitur. Aut.n. moritur, aut uidua facta est, aut si horū nihil cōtingat, metues ne assiduo usu atteratur, & eo fraudetur, alio modo seipsam eo fraudat, cum ei parcit. Sed dicis, qa illud dimittit alij: sed neq hoc certū est. Si uerò ēt & alij dimittat, & illa sīr eo utetur. Et si quis scrutetur in domib. inueniet ex maxima parte ptiosa uestimēta, q̄ alijs excellūt, in maiori honore haberi, & nō aliter quā aiatos dominos coli: Non.n. utitur eis assidue, sed ueretur, & tremit tineas, & alia hmōi rodere & comedere solentia.

B Remouet plurima, in unguētis, & aromatib. ponit, & neq permittit, ut quorumuis conspectui pateāt, sed ipsa sæpenumero illa cū uiro suo diligēter ordi

Morale nat, & cōtinet. Nōne rectè, dic mihi idololatriā, auaritiā uocauit Paulus? Quantū.n. illi honorē circa idola ostendunt, tantum & isti erga uestimenta sua, & circa ea q̄ habent ex auro cōfecta. Vsquequo nō cœnū istud euacuamus? usquequo luto & lateribus adhærebimus? Sicut.n. illi Aegyptiorum regi laborabāt, sic & nos diabolo laboramus, & flagellamur multò grauiorib. flagellis, quantò.n. aia præstantior est corpore, tātò grauius curis flagellamur per singulos dies, & nō timemus curā gerētes, & trementes. Sed si uoluerimus ingemiscere ad deum, si uoluerimus ad eū respicere, mittet nobis non Mosen, neq Aaron, sed uerbū suū & compunctionem donabit. Hoc autē uerbū ueniens, & apprehendens aias nostras, liberabit à seruitute amara, & educet nos de Aegyptio infructuosa & inutili, & de studio nostro nanū habente laborē, & de seruitute q̄ nul-

C lum habet lucrū. Illi quidē saltē aureis ornamentis sumptis, tāquā mercede laboris capta egressi sunt: nos autē nihil, atq utinā nihil. Etenim ēt nos sumimus non aurea, sed Aegypti mala, hoc est peccata, & supplicia, & pœnas. Discamus igitur qd nobis sit utile, discamus iniuriā pati, hoc.n. est Christiani. Contēnamus pecunias, ne salutē nostrā contēnamus. Contēnamus pecunias, & nō contemnemus aīam, ipsa est q̄ subiicietur suppliciis: ipsa est q̄ afficietur tormentis: illa hīc remanent, ista descendit illuc. Quare ergo, dic mihi, luges, & nō sentis? hæc ad auaros dico, & ad eos q ab auaris lędūtur, ferte fortiter auaras illas imposturas: seipsos interimunt illi, nō uos. Vos quidē priuant pecuniis, semetipsos autē propitiatione dei, & adiutorio. Qui.n. illa nudatur, & si circundetur oīb. mundi diuitiis, oībus

Psal.22.a erit egentior. Sicut & q oībus pauperior est, si istā habeat, oībus erit opulētior. Dominus, inqt, pascit me, & nihil mihi deerit. Dic aūt mihi, si haberes alium uirū magnū, atq mirabilē, & ualde te amantem, & tui curā gerētē: deinde cognosceres quoniā semp uicturus esset, & qd non eū morte pueneris, & cūcta tibi impertiens, cū fiducia suis reb. frui pmitteret, nū uelles aliqd possidere? num ēt si omni bus nudus esses, ditiorem tam ē te esse putares, illū C habendo? Quid ergo luges, qa pecunias nō habes: Sed cogita, qa ablatę tibi sunt occasiones peccādi. Sed dices, quia qd habebā, amisi, sed acquisisti pro pitiationē dei. Et quo acquisiui, inquies? qa dictū 1.Co.6.b est: Quare non iniuriam magis patimini? Dictū est, quia beati qui oīa gratē suscipiunt. Intellige igitur quanto dei fauore potiturus sis, siquidē ista operibus ipsis ostenderis. Vnū quippe tantū à nobis quęritur, ut in oībus gratias agamus deo, & oīa habebimus abundāter. Vtputa: Perdidisti auri libras decem milia, age gratias cōfestim deo, & centū milia acquisisti per uocē illā, & gratiarū actionē. Dic.n. mihi, quando beatū iudicasti Iob? Quādo habuit illos multos camelos, & pecudū greges, & armenta bouū: an quando illā uocem emisit, Dominus dedit, dominus abstulit? Etenim diabolꝰ ppea nobis damna facit, nō solū ut pecunias nobis auferat, scit Iob.1.d. enim qa nihil ē: sed ut p hoc cogat nos dicere aliqd blasphemū. Sic ēt in causa beati Iob, non hoc agebat tantū, ut eū pauperem faceret, sed ut is blasphemiam ore proferret. Cū ergo oībus eum nudaret attende qd dixerit ad eū per mulierem. Dic aliquid E aduersus deū, & morere. Iniquissime, oībus eū nudasti, qd amplius quæris? Sed non hoc agebā, inqt: aliud est pp quod ista feci oīa, nondū ad quod uolebam, profeci. Conabar.n. nudare eum diuino auxilio, ppea eum pecuniis nudaui. Hoc est quod uolo, illud autem nihil est, si hoc non fecerit: nō solū nihil læsus est, sed etiā iustior effectus. Intueris qa scit ēt malignus dæmō ille, quantū damnū est huius rei. Et adhuc uide illū per mulierē insidias contuentem. Aduertite oēs uiri q uxores habetis amatrices pecuniarū, & cogentes blasphemare deū. Recordamini Iob. Sed uideamus, si placet, eius etiam multā mansuetudinē, quo eam obmutescere fecerit: & qd inquit? Velut una ex insipientib. mulierib. 1 Ibid. 2.c. locuta es. Verè corrumpunt mores bonos colloqua 1.Co.15.d mala. Semp qdē, sed maximè ĩcerumnis, & in cladibus, tunc q mala suadent, habent uirtutē. Si.n. etiā à seipsa anima prona est ad mœrores & anxietates: quanto magis cū cōsultor, & suasor affuerit? nōne F ad ipsum infernū demergitur? Magnū quippe bonum est mulier, sed ēt malum magnū: quod uerò malū magnū sit, attende ex qua parte uoluerit suffodere murum tam fortē. Non eum domuit, inqt, ablatio pecuniarū, nihil magnum operatū est hoc dannum. Propterea, inquit, Nisi in faciem tibi be- Iob.1.b. nedixerit. Intendis ad qd festinabat, ad quā rē aspirabat? Si igitur gratē feramus, & hęc recipiemus: Et si non receperimus, maior erit merces. Cū.n. certasset fortiter, tunc ei & hęc restituta sunt. Cū ostēdisset diabolo, quoniā non pp hæc eum coleret, tunc & ista ei tribuit. Talis.n. est deus noster, cū nos uiderit nō affixos reb. secularib. & caducis, tūc nobis ea largitur. Cū nos uiderit spiritalia pponētes, tūc & carnalia donat: antē autē nequaquā, ne quando auellamur à spiritalibus. Custodiens autē nos, nō dat carnalia, ut uel uolentes nolētes ab eis separet. Non, inqs, sed si accepero, saturabor, & magis gratias agam. Falsum est, ò homo, tunc.n. maxime eris negligens. Quid ergo est, inqt, qd plurimis tribuit? Vnde certū est, quōd ipse tribuat? Et qs, inqt, alius tribuit? Auaritia eorū & rapina. Et quo, inquit, permittit hęc fieri? Sicut & homicidia, & furta, & uio-

G lentias ceteras. Quid ergo, inquit, dicimus de his, qui ex parentib. fuscipiũt hæreditates, q & ipsi multis malis pleni sunt? Quid hoc est, inqs, qũo eos permittit deus his perfrui? Permittit eos sicut & fures, & homicidas, & cæteros malè facientes. Non.n. est tps iudicij nunc, sed conuersationis bonæ. Sicut iã dixi, & nunc iterum dico, qa amplius luent suppliciũ, quando cunctis perfruuntur bonis, neq; meliores efficiuntur. Non.n. omnes æqualiter punientur, sed hi qui etiam post beneficia mali permanserũt, amplius punientur: qui autem cũ paupertate uixerunt, nõ ita. Et quòd hoc ita sit, audi qd dixerit ad
1.Re.9.c. Dauid: Nõne dedi tibi oia domini tui? Cũ ergo uideris iuuenẽ sine laboribus hæreditate paterna susceptа in malitia perseuerantẽ, certè scito, qa supplicij ei adiicietur, & pœna crescet. Non ergo hos æmulemur, sed eos potius, q uirtutẽ suscipiũt, q diuitias
Ps. 48.b. spirituales possident. Væ n. inqt, qui confidunt indi
Ibi. 12.7. uitiis suis. Beati oẽs q timent dominũ. Ex quib. esse uis? dic mihi. Vtiq; ex his q beatificãtur: ergo hos
H æmulare, non illos, ut posis ẽt illa bona, q̃ eis reposita sunt, nanciſci: quę contingat nos oẽs consequi in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri, unà cum sancto spiritu gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia XXI. ex cap. X.

Edeãt autẽ uobis in memoriã pristini dies, in quibus illuminati magnũ certamẽ sustinuistis passionũ. Et nũc opprobriis & tribulationibus affecti

Vinculis meis *spectaculũ facti estis: nũc autẽ socij taliter patientiũ, Vinctis cõpassi estis, & rapinas substantiarũ uestrarũ cũ gaudio suscepistis, cognoscentes uos habere melioreẽ in cœlis substantiã, & permanentẽ. Nolite itaq; amittere confidentiã uestrã, q̃ magnã habet remunerationẽ. Patientia.n. uobis necessaria est, ut uolũtatẽ dei faciẽtes, reportetis promissionẽ. Adhuc enim modicũ tpis, & qui uenturus est ueniet, & nõ tardabit: iustus autẽ meus ex fide uiuit. Quòd si subtraxerit se, non placebit aiæ meæ. Nos autẽ non sumus subtractionis filij in perditionẽ, sed fidei in acquisitionem animæ.*

Abac. 2.a

Optimi medicorum cũ altè secuerint, & per incisionem fecerint doloris augmentũ, solatium statim afI ferunt, & remediũ illi loco, ubi dolor inest, & perturbatã refouent aiam: postq̃ autem recreauerint, alterã iam non adiciunt sectionẽ, quinetiam illa q̃ facta sunt, medicaminib. mitioribus, & ualentibus magnitudinẽ mitigare doloris, confouent: hoc ẽt Paulus fecit. Postq̃. n. cõcusit animas eorum, & cõpunxit mentione gehennæ: & fidem fecisset, qa oibus modis oportet perire iniuria dei gratiam affici
Hic sup.f entem, & hoc ex lege Mosi docuit, quia perirent, & aliis testimoniis amplius hoc affirmauit dicẽs: horrendum est incidere in manus dei uiuẽtis, ne multo timore desperantẽ aiam absorberi faceret, consolatur eos p laudes, & hortationes, & æmulationẽ domesticam eis proferens. Rememoramini, inquit, pristinos dies, in quib. illuminati, magnum certamen sustinuistis passionũ. Multa est cõsolatio, uel hortatio, q̃ ipsis fit operib. Eum.n. qui aggressurus est rem aliquam, processu tpis promouere oportet, tanquã si diceret, Mox atq; in fidem inducti, & in ordine discipulorum eratis, tantã alacritatẽ demõstratis, tantã fortitudinem, nunc autem minimè: & q̃ consolatur uel hortatur, ex domesticis ac familiaribus reb. maximè hoc agit. Et non simplr dixit, certamen sustinuistis: sed addidit, magnum. Et non dixit, tentationes, sed certamen, qd est maximus ti- K
tulus laudis, & maximarũ pdicatio laudũ. Deinde & exequitur minutatim, dilatans sermonẽ suum, & laudes plurimas proferens: Qũo hoc? Nũc quidẽ, inquit, opprobriis & tribulationib. spectaculũ facti. Grauis qppe res est opprobrium, & idonea ad aiam subuertendam, & ad excæcandã mentem: Nã audi qd dicat propheta, Cũ dicunt mihi, inqt, per *Psal.41.c* singulos dies, ubi est deus tuus? Et iterũ: Si inimi- *Ibid.54.c* cus exprobraret mihi, sustinerem. Quoniam n. ualde appetens gl'ię genus humanum, ppea etiã facilè opprobriis captiuatur. Et non simplr dixit. Opprobriis, sed ẽt cum multa fide hoc fecit, dicens, spectaculum facti. Cùm.n. quis secretò exprobratur, contristatur quidẽ: sed multò amplius, cũ corã oibus. Dic enim mihi, quantum erat malum discedentes ab infirmitate Iudaica, & ad optimam uitam transeuntes, & paternas traditiones cõtemnentes, ut ab ipsis domesticis paterentur multa mala, & nullã haberent defensionem? Nõ habeo, inquit, qd dicam, L
ista quidem uos esse passos, doluisse tamẽ, imò magis gaudebatis. Et hoc significauit, dicens: Socij taliter patientiũ facti. Et ipsos apl'os producit in medium. Non solũ, inqt, in propriis passionib. non erubescitis, quinetiam aliis taliter patientib. socij facti estis. Hoc & cõsolantis est & hortantis: nõ dixit, sustinete tribulationes meas, efficimini socij mihi: sed, & uestras adflictiones boni consulatis, & uinculis meis cõpassi estis. Vides quia de seipso dicit, & de aliis uinctis? Nõ. n. putastis uincula esse illa uincula, sed sicut athletę fortes, sic stetistis: qa nõ solũ in uestris opus non habuistis hortatione, uel cõsolatione, uerũ ẽt aliis hortatio & cõsolatio facti estis. Et rapinas substãtiarũ uestrarũ cũ gaudio susceptistis. Papæ quanta fidei certitudo, deinde causam quoq; ponit, nõ solũ ad certamina eos exhortãs, sed ẽt ut nõ cõmouerentur in fide. Vestras, inqt, diuitias diripi uidẽtes, sustinuistis: qd necdũ apparet, tanquã prẽsens appareret, cernebatis: qd syncerę fidei est, & eam ipsis operib. ostendistis. Nã rapina illa fortassis uiolentiæ raptorũ adscribitur, nullus. n. forsitã potuit uiolẽtos prohibere. Proinde necdũ hoc certum est. Et an pp fidem illam rapinam sustinueritis. Quanuis hoc quoq; certum sit: Poteratis quippe, si uoluissetis non ferre rapinã, abnegãtes fidem. Sed qd isto multo est amplius, hoc fecistis, ut cum gaudio ista toleraretis. Quod erat totũ apostolicũ opus, & dignũ illis fortibus animabus, ut flagellati *Actо. 5.g.* gauderent. Reuertebantur. n. inqt, a facie concilij gaudentes, qa digni facti erant pro noie Iesu in honorari. Qui. n. cum gaudio fert, ostẽdit quia habet mercedem: & quia ſpatitur damnũ fructus illi magnus fit illa res. Sed ẽt quòd dixit susceptistis, ultroneam eorum patientiã declarauit. Quoniam susceM
pistis, inquit, cognoscentes uos habere meliorem substantiã in cœlis, & permanentẽ: ac si diceret, firmam & stabilẽ: & q̃ perire non possit, sicut ista terrena pit. Dei de laudans eos, dicit: Nolite itaq; amittere confidentiã uestram, q̃ magnã habet remunerationẽ. Quid dicis? Non dixit, quoniam abieceratis & receperatis iam. Sed quid dixit? Quòd magis eos faceret fortiores, qa habetis illam, inqt, Quod enim amittitur ut iterũ acqratur, labore multo indiget: qd autem tenetur ne amittatur, non itẽ. Ad Galatas autẽ è cõtrario dicit: Filioli mei quos iterũ *Gala.4.c*

ſpatitur dãnum, sed

A parturio, dõnec formetur xps in uobis. Et meritò. Illi. n. remissiores erãt facti, propterea opª illis erat increpatiuo sermone: isti autem animo pusilliore erãt, unde mitiore magis sermone opus habebant. Nolite itaq; amittere, inqt, cõfidentiã uestrã. Apparet ergo, quia in cõfidentia multa erant ad deum. Quæ magnã, inquit, habet remunerationẽ. Et quãdo eã sumemus, inquit? Ecce quę ex nobis erãt, omnia facta sunt. Propterea ꝓoccupat eorũ cogitationem, tantũ nõ dicens, si in cœlis intelligitis uos habere substantiã meliorem, nihil reqratis, sed tantũ hìc patiẽtia opus est: & nõ ut addatis, sed ut i eisdẽ ipsis pmaneatis, ut nõ abiiciatis quod uobis imptitũ est. Nullo uobis alio opª est, nisi ut stetis sicut stabatis, ut ad finẽ ueniẽtes, participetis repromissionẽ. Patientia, inqt, uobis necessaria est, ut uolũtatem dei faciẽtes, reportetis repromissionem. Vnũ opus habetis tantũ, ut perseueretis, & expectetis futura, nõ ut iterum certetis, ad ipsam iã coronã proximi facti estis: certamina cuncta sustinuistis, uincula, tribulationes, subſtãtię uestrę direptę sũt: qd
B ergo, nisi qa de cæterò ad hoc statis, ut coronemini, hoc solũ, tolerate aduentũ coronę? O quãta magnitudo exhortationis & cõsolationis, ueluti, si qs ad athletam hoc diceret, q cunctos supasset, ac deiceret, & nullum reliquum haberet, q sibi concertaret: & deinde futurum nõ nisi ut coronaretur, & dilationẽ ferre nõ posset, dũ arbiter certaminis adueniret, q coronã daret: ille autem impatienter ferẽs, uellet exire & fugere, nõ tolerãs sitim, & flãmam ęstuationis. Hoc igitur & ipse significauit, dicẽs: Adhuc. n. modicum tpis & q uenturus ẽ ueniet, & nõ
Heb.13.d tardabit. Et ne fortè dicerent, quãdo ueniet, ex scripturis eos cõsolatur. Etenim, inquit, propè est salus nostra. Ergo hoc dicit, consolatur eos tanq̃ paruũ sit tps, adhuc reliquum. Et hoc non ex seipso dicit, sed ex scripturis: si. n. iã diu est, ex quo dicitur: ad-
Abac.2.a huc. n. modicum aliquantulum, q uenturus est ueniet, & non tardabit: manifestum est, qa nunc multò propior est. Proinde & perseuerare, & expectare nõ minima merces est. Iustus autẽ meus, inquit, ex fi-
Ibid. C de uiuit. Quòd si subtraxerit se, non placebit aiæ meæ. Magna est ista consolatio, & exhortatio, quãdo quis ostendit eos q totum iam perfecerunt, per modicã negligentiã, totum amittere: Nos autẽ, inqt, non sumus filij subtractionis ad perditionẽ, sed fi-
Cap. XI. dei, in acquisitionem animæ. *Est autem fides speranDarum substantia rerum, argumentum eorum quæ non uidentur: in hac testimonium consecuti sunt seniores.* O q̃ mirabili uerbo usus est, dicẽs: Argumẽtum eorum quæ nõ uidentur. Argumentum qppe est in rebus admodũ manifestis: fides igitur uisio est, inqt, non apparentiũ, & ad eandẽ certitudinẽ ducit, ad quã etiam q̃ uidentur. Proinde neq; circa ea q̃ uidentur, credulitas uel incredulitas dici põt: neq; iterum fides dici põt, nisi cùm circa ea, quæ non uidentur, amplius q̃ circa ea q̃ uidentur, certitudinem qs habuerit: Quoniam. n. ea q̃ sunt in spe, sine substantia esse putãtur, fides eis tribuit substantiã: magis autẽ eis nõ tribuit, sed ipsa est essentia eorum. Vtputa, resurrectio necdum facta est, & necdum est in substãtia, sed spes facit eã subsistere in aia nostra, hoc est quod dixit, subſtãtia. Si igitur est argumentũ eorũ, q̃ nõ uidentur: quid est quod ea uultis iam uidere ut excidatis à fide, & desinatis iusti eẽ? Siqdem iu-

D stus ex fide uiuit, uos autẽ si uolueritis ea uidere, iã non eritis fideles. Laborastis, inqt, certamina pluri
Morale. ma sustinuistis, ẽt ego hoc dico, inquit, sed expecta te: hoc est fides, nolite hic q̃rere quæ speratis. Hæc dicta qdem sunt ad Hebræos, cõmunis est autẽ admonitio, etiã ad plurimos eorum, q hìc congregati sũt. Qualiter, inqt, & quali modo? ad pusillanimes & impatientes ista dicuntur. Cũ. n. uiderint malignos prosperitatem habere tẽporalem, semetipsos aũt aduersitatem, affliguntur, & impatienter ferũt, & desiderant ultionẽ eorũ & uindictã, & sibi mer-
Abac.2.a cedem laborũ suorũ iam reddi cupiunt. Adhuc. n. modicũ, inqt, & aliquantulũ, q uẽturus est ueniet. Et nos igitur ad negligentes ista dicimus, qa oibus modis erit ultro, oibus modis uẽtura est, in ianuis est iã resurrectio. Vnde hoc dicis, inqt? Non dico ex prophetis, neq;. n. ad Christianos solos nunc sermo est, sed etiam si paganus sit, cõfido ualde, & approbationes affero, & eum doceo. Qũo, inquit? Multa nanq; ꝓdixit xps, si non euenerunt illa, neq; istis credamus: si autem euenerunt oia illa, quid de reliqs dubitas? Esset fortassis difficile ad credendum, cũ adhuc nihil euenisset illorum: nunc autem cũ illa euenerint uniuersa, his reliquis non credere, irratioE nabile est. Magis autẽ sub exemplo hanc rem faciã
Luc.19.f. clariorem: dixit xps, quia Hierosolyma ad captiuitatem uentura est, & captiuabitur captiuitate, qualis non fuit antea, & qa nunquã resurget uel instaurabitur: hoc iã euenit, & ipso opere ꝓcepit effectũ. Dixit itẽ, qa tribulatio erit magna: & similiter euenit. Dixit, qa sicut granum sinapis seminatum, ita *Matt.13.* dilatabitur uerbi pdicatio: & hoc uidemus per sin- *& Luc.* gulos dies, per totũ mundum discurrere. Dixit, qa *d.* q derelinquunt patrẽ, aut matrẽ, aut fratres, aut so-
Mat.19.d rores, habebunt & patres, & matres: hoc ipsis operibus intuemur impleri. Dixit, qa tribulationẽ habe-
Ioã. 16.g bitis, sed confidite, qa ego uici mũdum: hoc est, nemo uobis ꝑualet, & hoc rebus ipsis euenisse conspicimus. Dixit, qa portæ inferni non ꝑualebunt ad-
Mat.16.c. uersus ecclesiã, licèt persecutionem patiatur: & qa nullus extinguere poterit eiª pdicationẽ: huic prophetiæ testificatur experimentũ ipsarum rerum, & tamẽ ualde erat hoc incredibile, cũ diceretur. Quare? qa sermones erãt tantũ, & uerba, & necdum illa demonstratio prolata erat dictorũ: proinde ualde credibilia nunc facta sunt. Dixit, qa cũ pdicatũ fue-
Ibi. 24.a rit hoc euangelium in oibus gentib. tunc ueniet finis: ecce iã ad finem ꝓuenimus. Maxima qppe pars
F mundi euãgelizata est. Iã ergo finis instat, & imminet. Metuamus igitur dilectissimi. Quid aũt est? dic mihi. De fine tu solicitus es, & ecce finis propè est, sed & uitæ finis uniuscuiusq; propè ẽ. Dies, inqt, an-
Ps. 89.c norum nostrorum i ipsis septuaginta anni: si uerò in potẽtatib. octoginta anni. Propè est dies iudicij, timeamus itaq; fratres dilectissimi. Frater non libe-
Ps.48.b rat, liberat hõ? Multorũ nos illic pnia capiet, sed in
Ibi.44.a morte nullus cõfitebitur illi: idcirco dicit: ꝓoccupemus faciem eius in cõfessione: hoc est, aduentũ eius, & ꝑsentiam. Hic. n. quodcũq; fecerimª, ꝑualet: illic autem nequaquã. Si quis nos, dic mihi, in camino flammante uel paruulo constituat tempore, nõ ne cuncta tolerabimus ut liberemur? siue pecunia proferenda, siue seruitus toleranda sit. Quot sunt corũ q in morbos acerrimos incidunt, & oia dare prõpti sunt, ut saluẽtur, si eis optio proponeretur?

G Si igitur in hac uita morbus parui tpis ita nos afficit,& contristat:qd faciemus illic,ubi nulla erit uti
litas pniæ? Quãtis nunc repleti sumus oẽs malis,& non sentimus, inuicẽ mordemus, inuicem consũ
imus:iniuriantes,accusantes,incusantes,mordemur gloria proximorum. Et attẽde,quod peius est,
cùm uoluerit quisq̃ suffodere opinionẽ, & famam proximi,dicit:hoc dixit ille de illo:De⁹ ignosce mi
hi, noli me de hoc discutere, auditionis debeo rõnẽ:qd ergo dicis? Quid dicis oĩno,si nõ credis ? qd
dicis? Quid ex multo rumore certum reddere cona
ris? Quid deportas ubiq; sermonẽ,q uerus non est?
tu ipse nõ credis,& deũ Postulas, ut te non de hoc
discutiat. Noli ergo dicere,sed potius tace, & oĩ ti-
Eccl.19.b more liberaberis:sed nescio unde morb⁹ hic in ho
Ibid. mines incidit. Verbosi nanq; & susurrones facti su
mus,nihil nobis remanet in aĩo. Audi sapientẽ quẽ
dam monentẽ,& dicentẽ: Audisti uerbũ,in te mo
riatur,confide,nõ te dirũpet. Et iterũ: Audiuit uer
bum stultus, & parturiut sicut à facie infantis mu
lier q̃ generat. Parati sum⁹ ad maliloquia, ad condẽ
H nationes instructi:at si nihil aliud mali oparemur,
hoc idoneũ esset ad perdendos nos, & in gehennã
mittendos, & ut decẽmilib⁹ malis adobrueremur.
Et ut integrẽ cognoscas,aduerte prophetã dicentẽ:
Psal. 49. Sedebas, inqt, & loquebaris aduersus fratrem tuũ.
Sed non ego,inqs, sed ille,imo qdem tu:si.n.tu nõ
diceres, alius non audiret: Et si ab alio auditurus
esset,tu tamen illius peccati nõ esses occasio. Opor
tet qppe obũbrare,& cõtegere delicta proximorũ:
tu autem in põpam deducis sub p̃textu bonitatis,
& non efficeris accusator, sed susurro & delirus,&
stultus. O calliditatẽ,teipm cõfundis cũ illo, & nõ
sentis:intuere aũt quãta mala ex hoc propagãtur:
Ad idignationẽ prouocas deũ:nõne aduertis Pau
1. Tim.5. lum dicentẽ de uiduis & mulierib.uerbosis? Non
b. solũ otiosæ discunt, inqt, sed & uerbosæ,& curiosę
circuneuntes domos, & loquentes, q̃ non oportet.
Proinde & si quando credideris ea q dicuntur ad-
uersus fratrem tuum,nec sic tamen ea dicere opor
tet,ne dum si icerta fuerint:sed ubiq; q̃ tua sunt in-
I spicis, metuis examinari à deo. Metue ergo, ne etiã
pro uerbositate discutiaris:hic.n.nõ pót dicere, qa
non me discutiet deus pro uerbositate: hæc.n.res
uerbositas est. Quid publicasti malũ?qd augmẽta
sti?hoc.n.exterminatum est nos:ppea dicebat xps:
Mat.7.a. Nolite iudicare, ne iudicemini. Sed de hoc nobis
Luc. 18.c nulla ratio est,neq; nobis pharisęi parabola illa im
ponit moderationẽ:& ille uerã rem dicebat, qa nõ
sum sicut & hic publican⁹. Et dicebat nullo audiẽ
re,& tamẽ dãnatus est:si ille uerum dicebat, & nul
lo audiente,& tamen dãnatus est: q falsa dicit,& q̃
nec ipse credit ubiq; deportat, sicut uerbosæ mulie
res,qd mali non patietur? qd mali non sustinebit?
Imponamus iã ori nostro ostium atq; custodiã. De
cem milia.n.mala ex uerbositate sępius acciderũt,
domus euersæ sunt, amicitiæ dissipatæ, & alia de-
cemmilia pessima contigerunt. Noli scrutari ò ho-
mo causas proximi tui, sed si loquax es, & hoc ui-
tio detineris,loquere q̃ tua sunt ad deum: sic.n.nõ
erit uitiũ illud uitiũ,sed uirtus. Loq̃re q̃ tua sunt ad
amicos,q tibi ualde amici sunt,& iusti,in quos ha-
bes cõfidentiã,ut orent pro peccatis tuis. Si.n.alie-
nas causas dixeris, nihil tibi proderit, neq; aliqd lu
craris, quinetiã damnificaberis: si uerò q̃ tua sunt
pronuncies,à domino tuo multam habebis merce K
dem. Dixi.n.inquit,pronũciabo aduersum me ini- Ps.31.b
quitatem meã domino,& tu abstulisti impietatem
cordis mei. Vis iudicare? q̃ tua sunt iudica. Nullus
te culpat,si te cõdemnaueris:culpaberis aũt, si nõ
te cõdemnes:culpaberis,si nõ te redarguas:culpa-
beris,si nõ dolueris. Vidisti illũ irascentẽ,indignã-
tem,aut aliud qd absurdũ facientẽ, cõsidera cõse-
stim etiam tu,q̃ tua sunt. Et sic neq; tu illum ualidè
cõdemnabis,& teipm liberabis pondere pctorum.
Si sic nostra uitia moderemur,si sic negotiemur ui
tam nostrã, si cõdemnemus nosipsos,non peccabi
mus. Fortasis ẽt plurima bona operabimur in mã
suetudine,ac modestia cõstituti, & oibus fruemur
q̃ promissa sunt diligentib.deum:q̃ contingat nos
omnes adipisci, gratia & misericordia domini no-
stri Iesu xpi, cum quo patri, una cũ sancto spiritu,
gloria,imperium,honor nunc & semper,& in secu-
la seculorum,Amen.

Homilia xxij. ex cap. xi

I de intelligimus perfecta esse secula uerbo dei, ut Gen. 1.a.
f ex non apparentib. uisibilia fierent. Fide amplio L
rẽ hostiã Abel quã Cain obtulit deo, per quã te- Ibid. 4.a
stimonium consecutus est esse iustus: testimonium perhi-
bente muneribus eius deo,& per illam defunctus adhuc lo
quitur. Fides forti aia & uirili opus habet,& oĩa sup
grediente sensibilia, & infirmitatẽ ratiocinationũ
hoĩum trãseunte. Non.n.põt aliter quisquã fidelis
fieri,nisi seipsum à cõsuetudine cõmuni abducat.
Quia ergo aiæ Hebræorũ debiles erãt, & à fide qui
dem initium sumpserãt, ex passionib.autem tribu-
lationum pusillanimes efficiebantur, & minus pa-
tienter ferebãt,& cõcutiebãtur,primò eos ex eis ip-
sis adhortat⁹ ẽ,dicẽs:Redeãt ad memoriã dies pri- Sup.10.f
stini. Deinde ex scriptura diuina dicente: Iustus ex Abac. 2.a
fide uiuit:deinde ex ratiocinationibus dicẽs:Fides
est sperãdarũ substantia rerũ,argumentum eorũ,q̃
nõ uidentur. Nunc autem ex progenitorib. incipit
loqui,magnis uiris, & mirabilib.tantũ non dicẽs:
si illic ubi ante pedes erãt bona,omnes fide saluati
sunt,multò amplius nos. Cũ.n.inuenerit aĩa in eis-
dem passionib.socium,requiescit & respirat:hoc &
in fide,hoc & in tribulatione solet accidere. Proin-
de sit in uobis cõsolatio,inqt,per mutuã fidẽ. Val- M
de.n.incredulum est genus humanũ, & neq; de se-
ipso cõfidens, & timẽs pro his,q̃ se habere iudicat:
sed multã habet curam gloriæ, q̃ ex plurimis defer
tur. Quid ergo Paul⁹ fecit? Ex patrib.eos hortatur,
& primò ex communi intellectu. Dic.n.mihi,inqt,
quia fides accusatur ueluti res q̃ non possit ostẽdi,
& q̃ deceptio magis sit,ppea ostẽdit,quia maximæ
res per fidem, & non per ratiocinationes perfectæ
sunt. Et qũo hoc ostendit,dic mihi? Manifestum,in
quit,est,quia ex non existentib. quæ sunt deus esse
cit,& ex non apparentibus apparẽtia,& ex nõ sub-
sistentibus substistentia. Et unde hoc? Quia & uer-
bo hęc fecit. Ratiocinatio qdem i hoc nihil nobis
suffragatur:sed & contrà, ueluti ex apparentib.ap
parẽtia putet eẽ facta. Propterea maximè philoso-
phi nihil dicunt ex nullis existentib.esse, animales
existentes, & nihil fide pcipientes. Reprehẽduntur
autem etiã ipsi,quãdo magnum aliqd & ualidum
dixerint,fide dicũt pcipiendum, ueluti quòd deus
sine initio dicitur,& ingenitus. Ratiocinatio qppe
in hoc nobis non suffragatur,sed & cõtra se habet.

Attende

A Attende nunc mihi multam uanitatem ipsorum, deũ,sine initio dicunt, & ex nullis existẽtibus. Mul
to aũt hoc mirabilius est, q̃ dicere,qa ex nullis exi-
stentibus quæ sunt deus fecit. Nã dicere sine princi
pio est deus,quia ingenitus, quia neq; à seipso, neq;
ab alio genitus est, amplius est hæsitabile,quãtum
ad rõcinationẽ attinet, quã diceret ex nullis existẽ
tibus deus fecit quę sunt. Hic.n.multa sunt credibi
lia:hoc est,quia fecit aliquis, qa initium habuit qđ
factum est:illic autẽ sponte ingenitus,neq; initium
habuit,neq; tempus. Nõne magis hæc fide indigẽt,
dic mihi? Sed nõ posuit hoc,qđ multo erat amplị⁹,
sed & contrà: unde,inqt, habemus qa deus hæc fe-
cit? Ratiocinatio non suffragantur,Nemo.n.quãdo
hæc fiebant aderat. Vnde ergo certũ est? Manifestũ
est,quòd fidei res sit. Fide intelligimus,inquit,pfe-
cta sęcla esse uerbo dei. Quare fide? Quia ex non ap-
parentibus facta sunt quæ uidentur,hoc autem est
fidei. Postq̃ autem dixit,quod cõe est: deinde & in
personis hoc enucleat. Etenim uir glorios⁹ mũdo
æquandus est? hoc aũt & postea significauit. Quia
B ergo in personis centum,uel ducentis hanc causam
Hic Inf.g constituit,deinde uidens paruam numeri quantita
tem,subiunxit:quibus dignus nõ erat mundus. Et
contẽplare quẽ primumponat. Eum,qui mala pas-
sus ẽ,& hoc a fratre. Propria istorũ erat hæc passio:
etenim uos,inqt,eadẽ passi estis à cõtribulibus ue-
1.The.2.c stris. Abel occisus est a fratre,nulla iniuria affecto,
sed pp deum inuidente: ostendens quia & ipsi inui
diam patiebantur. Honorauit ille quidem deum,&
mortuus est pro honore dei,& necdum resurrectio
nem adeptus est:sed desiderium quidẽ eius manife
stum est:& quæ ab illo fieri debebant,facta sunt:q̃
uero à deo necdum illi collata sunt. Hostiã uero in
hoc loco dicit honorabiliorẽ,& clariorem,& neces-
sariã. Et non possumus dicere,inqt,quia non est su-
Gen.4.a scepta, Suscepit qdẽ deus,& dixit ad Cain, Si recte
offeras, recte autem nõ diuidas: ergo Abel & recte
obtulit,& recte diuisit. Sed pro his quã retributio-
nem accepit? Interemptus est manu fraterna,& con
demnationẽ, quam pater pp peccatum promeruit,
hanc ipse primus excepit,rectus existẽs. Et hoc cru
C deliora passus est,quod & a fratre,& primus,& tam
probabiliter & recte uiuendo nullius exemplũ ha-
bens,quem imitaretur,occisus est. Ad quem.n.attẽ
dens imitatus est hic,ut sic honoraret deum? Ad pa
trem & matrem? Sed illi magis contumelia affece-
runt deũ pro tantis beneficijs. Nũ ad frẽm attẽdit?
Etiã ipse deum cõtumelia affecit. Proinde ex seipso
hoc bonũ inuenit. Qui ergo tãto dignus erat hono
re,qd patitur? Interimitur. Qualiter aũt? Etiã aliud
testimonium consecutus est,quòd esset iustus. Dici
tur ignis descẽdisse,& assumpsisse hostias eius. Pro
Ibidem. eo siquidẽ, ad Abel aspexit domin⁹ & ad sacrificia
eius, incendit dixit. Cũ & in uerbis, & in operibus
eius testificatus sit de iustitia, & cum eum pp se ex-
tinctũ uideret,necdũ ei retribuit, sed adhuc sic di-
misit. Nostrę autem res non tales sunt. Qũo inquis?
Nos.n.& exempla multa habemus,& hortamenta,
atq; consolationes,decem milia & signa & miracu-
la facta. Proinde illud erat uera fides. Quæ.n.mira
cula ille uidit,ut crederet,quia erit à deo aliqua re-
tributio bonorum? Nõne ex fide sola habuit hanc
uirtutem? Quid est,& ppea mortuus adhuc loqtur?
Ne in multam eos desperationem adduceret, ostẽ-
dit eum ex parte perfrui tum retributione. Qũo? D
Cura & rõ deo super illo multa est, & adhuc loqui
tur:hoc est,interemit quidẽ eum,sed non cũ eo in-
terenit eius gliam atq; memoriam Non est ille mor
tuus,ergo nec uos morienuni. Quanto.n.quis acer
biora passus fuerit,tanto magis glia excrescet. Qũo
adhuc loquitur. Hoc.n. indicium est quod uiuat,
quod in ore omnium uersatur, quòd omnes eum
admirantur, & beatificant. Qui.n.admonet alios,
ut iusti sint,loquitur, non.n.tãtum proficit sermo,
quantum passio illius. Sicut.n.cœlum tantum ap-
parens loquitur, sic & ille dum in memoriã uenit.
Nunq̃.n.in tanta esset admiratione,si mille linguas
haberet,si uiueret, in quãta nunc admiratione est.
Idẽ est ac si diceret,ista nõ fiũt impune,aut simplr,
neq; differetur eorum ultio. *Fide Enoch translatus est,* Ge.5.cet.
ut non uideret mortem: nec fuit inuentus, propterea quòd Eccli.44
transtulerat illum deus. Maiorẽ iste fidẽ q̃ Abel ostẽ c
dit. Qua rõne? Quoniam etiamsi post illum fuit,il-
la tamen quæ circa illum prouenerunt,idonea erãt
ad reuocandum eum,& dehortandum. Qũo? pro-
uidebat deus, quoniam periturus erat, Dixit.n.ad E
Cain,peccasti,non adijcias adhuc. Honoratus qdẽ Eccli.21.a
est ab Abelo,sed nõ ultus eum. At neq; hoc Enoch
istum ad segnitiẽ adduxit,non dixit,qd opus est la
borib.& piculis. Ecce Abel honorauit deum,& nõ
ultus est eũ. Quid ei utilitatis accesit interfecto ex
supplicio fratris,quo cõdemnatus est? Quid illi ex
hoc proderit? Ponamus,qa frater acerbã recipiet ul
tionẽ, qd ad occisum? Nihil tale apud seipm dixit,
neq; cogitauit: sed hæc hmõi cnncta pertransiens,
intellexit,quoniã si est deus, omnib⁹ modis etiam
retributio erit, cũ nihil adhuc de resurrectione sci-
rent. Si aũt illi qui de resurrectione nihil sciebant,
& in hac uita cõtraria uidebãt, sic placuerunt deo:
quanto magis nos? Illi.n.neq; de resurrectione ali-
quid sciebant,neq; exempla,quæ intẽderent,habe-
bant. Et hoc ipm magis eum placere fecit, qa nihil
retributum illi erat. Sciebat.n. quoniam mercedis
retributor est deus. Vnde hoc? Abel.n.retribuit,in-
quit. Proinde ratiocinatio alia suggerebat:fides ãt,
contraria his q̃ uidebantur. Et uos igitur,inqt,attẽ-
dite uobis,& si uidetis nihil uos hic recipere,nõ p- F
turbemini. Qũo hoc? Fide translatus est Enoch.
Vt.n.transferretur causa fuit,quòd placuerat. Vt au
tem placeret deo,causa erat fides:nisi.n.agnouisset,
quia recepturus esset retributionem,qũo placuisset
deo? Sine fide.n.impossibile est placere deo. Qũo
hoc? Credebat.n. quia siquis crediderit esse deum,
etiam retributionem habebit. Vnde ergo placetur
deo? Credere,inquit, opus est eum qui ad deum ac
cedit,quia est,non quid est:fide.n.nõ ratiocinatio-
nibus opus habet:Si autem quia est,fide non ratio
cinationib⁹ opus habet,ita nec qd sit ratiocinatio-
ne cõprehendi potest, Si quia retributio mercedis
fide opus habet nõ ratiocinationibus,qũo ea quæ
substãtię diuinæ sunt rõne comprehẽdi poterunt?
Qualis.n. est ratiocinatio quæ poterit ad ista ptin-
gere? Quidam.n.casu & sponte dicunt omnia,quæ
sunt,extitisse. Vides qa nisi crederemus de omnib⁹,
non tantũ de retributione,sed etiã de eo ipso quòd
sit deus,labuntur nobis oĩa,& non stant. Multi aũt
quærunt,quò translatus sit Enoch,& quare transla
tus sit,& quare non fuerit mortuus,neq; ipse,neque
Helias: & si adhuc uiuunt, qũo uiuunt, & in quali

habitu. Sed ſuperuacaneum eſt iſta requirere. Quia uero translatus eſt iſte, & qa aſſumptus eſt ille, ſcripturæ dixerunt: ubi autē ſint, & quo, non addiderunt. Nihil autem amplius, q̄ quæ neceſſaria ſunt, dicunt. Hoc.n. factum eſt, quod de translatione dicitur, ipſis initijs ſtatim, ut anima humana ſpem acciperet, & qa ſolueretur mors, & damnaretur diaboli ca tyrannis. Translatus eſt.n. non mortuus, imò ut ne uideret quidē mortem. Propterea addidit, uiuus translatus eſt, quia placuit deo. Sicut.n. pater quiſq̄ cōminatus filio, cupiens quidem confeſtim remittere cōminationem: ſuſtinet tamen ac patienter tolerat, ut interim illum corrigat, & moneat, permittēs firmam permanere cōminationem: Sic & deus, ut penè dicā humano more non ſuſtinuit: ſed cōtinuo oſtendit, qa ſoluta eſt mors. Et primum pmittit fieri mortem, terrere uolens p filium patrē. Volens qppe oſtendere, qa reuera pmanet firma ſentētia, non malos ſtatim, ſed etiam eum qui placuerat ſubiecit ſupplicio, beatum illum Abel dico, & penè poſt illū confeſtim trāſtulit Enoch, & nō reſuſcitauit illū, ne pſumerent, nec cōfidētes efficerētur, ſed tranſtulit illum uiuum. Per Abel qdem pterrens, p iſtum aūt excitans ad æmulationem placendi ſibi. Proinde q caſu regi ac ferri cuncta dicunt, & nō ſperant retributionē, non placēt deo, ſicuti pagani. In quirentibus nanq̄ eum p opera bona, & per ſui cognitionē retributor efficitur. Quia ergo habemus mercedis retributionē, ſic cuncta geramus, ut non priu mur mercedibus, quæ uirtuti ſunt conſtitutę. Etenim multis lachrymis eſt dignū, ſi talis repēſio deſpiciatur, ſi talis retributio cōtemnatur. Sicut.n. eū ingrentibus, mercedis retributor efficitur: ita ēt non ingrentibus deū, econtrà eueniet. Quærite, inquit, & inuenietis. Quo autem poteſt dominus inueniri? Intellige quo inuenitur aurū, cum multo labore. Manibus meis quæſiui, inquit, nocte in conſpectu eius, & nō ſum defraudatus, hoc eſt, ſicut q̄rimus qd perierat, ſic deum requiramus. Nonne cū aliqd pdiderimus, mentem noſtram illuc conuertimus? Nōne omnes examinamus? Nōne ſi opus fuerit p itinera lōga peregrè uadimus? Nōne pecunias promittim⁹? Verbi gratia: Pone filiū nobis perijſſe. quid non agimus? Quā terram, qd mare non pererramus? Nonne & pecunias erogamus, & cuncta poſtremò facimus, ut illū inueniamus? At ſi inuenerimus, cōtinemus, cōſtringimus, amplexamur nō derelinquimus, & inqſituri omnia molimur, ut inueniamus qd quærimus, & inuenientes plurimum gaudemus: quanto magis ergo in inueniendo deo, hoc facere cōuenit? Sicut cum aliqd neceſſariorū reqrimus, magis aūt nec ſic, ſed multo amplius. Verunta men quia infirmi ſumus, ſaltem ſicut pecunias tuas inqris, uel filium, ita reqre deum. An non filij gratia in itinera prolixa commeas? Rogo, num aliquando peregrè profectus es pro pecunijs? An nō omnia curioſe pquiris? An non cum eas inueneris, confidens efficeris? Quærite, inqt, & inuenietis: q̄ quæruntur enim, multa cura op⁹ habēt, maxime in cauſa dei. Multa quippe ſunt impedientia, multa prohibētia, multa obūbrantia intellectū noſtrū. Sicut.n. ſol eſt quidē clarus, & in mediū cunctis propoſitus, & nō op⁹ habemus eum q̄rere: ſi uero noſmetipſos in terram defoderimus, & undiq; adumbrauerimus, multo labore op⁹ habebimus, ut ſolē uidere poſsimus. ſic & in hac cauſa, ſi in profundo cupiditatum malarū, ſi in tenebris paſſionum, & ſecularibus rebus defoderim⁹ noſmetipſos, uix poterimus oculos aperire, uix reſpiciem⁹, uix intuebimur. Qui inferne defoſſus eſt quāto ſurſum attēderit oculos, tanto appropinquat ad ſolē. Excutiamus igitur puluerē, dirūpamus ſuperiacentē, & imprimentē nos nebulā: denſa quidē eſt, & arcta, & non pmittit ut ſuſpiciamus. Et quo dirumpitur, inquis, hæc nubes? Si ad nos attrahamus radios ſolis iuſtitiæ. Eleuatio, inquit, manuū mearum ſacrificium ueſpertinum. Cum manibus etiā mentem eleuemus. Scitis qui imbuti eſtis, quid dicā, forſan agnoſcitis quod dicitur, & intelligitis qd ſignificauerim. Eleuemus in altū mentē noſtram. Noui plures uiros ego, penè ita pendentes, ut terrā non attingant, & ultra menſuram manus extendentes, dolentes ēt quia non poſſunt in aerem ſuſpendi: & ita cū alacritate orare. Ita & uos eſſe deſidero ſemp, & ſi non ſemp, ſaltem ſæpius: ſi non ſæpius uel plerunq;, uel in matutinis, uel in ueſptinis. Dic.n. mihi, extendere manus non potes, extē de uoluntatem, quantumuis iſtam extende: ſi uis uſq; ad ipſum cœlū, & ſi uis ipſum uerticē cōtingere: quin & in ſuperioribus ſi uoles incedere, licebit. Omni nanq; pēna leuior & ſublimior mens noſtra eſt. Cū aūt, & à ſctō ſpiritu acceperit gratiam, papæ quantum efficitur uelox & pernix? quo cuncta circuit? quo nō fertur deorſum, neq; ad ſolum decidit? Has nobis pennas præparemus, per iſtas & pelagus peruolare poterimus, & fluctuationes huius uitæ euadere. Auiū celerrimæ, & montes, & colles, & maria, & ſcopulos in paruo momento tpis ſine ullo impedimento transuolāt: talis eſt etiam mens, cum pennas acceperit, cū à ſecularibus abſceſſerit, nihil eā apprehēdere poterit, omnib⁹ erit eminētior iaculis ignitis diaboli. Nō eſt ita pfectus ſagittator diabolus, ut poſsit ad illā altitudinē ptingere, ſed emittit quidem iacula, eſt.n. impudens: nō autem attingit, ſed reuertitur ad eū inane iaculū. Et nō ſolū inane, uerumetiā in eius caput reuertitur. Oportet quippe ut iaculum, quod ab eo emittitur omnibus pcutiat modis. Sicut.n. ab hominibus iaculū emiſſum, aut illum aduerſus quem emittitur, pcutit: aut auē fortaſsis, aut ueſtimentum, aut lignum, aut aerē ipſum ſecat: ſic ēt diaboli iaculum oportet quidem omnibus modis pcutere, & ſi illum ad quē dirigitur non percuſſerit, omnibus modis pcutit dirigentē. Et licet hoc ex multis agnoſcere, qa quando nos nō furimus pcuſsi: omnibus modis illo pcutitur. Vtputa exēpli gratia, inſidiatus eſt Iob, non eū uulnerauit, ſed uulneratus eſt ipſe. Inſidiatus eſt Paulo, nō uulnerauit illum, ſed uulneratus eſt ipſe. Vbiq; ſi euigilemus iſtud fieri uidere licet. Et quādoquidē pcūſſerit, pcutietur, & multo amplius tunc, quando ſtrictis in illū gladijs, & ſcuto fidei noſmetipſos armātes atq; munientes, cum cautela obſeruamus, ne captiui efficiamur. Iaculum aūt diaboli eſt cupiditas mala: maximè iracūdia ignis eſt, flāma eſt, corripit, cōſumit, comburit. Nos aūt longanimitate & ſuſtinentia eam extinguimus. Sicut.n. ferrum ignitum cum in aqua tingitur, amittit ignē: ſic iracundia in longanimem incidens nihil eum lędit, ſed etiam iuuat. Nam inde redditur continentior hmōi homo. Nihil.n. longanimitati ſimile eſt. Nunq̄ conuitijs lædit hmōi homo, ſed ſicut adamantina cor-

pora non uulnerantur: ſic etiā animę tales: ſuperiores qppe iaculis inueniuntur. Eminentior nāq; eſt, & tantū eminentior longanimis, ut neq; percuſſus uulnus aliqd accipiat. Si quando iracūdus qſquā ferocit, tu ride, ridere autē noli palā, ne illum irites amplius: ſed ride apud teipſum, tui gratia. Etenim pueros cū nos percuſſerint cū indignatione, tanquā ulciſcentes ſeipſos, ridemus. Si igitur rideas, tā tum erit inter te & illum, quantū inter puerū & uirū. Si autē & tu exacerbaris, factus es puer. Et reuera, ſtultiores ſunt pueris, qui iraſcuntur: ſi.n. attendat aliquis ad puerum exacerbatum, nōne irridet? Puſillanimis, inquit, fortiter inſenſatus eſt. Qui igitur inſenſatus eſt, paruulus eſt & longanimis, inqt, multus in ſapientia. Hāc igitur multā ſapiētiā cōſequamur, ut adipiſcamur bona, quæ promiſſa ſunt nobis, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cū quo patri unà cū ſancto ſpiritu, glia, imperiū, honor, nūc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia. XXIII. ex cap. XI.

Ide Noe oraculo accepto, de his q̄ nondum uidebantur, metuens cōſtruxi arcam ad ſalutē domus ſuæ: per quā damnauit mūdum: & iuſtitiæ, q̄ per fidem eſt, factus eſt hæres. Fide, inqt, Noe oraculo accepto. Sicut filius de aduentu ſuo loquēs dicebat: In diebus Noe nubebant, & nuptū dabant. Idcirco ēt Apoſtolus eos familiaris exēpli admonuit. Exēplum enim Enoch, fidei tantum fuit: exemplū autem hoc Noe, & incredulitatis. Hæc eſt perfecta cōſolatio, & exhortatio, quando non ſolū q crediderunt inueniūtur fœlices ac celebres facti, ſed ēt in fideles contraria paſsi. Quid ergo inquit? Fide Noe oraculo accepto. Quid eſt oraculo accepto? hoc ē, pdictū eſt ei. Oraculū aūt pro qua cā dicitur? Etenim alibi dixit, Oraculū illi datū erat à ſpiritu. Et iterum: Et quid dixit oraculū diuinū? Cotēplaris æqualitatem honoris in ſpiritu ſancto: ſicut enim deus dat oracula, ſic ēt ſpiritus ſanctus. Quare autem ſic dixit? Prophetia.n. dicitur oraculū. De his quæ nondū uidebātur, inqt: hoc eſt, de imbribus timēs conſtruxit ſibi arcā. Ratiocinatio qppe nihil in hāc cauſa ſuggeſsit. Nubebant, inqt, & nuptū dabant: aer mundus & ſerenus, ſigna nulla erāt, uerū tamen timuit ille. Fide, inqt, Noe oraculo accepto, de his quæ nondū uidebantur, timēs cōſtruxit arcā ad ſalutē domus ſuæ: p quā damnauit mundū. Quo? Oſtendit enim eos dignos hoc ſupplicio, qui neq; per illam conſtructionē corrigebantur. Et iuſtitiæ quę per fidem eſt, factus eſt hæres. Ex hoc.n. apparuit iuſtus, ex eo qd credidit deo: hoc.n. animę eſt, quę ſe germane habet ad deū, & uerbis illi⁹ nihil fidelius iudicat. Sicut etiā incredulitas cōtra ſe habet: fides aūt, certum, eſt, quia iuſtitiam operatur. Sicut.n. oraculum nos accepimus de gehenna, ſic & ille. Tametſi irridebatur, tametſi probris petebatur, nihil tamen iſtorū attendebat. *Fide uocatus Abrahā obediuit deo, ut exiret in locū, quē accepturus erat in hæreditatē. Et exiit neſciens quò iret: fide demoratus eſt in terra pmiſſionis, tanquā in aliena, in tabernaculis habitādo cū Iſaac & Iacob cohæredib. pmiſſionis eiuſdē.* Quē enim uidit, dic mihi, ut imitaretur? Nam quē paganū habuit, & idololatram, Prophetas non audierat neq; ſciebat quò iret. Quoniam n. iſtos intuebantur, q̄ crediderant ex Hebręis, ueluti innumeris bonis potitos: oſtendit quoniā nullus eorū dū aliqd recepit, oēs ſunt ſine pręmio, nullus adhuc retributionē accepit. A patria ſua ille, & à domo excidit, & egreſſus ē, neſciēs quò iret. Et qd mirū, ſi ipſe ita, cū etiam ſemē eius ſic habitarit? Vidēs ergo redargui promiſsionē: dictum.n. erat, Tibi dabo terrā hāc, & ſemini tuo: uidit filiū ibi ut peregrinum habitātē: filius item uidit: patrē in aliena terra peregrinātē, & nihil turbatus eſt. Et circa Abraham fortaſsis merito ſic actū eſt, utpote qd poſtea ad effectū promiſsio eſſet pducēda: i prole aūt ei⁹ ſatis erat mirū: quanquā etiā ad ipſum dictum eſſet: Quia tibi dabo, & ſemini tuo: nō per ſemen tibi, ſed tibi & ſemini tuo, & tamē neq; ipſe, neq; Iſaac, neq; Iacob potiti ſunt hoc promiſſo. Ille qdē ſeruiuit mercenaria ſeruitute, hic aūt exagitabatur: iſte uero penè excideratimēs. Et partim qdē ſuos è bello liberauit, partim aūt niſi dei adfuiſſet pſidiū, fortaſsis ēt ipſe periſſet. Propterea dixit: Quia cū cohæredib. promiſſionis eiuſdē. Nō ipſe ſol⁹, inqt, ſed ēt hęredes. *Scdm fidē mortui ſunt*, inqt, *hi oēs, nō reportātes promiſsiones.* Duo quædam hic dignū eſt quærere, quo cū ſuprà dixiſſet, trāslatus eſt Enoch, & nō inueniebatur, ne uideret mortē: hic dicit, ſcdm fidē mortui ſunt hi oēs. Et iterū cū dixiſſet ſuprà, non reportantes repromiſsiones, dicit Noe recepiſſe mercedē ad ſalutē domus ſuę, & Enoch trāslatū eſſe, & Abel adhuc loq, & Abrahā accepiſſe terrā: & dixit, ſcdm fidem mortui ſunt hi oēs, nō reportātes repromiſsionē: qd ergo eſt? Neceſſariū itaq; uidetur, primū primo ſoluere deinde & ſcdm. Iuxta fidem, inquit, mortui ſunt hi oēs. Hoc in loco omnes dicit, non quia oēs mortui ſunt, ſed quia præter illum ſolū hi oēs mortui ſunt, quos ſcimus mortuos fuiſſe. Quod autem dixit, Non reportantes repromiſsiones, uerum eſt. Non.n. hęc promiſsio erat Noe. Quales aūt promiſsiones dicit? Iſaac enim, & Iacob fortaſsis, inquit, ac ceperunt repromiſsionis terram: qui uero cū Noe uixerunt & Abel & Enoch quid retributionis acceperūt? Aut igitur de tribus iſtis dixit, aut ēt de illis nō erat repromiſsio, ut in admiratiōe eſſet Abel, ut trāsferretur Enoch, ut ſaluaretur Noe: & hęc qdē illis pp uirtutē prouenerūt, libamina uero qdā erāt, & primę deguſtationes futurorū. Deus enim ex initio ſciens genus humanū multa ſubmiſsione & accōmodatione opus habere, non ſolū q̄ futura ſunt nobis largitur, ſed ēt quę huius uitæ ſunt nobis pſtat, ſicut & diſcipulis ſuis dicebat: Qui dimiſerit domos, aut fratres, aut ſorores, aut patrē, aut matrē, cētuplū accipiet, & uitā ęternā hęreditabit. Et iterū: Quærite primū regnum dei, & hęc oia adiicientur uobis. Intueris, quia hæc adiectionis, & additamenti loco ab eo dantur, ut non defatigemur. Sicut.n. athletæ perfruuntur quidē oi curatione, & eo tpe quando ſunt in certamine cōſtituti: ſed nō omni quiete, nec plena remiſsione perfruuntur ſub legibus uiuentes, ſed poſtea oi, plenaq; fruūtur: ſic & deus non ita præſtat, ut omnem hic quietem pcipiamus, tribuit quidem etiā hic. *De longe*, inquit, *eas uidentes & ſalutantes*. In hoc loco quiddā myſti cū ſignificat, quoniā oia complexus eſt, quæ de futuris dicta ſunt, de reſurrectione, de regno cœlorū de aliis, q̄ ueniens Chriſtus prædicauit. Promiſsiones.n. iſtas intelligit: aut hoc dixit, aut certe qa nō quidē eas acceperunt, ſed pſuaſi de illis hinc diſceſſerunt. Cōfidebant.n. ſola fide, de longe eas uiden

tes ante quatuor generationes. Post tantas qppe generationes reuersi sunt de Aegypto. Et salutātes, inquit, & gaudentes. Ita confidebant de illis, ut ēt salutaret eas. Ex metaphora nauigātiū hoc dixit: q à longe prospiciūt ciuitates desideratas, quas anteq̄ ingrediātur, salutatiōe p̄ueniūt, atq; ita inhabitāt. *Expectabant. n. fundamenta habentē ciuitatē, cuius artifex & opifex deus est.* Vides quod hoc quod dicit, ac ceperunt promissiones: idē est, qđ expectarunt & psuasi de illis fuerūt. Si igitur cōfidere accipere est, possumus & nos sic accipere. Isti. n. etsi nihilo poti ti sint horū, tamen desiderio intuebantur ea. Qua re hoc fiebat? Vt nos erubescamus, qa illi qdē promissionibus in terra factis nō attendebāt, sed futu rā ciuitatē requirebāt: nobis aūt sursum atq; deorsum deus de superna loqtur ciuitate, nos tamē terrenā quērimus. Dixit eis, quia dabo uobis p̄sentia, quoniam uidebat eos: magis aūt quia exhibuerūt seipsos maiorib. dignos, nō eos permisit hęc accipere, sed illa maiora eis tribuit: nobis uolēs ostēde re, qa maiorib. digni sunt, q se nolūt alligari ad ista terrena: sicuti qsquā puerulo sapiēti promittat pue rilia, nō ut accipiat, sed ut ostēdat ei⁹ philosophiā, dū ille maiora postulat. Hoc. n. est ostendentis, qđ cum tanto studio abduxerint aios suos à terra, ut neq; quæ dabantur acceperint. Etenim propterea nepotes eorū accipiunt. Illi qppe erant terra digni, Quid est ciuitatē fundamenta habentē? Ista. n. nō erant fundamenta, q̄ ad comparationem eius non sunt, cui⁹ artifex & opifex deus est. O qualis laus il lius ciuitatis. *Fide*, inquit, *& ipsa Sara sterilis.* In hoc loco uerecundiam eis excitans dicit, siquidē mulie re pusillanimiores apparuerunt. Sed fortasis dicat aliquis, quo fide, quæ risit? Risus qdē est ex incredulitate, timor aūt ex fide: quod. n. dixit, non risi, ex fide factū est. Proinde euacuata incredulitate introducta est fides. Fide, inquit, & ipsa Sara. *Virtutem ad suscipiendū ac retinendū semē, suscepit, ac præter ætatis rationem peperit.* Quid est, ad suscipiendū semen? Ad retinendū semen & ad recipiendum, Virtutē accepit, q̄ iam mortificata erat & sterilis. Duplex. n. erat præclusio, una ex tpe, senuerat quippe iam: alia uero ex natura, sterilis etenim erat. Idcirco ēt ex uno geniti sunt oēs, sicut stellę cœli, & sicut arena, q̄ est ad oram maris. Idcirco, inqt, ex uno geniti sunt omnes: non hoc solū uolens significare qa genuit, sed etiam quia tam multorum mater effecta est, q̄ neq; fœcundæ. Sicut stellæ, inquit, cœli. Quo ergo sæpius eos enumerat cum dixerit. Quemadmodū non numerantur stellę cœli, sic neq; semen uestrū? Aut igitur hyperbolicē dixit, aut certe oēs significauit, q semper ex illa origine procreātur. Vnius au tē domus progenitores numerare facile est. Ille illi⁹ pater, aut fili⁹, & ille illius. Si in hac uita tales promissiones dei sic facile implētur, si q̄ additionis loco promisit, ita mirabilia sunt, & glosa, & ita magnifica: q̄lia erūt illa, quorū ista additam ēta sunt, qb. hæc ex abundanti dātur ad cumulū? Quid igitur aut adipiscentibus beatius? aut nō adipiscētib. infelicius? Si. n. patria qs expulsus, ab hoibus miserabilis iudicatur: & quisquis hæreditatem amisērit, uidetur oibus esse dolendus: q cœlo priuatur, q illis repositis bonis, quantis lachrymis iste plāgēdus est? Imò non plangēdus? Plangitur. n. quisquiā cū passus fuerit aliquid, cuius ipse causa nō est: cū aūt ex propria uoluntate semetipsum quisquam afflictione cōfixerit, neq; lachrymis dignus ē, sed lamentationibus, magis aūt luctu. Nam & dominus noster Iesus Christus Hierosolymā, licet impiè agētem, luxit, & lachrymatus est. Reuera decē milibus lachrymis digni sumus, decē milib. lamētationib. Si ois habitatio terræ extollat uocē suā, & lapides, & ligna, & arbores, & bestiæ, & uolatilia, & pisces, & ut simul dicā, totus mundus si uocē extollat ad lamentandū nos, q ab illis bonis excidimus nihil dignū lamentabuntur. Qualis. n. sermo exprimere poterit, qualis mens illam beatitudinē, illamq; uirtutē, illā delectationē, illam gl'iam, illam iucunditatem, illam claritatē? Quæ oculus, inquit, non uidit, nec auris audiuit, & i cor hominis nō ascēdit. Non dixit quia transcēdit cor hominis, sed qa neq; intellexit quisquā aliquando, q̄ p̄parauit deus diligentibus se. Quorū honorū p̄parator, & opifex deus est, qualia esse possunt? Si. n. faciēs nos, statim adhuc nobis nihil agentibus tanta bona largitus: paradisum, cōfabulationē suā, immortalitatē, promisit uitā beatam, & à curis liberā: eis q tanta fecerint, & qui certauerint, & qui pro eo sustinuerint, quid non p̄staturus est? Vnigenito filio suo nō pepercit, pp nos filium suum proprium in mortem tradidit, pp nos dum inimici essemus, quibus reb. non dignabitur amicos iā effectos? quid nobis nō tribuet? Est. n. dies, & infinitus, & desiderat, & satagit nostram amicitiam habere, nos aūt non satagimus. Et qđ dico non satagimus? neq; uolumus adipisci eius bona, sicut ille uult, & qđ amplius cupiat ex his q̄ fecit, ostendit. Nos. n. pro nobis ipsis uix paucos contemnimus aureos: ipse aūt pro nobis eriā filium suum tradidit. Vtamur igitur ad cō modū nostrū charitate dei, fruamur eius amicitia. Vos. n. inquit, amici mei estis si feceritis quæ dico uobis. O inenarrabilis misericordia, inimicos & ifinito interuallo ab eo distantes, à qbus incōparabili eminentia in oibus differebat, hos amicos & facit, & uocat amicos. Quid igitur pati nō debem⁹? qđ non libēter tolerare pro hac amicitia? Pro amicitia etenim hominū sæpe periclitamur, pro dei amicitia nec pecunias patiēter amittimus. Luctu uero dignę res nostrę sūt, luctu & lachrymis, & lamētationib⁹, & ululationib. magnis. De spe nostra dicim⁹, De sublimitate nostra ad humilia lapsi sumus, diigni honore dei apparuim⁹, pfidi ēt post beneficia & ingrati facti sumus, nudauit nos oib. bonis diabolus, q dignitatem filiorū acceperamus, q fratres, q hęredes eramus, ab inimicis eius nihil diferimus iniuriantibus eū: quod nobis erit solatiū? De cætero ipse nos uocauit ad cœlū, nos aūt nosipsos in gehennam impulimus Mendacium, & adulterium, & furtum diffusa sunt super terram. Alii qdem sanguinem super sanguinem fundunt, alii casas agunt sanguine peiores. Plurimi uero eorū, qui iniurijs afficiūtur: multi qbus imponitur, innumeras sibi mortes optant magis, q̄ illa pati: & si non timore dei reuocarentur, seipsos interimerēt. Hęc igitur non sanguine peiora sunt? Heu mihi aia, quo niā periit iustus de terra, & rectū agens in hoib. nō est. Nūc ēt nos clamemus de nobisipsis primū, sed mihi cōsociemini ad luctū. Fortasis qdā abnuūt, & irridēt. Propterea oportet magis extēdere luctū, qa ita insani & dementes facti sumus: & neq; qa ita insanimus,

A insanimus, agnoscimus, sed in quibus oportebat gemere, ridem⁹. Reuelabitur, ô ho, ira dei de cœlo sup oēm impietatē & iniquitatem. Omnibus deus manifestus ueniet, & ignis ante ipsum p̄cedet, & circa eum tēpestas ualida. Ignis in conspectu eius consumet, & conflāmabit inimicos in gyrum. Dies domini ueniet, ut clibanus ardēs. Et nemo hæc in mentē suā mittit, sed ueluti fabulas contemnimus hæc terribilia, & metuenda decreta. Nemo audiēs obstupescit, oēs irrisores, & illusores facti sunt. Quis nobis erit aditus? unde salutē repiemus? Periuim⁹, cōsumpti sumus, facti sumus irrisio inimicorū nostrorū, & illusio paganorū, simul & dæmoniorū. Quātum exultāt nunc diabol⁹, & gestiēs lætatur: angeli uero quib⁹ cōmissi sumus, in cōfusione & mœrore sunt. Nemo cōuertitur, supfluo cūcta nobis expēsa sunt, nos quoq; uidemur uobis delirare. Opportunū est etiā nunc aduocare cœlum, quoniam nullus est audiēs, testificariq; elementa. Audi cœlum, & auribus p̄cipe terra, qa locutus est dominus. Date manum, porrigite manum q necdum dimersi estis his q in ebrietate iniqtatis perierunt, uos qui sani estis labo rantibus, q sobrij estis furentibus & bacchantibus. Nemo obsecro qdpiam saluti amicorum p̄ponat, & castigatio & increpatio ad unum tātum attendāt: hoc est ad utilitatē proximi. Cum febris occupauerit quenq̄, etiam serui dominantur dominis. Quando. n. illa imminet, animam adobruens, & mācipiorum adstat cœtus, nemo in læsione domini, Dominica iura agnoscit. Cōuertāt nos igitur obsecro, bella quotidiana, dimersiones, p̄ditiones, decem milia circūcirca. Vndiq; ira dei nos circūsepsit: nos uero ueluti cōplacentes deo, summa cum cōfidentia manus ad auaritiā p̄paramus. Nemo adiuuandum, oēs ad rapinā: nullus ad patrocinandum, unusquisq; festinat quo substantiam suam faciat ampliorem. Nemo quemadmodum adiuuet indigentem, unusquisq; quo adsit pecunijs suis excogitat, & multam habet solicitudinem. Nemo qualiter animam suā saluet, timor unus continuit omnes, ne ad pauperiem redigantur: ut aūt non incidamus in gehennā, nemo laborat, nemo tremit. Hęc luctibus digna sunt, hęc accusatione, hęc incusatione. At ista nolebā dicere, sed dolore cōpellor. Ignoscite, nimio luctu compellor, multa etiam, q̄ nolo, cogor ore proferre, fœtusi mā intueor plagam, & sine remedio uideo eladem consolatione uel exhortatione supiorē. Maiora mala sunt, q̄ nos occupauerunt, peribimus. Quis dabit capiti meo aquā, & oculis meis fontē lachrymarū, ut lugeā? Ploremus igitur dilectissimi, ploremus, & ingemiscamus. Fortasis. n. sunt hic modo aliqui dicentes, Semper iste nobis luctum nominat, semp lamētationes, semp lachrymas. Credite mihi nollem quidem hæc, sed p̄dicationes uestras, & laudes percurrere mallem, nunc autem tps hæc expetit. Nō, lamētari, dilectissimi malum est, sed lamētationibus digna facere. Non deploratio euitāda est, sed deploratione digna facere. Non tradaris supplicijs, & non lugeo: non moriaris, & non deploro. Si. n. corpus iaceat mortuum, oēs conrogas, ut congregentur, & sine cōpassione reputas, qui forte non luxerint. Anima uero perijt, & dicis, non lugeas? Sed non ua'eo pater esse, & nō lachrymari: pater sum affectu circa uos & amore confectus: Audite q̄ clamat Paulus: Filioli mei, quos iterum parturio. Veluti mater partu riens, ita amaras uoces emittit: sicut. n. illa, & ego. Atq; utinā possibile esset ipsum incendium mentis uobis innotescere, ut agnosceretis, qa quauis mulie re, & puella uidua immature uiduata, ampli⁹ ardeo. Non sic illa uirū suum luget, neq; pater filium, sicut ego pplm istum nostrum. Nullum uideo profectū, oia in calumnias, & accusationes cōuersa sunt, nullus propositum habet placendi deo: sed illi, inqt, & illi obliquamur, ille indignus est clero, ille turpiter uiuit. Qui debebamus mala nostra lugere, alios iudicamus: Etiāsi mūdi essemus à peccatis, nō tamen deberemus hoc facere. Quis. n. te discernit, inquit? Quid. n. habes, quod non accepisti? si autem accepisti, qđ gloriaris, quasi non acceperis? Tu autem qđ iudicas frēm tuum, malis decem milibus cumulatus? Cū dixeris, ille malignus est, & prodigus, & pessimus, intellige teipsum, & examina cū diligentia q̄ tua sunt, & pœniteat te de dictis tuis. Nō. n. est omnino, non est ad uirtutem ulla talis exhortatio, qualis est peccatorum recordatio. Si hæc duo in mente nostra uersemus, poterimus adipisci bona, quę pro missa sunt, poterimus mundari, & extergi. Tantum constituamus in mentem dilectissimi solicitudinē huius rei habendam esse: doleamus hic animo, ne doleam⁹ illic supplicio, sed potius ut fruamur sempiternis bonis, ubi nullus erit dolor, nulla tristitia, nullus gemitus, ut percipiamus illa bona, quæ excedunt humanam mentem in Christo Iesu domino nostro, ipsi sit gloria in secula seculorum, Amen.

Rom. 1. b *Psal. 49. a* *Esaiæ. 1. a*

Hier. 9. d *Gala. 4. a*

Homilia XXIIII. ex cap. XI.

Vxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis promissionibus: cum è longinquo eas aspexissent, & salutassent, & confessi fuissent, quia peregrini sunt, & hospites in terra. Talia. n. dicentes, significabāt, quoniam patriam inquirūt. Et si quidem illius meminissent de qua exierunt, habebant utique tempus reuertendi: nunc autem meliorem appetunt, id est, cœlestem. Ideo non confunditur deus, uocari deus eorum: parauit. n. illis ciuitatem. Prima uirtus est, & tota uirtus, peregrinū esse mūdi huius, & hospitē, & nihil cōe habere cū rebus sēcularibus sed remoueri ab eis sicut peregrinum, sicut ēt illi beati, de qb⁹ dicit: Circūibāt in melotis, in pellib⁹ caprinis, egentes, tribulati, afflicti, qbus dignus nō erat mundus. Illi qdem peregrinos seipsos esse dicebāt, Paulus aūt aliquid amplius dixit, non peregrinum seipsum dixit, sed mortuū mundo, & mūdum sibi. Mihi, inqt, mūdus crucifixus est, & ego mūdo. Nos uero sicut huius mundi ciues uiuētes, ita cuncta in hac uita negociamur: & qđ erāt isti mundo, hoc est peregrini & mortui, hoc sumus nos cœlo: qđ autē erant illi cœlo, hoc est, uiuentes & ciues, hoc sumus nos mundo. Propterea mortui sumus, qa uitā, quæ uere uita est, abnegauimus, & istā tpalem elegimus, propterea iritam⁹ deū, qa proposito nobis cœlesti fructu, & gaudio, nos terrenis inhiam⁹, & à terrenis nolum⁹ abscindi: sed ueluti uermes qdā ex terra in terrā, & iterū ex alia in aliā circūrepimus, nec modi cū respicere uolum⁹, nec auferre nos à causis hoīm, sed ueluti quadam sacietate & ebrietate demersi, ac perculsi obstupemus imaginātes, & sicut q̄ graui, & dulci somno detinētur, nō solū nocte, sed ēt ipsa luce, & claro die iacēt in lecto, & nō erubescunt uoluptati suę indulgētes, & tps opatiōis & studij: tps sōni & segnitiei faciētes: sicut ēt nos die appropiquā-te, nocte discedēte, magis āt die (Vt opamini, inqt,

Heb. 11. g *Gala. 6. d* *Ioan. 9. a*

ut dies est?) die ergo existẽte, cũcta quę nobis sunt opamur, dormientes, somnia uidẽtes, imaginationes, delitiantes, & clausis oculis mentis & corporis insanimus, aliena loquimur, etiãsi nos qsq; alto consodiat uulnere, neq; hic sentimus, etiãsi oẽm nobis diripiat quisq; substantiam, etiamsi ipsam nobis in cẽdat domum. Magis aũt non expectamus alios, q hoc faciãt, sed nosipsi hoc facimus, stimulãtes nosmetipsos p singulos dies, & pcutientes, turpiter iacentes, & nudati omni gl'ia, omni honore, & opera nostra turpia, neq; nos celamus, neq; alios, ut ea obcelẽt postulamus: sed in media turpidine transeuntib', & uidẽtib', propositi sum', ad risum & crimẽ. An putatis, qa & ipsi maligni non irrident silẽs morum suorum, & culpant eos? Indidit quippe nobis deus, iudicium inuiolabile, qđ nunq; corrumpi ualeat, etiãsi ad fundum iniqtatis ueniam'. Idcirco ẽt q maligni sunt, condemnant seipsos: & si eos aliqs uocet hoc ipm qđ sunt, erubescunt, indignãtur, iniuriã putant: tametsi non operibus, sed uerbis condemnãt, q agunt in conscientia sua: magis autem & ipsis operibus. Cum.n. latẽter & absconsẽ faciunt, magnum indicium proferunt sniæ suæ, quã de illa re habent. Sic.n manifesta est malitia, ut oẽs eã accusent, ẽt hi, qui eam exercẽt, & in ea uersantur. Talis autem est uirtus, ut ea apud illos, q eam non sectantur, in admiratione sit. Etenim fornicator laudat pudicum, & auarus accusat iniqtatẽ, & iracundus admiratur patientiã, & culpat pusillanimitatẽ, & luxuriosus luxuriã. Quo ergo ista exercent, inqs? Non qa bonũ iudicãt esse, sed ex negligẽtia multa: als non erubescerent, non se cõmisisse negarent, cũ accusantur ab alio. Plurimi ãt prœoccupati cõfusionẽ non ferentes, laqueo se suspẽderunt. Tãtum nobis inest boni, honestiq; testimoniũ, sicut honesta clariora sunt ẽt sole, & cõtraria eorũ deformia. Peregrini, inqt, & hospites erãt sancti. Qualiter, & qualimodo? Vbi aũt confitetur Abraham, quòd peregrinus & hospes sit: fortassis.n. etiã ipsum hoc confessum esse repiemus. Cõsessus est tamen Dauid: Quia peregrinus sum, inquit, sicut & oẽs patres mei, qui in tabernaculis habitabãt, q sepulchra pecunijs cõparabant: certum quoniã peregrini erant ut ẽt nec ubi sepelirẽt suos, haberẽt. Quid ergo est? Nũ illius terræ, q in Palæstina est, dicebãt se peregrinos esse? Nequaq; sed totius mundi. Et merito. Nihil quippe conspiciebant in eo eorum q uolebant, sed omnia peregrina, & aliena. Ipsi quidẽ uirtutem colere desiderabãt, in hoc autem mundo erat iniqtas multa, & peregrina eis erãt oia. Nullum amicum, nullum familiarem habebant, præter paucos. Quo, inqt, peregrini erant? Non erat cura eorum circa ea q huius mundi sunt: & hoc non uerbis solum, sed ẽt rebus ipsis operibus demonstrabant. Quo? Dixit deus Abrahæ: Dimitte patriam, q putabatur esse patria, & ueni ad alienã terrã: & non est retentus amore propriorũ, sed sicut peregrinus egressurus de aliena terra, sic sine aliqua animi molestia illã patriam dereliquit. Dixit ei, offer mihi filiũ tuum: & ueluti nõ habẽs filium, sic eum obtulit: tanq; si non haberet humanã naturam, sic eum obtulit. Pecunias cum transeuntib' cõiter possidebat, pro nihilo eas existimabat. Primatum alijs cedebat, in pericula seipsum dabat, decẽ milia mala patiebatur, nõ domos cõstruebat claras, nõ delitiabatur, nec circa uestimẽta dili-

1.Par. 29 d

gens erat, quę omnia in hac uita esse solent: sed cuncta q ad supnã ptinent ciuitatem gerebat, hospitalitatem exhibebat fraternam dilectionem, eleemosynas, patientiã, contẽptum pecuniarum, contẽptum præsentis gl'iæ, & cæterorũ omnium, q in hoc mundo sunt. Filius etiam eius talis erat, exagitabatur, psecutiones patiebatur, debellabatur, & cedebat, & obsequebatur, ut in pegrinis constitutus. Peregrini quippe q̃cunq; patiuntur tolerãt, utpote q in patria non sunt. Et uxore ablata, & hoc tolerauit, utpote peregrinus. Omnia uerò q ad supnam patriam ptinebant exercebat, pudicitiã & honestatem demonstrãs. Etenim postq adeptus esset filium, non est amplius conuersatus cum illa muliere: & trãseunte uigore iuuentutis, tunc eã accepit: ostendens quoniã non libidinis cã hoc fecit, sed ministrans & deseruiens promissioni diuinæ. Quid ãt Iacob? nõne panem tantum q̃rebat, & uestimentum, q ptinent ad peregrinos, q in pauptatẽ deueniunt multam? Nõn ne plecutionem patiẽs discessit, sicut pegrinus? Nõ ne mercenarius erat? Nonne decẽ milia ubiq; patiebatur mala, sicut peregrini? Hæc aũt, inqt, dicebant patriã q̃rentes. O quanta differentia? Illi qdem parturiebãt p singulos dies, liberari uolẽtes de hac uita, & ad patriã suã remeare: nos autem econtrà faci mus. Si febris accedat, omnia relinqmus, sicut pueruli planctuosi mortẽ timemus. Et merito hoc patimur: non.n quasi peregrini conuersamur in hac uita: & non ueluti, q festinant ad patriã, sed ueluti ad pœnas ituri. Propterea dolem' & timemus, quoniã istis rebus nõ sumus usi sicut oportet, sed puertim' ordinẽ. Propterea lamentamur quando magis gaudere nos oportebat. Idcirco ptimescimus ueluti homicidę qdam & duces latronum cum perducendi sunt ad tribunal, cũ omnia mala considerant q̃ gesserunt, & ppea timent & tremunt. Illi uero patres non erant tales, sed festinabant. Paulus autẽ & con

2.Co.5.d

gemiscebat. Nosipsi, inquit, in hoc mundo congemiscimus grauati. Tales erant Abrahã, & illi alij: peregrini qppe erãt in hoc mundo uniuerso, & patriã quærebant. Quãnam istã uel qualem? Num illam, quam reliquerant? Nequaq̃. Quid.n. illos prohibebat, si uoluissent iterũ reuerti, & effici ciues? Sed illam q̃rebant, quæ in cœlis est, & sic festinabant, ut hinc discederet, & sic placuerunt deo. Vnde nõ erubescit deus, uocari deus eorũ. O quãta dignitas, ut dignaretur uocari de' eorũ. Quid dicis? Deus terræ uocatur, & deus cœli, & ueluti magnũ aliqd posuisti qđ dicis: non confunditur deus uocari deus eorum? Magnum est hoc? & reuera magnum, & multę beatitudinis indicium. Quo? Quia terræ quidẽ, & cœli uocatur deus sicut uocatur & paganorũ deus, quia ipse cõdidt, & constr uxit oia. Sanctorũ uero illorũ non sic dicitur deus, sed sicut amicus aliqs germanus. Exẽplo uobis hoc, quod dico, clarum faciam, Verbi gratia: tanq̃ in magnis domibus, cum aliq probabiles fuerint eorũ, q i domo primi sunt, & admodum fuerint approbati, & oia ipsis credita fuerint, & multã circa dominos suos fiduciam habuerint, tamen dominus eorũ dicitur, & multos qs inueniet ita uocatos: qd autẽ dico? Si.n. dici potest deus, non gẽtium solum, sed potius mundi: ita posset dici deus Abrahã. Sed nescitis quanta est ista dignitas, qa neq; adipiscimur illam. Sicut.n nunc dominus deus Christianorũ dicitur, & tamen excedit

hoc nomẽ dignitatẽ nostrã: quãto magis si unius uocatur deus? Intellige quãta e magnitudo, q mũdi uocatur deus, non erubescat triũ uocari deus: & meritò. Non solũ mundo æquales, sed mille talib. æquiparantur meritorũ momenta sanctorum. Me

Eccl. 6.a

lior quippe unus faciens uoluntatẽ domini, quàm decem milia iniq. Quod uero sic se peregrinos uocabat, manifestũ est. Sed esto, isti forte pp pegrinationẽ dicebãt seipsos peregrinos: quid autẽ etiã Dauid? nónne rex erat? nónne propheta? nónne in sua patria degebat? Quare ergo dixit: peregrinus & hospes sum? Dic sanctę Dauid, qũo es peregrinus? Sicut patres, inquit, mei, quia & illi peregrini erãt. Habemus, inquit, patriã reuera patriam. Qũo ergo tu peregrinus es? In terra, inquit. Proinde etiam illi in terra. Sicut, illi, inqt, sic etiam ego. Sicut ergo iste,

1.Pa. 29. d.

sic etiam illi. Efficiamur itaq; etiam nos peregrini, ne confundatur deus uocari deus noster. Cõfusio quippe illi est, quãdo malignorũ hominũ uocatur deus, & confudit illos etiã ipse. Sicut glorificatur, quando benignorũ & optimorũ hominum uocatur, & colentium uirtutẽ. Si.n. nos recusamus uocari domini malorũ seruorum, & relinqmus eos, & si nos appellans aliqs dicat, quia ille multa mala operatur, nũ seruus tuus est? nónne confestim dicimus, quia nequaquã, repellentes opprobriũ? Habitudo.n. quædam est seruo ad dominum, & transit ignominia ab illo ad illũ. Sed, illj ita erant clari, ita confidentia pleni, ut nõ solũ non confun deretur, cũ ab illis uocabatur deus eorũ, sed etiã ipse ultrò

Exo. 3.b

dicebat: qa ego sum deus Abrahã, & deus Isaac, & deus Iacob. Efficiamur igitur nos, ô dilectissimi,

Morale.

efficiamur peregrini, ut nõ confundatur de nobis deus & nos gehennæ contradat. Tales quippe erãt illi, q dicebãt: Domine nõne in noie tuo prophetauimus? nõne in noie tuo uirtutes multas fecimus?

Mat. 7.d

Sed attẽdite qd dicit ad eos xps? Nõ noui uos, Qđ faciunt utiq; domini seruis malignis cõcurrentib. ad se, uolẽtes à se opprobriũ amoliri: nescio uos in quiunt. Quid ergo punis, quos nescis? Nescio aliter dixi, hoc ẽ, abnego uos, & euito. Sed absit à nobis, ut hãc audiamus uocẽ abnegatoriã, & perẽptricẽ, & tremendam. Si.n. qui dæmones excludebãt, & prophetias operabantur, quia uitã nõ habebãt cõuenientẽ, abnegati sunt: quanto magis nos? Qũo possibile est, dicit aliqs, ut qui prophetias & signa fecerunt, & dæmones excludebant, abnegẽtur? Fortassis fideles erãt, & postea mutati sunt, & facti sunt praui, pp quod nihil eis profuit prima uirtus. Non enim exordia sola oportet habere clara, sed ẽt & finem clariorem. Dic.n. mihi, nónne rhetor circa finem orationis satagit clarior apparere, ut cũ plausib' discedat? Nõne circa finem perfunctionis suę actionẽ clariorẽ demonstrat? Nõne athleta nisi finem ostendat clariorẽ, & usq; ad consummationẽ semper exuperet, & si oẽs uicerit, uincatur autem à nouissimo, nónne oia illi infructuosa fient? Nonne gubernator, si pelagus totũ pertrãseat, circa portũ autẽ cõfringat ratẽ, omnẽ perdidit anteriorem laborem? Quid ẽt medicus, nõne si liberauerit ęgro tantẽ morbo, cum autẽ ad perfectionẽ salutis peruenturus erat ęgrotus, tũc eius corrumpat ualetudinem, nónne, inquã, totum opus corrumpit & perdit? sic etiã in uirtute cõtingit. Quotquot exordijs finem non posuerũt competentẽ, & consequentẽ, & concinnum, perierũt & corrupti sunt. Tales nãq; sunt, q ex carcerib. ipsis clari, & gestiẽtes prosiliũt: postea uero dissolutius laxiusq; mouentur: idcirco palma fraudantur, à domino nõ agnoscũtur. Audiamus igitur hæc, qui amamus pecunias. Maxima qppe est cupiditatis iniquitas. Radix.n. oĩum malo

1.Ti. 6.b

rũ est auaritia. Aduertam' q uolumus maiorẽ substãtiã nostrã facere: aduertamus & quiescamus ab auaritia, ne audiamus qđ illi quoq; audierũt. Nũc ea audiamus, & cõtremiscamus, ne tũc ea male audiamus. Nũc aduertamus cũ timore, ne tũc cũ supliciis aduertamus: Discedite à me, nũquã agnoui uos, neq; tum, inquit, quãdo prophetias ostẽdebatis, & dęmones effugabatis. Fortasis ẽt ĩ hoc loco & aliud qddã significat: & qa & tunc uitę erãt pessimæ, in ipsis qppe initijs, & p idignos operabatur gratia. Si.n. per Balaam operata est, multo magis &

Mat. 7.d

Nu. 24.d

per indignos, pp alios lucrandos. Si autẽ signa & prodigia nõ ualuerunt à supplicijs liberare, multò amplius ẽt si in sacerdotali dignitate quisquam sit cõstitutus, etiãsi ad superiorẽ honorẽ pertingat, etiãsi in ordinatione eius operetur gratia, pp eos q præpositis opus habent: audiet tamen etiam ipse, nunquã te cognoui, neq; tunc, neque quãdo in te operabatur gratia. O quanta est q illic q̃retur uitæ munditia? Quo ipsa sufficit in regnũ nos introducere? Si uero abfuerit prodet uirũ, etiãsi decem milia posit signa & prodigia demonstrare. Nihil ita lętificat deũ, sicut optima cõuersatio. Si.n. diligitis

Ioã. 14.b

me, inquit, non dixit, signa facite: sed inquit, mandata mea seruate. Et iterũ: Amici mei eritis, non si dęmões excluseritis: sed si custodiatis uerba mea. Illa qdẽ diuini sunt muneris: hæc aũt post dei dõnũ etiã nostri sũt studij. Satagam' itaq; fieri amici

1bi. 15. b

dei, & non permaneamus inimici. Sęper hæc dicimus, semp hęc monem' & uos, & nosmetipsos: sed amplius nihil fit. Ob quã rẽ ẽt timeo, & uellẽ qdẽ tacere, ne nobis periculũ cresceret. Sępius qdẽ audiẽdo & neq; sic faciendo, exacerbatur dominus. Sed timeo ẽt ipse aliud periculũ: hoc est', silẽtij mei, si qdẽ tacuero in uerbi ministeriũ constitutus: qd faciemus, ut saluemur? Aggrediamur uirtutẽ cũ rẽpus habemus, distribuamus uirtutes nobis, sicut sibi distribuũt agriculturã agricolæ: in hoc mẽse uincam' detractiões, iniurias, iracũdiã, ininstitiã: & dicamus, Hodie ab hoc nos uitio corrigam', in illo aũt mense patientiã doceamus, & in alio aliã uirtutẽ: & cũ hãc uirtutẽ in habitu perceperimus, ad aliã trãseamus: sicut solẽt discipuli, q q acqsierũt, custodiũt: q̃ uero necdũ didicerũt, discẽdo ac quirunt. Discamus etiã nos post istam uirtutẽ, ueniamus ad contẽptũ pecuniarũ. Ac primo abstraham' manus à cupiditate ampliora habẽdi, & tũc faciamus eleemosynã. Non oia passim confundamus, ut eisdẽ manib. & rapiamus, & eisdẽ iterũ mi

Ephe. 5.a

sereamur. Post hãc ẽt uirtutẽ ad aliã trãseamus, & ab illa ad aliã. Turpitudo & uaniloquiũ, & scurrilitas neq; noietur in uobis. In his interim nos corrigam'. Nõ sunt negotia, laborib. aut expẽsis, aut sudoribus indigẽtia: sufficit uelle tantũ, & oia promouẽtur. Nã opus est longã uiã pgere, neq; ptransire pelagus ifinitã: sed satagere tãtũ: alacritatẽ exhibere, & frẽnũ imponere linguę, iniurias uanas, iracũdias, cupiditates, absurdas delitias', inanes sumpt' repellamus, cupiditatẽ pecuniarum, periuria, iura

G menta frequentia ex animis nostris abiiciamus.Si tali nosipsos agricultura colamus,& priores spinas extirpantes, & semen cœleste iactantes, poterimus adipisci bona q̄ promissa sunt. Veniet qppe uerus agricola,& nos recondet in horreis,& merebimur oia:q̄ nos oēs contingat percipere, gratia & clemē tia domini nostri Iesu xp̄i, cū quo patri, unà cum spiritusanc̄to gloria,imperium,honor nunc & sem per,& in secula seculorum,Amen.

Homilia XXV. ex cap. XI.

Ide obtulit Abrahā Isaac cū tentaretur,& unige
Gen. 22.a f *nitū offerebat,qui promissiones acceperat, ad quē*
Ibid.21.b *dictū est:In Isaac uocabitur tibi semē, exist imās*
quia & à mortuis resuscitare potēs est deus,unde & eū in
I recepit. *parabolis reduxit.* Vere magna erat fides Abrahæ. In Abel qppe,& in Noe, & in Enoch rationis erat pugna tantum,& opus erat humanas ratiocinationes superare:hic autē n ōsolū opus habet humanas ratiocinationes excedere, sed etiam quiddā amplius demonstrare.Nam præcepta quippe dei, cum pceptis dei litigare uidebantur, & fides fidei repugna-
H bat,& mandatū dei erat promissioni contrariū.Vt
Gen.12.a puta ueluti qd dico:Dixit deus,Exi de terra tua, & de generatiōe tua, & dabo tibi terrā hanc,& nō ei dedit in illa hæreditatē,nec passum pedis. Intueris qualiter q̄ præcipiebātur,promissionibus uidebā-
Ibi. 21.a tur eē cōtraria?Iterū dixit, Quoniā in Isaac uocabi
Ibi. 22.a tur tibi semē:& credidit.Et iterū dicit, * Sacrifica
* Sacrifica, & quid? nisi illū ex cuius semine totus mūdus est replēdus? mihi illum,ex cuius semine totus mūdus est replē-dus. Vides litem p̄ceptorū & promissionum? contraria qppe promissionibus imperabat, & neq; sic obstupuit iust⁹ ille,& neq; decept⁹ sē dicebat. Vos enim non potestis,inquit,hæc dicere,quod requiē uobis pollicitus tribulationem intulerit. Hic.n.q̄ promisit,hæc etiam facit.Quo hoc?In mundo,inquit,tribulationē habebitis,&, Qui non acceperit crucē suā, & secutus fuerit me, non est me dignus.
Ioā.16.g Ma.10.d Qui non abnegauerit oia sua, & secutus me fuerit,
Ioā.12.d non est me dignus. Et iterum:Ante reges, & p̄sides
Luc.14.g inducēt⁹ uos propter me. Et iterū:Inimici hominis
I domestici eius. Quæ uero ad promissionē ptinent
Mar.13.b & quietem,in futurā uitam promissa sunt.Abrahæ
Mich.7.b uero econtrà factum est. Cōtraria qppe promissio nū ei imperabantur,ut faceret: & neq; sic turbatus est,neq; obstupuit, nec se deceptum arbitrabatur. Vos aūt nihil extra promissionē patimini & turbamini:ille uero cōtraria promissis audiebat ab eodē ipso,q illa promiserat,& nō turbabatur:sed ueluti cōsona gerebat,& reuera cōsona erāt.Cōtraria qdē humanis ratiocinationibus uidebātur: cōsona uero erāt fidei, Et qūo, inquis? Ipse nos docuit Apostolus. Cum.n.dixisset, existimans quòd & à mortuis resuscitare potens est deus, ut ostēderet ex eadem ipsa fide,ex qua crediderat,quoniā eadē potentia qua nō existentē dederat, hac etiam & mortuum resuscitare posset,adiecit,qa eadē ipsa fide ēt occisum resuscitari credidit.Sili quippe dubiū erat humanæ ratiocinationi,ut ex uulua emortua, & se nili, & inepta iam facta ad generandū, donaret filium,& interemptum iterū suscitaret.Sed dux est fides præcedens ad futura. Et intuere,quæ prospera erāt prima,aduersa uero posteriora circa senectutē intulit.Nobis aūt ecōtrà promisit.Quæ tristia nanque sunt, prima erūt:nouissime prospa & fœlicia. Hoc dictū est pp eos, qui dicere audent, quia post K
mortē nobis bona promisit. Fortassis.n. inqunt, fefellit nos.Ostendit qppe,quia etiā ex mortuis suscitare potens est deus.Si.n.ex mortuis suscitare potens est:utiq; cuncta restituet, q̄ promisit. Si enim Abrahā credidit primus ante tot annos, qa ex mortuis suscitare potēs eū deus:multo amplius nos credere debemus.Vides qa sicut iam dixi,necdum intrauerat mors,& iam eos ad spē resurrectionis adduxerat:& ad tantam eos certitudinē perduxit, ut ēt interimere suos filios iussi, ex qbus sperabāt repleri mundū,non hæsitauerint.Hic etiā aliud ostē dit in eo quod dixit:Tentabat deus Abrahā. Quid Ge. 22.a
ergo?Ignorabat deus,quia fortis erat ille uir,& aio generoso?Quare ergo eū tentabat? Non ut ipse cognosceret,sed ut aliis demōstraret, & manifestā ei⁹ fortitudinē constitueret uniuersis.In hoc loco etiā ostendit causam tentationum,ne putarent tanquā derelicti à deo illa se perpeti. Nūc.n.necesse est tentari,quia multi sunt psecutores,multi insidiatores: tunc autē quæ necessitas erat, de nō existētibus tē L
tationibus cogitare?Et ista qdē tentatio manifesta fuit, quoniā deo p̄cipiēte ei facta est:aliæ uero tentationes ipso permittente eueniebant, ista uero ēt ipso iubēte.Si igitur ita probatos tentationes reddunt,ut etiā nō existēte causā, Deus tamē exerceat suos athletas:multo magis nos cuncta oportet fortiter tolerare. Hic aūt significās etiā aliud dixit, qa fide obtulit Isaac, cū tentaretur. Nulla qppe altera causa fuit oblatiōis illius,nisi hęc. Deinde exeqtur tentationis huius sensum.Nō potuit, inqt,quisquā dicere quia alium filiū habuit, & ex illo sperabat promissionē impleri,& ppea confidens istum obtulit:etiā unigenitum,inquit,offerebat, q promissiones acceperat.Quid dicis unigenitū?Quid Isma
hel,ex quo erat?Vnigenitum,inquit,dico quātū attinet ad rationē promissionis. Propterea cū dixisset unigenitum,addidit,Isaac.Volens ostēdere uni
genitū illū esse,de quo dictū est: Quia in Isaac uo- Ibid.21.a
cabitur tibi semē,hoc est ex eo.Vides qūo celebret quod à Patriarcha factū est?In Isaac,inquit, uocabitur tibi semē.Et offerebat occidendū filiū:Dein M
de ne quis putet,qd desperans hoc fecerit, & p hoc præceptum fidem illius promissionis amiserit, sed cognoscat, qd reuera & hoc fidei fuerit, atq; ēt illā habuerit fidē,licet uideretur huic repugnare,cū tamē nō repugnarit.Nō.n.humanis ratiocinationib. uirtutē dei pēsabat,sed fide cūcta gerebat. Propterea nō ueretur dicere: qa & ex mortuis potēs ē de⁹ suscitare. Vnde eū & i parabolis recepit,hoc est,in exēplo,in ariete inquit,Qūo hoc?Ariete quippe occiso,iste saluatus est. Proinde p arietē eū accepit, illum pro isto occidens.Hęc autē typi quidā erāt: hic.n.filius dei est,q occisus est.Et cōtemplare mihi clementia dei quanta sit. Quoniā enim magna quædam danda erat hominibus gratia: uolēs nō q̄si ex gratia,sed uelut ex debito illud facere, psuasit primū homini,ut filiū suum traderet pro præcepto dei:ut nihil magnū ipse uideatur facere, filium suum tradendo.Si qdē homo ante ipsum hoc fecerit,ut hoc non ex gratia faceret, sed debito recōpēsaret?Quos.n.diligim⁹, & hoc eis donare uolum⁹, ut putemur ab eis primū aliqd accepisse: & si illis nos cūcta donauerim⁹,& gl'iamur ex illo magis qd accepimus,quā ex illo quod donamus:& non dici

A mus,quia hoc ei donauimus,sed hoc ab eo accepimus. Vnde eū,in parabola,inqt, recepit.Hoc est uelut in similitudine. Velut.n.in parabola erat aries Isaac,aut uelut typus. Quoniā.n.absolutum erat sacrificium,& occisus Isaac,quātum attinebat ad uoluntatem illius, ppea illum redonauit Patriarchæ.

Morale.

Intueris qa quod semper dico,hoc etiā nūc ostēditur.Cum.n.constituerimus mentem nostrā pfectā,& ostenderimus quoniā contemnimus res terrenas,tunc nobis etiā terrena donātur,ante autem nequaq̄, ne accipiendo q iam colligati eramus,terrenis rebus amplius illigemur.Solue teip̄m,inquit, primo seruitute, & tunc accipe:ne sicut seruus accipias,sed sicut domin⁹.Cōtemne diuitias,& eris locuples:cōtemne gloriā, & eris gloriosus:contemne supplicia inimicorum,& tunc ea obtinebis:cōtemne remissionem & qetem,& tunc eā accipies, ut cū eā acceperis, nō ligatus accipias, neq; sicut seruus, sed sicut liber:sicut etiā ifantulis paruulis fieri cernimus. Infantulus qppe cum aliqd puerile desideB rat,cum oī festinatione absc̄dimus:utputa sphærā,& q̄cunq; talia,ne impediatur, à necessarijs:cum autem ea contempserit,& nō iam eorum desiderio detinetur,sine solicitudine ei damus,scientes quoniā nulla lęsio de cętero ei cōtinget,illa cupiditate cessante, q̄ eum à necessarijs poterat auocare. Sic ēt deus,cum uiderit nos iā nō concupiscere ea q̄ terre
Ro. 12. d na sunt, tunc iam ipsa nobis ad utendum largitur: Tum.n.sicut liberi, & uiri ea possidebimus,non sicut pueri.Quod.n.si contempseris supplicia inimicorum,tunc eos obtenturus sis,audi qd dixerit: Si esurierit inimicus tuus ciba illum:si sitierit,potum da illi,Et itulit:Hoc.n.faciens,carbones ignis congregabis circa caput ei⁹. Et iterum:Quod si cōtem
Matt.19. d. pseris diuitias, tunc eas adepturus sis,audi xp̄m dicentem.Non est q dimittat patrem, & matrem, aut domum,aut fratres,& nō centuplum accipiat,& uitā æternā acqrat.Et qd si contempseris gloriā,tunc
Mar. 9.e. [minister eā accepturus sis, audi eundem ip̄m xp̄m dicentē: Qui uult in uobis primus esse, erit uester [nouissimus.Et iterum:Qui.n.se humiliauerit,exaltabitur.
C Quid dicis?Si dedero potum inimico meo, tūc eū
Luc.14. & 18.c. magis punio?si dimisero ea q̄ habeo,tunc ea habebo?si me humiliauero, tunc sublimis efficior? Ita est,inqt:talis est.n.mea uirtus. Per contraria,q̄ contraria sunt p̄stò. Valde diues sum, & industrius,nō uerearis:meæ qppe uoluntati obsequtur rerum natura,nō obsequor naturæ. Ego cuncta operor, nō ego ab illis regor. Idcirco & transformare & transmutare,& trāsfordinare ea possum.Et qd miraris, si in istis hoc possum?hoc idem & in alijs cunctis iuenies.Si aliquem lęseris,etiā ipse lęderis:si autem læsus fueris, tunc nequaq̄ læderis:si te uindicaueris, tunc ego non uindico,sed teip̄m uindico.Qui.n.di
Ps. 10. b. ligit iniqtatem,odit animā suā. Vides quoniā non es lęsus,sed magis tu lędis. Propterea etiā Paulus in
1. Co. 6. b. quit: Quare nō magis iniuriā patimini?Vides quia nō est hoc lędi,sed cum iniurias infers, tunc magis illas pateris?Et hoc etiā ex parte norunt plurimi,ut puta,cum dicunt adinuicem, discedamus hinc,noli teip̄m iniuriare.Quare? Quia multum interest inter te & illum.Quantuncunq; n.iniuries,ille gloriā arbitrabitur. Hoc i oibus itelligam⁹, & efficiamur altiores iniurijs. Qūo hoc,inqs? Ego dico:Si.n.ad ipsum, q purpura induitur, litem habebimus,si illum uituperauerimus,nosipsos uituperari putam⁹. D
Quid.n.dic mihi, q cœlorum ciuis es, & supiorem philosophiā colis, cum eis q terrena sapiunt te cōmisces? Nam etiāsi innumeras pecunias possideat, & in potestate, ac potentia sit, necdum tamen scit bonum tuum: noli ergo iniuriare teip̄m, dum illum iniurias.Tibiipsi parce,non illi: teip̄m honora,nō illum.Nonne prouerbium tale est? qa q aliū honorat,seipsum honorat? & merito:non.n.honorat illum,sed seipsum.Audi sapientem quendā dicētem: Fac aię tuæ honorem secundum dignitatem eius.Quid est hoc?Si tua diripuit,inqt,noli ei⁹uelle diripere:iniuriauit, non iniuries.Dic mihi obsecro, si quisq̄ pauper lutum iacens in atrio tuo tolleret, non ppea eum ad iudicium traheres? Nequaquā. Quare?Ne teip̄m iniuries,ne te omnes inculparent. Hoc etiā fac.Pauper qppe est ille diues,& quāto ditior est, tāto pauperior existit, paupertate q̄ reuera pauptas est: lutum est aurum in atrio proiectum, non in domo tua.Domus qppe tua cœlum est.Pro
pterea itaq; si moues iudicia,putas quòd nō te culE pabunt ciues supioris patrię? Nō te excludent à sua patria,te tam humilem, tā sordidum, tā infimum, tā abiectum, ut etiā pro modico luto eligas litigare?Si.n.mundus ipse tuus esset,deinde quisquā tibi illum auferret, an istud curare oporteret? Ignoras quia etiamsi decies mundum, uel centuplum, uel decies millies,uel duplo toties ponas,neq; minimo bono cœlesti cōparandum est? Qui igitur res hui⁹ seculi miratur, cœlestes contemnit. Siqdem ista appetenda esse arbitratur, q̄ plurimum inferiora illis sunt:magis aūt neq; mirari illa poteris. Qūo? Quippe quia ad ista sic affectus es. Abscindamus igitur funes,quib.ligati sumus, & implicamenta:hoc qppe sunt omnes res terrenæ. Vsquequo deorsum inclinati sumus? Vsquequo inuicem insidiamur sicut bestię,sicuti pisces maris? Magis aūt bestiæ nō insidiantur iuicem,sed alienigenis: utputa ursa ursam non facile interimit,neq; serpens serpentem, cognationem generis reuerentur. Tu aūt cum indigena etiā decem milia habens iura naturę: cognationē, rationem,cognitionē dei,& alia decē milia, interF mis eum,q eandem tecum cognationem habet naturæ,& in oibus q̄ naturæ sunt, tecum communicat,eum tu interimis, & inuoluis decē milibus malis.Quid.n.fit?Tu qdem gladium non mergis,neq; tingis in iugulo, & in sanguine eius dexterā tuam, alia uero sæuiora committis. Illud.n.si operareris, simul eum curis omnib.liberares: nunc autem fame,seruitute,deiectione, & alijs multis iniqtatibus affligis.Hæc dico,non cesso, nō ad homicidia uos prouocans,ueluti ad minora mala descendere uos exhortans:sed ut non dicatis, qa minora sunt ista q̄ facitis,quasi illorum gratia non sitis daturi pœnas.Qui impeditur,inqt, in uictu necessario,& panē petit,affligitur. Cōtineam⁹ itaq; manus nostras aliquādo,magis autem non contineamus,sed extē damus eas bene,nō ad aliena auferēda, sed ad elee mosynā faciendam:non habeamus manum infructuosam,neq; aridam.Manus qppe nō faciens eleemosynam,arida est: quæ uero etiam aliena aufert, scelesta est & impura. Nullus cum talib.manib⁹ cibum sumat, iniuria qppe est hęc discūbentiū. Dic enim mihi si qs in tapetis, & straminibus mollib⁹,

G & auro textis linteaminib. discũbere nos faciat in domo ampla & splẽdida,& multitudinẽ ministrãtium ante nos cõstituat,deinde uas aureum,uel argenteum pparans, & cibis plurimis,& opiparis cumulans,& facultatẽ nobis uescendi tribuat: si mõ patiamur eũ manus cœno,uel simo humano pungere,& sic nobiscum ad comedendum simul discũbere,qso an qs molestiã istã sustineret, & contumeliã non iudicaret? Ego.n.existimo, qa statim exiliret & effugeret. Nũc autem cœno, reuera cœno nõ solum manus uides repletas, sed etiã ipsos cibos,& non exilis,non refugis,non increpas, sed si in potestate,uel potentia fuerit,etiã magnum aliquid arbitraris,& animam tuam delitiari existimas talib.uescens,q omni cœno peiora sunt:auaritia.n.quouis cœno deterior est. Animam quippe nõ corpus polluit,& facit eam ut difficile diluatur: uides ex hoc cœno discumbentem punctum,& manus, & uultum,& repletã eius domum,& repletã etiã mensam stercore:& quicqd aliud adhuc imundius,& spurci' dici põt,illi cibi pollutiores, & scelestiores sunt.

H Tu autem ueluti honoratus sic afficeris, & ueluti delitiaturus, & neq; Paulum reuereris, ad mensam qdem Paganorum si uolueris ire, nõ prohibẽtem: ad mensam autem auarorum,& aliena auferentiũ. ne uolentes qdem pmittentem. Si.n.quis frater,in-
1.Cor.5.c quit,nominatur inter uos. Fratrem in hoc loco omnem fidelem simpliciter intellige, nõ monachum tantum. Quid autem est qd facit fraternitatem,nisi lauacrũ regenerationis, qd facit posse uocari deũ, patrem? Proinde q catechumenus est, etiãsi monachus sit,nõ est frater: q uero fidelis est, etiãsi secularis sit,frater est. Si quis,inquit,frater nominatur. Neque uestigium tunc monachi erat,sed oia ad seculares tunc loquebatur beatus Paulus. Si qs,inqt frater noiatus fuerit fornicator,aut auarus,aut ebriosus,cum hmõi nec cibum sumere. Cum autẽ de pa-
1. Co.10. ganis ageret non ita:sed, Siqs uos uocauerit ex infi-
f. delib.paganos significãs: Si uultis ire,omne qd apponitur uobis comedite. Siqs frater noiatur ebrius. Papę quanta diligentia & integritas requiritur. Nos autem nõ solũ non fugimus ebriosos, sed etiã

I imus ad eos,participantes cum eis. Ob hoc uniuersa mala fiunt, cuncta confusa sunt & peruersa oia perierunt. Dic.n.mihi, si te uocauerit talium quisq; ad conuiuium, te pauperem, & q putaris infimus: deinde si à te audiat,quia hæc q̃ apposuisti ex auaritia sunt acquisita,non patiar ex illis contaminari aiam meam: nonne reuerebitur? nonne erubescet? nõne cõfundetur? Hoc solũ sufficiens erat corrigere, & facere ut ille quidem cũ diuitiis suis infœlicẽ seipsum iudicet, te uero admiretur in illa pauperte, siquidem uideret seipsum cum tanto studio à te cõtemni? Sed facti sumus serui hoium, ignoro qua ratione, cũ Paulus sursum atq; deorsum clamet: Nõ efficiamini serui hoium. Quare ergo nos effecti sumus hoium serui? Quia primum uentris serui facti sumus,& pecuniarum,& gl'iæ, & aliarum oium rerum,& perdidimus libertatem, quã nobis largitus
Ioan.8.d est xps. Quid ergo manet eum, q seruus factus est, dic mihi? Audi xp̃m dicentem: Seruus nõ manet in domo in sempiternum. Habes sententiã plenam atque perfectam, quoniã nunquã intrabit in regnũ.
Ibi.14.a. Domus quippe hoc est. In domo, inquit, patris mei multæ mansiones sunt. Seruus igitur non manet in domo in sempiternũ. Seruum illum dicit,q peccati seruus est: q uero nõ manet in domo in sempiternum, in gehenna permanet in sempiternũ, & ex nulla parte habebit solatiũ. Ad tã malum habitũ humanæ res deuenerunt, ut ẽt ex his q̃ rapiunt, ele emosynas faciant,& multi suscipiant. Propter hoc fiducia nostra cecidit, neq; iam aliquem increpare possumus. Saltem & nunc fugiamus læsionẽ, q̃ ex hoc nascitur. Vos aũt q in hoc cœno inuoluimini, aliquando qescite,cessate à tali morbo,& abstinete cupiditatẽ uestram à talibus conuiuiis, si qũo uel nunc ualeamus propitiũ reddere dominũ,& adipisci bona, q̃ promissa sunt: q̃ nos contingat omnes percipere in xpo Iesu domino nostro, cum quo patri, unà cum sancto spiritu gl'ia, imperium, honor nunc & semper,& in secula seculorum, Amen. K

Homilia XXVI. EX CAP. XI.

I de de futuris benedixit Isaac Iacob & Esau, si-
f de Iacob moriẽs benedixit unumquemq; filiorum
Ioseph, & adorauit fastigiũ uirgæ eius. Fide Ioseph moriẽs de exitu filiorũ Israel meminit, & de ossib.suis mãdauit. Fide Moses natus, occultatus est mẽsib.trib.à parentib.suis, eo quòd uidissent elegantẽ infantẽ, & non timuerũt regis edictũ. Fide Moses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cũ populo dei, quã tpalem peccati habere iucunditatẽ, maiores diuitias existimãs thesauro Aegyptiorũ improperiũ xpi: aspiciebat.n.in remunerationẽ. Fide reliquit Aegyptũ, nõ ueritus ferociã regis. Perinde.n.tanquã uidisset inuisibilẽ, obdurauit. Multi,inqt,prophetæ,& iusti desiderauerunt ui- Luc.10.d
dere q̃ uidetis,& nõ uiderunt,& audire q̃ auditis & non audierunt. Quid dicim'? Num oia futura sciebãt iusti? Et ualde. Si.n.ppea non reuelabatur filio quibusdã pp infirmitatem eorum, quia eum nõ poterãt capere: sed illis, q uirtutis claritate fulgebãt, meritò reuelabatur. Et hoc etiã Paulus dicit, qa futura sciebãt: hoc est, resurrectionem Iesu xpi. An nõ hoc dicit? Sed fide de futuris dicit. Non futurum seculũ significãs, sed futura huius seculi. Qũo qppe homo peregrinus tales benedictiones daret? Sed iterum adeptus est benedictionem,& nõ eã sumpsit. Intueris quoniã qd dixit de Abrahã,& de Iacob dici potest? quoniã non receperunt benedictiones, nepoti M
bus eorum redditæ sunt illę benedictiones, ipse autem futura adeptus est. Inuenimus aũt fratrem eius magis potitum esse seculo. Ille autẽ in seruitutẽ mercenaria,& periculis,& insidijs,& deceptionib.& timoribus omne transegit tps. Interrogatus ẽt à Pharaone: Modici, inqt, & mali facti sunt dies mei. Ille Ge.47.b.
autẽ in primatu & fiducia fuit multa,& postea fuit illi terribilis. Vbi ergo ei prouenerunt bona, nisi in futuro? Vides qa mali primum rebus secularib. perfruuntur, iusti autem econtrà? Non quidem oẽs. Ecce.n.Abraham iustus erat, & potitus est reb' secularib. ueruntamen cum tribulatione, cum tentationibus. Etenim diuitiæ tantum erãt illi, cæterum plena illi erant tribulationib.oia. Nõ potest iustus nõ tribulari, etiamsi diues sit. Cum.n.paratus sit damna perpeti, iniurias ferre, & alia multa pati, necesse est eum tribulari. Proinde etiãsi pfruatur diuitijs, nõ tamen est sine tristitia. Quid ita? Quia in tribulatione est, & dolore. Si autem in tribulatiõe tunc erant iusti, multo amplius nunc sunt. Fide de futuris benedixit, inquit, Isaac, Iacob, & Esau. Licet maior sit Esau, tamen pponit Iacob propter uirtutem.

A Intueris qnanta erat fides, & unde promittebantur
Act.12.a. filijs eorũ tanta bona? Vtiq; ex fide, hoc est, credendo deo. Fide Iacob moriens, unumquemq; filiorum Ioseph benedixit. In hoc loco necessarium est ponere benedictiones oẽs, ut ẽt fides & prophetia eius
Γὲπὶ τὸ ἄκρον. i. ad fastigium. Sic & sup. Γadorabat Ioseph, uniuersi populi adorationem significãs manifesta fiat. Et adorauit, inquit, fastigium uirgę eius. Hic non solũ, inqt, pronuntiauit, sed ẽt ita confidebat de futuris, tanq̃ si ea operę demonstraret. Quoniã.n. surrecturus erat ex Effren rex alius ppea dixit: Et adorauit fastigiũ uirgæ eius. Ecce cum iam esset senex, Γadorabãt Ioseph uniuersi populi: adorationẽ significans Γq̃ illi erat futura. Et hoc iã sumpsit effectũ, quando eum adorauerunt fratres eius: futurũ autẽ erat iterũ postea p decem tribus. Intendis qũo futura pdixit? uides quantam habuit fidem, qũo de futuris credebat? Quędam.n.in hac uita patientiæ sunt solius exempla,& qualiter patienda sunt mala,& quia non hic recipiuntur bona, sicut contigit in Abrahã, sicut in Abel. quędã autẽ fidei sunt exempla, sicut contigit in Noe: quoniam
B est deus, quoniã est retributio. Fides quippe multimoda est in hac uita qua creditur, quoniã est retributio: & qa non eodem modo sustinenda est,& ante munera, uel coronas certandũ est. Illud autẽ qd circa Iacob contigit, solius est fidei: quoniã promisit Abrahæ. Quia tibi dabo & semini tuo terrã hãc.
Gen.15.d Audiuit Ioseph itã inter alienos cõstitutus,& necdum uidens iã processisse promissionẽ, & neq; sic concidit aius eius: sed sic credidit, ut ẽt de exitu eorum loqueretur,& de ossib.suis mandatũ daret, Et
Ibi.50.d. non tantũ ipse credidit, sed ẽt alios ad fidem introduxit, ut semper memores essent, qa nequaquã de suis ossibus præcepisset, nisi plena fide sperasset reditum eorum. Proinde quando quidã dicunt: ecce iusti quoq; curã gerebant sepulchrorum: dicamus
Psa.23.a. ad illos quia non pp hoc. Nam sciebat, quia domini est terra & plenitudo eius. Nequaquam.n.in tanta conuersatus philosophia hoc ignorauit, q tantũ tps uixit in Aegypto: Alioqui licebat illi, si uoluisset ad patriam repedare, & non lugere, nec ægre ferre. Verum cum & patrem illuc euexerit, cuius gratia
C & ossa sua eò ex Aegypto transferri pcepit, nisi qd manifestum est, quia pp eandem causam? Quid autem, dic mihi? Num ipsius Mosi ossa inter alienos iacent? & Aaronis,& Danielis,& Hieremiæ? Apl'orũ autem plurimorum ossa nescimus, uel ubi iacent: Petri & Pauli quidem, Ioannis & Thomæ, manifesta sunt sepulchra. Aliorum uero cum tanti sint, minime cognitum est ubi sint. Nihil igitur pro hac re lugeamus, neq; pusillanimiter feramus. Vbicũq; n. sepeliamur, Domini est terra,& plenitudo eius: Oino fit, qd oportet fieri. Lugere autẽ, & deplorare,&
Psal.23. lamentari eos, q de hac uita discedunt, ex pusillanimitate cõtingit. Fide, inqt, Moses natus, absc̃ditus est trib. mensibus à parentib. suis. Cõtemplaris qa
Exod.2.a hæc post mortem sperabãt impleri in terra,& multa qdem effecta sunt post mortem ipsorũ. Hoc aũt dictum est pp aliquos qui dicunt: post mortem ea implentur illis q̃ non sunt adepti uiuentes: q̃ neque post mortem se credebant adepturos. Non.n.dixit Ioseph, qa me uiuente hanc terrã non dedit, neque patri meo, neq; auunculo meo', cuius uirtutẽ reuereri debebat, istos uero malignos dignos facturus est, ut pcipiant q̃ illi nõ sunt digni facti percipe? Nihil horũ dixit, sed fide cuncta & superauit,& transcendit. Itaq; percurrit Abel, Noe, Abrahã, Isaac, Iacob, Ioseph, & oẽs glorioso̅s & admirabiles uiros: deinde augmentũ facit cõsolationi & exhortationi suę, ad psonas infimas deducens orationẽ. Vt.n. admirabiles psonę hęc fortiter paterentur, mirũ nihil est, & iferiores eos apparere claris illis uiris non ita graue est. Obscuris autẽ inferiorem uideri, id de mũ graue est. Orditur uero à parentib. Mosi, ignobilib. qbusdã uiris, & nihil tale habentib. quale filius eorũ: ppea & progrediendo auget absurditatẽ meretrices mulieres,& uiduas enumerans. Fide, inquit, Raab meretrix non periit simul cũ infidelib. susciD
piens exploratores cũ pace. Et non solũ fidei, sed ẽt icredulitatis ponit pmia, sicut in psona Noe.
Exod.1.c. Interim de parentib. Mosi necessariũ est dicere: Omnes qppe infantulos masculos interimi Pharao iusserat, & nullus effugit hoc periculũ. Vnde igitur sperauerunt isti, ut saluarent puerũ? Ex fide, inquit. Qua fide? Quia uiderunt elegantẽ infantulũ,& ipse uultus ad fidem eos attraxit. Sic iã inde ab initio E
ex ipsis incunabulis multa erat illi iusto infusa gratia, nõ natura hoc opante. intuere.n.statim, ut genitus, honestus apparebat infantulus, non erat despectus. Cuius ergo erat hoc opus? Nõ naturę, sed gratię diuinę, q̃ ẽt barbarã illã mulierem Aegyptiã excitauit, ut amaret, ut sumeret, ut arriperet, & tamẽ fides in istis nõ habuit idoneũ argumentum. Quid hoc,& quantũ erat ut ex ipso uultu crederent? Sed uos, inqt, ex reb. ipsis credite,& multa habebitis fidei pignora. Vt.n.cum gaudio rapinã rerũ uestrarum susceperitis,& q̃cunq; talia passi estis, fide actũ est,& patientia. Sed quoniã & isti crediderunt, dein de & pusillanimiter afficiebantur, ostendit qa & fides illorum plurimum protendebatur, sicut contigit in Abraham, quanuis uiderentur sibi res ipsę repugnare. Nõ timuerunt, inqt, pceptum regis, quanquã illud qdẽ ope exercebatur: hoc autem tenuis qdã erat expectatio,& hoc qdem parentum erat, ipse uero Mõses quid attulit? Deinde familiare illis,& domesticum profert exemplum, illo maius & amplius. Fide, inquit, Moses magnus factus, abnegauit F
dici filius filiæ Pharaonis: magis eligens affligi cũ populo dei, q̃ temporalem habere iucunditatẽ pec cati: maiores diuitias existimãs thesauris Aegyptiorum improperium xpi. Respiciebat qppe in remunerationem. Tanquam si diceret ad eos, nullus uestrum dimisit aulã regalem amplã, & clarã, neq; tales thesauros, neq; cum posset filius regis esse, contempsit, sicut Moses fecit. Et qa non simplr dimisit, significauit dicẽs: Abnegauit. Hoc est, horruit, auersatus est. Cœlo quippe proposito, superfluum erat aulã admirari Aegyptiaci regni. Et uide q̃ mirabiliter illud posuit Paulus. Non dixit maiores diuitias existimauit thesauris Aegypti cœlum, & ea q̃ in cœlis sunt. Sed quid dixit? Improperium xpi. Pro xpo enim improperium sustinere melius iudicauit, quã in deliti̅s esse ẽt in hoc ipsum per se solum mercES erat. Eligens magis affligi cum populo dei. Vos enim pro uobis pro̅pisistis patimini, ille autem pro aliis hoc elegit, & ultrò seipsum proiecit in tanta periculA, cum ei liceret & piè uiuere, & secularib. perfrui bonis. Quam temporalem habere peccati iucundi tatem. Pctũ duxit, nolle affligi cum aliis, hoc peccatum esse putauit. Si igitur ille nõ alacriter affligi cũ cæteris pctũ esse iudicauit: magnum ergo bonum

G est afflictio, ad quā ex fastigio regali seipsum proiecit. Hęc. n. faciebat, magna qdam prospiciens. Maiores, inqt, diuitias existimans thesauris Aegyptiorū improperium xpi. Quid est improperium xpi? Hoc est, improperia talia sustinere, qualia nūc uos: quale xps etiā sustinuit improperium. Et qūo pro xpo
1. Cor. 10. 4. sustinuit Moses? Petra. n. erat xps: sic etenim & ille improperium sustinuit, sicut & uos. Quid autē est improperium Christi? Quia respuimus paternos errores, improperium sustinemus, quia patimur mala concurrentes ad deum. Sic etiam ille improperium xpi sustinebat, quando audiebat: Nunqd interimere me uis, sicut interfecisti heri Aegyptium?
Exod. 2. c Hoc est improperium xpi, usq; in finem, & nouissimum spiritum pati mala: sicut etiā ipse improperia
Mat. ult. c. sustinebat, & audiebat: Si filius dei es. Et ab eis audiebat pro quib. crucifigebatur, id est, à contribulibus. Hoc est improperiū xpi, quando quisquā à domesticis, quādo quisquam ab his, quib. beneficiū
H pstitit, sustinet improperium. Etenim ille quoq; pro beneficio suo hæc patiebatur. Hic eos excitauit, ostendens qa & xps eadē passus est & Moses. Duæ personæ claræ, & diuulgatæ. Proinde xpi magis est improperium istud, q̄ Mosi, quoniā à propriis ista passus est. Sed neq; ille fulmina emittebat, neq; iste malignè quicquam tulit, sed improperium sustinebat, & patienter cuncta ferebat, illis mouētibus capita sua: qa ergo potuerunt fortasse his auditis desiderare etiā ipsi retributionem, dicit: Quia & xps & Moses talia passi sunt. Proinde delitię, inqt, & remissio pcti sunt: improperia uero xpi. Quid. n. uis? improperium xpi? an remissionem & delitias? Fide reliquit Aegyptū, non ueritus ferociam regis. Perinde enim tanquā uidisset inuisibilem, obdurauit. Quid dicis quia nō timuit? Et tamen scriptura hoc dicit, quia audiens ueritus est, ppea fuga salutē q̄siuit, & in fugam uersus est, & furatus seipsum de medio, & post hęc in timore erat. Intende igitur diligenter dicto. Quod dicit: Non ueritus ferociam regis, ad hoc
I dicit, qd iterum comparebat. Timentis qppe erat, non reuerti iterū ad patrocinium, neq; rē aggredi: sed tamen quòd reuersus est iterū, animi erat deo se committentis. Non n. dixit, quia quærunt me, & scrutantur, non me igitur iterum eisdem ipsis committam. Proinde ēt qd à fuga reuersus est, fidei fuit. Quid ergo? Non permansit, inqt, ne se in apertū pręcipitaret periculum: quia hoc iam tentantis esset, in
Mat. 4. a silire in media pericula, & dicere: uideamus si me liberet deus. Hoc etiam xpo dixit diabolus: Mitte te deorsum. Intueris qa hoc diabolicum est, ut superuacuè ac superfluè se quisquā in periculū iacter, tētare deū si saluet? Etenim pesse iam illis ad regimen eorū non poterat, ita ingratè affectis illis, quib. tanta pstiterat. Stultum itaq; erat, & insensatum permanere illic. Hæc autem oia facta sunt, qa ueluti uidēs
Morale. inuisibilem sic sustinebat. Si igitur uidemus mē te semp deum, si semp in recordationem eius conuertimus mentem nostrā, oia nobis facilia apparebunt, oia portabilia, oia leuiter sustinebimus, oib. superiores efficiemur. Si. n. quisquā dilectum uidet, magis autem recordatus illius, erigit aiam suam, & mente sublimis efficitur, ut oia facile toleret, delitians ex memoria illius, q in mente habuerit eum, q nos diligere uere dignatus est, & recordatus fuerit eius: quādo poterit aliq̄ sentire tristitiā, auterribile aliqd, aut periculosum timere? quando pusil- K
lanimitate afficiatur? nunquā. s. Oia quippe nobis difficilia uidētur, qa dei memoriā nō habemus, sicut oportet habere: qa non eū semper in mente nostra portamus. Iuste qppe nobis dixerit: oblitus es: mei, obliuiscar & ego tui. Et duplū efficitur m alū qa & nos eius obliuiscimur, & ille nostri. Hęc. n. mala duo sunt, alternis qdē cōplicata, duo tamē sunt. Magnū qdem opatur memoria dei: magnū aūt ēt cū & nos eius habemus memoriam: hoc qppe facit eligere bona, illud autē impetrare, & ad effectū per Psa. 41. b ducere. Propterea dixit Propheta: Recordabor tui de terra Iordanis, & Hermoniim de monte paruo. Hęc dixit populus in Babylonia cōstitutus, recordabor tui. Et nos igitur tanq̄ in Babylonia cōstituti, ēt si in medio hostiū nō cōsidemus, uerūtamen inter inimicos sumus. Alii qdē tanq̄ captiui sedebāt, alii aūt neq; sentiebāt captiuitate sicut Daniel, sicut tres pueri, q in captiuitate quoq; cōstituti, ab ipso rege, q eos captiuos habebat, clariores erāt effecti, in ipsa illa prouincia, qua captiui erāt, adorabā L
tur. Vides quantū uirtus posit? In ipsa captiuitate cōstitutos curabat ut dominos. Rex itaq; magis erat captiuꝰ q̄ illi. Nō adeò mirabile fuisset, si in sua ipsorū patria regnātes accessisset & adorasset. Hoc aūt mirabile demū erat, qd cū eos uinculis strinxisset, captiuos cepisset, haberetq; in sua potestate, oībus uidentib. nō erubuit adorare, & agnū immolare. Intuemini qa reuera res illæ clarę sunt, q̄ addeū ptinent: res uero humanæ, umbræ sunt. Ignorabat igitur qd sibi dominos adducebat, & quos adoraturus erat. Misit eos qppe in caminū: sed sicut somnium hoc illis erat. Timeamus itaq; dilectissimi do minū, timeamus, ac si etiā in captiuitate fuerimus, oīb. erimus clariores. Timor adsit dei, & nihil erit triste. Tametsi paupertatē dicas, tametsi ægritudinē, tametsi captiuitatē, tametsi seruitutem: & siqd aliud tristiū, nō solū grauia nō erūt, sed imò magis adiumēta nobis erunt in aduersis. Captiui erāt isti M
& adorauit eos rex, Tabernaculorum erat factor Act. 18. a Paulus, & sacrificabāt illi sicuti deo. In hoc loco q̄stio occurrit, cur apli qdē sacrificia prohibuerūt, & uestimēta sua scindentes, abduxerūt eos à molimine suo, & cū fletu clamabāt dicētes: Viri qd hęc facitis? Sil̄r. n. & nos hoies passibiles sum⁹. Daniel uero nihil tale fecit: Quod. n. & ipse humilis fuerit, & Act. 14. c non minus q̄ isti deo obtulerit glīā, ex multis causis manifestū est: maxime autē ex eo clarū est, qd amabatur à deo. Nō. n. sibi assumentem honorem dei pmitteret saltem uiuere: necdū celebrē fieri. Deinde qa cum multa fiducia dicebat: O rex, nō in sa Dani. 2. d
pientia mea mihi reuelatum est mysteriū istud. Et e.
iterum, in lacu erat pp deum. Et qa cibū ei attulit Ibid. ult. f
Propheta, dixit: Recordat⁹ est mei deus. Ita erat humili corde & cōtrito. In lacu erat pp deum, & indignum tum se iudicabat, ut recordaretur ei⁹, uel ut exaudiretur ab eo: nos autē cū innumera scelestia, cum pśumptione committamus, & oīb. scelestiores simus, nisi in prima oratiōe exauditi fuerimus, discedimus. Reuera multū interest inter illos & nos, & quantū inter cœlum & terrā interest, etsi qd amplius. Quid dicis? post tārā uirtutē, post factū illud in lacu miraculū, sic seipsum humilē existimabat? Ita est, inqt: quātacunq;. n. opati fuerimus, inutiles serui sumus. Sic ille antecedēs euāgelicū pceptum implebat,

A implebat, & nihil seipsum iudicabat. Recordatus
Dani. 3. e est, inqt, mei deus. Sed & oratio eius quanta humilitate plena est? Et iterū tres pueri sic dicebāt: Peccauimus, inquitatē fecimus, Et ubiq; humilitatē suā demonstrant, Quanquā habeat Daniel innumeras occasiones, quib. in superbiā efferretur: sed sciebat quoniā ipse causæ, pro quib. posset extolli, ppea illi erāt, qa non extollebatur, & qa non corrumpebat thesaurū suū. Apud oēs enim hoies, & in toto mundo non iucundabatur, qd procidisset rex in faciē, & immolasset ei, & deū illum esse putasset, qui ubique terrarū sicut deus honorabatur. Omnē. n. terram ipse obtinebat, & manifestum hoc est ex Hiere
Hie. 27. a mia. Cōplicans, inqt, terrā sicut uestimentū. Et iterū: Ego dedi eā Nabuchodonosor seruo meo. Et ex his q̄ oīb. scribebat, hoc approbatur: & qa non ibi solū ubi erat, admirabilis habebatur, sed ubiq; & maius erat, q̄ si reliquæ gentes corā illū pśentes uidissent: quando ēt per literas cōfessus est & seruiExe. 28. a tutem & qd factum erat miraculū. Quinetiā in sa
B pientia admirabilis erat. Nec sapientior es, inqt, tu Daniele. Et post hæc oia tamen admodum erat humilis. Decies milies pp deū mortificatus est. Quid ergo? quod cū ita humilis esset, non prohibuit, neque adorari se à rege, neq; immolationes? Hoc non dico: sufficit. n. mihi quęstionē proposuisse, cætera uero ptermitto, ut uel sic excitē mentem uestram. Illud autē moneo, ut oia pro timore domini susciAct. 12. d piatis. Exempla qppe habemus talia, qa reuera etiā in hac uita adipiscimur bona, si de futuris germane & integre curā gesserimus. Quod uero non hoc
Dani. 5. e supbia, uel arrogātia fecerit, manifestū est ex eo qd dixit: Dona tua tibi sint. Etenim ēt hic alia quęstio est, qūo sermone pellens, operib. suscepit illū honorem, & indutus torq̄. Et Herodes qdē cū audisset, nox dei & nō hominis: qa nō dedit glīam deo, crepuit, & effusa sunt uiscera eius: iste autē & ʳhonorē deo exhibuit, ʳnon uerba tantū. Sed necessariū est dicere, qd hoc sit. Illic quidē ad idololatriā immaniorem hoies decidebant, hic autem nequaquam.
ʳ dei honorem admisit
C Qūo hoc? Quod. n. iste putabatur talis, honor erat
Dani. 2. d dei. Propterea. n. pōccupans hoc dicit: Mihi autem non in sapientia reuelatū est, q̄ esset in me. Deinde neq; apparet alicubi, qa suscepit illas immolatiōes. Dixit. n. inquit, quia oportet immolare, sed non est manifestum utrū etiam opus consecutum sit. Illic autem adduxerunt tauros, ut immolarent, & uocabant illū quidē louem, istū autem Mercuriū. Torquē itaq; suscepit, ut clarū se faceret, immolationē autē cur non repulerit? Etenim illic nō fecerūt, sed conati sunt, & prohibuerunt apli. Proinde hic etiā oportebat celeriter & confestim prohibere. Itē illic populus uniuersus erat, hic aūt tyrannus. Cur ergo eū non reuocauit? In pcedentib. dixit, qa non sicut
Ibid. 3. g. deo immolabat, ad euersionē culturæ dei, sed pp magnum miraculum. Qūo hoc? Propter deū. Edictum qppe posuerat, ut nō minueretur honor dei. Illi autem non sic, sed aplos putabant esse deos, pp hoc prohibebantur. Hic autem postq̄ adorauit, tūc hoc fecit. Neq;. n. sicut deum adorauit, sed sicut homine sapientem. Clarum autem nō est, quod immolauerit. Si autē & immolauit, at non suscipiente Daniele. Quid quòd ēt Balthasar eum nominauit nomine dei sui? Ita nihil magnū existimabat deos suos, quando ēt captiuū sic uocabat, q cunctos iusserat imaginē adorare uariam, & multifariā, qui & D
draconē coluerat. Illis aūt qui erant in Lystra, multo erant stultiores Babylonij: idcirco non licebat statim reuocare eos in hoc. Et multa alia in hac q̄stione dici possunt, interim hæc modo sufficerint. Si igitur uolumus adipisci oia bona, quæ ad deum pertinent, q̄ramus. Sicut. n. qui ea quæ huius seculi sunt q̄runt, ab istis, & ab illis excidunt: sic qui q̄ dei sunt, pponunt, utraq; adipiscuntur. Non itaq; ista quæramus, sed illa, ut bona q̄ promissa, sunt percipere mereamur in Christo Iesu domino nostro, cū quo patri, unà cum sancto spiritu gloria, imperiū, honor, in secula seculorum, Amen.

Homilia XXVII. EX CAP. XI.

Ide celebrauit pascha, & sanguinis effusionem ne Exo. 14. e
f is qui interimebat primo gēita, tāgeret eos, Fide trāsierūt mare rubrū tāquā p aridā terrā, quod cū ētētassent Aegyptij, absorpti sunt. Fide muri Hiericho cor Iosue. 6. a
ruerūt cricūdati dieb. septē: fide Raab mreetrix nō piit cū Ibidem. d
infidelibus, cū excepissēt exploratores cum pace. Plurima
Paulus inter ipsa q̄ loquitur, solet argumentari, & E
dēsus est in sententiis. Talis qppe est Spiritus sancti gratia. Non in abūdantia uerborū paucas cōtinet sententias, sed in breuitate uerborū magnū habet & plurimum intellectū. Intuere igitur qūo sub occasione exhortationis, de fide disputās, magni typi meminit & magni mysterij, cuius habemus ueritatē. Fide, inqt, celebrauit pascha, & effusionē sanguinis, ne is q̄ interimebat primogentia, tangeret eos. Quid est aūt sanguinis effusio? Agnus mactabatur per singulas domos, & sanguine perungebātur postes, & hoc erat tutamē à pditione Aegyptia. Si igitur sanguis agninus in medio Aegyptiorū, & in tāta deuastatione illæsos seruabat Iudęos: multo amplius saluabit nos, non postes, sed aias nostras xpi sanguine pungētes. Etenim ēt nunc qui deuastat in profunda hac nocte circumit, sed armemur illo sacrificio. Effusionē sanguinis perunctionē appellat. Ex Aegypto. n. eduxit nos de⁹, hoc est ex tenebris, & idololatria. Quāuis qd fiebat, nihil esset: qd uero F
per illud pficiebatur, magnū erat: qd. n. fiebat, sanguinis erat effusio: qd aūt perficiebatur, salus, & cōmunitio, & prohibitio perditionis. Timuit illū sanguinē angelus: sciebat. n. cuius erat typus, horruit, dominicā mortē intelligens, ppea non tetigit postes. Dixit Moses: Vngitei & unxerunt, & securi fuerūt. Vos aūt ipsius agni habētes sanguinē, nō confiditis. Fide trāsierunt mare rubrū, sicut per aridam terrā. Iterum populū uniuersum cōparat plebi, ne dicant: qa nō possumus sanctis similes fieri. Fide, inqt, transierūt per mare rubrū, sicut per aridā terram: qd cū tentarent Aegyptii absorpti sunt. In hoc loco commonefacit eos passionū, quas in Aegypto passi sunt. Qūo hoc? Quia fide sperabant per mare transire, pp hoc orabant: magis autem Moses erat, qui orabat. Vides quia ubiq; fides ratiocinationes humanas excedit, & infirmitatē atq; humilitatem hoium superat? Intueris quia iam simul ut credebant, ēt supplicia declinabant? Nunc quidē in sanguine postiū, nunc autē in mari rubro, & hoc manifestabat aquā esse, qd Aegyptii suffocabantur. Ex hoc apparebat nō esse phantasiā, sed sicut in leonibus illis, q ab eis deuorati sunt, ostēdebāt ueritate rerū, & sicut in camino, q incēsi sunt: sic etiā nunc inspicis easdē res, aliis quidem ad salutem: & cele-

Gbritatem, aliis autē ad perditionē ualuisse. Tantū bonū est fides. Et quando ad desperationē aliquā uenerimus, tūc quoq; liberamur: etiamsi usq; ad ipsam mortē ueniamus, etiamsi de nobis ab oib. desperetur. Quę nanq; iā spes erat? Hinc Aegyptij, inde mare, & ipsi inermes. Aut. n. in mari erant pituri si uellent fugere, aut in manus Aegyptiacas casuri. Veruntamē ex ista desperatione eos liberauit. Idipsum mare istis est substratū: sicut terra: hos autem demersit sicut mare. Illic oblitū naturę suę, hic aūt etiā armatū ē aduersum eos. Fide, inqt, Hiericho cecidit circūdatis muris eius per septē dies. Non. n. tubarum sonitus murorū saxa deiecit, etiamsi per inumeros annos qs tubis insonet, sed fides oia ualet. Intueris ubiq; neq; sequela ulla rerū, neq; naturæ lege mutationē fieri, sed pter spem cuncta geri? Proinde etiā hic pter spem cuncta fiunt. Quoniam. n. sursum atq; deorsum dicebat, qa oportet credere, & spebus futuris regi, oēm istum sermonem mouit,
H ostendens qa non tunc, sed ex initio oia miracula per fidem impetrata sunt, & perfecta sunt. Fide inquit, Raab meretrix non periit una cū infidelibus, cū excepisset exploratores cū pace. Proinde admodū turpe fuerit, si apparueritis meretrice infideliores. Quanquā. n. illa hoies audiret nuntiantes, confestim tamen credidit. Ergo & effectum consecuta est: oibus quippe pereūtibus, sola saluata est. Non dixit ad seipsam, qa cum plurimis meis ero. Non dixit, nū ego prudentior istis esse possum sapiētib. uiris, q non credent, & ego credā? Nihil tale dixit, sed credidit dictis eorū qd possent illa contingere. Et quid adhuc, inqt, dico? Deficiet. n. me tps enarrantem. Iam nō ponit nomina, sed cū finem fecisset in meretrice, & in uerecundiā eos excitasset qualitate
I personæ, non iam dilatat historiarū commemorationem, ne uideatur sermonē suū protelare. Tamē non eas omittit, sed percurrit, sapiēter ualde utrunque faciens, & tps fugiens, & densitatē sententiarū non auferens. Neq; n. oīno tacuit, neq; dicens mole stus effectus est, utrunq;. n. fecit. Cū. n. fortiter quisquā decertat, si in certamine pseuerauerit, defatigat auditorem. Qui. n. iā credenti longitudine sermonis molestus esse uoluerit, opinionem ambitionis incurrit. Oportet. n. utilitati prospicere, & coaptari. Et *quid adhuc* (inqt) *dico*? *Deficiet enim me tempus enarrātē de Gedeō Barach, & Sāpson, et Iepte, et Dauid, & Samuele, & prophetis*. In hoc loco culpaut quidā Paulum, quoniā Barach, & Sampson, & Iepte inter istos cōstituit. Quid dicis? Cū meretricē posuerit, istos non ponat? Nec mihi nunc dicas aliā uitā eorū, sed si non crediderūt, etsi nō claruerūt in fide. Et prophetis, inqt, *Qui per fidem expugnauerunt regna*. Intueris qa non uitę eorū hic testificatur, qd clara fuerit, neq;. n. hoc q̄rebatur: sed de fide erat ratio. Dic. n. mihi, an non cuncta fide perfecerint? Per fidem, inquit, expugnauerunt regna. Qui cum Gedeone fuerunt. *Operati sunt iustitiam*. Qui sunt isti quos dicit? Misericordiam. s. dicit in hoc loco, quā habuit Dauid: de eo enim hoc eū dicere arbitror: *Adepti sunt promissiones*. Quas? eas, de quib. dictum erat, quia semen eius sedebit super soliū eius. *Obturauerunt ora leonum, extinxerunt uim ignis, effugerūt acies gladii*. Cōtemplare qūo in ipsa morte erant. Daniel circunda
tus à leonibus', tres pueri in camino deambulantes: Israelitæ, Abrahā, Isaac, & Iacob in uariis tentationibus, & neq; sic desperauerunt. Hoc. n. est fides, K ut cū res nobis in cōtrariū exeunt, tunc credamus: qa nihil cōtrarium factum est, sed cuncta cōsequētia & ordinata uenerunt. Effugerūt acies gladij. De trib. pueris eum iterū puto dicere. *Conualuerunt ex infirmitate, robusti facti sunt in bello, in cursiones uerterūt exterorum*. Hoc loco q̄ circa reuersionē ex Babylone acta sunt significat. Ex infirmitate. n. hoc esse puto id est ex captiuitate, quādo iā in desperatione erāt Iudaicæ res, quando iā à mortuis nihil distabant. Quis. n. nō desperabat de Babylonia eos posse reuerti? Et non dico reuerti solū, sed ēt fortes effici, & incursiones exterorū auertere? Sed uobis nihil tale cōtigit, inqt. At hęc formę sunt futurorū. *Acceperunt mulieres ex resurrectione mortuos suos*. Ea quæ circa prophetas prouenerūt, dicit, Heliseum & Heliā significās, q mortuos suscitarūt. *Alij uero* (inqt) *distenti sunt, non suscepta redemptione, ut meliorē resurrectionē adipiscerentur*. Sed nos non adepti sumus resurrectionē, sed L possumus ostēdere & illos, inqt, excisos, & nō fusce pisse, ut meliorē resurrectione adipiscerentur. Nam cur, dic mihi, in pśenti uita nolebant uiuere? nónne qa meliorē expectāt? Et q alios suscitabāt, ipsi mori desiderabāt ut meliorē resurrectionē adipiscerē tur: nō talē, qualē resurrectionē acceperant filii illa rū mulierū. In hoc loco uidetur mihi Ioannē & Iacobū significare. Distētio qppe dicitur decollatio. Nā licebat illis uidere solē, licebat nō redarguere, & elegerūt magis mori, & cū ipsi alios susciterant, ipsi abire eligebāt, ut meliorē resurrectionē adipiscerē tur. *Alij autē ludibria, & uerbera experti sunt, insuper & uincula, & carceres lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt*. In istis facit finē, qa maxime isti familiari similitudine iūgebātur, et maxi e illis ista afferebāt cōsolationē. Quādo n. qs in eadē causa, uel in eadē passiōe, aut tristitia detinetur, solatiū ex similitudine cōpatientis accipit. Alioqn ētsi peiorē aliquā passionē dicas, si nō ex eadē causa orta sit, nihil efficerit. Propterea in hoc sermonē suū cōcludit, uicula noīnās, & carceres, & uerberea, & lapidatiōes, Stephanū significās, & Zachariā. Propterea adiūxit: *In occisione gladij* M *mortui sunt*. Quid dicis: Alii qdē effugerūt acies gladij, alij uero in occisione gladii mortui sunt. Quid est hoc? qd horum laudas? qd admiraris? hoc an illud? Ita, inqt, hoc qdē uobis familiare est, illud aūt laudabile ē: qa & circa ipsam mortē ꝑualuit fides, & typus futurorū. Duo qppe sunt miracula fidei, qa & impetrat magna, & patitur magna, & nihil reputat pati. Et nō potestis dicere, inqt, qa peccatores quidā erāt, & infimi. Si. n. ex alia parte totū mundū opponas, illos inuenio uirtutis pōdere meliores, & trutinā attrahētes, & honorabiliores ualde extantes. Quid igitur posset hic recipe? In hoc loco excitat eorū mentē, ut nō adhęreāt pśentib. sed supiora sapiāt, & eminentiora oīb. q̄ sunt in hac uita. Siqdē ois mundus nō est dignus illis. Quid igitur uis in hac uita recipe? Iniuria qppe est, si in hac uita mercedē recipias. Nō itaq; secularia sapiam⁹, neq; in hac uita q̄ramus retributionē, neq; adeò sim⁹ paupes. Si. n. ois mūdus nō est dignus eis, cur partē aliquā q̄ris? Et meritò. Amici qppe sunt dei. Mundū autem in hoc loco dicit, an multitudinē hominum, an ipsam creaturam? Vtraq;. Solet enim scriptura, utraq; mundum appellare. Si cuncta creatura, inqt, cum oibus hominibus constituatur, nunquam in com

A parātione istis digna eēt: & merito. Sicut. n. decem millia pōdera palearū, uel fœni in cōparatione de cē margaritarū digna nō eēnt: sic neq; illi. Melior, inquit, unus faciens uoluntatem dei, q̄ decemmillia iniq. Decēmillia. n. non plurimos, dixit, sed mul
Eccl.16.a titudinem infinitā: intellige ergo quātus est iustus.
Ios.10.c. Dixit Iesus Naue: Stet sol circa Gabaō, & luna circa uallem Haylō? hoc est maiorē diē operentur. Hoc etiā in Ezechia cōtigit, repedauit sol. Hoc. n. illo mirabilius est, ut contrariā uiā pergeret, q̄ nondū suū cursum pegerat. Sed his maiora adipiscemur, si uoluerimus. Quęnā sunt, q̄ nobis xps promisit? Nō solē sistere, nō lunā, nō repedationes solis: sed, ueniemus ad eū, inqt, ego & pater, & mansionē apud eū faciemus. Quid mihi opus est sole, & luna, & istis miraculis, ipso domino cūctorū apud me habitante, & pmanente: Quid mihi opus est cęteris? Ipse mihi erit sol, ipse lumē. Dic. n. mihi, qd uelles regnum cœlorū ingressus? Posse cōmouere aliqd eorū, q̄ in cœlo fixa sunt, & transmutare de loco ad locū? an ipsum regē sic tibi familiarē efficere, ut impetrares ab eo, ut ad te sese demitteret? Multo amplius arbitror qd istud eligas, q̄ illud. Quid aūt mirū est, inqt, si ea q homo imperat, hęc etiā xps? Sed xps, inquit, nō rogat patrē, sed ex authoritate propria facit. Bene dicis, proinde confitere primū hoc, & dic: quoniā non rogat patrē, sed ex authoritate facit: & tūc interrogabo. Oratio igitur demissionis, & dispensationis est? (non. n. inferior est xps Iesu Naue) & ut nos doceret? Sicut. n. cum magistrum audis balbutientem, & singulas literas dicentē, non eum dicis ignorare, cum interrogat, ubi sit illa uel illa litera: scis qa non ignorans interrogat, sed discipulū uolēs instituere, Sic & deus nō opus habēs oratione,
B hoc uocatus est in typo, etenim Auses dicebatur. Propterea mutatū est nomē eius. Prenūtiatio qppe fuit, & prophetia, qppe introduxit populū in promissionē, sicut Iesus in cœlū: nō ita lex, neq; Moses ita, sed deforis pmāsit. Nō ualet lex itroducere, sed gratia. Intueris formas iā inde ab initio descriptas. Imperauit creaturę, ut ita dicā, ipsi capiti deorsum stās: ut quādo uides i hois habitu Iesum eadē ipsa dicentē, nō turberis, neq; mireris. Ipse ēt Mose uiuē te supauit bella: sic ēt lege uiuēte ipse cūcta dispensat: sed nō manifeste attamē uideamus quāta uirt⁹ est sanctorū. In hac uita tāta operātur. Si hic tanta faciūt, q̄ & angeli: qd iā illic, quantā habebūt claritatē? Arbitror qd unusquisq; uestrū uellet esse talis, ut posset imperare soli, & lunę. In hoc loco q dicūt sphęrā esse cœlū, qd dicunt? quare. n. nō dixit,
4.Re.20 b. stet sol: sed addidit, stet sol circa Gabaō, & luna circa uallē Haylō? hoc est maiorē diē operentur. Hoc etiā in Ezechia cōtigit, repedauit sol. Hoc. n. illo mirabilius est, ut contrariā uiā pergeret, q̄ nondū suū cursum pegerat. Sed his maiora adipiscemur, si uoluerimus. Quęnā sunt, q̄ nobis xps promisit? Nō solē sistere, nō lunā, nō repedationes solis: sed, ueniemus ad eū, inqt, ego & pater, & mansionē apud eū faciemus. Quid mihi opus est sole, & luna, & istis miraculis, ipso domino cūctorū apud me habitante, & pmanente: Quid mihi opus est cęteris? Ipse mihi erit sol, ipse lumē. Dic. n. mihi, qd uelles regnum cœlorū ingressus? Posse cōmouere aliqd eorū, q̄ in cœlo fixa sunt, & transmutare de loco ad locū? an ipsum regē sic tibi familiarē efficere, ut impetrares ab eo, ut ad te sese demitteret? Multo amplius arbitror qd istud eligas, q̄ illud. Quid aūt mirū est, inqt, si ea q homo imperat, hęc etiā xps? Sed xps, inquit, nō rogat patrē, sed ex authoritate propria facit. Bene dicis, proinde confitere primū hoc, & dic: quoniā non rogat patrē, sed ex authoritate facit: & tūc interrogabo. Oratio igitur demissionis, & dispensationis est? (non. n. inferior est xps Iesu Naue) & ut nos doceret? Sicut. n. cum magistrum audis balbutientem, & singulas literas dicentē, non eum dicis ignorare, cum interrogat, ubi sit illa uel illa litera: scis qa non ignorans interrogat, sed discipulū uolēs instituere, Sic & deus nō opus habēs oratione,
Morale. ta faciūt, q̄ & angeli: qd iā illic, quantā habebūt claritatē? Arbitror qd unusquisq; uestrū uellet esse talis, ut posset imperare soli, & lunę. In hoc loco q dicūt sphęrā esse cœlū, qd dicunt? quare. n. nō dixit,
4.Re.20 b. stet sol: sed addidit, stet sol circa Gabaō, & luna circa uallē Haylō? hoc est maiorē diē operentur. Hoc etiā in Ezechia cōtigit, repedauit sol. Hoc. n. illo mirabilius est, ut contrariā uiā pergeret, q̄ nondū suū cursum pegerat. Sed his maiora adipiscemur, si uoluerimus. Quęnā sunt, q̄ nobis xps promisit? Nō solē sistere, nō lunā, nō repedationes solis: sed, ueniemus ad eū, inqt, ego & pater, & mansionē apud eū faciemus. Quid mihi opus est sole, & luna, & istis miraculis, ipso domino cūctorū apud me habitante, & pmanente: Quid mihi opus est cęteris? Ipse mihi erit sol, ipse lumē. Dic. n. mihi, qd uelles regnum cœlorū ingressus? Posse cōmouere aliqd eorū, q̄ in cœlo fixa sunt, & transmutare de loco ad locū? an ipsum regē sic tibi familiarē efficere, ut impetrares ab eo, ut ad te sese demitteret? Multo amplius arbitror qd istud eligas, q̄ illud. Quid aūt mirū est, inqt, si ea q homo imperat, hęc etiā xps? Sed xps, inquit, nō rogat patrē, sed ex authoritate propria facit. Bene dicis, proinde confitere primū hoc, & dic: quoniā non rogat patrē, sed ex authoritate facit: & tūc interrogabo. Oratio igitur demissionis, & dispensationis est? (non. n. inferior est xps Iesu Naue) & ut nos doceret? Sicut. n. cum magistrum audis balbutientem, & singulas literas dicentē, non eum dicis ignorare, cum interrogat, ubi sit illa uel illa litera: scis qa non ignorans interrogat, sed discipulū uolēs instituere, Sic & deus nō opus habēs oratione,
D orabat: sed te uolēs istituere, ut assiduus sis ad orationem, ut sine ꝑmissione, ut sobrie, & cum multa uigilātia ores. Vigilare autem nō in hoc dico, ut nocte tātum surgatur, sed etiā in die sobrium eē in oratione. Vigilās qppe uocatur, q talis est. Nam pōt qsquā & noctib. orās, dormire, & in die orās, uigilare: quādo fuerit aīa intenta, quādo intelligit cui loquitur, ad quem illi sermo est: quādo mente ꝑcipit, qa angeli sunt pśentes cum timore, & tremore ipse autem accedit oscitās, & pigrescens. Fortis munitio est oratio, si cum integra mente fiat: & ut agnoscas eius uirtutem, etiā impudentiā, & iniqtatem, & crudelitatem, & uiolentiā frequēs uincit oratio. Audistis. n. inqt, qd dixerit iudex iniqtatis? Sed ēt pigritiā supauit. Et quod amicitia promereri nō potuit, hoc promeruit assidua oratio. Et si non, inquit, pp *Luc. 18.a*
amicitiā dabit illi, ueruntamen pp improbitatem eius exurgens dabit illi. Sed etiā indignā, dignā facit oratio cōtinua. Nō, inqt, est bonum accipere pa *Mat. 15.c*
nem filiorum, & dare canib. Etiā domine, inqt, nā & canes comedunt de mensis dominorum suorū.
Instemus igitur orationi. Fortis armatura est ora- E
tio, si cum intentione fuerit, si sine uana gloria, si cum aio syncero. Ipsa bella deuicit, ipsa gentē integrā, & indignā beneficium promereri fecit. Audiui, *Exo.2.d.*
inqt, gemitum eorum, & descendi liberare eos. Ista medicamētum est salutare, & prohibitio pctorū, & medicina delictorum. Cū hac uidua desolata pmanebat. Si cum humilitate oremus, si pectus tunda- *Luc.18.c.*
mus, sicut publican⁹: si illa loquamur, q̄ ille loqba tur: si dicam⁹, propitius esto domine mihi pctori, *Ibid.c*
oia adipiscemur. Tametsi. n. nō sumus publicani, alia tamē plura habem⁹ nō minora pctā. Nec mihi dicas, quoniā in paruo aliquo peccaui: eandē. n. na turā habet hæc res. Sicut. n. filr homicida dicitur, q̄ siue puerum, siue uirum occidat: sic & auarus & q plura, & q parua diripuit: & tenere malum in cor- *Zac. 7.c.*
de nō est paruum, sed etiā grāde peccatum. Nā eorum, q̄ tenēt, inqt, in corde malū, uia ad mortē est:
& q iracitur fratri suo sine cā, reus erit gehennę. Et *Mat.5.d.*
q dixerit fratrē suum fatuum, & stultū, & inumera alia: Participam⁹ uero idigne tremēdis, & terribilibus sacramentis, & inuidemus, & detrahimus: qdā autē uestrum ēt sępi⁹ ebriātur. Horum unumquodque ēt solum p se sufficit ad excludendū de regno.
Cum autem in unum coaceruata fuerint, qd sola- F
tium habebim⁹? Multa nobis opus est pnia fratres dilectissimi, multa oratiōe, multa pseuerātia, ut possimus adipisci bona, q̄ promissa sunt. Dicam⁹ ergo & nos: Deus propitius esto mihi pctori. Magis autē nō dicamus tātum, sed ēt sic sapiam⁹: qn etiāsi nos alter ita appellet, nō indignemur. Audiebat. n. ille, qa nō sum sicut hic publicanus. & non est iritatus, sed magis cōpunctus est. Suscepit improperium, & caruit improperio. Dixit ille uulnus, & q̄siuit iste remedium. Dicamus iterum: Propitius esto mihi peccatori. Veruntamē etiāsi alius dicat, nō irascamur: si. n. nosipsos qdem inumeris ipsi modis malos uocauerimus, ab aliis autem id audientes ægre tulerimus, nō erit hoc humilitas neq; cōfessio, sed ostētatio, & uana gloria. Ostētatio, inqs, est, uocare sęipm pctorem? utiq; humilitatis qppe opinionem captātes, celebramur, & laudamur. Nā si ē cōtrario dicamus nosipsos iustos, cōtemnitur. Proinde etiā hoc propter gloriam facimus. Quid est autem humili-

G tas? Vt cū ab alio improperiū audimus, toleremus, agnoscamus peccatū nostrum, & patienter feram⁹ accusationē. Et neq; hoc adhuc humilitatis est, sed ingenuitatis. Nūc aūt nosmetipsos qdem dicimus pctores, indignos, & cætera plura: si uero alius quis quā nobis unū horum impingat, sæuimus, exasperamur. Intueris, qa non est hoc confessio, neq; ingenuitas? Dixisti temetipm esse talem, non indigneris etiam cum ab alio audis, & cum redargueris. Sic.n. tibi peccata leuigabuntur, cū alij improperāt. Sibi metipsis qdem onus imponunt, te aūt ad philosophiā inducunt. Aduerte qd dixerit beatus Dauid,
2.Re.15.b cum ei malediceret Semei. Sine illū, inqt, dominus pcepit ei quatenus agnoscat humilitatē meā, & retribuat mihi dominus bona pro maledictioe hac huius diei. Tu aūt cū de teipso dicas excessium malorū, nisi ab alijs magnorū iustorū laudes audias, exasperaris? Intueris quoniā ludis in rebus nō ludicris? Etenim laudes cupiditate aliarū laudū repellimus, ut maiores iterum mereamur; ut magis i admiratione sim⁹. Proinde dum encomia nō petim⁹,
H hoc ideo facimus, ut laudes nostrę amplificentur atq; oia pp gloriā facimus nihil pp ueritatem: propterea cuncta uana sunt, cuncta inania. Idcirco ob secro, ut uel nunc recedamus à matre malorum omnium, hoc est à uana gloria, & uiuamus secundū quod deo placet, ut ualeamus futura bona adipisci, in xpo Iesu domino nostro, cum quo patri gloria, una cū sancto, & bono eius spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xxvi ij. ex cap. xi.

Circūierunt in melotis, in pellib. caprinis, egentes,
e *tribulati, afflicti, quib. dignus non erat mundus iste: in solitudinib. errantes, & montibus, & in speluncis, & cauernis terræ &c.* Semp qdem, maxime aūt cum sanctorū recogito uirtutes, tunc mihi occurrit desperatio mei: qa neq; uel in somnis experimentū accepimus bonorum, q̄ illi p totū uitę suæ tps gerebāt, uiri, q non pro peccatis luebāt supplicia: sed semp q̄ recta sunt agebant & semper tribulabātur. Cogita qppe Heliā, ad quē hodie sermo nos ter puenit. Ipsum qppe hoc in loco intelligit, & in
I ipso definit exēpla: quod erat familiare istis, & propriū. Et cum dixisset ea q̄ circa ap̄los gesta sunt, qa in occisione gladii mortui sunt, lapidati sunt, recurrit ad Heliā, q eadem passus est: fortasis.n. qa necdum de apostolis tantā opinionem habebant, meritò ex illo q assumptus est, & maxime in admiratione erat, adhortationem & cōsolationem adfert. Circūierunt, inqt, in melotis, & in pellib. caprinis, egentes, tribulati, afflicti, quib. dignus nō erat mūdus iste. Neq; uestimentum habebant, inquit, ex nimietate tribulationis, neq; ciuitatē, nec domū, nec
Luc.9.g receptaculum, quod etiā xps dicebat: Quoniā filio⁹ hois non habet ubi caput suū reclinet. Quid dico receptaculum non habebāt? nec cōsistere pmittebantur. Neq;.n. uel cum ad ipsas solitudines ueniebant, otiosi erant. Non.n. dixit, in solitudinib. sedebant, sed etiā ibi fugiebant, & inde exagitabantur, non ex mundo tantū, sed etiā ex inhabitabilib. locis, Et admoneт eos locorum in qbus sederunt illi, & eorū q̄ illic acta sunt. Deinde dicit, Accusant uos pp xpm? Heliā uero, in quo potuerunt culpare? Exagitabant illum, & insequebantur, & cum fame pugnare cogebant, quod etiam isti tunc patiebantur.

Decreuerūt, inquit, illis mittere fratres eis qui tribu K
labantur discipulis, secundū quod facultatē unusR.o. 15.c
quisq; habebat. Definiuit unusquisq; eorū in ministeriū mittere habitantib. in Iudea fratrib. quod ēt ad istos ptinebat. Afflicti, inquit, & male patientes, in itinerib. & in periculis. Quod autem dixit: Circūierunt qdem in solitudinib. errantes, & in montibus & spelūcis & cauernis terræ, sicut profugi, & perfugæ, inqt: tanquā essent in reb. turpissimis deprehensi, tanquā indigni essent, ipso Solis cōspectu ne in eremo qdem refugium inueniebāt, Sed semp cogebantur fugere, opus habebant ferarum lustra inqrere, opus habebāt uiuos in terrā seipsos defodere, Semp in timore esse. Quæ est ergo merces, uel q̄ tanta retributio & uicissitudo? *Necdum*, inquit, *receperunt mercedem*. Sed adhuc pmanent, & ita mortui, & in tanta tribulatione, necdum receperunt, tā tū tps habent ex quo uicerunt, & necdum receperunt: uos aūt in certamine cōstituti mœrore affici mini. Intelligite itaq; & uos quale & quantum est Abrahā sedere, & apostolū Paulū, expectātes quando & tu cōsummeris, ut possint tunc mercedē reci L
pere. Nisi.n. etiā nos illuc uenerimus, tūc p̄dixit eis Saluator nō dare mercedē. Sicut pater bonus, amator filiorum, probis & genuinis filijs, & opus pficiē tibus, dicit nō se daturum comedere, nisi uenerint etiā alij fratres: tu autem anxius es, qa necdum mercedem accipis? Quid itaq; faciet Abel, q̄ ante oēs uicit, & adhuc sine corona sedet? qd Noe? qd cæteri illorum temporum? qa te & alios, qui post te futuri sunt p̄stolantur? Vides quia nos in hoc superamus eos? De *nobis.n.* inquit, *melius aliquid prouidit deus*. Ne aliquid præ nobis plus habere uiderentur, si primi ante nos coronarentur, unum definiuit tps omniū coronarum: & qui ante tantos uicit annos, tecū accipiet coronā: Contemplaris curā & dilectionem diuinā? Et non dixit, ne sine nobis coronarentur, sed. *Ne sine nobis consummarentur*. Proinde etiā perfecti tunc apparebunt, p̄uenerunt nos in certaminibus, sed non p̄ueniunt in coronis. Non iniuriā illis intulit, sed nos honorauit: nā & ipsi fratres libēter nos expectāt. Si.n. corpus unum oēs sumus, maior ex hoc efficitur corpori iucunditas, cum simul & M
cōmuniter coronatur, & nō p partes. Etenim iusti ēt in hoc sūt mirabiles: qa sicut de proprijs bonis, sic gaudēt & de bonis fratrū. Proinde ēt i illis hoc iuxta uotū procedit, ut cum fratrib. coronentur. Si mul.n. glorificari, magna iucunditas est. *Ideóq;* (inquit) *& nos tantam habentes circūpositam nubem te-* *Cap. xij.*
stium. In multis cōsolationē scriptura assūpsit malorū, ex accidentib. rebus: ut quando propheta dicit ex ęstu ex duritia, ex imbrib. Hoc igitur ēt hic dicit. Quia memoria illorum sanctorum, sicut nubes inflāmans ex radio igneo, sic aiam malis oppressā excitat & recreat. Et non dixit, sup nos apparentē: sed circūpositā nobis: qd amplius erat. Proinde in maiori nos fiducia esse facit. * Quæ est ista nubes * *Nubes testiū & moles. Et merito testes.*
testiū? Meritò testes eos appellauit, nō q in nouo testamento fuerunt tantum, sed ēt illos q in ueteri erāt. Etenim etiā illi testificati sunt maiestati diuinę, sicut tres pueri, sicut Helias, sicut oēs prophetę. *Omni onere deposito*. Omnia quæ dicit? Hoc est, somnum, anxietatem, cogitationes infimas, oia humana. *Et quod nos circunstat peccatum.* Circumstans dixit, siue quòd nos facile circūueniat, siue quod ipsum cir-

A sum circumueniri facilè posit: magis autem hoc arbitror dici: facilè.n. si uelimus, præualemus pctō. *Per patientiam*, inqt, *curamus propositum nobis certamen.* Non dixit, ceſtibus dimicemus, neq; athletico more pugnemus, neq; bella geramus: sed qđ omnibus est leuius, hoc nominauit, cursum appellās. Neq; dixit, addamus cursui nostro: sed, in eodem ipso pmaneamus, non dissoluamur. Curramus inqt, proposito nobis certamen. Deinde summā & caput orationis: quod.s. primum est ac postremū ponit, hoc est Christum. *Aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum.* Quod etiam ipse Christus discipulis
Mat.10.c suis sæpius cōmendat. Si patremfamilias, inquit, Beelzebub uocauerūt, quātò magis domesticos eius?
Ibidem. Et iterū: Non est discipulus sup magistrum, neq; seruus sup dominum suum. Aspicientes, inqt, hoc est ut discamus currere. Sicut.n. filij parētes, & discipuli in certaminibus magistros attendunt, informante mentē ex parte doctorum, p uisum regulas quasdā sumentes: sic ēt hic, si uolumus currere, & discere ut bene curramus: ad Christū attēdamus, autho
B rem, inqt, fidei nostræ, & consummatorem Iesum. Quid est hoc? hoc est, qa ipse nobis fidem infudit:
Ioan.15.c etenim ad discipulos suos dicebat: Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Et Paulus item dixit: Tunc
1.co.13.d cognoscā, sicut & cognitus sum. Ipse initium nobis imposuit, ipse ēt finem ponet. *Qui pro gaudio sibi proposito sustinuit crucem, confusione contempta.* Hoc est, licebat illi nihil pati si uoluisset. Non.n. peccatum fe-
Esa.53.c cit, neq; dolus inuētus est in ore ipsius: sicut & ipse
Ioā.14.d dixit in euāgelio: Venit princeps huius mūdi, & in me non habet quicq̄. Erat igitur arbitrij illius, si uo-
Ibi.10.d luisset non uenire ad crucem. Potestatē quippe habeo, inqt, ponere animam meam, & ptātem habeo iterum sumendi eam. Si igitur q nullam habuit necessitatem, ut crucifigeretur, crucifixus est pp nos: quāto magis nos iustū est omnia fortiter tolerare? Qui pro gaudio sibi proposito, inqt, sustinuit crucē, confusione contēpta. Quid est cōfusione contēpta? Probrosā, inqt, sustinuit mortē. Esto igitur moriebatur: quid ēt opus erat ut probrosē moreretur?
C Pro nulla alia cā, nisi ut nos doceret, nihil existimare gl'iam, q̄ ab hominibus defertur. Idcirco nō subiectus morti suscepit mortem, docens nos p̄sumere contra mortē, & eam nullius existimare momenti. Quare non dixit, tristitia contēpta: sed, confusione contēpta? Quoniam non cum tristitia mortē sustinuit. Nouissimè autem qd factum est? *In dextera*, in-
Phil.2.b quit, *sedis dei consedit.* Vides præmiū, quod etiā Paulus scribēs, dicit: Propter quod & deus illum superexaltauit, & donauit illi nomen, qd est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur. Qd secundum carnem est dicit. Maximè igitur etiamsi nullum esset præmium, ipsum solum exēplum idoneum erat ad psuadendam omnium tolerantiam. Nunc autem etiam præmia promittuntur, non q̄libet, sed ualde magna & ineffabilia. Proinde ēt nos cùm aliqd tale pasi fuerimus, ante ap̄los Christū cogitemus. Quare? qa tota uita eius probris plena fuit. Etenim semper audiebat, quòd insanus esset, &
Ioan.7.b seductor & magus. Et nunc qdam dicebant Iudæi:
Ma.27.g Non, inqt, sed seducit pplm. Et iterū: Seductor ille dixerat adhuc uiuens, qa post triduū resurget. Iterū
Luc.11.b eū de arte magica criminabantur, dicentes: In Beelzebub expellit dæmonia, & qa insanit & dæmoniū

habet: Nonne bene dicimus, inquiunt, nos, quia dę D
monium hēt & insanit? Et hęc audiebat ab illis, ipe Ioā.10.d
beneficia pstans, mirabilia faciens, opa dei demon Ibidē.8.f
strans: & si quidē nihil faceret, & sic ista audiret, nihil esset mirabile. Cùm uero docens q̄ ad ueritatem pertinebant, audiebat quod seductor esset: & dæmones excludēs, dæmonium habere dicebatur: & oia mala subuertēs, magus appellatur, (si qppe eū sæpius accusabant.) Si aūt uis & scōmata & irrisiones agnoscere, quas aduersus eum faciebāt, q̄ solēt maximè aias nostras mordere, aduerte. Primum ex genere illi detrahebant: nōne hic est filius fabri, cu Mat.13.g
ius nouimus nos patrem & matrem? Nōne fratres Ibid.21.h
eius oēs apud nos sunt? Iterum detrahebant illi de patria, dicētes ex Nazareth illum esse. Et iterum: Inter- Ioan.7.g
roga, inqt, & uide, quia ex Galilæa propheta non exurget. Et tolerabat tantas calumnias patiens. Et iterum dicebant: Nónne scriptura dicit, quia xps ex Ibid f. et
Bethlehē uico uenturus est? Vis ēt audire irrisiones Mich.5.a
quas faciebāt? Venientes, inquit, ad ipsam crucem, adorabant illum, & cędebant, & colaphizabant, & Ma.26.g
dicebant ei: Dic nobis, qs est q te percussit? Et ace- E
tum dabant ei, dicentes: Si filius dei es, descende de Mar.15.c
cruce. Adhuc etiā & seruus principis sacerdotū alapam dedit ei: cui xps dixit, Si malè quidem locutus sum, testificare de malo: si aūt bene, qd me cædis? Ioā.18.d
Et illudentes chlamydem coccineam circumdederunt ei, & spuebant in faciē eius. Sed ēt tentamenta Mat.27.c
ei sæpius ingerebant, tentantes eū. Vis ēt accusationes audire, siue quæ secretò, siue quæ palā ab eius discipulis fiebant? Nunquid & uos, inquit, uultis abire? Sed etiā dæmonium habes, à fidelibus iam dicebatur. Nōne & ipse semp fugiebat? Et nunc qdem in Galilæam, nunc aūtē in Iudęam? Nōne ab incunabulis ipsis plurimæ illi tentationes factæ sunt? Nōne adhuc infantulo cōstituto mater eius eū ac- Matt.2.c
cipiens descendit in Aegyptum? Propter hæc igitur oia dixit: attēdētes in authorē fidei, & cōsummatorē Iesum, q pro gaudio sibi proposito sustinuit crucē, confusione contempta, in dextera sedis dei con- Morale.
sedit. Nunc igitur intendamus in ea, quæ discipuli, F
eius ppesi sunt. Legamus dicta Pauli, & audiamus
eum dicentē: In tolerantia multa, in tribulationib. 2 cor.6.a
in angustijs, in plagis, in carceribus. Et iterū: Vsq; 1.cor.4.e
ad hanc horā esurimus & sitimus & nudi sumus, & colaphizamur, & inquietamur, & laboram⁹ operantes manibus nostris. Maledicti benedicimus, passi pscutionē patiēter ferimus, blasphemati obsecram⁹.
Rogo qs uel minimā partē horum passus est? Sicut 2.cor.6.b
seductores, inqt, sicut inhonorati, sicut nihil habē tes. Et iterum: Quinquies quadragenas una minus
accepi à Iudæis, ter uirgis cæsus sum, semel lapidat⁹ Ibid.11.c
sum, die & nocte in profundo maris fui, in itineribus sæpe, tribulationibus & angustijs fui, & fame.
Et qa hæc deo placebāt, audi eum dicentē: Propter 2.cor.12.c
hoc tertiò dominū rogaui, & dixit mihi: sufficit tibi gratia mea. Virtus.n. in infirmitate pficitur. Propterea, inqt, glorior in infirmitatibus meis, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, ut inhabitet in me uirtus xpi. Sed etiā
audi xpm dicentem: In mundo, inquit, tribulatio- Ioan.16.g
nem habebitis. *Recogitate*, inquit, *talem contradictionem eum à peccatoribus esse passum, ne fatigemini animis uestris dissoluti.* Si.n. proximorum passiones erigunt nos, quantam alacritatem nobis effecerint domini

G passiones? Quid ex nobis non facient? Prætermittens omnia, p̄ contradictionem totum significauit. Addendum ērtale, hoc est plagas, quas accipiebat in capite, irrisiones, iniurias, improperia, illusiones. Omnia hæc nomine contradictionis intimauit: & non illa tantū, sed & alia, q̄ circa oēm dicentis xp̄i uitā contigerunt. Magnam.n. reuera magnam consolationem habent, & xp̄i & Apostolorū passiones. Sic.n. sciebat meliorem hanc uiam esse uirtutis, ut etiā ipse q̄ ea opus non habebat, p eam pergeret, in tātum nouerat tribulationē conducibilem nobis esse, & magis cām esse quietis. Audi.n. ipsum dominum dicentem: Nisi.n. quis tulerit crucem suam, & Ma.10.d uenerit post me, nō est me dignus. Si discipulus es, inqt, magistrū imitare, hoc qppe est discipuli. Si uerò ipse q̄dem p tribulationes perrexit, tu autem per reqem uis ire, non eandē uiam uis pgere, quam ille perrexit, sed aliam. Qūo ergo sequeris non sequens, qūo eris discipulus non sectans magistri uestigia? 1.Cor.4.c hoc ēt Paulus dixit: Nos infirmi, uos autem fortes: nos ignobiles, uos autem nobiles. Et qūo, inquit,

H hoc habet rōnem, si contraria æmulamini? Et uos quidē estis discipuli, nos aūt doctores. Magnū itaq; bonū fi ēs dilectissimi est tribulatio: duo nanq; p̄sicit magna, & à peccato mundat, & fortiores reddit. Quid ergo est, dicet aliqs, si subuertat aliquē, & perdat, nōne tribulatio hoc facit? Sed si hoc cōtingit, nostra hoc ignauia facit. Qūo, inquit? Si sobrij sumus, si deū deprecemur, ut nos non derelinquat tē tari supra q̄ ferre possumus: si semp illi adhæserim⁹, si stem⁹ fortiter, & aciē cōponamus, usquequo ip̄m habebimus auxiliatorē: ac si oibus uentis uehemē tius irruāt tentationes, ueluti stipula nobis erūt, & Rom.8.g foliū q̄d fertur in aere, audi Paulum dicentē: In his Ibidem.d omnibus superuincimus. Et iterū: Existimo.n. quoniā non sunt condignæ passiones huius tpis ad futuram gl̄iam quę reuelanda est in nobis. Et iterum, 2.Co.4.d Momentaneū.n. & leue tribulationis, excellens pōdus æternæ gl̄iæ in nobis operatur. Attende igitur qualia picula, quanta naufragia, & continuas tribulationes, & alia hmōi leuia esse dicit. Aemulare hūc adamantem, q̄ ueluti si iam supuacuè & fruſtrà in-

I dueretur corpore, ita gerebat hāc uitā. In pauptate es, sed non es in quanta fuit Paulus, qui ēt in fame examinat⁹ est, & siti, ac nuditate. Sed neq; uno die hæc passus ē, sed ppetuò talia sustinebat. Vnde hoc 1.Cor.4.c certū est? Aduerte illū dicentē: Vsq; in hanc horā & esurimus & sitim⁹ & nudi sumus. O rē admirabilē, cū tantā in p̄dicatione gl̄iam posideret, tāta patiebatur, & fortasis uicesimū annū in p̄dicatione age 2.co.12.a bat quando ista scribebat. Scio.n. hominem, inqt, ante annos quatuordecim, siue in corpe, siue extra Gala.1.d corpus, nescio. Et iterū: Post tres annos, inqt, ascēdi 1.Cor.9.c Hierosolymā. Et iterū audi eū dicentē: Melius mihi est mori, q̄ ut gl̄iam meam exinaniat quis q̄. Non solū autem hoc, sed etiam iterum dicebat, scribēs: Si-Ibidē.4.c cut purgamenta mundi facti sumus. Quid est, inq̄, fame & siti deterius? qd frigore sæuius? quid fratrū insidijs periculosius? quos etiā falsos fratres appellat. Nōne corruptor mundi uocitabatur, atq; deceptor? Nōne subuersor? Nōne uerberibus cōcidebatur? Hæc in mentē sumamus frēs dilectissimi, hæc consideremus, hæc in memoria teneamus, & nunq̄ dissoluemur: etiāsi iniurias patiamur, ētsi rapinas, etiāsi innumera mala patiamur, cōtingat nos i cœ-

K lis probos haberi & acceptos, & omnia hæc portabilia sunt, cōtingat nos illic bene agere, & res hui⁹ uitę nulli⁹ momēti sunt. Vmbrę sunt ista, & somniū qualiacunq; sint, illa spem⁹ & spectemus: ista nobis mala nulla apparebūt, ut ex naturę cōsideratione, uel tpis. Quid.n. uis, ad mala illa futura cōferam⁹? Quid ad ignē inextinguibilem? Quid ad uermē q̄ non moritur? Quid ex hui⁹ uitæ rebus æquale possis edicere stridori dentiū? uel uinculis, uel exterioribus tenebris? Quid illi iræ? qd tribulationi? quid an gustię? Propterea tpi ifinito, qd cōferes? Quid sunt decem milia annorū, cū scla cogitas infinita? Nōne quantū est stillicidiū mininnū abysso cōparatum? An fortè illis bonis hæc bona cōparanda putātur? 1.Cor.2.c Sed illic immensitas est bonorū, q̄ oculus nō uidit, nec auris audiuit, & in cor hominis nō ascenderūt, sed hæc etiam p infinita scla protenduntur. Pro his itaq; millies cōcidi qs nō eligat, occidi, comburi, &

L mille mortibus subijci, & qcq̄ dici pōt sæuissimū tolerare uel uerbo, uel ope? Si.n. in ignis cōbustione esset uiuendū, nōne tolerandū erat, ut possemus adipisci illa, q̄ nobis repromissa sunt bona? Sed qd hæc loquor penè delirans, ad homines loquens, q̄ necdum pecunias cōtemnere patiuntur, sed ueluti immortales ita custodiunt, & si parua ex plurimis dederint, integrum opus se existimant pfecisse? sed non est hæc eleemosyna: eleemosyna.n. illa est, qua lis fuit illius uiduę, q̄ totā uitam suam euacuauit. Si Mat.12.d aūt non pot ris tantū dare, quantum illa uidua dedit, saltē qd tibi superabundat nō dubites imparti re. Habeq̄ necessitati sufficiant, qd tibi supuacaneis opus est? sed nullius est, qui uel illud qd superabundat, offerre uelit. Donec.n. habes seruos plurimos, & uestimēta serica cūcta hæc cognosce supflua: necessariū horū nihil est, ne ad usum qdem. Sine qb⁹ uiuere ualeamus, illa supflua sunt, & fruſtrà usurpātur: Sine qbus itaq; nō ualeamus uiuere, si placet, uideamus. Viuere poterimus, etiāsi duos tantū seruos habeam⁹. Nōne sunt plurimi, q̄ sine seruulis uiuūt? Qualē ergo nos excusationē habere possumus, qui bus nō sufficiunt duo serui? Possumus ēt domū ex laterib. habere cōstructam, duo uel tria habitacula concludentem, q̄ usui nostro sufficiant. Nōne sunt M etiam plerię, q̄ cum filijs & uxore unū habitaculū posident? Sint tibi ēt, si uolueris, pueri duo. Sed pudor, inqt, est, si cū duobus seruulis matrona procedat. Nō est pudor, sed magis pudor est cū plurimis ambulare: fortasis.n. etiam irridetis hæc audiētes. Credite mihi, qa istud pudor est. Sicuti nundinatores pecorū, uel sicut caupones uænaliū seruulorū, ita magnū hoc putatis cū seruis plurimis ambulare. Factus est istud, & uana gl̄ia: illud aūt philosophia & honesta moderatio. Matronā qppe nō ex numerositate seruorū cōdecet cōspicuā esse. Quę nāq; uel uirt⁹, uel la⁹ est seruos plurimos posidere? hoc quippe ad animam non ptinet. Quod autē ad animam non ptinet, nullum ostendit libertatis uel honestatis indicium. Quando.n. paruis contenta est, tunc sē ueram matronam esse declarat: quando uerò multis indiget, tunc uerē ancilla est, ancillisq; deterior. Dic.n. mihi, nōne angeli soli totum mundū circumeunt, & pedissequis nullis egent? Num ppea nobis inferiores existūt, indigētibus nō indigētes? Si itaq; nequaq̄ indigere pedissequo angelicum qui dē est: quæ est ergo quæ angelicæ uitæ propinqua

A est? Illāne quæ plurimis indiget seruis, an q̄ paucis? Non est hoc pudor. Pudor nāq; est, absurdū aliqd operari. Dic.n. mihi, quæ ad se conuertit stantes in publico. Quę habet seruorū obsequiū plurimorū, an illa q̄ paucorū? Sed etiā ea q̄ perpaucos secum adducit, nōne illa honestior est, q̄ sola procedit, & improuisa occurrit? Vides illud magis esse turpe. Quę nāq; cōuertit in se oculos adstātiū in plateis? An q̄ pulchris & pretiosis utitur uestimentis, an illa q̄ simplr & sine singulari studio suum contegit corpus? Rursus q̄ in se conuertit stātes in foro? An q̄ mulis fertur, & deauratis stragulis conspicua est, an quæ simplr, & utcunq; licet, cū decoro incedit? Nōne istā penè nec uidemus, etsi uiderim⁹, oculos reuocamus? illam autē non solū cōpelluntur pluri mi contueri, sed etiā interrogant, quæ nā illa sit, & unde? Et prætermitto dicere, quāta ex hoc inuidia generatur, Quid ergo est turpe? uideri, uel nō uideri? Quando confusio maior est? an quādo illā oēs attendunt, an quando nullus attendit? Quādo de

B illa scisitantur, an quando nullā illius rationē habēt? Vides qa nō pro cōfusione, sed pp uanā gl̄iam gerimus uniuersa? Veruntamen qa ip̄ossibile ē mē tes uestras abducere, sufficit mihi iterim, ut doceamini, nō esse hoc turpe q̄d putatis. Solū qppe peccatū iudicādū est eē turpe, q̄d nemo putat esse turpe: sed oīa potius q̄ hoc turpia esse decernimus. Vestimenta habenda sunt necessaria, nū etiam supua canea? Veruntamen ne uos in multā angustiā retrudamus, illud admoneo, deauratis uestib. ac subtilibus, uobis nō esse opus. Et hæc nō ego dico, & qa nō mea sunt ista uerba, audi beatū Paulū dicentē, 1.Ti.2.c & admonentē mulieres, ut ornēt seipsas, nō in tortis crinib. uel auro, uel margaritis, uel uestib. ptiosis. Sed q̄liter ornari p̄cipis mulieres ô apl̄e? dicito Fortasis.n. dicunt, quoniā q̄cunq; aurea sunt, illa sunt pretiosa, serica uero nō sunt. Dic ergo qualib. 1.Ti.5.b. uestib. uis mulieres ornari? Habentes, inquit, uictū & tegumentū, his cōtenti fim⁹. Tale sit ergo hoīs uestimentū, ut tātummodo cōtegatur. Propterea

C tē: hoc autē qualecunq; uestimentū ualet efficere, q̄d prauū sit pretij: fortasse ridetis, q̄ sericis circūdatæ estis uestimentis. Oportet q̄dem ridere, si attendamus q̄d Paulus p̄cipiat, q̄d nos è cōtrario faciamus. Nō.n. mihi ad solas mulieres sermo dirigitur, sed ēt ad uiros. Oīa.n. reliqua q̄ habemus, superna sunt. Soli pauperes superuacanea, & uana non possident, fortasis autē etiā ipsi ex necessitate. Cererū si liceret, neq; illi prorsus abstinerēt. Verūtamē siue per occasionē, siue p ueritatē, interim illi supflua nō habent. Et talib. qppe debemus indui uestimētis, q̄ necessitatē suppleant. Quid.n. sibi uult plurimum illud aurū? Eis.n. qui in scena sunt, ista cōueniunt: hęc illarū sunt indumenta mulierū, hoc est meretricum, quæ oīa ad hoc faciunt, ut spectentur. Illa igitur quæ descendit in scenā, componatur, q̄ ingreditur in orchestram, oēs enim cupit ad se attrahere. Quæ autem pietatē profitetur, non ita se debet ornare, sed aliter. Habes nanq; ornatū satis illo maiorē, habes & tu spectaculū, ad illud te spectaculū cōpone, illo te ornatu circūdato. Quod ergo tibi est spectaculū? Cœlū, Angelorū innumera multitudo, nō uirginū tantū dico, sed etiā sclariū mulierū, oēs qui in Christo crediderunt, illud habent spectaculū. Talia fabulemur, ut iucunditatē illis spectatorib. afferamus. Talib. circūdator uestimentis, ut illos exhilares. Dic.n. mihi, si mulier meretrix dimissis aureis ornamētis, & pretiosissimis indumentis, & risu, ſ & facie iā turpitudine infecta, & urbanitate condita, ſ uili circundetur indumento, ſ& uerbes urbanis et impudicis, & sine aliquo studio cōponat se, & uerba q̄ ad pietatē pertinēt eloquatur & de pudicitia sermonē faciat, nihil turpe perniscens: nōnne confestim uniuersi cōsurgēt? nōne spectaculū dimittetut? nōne abjicietur, uelut inepta, & nesciens populo coaptari, & extranea loquens, q̄ nihil thæatro cōueniūt? Sic ēt te, si illius ornatu uolueris decorari, & ingrediaris spectaculū cœli, cōfesti spectatores abiicīūt. Illic.n. nō est opus aureis indumētis, sed aliis opus Ps.44.c est reb. istis de q̄lib. dixit Propheta: In fimbrijs deauratis circūsepta uarietate: nō ut cādidū corp⁹ efficias, uel ut nitorē & splēdores adiicias: sed ut animā tuā aureis reddas uirtutib. decoratā: ipsa qppe est q̄ in illo spectaculo certamē aggreditur: Oīs qp pe gl̄ia filię regis intrinsecus, His idue te, & laborib. te, p̄mis liberabis. Nā & uirū tuū cura exoneras, & E te solicitudinis resoluis angorib. uenerabilis uiro cum rebus non egueris plurimis. Oīs.n. homo cōsueuit contēnere indigētes se: cū autem uiderit ali Ibidē. quos non se opus habere, contrahit fastum suū, ut eis iu locutione pari honore respōdeat. Cum uero uiderit uir, quoniā in nullo eo indiges, qa cōtēnis eius munera, etiāsi sit ualde superb. tamē te magis uenerabitur, quā si utaris aureis ornamentis, & iā non eris eius ancilla. Solemus.n. nos submittere illis quorū opa indigem⁹: si uero nosipsos abstinea mus, nequaquā erimus seruili humilitate subiecti. Sed cognoscit, qa pp timorē dei, obediētiæ illi munus exoluimus, non pp illa q̄ posit ipse nobis tribuere. Nunc autē uelut magnū aliquod nobis p̄stans, quantumcunq; à nobis honoris accipiat, nō se putat pro merito recepisse. Tunc aūt etiāsi parua illi honorificentia deferatur, cū gratia magna suscipiet: non exprobrat, neq; cōpellitur ppea aliena diripere, Quid.n. inhonestius, q̄ ut aurea conficias ornamenta, quæ in balneis, & in plateis sordibus ma F culētur? sed in plateis fortasse, uel in balneis inquinari non est mirū. In eccl'ia uero ita ornatā procedere ualde ridiculum: quid.n. sibi uult, ut cum aureis ornamentis ingrediatur in hūc locū, uel ueste pretiosa? Nōnne audiunt, ut seipsas ornēt, nō auro, non margaritis, nō uestibus pretiosis? Cur ergo ingrederis ô mulier, nisi uelut repugnans Paulo, & ōstēdēs quoniā ēt si millies hoc dicat, tu minus ad uertis? An ingrederis ueluti uolens nos doctores redarguere, eo quòd uane ista loquamur? Dic.n. mihi si quisquā paganus & infidelis audiat, cum legitur locus iste, in quo hæc beatus p̄cepit, Paulus, qd de nobis existimet? Aut si quisquā paganus habēs mulierem fidelē, cognoscat quoniā multā curā gerit cōponēdi se uel ornādi, & circundari aureis ornamentis: pergat autē ad eccl'iam, & aduertat apostolum commonentem, neq; auro, neq; margaritis, neque uestibus pretiosis debere mulierē ornari: nōn ne statim dicit ad seipsum, uidēs eā in thalamo suo 1.Ti.2.c tam uarijs modis, ornari & uenuste cōponi, quid intus mulier p̄stolatur in thalamo? qd tardat? qd auro textis iduitur? Quonā ābulare disponit? Nū ad eccl'iam? Quare? Vt audiat se debere uestibus

G ornari pretiosis? Nõne ridebit? Nõne cachinnos altius eleuabit? nõnne Christianorũ religionẽ deceptionẽ & seductionẽ esse iudicabit? Propterea, obsecro, ut auro textas uestes, aureaq; ornamenta põpis relinquatis, & scenis, & eis q̃ in suis officinis talia uenundanda proponunt. Dei autẽ imago non uult talib. adornari. Honesta mulier honestate decoretur. Honesta aũt illa est, q̃ typhũ non habet, q̃ ornatũ non habet seculare. At si uolueris gloriã q̃ est apud hoies adipisci, isto magis eam adipiscẽris modo. Nã uiri diuitis mulierẽ non ita solemus admirari, quũ aureis ornamentis, uel sericis uestibus adornatur, hoc qppe cõmune cũctarũ est fœminarum, sicut admiramur quũ puris & simplicibus & laneis utitur uestimentis. Hoc uniuersi maxime mirabũtur, hoc plausibus sublimabũt. In illo qdẽ ornatu, hoc est auro textarũ, & pretiosarũ uestiũ, plurimas similes sibi reperiet: etiãsi istã superet, ab illa superatur: etsi cunctas excedat, ab imperatrice uincitur. Hęc autẽ superat uniuersas, etiã ipsam im
H peratoris uxorẽ. Sola nanq; in magnis diuitijs constituta eligit habitũ pauperũ. Proinde si gloriã cupiamus adipisci, etiã in hoc maior est glia. Non ad uiduas tantũ loquor, aut ad opulẽtas: nã in uiduis uidetur uiduitas afferre necessitatem, sed ẽt ad coniugatas hæc loquimur. Sed non placebo, inqt, uiro meo. Non uiro placere desideras, sed multitudini pauperum: magis autẽ nõ placere, sed eas cõtabescere cupis, afficere dolore, macerare tormẽtis, & ex cõparatione tua paupertatẽ illis suã facere grauiorẽ. O quantã pp te blasphemiam loquũtur. Non sit, inquiũt, paupertas: Deus inquiũt odio habet pauperes, deus nõ diligit i pauperie cõstitutos. Qd. n. sic nõ uiro placere desideres, & nõ ob hanc causam te cupias ornari, ex iis q̃ facis manifestũ cũctis apparet. Cũ linen tui thalami fueris supergressa, cõfestim cuncta illa deponis, & uestimẽta, & auramẽta, & margaritas, & in ædib. potissimũ nihil horũ gestas. Si aũt uiro cupis oino placere, ẽ unde cõplaceas, p mansuetudinẽ, per placiditatẽ, p pudicitiam. Crede mihi mulier, ẽtsi multum sit uir ille
I inferiora sapiẽs, hæc illũ magis illiciũt: hoc est, mã suetudo, pudicitia, habitus sine typho, sine multis expẽsis, uilis & humilis. Impudicũ qppe uirũ, ẽtsi multa excogites ornamenta, nõ obtinebis. Et hoc norũt quotquot hmõi uiros habuere. Quãtũlibet enim tu studeas adornari, ille si incõtinẽs est, ad alterã pergit. Pudico uero & casto talib. minime cõplacebis, sed magis horũ cõtrarijs. His aũt eũ ẽt cõtristabis, cũ de te suspicionẽ facis appetẽtis ornatũ. Quid. n? Etiãsi uir ille reuerentia mansuetus hoc tibi sicut pudic⁹ & mitis dicere noluerit, sed intra se plurimũ reprehẽdit: & zelũ & inuidentiã nõ cohibet, an non oẽm uoluptatẽ & iucũditatẽ illi in posterũ eximis? inuidẽtiã cõtra teipsam excitãs? Forsan aũt ægre ista auditis, & molestẽ fertis dicẽtes, quoniã iste uirorũ aios circa mulieres magis iritat & instigat. Nõ ego uiros iritãdo hæc uerba profundo, sed à uobis hęc fieri uolo spontanea uoluntate. Propter uos, nõ pp illos ista dicũtur: nõ ut illi ab inuidia liberẽtur, sed ut uos secularibus liberemini phãtasijs. Vis apparere pulchra, ego ẽt hoc cupio: sed pulchritudinẽ uolo, quã de⁹ inqrit, pulchritudinẽ quã de⁹ rex glię cõcupiscit. Quẽ habere desideras amatorẽ, deũ an hoies? Si sedm illã pulchri-
K tudinẽ fueris pulchra, deus tuã pulchritudinẽ cõcupiscet: si uero sedm istã, ille qdem te horrebit, amabũt aũt hoies sceleros. Nullus qppe bonus est, qui mulierẽ amarit coniugatã. Hoc etiã de exteriori ornatu cognosce. Ille nãq; ornatus est arę, deũ ad se pertrahit, iste autẽ sceleratos. Vide quoniam de uobis curã gerens, pro uobis solicitus hunc sermonẽ proposuũ, ut uera pulchritudine plus crescatis, & efficiamini glioſę illa, quæ uerè est glia iudicãda, ut pro sceleros is uiris deũ cultorũ dominũ habeatis uestræ pulchritudinis amatorẽ. Quæ autẽ illũ habuerit amatorẽ, cui erit similis? In choro tripudiabit angelico. Si. n. cũ à rege amatur aliqua, super uniuersas iudicatur esse beata: q̃ à deo diligitur dilectiõe maxima, quãta sublimabitur dignitate? At si totũ mundũ constituas, nihil in cõparatione illius pulchritudinis deputatur. Hãc itaq; colamus pulchritudinẽ, hoc ornatu decoremur, ut digni efficiamur ingredi in cœlos, in spiritalia habitacula recipi, & thalamũ spõsi spiritalis intrare. Hui⁹ qdẽ corporis pulchritudo plurimis reb. absumitur, ẽt
L quãdo uidetur incolumis pmanere, ẽt quãdo non molestatur ægritudine, neq; cura maceratur: qd q-dẽ impossibile est. Veruntamẽ ẽtsi nõ senescamus, nũquã annos uiginti pseuerat: illa uero pulchritudo semp floret, semp uiget. Non est illic ulla timenda mutatio, nõ senectus aduenięs rugas afferet, nõ ęgritudie ulla marcescet, nõ solicitudinib. aut mœroribus pallidatur: sed oibus supereminet superior & incõtaminata pdurat. Huius uero corporis pulchritudo fugit antequã clareat, sed ẽt cũ apparet, nõ habet plurimos admiratores. Pudici qppe non admirãtur, q uero admirantur, cũ libidine delectãtur. Non itaq; æmulemur hanc pulchritudinẽ, sed illã appetamus, ut cũ lãpadibus honestate præclaris pgamus in thalamũ spõsi splẽdidũ, & decorũ. Non. n. hoc uirginibus solis pceptũ est, sed aiabus uirginitate fulgẽtibus. Nã si ad solas hoc uirgines pertineret simpli⁹, nequaquã illę quinq; foris exclusę relinquerẽtur. Oium igitur est ista pulchritudo q̃cunq; aiabus uirgines esse cõcupiscunt, q̃cunq; à
M seculars. liberatę sunt desiderijs. Corrumpũt. n. aias sc̃laria desideria. Si uero inuiolati permaneamus in animis, digni efficiemur illuc ire, & suscipi cum honorẽ. Desponsaui. n. uos, inquit, uni uiro uirginẽ castam coaptare Christo. Hæc enim non solis dicebat uirginibus, sed ad diuersam ecclesiæ plenitudinẽ loquebatur. Aia qppe incorrupta, uirgo ẽ. Etiãsi uirũ habeat, uirgo est uirginitate uera Mat.25.a
atq; mirabili. Hęc nãq; uirginitas corporalis, illi⁹ pe
disequa est: hãc colite, & poteritis cũ splẽdido uultu & decoro spõsi thalamũ cõtueri, & cũ claris atque festiuis intrare lampadibus, si uobis oleũ non deficiat: si aurea ornamenta cõflantes, tale cõficiamus, qd lampades nostras faciat clariores. Oleum aũt illud misericordia est, si de substãtia nostra aliis largiamur, si substantiã nostrã oleũ faciamus, tunc sup̃er id qd habemus adiicietur nobis, & in illo tpe non dicemus, Date nobis oleum, quia extinguuntur lãpades nostrę. Aliis non egebimus, neq; 2.Co.11.c
cũ imus ad uendentes relinquemur exscluę, neque audiemus illam uocem tremendam ac terribilem, dũ pulsamus ad ianuã, Nescio uos: sed cognoscet nos, & cũ sponso simul intrabimus. Intrantes autẽ spiritalẽ thalamum, bonis plurimis perfruemur. Si enim in

A enim in hac uita sic clarus est thalamus sponsi, sic habitacula clara sunt atq; festiua, ut null⁹ possit intuẽs saturari: multo amplius ille thalamus, hoc est cœlum, & ille q in cœlo est spõsi thalamus, melior extat & clarior: illuc ibimus. Si aũt thalamus ipse tã pulcher est, qualis erit sponsus? Et qd dico, ut ornamenta aurea deponentes indigentibus largiamur? Si. n. possetis etiã uosipsas uenundare, si uobis proponeretur, ut de liberis essetis ancillę, quò cum illo possetis spõso habitare, & illa tanta pfrui pulchritudine, & tantã eius faciem cõtueri, none debueratis cum omni alacritate cuncta susc̃ipe? Impatorem in terra uidemus & admiramur: cum aũt & impatorẽ uidebitis sil & spõsum, multo amplius alacriter debetis uniuersa facienda susc̃ipere. Certò cognoscite quòd ista terrena umbra sunt: Illa ueritas, uidere impatorẽ, & spõsum in cœlis, & dignos fieri eum p
cedere cũ lãpadib⁹, & iuxta ipm esse, & cũ illo ppetuo pmanere. Quid uos nõ oporteat facere, qd nõ agere, qd nõ tolerare? Obsecro igitur, ut accipiam⁹ in mentem nostrã bonorum desiderium futurorũ,
B concupiscamus illum spõsum. efficiamur uirgines, uera uirginitate decorati. Animæ qppe uirginitatẽ dominus à nobis inqrit: cum hac ingrediamur in cœlum, ut nõ habeamus maculam, uel rugam, uel aliq̃d hmõi, ut percipiamus bona q̃ promissa sunt. Quæ nos oẽs contingat adipisci, gratia & clementia domini nostri Iesũ Christi, cum quo patri glia, unà cum sancto spiritu, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia XXIX. ex cap. XII.

Ondum usque ad sanguinem restitistis, aduersus
Prou.3.b *peccatum repugnantes: & obliti estis consolationis, quæ uobis tanquam filijs loquitur dicens, Fili mi noli negligere disciplinam domini, neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem. n. diligit dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit.* Duæ sunt consolationis spẽs q̃ sibimet cõtrariæ esse putantur, sed multa sibimet mutuo afferunt adiumẽta, quas hic utraq; spẽs inculcauit. Vna qppe species est, quando plurima dicimus aliquos esse ppessos: anima. n. quodam
Sup.10.f modo reqescit, quando suarũ passionum plurimos
C habuerit testes, qd qdem supra dixit. Rememorami ni aũt pristinos dies, in qbus illuminati magnũ certamen sustinuistis passionum. Altera uero spẽs est, quando dicimus, quoniã nihil est magni ppessus. Illa qppe spẽs reqescere facit, & recreari animã mœrorib⁹ oppressam: ista uero negligentẽ animã, & supinã ex arrogãtia cõuertit & retrahit. Ne ergo illis ex illa testificatione supbia generetur, cõtemplare qd ait Paulus. Necdum, inquit, usq; ad sanguinem restistis cõtra peccatum. Et nõ confestim intulit cõsequentia: sed postq̃ illis ostendit omnes eos qui usq; ad sanguinẽ restiterunt, Deinde cum subiunxisset, quoniã gloriatio xpi passiones sunt, tunc iam facilius cætera pcurrit: Hoc etiã scribens Corinthijs fe-
2.Co.10.c cit, dicens: Tentatio uos nõ apprehẽdit, nisi humana: hoc est, minima. Valde qppe idoneũ hoc erat ad aiam subrigendam. Dum. n. cogitat, quoniam nõ peruenit ad oia, persuadet sibi ex antecedentibus nulla magna opa pfecisse: hoc est, ueluti si diceret, Necdum mortẽ sustinuistis, pecuniarum uobis tantum cõtigit damnũ, uel glię. Exagitati tãtum estis, & pfecutionẽ passi. xps aũt pro uobis sanguinẽ fudit, uos autẽ pro uobismetipsis necdum tale aliq̃d

D passi estis. Ille usq; ad mortem pro ueritate certauit, pugnans pro uobis: uos autẽ necdum ad pericula pueniſtis, q̃ minãtur interitum. Et obliti estis, inqt, cõsolatiois: hoc est man⁹ dedistis, & dissoluti estis. Necdum, inqt, usq; ad sanguinẽ restitistis aduersus peccatum repugnãtes. Hoc in loco demonstrat etiã peccatũ uehementer aduersus eos anhelare, illudq; armatum. Quod. n. dictum est, necdũ restitistis, adstantes dicitur. Et obliti estis, inqt, consolationis, p
quã uobis ueluti filijs loqtur. Fili mi, inqt, noli ne- Prou.3.b
gligere disciplinã domini, neq; fatigeris dum ab eo argueris. Postq̃ ex rebus ipsis hortatus est, tunc ex abundãtia eos ex testimonijs adhortatur. Neq; defi cias, inqt, dũ ab eo argueris. Igitur hęc dei sunt, unde nõ paruã poterit afferre cõsolationem, dum cognoscimus, qa dei opus est, ista q̃ patimur illo pmittente solui: sicut & Paulo ap̃lo dictum est: Sufficit 2.Co.12.c
tibi gratia mea, nam uirtus mea in infirmitate pficitur. Ille ergo est qui pmittit. Quem diligit. n. domi- Pro.13.b
nus, arguit: flagellat autem oẽm filium, quem recipit. Non potes dicere qa est iustus aliqs, qui expers
E tribulatiois existat, etsi sic nobis uideatur, sed nos ignoram⁹ alienas tribulationes. Proinde necesse est oẽm iustum p pressuras, tribulationesq; transire. Sẽtentia qppe xpi est, quia lata & spatiosa uia est, quæ ducit ad pditionem: arcta uero & angusta, q̃ ducit Matt.7.b
ad uitã. Si igitur p illã uenitur ad uitã, & nõ põt illuc aliter peruenir: certum est quòd per angustam hanc uiam omnes illi trãsierunt quotquot ad uitã perducti sunt sempiternã. *In disciplina*, inquit, *perseuerate.* Nõ in supplicijs, neq; in tormentis. Vide qd ait Paulus. Vnde putabant se derelictos esse, ex hoc dicit eos magis credere debere, quoniã nõ sunt derelicti. Veluti si diceret, qa tãta passi estis, putatis quòd uos odio habeat, uel dereliquerit deus? Si. n. hęc nõ pateremini, tũc magis hoc uos cõijcere cõpetebat. Si. n. flagellat oẽm filium quem recipit: q nõ flagellatur, sine dubio nõ est in numero filiorũ. Quid ergo, inqt, maligni nulla mala patiuntur? patiuntur q
dem. Quo, inqt, dicis, quòd ois fili⁹ flagellatur? Sed non dixit, quia ois qui flagellatur filius est, sed ois filius flagellatur. Semper. n. & ubiq; filiũ uerberat & castigat: hoc est, demonstrari non põt, quoniam
F qui filius est, non flagelletur nec patiatur. Sunt quidẽ plurimi, q flagellantur maligni: sicut homicidę, latrones, malefici, sepulchrorũ depdatores: sed illi pro sua iniqtate supplicia patiuntur, & nõ sicut filij flagellãtur, sed sicut pessimi puniuntur, nos aũt sicut filij. Deinde iterum ex cõi & publica consuetudine agere cum eis instituit. Vides quo undiq; argumenta deducit, ex reb⁹, ex scripturis, ex uerbis diuersis, ex ratiocinationibus proprijs, ex sil'itudinibus & exemplis, & conuersatione uitæ cõis. *Quòd si extra disciplinam estis*, inquit, *cuius participes facti sunt omnes, ergo spurij estis & non filij.* Attendis quoniã, sicut iam dixi, hoc cõfirmat, quoniã non põt filius esse, qui non castigatur. Sicut. n. in domibus patrumfamiliãs nothos filios negligunt patres, etiamsi nihil doceãtur, etiãsi non fiant glorioſi: pro filijs autem proprijs ualde uerentur, ne eos malũ opprimat negligentiæ. Si igitur nõ castigari nothorũ est filiorũ, oportet nos gaudere cum castigamur. Siqdem hoc filijs proprijs adhibetur: proinde ppea nobiscum si cut cum filijs agit deus. *Deinde* (inquit) *patres quidẽ carnis nostræ habuimus eruditores, & reuerebamur eos.*
[Si disciplinã sustinetis, inquit,

G Iterũ ex proprijs paſsionibus agit, quæ patiebãtur:
Sup.10.f Sicut.n.ſupra dicit, rememoramini priſtinos dies:
ſic etiã hic,Deus,inqt,ſicut cum filijs agit: & nõ po
teſtis dicere,quia non poſſumus talia tolerare.Si.n.
patres carnales,filij reuerentur:quõ non patrẽ cœ
leſtem amplius reuereremini? Quanq̃ non ex hoc ſo
lum eſt differentia,non à pſonis,ſed ex ipſa cã,ex ip
ſa re.Non.n.de eadem cã,uel ad res eaſdẽ erudiunt,
ſed illi qdem ad qđ eis uidetur,hoc eſt,uoluntatem
ſuam,deſideriumq; complentes,neq; ubiq; qđ utile
eſt,uel qđ conducit,attendunt:hic autem non po
teſt fili dici. Neq;.n.pp aliquid ſuæ uoluntatis hoc
facit,ſed pp noſtram cõmoditatem.Illi autem ideo
uos erudiebant,inquit, ut ipſis eſſetis utiles,aliquã
do fortaſsis etiã ſine cauſa:hic autem nihil tale eſt.
Contemplaris qa etiam in hoc illis attulit conſola
tionem?Maxime.n.circa illos nos familiarius habe
mus,quos cognoſcimus, quia non pp ſe imperant
uel erudiunt,ſed omnis illorum diligẽtia in noſtrã
utilitatem impenditur.Hoc quippe eſt ſynceræ atq;
H integræ charitatis, quãdo amãti in nullo ſumus ac
cõmodi,& tamen ab eo docemur,nõ ut aliqd accipiat,ſed magis ut tribuat.Erudit,inſtituit,oia facit,
oia ſatagit,ut nos efficiat ſuorũ capaces munerum.
Illi enim(inquit) *in tempore paucorum dierum ſecundum uolunt.atem ſuam erudiebant nos:hic autem ad id quod utile eſt, ut recipiamus ſanctificationem eius.* Quid eſt ſanctificationem eius? Hoc eſt,munditiam eius,ut dignos efficiat ſecũdum qđ poteſt:ſatagit itaq; ut accipiatis, & cuncta facit,ut uobis imptiat: uos autẽ
Pſal.139. & 15. nullum geritis ſtudium ut ualeatis accipe. Dixi,inquit,deus meus es tu, quoniã bonorũ meorum nõ
eges.Deinde ſubiũgit:Carnales,inqt,patres noſtros
habuimus doctores,& educatores,& reuerebamur
eos,nõne multo ampli⁹ ſubijci debemus patri ſpiri
tuũ,& uiuemus? Quòd aũt dixit patri ſpirituũ,aut
chariſmatum dicit,aut orationũ,aut incorporearũ
uirtutum.Si.n.ſic moriemur,tunc uiuemus.Illi qui
dẽ,inquit, ad tẽs paucorum dierum eruditebãt nos
ſecundum uoluntatem ſuam. Non.n. in omnibus
uoluntas illorum utilis erat, iſte autẽ ad utilia nos
Morale. inſtituit. Diſciplina ergo pticipatio ſanctitatis eſt?
I Admodum.Quando.n.negligentiã pellit,cupidita
tes excludit,ſecularium rerũ amores amolitur,animã conuertit,facit eam oia huius uitę culpare(Hoc
quippe facit tribulatio)cum hęc ſiunt,none ſtãm
perficit?Nõne ſpiritus ad ſe gratiã ptrahit? Conſide
remus iuſtos,unde cuncti claruerint.Nõne p tribu-
Gen.7.a lationes? Enumerem⁹,ſi placet ab ipſo initio Abel,
ipſum Noe: non.n.poteſt cum ſolus ſit in multitudine malignorum iuſtus,tribulationibus non affli
gi. Noe qppe,inqt,ſolus pfectus erat in generatione
ſua,& deo placuit. Intellige nanq; mihi qđ dico. Si
nunc cum tam plurimos habeamus,quorum debe
mus æmulari uirtutem,ſic affligimur:qd putas pa
tiebatur ille ſolus in tãto numero peſsimorũ?Num
uultis,ut dicam q̃ circa diluuium contigerunt? An
uultis ut Abrahę demigrationes frequentes enarrẽ,
aut direptionẽ uxoris,aut diuerſa picula, bella numeroſa,fames tãtas & tales?Num uultis,ut reuoluã
quanta Iſaac ptulerit?Exagitabatur undiq;,& pſecu
tiones patiebatur,laborabat mercenaria ſeruitute,
alijs fructum laboris eius ſumentibus.Nũ uultis,ut
Iacob uobis producã in medium? Et omnia qdem
eius enarrare neceſſariũ eſſe non puto,ſed teſtimonium eius proferre opportunum prorſus exiſtimo. K
Ipſe qppe loquẽs cũ Pharaone:Modici,inqt,& ma- *Ge.47.b*
ligni facti ſunt dies mei,& nõ puenerunt ad dies pa
trũ meorum.Num Ioſeph uultis ut dicã? Num ipm
Moſen,num Ieſum Naue,num Dauid,num Heliam,
num Samuelẽ,nũ Prophetas:Nõne uniuerſos iſtos
ex tribulationibus reperies claruiſſe?Dic.n.mihi,tu
ex otio & delitijs uis clarus exiſtere? Sed hoc penit⁹
non ualebis.Num aplos uultis,ut dicam?Sed etiam
ipſi oẽs,quantum ad tribulationem ptinet cęteros
ſuparunt.Sed etiã xps hoc dixit,In mundo,inqt,tri *Ioan.16.g*
bulationem habebitis Et iterum:Vos plorabitis &
lugebitis,mundus ãt gaudebit.Et qđ uia ſalutis ar- *Ibidem.f*
cta ſit & anguſtia,ipſe dominus uitæ hoc dixit: Ar
cta eſt,inqt,& anguſta uia, q̃ ducit ad uitã: tu autẽ *uitæ*
ſpatioſam qris,& quõ non eſt iſtud abſurdum?Pro *Matt 7.b*
pterea non adipiſceris uitã,quia p aliam ingrederis *& Luc.*
uiam:ſed ad pditionem uenies,illud nanq; deſcen- *13.f*
dens iter elegiſti. Vultis etiã ut producamus in medium eos, q in delitijs cõuerſati ſunt, à nouiſsimis
ad primos recurrentes? Diues ille q peruritur in ca- L
mino ignis,ludæi qui uitam ſuam uentri donauere
perdendã,quorum deus uenter eſt: uel illi q in eremo otiũ reqrentes perierunt, ſicut etiã qui in Sodomis,pp gaſtrimargiam conſumpti ſunt:& illi q tpi
bus Noe fuerunt, nõne quia mollem iſtorum & diſ
ſolutam pſecuti ſunt uitam? In ſaturitatem,inqt,pa *Exe.16.f*
nis defluxerunt: de his qui in Sodomis habitabãt.
Si aũt panis ſaturitas tantum iniquitatis operatur,
quid dicendũ eſt de alijs condimentis?Quid Eſau?
nõne in quiete & otio degebat? Quid illi,q aſpectu *Gen. 6.a*
pulchrarũ captiuitati ſunt mulierum,q erant in nu
mero filiorum dei,& p pceps ad infernum libidinis
deciderunt? Quid illi,q in maſculos inſano furore
ferebantur? Quid oẽs reges gẽtium,Babyloniorũ,
Aegyptiorum?Nõne uitã male atq; infeliciter termi
nauerunt?Nõne in tormentis exiſtunt?Sed nũc,dic
mihi,nõnne talia iterum fiunt?Aduerte xpm dicen *Mat.11.c*
tem: qui mollibus ueſtibus induuntur, in domib⁹
regum ſunt:q uero non habent talia ueſtimenta in
cœlis ſunt. Molle nanq; ueſtimentum etiã ſeueram
aiam diſſoluit, diffundit & frangit: etiãſi aſperum
habeat corpus & forte, citius p delicatam conuerſa
tionẽ molle pficitur. Nã unde putatis,aut ex quali
rõne mulieres ſic eſſe debiles & infirmas? Num ex
conditione ſexus tantum? Nequaq̃,ſed etiam ex cõ
uerſatione & educatione.Quòd.n.ſub umbraculis
degunt,quòd oleo unguntur, quòd frequẽtibus la
uacris utuntur,quòd aſsidue unguentis abundãti-
bus & aromatibus pfunduntur, & iacent in ſtrami
nibus delicatis,hoc eſt qđ eas tales efficit. Et ut me
lius hoc agnoſcas,attẽde qđ dico: ex horto aliquo
in eremo conſtituto,q uentis & tẽpeſtatibus uerbe
ratur,fume arbuſtũ aliqđ,& pone i opaco & aquo-
ſo loco, & uidebis quòd multũ à fortitudine & dignitate ſua mutabitur, quã habebat i hoc loco unde conſtat eſſe translatum.Qđ uerum & certũ hoc
ſit attende mulieres,q̃ in agris agunt uitam: fortio-
res nanq; uiris ſunt,q ſunt in ciuitatib⁹ cõſtituti.Et
ſi eas pmittas cum illis athletico more certare,mul
tos hmõi uiros illæ ſine dubio ſuperabunt. Corpo
re nanq; molli reddito,& delicato,neceſſe eſt & ani
mam participare ex corporis morbo.In multis nãq;
cõpatiuntur, & afficiuntur operationes animæ paſ
ſionibus & affectionibus corporis.Etenim in ægri
M
Vnde ſit mulierũ mollities.

A tudinibus aliter nos habemus,pp qđ morbo molleſcimus:& iterũ cũ ualemus, aliter nos habemus.
Sicut.n.in chordis cõtingit, cùm.n.ſunt ipſi ſonitus molles,& delicati, & nõ conuenienter extenti,
etiã ars deprauatur,& cogitur uitio ſeruire chorda
rũ ſic ẽt fit in corpore,multas ab eo aĩa ſuſcipit læ
ſiones,multasq; neceſsitates. Quãdo.n.multa op⁹
habuerit ad ſui curationẽ, amarã aĩa ſuſtinet ſerui
tutẽ.Propterea obſecro,ut noſtrũ corpus forte red
damus,nec illud delicatũ & ęgrotabile faciam⁹.
Nõ ad uiros tantũ, ſed etiã ad mulieres mihi eſt ſer
mo.Quid corpus ſepi⁹lauas,qd delitijs corrũpis,&
gracile facis? O mulier qd fortitudinem ei⁹ unguẽ
tis pdis?Vnguentum qppe mollities illi eſt nõ ro-
bur.Si autẽ ab eis recedens, aliter temetipſum tractas, tunc & pulchritudo tibi corporis generatur,
quãdo ſcdm rationẽ & ualet, & habitum obtinet
ſalutarẽ.Si uerò plurimis illud circũſepias morbis,
neq; flos uel uigor aderit corporis,neq; habitus ſa-
B lutaris,ſed ſemp mœſtũ erit & languidũ.Scitis aũt
ſ.cum arti ſerit aer, qa ſicut domũ pulchram ſ.cũ qs raſerit, ſ.efficit pul
chriorũ: ſic etiã faciẽ pulchram ſplendor aiæ ſupueniens amplius conuenuſtat. Si uerò in mœſtitia
ſit,& doloribus conſtituta,deformis efficitur. Mœ
ſtitiam nanq; ægritudines faciunt & dolores Aegri
tudines uerò ex eo ſunt, qđ corpus delitijs muſtis
molli⁹ redditur. Proinde & ob hoc fugite delitias,
ſi qd mihi obeditis & creditis.Sed uoluptatẽ,inqs,
habẽt delitiæ?ſed nõ tantã uoluptatẽ, quãtas diſſi
cultates atq; moleſtias. Huc accedit, qa uoluptas il
la uſquequo linguã uel gulã tãgit, apparet:cũ autẽ
mẽſa remota fuerit, uel poſtq̃ erit cib. abſumptus,
ſimilis eris ei,q̃ nihil illius attingerit. Magis autem
multoq; amplius peiorẽ grauedinẽ ex illis cibis, &
diſtẽtionẽ & oppreſsionem mentis habiturus,atq;
ſomnũ morti coſimilẽ,ſępenumero ẽt iuges habebis uigilias pp ſtomachi cruditatẽ, & pclusionem
ſpiritus interioris,& per moleſtiã ructationis indigeſtæ,& plurimũ maledicturus es tuum uentrẽ,cũ
C deberes magis intẽperãtiæ uitiũ atq; immoderatio
Ro.13.d nis arguere.Non itaq; delitiemur delitijs corporis,
ſed audiamus Paulũ dicentẽ: Carnis curam ne per
ficiatis in concupiſcentijs. Tale nanq; eſt in uentrẽ
cibos mittere,quale ſi quiſquã eos in cloacã proiiciat,magis aũt nõ tale eſt,ſed multò peius.Hic.n.fi
mum tantũ operatur ſine tua læſione, illic aũt plu
rimos morbos, plurimasq; procreat ægritudines.
Nutrimentũ.n.niſi ex ſuffictentia non fit, q̃ ualeat
ſine labore digeri:cũ uerò plus exuberat, quã refi-
ciendi corporis poſtulat,nõ ſolũ nutrimentũ nullum,ſed etiã corruptio generatur. Sed nullus attẽdit hæc,ꝓoccupatæ ſunt oĩum mentes ſupſtua uoluptate.Vis nutrire corpus?reſeca qđ eſt ſuperuacaneum, & qđ ſufficiat ſubminiſtra, quantũ poterit
ſtomachi decoctio maturare. Ne aggraues corpus
tuũ ne demergas illud: Sufficientia qppe & nutrimentũ & uoluptas eſt. Nihil.n.ſic iucundũ eſt, ſicut cibus bene digeſtus & decoctus.Nihil.n.ſic ſalutẽ,nihil ſic ſenſuũ acumẽ operatur: nihil ſic ęgri
tudinẽ fugat,ſicut moderata refectio. Sufficientia
qppe cũ nutrimẽto & ſoſpitatẽ ſimul ẽt procreat
& uoluptatẽ.Abũdãtia uerò morbũ facit, & moleſtias ingerit,& ægritudines generat.Qđ.n.facit fames, hoc ẽt plenitudo facit ciborũ, magis autem
multò peiora.Fames qppe i paucis dieb.aufert hominem,& liberat ex hac uita pœnali:exceſſus uerò D
ciborũ conſumit,& putrefacit corpus humanũ, &
macerat ęgritudine diuturna,& tunc eũ morte cru
deli cõſumit. Nos autẽ famem qdẽ inoptabile qđdam fugiendumq; putamus,& ad indigeſtiones cõ
fugimus, quas multò uidem⁹ eſſe peiores. Vnde igi
tur iſte morbus ad hoies,unde hic furor? Nõ dico
ut ſe hoies crucient, ſed ut tantũ nutriantur, quantũ illis & uoluptatẽ pariat,& uerã uoluptatẽ & cor
pori nutrimentũ dare ualeat & ſubiectũ illud nobis,& accommodũ ad operationes aĩæ beneq; cõpactum & coaptatũ reddat. Cùm uero exundans
delitiis fuerit factũ,compagem ſuam & harmoniã
non ualet ex diffluentia: ſubintrãs quippe humorum redũdantia:totum diſſoluit penitus & effundit. Carnis,inquit Apoſtolus, curã ne perferitis in
concupiſcẽtijs. Bene dixit. Materies nanq; eſt cib.
cupiditatib. inhoneſtis.At ſi in philoſophia qſquã
cunctis emineat, tamen ſi delitiatur, neceſſe eſt ut E
aliqd uel ex cibis,uel uino patiatur, ut flãmã excitet ampliorẽ.Hic fornicationes,hinc adulteria.Etenim uẽter eſuriẽs amorẽ non ualet procreare, magis autẽ neq; ſufficiẽtia,ſi fuerit moderata.Quæ uerò generat abſurdas cupiditates, illa eſt abũdãtia,
q̃ ſe delitijs tradit.Sicut.n.terra q̃ualde humecta ẽ
generat uermes,& ſimus cũ cõpluitur, uel cũ plurimum ſibi humorem retinet: terra uerò quæ libera eſt.ab humorib.fructuũ fœcũditate decoratur,
ſi ex abundantia nõ corrũpatur aquarum: at ſi ẽt
non colatur, ultro tamen gramina ſubminiſtrat:
ſi uerò colatur fructuũ fœcunditate pollebit.Obſecro igitur ne noſtrũ corpus uitioſum & iutile faciamus,neq; ei uitia inferamus, ſed pparem⁹ ei fructus utiles,& arbuſta fructuoſa, nec ea diſſoluam⁹
per imoderationẽ ciborũ. Immoderatio qppe pro
fructib. uerbes facit.Sic ẽt ſi finita nobis cocupiſcẽtiaſi eã deliciarũ inũdationib. ebries, cupiditates,
generat turpes, & uoluptates admodũ turpiores.
Abiiciamus itaq; luem, ut poſsimus adipiſci bona
quę promiſſa ſunt,in Chriſto Ieſu domino noſtro, F
cum quo patri gl̃ia, unà cũ ſancto ſpiritu, nunc &
ſemper, & in ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia XXX. *ex cap.* XII.

Mnis autẽ diſciplina in pſenti uidetur nõ eſſe gaudỹ,ſed mœroris:poſtea fructũ pacatiſsimũ exercitatis per eã reddet iuſtitiæ. Propter qđ remiſſas manus, & ſoluta genua erigite, & greſſus rectos facite pedibus ueſtris,ut non claudicans quis erret,magis autẽ ſanetur. Qui amara bibunt antidota,patiẽter ferũt qdẽ primũ moleſtiã, & tunc ſenſum percipiunt ſoſpitatis.Tale quiddã eſt etiã uirtus, tale quoq; illic malitia.In iſta primũ eſt uoluptas,& ſęqtur ęgritudo:
in illa uerò primũ eſt mœſtitia, & tunc iucunditas
procreatur. Sed nihil ſile eſt: nõ.n.ẽ ſile cũ primũ
aliqs contriſtatur,& poſtea gaudio pfruitur: & cũ
primo gaudeatur,poſtea i mœrores icidere.Et quõ
hoc? Hic.n.timor futuræ triſtitiæ præſens gaudiũ
imminuit:illic autẽ ſpes futuræ iucũditatis detrahit pręſenti triſtitię.Ex hoc cõtingit,ut illic nũ quã
prorſus gaudeatur,hic aũt nunq̃ triſtitia dominetur.Et nõ in hoc tãtũ differẽtia cõſtat,ſed & i alio,
qa neq; tpis in utriſq; declaratur ęqualitas: ſed multũ intereſt,qa malitię gaudiũ tpale eſt,in ſpiritualibus uerò gaudiũ ẽ, & iucuditas ſempiterna:Ex his
igitur argumẽtis cõſolatiões Paulus aſſumit,& uti

C tur iterum cõmuni iudicio, cui non ualet aliqs reluctari, qa nullus potest cõmuni repugnare decreto, quando in aliqd uniuersi consentiunt. Cõtrista mini, inquit, Talis nanq; assolet esse disciplina, tale principiũ habet. Ois nãq; disciplina, inqt, in psenti quidẽ uidetur nõ esse gaudij, sed mœroris. Bene dixit, uidentur, qa non est, inqt, res tristitiæ disciplina, sed uidetur esse. Ois, inquit, disciplina, non hæc aut illa, sed ois disciplina, & humana & spiritalis. Contẽplaris eũ ex comunib. notitijs decertare. Videtur, inqt, esse mœroris. Nũ est igitur? Qualis nãq; mœror est, qui existit occasio gaudiorũ? sicuti neq; uoluptas est, q̃ fit causa tristitiæ. Postea uerò, inqt, fructũ pacatissimũ exercitatis, p eã reddet iustitiæ. Nõ fructum, sed fructuũ abundantiã numerosam. Qui per eã, inqt, exercitãtur. Bene dixit, q p eã exercitantur: hoc est, q̃ tolerant plurimo tpe patienter. Vsus est autẽ dictione bene sonante & accepta. Disciplina ergo exercitatio est. Nã athletã perficit fortiorem, & insuperabilẽ reddit in certaminib. & inH expugnabilẽ declarat in prælijs. Si igitur ois disciplina talis est, & hæc psens, ut talis sit, necesse est. Proinde oportet spare meliora, & finẽ plenũ iucũditatis & pacis. Et noli mirari, si cũ ipa amara sit, fructus tamen proferat dulciores. Nã & in arborib. cortex penè semp amarus & asp est: fructº tamẽ ipsi suauitate iucũdi sunt. Sũpsit aũt ex cõmuni notitia hoc. Si igitur talia sperare cõpetit, qd doletis? Quid postq̃ tristitiã toleraſtis, circa meliora deficitis? q̃ uos coueniebat tristia sustinere, iã sustiuistis. Si aũt sustinueritis, nõ oportet istãte iã retributione iterũ mollescere. Tanquã eos q cursu certauere uel pugnis, uel q bello desudauerũt, alloquitur. Vides quo eos armet? quo in sublime sustollat? Rectè, inqt, ambulate. In hoc loco cogitationes eorũ tangit: hoc est, ut sine ullis hesitationib. pseuerẽt. Si. n. ad dilectionẽ ptinet disciplina, si à cura incipit, & in finẽ desinit meliorẽ, & hoc tã ex reb. q̃ ex uerbis, quàm ex uniuersis actibus ostenditur: quare dissoluimini? Hoc nãq; patiuntur, qui desperatione deficiunt, q spe futurorũ nulla solidãtur. Rectè, inqt, ambulate. Nec claudicatio plus accrescat, sed
I potius ad statũ pristinũ reuocetur. Qui. n. cũ claudicatiõe currit, in malitia demoratur. Attẽdis, qa in nobis est, ut oibus modis cõsequamur medicinã. Pacẽ, inqt, *sequamini cũ omnibus, & sanctificationẽ, sine*
Sup.10.c *qua nemo uidebit deũ.* Sicut & supra dicebat, nõ dere linquentes cõgregationẽ nostrã, hoc etiã hic tãgit. Nihil ita & maximè in tẽtationib. supabiles facit, ac facilè subiiciẽdos, sicut separari ac seiungi. Dic nãq; mihi, Si aciẽ ruperis ĩ bello, an nõ sine ullo labore hostes supabũt, & uinctos abripiũt singillatim separatos reperiẽtes, & pp hoc inualidos reddi tos? Pacẽ sectemini cũ oibus, inqt. Nũ & cũ malefa
Ro.12.d cientibus? Si posibile est, inqt, qd in uobis est, cũ oibus hoibus pacẽ habete. Quantũ ad te attinet, inqt, pacẽ habeo, nihil lædẽs pietatẽ, sed in quib. mala pateris, fortiter tolera. Fortis quipppe armatura est in tentationib. patientia. Sic etiã xps suos
Mat.10.b discipulos reddidit fortiores, hęc dicẽs: Mitto uos, inqt, sicut oues ĩ medio luporũ: estote ergo prudẽtes, sicut serpẽtes, & simplices sicut colũbæ. Quid dicis? in medio luporũ sumº, & sicut oues nos eẽ iubes, & sicut colũbas? Etiã, inqt. Nihil. n. ita confusionem facit gerẽtis mala, q̃ si quæ inferuntur ma-
la generosè tulerimus, neq; uerbo, neq; opere uindictã reddiderimus. Hoc etenim nos, & philosophos facit, & digniores ampliori mercede, sed ẽt inimicis hoc proderit. At si quisquã iniuriet, tu contrà benedic, & attẽde quantũ & ex hoc lucraberis. Malũ extinguis mercedẽ tibi cõparas amplioré: illi cõfusionẽ excitas, q̃ ei causam correctiõis apportet: adde qa nihil tu pateris mali. Pacẽ, inqt, sectamini cũ oibº, & sanctificationẽ. Quid dicit sanctificationẽ? Pudicitiã atq; tẽperantiã cõiugalẽ. Siue q expers est cũiugij castus maneat, uel uxorẽ ducat: siue in cõiugio cõstitutus, nõ fornicetur, sed utatur propria cõiuge tẽperanter: etenim ẽt hoc sanctificatio est. Quo? Nuptiæ nõ sunt sanctimonia, sed nuptiæ cõseruãt sanctificationẽ, q̃ ex fide est. Prohibẽt aium *Infr.13.a*
meretricib. applicari. Honorabile qppe connubiũ, nõ sanctũ, sed mundũ est cõnubiũ. Mũditiã nãq;, nõ ẽt sanctificationẽ tribuit, nisi qd nõ finit ex fide adueniẽtẽ sanctitatẽ in aliquo maculari. Sine qua, inqt, nemo uidebit deũ. Qd ẽt ad Corinthios L
dicit: Nolite errare, neq; fornicatores, neq; adulteri *1.Co.6.b*
neq; idololatræ, neq; molles, neq; masculorũ cõcubitores, neq; auari, neq; fures, neq; ebriosi, neq; detractores, regnũ dei posidebũt. Quo nãq; poterit, q corpº efficitur meretricis, cũ xpo unitatẽ corpis posidere? *Considerãtes*, inqt, *ne quis de sit gratiæ dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinãs impediat et p illã inquinẽtur multi. Nequis fornicator, aut pphanus.* Cõtẽplaris quo ubiq; singulis qbusq; cõmunẽ salutẽ cõmendat? Cõsolãtes, inqt, inuicẽ p singulos dies donec hodie uocatur. Nolite igitur doctorib. Morala
oia cõmittere, nolite rectoribus cũcta tribuere. Potestis. n. & uos, inqt, mutuo uos ædificare. Quod & Thessalonicẽsibus dicebat, scribẽs: Alius aliũ ędificet, sicut & facitis. Et iterũ: Cõsolamini uos inui- *1.Thes.5.*
cẽ in sermonib. istis. Hoc uos nũc ẽt nos monemº: *&.4.d*
plus. n. si uolueritis ex mutuis admonitionib. proficietis, q̃ ex nobis. Etenim plurimo tpe simul cõuersamini, & q̃ uestra sunt inuicẽ magis agnoscitis, & uitia uestra nõ ignoratis: sed etiã ampliorẽ fiduciã, & charitatẽ, & cõsuetudinẽ habetis aliº ad aliũ. Nõ sunt parua hæc ad discendũ, uel docendũ, sed plures aditº habẽt, & occasiones aptissimas. Plº. n. M
alternis uos & cõsolari, & hortari & redarguere poteritis, & nõ hoc solũ: sed quia ego qdẽ unus sum, uos aũt plurimi, & poteritis, ytut multi oẽs esse doctores. Propterea obsecro, ut nõ negligatis hoc charissima. Vnusq;q; uxorẽ habet, amicũ habet, seruum habet, uicinũ habet, nũc increpet, modo moneat. Quo. n. non est absurdum, studiũ gerere ut cõuiuia fiant, ut die cõstituta in unũ plurimi cõgregẽtur: & si qd unicuiq; minus fuerit, suppleatur ex sõcietate cunctorũ: & siue ubicũq; qsquã exire dispo
nat, siue cõuiuium faciat, oẽs illi auxiliũ subministrent: in doctrina uerò uirtutis studiũ simile non habere? Obsecro ut nullus uestrũ negligat hãc causam, mercedẽ qppe multã à deo pcipiet. Et ut agno *Mat.25.a*
scas, ille cui fuerãt quinq; talẽta cõmissa, ipse est, q *d.*
docẽdi aliis studiũ impendit: ille uerò cui unũ est datũ, discipuli uidetur gestare psonã. Si dicat discipulus: ego discipulº sum, nullũ habeo piculũ: iste etiã ipsam rationẽ, uel sermonẽ cõmunem, quẽ à deo percepit, occulit, & sub terrã recondit: & neq; admonebit ullũ, ẽtsi ualeat, neq; fiducialiter aget, neq; arguet, neq; adhortabitur, sed sub terrã recon-

A det. Terra uerò est & cinis cor hois, charisma dei recondens. Si ergo recondat hãc gratiã, uel pp segnitiem, uel pp malignitatem, dicere non ualebit, quia unum talentũ habui. Respondetur. n. illi: Vnum talentũ habuisti: oportebat te etiã ipm unum in medium proferre, & studio tuo ac diligẽtia duplicare. Si. n ipsum unum proferres in publicum, minimè culpareris. Neq;. n. illi q duo protulerat dictũ est: quare nõ qnq; talenta protulisti? sed dignus habitº est illdẽ qbus & is q qnq; attulerat. Quãobrẽ? Quia quantum habuit opatus est: & nõ qa minº habuit, q̃ ille, cui quinq; sunt credita, ppea desidiæ se tradidit, neq; illa parua quãtitate est abusus ad otium. Proinde neq; te oportuerat ad eũ solũ, q duo acceperat, attendere: magis autem ipm decebat intueri. Et sicut ille imitatus est illum, cui qnq; data erant, cũ se duo uideret accepisse: sic & te decebat æmulari illũ, cui fuerant duo talenta cõmissa. Si. n. habẽti pecunias, & nõ largienti suppliciũ dominus cõminatur: ei q ualet proximũ comonere uel quolibet modo, & minimè facit, quo nõ maiorib. supplicijs
B punietur? Illic. n. corpus nutritur, hic autem aia. Illic à morte seruas temporali: hic uerò ab æterna. Sed non habeo, inqs, sermonẽ. Sed non opus est sermone, neq; eloquẽtia. Si uideris amicũ fornicantẽ, dic ad eũ: Rem malã agis, non erubescis, nõ cõfunderis? malũ hoc est. Quid aũt, inqs? Ipse malũ esse illud opus non ignorat. Ita est, sed cupiditate ptrahitur. Nã & q in ægritudine detinetur, scit uerè, qa frigida aqua malũ est, si potetur: uerũtamen opus habet, q eum prohibeat. Nã cùm qsq; in passione detinetur, non facilè sibi solus ipse sufficiet. Oportet igitur te q saluus es, ad alteriº medicinã operã tuã conferre. Et si uerbis tuis nõ obediat, interim custodi, intuere quò pgit, & contine à maligno negotio, fortassis. n. reuerebitur. Et qd, inqs, proderit, quãdo pp me magis illud efficiet, & qa illum uolui retinere? Interim noli scrupulosus esse ĩ uerbis, quocunq; facto retine illum ab actib. malis, & reuoca assuescat non ire ad illum tartarum, siue pp te, siue pp aliud aliqd. Et cũ assuescere feceris eum illuc non pgere,
C tunc poteris paululum respirãtem docere meliora. Et qa oportet pp deũ hoc obseruare, & non pp hominẽ, non uelis in eo subitò cũcta corrigere, alioq; minº id poteris: sed paulatim gere, ne repẽtina correctione pgrauetur. Si uideris aliquẽ ad cõuiuia cõmessationis & ebrietatis plena pgẽtem ẽt tunc sil'age, & ipm uicissim cohortare, ut si qd in te uitium uiderit, adiuuet, & corrigat, & admoneat. Sic. n. & in seipso correctionem tuã patiẽtissimè tolerabit, cùm uiderit te opus habentem correctione, & non ueluti pfectum in oibus: neq; ueluti doctorem, sed ueluti amicum, & fratrem auxilium conferentem: & dic ad eum: Ego te adiui, in mentem tibi reducens q̃ tibi prodesse ualebũt: te quoq; hortor, ut qc quid in me inspexeris uitiosum, reprehendas & corri
Pro.18.c. gas. Si uerò iracundum uideris, si auarum, liga illũ tua admonitiõe: hoc. n. est amicitia. Sic frater à fratre adiutus, sicut ciuitas fortis efficitur. Non. n. mã ducare & bibere facit amicitiã (talem nãq; & latrones habent & homicidæ) sed si amici sumus, si uerè inuicem pro nobis curã gerimus, in his nobis in uicem conferamus, hęc ad amicitiã nos adducãt, q̃ nobis utilis sit. Prohibeamº illa fieri, q̃ ad gehẽnã ducunt, & ne quì corripitur, indignetur. Homines
qppe sumus, & à uitijs non sumus alieni. Neq; q cor D
ripit, sicut qui pronuntiat, aut pdicat, hoc faciat, & diuulgans magis, q̃ monens, sed remotim cum lenitate multa. Multa qppe lenitate opus habet q corripit, ut qui corripitur, æquanimiter toleret sectionẽ. Nõ uidetis medicos quãdo urũt, uel secãt aliquos cũ quãta lenitate opus curationis exercent? multò amplius corripiẽtes oportet hoc agere. Etenim correptio & igne & ferro uehemẽtius opatur, & resilire facit eos, qb. offertur. Hęc circa ęgrũ ẽt medici plurimũ studẽt, quatenus posint ægrũ facere sectionẽ æquanimiter tolerare: & quãtũ possunt leniter agũt, & aliquãtulũ reqescentes ægrũ faciunt recreari. Sic. n. oportet correptiones efficere, ut & q corripiuntur nõ resiliant: ltaq; ẽt si sint ferenda probra, aut plagę, nõ recusãbimus. Enimuero illi q secãtur aduersus eos à qb. secantur multa reclamãt: sed illi nihil impediuntur, sed tantũ ęgrotantium cõsulũt sospitati: sic etiã hic cuncta gerenda sunt. Oia nãq; q corripit, ad illius q corripitur utilitatem & tolera
re debet & facere, respiciens ad mercedem, q̃ tali uo E
luntati reposita reseruatur. Inuicẽ, inquit, onera ue *Gala.6.a*
stra portate, & sic adimplebitis legẽ xpi. Sic igitur & corripientes inuicẽ, & tolerantes, ędificationem mutuã poterimus implere: & nobis laborẽ facietis leuiorem, in oib. nos adiuuantes, & dexterã porrigentes, & participes efficiemini, & socii & mutuę salutis & proprię. Sustineamus igitur mutua pdera portantes inuicẽ & corripiẽtes, ut adipiscamur bona q̃ promissa sunt in xpo Iesu domino nostro, cũ quo patri, unà cũ sancto spiritu gloria, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia xxxi. ex cap. xij.

Acem sectemini cũ oibus et sanctimoniã, sine qua
p *nemo uidebit deũ. Cõtemplantes nequis desit gratiæ dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & p illã inquinẽtur multi. Nequis fornicator, aut pphanus, ut Esau, qui pp unã escã uẽdidit primitiua sua. Scitote. n. quoniã & postea cupiẽs hæreditare benedictionẽ, reprobatus est: nõ. n. inuenit pœnitentiæ locum, quãuis cũ lachrymis inquisisset eam.* Plurima qdem sunt, q̃ F
formã Christianitatis exprimunt: sed plus oibus, ac melius mutuę charitatis affectus, & pax q̃ hoim corda cõsociat. Propterea etiam xps dixit: Pacem meã do uobis. Et iterum: In hoc cognoscẽt oẽs qa *Ioan.14.*
mei estis discipuli, si dilexeritis inuicẽ. Propterea et *& 13.d.*
Paulus apls. Pacem, inquit, sectemini cũ oib. & sanctimoniam. hoc est, honestatem sine qua nemo uidebit deum. Contemplantes neqs desit gratię dei. Sic cum eis loqtur, quasi numeroso comitatu uiatorũ longa itinera pmearent: ueluti si diceret, Attẽdite uobis, neqs uestrum remaneat. Nõ hoc tantũ reqro, ut uos soli pueniatis, sed ẽt ut inspiciatis & cæteros. Neqs, iquit, uestrum desit gratię dei. Quid dicit gratiam dei? Bona futura, Euangelicã fidem, optimã conuersationem: oia quippe hæc, dei sunt gratiæ: ne mihi dicas, qa unus est q pit parũ refert. Etenim xps & propter hunc unũ mortuus est. Tu ergo negligis pp quem xps dignatus est mori. Contemplantes, inqt, hoc est, diligenter scrutãtes & obseruantes, & agnoscentes, sicut fieri assolet in infirmis. Nequa radix amaritudinis sursum germinans impediat. Hoc in Deuteronomio scriptũ est, sũpsit *Deut.29.*
aũt illud ex arbustorũ metaphora. Neq radix, inqt, *c.*
amaritudinis. qd & alibi scribẽs dixit: Modicũ fer- *Gala.5.b*

mentum totā massam corrumpit:non pp ipsum solum hoc uolo, in quo iniqtas poterit inueniri: sed etiam pp læsionē, q poterit ex illius propagine pullulare:hoc est, ut si aliqua talis fuerit radix, nullū ex ea pmittatis germen exurgere,sed recidatur ante quā alios polluat & scelestos efficiat. Nequa radix, inqt, amaritudinis sursum germinās impediat,& p eā plurimi polluātur. ¶Etenim amarū dixit esse peccatū.Enimuero pctō nihil amarius, & hoc norunt q post admissum pctū cōscientię mœrore macerātur,& dira satis amaritudine cōsumuntur.Amaritudo qppe delicti, ipsum intellectū rōnemq; subuertit.Enimuero amaritudinis illi⁹ natura talis existit, ut noxia pseueret. Et bene dixit, radix amaritudinis,nō dixit amara radix,sed amaritudinis. Radix enim amara pōt fructus dulces facere: amaritudinis autē radix,uel fons,uel propositū,nunq pōt aliqd dulce propagare:qa oia ibi amara sunt, oia molesta,oia scelere & abominatione plenissima, nihil suauitatis,uel iucunditatis apportant. Et p illā, inH qt,inqnentur multi. Hoc est, itempatos lasciuosq; recidite.Neqs,inqt fornicator,aut prophanus,sicut Esau,q pp unā escā uendidit primitiua sua.Et quid ergo?Nū fornicator erat Esau? Nō hic dicit,qa fornicator erat:sed qd suprà dixerat, sectemini sanctimoniā,hoc ēt hic significat.Neqs prophanus sicut Esau,hoc est,gastrimargus,& itempans,& mundaGe.25. d. nus spiritalia repellens.Qui pp unam escā,inqt,uēdidit primitiua sua,q honorem quem à deo pceperat,per propriā negligentiā & cupiditatem uendidit, q pro parua libidine magnū honorē & gloriā perdidit sempiternā.Hoc propriè ad eos pertinet,q immundi sunt,& prophani. Proinde nō solus fornicator immundus est, sed ēt gastrimargus,q uētri seruus existit.Nā & iste qui alterius libidinis seruus est,cogitur appetere plurima,cogitur aliena diripe, innumeris modis turpis esse,seruus existens passionis illius.Hmōi hō sępius etiā blasphemat, ita nullius momenti æstimauit,primitiua sua,hoc est,pro delectatiōe tpalium rerum, usq; ad uendēda primitiua sua puenit. Proīde nō sunt Iudęorū primitiua
I deinceps sed nostra. Hæc autē q dicuntur,ēt ad leuandam passionē mœroris eorū ualde prosunt:nēpe qd q primus erat,postremus effectus est,& secūdus primus:iste p patientiā,ille uerò p negligentiā. Scitote.n.inqt,quoniā & postea cupiens hæreditare benedictionē, reprobatus est:nō.n.inuenit pniæ locum,q̄uis eā cum lachrymis iquisisset. Quid hic dicimus?Num pniam Paulus excludit?Nequaquā Qūo ergo dicit, quòd non inuenerit pniæ locum? Si.n. culpauit semetipsum,si gemitib.magnis ingemuit,cur pniæ locum non meruit inuenire? Quoniam non erat illa pnia.Sicut & tristitia Cain, non ex pnia descendebat, quod occisio fratris aperuit: sed etiam hic non erant illa uerba pniæ, id qd cædes postea declarauit.Nam & ipse qd ad uoluntatē
Ge.27.g. attinet fratri suo Iacob intulit mortem. Nam sic dixit:Appropinquabunt,inqt,dies luctus patris mei, & interficiam Iacob fratrem meū.Non ergo ualuerunt solæ lachrymæ pniam illi tribuere .Et non dixit simplr,quia per pniam q̄siuit:sed, cū lachrymis inquisiuit pniæ locum, & non inuenit. Quid ergo dicimus,nisi quia non pœniuit ut cōuenit?Hoc.n. est pnia ut congruenter geratur:alioqui si pnia dānat, qūo iterū uelut segnes admonet, & hortatur?

Qūo claudos effectos & remissos,atq; solutos, qd K
est ruinæ principium,ut erigantur inuitat? Mihi qdem uidetur,quia significat aliquos inter illos fornicatores esse, quos tamen publicè non uult arguere,sed fingit ignorantiam ut corrigantur. Oportet enim primum ignorantiā simulare. Postea uerò si pstiterint,tum demū increpare,ne si antea uolueris arguere,impudentes & protervos efficias,sicut etiā Moses fecit circa Zābri & Chasbitidam.Pnię,inqt, *Nume.25*
locū non inuenit. Potest & aliter intelligi,quia pec *a.*
catum pnia maius admisit. Sunt.n.peccata pniam superantia:ueluti si diceret, non cadamus insanabili ruina.Dum.n.claudicat quisq;, facilè potest rectus uel sanꝰ effici:si uero penitus subuertatur, qd remanebit ulterius?Proinde nec dum lapsis hęc loquitur,ut eos timore deprimat ueluti si diceret, qa qui ceciderit, nullā consolationē mereri iā poterit. Et hìc quidem istos ne caderent,aliter admonebat in alio uerò loco ubi iā eis, qui ciderant loqtur, *Gala.4.e*
ne in desperationē inciderent,cōtraria dicit:Filioli *Ibid.5.a.*
mei,inqt,quos iterum parturio, donec reformetur xp̄s in uobis:Quib.alibi dicebat:Qui in lege iustificamini,à gratia excidistis.Ecce ipse testatur, qa ceciderant.Qui ergo stat & audit, quoniā qui cecidit,ueniā nō ualet impetrare, ualidius stabit & cautius.Si uerò & circa eū,q cecidit simili uti uolueris uehemētia,ad id redigitur, ut nūq possit assurgere. Quali.n.spe cōuersionē, uel quali fructu suscipiet? Nō solū,inquit,lachrymas fudit, sed ēt exquisiuit. Et uidetur quidē non excludere pniam, sed cautiores eos & munitiores reddit, ne ferātur pronius ad ruinā.Quicūq; igitur nō credunt esse gehennā,hæc in mentē reuocent:& quotquot existimāt,impuni ta remanere pctā,hęc cōsiderātes,attēdāt cur Esau ueniā non potuerit adipisci,quia uidelicet,nō pœnituit ut debuit. Vis uidere itegrā pniam,aduerte Petrū qualiter pœnituerit,postq̄ negauerat xp̄m. Morale.
Narrās nanq; euāgelista eius historiā:Et exiens,in- *Luc.22.g*
quit,plorauit amarè. Idcirco illi remissum est tam grāde peccatū,qa sicut debuit,pniam gesit. Quanuis necdū illa uera hostia pro nobis erat oblata, necdum, erat & sacrificiū factū, necdū quoq; peccatum erat absumptū.Adhuc.n.dominabatur,adM
huc tyrannico more sęuiebat. Et agnoscas qd non tātū ex negligētia uenerat illa negatio,quātū ex eo qd eū dereliqrat deus:uolens eū erudire, ut cognoscęret humanę naturę modū, & nō esse cōtradicendū magistri sermonib.neq; uellet sæpe ceteris altio- *Ps. 126.a*
ra:sed sciret qa sine deo nihil pōt fieri: & quia nisi dominus ędificauerit domū, inuanū laborāt ędificantes eā. Propterea.n. ēt ad ipsum solū dixit xp̄s: *Luc.22.e*
Quoniā petiuit satanas uentilare te, sicut q uētilat triticū,& nō permisi,ne deficiat fides tua:fortassis enim alta sapiebat,merito cōscientię suę fretus, qd plus diligeret xp̄m:ppea plorauit amarè, & cætera fecit,q̄ post ploratū de illo similia referūtur. Quæ sunt autē ista? Videlicet qd se postea cōmisit mille periculis,& ex multis fortitudinis eius robur ostenMa 27.a
ditur.Etiā Iudas pœnituit, sed malè,laqo se nanq; suspendit.Pœnituit ēt,sicut iā dixi,& Esau,sed malè:magis autē iste neq; pœnituit.Lachrymę qppe illę non erant pniæ,sed doloris & iræ, quod ex eius operib.aperitur.Pœnituit & beatus Dauid,dicens: *Psal.6.b.*
Lauabo per singulas noctes lectum meum,lachrymisque meis ſtratum meum rigabo. Et peccatum

K quod ante multū tps admiserat,post,tantos annos tantasq; generatiōnes lugebat,ueluti recens ppetratum.Pœnitentē qppe non conuenit indignari,neq; exasperari,quin potius aio conteri sicut deprehensum & fiduciam non gerentem:& condemnatū & ueluti quē p solā misericordiā saluari oporteat tāq; improbum erga benefactorem suum apparentem, & ingratum, & reprobum, & innumeris suppliciis dignum.Si hæc secum cogitauerit,nō irascetur,nō indignabitur,sed luctu macerabitur,plorabit,ingemiscet, lamentabitur dieb.ac noctib.Pœnitentem non oportet peccatū suum obliuioni tradere, sed deū deprecari ut ipsius peccati nō meminerit: si nos pctī nostri memores simus, deus obliuiscitur eius. A nobisinetipsis pcipiamus,sententiā,nosmetipsos accusemus, tūc demū propitiabimur iudicē uerū. Peccatum.n.confessione minuitur, confessione uero cōtępta pgit in peius. Peccato nanq; si accesserit impudentia,& temeritas,qūo poterit euitari,ne in
B illud denuò decidatur qd primum quis p ignoran tiam deliquit?Non igitur negemus obsecro,peccata nostra,neq; nos impudentia duros efficiat:spōte nostra peccata puniamus,ne pendamus non spōte
Gen.4.b. supplicia. Audiuit Cain â deo: Vbi est Abel frater tuus?Et dixit:Nescio,nunqd nā ego custos sum fratris mei? Vides qūo ex hoc peccatū reddiderit grauius?Verū nō ita pater eius.Is cū audisset, Adā ubi
Ibid.3.b. es?Dixit:Audiui uocem tuā domine,& timui,quoniā nudus sum, & abscondi me. Magnū bonū est, ut qs peccata sua agnoscat, & memoriā eorum pseueranter retineat. Nullū inuenitur delictorum tale remediū,sicut eorū continuata memoria.Nihil sic segnem hoiem reddit ad nequitiā ppetrandā. Scio quidem qa resilit cōscientia,& nō patitur ex malorū memoria uerberari. Sed doma aiam tuā,& chamo illā constringe.Sicut.n.equus indomitus, sic & illa resultat,& non uult se scire peccasse.Hoc autem totū opus est satanę. Sed nos ei psuadeamus; quia peccauit:psuadeamus, inquā peccasse illā,ut pœniteat,ut pœnitens à suppliciis liberetur. Qūo ueniā
C delictorum tuorū petis, dic q̄so cum illa nondum confessus sis? oīno ille misericordia & benignitate dignus est q cū peccator sit, peccata sua cōfitetur. Tu uero q te nunq̄ peccare cognoscis,quam miseri cordiā deprecaris,cum ita impudenter agas? Persuadeamus igitur nobis peccasse nos, ne hoc sola lingua pronunciet,sed ēt intima conscientia,nec tantū nos peccatores esse dicamus, sed ēt ipsa pctā specialiter singula cōputemus.Nō tibi dico,ut te prodas i publicū,neq; ut te apud alios accuses, sed obedire te uolo Prophetę dicēti:Reuela domino uiam
Psa.36 a. tuā.Ante deū ergo tua cōfitere peccata, apud uerū iudicem cū oratione delicta tua pronuntia, nō lingua,sed conscientię tuę memoria, & tunc demum spera misericordiā te posse cōseq:si habueris in mē te peccata tua cōtinue, nunq̄ malū aduersus proximū in corde retinebis. Nō dico si psuasum tibi sit peccatorem esse te: hoc qppe nō ita ualet humiliare mentē,& sobriā pficere, sicut ipsa p se specialiter cōsiderata peccata: aduersus nullū retinebis malū in corde, illa portās in aio:nō irascēris,nullis detrahes,nō sapies altū:nō recides iterū, nec reuolueris in pctā,sed ad bona in spe uehementiore cōsurges. Intueris quanta bona ex peccatorū recordatione generātur? Scribamus igitur peccata nostra in cordibus nostris.Scio qdem quia non est tolerans aia D
huius amarę memorię,sed nos cogamus illam atq; cōpellamus.Melius qppe nobis est, ut nūc aia moreatur ex recordatiōe peccati, q̄ in futuro tpe supplicia sentiat sempiterna.Nunc.n.si recorderis peccatorum tuorum, & frequenter ea in cōspectu dei pronunties, & pro eis clementiam deprceris, citius illa delebis. Si autem nunc obliuiscaris peccatorū tuorum,tunc eorū recordaberis nolēs, quando in toto mundo publicabuntur, & in cōspectu proferentur oino,tam amicorum tuorum,q̄ inimicorū, & sanctorum angelorū cœlestiumq; uirtutum. Nō *2.Re.11.c*
enim ad Dauid solum dicebat:Quæ tu secretò fecisti,ego cunctis manifestabo:sed hoc ēt ad oēs nos dicitur:Timuisti,inquit, hoīes, & erubuisti magis q̄ deum:oculum autem dei uiuentis non es reueritus, sed coràm hominib.quidem uerecundatus es. Oculi,inquit, hoium timor eorum:ppea,inquit,in hoc ipso punieris.Redarguam nāq; te, ante oculos oium ponens peccata tua: quia uero hoc uerū est, E
& quia in illo die oium nostrorum peccata publicabuntur,& producentur in pompam,nisi eo modo continua memoria fategerimus abluere:aduerte qūo proferetur in pompā duritia uel inhumanitas hoium.Esuriui, inquit,& non dedistis mihi mā *Matt.2.c*
ducare.Qūādo hęc dicūtur,uel ubi?Num in angulo,num in aliquo abdito?Minime:sed ubi,& quando.s.cum uenerit filius dei in gl̄ia sua,& oēs gentes congregatę fuerint, quando sęgregauerit istos ab illis,tunc hæc dicet cunctis audientib.& constituet alios qdē à dexteris, alios uero à sinistris. Esuriui, inqt,& nō dedistis mihi māducare. Contęplare ite *Ibidem.b*
rum & illas quinq; uirgines, q̄ in conspectu oim audient,Nescio uos. Quinq;.n.& quinq; nō numerum quinarium tantū significāt,sed malas, & duras, & inhumanas,& alias,q̄ nō sunt hmōi.Sic ēt & q unū sub terris obruit talentum,corā oib,increpatus est & ante illum q quinq; obtulit, & ante illum q duo lucratus est audiuit,Serue male & nequā.Et nō uer *Ibidem.c*
bis tantum hęc audient,sed prorsus eos ēt ipsis tūc redarguet rebus:sicut etiā Euangelista dicit:Vide- *Ioā.19.g.*
bunt in quem pupugerunt. Simul.n.erit uniuersorum resurrectio peccatorum atq; iustorum: simul enim iudicabūtur uniuersi.Intellige itaque quales tunc apparebunt illi, q in humilitate & doloribus F
erunt,q trahentur in ignem aliis coronatis.Venite, *Mat. 25.e*
inquit,benedicti patris mei, p̄cipite regnum,qd uobis paratum est à constitutione mundi.Et iterum: Ite à me in ignem, q̄ pparatus est diabolo,& angelis eius.Non simplr uerba tantū audiamus.Sed co- *Ibidem.*
ràm oculis nostris illa depinganus ēt, & putemus nunc pśentem illum esse,& illa uerba dicere,& nos abduci in illū ignē,ac pertrahi.Qualē habebimus mentē,quale solatium? Quid illud autē quando in duas partes diuidemur? Quid quādo pro rapina rerū alienarū culpabimur? qd dicem⁹? Quę colorē ex cusatiōis habebimus? Qualē iueniemus rōnem, q̄ saltē ueri similis uideatur? Nullam.s.necesse est ergo ut ligati,uultu depositō,ptrahamur ad ipsa ora caminorū,ad flumē igneū, ad tenebras exteriores,& ad immortale suppliciū,& nullum iā rogare ualebimus. Non pōt,inqt, non potest transiri hinc illuc: *Luc. 16.ff*
chaos.n.magnum est iter nos & uos.Et neq; uolentib.licebit trāsire, manumq; porrigere.Necesse est ergo ardere i sempiternum, nemine iuuāte, siue sit pa

G ter,siue sit mater, siue qlibet ali⁹,ac si magnā fiduciā habeat apud deū.Frater, inqt,fratrem non redimet,num liberabit homo? Quoniā ergo impossibile est habere in alterum spem salutis,nisi in semetipso post misericordiā dei:obsecro, ut illa geram⁹, quibus uita nostra mūdetur, qbus optima conuersatio nostra reddatur:& primo qdem, quātum possumus laboremus,ut nullas recipiam⁹ sordes:si uero sicut hoies receperimus aliquas, nō dormiam⁹, sed uigilāter instemus, ut si qd in nobis fuerit sordium,p pniam,per orationes,per lachrymas,p misericordias abluatur.Sed dicet aliqs:Quid si nō habeā,unde possim misericordias operari? Sed habes uel calicem aquæ frigidæ,quātūlibet sis paup : uel duo minuta habes, quantalibet pauperrate tenearis:habes pedes,ut possis infirmos ægrotosq; uisitare,ut possis uenire ad eos, q in carcerib.detinentur:habes saltē tectū,ut possis susc̄ipere peregrinū. Nulla est igitur,nulla est uenia ei, q misericordiam non exhibet indigenti.Et hęc qdem frequenter uobis dicimus,ut ex continuis admonitionib.saltem

H possimus aliqd promouere . Hęc aūt dicimus non tā pro illis qbus benefit, quā pro uobis . Illis qppe temporalia,& terrena,& caduca tribuitis recipietis autē uos pro istis bona cœlestia sempiterna . Quæ nos oēs cōtingat adipisci, in xp̄o Iesu domino nostro,cū quo patri gloria,unā cū sancto spiritu,nūc & semp,& in sęcula sęculorum,Amen.

Homilia xxxij.ex cap.xij.

On.n accessistis ad tractabilē & ⌜ accēsum ignē,
n & turbinē,& caliginē,& procellā , & tubæ sonum, & uocem uerborum,quā qui audierūt recusauerunt,ne adiceretur eis uerbū. Nō.n.portabāt quod dicebatur,& si bestia tetigerit montē,lapidabitur. Et ita terribile erat quod uidebatur.Moses dixit: Exterritus sum & tremebundus. Sed accessistis ad Sion montē,& ciuitatē dei uiuentis, Hierusalē cœlestē , & multorū millium angelorū celebritatē,& ecclesiā primitiuorū,qui cōscripti sunt in cœlis,& iudicē omniū deum , & spiritus iustorū perfectorū, & mediatorē testamenti nouі Iesum,& sanguinis aspersionē melius loquentē quā Abel. Erāt qdem oia tēpli admirāda utpote sancta sanctorum:erāt uero item ue

I nerande , & hæc q̄ in Sina monte facta referuntur, ignis,tenebræ,caligo,procella : uisus est, inqt deus in monte Sina:& oia hæc olim in ueneratione fuerunt.Nouum uero testamētum nō est ad eum modum nobis exhibitum, sed tantum simplici xp̄i sermone cōtributum. Intuere igitur qualiter cōparationes efficiat tam istorum q̄ illorum,& qualiter in postremis ea posuerit.Postq̄.n.illis innumeris argumentis persuasit , & postq̄ differentiam testamenti utriusque demonstrauit,& uetus reprehendit,tunc demum uelut facilіori uia etiā in hæc pergit argumenta. Quid ergo dicit? Nō.n.accessistis ad tractabilem & accensum ignē, & turbinē, & caliginem & procellam,& sonum tubæ,& uocem uerborū, quā qui audierunt,recusauerunt,ne adiiceretur eis uerbum.Veluti si diceret , terribilia qdem ista sunt , & ita tremenda,ut ea nec auditus ferre possēt , & neq; illuc bestia q̄libet auderet accedere . Verūtamē nō erant talia,qualia hęc,q̄ postea gesta sunt. Quid.n. est mons Sina in cōparatione cœli? qd ignis tractabilis ad deum itractabilē? Deus.n.inquit,ignis cōsumēs est. Nō loquatur,inqt,nobis deus,sed loquatur nobis Moses:hic.n.terribile erat,qd ad eos pro-

⌜ altera uersio habet, accessibilem.

Deu.4.d Exo.20.c.

ferebatur, ut ēt ipse Moses diceret, quòd exterritus K esset,& tremebūdus effect⁹. Quid miraris , inqt, de plebe? Ipse q caliginē ingressus est, in qua erat deus ipse dicit:Exterrit⁹sum, & tremebūdus effect⁹ . Sed accessistis,inqt,ad Sion montē & ciuitatē dei uiuētis,Hierusalem cœlestem,& multorum angelorum millіū celebritatē, & ecclesiā primitiuorū in cœlis cōscriptā & iudicē deum cunctorū,& spūs sanctorum pfectorū, & mediatorē testamēti nouі Iesum, & sanguinis aspersionem, melius loquentē q̄ Abel. Illic ponitur Moses , hic Iesus:illic noiat plebē , hic milia angelorū. Primitiuos autem quos dixit? fideles,uidelicet:& spiritus iustorū pfectorum:cū istis eritis,inqt. Et ad mediatorē, inqt, nouі testamenti Iesum , & sanguinis aspersionē melius loquentē , q̄ Abel.Quid aūt?Nū Abel sanguis locutus est?Ita ē, *Sap.11.a* inqt,nā supra dixit, & p eā,hoc est p fidem , adhuc usq; mortuus loqtur:& iterū dixit de⁹ : Vox sangui *Gen.4.b* nis fratris tui clamat ad me de terra . Siue ergo isto mō itelligēdum est, siue illo, quoniā adhuc usq; celebratur hoc factū, uerūtamē nō ita iste,sicut sanguis xp̄i est. Ipse nanq; mundos reddit ūniuersos,& L uocē emittit tāto significantіorē atq; clariorē,quā to maius testimoniū ex reb. ipsis accepit. Videte,inqt,ne recusetis loquentē. Si.n.illi nō effugerūt,recusantes eū q sup terrā loquebatur:multo minus nos effugiemus,q de cœlis loquentem nobis auertim⁹, cuius uox mouit terrā tunc , mō autem promittit, dicens:Adhuc semel & ego mouebo nō solum ter- *Aggæi.2.b.* rā,sed ēt cœlū. Quòd autem adhuc semel dicit, declarat mobilium trāslationē tanq̄ factorum,ut maneāt ea q̄ sunt imobilia. Itaq; regnum immobile suscipientes,habemus gratiā p quā seruiamus,placētes deo,cum oi metu & reuerentia. Etenim de⁹ nos- *Deu.4.d* ter ignis consumens est. Tremenda qdem erāt & illa,sed hęc multo amplius admirāda ualdeq; clariora. Neq;.n.hic tenebræ sunt,neq; caligo, neq; procella. Mihi uidentur p hęc significari obscuritatē ueteris testamēti:hoc est , qd difficile ualebat intelligi, & umbratio legis & uelamē. Alius uero legislator i igne terribilis apparet , & castigator transgressorū. Tubarū aūt sonitus merito sunt adhibiti ibi,utpu M ta impatore p̄sente. Nā hoc & i secundo adnētu futurū est. In nouissima, inqt,tuba cūcti resurrecturi sunt:hoc.n.tuba uocis factura est. Oia igitur in il- *1.Cor.15.g.* lo tpe sensibilia erāt,tam auditui humano,q̄ uisui: nunc autem spiritalia nobis cuncta tributa sunt & inuisibilia. Tunc sum⁹,inqt,erat plurimus,quoniā *Exo.19.c* deus ignis dicitur esse. Nā & in rubo sill' apparuisse memoratur, & p fumum etiā ignē fuisse significat. Tenebræ autem & caligo terrorē uidentib. afferebāt:sic.n.Esaias dicit : Et impleta est domus ex fu- *Esa.6.b.* mo. Procella uero qd sibi uult ? Negligens erat humanum genus,& segne. Oportebat ergo ut erigeretur istis,& redderetur attentū. Nullus.n.tam hebes erat,aut stolidus , q cū hęc fierent nō esset toto corde in superiora sublatus. Sic.n.oportebat erigi mētes hoium,cū legis instituta ferrētur. Et Moses, in- *Exo.19.d* qt,loq̄batur,Deus aūt uoce respōdebat ei. Oportebat qppe diuinā proferri uocē , quoniā & p Mosen legis erāt danda pcepta:ppea etiā uoce diuina fide dignus efficitur. Videre nanq; eum nō poterant pp caliginem, audire nō poterant propter renuitatem uocis ipsius. Quid ergo factū est? Deus magna uo- *Exo.20.d.* ce respondit. Et recusauerūt, inquit, ne adiiceretur eis uer-

A eis uerbum. Ab ipso nāq; initio ipsi causa rei huius *Ex.20.d* effecti sunt,ut deus appareret i carne. Et loquatur, inqt,nobis Moses , & nō loquatur nobis deus. Qui cōparationes faciunt, altera partē deprimūt,ut res alterius partis emineant : sic & hic ex cōparatione illorū,nostra maiora declarātur, & meliora,& māsuetiora, & admirationū plenissima. Dupliciter nā que meliora sunt,quoniā & maiora simul,& clario ra sunt. Vnde accessibiliora plurib. extiterunt. Hoc *2.Co.3.d* qppe ēt in epsa ad Corinthios scribens, dicit:Reuelata facie glā domini sp̄eculātes:& nō sicut Moses. Velamen.n.ponebat sup faciem suā. Nō meruerūt, inqt,illi talia percipe,qualia nobis contributa nosc̄untur . Quid.n.illi uidere meruerunt ? Tenebras & caliginē. Audierunt qdē & uocem:sed & tu audisti uocem , nō p nebulā uenientē , sed p carnē xp̄i. Nō es tumultuatus:neq; perturbatus: sed stetisti,& collocutus es mediatori. Significāt ēt tenebræ inui *Psa.17.b.* sibilitatē dei. Et nebula,inqt,sub pedib.eius. Tunc & Moses timuit,nunc autem metuit nullus , Et tūc B plebs stetit tota deorsum,nos aūt & si a cœlo deorsum sumus, uerūtamē propinquamus filio dei. Et non sicut Moses. Illic.n.eremus erat , & circuncirca desertio : hic aūt ciuitas,& miliū celebritas angelorū. In hoc uerbo gaudiū significat,& iucūditatem pro caligine,pro tenebris , pro turbine procelloso. Et ecclesiā, inqt,primitiuorū,q̄ in cœlis conscripta est:& ad iudicē deū oium illi nō accesserūt,sed procul stabant,uos aūt accessistis,inqt . Hic aūt terret eos dicendo. Et iudicē deum oim,nō tātum ludeorum,neq; fidelium,sed totius uidelicet mundi . Et ad spūs,inqt,iustorum pfectorū. Alias dicit,q̄ apud deum probabiles extiterunt. Et ad mediatorē testamenti nouі Iesum, & ad sanguinis aspsionem . Hoc est,emundationē. Melius,inqt, loquentē,q̄ Abel. Si, C inqt,sanguis loqtur:multo magis loquitur, q uiuit *Rom.8.e.* occisus. Quid autē loqtur ? Ipse, inqt,spūs loquitur pro nobis gemitib. inenarrabilibus . Quo loqtur? Vbi.n.in mentem synceram incidit , ergit eā,& facit loq magnalia. *Attendite uobis.* inquit,*ne respuatis loquentem.* Hoc est,non negligatis. *Si enim illi non effugerunt respuentes super terram loquentē* . Quē putas in hoc loco significat? mihi qdem uidetur quod Mosen significat . Quod autem dicit,tale est:si illi qui recusauerunt legislatorem in terra constitutū,non ualuerunt effugere : quo ualebimus recusare eum, q nobis de cœlo legis pcepta constituit? Nec putes qd in hoc loco alterum dicat latorem legis,& alterum Euangelii. Absit,nō hoc dicit, sed hoc significat:quoniā terribilis apparet,cū de cœlo loquitur. Idem ipse est qdem tā iste q̄ ille: sed terribilior tunc magis,q̄ illo tpe. Non.n.differentiā personæ significat,sed modum quo nobis nouā legem dedit,alterum esse dicit . Vnde hoc certum est : Si illi.n.inqt, non effugerunt recusantes eum,q in terra fuerat cōstitutus: *Multo magis nos, qui de cœlis loquentem nobis auertimus.* Quid ergo dicimus? Alius est iste, alius il- *Agge..2.b.* le? Quo ergo dixit ? *Cuius uox mouit terram tunc.* Si.n. uox eius mouit terram,q̄ tūc dederat legem : *Nunc autem promittit, dicens : Adhuc semel & ego mouebo non solū terram,sed etiam cœlum.* Certum est quōd idē ipse sit. *Quòd autem dicit, Adhuc semel,declarat mobilium translatione tanquā factorum* . Quid est qd his uerbis significatur ? Nimirum quoniā auferentur cuncta de medio,& in melius uniuersa mutabuntur . Hoc enim mihi in hoc loco significari uidetur. Quid ergo doles,inqt,cum pateris aliqd in hoc mundo , q non poterit permanere, qui post paululum transiturus est? Si in nouissimis sęculis hic mundus forsitan requiem habuisset,tunc tribulari potius oportebat eum,qui festinat ad finē. *Vt permaneant*, inqt, Morale. *ea quæ sunt immobilia.* Quę nanq; ista,uel qualia sunt immobilia? futura,uidelicet. Pro isto igitur fine cuncta facianus,ut illā uitā adipisci possimus,ut illis bonis ineffabilib. pfruamur. Ita,obsecro & supplico , istud satagamus . Nemo in ciuitate q̄ casura est sanę mentis ędificat. Dic autem mihi obsecro,si aliqs diceret , quoniā post annum ciuitas hæc tota lapsura est,aliā uero quanlibet permansurā esse firmaret:num rogo,ędificares in ciuitate ruitura? Proinde ēt hoc est qd ego nunc dico:Non ædificemus in hoc mundo: post paululū n casurus est, & cuncta pditum ibunt . Et qd dico qd mundus casurus est? nos autē ante ruinā eius peribimus,& tormen- E ta sæua patiemur . Nos deseremus nos ipsos . Quid ædificamus sup arenā mobilē ? qn potius ædificemus in petra. Quicquid.n.inciderit inuicta fabrica perseuerat,nihil eā cōmouet , nihil euertit:& merito. Inaccessibilis qppe orb.insidiis ille locus existit sicut ē cōtra iste cunctis patet . Hic nanq; & terræmotus obruunt,& incendia cōsumunt,& infestantia bella deuastant,& uiuos nos auferunt,antequā mundus iste cōcidat. Sæpenumero aūt & simul cū illo multi pereunt. Sed etiam stāte mundo morb.irruit,& aut celeriter hic excludit : aut pmanētes hic nō sinit uiuere cōgruenter. Nā qualis uoluptas, aut q̄ iucunditas, ubi morbi cōtinui,& calumniatores plurimi,frequētes isidię? Aut si horum nihil sit, qd impossibile est , aliquando ēt qd liberos nō habemus inæquanimiter ferimus , mœrorib. afficimur, nō habentes qb.nostras domos,& cętera cōtradamus:& magnis torq̄mur dolorib. si nostris laboribus exteri pfruātur. Aliquando ēt ad inimicos ue- F nit hæreditas,& nō solū mortuis nobis,uerumetiā aliquando uiuentib. Quid igitur hoc miserius potest esse,uel infelicius, q̄ inimicis suis quenquam laborare,& ut illi in delitiis degāt, pecunias congere re? Harum rerum exempla multa cernuntur in diuersis ciuitatib. accidisse: sed ne contristē forsitan, quib. talia prouenerūt,alioq noiatim aliquos protulissem,& plurimū de hac re possem protelare sermonē : pluresq; domos ostendere, in quib. inimici dominorū, facti sunt domini : nec hoc de domib⁹ inuenies tantū,sed ēt de seruis cōtigisse cognoscas. Sæpe qppe ad inimicos hereditas nostra tota transiata est . Talis.n.est humanarum rerum in hac peregrinatione cōditio: In cœlis autem nihil tale uerendum est,ne forte aliquo moriente inimicus adueniat,& hereditatis iura susc̄ipiat. Illic. n.neq; mors ulla erit,neq; inimicus ullus extabit, sed tabernacula sola iustorū. In sanctis autē illis exultatio erit,& gaudium,& iucūditas sempiterna. Vox,inqt,exultatio nis i tabernaculis iustorū. Aeterna nāq; sunt,nullū *Ps.117.b.* habētia terminū. Ista uero ędificia tpe cōsumūtur, & possidentes diuersis uicissitudinib. mutant . Illa uero tabernacula pmanēt in uigore ppetuo:& merito. Nihil sibi corruptibile,nihil prorsus temporale,sed cuncta immortalia, & inuiolata pfistunt . In hęc igitur ędificia studeamus nostras euacuare pecunias,nec fabris, nec structorib. nec opariis opus

habebim⁹. Manus nanq; pauperū tales domos ædi-
Per pauperes acquiritur regnum dei. ficant: claudi, cæci, uel debiles isti sunt, q domos il-
las ędificāt. & nō mireris. Siquidē p istos nobis &
regnum cœleste prouidetur, p istos ēt fiduciam ac-
cipimus apud deum. Eleemosyna qppe artifex ma-
gna cōsistit, & auxiliatrix eorum, q ipsam faciunt.
Amica nanq; dei cōsistit, & semp ei propinqua est:
pro quibuscunq; uoluerit, facile gratiæ munus im-
petrat, tantū si a nobis nō lædatur, si nullā patitur
iniuriā. Iniuriā autē patitur, cū ex rapinis eā uolu-
mus opari. Si uero fuerit munda, magnā pstat cōfi-
dentiam tribuentib. eā, interuenit ēt pro delinquē-
tibus. Tanta est eius uirtus, tantaq; potentia. Sed ēt
uincula pctorum ipsa dissoluit, fugat tenebras, ex-
tinguit ignem, mortificat uermem, expellit stridō-
rem dentium. Huic cum multa fiducia portæ cœli
aperiuntur, & ueluti regina intrante, nullus ianito-
rū, nullus custodum, q portis asistunt, audet dice-
re: q tu es, uel unde: sed oēs eā ē regione suscipiunt,
sic etiā misericordia, regina nanq; est, uere regina, si
H miles faciens hoies deo. Estote, inqt, misericordes,
Luc.æ.6.e sicut & pater uester cœlestis misericors est. Penna-
ta nanq; est & ualde leuis, habens alas aureas & uo-
Psa.67.c. latum, q angelos ipsos deceat. Scriptū est. n. Pennæ
tuę, sicut pennę colūbę deargētatæ, & collum eius
in fulgore auri: Sicut columba q̄dā nitens, & aurea
uenustate decorata, mites & affabiles oculos ha-
bens, p cuncta puolat: sic & misericordia nitet ma
gno decore festiua, nihil est illis oculis melius. Pul-
cher qdē est pauo, sed in illius comparatione defor
mis apparet. Ita. n. hęc aliis q̄dā pulchra est & mira-
bilis, ab ipso initio p tpa cuncta pdurans, & multa
diuina glia decoratur. Virgo est habēs alas aureas,
circunspecta p oia, uenustęq; succincta, uultum ha
bens candidum atq; mansuetū, pēnata est, & leuis,
& semp ante solium regale cōsistit. Quādo iudica-
mur, repete subuenit, & nos à supplicijs liberat im
nunentib. aliis suis nos cōtegens. Hāc amplius desi
derat deus, q̄ sacrificia numerosa, multa de illa loq-
Ps.145.d. tur, sic eā diligit. Scriptū est. n. Viduā & pupillum
I & pauperem suscipiet dominus. Ex eius uocabulo
Ib.102.b deus desiderat appellari, miserator & misericors,
de⁹ lōganimis, & multū misericors, & uerax. Miseri
cordia nanq; dei sup oēm terrā. Ista est q̄ salutē hu-
mano generi contulit. Si. n. non misereretur nostri
deus, irēt prorsus cuncta pditum. Ipsa nos qppe, cū
inimici essem⁹ recōciliatos reddidit: ipsa plura bo-
na pfecit, ipsa filio dei psuasit, ut fieret seruus, & exi
naniret semetipsum. Hāc igitur emulemur, p q̄ nos
cōstat esse salnos. Hāc diligamus, hāc pecuniis ppo
namus uniuersis, & sine pecuniis uel diuitiis habea
mus aiam misericordē. Nihil ita exprimit Christia-
Ibid.50.a nū, sicut misericordia: nihil sic & fideles infideles
simul admirātur, sicut quādo nos uidēt eleemosy-
nas impendere. In multis. n. & nos indigemus mise
ricordia. Nam & ad dominū clamamus: Secdm ma-
gnā misericordiā tuā miserere nostri. Nos ergo ini-
tium faciamus, quanquā nos nō facimus initium,
quādoqdē iā nos ipse anteceſit, & suā in nobis mi
sericordiā reddidit manifestā, saltem posteriores se
quamur. Si. n. hoies eius q misericors est etiamsi in-
numera pcta cōmiserit, miserentur: multo amplius
Psa.51.b. deus. Aduerte Prophetam dicentem: Ego aūt sicut
oliua fructifera in domo domini. Tales ergo effi-
ciamur, sicut oliua fructifera, ex oibus partib. mise-
ricordias germinemus. Nō. n. sufficit oliuā esse, sed K
opus est eā esse fructiferā. Sunt. n. misericordes, sed
modica p totū annū tribuentes, aut per singulas se
ptimanas, aut si quādo forte fortuna progrediun-
tur: Isti oliuę qdē sunt, sed nō fructificręs, qnetiā ari-
dę: & quādoqdem miserentur, oliuę sunt: quoniā
uerò nō largæ, neq; magnificę, nō sunt fructiferæ.
Nos efficiamur oliuæ fructiferæ. Sæpius iā dixi, &
nūc quoq; dico, quoniā nō mensura uel quantitate
datorū iudicatur misericordię magnitudo, sed ex
uoluntate largiētis, Scitis. n. illius uiduę factū. Cō
modū qppe est hoc proferre semp exemplū, ut neq; *Mat.12.d*
paup de ope suo desperet, respiciens ad uiduā duo
minuta cōferentē: neq; diues glorietur, cum de ma
gnis parua largitur. Obtulerunt qdā ēt setas, & pi-
los, & capillos, in tēpli cōstructionē, & spreti peni-
tus nō sunt, sed hi, si aurū habentes capillorū mu-
nera deportassent, maledicti protinus extitissent. Si
uero istud tantū habentes obtulerūt, acceptabiles
in suo munere facti sunt. Propterea & Cain culpa- L
tus est, nō qa abiecta obtulit, sed qa oium q̄ habe- *Gen.4.a*
bat, abiectiora obtulit deo. Maledict⁹, inqt scriptu
ra, q habet meliora, & sacrificat corrupta deo: non
absolute dixit, q sacrificat corrupta deo: sed qui ha
bet, inqt, & auaritia cōpellente reuocatur. Si igitur
qsquā nō habet oī culpa caret, liber est: magis aūt
mercedē facile cōquirit. Quid. n. duob. minutis ab
iectius, uel qd capillis uilius, uel qd iferius parua si-
milagine? Et tamē inuenies silr approbata, sicut ui
tulos & aurū qd diuites obtulerunt. Secdm qd q ha
bet, secdm hoc acceptabilis efficitur, nō secdm quod
nō habet. Quantū habet manus tua, inqt, benefa- *Eccl.9.a*
cito. Propterea, obsecro, ut euacuemus cū alacrita-
te substantias nostras in paupes: ēt si parua sunt q̄
habemus, mercedē similem cōseq̄mur illis, q plura
uidentur offerre. Magis aūt meritū cōparabimus, q̄
illi, q offerunt multitudinē talentorū. Si hæc igitur
faciamus, ineſtimabiles dei thesauros adipiscimur:
si tamen nō solū audiamus, uerumetiā faciamus: si
nō tantum laudemus, sed ēt ipsis operib. ostenda-
mus. Quę nos oēs cōtingat adipisci in xpo Iesu do M
mino nostro, cum quo patri glia, unā cum sancto
spiritu, nunc & semper, & in secula sclorum, Amen.

Homilia XXXIII.

Ropterea regnū inconcussibile suscipiētes, habeamus gratiā, per quā seruiamus, bene placentes deo cū reuerētia & religiōe. Etenim deus noster ignis consumens est. Quod alibi dixit, q̄ uidentur, tempora
lia sunt: q̄ uero non uidentur, æterna. Et inde sum- *Deu.4.d*
pſit exhortationis & cōsolationis argumentū pro *2.Co.4.d*
malis, q̄ in pſenti tpe toleramus. Sic etiam hic facit,
ac dicit: Firmi debemus existere, ut habeamus gra-
tiam: hoc est, gratias agamus deo. Non solum non
debemus molestę ferre pſentia mala multa, sed etiā
gratias illi pro futuris bonis agere. Per quā, inquit,
seruiamus bene placentes deo. Hoc est, sic qppe pla
centes deo seruimus, cum ei p oia gratiæ deferun- *Phili.2.b.*
tur. Oia facite, inqt, sine murmuratione, & sine hæ
sitatione. Quod. n. quis operatus fuerit murmurās,
amputat & perdit mercedem suam. Sicut etiā Israe-
litæ, quales pœnas dederunt pp murmurationem⁹
propterea, inqt, nō murmuretis. Non. n. placet deo *1.Cor.10*
quando cū murmuratione seruitur, & non ei pro *b.*
oibus gratiæ deferuntur, & pro tentationibus &
prosperitatibus. Nihil ergo improbum loquamur,

A nihil impudēs, sed submittam⁹ nos, ut uenerabiles
ac reuerētes eē posim⁹: hoc ē, cū reuerētia & metu
Cap.xiij. dei. *Charitas*, inquit, *fraterna permaneat in nobis; & hospitalitatis nolite obliuisci: per hāc. n. inscientes quidā angelos in hospitio receperunt.* Intuere quō eos pcepit prę
sentia custodire. Non. n. eis alia superimponit, Non
dixit efficiamini amatores fratrum, sed permaneat
charitas fraterna. Et iterum nō dixit, hospitales effi
ciamini, tanq̄ si non essent: sed, hospitalitatis nolite
Ξενίσαντες obliuisci. Ex tribulationib. n. poterat hoc fortasse
latuerūt hospitio accipiētes. i. insciētes acceperunt: Vt hic Chrysosto. ipse interpretatur. contingere. Per hāc. inqt, quidā inscientes, angelos
in hospitio receperunt. Attēdis quātus honor, quā
tum lucrum? Quid est latuerunt? Hoc est, nescientes,
in hospitio receperunt. Propterea & multa merces
est, qa nesciens eos angelos esse in hospitio recepit:
nā si cognouisset, nihil magni fuisset. Quidā dicūt
quoniā in hoc loco etiā Loth significat. *Mementote*,
inquit, *uinctorum tanquā simul uincti, & laborantiū tan
quā & ipsi in corpore cōstituti. Honorabile cōnubiū in om
nib. & thorus immaculatus. Scortatores. n. & adulteros iu
dicabit deus. Sint mores sine auaritia, cōtenti præsentibus.*
Contēplare quātus illi de pudicitia sermo profun-
ditur. Pacē, inqt, cum oibus sectamini & sanctifica
tionē, ne qs fornicator aut pollutus. & iterū: Scorta
tores autem & adulteros iudicabit deus. Oia cū in
crepatione pronūciat. Pacem, inqt, sectamini cum
oibus, & sanctificationem, sine qua nemo uidebit
deum. Scortatores autē & adulteros iudicabit de⁹.
Et primò cū posuisset honorabile cōnubium in oi
bus, & thorum imaculatum, ostendit, qd merito i-
ferat q̄ sequuntur. Si. n. cōnubium cōcessum est, iu-
ste scortator supplicijs afficitur, iuste puniuntur a-
dulteri. Hic aduersus hęreticos dimicat. Rursus nō
dixit, nemo sit scortator, Sed cū semel dixisset, tunc
intulit, ueluti cōe consilium, non uelut ad ipsos so
los sermonē dirigēs. Sint mores, inqt, sine auaritia.
Nō dixit, nolite possidere: sed, sint mores sine aua-
ritia. Ostendit philosophiā aiorum. Etenim suprà
Sup.10. dixerat: Et rapinā substātiarū uestrarū cū gaudio
8. suscepistis. Ista admonet, ne sint auari, cōtēti, inqt,
Ios.1.a. pśentibus. Deinde etiā hic consolatio. *Ipse quippe di
Ps.117.c.* xit, Non te deserā, neq; derelinquā, ita ut cōfidenter dica
mus. Dominus mihi adiutor est, nō timebo quid faciat mi
hi homo.* Iterū in tentationib. cōsolatio. *Mementote eo
rum qui præsunt uobis.* Hoc superi⁹ parturiebat, ppea
etiā dicebat: Pacem sectamini cum oibus. Hoc etiā
1.Thess. Thessalonicenses admonebat, ut in honore habe-
vlti. rent ampliori ppositos suos. Mementote, inqt, eorū
qui præsunt uobis. *Qui uobis locuti sunt uerbum dei:
quorum intuentes exitum conuersationis, imitemini fidem.*
Qualis est ista cōsequentia? Quamoptima. Intuen-
tes, inqt. eorum uita, imitemini fidem. Ex uita mun
da, fides. Aut fidem firmitatem dicit. Qūo? Quoniā
credunt de futuris: non. n. ostenderent uitam mun
dam, si hæsitarent de futuris, si dubitarent modo.
Proinde ēt hoc loco idem curat. *Iesus xps heri & ho
die, idē ipse & in secula. Doctrinis uarijs & peregrinis no
lite circūferri. Bonū. n. est gratia stabiliri cor, non escis, quæ
non profuerunt ambulantib. in eis.* Iesus xps heri & ho-
die, idem ipse & in seculum. Heri hoc loco oē pteri
tum significat tps, hodie pręsens, seculum uero fu-
turum sine termino: tanq̄ si diceret, audistis ponti-
ficem, sed non pontificem, qui desinat esse, semper
idem ipse est. Veluti si essent quidam, qui dicerent,
quoniam non est, sed alter uenturus est: ad hoc re-
spondet, quoniā qui fuit heri, ipse ēt hodie, & in se- D
culum. Nam hodieq; Iudæi dicunt alium esse uen-
turum, experteſq; semetipsos ab eo reddentes, q ue
rus est pontifex, incident in Antichristum. Doctri-
nis, inqt, uariis & nouis ne circunferamini. Non so-
lum nouis, sed etiam uariis. *Bonum nanq; est gratia cō
firmari cor, non escis, in quibus qui ambulauerūt nihil uti
litatis cæperunt.* Hic tacite eos significat, q escarū in-
troducunt obseruationes: fidei qppe uniuersa mū-
da sunt: fide ergo opus est, nō escis. *Habemus enim*, in
qt, *altare, ex quo potestatem non habent comedendi, qui ta
bernaculo seruiunt.* Non. n. qualia sunt apud Iudęos,
talia ēt nostra sunt, ita ut nec pontifici liceat istorū
participem fieri. Proinde quoniam dixerat: Nolite
hæc custodire, uideretúrque hoc pacto propria de
struere, iterum ipsum uerſat. Num. n. & nos, inquit,
illa nō custodimus? custodimus. n. & uehemētius,
neque ipsis sacerdotibus ex his quicquam dantes.
Animalium enim quorum sanguis infertur pro peccatis in *Num.19.*
sancta per pontificē, eorum corpora comburuntur extra ca- *a.b.*
*stra. Propterea ēt Iesus, ut populū proprio sanguine sanctifi
aret, extra portam*, inqt, *passus est.* Vides figurā magno
splendore fulgētem? Pro peccatis, inqt, & extra por E
tam passus est. *Egrediamur igitur ad eum, portantes im-
properium eius.* Hoc est, eadem ipsa ppetientes, & cō-
municantes ei in passionib. qui condemnatus, cru
cifixus est foris: neq; igitur nos confundamur fo-
ras exire. *Non. n. habemus hic manentem ciuitatem, sed* *Mic.2.c.*
*futurā inquirimus. Per eū offerimus sacrificiū laudis in
perpetuū deo: hoc est, fructū labiorū confitentium nomini
eius.* Confitentium, inquit, nomini eius. Nihil blas-
phemię nostra uox resonet, nihil iprobū, nihil pro
teruū, nihil audaciā sapiens, nihil arrogās: sed cum
reuerentia & religione cōuersatio nostra sit. Aia qp
pe in tribulationib. cum in desperationes incurrit,
etiā impudens efficitur: sed nos talia fugiamus. Ec-
ce iterum idem ipm dixit, qd superius plocutus est.
Non deserentes, inqt, cōgregationem nostrā. Sic. n. *Sup.10.e*
possumus, inqt, cum reuerentia cuncta pficere. Sæ-
pius. n. etiam homines reueriti, à multis abstinem⁹
prauis operib. *Beneficentiæ*, inquit, *& communicationis
nolite oblimisci.* Non pśentib. fratribus tantū ista di Morale.
co, uerūetiam absentib. Si autem alij uestras rapue
re substātias, tamen ex his q̄ habetis, hospitalitatis
opus ostendite. Qualem itaq; hic nos excusationē F
habebimus, cum audiamus talia dici his, quos ra-
pinā substātiarum suarum sustinuisse cōstabat? Et
non dixit hospitalitatis, sed amoris ad hospitalita-
tem: tanq̄ si diceret: Nolite simplr hospites suscipe-
re, sed simul amando hospites hoc facite. Et nō di-
xit futurā & repositā retributionem, ne eos iterum
supiniores efficeret: sed iam retributā. Per hāc. n. in
quit, inscientes qdam, in hospitio receperunt ange
los. Honorabile cōnubium & thorus imaculatus.
Sed uideamus nūc, qualr honorabiles esse nuptias
in oibus dicat, & thorum immaculatū. Quoniā, ui
delicet, in sanctitate pudicitiæ facit conseruare fi-
delem. Hic etiā Iudæos pulsat, qui pollutum puta-
bant coniugalem cubitum, & dicebant immundū
esse, quicunq; ab eo ueniret. Non est pollutum qd
ex natura est, ō igratissime & insensatissime Iudæe,
sed qd ex uoluntate descendit. Nam si honorabiles
sunt nuptiæ, mūdę etiā sunt. Cur itaq; ex eis pollu-
tionem fieri existimas? Sint, inqt, mores sine auari-
tia. Quoniā plurimi post inanitionem substātiarū

G suarum postea cupiunt sub ptextu eleemosynæ iterum q̄ amiserunt cōgregare, ppea, inqt, sint mores sine auaritia: hoc est, ut illud expectem⁹ qd usui opus fuerit, & pro necessarijs tātum curam geramus. Quid ergo, dicet aliqs, si ne illa qdē adipiscamur? Non est hoc, crede mihi, nō hoc est. Ipse qppe dixit, & prorsus nulla ratione mentitur, quoniā nō te derelinquā. Proinde cum cōfidentia nos dicere possu-
Ios.1.a. *Ps.117.a.* mus. Dominus mihi adiutor est, nō timebo qd faciat mihi homo. Promissum habes, nō debes hęsitare, ipse promisit, ne ambigas. Qd aūt dicit: Nō te derelinquā. Non de pecunijs tātum dicit, sed ēt de alijs cūctis. Dominus, inqt, mihi adiutor est, non timebo qd faciat mihi homo. Et recte: hoc igitur ēt nos in uniuersis tentationib. exclamemus, & deum habentes propitium, humana oīa rideamus. Sicut enim si deus fuerit inimicus, etiāsi uniuersi mortales amici fuerint, nihil proderunt: sic etiā deo nos diligēte, nulla nobis erit necessitas, nulla lęsio, etiā
Ibid. si oēs nos hostiliter insequātur. Non timebo, inqt, qd faciat mihi homo. Recordamini, inqt, ppositorum uestrorum, q uobis locuti sunt uerbum dei. In
H hoc loco etiā de subsidio eū existimo dicere: hoc enim est qd dicit: Qui uobis locuti sunt uerbū dei. Quorum contemplantes exitū conuersationis, imitamini fidem. Quid est, contemplantes? Sępius aīo uersantes, & apud uosmetipsos examinātes, considerantes, subtilr discutientes, inqt, Exitum conuersationis. Hoc est, perseuerantiā usq; in finē: quoniā finem bonum habuit eorum conuersationis. Iesus xps, inqt, heri & hodie idem ipse est & in sęculum. Nolite putare quòd tunc qdem tanta miracula egerit, nūc aūt non faciat. Idem ipse est. Recordamini, inqt, ppositorum uestrorum. Doctrinis, inqt, uarijs & nouis ne circūferamini. Nouas, inqt, doctrinas: hoc est, pter eas quas audistis à nobis: uarijs, hoc est, multiformes & multimodas. Nihil. n. firmum posident, sed sunt differentiarum uarietate multiplices, & maxime dogma de escis pplexū & nodosum est. Bonum est, inqt, gratia confortari cor, non escis. Istæ sunt uariæ, istæ sunt nouæ, maxime xp̄o
Mat.15.b dicēte: Nō qd intrat in os, coinqnat hoiem, sed qd
I egreditur. Et intuere illū non audentē hoc manifeste dicere, sed tanq̄ sub aliqua significatione. Bonū est. n. inquit, gratia confortari cor, non escis. Totū enim in fide constat, si ipsa firmetur, cor quoq; munitum erit: fides ergo cuncta confirmat, cogitationes autem uariæ commouent. Cōtraria quippe est fides cogitationib. uagantibus, in quibus, qui ambulauerunt, inqt, nihil utile cœperunt: quod. n. lucrum est rogo, ex obseruationib⁹? Nonne perdunt magis? nonne hmōi hoiem sub peccato cōstituūt? In quib. inquit, q ambulauerunt, nihil habuerunt utilitatis. Hoc est, qui semp ista custodierunt. Vna nanq; est obseruantia, abstinere, uidelicet, à peccato. Quid. n. prodest abstinere à cibis, dum quidam intātum sint uecordes, ut etiā de sacrificijs participari nō ualeāt? Proinde nihil eos saluauit, licet studium gesserint circa hmōi obseruationes. Verū qa fidem non habuerunt, nihil illis profuit escarum illa custodia. Deinde aufert à figuris sacrificiū, & ad principalem formā sermonem suum redigit, dicēs: Quorum n. animalium sanguis infertur in sancta p pontificē horum corpora comburūtur extra castra. Illa itaq; typus erant iustorum, & sic cūcta xps impleuit foris sustinēs passionem. In hoc etiā illud K
significat, quod & sponte pati dignatus est: ostendens, quoniā nō illa erant simpliciter instituta, sed qd & ipsa œconomia fuerit externę passionis: Foris qdem passus est, sed ad cœlū sanguis sublatus est. Intueris igitur quoniā sanguinē participamur, non q̄ infertur i sancta, sed sancta ueracia? Nos igitur ueritatē participamur. Si ergo non imperium, sed potiꝰ sanctificationē participamur, improperiū illud sanctificationis est causa. Sicut. n. ipse improperiū sustinuit, sic etiā nos. Proinde si egredimur, participamur cū eo. Quid aūt est, quod dicit egrediamur ad illū? Videlicet cōmunicemꝰ cū eo passiones, portemus eius improperia. Nō. n. simpliciter extra portā conuersari nos iussit: sed sicut ille improperia sustinebat, sicuti cōdemnatus est, sic ēt nos. Et p eū, inqt, sacrificiū offerimus deo. Quale sacrificiū dicit? Fructū, inqt, labiorū confitentium nomini eiꝰ. Illi offerebāt pecudes, uitulos, & dabant pontifici: nos aūt nihil horū offerimꝰ, sed solā gratiarū actionem, hanc labia nostra germinēt. Talib. inqt, sacrificijs placatur deus. Demus illi talem hostiā, ut etiā L
ipse eā offerat patri, aliter aūt non offertur nisi per filium. Magis autem etiam per mentem contritam. Omnia hęc pp infirmos. Nā qd filij sit gratia, manifestum est, alioq; quō honor ille æqualis esset. Vt o- *Ioan.5.d.*
mnes, inqt, honorificent filium, sicut honorificant patrem. Vbi est honor æqualis? Fructū, inqt, labiorum confitentium nomini eius. Oia toleremus cū gratiarum actione, siue pauptas sit, siue ægritudo, siue quicqd aliud nobis euenit: ipse solus cognoscit, qd nobis profit. Quid. n. oremus, inqt, si sicut *Rom.8.c.*
oportet, nescimus? Qui ergo neque orare nouimus qd oportet, nisi ex spiritu dei acceperimus satagamus pro oibus gratias referre, & fortiter oia tolerare. In paupertate sumus? gratias agamus: in ægritudine? gratias agamus: calumnias sustisiem⁹? gratias agamus: aliqd malum patimur? gratias agam⁹: hoc enim nos facit proximos esse deo, tum ēt deum habemus debitorē: quādo uero bona peipimus nos debitores existim⁹. Et sæpius nobis ad iudiciū ista contingunt, illa uero ad peccati purgationē proueniunt. Illa miserationem & misericordiā nobis acq M
runt, hęc autem etiam in superbiam nos erigunt: hęc etiā ad negligentiam nos adducunt, & faciunt unumquenq; magna de semetipso imaginari, hæc molliores efficiūt. Propterea ēt Propheta dicebat: Bonum mihi domine quoniā humiliasti me, ut di- *Ps.118.i*
scā iustificatiōes tuas. Quādo prosperitatē accepit, *4. Re.20*
& de aduersitatib. liberatus est Ezechias, i altū cor *a.*
eius erectū est: quādo uero in egritudinem ac morbū decideret, tunc humiliatus est, tūc proximus factus est deo. Quādo, inqt, interimebat eos tunc in *Psal.77.b*
quirebant eū, & conuertebātur, & diluculo uigilabāt ad eū. Et iterum: Quādo impinguatus est & saginat⁹ recalcitrauit q dilectus erat, Cognoscitur. n. *Deut.32.*
dominus faciēs iudicia. Magnum qppe bonum est *b.*
tribulatio. Arcta, inquit, & angusta est uia, q̄ ducit *Psal.9.c.*
ad uitā. Ergo tribulatio nos compellit in angustā *Mat.7.b.*
uiam: q uero non tribulatur, illā uiam intrare non poterit: qui. n. in angusta uia semetipsum coarctat, ipse est q etiā requie perfruitur. Qui uero dilatat semetipsum, & neq; illā uiam ingreditur⁹, & ipse potius tribulatur, dum per plura discerpitur. Intueris igitur qualiter Paulus in angustias huiꝰ uitę ingre- *1. Co.9.d*
ditur?

A ditur? Affligit corpus suum, ut per illud iter incedere queat: ppea in oibus afflictionib. gratias deo referens perseuerauit. Damnum pecuniarū passus es? Hoc tibi plurimum latitudinis apportauit. Ex honoris culmine cecidisti? facta est tibi alia latitudo. Calūnias passus es, & credita sūt q̄ tibi siūt importuna mēdacia, in qbus te cōscientia nō remordet, gaude atq; gloriare. Beati, inqt, estis cū uobis male dixerint hoies, & locuti fuerint oē malū aduersus
Mat.5.a. uos, mentiētes pp me: Gaudete & exultate quoniā merces uestra multa est in cœlis. Quid miraris, si cū mœrore conficeris? Desideras à tentationib. cō quiescere? Paulus etiā uoluit aliquā habere remissionem, & sæpius deū depcatus est, & non impetra
2. Cor.12 uit: quod. n. dixit: Ter dominū rogaui, sępi², significat. Et dixit mihi, inqt, Sufficit tibi gratia mea, quo
b. niā uirtus mea in infirmitate pficitur. Infirmitatē
Ibid.c hic dicit tribulationes. Et qd Paulus? Hęc audiens, cū gratiarum actione suscepit, dicēs: Propterea glorior in ifirmitatib. meis: hoc est, cōplaceo, reqesco in tribulatiouib. meis. Et nos igitur pro oibus gra
B tias agamus siue pro remissiōe, siue pro tribulatio
Iob.1.d ne. nō murmuremus, neq; igrati existamus. Nudus, inqt, exiui de utero matris meæ, nud⁹ etiā reuertar. Non uenisti cū gloria, non ergo gloriā adipisci desideres. Nudus, inquā, non pecuniis tātum, sed etiā gloria, & bona opinione in hāc itroductus es uitā. Intellige quāta sępi⁹ p pecunias mala contingant.
Mat.19.c Facilius est, inqt, camelū p foramen acus transire, q̄ diuitem intrare in regnum cœlorum. Contemplaris quantorum bonorum impedimentum diuitiæ nobis ingerāt, & tu dines effici cupis? Num gaudes qa impedimentū tibi tā graue sublatum est? Sic. n. arcta est uia, q̄ ducit ad regnum, & sic latæ sunt ac spatiosæ diuitiæ, & tumorib. ac molibus oneratæ,
Ibid. & inflationib⁹ plenæ sunt: ppea inquit, Vende oīa tua, ut te arcta uia posit suscipere. Quid cupis pecunias? Propterea. n. abstulit eas tibi de⁹, ut te liberet à pessima seruitute. Nā & pater optimus & integer, cū filium uiderit amore meretricis alicui⁹ deperire, si admonitiones eius audire neglexerit, illā meretricem de medio auferens, in exilia longinqua de
C trudit. Talis est etiā abundantia pecuniarū. Curā igitur de nobis gerēs uerus pater & optimus dominus, uolens nos ab hac lęsione liberare, aufert nobis pecunias, quarum amore mens nostra corrūpitur. Non igitur arbitremur malum esse pauperiem. Peccatū. n. solum est malū, neq; diuitiæ bonæ sunt p sęipsas, sed deo placere summum bonum est. Paupertatē igitur appetamus, hāc protin⁹ insequamur. Ita promerebimur cœlū, sic etiā aliorū bonorū impetratione iudicabimur digni. Quę oēs nos cōtingat adipisci, in xp̄o Iesu domino nostro, cū quo patri, unà cum sancto spiritu gloria, imperiū, honor nunc & semper, & in sęcula sęculorum, Amen.

Homilia xxxiiij. ex cap. ulti.

Baudite illis qui uobis præpositi sunt, & obsecundate. Ipsi. n. uigilant pro animab. uestris tanquā
o *ratione reddituri, ut hoc cū gaudio faciant, & nō congemiscentes. Non. n. expedit uobis istud.* Malum quidem est, ubi nullus est principatus, & multarū cladiū hęc res existit occasio, & confusionis est, turbationumq; principium. Sicut. n. si ex choro ipm coryphęum auferas, nequaq̄ modulatus chorus, uel ordinatus existit: & phalanx militum si ducē non habeat, nullo mō numero acies illa, uel ordine pro- D
cedit: & nauis si gubernatore priuetur, pessum eat necesse est: & gregi si pastorē abstuleris, cūctus dispergetur & pibit. Malū igitur ē ubi nullus est principatus, subuersionis qppe hoc argumētū. Malū autem est non minus & inobediētia eorū, q reguntur à principe: idem malum qppe cōtingit. Populus. n. si non obsequitur principi, similis est populo principem nō habenti, imo etiam deterior. Illi quidem saltem ueniā habent, eius quod indispōsite atq; inordinate uersantur: siquidem ordinatore priuati sunt: hi aūt ueniā non merentur, quinetiā puniuntur. Sed fortasse aliqs dicat, qa est tertiū quoq; malum, quādo ipse princeps malus extiterit: hoc noui etiā ego, & non paruum malum est ustud, imò etiā peius est, q̄ sine principe conuersari. Meli⁹ qppe est a nullo, q̄ a pessimo regi. Ille quidem saluatus est sę penumero, plerūq; etiam in periculum decidit: iste autem oibus modis pericula subiturus est, dum ad foueas & ruinas impellitur. Quō ergo dicit Paul⁹: Obedite ppositis uestris, & obsecundate? Postq̄ superius dixerat: Quorum contemplantes exitum cō E
uersationis, imitamini fidem: tunc intulit: Obedite *Heb.13.b*
illis q uobis ppositi sunt, & obsecundate. Quid ergo, dicit aliqs, dum præpositus malignus extiterit, num obaudiemus? Quō malum dicis? Siquidē est in cā fidei, fuge illum & euita, non solum si homo fuerit, sed etiā si angelus de cœlo descenderit. Si uero in uitæ morib. malignum dicis, noli curiosus esse: & hęc non ex meipso dico, sed ex scriptura diuina: audi. n. xp̄m dicentem: Super cathedrā Mosi sederunt scribæ & pharisæi. Et primo cum cōmemo *Mat. 25.*
rasset de his multa mala, tunc dixit: Sederunt sup *a.*
cathedram Mosi. Omnia, inqt, q̄ dixerint uobis, facite: q̄ autem fecerint, facere nolite. Habent, inquit, dignitatem, licet uitæ sint perditæ: ueruntamen nō ad uitam eorum, sed ad sermones intendite. Quantum. n. ad mores attinet, nullus poterit lędi. Qua ratione hoc? Quia q̄ facit, manifesta sunt oibus, & neque ipse, etiā si ad cacumen iniquitatis perueniat, poterit alios mala docere. Cum autem fidei causa uertitur, neq; manifestū est oibus quod dicitur, ne F
que malignus dubitauit docere cōtraria: nā quod *Mat.7.a.*
dictum est: Nolite iudicare, ne iudicemini, de uita dictum est, non de fide. Quod. n. infertur hoc manifestat. Quid. n. uides, inquit, stipulā in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non uides? Omnia ergo q̄ uobis dixerint, inqt, ut faciatis, facite: facere autem operis est, non fidei. Secūdum autem opera eorū nolite facere. Intueris quoniā non de dogmatib. sed de uita & operib. sermo est? Sed Paulus primū instituit eos, & tūc dixit: Obedite iis qui uobis ppositi sūt, & obsecūdate: ipsi. n. uigilāt pro uobis reddituri rationem. Audiāt & principes, non soli illi q reguntur à principibus: quoniā sicut obedientes oportet esse q reguntur: sic etiā rectores & principes uigilantes esse decet & sobrios. Et quid dicis? Quia uigilat tātum? Periculū ēt sup ei⁹ caput immi
net, subiectus est ultionib. pctorum tuorū, & pp te
tāto timori obnoxius est, & tu negligētię te tradis, & nugis occuparis, & artificiū tuum mechanicum saluti stulta mēte pponis. Propterea hoc, inquit, dico, Vt cū gaudio faciāt, & nō cōgemiscentes: nō. n. expedit uobis. Intueris quoniā cū cōtemnitur princeps, nō oportet ultiones igerere, sed tota ultio est

G plorare,ingemiſcere.Nã & medicus quãdo ab ęgro
to contemnitur,nõ ſe ulciſcitur,ſed plorat & inge-
miſcit.Sed dicis,qa ſi ille ingemiſcit,ulciſcitur in te
deus.Si.n.pro noſtris peccatis gemẽtes,adducimus
ad nos propitiationẽ dei': pro aliorũ ſuperbia, uel
contemptu cũ ingemiſcimus, nonne amplius hoc
facimus? Vides ergo quoniã nõ permittit eũ ad cõ
uitia deduci? Vides quanta philoſophia iſtud eſt?
Ingemiſcere ergo oportet eum q contẽnitur, & cõ-
culcatur,& ceditur.Ne ppea ſecurus ſis, qd te is qui
contemnitur,nõ ulciſcitur.Gemitus.n.illius omni
eritultione deterior. Quando.n.ipſe nihil proficit,
ingemiſcẽs inuocat dominũ. Et ſicuti cũ doctor
aut nutricius cõtẽnitur, uocatur q ſeueri⁹ aggredi
tur puerũ:ſic ẽt hic:papæ,quantũ periculũ. Quid
dicemus infelicibus illis & miſeris, q ſemetipſos ad
alios regẽdos p̃cipitant, & ſe in tantorũ ſupplicio-
rũ abyſſum iactãt? Oium quos regis,mulierũ, pue
rorũ atq; uirorũ tu rationẽ redditurus es tãto igni
tuum ſubiicis caput. Miror ſi poteſt ſaluari aliqs re
H ctorum.Poſt tantã.n.cõminationẽ quã negligetię
uidemus illatã, uideo aliquos etiã concurrere, &
præcipitare ſemetipſos tantę moli, ac tantę diffi
cultati regiminis. Si.n.qui neceſsitate cõpellũtur,
nullũ poterũt habere refugiũ, neq; ullã excuſatio
nem reperient,quãdo res male tractauerint, & quã
do negligenter adminiſtrationẽ geſſerint ſuam:nã
& Aaron neceſsitate cõpulſus eſt, & tamẽ in pericu
lum uenit:ſed & Moſes pericula ſæpius ſuſtinuit, q
regimen illud ſæpe recuſauerat,& Saul cui alius cõ
miſſus eſt principatus, poſtquã recuſauit,in pericu
la incidit, qa male ſui regiminis adminiſtrauit offi
tiũ: quãto ergo amplius q cũ ſtudio & ambitione
petũt principatus,& ſemetipſos p̃cipitãt,ſeueri⁹ pu
niũtur?Hmõi.n.homo multo amplius ſibi locum
ueniæ claudit. Oportet ergo timere ac tremere, &
pp cõſcientiã,& pp molem ac magnitudinẽ curæ.
Et neq; dum quis ad principatũ trahitur ſemel re-
cuſare:neq; dum non trahitur quiſpiam,& ſemetip
ſum præcipitare: ſed cõſiderantes tantę dignitatis
I amplitudinẽ, oportet effugere: comprehẽſos autẽ
obſequiũ & reuerẽtiã oportet oſtẽdere.Nihil imo-
derate faciendũ eſt, ſed antequã fiat,ſi p̃ſenſeris fu-
ge ac ſecede,perſuaſus tibiipſi, quòd ad illã rem ſu
mendã indignus exiſtas, comprehẽſus autẽ ſilr re-
uerentiam exhibeas. Vbique modeſtiam & inge-
nuitatẽ debes oſtendere. *Orate,inquit, ẽt pro nobis.
Confidimus.n. quoniam bonam conſcientiã habemus, in
omnibus bene uolentes conuerſari.* Vides quoniam hæc
purgatiõis uice dixit, ueluti ad cõtriſtatos ſcribẽs,
& ad eos q auertebãtur,& q circa eũ, ueluti circa p̃
uaricatorẽ afficiebantur,non ferentes neq; nomen
eius audire. Quoniã igitur ab odientib. ſe talia po
ſtulabat, qualia reliq oẽs ſolent petere à diligenti-
bus,hui⁹ gratia iſtud hoc loco ponit,dicẽs: Confi-
dimus qã bonam conſciẽtiã habemus.Veluti ſi di
ceret,nolo mihi accuſationes aliq̃s proferatis. Con
ſciẽtia,inqt,noſtra nos in nullo condẽnat, neq; no
bis aliquid conſcii ſumus,quod uobis inſidias fe-
cerimus. Confidimus,inqt,quoniã bonã conſcien
tiam habemus in oibus. Non in Gentibus tantum
ſed etiam in uobis,Nihil negotiationis gratia feci-
mus,nihil cũ fictione protulimus:fortaſsis.n.in ta
Act.21.d libus accuſabatur. Audierunt.n.inquit,de te qd di
ſceſsionẽ doceas à lege.Nõ ſicut inimicus, inquit,
neq; ſicut hoſtis, ſed ſicut amic⁹ hęc ſcribo:hoc ẽt K
ex his quæ ſequũtur oſtenditur. *Abundantius autem,*
inquit,*peto hoc fieri,ut citius uobis reddar.* Hoc uehemẽ
ter amantis eſt, ſic orare,non ſimplr, ſed cum tota
intentione & oi prorſus ſtudio. Vt cito, inquit, ad
uos ueniã. Hoc animi eſt, nihil ſibi conſcij. ſatagere
ut ad eos uelociter ueniret,& exhortari illos, ut o-
rẽt pro ſe, ut hoc ei cõcederetur:primũ ab eis po-
ſtulãs oratiõis anxiliũ, tũc ẽt ipſe eis oia bona pre
catur. *Deus,*inquit,*pacis.* Nolite igitur diſsidere à no
bis ſi uultis deũ pacis habere propitium. *Qui edu-
xit,*inquit,*de terra paſtorem magnum ouium.* Hoc de re
ſurrectione dictũ eſt. Magnũ, inquit, Aliud addi-
tamentum. Hinc uſq; ad finem orationis rationem
eis de reſurrectione confirmat. *In ſanguine,*inquit,*te
ſtamenti æterni dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ, ut nos per-
fectos redderet in omni ope bono, ad faciendã uoluntatem
eius,efficiens, ut qd agitur ſit beneplacitũ in cõſpectu ſuo.*
Iterum teſtificatur eis magna. Ad illos.n. pertinet
qui iam ſumpſere principiũ,& quorũ ad perfectio-
nem oĩs curſus intendit qd dicit, ut perfectos red-
deret. Et iterũ orat pro eis,quod pertinet ad aman L
tem: & in alijs quidẽ epiſtolis in exordijs orat, hic
autem in fine. Faciens,inquit, ut quod agitis bene-
placitũ ſit in conſpectu ſuo. *Per Ieſum Chriſtum,cui
gloria in ſecula,*Amen *Obſecro aũt uos fratres,ut ſuſtinea
tis uerbum conſolationis. Etenim perpaucis ſcripſi uobis.*
Vides qa qd nullis ſcripſit,iſtis ſcribit. Etenim, in-
qt,uobis nõ ſum moleſtus lõgo ſermone. Arbitror
aũt eos,non admodum infenſos fuiſſe Timotheo,
unde & illum commendauit. *Cognoſcite,* inqt, *fra-
trem noſtrũ Timotheũ dimiſſum,cum quo(ſi celeriter uene
rit)uidebo uos.* Dimiſſum autẽ dixit,Vnde? Arbitror
Act.17.d enim qd in cuſtodiam fuerit miſſus,aut ſi hoc non
eſt,dmiſſum dicit ab Athenis.Nã & in apoſtolorũ
actibus ſic habetur. *Salutate,*inquit,*oẽs qui uobis præ
poſiti ſunt, & oẽs ſanctos: ſalutant uos qui ſunt ex Italia.
Gratia cum omnibus uobis,Amen.* Vides qualiter oſten
dit uirtutẽ: neq; ex deo dici totũ, neq; ex nobis eã
perfici tantum? Primũ dicendo,ut abſoluat uos in
oi opere bono, hoc ſignificat:Habetis quidẽ uirtu
tem,indigetis autẽ complemento. Quid autem eſt M
quod dicit:In oi opere bono,& ſermone bono? Vt
uitam.ſ.rectam haberent & dogmata. Secundum
uoluntatem eius,inqt,faciens,ut quod agitis ſit be
neplacitũ in conſpectu ſuo, Hæc qppe maxima uir
tus eſt facere qd beneplacitũ eſt in conſpectu dei,
ſcdm quod etiam Propheta loqtur dicẽs: Et ſcdm Pſal.17.c
munditiam, inquit, manuum mearum in conſpe-
ctu oculorũ eius. Tanta tamẽ cũ ſcriberet Apoſto
lus,parua illa eſſe dixit,in cõparatione.ſ.eorũ, quę
dicturus erat, ſcdm qd & alibi dixit: Sicut ſcripſi
uobis in modico,ſecundum quod poteſtis legẽtes Ephe.5.c
intelligere prudẽtiã meã in myſterio Chriſti. Et ui
de ſapientiã eius. Nõ dicit, obſecro uos ut ſuſtinea
tis uerbũ admonitionis:ſed, ſuſtinete uerbũ cõſo-
lationis,hoc eſt uerbũ ſolatij uerbũ hortatiõis. Nõ
poteſt quiſquã,inqt,ob longitudinẽ ſermonis defa
tigari. Hoc qppe erat qd eos auerſari faciebat. Non
uult hoc oſtẽdere,ſed latẽter hoc dicit: tãquã ſi di
ceret,etſi puſillanimes eſtis:taliũ.n. nõ ferre ſermo
nis lõgitudinẽ. Cognoſcite,inqt,fratrẽ. Timotheũ
dimiſſum eſſe,cũ quo(ſi celeriter uenerit) uidebo
uos. Hoc.n idoneũ erat,ut eos manſuetiores effice-
ret,quod ſe paratum dixit ad eos uenire, ut eo cũ

A ſuo diſcipulo uideret. Salutate, inquit,eos q uobis
præſunt,& oẽs ſanctos. Vides qũo eos honorabi-
liter tracta t? Siquidẽ ad illos pro illis ſcribebat. Sa
lutant,uos oẽs qui ex Italia ſunt. Gratia,inquit, cũ
oĩbus uobis,Amẽ. Gratiã eis optat quod eſt oium
cõmune. Qualiter aũt ſit gratia nobiſcum? Si non
fuerimus cõtumelioſi in beneficentiã, ſi negligen-
tes nõ exiſtamus circa munera dei. Quid ẽ gratia?
Remiſsio uidelicet,& purgatio peccatorũ: hęc no-
biſcũ eſt ſi bene egerimus.Nã qs cõtumelioſus põt
iſtã ſeruare gratiã,& nõ ſtatim euacuatus efficitur?
Verbi gratia:Donauit tibi oĩa peccata qũo tecum
gratia pmanebit,ſiue ſpiritus ſancti opatio, niſi eã
p bona opa ad temetipſum attraxeris? Hęc qppe ẽ
cauſa oium bonorũ, ſi in nobis ſpiritalis gratia p
ſeuerat:hęc qppe nos ad oĩa bona recto itinere de
ducit,ſicut ẽt quãdo ab ea excidimus,pimus,& de
ſerti efficimur oĩ bono. Non itaq; eã repellam⁹: Morale.
in nobis qppe eſt, ut uel pmaneat in nobis, uel di-
ſcedat à nobis:illud.n.fit,quãdo cœleſtia medita-
mur:hoc autẽ,quãdo ad ſcꝛaria declinamus. Quẽ Ioã.14.b
mundus,inqt,nõ põt capere, quoniã nõ uidet eũ,
B neq; cognoſcit eũ. Cõtẽplaris igitur quoniã nõ eſt
ſcꝛaris aiæ habere ſpiritũ ſanctũ. Multo nobis itaq;
opus ẽ ſtudio,ut eũ apud noſmetipſos retinere poſ
ſimus,& munitos nos reddere,atq; in pace colloca
re. Sicut.n.nauis, q̃ proſpero flatu fertur in pelago,
non poteſt impediri,neq; demergi, uſquequo pro-
ſpero uento ac perſeuerãte fruitur:ſed ẽt poſt naui
gationem gl̃ia eis magna cõtingit, ſiue nautis, ſiue
ijs qui nauẽ aſcenderant: illis qdẽ requiẽ tribuẽs,
qd labore remigationis nõ fuerint fatigati: illis au
tẽ qd eos maris moleſtia liberauit, & nauigatiõe il
lam hilarẽ fecit,& uelut ſpectaculum illis iucundũ
ipſam proſperitatẽ curſus attribuit: ſic ẽt anima à
diuino adiuta ſpiritu, omnib. reb. ſuperior exi-
ſtit,& oĩbus fluctuationibus uitę huius eminet,&
uiã in cœlũ ducentẽ uehemẽtius, quã illa nauis in
cedit:utpote q̃ nõ uẽto impellitur,ſed ab ipſo para
cleto fertur,mũda uela poſsidens, & plena proſpe
ris flatibus, omnẽ remiſsionẽ & diſſolutionẽ à ſua
mente diſcutiens. Sicut.n.in uelũ laxũ uẽtus inci- C
dẽs nihil opatur:ſic ẽt ſpiritus ſanctus in aĩa remiſ
ſa & ſegni pmanere nõ ſuſtinet. Sed opus eſt nobis
oĩ intentione,omniq; uehementia, ut mens noſtra
ardens in nobis exiſtat, & oĩa in nobis opera intẽ-
ta ſint & fortia. Verbi gratia: Quãdo oram⁹, cũ mul
ta intentiõe hoc oportet efficere, intẽdendo aĩum
noſtrũ ad cœlũ,nõ funib.ſed deſiderio ualido. Itẽ
quãdo miſericordiã facimus, intentione opus eſt,
ne forte cura domus,& prouidẽtia filiorũ atq; uxo
ris affect⁹, uel timor egeſtatis ſubintrãs, remiſsiora
uel a nobis efficiat. Si.n. ſpe futurorũ intẽdamus
ipſa ubiq;, bene ſuſcipiunt operationẽ ſpiritus ſan-
cti: ex illis aũt cogitationibus & miſerijs impediẽ-
tib. nihil in eã incidet. At ſi forte incidat,ipſam qui
dem nihil lęſit,repcutitur autẽ ille flatus citius ge-
mitib. animę,& excidet excuſſus. Propterea igitur D
multa nobis opus eſt intentione:etenim iã nos in
mari magno & ſpatioſo nauigamus,multis qdẽ be
ſtiis pleno & ſcopulis. Hoc mare multas nobis etiã
tẽpeſtates ingerit, & obducto cœlo nubib. maio-
res excitat flat⁹. Oportet igitur, ſi uolum⁹ ſine mo
leſtia & ſine periculo nauigare,uel noſtrę nauis eri
gere,hoc eſt,noſtrę uolũtatis:ſufficit.n.hoc nobis.
Nã & Abrahaã, quoniã deſideriũ ſuũ intentũ ha-
buit ad deũ,& uoluptatẽ ſuã integrã & pfectã ob-
tulit,deo,nulla alia re op⁹ habuit,ſed credidit deo,
& reputatũ ẽ illi ad iuſtitiã. Fides aũt integrę & ger
manę uoluntatis eſt. Obtulit filiũ ſuũ,licet illũ nõ Rom.4.c
occiderit,occidẽtis tamẽ mercedẽ recepit: & re nõ
facta,merces ei reddita ẽ integra & pfecta: Sint igi-
tur nobis munda uela, nõ ſint ueteranoſa:oẽ nãq;
qd ueteraſcit,& inſeniũ cadit,iteritui proximũ eſt.
Nõ ſint cõtrita & dirupta, ut ſpiritales ſtatus nõ te
neãt. Aialis.n. homo,dixit Apoſtolus, nõ pcipit ea Supr.8.d
q̃ ſunt ſpiritus. Sicut.n.aranearum ſtamina flatum 1.Co.2.d
uenti nõ ſuſcipiũt:ſic neq; aĩa ſecularis, neq; homo
animalis gratiã poterit ſpiritus ſancti ſuſcipere. Ni
hil enim differunt ab illis ſtaminib. cogitationes E
noſtræ,ſolo,uiſu habentes conſequentiã,totius au
tẽ uirtutis uacuæ pmanent: ſed noſtra non debẽt
eſſe talia, ſi quidẽ ſobrij ſumus. Quicqd inciderit,
oĩa tolerat Chriſtianus, & omnibus eſt ſuperior,
omni plaga fortior. Sit.n.quiſq; ſpiritalis uir,& oc-
currant ei mille mala,nullo modo uincitur. Et qd
dico? Incidat illi pauperies,ægritudo, iniuriæ, de-
tractiones,uitupatione, plagę, oẽ genus ſupplicij,
omne genus ludibrij,& improperiorũ & iniuriarũ
ſed ueluti ſi extra mundũ fuerit conſtitutus, & ue-
luti ſi à paſsionib. corporis liber exiſtat, ſic cũcta
illa riſui habebit. Non habent hęc uerba inanẽ ia-
ctantiã. Multos etiã nũc tales exiſtimo,ſicut hi q ſe
ad eremum cõtulerunt: ſed nihil hoc mirũ. Nam
etiã in ciuitatibus latere tales exiſtimo,qd ſi uolo,
poſſum hmõi ex ueterib. oſtẽdere, & ut agnoſcas,
intellige Paulũ. Quid ille nõ mali paſſus ẽ? Quid
non ſuſtinuit? Omnia fortiter tolerabat. Hunc imi
temur, atq; ita poterim⁹ ad portus uenire trãqllos, F
lucra maxima deferentes. Extendamus igitur no-
ſtrã mentẽ, & eleuemus ad cœlũ, & illo amore te-
neamur,& igni ſpiritali magnanimiter induamur.
Saluemus noſmetipſos flãmarũ incẽdio diuinarũ,
nullus his ſtãmis circũſeptus alicuius formidat in
curſus,ſiue fuerit,hõ,ſiue beſtia, ſiue mille laquei:
quandiu.n.quiſq; ignitus incedit,omnia ſupat,om
nia excedit,omnia cõtẽmnit. Flãma qppe inſupa-
bilis res eſt, & importabile eſt cunctis reb. incen-
dium. Ignis qppe cũcta cõſumit. Hoc itaq; igne cir-
cunſepiamur exhortor gl̃iam offerẽtes domino no
ſtro Ieſu xp̃o,cum quo patri,unà cum ſancto ſpiri-
tu gl̃ia imperium, honor nunc & ſemp, & in ſecula
ſeculorum,Amen.

Omnes ſunt quaterniones, pręter A ternionem & H h h duernionem.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca